

# LEXICON TOTIUS LATINITATIS

AB

AEGIDIO FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEINDE

A

IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC VERO CURANTIBUS

FRANCISCO CORRADINI ET IOSEPHO PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

Secunda impressio anastatice confecta  
quartae editionis aa. 1864-1926 Patavii  
typis mandatae cum appendicibus quibus  
aucta est prima anastatica impressio  
a. 1940 edita.

# LEXICON TOTIUS LATINITATIS

AB

AEGIDIO FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEINDE

A

IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC VERO CURANTIBUS

FRANCISCO CORRADINI ET IOSEPHO PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

TOM. II

CURANTE FRANCISCO CORRADINI

CUM APPENDICE

JOSEPHI PERIN

MCMLXV

ARNALDUS FORNI EXCUDEBAT BONONIAE

GREGORIANA EDENTE PATAVII

## D

## DE LITTERA D

*D* est littera Latini alphabeti quarta, ex numero mutarum, quæ et sono et ordine respondet Graecæ Δ (delta), nisi quod a Latinis *De tantum vocabulari*, teste *Terentian.* p. 2385. *Putsch.* — *a)* In fine syllabarum, immo etiam quandoque in plurium consuantium conjunctione, d mutata est in t: hinc olim haut, set, apud, *Alexander*, *Cassantra*, etc. scriptum fuit; ut *Quintil.* 1. 4. 16. observat; (et contra *quodannis*, adque, pro *quotannis*, atque legitur in multis veteribus monumentis). Propter hanc dudarum litterarum cognitionem patet, cur in nonnullis quoque vocabulis ejusdem prorsus etyma sive originis, modo t, modo d inveniatur, ut in *mentor* et *mendax*, in *quatuor* et *quadriginta* etc. — *b)* In vocabulorum principio, quod ad vocales attinet, dummodo vocabula Latina essent nec aliunde petita, d unam tantum vocalem sibi adsciscere solita est: hinc factum est, ut quoties d cum u seu v concurret, d ipsa aut rejeceretur omnino, quemadmodum in viginti pro duaginta; aut in b mutaretur, quemadmodum in *bellum*, *Bellona*, *bis*, *bonus* etc. pro *duellum*, *Duellona*, *duis*, *duonus*. Item d rejecta est, quoties cum j (hoc est i) concurreret, quemadmodum in *Jovis*, *Janus*, pro *Djovis*, *Dianus*. Alter omnino accidit in vocabulis a Graeca lingua petitis, ut in *Deus* Θεος, etc. — Quod vero ad consonantes attinet, d conjungitur tantum cum r (dr) in quibusdam vocabulis, quæ aut ab aliis linguis in Latinam illata sunt, aut a natura ipsa per onomatopœiam efficta; ut in *Drusus*, *Druida*, *drama*, *drenso*, *drindio*. — *c)* In mediis vocabulis, ut præcipue in compositionibus, potest quidem retineri, sed mutari etiam potes in omnes consonantes, excepto b, ut *accedo*, *afficio*, *aggero*, *applico*, *assum*, *iccirco*, *quippiam* etc.; quod contingit etiam in iis, quæ contrahuntur, ut in *cette* pro *cedite*, *pelluviae* pro *peduviae*, *sella* pro *sedeta* etc. *Contra d omnino rejicitur* primo in iis, quæ ipsius declinationis vi contrahuntur, ut in *fons* pro *frond-s*, *lapis* pro *lapid-s*, *pes* pro *ped-s*, *lusi* pro *lud-si*, *risi* pro *rid-si* etc. (in sequentem vero mutatur in *præter*, *cessi* a *cedo*; secundo in verbis s littera incipientibus, ut *ascendo*, *aspicio*, *asto* etc.; deinde interdum et in iis, quæ gn incipiunt, ut *agnatus*, *agnosco*. — *d)* Quod ad finem spectat, una tantum præpositio ad, et nullum præterea Latinum vocabulum, littera d terminatur. Ceterum *F.* infra sub f. — *e)* Ratione habita etymologæ, d sepe mutatur cum l, r et s, ut *olere* et *odore*, *tarinna* et *decorina* (*δικρινα*), *medius* et *perīos*, et *meridies* pro *medidies*, quid illud est suavius, alt. *Cic.* *Orat.* 47. 158. — *f)* Denique hec littera auxiliis aut euphonie causa vocabulis addita est. — Et sane, Latini veteres, ut est apud *Quintil.* 1. 7. 12, plurimis in Abstivis d ultimum adjiciabant, etiam sine causa hiatus vitandi; quod manifestum est ex ipsa columna rostrata, quæ est C. *Duilio* in foro posita. In ea enim (apud *Gruter.* 40. et apud *Orell.* 549.) habetur in *alio* morid. *punrandod* b.e. pugnando, etc. Sic etiam in XII. Tab. estod legunt nonnulli. Hæc tamen scribendi ratio brevi obsolevit. — Præterea etiam Accusativis pronominalium personalium me, te, se addebat hæc littera; quod quidem in iis Accusativis casu vocali coequuntibus, ad hiatum vitandum, retinuit unus *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 278. Tu negas, med esse? *Id. Bacch.* 3. 6. 42. Tollam ego tēd in collum. Alia congerit *Murat.* 1. 15. variar. lect. c. 19., inter quæ illud ejusdem *Plaut.* *Most.* 1. 4. 20. Aze, i simul quod ego eam, ubi tamen alii leg. quo. — Porro etiam in vase Etrusco in Etruria effosso et in Giorn. *Ircad.* 7. 42.

p. 58. allato, supra tres Amazones legitur Ἀγδερόπα-  
γε, Αρτιστέδη, Ηρόστρα, pro Ἀγδερομάχη, Αυτιστή,  
Οδοπολη, Β. et Jo. *Labisii* adnotat. ad *Morell.*  
*disserti. della Bolla de' fanciulli* R. in *Bibl. Ital.*  
*T.* 4. p. 225. — Ceterum antiquissima hæc consuetudo d litteram adjiciendi verbis, quæ in vocalem desinunt, viguit semper in neutro genere pronominalium id, istud, aliud, quid, quod (quamquam haec omnia apud Graecos in vocalem desinant); item viguit in particula se, hoc est sine, a qua factum est sed (F. *Paul. Diac.* p. 336. 4. *Hütt.*) ut patet et v. se-d-itio. — Denique euphonie gratia, ad hiatum vitandum, vocibus compositis interseritur, ut in pro-d-ire, pro-d-esse, re-d-ire, re-d-arquere, re-d-integ-  
rare etc.: immo interdum et vocalem i sibi adscicit, ut in re-di-virus, ant-id-ea (b. e. ante-a), ant-  
id eo (b. e. ante-eo) etc.

*B)* D est etiam abbreviationis nota, quæ plura significat. — Sic in prænominalibus *Decimus* significat, inquit *Diomed.* 2. p. 418. *Putsch.* Quod mendoza est; hinc alii rectius *Decimum* interpretantur, quia *Decius* nomen est potius, non prænomen. *F. DECIMUS in ONOM.* — Ceterum d. est etiam *Deus*, *Divus* (ut in titulis Imperatorum), *Dominus*, *Decurio*, etc. — *D. n. signif.* *Dilis* Manibus. — *D. o. n. signif.* Deo Optimo Maximo. — *D. x. signif.* Dominus Noster. — In epistolis d. est idem quod *Dabam*, *Datum*, vel *Dies*. — *D. s. p. signif.* De Sua Pecunia. — *D. d. signif.* Decreto Decurionum vel *Dono Dedit*. — *D. b. d. signif.* Dat, Dicat, Dedicat. — *F.* plura in Indicibus, quibus *Inscriptionum Collectiones* instrucione sunt.

*C)* Denique d. nota numeralis quingenta significat. Latini enim veteres, Thuscorum rationem secuti, ad mille significandum scribebant cr., unde hujuscem signi dimidium, scilicet in scribebant ad quingenta significanda: et quo factum est, ut duæ illæ litteræ vel descriptorum errore, vel consuetudine sensim irrepente conjugenteruntur.

## DA

## DABLA vel

*DABULA*, *æ. f. 1.* palmæ genus. *Plin. 13. Hist. nat.* 4. 7. (34). Juba apud Scenitas Arabas preferit omnibus saporibus, quam vocant dablam. *Alii leg.* dablam.

*DACNADES* vel *Dagnades*, sunt avium genus, quas Egypti inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quæ yellicando morsicandoque et cantu-riendo assidue non patientur dormire potentes. Hæc *Paul. Diac.* p. 88. 15. *Hütt.* Ceterum dictæ videntur a *Σάξων* mordere.

*DACRIMAS* pro lacrimas *Livius (Andronicus)*

sæpe posuit, nimilrum quod Græci appellant *δάκρυα*.

*Paul. Diac.* p. 68. 10. *Hütt.* *V. LACRIMA.*

*DACTYLICUS*, *a. em. adjekt.* *δακτύλικος*, ad dactylum spectans. *Cic. Orat.* 57. 191. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentia sit accommodatior. — *Sic dactylicus versus*, qui meris dactylis constat, ut ille *Virg.* 2. *Æn.* 598. Quadrupedante putrem sonitu quasi ungula canimus. *Diomed.* 3. p. 494. *Putsch.* — Item qui loco ultimi sponsiabet dactylum, ut apud *Virg.* 2. *G. 89.* Inservit vero ex fetu nucis arbutus horrida. Adde eund. 3. *ibid.* 449. *Servius* ad *ultrumque locum*.

— Metra dactylica (quæ scilicet principaliter constant dactylo) plurim genetum enumerat *Id. in Centimetr.* p. 1820. *Putsch.* Hinc *Auson. Epist.* 10. 37. dactylicos appellare videtur versus heroicis, quia certa sede dactylum habent. *Dactylicos*, inquit, elegos, choriambum carmen, epodos, socii et cothurnum musicam. — *Strophium dactylicum* *Prudent.* 3. *Ca-*

*themer.* 28. metaphorice vocat sertum et carminibus, pro rosis, factum. *Sic 5. περὶ στρ. 208.* serta Texta feram pede dactylico.

*DACTYLINA*, *æ. f. 1.* aristolochia genus. *Ibid.* 17. *Orig.* 9. Aristolochia longa, quam etiam dactylinam vocant.

*DACTYLIOTHÉCA*, *æ. f. 1.* δακτυλιοθήκη. ¶ 1. Stricto sensu est anulorum capsula: a δακτύλῳ; anulus, et δηκνη theca. *Martial.* 11. 59. Senos Chirinus omnibus digitis gerit, Nec nore ponit anulos. Nec cum lavatur. Causa quæ sit, queritis? Dactyliothecam non habet. *Al. male leg.* dactylothecam. Adde eund. 14. 123. in *lemmate*. — *Servus a dactyliothecâ* fuit inter officia domus Auguste. *Inscript.* apud *Murat.* 907. 3. c. *JULIO PHILARGYRO AVG. LIB.* a *DACTYLIOTHECA CAESARIS*. ¶ 2. Latiiori sensu ita appellatur series multarum gemmatum: nos dicimus unum sortimento di gioje. *Plit.* 37. *Hist. nat.* 1. 3. (11). Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine dactyliotbecam, primus omnium habuit Roma Seaurus, et misc. Hoc exemplo Cesari dictator sex dactyliotecas in æde Venetis consecrat.

*DACTYLIS*, *idis. f. 3.* δακτύλις, quæ digitæ longitudinem, vel crassitudinem habet, ut dactyliæ vites. *Plin. 14. Hist. nat.* 3. 4. (10). ita dicitur a *gratilitate* digitali. *Has Culum.* 3. *B. R.* 2. 1. dactylos vocat; et dactylos *Plin. 14. Hist. nat.* 1. 3. (15). earum rarenos, qui prælongis portiguntur orinis. *Cl. Féé* (*Op. cit. vol. 1. p. 151.*) hec ait ad h. 1. « Ces raisins, comparés aux autres, rentrent dans des variétés connues, et qui se distinguent des autres par la longueur et la grosseur de leur grain. »

*DACTYLOS* *Græca positione*, vel *sæpius Latina*

*DACTYLUS*, *i. m. 2.* δακτύλις. Graeca vox digitum significans: quæ occurrit in artibus tantum. ¶ 1. Ita appellatur fructus palme (li. dattero), quia oblonga gracilitate digitum resert. *Apic.* 1. 1. 1. 19. et alibi. ¶ 2. Item genus vitis gracilioris. *V. DACTYLIS.* ¶ 3. Item genus graminis, cuius in ea cumine aculei sunt plurimi quini. *Plin. 24. Hist. nat.* 19. 119. (182). — Et ejusdem aliud genus, quia digitorum paronychia sanat. *Id. ibid.* Pluro tamen ejusdem genera enumerat *cl. Féé* (*Op. cit. vol. 3. p. 306.*) cuius hec sunt verba: « Il n'est pas facile d'arriver à la détermination rigoureuse de ces grâmen: toutefois, voici ce qu'on peut en dire de plus raisonnable: *Dactylon* *quinis aculeis* *Plin. 1. c. Canaria*. Ejusdem 25. *Hist. nat.* 8. 51. (191) et *Αξιών* in insula Chio. teste *Anquill.* sunt *Dactylos* *Hildeg.* 2. 134. *Paspalum sanguinale* *Lam.* *Illustr.* gen. et *Panicum sanguinale* L. spec. plant. 84. Le *paspale* ou *panie sanguin*, ou peut-être aussi le *Cynodon Dactylon* *Rich.* — *Dactylon* *nitens* *et* *mile* *Plin. 1. c.* Peut-être un *sedum*. — *Dactylon* *tenue* *et* *nituale* *Plin. 1. c.* *Poa rigida* L. Spec. plant. 101. — *Dactylon* *caesticum* *Plin. 1. c.* Quelque plante de la famille des crassulacées. — *Dactylon* *babylonicum* *Plin. 1. c.* Quelque euphorbe astrovine à tige nue. ¶ 4. Item genus pisces, qui et strombus, et onyx. *Id. 32. ibid.* 11. 53. (151). ¶ 5. Item coriæ marinae genus, ab humanorum uncium similitudine. *Id. 9. ibid.* 61. 87. (184). ¶ 6. Item zemma in Creta. ferreo colore humanum pollicem cyprimens. *Id. 37. ibid.* 10. 61. (170). ¶ 7. *Dactylus* denique est pes metricus, constans longa et duobus brevibus, ut hæc ipsa vox: a similitudine digit, qui tribus articulis constat primo longiore, reliqui brevioribus, ut ait *Capell.* 9. p. 332. *Dactylus* est dicitus, quia ordinem syllabarum consimilem dixito homini informat. *Cic. 3. Orat.* 47. 182. ulti hec omni pedem appellat. Adde eund. *Orat.* 64. 217. et *Quintil.* 9. 4. 81.

*DACTYLOSA*, *æ. f. 1.* sic appellatur præonia herba ab *Isid.* 17. *Orig.* 9.

**DĀDŪCHUS**, i. m. 2. δάδοῦχος, qui facem habet, vel fert: a δάδει, δάδος fax, et ἔχω habeo. *Gloss. Philox.* Δάδοντος faculari. Hi locum habebant præsertim in festis Eleusiniis, in quibus Cererem imitantes faciem præferebant. *Fronto ad Ferum Imp. ep. 1.* (edente iterum Romæ A. Maio). Eas ego nationes cum dextra lævaque manu mea gestarem, amplior mihi et ornatio videbar daduchis Eleusinæ faces gestantibus, et regibus scæptræ tenentibus, et quindecimviris libros audeuntibus. *Inscript. apud Fabrett. p. 676. n. 29.*, quæ est apud *Orelli. 2358.* **RONTVS DADYCHVS SPIRARCHES LIBERI PATRIS STIBADIVM CONSTITVIT LOGO SUO.** *V. LYCOPHORUS, MAGISCO ET TÆDIFER.* — Ceterum hi faculari locum habebant etiam in sacris Mithriacis: *V. Cavedoni, Mon. di Atene p. 8.*; et *Memorie R. di ant. e belle arti T. 4. p. 86.* — NB. de cogn. Rom. *V. ONOM.*

**DÆDĀLE**, adverb. ingeniose. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente A. Maio) 3. 86. Ibi demum et fons fictus est, et aquila aurea supersistebat, adeo effigia dædale, ut pansiis alis, etc.

**DÆDĀLICUS**, a, um, adject. δαιδαλικός, idem ac dædalous, artificiosus. *Venant. 10. 11. 17.* Dædalicis manibus nituit textura sororis.

**DÆDALUS**, a, um, adject. δαιδαλός, artificiosus. ¶ 1. Active ponitur pro ingenioso, solerti, variisque operibus excoxitandis et perficiendis apto. *Ennius apud Paul. Diac. p. 68. 6. Müll. Minerva dædala.* *Virg. 7. En. 282. Dædala Circe. Lucret. 1. 228. Dædala tellus.* — Et cum Genitivo. *Id. Lucret. 5. 235.* quando omnibus omnia larga Tellus ipsa parit, naturæ dædala rerum. *Id. 4. 551.* Verborum dædala lingua. ¶ 2. Passive artificiosum et assabre factum significat. *Lucret. 5. 1450. Carmina, picturas et dædala signa polire.* *Id. 2. 504.* Phœbeaque dædala chordis Carmina. *Virg. 4. G. 179. de apibus.* Et munire favos, et dædala fingere tecta.

**DÆMON**, ònis, m. 3. δαιμόν. ¶ 1. Generatim dæmon est genius sive bonus, sive malus: item lar: quasi δαιμῶν sciens, peritus: a δαιμῶν doctus, sciens (ut docet *Capell. 2. p. 39.* secutus *Platonem in Cratyl. p. 398.* ed. Steph.: cf. et *Isid. 8. Orig. 11. 15.*) vel potius a δαιμὼν distribuo, quia nempe mala et bona hominibus distribuit. Græcæ *Cic. Tim. 11.* Reliquorum autem, quos Græci δαιμόνιον appellant; nostri opinor, lares, si modo hoc recte conuersum videri potest. Latine *Apulej.* non semel ac *Des Socrat.* ut p. 49. Dæmones inter terricolas et celosque vectores, hinc precum, inde donorum, qui ultra citroque portant hinc petitiones, inde suppeditas, eeu quidam utriusque interpretes et salutigerni. ¶ 2. Speciatim ap Astrologis bonus dæmon, αἰσθατός, coilocatur in undecimo ab horoscopo signo. *Firmic. 2. Mathes. 19.* Hic a *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente A. Maio) 1. 27. dicitur dæmon melior, de quo multa disputat *Jabloskius Panth. Egypt. l. 1. c. 4.* ¶ 3. Item speciatim apud Ecclesiasticos scriptores dicitur de malis Angelis, igni æterno damnatis, et dæmoniorum hominum carnificibus, quicquid vivorum ad mala perpetrandam auctores atque instigatores assidui sunt. *Lactant. 2. 11. Tertull. Apolog. 22.* etc. *Sedul. 4. 92.* Dæmones ac talen prohibet se pandere testem. — NB. De nomine propr. *V. ONOM.*

**DÆMONIACUS**, a, um, adject. δαιμονιαῖς, ad dæmonem pertinens. *Tertull. Anim. 46.* De oracula quid pronunciabimus aliud, quam dæmoniacum esse rationem? *At. leg. dæmonicam.* *Lactant. 4. 15. Judæi (miracula Christi) dæmoniaca fieri potentia argubant. — Hinc*

**Dæmoniacus**, i, m. 2. absolute, substantivorum more, ponitur pro eo qui possidetur a dæmoni. *Firmic. 3. Mathes. 6. post med. Insanos, dæmoniacos, lunaticos facient. Adde Sulpic. Sever. in Vita S. Martini. 18.*

**DÆMONICOLA**, a, m. et f. 1. (dæmon et colo) dæmonem colens. *Augustin. 8. Confess. 2. circa med.* Offendere superbos dæmonicoias, h. c. ethnicos.

**DÆMONICUS**, a, um, adject. δαιμονικός, idem quod dæmoniacus. *Tertull. Resu. carn. 58. Dæmonici impetus.* *Prudent. 6. nepl. crsp. 36. Aras dæmonicas coli jubebat.* *Sedul. 4. 145.* Dæmonico sumera globo.

**DÆMONIUM**, ii. n. 2. δαιμόνιον. ¶ 1. Stricto sensu dæmonium est denizans a dæmoni. *Tertull. Apoll. 32.* Nescitis, Genios dæmones dici, et inde

deminutiya voce dæmonia? ¶ 2. Latiori sensu Ecclesiastici scriptores passim pro malo dæmone ponunt. *Tertull. Apolog. 21. Apul. mag. p. 315. 10.* — NB. Pro dæmone, in bonam partem usurpari ab antiquis ait *Forcellinus* et adducit illud *Cic. 1. Divinat. 54. 122.* Hoc nimurum est illud, quod de Socrate accepimus — Esse divinum quiddam, quod δαιμονιον appellat, cui semper ipse paruerit. *Forcellinus leg. dæmonion:* et rectius *Orelli.* Græcis litteris, inest enim Latina interpretatio.

**DÆMÖNIUS**, a vel græca positione e, um, adject. δαιμονιος, divinus. *Manil. 2. 897.* Dæmonien memorant Græci. Adde eundem *ibid. 937.*

**DAGNÄDES**. *V. DACNADES.*

**DALIVUM**, supinum ait esse Aurelius, Elius stultum, Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum, quem Græci δαιμονιον, id est proper cujus fatuitatem quis misereri debeat. *Paul. Diac. p. 68. 1. Müll.* Cf *Hesych.* Δαιμονιος.

**DALMATICATUS**, a, um, adject. dalmatica induitus. *Lamprid. Comnod. 8.* Dalmaticatus in publicum processit. Adde eundem *Elagab. 26.*

**DALMATICUS** vel Dalmaticus, a, um, adject. ad Dalmatiam pertinens. *V. ONOM.* — Hinc

*Dalmatica vestis*, inquit *Isid. 19. Orig. 22. 9.* primum in Dalmatia testa est manicis brevioribus, candida cum clavis purpureis: sicutque primum delicatiorum hominum et effeminatorum: postea mutatis rebus a sacris etiam Ecclesiæ ministriis adhiberi coepit est, paullatimque illorum propria facta.

**DAMA**, a, m. et f. 1. Sunt qui scribant damna: ita vero scribitur in *Nof. Tir. p. 175.* — Ceterum dama est genus caprae silvestris: a δαιμον metus, quod a δεύτερo timeo, quia timida est. Differt a capreis solidis cornibus, quæ in anteriorem partem habet incurvata, ut *Plin. 11. Hist. nat. 37. 45.* (124). doeet. *V. tamen Lübker ad Horat. 1. Od. 2. 12.* ubi hoc animal certius desinit. — a) Fem. generis *Horat. 1. Od. 2. 11.* Et superjecto pavide natratur Aequore dama. *Martial. 3. 58.* Aut impeditam cassibus refert dama. Adde *Virg. 1. G. 308. et 3. ibid. 410.* *Ovid. 1. Met. 442. et 10. ibid. 539. et 3. Fast. 646.* *Senec. Hippol. 62.* et *Plin. loco superiori citato.* — b) Masc. generis *Virg. 3. G. 539.* timidi damae, cervique fugaces. Ubi tamen Servius nota, poetam genus mutasse, ut δαιμονιον vitarerit. Sed et *Ecl. 28.* habet: Cum canibus timidi venient ad focula damae. Adde *Stat. 2. Achill. 407.* — De nomine propr. *V. ONOM.*

**DAMALIO**, ònis, m. 3. δαμαλός ē vel δαμαλή γ., juvenca, buculla, vel vitulus, a voce Græca, qua alata est, quæ a δαμαλον domo. *Lamprid. Alex. Ser. 22.* Jussit, ne quis suministraret, ne quis latenter, ne quis vaccam, ne quis damalionem.

**DAMASION**, ii, n. 2. δαμαστόνον, herba cardem qua alisma. *Plin. 25. Hist. nat. 10. 77.* (124).

*V. ALISMA.*

**DAMIATRIX**. *V. voc. seq.*

**DAMÍUM** sacrificium, quod siebat in aperto in honorem Bonæ Dæx: dictum a contrarietate, quod minime esset δαμαστόν (al. δαμαστόν) idest publicum. Dea quoque ipsa Damia (al. δαμία), et Sacerdos eius damiatrix (al. δαμιαξ) appellatur. *Haec Paul. Diac. p. 68. 8. Müll.* cujus etymologia criticis quibusdam non placet. Volunt enim ita dictum *damium*, quia pro δαμημ, idest populo siebat. Dores autem δαμος dicunt pro δαμης. Ceterum *Gloss. Placid. ed. Mai. p. 451.* *Damium*, sacrificium, quod in aperto fit, quod Bonæ Dæx mulieres faciunt. *Gloss. Labb.* Damiani, Sociai δαμημενοι γυναικειοι (corr. θηλαις γυναικειαι). *Hesychio* teste Δαμεια ἡστὴ παρὰ Ταραντίνοις.

**DAMÍURGUS**. *V. DEMIURGUS.*

**DAMNABILIS**, e, adject. dignus qui damnetur. *Trebell. Poll. xxx. Tyrann. 17. de Mæonio.* Damnabilis invidia ductus. *Sidon. 6. Ep. 1. ad fin.* Ad mea ipsa verba damnabilis, cum imperio que non impleo. *Salvian. 4. Gubern. Dei 19.* Magis enim damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat.

**DAMNABILITAS**, òlis, f. 3. damnatio. *Gloss. Philox.* Damnabilitas, καταχρησις, εξοπισια.

**DAMNABILITER**, adverb. Comp. *Damnabilius.*

— Damnabiliter est culpabiliter. *Augustin. Ep. 23. 5.* Non solum simpliciter ignorantium, verum etiam damnabiliter indignorum. *Salvian. 4. Gubern. Dei*

## DAMNIFICUS

12. Sed damnabilis absque dubio senator furatus aliqua, quam infima persona.

**DAMNAS**, inderl. vel a *damnatus* per syncopen; vel quo modo a prius *primas*, ab optimo *optimas*. Ceterum *damnas* est perantiquum JCtorum vocabulum, idem quod *damnatus*. — a) Cum nominibus singulari numeri. In *lege Aquilia* apud *Caj. Dig. 9. 2. 2.* Quantu id plurimi sunt, tantum es dare domino *damnas* esto. In *ret. S. C. Frontin. Aquæd. 129.* Id omne sarcire, reficere *damnatas* esto. *Quintil. 7. 9. 12.* Heres meus utori mea dare *damnatas* esto argenti, quod elegerit, pondo centum. *Inscript. apud Orelli. 4425. et 4428.* et alia apud *Kellerm. Vig. laterc. p. 74.* DARE *damnatas* ESTO AERARIO POPULI ROMANI HS. etc. — b) Et cum nominibus plurali numeri. *Paul. Dig. 30. 122.* L. Titius, et C. Sejus P. Mævio decem dare *damnatas* sunt. Adde *Sæcrol. ibid. 32. 34.* ex quibus colligitur banc fuisse formulam in testamentis et in legibus usurpatam. — NB. *Damnatum furti* est qui legendum putat apud *Gell. 7. 15.* ubi plerique omnes *damnatum*.

**DAMNATICIUS** vel *damnatius*, a, um, adject. *damnatus*, vel *damnabilis*. *Tertull. Præscript. Hæret. 34.* Etsi nihil de *damnaticis* participarent, de state sola prajudicarentur.

**DAMNATIO**, ònis, f. 3. *damnandi actus, condemnatio.* Mibi ex hoc (inquit *Quintil. Declam. 320. circa med.*) quod plerique criminibus pecunia pena imponebatur, appellata etiam ipsa *damnatio* videtur *V. DAMNUM* init. (It. condanna, condannazione; Fr. condamnation; Hisp. condamnación; Germ. d. Verurtheilung; Engl. a condemning, condemnation).

1) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — a) Absolute. — Singulare numero. *Cic. 7. Att. 3. 5.* Omnes damnatione ignominiaque dignos illuc facere. *Id. Cluent. 20. 55.* Quid est illa damnatione judicatum, nisi etc? *Tac. 16. Ann. 8.* Instantem damnationem frustrati. *Sueton. Aug. 65.* Post damnationem. *Id. Tib. 61.* Citati ad causam dicendam, certi damnationis. *Callistrat. Dig. 48. 19. 28.* Summum supplicium esse videtur damnatio ad furcam. — Plurali numero. *Cic. Pis. 36. 87.* Reorum acerbissima damnationes. *Tac. 3. Ann. 31. extr.* In pecuniam atque famam multorum damnationibus et hasta saeviebat. — b) Cum addito Genitivo criminis *Cic. Cluent. 36. 98.* Neminem dubitare existimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluentii vestroque judicio conjuncta esse possit.

¶ 2. Speciatim apud JCtos *damnatio* est obligatio imposita heredi quippiam præstandi, adhibendo translatiæ illam formulam, dare *damnatas* esto. *Paul. Sentent. 3. tit. 6.* Si res obligata creditori per damnationem legata sit.

II. Translate de inanimis. *Plin. 20. Hist. nat. 11. 45.* (116). *Aplastrum* in confessa damnatione est venenum in Sardinia. h. e. aperte damnatur et rejicitur ab omnibus ut venenum.

**DAMNATOR**, òris, m. 3. qui *damnat*. *Tertull. 1. ad Nation. 3.* Neque exquisitio damnatoribus semper consulenda. *Sedul. hymn. 1. 10.* Damnator Christi frater iniquus erat. *Ailde Firmic. 3. Mathes. 8. sect. 1.*

**DAMNATORIUS**, a, um, adject. ad damnationem pertinens, qui condemnat. *Cic. 5. Veir. 22. 55.* Verres in Xenonem judicium dabat illud suum damnatorum de jugerum professione. *Sueton. Aug. 33.* Damnatoria tabella. *Ammian. 28. 1. ferrum.*

**DAMNATUS**, a, um. *V. DAMNO.*

**DAMNATUS**, us, m. 4. idem quod *damnatio*. In sexto casu sing. *Plin. 7. Hist. nat. 44. 45.* (114). Alieno beneficio vivit a *damnato* suo. *Harduin. leg. ex MSS. a damnato suo.* *Siliq. lectionem Harduin* retinuit, multis Codicibus confirmata: et *Ruhnkenius* (ut habet ipse *Siliq* in nota) ad *Vellej. 1. 11.* verba a *damnato* suo corrupta recte dicit, non quiescens ergo in *Harduin* explicatione.

**DAMNAUSTRA** vel *damnatoria*, vox ignotæ significationis, que legitur in quadam precandi formula apud *Caton. R. R. 100.*

**DAMNIFICO**, ns, arc, a, f. (damnum et facio) damno aliquem afficio. Occurrat *Part. Damnificans* apud *Cassiod. 7. Hist. Eccl. 29.* Ariani verabant orthodosos pecuniis sæpe damnificantes et omnia contra eos facientes importabiler.

**DAMNIFICUS**, a, um, adject. (damnum et facio) qui *damnatum* infert. *Plaut. Cist. 4. 2. 62.* Imitatur

nequam bestiam et damnificam. *Pallad.* 3. R. R. 0. Damnificum expectare seras matritates.

**DAMNIGERULUS**, a, um, adject. (damnum et zero) idem ac damnificus. *Plaut. Truc.* 2. 7. 1. Ite hac moli æris, damnigeruli. foras gerrones. *Bothe* edidit *misereridamnigeruli*; sed *Acidalius* conjectat ieg. *muneridamnigeruli*.

**DAMNO**, as, avi, étum, are, a. 1. Part. *Damnans* sub B. 4.; *Damnatus* in omnibus fere paragr. et in fin.; *Damnatur* et *Damnandus* sub B. 4. — Damnare proprie ac generatim significat damnum aliqui afferre, damno aliquem afficere, ut apud *Plaut. Trin.* 4. 1. 10. Panperibus te parcere solitum, divites damnare atque domare. — Sed tamen hoc verbum fere speciatim usus est: ei quidem A) In re judiciali; et B) Extra rem judiciali.

A) In re judiciali: damnare est reum facere, et panum seu multani imponere, condemnare; eique opponitur *absolvere*, ut apud *Cic. 1. Orat.* 54. 231. Damnarent, an absolverent (*It. condannare*; Fr. *condamner*, déclarer coupable; Hisp. *condenar*, pronunciar el juez; Germ. *Imdn wegen eines Vergehens zur Strafe ziehen, verurtheilen, schuldig erklären*; Angl. to condemn). Usurpatum — a) Absolute, seu cum Accusativo tantum personæ, vel interdum etiam cause. *Lucilius* apud *Non.* p. 276. 25. *Merc.* Hunc Tulliu quidam *Judex* heredem facit, et damnati aii omnes. h. e. *etheredati*. *Cic. Rose. Am.* 38. 114. Damnatus per arbitrum. *Id. ibid.* Damnari judicio aliquo. *Domitius Afr* apud *Quintil.* 5. 10. 79. Ego accusavi, vos damnasti. *Cic. Rabir. Post.* 4. 9. Causa iudicata atque damnata. *Id. Client.* 3. 7. Causa convicta atque damnata. — b) Cum causis criminis, quo quis est reus, aut paœ, cui reus addicitur. Quotiescumque autem habet Genitivum, subintelligit Ablativus criminis, paœ, aut ejusmodi. — Sæpe cum Genitivo. *Cors. 3. B. C. 1.* Non nullus ambitus Pompeja lege damnatos. *Id. 3. ibid.* 110. Capiti damnatus. *Cic. Flacc.* 18. 43. Furti et pro socio damnatus. *Id. ibid.* Damnatus peculatorum. *Id. 5. Verr.* 11. 28. octupli. *Id. 7. ibid.* 41. 108. injuriarum. *Id. 1. Phil.* 9. 23. majestatis. *Id. Senect.* 12. 42. rei capitalis. Cf. *Id. 7. Att.* 12. ad fin. Damnare aliquem sceleris, et *Plin. 2. Ep.* 12. soridum. h. e. avaritia. *Gell. 1. 20.* a med. Damnare aliquem pecuniae. *Martial. 7. 55.* Damnata tributi mentula. *nempe* *Judaorum*, qui, recutiti quod essent, jussu Titi Aug. didrachma in singula capita solvere cogebantur Jovi Capitolino pro libero *Judaicæ* religionis exercitu, testibus *Flav. Josepho L. 7. B. Jud. c. 6.* et *Sueton. Domit. 12.* — Baro cum Ablativo sine præpos. *Cic. 6. Verr.* 45. 100. Damnari aliquo crimine. Cf. *Virg. 6. En.* 430. Hos juxta falso damnatos crimine mortis. *Sueton. Oth. 2.* Vir consularis damnatus repetundis. *Rursus Cic. 7. Verr.* 5. 11. Damnari nomine sceleris et coniurationis. *Ita plerique*: Oretius vero pro nomine legit homines. *Id. 1. Tusc.* 22. 50. Capite damnatos morte multant. *Add. eund. 4. Herenn.* 24. 33. *Ulp. Dig.* 1. 5. 18. Damnare aliquem ultimo supplicio. *Justin. 8. 1.* 7. Damnari pecunia. — Sæplus cum Ablativo et præpos. de. *Cic. 2. Verr.* 13. 39. Damnari de maiestate. *Id. 1. Phil.* 9. 21. de vi et de maiestate. *Id. Client.* 41. 116. de pecunia repetundis. *Tac. 4. Ann.* 13. de vi publica. — Interdum cum Ablat. et præpos. in, vel Accus. et præpos. ob. *Martian. Dig.* 28. 1. 13. et *Papin. ibid.* 34. 9. 13. Damnatus in crimine capitali. Cf. *Ovid. 7. Met.* 402. in aliquo re. *Sueton. Tib.* 11. Damnata ob libidines atque adulteria. — Cum Accusativo paœ, et præpos. ad vel in. *Travianus* apud *Plin. 10. Ep.* 41. Damnati ad poenam. *Sueton. Ner.* 31. ad opus. *Paul. Dig.* 48. 19. 31. ad bestias. *Martian. Dig.* 49. 18. 3. Nec in metallum damnabuntur, nec in opus publicum, vel ad bestias. *Plin. 10. Ep.* 40. Damnare aliquem vel in opus, vel in ludum. *Add. eund. ibid.* 66. *Id. 2. Ep.* 11. in metallum. Cf. *Ovid. 11. Met.* 178. Damnari in unam partem. — Denique sequente particula ut et Coniunctivo. *Tac. 2. Ann.* 67. Accusatus in senatu damnatur, ut procul regno teneretur. — Siugulare est illud *Sil. It.* 17. 654. tunc terga dedisse Damnatis (h. e. convictis) Sieulas longe meritare per oras Impositum.

B) Extra rem judiciali. — 1. Generatim damnare est aliquem privatum reum facere et paœ ad dicere: adeoque obligare, obnoxium reddere, destitare: et occurrit fere cum Genitivo, raro cum Abla-

tivo. *Lucret.* 4. 1179. Et meditata diu cadat, alte sumpta, querela: Stultitiaque ibi se damnat (amator) tribuisse quod illi Plus videat, quam mortali concedere par est. (Cf. *Cic. Partit.* orat. 38. 134. Cur prudentissimos in scriiendo viros, summæ stultitia poterit esse damnando?). *Lucret.* 6. 1231. ubi se quisque videbat Impileum morbo, morti damnata ut esset. Deficiens animo, maistro cum corde jacebat. *Forcellino* tō morti Dativus, recentioribus Ablativis videtur. *Horat. 2. Od.* 14. 19. Damnatus longi Sisyphus laboris. Καταργεσθε τένω dicunt Graeci. *Id. 3. ibid.* 23. Ilion mihi castæque damnata Minerva. h. e. exitio destinatarum. Cf. *Senec. 6. Benef.* 4. a med. Debitor suo creditor sæpe damnatur (h. e. damnando addicitur, subjicitur, obligatur): ubi plus et alia causa sustulit, quam ex crediti peit. *Iung. 4. En.* 699. Stygiisque caput damnaverat Orco. Cf. *eund.* 12. *ibid.* 727. *Lucan.* 6. 64. mons, quem tristis Erichtho Damnata sacris. *Id. 2. 733.* Phariae buso damnantur arena. *Id. 3. 21.* semperque potentes Detrahere in cladem fati damnata maritos. h. e. destinata, quæ potentium majorum pernicias esset. *Stat. 6. Theb.* 55. Damnatus flammæ torus. *Id. 7. ibid.* 239. subeunt campo, qui proximus urbi Damnatus bellis patet. Cf. *Clodian. Cons. Mall.* Theod. 130. quæ linea Phœben Damnet, et excluso polentem fratre relinquat. h. e. desicere cogat. — Huc referri potest et illud *Solin.* 8. Methona oppidum, quod quin ob sideret Philipus, damnatus est oculum jactu sagittæ. h. e. oculum amisi. Alii leg. oculo. — Hinc damnare homines voti vel rotis dicuntur dii, quem ea concedendo, quæ voto petuntur, voti reos farunt, atque obnoxios reddunt ad ea præstanta, quæ voto promiserint. *Virg. 5. Ecl.* 80. tibi sic vota quotannis Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis. V. *Serrvum* et *Heyne* ad h. l. *Liv.* 27. 45. a med. Deos preceban tur, ut illis matura ex hostibus Victoria esset, damnarenturque ipsi votorum, quæ pro iis suscepissent. — Similiter damnatus roti vel raro admodum voto dicitur voti reus. h. e. qui voti compos factus, præstare tenetur, quod voto promiserat. Sunt qui putant, damnatos roti appellatos suis, qui a legibus cogebantur votum solvere: libentes vero, qui sponte solverent. *Sisenna* apud *Non.* p. 277. 11. *Merc.* Qui voti damnati fetum omnem dicuntur ejus anni statim consecrasse. *Nepos Timol.* 5. Nunc demum se voti esse damnatum. *Liv.* 5. 25. Civitas damnata voti. *Id. 7. 28.* Cujus damnatus voti quum vix Roman revertisset, etc. *Add. eund.* 27. 35. et 39. 9. — 2. Speciatim, sed raro admodum, damnare ponitur pro testamento aliquem obligare, ut aliquid præstet, et quidem — a) Cum Infinito. *Horat. 2. Sat.* 3. 86. Damnati dare populo centum paria gladiatorium. *Pompon. Dig.* 30. 12. Si quis servos testamento heredem mihi dare damnaverit. — b) Sequente Con junctivo cum particula ut, vel ne. *Ulp. Dig.* 12. 6. 26. circa med. Si damnaverit heredem suum, ut venditorem necu liberaret. *Cajus ibid.* 8. 4. 16. Potest in testamento heredem suum quis damnare, ne cœtius aedes suas tollat. — 3. Item speciatim, sed perraro, damnare dicitur etiam accusator, qui reum peragit, et, ut damnetur, obtinet. *Plaut. Rud.* 5. 1. 2. Me ad recuperatores modo damnavit. *Varro 2. R. R.* 2. 6. Empor poterit et emplo vendito illum damnare, si non tradet. *Liv.* 7. 16. A Popillio Lænat sua lege decem millibus æris est damnatus. — 4. Denique ponitur pro improbare, rejicere, abhorre. *Ovid. 7. Met.* 643. Damno vigilans inca visa. *Id. ibid.* 834. Damnatura sui non est delicta mariti. *Id. ibid.* 402. facto damnandus in uno. *Id. 10. ibid.* 577. Damnare amores. *Id. 13. ibid.* 809. moras. *Juvenal.* 4. 85. sævitiam. *Quintil.* 10. 1. 125. Damnare eum et invisum quoque habere. *Id. 10. 1. 26.* Ne damnent, quæ non intelligunt. *Id. 3. 6. 64.* Tullius non dubitavit, aliquos jam editos libros, aliis postea scriptis, ipse damnare. *Id. 10. 2. 8.* Damnamus tempora nostra infelicitatis hujus, ut nunc detrimentum nihil crescat. *Justin. 19. 2. ad fin.* Intermissa omnia sacra, omnia privata officia damnata. h. e. rejecta, abjecta, derelicta. *Plin. 23. Hist. nat.* 1. 6. (10). Uvae gecentes in febri damnantur. *Id. 11. ibid.* 2. 1. (4). Fastidio damnare aliquid. *Id. 17. ibid.* 2. 2. (19). Virgilii arbores ad occasum seri damnavit. *Add. Sil. It.* 11. 285. Rursus *Plin. 20. ibid.* 8. 32. (77). Damnare quidquam in totum. *Id. 8. ibid.* 45. 70. (179). Boses nigri coloris ad laborem da-

mantur. h. e. rejiciuntur, non putantur ad laborem apti. *Id. 20. ibid.* 3. 8. (17). Colocynthides Chrysippus damnabat in cibis. *Id. 10. ibid.* 22. 29. (57). Aves damnatae in cibis. h. e. rejectæ, non adhibita. *Id. 16. ibid.* 26. 45. (108). Arbores damnatae religione. *Id. 14. ibid.* 18. 22. (117). Aspendios uva damnata ab aris. h. e. cujus vinum in sacris non adhibetur. *Lucan.* 8. 328. Damnare consilium alicuius. *Id.* cum Part. pass. et Acc. Græco more 9. 363. Et numquam somno damnatus lumina serpens. h. e. numquam habens lumina devineta et obligata sonno. *Id. 7. 409.* Et damnata diu Romanis Allia fastis. h. e. Alliensis pugna dies in fastos inter atros relatus. *Id. 4. 533.* stabat devota juventus, Damnata jam luce ferox. h. e. abjecta, rejecta cura et spe vivendi. et *ibid.* 359. nec enim felicibus armis Misericordia decepit. h. e. infelicia, tristia, et quasi a diis damnata. *Sil. It.* 16. 536. cavea damnante furorem. *Id. 8. 496.* Lycios damnant hostilibus arcus. h. e. usum hasta sagittandi arti præferunt: improband arcus et sagittas, hastis pugnare malunt. *Id. 3. 330.* quippe omnis in armis Lucis causa sita, et damnatum vivere paci. h. e. vivere sine bello damnatum est, rejectum, reprehensum. *Stat. 3. Silv.* 2. 126. Fortis et Roas jaculo damnare sagittas. h. e. contempnere et superare. *Id. 5. 61.* ales, ceu prescia luctus, Damnavit vesici. h. e. respuit, noluit. — Hinc Part. præter. pass. Damnatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Damnation* apud *Cic. Pis.* 40. 97. Quis te miserior? quis te damnatio?

**DAMNOSE**, adverb. cum damno. *Horat. 2. Sat.* 8. 34. Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti. h. e. ut conviator canum sentiat.

**DAMNOSUS**, a, um, adject. Comp. *Damnositor*. 1. et 3. Sup. *Damnosissimus* 1. — Damnous est damni plenus: et occurrit — 1. Active pro eo, qui damno est, seu damnum assert. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 9. Quid tibi commercii est cum dis damnosissimus? *Horat. 1. Ep.* 18. 21. Damnosa Venus. *Id. 2. ibid.* 1. 107. libido. *Liv.* 25. 1. Omnibus malis artibus et recipublia et societibus insidus damnosusque. *Id. 6. 11.* Erat æris alieni magna vis, re damnosissima etiam dicitur, adificando contracta. *Id. 39. 9.* Consuetudo minime rei, aut famæ damnosa. *Id. 45. 3.* Bellum sumptuosum et damnosum ipsis Romanis. *Ovid. 10. Met.* 707. ne virtus tua sit damnosa duobus. *Id. 3. Amor.* 6. 99. de amore. Damnous pecori curris, damnosior agris. *Martial. 4. 18.* Alea parvæ nuces et non damnosa videntur. — 2. Passive damnosus dicitur is, qui damnum patitur. *Plaut. Epid.* 2. 3. 14. Argentum accipiam a damnoso sene. h. e. infelici, multis damnis confecto. Alii perperam leg. damnoso, vel donoso. — 3. Mediorum apud Græcos significatione damnosus dicitur qui sibimet ipse damno est, et speciatim prodigus et sumptuosus. *Plaut. Cœc. 4. 1. 24.* Damnosi mariti. *Id. Pseud.* 1. 5. 1. Si de damnosis aut de auctoribus dictator fiat nunc. *Ter. Heaut.* 5. 4. 11. Gero, iners, fraus, helio, ganeo, damnosus. *Sueton. Ner.* 31. Non in alia damnosior, quam in adificando.

**DAMNUM**, i. n. 2. Ratione habita etymi, *Varro* 5. L. L. 176. *Müll.* Damnatio in deptione, cum minus re factum, quam quanti constat. Eadem *Paus.* habet *Dig.* 39. 2. 3. Alli ex ἔκτασι, ducunt, ex quo *dapnum*, inde *damnum*. — Ceterum damnum est detrimentum, iactura, incommode, malum; et lucro opponitur, ut apud *Cic. 5. Fin.* 30. 91. Si in maximis lucris paulum aliquid damni contraterit (It. *scapito*, *perdita*, *damno*; Fr. *dommage*, *détriment*, *préjudice*, *perte*; Hisp. *lastima*, *dano*, *detrimento*, *perjuicio*; Germ. *die Einbuße*, der *Vorlust*, *Schaden*; Angl. *loss*, *hurt*, *harm*, *damage*, *injury*). Occurrit — 1. Abstracto, uti ajunt, sensu. — a) Generatim. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 34. Ubi damnis desudascitur, ubi pro disco damnum capiam, pro cursu dedecus. *Id. Asin.* 1. 3. 35. Perdidi, istæ esse vera, damno cum magno meo. *Id. Cist.* 1. 1. 108. Damnum dare. Sic *Ter. Andr.* 1. 1. 116. Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum? *Id. Heaut.* 4. 4. 25. Haud scit, paulum lucri quantum ei danni apportet. *Id. Adelph.* 2. 2. 23. Nisi ad mercatum venio, damnum maximum est. *Cato R. R.* 3. Dannii nihil erit ex tempestate. *Cic. 1. Fam.* 9. In meis damnis ex auctoritate senatus resarcendi. *Cors. 6. B. G.* 44. Exercitum Caesar, duecum cohortium damno, reducit. *Curt.* 8. 4. Quæ distributa militem et damnno et fame liberaverunt. *Lto.*

7. 4. At quam ob voxam? quia infacundior sit et lingua impromptus. Quod natura damnum utrum etc. Horat. 4. Od. 7. 13. Damna tamen celeres reparant caelestia luna. h. e. sua decreta. *Horatium imitatus est Claudian. VI. Cons. Honor. 499. Ovid. 7. Met. 552.* Pervenit ad miseros damno gravore colonos Pestis. Horat. 1. Ep. 10. 28. et *Trebatis* apud Paul. Dig. 39. 2. 25. Damnum accipere. Pompon. Dig. 9. 2. 39. capere. Ulp. ibid. 10. 3. 6. sentire. Plin. 14. Hist. nat. procem. Hoe mihi damno est. Ovid. Heroid. 15. 64. 1. Amor. 13. 20. 1. Art. am. 186. 1. Fast. 60. et 3. Trist. 8. 34. Damnum ferre. Id. 1. Pont. 10. 29. Damnum contrahere. h. e. morbum. — b) Speciatim *damnum facere* est jacturam facere, aliquid amittere. Plaut. Capt. 2. 2. 77. Est, ubi profecto damnum præstet facere, quam lucrum. Cic. 7. Fam. 33. Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Id. 10. ibid. 28. ad fin. Magnum damnum factum est in Servio. Sic Id. Brut. 33. 125. Damnum illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque litteræ fecerunt. — Interdum tamen *damnum facere* est afferre, dare. Paul. Dig. 9. 2. 30. ad fin. Qui occasio nem præstat, ipse damnum fecisse videtur. — c) *Damnum infectum* apud JCTos est, quod nondum est factum, sed futurum veremur, ut Caius Dig. 39. lit. 2., qui est De damno infecto, 3. definit. Cic. Topic. 4. 22. Si quis in pariete communi demoliendo, damni infecti promiserit. — d) Reperitur etiam *damnum pati* pro jacturam facere, sed rarius. Seneca 1. Ira 2. Totos populos capitatis damna passos. Ulp. Dig. 9. 2. 29. Nec æquum esse, damnum me pati, rescissis meis tigris. — Sed in illo Lucani 8. 750. paterisque haec damna sculpi: pateris est æquo animo fers. Sic apud Liv. 22. 4. Hannibal id damnum haud ægrerime pati: quin potius credere, velut inescatam temeritatem ferocioris consulis. — e) *Damnum injuria*, nempe illatum, formula est legis Aquiliae, qua cavebatur, ne damnum injuria alicui inferretur: M. vero Lucullus prætor, qui jus inter peregrinos dixit, illud *injuria ex edicto suo abstulit*, quo se audaciam improborum sustulisse putavit. Cic. fragm. orat. pro M. Tullio (edente A. Peyronio) p. 100. n. 11. M. Lucullus necesse putavat illam latetram tollere *damnum injuria*, quod in aliis causis debet valere et valet lege Aquilia. Id. Rosc. com. 11. 32. Judicio damni *injuria* constituto. Ulp. Dig. 11. 2. 1. Lex Aquilia omnibus legibus, quæ ante se de causa *injuria* locute sunt, derogavit. — f) Denique in re judiciali *damnum ponitur* pro multa. Cic. 3. Off. 5. 23. Hoc volunt leges, incolumem esse ci-vium conjunctionem: quam qui dirimunt, eos mortis, exilio, vinculis, damno coercent. Cf. ejusdem Cic. fragm. apud Augustin. 21. Civ. Dei 11. Octo penarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbena, talio, ignominia, exsilium, mors, servitus. Id. Cic. 1. Phil. 5. 12. Quis unquam tanto damno senatore coegerit? Liv. 4. 33. Ferre damnum aliquam coercionem detracitibus militiam. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu, damnum — a) Est res amissa, res cuius facta est jactura. Ovid. 12. Met. 16. Quas simul, et matrem circum sua damna volantem, Corripuit serpens, etc. h. e. circum sua pignora, quæ cum maximo suo danano devorari a draconem videbat. Adde eundem. 5. ibid. 376. et 11. ibid. 379. — b) Item persona, quæ *damnum assert.* Plaut. Men. 1. 2. 24. Hoc ad *damnum* (h. e. scor-tum) deferetur.

*Homonym.* *Damnum, jactura, detrimentum* idem fere significavit, et promiscue a scriptoribus usurpantur: differunt tamen, si proprie et stricte sumuntur. *Damnum* enim est deminutio bonorum, quæ alteri quis auferit; *jactura* deminutio, quæ fit jaciendo per impensas vel inutiles, vel necessarias; *detrimentum* deminutio, quæ fit usu et consumptio-ne rerum. Cic. 1. leg. Agr. 7. 21. Non queror flagitiū hujus *jactura* atque *damni*. Id. 1. Legg. 19. 51. Propter *damna*, aut *detrimenta*. Sic Id. 5. Verr. 98. 228. Haec tot *detrimenta* atque *damna*.

*DAMULA*, æ, f. 1. *deminut. a dama*, parva *dama*. Apul. S. Met. post init. Nec ulla capra, nec pars *damula*. Adde Not. Tir. p. 175., ubi *dammuta* legitur.

DAN, vel dane pro dasne, V. DO.

DANÆ, es. f. 1. Est hujus nominis herba, cuius mentio est apud Plin. 15. Hist. nat. 30. 39. (131).

Est et Alexandrina (*laurus*), quam aliqui Idæam, alii hypoglossion, alii danaen, alii carpophyllum, alii hy-pelaten vocant. Adde Apul. Herb. 58. De synonymia V. LAURUS.

DANISTA, æ, m. 1. δανιστής, fenerator, a δάνος *fernus*, mutuum, vel δανεῖων *fēnori do*. Plaut. Epid. 1. 1. 51. Id argentum ab danista sumpsit fenore. Id. Pseud. 1. 3. 53. Amabas? invenires mutuum, ad danistam devenires, adderes fenusculum. Adde eundem. Most. 3. 1. 6. et Epid. 2. 2. 67.; et Paul. Diac. p. 68. 14. Müll.

DANISTICUS, a, um, adjekt. δανιστικός, ad danistam pertinens. Plaut. Most. 3. 1. 127. Nullum est genus hominum tætrius, quam danisticum.

DĀNO. V. DO.

DANOSUS, a, um, adjekt. liberalis: a dano pro do. V. DAMNOSUS 2.

DĀNUNT pro dant. V. DO.

DAPALIS, e, adjekt. ad dapes pertinens, et præcipue ad dapes, quæ in sacris locum habebant. Ille *dapalis Juppiter* dictus est, cui dapali cena sacram habebat. Cato R. R. 132. Jovi dapali culignam vini quantam vis polluceto. — *Dapalis cena*, quæ plena est amplis dapibus, ut Non. p. 95. 4. Merc. interpretatur. Titinus ibid. Toto fit in foco mihi dapalis cena. Mercer. tamen legit *foco lignis indapalis cena*. Certa est lectio apud Auson. epist. 9. 13.

DAPATICE se acceptos antiqui dicebant, significantes magnifice. Paul. Diac. p. 68. 4. Müll. Vulgo leg. *daptice*. ¶

DAPATICUM negotium, amplum, magnificum. Paul. Diac. p. 68. 5. Müll. Vulgo leg. *dapticus*.

DAPHNÉ, es, f. 1. δάφνη, Græca vox laurum significans. Petron. Satyr. 131. Et baccis redimita daphne, tremulæque cypressus. Ubi prima in daphne (si vera est lectio) corriplitur, n littera liquefente more Grecorum: quod et in cyenus factum est a poetis, in Tecmessa, in Procne, etc. — Lauream victoriae significare videtur in nummis Constantini M. apud Eckhal. D. N. V. T. 8. p. 82. V. CONSTANTINIANUS; et Acta Soc. Lat. Jen. T. 1. p. 273-312. — In fabulis est Penei fluvii (allis Ladonis Arcadiæ fluvii) filia, quæ ab Apolline amata, cum ejus vini non posset effugere, impiorato paterno nomine conversa est in laurum. Ovid. 1. Met. 452. et seqq., et Heroid. 13. 25.; Hygin. fab. 203.; et Servius ad Virg. 3. Ecl. 63. et 2. En. 513. — Porro etiam sic mutatam Apollo amare perzens, dedit ei arbori, ut semper vireret, coronam et ea gestare crepit. sacramque sibi esse perpetuo voluit. Servius ad Virg. 3. En. 91. et Hygin. loc. cit. — NB. De Daphne vico Syriæ V. ONOM.

DAPILINEA. V. voc. seq.

DAPHNIA, æ, f. 1. gemma comititalibus morbis utilis. Plin. 37. Hist. nat. 10. 57. (157). Siliig. vero legit *daphne*.

DAPHNIS CASIA apud Scribon. Compos. 152. est, quem *daphnitidem casiam* ipse appellat ibid. 269., scilicet daphnoïdes, de qua mox Joann. Rhod. putat, etiam priore Scribonii loco *daphnitis* legendum esse.

DAPHNITIS. V. voc. præced.

DAPHNOIDES, æ, f. 1. δαφνοειδῆς, lauri similis. ¶ 1. Sic appellatur genus casiae, quæ cortice laurum imitatur. Plin. 12. Hist. nat. 20. 43. (98). Cf. Fée (Op. cit. vol. 1. p. 42.) hanc exhibet synonymiam: Κραιξ Hipp. Morb. mul. 1. 609. et Dioscor. 1. 12.; et *Casia* Plin. 1. e. et Virg. 2. G. 466. sunt *Laurus Casia* L. Spec. plant. 528. ¶ 2. Item genus lauri, scilicet frutes ramosus, crassiore ac molliore, quam laurus, folio; cuius gustatu os atque guttur accenduntur, baccis e nigro rubis. Id. 15. ibid. 30. 39. (132). Cf. Fée (Op. cit. vol. 1. p. 277.) haec ait: «Il est convenable de chercher le *daphnoïde* parmi les espèces du genre *daphne* L. D. *Laureola* L. a des fruits noirs, mais des fleurs jaunes: le *D. Mezereum* L. a une variété à fleurs blanchâtres, mais dont les fruits sont rouges; toutefois nous pensons qu'il s'agit de l'une de ces espèces ou de quelque autre moins connue, appartenant au même genre: Fuchsius s'est prononcé pour la première de deux. Le *daphnoïde* de Plinie est le *Azafranidē*; de Dioscoride 1. 148., auquel il donne le nom d'*eupetalon* et de *chamædaphne*. ¶ 3. Item clematis, *Egyptia cognomine*, folio lauri, longa tenuisque. Id. 24. ibid. 15. 99. (141). De synonymia V. CLEMATIS.

DAPHNON, ūnis, m. 3. δαφνῶν, lauretum. h. e.

locus lauris consitus: vox Græca. Petron. Satyr. 126. Flexit se in eum daphnona, qui ambulationi hærebat. Martial. 10. 79. Disposuit daphnona suo Torquatus in agro.

DĀPIFER, féri, m. 2. dapes ferens. In Inscript. apud Murat. 915. 3. refertur inter officia domus Augustæ. Adde Gloss. Philoz. Dapifer. διαφέρει.

DĀPIFEX, fīcis, m. 3. dapes et facio: qui dapes parandas curat. In Inscript. apud Murat. 1322. 2. refertur inter officia domus Augustæ.

DĀPINO, as, are, a. 1. dapes. seu cibum præbeo: vox plebea. Plaut. Capt. 4. 2. 116. Eternum tibi dapinabo cibum, si vera autem. Al. aliter leg.

DAPS, dapis, f. 3. stricto sensu significat lautas atque opiparas spulas, que festis diebus et in sacrificiis ad deorum cultum adhibebantur: ut docet Paul. Diac. p. 68. 3. Müll. hisce verbis: Daps apud antiquos dicebatur res divina, que sebat aut hiberna se mente, aut versa: quod varabulum et Græco deducitur: apud quos id genus epitharum δίπης dicitur (Vossio in Etymol. placet duci a διπην: vel deducendum a δίπην, fut. διψώ, dīpōnendo toro). Cf. et Servium infra cit. in Homonym.

I. Proprie. Cato R. R. 132. Daps pro bubus piro florente factio. Id. ibid. 132. Jupiter dapis, quod tibi fieri oportet, in domo familiæ meæ, culignam vini dapi, ejus rei ergo, macte hoc illæ dape pollucenda esto. et ibid. Daps Jovi assaria pecunia, urna vini Jovi caste. Id. ibid. 50. Daps profanata comestaque. Lin. Andronicus apud Priscian. T. p. 752. Putsch. Quæ haec daps est? quis festus dies? Lin. 1. 7. Bove sacrum Herculi, adhibitus ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis. factum. et ibid. Pinariæ extis ad ceteram venirent dapem. Virg. 3. En. 201. Solemnis tum forte dapes et tristia dona Libahat eineri Andromache. Horat. 1. Od. 37. 4. nunc salaribus Ornare pulvinar deorum Tempus erat dapibus. Id. 2. ibid. 7. 17. Ergo oblata redde Jovi dapem. Tibull. 1. 5. 28. deo agricola Pro segete spicas, pro grege ferre dapem. — Et universim de victimis Seneca Edip. 557. Flamma prædatur dapes, vivumque trepidat igne ferale pecus.

II. Impropius. ¶ 1. Ponitur de lautiore convivio vel cibo. Catull. 64. 304. Large multiplici constructæ sunt dape mensæ. Virg. 6. Ecl. 79. Paracæ alicui dapes. Id. 7. En. 109. Instituere dapes. Ad eundem. 4. G. 133. et 1. En. 210. Horat. 3. Od. 1. 18. non Siculæ dapes Dulcem elaborabunt saporem. Et Id. 4. Od. 12. de aquila. Nunc in relutantes dracones Egit amor dapis alique pugnæ. Id. Epod. 3. 32. Quo posset iniossum puer Longo die bis terque mutata dapis Inemori spectaculo. Adde eundem. ibid. 2. 48. et 17. 68., 2. Sat. 6. 89. et 1. Ep. 17. 51. Ovid. 2. Fast. 657. Conveniunt, celebrantque dapes vicinia simplex. Id. 5. ibid. 521. Nunc dape, nunc positæ mensæ mituere Lyæo. Id. 15. Met. 75. Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis Corpora. V. integr. loc. Adde eundem. 5. ibid. 13. et 6. ibid. 664. Id. Heroid. 9. 68. Efferus, humana qui dape pavit equos. Martial. 7. 86. Ad natalicias dapes vocabas. Id. 12. 48. Nec Capitoline pontificumque dapes. Adde Tac. 14. Ann. 22. ¶ 2. Interdum ponitur et de simplici ac paupere mensa. Ovid. 8. Met. 683. Et veniam dapibus nullisque paratus orant. Cf. Horat. Art. P. 198. Ille dapes laudet mensa brevis. ¶ 3. Dapes humanas honesto vocabulo Plin. 17. Hist. nat. 9. 6. (51). merdas hominem dixit.

*Homonym.* Discriben tradit ad illud Virg. 1. En. 710. Qui dapibus mensas orerent et pocula ponant: tradit. inquit, Servius hujusmodi. quod dapes regum sint, epulæ privatorum. Et ad illud Virg. 3. En. 224. dapibusque epulauit optimis: quod dapes deorum sint, epulæ hominum. Haec sane convenient cum iis, que superius retulimus.

DAPSILE et dapsiliter, adverb. δαψίλη. Comp. Dapsilius. — Dapsile et dapsiliter est large, copiose: vox Græca originis. Pomponius apud Ven. p. 512. 7. Herc. Quid nunc vis fieri? verem sume dapsile ac dilucide. Sueton. Fiss. 19. Convivabatur assidue, ac sepius recte et dapsile. ut macellarios alijvaret. Al. melius lig. recte ac dapsiliter subintellige tenua. Nettius apud Charis. 2. p. 178. Putsch. Ultra meretur quoniam amatur: ita dapsiliter satis amans sit. Lucifer apud Ven. p. 321. 20. Herc. Satis enim. Ieze longinquum mor-

taibū morbum In vino esse, ubi qui invitavit dapsilis se.

**DAPSILIS.**, *a.* *adject.* δαψίλης. Pareus in *Ler.* Crit. ait in omnibus MSS. Plautinis scriptum esse *dapsilis* pro *dapsilis*: ita enim consuevit veteres i pro d scribere: quod confirmat *Lips.* l. 1. *Antiquar.* lectio. c. 15. — In *Not. Tir.* p. 68. habetur etiam Superl. *dapsiliissimus*. — Etiam *dapsilis*. *a.* *una.* olim dictum suisse videtur. *Plaut.* *Pseud.* l. 4. 2. Postquam berili filio largitus dictis *dapsilis*. Potest tamen *dapsilis* et hoc loco esse rectius *casus singulatis*. — Ceterum *dapsilis* a *dapse* est largus, copiosus, abundans; et occurrit — *a)* *Absolute.* *Plaut.* *Aulul.* 2. 1. 45. Dotes *dapsiles*. *Id. Most.* 4. 2. 66. *Dapsiles sumptus facere.* *Id. Pseud.* 5. 1. 21. Corollas dare *dapsiles*. *Id. Truc.* 1. 1. 34. *Dapsilis* lectus. *h. e.* *instructus* omnibus rebus ad cubandum necessariis. *Colum.* 4. *R. R.* 27. 6. Si continuis superioribus annis *dapsili* proventu fatigata vitis fuerit, requiescere ac refici par erit. *Apul.* 11. *Mel.* *Dapsilem* copiam facundia subministrare. — *b)* Cum *Ablativo rei*, quia quis abundat. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 27. *Spionia vitis* *dapsilis* musto. et *amplitudine magis* uarum, quam numero fertur.

**DAPSILITAS.** *atis.* l. 3. *copia,* abundantia. Vox a Letico expungenda: occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 68.

**DAPSILITER.** *J.* **DAPSILE.**

**DAPSILUS.** *a.* *um.* *J.* **DAPSILIS.**

**DAPTICE.** *J.* **DAPTICE.**

**DAATICUM.** *J.* **DAPATICUM.**

**DARDANARIUS.**, *ii.* *m.* 2. *annonae* et aliarum mercium negotiator, qui studio undique coemit, et coempta comprimit, ut *annonam* incendat, et carius vendat. Putat *Turneb.* l. 9. *Adversar.* c. 17. nomen huic odiosissimo hominum generi inditum a quadam Dardano Phoenici, insigni inago (cujus meminit *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 2. (9)., *Arnob.* 1. 52., *Tertull.* *Anim.* 57.: et *Dardanicae artes* pro magice dicuntur a *Colum.* 10. *R. R.* 358.), quasi magici artibus annonam in sua borea convertant, et caritatem inducant, eorum instar, qui in *Legib.* XII Tab. apud *Sene.* 4. *Quæst. nat.* 7. fruges alienas escantare dicuntur. Sed de hac *Turnebi* conjectura alii viderint. *Ulp. Dig.* 47. 11. 6. Annonam attentare et vetare vel maxime dardanarii solent, et *mox* Deiebis custodiare, ne dardanarii ullius mercis sint. *Paul.* *ibid.* 48. 19. 37. In dardanarios, propter falsum mensurorum modum, extra ordinem vindicari placuit. *J.* **CAPTATOR** et **PROPOLA**.

**DARDANIUS.**, *a.* *um.* *adject.* ad Dardanum Troja regem, item universim ad Trojanos et Trojam pertinens. *J.* **ONOM.** — Est etiam ad Dardanum Phoenicum pertinens, unde *Dardanicae artes* sunt magicae. *J.* **DARDANARIUS.** — Hinc etiam

*Dardanum*, *ii.* *n.* 2. (*subaudi aurum*) absolute substantivorum more, est brachiorum ornamentum aureum, quo et viri utebantur. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 12. (40). Habeant (*aurum*) in lacertis jam quidem et viri, quod ex Dardanis venit itaque et Dardanium vocabatur; viriole Celtoe dicuntur, viriole Celto-Bretoe. *Siliq.* ex *Cod. Bamberg.* aliasque optimæ notæ *Dardanum* legit: *Furcellinus* autem *Dardanum* cum vell. editione; affirmatque ita dictum a Dardania Mösiae regione.

**DARDANUS.**, *a.* *um.* *J.* *voc. præced.*, et **ONOM.**

**DARICUS.** *J.* *voc. seq.*

**DARIUS** vel *Dareus*, *i.* *m.* 2. Tres hoc nomine Persarum reges fuenterunt, de quibus *J.* **ONOM.** — Hinc *darius* apud *Auson.* nomen est monetæ aureæ, quæ XX. denarios valebat, *Epist.* 5. 23. Ego aut prædictos jam nunc describe darios. Hic autem leg. *Darioes*: nam etiam Graci Δαρεῖον vocant, cum prima tamen longa. *Id. ibid.* 19. eosdem Philippos dicerat.

**DASI.** *J.* **DO.** et initium litteræ S.

**DASYPIUS.** *ödts.* *m.* et f. 3. δασύπιος, venus quadrupedis birtos et villosos pedes habenti: a δέρος pilosus, et πόδες pes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 39. 94. (229). Pili dasypodi et in buccis intus et sub pedibus. *Id. 8. ibid.* 55. 81. (219). Lepus omnium præde naescens, solus, præter dasypodem, superfetat. *Id. 10. ibid.* 63. 83. (179). Dasypodes omni mense parvunt, et superfetant sicut lepores. et *ibid.* (182). Superfetant dasypus et lepus tantum. — *Plinius loc. citatis* sibi non constat: nam modo dasypodem vocat eunicalum et distinguunt a lepore, modo euendum ac

leporum facit: *Aristoteles* vero, cui, ut disimus in *V. CUNICULUS*. ignotus fuit eunicalus. utroque vocabulo (δασύπιος et λαγώς) utitur ad leporum denotandum: itaque cum *Aristotele* potius putamus, dasypodus appellationem ad solam leporum pertinere.

**DASYS.** *la vel ea, s. adject.* δασύς, s. *z.* *v.* *asper.* *Priscian.* de accent. p. 1287. *Putsch.* Sunt autem accentus decem: acutus, gravis, circumflexus, longa linea, brevis, hyphen, diastole, apostrophos, dasia, psile. — Quid est dasia? Flatilis, quæ bac notatur figura F. Quid est psile? Siccitas, quæ notatur J. Hinc patet dasiam lineam esse signum densæ aspirationis, psilem vero tenuis. *Diomed.* 2. p. 435. *Putsch.* Ceterum dasiam et psilem, apud nos h. vocali addita vel detracta, demonstrat: id est, scripta h. aspirationem, non scripta levitationem significat.

**DATARIUS.**, *a.* *um.* *adject.* qui dari potest, vel dandus est. *Plaut.* *Pseud.* 4. 2. 13. An non prius salutas? sy. Nulla est mihi solus dataria. h. e. quam temere aliis impertiam, quum eadem ipse caream.

**DATATIUM.** *adverb.* invicem dando, ut *Iudicare datatum*, quemadmodum qui pila lusit, que vi- cissimi mittitur et remittitur. *Plaut.* *Circ.* 2. 3. 17. Tum isti, qui ludunt datatum, servi seurrarum in via. *Noctis* apud *Non.* p. 96. 20. *Merc.* In molis non ludunt rapim pila, datatum mors. — Transferunt et ad obsernum sensum. *Ennius* (corrige *Nævius*) de mereurice loquens, apud *Isid.* 1. *Orig.* 26. quasi in foro pila Ludens datatum dat se, et communem facit. *Pomponius* apud *Non.* p. 96. 18. *Merc.* Datatum in lecto ludere. *Alde Astartum* *ibid.* 20. 13. Datus fatui non erit utilis tibi.

**DATHIATUM.**, *i.* *n.* 2. Dathiatum appellatur tus rufum, secundæ *indemna*. viiiorisque pretii, quod vere colligitur, incisis hinc arboris turifera corticibus. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (60), ad quem locum *Salmasius* in *Solin.* p. 505. vult legi dathiatum, a δάθιον facula, parva tæda, quia in tæderis arboribus e trunco tæde sunt, et quia hojusmodi tus rufum erat, atque adeo tæde accensa simile. *Dalecampius* vero deducit atq. τὸ δάθιον, και τὸ δάθιον, a tæda nempe et sulphure, cujus odorem hoc vilius tuis imitetur.

**DATIO.** *önis.* f. 3. *actus dandi.*

I. Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 9. 21. Remittendum in datione cibi pro portione. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 22. 60. Cujus judicium, legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur. *Al. leg. Iatio.* *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (202). Ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, vigilias Palamedes inventit. In *fragm. legis Mamiliæ* p. 340. *Goesit.* Jurisdictio, judicis datio, addictio. h. e. assignatio. *Ulp. Dig.* 37. 8. 1. *Datio honorum possessionis.* *Paul.* *ibid.* 45. 1. 2. *Datio partis.* *Florentin.* *ibid.* 34. 4. 14. *Datio adempcio legati.* *Marcell.* *ibid.* 46. 3. 68. *Dationem pro solutione dixit.*

II.) Translate est *hos alienandi*, h. e. suum cui quis velit vendendi, permittandi, testamento relinquendi, etc. *Liv.* 39. 19. Uti *Fecenies Hispalæ* datio, gentis enuptio, tutoris optio item esset.

**DATIVUS.**, *a.* *um.* *adject.* qui datur, vel assignatur.

¶ 1. *Tutores* alii sunt *dativi*, seu testamentarii, alii *optivi*, alii vero *legitimi*. *Cajus* 1. *Institut.* (edente iterum *Goescheni*) 149. Vocantur hi, qui nominatum testamento tutores dantur, dativi. Rectissime autem tutor sic dari potest: *Lucium Titum liberis meis, vel uxori meæ tutorem do.* *Id. ibid.* 150. In persona autem uxoris recepta est tutoris optio, id est, ut licet ei, quem velit ipsa, tutorem sibi optare, hoc modo: *Titiaæ uxori meæ tutoris optionem do:* hinc qui ex optione sumuntur, optivi tutores vocantur. *Id. ibid.* 155. Quibus testamento quidem tutor datum non sit, iis ex lege XII. Tabularum agnati sunt tutores, qui vorantur legitimi. *Imp. tamen Justinian.* *Cod.* 1. 3. 52. aperte distinguunt testamentariam tutelam a legitimis, et dativa. Prior nempe est quæ testamento, secunda quæ lege tertia quæ a iudice datur: quod confirmat *ibid.* 5. 30. 5. ¶ 2. Apud Grammaticos dativus casus est tertius, verbis dandi inserviens. *Quintil.* 1. 7. 18. et 7. 9. 13.: et *Gell.* 4. 16. *Priscianus.* *Diomed.* etc.: et dativus absolute apud *Quintil.* 1. 4. 26. aliquoque Grammaticos passim. Quare et dandi casus appellatur a *Varro*. 8. *L.* 36. et 10. *ibid.* 21. *Mull.*; et *Nigid.* apud *Gell.* 13. 25. — De cogn. Rom. *J. ONOM.*

**DATO.** as. ἀνι. are, frequentat. a. do. *Cato* apud *Fronton.* ad *Antonin.* *Imp.* 4. *Ep.* 2. extr. (edente

iterum *A. Maj.*) Numquam ego invectionem datavi, quod amicis meis per symbolos pecunias magnas caperent. *Plaut.* *Most.* 3. 1. 73. Tu solus, credo, feno-re argentum datas. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 23. (58). Themison (medicus) binas non amplius drachmas (helebori) datavt: sequentes et quaternas dedere. h. e. dare consuevit. Quidam MS. habet dedit. *Sidon.* 5. *Ep.* 13. Cum tributum annum datavere. — Obscenum quid letet in illo *Plauti Aulul.* 4. 4. 10. ev. Pone. st. Evidem pol: te datare, credo, consuetum senec. *V. DATATUM.*

**DATOR.** öris, m. 3. qui dat. ¶ 1. Generatim. *Plaut.* *Truc.* 2. 1. 33. Semper datores novos oportet querere, qui de thesauris integris demunt, danunt. *Id. ibid.* 2. 7. 18. Nusquam appetet neque dator, neque acceptrici. *Id. fragm.* apud *Priscian.* 3. p. 616. *Putsch.* Datores bellissimi negotioli soletis esse. *Firg.* 1. *Æn.* 138. Adsit latitiae Bacchus dator et bona Juno. ¶ 2. Speciatim in ludo pilæ dator est, qui pilam ludentibus subministrat: sicut factor, qui pilam ferit, et ipsum lusus certamen facit: unde factio-nes dictæ de partibus ludentium. *Plaut.* *Circ.* 2. 3. 17. Tum isti, qui ludunt datatum, servi seurrarum in via. Et datores et factores omnes subdam sub solum. De hoc *Petron.* *Satyr.* 27. Non eam (pilam) amplius repebat servus, sufficiebatque ludentibus.

**DATUS.**, *a.* *um.* *J.* **DO.**

**DATUS.**, *us.* *m.* 4. *dato.* In sexto casu singulari *Plaut.* *Trin.* 5. 2. 15. Is milie numeri se aureum meo datu tibi ferre ajebat. *Fulgat.* *Interpr.* *Ecccl.* 20. 13. Datus fatui non erit utilis tibi.

**DAUCUM** et daucon, i. n. 2. δάκτυλον, herba est e genere pastinacarum, et ipsa plurimum generum, sed probatissima Cretica, cujus memini: etiam *Celsus* 5. 23. n. 3., feniculi similitudine, candioribus foliis et minoribus hirsutisque, caule pedali recto, radice suavissimi gustus et odoris, semine milli albo, acri, odorante, ut *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 27. (89). et 25. *ibid.* 9. 64. (110). desribit. *Id. 25. ibid.* 11. 84. (134). Daucum medelut capitidis dolori. *Id. 26. ibid.* 7. 25. (41). Cruditates digerant daucum, vetrica farina, plantago decocta. *Cl. Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 350.) hæc ait: « Il n'est pas facile d'arriver à la determination rigoureuse de ces divers daucus, les renseignements donnés étant incomplets. Neanmoins, on peut hasarder le synonymies suivantes, limitées aux trnis espèces de Dioscoride, le texte de Pline manquant de clarté et de précision dans la désignation des autres espèces: — I. Δάκτυλος Hippocr. in loc. var. et Theophr. *Hist. plant.* 9. 8. Δάκτυλος καρπίκιος Dioscor. 3. 83. et Nicand. de Ther. 94. 858. et 939.; Alexiph. 199.; Δάκτυλος καρπίκιος Sch. Nicand. in Ther. p. 10.; *Daucus creticus* et *achaicus* Plin. 25. 1. c.; et *Daucus*, *Daucum* et *Daucium* Latinor. sunt *Daucus creticus* Fuchs. *Hist. plant.* 231., *Athamantha annua*? L. *Spec. plant.* 353. — II. Δάκτυλος ἄτερος; Dioscor. 1. c. et *Dauci genus* Plin. 1. c. sunt *Laserpitium sibiricum* Murr. teste Spreng. *Hist. rei herb.* 165.. *Athamantha Cervaria* L. *Spec. plant.* 352. — III. Δάκτυλος τριτος; Dioscor. 1. c. et *Daucus folius cerniendus* Plin. 1. c. sunt *Seseli ammoides* L. *Spec. plant.* 373. —

**DAUTIA** pro *laertia*, quæ scil. datur legatis hospitiis gratia. *Paul.* *Diac.* p. 68. 10. *Müll.* olim dictum fuisse tradit. Quod quidam ducunt esse a Graeco *Σάτια*, ut inde dautia, post laertia factum fuerit. Ceterum *J. litt.* D.

## DE

DE, præpositio *Ablativo* serviens. Quod ad collocationem attinet — a) Fere præponitur suo nomine; sed — b) Sæpe interseritur eleganter inter adjectivum et substantivum. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 88. Media de nocte. *Cic.* 1. *Orat.* 41. 186. Certis de causis. — c) Postponitur etiam relativo. *Ter.* *Andr.* 1. 2. 13. Qua de re. *Cic.* 1. *Phil.* 5. 12. Quorum de honore agitur. *Id. 3. Orat.* 26. 103. Qua de parte. *Id. 1. Invent.* 28. 41. Quod simile erit negotio, quo de agitur. *Id. 4. Ferr.* 12. 31. Fundus, quo de agitur. Addit. *eund.* 2. *Invent.* 11. 37. et 23. 70. *Marsur.* tamen *Sabin.* apud *Gell.* 5. 13. de qua causa dixit pro qua de causa. — d) Conjungitur et cum encliticis que et ve. *Nepos Lysandr.* 4. Quum — in

bello multa crudeliter avareque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, etc. Adde eundem. *Datam.* 11.; et *Sueton.* Cœs. 11. et *Claud.* 43. *Cajus* 1. *Institut.* § 13. Quibusve stigmata inscripta sint, deinceps quibus noxam quæstio tormentorum habita sit, etc. — Ceterum præpositio ablativa de significat separationem, divisionem, abitionem quæ sit a loco aliquo, ac præcipue quæ sit a loco superiori in inferiorem, hoc est deorsum: et usurpatur *A)* De loco; *B)* De tempore; *C)* De aliis rationibus, quæ divisionem atque abitionem significant.

*A)* De loco usurpatur, et sœpe valet idem, quod ex, nisi quod præpositio de motum significat a loco superiori.

1.) Proprie. ¶ 1. Generatim, et quidem stricto sensu de loco. *Plaut.* *Cas.* 5. 2. 50. Decido de lecto præcepis. *Ter.* *Heaut.* 4. 1. 38. De digito anulum detraho. *Lucret.* 2. 1154. Haud, ut opinor, enim mortalia sæcia superne Aurea de caelo demissi funis in arva. *Id.* 3. 224. Aut aliquo quum iam succus de corpore cessit. *Cato R. R.* 14. Si de caelo villa tacta aiet. *Cic.* 1. *Divinat.* 42. 93. Propter aeris crassitudinem, de caelo apud eos multa liebant. *Id.* *Rabir.* perduell. 1. 2. De vita decidere. *Id.* *Amic.* 3. 12. et 2. *Phil.* 5. 12. excedere. *Id.* *Amic.* 4. 15. exire. *Id.* *Rosc.* *Am.* 52. 151. De manibus alicuius effugere. *Id.* 2. *Cat.* 1. 2. Ferrum de manibus extorquere. *Id.* *Sext.* 33. 72. Nomen de tabulis tollere. *Cœs.* 1. *B. C.* 18. De muro se dejicere. Cf. *Sueton.* *Cœs.* 9. Togam de humero dejicere. *Sall.* *Cat.* 61. De castris procedere. *Nepos Pausan.* 5. De templo esserri. *Curt.* 8. 1. 51. De convivio exire. *Horat.* *Epod.* 2. 55. De ramis olivani legere. *Id.* 1. *Od.* 31. 2. De paterna liquorem sundere. Adde eundem. *Art.* *P.* 257., 2. *Od.* 7. 23. et 1. *Sat.* 1. 55. *Sueton.* *Tib.* 34. De manu reddere strenam. *Forcellinus* addit etiam illud *Lucitii* apud *Non.* p. 528. 9. *Merc.* Solus jam vim de classe prohibuit Vulcaniam. At varia potest esse hujusc loci interpretatio. ¶ 2. Latiore sensu ponitur et de personis, ac jungitur Verbis, quæ significant ab aliqua persona aliquid exigere ac sibi acquirere, cujusmodi sunt emere, interrogare, audire, discere, etc. *Nepos Eumen.* 12. De aliquo supplicium sumere. *Cato R. R.* 1. Emere de domino bono colono. *Cic.* *Flacc.* 20. 48. Fundum mercatus est de pupillo Meculonio. *Id.* 3. *Verr.* 50. 130. *Ædem* tuendam habere de L. Sulla, Q. Metello consulibus. *Id.* 1. *Att.* 11. Messala de Pompejo quæsivit, quid de religione sentiret. Adde *Horat.* 2. *Sat.* 8. 81. Rursus *Cic.* 4. *Verr.* 21. 59. Petere aliquid de aliquo. Ita *Cod. Vatican.*; cf. *Dig.* 13. 6. 5. *Cic.* 1. *Att.* 11. Verum haec audies de Philadelpho. Adde eundem. 5. *Verr.* 33. 133. (Audire de aliquo et audire ab aliquo in eo differunt, quod de aliquo audiuntur, quæ casu ad aures nostras pervenerunt, ab aliquo vero quæ de industria nobis dicuntur. *Cic.* 5. *Verr.* 57. 130. Non hoc nunc primum audit privatus de inimico, reus ab accusatore. V. *Zumpt.* ad h. l.). *Ter.* *Eun.* 2. 2. 31. Discere de aliquo. *Epit.* *Liv.* 51. Uxor de marito impetrare non potuerat, ut etc. ¶ 3. Hinc ponitur etiam de his, quæ a loco aliquo exent. *Sueton.* *Ner.* 46. De Mausoleo etiudire vocem. — Sæpius vero significant, unde sive a quo loco quis sit. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 58. 192. Non de Circu astrologos. *Cic.* *Orat.* 15. 47. Non enim declinatores aliquem de ludo, aut rubram de foro quærimus. *Id.* *Cleut.* 59. 163. A. Binnius capo de via Latina. Adde *Tibull.* 1. 1. 15. *Sueton.* *Aug.* 98. Nautæ de navi. Adde eundem. *Ner.* 37. *Juv.* 14. 131. Aliquis de ponte.

II.) Translate. ¶ 1. Præpositio de usurpatur ad significandum originem, gentem, genus. *Plaut.* *Capt.* prot. 30. De summo genere captum esse equitem. Adde eundem. *Pæn.* 3. 1. 13. *Virg.* 9. *Æn.* 284. genetrix Priami de gente vetusta. Est mihi. *Ovid.* 2. *Met.* 555. Virginibusque tribus gemino de Grecoponatis Hanc legem dederat. Adde eundem. 2. *ibid.* 469. et 8. *ibid.* 722.; et *Stat.* 5. *Silv.* 3. 126. Sic *Sueton.* *Aug.* 17. Liberi de Cleopatra. — Hinc etiam de nominis origine ponitur pro ab. *Ovid.* 1. *Met.* 446. Institutum sacros celebri certamine ludos, Pythia de domitæ serpentis nomine dictos. *Id.* 13. *ibid.* 619. quem dicta suo de nomine tellus Andros habet. ¶ 2. Item usurpatur de scriptis operibus, quorum loci citantur. *Cic.* 1. *Orat.* 59. 252. Juris utilitas, ad quamque causam quamvis repente vel a peritis,

vel de libris deponi potest. *Id.* 3. *Off.* 21. 82. In ore semper Græcos versus de Phœnissis habere. *Sic* *Id.* 5. *Verr.* 53. Recita de epistola reliqua. *Quintil.* 6. 3. 86. Versus dicere de libro Ennii annuali sexto. ¶ 3. Item significat, a qua parte aliquid fit, præcipue quum deorsum sit. *Plaut.* *Asin.* 2. 2. 10. De tergo ducentas plagas dabo. Cf. *Justin.* 20. 5. Magnoque usui ei futuram vel in acie bellanti, vel de tergo intentis in prælium hostibus affirmant. *Ter.* *Andr.* 3. 2. 11. Ilii, quæ sunt intus, clamat de via. *Cic.* 7. *Verr.* 7. 16. Quem — ad se vocari, et de tribunali citari jussit. *Id.* 6. *ibid.* 40. 85. Hæc agebantur in conventu palam, de sella et loco superiori. *Lucan.* 3. 610. Ausus Romanæ Graja de puppe carinæ Injectare manum. *Ovid.* 2. *Fast.* 760. Deque viri collo dulce pendit onus. Sic *Petron.* *Satyr.* 30. De camera lucerno pendebat. Et *Seneca Proivid.* 2. De genu pugnare. h. e. flexis genibus. — Hinc apud sequioris ævi Jurisconsultos de plano cognoscere, interloqui etc., ut in *Dig.* 1. 4. 1., 1. 16. 9. et 27. 1. 13.

¶ 2. Refertur etiam ad tempus: qua ratione vel pro post, vel pro in, aut per adhibetur. *Plaut.* *Most.* 3. 2. 8. Non bonus sonnus est de prandio. h. e. statim post prandium. Cf. *Virg.* 2. *Æn.* 662. Jamque adest multo Priami de sanguine Pyrrhus. h. e. post eadem Priami et Politis filii. *Liv.* 5. 48. Diem de die prospectans, ecquod auxilium ab dictatore apparet. Adde eundem. 25. 25. et *Justin.* 2. 15. — Hinc generatim. *Ter.* *Adelph.* 5. 3. 55. et *Horat.* 11. *Ep.* 2. 32. surgunt de nocte latrones. Adde *Cic.* *Mil.* 9. 22.; *Sueton.* *Vesp.* 21. et *Aug.* 97.; et *Fyntin.* 3. *Strateg.* 3. 7. *Cic.* 2. od *Q. fr.* 15. 2. Viatores, si serius quam voluerunt, forte surreterint, properando etiam citius quam si de multa nocte vigilassent, pervenient, quo volunt. h. e. multo ante solis ortum. Adde eundem. *Sest.* 35. 75. et *Plaut.* *Pseud.* 4. 2. 10. *Cœs.* 7. *B. G.* 88. De media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur. h. e. post medium noctem. Adde *Horat.* 1. *Ep.* 8. 91. et 2. *Sat.* 3. 238.; *Plaut.* *Rud.* 4. 2.; *Juvenal.* 14. 190. et *Sueton.* *Cal.* 26. *Cœs.* 2. *B. C.* 35. ext. De tertia vigilia silentio exercitum reducit. h. e. transacta tertia vigilia. Adde eundem. 1. *B. G.* 12. et *Liv.* 9. 44. *Catull.* 47. 5. Vos convivia lauta sumptuose De die facitis. h. e. mature et multo ante noctem, quum mos esset sero tantum cœnare. Sic *Plaut.* *Asin.* 4. 2. 16. De die potare. *Ter.* *Adelph.* 5. 9. 8. Apparare de die convivium. *Donatus* tamen alter interpretatur. *Liv.* 23. 8. Epulari de die. *Sueton.* *Domit.* 21. Lavabat de die prandebatque ad satietatem. h. e. orto jam die, mane, mature, quum alioquin mos esset circa octavam aut nonam horam balneo uti. Et *Horat.* 2. *Sat.* 8. 3. De medio potare die. *Id.* 1. *Ep.* 14. 34. media de luce. — Et figurare *Cic.* 2. *Phil.* 34. 87. Cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere. h. e. publice; quia supra dixerat, non modo urbem odisse, sed etiam lucem. — Huc pertinent et illa *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 1. 3. Fac, si me amas, ut considerate diligenterque naves de mense Decembri. *Auct.* *B. Hisp.* 33. Ipse de tempore eœnavit. h. e. in tempore. Rursus *Cic.* *Sull.* 24. 69. Etenim de principio studuit animus occurtere magnitudini criminis; nunc etc. h. e. ab initio vel sub initium. Sic legit *Orell.*; al. a principio.

C) De aliis rationibus, quæ divisionem atque abitionem significant: scilicet ¶ 1. Præpositio de possumit de summa, cuius pars aliqua demittit, ac præcipue si de numeris agitur. *Cic.* *Mil.* 24. 65. Ab uno de illis gladio se percussum esse. *Id.* *Rosc.* *Am.* 35. 99. De tribus et decem fundis tres nobilissimos fundos eum video possidere. *Id.* 16. *Fam.* 1. *extr.* De suis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum. Cf. *Id.* *Opt.* gen. *Orat.* 4. 9. Habeatur sane orator, sed de minoribus. *Id.* *Brut.* 31. 131. Accusator de plebe L. Cœselenus fuit. *Sueton.* *Cœs.* 41. De cetero numero candidatorum. *Nepos Datan.* 8. De exercita non amplius mille cecidit. *Horat.* 1. *Od.* 2. 20. De solidi die partem demere. Cf. *Liv.* 7. 17.; et adde *Sueton.* *Aug.* 101. et *Domit.* 13.; et *Horat.* *Epod.* 13. 4., 3. *Od.* 11. 38., 2. *Ep.* 2. 212., 1. *ibid.* 4. 16. et 16. 55., et 2. *Sat.* 6. 104. *Varro.* 1. *R. R.* 38. 2. Stercus optimum esse volucrum: de his præstare columbinum. — Itine factum est, ut nonnumquam de cum Ablativo posita fuerit pro Genitivo: ad rem *Cic.* 3. *Verr.* 12. 32. Date hoc et concedite pudori meo, ut partem aliquam de istius

impudentia reticere possim. ubi tamen de cum Ablativi etiam a verbo reticere postulatur. *Sueton.* *Aug.* 17. Major de duobus. *Nepos Themist.* 4. De servis fidelissimam. *Vopisc.* *Firm.* 3. Tantum habuisse de chartis. Adde *Grat.* *Cyneg.* 17.; *Sueton.* *Tib.* 54.; *Nepot.* *Trasyb.* 2. et *Ages.* 6.; et *Vulcat.* *Gall.* *Cass.* *Avit.* 5. ¶ 2. Ponitur etiam de pecunia vel re, nostra, aliena aut publica, qua aliquid fit, seu quæ et nostro, alieno aut publico thesauro demittitur vel exsolvitur. *Plaut.* *Bacch.* 1. 1. 65. Et operam dare mihi, et ad eam operam facere sumptum de tuo. *Ter.* *Adelph.* 1. 2. 37. Obsonat, potat, olet unguenta? de meo. *Cic.* ad *Planc.* post. ep. 16. 1. 16. ad *Att.* 1. 5. Atticus pecuniam numeravit de suo. Sic *Sueton.* *Cœs.* 19. de suo. *Liv.* 6. 15. de vestro. *Justin.* 36. 3. *extr.* de alieno. *Cic.* 4. *Verr.* 46. 113. Nil ex sacro, nihil de publico attingeres. Sic *Liv.* 2. 16. et 4. 59.; et *Cic.* 5. *Verr.* 44. 105. de publico. Adde *Plaut.* *Truc.* 1. 2. 11.; et *Sueton.* *Cœs.* 26. et *Tib.* 20. — Hinc passim in *Inscript.* apud *Orell.* 1416. d. p. h. e. de pecunio, vel de proprio, et n. 787. d. p. p. h. e. de pecunia publica. et n. 66., 3822., etc. d. p. s. h. e. de pecunia sua. et n. 143. d. p. s. h. e. de suo. Sic n. 291., 1333., 1019, etc. d. s. b. h. e. de suo dedit. et n. 22. d. s. ex v. p. h. e. de suo ex voto posuerunt, etc., etc. — Et figurare *Plaut.* *Mil.* *glor.* 3. 3. 31. At tua præcepta: de meo nihil his novum apposivi. — Hinc etiam *Ovid.* 2. *Pont.* 5. 73. Pro quibus ut maneat, de quo censeris, amicus etc. h. e. quem modo possides, qui nunc tuus est et velut pars quædam census tui, sive carum rerum, de quibus censeris. Sic *Id.* 3. *ibid.* 1. 73. Hoc domini debes, de qua censeris, ut illam Non malis officiis, quam probitate, colas. h. e. familiæ, de qua numeraris in censu, seu familiæ tue. ¶ 3. Usurpat et ad significandum rem seu materiam, et qua aliquid efficitur, aut constat; et quidem — 1.) Proprie. *Lucret.* 2. 789. ex albis (*coloribus*) quoniam non alba creantur; Nec que nigra cluent, de nigris; sed variis de. *Id.* 1. 413. Usque adeo largos haustus de fontibus magnis — fundet. *Cic.* 5. *Phil.* 7. 18. De templo carcerem fieri. *Ovid.* 11. *Met.* 313. Illi mihi nivio factum de marmore signum Ostendit. Adde eundem. 5. *ibid.* 183. Cf. *Id.* 1. *ibid.* 127. De duro est ultima (*etas*) ferro. *Curtius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 29. Duo parietes de eadem fidelia dealbare. V. *FIDELIA.* *Plin.* 26. *Hist. nat.* 1. 11. (23). Succus de quinquefolio. *Scribon.* *Compos.* 215. Cinis de silice facta. *Id.* *ibid.* 16. De calvaria defuncti terra cochlearia sumere per dies. Adde *Flor.* 2. 6.; *Justin.* 7. 2.; et *Pallad.* 1. *R. R.* 35. 3. — 2.) Hinc translate significat rem seu materiam, de qua in scriptis vel in sermonibus agitur, et pro circu, super adhibetur. — a) Cum addito Verbo. *Cic.* *Amic.* 1. 3. Sermonem de amicitia habere cum aliquo. *Id.* *ibid.* 1. 4. Scribere librum ad aliquem de senectute. *Id.* *Fat.* 1. Libri qui sunt de natura deorum. Sic *Id.* 2. *Divinat.* 1. 2. Primus enim (*liber*) est de contemnenda morte. et *Id.* 7. *Att.* 2. sub fin. Uni epistola non rescripsi, in qua est de periculis reipublicæ. *Plin.* 4. *Ep.* 7. *extr.* Credas non de puero scriptum, sed a puero. *Quintil.* 2. 13. 14. De his plenis tractavimus. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 68. Dicere de aliquo. *Id.* 1. *Sat.* 10. 55. De se loqui. Sic de re aliqua dicere, agere, referre, statuere, disputare etc. *passim* apud *Cic.* Adde *Horat.* 1. *Sat.* 1. 69. 2. *Ep.* 2. 191., 2. *Ep.* 1. 215., 4. *Od.* 7. 21. et 2. *ibid.* 13. 23.; *Quintil.* 7. 1. 33., 12. 2. 5., 7. 3. 6., 12. 10. 1. et 8. 6. 35.; *Sueton.* *Cœs.* 6., 9., 23. et 35., et *Aug.* 31. et 55.; *Nepot.* *Cat.* 3. et *Timol.* 4.; *Liv.* 38. 54.; *Sall.* *Cat.* 30., *Jug.* 13., 27. et alibi. — b) Jungitur etiam Substantiis, præcipue quum in ipsis verbis aliqua inest vis. *Cic.* *Fat.* 1. 1. Disputatio de fato. *Id.* 2. *Orat.* 31. 134. Questione de re aliqua. *Id.* *Quinct.* 11. 39. Mentio de pecunia. *Id.* *Mil.* 35. 98. Fama de illo. *Id.* 1. *Nat.* *D.* 13. 33. Aristoteles in tertio de philosophia libro. *Id.* 1. *Tusc.* 22. 53. In sexto libro de republica. *Id.* 5. *ibid.* 11. 52. Quia legi tuum nuper quartum de finibus. *Id.* 5. *Fin.* 5. 12. Theophrasti de vita beata liber. *Id.* 16. *Att.* 37. Librum tibi celeriter mittam de gloria. Sic *Id.* 1. *Divinat.* 27. 56. Somnium de Simonide, subaudi commemoratur ex *præcedentibus*. ¶ 4. Aliquando causam designat, quam motricem vocant, et adhibetur pro causa, vel propter: immo jungitur et ipsi nomini causa, ut apud *Cic.* 7. *Att.* 7. 3. Et, quod scribis in urbem introisse, vereor quid sit; nam id nisi gravi

de causa non fecisset. Adde eum. 1. *Orat.* 41. 186; et *Quintil.* 1. 6. 86. *Plaut. Cas.* 2. 6. 62. Pericor lenosura opinor habeo; jam dudum salit; de labore pectus tundit. *Ter. Eun.* 3. 2. 3. Ecquid nos amas de fidicina istac? *Cic. Dom.* 18. 47. Collegia — tribunorum plebis tota reperientur, — qua coenant de hominum locupletissimum bonis, etc. *Id.* 3. *Verr.* 30. 76. Flebat uterque non de suo suppicio, sed pater de filii morte, de patris filius. *Ovid.* 10. *Mel.* 49. et incessit passu de vulnere tardo. Sic *Val. Flacc.* 6. 65. Achæmenie gravior de vulnere pugnae. *Curt.* 10. 5. Non de regno, sed de rege fundare sanguinem. Adde *Tac.* 1. *Hist.* 34. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 28. Missi magnis de rebus. *Cic.* 1. *Off.* 13. 39. Regulus de captivis communitatis Romanam missus. *Id.* 10. *Att.* 3. Legati de pace. — Hinc de pollutu etiam pro secundum, *juxta. Plaut. Bacch.* 4. 9. 115. De mea sententia. *Cic.* 7. *Verr.* 51. 135. et *Sueton. Tib.* 18. De consili sententia. *Sueton. Claud.* 11. De sententia judicium. *Id. Tib.* 35. De communis sententia. *Ter. Phorm.* 3. 1. 17. De consilio. *Plaut. Most.* 3. 2. 86., et *Vopisc. Aurel.* 39. De exemplo. *Virg.* 11. *Æn.* 142.; *Ovid.* 12. *Mel.* 11.; et *Sueton. Claud.* 42. et *Gaib.* 18. De more. *Sueton. Tit.* 5. De more rituale. *Id. Claud.* 29. et 33. et *Gaib.* 19.; *Quintil.* 9. 4. 144. et *Liv.* 8. 36. De industria. ¶ 5. De adhibetur etiam pro quod attinet ad, ratione habita aliquis persone aut rei. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 121. De istac re in oculum utrumvis conquiescito. *Id. Merc.* 3. 1. 22. De lanificio neminem metuo. *Ter. Adelph.* 2. 1. 50. De argento somniū. h. e. quantum ad argentum spectat, procrastinatione et mora evanescet instar somniū. *Varro* 1. *R. R.* 59. 1. De pomis, conditiva mala struthæa, cotonea, etc. — haec omnia in loco arido et frigido supra paleas posita servari recte putant. *Propert.* 2. 14. 33. De me, mi certe poteris formosa videri. *Cic.* 3. *Fam.* 42. 2. De me autem, suscipe paulisper meas partes, et eum te esse finge, qui sum ego. h. e. quod ad me attinet. *Id. Sext.* 33. 72. Quæ etiam college ejus moderatio de me. *Id.* 2. *Fam.* 17. De rationibus referendis, non erit incommodum te nullam referre. Similiter *Id. Mar.* 3. 5. Legem de ambitu terre. et *Quinct.* 9. 33. Judicium est non de pecunia, sed de fama fortunisque *Quintilii*. Adde *Cœs.* 6. *B. G.* 36.; *Sueton. Cœs.* 10. et 35.; *Liv.* 6. 42. et *Ter. Hecyr.* 2. 1. 36. Similiter *Quintil.* 10. 7. 24. Paullulum de ceteritate deperdere. *Nepos Att.* 14. De quotidiano cultu mutare. Adde *eum.* *Epam.* 3. et *Ages.* 7. *Sall. Cat.* 35. Conscientia de culpa. Cf. *Cic.* 2. *Att.* 24. 4. Se audisse a Curione his de rebus conscientem esse Pisonem. Adde *eum.* 13. *Fam.* 24. a med. — NB. Pripositio de cum Adjectivis ponitur pro Adverbis. *Lucret.* 1. 412. De piano promultere. *Ter. Heaut.* 4. 2. 7.; *Cic.* 12. *Fam.* 30. 2. et 4. *Verr.* 56. 139.; *Liv.* 21. 6.; et *Quintil.* 2. 4. 13. de integro. *Liv.* 29. 35. de novo. V. et *DENUO*. *Ter. Andr.* 2. 2. 23.; *Adelph.* 4. 4. 1. et *Phorm.* 5. 6. 44.; *Cœs.* 2. *B. G.* 3. et 5. *ibid.* 22.; *Cic. Rosc. Am.* 52. 151.; *Sall. Jug.* 38.; et *Liv.* 6. 33. de improviso. *Cic.* 15. *Att.* 4. sub fine transverso. V. autem singula hac et similia suis locis.

In compositione præpositio de — a) Vim habet augendi et est idem se valde, sive significat actionem ad extrema usque fieri (V. *Kritz* ad *Sall. Jug.* 5. et *Cal.* 35. et 45.), quemadmodum in v. *deservire* apud *Horat.* 1. *Ep.* 3. 14., *debachari* apud *eum.* 3. *Od.* 3. 55., *debellare* apud *eum.* 1. *ibid.* 18. 9., *decertare* apud *eum.* 1. *ibid.* 3. 13., et similiter in v. *demirari*, *defutigare*, etc. — b) Interdum simpliciter verborum significacionem demittit vel auferit, ut in v. *decrescere*, *dediscere*, *dedocere*, *de-nasci*; vel similiter negat, ut in *decedet*, *demens*, etc. — c) Sæpe separationem, remotionem motumque deorsum significat, ut in v. *decedere*, *demigrare*, *depromere*, *desicer*, *degradare*, etc.

*Homonym.* In quo differant præpositiones de, ab et ex, V. A, AB, ABS in fin.

DEA, æ, f. 1. *Dea.* — In dativo plurali, ubi opus est distinctione, facit *Deabus*, at *Diis* ubi non est opus. *Cic.* *Rabir.* perduell. 2. 5. A diis deabusque immortalibus pacem ac veniam peto. Adde *Varro* apud *Augustin.* 7. *Civ. Dei* 24. et 28.; et *Gell.* apud *Charis.* p. 39. *Putsch.* *Contra Varro* 3. *R. R.* 18. 17. His diis Helicona atque Olympum attribuerunt bacchines. h. e. *Musis.* V. dicta in ASINA sub init.

— Ceterum dea est feminin. a Deus. *Ennius* 1. *Ann.* 31. Venus pulchra dearum. *Cic.* 3. *Nat.* D. 18. 45. Qui dea matre est, deus sit necessus est. *Ovid. Heroid.* 15. 108. novem deæ. h. e. *Musæ.* *Id.* 3. *Fast.* 833. Mille dea est operum. *Id.* 2. *Met.* 752. bellica dea. *Id.* 5. *ibid.* 300. miranti sic orsa deæ dea. *Id.* 1. *Pont.* 8. 64., 2. *Met.* 654. et 8. *ibid.* 481. deæ fatales. h. e. *Parce.* *Id.* 5. *Met.* 310. Theispades deæ. h. e. *Muse.* *Horat.* 2. *Sat.* 3. 16.; *Virg.* 1. 21. et *Propert.* 3. 11. 41. Di deaque. *Varro* apud *Gell.* 2. 28. Qua vi et per quem deorum dearumve terra tremoret, incertum. Adde *Ovid.* 4. *Fast.* 236. et 224., et 3. *ibid.* 275.; *Nepot.* *Timol.* 2.; *Tibull.* 1. 6. 21. et 4. 6. 11.; *Senec.* *Octav.* 965.; et *Juvenal.* 11. 89. et 10. 366. — Dicitur et de Nymphis, h. e. quæ annos quidem innumerous vivere dicuntur, non tamen esse omnino immortales. *Propert.* 2. 23. 92. Atque inter pecudes accubuisse deam. h. e. *Ænonem*, quam alii vel laqueo, vel mero, viso cadavere Paridis, vitam finisse tradidere. — Etiam uxores a viris suis dilectae post mortem deæ nomine insignitæ fuerunt. *Inscript.* apud *Fea.* *Var.* di notiz. p. 173., quæ est apud *Henzen.* 7348. DEAE SANCTAR MEAS PRIMILLAR MEDICAE, L. VIBII MELITONIS F., M. COGEJUS APHTORVS CONVIVI OPTIMAM CASTAR ET SIBI. *Alia* apud *Fabret.* p. 266. n. 106., quæ est apud *Orell.* 4647. FL. AVG. LIB. HELPIDI QVAE, CVM VIXIT, DEAE ET SANCTISSIMA DICTA EST, CALLISTVS AVG. LIB. HYGINIANVS CONJYGI GARASSIMAE. Adde *aliam* apud *Orell.* 4588. — *Dea Dia* est Ceres, *Osca* *Δημος*, ut est apud *Suidam.* *Inscript.* apud *Gruter.* 120. et 121., et apud *Murat.* 312. et 340. et 341. Idem pluribus confirmat *Marin.* *Frat. Arv.* p. 10., quem videsis.

DEACINATUS, a, um, adject. (de et acinus) a quo acini absterci sunt. *Cato R. R.* 26. *Schneid.* Si bene deacinata erunt dolla.

DEACTIO, peractio. *Paul. Diac.* p. 74. 11. *Müll.* Nam de ali quando anget.

DEALBATOR, òris, m. 3. qui dealbat. *Imp. Constant.* Cod. 10. 64. 1. Carpenterii, sculptores, dealbatores, curos, etc. ubi videntur intelligi qui gypsum inducent, quoniā ii, qui albarium opus parietibus illinunt, supra nominantur, et albi di-cuntur.

DEALBATUS, a, um. V. voc. seq.

DEALBO, as, ãvi, åtum, are, a. 1. (de et albo). Part. *Dealtatus* etiam in fin. — *Dealbo* est album facio. *Cic.* 3. *Verr.* 55. 145. Omnes illæ columnæ, quas *dealtatus* videtis. *Vitruv.* 7. 4. 3. *Schneid.* Tum tegulae calce ex aqua liquida dealbentur. Adde *Pallad.* 1. *R. R.* 24. 1.; et *Sueton. Galb.* 9. *Inscript.* optime nota apud *Gruter.* 207. col. 2. LITA POLITIQUE, ET CALCE VDA DEALBATA RECTE FACTIO. *Curius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 29. Dealbare parietes. V. FIDELIA. — Hinc Part. præter. pass.

Dealbatus. a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Dealbator* translate occurrit apud *Augustin.* 7. *Confess.* 6. *Dealbatores* vias saeculi cur-sitabat.

DEAMATUS, a, um. V. DEAMO.

DEAMBULÄCRUM, i, n. 2. locus ad deambulandum. *Mamertin.* *Grat. act. ad Julian.* 9. Fora, deambulaera, gymnasia lati populis frequentari.

DEAMBULATIO, ònis, f. 3. actus deambulandi. *Ter. Heaut.* 4. 6. 2. Ille deambulatio me ad Ian-guorem dedit.

DEAMBULATÖRIUS, a, um, adject. aptus ad deambulandum. Hinc

*Deambulatorium*, ii, n. 2. absolute, substanti-vorum more, est idem quod deambulacrum. *Capitolin.* *Gordian.* III. 32. Medium vero lithostrotum, quod esset deambulatorium, etc. V. CHALCIDICUM.

DEAMBULO, as, ãvi, åtum, are, a. 1. (de et am-bulo). Part. *Deambulans*. — *Deambulo* est sursum prorsum ambulo, ut sit valetudinis, aut anima causa; ambulo ad lassitudinem usque. — a) Activa formula. *Cato R. R.* 127. Ægrotus saliat decies et deambulet. Adde *eum.* *ibid.* 156. et apud *Cic.* 2. *Orat.* 63. 256. *Ter. Heaut.* 3. 3. 26. Abi deambulatum.

— b) Passive impersonaliter. *Cic.* 1. *Legg.* 4. 14. Cum satis erit deambulatum, requiescamus. Adde *eum.* 1. *ibid.* 2. 1. et 1. *ibid.* 14. 4.; et *Cels.* 1. 3.

— c) Apud sequioris ævi scriptores ponitur pro ire. *Sueton. Aug.* 33. Mox nihil aliud quam vectabatur, et deambulabat. et *ibid.* 98. Deambulans in littore.

DÉAMO, as, ãvi, åtum, are, a. 1. (de et amo). Part. *Deamatus* 2. — *Deamare* ¶ 1. De personis occurrit, et est vehementius amare, ut *Non.* p. 87. 21. *Merc.* exponit. *Afranius* apud *eum.* ibid. Qui de te, et de illa, pessime quam deamas, promerere. *Plaut. Epid.* 2. 2. 35. Cum illa, quam tuus gnatus annos multos deamiat, deperit. — Occurrat etiam ad gratias agendas apud *Ter. Heaut.* 4. 6. 21. *Deamo* te, Syre. ¶ 2. De rebus est gratum aliud carum que habere. *Plaut. Truc.* 4. 1. 5. Mea dona deamata acceptaque habita esse apud *Phronesium.* *Id.* *Poen.* 5. 4. 3. *Deamata* ecstori illic ego hodie lepidissima munera meretricum. h. e. magni aestimavi, valde mihi placuerunt.

DÉARGENTASERE obsolet. verbum futuri infiniti modi, pro argento spoliaturum. *Lucilius* apud *Non.* p. 97. 8. *Merc.* Depculassere aliqua sperans me, ac deargentassere. ¶ 2. DEPECULASSERE.

DÉARGENTATUS, a, um. V. voc. seq.

DÉARGENTO, as, ãvi, åtum, are, a. 1. (de et argentum) argento inducto lego. Occurrat tantum Part. *deargentatus* apud sequioris ævi scriptores. *Hieronym.* in *Isaiam* 9. 30. 24. Nisi idola deargentata et deaurata fuerint communia. *Oros.* 3. 22. *Deargentata* arma. *Augustin.* Ep. 23. c. 5. *Deargentata* columba.

DÉARGUMENTOR, òris, ari, dep. 1. valde argumen-tor. *Claudian.* *Mamert.* 2. *Stat. aném.* 7. Super his deargumentabor.

DÉARMATUS, a, um. V. voc. seq.

DÉARMO, as, ãvi, åtum, are, a. 1. (de et armo). Part. *Dearmatus* 1. — *Dearmare* ¶ 1. De personis est exarmare, armis spoliare. *Liv.* 4. 10. Prælati spoliis, quibus dearmatum hostium exercitum sub jugo miserat. ¶ 2. De rebus est arma detra-here. *Apul.* 5. *Met.* p. 172. Pharetram expile, se-gittas dearmat.

DÉARTUÄTUS, a, um. V. voc. seq.

DÉALBATOR, òris, m. 3. qui dealbat. *Imp. Constant.* Cod. 10. 64. 1. Carpenterii, sculptores, dealbatores, curos, etc. ubi videntur intelligi qui gypsum inducent, quoniā ii, qui albarium opus parietibus illinunt, supra nominantur, et albi di-cuntur.

DÉASCÍATUS, a, um. V. voc. seq.

DÉASCIO, as, ãvi, åtum, are, a. 1. (de et ascia). Part. *Deasciatus* f. — *Deascio* est ascia lævigo, pollio, ascia abrada.

I) Proprie. *Prudent.* 10. *wpj* *crtf.* 381. *Deasciato* supplicare stipiti. *Inscript.* apud *Murat.* 1203. 9. si QVIS HOC MONUMENTVM VIOLÄVERIT, AVT TITVLVM BEASCLÄVERIT etc. h. e. ascia abrada deleverit. *Alia* apud *Henzen.* 7338. QVISQVIS HVNG TITVLVM SIVE MONUMENTVM SIVE SEPVLCHRVM EST DEASCLÄVERIT AVT VIOLÄVERIT VENDIDERIT etc.

II) Translate. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 11. Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deasciari. h. e. circuvariorum, et aliquid ab eo abrada.

DÉAURATOR, òris, m. 3. qui aurum alieni rei inducit. *Imp. Constantin.* Cod. 10. 64. 1. Musivarii, deauratores, albinii.

DÉAURATUS, a, um. V. voc. seq.

DÉAURO, as, ãvi, åtum, are, a. 1. (de et surum). Part. *Deauratus*. — *Deauro* est aurum illico seu induco. *Seneca Ep.* 76. ante med. Gladium bonum dices, non cui deauratus est halitus, sed etc. *Ter-*

*Ter.* *Idolol.* 8. *Sarcus* et *bæza* quotidie deaurantur. *Imp. Valentinian.*, *Valens* et *Gratian.* Cod. *Theod.* 10. 22. 1. *Cassidas* et *bucculas* et *tegerent* argento, et deaurarent. *Inscript.* apud *Orell.* 3173., quæ pertinet ad ann. p. Chr. n. 162. M. AVFIDIO M. F. SALVSTIANO IVRIDIC. PROV. CAMPANIAE PROGOS. PRAKT. — SIGNVM DEAVRATUM ET TITVL. PON. STA-TVER.

DÉBACCHATÍO, ònis, f. 3. immanis bacchatio. *Salvian.* 7. *Gubern.* D. 4. Fervida libidinis debac-chatione grassantes.

DÉBACCHO, as, are, n. 1. idem quod debacchor. *Venant. Fortun.* 1. *præfat.* Salute bibentes insana, Baccho judice, debaccharent.

DÉBACCHOR, òris, åtum sum, ari, dep. 1. Part. *Debacchatus* et *Debacchaturus* sub 1. — *Debacchor* est valde bacchor, fur, sævio. ¶ 1. Stricto sensu de hominibus. *Ter. Adelph.* 2. 1. 30. Si satis

jam debacchatus es, leno, audi, si vis nunc jam. sa. Egon' debacchatus sum autem, an tu in me? Hieronym. in *Isajam* 11. 37. 28. Insanum cognovi, qua contra me debacchaturus eras. *Porc. Latron.* in *Catil.* 11. Quid hanc desperatorum colluviem, jejunam ac sitientem facultatum nostrarum, quo impetu quave strage esse creditis debacchaturami, si etc. ¶ 2. Latlori sensu ac poetice de rebus. *Horat.* 3. Od. 3. 55. Qua parte debacchentur ignes, Qua nebulæ pluviares rores. h. e. in zona torrida, et frigida.

DÉBÁTUO, is, ere, a. 1. (de et batuo) idem quod batuo, verbero. *Petron.* fragm. *Tragur.* 69. *Burnann.* Ut ego sic solebam ipsum Ammeam debatuer. Hic tamen obsceni aliquid intelligitur. V. BATUO.

DÉBELLÁTOR, òris, m. 3. qui debellat, dominator. *Virg.* 7. *Æn.* 651. Lausus equum dominor, debellatorque ferarum. *Stat.* 9. *Theb.* 544. formidabilis ulti Tydeos infandi debellatorque cruenti Gurtitis. *Tertull.* *Apolog.* 5. Aliquis debellator Christianorum. et mox. *Vespasianus* *Judaorum* debellator.

DÉBELLÄTRIX, icis, f. 3. quæ vincit et debellat.

I.) Proprie. *Tertull.* *Apolog.* 25. Græcia Phrygia debellatrix.

II.) Impropprie. *Lactant.* 1. 9. Libido pudoris et famæ debellatrix. *Cassiod.* 10. *Variar.* 29. a med. Contra illam humani generis debellatricem (poda gram) data sunt opportuna munimina laycarorum.

DÉBELLÄTUS, a, um. V. voc. seq.

DÉBELLLO, as, ávi, átum, ore, 1. (de et bello). Part. *Debellatus*, *Debellans* et *Debellatus* sub B. I. 1. — Debellare est A) Verbum intransitivum et B) Transitivum.

A) Debellare, neutrorum more, est pugnando vincerendo bellum finire; et occurrit — a) Activa forma. *Liv.* 9. 16. Aulus cum Ferentinis debellavit. *Epit. Liv.* 33. T. Quintius cum Philippo ad Cynocephalas in Thessalia acie victo debellavit. — b) Sæpius passive impersonaliter. *Liv.* 4. 58. Nondam debellatum esse. *Id.* 7. 28. Prima acie debellatum est. *Id.* 8. 36. Debellari eo die cum Samnitibus potuisse, pro haud dubio habitum est. *Adde eund.* 2. 26., 3. 70., 26. 37., 33. 20. et 40. 50. *Vellej.* 2. 84. Debellatum apud Actium. *Tac. Agric.* 26. Debellatum foret. *Adde eund.* 3. *Hist.* 19. Sic *Flor.* 3. 5. Et debellatum foret, nisi de Mithridate triumphare cito, quam vere maluisset. — c) Hinc Ablativus debellato, eleganter absolute ponitur. *Liv.* 30. 8. Velut debellato jam, quod ad Syphacem attineret. h. e. velut jam debellatum esset. *Adde eund.* 29. 32. et 26. 21.

B) Apud Poetas et apud sequioris ævi scriptores occurrit etiam cum Accusativo; et quidem

I.) Proprie. ¶ 1. Est ad finem usque pugnare. *Horat.* 1. 18. Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero Debellata. *Forcellinus* h. l. accipit pro simplicitate pugnare: at præpos. de verbo vim addit.

¶ 2. Item bello non solum vincere, sed omnino domare. *Virg.* 6. *Æn.* 853. Parcer subjectis et debellare superbos. *Id.* 5. *ibid.* 730. gens dura atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est. *Ovid.* 4. *Met.* 604. India debellata. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. (41). Arbelitis, ubi Darium Alexander debellavit. *Tac. Agric.* 34. Debellare hostem. *Sueton.* *Ner.* 43. Gallias. *Id.* *Tib.* 17. Illyricum debellatum. *Curt.* 7. 4. Bessus debellatus super mensam Alexandum. Cf. *Stat.* 9. *Theb.* 189. Maura diu populatum rura leonem Pastorum lassæ debellavere cohortes. *Claudian.* IV. *Cons. Honor.* 634. Tyrannus debellatus.

II.) Impropprie. *Curt.* 9. 2. 15. Olim fugissemus ex Asia, si nos fabulæ debeliare potuissent. *Id.* 3. 5. 6. Debellari fame atque inopia. *Adde eund.* 4. 9. 8. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 23. 47. (99). Debellat eos fugos et aceti natura, contraria iis. h. e. nocendi vi eos exarmat. *Sil. It.* 12. 287. Debellare bonos. *Id.* 14. 634. Debellari morbis.

DÉBÈLUS, i, m. 2. locus pascendo non aptus, non pecoralis, a de præposit., seu particula privativa, (V. DE) et beta, oves, ut dixeret veteres Latinis, teste *Varrone*. V. BELA. *Tabula alimentaria* *Vel lejas*, quæ vulgo *Trajanæ* dicitur; col. 3. lin. 3. Fundos Avegam, Vercium (cum) debelis. *Ead. col.* 4. l. 39. Fundum Metilianum cum casis, silvis, meridibus, et debelis. *Ead. col.* 7. l. 37. Saltus Ave-

gam, Vercium, debelos cum figliis. *Petr.* de *Lama* in *not.* ad *eamd.* p. 36. varia aliorum refert de huius vocis significatione sententias: nos vero cum *Barpt.* *Borghesio* sentimus, qui supra allatam interpretationem nobiscum per litteras communicavit.

DÉBÈO, bes, bùi, bitum, bere, a. 2. *Debitu* tri pro debitum iri, h. e. debendum esse, vel fore ut debatur, legitur apud *Ulp. Dig.* 12. 4. 10. Quoniam debitu iri non est certum. *Adde Scœvol.* ibid. 38: quamquam et in utroque loco alii legunt debitu iri. V. PRÆSTO. — Part. *Debens* II. A. 1.; *Debitus* in omnibus fere paragr.; *Debendus* II. A. 1. 10.; *Debiturus* I. a. — Volunt etymologi, debeo esse a de et habeo, quasi de alio habeo; quid si verum est, dicetur proprie de eo, qui rem alienam habet et reddere tenetur (It. *essere debitore, docere*; Fr. *devoir*, être redévable, être débiteur; Hisp. *deber*, estar dendor; Germ. *etwas schuldig sein*; Engl. *owe, be in debt*).

I.) Proprie usurpatum de pecunia, vel de iis quæ pecuniae pretio estimari possunt; et occurrit — a) Cum Accusativo rei, quæ debetur. — Activa forma. *Plaut.* *Trin.* 2. 4. 23. Mille drachmarum, quas de ratione debuisti. *Ter. Phorm.* 4. 3. 50. Qui dissolverem quæ deheo. *Cic.* 13. *Fam.* 61. Ejus filio pecuniam Niæenses grandem debent ad HS. octogies. Sic *Sall. Cat.* 49. Is privatum egregia liberalitate, publice maxumis muneribus grandem pecuniam debebat. Rursus *Cic.* 2. *Phil.* 29. 71. Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro portis, pro sectione debebas. *Adde Cic.* 5. *Att.* 21. 12.; et *Quintil.* 7. 4. 44. *Paul. Dig.* 45. 2. 17. Pro hereditatis partibus iri totum eos legatum debitoribus ajunt. — Passive. *Cic.* 1. *Orat.* 37. 168. Ante petitam esse pecuniam, quam esset capta deberi. *Id. Quintil.* 12. 41. Satis est argumenti, nihil esse debitum Nævio. *Id. Flacc.* 23. 54. Castricio solverat pecuniam jamdiu debitam. *Id.* 5. *Verr.* 82. 189. Qui, quam frumentum debetur, pecuniam posceret. *Adde Ctes.* 6. B. G. 33. et 3. B. C. 31.; *Quintil.* 5. 10. 117. — b) Absolute. *Ter. Phorm.* 5. 7. 30. Quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui? *Cic.* 14. *Att.* 18. *Kal. Januar.* debuit: adhuc non solvit. *Nepos Att.* 2. Neque longius, quam dictum est, eos debere passus est. *Sall. Jug.* 96. Ipse ab nullo repeteret, magis id laborare, ut illi quam plurimi deberent. *Adde Ctes.* 3. B. C. 20. et *Quintil.* 4. 4. 6. *Plin.* 10. *Ep.* 62. Nec inventiuntur, qui velint debere reipublicæ duodenis assibus. h. e. qui pecuniam fenori sumere velint a republ. — Hinc Debitum, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est pecunia debita, as alienum. *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 2. 3. § 10. Solvere alieui debitum. *Id.* 13. *Att.* 23. 3. Ne existimes eos, qui non debita consecrati solcant, quod debitorum remissuros. Et figurare *Id. Opt. gen. orat.* 1. 3. Docere debitum est: deflectare honorarium: permovere necessarium. — c) Animam debere proverbium est apud *Ter. Phorm.* 4. 3. 56., ex Græco καὶ ἀστή τῷ φυχῆς οὐφείκαι. V. ANIMA.

II.) Figurate occurrit A) Generativum, et B) Speciatum.

A) Generativum debere, figurate usurpatum ¶ 1. Significat quamcumque obligationem: ad rem *Cic. Marcell.* 9. 27. Quoniam patre, quod debes, solveris. — Porro occurrit — 1.) Cum addita re, quæ debetur, quæque propter ea obligationem ipsam deficit. — a) Active, seu cum Accusativo ipsius rei. *Ter. Andr.* 4. 1. 52. Ego, Pamphila, hoc tibi pro servitio debeo, conari manibus, pedibus, noctesque et dies, capitis periculum adire, dum proxim tibi. *Catulli.* S2. 1. Quinti, si tibi vis oculos debere Catullum. *Cic.* 13. *Fam.* 75. Obsequor homini familiariissimo, C. Aviano Flacco, cujus causa omnia cum cupio, tum mehercule etiam debeo. *Id.* 1. *Orat.* 26. 121. Hoc summum beneficium Q. Maximo debui, quod etc. *Id.* 2. *Phil.* 11. 14. 27. Quo majorum ei res publica gratiam debet. Sic *Sall. Jug.* 110. Numquid ego ratus sum fore, ut rix maximus in hac terra — privato homini gratiam deberem. Rursus *Cic.* 1. *Att.* 14. ante med. Qui inibi laudem illam eo minus debet, quod etc. *Virg.* 10. *Æn.* 853. Debuerant patris poenas odisque meorum: Omnes per mortes animam solum ipse dedidsem. *Id.* 11. *ibid.* 51. Nos juvenem exanimum, et nil iam cœlestibus ullis Debentem, vano maestri comitamus honore. Ubi *Servius*: Vivi Superiorum sunt, mortui ad Inferos pertinent. V. Interpr. *Adde eund.* 12. *ibid.* 317. Ho-

rat. 1. Od. 3. 5. Navis, quæ tibi creditum Debet Virgilium. Adde *eund.* 1. *Sat.* 5. 46. *Ovid.* 4. *Post.* 5. 31. Debere vitam alicui. *Id.* 14. *Met.* 3. Arva nihil debentia bubus junctis. h. e. inuarata. *Quintil.* 5. 10. 73. Fidem debet tutor. *Adde Sil. It.* 15. 371. Præcipue de iis, quæ mortuis debentur. *Ovid.* in *Ib.* 399. quo sanguine debuit, aras Tinxit. Cf. *eund.* 14. *Met.* 44. Et *Horat.* 2. Od. 6. 22. ibi tu calenteum Debita sparges lacrima favillam Vatis araci. — b) Passive. *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 1. 9. extr. Communis fides, quæ omnibus debetur. *Id.* 1. *Cat.* 7. 16. Misericordia, quæ tibi nulla debetur. *Id. Pis.* 37. 91. Pœna, quæ tanto facinori debetur. *Id. Mil.* 31. 85. Vobis sera; sed justæ tamē et debite pœnae solute sunt. *Adde Ovid.* 5. *Fast.* 638. *Cic.* 7. *Phil.* 3. 10. Meritos et debitos honores alicui decernere. *Adde Sall. Jug.* 85. *Cic. Balb.* 26. 59. Justam et debitam gratiam referre alicui. *Virg.* 2. *Æn.* 538. Præmia debita. *Horat.* 1. *Od.* 28. 32. Debita jura. *Id.* 3. *Od.* 27. 30. Debita Nymphis opifici corona. *Ovid.* in *Ib.* 182. Debita viscera. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 17. (76). Debetur Chio insulae inventio amyli. *Adde Quintil.* 2. 14. 1. et *Sil. It.* 1. 484. *Alcim.* *Itit.* 6. 149. conversio fratrum Exemplio debenda pio. — Debet non posse dicitur, qui prestat, quod debet. *Cic.* 4. *Att.* 2. et 2. *Tusc.* 27. 67. Itaque oratio juventuti nostra deberi non potest. h. e. edenda omnia est. Cf. *Ovid. Heroid.* 16. 103. Nec potul debere mihi spem longius istam, Quin etc. — Hinc Debitum, i. n. 2. absolute, substantivorum more, pro re debita, præcipue apud sequioris ævi scriptores. *Curt.* 10. 5. Velut omni vita debito liberatus, fatigata membra rejecit. *Seneca Pheeniss.* 181. Debitum tandem exige: nunc solve pœnas. *Val. Max.* 2. 9. 1. Alligare aliqueni debito nutriendorum nepotum. *Eumen. Paneg. Const.* 25. Conscientia debitum relevante. *Id. Paneg. Constant.* 11. Debitum perferre. — 2.) Cum Infinito fere moralem obligationem designat, sive rationem officii significat, oportere, obstrictum esse ad aliquid faciendum. *Plaut. Amph.* prol. 39. Debetis velle, quæ velimus. *Matius* apud *Cic.* 11. *Fam.* 28. 4. At debeo pro civili parte rempublicam velle salyam. *Id.* apud *eund.* *ibid.* § 6. Quod tamen manus et hominis amicissimi memoria atque honoribus præstare etiam mortui debui. *Cic. Amic.* 11. 36. Numne si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patrionam arma illi cum Coriolano debuerunt? *Id. Orat.* 21. 70. Magni judicij, summae etiam facultatis esse debet moderator ille etc. Cf. *eund.* 2. *Orat.* 77. 310. Principia et ceteræ partes orationis habere hanc vim magnopere debent, ut etc. *Nepos Epam.* 5. Paritur pax bello: itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. *Adde eund.* *Itib.* 2. *Ovid.* 4. *Fast.* 405. Es erat in pretio: chalybia massa latebat: Heu quam perpetuo debuit illa tegi! *Petron.* *Satyr.* 33. ad fin. Hic nescio quid bonum debet esse. *Adde Ctes.* 1. B. C. 30. et 1. B. G. 43.; *Horat.* 1. *Sat.* 4. 43., 1. *Ep.* 3. 30. et 2. *ibid.* 1. 37.; et *Curt.* 3. 4. 5. et 10. 9. 16. — Item immunita aliquantulum significazione, debere ponitur pro aptum esse, decere, consentaneum esse. *Liv.* 24. 25. Nullam earum vivens debere. *Id.* 3. 46. extr. Improbum consilium serum, ut debuit, fuit. *Adde eund.* 37. 6. — Apud Poetas ponitur pro necesse est. *Luctret.* 3. 188. animus constare rotundis Perquam seminibus debet. *Odid.* 13. *Met.* 877. vox, quantam Cyclops habere debuit. ¶ 2. Item debere — a) Ponitur de iis, quæ natura vel fato certissime eventura sunt, quæ significazione occurrit fere passive. *Cic.* 13. *Phil.* 12. 31. O fortunata mors, quæ naturæ debet, pro patria est potissimum redditus! *Id. Sext.* 21. 47. Vita necessitatibus debetur. *Horat.* Art. 6. 63. Debenim morti nos nostraque. *Virg.* 6. *Æn.* 714. animæ, quibus altera fato Corpora debentur. *Id.* 11. *ibid.* 759. fatis debitus Arrmix. *Id.* 7. *ibid.* 120. telus fatus debita. Cf. *Flor.* 4. 2. *Ovid.* 15. *Met.* 444. Urbem et jam cerno Phrygios debere nepotes. h. e. Trojanos urbem Ronam olim certo conditores. *Val. Flacc.* 2. 571. his Herculeis deberi Persama tells h. e. in fatis esse, ut his oppugnentur. *Id.* 5. 277. Debitus Ægeisdux Thessalus appulit oris. *Stat.* 2. *Achill.* 317. magna vastator debite Trojae. *Id.* 4. *Theb.* 84. debitus hospes. et 1. *ibid.* 80. debita vindicta. *Adde Lucan.* 6. 530. — Huc referri potest et illud *Propert.* 1. 20. 35. nulli pendebant debita curia Rosclida desertis poma sub arboribus. h. e. agrestis, et sponte nullo culta nascentia. — Hinc Debitus

*tum, i. n. 2. absolute, substantivorum more. Nepo Reg. 1. Morbo naturae debitum reddiderunt. h. e. mortui sunt. Inscript. apud Orelli. 3453. vix. ANN. LXXX. SANCTISSIME ET PROPE DIEN CONSUMMATIONIS PRIMI FILI SVI DEBITUM NATVRAE PERSOLVIT. — b) Debere interdum ea dicimus, quae metu nobis impendunt; quasi obnoxii simus ad ea subeunda. Horat. 1. Od. 14. 15. Tu, nisi ventis Debes ludibriū, cave. Greci quoque ἀξιοκαίνευ τέλωτα ταῦ (ut Aristoph. Nub. 1031.) debere risum aliqui, ὀπίκαιαν δικῆς reum esse et damnatione dignam dixerunt; hinc ludibriū debere apud Horat. est idem ac præmberere.*

**E)** Speciatim debere grati animi obligationem designat, sive gratiam alicui habere significat: ad rem *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 12. Magna beneficia iohi debet. *Cic.* 10. *ibid.* 12. ad fin. Perfice, ut ne minus res publica tibi, quam te reipublicæ debeas. *Id.* *Planc.* 28. 68. Non plus me Plancio debere, quam bonus omnibus. *Nepos Epam.* 3. Ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret, quantum cuique deberet. *Ovid. Heroid.* 9. 15. Se tibi pax terra, tibi se tuta sequora debent. *Addit. Senec.* 1. *Benef.* 1. et *Vita beata* 5.; et *Plin. Paneg.* 30. — **Hinc Debens**, entis, absolute, substantivorum more, apud *Senec.* 1. *Benef.* 4. Ut qui præstiterint (*beneficium*), obli-  
scuntur: pertinet sit memoria debentum. — **Hinc**

*Debitum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, pluribus usurpatur significationibus. *V.* sub I. *b.* in fin.; sub II. *A. 1. 1.<sup>o</sup>* in fin. et 2. *a.*

**Débent**, entis, m. 3. absolute, pro debitor: *V.* sub II. *B.* in fin.

**DÉBILIS**, e, adject. — *Debilo*, debilis. *Ennius* 8. *Ann.* Debilo homo. Ita *Non.* p. 95. 32. *Merc.* Sed alii, et quidem jure, corrigunt *débil*, ut dictum sit ea ratione, qua *rotul*, *fatul*, etc. — *Comp. Debilior* II. a.; *Sup. Debilissimus* occurrit tautonomia in *Nol. Tir.* p. 12. nullo propterea auctore. — *Ceterum debilis*, pro *dehabilis*, ut volunt etymologi, a de et *habilis*, est qui facili membrorum artuumque mobilitate caret, membris captus, adeoque infirmus, imbecillus (*It. inabile, impotente, storpio, invalido; Fr. faible, infirme, debile, affaibli, paralyse; Hisp. feble, débil, quebradizo; Germ. unbrauchbar, gelähmt, gebrechlich, schwächlich, hinsfällig; Angl. infirm, feeble, maimed, impotent, disabled*).

I.) Proprie usurpatur de corpore; et quidem —  
a) De hominibus, et raro admodum de brutis, qui  
membro aliquo capti sunt. *Plaut. Merc.* 3. 4. 45. Ad  
mandata claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis. h.  
e., ait *Forcellinus*, qui brachia, vel pedes distortos  
et impeditos habet: additque illud *Senec.* 5. *Con-  
trov.* 33. Hic cæcus est, hic debilis, hic mutus. *Cato-  
R. R.* 157. Item pueros pusilos, si laves eo lotio,  
numquam debiles fient. h. e. nervis laborabunt. *Cic.  
Babir. perdiuell.* 7. 21. Q. *Scavola*, conspectus sene-  
tute, præpeditus morbo, mancus, et membris omni-  
bus captus ac debilis. *Id. Sext.* 10. 24. Gladium si  
imbecilio seni, aut debili dederit. *Muc.* apud *Senec.*  
*Ep.* 101. Debilis manu, pede, cora. *Juvenal.* 10.  
227. Ille humero, hic lumbis, hic costa debilis. *Lam-  
prid. Commod.* 1. Debilis pedibus. *Plin.* 7. *Hist.  
nat.* 28. 29. (104). Cum sacris arceretur (*miles*), ut  
debilis. scilicet cui dextra manus deerat. *Ovid.* 3.  
*Trist.* 4. 19. tecto delapsus ab alto Occurrat regi debili  
umbra suo. *Al. leg.* debilis. — Et de brutis  
*Liv.* 21. 40. Claudi ac debiles equi. *Phœdr.* 4. 1.  
Mustela annis ac senecta debilis. — b) De rebus.  
*Ter. Adelph.* 4. 4. 3. Membra metu debilia. *Lu-  
cret.* 4. 949. Debile fit corpus, languescent omnia  
membra. *Ovid.* 12. *Met.* 106. Debilis manus. *Sue-  
nus. Fesp.* 7. Quidam debili cruce. *Martial.* 10. 65.  
Os blasum tibi debilisque lingua. *Seneca.* 5. *Con-  
trov.* 33. Membra debilia. *Prudent.* 2. *Cather.* 79.  
femur. *Virg.* 5. *Æn.* 271. Amisis remis atque or-  
dine debilis uno. *Apud Stat.* 12. *Theb.* 134. debili-  
ter carpere dicitur, qui vulnere tardus ac debilis  
est. Cf. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 67. Cumque ego deficiam,  
nec possim ducere currum, Fac tu sustineas debili  
sole jugum. *Virg.* 12. *Æn.* 50. Et nos tela, pater,  
ferrumque haud debile dextra *Spargimus. Martial.*  
7. 20. Debili. *Boletus.* h. e. caule aut mutilo, aut  
penitus reciso. *Gronov.* Sic *Stat.* 4. *Silv.* 9. 34. De-

bilis perna. h. e. cui pars abscissa est. Rursus *Martial.* 8. 6. Hoc craterem ferox commisit praetexta Rhetus. Cum Lapithis: pugna debile cernis opus. h. e. mutillum.

II.) Figurate: ad rem *Cic. Mur.* 25. 51. Duo corpora esse reipublicæ, unum debile infirmo capite; alterum sursum sine capite. Et *Quintil.* 11. 3. 83. Sine manibus trunca esset actio ac debilis. — a) De animo. *Cic.* 3. *Cal.* 2. 3. Eos, qui restitissent, infirmos sine illo (*Catilina*) ac debiles fore putabam. Sic *Claudian.* 1. *Rufin.* 317. pars una roaneret. Debilior facilisque capi. Rursus *Cic.* 2. *Tusc.* 5. 13. Ut ager, quamvis fertili, sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus. Ita est utraque res sine altera debilis. *Tac.* 4. *Hist.* 62. Dux *Claudius* Sanctus effosso oculo, dirus ore, ingenio debilior. *Sib. It.* 8. 261. Arte belligeris debiles. — b) De abstractis. *Cic. Mil.* 9. 23. Occurrebat, mancam ac debilem prætrum tuam futuram, consule Milone. *Pers.* 5. 99. Ut teneat vetitos inscritia debilis actus. b) e ignorancia immotus.

**DEBILITAS**, *äis.* f. 3. (*debilis*) morbus ejus, qui aliquo membro captus est (*It. storpiezza; Fr. faiblesse, infirmité; Hisp. debilidad, enfermedad; Germ. die Lähmung, Schwäche eines Gliedes; Engl. weakness, feebleness, lameness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) In singulari numero. *Labeo* apud *Gell.* 4. 2. *Debilitas-pedis. Cic.* *Pis.* 1. 1. *Debilitas linguae. Liv.* 2. 36. Cunctantem ac prolatantem ingens vis morbi adorta est debilitate subita. *Plin.* 8. *Ep.* 18. a med. Cum quereretur de contumeliis debilitatis suæ. *Quintil.* fere per totam declam. 2. cæcitatem debilitatem vocat. Addit. *Tac.* 1. *Hist.* 9.; *Cels.* 5. 26.: *Sueton.* *Cal.* 26.; et *Juvenal.* 14. 156. — b) In plurali numero. *Cic.* 4. *Fin.* 8. 20. A se dolores, morbos, debilitates repellere. Addit. *Gell.* 6. 1. ¶ 2. Speciatim est defectio virium, infirmitas. *Seneca* *Ep.* 55. Debilitatem nobis indixisse deliciæ: et quod diu noluimus, posse desivimus.

Ille impropius. *Cic.* 1. *Fin.* 15. 49. *Debilitas animi, cui mox opponitur robustus animus.* *Martial.* 2. 86. *mollis debilitate Galliambus, h. e. mollitie effeminatus; et alludit ad Gallos semiviros.*

DÉBILITATÉ, V. DÉBILITER.  
DÉBILITÁTIO, ónis, f. 3. actus debilitandi, debilitas.  
I.) Proprie. *Apul.* 2. *Met. sub fin.* Præmium debilitatiois consecutus. h. e. detrunctionis nasi et aurium.

II.) Improperie. *Cic. Pis.* 36. 38. *Debilitatio atque*

**DÉBILITÁTUS**, a, um. *V. DEBILITO.*  
**DÉBILITER**, adverb. cum debilitate. *Pacuvius apud Non. p. 98. 18. Merc. Misericet me, lacrimis lingua debiliter stupet. Nonius exponit debilitate: ejus adverbii nulla præterea est, quod sciām, quā fulciatur, auctoritas.*

**DÉBILITÉ**, *as, èvi, ètum, are, a.* 1. (*debilis*).  
Part. *Debilitatus* in omnibus paragr.; *Debilitatus-rus I.* — *Debilitare* est debitem reddere (*V. DEBILIS* sub init.), infirmum, invalidum reddere (*It. storpiare, rendere inabile; Fr. mutiler, estropier, affaiblir; Hisp. mutilar, estropear, debilitar; Germ. verschrümmen, lahmen, entkräften schwächen; Engl. to cripple, disable, enervate, maim*).

1.) Proprie. — a) De hominibus ceterisque animalibus. *Air.* 24. 40. Estigies, immo umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, squallore enecti, contusiti ac debilitati inter saxa rupesque. *Tac.* 4. *Ann.* 63. Quinquaginta hominum millia eo casu (h. e. amphitheatri) debilitatae vel obtrita sunt. *Sueton.* *Aug.* 43. Lapsi debilitatis. *Curt.* 4. 3. et 8. 1. Debilitas vulnere. *Ovid.* 13. *Met.* 102. Debilitaturum quid tempetis, improbe, minus? Addo *Cels.* 7. 2. circa med. *Seneca* 5. *Centrop.* 33. a med. Qui debilitatibus expo-

sitos. *Id. ibid. sub fin.* Plura habet membra, quam  
debilitatis reliquit. *Aurus Menand. Dig. 49. 16. 4.*  
*a med.* Qui debilitavit filium, ut inhabilis militie  
sit. *Cajus 3. Institut.* (edente iterum *Goeschen*)  
§ 146. Gladiatores, qui inter se exierint, qui occisi  
qui debilitati fuerint. — *b) De rebus. Lucret. b.*  
1149. manabat lingua cruento. Debilitata malis, motu  
gravis, aspera tactu. *Cic. Flacc. 30. 73.* Membra,  
que debilitavit lapidibus, fastibus, ferro. *Sic. Iust. B. Alex. 18.* Terror membra debilitat. *Cic. Morelli*  
3. 8. Nulla est tanta vis, quæ non ferro ac viribus

debilitari frangique possit. Ejusdem *Cic.* *fragm.* apud *Nom.* p. 105. 10. *Merc.* Cibum etiam saepe subtrahunt, ut fame debilitetur equorum nimis effrenata vis. *Nepos Ages.* 5. Opes adversariorum debilitate. *Rurus* *Cic.* 2. *leg.* *Agr.* 33. 9t. Nervis urbis omnibus erexit, urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt. Et poëtie *Horat.* 1. *Od.* 11. 5. Quæ *thiemis* num oppositus debilitat pumicibus mare Tyrhenum. h. e. retundit, frangit.

II. Figurare: ad rem *Cic.* 5. *Fam.* 13. Nullum membrum recipibile, quod non fractum debilitatum sit — a) De animo. *Varro* apud *Nom.* p. 163. 30. *Merc.* Quo metu debilitaret nostros. Cf. *Cic. Dom.* 52. 135. Mens debilitata metu concidit. Et *Quintil.* 1. 3. 6. Metus debilitat. *Cic.* 5. *Phil.* 2. 4. et *Nepos Datam.* 6. Debilitare animas et virtutem militum. *Cic.* post *redit.* in *senat.* 15. 36. Frangere, aut debilitare animum alicujus. *Id.* 3. *Cat.* 5. 10. Recitatis litteris, debilitatus atque abjectus, conscientia convictus repente conticuit. *Id.* 2. *Orat.* 47. 195. Afflictus, debilitatus, moxens. *Nepos Hann.* 1. Domi clyvium suorum invidia debilitatus. *Cic.* 2. *Orat.* 33. 142. Debilitati a jure cognoscendo. — b) De abstractis aliisque. *Cic.* 5. *Att.* 4. Tua profectio spem meam debilitat. *Id.* *Mur.* 37. 80. Debilitare audaciam alicujus. *Id.* *Vatin.* 7. 18. Debilitare et reprimere furores tribunios. *Id.* *Mur.* 21. 43. studia amicorum. *Id.* *Cael.* 24. extr. vocem fletu. *Id.* 3. *Orat.* 50. 192. Versus debilitator, in quacumque sit parte titubatum. *Id.* 5. *Tusc.* 27. 76. Dolor fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam debilitat. *Id.* *Quinct.* 1. 4. Ut multis incommodis veritas debilitata, tandem aquitare talium virorum recreetur. *Id.* *Deiot.* 2. 7. Actio causa maxime debilitatur loco. *Tac.* 3. *Ann.* 67. Metus exercitiam quoque eloquentiam debilitat. *Firg.* 9. *En.* 610. nec tarda sequentur. Debilitat vires animi mutatque vigorem. *Quintil.* 6. proem fin. Debilitate vires ingenii.

### **DEBILIS**. V. DEBILIS sub init.

DÉBITIO, ónis, f. 3. actus debendi, debitum. (c. ic.  
14. Att. 13. 5. Quintus de emendo nihil curat: satis  
enim torquetur debitio dotti. Id. Planc. 28. 68.  
Dissimilis est pecuniae debitio et gratia. I. Gell.  
1. 4.

**DÉBITOR**, *ēris, m.* 3. qui debet, cui opponitur creditor.

1.) Proprie. *Modestin.* Dig. 50. 16. 108. Debitor intelligitur is, a quo invito exigi pecunia potest. Cic. 2. Off. 22. 78. Pecunias creditas debitoribus condonare. Adde eundem. Pis. 35. 86., 9. Fam. 6., et 7. Att. 18. 4.; Cres. 3. B. C. 20. Horat. 1. Sat. 3. 86. Debitor aeris. Seneca 6. Benef. 2. Non dicam me illius debitorem, nec hoc  $\alpha\epsilon$ s alienum profitebor. Adde Sueton. Aug. 32.; Juvenal. 16. 40.; Quintil. 3. 6. 84., et Cell. 20. 1. — Debitores, qui solvendo non erant, olim Romas in partes seabantur, quae creditoribus distribuebantur. Tertull. Apolog. 4. a med. et apud A. Mai. in Vatic. Coll. T. 2. p. 144.

II.) *Improprie. Ovid. 1. Trist. 5. 10. Perpetua-que animæ debitor hujus ero. Id 4. Pont. 1. 2. De-bitor vitæ. Plin. 3. Ep. 2. Habebis me, habebis ipsum gratissimum debitorem. Martial. 9. 43. debi-tor voti. h. e. reus.*

DÉBITRIX, tēs, f. 3. quæ debet  
l. R. in T. d. E. 16. 4. 24

I.) Proprie. *Paul. Dig.* 16. 1. 24 Debitris mulier a creditore delegata. *Id. ibid.* 45. 14. 47. Debitris fisci.

II.) Impropietate. *Tertull.* *An. m.* 35. *Omnium delictorum debitrix anima est.* Adde *Hieronym.* *Ep.* 150.

**DEBITUS, a. um. E. DEBEO.**

**DEBLATRÁTUS**, a, um. *J.* voc. seq.

**DÉBLATERO**, as, ávi, átum, are, a. 1. (de et blatero). Qui scribunt *deblactero*, arguuntur *Lucilius* versus mox cit. — Part. *Deblateratus*. — Deblaterare est stulte loqui, inani loquacitate obstrepere. *Plaut.* *Aulul.* 2. 3. 1. *Ubi tu es, quæ deblaterasti jam vicinis omnibus, me moæ filiæ daturum dotem?* *Lucilius* apud *Non.* p. 96. 10. *Merc.* Deblaterat plenus, bonu' rusticu' concinit una. *Non.* *ibid.* exponit, obloqui, configere. *Gell.* 9. 15. Sed deblateratis ver suum multis millibus sicutem aliquando fecit.

**DEBRACHIOLO**, aš, arc. a. 1. ex brachiolis sanguinem detraho. **F. BRACHIOLUM.** Occurrit tantum Part. *Debrachiolum apud Pelagon. Veterin. 21. ad fin.* Equus debrachiolus est, et potiundans caricias cum vino decoctis.

# DEBUCELLATUS

— 12 —

# DECEDO

DÉBUCELLATUS, a, um, adjet. apud *Plin.* *Valer.* 1. 6. est ex bucellato factus, vel bucellato conditus.

DÉBUCCINO vel débüccino, as, ávi, átum, are, n. 1. idem quod buccino, et translate promulg. *Tertull.* *Virg.* vel. 13. Nihil debuccinemus eorum, quæ apud illum mercedem merebuntur.

DÉCACHINNO, as, are, a. 1. (de et cachiinnor) deideo. *Tertull.* *Apolog.* 47. Gehennam si comminemur, decachinnumur. *Id.* 1. ad *Nation.* 19. Quo resolutius decachinnetis.

DÉCACHORDUS, a, um, adjet. δεκάχορδος, decem habens chordas. *Paulin.* *Nolan.* *carm.* 28. 221. (al. 273). Ut decachorda sonent pulsia psalteria nervis. Adde *eund.* *Fit.* S. *Fel.* 221. *Fulgent.* 1. *Mythol.* 14. Cum decachorda Apollo pingitur cithara. Adde *Interpr.* *Vulgat.* *Psalm.* 914. et 143. 9.

DÉCACUMINATIO, ónis, f. 3. cacuminis præcilio, ut decacuminatio cupressi, piceæ, cedri, apud *Plin.* 17. *Hist. Nat.* 24. 37. (236).

DÉCACUMINO, as, are, a. 1. (de et cacumen). Part. *Decacuminandus.* — Decacumino est cacumen præcilio. *Colum.* 4. R. R. 7. 3. Pampinum decacuminare conveniet. *Id.* 5. *ibid.* 6. 12. Ulmus decacuminanda est juxta rauum.

DÉCADA, a, f. 1. idem quod decas. *Hieronym.* in *Ezech.* 41.

DÉCADIVUS, a, um, adjet. qui inclinat et cadit. Auct. *Pervigil.* *Ven.* 17. Lacrimæ micant trementis decadivo pondere. Ita legit Wernsdorffus. Alii decadivo, ali aliter.

DÉCAGONUS, a, um, adjet. δεκάγωνος, qui decem habet angulos. *Boeth.* 2. *Geom.* p. 1225. Restat, ut de decagoni embadalii dicamus podismo: describatur itaque decagonus denario numero lateraliter limitatus.

DÉCALANTICO, as, are, a. 1. (de et calantica). *V. DECALVATICO.*

DÉCALCO, as, ávi, átum, are, a. 1. albo. *Gloss.* *Cyrill.* *Kovto*, decalco, albo. *Gloss.* *Placid.* ed. A. *Mai.* p. 453. Decalcatis, de calce ablatis (lege albatis). *Gloss.* *Istd.* Decalco, dealbo.

DÉCALEFACIO, facis, facere, n. 3. *Gloss.* *Lat.* *Gr.* Decafacio, εἰσερπατώω.

DÉCALESCO, escis, escere, n. 3. *Gloss.* *Cyrill.* Exερπατώω, decalesco.

DÉCALICATOR, óris, m. 3. *Gloss.* *Lat.* *Gr.* De calicator, κατακόπης.

DÉCALICATUM, i, n. 2. calce litum. *Paul.* *Diac.* p. 75. 13. *V. CALICATA.*

DÉCALÓGUS, i, m. 2. δεκάλογος, decem Legis Divine precepta. *Vox Græca.* *Tertull.* *Anim.* 37.

DÉCALVATICO, as, are, a. 1. calvaticam detraho, et translate aliqua re spolio. *Lucilius apud Non.* p. 97. 9. *Merc.* Decalvaticere eburneum speculo, decupassare. *Editiones omnes habent decalamicare.* *V. CALVATICA.*

DÉCALVATIÖ, ónis, f. 3. calvitium. *Hieronym.* Ep. 93. ad *Sabinam.* Et vocabit Dominus Sabaoth in die illa ad fletum et planetum magnum et decalvationem et accinctionem ciliciorum. Est locus *Isai.* 22. 12. ubi *Interpr.* *Vulgat.* habet calvitium.

DÉCALVATUS, a, um. *V. voc. seq.*

DÉCALVO, as, ávi, átum, are, a. 1. (de et calvus). Part. *Decalvatus.* — Decalvo est calvum reddo. *Veget.* 3. *Peterin.* 48. 3. *Schneid.* Locutio, quem curare volueris, inducto psilothro decalvas. *Hieronym.* 1. *advers.* *Jovinian.* n. 23. Sampson a muliere decalvatus.

DÉCAMÉTER, tra, trum, adjet. δεκάμετρος, tres mensuras habens. *Mar.* *Victorin.* p. 2497. *Putsch.* Igitur cum hexameter versus metrorum omnium finis ac summa sit, hi qui epici non sunt, si per singulos pedes feriantur, excedant necesse est modum hexametri versus, unde per dipodias feriantur: ut etiam si decem pedum fuerint, non decametri appellentur, sed pentametri, quinque scilicet dipodis computatis. *Et paulo post.* Mensura enim, seu modus metrorum hujusmodi accipietur, nam extremitum in his atque ultimum, quod monometrum dicitur, constat ex uno pede, maximum vero usque ad periodum decametrum porrigetur.

DÉCÀNIA, órum, n. plur. 2. Ita appellantur loca in signis cœlestibus ab eorum numero. *Manil.* 4. 298. Quas partes decimas direxerunt decanaria gentes: A numero nomen positum est, quod partibus astra Condita tricensis propria sub sorte feruntur. Et tri-

buunt denas in se coeuntibus astris. *V. DECANUS sub B.*

DÉCÀNICUM, i, n. 2. custodia, in qua clerici delinquentes concludebantur, carcere ecclesiasticus. *Imp.* *Arcad.* et *Honor.* *Cod. Theod.* 16. 5. 30. Hæretici noverint, omnia sibi loca hujus urbis admenda esse, sive sub ecclesiarium nomine teneantur, sive quæ diaconica appellantur, vel etiam decanica. Adde *Julian.* *epit. nov.* 73. § 266.

DÉCANTATIO, ónis, f. 3. *Hieronym.* *Ep.* 106. n. 49. ita vertit Græcum ἀδελεσχία, quod alii exponunt loquacitatem garrulitatem.

DÉCANTATUS, a, um. *V. voc. seq.*

DÉCANTO, as, ávi, átum, are, a. 1. (de et canto). Part. *Decantatus* sub A. 3.; *Decantandus* sub A. 2. — Decantare duo præcipue significat prout A) Præpositio de est intensiva, aut B) Actionis exitum finemque significat.

A) Cum præpositio de est intensiva ¶ 1. Decanto est ad nauem usque recto rem omnibus notam et risu dignam, aliquid vulgo, publico; et fere in malam partem accipitur. *Cic.* 2. *Orat.* 32. 140. Omnes causas diligentes oratores percursas animo et prope decantatas habere debent. *Id.* 2. *ibid.* 18. 75. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui nibi peruvigata præcepta decantet. Adde *eund.* 13. *Att.* 34. *Quintil.* 12. 8. 3. Decantare multa et diserte. *Seneca* *Ep.* 24. Decantata in omnibus scholis fabularia ista sunt. Adde *Horat.* 1. *Ep.* 1. 64. *Cic.* 1. *Divinat.* 47. 105. Non decantandi augurii, sed divinandi tenuit disciplinam. *Id.* 4. *Fin.* 4. 10. Ne necessitate tissem de rebus semper quasi dictata decantare, neque a commentariolis suis discedere. ¶ 2. Item est cantando representare, vel simplicer cantare. *Horat.* 1. *Od.* 33. 3. neu misericolles Decantes elegos, eur tibi junior Læsa prænitæ fide. *Sueton.* *Ner.* 38. Αἴσας III in illo suo scænico habitu decantavit. *Lucan.* 5. 394. Decantatique tribus. h. e. edicit tribus prærogativas. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 1. 1. (4). Statim compositiones et mixturae inexprimabiles decantantur. Adde *Nemes.* *Cyneg.* 96.: *Aurel.* *Vict.* de vir. ill. 34.; et *Symmach.* *Ep.* 3. 5. ¶ 3. Item incantare. *Apul.* 3. *Mel.* 55. At ego nullo decantatus carmine, et supra eod. lib. Decantatis spirantibus fibris. h. e. incantamento conserratis. Adde *Cal.* *Aurel.* 5. *Tard.* 1.

B) Cum præpositio de actionis exitum finemque significat, decanto est cantare desino. *Cic.* 3. *Tusc.* 22. 53. Sed jam decantaverunt fortasse. *V. integr. locum.*

DÉCÄNUMMUS, i, m. 2. est denarius nummus, cuius quarta pars sestertius, decima as, apud *Var. Auctor.* de *limit.* *Goesti* p. 265.

DÉCÄNUS, i, m. 2. a decem, est qui decem præstat; et occurrit A) De hominibus. et B) De rebus.

A) De hominibus. ¶ 1. Decanus in exercitu dicebatur, qui decem præterat militibus. ita ut ipse esset undecimus. Igitur cum in centuria decem fuerint decani, sub uno vexillo centum et deceni pedites fuerint. Item caput contuberni nominabatur. *Veget.* 2. *Milit.* 13. ¶ 2. In aliis quoque ordinibus decani sunt, canobitarum nempe. *Hieronym.* *Ep.* 22. n. 35. Divisi sunt per decurias, ita ut novem hominibus decimus presitus. *Augustin.* 1. *Mor. Eccles. Cathol.* 31. Opus traditur eis, quos decanos vocant, eo quod sint denis præpositi. ¶ 3. In *Novell. Constitut.* *Justinian.* 69. et *Cod.* 1. 2. 4. et 9. decani sunt vesillonum genus funeribus inservientes. ¶ 4. Item decani fuerint quoddam servorum genus in aula imperatorum. *Cod.* 12. 27. 1. et 2.; et *Cod. Theod.* 6. 33. 1.

B) De rebus. A genethliais usurpabatur pro præside decem partium signi. Cum igitur signum contineat gradus triginta, tres decanos in quolibet signo constituebant. Singulis vero decanis terna applicabant numina. *Firmic.* 2. *Mathes.* 4. V. *Mus. Borbon.* T. 8. *tar.* 28. p. 7. *Capell.* 2. p. 44-45. Ipsa quoque Philologia lectici desiliens, quam immensus luminis campus æthereaque tranquillitas verna conspiceret, ac nunc tot diversitates cerneret formasque decanorum, etc.

DÉCÄPITÄTIO, ónis, f. 3. decollatio. *Gloss.* *Cyrrill.* Καρπή αποτομή, decapitatio, decollatio.

DÉCÄPROTI, órum, m. plur. 2. δεκάπτωται, a sexa decem, et πρώτος primus. Latine ad litteram decemprimi, quam vocem *V. infra* suo loco. *Cip.* *Dig.* 50. 4. 3. § 10. Decaprotos etiam minores vi-

gintquinque annis fieri pridem placuit, quia patrimonii magis onus videtur esse. *Arcad.* *ibid.* 18. § 26. Decaproti et icosaproti tributa exigentes pro omnibus defunctorum fiscalia detimenta resarciant. *V. DECURIO.*

DÉCÄPRÖTIA, a, f. 1. δεκαπρωτεῖα, munus decaprotorum, decemprimatus. *Arcad.* *Dig.* 50. 4. 18. § 26. Mixta sunt munera decaprotiae et icosaprotriae. Adde *Cod.* 10. 41. 8.

DÉCÄPÜLO. *V. CAPULO.*

DÉCÄGYRUS, a, um, adjet. qui ex decem argentis constat: a δέκα decem, et ἀργυρῶν argenteum. Decagyrus fuit nummus aureus, qui valebat decem ἀργυρῶν, h. e. decem nummos, quorum singuli centum denarios argenteos valebant, h. e. talentum aureum. *Imp.* *Arcad.* et *Honor.* *Cod. Theod.* 9. 23. Centenalem tantum nummum in conversatione publica tractari præcipimus, majoris pecuniae figurazione submota. Nullus igitur decagyrum nummum alio audeat commutare, sciens fieri eamdem pecuniam vindicandam, quæ in publica potuerit conversatione deprehendi. *V. MAJORINUS* ibique adnotata.

DÉCARNO, as, are, a. 1. (de et caro) carnem detraho. *Veget.* 3. *Peterin.* 42. 1. *Schneid.* Ferramentum decarnabis. Adde *eund.* 2. *ibid.* 27. 2., 3. *ibid.* 6. 1., et 5. *ibid.* 5. 1. *Apic.* 7. 9. Petasonem, cum eliatus fuerit, decarnas.

DÉCARPO. *V. DECERPO* sub init.

DÉCAS, ñdis, i. 3. δέκας, aliquid decenarium numerum continens. Hinc *Livii* historia in decades distributa est, quæ singula decem libros continent. Utuntur hac voce *Tertull.* *Præscript.* *haeret.* 49., *Hieronym.* in cap. 41. *Ezech.* et *Capell.* 2. p. 25.

DÉCASEMUS, a, um, adjet. δεκασεμος, decem temporibus constans: a δέκα decem et στρυμον temporis. *Mar.* *Victorin.* 1. p. 2492. *Putsch.* Incipiunt et porrigitur tempora in pentasyllabis a quinque usque ad decem, id est a pentasem ad decasemnum, ut sit pentasemus *Philopolemus* et quinque brevibus, decasemnum autem et quinque longis, ut *Atrorclides*.

DÉCÄSYLLÄBUS, a, um, adjet. δεκάσυλλαβος, qui decem syllabis constat. *Mar.* *Victorin.* p. 2560. *Putsch.* Appellatur metrum Alcaicum decasyllabum, ut est Laurea Nyctele corona.

DÉCASTYLOS, vel *Latina positione*

DÉCASTYLUS, i, m. 2. decem columnas habens, δεκάστυλος: στῦλος enim columnam significat. *Flit.* 3. 2. 8. *Schneid.*

DÉCÄTORTHOMA, atis, n. 3. δεκάτρισμα, compositio medicamenti ex decem rebus. Quidam leg. apud *Seren.* *Sammon.* 24. 449. et 25. 475. Sed alii omnino aliter.

DÉCASCHÉMÄTISTUS, a, um, adjet. ad decem schemata pertinens: a δέκα decem et στρυμα schema, figura, species. *Plotius* de metris p. 2630. *Putsch.* Decaschematisti dactyli sunt modis decem. Si primus et secundus dactyli sint, ceteris sponsa, etc. *Et paulo post.* Eadem ratione sunt decaschematisti spondæ, sicut exemplis docebimus.

DECATRENSIS vel decatressis, e, adjet. qui est ex numero eorum, qui tresdecim numerantur in aliqua sodalitate aut magistratu: ab inus. δεκάτρισμος, et δέκα decem et τρεῖς tres. *Inscript.* apud *Murat.* 702. 2. Q. FLAVIO MAESIO EGRIATI LOLLIANO COLLEGAE V. S. (h. e. veteris sodalitatis) DECATRENSIVM PATRONO PRAESTANTISSIMO POSVERVNT. Adde aliam apud *eund.* *ibid.* 3., in qua legitur: DECATRENSSES EJVS PATRONO PRAESTANTISSIMO POSVERVNT. Ceterum *V. Bullet.* dell' *Instit.* *Archœol.* a. 1817. p. 27. seqq.: *Gervasi*, *Iscriz.* di *Marozio Lolliano* p. 2. et 21.; et *Bullett.* *arch.* *Napol.* a. V. p. 61. Hæc cl. *Furlanetto* in *Append.* et suis MSS. Hæc etiam *Orellius*, qui easdem *Inscript.* habet n. 3162. et 3163. At de Decatrenibus verum invenit *Nierinus* (*Mon. ined. di Barone* I. p. 43.; *Nuove osservazioni intorno la voce Decatrenses*, *Napoli* 1852), ad Δεκάτρα Delmatia, quæ Decadaron geographo Ravennate, nunc vero Cattaro dicuntur, collegium illud referens, quod negotiandi causa Putolis consistebat. *V. Henzen.*, *Collectionis Orel-*  
*lianæ Supplementa Emendationesque*, p. 291.

DÉCAULESCO, escis, escere, n. 3. (de et caulis) caulem emitto. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 7. 36. (122). Raphanus utique jucundior detractis foliis, antequam decaulescat.

DÉCÉDO, cédis, cessi, cessum, cédere, n. 3. (de

*et cedo).* Decesse pro decessisse habetur apud Ter. *prol. Heaut.* 31, et legitur a quibusdam apud Cic. 7. *Fam.* 1., divisitque per tmesin *Lucret.* 1. 1104. Nam quacumque prius de parte corpora cesse. Sic decessimus pro decessissimus apud Cic. 5. *Fam.* 20. a med. Hucusque *Forcellinus*. At *decessus* occurrit tantommodo apud Ter. l. c.; apud Cic. enim 7. *Fam.* 1. *Orellius* ex optimis Codicibus legit decessisse, quemadmodum et 5. *Fam.* 20. a med. legit decessissimus. Apud *Lucret.* vero non est, cur tmesin admittamus; namque cesse est pro cessisse et præpos. de per se regit *Ablativum*, cui juncta est. — *Decederit* pro decesserit edidit *Torrentin.* *Dig.* 32. 27., ubi *Haloander* recte habet decederet. — Part. *Decedens* I. 4. 3., II. 2. 1., et III.; *Decessus* I. B. 1. et 2.; *Decessus* I. A. 3. — Ceterum *decedo* est a superiori loco deorsum cedo, discedo, recedo, abeo; et jungitur *Ablativo* sæpe cum præpos. de, interdum cum præpos. e vel ex, raro admodum cum præpos. ab, frequenter autem occurrit cum *Ablativo* sine præpos., vel interdum etiam absolute (It. *andar giù da un luogo eletto, ritirarsi, andar via, partire;* Fr. *s'éloigner de, partir, s'en aller;* Hisp. *apartarse, alejarse, partir;* Germ. *von einem höheren Orte herabgehen, dann von einem Orte fort-, ab-, weg-, hinweggehen, -trenen, -kommen;* Angl. *depart, go away, withdraw, retire, retreat*).

I.) Proprie occurrit A) Simplici, vel B) Aucta, si-  
ve prægnante, uti ajunt, significatio-

A) Simpliciter, et quidem ¶ 1. Generatim. Cic. 6. *Att.* 2. *ad fin.* U. ex *Cypro* equites ante certam diem decederent. Id. 2. *Fam.* 11. *Pantheræ* consti-  
tuuisse dicuntur in *Cariam* ex nostra provincia dece-  
dere. Cœs. 1. B. G. 31. De altera parte (*agri*) Se-  
quanos decedere jubetur. *Nepos Att.* 10. Decedere de furo. Id. *Hamile.* 1. *Sicilia.* *Sall. Jug.* 28. *Italia.* Id. *ibid.* 38. *Numidia.* *Val. Flacc.* 2. 297. terra pa-  
tria. *Liv.* 4. 29. Decedere præsidio in iussu impera-  
toris. Adde *eund.* 24. 37., 38. 42. et 5. 6. Id. 36.  
14. de præsidio. Adde *Sall. Jug.* 28. *Liv.* 8. 13. Ro-  
mam ad destinatum triumphum decessere. *Asin. Poli.* apud Cic. 10. *Fam.* 32. *ad fin.* Equites dece-  
dentes supplicio afficer. h. e. perfugas. *Plaut. Bacch.* 1. 1. *extr.* Nescio qui turbat, qui hoc it: decedamus, soror. — *Forcellinus* pro descendere afferit illud *Lu-  
cret.* 6. 736. ubi in campos albas decedere ningues Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans. *At nunc  
plerique omnes leg. descendere.* ¶ 2. Speciatim in  
re militari decedere dicitur imperator, qui ab oppor-  
tuno, quem occupaverat, loco cum exercitu recedit abitque; in quo quidem inest significatio de superio-  
re loco descendendi. Cœs. 1. B. G. 44. Quod si non  
decedat, aut exercitum deducat ex his regionibus,  
nese illum — pro hoste habiturum. Id. 1. B. C. 71.  
Quod suis non subvenient; quod de eolle non de-  
cederent, etc. Adde *eund.* 5. B. G. 43.; et *Auct. E. Alex.* 34. 70. et 77. — Interdum occurrit etiam de  
militibus, qui a statione abeunt. *Liv.* 3. 17. Post-  
quam arma ponit et decedere homines ab stationibus nunciatum est. *Al. leg. discedere.* Id. 44. 33. Dece-  
dere ex statione. ¶ 3. Item speciatim in re civili  
decedere de aut ex provincia, decedere provinciæ,  
et decedere absolute dicuntur magistratos post per-  
actum provinciale imperium. Cic. 4. *Jerr.* 20. 48.  
Istum reliquit, de provinciaque decessit. Adde *eund.* 7. *Att.* 3. 5. *Nepos Cat.* 1. Ex provincia decedens. Cic. *Brut.* 1. ex *Cilicia.* V. *Flendi* ad h. 1. *Nepos Att.* 4. ex *Asia.* *Liv.* 23. 34. ex *Sardinia.* Cic. *Ligar.* 1. 2. Ut ascensio *Considius* provincia, satis-  
facere hominibus non posset, si quemquam alium  
provincia praefecisset. Adde *Sall. Jug.* 20.; *Liv.* 29.  
19., 4. 29., 28. 32. 37. 7. et alibi sæpe. Cic. *Planc.* 26. 63. Cui cum repondissem, me a provincia de-  
dere, etc. *At hæc lectio aëmodum incerta est.* *Orellius* legit e provincia: *aliis vero corrigendum esse* videtur me mea provincia decedere. J. *Klotz* in *Jahn's Jahrb.* Bd. 4. S. 422. Cic. 3. *Fam.* 6. 7. Te, antequam tibi successum esset, decessum fuisse. Adde *Sall. Jug.* 36. *extr.*; et *Liv.* 8. 13. et 9. 16. Ceterum V. *Herz* ad Cœs. 1. B. G. 44., *Fabr.* ad *Liv.* 23. 34. et *Kühn* ad Cic. 2. *Tusc.* 25. 61.  
¶ 4. Item decedere de via, via, in via alicui, et ab-  
solute decedere alicui est locum in via dare, sive  
honoris, sive odii et contemptus causa id fiat. *Plaut. Trin.* 2. 4. 80. Decedam illi de via, de semita, de ho-  
nore populi, verum quod ad ventrem attinet, non  
hercle hoc unque. Adde *eund.* *Amph.* 3. 4. 1. *Sue-*

*ton. Ner.* 4. et *Tib.* 34. Decedere via alicui. *Ter. Heaut. prol.* 31. Servo currenti in via decessit populus. Et passive *Cic. Senect.* 18. 63. Salutari, ap-  
peti, decedi, assurgi. *Contra Cœs.* 6. B. G. 12. Qui-  
bus ita est interdictum, ii numero impiorum ac se-  
leratorum habentur: iis omnes decedunt, aditum eo-  
rum sermonemque defugiunt. h. e. eorum occursum  
vitant. Est qui legit, sed minus recte: ab iis omnes.  
— Hinc apud Poetas decedere nocti, calori, est ce-  
dere, fugere, vitare. *Jirg.* 8. *Ecl.* 88. nec seræ  
meminit decedere nocti. h. e. cedere nocti et ad sta-  
bulum redire. Adde *Varium* apud *Macrobi.* 6. *Saturn.* 2. Confer *Liv.* 3. 60. Quum per totum diem  
stetissent intenti ad certamen, nocti cessere. *Rursus Jirg.* 4. G. 23. decedere calori.

B) Aucta, sive prægnante, uti ajunt, significatio-

ne. ¶ 1. De animantibus est mori: ad rem Cic. *Senect.* 20. 73. De præsidio et statione vita decede-  
re. — Ceterum hoc sensu occurrit decedere de vita,  
sæpissime decedere absolute, interdum cum additis  
morte, morbo etc. Cic. *Rafir. p. duell.* 11. 30. Si  
eos, qui jam de vita decesserunt, ornabitus. Id. 1.  
*Att.* 6. Pater nobis decessit a d. *VIII. Kal. Decembr.*  
Add. *Cœs.* 6. B. G. 19.; *Nepot. Cin.* 1., *Ages.* 1. et  
8., et *Att.* 2.; *Liv.* 9. 17.; *Quintil.* 3. 6. 96. et 7. 3.  
33.; *Sueton. Aug.* 101., *Ner.* 6. et *Gramm.* 20.; et  
*Inscript.* apud *Gruter.* 602. 4., quæ pertinet ad an.  
U. C. 775. *Capitolin. Anton. Phil.* 12. In prætura  
decessit. *Inscript.* apud *Odericum Dissert.* p. 165.  
VITENT HOMINES AVAROS, AVDACES, MONUMENTORVM  
SACRILEGOS, PER QVOS DECESSIS NVMQVM REQVIESCE-  
RE LICET. *Sueton. Vitell.* 3. Decessit paralysi, altero  
die, quam corruptus est. *Id. Ner.* 5. *extr.* Decessit  
morbo. *Nepos Timol.* 1. *extr.* Ex hominum conspe-  
ctu morte decedere. ¶ 2. De inanimis ponitur pro  
cessare, decessere, præterire, evanescere: et occurrit  
— a) De corporeis quibusdam, de sermonum mate-  
ria, et similibus. *Liv.* 30. 38. Pompa — deducta in  
circum est, quin decessisse inde aquani nunciatum  
esset. *Ter. Adelph.* 5. 3. 30. De summa nihil de-  
cedet. *Liv.* 3. 55. Quidquid libertati plebis cave-  
retur, id suis decedere opibus credebat. *Id.* 9.  
26. Materia questioni decessit. Cic. *Cluen.* 60.  
167. Ut de causa ejus periculi nihil decederet, ad  
causam novum crimen accederet. — b) De morbis  
et de animi motibus. *Lucret.* 2. 34. decedunt corpo-  
re sebres. Add. *Cels.* 3. 3. *Ter. Hevrr.* 3. 5. 55. De-  
cedet jam ira hæc. Add. *Curt.* 8. 2. 1. *Liv.* 2. 29.  
Ea cura decessit patribus. Add. *eund.* 2. 31. et 33.  
31. *extr.*; et *Horat.* 3. *Od.* 1. 39. *Sall. Jug.* 41. for-  
midio. *Id. ibid.* 88. invidia. Adde *Tac.* 15. *Ann.* 44.  
*Horat.* 2. *Od.* 9. 11. Amores. Adde *eund.* 2. *Ep.* 2.  
152.; et *Liv.* 26. 26. et 33. 11. — c) De sideribus  
et tempore. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 3. Ille solem et stel-  
las et decedentia certis Tempora momentis sunt qui  
formidine nulla Imbuti spectent. Adde *Jirg.* 1. G.  
222.; et *Ovid.* 4. *Met.* 91. *Jirg.* 4. G. 466. Te ve-  
niente die, te decedente canebat. *Rutil.* 1. *Itiner.*  
313. Necdum decessus pelago permittunt umbris.  
II.) Translate occurrit A) Simplici seu stricto, et  
B) Latrio sensu.

A) Simplici seu stricto sensu. ¶ 1. Generatim  
est cedere, aliquid remittere, et dicitur de jure, pos-  
sessione, officio, obligatione, dignitate at similibus,  
qua tamquam superiora celsioraque sunt, de quibus  
quis decessit. Cic. *Rosc. Am.* 27. 73. Decedere de  
jure suo. et *Liv.* 3. 33. *extr.* jure suo. h. e. aliquid de  
suo jure remittere, non summo jure agere. V. *Dra-  
kenborg* ad *Liv.* 28. 28. Cic. 4. *Jerr.* 17. 43. De  
suis bonis omnibus decessere. *Id.* 2. *leg. Agr.* 26. 68.  
de possessione. *Id.* 2. *Jerr.* 10. 29. De officio ac di-  
gitatione decedere. Et passive impersonaliter *Liv.* 8.  
25. *extr.* Cogitaret, qua stultitia et temeritate de of-  
ficio decessum esset. *Id.* 36. 22. Decedere ab officio.  
*At recentiores edit. præpos. omitunt.* Sic *Id.* 27.  
10. officio. *Id.* 37. 54. instituto suo. *Id.* 31. 5. *extr.*  
et 34. 11. fide. h. e. non stare promissi. *Tac.* 14.  
Ann. 49. Non ideo Thrasea decessit sententia. Cic.  
dixit *Balb.* 5. 11. Decedere a sententia. *Id. Cic.*  
*Flacc.* 12. 27. Senatus nihil a superioribus conti-  
nuorū annorum decessit Sic *Justin.* 6. 3.  
8. A rebus gestis decedere. ¶ 2. Speciatim, quo-  
nam decedere via proprio est a recta via aberrare  
alloquo diverti, ut apud *Sueton. Cœs.* 31. Cum lu-  
minibus extinctis via decessisset; (*Cœs.* 3. B. C. 112.  
eodem sensu dixit *decedere de cursu*): ita decedere  
de via translate est a virtute, ab honestate, a recta

vivendi ratione recedere. Cic. *Cœl.* 16. 38. Cupidi-  
tate indoctum de via decedere. Eodem sensu *Quintil.*  
dixit 4. 5. 3. Decedere via. Similiter *Censorin-*  
*de nat.* 16. med. Decedere a vero. ¶ 3. Item  
speciatim decedere de nobilitate generis apud *Pal-  
lad.* 3. R. R. 25. 2. dicuntur plantæ, quæ degener-  
rant. ¶ 4. Denique decedere ponitur etiam pro in-  
feriore esse, seu locum cedere si translate accipiat.  
*Horat.* 2. *Od.* 6. 13. Ille terrarum nihil præter  
omnes Angulus ridet, ubi non Hyacinto Melia de-  
cedunt. *Porphyron* ad h. l.: *Decedunt ergo ex con-  
trario cedunt, compositum pro simplici, id est ced-  
unt. Et clarius Ritter: Decedunt est de loco vel de  
via cedunt, quod quum faciant inferiores superioribus,  
decedere est etiam inferior esse.* Cf. *Horat.* 2.  
*Ep.* 2. 214. Vivere si recte nescis, derede peritis.

B) Latrio sensu decedere ponitur pro succedere,  
evenire, procedere. *Sueton. Cœs.* 24. Prospere de-  
cedentibus rebus, plurim, quam quisquam unoquam,  
dieribus supplicationes impretravit.

DÉCEDOTTO, ἀπωλεῖσθαι, nomen numerale  
indeclinab. decem et octo, et octodécim. *Inscript.*  
*Christianæ apud Marin.* *Inscriz.* Alb. p. 193. IRENE  
DEFVNCTA ANNORVM DECEDOTTO, ET MENSES SEPTEN-  
DCIM KAL. MART.

DÉCEM, nomen numerale indeclinabile a Græca  
voce δέκα, cujus nota erat X. (It. dieci; Fr. dix;  
Hisp. dies; Germ. zehn; Angl. ten).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ter. Phorm.* 4. 3.  
58. Ob deceminas. *Id. Andr.* 5. 4. 48. Decem la-  
tentia. *Cœs.* 7. B. G. 21. Hominum millia decem.  
*Id. ibid.* 29. Numerus millium centum et decem.  
*Id. ibid.* 8. Millia passum decem novem. cf. *Ju-  
venal.* 7. 142. et 13. 71. *Frontin.* 1. *Strateg.* 2. 7.  
decem millia. Cic. *Rosc. Am.* 7. 21. Fundos decem  
et tres reliquit *Id. Cluent.* 27. 74. Sententia de-  
cem et sex absolutio confici poterat. *Id.* 13. *Att.* 6.  
Non dubito quin fratri fuerit legatus, sed non in de-  
cem. Atque hoc etiam accepi, non soitos maiores  
nostros legare in decem, qui essent imperatorum ne-  
cessarii. h. e. in decem legatis, qui decerat solebant  
imperioribus post gentem aliquam devictam, ut de  
illorum consilio res sobactæ provinciae ordinarentur;  
cujus rei exempla habet apud *Liv.* 33. 24., et 37.  
55., et 45. 17. etc. *Liv.* 37. 30. Decem et tres. *Id.*  
29. 37. Ducenta decem quatuor millia hominum.  
*Id.* 24. 15. Decem septem. *Priscian.* 18. p. 1170.  
*Putsch.* Livius frequenter sine coniunctione septen-  
decim et decem septem dixit. ¶ 2. Specialium de  
decem primis vel decemprimis, qui sequiori ævo  
decaproti dicti sunt, *V. DECEMPRIMI* suo loco.

II.) Metonymice pro numero incerto nec definito  
ponitur. quæcumq; modum centum, sexcenti, mille.  
*Plaut. Bacch.* 4. 2. 20. Qui si decem habebas lin-  
guas, mutum esse addebet. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 12. ale-  
bat saepe durentes, Sæpe decem servos. Adde *eund.*  
1. *Ep.* 18. 25.

DÉCEMBRER, bris, bre, adject. qui usurpatur de  
mense, a decem, quod decimum locum teneret a  
Martio, a quo Romulus annum inchoavit, et *timber*,  
quod, ut ait *Pontedera A. A. Latin.* *Greec.* p. 301.,  
ab imbre vorabantur September, October, November  
et December, quippe bis mensibus, notato intervallo,  
pluviam ad vindemiam et ad serendum pernecessaria-  
riam prisca ætas sibi promittebat: a decembre desi-  
nunt menses ab imbre vocari, quoniam reser, agricolas  
hiemæ optare serenas. V. *Cassiod.* loc. cit. in  
*NOVEMBER* et *Stat. loc. cit.* in *IMBRIER*. Huc-  
usque *Forcellinus*. Si tame de suffixo br aliquid  
statui potest, probabilior videtur recentiorum sen-  
tentia, qui putant, suffixum illud esse enim idemque  
cum *mp*, h. e. *psop* pars; ita ut December sit deci-  
ma pars anni. Ceterum ¶ 1. December stricte di-  
citur de merse; et quidem — a) Cum eo nomine  
jungitur, ac mensem December est, ut dirimus, qui  
decimum locum tenet a Martio, a quo Romulus an-  
num inchoavit. *Varro* 6. L. Z. 34. *Müll.* Dehinc  
quintus (mensis) Quintilis et sic deinceps usque  
ad December a numero. — Sed apud posterioris  
scripторes est duodecimus, ut apud Cic. 2.  
*Legg.* 21. 54. Sed mensem, credo, extreum anni, ut  
veteres Februarium, sic hic December sequebatur.  
Adde *Vellej.* 2. 105. 4.; et *Seneç.* *Ep.* 18. In Geniti-  
vo *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 3. gelidi tremorem cum mense  
Decemberis. Adde *eund.* 2. *ibid.* 491. — b) Inter-  
dum *december* absolute occurrit, substantiorum  
more. *Horat.* *Epod.* 11. 5. Hic tertius December, ex

quo destitit Inachia furere, silvis honorem decutit. *Id. 1. Ep. 20. 27.* Me quater undenos sciat impleuisse Decemobres. *h. e. annos.* Adde *Martial. 1. 50.* ¶ 2. Latiori sensu *December* est qui ad mensem Decembrem quacumque ratione pertinet. *Cic. 3. Att. 22. 4. et 23. 1. et 3. Phil. 8. 19. et Colum. 11. R. R. 2. 89. Kalenda Decembres. *Cic. 3. Att. 24. 2. Idus Decembres. Sic Liv. 4. 37. Consules Idibus Decembribus magistratum accepere. V. *Drakenb.* ad h. 1. *Horat. 2. Sat. 7. 4. Libertate Decembri utere. h. e. Saturnaliorum, quo tempore tota servis licentia permittebatur.* Cf. *Macrob. 1. Saturn. 7. et 11. et Plin. 2. Ep. 17.* — NB. De nom. prop. V. ONOM.**

**DECEMJUGIS**, *e. adj.* (*decem et jugum*) qui decem juga habet, ut currus decemjugis, *h. e. quem decem equi juncti trahunt. Sueton. Ner. 24. Aurigavit quoque plurifariam, Olympis vero etiam decemjugem, subaudi currum. Inscript. apud Boulinger. de Cирco c. 55., quae est apud *Henzen. 6179. M. AVRELII POLYNICES*, — QVI VICT VIT PRAEMIA XXXX., PVRA X. XI., OCTOIVG. N. VIII., DEC. N. VIII., SEIVG. N. III. h. e. octojuge, decemjuge, sejuge. V. *Visconti Op. var. T. 2. p. 369.**

**DECENMESTRIS**, *e. adj.* decem mensium spatium continens, ut *Decenmestrus partus*, apud *Centorin. de die nat. 11. Sic Decenmestrus annus, ibid. 20. sub fin. Al. leg. decenmestrus.*

**DECENMODIUS**, *a. um. adj.* qui decem mōdiorum mensuram capit. *Colum. 12. R. R. 50. 8. Corbuli decenmodiae.* — Hinc *Decenmodia*, eodem sensu, absolute, substantivorum more. *Colum. 12. R. R. 18. 2. Fabricandae decenmodiae, et trimodiae, et fiscellae terendiae.* Al. leg. decimodiae.

**DECENNOVENNALIS**, *e. V. DECENNOVENNALIS.*

**DECÉMPÉDA**, *æ. f. 1. (decem et pes) mensuræ genus, nempe pertica decem pedes longa, unde et nomen accepit: qua utebantur in mensuris agrorum capiendis. Cic. Mil. 27. 74. Cum architectis et decempedis villas hortosque peragrabat. *Horat. 2. Od. 15. 14. Decempedis metata porticus. Veget. 3. Milit. 8. a med. Opus hoc centuriones decempedis metiuntur.* V. *QUINCUPEDA.* Adde *Pallad. 2. R. R. 12. Sueton. Aug. 24. narrat, inter varias ignominias militares solitum eum (Augustum) interdum ita punire milites, ut starent ante prōtorium cum decempedis pro hasta, aut pilo.**

**DECÉMPÉDĀLIS**, *e. adj.* decem pēdes longus. *Cod. 11. 42. 6. Decempedale spatiū.*

**DECÉMPÉDĀTOR**, *ōris, m. 3. terræ dimensor. Cic. 13. Phil. 18. 37. Qui fuerat æquissimus agri privati et publici decempedator.*

**DRCEMPLEX**, *īcis, om̄o. gen. adj.* qui decem partibus superat. *Nepos Miltiad. 5. In quo tanto plus virtute valuerant Athenienses, ut decemplicem numerum hostium superarent. h. e. ipsi decem milia vincerent hostium centum milia.*

**DECÉMPΛCĀTUS**, *a. um. adj.* idem quod decemplicatus. *Varro 6. L. L. 38. Müll.* His decemplicatis conjunctio præverbio, ex uno quinque milia numero efficerent.

**DECÉPRIMĀTUS**, *us, m. 4. ḏσκαπωτία, decemprimorum munus. Hermogenian. Dig. 50. 4. 1. Munerum civilium quādam suat patrimonii, alia personarum: patrimonii sunt munera rei vehicularis, item navicularis, decemprimatus; ab istis enim pericolo ipsorum exactiones solemnium celebrantur. Imp. Honor. in Cod. Theod. 6. 24. 7. Cum prorectores ad decemprimatus gradum ordine militiae temporis prolilitate pervenerint, etc.*

**DECÉPRIMI**, *ōrum, m. plur. 2. Scribitur et divisim *Decem primi*, ut in *Conotaph. Pisano L. Caesaris*, et alibi. — Decemprimi appellantur Latine, qui Græce δέκαπρώτοι. Hoc nomine vocabantur in municipiis et coloniis, qui inter decuriones majori censu aestimabantur, quaque sicut cum quattuorviris vel duumviris præerant præcipue sumptibus rei publicæ causa faciendis, et tributi modum in capita et agros definiendebant, exigebantque, etc. V. *DECURIO. Cic. Rosc. Ann. 9. 29. Itaque decurionum decreta statim fit, ut decemprimi proficiantur ad L. Sullam, et orient, ut filii innocentis fortunas conservatas velit. Id. mox eosdem decem legatos appellat. Id. 4. Verr. 67. 2. Evocat ad se Centuripinum magistratum, et decemprimos. Id. 10. Att. 13. 1. Antonius evocavit litteris e municipiis decem primos (sic legit Orellius; al. denos) et IIII. viros. Vene-**

runt ad villam ejus mane. Primum dormiuit ad horam III. Deinde, quum esset nunciatum venisse Neapolitanos et Cumanos (his enim est Cæsar iratus) postridie redire jussit. scil. (ait Orell. hoc loco) evocavit ordinis amplissimi, ut dicebant, seu municipalis decem primos decuriones, et magistratus juri dicundo seu quattuorviro. Sic *Liv. 29. 15. denos principes vocat*, quos paulo post cum *legatos*, tunc *primores*, quique sunt *decemprimi*. et *Id. Liv. 22. 61. decemprimos* vocat decem legatos ab Hannibale Romanum profectos, qui de redimendis captiis apud se natum agerent. *Firmic. 3. Mathes. 12. n. 7. Publicis munieribus præpositi, ac popularium civitatum principes, seu decemprimi.* *Inscript. apud Orell. 1848. FLAVIUS ANTISTIANS V. E. DE DECEN PRIMIS PATER PATHVM.* — Praeterea *decemprimi virorum* leguntur in *Cod. 11. 53. 2. et decemprimi lictorum, decemprimi denunciatorum et decemprimi præconum*, in sing. etiam num., in *Inscript. apud eundem. Orell. 3216. P. AEMILIO P. F. NICODEMI PATRI INCOMPARABILI DECVRIALE LICTOR. COS. TRIVM DECVRIALE X. PRIMO, ITEM DECVR. LICTOR. POPVLARIS DENVNTIAT. X. PRIMO, ITRVM PRAECON. AERI LIVM CVRL. X. PRIMO — FILI ET HEREDES FECERVNT.* Cf. et *Dionys. Halic. 6. p. 394. et V. Klotz ad Cic. Rosc. Ann. 9. 29. V. et DECAPROT.*

**DECÉMREMIS**, *is, f. 3. (decem et remus) navis decem remorum ordinibus instructa. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (208). Sex ordinum navem inventit Xe-dagoras: ab ea ad decenremem Macsigiton. Est qui legit decenremem, sed minus recte. — Biremis quidem, et triremis ratio facile intelligitur, exhibetur que etiam oculis ab eruditis, ex antiquitatis monumentis desumpta figura, ut de triremi fecit Scheffer. extr. l. 1. de milit. naval. et *Grav. ad Flor. 4. 11. ex columna Trajana etc.*, quæ collegit *Montfaucon. antiq. H. T. 4. part. 2. l. 2. Verum ubi numerus ordinum in navi crescit, non videtur satis commode intelligi, quomodo aut tot remorum series ad latera navium, sive recto ordine, sive in quincunx, apte locari possent, aut tot remigantium ordines et consistenter in ipsa navi, et commode se remigando moverent: quamvis doctissimis commentis rem plures litterati viri expedire conati sint. V. inter ceteros Raph. Fabrett. de columna Trajana c. 5., et Dissertationem critic. adnexam T. 7. Hist. Rom. P. P. Catrou, et Rovillé, et *Montfaucon. loc. cit. Ceterum Jac. Palmerius in adnotat. ad Memnonis Excerpta, et Morcell. de stil. Inscript. Latin. T. 1. p. 141. edit. Pat. plurium remorum ordines alios alii superpositos exemplis et rationibus confirmant. Cf. Liv. 28. 30., 33. 30. et 45. 35.; Sil. It. 14. 424.; et Lucan. 3. 529. — Harduin. quidem ad loc. Plin. cit. perfracte negat, ordines hosce significare remorum series alias alii superpositas; et si qui in antiquis monumentis ita conformati conspiciantur, non omnes esse mobiles, sed solum superiores; immo vero contendit fixos et navi adhaerentes fuisse. (quem vero ad usum, non sat, ne ex ipso quidem fortasse intelligas.) Censem autem, cum dicimus duos, tres, sex, septem, etc. remorum ordines, decenremem, undecimremem, etc. intelligi tantummodo sex, septem, decem, etc. remos in singulis navium lateribus quasi ideo dicantur ordines, quia singulis remis plures remiges, uti et nunc sit, destinabantur. Verum haec sententia multas magnasque habet difficultates, quas non est bujus nostri instituti aut proferre, aut expendere.***

**DECÉMSCALMUS**, *a. um. adj.* decem habens scalmos. Cic. 16. Att. 3. 6. Haec ego (scripsi) concensens e Pompejano tribus actuariolis decemscalmis. Al. melius leg. divisum decem scalmis, ut sit sententia: tribus actuariolis, et scalmis decem iis impositis. Sunt enim hodieque parvæ naves, quia cunopus est, pluribus instruantur scalmis, seu remis, quam fere in usu quotidiano habere soleant.

**DECÉMVIR**, *viri. m. 3. unus et decem. ex quibus collegium constabat.* — In singulari numero decemvir occurrit apud Cic. 2. de republ. 3b. 61., 2. leg. Agr. saepe, et alibi: *Liv. 1. 3. sapissime; et in Inscript. apud Orell. 544. Sed V. quæ dicentur in QUINDECIMVIRI sub init. — In usu loquendi decemvirum sapient dicitur in Genitivo plur., quam decemvirorum (V. *Varon. 9. L. L. 85. Müll.*) quod idem intellige de triuīnōris, drāmūris etc. Cic. Orat. 46. 156. — Ceterum Romæ ¶ 1. Decemviri agris metiundis dividundisque, item dan-*

dis, assignandis, judicandis creati sunt, ut est apud Cic. 1. leg. Agr. 6. 17. et 2. ibid. passim; et *Liv. 31. 4. et 42. 4. Sic Inscript. apud Orell. 544. x. via. a. d. a. h. e. agris dandis, adsignandis.* ¶ 2. Item decemviri legibus scribundis fuerunt magistratus decem virorum, qui anno C. 300. vel 301., ut affirmat Forcellinus, vel, ut rectius recentiores, ab anno I. C. 303. ad a. 305., per triennium pro consulibus legum ferendarum causa creati sunt, quique leges XII. Tabul. tulierunt. Cic. 2. de republ. 30. 61. et seqq., 1. Orat. 13. 58. et alibi; *Liv. 3. 32. et seqq.* Dig. 1. 2. 2. § 4. et alibi. ¶ 3. Decemviri litibus vel stitibus judicandis erant praesides quæstionum privatuarum de libertate, de jure civitatis etc., qui creabantur, quum prætor urbanus ad bellum exiret, ut essent pro prætore in jurisdictione exercenda: I. Cic. Orat. 46. 156. et Dig. 1. 2. 2. § 29. Hi aut initio statim, aut serius profecto cum Centumviris arctissime conjuncti fuerunt. Cic. Cæcin. 33. 97. et Dom. 29. 78.; *Varro 9. L. L. 85. Müll.*; Sueton. Aug. 36.; et Plin. 5. Ep. 21.; et V. STLITES. Inscript. apud Orell. 554. x. VIR. STL. LVDX. Alia apud eundem 133. M. CAELI. PLAVI. PROCVL. X. VIRI. STLITES. IVDICANDIS. Adde aliam apud eundem. 3113. Cf. Spartan. Hadrian. 6. ¶ 4. Denique decemviri sacris faciundis fuerunt collegium decem sacerdotum, qui postea numero suci sunt (scilicet prius duumviri, dein decemviri, tum quindecimviri creati fuerunt, ut putat el. *Furlanetto*: V. DUUMVIR et QUINDECIMVIR), quique fuerunt librorum Sibyllinorum inspectores, ludorum Apollinarium curatores, etc. *Liv. 6. 37. 10. 8. 25. 12. et alibi.* Hi ab eodem *Liv.* dicuntur 43. 13. Decemviri libris insciendis; et 6. 42. et 21. 62. Decemviri sacrorum. Inscript. apud Orell. 554. x. VIR. SAC. FAC. — Ceterum de decenviris V. *Pauly's Real-Encyclop. vol. 2. p. 873. et seqq.*

**DECÉMVIRALIS**, *e. adj.* In Ablat. singulari in tantummodo designet, nunquam in e. teste *Charis. 1. p. 102. Putsch.* quod idem dicendum de duumviralis, etc. — Decemviralis: st qui ad decemviro spectat, et quidem specialiter ¶ 1. Ad decemviro agris metiundis dividundisque creatos. Cic. 1. leg. Agr. 5. 14. Decemviralis pecunia. Id. 2. ibid. 22. 58. auctio. ¶ 2. Item ad decemviro pertinens legibus scribendis creatos. Cic. 2. de republ. 37. Decemviralis annus. Id. Brut. 19. 54. et *Liv. 3. 42. invidia. Liv. 3. 42. odium. Id. 3. 54. certamine. Id. 3. 88. et Tac. 1. Ann. 1. potestas. Rursus *Liv. 3. 57. Leges decenvirales, quibus tabulis duodecim est nominem, in æs incisas publice proposuerunt. Adde Gell. 20. 1.* ¶ 3. Item ad decemviro pertinens sacris faciundis creatos. Cic. 6. Verr. 49. 108. Tum ex amississimo collegio decemvirali sacerdotes P. R. etc.*

**DECÉMVIRALITER**, *adverb. more decemviri. Sidon. 8. Ep. 6. ante med.* Ut decemviraliter loquar. h. e. ut loquuntur decemviri litibus judicandis præpositi.

**DECÉMVIRATUS**, *us, m. 4. dignitas et munus decemvirorum.* ¶ 1. De decemviris, qui agris metiundis dividundisque creati sunt. Cic. 2. leg. Agr. 22. 60. Qui honore decemviratus excluditur prope nominatum. ¶ 2. Item de decemviris, qui litibus judicandis crebantur. Inscript. apud Murat. 728. 1. POST QVAESTRVM ET DECÉMVIRATVM LITIVM JVDICANDARVM. ¶ 3. Item de decemviris, qui legibus scribendis creati sunt. *Liv. 4. 15. Consultatibus, decemviribus, splendore familiarium sustulisse animos. Sidon. 23. 440. Claro obscurior (App. Claudio) ex decemviratu.*

**DECÉMVIRI**, *ōrum. V. DECEMVIR.*

**DECÉNI**, *æ, a. numerale distributivum, deni. Extra distributionem usurpat Cassiod. 3. Hist. Eccl. 12. Singuli eorum per decenos annos imperii sui principes esse constituit. — Etiam sing. num. usurpat Boeth. 1. Geom. p. 1209. Articuli autem omnes deceno in ordine positi et in infinitum progressi nunquam euperantur.*

**DECÉNNALIS**, *e. adj.* qui est decem annorum. Ammian. 15. 12. extr. Gallias post decennalis belli mutuas clades subeit Cæsar. Hieronym. 1. advers. Jovinian. 48. Europa atque Asia propter unius miliecula raptum decennali bello confidunt. — Hinc

*Decennalia*, *īum, n. plur. 2. absolute, substantivum more, sunt Iudi, qui singulis decenniis imperii sui ab imperatoribus Romanis celebrabantur. Horum decennialium origo repetenda est, teste Dion.*

L. 53. c. 13., ab Augusto Imp. Trebell. *Salonin.* 3. Decem annos Gallienum imperasse quum constet, decennia Romae ab eodem celebrata. *Inscript. apud Gruter.* 116. 4. CAESARVM DECENNIALIA FELICITER.

DÉCENNIS, e, adject. qui est decem annorum. Quintil. 8. 4. 22. Priamus decenni bello exhaustus. Petron. *Troiae halos.* 8. Huc decenni prælio strata virtus abditur. Adde eund. *Satyr.* 89. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (171). Equas neque quadrimis minores, neque decennibus maiores. *Flor.* 1. 12. 8. Decennis obsidio. *Martial.* 9. 58. Nec crux compede lubricum decenni. Adde *Pallad.* 4. *H. R.* 14. 1.; et *Dig.* 40. 9. 16. § 3. — Hinc

*Decennia*, *tum*, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt decennalia. Trebell. *Gallien.* 7. extr. Convocatis patribus decennia celebravit nova gener ludorum.

DÉCENNIUM, ii, n. 2. decem annorum tempus. Nazar. *Paneg.* Constant. 2. In destinatis decenniis jam vota proferantia constiterunt. Adde eund. *ibid.* 38. et *Apul.* de *deo Socrat.* — Hinc

*Decennia*, V. voc. præced. in fin.

DÉCENNÖVÁLIS, e, adject. ad decem et novem annorum spatium pertinens. Cassiod. *Comp. Pasch.* Si vis scire quotus sit annus circuli decem et novem annorum, sume annos Domini, ut puta quingentos sexaginta duo, et unum semper adjice, sunt quingentos sexaginta tres; hos partire per decem et novem, remanent duodecim. Duodecimus annus est cycli decennovalis: quod si nihil remanserit, nonus decimus annus est. *Isid.* 6. *Orig.* 17. Primus cyclus decennovalis. *Id. ibid.* Continguit autem (*epactæ*) circulo decennovali. Apud *Isid.* legitur *decennovenialis*.

DÉCENNÖVÍLUM, ii, n. 2. spatium novemdecim milium passuum, quale fuit paludi Pontiæ. *Inscript.* apud Gruter. 152. 8. REX THEODORIVS DECENNÖVII VIAE APPIAE, ID EST A TRIE. VSQVE TERRAM, ITER ET LOCA, QVAE CONFLVENTIBVS AB UTRIQUE PARTE PALVIDIBVS PEE ONNES RETRO PRINCIPVM INVNDAVERANT, VSV PUBLICO ET SECVRITATI VIANTIUM ADMIRANDA, PROPTIO DEO, FELICITATE RESTITVT, OPERI NAVITR INSVDANTE CÆCILIO MAVRO BASILIO DECO V. C. etc. Cassiod. 2. *Variar.* 32. 32. Paludem decennovii in hostis modum vicina vastantem, foeverum ore patefacto, promisit absorbere Decius vir magnificus atque patricius. *Id. ibid.* 33. Decio V. C. rex Theodosius. Vobis igitur desideria justa poscentibus præsenti auctoritate concedimus, ut, stagnis decennovii paludibusque siccatis, sine fisco possideas in solum rura revocata. Apud Cassiod. locis cit. mendose decennonii legitur in editionibus. V. *Marcell.* de *stil.* *Inscript. Lat.* T. 1. p. 222. ed. *Patav.*, et *Marini Difesa* p. 54. et seqq.

DÉCENS, entis. V. *DECET* in fin.

DÉCENTER, adverb. Comp. *Decentius* et Sup. *Decentissime*. — Decenter est decor, convenienter, apte (It. *decentemente*, *accocciamente*, *convenevolmente*; Fr. *convenablement*, *avec bienséance*, *avec décence*; Hisp. *conveniblemente*, *convenientemente*, *decentemente*; Germ. *gebührend*, *anständig*, *schriftlich*; Angl. *decently*, *properly*, *fitly*, *in a proper, becoming way*). Cic. *Cœcim.* 26. 74. Jura finium decentissime descripta a majoribus. Horat. 2. *Ep.* 2. 216. pulset lasciva decentius atas. h. e. quam magis decet lascivire. Ovid. 2. *Amor.* 5. 44. mœsta decenter erat. *Id. 3. Art. am.* 29. Quo non ets penetrat? discunt lacrimare decenter. h. e. decor. Quintil. 9. 3. 59. Verba decenter pudoris gratia subtrahuntur. *Id. 9. 1. 21.* Ad quedam vel decentius indicanda, vel tutius. Adde eund. 11. 1. 60. et 79. et 11. 3. 80.; *Plin.* 6. *Ep.* 21.; et *Capitolin.* *Ver.* 2. *Lamprid.* *Alex.* *Sev.* 25. Aliquid decenter ornare.

DÉCENTIA, æ, f. 1. convenientia, aptitudo, decor. Cic. 2. *Nat. D.* 58. 145. Colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem, et, ut ita dicam, decentiam oculi judicant. *Id. 3. Orat.* 52. 200. Verbis quidem ad aptam compositionem et decentiam, sententias vero ad gravitatem orationis utatur. Al. leg. condecorant.

DECEPTIO, ſinis, f. 3. actus decipiendi, error, fraus, fallacia. Capell. 4. sub fin. p. 135. Quies falsa captio circuit deceptio. Augustin. 8. *Confess.* 2. Scripta philosophorum plena fallaciaram et deceptiōnum. Adde Cod. 11. 47. 6. Aſſertur et locus *Vitrutii* 2. 8. sub fin. edit. veter., sed incerta minimeque probanda lectionis. V. DISSÆPTIO.

DÉCEPΤIÖSUS, a, um, adject. idem ac decepto-rius. Ennod. *Ep.* 7. Auditum se deceptiosis et blandi promisiſ illecebris.

DÉCEPΤIŪS, a, um, adject. qui decipit. Boeth. Aristot. *Analyt.* post. 1. 2. p. 533. Manifestum igitur, quod utrisque falsis (propositionibus), et altera solum, erit syllogismus deceptivus in indivisionibus.

DÉCEPΤO, as, are, a. 1. frequentat. a. decipio. Gloss. *Philox.* Deceptat, ἐνδέπειν, ἐξαπάτα.

DÉCEPΤOR, ſiris, m. 3. qui decipit. Seneca *Thyest.* 139. Proditus occidit deceptor domini Mytilus.

DÉCEPΤORIUS, a, um, adject. ad decipiendum aptus. Augustin. *Ep.* 155. ad *Macrob.* 2. extr. Deceptoria laude fallientis extollit. *Id. 2. Doctr. Christ.* 23. Deceptoria conjecturae.

DÉCEPΤRIX, Ictis, f. 3. quæ decipit. Lactant. *Epit.* 6. sub fin. Perniciosa est et deceptrix adulatio. *Actim.* 3. 111. Nec contenta sua deceptrix femina casu.

DÉCEPΤUS, a, um. V. *DECIPPIO.*

DÉCEPΤUS, us, m. 4. idem ac deceptio. Tertull. 3. *advers. Marcion.* 6. Humana conditio deceptui obnoxia. *Id. Anim.* 18. Deceptui facilis.

DÉCERIS, is, f. 3. ὁ σχηματικός subaudiens vāz, deceni remorum ordinibꝫ arta navis, quæ et decenremnis dicitur. Ita enim contendit legendum *Turneb.* 1. 22. c. 31. in *Sueton. Cal.* 37., ubi ait: Fabricavit et de ceras Liburnicas gennatis puppibus etc. Vulgata lec- tio babet de cedaris. Tale (inquit *Turneb.*) navium genus amplissimum tricliniorum et thermarum, de quibus *Sueton.* loquitur, capas fuit.

DÉCERMEN, inis, n. 2. a decerpo pro decerpimen, decerpmen.

I.) Proprie. Paul. *Diac.* p. 72. 7. *Müll.* Decernim dicuntur, quæ decerpunt purgandi causa. *Paulus* videtur intelligere frondes sacras, φύλλα καθαρότα, quibus in lustrationibus uti solebant.

II.) Figurare decernita *Fortuna* appellat *Apul.* 1. Met. miserrimos homines ostiatim mendicantes, quasi faciem et pugnamenta populi.

DÉCERNO, cernis, crèvi, crētām, cernere, a. 3. (de et cerno). In multis temporibus syncopen patitur. *Decerim*, *ram*, *ro* pro *decreverim* etc., et *decreſſet* pro *decrevisset*, et *decreverunt* pro *decrever-* *unt* in exemplis mox afferendis legitur, et apud Plaut. *Circ.* 5. 3. 25., *Liv.* 3. 45. et *Luciliū* apud *Jul. Rustici*, de *Figur.* in *Epagogē*: immo et *decreſſe* pro *decrevisse* apud *Liv.* 2. 27. — Part. *De-* *cerneſſe* sub A. 1.º I.; *Decretus* sub A. 1.º I. et II. et in fin.; *Decernendus* sub A. 1.º II.; *Decreturus* sub A. 2.º II. — Ceterum decernere, a de valde et cerno, est rem penitus cernendo iudicium ferre: de lite, controversia, seu generatio de re dubia aliquid certi statuere; usurpatum autem cum Accusativo rei, aut cum Ablativo et prepos. de, aut cum Accusativo et Infinito, aut sequente Relativo, aut denique absolute. Porro occurrit aut A) in re publica, aut B) in re privata.

A) In re publica vero aut 1.) Pertinet ad curiam, magistratus, etc.; aut 2.) Ad bellum.

1.) Si de re publica agitur, decernere sēpissime pertinet ad curiam, magistratus, sacerdotum collegia, etc.; et significat aliquid jure ac legitime judicare, statuere, constituere, definire, imperare (It. *decre-* *late*, *sentenziare*, *legittimamente definire*; Fr. *juger*, *décréter*, *décider*; Hisp. *decretar*, *juzgar*, *sen- tenciar*; Germ. *entscheiden*, *urtheilen*, *beschließen*; Angl. *to decree*, *give sentence*).

1.) Proprie. Cic. 4. *Fin.* 9. 22. Quum senatus triumphum Africano decerneret. Cœs. 1. B. C. 2. Senatus, quæ velet, decernere auderet. Adde *Sall. Jug.* 40. Cic. 4. *Verr.* 67. 161. Centuripinorum se-natus decrevit populusque jussit, ut etc. *Id. ad Capiton.* post ep. 16. 4. 16. Att. § 11. Consules de consiliis sententia decreverunt secundum *Babrotes*. *Id. 3. Verr.* 46. 120. de *Verre prætore*. Alias revocabat eos inter quos jam decreverat: alias inter alios controrum sine uila religione decernebat etc. *Id. 5. ibid.* 3. 7. Si qua in re contra rem meam decreset aliquid. *Id. Dom.* 9. 24. Decreta legi sanxit, ut etc. *Id. ibid.* 28. 74. Nullum est in haec urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui non amplissime de tua salute decreverint. Cœs. 6. B. C. 13. Druides, si cœdes facta, decernunt. *Id. 1. B. C. 5.* De imperio Casaris decernitur. *Nepos Timol.* 3. Neque postea Syracusis res ulla gesta est publica, de qua prius sit

decretum, quam Timoleontis sententia cogita. Cic. 11. *Phil.* 8. 19. Imperium viro decrevit. *Id. Prov.* cons. 15. 37. Provinciam despontam, non decretam habere. *Sall. Jug.* 73. Decernere provinciam. *Liv.* 21. 6. Provincias decernentes consulibus. Adde eund.

27. 25. Cic. 3. *Fam.* 10. Ego censui, sumptus legis quam maxime ad legem Corneliam decernendos. *Id. 7. Att.* 1. 6. Annus sumptus mibi decretus. *Sall. fragm.* *Hist.* 1. 19. Decernere legatos, pacem. *Liv.* 41. 7. et 42. 36.; et *Vellej.* 2. 18. alicui bellum. h. e. demandare. *Liv.* 4. 59. quæstionem. *Sueton. Tib.* 4. Cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus. Cic. 1. ad Q. fr. 1. 9. Decernere pecuniam ad ludos. *Id. 1. ad Brut.* 15. et *Nepos Mittiad.* 6. Decernere honores aut statuas alicui. *Nepos Atiū.* 7. Omnes alicui decreti honores. Adde *Tac.* 4. *Hist.* 39. Cf. Cic. 2. *Orat.* 85. 347. Decreta virtutis præmia. Adde eund. 15. *Fam.* 4. 11.; Cœs. 7. B. C. 43.; *Sall. Cat.* 30.; *Liv.* 5. 38.; Quintil. 10. 1. 29.; et *Sueton. Claud.* 15. et 17.; Cœs. 6. 19. et 45., *Tib.* 58. et 61.; *Aug.* 52. et *Galb.* 23. — Senator quoque sententiam diceos, decernere dicitur. Cic. 1. *Fam.* 1. Hortensii et mea sententia tibi decernat, ut regem reducas, et *ibid.* Crassus tres legatos decernit. *Id. 1. ad Brut.* 15. *circa med.* Decrevi, ut in fastis Brutii nomen adscriberetur, et *paulo post*. Brutus decreti honores, decreti Plancio. *Sall. Cat.* 50. Silanus supplicium sumendum decreverat. Adde eund. *Jug.* 104.

II.) Translate, h. e. metaphora sumpta a curia et magistratibus, decernere aliquid est decidere, definire, remota dubitatione in perpetuum terminare. Plaut. *fragm.* apud Non. p. 285. 26. Merc. Qui nequeas, nostrorum uter sit Amphitraq, decernaere. Ter. *Adelph.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitas? nequeo satis decernere. Cœs. 1. B. C. 35. Neque sibi iudicil, neque suarum esse virium decernere. *Liv.* 3. 55. Sed rem dubiam decretit opportune missa vox. Ter. *Hecyr.* 4. 1. 27. Id vitium numquam decreti esse adolescentia. Cic. 2. *Fam.* 6. 3. Neque vero cuiquam salutem ac fortunas suas tantæ curæ fuisse unquam puto, quante mihi sit bonus ejus, in quo omnia mea posita esse decrevi. *Id.* 13. *Att.* 15. 7. Nihil impertisti tuis prudentiis ad salutem meam, quod in me ipso satis esse consilii deceras. pro decreveras. Ter. *Hecyr.* 2. 1. 15. Qui illum deceruerat dignum, suos cui liberos committerent. *Liv.* 21. 36. Decernere, qua opes ferrent. Plin. 2. *Hist. nat.* 47. 48. (128). De ratione ventorum menstrua, quarta maxime luna decernit. h. e. definit quodam modo, quinam venti ex mense futuri sint. *Id.* 17. *ibid.* 27. 46. (258). Justum existimat, in denos pedes quadratos agri modios tres final: id quidem soli natura decernet. *Id. ibid.* 22. 35. (190). De his Catonis præcepta decernent. *Claudian.* 1. *Rept. Pros.* 215. Candida Taratoe nuptum Proserpina regi Janitudum decreta dari.

2.) *Decernere* a curia et magistratibus translatum est etiam ad bellum pro decertare, dimicare, rem et eventum bellum armis decidere, quod Græcis est κρίνειν et διακρίνειν τὸν νόμον.

I.) Proprie. Cic. 2. *Orat.* 73. 317. Certamen vita gladiatorum, quo ferro decernitur. *Nepos Eumen.* 9. extr. Diem unum opperitur ad lassitudinem secundam militum, quo integriore exercitu decerneret. Cic. 7. *Att.* 3. *circa med.* Decernere armis. Virg. 11. *En.* 695. acie, ferro. *Nepos Mittiad.* 4. acie. *Att.* leg. contendere. *Id. Hann.* 10. classe. Justin. 13. 8. 4. prelio. *Sueton. Ner.* 26. lopidibus. *Act. B. Afr.* 14. Decernere contra magnam vim hostium artificio magis, quam viribus. Sic Virg. 3. G. 218. de tauris. Cornibus inter se subigit decernere amantes. *Liv.* 28. 14. Nec ipsa (pugna) per se decerni poterat. ubi decernere pugnam est decidere, victoria in alterum partem inclinante. Sic *Id.* 28. 33. Missis levibus telis, quæ irritare magis, quam decernere pugnam poterant, gladios nudant. Cic. 10. *Fam.* 10. Quamquam in uno prælio omnis fortuna reipublice disseptat: quod quidem, quam haec legeres, jam decreatum arbitrabor fore. *Liv.* 25. 41. Haud magna vis certaminis fuit: primus clavus atque impetus rem decretit. Adde eund. 10. 19. *Nepos Hann.* 4. Cum eodem de Clastido apud Padum decernit: saucium inde ac fugatum dimittit. Adde *Liv.* 2. 14. 1. 15. et 36. 17. *Id. Liv.* 24. 41. Trahere (hostem) ad decernendum. Adde eund. 37. 13. et 3. 62. *Curt.* 3. 2. 1. Datus statuit ipse decernere.

II.) Translate ponitur generatim pro certare, decertare, praecipue in re forensi. *Liv.* 40. 8. *sub fin.* Decernit criminibus; mox ferro decreturi. *Cic.* 2. *Orat.* 49. 200. Pro sua fama fortunisque decernere. *h. e.* judicio contendere. *Id.* *Quinct.* 2. 6. Uno iudicio de fortunis omnibus decernere. Adde *Quintil.* 12. 7. 5. Rursus *Cic.* 10. *Att.* 9. Utinam meo solum capite decernerem. *Id.* 8. *ibid.* 5. 2. Pendo animi expectationi Corfiniensi, in qua de salute reipublicæ decernitur.

B) In re privata decernere est proprio consilio ac voluntario statuere, constituere; et usurpatur cum *In-*  
*finito*, aut cum *Accusativo* et *Infinito*. *Lucilius* apud *Jul. Rustican.* de *Figuris* in *Epagoge*. Situ fluctus tollere decretis. *Ter.* *Hecyr.* 1. 2. 73. Quam decretrum me non posse diutius habere. *Cic.* 6. *Att.* 6. Decerera enim cum eo valde familiariter vivere. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Cæsar his de causis, quas commenioravi, Rhenum transire decreverat. Adde *eund.* 5. *ibid.* 5. et 33. *Sall. Cat.* 4. Reliquam ætatem a republica procul habere decrevi. *Nepos Miltiad.* 3. Darius, exercitu trajecto, Scythis bellum inferre decrevit. *Id.* *Alcibi.* 4. Decreverunt illud tempus expectandum. Adde *Sueton.* *Aug.* 38. — Hinc decretum est, *h. e.* certum est. *Plaut. Asin.* 1. 1. 58. Eos me decretum est perseguiri mores patris. *Id.* *Aulul.* 3. 6. 33. Mihi bibere decretum est aquam. Adde *eund.* *Stich.* 1. 3. 65. *Ter. Heaut.* 3. 1. 56. Sumat, consumat, perdat: decretum est pati. *Liv.* 2. 45. Itaque certum atque decretum est, non dare signum, nisi etc. Adde *Tac. Agric.* 33. — Metaphorice et singularis est usus in illo *Plini* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (318). Parvis prelis, et minori torculario, adfissio breviore, malo in medio decreto. *h. e.* statuto, delito: alii tamen legunt *erecto*: *Siliq. rectius* putat *legendum directo*. *F.* ibi adnotat. — Hinc a Part. præter. pass. *Decretus*, *a.*, *um*, cuius superius exemplia retulimus,

*Decretum*, *i.* *n.* 2. absolute, substantivorum motus, est. ¶ 1. Id quod re cognita ac deliberata decernitur: curia, magistratum, sacerdotals collegi etc. statutum, constitutio, sententia. *Cæs.* 3. *B. G.* 21. Hoc dectro senatus. *Id.* 6. *B. G.* 12. Stare decreto. et *ibid.* Parere decretis. *Id.* 6. *ibid.* 13. Druidum decretum. *Cic. Mur.* 13. 29. Vesta dectra. *Id.* *Rosc. Am.* 9. 25. Decurionum decretum statim fit, ut etc. *Id. Dom.* 28. 74. Amplissima atque ornatisima dectra facere. *Id.* 4. *Verr.* 48. 119. Qui Romam totum edictum atque omnia dectra vendidit. *Id.* 2. *leg. Agr.* 17. 44. Decreto aliquid petere. *Id.* 13. *Fam.* 56. Neque ex edicto, neque ex decreto depositam pecuniam habuisse. *Id.* ad *Plane.* 2. post ep. 16. 1. 16. ad *Att.* Interponere dectrum. et *ibid.* Servare dectra. Adde *eund.* 5. *Phil.* 4. 12. *Horat. carm. sec.* 17. patrumque Prosperes dectra super jugandis feminis. Adde *Quintil.* 5. 2. 5. et 2. 13. 15.; *Sueton.* *Aug.* 58., *Gall.* 23., *Claud.* 6. et *Ner.* 33. *Gell.* 6. 10. Sancire dectrum. *Propriet.* 2. 23. 87. Tyndaris externo patriam mutavit amore. Et sine decreto viva reducta domum. *h. e.* quum in ipsam nihil decernetur inclemens. ¶ 2. Decreta dicuntur Gr. *δέκτηρα*, hoc est principia ac placita philosophorum. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 9. 29. Quoniam id haberent Academic dectrum (sentitis enim jam me hoc δέκτηρα dicere), nihil posse percipi. *Seneca Ep.* 94. Ipsa dectra philosophiae constitutionem esse summi boni. Adde *eund.* *Ep.* 95., ubi plura hac de re.

*DECERPO*, *pis.* *psi.* *plum.* *pere.* *a.* 3. (de et carpo). Apud *Caton.* *R. R.* 112. pro decerpito alii leg. decarpito. — Part. *Decerpens* et *Decerplus* I. et II. 1.; *Decerpendus* I. — Decerpo est carpendo detrahō, ut proprie sit quum poma ex arboribus, vel flores ex plantis manu legimus (It. tirar giù cogliendo; Fr. détacher en cueillant; Hisp. desatar cogendo; Germ. abpfücken, abpfücken wegnehmen; Angl. to pull or pluck off, pull away, crop, gather).

L) Proprie. *Cato R. R.* 112. Acina de uvis miscellis decerpito. *Lucret.* 1. 927. juvatque novos decerpere flores. *Horat.* 1. *Od.* 7. 7. Undique decerpitam fronti præponere olivam. *Id. Epod.* 2. 19. Decerpere pira et uvam. *Gargil. de re hort.* (edente A. A. Scottio) 4. 8. Quoties abundantibus pomis arbor onerata est, decerpida sint aliqua. *Ovid.* 3. *Pont.* 5. 19. Et magis adducto pomum decerpere raro, Quam de cælata sumere lance juvat. *Id. 5. Met.* 536. Punicum curva decerpserat arbore pomum. *Id.* 11. *ibid.* 112. Decerpere aristas. *Id. 1. ibid.* 645. Decerpere herbas. *Id. 5. Fast.* 255. Decerpere polline flo-

rem. *Colum.* 5. *R. R.* 10. 21. folia. Adde *Sueton.* *Galb.* 1. et *Juvenal.* 14. 253. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 7. 18. (38). Decerpta colonea. *Id.* 12. *ibid.* 7. 14. (26). Decerpta siliqua. *Id.* 23. *ibid.* 7. 71. (138). Decerptus ramus. *Id.* 21. *ibid.* 10. 31. (56). Thymum decerpunt apes. *Id.* 16. *ibid.* 31. 56. (128). E radicibus montani prætenua fila decerpentes, spectabiles lagenas nectunt.

II.) Improprie. ¶ 1. Metaphora sumpta a superparagr., decerpit dicuntur illa, etiam abstracta, qua pomorum et florum more quasi carpendo alicunde detrahuntur. *Catull.* 68. 126. *de columba*, qua multo dicitur improbus Oscula mordenti semper decerpere rostro. *Virg. Cop.* 33. Candida formosa decerpens ora puellæ. *Cic.* 2. *Orat.* 56. 229. Ne quid locus de gravitate decerpere. *Id.* *Marcell.* 2. 7. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil cohors, nihil turma decerpit. *Id.* 5. *Tusc.* 13. 38. Humanus animus decerptus ex mente divina. *Quintil.* 12. 10. 79. Ounia, nisi decerpantur, arescant. *Id.* 4. 1. 23. Decerpere aliquid in usum principii orationis. *Id.* 10. 1. 72. Habent tamen conici, si cum venia legantur, quedam, que possit decerpere. Adde *eund.* 10. 5. 21.: et *Plin.* 8. *Ep.* 24. et 9. *ibid.* 20. ¶ 2. Hinc est etiam percipere, colligere, frui. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 79. unde laboris Plus haerire inali est, quam et re decerpere fructus. *Sil. It.* 4. 138. Dum primæ decus affectat decerpere pugnae. *Stat.* 6. *Theb.* 135. et vocis decerpsit murmur prima. *Propriet.* 3. 7. 49. Celsaque Romanis decerpit Palatia tauris. ¶ 3. Denique ponitur et pro immittuere, ad nihilum redigere. *Quintil.* 6. *progn.* 10. Esse nescio quam, quæ spes tantas decerpit, invidiunt. *Fal. Mar.* 5. 2. 7. De principatu decerpere. *h. e.* immittuere. *Seneca.* 1. *Controv.* 2. *circ.* med. Illybatum virginitatem decerpere. *h. e.* immittuere, violare.

*DECERPIO*, *onis*, *f.* 3. actus decerpendi. *Non.* p. 187. 9. *Merc.* Demptio, vel decerpicio.

*DECERPTUS*, *a.* *um.* ¶ 1. *DECERPO*.

*DECERTATIO*, *onis*, *f.* 3. actus decertandi, certatio, dimicatio. *Cic.* 11. *Phil.* 9. 21. Harum regum omnium decertatio consulibus optimis et fortissimis commissa et commendata est. Adde *Cod. Theod.* 7. 20. 2. § 2.

*DECERTATOR*, *oris*, *m.* 3. qui decertat. *Cassiod.* 3. *Hist. Eccl.* 16. In Dorostolo, insigni Thracia civitate, Emilianus invictissimus decertator a Capitolino, universæ Thracei judice, igni traditus est. *Id. ibid.* 31. Invidens decertatoribus veritatis in appellatione martyris pariter et honoris.

*DECERTATORIUS*, *a.* *um.* adject. ad decertationem spectans. *Quintil.* 6. 4. 6. Pugna decertatoria. *h. e.* alteratio. Alii leg. decertoria; alihi vero rectius decatoria.

*DECERTATUS*, *a.* *um.* ¶ 1. *voc. sed.*

*DECERTO*, *as.* *avi.* *atum.* *are.* *n.* 1. (de et certo).

Part. *Decertans* II. 2.; *Decertatus* I. 2.; *Decertanus* II. 1. — Decerto est valde certo, seu certo usque ad finem, certando rem definio: contra certare est tantum contendere: usu tamen venit, ut alterum pro altero verbo usurparetur; sic apud *Cæs.* occurrit tantum decertare, apud *Sall.* tantum certare, apud *Cic.* modo decertare, modo certare (It. combattere, querreggiare sino alla fine; Fr. combattre, lutter, wider un d'isfrond; Hisp. combatir, pelear; Germ. einen entscheidenden Kampf bestehen, bis zur Entscheidung, ans Ende kampfen; Angl. to contend vehemently). Usurpatur ¶ 1. Stricto sensu in rebus bellicis. — a) Cum addito Ablativo modi, quo certatur. *Cæs.* 1. *B. G.* 50. 7. *ibid.* 77., item 3. *B. C.* 37. et 51. et 96. Decertare prælio. *Id.* 3. *B. G.* 23. pugna. *Id.* 3. *B. C.* 10. Ne cives cum civibus armis decertarent. *Cic. Dom.* 24. 63. Decertare vi et armis contra vim. *Nepos Hann.* 10. classe. *Liv.* 21. 42. et 6. 3. ferro. *Sic Ovid.* 14. *Met.* 803. Pace tamen sisti bellum, nec in ultima ferro Decertare placet. *h. e.* usque ad internectionem bellum gerere. *Cic.* 1. *Off.* 23. 81. Cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu. *Id.* 10. *Phil.* 10. 20. Pro libertate vita periculo decertare. — Huc pertinet et illud *Ovid.* 4. *Fast.* 101. Cum mare trax aries cornu decertat. — b) Omissio Ablativo modi. *Auct. B. G.* 8. 7. Ne, miseriore ac duriore postea conditione, cum toto exercitu decertare cogerentur. *Cæs.* 2. *B. C.* 10. Ut potius in suis, quam alienis finibus decertarent. *Id.* 1. *B. G.* 44. Si iterum experiri velint, paratum se decertare. Adde *eund.* 4. *ibid.* 19.; *Auct.*

*B. Alex.* 16.; *Sueton.* *Oth.* 9. et *Tac.* 2. *Hist.* 32. Sic *Cic.* 1. *Off.* 23. 80. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quam decertandi fortitudo.

— Passive impersonaliter. *Cic.* *Amic.* 8. 28. Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrro et Hannibale. *Auct. B. Afr.* 19. extr. In campus planissimis purissimisque ab hora diei quinta usque ad solis occasum est decertatum. — Huc pertinent et illa Poetarum propria. *Claudian.* 1. in *I. Cons.* *Stilich.* 21. Decertati labores. *h. e.* decertando et belligerando exhausti. *Stat.* 1. *Theb.* 2. Fraternas aces alternaque reina profanis Decertata odis. *h. e.* usque ad exitium certata. Cf. *eund.* *ibid.* 479. ventis ut decertata residunt. Equora. *h. e.* post finem certaminis ventorum tandem residunt. — Et cum Dativo de inanimis. *Horat.* 1. 64. 3. 13. Præcepis Africus deceptans Aquilonibus. ¶ 2 Item de quoquaque certamine et contentione. *civili.* *Cic.* 5. *Fin.* 2. 5. Lorus, ubi Demosthenes et Eschines inter se decertare soliti sunt. *Id. Plin.* 36. 87. Sed erat non iure, non legibus, non disceptando decertandum. *Id.* 2. *Phil.* 1. 2. At decertare mecum voluit contentio. dicendi? — *Gell.* 10. 18. *Aīōz* laudibus ejus dicundis facit, ponitque præmia pecuniae aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudes decertatas venisse dicuntur viri nobiles ingenio etc. *h. e.* certatum predicandas.

*DECERTORIUS* / *DECERTATORIUS*.

*DECERVICATUS*, *a.* *um.* adject. cui cervix dempta est. decollatus. *Sidon.* 3. *Ep.* 3. *a med.* Quos humari nos prohibuerat, decervicatis liqueveris cadaveribus.

*DECESSIO*, *onis*, *f.* 3. actus decedendi, abitus, discessio (I. partita; Fr. action de s'en aller, l'épart; Hisp. partida; Germ. das Abgehen, *Abgehen*, der Abgang; Engl. a departing, departure).

1.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 4. *Fam.* 4. 17. Is mecum sœpe de tua mansione et decessione communicat. *Id.* 2. *Divinat.* 15. 36. Hæc decessio capituli jecinoris, aut accessio subito ne fieri potest? ¶ 2. Speciatim de discessu magistratus, finito imperio provinciali. *Id.* 6. *Att.* 5. *ad fin.* Mihi decessio dies λεπτῶς obreptat. *Id. Pis.* 36. 89. Quum sustentare viri posses dolorem decessio. Adde *eund.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1.

II.) Improprie. ¶ 1. Decessio est idem ac deminutio. *Cic. Tim.* 6. Neque enim illa decessio fieri poterat, neque accessio. *Id. Rabir. Post.* 11. 30. Decessione summa facere. *Terent.* *Clem. Dig.* 29. 4. 28. extr. Decessione patietur is cui restituta fuerit hereditas. *h. e.* deminutio, detrimentum. — Et de morbis *Cels.* 3. 3. *ad fin.* Aliae febres diem noctemque accessione et decessione implent. *Id.* 2. 4. Ut per accessionem crescent, per decessiones molliantur. ¶ 2. Ponitur et pro morte. *Spartian.* *Did. Jul.* 7. extr. Decessio Juliani. ¶ 3. *Gell.* 13. 29. appellat decessione verborum, cum verba ex ea significatione, in qua data sunt, in aliam longe, vel proximam decesserunt.

*DECESSOR*, *oris*, *m.* 3. qui jam magistratu functus de provincia decessit, et successori tradidit. Usurpat relative ad successorem: et decessorem suum vocat successor, cui ipse in provincia administrastra, aut alia quavis re, dignitate, seu officio succedit. *Cic. fragm. orat. Scaur.* (edente A. Peyronio) p. 81. n. 33. Successori decessor invidit. *h. e.* Scauro consulatum petenti Appius jam consul invidit. *Tac. Agric.* 7. Agricolam vicesimæ legioni præpositus, ubi decessor seditione agere nascatur: ita successor et ulti electus etc. *Ulp. Dig.* 1. 16. 4. § 4. Recte faciet, si edictum decessori suo miserit.

*DECESSUS*, *a.* *um.* ¶ 1. *DECEDO*.

2.) Decessus, us. m. 4. decessio, abitus, discessio. I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Nepos Timol.* 2. Post Dionysii decessum. ¶ 2. Speciatim pro decessione magistratus ex provincia. *Cic.* 2. *Phil.* 38. 97. An Creta post M. Bruti decessum potuit liberari? *Cætius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 10. *sub fin.* Quod al tuum decessum attinet, me curaturum, ut tibi succedatur. Adde *Cæs.* 8. *B. G.* 49. et *V.* ibi adnotata ab *Herz.*

II.) Improprie. ¶ 1. Ponitur pro deminutio. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Curiosa aliquanto plañiores, quo facilius vada ac decessum astus excipere possent. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 47. (168). Ab Nili decessu serere solitos. — Et de morbis. *Cels.* 3. 12. Sub decessu febris cibum sumat. Adde *Gell.* 5. 2. ¶ 2. Item pro morte. *Cic. Amic.* 3. 10. Angi decessu omni-

corum. *Cenotaph. Pisan.* apud *Orelli* 643. NONDVM  
QUIETO LVCTV QVM EX DECESSV L. CAESARIS FRATRIS  
EVIS — COLONIA UNVERSA SVSCRPERAT.

DÉCET, cebat, cuit, ccre, impers. 2. Si quis usurpari velit etiam in primis personis, habet in voce *Dedecet* in fin. quo se tueatur. — Part. *Decens* in fin. — Ceterum *decet*, quod v. nusquam occurrit apud *Ces.*, significat aptitudinem, honestatem, convenientiam, que in re qualeque inest ratione alterius rei. *Cic.* enim *Orat.* 22. 74. decere declarat, quasi aptum esse consentaneumque tempori et personae: quod cum in factis sacerdotissime, tum in dictis valet, in vultu denique et gestu et incessu: contraque item dedecere. Sic *Id.* 3. *Orat.* 55. 210. Nunc quid aptum sit, hoc est quid maxime deceat in oratione videamus. — Etymologici dicunt a *decere* pro *debet* oportet, c. inserto, ut a *oportet* est *specus*: et sane decere aliquando significat officium, et pro oportere ponitur: quamquam et quod deceat, oportet ut fiat (It. è decente, conviene, sta bene; Fr. il convient, il est convenable, il sied; Hisp. conviene; Germ. es ziert, steht wohl an, daher es geziemt, schickt sich; Angl. it becomes, is becoming or proper, beseems, behoves, is right, fit, suitable, or meet). Usurpat autem — 1.) Cum Nominativo rei et — 2.) Accusativo personae aut rei, quae persona locum tenet. — In singulari numero. *Plaut.* *Most.* 1. 3. 10. Contempla, satin' hac me vestis deceat. *Titinius* apud *Non.* p. 548. 11. *Merc.* Et quem colos eumatislis deceat. *Propert.* 4. 4. 53. Te toga picta deceat. *Horat.* 3. *Od.* 15. 8. Non si quid Pholoen, satis Et te, Chlori, deceat. Adde *eund.* 1. *Ep.* 7. 44., 17. 23. et 18. 30. *Ovid.* 2. *Fast.* 757. Hoc ipsum decuit. *Quintil.* 10. 3. 15. Quid personam deceat. *Id.* 11. 1. 14. Quod omnes et semper et ubique deceat. — *Ovid.* 2. *Fast.* 105. caput ille coronam, Quæ possit crines, Phœbe, deceare tuos. *Quintil.* 11. 3. 84. Brachii projectio continuos locos maxime deceat. *Id.* 11. 1. 93. Simplicitas illa mire tenues causas deceat, majoribus — magis convenit. — In plurali numero. *Cic.* 1. *Off.* 31. 113. Experiri, quam se aliena decant. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 32. quem decuere toga. *Ovid.* 4. *Fast.* 619. Alba decent Cererem. *Val. Flacc.* 7. 416. Parvum parva decent. *Quintil.* 11. 3. 181. Ut aliquem vel omnia, vel plura deceant. — *Ovid.* 1. *Met.* 457. ista decent humeros gestamina nostros. *Quintil.* 8. 6. 43. Duo verba, uni apposita, ne versum quidem decuerint. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 33. (112). Callaina gemmæ inclusæ decorantur auro, aurumque nullæ magis decent. — b) Omissio Accus. personæ. *Cic.* *Orat.* 21. 70. Ut enim in vita, sic in oratione, nihil est difficilius, quam quid deceat, videre. *Id.* 1. *Orat.* 26. 120. Non faciendo id, quod non decet, impudentia nomen effugere debemus. *Id.* 1. *Off.* 31. 111. Nihil decet invita Minerva. *Quintil.* 8. 3. 20. Casus singularis magis decuit. Adde *eund.* 11. 1. 14. et 45. — In plurali numero. *Plaut.* *Pseud. prol.* 20. Ubi lepos, joci — decent. *Quintil.* 11. 3. 150. Neque eadem in voce, gestu, etc. similiiter decent. — c) Cum Dativo personæ. *Plaut.* *Amph.* 2. 2. 188. Istuc facimus — nostro generi non deceat. — 2.) Cum Infinito activo et — a) Accusativo personæ. *Plaut.* *Amph.* 1. 3. 24. Non te mihi irasci deceat. Sic *Cic.* 4. *Tusc.* 25. Oratorem irasci minime deceat. Rursus *Plaut.* *Rud.* 1. 2. 24. Peculiosum eum esse decet servum et probum, quem etc. h. e. oportet, necesse est. *Ter.* *Eun.* 4. 7. 19. Omnia prius experiri, quam armis, sapientem deceat. *Lucret.* 5. 51. nonne decebit Hunc ho. minem numero divum dignarier esse? *Nepos.* *Att.* 6. Non enim decere se arbitrabatur, quum præturam gerere noluissest, asseclam esse prætoris. *Sall. Cat.* 1. Qui se student præstare ceteris, summa ope niti deceat, ne vitam silentio transeat. h. e. oportet. *Liv.* 3. 17. Non, quidquid patrum plebisque est, in Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illum domum Jovis optimi maximus decuit? h. e. oportuit. *Ovid.* 3. *Met.* 265. si me sceptræ tenere deceat. *Quintil.* 11. 1. 22. Ipos erubescere deceat. Adde *eund.* 11. 1. 59. et 8. 5. 23. *Val. Flacc.* 8. 284. decuit colossæ tot vates. — b) Omissio Accus. personæ. *Plaut.* *Amph. prol.* 35. Injusta — impetrare non deceat. *Cic.* 3. *Fin.* 19. 64. Ex quo sit, ut laudandus sit, qui mortem oppedit pro republica, quod deceat, cariorum esse patriam nobis, quam nosmetipsos. *Forcellinus* et *Orelli*. ita leg.; plerique alii doceat. *Horat.* 1. *Od.* 4. 9. Nunc decet caput impetrare myrto. *Pers.* 3. 27. An deceat rumpere. — c) Cum

dativo personæ (*V.* infra sub 3.° c.). *Plaut.* *Capt.* 2. 2. 71. Ne patri decere videatur magis me servire, potius quam etc. Hunc locum attulit *Forcellinus*: sed, bona ejus venia, dativus patri pendet, ni fallor, a verbo videatur, minime vero a verbo decere. *Paul.* *Dig.* 32. 23. Decet enim tantæ majestati, eas servare leges, quibus etc. Adde *Liv.* 34. 58., cuius verba mox afferentur. — d) Et cum Infinito Passivo. *Ter.* *Andr. prol.* 16. Contaminari non decere fabulas. *Cic.* 1. *Tusc.* 14. 32. Num dubitas, quis aptum esse consentaneumque tempori et personæ: quod cum in factis sacerdotissime, tum in dictis valet, in vultu denique et gestu et incessu: contraque item dedecere. Sic *Id.* 3. *Orat.* 55. 210. Nunc quid aptum sit, hoc est quid maxime deceat in oratione videamus. — Etymologici dicunt a *decet* pro *debet* oportet, c. inserto, ut a *oportet* est *specus*: et sane decere aliquando significat officium, et pro oportere ponitur: quamquam et quod deceat, oportet ut fiat (It. è decente, conviene, sta bene; Fr. il convient, il est convenable, il sied; Hisp. conviene; Germ. es ziert, steht wohl an, daher es geziemt, schickt sich; Angl. it becomes, is becoming or proper, beseems, behoves, is right, fit, suitable, or meet). Usurpat autem — 1.) Cum Nominativo rei et — 2.) Accusativo personæ aut rei, quae persona locum tenet. — In singulari numero. *Plaut.* *Most.* 1. 3. 10. Contempla, satin' hac me vestis deceat. *Titinius* apud *Non.* p. 548. 11. *Merc.* Et quem colos eumatislis deceat. *Propert.* 4. 4. 53. Te toga picta deceat. *Horat.* 3. *Od.* 15. 8. Non si quid Pholoen, satis Et te, Chlori, deceat. Adde *eund.* 1. *Ep.* 7. 44., 17. 23. et 18. 30. *Ovid.* 2. *Fast.* 757. Hoc ipsum decuit. *Quintil.* 10. 3. 15. Quid personam deceat. *Id.* 11. 1. 14. Quod omnes et semper et ubique deceat. — *Ovid.* 2. *Fast.* 105. caput ille coronam, Quæ possit crines, Phœbe, deceare tuos. *Quintil.* 11. 3. 84. Brachii projectio continuos locos maxime deceat. *Id.* 11. 1. 93. Simplicitas illa mire tenues causas deceat, majoribus — magis convenit. — In plurali numero. *Cic.* 1. *Off.* 31. 113. Experiri, quam se aliena decant. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 32. quem decuere toga. *Ovid.* 4. *Fast.* 619. Alba decent Cererem. *Val. Flacc.* 7. 416. Parvum parva decent. *Quintil.* 11. 3. 181. Ut aliquem vel omnia, vel plura deceant. — *Ovid.* 1. *Met.* 457. ista decent humeros gestamina nostros. *Quintil.* 8. 6. 43. Duo verba, uni apposita, ne versum quidem decuerint. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 33. (112). Callaina gemmæ inclusæ decorantur auro, aurumque nullæ magis decent. — b) Omissio Accus. personæ. *Cic.* *Orat.* 21. 70. Ut enim in vita, sic in oratione, nihil est difficilius, quam quid deceat, videre. *Id.* 1. *Orat.* 26. 120. Non faciendo id, quod non decet, impudentia nomen effugere debemus. *Id.* 1. *Off.* 31. 111. Nihil decet invita Minerva. *Quintil.* 8. 3. 20. Casus singularis magis decuit. Adde *eund.* 11. 1. 14. et 45. — In plurali numero. *Plaut.* *Pseud. prol.* 20. Ubi lepos, joci — decent. *Quintil.* 11. 3. 150. Neque eadem in voce, gestu, etc. similiiter decent. — c) Cum Dativo personæ. *Plaut.* *Amph.* 2. 2. 188. Istuc facimus — nostro generi non deceat. — 2.) Cum Infinito activo et — a) Accusativo personæ. *Plaut.* *Amph.* 1. 3. 24. Non te mihi irasci deceat. Sic *Cic.* 4. *Tusc.* 25. Oratorem irasci minime deceat. Rursus *Plaut.* *Rud.* 1. 2. 24. Peculiosum eum esse decet servum et probum, quem etc. h. e. oportet, necesse est. *Ter.* *Eun.* 4. 7. 19. Omnia prius experiri, quam armis, sapientem deceat. *Lucret.* 5. 51. nonne decebit Hunc ho. minem numero divum dignarier esse? *Nepos.* *Att.* 6. Non enim decere se arbitrabatur, quum præturam gerere noluissest, asseclam esse prætoris. *Sall. Cat.* 1. Qui se student præstare ceteris, summa ope niti deceat, ne vitam silentio transeat. h. e. oportet. *Liv.* 3. 17. Non, quidquid patrum plebisque est, in Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illum domum Jovis optimi maximus decuit? h. e. oportuit. *Ovid.* 3. *Met.* 265. si me sceptræ tenere deceat. *Quintil.* 11. 1. 22. Ipos erubescere deceat. Adde *eund.* 11. 1. 59. et 8. 5. 23. *Val. Flacc.* 8. 284. decuit colossæ tot vates. — b) Omissio Accus. personæ. *Plaut.* *Amph. prol.* 35. Injusta — impetrare non deceat. *Cic.* 3. *Fin.* 19. 64. Ex quo sit, ut laudandus sit, qui mortem oppedit pro republica, quod deceat, cariorum esse patriam nobis, quam nosmetipsos. *Forcellinus* et *Orelli*. ita leg.; plerique alii doceat. *Horat.* 1. *Od.* 4. 9. Nunc decet caput impetrare myrto. *Pers.* 3. 27. An deceat rumpere. — c) Cum

cadet giù; Fr. tomber de, tomber, choir; Hisp. caer; Germ. von oben, von der Höhe herab-, herunter-, abfallen; Engl. to fall from, fall down).

I.) Proprie. *Plaut.* *Cas.* 5. 2. 42. Decidere præcipitem de lecto. *Id.* *Pers.* 4. 4. 45. in soveam. *Ter.* *Phorm.* 4. 4. 27. Anguis decidit de tegulis. *Lucrel.* 6. 496. In terras decidit imber. Adde *Horat.* 1. *Ep.* 14. 29. Rursus *Lucret.* 5. 194. Ut non sit mirum, si (primordia rerum) in tales disposituras Deciderunt quoque etc. ubi nota decidérunt pro deciderunt. Adde *eund.* 3. 643. *Cic.* *Senect.* 19. 71. Poma ex arboreis, si sunt matura et cocta, decidunt. *Ces.* 1. *B. G.* 48. Decidere equo. *Nepos Eumen.* 4. in terram ex equo. *Ovid.* *Ib.* 259. ab equo in arva. *Horat.* 4. 4. 10. 3. et *Ovid.* 3. *Amor.* 10. 36. Declidunt cornæ. *Curt.* 7. 3. 21. Flumina in rubrum mare decidunt. *Frontin.* 8. *Strateg.* 9. 2. aquæ. *Ovid.* 9. *Met.* 345. e flore guttae. *Id.* 1. *ibid.* 106. arbore glandes. *Id.* *Heroid.* 14. 46. manu ensis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (164). Glossopetra dicitur cælo decidere. *Id.* 2. *ibid.* 52. 53. (138). Superiora e cælo decidientia obliquos habent ictus. *Sueton.* *Galb.* 8. Fulmen in lacum decidit. *Phœdr.* 1. 3. Pennæ decidunt. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 62. (163). dentes. *Sueton.* *Galb.* 1. capita statu. *Id.* *Domit.* 15. titulus. *Id.* *Aug.* 95. Tunica ad pedes decidit. *Quintil.* 11. 3. 149. toga. *Ovid.* *Heroid.* 20. 208. Decidunt cornæ. *Id.* 12. *Met.* 339. Decidere in præcepis. *Id.* 2. *Art.* am. 2. Decidit in casses præda petita meos. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 42. fugiens hic decidit a cærem Prædonum in turbam. h. e. incidit. *Petron.* *Satyr.* 87. Decidere in somnum.

II.) Impropri. ¶ 1. Figurare ponitur pro mori, h. e. in terram decidere, in inferna decidere. *Plaut.* *Trin.* 2. 4. 142. Nemo exstat, qui ibi set menses vivet: ita cuncti solstitiali morbo decidunt. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 36. Scriptor abhinc annos centum qui decidit. *Id.* 4. *Od.* 7. 16. Nos ubi decidimus, Quo patet Aeneas, quo Tullus dives et Ancus etc. *Stat.* 8. *Theb.* 125. si decidat hostis. *Claudian.* 1. in *Rufin.* 1. *Phœbeo* domitus Python cum decidit arcu. — Hinc translate pro dominui, absumi. *Colum.* 12. *R.* 20. sub fin. Mustum infervescere, et omnem spumam cum facibus expurgare: quo facto decima pars decidet. *Schneiderus* vulgata hanc lectionem cum *Gesnero* correxit, et decedet legit; quod sane probandum. ¶ 2. Metaphorice est de gradu decidi, h. e. aliiquid amittere. *Ter.* *Heaut.* 2. 3. 9. Væ misero nihil! quanta de spe decidi! et *ibid.* 4. 8. 11. Quanta spe decidi! *Liv.* 37. 26. Antiochus posteaquam a spe societas Prasias decidit, etc. *Plin.* 5. *Ep.* 10. Labi et decidere ab archetypo. h. e. in scribendo multum ab archetypo distare. ¶ 3. Item in mala incidere. *Sueton.* *Claud.* 9. Decidere ad angustias rei familiaris. *Tac.* 3. *Ann.* 59. Huc decidisse cuncta, ut etc. *At. leg.* recidiisse. ¶ 4. Denique decidere dicitur qui in pernicie, vel maximum infortium lapsus est. *Nepos Eumen.* 11. ad fin. Non virtute hostium, sed amicorum perfidia decidi. h. e. victus sum. Cf. *Cic.* 2. *Att.* 21. 4. Nam, quia (*Pompeyus*) decidedat ex astris, lapsus, quam progressus, potius videbatur. ¶ 5. integr. locum. *Seneca* 3. *Controv.* præf. Sæpe illi bene cessit; sæpe decidit. *Tibull.* 3. 1. 20. An toto pectora decidedim. h. e. mei oblitus omnino sis. — Huc referri potest et illud *Senecæ* 1. *Controv.* 2. ad fin. Unde scimus, an cum convenientibus pro virginitate allo libidinis genere decidederit? h. e. virgo rursum libidini succuduerit. ¶ 6. CADÔ.

DÉCIDO, cids, cidi, cids, cide, a. 3. (de et cædo). Licenter secundum syllabam corripit *Capell.* 9. p. 336. Tandem senilem, Martiane, fabulum Sic in novena decidit volumina. Part. *Decisus* I. 1. et 3., et II. 1. — Decido est amputo, abscindo; et de iis fere dicitur, quæ si abscindantur, deorsum cadunt (It. tagliar giù; Fr. couper, retrancher; Hisp. cortar; Germ. abhaugen, eighl, von oben herab, ab-schneiden; Angl. cut off).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut.* *Merc.* 2. 2. 37. Decide collum, si falsum est uti loquar. Sic *Curt.* 7. 2. 32. Decisum caput. *Cato R.* 45. *Schneid.* Taleas oleaginis, quæ in scrobe saturus erit, tripedaneas decidito. *Lucret.* 5. 933. nec altis Arboribus veteres decidere falibus ramos. *Colum.* 2. *R.* 2. 13. Decidere falce filicem nascentem. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (165). Cum malleolus spargere copti caules, deciditur. *Id.* 31. *ibid.* 4. 30. (53). Decise silvæ. *Tac.* 12. *Ann.* 14. ad fin. De-

cisæ aures. *Sil. It.* 4. 389. improbus ensis Annexam parmæ decidit vulnere lœvan. *Seneca Ep.* 90. In quadratum ligna decidere. — Huc pertinet et proverbia illa diceudi ratio apud *Horat.* 2. *Ep.* 2. 49. Unde simul primum me dimisere *Philippi*. Decisis humilem penitus, etc. ¶ 2. Latiori sensu reperitur et pro valde cædere, hoc est verberare. *Callistrat.* *Dig.* 47. 21. 2. Si lapides furati sunt, sufficit eos verberibus decidere. Similis locus est in *Collat. Mos.* et *Rom. legg.* 6. § 2. Sufficit eos verberibus coerceri. ¶ 3. Item pro incidere. *Calpurn.* 3. *Ecl.* 44. cerasina cortice verba notabo, Et decisæ feram rutilantia carmina libro. Hæc *Forcellinus*: quamquam et hoc loco decisæ accipi possit pro decisio, h. e. absciso libro.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpiissime sumitur pro transigere, componere item mutuo partium consensu; quia solet in transactionibus et compositionibus decidi, seu detrahi utrumque aliquid ex postulatis contrahentibus: fere autem de iis, quæ pro tribunali transiguntur et compoantur; et occurrit — a) Cum Accusativo tantum rei, quo deciditur. *Cic.* 7. *Verr.* 45. 120. Quibus rebus actis atque decisis, producentur et carcere. *Id. Rosc. com.* 11. 32. Magno tuam dimidiam partem decidisti: magno et tu toam partem decide. *Id. Quint.* 4. 17. Decidere et statuere, quid alicui ad denarium solvatur. *Id.* 4. *Verr.* 52. 128. et *Flacc.* 34. 86. Decidere res. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 59. Decisa negotia. *Ulp. Dig.* 42. 1. 56. Res judicata, vel jurejurando decisa. Adde *eund.* *ibid.* 9. 4. 22. *Id. ibid.* 18. 3. 4. Decisa questio. *African.* *ibid.* 47. 2. 63. Decidere damnum. Adde *Sueton. Vesp.* 21.; et *Capitolin. Anton. Phil.* 10. — Huc pertinet et illud *Quintil.* 8. 6. 47. Cetera propriis decisæ sunt verbis. h. e. expressa, explicata. — b) Cum Ablativo et prepos. *Cic.* 4. *Verr.* 32. 79. Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. *Id. Rosc. Am.* 39. 114. Decidere atque transigere eum aliquo. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 40. 41. (130). Abunde atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui jure dici non infelix potest. *Ulp. Dig.* 12. 6. 28. circa med. Decidere pecunia cum aliquo. — Et passive *Cic.* 3. *Verr.* 48. 125. Dicbat iste, nisi cum muliere consideretur, in possessionem se ire jussurum. — *Cic. Quint.* 5. 19. Decidere de rebus et rationibus societatis. *Id. Rosc. com.* 12. 35. Qui de sua parte decidit, reliquis integrum relinquunt actionem. Adde *Justin.* 31. 7. 6. — c) Absolute. *Cic.* 5. *Verr.* 48. 114. Ut in singula jugera ternis mediumnis decidere licet. *Al. omittunt præpos.* in *Seneca Ep.* 95. ad fin. Pro libertate decidere. Adde *Aurel. Vict.* de vir. *illistr.* 56. ¶ 2. Ponitur etiam pro diminuere, immuovere. *Lamprid. Alex. Sev.* 38. Vectigal ad tertiam partem decidere. ¶ 3. Item pro dejicere. *Plaut. Cas.* 2. 4. 18. Ego poi istam jam aliquo vorsum tragulam decidero. *Plerique tamen rectius leg.* dejecero.

DECIDÜUS, a, um, adject. a *decido*, est cadens, caducus, et legitur a quibusdam apud *Ovid.* 8. *Met.* 758. geminitumque dedit decidua quercus. *Al. leg. Dodona*, aliis *de vulnera*, aliis *rectius Deoia*. *Plin.* quoque, ubi ait 16. *Hist. nat.* 24. 38. (92). Cato decidua (*folia*) populea (*al. leg. a populo*) querunque animalibus jubens dari, non perarida; cædusa significare videtur: nam si *cadentia* intelligas, ea solent arida esse. Nostri quoque rustici, quam spondentes in cibum boum servant, cædere solent, non expectare, dum decidat. Porro locus *Catonis*, unde is desumptus, videtur esse *R. R.* 5. Frondem populeam, ulmean, querream cædito: per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ovibus.

DECIES vel deciens, adverb. διακαίειν. Quod scribatur et deciens, testes sunt *Varro* 9. L. L. 58. *Müll.* et *Mar. Victorin.* de *Orthogr.* p. 2469.

*Putsch.* — Decies est decem vicibus (It. dieci volte; Fr. dix fois; Hisp. diez veces; Germ. zehnmal; Engl. ten times).

I.) Proprie. *Plaut. Stich.* 3. 2. 45. Decies in die mutat locum. *Cic.* 3. *Verr.* 10. 28. Decies centena milia. Adde *Frontin. Aquæd.* 7. et *Liv.* 8. 9. et 33. 42. *Ovid.* 2. *Trist.* 94. Esque decem decies inspicienda viris, h. e. centumviris. *Liv.* 24. 11. Trecenta milia usque ad decies. *Id.* 43. 6. Decies centum millia. Adde *Horat.* 2. *Sat.* 3. 237. et 240. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 53. 74. (146). Columba decies anno parvunt. Adde *Juvenal.* 10. 135. et 14. 28.

II.) Metonymie — a) Decies ponitur pro saep. *Plaut. Amph.* 2. 1. 27. Equidem decies dixi. *Horat.* 1. *P.* 294. Perfectum decies non castigavit ad unguem. *Id. ibid.* 365. Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit. *Juvenal.* 13. 136. Si decies lectis diversa in parte tabellis. Adde *Catull.* 23. 20.; et *Pers.* 6. 79. — b) Decies centena pro prægrandi pecunia summa usurabant antiqui, quod præcis illis temporibus minor erat nummorum copia; et nihilominus, etiam crescentibus dñitivis, phrasis obtinuit: cf. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 10. 47. (133). Non erat apud antiques numerus ultra centum millia; itaque et hodie multiplicantur hæc, ut decies centena, aut sexplus dicantur. Fænum hoc fecit nummusque percursor, et sic quoque æs alienum etiamcum appellatur. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 15. Decies centena dedisset Huic parco paucis contento, quinque diebus Nil erat in loculis. — c) Dicitur et decies absolute pro decies centena millia. *Martial.* 1. 104. Aut vive, aut decies. Scævola, reddite deis. Adde *eund.* 3. 62.

DÉCIMA, æ, f. 1. V. DECIMUS in fin.

DÉCIMALIS, e, adject. ut *Decimales agri*, h. e. decumanus, qui decimas solvunt, apud *Tac. Germ.* 29.; ubi alii leg. *decumates* eadem significatione.

DÉCIMANUS et frequentius decumanus, a, um, adject. ad decimum pertinens.

I.) Proprie. ¶ 1. Decumanus est pertinens ad decimam, quæ pro vectigali solvebatur: et occurrit — a) De rebus. Sic *decumanus ager*, qui deciman partem fructuum pro vectigali solvit reipubl. *Cic.* 5. *Verr.* 6. 13. Omnis ager Sicilia civitatum decumanus est. — Item *decumani frumentum* decima pars frumenti, quæ pro vectigali solvitur. *Cic.* 5. *Verr.* 5. 12. et *ibid.* 81. 188. — Eodem sensu *decumani oleum* dixit *Lucilius* apud *Non.* p. 445. 19. *Merc.*, si modo sana est lectio; quamvis ab aliis accipiat pro minus puro et viliori; nempe quasi ex decima quaque mensura rejecto et projecto: vel declinando collecto et abjecto. — b) De personis. *Decumanus vel decumani*, sunt publicani, qui decimas publicas redimunt exiguntque. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 2. *Verr.* 5. 13. p. 130. *Bait.* Aratores frumenti deciman dare populo Romano solent. Hos non una atque altera, sed tribus amplius decimis per mancipes a se subornatos, id est publicanos, qui decumanii vocantur, Verres exhausti. Adde *Cic.* 5. *Verr.* 8. 20. — Sic *decumana* absolute, vel *decumana mulier* apud *eund.* *Cic.* 33. 77. et 34. 78. est uxor decumanii, quam et mulierculam publicanam *ibid.* vocat. V. PUBLICANA. ¶ 2. Decumanus est etiam ad decimam legionem pertinens. Hinc — a) *Decumani militæ* sunt legionis decimæ, hoc est que decimo loco descripta sunt. *Auct. B. Afr.* 16., et *B. Hisp.* 30.; *Tac.* 5. *Hist.* 20.; et *Sueton. Cæs.* 70. *Vopisc. Prob.* 6. Decumanos, fortissimos exercitus sui. *Aurelian.* *Aug.* apud *Vopisc. Prob.* 6. Ut scias, quanti te faciam, decumanos meos sumo, quos *Claudius* mihi creditid. Iste enim sunt, qui quadam felicitatis prærogativa præsules, nisi futuros principes habere, non norunt. Adde *Amian.* 18. 9. 3. et *Frontin. 1. Strateg.* 11. 3. et 4. *ibid.* 5. 11. — b) In castris *Decumana porta* est ceterorum maxima, aversa hosti. Alii dictam pulant a tutela militum decimæ cohortis: ut *Hygin. Gromat.* p. 7. col. 2. A cohortibus decimis ibi identibus decumana porta est appellata. Adde *Veget.* 1. *Milit.* 23. Per hanc peccantes milites educabantur ad pœnam, teste *eod.* *Veget.* *ibid.* Adde *Ces.* 2. *B. G.* 24., 3. *ibid.* 25. et 3. *B. C.* 96.; et *Liv.* 3. 5. et 10. 32. ¶ 3. *De limite decumano V. CARDI.*

II.) Impropræ *decumanus* accipitur pro magno. Decumana ova, inquit *Paul. Diac.* p. 71. 15. *Müll.* dicuntur, et decumani fluctus, quia sunt magna: nam et ovum declinum majus nascitur, et fluctus

decimus fieri maximus dicitur. *Id.* p. 4. 7. Albesia scuta dicebantur, quibus Albenses — usi sunt. Hæc eadem decumana vocabantur, quod essent amplissima, ut decumani fluctus. *Plaudi Gloss.* ed. A. Mai. p. 45. *Decumana*, maximæ, a fluctu decimo. — Alii putant ductum hoc a Pythagoreis, apud quos denarius numerus veluti magnificus et sacer fuisse dicitur. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 49. Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes: Posterior nono est, undecimoque prior. *Lucilius* apud *Cic.* 2. *Fin.* 8. 24. quum omnia in ista Consuma squilla atque acipientur e uno decumano. — *Decumana pira* enumerauntur a *Colum.* 12. *R. R.* 10. 4. et *Cloatio* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. ad fin. inter varia pirorum genera: a magnitudine fortasse appellata: nisi malis legere *Decimana*, quod unice probandum. Cf. *Schneid.* ad *Colum.* 1. c.

DÉCIMARIUS, a, um, adject. ad decimam partem pertinentes. Hinc *leges decimariæ* dicuntur, quæ decimas partes hereditatis concedebant uxoribus, pro liberorum numero. *Cod.* 8. 58. in *lemmale*. De infirmandis pœnis cælibatus et orbitatis, et de decimariis (*legibus*) sublati. — Et *decimarius* dicitur qui decimas pendit, apud *Ambros.* in *Psalm.* 118. serm. 8. Sin autem vocatur a Domino, ipse mihi dicitur, hoc est non alii tributarius, non decimarius, non de possessione munificus.

DÉCIMATIO vel decumatio, ônis, f. 1. ¶ 1. Est supplicium militare, cum decimus quisque miles sorte lectus occiditur. *Capitolin. Macrin.* 12. Clemens se dicebat, quando eos centesimaret, qui digni essent decimatione atque vicesimatione. V. DECI-MO. ¶ 2. Pro jure decimas accipiendi exigendique dixit *Fulgat.* *Ital. Numer.* 18. 21. Filiis Levi ecce dedi omnem decimationem in sortem pro deservitibus eorum.

DÉCIMATRUS, dies festi Faliscorum, quod fierent post decimum diem Iduum. *Festus* p. 257. 6. *Müll.*

DÉCIMATUS vel decumatus, a, um. V. DECI-MO, as.

DÉCIMESTRIS. V. DECEMMESTRIS.

DÉCIMO vel decumo, as, ævi, åtum, are, a. 1. Part. *Decimans* 2.; *Decimatus* 1. et in fin. — Decimare est decimam partem detrahere. Hinc ¶ 1. In re militari decimari legiones dicuntur, quando decimus quisque supplicio afficitur ab imperatore, sorte ducta, cui contingat: cf. *Liv.* 2. 59., et V. CENTESIMO. *Sueton. Galb.* 12. Recasantes, atque insuper aquilam et signa pertinacius flagitanter, non modo immisso equite disfecit, sed declinavit etiam. *Id. Aug.* 24. Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit. Adde *Frontin.* 4. *Strateg.* 1. 37. *Capitolin. Macrin.* 12. Milites sepius decimavit. — Et absolute. *Sueton. Cal.* 48. Quin decimare perveraretur. — Apud Romanos primus eo supplicio usus videtur *App. Claudius*, an. U. C. 283., de quo *Liv.* 2. 59. ¶ 2. Præterea decimare, seu decumare est decimam aliquid rei partem in sacrificium offerre. *Festus* p. 237. 25. *Müll.* Quæ familia, et posteri ejus non defuerunt decumantibus usque ad Appium Claudi censorem. — Hinc Part. præter. pass.

*Decimatus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Decimatissimus*; et occurrit translate tantum pro electo. *Symmach.* 3. *Ep.* 49. et 51. Vir decumatae honestatis. Al. utrobique leg. edecumatae eodem sensu. *Id. 8. ibid.* 16. *Juvenis decimatissimus.*

DECIMODIA. V. DECEMMODIUS.

DÉCIMUS et antiquorum more decumus, a, um, adject. ultimus et decem (It. *decimo*; Fr. *dixième*; Hisp. *decimo*; Germ. *der*, *die*, *das zehnte*; Angl. *the tenth*). I.) Proprie. *Plaut. Amph.* 1. 2. 19. Decumo post mense. *Id. Stich.* 5. 4. 26. Decima propinare. *Id. Pseud.* 4. 2. 17. In foro vix decimus quisque est, qui ipsus sece noverit. *Ter. Adelph.* 3. 4. 29. Mensis decimus est. *Cic.* 2. *Phil.* 31. 77. Hora diei decima. Adde *eund.* 1. *Invent.* 53. 54. *Cæs.* 1. *B. G.* 40. Cum decima legione. Cf. *eund.* 2. *ibid.* 23. *Virg.* 6. *Æn.* 155. decumum quos distulit Hector in annum. Sic *Tac.* 6. *Ann.* 27. Decimus annus. *Gell.* 18. 2. extr. Ennius in decimo tertio Annalium. *Aurel. Vict. Cæs.* 12. Mense sexto ac decimo. *Inscript.* apud *Orell.* 2275. LEGIO DECIMA.

II.) Per metonymiam ponitur pro magno. *Ovid.* 11. *Hes.* 530. *Vastius* insurgens decimæ ruit impe-

tus undas. h. e. fluctus decumanus, Graece τρικυπία. Adde *Sil. It.* 14. 122. et *Val. Flacc.* 2. 54. Eodem sensu *Lucan.* 5. 672. dixit *decimo undæ volumine.*

*V. DECIMANUS.* — *Hinc*

*Decinum*, adverbii more, est decima vice. *Liv.* 6. 40. Nos reficietis decimum tribanos.

*Decimo* quoque est adverbium ejusdem significationis: agnosciturque a *Diomed.*, *Priscian.* etc., sed cum eo tamen discriminare, quod est inter *tertium* et *tertio*.

*Decima*, *æ.* f. 1. (*subaudi pars*) absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est frugum, aliarumve rerum pars decima, quam diis ac præsertim Herculi (de qua *V. Bullitt. Archeol.* a. 1845. p. 74. et seq.). vovere solitos veteres, docet *Varro* apud *Macrobi.* 3. *Saturn.* 12., unde non solum viscerationem, sed etiam epulum præbere populo mos ditoribus fuit. Adde *eumd.* 6. *L. L.* 54. *Müll.*; ac præcipue *Aurel. Vict.* *Orig. gentis R.* 6. *Nævius* apud *Priscian.* p. 874. *Putsch.* et *Liv.* 5. 21. *decimam partem* applicant. Sic *Id. Liv.* 5. 23. Ut qui se domunque religione exsolvore vellet, cum sibimet ipse prædam estimasset suam, decimæ pretium partis in publicum referret, ut ex eo donum aureum dignum amplitudine templi ac numine dei ex dignitate populi Romani feret. — *Absolute.* *Cic.* 2. *Off.* 17. 58. Oresti super prandia in semitis decumæ nomine, magno honori fuerunt. *Justin.* 20. 3. 3. et 18. 7. 7. *Decumas* prædæ. *Paul. Diac.* p. 71. 19. *Müll.* *Decima* queaque veteres diis suis offerebant. — *Decima decimarum* est pars centesima. *Hieronym.* *Ep.* 64. n. 2. *Æditui* et janitores accipiunt decimas, et rursus decimas decimarum offerunt sacerdotibus, tanto illis minores, quanto ipsi majores populo. ¶ 2. Item que pro vœcigali solvitur reipublicæ. *Cic.* 5. *Verr.* 10. 25. Quantum decumanus edidisset aratorem sibi decumam dare oportere. *Id. ibid.* 39. 88. Magnas decumas imponebat. et *ibid.* § 89. Vendere decumas. et *ibid.* 41. 97. Frumentum omne in decumas auferre. et *ibid.* 47. 112. Ut quot jugera sunt sata, totidem medimna decumas debeat. et *ibid.* 48. 115. Pro singulis decumis ternas decumas dare. et *ibid.* 46. 110. Redimere decumas. et *ibid.* 16. 42. exigere. et *ibid.* Pecuniam pro alteris decunnis solvere. — *Decima hereditatum* et libertatis, fuit novum vestigial Caracalla constitutum pro vicesima hereditatum et libertatis. Cf. *Collat. leg. Mos.* tit. 16. in fin.; et *V. Spanheim. Orb. Rom.* p. 208. ¶ 3. De decimis missiliis et tesserarum, que populo spargi solitæ dicuntur, apud *Sueton. Cal.* 26. et *Gall.* 15. et *Tac.* 1. *Hist.* 20., consule interpretet ad ea loca. Est enim res sat perplexa. ¶ 4. De decima hereditatis parte. *Quintil.* 1. 6. 19. Decimas uxoribus dari. — *NB.* De praenom. Rom. *Decimus* et de nom. prop. *Decima*, *V. ONOM.*

*DÉCINÉRÂTUS*, a, um, particip. ab *in usit.* *decinero*, in cinerem redactus. *Tertull. advers. Valentinian.* 32. ad fin. Ignis ipse decineratis omnibus in nubium finetur.

*DÉCINÉRESCO*, is, ere, n. 2. in cineres abeo. *Tertull. Apolog.* 48. extr. Ut nullo jam igni decinerescat.

*DÉCIPPIO*, cipis, cipi, ceptum, cipere, a. 3. (de et capio). Part. *Decipiens*, *Deceptus*, *Decepturus* et *Decipiendus*. — *Decipere* proprie est aves et cetera animalia retilibus aliote modo capere: sed occurrit translate tantum pro circuivenire, fallere, capere, in fraudem inducere (It. *ingannare*; Fr. *tromper*, *duper*; Hisp. *engañar*; Geru. *fangen*, *bestriicken*, *hintergehen*, *täuschen*; Engl. to *deceive*, *beguile*). Porro usurpat — a) De hominibus. *Plaut. Rud.* 4. 7. 9. Fiant transennæ, ubi decipiuntur dolis. Adde *eumd. Amph.* 1. 1. 268. *Id. Asin.* 2. 4. 94. Neque deceptus est in eo. *Ter. Andr.* 4. 1. 46. Deceptus sum, at non defatigatus. Adde *eumd. Heaut.* 4. 4. 6. *Cic.* 2. *Divinal.* 56. 116. *Amphibolia*, quæ *Cræsum* decepit, vel *Chrysippum* potuisse fallere. *Id. Att.* 13. *Nisi forte me communis Philautia decepit.* *Id. Off.* 10. 32. Quæ conatus quis metu, quæ deceptus dolo promisit. Adde *eumd. ibid.* 6. 18. *Id. Rosc. Am.* 40. 117. Induxit, decepit, destituit, adversariis tradidit. *Ces.* 1. *B. C.* 85. Homines imperitos et per colloquium deceptos crudelissime interfecisse. *Id.* 1. *B. G.* 14. Sed eo deceptum etc. *Liv.* 1. 9. Per fas et idem decepit. *Id.* 38. 40. In prima spe decepit. Adde *Nepot. Datam.* 9. et *Auct. B. Alex.* 37. *Virg.* 8. *Ecl.* 18. Conjugis indigno Nisus

deceptus amore. *Id.* 5. *Æn.* 851. cali deceptus fraude sereni. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 38. Amatorem turpam amicæ vitia decipiunt. *Id. ibid.* 1. 61. bona pars hominum decepta cupidine falso. *Id. Art. P.* 25. Decipi specie recti. Adde *eumd.* 1. *Ep.* 18. 79. et 19. 17.; et 2. *Sat.* 2. 30. et 1. *ibid.* 2. 65. *Ovid. 3. Amor.* 3. 22. Vicitia deceptus decipientis ero. *Sueton. Tib.* 65. Decipi spc. *Id. ibid.* 25. fraude. *Id. Aug.* 19. Janitoribus deceptis. Adde *eumd. Vesp.* 15. *Justin.* 24. 2. 6. Decipi perjurio. Adde *Plin. Paneg.* 66.; et *Quintil.* 4. 2. 64., 5. 7. 26.; 10. 1. 128. et 10. 6. 6. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 92. (145). Deceptus similitudine. *Id.* 18. *ibid.* 24. 56. (204). Festinata semensis siepe decepit, serotina semper. *Sat.* 9. *Theb.* 295. Solus abi, miseris non deceptus parentes. *Val. Flacc.* 1. 411. Et quem fama genus non est deceptus. Lysei Plejas. h. e. non est decepta, divulgas, esse hunc de sanguine Bacchi. — *Poeticæ Horat.* 2. *Od.* 13. 38. Dulci Istorum (*Prometheus*) decepitur sono. h. e. dulci sono Sapphus et Alcæ decepitur laborum, obliviscitur ponarum, nec sentit. *Bentlej.* legit laborem, quemadmodum *Virg.* dixit 1. *Æn.* 717. Expleri mentem nescit. — Ubi quis de mortuis loquitur, habet verbum hoc quamdam ex amore querelam, quod nempe superstes se prius vitam finire optasset, atque speravisset. Ita intelligendum illud *Virg.* 4. *Æn.* 17., ubi Dido extinctum Sicheum respiciens, inquit: Postquam primus amor deceptam morte fecellit. *Inscript.* apud *Gruter.* 605. S. *ALBLADES AVG. LIS. ALCLIBIADI FIL. DVLCISS. ET DESIDERATISS.* CVJVS MORS DECEPIT PATREM SVVM. VIXIT ANNOS XX. MENSES VII. DIES XI. *Alia* apud *eumd.* 691. 5. *MEMORIAE AETERNAE JVLLI ZOSIMI JVVENIS INNOCENTISSIMI*, QUI VIXIT ANNIS XXXV. M. I. D. III., MELIVS (corrigi *JVLIVS*) ZOSIMVS FATER INFELICISSIMVS AMMISSIONE EVJS DECEPTVS. h. e. morte ejus spe deceptus. *Alia* apud *Catalani. Orig. e Antich. Firmane* p. 35. *TERENTIO PAVLINO JVVENI PROBISSIMO*, QUI VIXIT ANN. XXXV. MES. II. DIER. XV. VINDIA RESTVTA MATER ET ATILLA TERTIA CONJUVX DECEPTA CVM FILIIS POSVERVAT. B. M. *Inscript. Saloniiana* apud *Car. Lanza. UNO FATO DECEPTE.* *Alia* apud *De-Lama. Guida al Mus. di Parma* p. 54. HVNC TITVLVM NATAE GENITRIX DECEPTA PARAVI POST TENOROS MANES ET ACERBÆ FVNERA MORTIS. — b) De inanimis. *Lucret.* 1. 940. et 4. 16. deceptaque (puerorum etas) non capiatur. *Cic.* 2. *Orat.* 71. 289. Expectationibus decipiendis et naturis aliorum irridendis, risus moventur. *Ovid. 3. Pont.* 9. 11. Error decipi judicium. Cf. *eumd.* 3. *Met.* 431. *Quintil.* 6. 3. 64. Quo opinio decipitur. *Id.* 6. 3. 24. In decipiendis inspectionibus *Ovid. 4. Trist.* 10. 114. Sic tamen absumo decipioque diem. h. e. curas diei fallo. *Liv.* 8. 7. Specimen virtutis, deceptum vana imagine decoris. *Pers.* 4. 45. Decipere nervos. *Sil. It.* 4. 35. Alpes et sara. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 84. (233). Sic jubent citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. h. e. simulari, pingendo testudinem acerno colore, ita ut acer esse videatur. — Et absolute. *Liv.* 22. 4. Id tantum hostium, quod ex adverso erat, conspexit: ab tergo et super caput decepere insidiæ. — *NB.* Decipere proprie significat deorsum capio: quo sensu videtur usurpassé *Apul.* 10. *Met.* sub fin. Montem illum ligneum terræ vorago decepit. h. e. deorsum traxit, absorpsit. Sed alii aliter legunt.

*DÉCIPÜLA*, *æ.* f. 1. et

*DÉCIPÜLUM*, *l.* n. 2. genus laquei ad decipiendas aves, mures, etc. Et translate dolus, fraus. — a) Feminino genere, et quidem metaphorice. *Sidon.* 8. *Ep.* 10. a med. Per decipulum male blandientis eloqui. *Capell.* 4. p. 135. Dudum locuta circulatrix indecens fles decipula, si adstrueris. — b) Neutro genere. *Apul. florid.* 4. n. 18. Decipula adversarium, et artificia dicentum perdiscre. *Id.* 8. *Met.* Nactus fraudum opportunum decipulum. Adde *eumd.* 10. *ibid.* — c) Incertum utrum feminino, an neutro genere. *Luvius* (de quo *Gell.* 2. 24) apud *Fronton.* ad *M. Cæs.* (edente iterum *A. Mayo*) 1. *Ep.* 4. Nulla decipula tam insidiosa.

*DÉCIRCINO*, as, are, a. 1. idem quod circino, circum describo. *Manil.* 1. 296. Majore inque *Belice* maior decircinat arcum. *Id.* 3. 353. de terra. Quam tereti natura soli decircinat orbe in tumidum etc. h. e. in orbem conformat.

*DECIREMIS. V. DECEMREMIS.*

*DÉCISIO*, ðnis, f. 3. actus decidendi: a cœdo: asperputatio, diminutio, adeoque divisio.

I.) Proprie. *Apul. de Mondo.* Incrementis globi sui, decisioneque luminis menstrua tempora luna significat. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 1. a med. Visum est mihi bene se babere, in novem decisiones opus omne dividere. h. e. capita, sectiones.

II.) Translate est determinatio, transactio, diremptio controversiæ, ut in *DECIDO* II. dictum est. *Cic. Cætin.* 36. 104. Nostra decisio de æquitate. *Id. Flacc.* 36. 89. Decisionis arbiter C. Cæcilius fuit. V. *Klotz* ad b. 1. *vol.* 3. p. 899. et 900. *Id. Rosc. Com.* 16. 48. Dicat decisionem esse factam, quæ facta non est. *Id.* 3. *Verr.* 54. 140. Negat, eum sibi illa decisione satisfacere posse. *Ulp. Dig.* 5. 3. 25. a med. Decisio questionis.

*DÉCISURA*, *æ.* f. 1. divisio. *Auct. de Linît.* p. 286. Goes. Si inteneris recte incisas quatuor lineas, cum diligenter tamdiu facies, ut ab umbilico soli emissum perpendiculari supra punctum decisurae cadat. At *Lachmann.* legendum putat decisus seu decisus cadat.

*DÉCISUS*, a, um. *V. DECIDO.*

*DÉCITANS*, antis, particip. verbi inusit. *décito*, compositi ex de et cito, deproposito. *Apul.* Victoriae quatuor simulacra describens post init. 2. *Met.* Facies quaque pinnis explicitis, sine gressu pilæ volubilis, instabile vestigium plantis roscidis decitantes. *Alii* leg. delibantes; *alii* dejicitantes, h. e. dejiciens.

*DÉCLAMATIO*, ðris, f. 3. actus declamandi.

I.) Proprie. ¶ 1. In bonam partem declamatio est domestica exercitatio parandæ eloquentiae causa, qua oratores veteres seriis rebus præludere solebant: item exercitatio illa, qua pueri in ludis facta quedam themata solent præscribi, quibus ad eloquentiam viam sibi sternant. *Cic.* 16. *Fam.* 21. 6. In quotidiana declamatione utilis. *Id.* 1. *Tus.* 4. 7. Sic hic mihi nunc senilis est declamatio. Adde 2. *ibid.* 11. 26. et 3. *Herenn.* 12. 20. *Quintil.* 4. 2. 29. Declamatio est forensium actionum meditatio. Adde *eumd.* 5. 12. 17., 8. 3. 23., 10. 5. 21., 2. 11. 1. et 2. 6. 2. — Extant plures apud *Senecam*, et aliæ *Quintili* nomine *Declamationes.* *V. CONTROVERSA.* ¶ 2. Interdum et in malam partem accipitur pro inanum verborum jactatione. *Cic. Mur.* 21. 44. Non placet mihi inquisitus candidati —, non declamatio potius, quam persalutatio. Cf. *eumd. Planc.* 19. 47.

II.) Improproprie ponitur — a) Pro ipsa re, de qua declamando dicimus. *Quintil.* 11. 2. 39. Iterare declamationis partem. Adde *eumd.* 10. 2. 12. et 2. 2. 12.; et *Senec.* 1. *Controv.* præfät. — b) Item de eo, qui declamationis de se argumentum præbet. *Juvenal.* 10. 167. Ut pueris placas, et declamatio bas. Adde *Sueton. Rhet.* 1. Sic *historia*, *fábula*, sermo usurpantur a *Propert.*, *Horat.*, *Plauto*.

*DÉCLAMATIUNCULA*, *æ.* f. 1. diminut. a declamatio, parva declamatio. *Gell.* 6. 8. Hanc ultramque declamatiunculam celebraverint etc. Adde *Sidon.* 1. *Ep.* 4.

*DÉCLAMATOR*, ðris, m. 3. qui domesticis, vel scholasticis meditationibus se excret, ut postea se in causis sit parator. *Cic. Orat.* 15. 47. Non declamatore aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum querimus. Adde *eumd. Planc.* 34. 83. et V. *Klotz* *ibid.* *Quintil.* 10. 2. 21. Oratores aut declamatores. Adde *eumd.* 9. 2. 32. et 83., 10. 1. 71., 5. 13. 42., 3. 8. 51. et 10. 7. 21.; et *Juvenal.* 16. 23.

*DÉCLAMATÖRIE*, adverb. more declamantium. *Hieronym.* More eorum, qui declamatores solent loqui ad populum. Hæc el. *Jac. Bailey* in suo *Autario*, *Hieronymi* loco non laudat.

*DÉCLAMATORIUS*, a, um, adject. ad declamandum pertinens. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 3. *extr.* Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci et delectari videtur. Adde *eumd.* 1. *Orat.* 16. 73. *Quintil.* 2. 10. 9. Declamatorium dicendi genus. *Id.* 5. 13. 46. consuetudo. *Id.* 8. 3. 76. licentia. *Id.* 4. 2. 123. res. Adde *Tac. dial. de Orat.* 14.

*DÉCLAMATUS*, a, um. *V. DECLAMO.*

*DÉCLAMITO*, ðs, ðvi, ðtum, are, a. 1. frequenter a declamo, verbumque novum *Ciceronis* tempore. — Part. *Declamitans* 1. — Declamitare est se exercere dicendo summo studio ac diligentia. ¶ 1. In bonam partem occurrit — a) Absolute. *Cic. Brut.* 90. 310. Commentabar declamitans (sic enim nunc loquuntur) sæpe cum M. Pisone. *Cic. fil.* 16.

Fam. 21. 5. Declamitare Greece apud Cassium institutum. Quintil. 12. 11. 15. Declamitare in scholis. — b) Cum Accus. Cic. 1. Tusc. 4. 7. Declamitare causas. ¶ 2. In malam partem. Cic. 5. Phil. 7. 19. Ipse interea xvii. dies de me in Tiburtino Scipionis declamitavit, sicut querens. V. integrum locum, et adde eund. 2. ibid. 17. 42, et V. DECLAMO 1.

DECLAMO, as, avi, atum, are, a. 1. (de et clamo). — Part. *Declamans*, *Declamatus* et *Declamaturus* 1. Declamare proprie est valde clamare; sed occurrit ¶ 1. In bonam partem fere apud Rhetores, et est privatum se exercere dicendo eloquentiae acquirendae causa. — a) Absolute. Cic. 5. Fin. 2. 5. Ad fluctum ajuant declamare solitum Demosthenem. Adde eund. 14. Att. 12. 2, et V. Ellendi. ad eund. 2. Orat. 20. 86. Horat. 1. Ep. 2. 1. Trojani bellum scriptorem, maxime Lolli, Dum tu declamas Romae, Præneste relegi. Quintil. 2. 5. 16. An vero declamabit quidem præceptor, ut sit exemplo suis auditoribus? Id. 2. 1. 3. Declamandi magister. Id. 10. 5. 21. In declamando quam simillimum esse veritatem. Id. 11. 1. 55. Quod præcipue declamantibus custodiendum est. Id. 11. 1. 83. Neque enim nunc declamamus, sed ostendimus nonnumquam posse etc. Adde eund. 11. 3. 27, 1. 2. 23, 6. 3. 73, et alibi sepe; Plin. 2. Ep. 14.; et Juvenal. 7. 150. Sueton. Aug. 4. Tiberius declamans. Id. Rhet. 6. Declamatores mos erat. Adde eund. Aug. 4., Ner. 10. et Gramm. 10. Martial. 2. 7. Declamatos belle, causas agis, Attale, belle. Cf. eund. 4. 81. Declamas in febre, Mathon; hanc esse phrenesim Si nescis, etc. — *Forcellinus* afferat etiam locum Cic. 5. Phil. 7. 18, ubi tamen *Orellius* pro declamavit legit declamitavit. — b) Passive impersonaliter. Quintil. 9. 2. 81. In eo, quomodo declamat, positum est etiam, quomodo agatur. — c) Cum Accusativo rei, de qua dicimus. Quintil. 3. 8. 61. Declamare suasorias. Lamprid. Alex. Sev. 3. Julius Granianus, cuius hodieque orationes declamatae feruntur. h. e. declamationes. ¶ 2. In malam partem significat etiam veras in foro causas orare, sed fere rabulis tribuitur et ineptis causidicis, immo universis est clamore et concione invehi in aliquem. Cic. 6. Ferr. 66. 149. Qui pro isto contra me vehementissime declamasset. Id. Rosc. Am. 29. 82. Quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur. Id. 3. Fam. 11. Ne in quenvis impune declamare licet. Quintil. 8. 3. 54. Declamare in Paensam. ¶ 3. Denique cum de quotidiana vivendi ratione agitur, declamare est idem quod loqui. Ovid. 1. Art. am. 465. Quis, nisi mentis incops, tenera declarat amicæ?

DECLARATIO, ònis, f. 3. actus declarandi, manifestatio. Cic. 10. Fam. 5. 2. Declaratio animi tui, quem habes de republica. Id. 15. ibid. 21. 3. Liber, quem mihi misisti, quantum habet declarationem amoris tui! Adde Apul. Dogm. Plat. 3.

DECLARATIVE, adverb. declarativa ratione, eo modo, qui declarando inservit. Capell. 4. p. 120. Cum dicimus *Cicerio disputat*, si accedat huic sententiae in *Tusculano*, declarative accessit; item si accedat prudenter et copiose, declarative; item si dicitur *cum Catone*, declarative accessit. — Quidquid declarative accedit, variis rasiibus et modis accedit.

DECLARATIVUS, a, um, adjct. declarans, declarationi seriens. Capell. 4. p. 97. Pars sententiae declarativa. Adde eund. ibid. 120., 121., 128. et 134. Apul. Dogm. Plat. 3. p. 30. extr. Altera pars declarativa, ut *dissertat*, vel *non dissertat*: declarat enim, quid faciat Apulejus. et mox. Particularis subjectiva et declarativa possunt semper servare inter se vicies.

DECLARATOR, òris, m. 3. qui declarat. Plin. Paneg. 92. Ut idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existens.

DECLARATUS, a, um. V. voc. seq.

DECLARO, as, avi, atum, are, a. 1. (de et claro). Part. *Declarans* II. a.; *Declaratus* I. 1. et 2.; *Declaraturus* II. c.; *Declarandus* II. a. — Declaro est clarum facio, ostendo, demonstro, manifesto (It. mostrare, manifestare, far vedere, dichiarare; Fr. rendre clair, sensible, précis en dévoilant quelque chose, dévoiler, manifester, montrer, faire voir; Hisp. manifestar, mostrar, exponer a la vista; Germ. deutlich —, klar machen, zeigen, zu erkennen geben, darlegen, offenbaren; Angl. to declare, show clearly, make clear).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim ac stricto sensu ponitur de his, quæ ipsa externa specie oculis ostenduntur. Cic. 2. Nat. D. 2. 6. Præsentiam sœpe divisa declarant, ut apud Regillum Castor et Pollux et equis pugnare visi sunt. Népos Hann. 11. Ducis nave declarata suis. Plin. 8. Hist. nat. 32. 50. (116). Sed dentibus (cervorum) senecta declaratur. ¶ 2. Speciatim ponitur de creatis magistratibus pro renunciare. Cic. Mur. 2. 3. Declarare consulem. Id. ibid. 1. 2. Declaratus consul. Adde Sall. Cat. 24. et Jug. 27.; et Liv. 9. 40., 24. 9. et 28. 39. Liv. 1. 18. extr. et 1. 46. Declarare regem. Id. 9. 40. extr. prætorem. Adde Sall. Jug. 63. et Sueton. Cæs. 80.

— Et poetice. Virg. 5. Æn. 245. Victorem magna præconis voce Cloanthum Declarat.

II.) Improprie declarare est aliquid menti nostræ evidens reddere, manifestare, exponere, voce vel scriptis explicare: vide Kritz ad Vellej. 2. 109. 1. Sic Cic. Amic. 24. 88. Quam tot signis eadem natura declarat, quid velit. Et Quintil. 10. 1. 11. Ut idem pluribus vocibus declarant. — Porro usurpatum — a) Cum Accusativo rei, que declaratur. Cic. 5. Fam. 13. 2. Ipsa consolatio literarum tuarum declarat summam benevolentiam et mox. Itaque hoc sœpius dicendum, tibique non significantum solum, sed etiam declarandum arbitrari. Hinc patet declarare plus esse, quam significare. Id. 1. Orat. 42. 190. Propriam cujusque vim definitione declarare. Id. Orat. 22. 74. Oportere, perfectionem declarat officii. Id. 2. Fin. 4. 13. Nullum inveniri potest verbum, quod magis idem declarat Latine, quod Graece ηδονή, quam declarat voluntas. Id. 3. ibid. 4. 14. Plura vocabula idem declarantia. Adde eund. 1. de republ. 24. 38. Catull. 64. 34. Declarare gaudia. Népos Epam. 1. Declarare imaginem consuetudinis atque vitæ alicujus. Id. Att. 18. extr. Tantam rem tam breviter potuisse declarari. Id. Iphicr. 3. Quod cum in aliis rebus declaravit, tum in Amyntæ liberis tuendis. Gell. 14. 5. Propter ejus syllabæ sonum declarandum reperto erat nova littera. Adde Quintil. 11. 3. 66., 1. 7. 28. et 7. 3. 83. — b) Cum Accusativo et Infinito. Flaut. Pseud. 2. 3. 15. Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem catum eum esse declaramus. Lucret. 6. 466. Nam loca declarat sursum ventosa patere Res ipsa. Adde eund. ibid. v. 471. et 1. 366. Curt. 6. 9. Quod fuisse varum, Dymni exitus declarat. Gell. 7. 8. Delphinos anasios esse historia declarant. Plin. 33. Hist. nat. 1. 6. (23). Cujus licentia origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat. Id. 2. ibid. 39. 39. (105). Quoniam esse eorum nullum minus lundi tam immensæ altitudinis ratio declarat. Adde Quintil. 8. procem. 15. et 9. 3. 5.; et Sueton. Aug. 1. — c) Sequentia relativa. Ter. Heaut. 2. 3. 43. Consuetudo, cujusque ingenium ut sit, declarat maxime. Lucret. 6. 220. qualis natura prædicta constent. Fulmina, declarant ictus. Cic. 6. Att. 1. circa med. Declaravit quanti me faceret. Cæs. 1. B. 5. 50. Sortibus et vaticinationibus declarare, utrum prælium committi ex usu sit. Liv. 32. 40. Concio declaratura quid Argivi vellet. — d) Absolute. Lucret. 5. 693. Ut ratio declarat eorum, qui etc. Id. ibid. v. 265. Nil opus est verbis; magnus decursus aquarum Undique declarat. Cic. 7. Phil. 6. 17. Luculentam tamen ipse plagam accepti, ut declarat cicatrix. Id. 12. ibid. 10. 24. Nemo me minus timidus, nemo cautior. Res declarat. Adde eund. 5. ibid. 16. 43., 1. Tusc. 9. 18. et 4. Acad. (2. pr.) 6. 16. — NB. Declarare pro claritudine spoliare accepérant nonnulli in illo Vitruv. 1. 1. 5. Schneid. Oppido capto, viris imperfectis, civitate declarata, matronas in servitutem abduxerunt. Alii, inter quos et Schneider., rectius leg. deleta.

DECLAVO, as, are, a. 1. Turneb. 1. 23. Adversari. c. 20. ita legit illud Pauti Dig. 47. 7. 5. Cingere est declarare: separe est subsecuisse. declarare autem exponit, clavas seu ramos arborum recide-re. Al. melius leg. deglabrare.

DECLINABILIS, c. adjct. qui declinari potest. Priscian. 5. p. 870. Putsch. Nomina declinabilita. Id. ibid. p. 644. Nomina Abrahami, Joachim nulla regula Latina vel Graeca sunt moderanda, nisi quidam historici fecerunt, ut Abrahamus, Abrahams.

DECLINATIO, ònis, f. 3. actus declinandi, sive actus quo quis a recta se flectit et curvatur.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. Cic. 1. Cat. 6. 15. Petitiones tuas — parva quadam declinazione — cor-

poris effugi. Sic Curt. 9. 7. 21. Lanceam, quam Diocippus quum evigua corporis declinatione vitasset, etc. Cic. 1. Fin. 6. 19. Nam et ipsa (atomorum) declinatio ad libidinem singitur. Adde eund. Fin. 10. 22. ¶ 2. Speciatim est terra polos versus inclinatio, adeoque, idem quod Græcum κλίψα, seu certum cæli spatium, vel regio cæli in eodem climate. Colum. 1. R. R. præsat. 22. Sit oportet rērum naturæ sagacissimus, declinationum mundi non ignorans, ut exploratum habeat, quid cuique plaga conveniat, etc. Adde eund. 3. ibid. 1. 3. et 1. ibid. 6. 18. Haec Vitruv. 1. 1. 10. Schneid. *Inclinationes cæli*, et 6. 1. 1. *Inclinationes mundi* appellat. Rursus Colum. 4. R. R. 24. 2. Vitis quam sit per quatuor divisa partes, totidem cæli regiones aspicit: quæ declinationes quum contrarias inter se qualitates habent, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim declinatio est idem ac vitatio, devitatio. Cic. Cluent. 53. 148. Laboris et periculi declinatio. Id. 4. Tusc. 6. 13. A malis declinatio, si cum ratione fiet, cautio appellatur. Hinc appetitio oppositum Cic. 3. Nat. D. 13. 33. Nullum potest esse animal, in quo non et appetitio sit et declinatio naturalis. Gell. 14. 1. a med. Consilia hominum et variaz voluntates appetitivesque et declinationes. ¶ 2. Speciatim apud Rhetores ponitur pro digressione, ut apud Cic. 3. Orat. 53. 205. Declinatio brevis a proposito. Adde eund. Part. Orat. 15. 52.; et cf. Quintil. 9. 1. 32. et 34. Porro Cic. loco priore enumerat declinationem hanc inter figuras sententiarum: quam differre ait ab digressione in eo, quod declinatio brevior sit, et citius ad rem redeat. ¶ 3. Item apud Rhetores declinatio vocis est ejus mutatio et inflexio. Quintil. 11. 3. 16. Ut in isdem affectibus sint tamen quædam non ita magnæ vocis declinationes. ¶ 4. Item speciatim apud Grammaticos declinatio — a) Est nominum inflexio per suos casus, et verborum per sua tempora. Varro 8. L. L. 3. et 21; 10. ibid. 11. et 51. Müll.; et Quintil. 1. 4. 29., 1. 5. 63., 1. 9. 5. et 1. 4. 13. — b) Item derivatio, formatio, aut compositio unius vocis ab alia. Varro 5. L. L. 5. edit. vet. Singularis verbis primigeniis circiter quingentæ species declinationibus sunt. Adde Quintil. 2. 15. 14. et 8. 3. 32.; et V. DECLINO. — Hinc a Cic. 3. Orat. 54. 207. enumeratur declinatio inter figuras verborum, quum scilicet verba declinata, hoc est paulum immutata in oratione ponuntur, ut *justus*, *juste*, *justitia*: quæ et *conjugata* appellantur, et ipsa figura *traductio* alio nomine dicitur. — c) Denique apud sequioris avii Grammaticos declinatio stricto sensu dicitur substantivorum per suos casus inflexio. Donat. p. 1744. Putsch.

DECLINATIVE, adverb. ita ut declinationem significent. Asper. Jun. p. 1732. Putsch. Adverbia sunt aut elective, ut *potius*; aut discretive, ut *seorsum*; aut congregative, ut *una*, *pariter*, *similis*; aut declinative, ut *funditus* etc.

DECLINATUS, a, um. V. DECLINO.

DECLINATUS, us, m. 4. ¶ 1. Est idem quod declinatio, vitatio. Cic. 5. Fin. 7. 17. Voluptatis alii primum appetitum potant et primam depulsionem doloris: alii censem primum adscitum, non dolere, et primum declinatum, dolorem. V. ADSCITUS et Madvig ad h. l. ¶ 2. In re grammatica. Varro 7. 8. L. L. 8. Müll. Nominibus novis allatis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit populus. Id. 9. ibid. 34. Ego declinatus verborum et voluntarios et naturales esse puto. Id. 10. ibid. 32. Item sunt declinatum species quatuor, quæ tempora habent sine personis. Adde eund. 9. ibid. 51. et 53.

DECLINIS, e, adjct. declinans, devitans. Stat. 5. Theb. 296. Eioritur pudibunda dies, calumna reterens, Aversum Lemno juhar, et declinata Titan Opposita juga nube referit. Ubi Lactant. veteris Scholast.: quæ declinarent et fugerent. Al. leg. declinatio, quod minus hoc loco ad rem facit, cum sermo sit de sole surgente, non ad occasum vergente. Lukan. 4. 427. Dum se declinibus undis Æstas agat. Al. leg. declivibus. V. et DECLIVIS.

DECLINO, as, avi, atum, are, a. 1. (de et cline a Græc. κλίω). Part. Declinans II. 1.; Declinatus II. 1. et 3.; Declinaturus I. b.; Declinatus II. 2. — Declinare est a recta flecti, curvari, deflectere, divertere (It. piegare dalla retta, volgersi; Fr. se détourner du droit chemin, s'écartier, dévier, obli-

quer; Hisp. *desciarse, descarríarce*; Germ. *abbiegen, von der gerade Richtung ab in eine mehr seitwärts liegende, daher ausbiegen, abwenden*; Angl. *to turn aside, turn out of the way*.

I.) Proprie. — a) Cum Accusativo. *Lucret.* 2. 250. Sed nihil omnino recta regione viai Declinat sese. *Plaut. Aulul.* 4. 8. 11. Declinavi paulum me extra viam. *Catull.* 64. 91. Non prius ex illo flagrantia declinavit Lumina. h. e. torsit. *Liv.* 1. 28. Si quo ego inde agmen declinare voluisse. *Cels.* 8. 5. Nares in alteram partem declinantur. *Virg.* 4. *Een.* 185. nec dulci declinat lumina somno. *Propert.* 2. 1. 11. Seu cum poscentes somnum declinat ocellos. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 128. pallentes declinant illis culmos. *Vetus Poeta* apud *Sueton. Aug.* 70. Omnia se a celo tunc numina declinarunt. — b) Absolute. *Cic.* 14. *Att.* 17. 2. Non arbitratur eum a Capua declinaturum. *Id.* 5. *Fin.* 2. 5. Paulum ad dexteram de via declinavi. *Id.* 1. *Legg.* 21. 56. Huc declinabam nec invitus. *Liv.* 38. 20. Si qua periculose et prærupta occurrant, non pugnare cum iniquitate locorum: sed obliquo monte ad se declinare (*jubet*) et suo agmini conjungi. — Et de atomis *Cic.* 1. *Fin.* 20. Nam si omnes atomi declinabunt, nullæ unquam cohaerent; sive aliae declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur: primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur: deinde etc. Adde *eund.* *ibid.* § 19. et 1. *Nat. D.* 25. 89.

II.) Improprie: ad rem *Cic. Sext.* 34. 73. Magna rerum permutatione impendente, declinasse me paululum (*loquitur Cic. de exilio suo*), et, spe reliquæ tranquillitatis, praesentes fluctus tempestatem fugisse. ¶ 1. Generatim, et quidem — 1.º Eadem, qua supra, significatio, sed metaphorice sumpta. — a) Cum Accusativo. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 3. Neque declinata mīdā ab aliarum (*mūkierum*) ingeniō ullam reperias. h. e. recedentem, abhorrentem, dissimilem. *Quintil.* 10. 3. 33. Optimus sensus — memoria sua intentos ab alia inventione declinant. *Id.* 12. 1. 16. Neque spe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis se partibus jungeret. *Id.* 12. 17. 23. Cato litteras Græcas ātate jam declinata dedit. h. e. senili. — b) Absolute. *Cic. Cluent.* 38. 106. Neque enim dubito, quin il tales viri, suspicio ne aliqua percussi repentina, de statu suo declinarent. *Id.* 4. *Tusc.* 6. 13. Ut bona natura appetimus, sic a malis natura declinamus. *Id.* 1. *Off.* 40. 145. Quæ autem parva videntur esse delicta, — ab his est diligentius declinandum. *Id.* 5. *Verr.* 1. 2. Declinare in aliqua re a religione officii. *Id. Orat.* 40. 138. Declinare aliquantulum a proposito. Adde *Liv.* 28. 1. *Sall.* apud *Non.* p. 385. 2. *Merc.* Ad hoc rur moribus adversa in pravitate, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 34. (113). Gemma paulum declinans topazio in aurum. — 2.º Hinc cum casibus motus ad locum est inclinari, ferri, convertri. *Cic.* 2. *Orat.* 38. 157. Ut eo revocetur, unde huc declinavit oratio. *Quintil.* 12. 3. 9. Desperata facultate agendi, ad discordum jus declinaverunt. *Id.* 7. 2. 30. Si decurrunt haec remedia, ad illa declinandum est. *Horat.* 1. *Od.* 33. 6. Cyrus in asperam Declinat Pholoen. h. e. aberrante amore fertur in Pholoen. — 3.º Hinc etiam est diminui. *Ovid.* 9. *Met.* 480. Paullatim declinat amor. *Colum.* 8. *R. R.* 4. 3. Die in vesperum declinante. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 24. (48). Vinum non dandum nisi declinante morbo. — 4.º Denique est magis magisque a recta deflectere, adeoque distare. *Quintil.* 9. 3. 88. Quædam verborum figuræ paulum figuris sententiarum declinantur. h. e. dissimiles sunt, distant. ¶ 2. Translate et cum Accusativo rei est vitare. *Cic. ad Pompej.* post ep. 11. l. 8. ad *Att. sub fin.* Neque tam ea permittui, si subeunda essent, quam declinanda putavi, si honeste vitare possem. *Id.* 2. *Att.* 19. Declinare minas et contentiones. *Id. Orat.* 68. 228. impetum adversarii. *Id. Planc.* 4f. 97. urbem. *Id. Mil.* 15. 40. laqueos. Et passive. *Id.* 3. *Nat. D.* 13. 33. Declinantur contraria. Adde *eund.* 1. *Off.* 4. 11. *Liv.* 42. 63. Declinare ictum. Cf. *eund.* 36. 23. *Aetoli* contra armis se tuebantur: nam, quam ariete quatenus muri, non laqueis, ut solet, exceptos declinabant ictus; sed armati frequentes etc. *Justin.* 12. 2. 4. fatorum pericula. Adde *eund.* 26. 2. 7. et 21. 4. 4. et *Tac.* 13. *Ann.* 4. et 6. *ibid.* 51. ¶ 3. Specialem pertinet etiam ad rei grammaticam: et quidem

duplici significacione. — a) Primo enim significat nomina per suos casus et verba per suu tempora inflectere. *Varro* 10. *L. L.* 54. *Müll.* Ordo declinatum, in quo res singulares declinabuntur, ut cicer, ciceri, ciceris. *Id.* 8. *ibid.* 6. Recto casu accepto in obliquis declinant. *Id.* 10. *ibid.* 79. In verbis, quæ non declinantur. *Quintil.* 1. 4. 22. Nomina declinare et verba in primis pueri scient. *Id.* 9. 4. 42. Si cadentia similiter et similiter desinentia et eodem modo declinata multa jungantur. — Apud sequioris ævi scriptores nomina tantum declinari dicuntur. *Fronto B. Parth.* (edente iterum *A. Mai.*) p. 203. C. Cæsar atrocissimo bello Gallico inter tela voluntia de nominibus declinandi scripsit. Adde *Charis.* 1. p. 8. *Putsch.* — b) Secundo declinare est vocem aliquam ab alia formare, paulum immutando. *Varro* 8. *L. L.* 14. *Müll.* Nomina declinantur — in eas res extrinsecus, quarum ea nomina non sunt, ut ab equo equiso. *Id.* 5. *ibid.* 7. Quemadmodum quodque poeta verbum confinxerit, quod declinavit: hinc *Pacuvius rudentisibilis*; hinc *incurvicericum pecus*; hinc *chlamyde clupeat brachium*. *Id. Varro* vocat *declinatio* verba ea, quæ vel per tempora, vel per casus, vel per gradus comparationis immutantur et declinantur. *Id.* 8. *ibid.* 3. Duo omnino verborum principia, impositiorum et declinatiorum: alterum, ut *sons*; alterum, ut *rivas*. (Sic legit *Forcellinus*: at *Müller*: Duo omnino verborum principia, impositio et declinatio). *Impositio* vocal, (addit *Forcellinus*), quæ primam positionem ab ipse natura accepert, neque ab aliis verbis formatæ sunt; quæ et primitiva appellantur: *declinata*, quæ ab aliis verbis paululum immutata formantur; et *derivativa* etiam dicuntur: v. gr. *riuis*, qui a *Farrone* affertur, declinatur a Græco *pīo fluo*; at *sons* a nullo alio declinatur. *Quintil.* 1. 5. 63. Ab antiquis dictos *tonores* comperti, ut videlicet declinato a Græcis verbo, qui *tōnōs* dicunt.

**DECLIVIS**, *e*, adject. Alla forma *Declivus*, *a*, *um*, occurrit tantum in num. plur. gen. neutr. apud *Ovid.* 2. *Met.* 206. Et modo summa petunt, modo per decliva viasque *Præcipites* spatio *terrae* propiore scruntur. — Comp. *Declivior* legitur apud *Vulgat.* *Interpr.* *Judic.* 19. 9. Dies ad occasum declivior. — Ceterum *declivis* est deorsum vergens, a *clivus*: cui *accilvis* contrarium est (It. *piegato all'ingiù*, *decliche*, chino; Fr. *qui est en pente*, penché, *incliné*; Hisp. *inclinado*; Germ. *hügelabwärts*, *bergabwärts* geneigt, *schräge*; Angl. *bending downwards*, *steep, sloping*).

I.) Proprie. *Cœs.* 2. *B. G.* 18. Collis ab summo equaliter declivis ad flumen Sabin vergebant. *Id.* 4. *ibid.* 33. In declivi ac *præcipiti* loco incitatos equos sustinere. Adde *eund.* 7. *ibid.* 83. et 1. *B. C.* 79.; et *Horat.* 3. *Od.* 29. 7. *Ovid.* 1. *Met.* 39. Flumina declivia. Adde *eund.* 6. *ibid.* 399. et 487. et 7. 410. *Lucan.* 4. 114. Non habeant omnes declivem ad littora cursum. *Al. leg.* declivum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 50. 76. (203). Sol declivis in occasum. At *Sillig ex optimis codicibus legit declinis. Prudent.* *Ha-martig.* 849. Declivia pondera. h. e. quæ in declive feruntur, et ferentem in declive trahunt. — Hinc *declivia* et *decliche* absolute. *Cœs.* 7. *B. G.* 88. De locis superioribus haec declivis et devexa cernebantur. *Id.* 3. *B. C.* 45. et 51. Recipere se per declive. Cf. *Boeth.* 5. *Metr.* 1. Quos tamen ipsa vagos ter-ræ declivias casus etc.

II.) Translate. *Ovid.* 15. *Met.* 227. Labitur occi-due per iter declive senectæ. *Plin.* 8. *Ep.* 18. Mu-lier ātate declivis. *Calpurn.* 1. *Ecl.* 1. Nondum solis equos declivis mitigat astas. h. e. in autumnum vergens. *Arnob.* 2. 45. Anima in peccatorum genera universa declives. h. e. propense. — Hinc

*Declive* et *Declivis* absolute. *V. supra* sub I. in fin.

**DECLIVITAS**, *stis*, *f. 3.* *inclinatio*. *Cœs.* 7. *B. G.* 85. Eriguum loci ad declivitatem fastigium, magnum habet momentum.

**DECLIVITER**, adverb. per declive. Occurrit tantum Comp. *Declivius* apud *Cassiod.* 12. *Hist. Ecc.* 9. Deduxit eos ad quamdam rupein declivius incum-bentem, jussitque, ut tomorum schematicæ senetipsos evoluerent.

**DECLIVUS**, *a*, *um*. *V.* *DECLIVIS* sub init.

**DECOCTIO**, *ōnis*, *f. 3.* actus decoquendi.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu ponitur pro ipso decoquendi actu. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *ante med.*

Decoccio lentisci conficitur hoc modo. ¶ 2. Latior sensu ponitur, præcipue apud Medicos, pro ipsa re decocta, pro decocto. *Apul. Herb.* 77. Harum decoctio potui data urinam movet. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. ad fin. Decoccio cantabri. h. e. *suces cantabricus*. ¶ 3. Et pro ciborum in stomacho decoctione, seu digestione. *Cassiod.* de *animi* 6. Assumpia retinens, donec ex his utilis decoctio procuretur. *Isid.* 11. *Orig.* 1. Liquor ex cibi decoctione factus.

II.) Translate est consumptio, tabes: sic de ruina satiscientis fabricæ *Cassiod.* 4. *Variar.* 30. Facilis est ædificiorum ruina, incolarum subtracta custodia; et cito vetustatis decoctione resolvitur, quod hominum præsentia non tuctur. *Id.* 10. *ibid.* 29. Ne membra illa durissima languoria decoctione mollescant. — Et de re aliena dilapidata. *Imp. Theodos.* et *Valens Cod.* 11. 9. 5. Universi fabricenses veluti in corpore unius formæ, unius decoctioni, si res ita tulerit, respondere cogentur. Ita legit *Cujacius*, et sic interpretatur: si unus eorum decoxit atque interceperit, fisco totum fabricens corpus pro intercepto respondebit. Adde *Cod. Theod.* 4. 9. 3.

**DECOCTOR**, *ōris*, *m. 3.* propriæ est, qui decoxit; sed occurrit translate tantum et est qui patrimonium per luxum absumpsit, et ad inopiam redactus est. Hujusmodi hominibus lege Roscia certus erat locus ad spectandum in theatro datus, quamvis fortuna vitio, non suo decoxisserint, teste *Cic.* 2. *Phil.* 18. 44. *Id. Cic.* 2. *Cat.* 3. 5. Itaque ego illum exercitum — collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis decoctoribus, etc. *V. Klotz* ad *Cic. oration.* vol. 3. p. 836. et 1108., et *Hein.* in *Faulty's Real-Encyclop.* vol. 2. p. 882. et seq. *Catull.* 41. 4. Decocutoris amica *Formiani*. *V. CATOMIDIO.* — Decocutor etiam dicitur consumer poti alienæ. *Imp. Valent.*, *Theodos.* et *Arcad.* *Cod.* 10. 31. Quilibet principalium, vel decurionum, si vel decocitor pecunia publicæ, vel fraudulentus in subscriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactiōibus fuerit inventus, plumbatarum ictibus subjiciatur. Adde *Cod. Theod.* 12. 1. 117. et 14. 3. 15.

**DECOCTUM**, *i. n. 2.* *V. DECOQUO* in fin.

**DECOCTURA**, *ā*, *f. 1.* idem quod decoctum. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 10. (14). Decocitura vinaceorum veterem dysentericos et celiacos juvat. Ita editi. veteres. A. 1470. et 1472., aliae cum *Hardwino* decoctum: quam lectionem retinuit et *Siliig*.

**DECOCTUS**, *a*, *um*. *V. DECOQUO*.

**DECOLLUS**, *us*, *m. 4.* decoquendi actus, decoctio. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 74. (194). Omnes gemmas mellis decoctu nitescunt.

**DECOLLATIÖ**, *ōnis*, *f. 3.* *colli*, seu capitis amputatio. *Paul.* 5. *Sentent. recept.* 17. 3. Summa supplicia sunt crux, crematio, decollatio. *Gloss.* *Cyrill.* *Tραχλονία*, decollatio.

**DECOLLATUŚ**, *a*, *um*. *V. voc. seq.*

**DECOLLO**, *as*, *avi*, *stum*, *are*, *a. 1.* Part. *Decollatus* sub *B.* — Decollare duo diversa significat, scilicet *A.* E collo deponere, et *B.* Caput e collo auferre.

¶ 1. Decollare est e collo deponere.

I.) Propria. *Cœcitas* apud *Non.* p. 97. 25. *Merc.* In tuo collo est: decollas cave.

II.) Translate est privare. *Lucilius* apud *Diomed.* 1. p. 361. *Putsch.* Quibus fructibus me decollavi.

B) Decollare est caput e collo auferre; hinc de personis ponitur pro securi cadere. — a) *Cum Accus.* *Penestella* apud *Diomed.* 1. p. 361. *Putsch.* Piratas Cæsar caput, et decollavit. *Scribon.* *Compos.* 194. Toxicum cogit exulare, et palpitate lingua, similiter decollatorum capitibus. *Seneca Apocolocynt.* ante med. Decollare homines. *Aurel. Vict.* Epil. 19. Extenta damnatorum modo cervice, decollatur. — b) Absolute. *Sueton.* *Cal.* 32. Miles decollandi artifex. — NB. De aliis significatione quam nonnulli huic verbo tribuerunt, *V. voc. seq.*

**DECÖLO**, *as*, *avi*, *stum*, *are*, *a. 1.* (de et colum) per colum agi, defluere, delabi: sed occurrit translate tantum pro deficere, deesse. *Plaut. Capt.* 3. 1. 36. Est illic mibi una spes cœnatica: si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad cœnam asperam. *Id. Cas.* 2. 4. 28. Si sors decollasset, gladium faciam culcitam. *Varro* 1. *R. R.* 2. 8. Duo spectasse videntur colendo, possent ne fructus pro impensa ac labore redire, et utrum saluber locus esset an non. Quorum si alterum decollat, et nihilominus quis vult colere, mente est captus. (*Colum.* 1. *R. R.* 3. 1. hanc eandem sen-

tentiam ex *Catone* referens, memoria lapsus est; nam pro *Varrone* posuit *Catonom*, et verbo *desumus* est.) Ceterum *Turneb.* l. 29. *Adversar.* c. 22. putat, has loquendi rationes ductas esse ex eo, quod solebant veteres crumenam e collo pendente gestare, quæ decollabat, cum in collo nusquam erat. *Gronov.* ad *Liv.* 27. 17. vult uno l scribi, et decolare ab eadem esse originem, qua percolare, et vim habere defluendi ac dilabendi: quod sanc admittendum est. Contraria sententiam amplexus videtur *Schneid.* ad *Varron.* l. c.

**DÉCOLOR**, óris, adject. De alia forma *V. DECOLORUS* loco suo. — Decolor est qui colore corrupto, aut contaminato est (*It. di brutto colore*; *Fr. décoloré*; *Hisp. descolorado*; *Germ. dem seine wahre Farbe weggemommen ist, entfärbt, entstellt*; *Angl. that hath lost its colour, discoloured*).

I.) Proprie. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 8. 20. Jam decolorem sanguinem omnem exsorbut. *Ovid.* 4. *Trist.* 2. 42. Decolor ipse suo sanguine Rhenus erit. *Propert.* 4. 3. 10. Ustus et Eoo decolor Indus equo. Adde *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 24. *Id. Ovid.* 4. *Met.* 21. Decolor India. *Lucan.* 7. 851. Quæ seges infecta surget non decolor herba? *Plin.* 16. *Hist. nat.* 12. 23. (59). Decolor resina. *Id.* 9. *ibid.* 35. 57. (116). Uniones parvi, atque decolores. *Id.* 28. *ibid.* 12. 50. (185). Testas et quæ decolorem faciat ceterum, simum vituli emendat. Adde *Juvenal.* 6. 600. et *Stat.* 12. *Theb.* 410. — Dicitur etiam decolor qui proprium colorem amisit, etiam si bonum aliud induerit. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 32. (61). de fontibus. Nec decolor species æris, argente, medicaminum argumentum est. *Vat. Flacc.* 5. 564. variis floret via decolor armis. *Al. rectius leg.* discolor.

II.) Translate. *Virg.* 8. *Æn.* 326. Deterior donec paullatim ac decolor ætas. Et belli rabies, et amor successit habendi. *Ovid. Heroid.* 9. 3. Fama Pelasgiadas subito pervenit in urbes Decolor, et factis inficianda tuis. *Sil. It.* 11. 424. et patrias paullatim decolor artes Exxit, occulta mentem vitante sagitta.

**DÉCOLORATI**, ònis, f. 3. actus decolorandi, turpis coloris inductio.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Divinal.* 27. 58. Sed et decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxime potest sanguini similis esse.

II.) Translate. *Vulgat. Ital. Tob.* 4. 14. Fructus stellionatus decoloratio vita est. h. e. de honestatio. Sic apud *Jet. Gloss.* ed. *Mai. in Class. Auct. T. 6.* p. 519. legendum est decoloratio pro decoratio, si quidem ibi explicatur de honestatio.

**DÉCOLORATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DÉCOLORO**, as, ávi, árum, ore, a. 1. (de et coloro). Part. *Decolorans* L; *Decoloratus* I. et II. *Seneca* 2. *Quesit. nat.* 41. tradit discrimen inter coloro et decoloro. Decoloratur, inquit, id, cuius color vitiatur, non mutatur: coloratur id, cuius alia sit, quam sicut, facies. — Sed consuetudo decolorare usurpat pro fredo colore imbuere, sive proprius rei color mutetur, sive non: item universim pro colore mutare.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Herenn.* 5. 8. Si tumore et livore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. Cf. *eund.* *ibid.* 27. 44. *Horat.* 2. *Od.* 1. 34. quod mare Daunia Non decolorare cedes? *Cels.* 2. 8. circa med. Suppurationes, quæ intus tendunt, sic ut exteriori quoque cutem decolorent. *Id. ibid.* 6. Pallor labra et narcs decolorat. *Colum.* 12. *R. R.* 49. 8. Olivæ quem decolorant, antequam mitescant, cum petiolo leguntur, et mor. Olivæ cum primum et albo decoloratur, filique luteola. Adde *eund.* *ibid.* 49. 2. et 54. 1. *Sueton.* *Aug.* 4. extr. Manus collybo decolorata. *Capell.* 6. p. 190. Umbra etiæ telluris in cœlum quoque pervenientes vel Lunæ orbes ac Solis auratos caligant murice decolorans.

II.) Translate. *Imp. Honor.* et *Theodos.* Cod. I. 3. 19. Decolorari consortio sororæ appellationis. h. e. de honestari, infamori. *Quintil.* *Declam.* 360. Non sumpsisse dotem, ne et filium decoloraret, et dotem quoque perderet. *Capitolin.* *Anton. Philos.* 19. a med. Tantum valet boni principis vita, ut ejus famam nullius proximi decoloret invidia. *Augustin.* *Ep.* 5. ante med. Decolorati corruptaque mores. Adde *Cod. Justin.* 1. 3. 19.

**DÉCOLORUS**, a, um, adject. idem quod decolor, qui colore corrupto, aut contaminato est. *Pru-*

*dent.* 1. *neq; resp.* 113. Algidus cum decoloros horrort artus concutit.

**DÉCOMPOSITUS**, a, um, adject. in re grammatica est qui derivatur ex composito. *Priscian.* 5. p. 664. *Putsch.* Figura quoque dictionis in quantitate comprehenditur: vel enim simplex est, ut *magnus*; vel composita, ut *magnanimus*; vel decomposita, quam Græci παρατυσεῖς vocant, ut *magnanimitas*. Sic *Id.* 8. *ibid.* p. 829. Alia (verba) simplicia, ut *concupio*; alia decomposita, id est a compositis derivata, ut *concupisco*. Et 15. *ibid.* p. 1017. Simplex (adverbium), ut *diu*; compositum, ut *interdiu*; decompositum, ut ab imprudente *imprudenter*. Adde *eund.* 11. p. 928.

**DECONCILIO**, as, are, a. 1. adimo, aufero, quem admodum concilio usurpat pro addicere alieni. *Plaut. fragm.* apud *Festum* p. 217. 28. *Müll.* Nihil deconciliare illi.

**DÉCONDON**, is, ere, a. 3. idem quod condo. *Seneca Consol. ad Marc.* 10. 4. Alios in alicujus ventrem immensæ belus Fortuna decondet. Quod *Lips.* ex optim. lib. confirmat. Al. leg. detrudet.

**DÉCONSÜETUDO**, inis, f. 3. idem ac desuetudo. *Imp. Theodos.* et *Valentin.* in fragm. *Cod. Theod.* (edente A. *Peyronio*) 1. 1. 5. Quæ mandata silentio in deconsuetudinem abierunt.

**DÉCONTOR** vel Decuncitor, æris, ari, dep. 1. idem quod cunctor. *Apul.* 10. *Met.* post init. Unde potissimum caperet exordium, decontatur. *Id.* 7. *ibid.* Dum in ista necis meæ decontor electione.

**DÉCOQUO**, cōquis, corti, coctum, cōquere, a. 3. (de et coquo). Part. *Decoquens* sub A. 1. b.; *Decocitus* sub A. I. a., B., et in fin.; *Decoquendus* sub B. I. — Decoquere duo diversa significat, prout præpositio de aut A) Deminutionem significat, aut B) Intensiva est.

A) Quum præpositio de diminutionem significat, decoquere est coquendo imminuere, coquendo absu-

I.) Proprie. — a) Stricto sensu. *Colum.* 12. *R. R.* 34. 1. Decoquere acetum in oillam ad quartas. h. e. ut quarta pars remaneat, ut *Cels.* 4. 9. a med. loquitur. Sic *Colum.* 12. *R. R.* 24. 1. Decoquere aquam in dimidiā partem. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 14. 53. (207). a tribus sextariis aqua ad heminam. *Id.* 22. *ibid.* 25. 69. (141). Cortices decocti ad tertias (partes) sicutum alvum. Adde *Varron.* 1. *R. R.* 2. 26. — Sic *Liv.* 32. 2. Argentum probum non esse, quæstiores renunciaverant, experientibus pars quarta decocta erat. h. e. pars quarta argento distracta, et tantumdem æris immixtum fuerat. — b) Hinc generatim pro absumere. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 6. 17. (31). Crocum in Italia serere minime expedit, ad scrupula usque singula areis decoquentibus.

II.) Translate generatim est imminuere, absumere: atque occurrit — a) Cum Accusativo de rebus. *Claudian.* 2. in *Eutrop.* 349. accensam sed qui bene decoquat iram. *Quintil.* 2. 4. 7. Materiam esse volo vel abundantiore, atque ultra, quam oporteat, fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit. Cf. *Symmach.* 9. *Ep.* 83. *Pers.* 5. 57. Hic campo indulget, hunc alea decoquit. — b) Absoluta est absumi, perire, re dilapidata ad inopiam redigi. *Colum.* 1. *R. R.* 14. et 11. *ibid.* 1. 28. Cum emendatur vel imprudentia, vel negligentia, jam res ipsa domino decorit. h. e. absumpta est, perit. Adde *Varron.* 3. *R. R.* 2. 16. *Flor. proœm.* l. 1. extr. Imperium inertia Cæsarum quasi consenuit atque decoxit. *Seneca Ep.* 36. Minus turpe est creditor, quam bona spesi decoquere. h. e. deficere, non satisfacere. — c) Ponit et de personis; et decoquere dicuntur qui patrimonium per luxum absumunt. *Cic.* 2. *Phil.* 18. 44. Tenesne memoria, prætextatum te decoxisse? *Plin.* 33. *Hist. nat.* 10. 47. (133). Qui primus accepit cognomen divitis, decoxit creditoribus suis.

B) Quum præpositio de est intensiva, decoquo est lenie aut valde coquo.

I.) Proprie. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 73. discincti ludere, donec Decoqueretur olus, soliti. *Cels.* 3. 21. Et hi aliquid, quæ id præstent, erit decoquendum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 37. (149). Decoquere attingam fistilli novo. *Id.* 37. *ibid.* 7. 25. (78). cyathum aceti in calice novo, leni pruna. *Id.* 22. *ibid.* 25. 71. (147). lenitem in vino. *Id.* 18. *ibid.* 13. 34. (126). Rapa decoquuntur aqua. *Id.* 23. *ibid.* 4. 38. (76). folia ex melle. *Id.* 24. *ibid.* 3. 3. (7). Cortex decoctus la-

cte vaccino. *Id.* 29. *ibid.* 6. 38. (126). *Splenum* e melle decoctum. *Id.* 20. *ibid.* 21. 84. (228). Folia decocta in oleum. *Id.* 22. *ibid.* 9. 11. (25). Decocta ad mellis crassitudinem. *Id.* 28. *ibid.* 9. 33. (124). Lac decoctum innocentius. *Id.* 35. *ibid.* 6. 18. (36). Creta decocta et conspissata. *Id.* 26. *ibid.* 8. 55. (87). Perpressa in aqua decocta e tribus beinis ad unam.

II.) Translate. ¶ 1. Decoquere est maturare. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (226). Siderationis genus est, quum acini, priusquam crescent, decoquuntur in callum. *Forcellinus* interpretatus est *durescunt*. Similiter *Pallad.* 1. *R. R.* 34. 7. Ita ultraque pastinatio decoquetur beneficio algoris aut solis. — Hinc quemadmodum et maturare, etiam decoqui consilia dicuntur. *M. Porc. Latro Declam.* in *Caſtit.* 4. Consilia nefari facinoris in amplissimi civis M. Lenæ domo decoquebantur. V. *Interpr.* ad *Liv.* 40. 11. *Drak.* ad *Sil. It.* 2. 327. ; et *COQUERE* et *EXCOQUERE* in hoc Lexico. ¶ 2. *Decocta poma* sunt nimium matura et corruptioni proxima, ut alii *Forcellinus*; seu potius tenera, ut alii arbitrantur: hinc sumptu metaphoræ *Cic.* 3. *Orat.* 26. 104. Suavitatem habeat orator austera et solidana, non dulcera atque decoctam. — Hinc Part. præterpass., cuius superius plura exempla retulimus.

*Decoctus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Decoctor* apud *Pers.* 1. 125. si forte aliiquid decoctus audis. h. e. perfectius, purgatus, limatus: vel quia quæ decoquuntur, purgantur, ut alii *Forcellinus*; vel quia, quæ ad majorem maturitatem pervenerunt, meliora sunt. — Hinc

*Decocta*, æ, f. 1. (subaudi aqua) absolute, substantivorum more, est aqua decocta, postea in vas vitreum defusa, et nive circumdata iterum frigescita: qua ratione fitabit, ut nive frigus haberet, non vitium. Inventum Neronis fuisse dicitur a *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 23. (40). *Sueton.* *Ner.* 48. Aquam e subjecta lacuna potatur manu hausit, et. Hæc est, inquit, Neronis decocta. *Juvenal.* 5. 49. Si stomachus domini fervet vinoque ciboque, Frigidior Geticis petitur decocta pyrinis: Vos aliam potatis aquam. Cf. *Martial.* 14. 116. Quo tibi decocta nobilitate frigus aquæ? Improbatur hac *Seneca* 4. *Quesit. nat.* 13. V. et *Cocta* in fin. v. *COQUO*.

*Decoctum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est quidquid probe coctum est, et post cocturam remansit: præsertim jus aliquod in'usum medicinæ percoctum: et occurrit sere cum Genitivo rei, ex qua constat. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 84. (108). Decoctum caulinorum ejus in vino austero dentium dolori medetur. Adde *eund.* 22. *ibid.* 20. 23. (49), 22. *ibid.* 25. 74. (156), 23. *ibid.* 8. 74. (142), 26. *ibid.* 14. 87. (146). et alibi.

**DECOR**, óris, m. 3. pulcritudo ex honestate et decencia sive rerum sive actionum, qua sit, ut deceat atque honestetur, qui habet illa, vel facit (1. ornamento, decoro, convenienza, grazia; Fr. ce qui sied, ce qui va bien, convenience, parure, ornament, charme; Hisp. conveniencia, ornamento, compostura, hechizo; Germ. der Anstand, das Geziemende, d. Annuth, Schönheit; Angl. comeliness, gracefulness, grace, elegance). ¶ 1. Stricto sensu *Horat.* Art. P. 156. Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores, Mobilibusque decor naturis dandus et annis. *Ovid.* 3. *Art. am.* 299. Est — pars non lemnenda decoris. *Quintil.* 6. 3. 12. Inest proprius quibusdam decor in habitu atque vultu, ut eadem illa minus, dicente alio, videatur urbana esse. — a) In singulari numero. *Cic.* 1. *Acad. (post.)* 9. 33. Spoliavit virtutem suo decor. *Id.* 1. *Fin.* 10. 36. Clarorum virorum facta non emulmento aliquo, sed ipsius honestatis decor laudare. *Propert.* 4. 11. 29. Si cui fama fuit per avita tropaea decori. *Ovid.* 2. *Art. am.* 379. positoque decor Fertur, ut Aonii cornibus iacta dei. *Id.* 2. *Pont.* 3. 13. Ipse decor, recte facit si præmia desinet. Non movet: et gratis pœnit esse probum. h. e. virtus, quæ maxime decora est. *Id.* 13. *Met.* 849. ovibus sua lana decori est. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 11. (44). Feminae decoris gratia succina gestantes. Adde *Senec.* 2. *Ira* 35., *Vit. beat.* 9. et *Ep.* 12.: *Tac.* 2. *Ann.* 13. et 15. *ibid.* 43.; et *Quintil.* 10. 1. 27. et 72., 10. 2. 22. et 11. 1. 41. — Apud Rhetores de eloquentia ejusque ornamenti. *Quintil.* 5. 12. 6. Firmita erant ipsa (argumenta) et plus habebunt decoris. *Id.* 9. 4. 145. Non decorum compositionis querimus, sed facilitatem. Adde *cumd.*

**A.** 2. 19., 3. 8. 35. et 5. 11. 16. — Et de oratoris actione. *Quintil.* 11. 3. 67. *Decor* quoque a gestu atque a motu venit. *Add. eund.* 10. 2. 27. et 6. 3. 20. et *Tac. Dial. de Orat.* 20. et 21. — b) In plur. *num.* *Lucret.* 4. 980. Scenaria simul varios splendere decores. ¶ 2. Latrio sensu *decor* ponitur et universim pro forma seu pulcritudine corporis. *V.* *Homonym.* in fine hujus v. *Horat.* 2. *Od.* 11. 5. fugit retro *Levis* juvenus et *decor*. *Ovid. Heroid.* 12. 12. Cur mihi plus æquo flavi placuere capilli. Et *decor*, et linguae gratia facta tua? *Add. eund.* 1. *Mel.* 488.; et *Tac.* 2. *Hist.* 1. et 5. *ibid.* 6. ¶ 3. In architectura *decor* est emendatus operis aspectus, probatis rebus comppositi cum auctoritate. Is perficiatur statione, consuetudine, natura. Statione, cum *Jovii* Fulguri et Cælo sedifia sub diu constituuntur, etc. Ad consuetudinem *decor* sic exprimitur, cum ædificiis interioribus magnificis vestibula convenientia et elegancia erunt facta, etc. Naturæ *decor* erit, si cubiculis et bibliothecis ab oriente lumina capientur, balneis et hibernaculis ab occidente hiberno, etc. Hæc *Vitrav.* 1. 2. 5. et seqq. *Schneid.*

*Homonym.* *Decor* differt a *forma*, quod hæc est apta membrorum dispositio; ille est ornatum, et gratus aspectus ex ea dispositione nascens. *Ovid.* 2. *Fast.* 763. *Forma* placet, niveusque color, flavique capilli. Quicunque aderat, nulla factus ab arte, *decor*. *Curt.* 3. 4. 23. Roxane eximia corporis specie, et *decor* habitus in barbaris raro.

**DÉCOR**, ônis, adject. Quidam ponunt rectum *casum* *Decoris*, unde *Indecoris*. — *Decor* idem quod *decorus*, ut *Priscian* 6. p. 699. *Putsch.* docet. *Nævius* *ibid.* Magnamque domum, decorisque ditem vixerant. *Sallust. fragm.* *ibid.* *Equis* et *armis* *decoribus* cultus. *Ab. leg.* *decoris*.

**DÉCORAÎMEN**, inis, n. 3. vox poetica, et

**DÉCORAÎMENTUM**, i. n. 2. *ornamentum*. *Sil. It.* 16. 268. Vittaque, majorum *decoramen*, fronte sine ullo Delapsa attactu, nudavit tempora regis. *Auson.* 10. *Edyl.* 320. celæ fluvii *decoramina* villa. *Tertull.* *Cult. femin.* 12. *Matronala* *decoramenta*. *Arnob. advers.* *Gent.* 5. *Decoramenta canteriorum*.

**DÉCORAÎTOR**, ôris, m. 3. *ornator*. *Gloss.* *Icid.* *Fullo*, *decorator*.

**DÉCORAÎTUS**, a, um. *V.* *DECORO*.

**DÉCÔRE**, adverb. cum *decor*, ut deceat, apte, decenter, pulere. *Cic. 1. Off.* 31. 114. Si necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostræ ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, ut ea si non *decor*, at quam minime indecor facere possimus. *Id. 4. Orat.* 32. 144. Præcipitur primum, ut Latine loquamur; deinde ut plane et dilucide; tum ut ornate; post ad rerum honestatem apte, et quasi *decor*. *Id. 3. ibid.* 47. 182. Hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis *decor* cadunt. *Id. carm. de suo consul.* 1. *Divinat.* 12. 20. Eædes formata *decor*. Ailde *Sall. Jug.* 100. extr. *Capell.* 2. p. 28. Cum creperunt lux alna meat gemmata *decor*.

**DÉCÔRIÂTUS**, a, um. *V.* *voc. seq.*

**DÉCÔRIO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (de et corium). *Part. Decoratus.* — *Decorio* est corium detraho. *Tertull. Anim.* 33. Perinde juguletur, quia et ipsa jugularerit: perinde *decorietur*, quia et ipsa despoulierat. *Pallad.* 2. *R. R.* 15. ad fin. *Amygdala* *decorata*.

**DÉCÔRIS**, e, adject. *V.* *DECOR* secundo loco.

**DÉCÔRITER**, adverb. ornate, *decor*, pulere. *Apul.* 5. *Met.* Crinium globos *decoriter* impeditos. *Id. 11. ibid.* Palla ad ultimas horas *decoriter* fluctuabat. *Add. Jul. Fat. Res gest. Alex.* M. 1. 20. ed. *A. Mai.*

**DÉCÔRO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (deus). De pænultima producta *V.* infra sub I. in fin. — *Part. Decorans I;* *Decoratus I.* et II. et in fin. *; Decorans II.* — *Decorare* est *decorum facere*, ornare (It. *ornare*, *onorare*; Fr. *décorer*, *orner*, *parer*, *embellir*; Hisp. *decorar*, *hermosear*, *adornar*; Germ. *schnücken*, *verzieren*, *verherrlichen*; Angl. *to adorn*, *beautify*, *grace*, *embellish*, *trim*, *decorate*).

I.) Proprie. — a) Cum addito Ablativo rei, qua aliquid ornamus. *Plaut. Trin.* 1. 2. 1. *Decorare larem corona*. *Cic. 4. Verr.* 46. 112. Qui oppidum non maximum maximis et pecunia sua locis communibus monumentisque *decoravit*. *Virg.* 6. *Æn.* 217. *Decorare pyram fulgentibus armis*. *Horat.* 2.

*Od.* 15. 20. *deorum Tempora novo décorare saxo*. *Id. 1. Ep.* 7. 5. *dum* *ficus prima calor* Designatorem *decorat* lictoribus atris. h. e. comitatu lictorum. *Add. Liv.* 2. 6. et 10. 7. *Sil. It.* 17. 646. *auro* *decoratus et ostro*. — b) Et sine Ablativo. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 57. Ab illa, quæ digitos despolia suos, et tuos digitos *decorat*. *subaudi anulis*. *Tibull.* 2. 2. 6. *Sertia* *decorant* *comas*. Cf. *Horat.* 2. *Od.* 4. 14. *Plin. 13. Hist. nat.* 16. 31. (103). *Arbor domos* *decorans*. — Sunt qui putant, dici etiam *decoro*, pænult. *producta*, afferuntque illud *Sil. It.* 12. 743. *triumphum Tarpeji clamant Jovis*, ac *delubra* *decorant*. Sed plerique omnes *rectius* leg. *coronant*. *V. Drak.* ad h. 1. *Inscript.* *incertæ* *statis* et *auctoriatis*, apud *Murat.* 54. 4. *εξινσούε* *εβις τε ιψα* *ΤΕΜΠΛΟΝ* *DECORO*.

II.) Impropte. — a) Cum addito Ablativo. *Ennius* apud *Cic. Senect.* 20. 73. *Nemo me lacrimis* *decoreret*. Cf. apud *eund.* 1. *Tusc.* 15. 34. *Cic. Balb.* 6. 17. *Decorare aliquem singularibus honoribus*. *Id. 1. Orat.* 43. 194. *Quum honestus labor bonorum* *ribus, præmis atque splendore* *decoratur*. *Id. Lig.* 2. 6. *O clementiam admirabilem*, atque omni laude, prædicatione, litteris, monumentisque *decorandam!* *Id. 5. Tusc.* 41. 119. *Omne honestum cassum illi quiddam, et inani vocis sono* *decoratum esse* dicunt. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 266. *Nec prave factis* *decorari versibus opto*. Cf. *Sall. Cat.* 12. *Tac. Agric.* 46. *Decorare aliquem laudibus*. *Virg.* 9. *Æn.* 215. *aliquem sepulcro*. — b) Et sine Ablat. *Cic. Pis.* 12. 27. *Decorare atque augere rempublicam*. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 38. *bene nummatum*. Cf. *Priscian.* 1. p. 143. *Krel.* — *Hinc Part. præter pass.*, cuius exempla superius retulimus,

*Decoratus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Decoratissimus* apud *Boëth.* *Aristot.* *Elephant. soph.* 1. 12. p. 743. Dicunt quidem *decoratisimas orationes*.

**DÉCÔRÔSUS**, a, um, adject. *decorus*, *decens*. *Seneca* *Ep.* 93. sub fin. *Annales Tanusii* scis quam non *decorosi* sint. Al. leg. *decori*: al. aliter. Sed multo plures, inquit *Gronov.* habent *decorosi* a *decoris*, ut a *scelus* sit *scelerosus*. At *Fickert* nunc legit *ponderosus*.

**DÉCORTICATIÖ**, ônis, f. 3. actus *decorticandi*. *Plin. 17. Hist. nat.* 24. 37. (236). Quod si angusta *decoratio* fuerit.

**DÉCORTICATU\$**, a, um. *V.* *voc. seq.*

**DÉCORTICO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (de et *cortex*). *Part. Decorticatus.* — *Decorticatio* est *corticem detrahe*. *Plin. 16. Hist. nat.* 39. 74. (188). *Cædi* *tempestivum*, quæ *decorticentur*. *Id. ibid.* 41. 80. (221). *Abies* *decorticata*.

**DÉCÔRUS**, a, um, adject. (debet). Comp. *Decorior* et Sup. *Decoratissimus* 2. — *Decorus* est *decens*, *aptus*, *conveniens*, *honestus* (It. *decente*, *decoroso*, *conveniente*; Fr. *qui convient à*, *convenable*, *bien-séant*, *décent*; Hisp. *convenient*, *conveniente*, *decente*; Germ. *geziemend*, *anständig*, *schicklich*, *angemessen*; Angl. *comely*, *graceful*, *beautiful*, *decorous*, *honourable*). Occurrit ¶ 1. Stricto sensu, et 1.) Adjective. — a) Absolute. *Cic. 1. Off.* 20. 68. Nihil hominem, nisi quod honestum *decororumque* sit, expetere oportere. *Id. 4. Att.* 16. ante med. Homo illi honoribus ut viri satis *decorum* videretur, eum plures dies esse in *Tusculano*. *Id. Senect.* 9. 28. Est *decorus* serino sensi quietus et remissus. *Horat.* 4. *Od.* 1. 35. *Silentium parum decorum*. *Id. 3. ibid.* 2. 13. *Dulce et decorum est pro patria mori*. *Ovid.* 13. *Met.* 308. au falso crimine turpe Accusasse mihi, vobis damnasse, *decorum* est? *Add. eund.* 9. *ibid.* 6.; et *Quintil.* 10. 1. 17. et 5. 10. 40. *Tac. 1. Ann.* 1. *Decorare ingenia*. *Id. 6. ibid.* 27. *genus*. — b) Cum Dativ. *Cic. 2. Legg.* 18. 45. *Color albus præcipue decorus* *Deo est*, tum in ceteris, tum maxime in *textili*. *Id. ibid.* 8. 20. Quæ cuicunque dico *decora* *gratiae sint hostiae*. *Liv.* 2. 6. *Decorum erat tum ipsius*. *Id. 1. 42*. *Vel paci decorum*. *Id. præsat. init.* *Poeticis* *decora fabulis*. — c) Cum Ablat. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 23. *Facinora tibi objicere neque te decoris*, neque tuis virtutibus. h. e. digna. — d) Cum *Accus.* et *præp. ad*. *Cic. 2. Nat. D.* 60. 151. *Nos* *terris*, *argenti*, *aurei* *venas penitus abditas* *invenimus* et ad usum aptas et ad *ornatum* *decoras*. — e) Cum Ablat. et *præpos. pro*. *Tac. 3. Hist.* 7. *Decorum pro causa ratus*. *V. Watch.* ad *eund.* *Agric.* 17. p. 314. — 2.) *Hinc Decorum*, i. n. 2. *absolute*, *substanti-*

*vorum more*, est *Græcorum τὸ κρέπον*. *Cic. Orat.* 21. 70. *Ut in vita*, sic in oratione nihil est difficultius, quam quid deceat, videre: τρόπον appellant hoc Græci: nos dicamus sane *decorum*. *Id. 1. Off.* 28. 97. *Sequi et servare decorum*. *V. eund.* *ibid.* 6. 27., ubi duplicitis *decori* *descriptionem* tradit, et multa præterea docet de hac re. *Quintil.* 10. 1. 71. In omnibus custoditur *decorum*. *At Spalding. legendum putat* *decor*, et quidem *rectius*. *Tac. 1. Hist.* 71. *Ad decorum composita*. ¶ 2. Latrio sensu sumitur pro pulcro, ornato; et occurrit — a) *Absolute*. *Lucret.* 2. 352. *Decorata delubra*. *Sall. Jug.* 6. *faries*. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 87. *Virg.* 11. *Æn.* 480. *Oculos dejeta decors*. *Id. ibid.* 194. *galeas ensesque decors*. *Id. 4. ibid.* 559. *membra decora juventæ*. *Id. 5. ibid.* 343. *lacrimæ decora*. Cf. *eund.* 2. *ibid.* 393. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 21. os. *Id. 1. Od.* 6. 3. *palæstra*. *Id. ibid.* 30. 3. *ædes*. *Ovid.* 6. *Met.* 167. *caput*. *Tac. 1. Hist.* 53. *juventa*. *Id. 12. Ann.* 4. *arma*. *Adde eund.* 13. *ibid.* 12. et 15. *ibid.* 69. *Sall. Cat.* 7.; *Horat.* 1. *Ep.* 7. 27.; *Liv.* 7. 10.; *Curt.* 9. 10. 26. et 7. 3. 14.; et *Senec.* *Troad.* 946. — b) *Cum Ablat.* sine *præpos.* *Virg.* 5. *Æn.* 133. *auro Ductores longe effulgent ostroque decori*. *Horat. Carm. scœul.* 61. *Phœbus fulgente decors arcu*. *Id. 2. Od.* 19. 30. *Bacchus auro coru decors*. *Id. 4. ibid.* 2. 35. *Cæsar* *merita fronde decors*. *Tac. 2. Hist.* 80. *Satis decors etiam Graeca facundia*. — c) *Cum Ablat.* et *præpos. ab*. *Colum.* 6. *R. R.* 1. 2. *Boves decori ab aspectu*. — d) *Comp. Decoritus legitur apud Auct.* *Itin. Afr.* 13. extr. *Item Decorior apud Tertull.* 2. *ad Nation.* 10. *Quis Antinoo controversiam divinitatis agitavit, quod decorior Ganymedes, aut carior suo amatori?* — *Sup. Decorissimus apud Apul. de Mag. Zenonem longe decorissimum fuisse*.

**DÉCOTES**, togæ detritis. *Paul. Diaç.* p. 72. 1. *Müll.* Si *Vossium sequimur*, qui in *Etymol.* V. *Flocus*, ait, *decotes* quasi *sine cute*. h. e. *Bocco* dictas suis, secunda syllaba brevis est: si *Schneiderum*, qui in *Indice Scriptor.* R. R. p. 370. putat, ita appellatas, quia sunt quasi cotibus detritis atque consumpta, longa est.

**DÉCRÉMENTUM**, i. n. 2. *actus deerescendi*. *Gell.* 3. 10. *a med.* Quasi jam mundo senescente, rerum atque hominum decrementsa sunt. *Apul.* 11. *Met. initio*. Luna decrements immunitur.

**DÉCRÉMO**, as, are, a. 1. *idem quod crēmo*. Neutra significatione pro ardore, comburi. *Tertull. advers. Marcion.* 2. v. 100. *Omnia mactentur pecora, grec omnis in aras Decremet, ut veniam vel peccati expiat anus*.

**DÉCRÉPITUS**, a, um, adject. *extrema ætatis senex*. Alii derivant a *creperus*, dubius: unde *crepusculum extremum diei tempus*: et *Non.* p. 13. 17. *Merc.* *decrepitos interpretatur in dubio vita constitutos*. Alii a *crepitus*, quia nullam facere potest crepitum (Duo hæc ponit *Paul. Diaç.* p. 70. 12. *Müll.*). Et *Placidi Gloss.* od. A. *Mai.* p. 454. *Decrepiti*, non qui a senectute avulsi sunt, sed qui jam crepare desierint, id est loqui cessaverint. Unde in *Glossis* legitur: *Decrepitus*, ἔκτενεύεσθαι, qui ultimum statum emisit. Alii a *lucernis*, quæ cum extinguntur, ultimum crepat, etc. *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 2. 3. 11. *decrepitos senes dictos ait*, quia sunt clamosi. *Id. ad Ter. Eun.* 2. 1. 25. quia crepitu et piangore familiæ fuerant tum conclarusta eorum funera. Sed hæc sunt nugas. — a) *De hominibus*. *Ter. Adelph.* 5. 8. 16. *Decrepita anus*. *Plaut. Merc.* 2. 2. 20. *Acherunticus senex*, *vetus*, *decrepitus*. *Id. ibid.* 43. *Vetus*, *decrepitus* *senex*. *Add. eund.* 1. *Asin.* 3. 2. 13. et *Cas.* 3. 2. 29. *Seneca Ep.* 26. *Inter decrepitos me numeris et extreme tangentes*. — b) *De ætate et brutis*. *Cic. 1. Tusc.* 39. 94. *Decrepita estate mori*. *Prudent. Hamartig.* 561. *Decrepitus leo*.

**DÉCRESCENTIA**, æ, f. 1. *actus decrescendi*, *decrementum*. *Vitrav.* 9. 2. 2. *Schneid.* *Decrecentia* luna quotidiana.

**DÉGRESO**, crescis, crèvi, crètum, crescere, n. 3. (de et *cresco*). *Part. Decrecessus* et *Decretus* I. 1. — *Decresco* contrarium significat τὸ cresco, deminuor (It. *scemare*, *calare*, *smainuiri*; Fr. *descrétre*, *diminuer*; Germ. *abnehmen*; Angl. *to decrease*, *grow less*, *diminish*, *decay*, *wear away*).

I.) Proprie. — a) Stricto sensu usurpatur de illis, quæ naturâ suâ crescent et decrecent, cuiusmodi sunt luna, dies, anni tempestates, flumina, morbi et

similia. *Livius vel Lævius apud Priscian.* 9. p. 869. *Putsch.* Nocte dieque decretum (*h. e. deminutum*) et auctum. *Cic.* 2. *Divinat.* 14. 33. Ostrea cum luna pariter crescent, pariterque decrescent. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 59. 80. (151). Die decessente. *Plaut. Cura.* 2. 1. 4. Decrescit valetudo. *Cels.* 3. 6. circa med. Ubi febris fuit, atque decrevit. *Id. ibid.* 20. ad fin. Donec morbus decrescere incipiat. *Ovid.* 1. *Met.* 345. crescent loca decrescentibus undis. — Est etiam valde cresco, ut videtur, in illo *Horat.* 4. *Od.* 7. 3. et decrescentia ripas flumina prætereunt. Alii tamen rectius sic interpretantur: flumina, qua nylbus liquefactis excreverant, jam decrescent, et intra iustas, ut ante, ripas fluunt: ver enim jam adulitum hic describitur. *V. PRÆTEREO.* ¶ 2. Latiori sensu de corporis statura seu magnitudine, et est diminui. *Lucret.* 1. 314. Ferreus oscule decessit vomer in arvis. *Id.* 5. 534. Terraque ut in media mundi regione quiescat, Evanescere paullatim et decrescere pondus Convenit. *Seneca Herc.* *Œt.* 1758. tam parvus cinis Hercules est: hoc ille decrevit gigas. *Stat.* 2. *Sib.* 1. 126. Jam tamen et validi gressus, mensuraque major Cultibus, et visæ puero decrescere vestes. *Plin. Paneg.* 612. Ut corpora decrescant. Huc referri potest et illud *Martial.* 7. 54. Decrevere greges, dum cadit agna frequens.

II.) Impropte. ¶ 1. Transfertur ad orationem et ad animi motus. *Quintil.* 9. 4. 23. Cavendum est ne decrescat oratio, et fortiori subjungatur aliiquid infirmius. Adde *eund.* 5. 12. 14. *Id.* 1. 3. 5. Decrescit admiratio. *Sil. It.* 7. 82. metus. ¶ 2. Poetice decrescere dicuntur, quæ, recedentibus nobis, subtrahunt oculis. *Claudian.* 1. *Hapt. Poes.* 189. Totaque decessit refugo Trinacria visu. Cf. *Drah.* ad *Sil. It.* 17. 220. *Stat.* 2. *Achill.* 308. Decrescit Scyros. ¶ 3. Hinc est etiam paullatim se deminuendo evanescere. *Ovid.* 1. *Met.* 740. Cornua decrescunt. *V. integrum* locum.

**DECRETALIS**, c, adject. ad decretum pertinens, seu pendens a decreto, ut *Decretalis pagina* apud *Sidon.* 7. *Ep.* 9. in *Conc.*; *Decretalis bonorum successio* apud *Ulp. Dig.* 38. 9. 1.; et *Decretalis pæna* apud *Cassiod.* 9. *Variar.* 18. a med.

**DECRETIO**, ònis, f. 3. idem ac decretum. *Capell.* 1. p. 12. in *carm.* Cujusque nutu dignitur necessitas, Futura cujus illigat decretio.

**DECRETÓRUS**, a, um, adject. ad decretendum pertinens, judiciale. *Seneca.* 1. *Clem.* 14. Nisi plus est, quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium stilum. h. e. ad ultimam sententiam ferendam, qua de re tota decernat. *Id. Ep.* 102. post med. Intrepidus horam illam decretoriam (*h. e. mortis*) prospice: non est animo supra, sed corpori. *Id. ibid.* 117. post med. Remove ista lusoria arma: decretoris opus est. h. e. quæ serio agant, de victoria decernant ac debellent. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (272). In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio uiva sidere illo quo Caniculum appellavimus. h. e. decernente, ubi ne, an nulla vindemia futura sit. *Id. ibid.* 29. 69. (288). Decretorio die floribus oleis vitibusque, si plenilunium in eum incidat. *Quintil.* 6. 4. 6. Decretoria pugna. *Alleg.* decretoria; at decretoria. Adde *eund.* 10. 5. 20. et cf. *Sueton. Cal.* 54. Battuebat pugnatoriis armis.

**DECRETUM**, i, n. 2. *V. DECERNO* in fin.

**DECRETUS**, a, um, particip. a decerno. *V. DECERNO.* — Juxta nonnullos decretus est etiam qui crevit, seu valde crevit. *Gell.* 19. 12. Stolones proceros atque decretos amputare. Alii tamen aliter legunt.

**DECRETUS**, a, um, a decreso. *V. DEGRESCO.*

**DECIBRO**, as, àvi, àtum, are, a. 1. confidere tamquam per cribrum. *Plaut. Capt.* 4. 1. 6. Describavit totum cum carne carnarium. Alii plerique rectius *leg.* deturbavit.

**DECUBO**, as, are, n. 1. *Fabius Pictor* de Flamine Diali, apud *Gell.* 10. 15. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet: et de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est. h. e. extra eum lectum non cubat.

**DECULCO**, as, are, a. 1. (de et calceo) ealcedando deprimo. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 11. (60). Alii baccas in quo pedibus in profusione deculcant, donec auferatur cutis. *Stat.* 1. *Theb.* 622. Proterere examines artus, asprosque molares deculcare genis. h. e. de alto illidere, impingere.

**DECULPATUS**, a, um, adject. *Gell.* 19. 10. Dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum videtur. h. e. damnatum. *V. CULPA.*

**DECULTARUNT** valde occultarunt. *Paul. Diac.* p. 75. 12. *Müll.*

**DECUMA**, æ. *V. DECIMUS* in fin.

**DECUMANUS**, a, um. *V. DECIMANUS.*

**DECUMATES AGRI** apud *Tac. Germ.* 29. extr. *V. DECIMALIS.*

**DECUMBO**, cumbis, cùbū, cùbūlum, cumbere, n. 3. (de et *inus*. cumbo a cubo). Decumbo est idem quod recumbo, jaceo; et ¶ 1. Generatim — a) Est verbum jacentium in lecto. *Cato R. R.* 156. Ubi libido veniet nausæ cumque apprehendet, decumbat purgetque sese. *Plaut. Cas.* 5. 2. 9. Colloro, fulcio, mollo, ut apte decumbam. *Sueton. Ner.* 48. Decubuit super lectum modica culcta. *Id. Ces.* 49. In aureo lecto decubere. — b) Præcipue est tricliniare verbum. *Plaut. Merc.* 1. 1. 97. Ad cenam vocat: venio, decumbo. Adde *eund.* *Circ.* 2. 3. 72. et *Stich.* 5. 1. 6.; et *Ter. Phorm.* 2. 2. 28. *Cic.* 5. *Verr.* 25. 61. Cum Apronius in triclinio decubuisset. — c) Est etiam ægrotantium. *Gell.* 18. 10. Ibi alvo mihi cit, et accidente febri rapida, decubueram. *Seneca. Ep.* 96. Familia decubuit, fenus offendit, domus crepuit. *Inscript.* apud *Gruter.* 926. 8. reliquos (annos) SEPTEM ET DIES XIX. DECUBUIT ET OCCUBVIT. — d) Item jacentium in lecto quiescendi causa. *Apul. Mag.* Ex fatigacione itineris affectus, apud Appios amicos meos aliquam multis diebus decumbo. ¶ 2. Speciatim est pugnantum, et ex vulnera cedentium. De gladiatoribus *Cic.* 2. *Tusc.* 17. 41. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quarant, quid velint: si satis his factum sit, se velle decubere. *Id. 3. Phil.* 14. 35. Quod nobiles gladiatores faciunt, ut honeste decubant, faciamus nos, etc.

**DECUNCIS**, is, m. 3. Rectus casus etiam decuncis esse potest, ut deunx, quincunx, etc. *Priscian. de ponderib.* p. 1343. *Putsch.* — Ceterum decuncis est decem unciarum vel mensura, vel pondus, alio nomine dextans. *Rhemn. Fann. de ponderib.* 46. At si sextantem retrahas, erit illi decuncis.

**DECUNCTOR**, áris. *V. DECONTOR.*

**DECUPLATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DECUPLO**, as, ávi, átum, are, a. 1. Part. *Decuplatus.* — Decuplo est decies multiplico. *Donatus* ad illud *Ter. Eun.* 1. 2. 102. Siquidem biduum: verum ne fiant isti viginti dies; *Hoc habet*: facete biduum decuplavit. *Juvenc.* 3. 437. in *Matth.* c. 18. Christus prosequitur: non septem criminis tantum, Sed decupla super donentur vulnera fratri.

**DECUPPLUS**, a, um, adject. qui rei alicuius quantitatatem decies in se continet. *Liv.* 39. 44. Ut ea quoque decuplo tanto pluris, quam quasi essent, estimarentur. Ita ediderunt *Manut.* et *Scheffer.*; et *Gruter.* et *Gronov.* decem tanto legit: alii aliter. Certior est lectio apud *Boeth.* 2. *Music.* 4. p. 1087. Duplus, triplus, quadruplus, quintuplus, sextuplus, septuplus, octuplus, noncuplus, decuplus. *Id. 1. Geom.* p. 1210. Comparatio dupla, tripla, quadrupla, quintupla, sexupla, septupla, octupla, noncupla, decupla. *Interpr. Fulpat. Dan.* 1. 20. Invenit in eis decuplum.

**DECURES**, decuriones. *Paul. Diac.* p. 71. 22. et p. 75. 9. *Müll.*

**DECURIA**, æ. f. 1. Quantitas syllabe antepœnitima, que controversa est, satis innotescit ex iambicis versibus *Plauti* et *Cæcili* infra sub *C* allatis. — Decuria, Græce δεκάς, est decem hominum aut rerum numerus, unde *Varro* 9. *L. L.* 86. *Müll.* Decuria numerorum: et occurrit A) Generatim, B) Speciatim, et C) Joculariter apud *Comicos*.

A) Generatim. — a) De hominibus. *Colum.* de operis ruri laborantibus 1. *R. R.* 9. 7. Classes etiam non majores, quam denum hominum faciundæ: quæ decurias appellaverunt antiqui. Adde *Gell.* 18. 7. *Vitriv.* 7. 1. 3. *Schneid.* Deinde rodus inducatur, et vectibus ligneis, decurias inductis crebriter pinzungione solidetur. *Seneca Ep.* 47. Retulit illi gratiam servus, ille in primam decuriam conjectus, in qua vocem præaco experitur. *Forcellinus* in allatis *Vitrivii* et *Senecæ* locis decuriam dici putat de quavis multitudine, quamvis plures minores sint, quam decem: nihil tamen obstat, quominus in his locis decuria stricto sensu accipiatur. — b) De rebus. *Valerian. Imp.* in epist. apud *Trebell. Claud.* 14. Pellum tentoriarum decurias triginta.

B) Speciatim. ¶ 1. Post Romuli mortem, inter regno durante, rem inter se centum patres, h. e. senatores, decem decurias factis, singulisque in singulas decurias creatis, qui summæ rerum præsenter, consociarunt. Decem imperabant, unus cum insignibus imperii et lictoribus erat: quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuumque intervalum regni fuit. Hæc *Liv.* 1. 17, quocum cf. *Dionys. Halic.* 1. 2.; et V. plura in *Pauly's Real-Encyclop.* vol. 2. p. 884. ¶ 2. Diutissime vere extiterunt judicum decuriae. Triplex fuit Romæ judicum genus, ut est apud *Sueton. Cæs.* 41. et *Ascon. ad Cic. Pis.* 39. 94. p. 16. *Bait.* senatores, equitum et tribunorum ærariorum, et proinde totidem decuriae: sed postremam Cæsar sustulit: legem vero de nova decuria ex alaudis et centurionibus composita, teste *Cic.* 13. *Phil.* 2. 3., tollebat quidem M. Antonius in consulatu, sed hostis judicatus rem non perfecrat: at tertiam tribunorum ærariorum restituisse videtur Augustus, quem *Sueton. Aug.* 32. quartam addidisse narrat, *ducenariorum* appellatam, qua judicaret de levioribus summis. Quintam decuriam, ut ait *Id. Cal.* 16., ad quatuor priores addidit Caligula, ut lebor labor judicantibus esset. Judicibus vero, ut *Id. Galb.* 14. affirmat, sextam decuriam adjici precentibus, negavit Galba. Porro in singulis hisce decuriis singula circiter millia hominum erant, ut *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 7. (30). docet: ubi addit, pluribus ipsas discretas nominibus suis, tribunorum æris (ita enim eos ipse appellat pro tribunorum ærariorum) selectorum, judicum nongentorum: de quibus *V.* suis locis. *Pseudo-Ascon. ad Cic. 3. Verr.* extr. p. 202. *Bait.* discrimen tradit inter centurias et decurias (quum de judicibus serino est), quod illæ inferiorum dicebantur, nempe equitum et tribuorum æris; istæ honestiorum, scilicet senatori ordinis. *Cic.* 4. *Verr.* 32. 79. Hunc hominem in judicium numero habebimus? hic alteram decuriam senatoriam judex obtinebit? h. e. ordinem senatorum judicantium. *Sueton. Tib.* 41. Decuria equitum. h. e. ordo equitum in judicium numerum conscriptorum. Adde *Cic. 3. Verr.* 61. 158., 5. *ibid.* 11. 28., *Claud.* 37. 103. et 1. *Phil.* 8. 19.; *Quintil.* 4. 2. 48.; et *Inscript.* apud *Orell.* 3877. ¶ 3. Etiam in pluribus aliis collegiis decuriae fuerunt. — a) Honoratiorum quarundam decuriarum emptiones et venditiones fieri solitas legimus in *Inscript.* apud *Reines.* cl. 10. n. 3. et apud *Cic.* 5. *Verr.* 79. 184. Nam plebeji homines, præsertim liberini generis, si in aliquam decuriam scribarum, viatorum, accensorum etc. describerentur, conditionem suam nobilitem facere sibi videbantur, quia ex hujusmodi decuriis, scribarum præcipue, in equestrem ordinem ascendi solebat. De hujusmodi decuriis plura *Reines.* ad *Inscript.* 19. cl. 1., et *Orell.* ad *Tac.* 13. *Ann.* 27. *Cic. loc. cit.*, *Liv.* 40. 29. et *Sueton. Claud.* 1. Scribarum decuriae. — Porro hac ratione decuria accipitur tum pro ipsis hominibus, tum pro iure ipsius decuriae, tum pro loco, ubi illa est constituta, ut *Verrius Flaccus* docet apud *Gell.* 18. 7. ad fin. — Quotiescumque veteres lapides tres decurias commemorant, non expresso earum nomine, intelligenda sunt *Viatoria*, *Equestris*, *Consularis*. Id monuit *Marin. Inscriz.* *ib.* p. 56. ad hanc *Inscript.* L. LICINIO L. FIL. PAL. HERODI EQUITI ROMANI, DECVRIALI DECVRIA VIATORIA, EQUESTRIS, CONSULARIS. At hæc fuit *Cajet. Marin.* sententia, que falsa deprehensa est a *Jo. Labus.* in *pref.* ad *Visc. Op. Vor.* T. 2. p. xi. et a *Barpt. Borgesio* in *Bullett.* dell'*Instit.* di corr. archol. ann. 1838. p. 166, idea ita legendum est: Quotiescumque in vetustis monumentis trium decuriarum mentitur, non expresso earum nomine, intelligenda sunt decuriae lictori, viatorum et scribarum. — b) Fuerunt quoque decuriae servorum publicorum, et inter officia domus Augustæ, ut decuriae lictori apud *Gruter.* 631. 1. et *Reines.* cl. 1. n. 19. — c) Item eorum, qui sacris publicis ministrabant. *Inscript.* apud *Gruter.* 305. 4. ex QVATVOR DECVRAS CVRIO MINORIS etc. — d) Item professorum aliquius artis, ut decuria scannillariorum apud *Gruter.* 467. 7. etc. — Ceterum de hujusmodi decuriis *V. Inscript.* apud *Orell.* 2204., 2252., 2450., 3217. et alias. ¶ 4. Etiam in re militari decuriae fuerunt primo a decem militum numero dictæ: et retento eo nomine, etiam postquam numerus auctus ost. *Inscript.* apud *Gruter.* 557. 3. et apud *Reines.* cl. 8. n. 72.

C) Joculariter de cœtu, sodalicio. *Plaut. Pers.* 1. 3. 62. Atque, nisi grata tecum hue jam, quantum potest, Adducis, exigam hercule ego te ex hac decuria. h. e. ex hoc cœtu sodalium et convivaram. Similiter *Cæcilius apud Non.* p. 139. 9. *Merc.* Meritissimo hic me ejecit ex hac decuria.

**DECURIALIS**, c. adject. ad decuriam pertinens. ¶ 1. Generatim. *Decurialis numerus apud Tertull. Inim.* 37. est decurius. ¶ 2. Speciatim decurialis est ad decuriam pertinens, in decuriam aliquam adscriptus; qua significacione et **Decurialis**, is, absolute substantivorum more occurrit. *Cod.* 11. 3. 2. Decuriales leges. *Inscript. apud Gruter.* 36. 6. L. ARATIVS PHOEBS DECRETALIS DECVR. JVLLIAE. Heines. ad *Inscript.* 19. cl. 1. legit *Decur. Consularis.* Alia apud *Gruter.* 622. 9., quæ est apud *Orell.* 3985. M. LELIO SABINIANO DECVRIALI AEDILICIAS POMPAE. Alia apud *Don.* cl. 4. n. 43., quæ est apud *Orell.* 2456. DECVRIALES PYLLARI. Alia apud *Fabrett.* p. 86. Q. MARCVS ITALIVS DECVRIALIS NEGOTIATOR. Adde alia apud *Orell.* 157., 874., 976. et 4196.; et *Fragm. Vatic.* § 142. et 235. ¶ 3. Item qui decurio fuit. V. CONDECURIALIS.

**DECURIATIM**, adverb. per decurias. *Charis.* 2. p. 165. *Putsch.*

**DECURIATIO**, ônis, f. 3. actus decuriandi, descriptio. *Cic. Planc.* 18. 45. Decuratio tribulum, descriptio populi.

**DECURIATUS**, a. um. V. DECURIO, as.

**DECURIATVS**, us, m. 4. idem quod decuratio. *Liv.* 22. 38. Ubi ad decurium, aut centuriatum convenienter.

**DECURIO**, as, avi, atum, are, a. 1. Part. *Decuriantus* l. 1. et 2. — Decuriare est in decurias adscribere.

I) Proprie. ¶ 1. In bonam partem occurrit et pertinet ad rem militarem. *Liv.* 22. 38. Sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant. ¶ 2. In malam partem decuriare est in decurias vel potius curias adscribere. Dicitur præcipue de iis, qui ambitus causa, curiarum populi descriptionem faciebant, et largitione grassabantur; ut earum voluntate sibi adjuncto, suffragiorum ad se in comitiis majorem partem attraherent, et per vim honores obtinerent. V. SODALITIUM. *Cic. Planc.* 18. 45. Haec doce, haec profer, Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrum fuisse, pronunciasse, divisisse. *Id. ibid.* 19. 47. Decuriare tribules. *Id. Sext.* 15. 34. Servorum delectus habebatur, cuius vicatim homines conscriberentur, decuriarentur. *Id. Dom.* 5. 13. Cum decuriatos et descriptos haberet exercitus perditorum. V. DECURIO, ônis. *Id. 2. ad Q. fr.* 3. 5. Senatusconsultum factum est, ut sodalitates decuriatique discederent. Adde *eund.* 7. *Phil.* 6. 18.

II) Translate. Capell. 1. p. 1. Respersus capillis albicantibus vertex, inrementisque lustralibus decuratus. h. e. vertex hominis cani et quinquagenarii, qui scilicet lustra decem compleverit.

**DECURIO**, ônis, m. 3. qui ad decuriam pertinet, decuriæ affectus. Hinc speciatim. ¶ 1. Decurio fuit princeps decuria in militia equestri, nam in pedestri decanu vocabatur. — In legione Romana erat, qui decem equitibus præterat, ut docet *Paul. Diac.* p. 71. 19. *Müll. Tac.* 1. *Hist.* 70. Milites instinctu decurionum transire in partes Vitellii. V. integrum locum. — Initio in turma tres decuriones fuisse, turma autem erat equitum xxx. sive xxxiii. cum tribus decurionibus. *Varro* 5. L. L. 91. *Müll.* — Postea re mutata, pristinum tamen remansit nomen. Nam quamvis unus toti præcesset turma, h. e. xxxiii. equitibus, nihilominus decurio dicebatur. *Veget.* 2. *Milit.* 14. ¶ 2. *Municipales* vero et *colonici* decuriones ex eo dicti, quod principio, cum deducerentur coloniae, decima pars eorum, qui deducebantur, consiliis publici gratis conscribita sit, uti docet *Pompon. Dig.* 50. 16. 239. § 5. At ex *Cic.* 2. *leg. Agr.* 35. 96. constat, eos aliquando fuisse quintam duntakum eorum partem, quem locum V. in *AUGUR.* Ceterum centum numero semper fuisse, appareat ex locis allatis in V. CENTUMVIRI (quidquid contra effusat *Tartarotti*, *Illustraz.* etc. p. 629.), ideoque etiam centumviri sunt appellati, quemadmodum Romæ antiquitus a Romulo centum tantummodo senatoriæ lecti fuerunt (V. *Savigny, Hist. du droit Rom.* T. 1. p. 64.). Quandoque tamen imperatorum indulgentia super legitimum numerum adziebantur, ut

ait *Plin.* 10. *Ep.* 113., vel ab ipso decurionum ordine allegabantur, qui ideo allerti sunt appellati. V. ALLECTUS. — Decuriones habent ætate annorum xxv. *Callistrat. Dig.* 50. 2. 11. Neque minores xxv. amis decuriones allegi, nisi ex causa, possunt; neque hi, qui annui quinquagesimum et quintum excesserunt. *Ulp. Dig.* 30. 2. 2. § 8. Majores annis LV. ad decurionatus honorem inviti vocari, constitutis probibentur; sed si et rei consenserint, etiæ maiores annis LXX. sint, nunqua quidem civilia obire non coguntur, honores autem gerere debent. — Cum vero mos esset Romæ senatoribus in curiam cum praetextis filii introire, ut narrat *Gell.* 1. 23., et ostendit *Tabula Carusina* apud *Fabrett.* p. 599. n. 9., in qua, prater xxxviii. patronos et c. decuriones, etiam xxv. praetextati numerantur; poulatim assentationis gratia factum est, ut hi in decurionum numero haberentur; hinc *Inscript.* apud *Marin. Frat. Inv.* p. 93. DECVRIO ADLECTVS ANNORVM XVII. Alia apud *eund.* *ibid.* p. 89. ADLECTO IN ORDINE DECVRIONVM, CVM ESSET ANNORVM IV. Alia, quam et ipso lapide ipse descripsi Neapoli apud *Andr. de Jorio*. D. M. G. JVLLI C. F. CL. NEGE MONS ADLECTI IN ORDINE DECVRIONUM NISSENT, VIXIT ANNO V. MENSES VI DIES VI. V. CARDINALI, *Iscriz.* ined. n. 17. et not. p. 8.; et *Inscript.* apud *Orell.* 3745. et 3749. *Paul. Diag.* 50. 1. 21. § 6. Imp. Severus et Antoninus Augg. Septimo Zenoni. Pro infante filio, quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum adstringeris, tamen interim onera sustinere non cogeris. *Imp. Constantini. M. Cod. Theod.* 12. 1. 19. Quoniam nonnulli diversarum civitatum curiales (V. CURIALIS) intemperanter minores, quibus publica tutela debetur, ad curiae consortium devocarunt, ut optimi, vel octo annorum constitutos nonnullos nominarint, firmiter decernimus, ut omnino nullus in curiam nominationibus devocetur, nec functionum obsequia subire cogatur, nisi qui decimum et octavum annum etatis fuerit ingressus. — Kal. vero Mart. quinto quoque anno decurionum nominationes fieri solebant a quinquennalibus, ut constat ex *Cod. Theod.* 12. 1. 28., quemadmodum Roma a censoribus senatores legebantur. — Novi decuriones honorarium alicubi pro introitu Itali dicunt entratura, curiae dare debebant; singula nempe millia denariorum, vel bina, ut docet *Plin.* 10. *Ep.* 113. Qui vero de republica bene meruerint ob opera publica suis sumptibus condita, vel ob largitiones et numerus gladiatoria splendide populo data, hisque similia, gratis allegabantur. *Inscript.* apud *Gruter.* 475. 3. TITIO CUBRIMO OB MERITA PATRIS HONOREM DECVRIONATVS GRATIVITVM DECRRVIT ORDO DECVRIONVM. V. HONORARIUM. Sic *Fronto* 2. ad *Anic.* 6. ed. iter. 1. Mai. Pensiones plurimæ ad quantum usque decurionatum dependit. Et *moz.* Postquam usurpavit honorem, pensionibus inferre peruniam debuit, quater intulit. — Eorum census erat c. millia septuaginta, ut cccc. millia fuitensus equitum R., occ. millia senatorum. *Plin.* 1. *Ep.* 19. Esse autem tibi centum millionum census satis indicat, quod apud nos decurio es. Igitur, ut te non decurione solvi, verum etiam equite R. perfruamur, offero tibi ab implendas equestres facultates ccc. milia nummum. — Decurionum munus plurima et gravia fuerunt, quoniam quidquid ad rei publica administrationem pertineret, illorum curæ erat demandata. Ea vero recenset *Gothafredus* in *Paratit.* ad *Cod. Theodos.* l. 12. tit. 1. — Si decuriones, quibus major census esset, non qui ætate, nobilitate generis, et rerum civilius prædererent, una cum quatuorviris, vel duumviris sumptibus rei publicæ causa faciens præterat, tributum modum in capita et agros delinquent, et suo pericule exigebant: hi pro eorum numero vel quatuorprimi, vel quinqueprimi, vel sexprimi, vel decempriimi seu decaproti (seu dem principes apud *Liv.* 29. 15., ubi mox primores coloniarum vocantur) vel quindecimprimi, vel Graecæ appellatione iecosproti vocabantur, Itali autem dicunt li maggiori estimati. V. has voces suo quasque loco. Hinc *Hermogenian.* *Dig.* 50. 4. 1. decempriimatum vocat patrimonii munus; et *Ulp. ibid.* 3. § 10. affirmat, decaprotos etiam minores annis viginquaque fieri consuevisse. Adde, quoties Vprimos, Viprimos, Xprimos, XVprimos, vel tandem XXprimos vetusti scriptores nominant, in iis locis sermonem esse de tributo solvendo, vel sumptibus ret publicæ causa faciens. — Eadem erant dignitate, qua

Rome senatores; et iis eligebantur omnes magistratus, et eorum decretum erat, quod Romæ senatus consultum. *Cic. Sext.* 4. 10. Recita queso, Sexti, quid decreverint Capuae decuriones. Hinc etiam in nummis colonicis, et in vntustis lapidibus videre est passim d. b., h. e. decreto decurionum, ut Romæ S. C., nempe senatus consulto. Eorum porro decreta ita proponebantur, ut est in *Inscript. Gabina* apud *Viscont. Mus. Pio-Clem.* T. 6. p. 239. edit. *Mediol.* HOC DECRETUM POST TRES RELATIONES PLACVIT IN TABVLA AEREA SCRIBI, ET PROPORT IN PVBLICO, Vnde DE PLANO RECTE LEGI POSSIT. — Plurima etiam erant decurionum emolumenta; nam quoties natalicia, vel matrimonia, vel parentalia virorum illustrium celebrarentur, aut dedicationes fierent staturum, vel operum publicorum, aut magistratus invenientur, decuriones ad epulas invitabantur, vel sportulæ iisdem distribuebantur, testantibus id plurimis veteris inscriptionibus et *Plin.* 10. *Ep.* 117. Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel inueniunt magistratus, vel opus publicum dedicant, solent tollati buli, atque etiam a plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios, vel singulos dare. — Præterea toga candida laicavia, et senatoris calceamentis, atque etiam bisellio, ut Romæ sella curuli utabantur, qui magistratus obliuerint. V. BISELIUM. Hæc passim in inscriptionibus vocantur ornamenta decurionalia. *Inscript.* apud *Mass. Mus. Ver.* 86. 3. PARCIS AVGUSTIS P. VALERIVS TROPHIMVS ORNAMENTIS DECVRIONALIBVS RESTITVTOR REIPUBLICÆ VERONENSIVM. V. DIVISIO. — Non raro accidit, ut quis plurius in municipiis et coloniis decurio esset, fortasse quia bona in eorumdem finibus possidebat. *Inscript.* apud *Labusium Dissert.* sulla tribù, e sui decurioni *Bresc.* p. 18. Sex. Valerio Sez. F. Fabio Publicole eqno PVBLICO, DECVRIONI BRIXIAE, VERONAE, TRIDENTI etc. — Horum plura, quæ ad decuriones municipales et colonicos pertinet, docte illustravit *Jo. Lubusius* in opere supra laudato, quod vides. — Ceterum decuriones hujusmodi, sere in plurali numero, præterquam in locis bacusus allatis, occurunt apud *Cic. Rosc.* fin. 9. 25. et 39. 115., *Cleuent.* 14. 41. et 6. *Fam.* 18. 1.; *Ces.* 1. B. C. 13. et 23.; *Tabul. Herack.* v. 11. et seqq.; *Sueton. Aug.* 46. et 160. et alibi. — Denique numina quarundam civitatum propria et peculiaria joculariter deos decuriones vocat *Tertull.* 2. ad *Nat.* 8. Satis video etiam deos decuriones cujusque municipiū, quibus hinc intra muros suos determinantur. ¶ 3. Fuerant etiam in urbe decuriones, ii nempe qui in aulis Caesarum erant, ut Decurio cubiculariorum, h. e. qui præstet cubiculariis apud *Sueton. Domit.* 17. DECVRIO LECTICARIORVM BRITANICIVM. *Inscript.* apud *Gruter.* 600. 1. Sic DECVRIO CONLEGIT FABRVN PERRATIVM, apud *eund.* 632. 1., et apud *Orell.* 4055. Alia *Inscript.* apud *Orell.* 2923. PROCVLVS DECVRIO GERMANORVM TI. GERMANICL h. e. Germanorum, qui corporis custodes erant, quique propter ea probe distinguendi sunt a Germanianis, id est servis Tiberii ex hereditate Germanicæ. Hinc in *Tab. Antiat.* apud *Vulp.* et *Guasco Mus. Capit.* T. 2. p. 149. habetur d. b., h. e. decreta decurionum, qui erant vernæ in villa Augusta Antiatina: corum etiam promagister, et qui in eorum corpus cooptabantur allecti diruntur. — Denique decurio femina legitur apud *Orell. Inscript. Lat.* T. 1. p. 513.

**DECURIONALIS**, c. adject. ad decurionem pertinens, senatorius. *Inscript.* apud *Gruter.* 469. 4. sex. SEXTIO OONESIGENI EXORNATO ORNAMENTIS DECVRIONALIBVS. V. et ORNAMENTUM. *Gloss. Philox.* Bouleuterix, decurionalis.

**DECURIONATVS**, us, m. 4. dignitas et officium decurionis. ¶ 1. De dignitate et officio decurionis in militia equestri. V. DECURIO, ônis 1. *Cato* apud *Festum* p. 201. 28. *Müll.* Majores paraveri bonis atque strenuis decurionatus, optionatus, hastas donaticas. ¶ 2. De dignitate et officio decurionis in municipiis et coloniis. V. DECURIO, ônis 2. *Trajanus* apud *Plin.* 10. *Ep.* 114. Honorarium decurionatus inferre. *Inscript.* aquad *Murat.* 484. 3., quam vide in V. BISELLIATUS. Item *Inscript.* apud *Orell.* 3530. c. CORILO ANTETO — ORDO SANCTISSIMVS DECVRIO SPEM PROCESSVS EJVS HONOREM DECVRIONATVS GRATIVITVM OBTVLIT.

**DECURIONUS** est idem quod decurio. *Paul. Diac.* p. 49. 16. *Müll.* V. CENTURIONUS.

**DECURRO**, curris, curri et aliquando cœcurri,

cursum, currere, 3. (de et curro). In præteritis usitatis forma est decurri sine reduplicatione; immo *Servius ad Virg.* 11. *En.* 189. negat dici posse decurri: sed tamen decurrit legitur apud *Cæs.* 2. *B. G.* 21. et *Tac.* 2. *Ann.* 7. decucurrerunt apud *Cæs.* 2. *B. G.* 19., decucurrerant apud *Liv.* 1. 12., et decucurrisse apud eundem *Liv.* 25. 17. — Part. *Decurrans* I. 1. 1.<sup>o</sup>; *Decursus* I. 1. 3.<sup>o</sup>, II. 1. 2.<sup>o</sup>; *Decursus* I. 1. 1.<sup>o</sup> — Decurro est deorsum curro, vel celeriter deorsum feror (lt. correr giù; affretorū descendendo); Fr. descendre en courant, se précipiter en descendant; Hisp. descender corriendo; Germ. von einem höhergelegenen Orte nach einem niedrig, gelegen herablaufen, eilen, überh. von jeder raschen Bewegung, abwärts; Angl. to run down or along).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim; et quidem — 1.<sup>o</sup>) Neutreron more. — a) De hominibus et ceteris animalibus, quæ terra decurrunt. *Virg.* 2. *En.* 41. Laocoen ardens summa decurrit ab arce. *Liv.* 4. 50. Decurrere de tribunali. *Cæs.* 2. *B. G.* 19. Incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt. Adde *Sueton.* *Aug.* 81. Rursus *Cæs.* 1. *B. C.* 28. Qui erant in muro custodiæ causa collocati, eo signo revocantur, notisque itineribus ad naves decurrunt. *Liv.* 41. 2. Pauci armati, major pars inermes, ad naves decurrunt. *Virg.* 4. *En.* 153. Caprae decurrere jugis. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 18. 103. (168). Scarabeus sursum deorsum decurrunt. — b) De pomis et similibus, quæ decidunt. *Pallad.* 10. *R. R.* 7. de pruno. Si poma decurrant, oleastri epiumrum terebrata infinge radici. — c) De fluminibus, quæ deorsum, aut in mare feruntur. *Horat.* 4. *Od.* 2. 3. Monte decurrens annis. *Liv.* 38. 13. Maeander, ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrunt. Adde *eundem.* 21. 28. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (69). Fluvius decurrit inter oppida. — d) De navibus, quæ secundo fluminis cursu, aut per mare celeriter feruntur: cf. *Ovid.* 14. *Met.* 50. decurrit pedibus super sequora siccis. *Id.* 6. *Fast.* 777. celeri decurrere cyma. *Id.* 9. *Met.* 590. Decurrere mari. *Tac.* 15. *Ann.* 43. Naves decurrunt. h. e. secundo vento feruntur. — Hinc et *Cic.* 18. *Fam.* 4. Ego puto, te bellissime cum Mescinio decursum. h. e. e Græcia in Italiam navigatum. — Huc pertinet et singulare illud *Lucret.* 5. 1262. posse haec liquefacia (*metalla*) calore Quamlibet in formam et faciem decurrere rerum. — e) Et pro simpliciter currere, percurrere. *Nepos Eumen.* 5. Decurrere in spatio. Et *Horat.* 1. *Ep.* 7. 74. Occulum visus decurrere pisces ad hamum. — f) Denique dicitur etiam de regionibus pro extendi. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (60). India a montibus tota decurrit in planitiam immensam. Cf. *eundem.* *ibid.* 20. 23. (78). Populi cum Indo flumen decurrentes. — 2.<sup>o</sup>) Passive impersonaliter. *Cic.* 1. *Tusc.* 8. 15. Nunc video calcem, ad quem quam sit decursus, nihil sit præterea extimescendum. — 3.<sup>o</sup>) Passive occurrit etiam l'art. præter. *Decursus pro excursus, confectus, significatio a Circu sunpta.* *Cic.* *Quinct.* 26. 81. Septingenta milia passuum vis esse decursa biduo? *Id.* *Senect.* 23. 83. Decurso spatio, a calee ad carcères revocari. *Ovid.* 10. *Met.* 597. Dunn notat hæc hospes, decursa novissima meta est. ¶ 2. Speciatim decurrere est etiam verbum militare. Decurrere enim dicuntur exercitus, quum vel ex loco superiore in inferiore descendunt (ut apud *Cæs.* 3. *B. G.* 2. Quum ex ipsis montibus in vallem decurrerent. Adde *eundem.* *ibid.* 4.; et locos sub 1. a.), vel sibi in armis aliquantum spatii conficiunt, vel imaginarias pugnas edunt et in duas divisi partes veri simile prælium, ut paratores sint cum hostibus congregientes, simulque a duce lustrantur: quod apud Macdonas factitum narrat *Livius* 40. 6. *Id.* 25. 17. Armatum exercitum decurrisse cum tripudiis Hispanorum; motibusque armorum et corporum suæ cuique genti adsuertis, ipso Hannibale omni rerum verborumque honore etsequias celebrante. Adde *eundem.* 2. 10., 1. 12., 23. 35. et 24. 48. — Passive impersonaliter. *Id.* 26. 51. In armis decursus est. ¶ 3. Hinc etiam decurrere dicuntur, qui magna multitudine ac pompa ad solemne aliquod sacrum ex ordine procedunt, ac prætipe qui funera comitantur. *Sueton.* *Claud.* 1. Exercitus honorarium ei tumulū excolavit, circa quem deinceps statio die quinta annis miles decurreret Galliarumqæ civitates publice supplicant. *Virg.* 11. *En.* 188. Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis, Decurrere rogos: ter mæstum funeralis i-

gnem Lustrare in equis. *Tac.* 2. *Ann.* 7. Restituit aram, honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit. Adde *Stat.* 6. *Theb.* 213. et *Lucan.* 8. 735.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. — a) Eadem significacione, quæ dictum est superiorius sub I. 1., sed metaphorice sumpta: ad rem *Justin.* 19. 1. 2. Per vestigia paternæ virtutis decurrentes — successerunt. Occurrit — 1.<sup>o</sup>) Neutreron more. *Lucret.* 4. 705. Refrigescit enim cunctando plaga per auras: Nec cœlida ad sensum decurrunt, nuncia rerum. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 15. (72). Sed mox plura de hoc, quum membratin historia decurret. *Liv.* 38. 8. Sententie eo decurrunt. — Et passive impersonaliter. *Id.* 31. 20. Decurribatur tamen eo, ut ovans urbem iniret. h. e. in eam sententiam devenerit etc. Sic *Tac.* 3. *Ann.* 59. Eu decursus est, ut ponitris maximis sententiam opparentur. Rursus *Liv.* 26. 18. Quum alii nominarent, postremum eo decursus est, ut populus — comitia haberet. *Inscript.* apud *Orell.* 4395. DECVRARIT POSSESSIO PER GENVS. — 2.<sup>o</sup>) Active usurpatus præcipue de vita. *Plaut.* *Merc.* 3. 2. 4. Decurso in spatio, breve quod vitæ reliquum est. *Id.* *Stich.* 1. 2. 14. Decurso etatis spatio. *Ter.* *Aediph.* 5. 4. 5. Ego vitam duram, quam vix usque adhuc, prope jam decurso spatio mitto. *Priscian.* Ita legit: al. *excuso.* *Lucret.* 3. 1055. Ipse Epicurus obit, decurso lumine vitæ. *Propert.* 2. 12. 41. et *Phœdr.* 3. 20. Decurrere vitam. *Cic.* *Quinct.* 31. 99. Etas prope iam acta et decursa. Similiter *Virg.* 2. *G.* 30. Decurrere inceptum labore. h. e. persecui. — b) De oratione præcipue ponitur pro tractare, narrare. — 1.<sup>o</sup>) Neutreron more. *Quintil.* 6. 1. 2. In peroratione decurrentum per capita. *Id.* 10. 3. 17. Decurrere per materiam stilo quam velocissimo. Adde *eundem.* 5. 8. 2. — 2.<sup>o</sup>) Active. *Cic.* 1. *Orat.* 32. 148. Ista, quæ abs te breviter de arte decursa sunt, audire cuipimus. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 149. equos pugnasse virum decurrere versu. *Auct.* *Paneg.* ad *Fison.* 198. Non mea tot laudes decurrere carmina possunt. — c) Apud Rhetores decurrere dicuntur, quæ fusa sunt, atque ordine nulloque impedimento ad finem decurrent. *Quintil.* 11. 1. 6. Circuitus contexto nitore decurrentes. h. e. periodi fusa ac volubiles. *Id.* *ibid.* 3. 84. Brachii moderata projectio continuos et derurrentes locos maxime decet. h. e. ubi oratio decurrit. *Id.* 9. 4. 55. Versus semper similis sibi est, et una ratione decurrit. ¶ 2. Speciatim decurrere ad aliquid usurpatu pro configere. *Cic.* *Urcin.* 33. 65. Decurrere ad hortationem. *Horat.* 3. *Od.* 29. 53. ad preces. quod *Virg.* dixit 5. *En.* 782. Desendere in preces. *Ovid.* 2. *Art. am.* 99. Decurrere ad artes Harmonicas. *Cels.* 6. 18. n. 13. Decurrentum est ad meditationem. *Plin.* 10. *Ep.* 97. ad fin. Ad te consuletur decurri. *Justin.* 16. 3. 6. Decurrere ad oraculum. *Id.* 14. 2. 6. ad Alexandri Magni exercitum. Adde *Quintil.* *Declam.* 377. ¶ 3. Item speciatim decurro est ad finem usque percurro, adeoque currere desino. *Petron.* *frugm.* *Tragur.* 64. *Burmann.* Jam quadriga meæ decurrerunt, ex quo podagræ fatus sum. ¶ 4. Hinc active est abjicere, depondere. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 13. 1. Cetera porro, quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, et scatæ jani sunt decursa, et consuetudine atque auctoritate tua —, si qua restabant, confido celeriter sublatum iri. *Orellius* vero, et quidem rectius, legit decussa.

DECURSIO, ônis, f. 3. actus decurrenti, h. e. deorsum currendi. ¶ 1. Generatim. *Arnob.* 2. 59. Aqua natura res labilis, et ad fluorem semper decursionemque tam prona. *Igeget.* 1. *Feter.* 27. 3. *Schneid.* Post decursionem sanguinis cretam impones. ¶ 2. Speciatim pro incursione hostili et loco superiore. *Brutus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 14. 4. Ut Alpibus se teneat, et decursionibus per equites vastet ea loca, in quæ incurrit. *Auct. B. Alex.* 42. Castella loris editis positæ, quorum opportunitas castellanos impellebat ad decursions faciliendas. Adde *Auct. B. G.* 8. 22. ¶ 3. Item speciatim pro exercitatione militari, de qua in DECURRO 1. 2. dietum est. *Sueton.* *Ter.* 7. Indicta decursione prætorianis, scutum ut manu prestulit. *Id.* *Gall.* 6. Campestris decursionem scuto moderatur. Adde *eundem.* *Cat.* 18. Legitur etiam in numis Neronis et Hadriani apud *Eckhel.* D. N. V. T. 6. p. 271. et 503. Porro a *Vetus.* 1. *Milit.* 27. 3. *ibid.* 4. et alibi campi curso dicuntur. Cf. et *Liv.* 25. 17.

DECURSITO, as, are, n. 1. Decursitanti legitur

apud *Apul.* de deo Socrat. p. 116. *Elmenh.* et p. 170. *Oudend.*; qui tamen, pro bac falsa lectione, meliori recipit, scil. detrectant.

DECURSORIUS, a, um, adjct. idem ac cursorius, qui ad cursum pertinet. *Innocent.* rei agrar. p. 223. *Goes.* Termini decursori.

DECURSUS, a, um. V. DECURRO.

DECURSUS, us, m. 4. actus decurrenti, decursio (It. scorrimento all'inguì; Fr. action de descendre en courant, course descendant; Hisp. el acto de descender corriendo, carrera descendiente; Germ. das Ab-, Herablaufen, Herabsturz; Angl. a running down, descent, stream).

II.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu ac generatim, dicitur de iis, quæ ab alto aliquo loco deorsum feruntur. *Lucret.* 5. 944. montibus e magnis decursus aequali. Adde *eundem.* 1. 284. et 6. 610.; et *Orid.* 15. 286. *Virg.* 12. *En.* 523. decursu rapido de montibus altis Dant sonitum spinosi amnes. *Liv.* 1. 27. *extr.* Itaque, ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. *Petron.* *Satyr.* 138. Evasi tamen, omnibus digitis inter præcipitem decursus eruantatis. *Frontin.* 1. *Strateg.* 5. 6. Pondus in proras versum, decursum super catenam dedit navibus. — Huc pertinet et illud *Auct. B. Hisp.* 29. Cujus (planities) decursus antecedebat rivus, qui etc. ¶ 2. Latior sensu ac speciatione in re militari decursus est — a) Militaris exercitatio. *Liv.* 42. 52. Mota parumper acies (non justo decursu tamen) ne stetisse tantum in armis viderentur. Adde *eundem.* 44. 9. *Tac.* 2. *Ann.* 55. Exercitus equitum, decursibus cohortionis interesse. Adde *eundem.* 12. *ibid.* 55. et 3. *ibid.* 33.; et *Frontin.* 2. *Strateg.* 2. 2. — b) Item publica militum illustratio. *Gell.* 7. 3. sub fin. Sed non proinde ut in decursibus ludicris, aut simulacris præliorum voluntariis fieri videmus; non, inquam, distinet nimis nimis que compete ac modulate res acta est. Adde *Pers.* 6. 61. et V. DECURSIO 3. et DECURRO. ¶ 3. Item terminas, finis cursus. *Sueton.* *Ner.* 24. Excusus curru, ac rursus repositus, cum perdurare non posset, detinunt ante decursum.

III.) Impropie. *Cic.* 3. *Fam.* 2. *extr.* Si provinciam quam expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus in eam temporis. *Id.* 1. *Orat.* 1. 1. Si infinitus forensium rerum labor, et ambitionis occupatio decursu honorum, etiam statim flexu constitisset. h. e. postquam honores decurri. *Quintil.* 9. 4. 115. Versum facientes totum illum decursum, non sex, vel quinque partes, ex quibus constat versus, aspiciunt. *Tertull.* *Anim.* 28. Moyes decursus generis humani ab exordio mundi quoque per singulas nativitates nominatim temporatimque digessit.

DECURTANS, antis. V. DECURTO.

DECURTATIO, ônis, f. 3. curtandi, seu mutilandi actus. *Mar.* *Victorin.* p. 2511. *Falsch.* At in ultima psicus ob decurbationem, ut Græci dixerunt, caude, id est extrema partis etc. V. MIURUS.

DECURTATUS, a, um. V. voc. seq.

DECURTO, as, ôni, ônum, are, a. 1. (de et corto). Part. *Decurtans* I. et *Decurtatus* I. et II. — Decurture est idem sere quod curtare, mutilare.

1.) Proprie. *Arnob.* 5. 11. Peniculamenta decurta cantheriorum. h. e. setas evellens, vel abscedens e cantheriorum caudis, quæ penes vocantur. *Seneca* 3. *Ira* 17. Amicum suum undique decursum, cum aures illi pasumque absclidisset, in eavea diu patit. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 21. (53). Decurtae radices.

II.) Improphe de oratione. *Cic.* *Orat.* 53. 178. Mutila sentit quedam, et quasi decurta.

DECURVATUS, a, um, adjct. idem quod curvatus. *Non.* p. 80. 20. *Merc.* Bura dicitur pars aratri posterior decurvata.

DUCES, ôris, n. 3. (decet) quod quamque rem decet, atque adest exornat, ornamenti, dignitas, decor, honestas, pulcritudo (It. ornamento, lustro, decoro; Fr. ornement, parure, éclat, gloire, dignité; Hisp. ornamento, adornó, esplendor, gloria; Germ. d. Schmuck, Zierde, Herrlichkeit, Würde, Ansehen; Angl. an ornament, grace, beauty, credit, honour, commendation). Occurrit autem A) De externa huminum rerum specie, et B) De interior renum natura.

A) De externa rerum specie usurpatur — a) De hominibus, qui decus afferunt. *Catull.* 64. 78. Ele-

etos juvenes, et decus innuptarum. h. e. pueras decoras. *Virg.* 2. *G.* 40. O decus, o fanae merito pars maxima nostra. *Horat.* 1. *Od.* 1. 2. de *Mæcenate*. O et præsidium, et dulce decus meum. Adde *eund.* 2. *ibid.* 17. 4. et 3. *ibid.* 16. 20. *Cic.* *Cæcina*. 10. 28. Senator, decus judiciorum. *Id.* 2. *Phil.* 22. 54. Pompejus, qui imperii populi R. decus ac lumen fuit. *Val.* *Flacc.* 8. 37. de *Medea*. O decus in nostros magnum ventura penates. Adde *Curt.* 6. 1. 8. et 5. 8. 16. *Plin.* *Paneg.* 23. Decora ordinis equestris. *Tac.* 2. *Hist.* 81. E *Judaico* exercitu lecta decora. h. e. corpora. — *Capuli* decus dicitur per convicium homo morti vicinus, capularis, apud *Plaut.* *Ast.* 5. 2. 42. — b) de rebus. *Cic.* 6. *Verr.* 44. 97. Hostium spolia, monumenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum etc. *Virg.* 2. *En.* 448. Auratasque trabes veterum decora alta parentum. *Seneca* *Thys.* 701. Regium capiti decus bis terque lapsam est. h. e. diadema. *Virg.* 4. *En.* 150. tantum egregio decus enitet ore. h. e. pulcritudo ac majestas. *Stat.* 1. *Achill.* 290. Eximium formæ decus. *Claudian.* *Cons.* *Prob.* et *Olybr.* 51. Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis. Efluxere decus. h. e. aurum. *Cic.* *Brut.* 15. 59. Ut hominis decus ingenium, sic ingeni ipsius lumen eloquentia est. *Id.* 1. *Nat.* D. 4. 7. Magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis, res tam graves tamque præclaras (h. e. philosophiam) Latinis etiam litteris contineri. *Liv.* 38. 58. Orationem habuit plenam veris decoribus. h. e. laudibus. *Tac.* *Germ.* 11. Decus belli. Adde *Liv.* 1. 34.; *Virg.* 4. *En.* 150.; *Horat.* *carm.* sec. 48.; *Sall.* *Cat.* 20. et *Jug.* 72.; *Ovid.* 9. *Met.* 690.; et *Vellej.* 1. 13. 5. et 1. 17. 3. Rursus *Cic.* 1. *Fin.* 10. 36. Decus honestatis. *Id.* *Brut.* 97. 331. Decus omne virtutis. *Id.* 10. *Fam.* 12. extr. Verum decus in virtute positum est. — Porro hac significatio occurrit etiam dicendi ratio decori est, ut apud *Lucret.* 2. 641. Ac virtute velint patriam defendere terram, Præsidioque parent decorique parentibus esse. *Virg.* 7. *Ecl.* 32. Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ. *Sall.* *Jug.* 73. Imperatori nobilitas, que antea decori fuerat, inuidiae esse.

B) De interiori rerum natura usurpatur tantum morali ratione de ipsa morali dignitate seu virtute. *Cic.* 2. *Fin.* 11. 35. In decore toto, id est in honestate. *Id.* 2. *ibid.* 14. 44. Epicureos nisi arguimus, omnibus virtus. omne decus, omnis vera laus deserenda est. *Id.* *ibid.* 17. 56. Decus et honestas. *Id.* 1. *Off.* 5. 17. Honestatem et decus conservare. *Id.* *ibid.* 34. 124. Civitatis dignitatem et decus sustinere. *Id.* 1. *Orat.* 45. 199. Non solum ad usum forensen, sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis. Adde *eund.* 1. *Legg.* 21. 55. et 5. *Tusc.* 21. 55.

**Homonym.** C. *Fronto de differ.* verbor. p. 2191. *Putsch.* discrimen tradit inter decorem et decus, quod ille sit formæ, hoc honoris. Sed ex locis utrumque allatis satis patet, etiam promiscue usurpari.

**DÉCUS**, i, m. 2. apud varios Auctores de *Limib.* p. 231., 243. et 265. Goesii est figura decussis. Sed vox est Latine scribenti fugienda. *V.* **DECUSSIS**.

**DÉCUSSATIM**, adverb. in modum decussis, hoc est linea transversim sectæ. *V.* **DECUSSIS**. *Virtruv.* 1. 6. 7. *Schneid.* Circino decussatum describendum, et per decussationem et medium centrum linea perducenda ad extremum. et paullo post. Decussatum linea ad extrebas circinationes perducendæ. *Colum.* 12. *R. R.* 56. 1. *Schneid.* Rapum decussatum ferramento lunato incidito. *Capell.* 1. p. 21. Huic (virgini) rosis decussatum vinculatis serrata contextio. *V.* **REDIMICULUM**.

**DÉCUSSATI**, ônis, f. 3. actus decussandi, et locus ubi duas lineæ decussatum secantur. *Virtruv.* 1. 6. 7. *Schneid.*, cuius verba *V.* in voce precedet. *Id.* 10. 6. 2. Facienda decussationes, et in decussationibus finita puncta. Adde *eund.* *ibid.* § 3.

**DÉCUSSATUS**, a, um. *V.* **DECUS**.

**DÉCUSSIO**, ônis, f. 3. actus decutendi, projectio, abiecio. *Tertull.* *Cult. femin.* 9. Vobis curanda est amputatio et decus redundantioris nitoris.

**DÉCUSSIS**, is, m. 3. (decem et as, assis). De alia forma. *V.* **DECUS**, i, loco suo. — Decussis *V.* 1. Est denarius numerus, ðexas; quia nota X tum numerum, tum numerum significat. *Virtruv.* 3. 1. 5. *Schneid.* Ex singularibus rebus, que poydæc dieuntur, perficitur decussis. *V.* et voc. seq. *V.* 2. Item conformatio duarum linearum in modum litteræ X,

vel χ, decussatio. *Virtruv.* 10. 6. 2. *Schneid.* Regula figuratur in primo decussis punto. *Plin.* 18. *Hist.* nat. 33. 77. (331). Ducantur aliae duæ lineæ in decusses obliquæ. *Sicul.* *Flacc.* de condit. agr. p. 8. *Goes.* In versuris quæ (arbores) notatae sunt, aut decusses in eis inveniuntur, aut gammæ, ut manifestum sit, versus suis signis observari debere. *V.* 3. Item numerus, qui decem asses velebat, denarius insignitus littera X. Quam litteram si in duas partes dividat, superior pars erit V, quæ nota est numeri quinarii. *Varro* 5. L. L. 170. *Müll.* In denario numero hoc mutat: quod primum est, ab decem assibus decussis. Adde *Lucilium* apud *eund.* 9. *ibid.* 81. *Stat.* 4. *Sitw.* 9. 9. Liber mihi constitut decussi. *Festus* p. 234. 19. *Müll.* Lege Tarpeja cautum est, ut bos centussibus, ovis decussibus astinaretur. *V.* **CENTUSSIS**.

**DECUSSISSEXIS**, n. indeclin. numerus sextusdecinus. *Virtruv.* 3. 1. 8. *Schneid.* Quoniam animadverterunt utrosque numeros esse perfectos, et sex et decem, utrosque in unum coniecerunt, et fecerunt perfectissimum decussisse.

**DÉCUSSO**, as, ñvi, åtum, are, a. 1. Part. *Decussans* et *Decussatus*. — Decussare est ad decussis figuram redigere, hoc est, res aliquas ex ordine colligare, ut inter se litteræ Græcæ χ, aut Latinæ X, speciem præbeant. *Cic.* *Tim.* 7. a med. Hanc conjunctionem duplicum in longitudinem diffidit, mediæque accommodans medium quasi decussavit. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 8. Quorum singula (brachia) spectent decussati jugi partes. *Id.* 4. *ibid.* 27. 6. Decussare jugum in stellam. *Id.* 3. *ibid.* 13. 12. In speciem Græcæ litteræ decussare. *Capell.* 1. p. 14. Oblique decussati poli. *Id.* 8. p. 277. Qui (coturi) alium ab ortu circumulum decussantes in quatuor quadras mundi ambitum divisorunt. Adde *eund.* 2. p. 45. *Sicul.* *Flacc.* p. 5. *Goes.* Decussata petra. h. e. decusse signatae.

**DECUSSUS**, a, um. *V.* **DECUTIO**.

**DECUSSUS**, us, m. 4. decutiendi actus. *Plin.* 11. *Hist.* nat. 37. 62. (163). Aliqui tum scribunt deciderem eum, rursusque recræscere facilem decussu. Nisi malis esse supinum verbi decutio.

**DÉCUTIO**, cūtis, cūssi, cūssum, cūtere, a. 3. (de et quatio). Part. *Decutiens* et *Decussus* I. — Decutio est deorsum quatio, quatiendo dicicio, deturbo (It. scutere, gettar qiii sbattendo; Fr. secouer, abatre en secouant, en frappant; Hisp. sacudir, golpear, abatir golpeando; Germ. abschütteln, von sich wegshütteln, abwerfen, vertreiben; Angl. to shake down, strike or shake off, beat down).

I.) Proprie. — a) De plantis earuine fructibus, et de similibus. *Liv.* 1. 54. Summa papaverum capita dicunt baculo decussisse. *Ovid.* 2. *Fast.* 707. Decussa lilia. *Propert.* 3. 11. 27. Decussa cydonia ramo. *Plin.* 15. *Hist.* nat. 3. 3. (11). Perticis decutere olivas. *Id.* 18. *ibid.* 7. 14. (73). Spicis decussum hordeum. *Id.* *ibid.* 6. 8. (45). Ramii baculo decussi. *Virg.* 4. G. 11. aut errans bucula campo Decutiat rorem et surgentes alterat herbas. *Plin.* 25. *Hist.* nat. 5. 19. (42), et 34. *ibid.* 15. 45. (152). Decutiens gladio rubiginem a cuspide. *Propert.* 4. 1. 141. Decutere unicum mento. *Val.* *Max.* 1. 4. 2. Janua egressus ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur. *Plin.* 10. *Hist.* nat. 33. 50. (97). Sagittis decutere nidos avium. — Apud *Ovid.* 5. *Met.* 104. Decutit ense caput. al. leg. Demetit. — b) De iis, quæ fulmine, aut belloris tormentis dejiciuntur, deturbantur. *Liv.* 28. 23. In æde fulmine icta decussaque. *Id.* 25. 7. Turres decussæ fulminibus. *Id.* 33. 17. Ariete decussi ruerbant muri. Adde *eund.* 44. 8. et *Cl.* *Plin.* 11. *Hist.* nat. 37. 62. (163), cuius verba *V.* in **DECUS**, us, *Auct.* B. *Afr.* 50. extr. Collein, decussu Labieni præsidio, occupaverunt. — c) De iis, quæ ab alto loco deorsum præcipites aguntur. *Val.* *Max.* 1. 4. 2. Gracchus decussus Capitolio. — d) Denique et de pecunia, quæ er arca extrahitur. *Plaut.* *Epid.* 2. 3. 4. Et oculso armario decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.

II.) Impropræ. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 13. 1. Cetera et ætate jam sunt decussa. *Orell.* sic legit; ali. decussa.

**DÉDAMNO**, as, ñvi, åtum, are, a. 1. *Tertull.* *Pudic.* 43. Qui non dedecoris tantum, sed et sceleris manifestum dedamnaverit. h. e. a damnatione extermit, absolverit.

**DÉDÉCENS**, entis. *V.* voc. seq.

**DÉDÉCET**, cebat, cùt, cere, impers. 2. (de et decet) minime decet, indecorum est; præpositio enim

de negativa est, ut docet *Cic.* *Orat.* 22. 74. (It. disconvenire, essere indecente; Fr. il ne convient pas, il ne sied pas, il est malvivant; Hisp. no conviene; Germ. es schikt, ziemt sich nicht; Engl. it misbecomes, or does not become). Usurpatur *V.* 1. Stricto sensu, et quidem — a) Cum Nominativo rei et Accusativo personæ. *Horat.* 1. *Od.* 38. 7. neque te ministerum Dedece myrtus. *Ovid.* *Remed.* am. 409. raræ sibi vera fatentur: Et nihil est, quod se dedecuisse patent. *Id.* 6. *Met.* 689. Admovique preces; quorum me dedecet usus. — In plurali numero. *Ovid.* 3. *Amor.* 15. 4. Nec me delicia dedecere meæ. *Id.* 1. *ibid.* 7. 12. Nec dominam motæ dedecere comæ. — b) Cum Nominativo rei tantum. *Quintil.* 11. 3. 104. Ubi vox vel inter dentes expressa non dedecet. — Huc referri potest et illud *Cic.* 1. *Off.* 41. 146. Ut si quid dedecet iu alias, vitenus et ipsi. — c) Cum Accusativo personæ et Insipito. *Cic.* 4. *Tusc.* 25. 55. Oratorem irasci minime decet, simulare non dedecet. *Horat.* 2. *Od.* 12. 17. Quam (*Lycymnian*) nec ferre pedem dedecuit choris, Nec certare joco. *Ovid.* *He-roïd.* 9. 66. Nec te Mæonia — Incingi zona dedecuisse putas? — d) Cum Infinito tantum. *Quintil.* 11. 3. 124. Togam removeri non dedecet. *Id.* *ibid.* § 170. Extremam oram (*sinus*) rejecisse non dedecet: — e) Absolute omnino. *Cic.* 1. *Orat.* 29. 132. Quæ quibus a natura minorata sunt, tamen illud assequi possunt, ut iis, quæ habeant, modice et scienter utantur, et ut ne dedebeat. *V.* 2. Laiori sensu ponitur pro de honestare. — a) Impers. *Tac.* 2. *Ann.* 43. Druso Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur. — b) In primis personis. *Stat.* 10. *Theb.* 340. Si non dedecui tua jussa, 'ulique prementem. h. e. si monitus tuos non indecenter cueci, sive non de honestavi. *Lactant.* *Scholiast.*

**DÉDÉCOR**, ôris, adject. comi. gen. indecoris, infamis, vilis, inglorius. *Sali.* *fragm.* apud *Putsch.* p. 699. *Putsch.* Dedecores, inultius per terga at testibus cædebantur. *Stat.* 11. *Theb.* 760. Dedecores amplexi vitam, redditusque pudendos. *Auson.* *Epist.* 9. 5. Quæ viridis muscus, quæ dedecor alga recondit.

**DÉDÉCORAMENTUM**, i, n. 2. idem quod dedecus. *V.* **INHONESTAMENTUM**.

**DÉDÉCORATIO**, ônis, f. 3. *Tertull.* *Anim.* 34. Postrema dedecratio. *Id.* *Cor.* *Mit.* 14. Turpitudo et dedecratio.

**DÉDÉCORATOR**, ôris, m. 3. *Tertull.* *Apolog.* 14. Dedeceptor decorum.

**DÉDÉCORATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉDÉCÓRÓ**, ônis, f. 3. (de et decoro). Part. *Dedeclarans* sub b.; *Dedeclaratus* sub a et b. — Dedeclarare est dedecore afficere; et occurrit — a) Cum Accusat. personæ aut rei, et Ablat. *Plaut.* *Trin.* 2. 2. 23. Dedeclarare se moribus turbidis. *Id.* *Bacch.* 3. 3. 95. se flagitiis. *Sall.* *Jug.* 90. Ubi se flagitiis dedecoravere turpissimi viri. Sic *Sueton.* *Ner.* 36. Dedeclaratus flagitiis omnibus. *Propert.* 3. 21. 35. Cornua nec valuit curvare in pellice *Junc.* Aut faciem turpi dedecorare bove. Adde *Tertull.* *Spectac.* 30. — b) Absolute, h. e. sine Ablative. *Ter.* *Hect.* 2. 1. 12. An quidquam pro istis factis dignum te dici potest? Quæ me et te et familiam immem dedecoras, filio luctum parias. *Cic.* 3. *Off.* 2. 6. Dedeclarant et urbis auctoritatem et magistrum. *Horat.* 4. *Od.* 4. 36. Dedeclarant bene nata culpa. *Id.* *leg.* indecorant. Adde *Cod.* *Theod.* 6. 14. 2.

**DÉDÉCÓRÓSE**, adverb. turpiter. *Aurel.* *Vict.* 5. de *Ner.* ad fin. Dedeclarose vixi, turpius premebam. *Vetus Scholiast.* ad *Horat.* 1. *Sat.* 3. 45. Malis, h. e. dedecoro.

**DÉDÉCÓRÓSUS**, a, um, adject. Comp. *Dedeclarosior*. — Dedeclarosus est dedecorus, turpis. *Aurel.* *Vict.* *Epit.* 39. *extrem.* de *Dioclet.* Suspectans necem dedecoras, venenum dicitur hausisse. *Hieronym.* in *Isajam* 16. 58. 10. Quodque his dedecoris est muliercularum precibus. *Firmic.* 3. *Mathes.* 8. n. 5. Dedeclarosa valetudine. Adde *Cod.* *Theod.* 16. 5. 13.

**DÉDÉCÓRUS**, a, um, adject. qui dedecori est, qui dedecus parit, infamis. *Plaut.* *Bacch.* 5. 2. 73. Age jam id, ut ut est, tametsi est dedecorum, patiar. *Tac.* 3. *Ann.* 32. Sex. Pompejus M. Lepidum, ut socordem, inopem, et majoribus suis dedecorum, incusat. *Id.* 12. *ibid.* 47. Compede, quod dedecorum barbaris, trabebatur.

**DÉDÉCUS**, ôris, n. 3. (de et decus) id omne quod dedecet, turpitude, infamia, probrumi, ignominia (It.

disonore, infamia, vituperio, vergogna; Fr. déshonneur, honte, ignominie, infamie; Hisp. desonor, verguenza, ignominia, afrenta; Germ. d. Entwürdigung, Schande; Engl. disgrace, dishonour, shame, infamy). Occurrit. *a)* De externo, et *b)* De interno dedecore.

*a)* De externo dedeore usurpatur. ¶ 1. Generatim ac stricto sensu; et quidem — *a)* Absolute; vel similis *cum probro, infamia, damno, et similibus*. Cato apud *Gell.* 3. 10. Injuries, plagas, verbera, — per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus, te facere ausum esse? Sic *Sall. Cat.* 20. Nonne emori per virtutem praestat, quam vitam miseram — per dedecus amittere? *Cic. Rosc. Am.* 24. 68. Sumptus effusi cum probro atque dedecore. *Id. Cuent.* 21. 62. Tum vero illa judicia senatoria — verā atque insigni turpitudine notata, atque operta dedecore et infamia, etc. Cf. *eund.* 1. *Cat.* 6. 13. Quod privatuum rerum dedecus non hæret infamiae? V. *Klotz* ad h. l. *Id.* 1. *Fin.* 14. 47. Tum in morbos graves, tum in damnata, tum in dedecore incurunt. *Id.* 2. *Divinat.* 9. 22. Cum ignominia et dedecore perire. *Id. Mur.* 5. 12. Aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. *Id. Brut.* 34. 130. Dedecus generi vestro. *Virg.* 10. *En.* 681. An sese nucrone ob tantum dedecus amens induat. *Id. 1t. ibid.* 789. Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis. *Sit. It.* 13. 99. Dedecus manu defendere. — *b)* Sæpe occurrit dictio dedecori est, etiam cum altero Dativo. *Ter. Heaut.* 2. 3. 93. An ea quoque dicetur hujus, si una hæc dedecori est parum? *Cic. 1. Off.* 39. 139. Amplius domus dedecori domino saepe fit, si est in ea solitudo. *Id. 8. Att.* 11. Dedecori esse studiis ac litteris. *Id. 4. Herenn.* 35. 47. Ne iste sua turpitudine ordini honestissimo macula atque dedecori sit. *Plin. Paneg.* 82. Dedecori multis fuit. — *c)* Cum Genitivo. *Justin.* 4. 5. 12. Nicias vero — cladem suorum autem dedecore captivitatis. ¶ 2. Speciatim ac latiori sensu dedecus dicitur res aut persona, quæ dedecori est. Sic *Phœdr.* 1. 21. 11. asinum naturæ dedecus appellat. Sic *Ovid. 11. Met.* 183. de *Nida*, cui asini aures erant. Viderat hoc famulus: qui, quum nec prodere visum Dedecus auderet, etc. Cf. *Plin. Paneg.* 81.

B) Quod ad interna hominis attinet, dedecus moralis sensu — *a)* Est turpis actus, vitium, flagitium, malum: ut doceat *Cic. 1. Legg.* 21. 55. Decus, quod antiqui summum bonum dixerant — itemque dedecus illi summum malum. *Id. 2. Tusc.* 5. 14. Quid enim minus est dignum, quam tibi pejus quidquam videri dedecore, flagitio, turpitudine? quæ ut effugias, quis est non modo recusandus, sed non ultra appetendus, subeundus, excipiendus dolor? *Id. 3. Virg.* 11. 31. Nullo dedecore se abstineret. *Id. 2. ibid.* 17. 51. Admittere dedecus. Adde *Cæs.* 4. *B. G.* 25. et 3. *B. C.* 64. *extr.*; *Horat.* 3. *Od.* 6. 32.; et *Sueton. Cal.* 48. et *Aug.* 65. *Ovid. 2. Met.* 472. fieretque injuria partu. Nota: Jovisque mei testatum dedecus esset. — *b)* Interdum et res infeliciter gestæ hoc nonnihil appellantur. *Liv.* 3. 51. Sicci cades decemviris, et Appiana libido, et dedecora militia objiciebantur.

**DEDICATI<sup>O</sup>**, ònis, f. 3. actus dedicandi. *Cic. Dom.* 39. 108. Nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitione dedicatio deterret. *Liv.* 2. 27. Populus dedicationem ædis dat M. Lætorio. *Id.* 5. 31. Celebrare dedicationem. *Plin. 7. Hist. nat.* 49. (158). Dedicatio theatri. Cf. *Sueton. Claud.* 21. *Trajanus ad Plin.* 10. *Ep.* 50. Solum peregrinæ civitatis caput non est dedicationis, que fit jure nostro. *Inscript.* opud *Gruter.* 100. 5. OR DEDICATIONEM HONORARIAM VICANIS EPIVLVM POPVLO CRVSTVLVM ET MVLSTM DEDIT.

**DEDICAT<sup>I</sup>V**E, adverb. affirmando. *Marc. Capell.* 4. p. 128. Et dedicative, et abdicative concludi potest.

**DEDICAT<sup>I</sup>VUS**, a, um, adjec. idem quod affirmatus, ut dedicativa propositio, cui opponitur abdicativa. *Apul.* 3. *Dogn. Plat.* sæpiissime, et *Capella* 4. p. 95. et 121.

**DEDICATOR**, òris, m. 3. qui dicat. *Tertull. Apolog.* 5. de *Nerone*. Tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriantur, h. e. inchoatore atque auspice. Adde *eund.* *Carn. Christ.* 17.

**DEDICAT<sup>I</sup>C**, a, uni. V. **DEDICO**.

**DEDICAT<sup>I</sup>US**, nomen, vel potius supinum. *Apul. Florid.* n. 18. Sermo dedicatu religiosus.

**DEDICO**, as, òvi, òtum, are, a. 1. (de et dico). Part. *Dedicatus* per timesim dividitur a *Lucilio* apud *Non.* p. 287. 28. *Merc.* cui sit data deque dicata. — Part. *Dedicans* II. 1.; *Dedicatus* et *Dedicaturus* I. *B.* 2.; *Dedicandus* I. *B.* 2. c. — Dedicare est dicendo deferre, dicendo dare, attribuere, ut *Pauli. Diaz.* p. 70. 2. *Hüll.* exponi.

1) Proprie usurpatur *A)* Generatim, et *B)* Speciatim.

*A)* Generatim est dicendo defero, seu loquor, enarratio, affirmo, assero. *Accius* apud *Non.* p. 280. 5. *Merc.* At vereor, quum te esse Alcæonis fratrem factis dedicat. *Cæcilius* apud *eund.* *ibid.* Legali, quo missi sunt, venient, dedicant mandata. h. e. annunciant. *Lucret.* 1. 366. Ergo quod unquam est æque, leviusque videtur, Nimurum plus esse sibi declarari inanis. At contra gravius, plus in se corporum esse Dedicat. *Id.* 3. 209. Hæc quoque res etiam naturam dedicat ejus. h. e. ostendit, confirmat. *Lambin.* legit deliquat, ceteris invitis Criticis. *Apul.* quoque 3. *Dogn.* *Plat.* sæpiissime dedicare pro affirmare usurpat (ut: Dedicat enim virtuti inesse bonitatem.). Hinc dedicaturus.

*B)* Speciatim est verbum, ut ajunt, technicum: sic ¶ 1. *Dedicare in censem vel in censu aliquid*, est in censendo dicere, proliteri quod in censu habetur. *P. Scipio Africanus* apud *Gell.* 7. 11. Tu in uno scorto majorem pecuniam absumpsti, quam quanti omne instrumentum fundi Sabini in censu dedicasti. *Cic. Flacc.* 32. 79. Prædia etiam in censu (*alleg.* in censum) dedicavisti: mitto quod aliena, quod possessa per viam, etc. V. *Klotz* ad h. l. Utroque loco est qui aliter legit. ¶ 2. Sæpe sumitur pro diis aliquid ad religionem addicere, tribuere, consecrare. Græce οὐδεὶς τινας τοι εἰσιν οὐδὲν οὐδὲν: quia is, cui dedicare contigerat, certa verborum formula, præcente pontifice maximo, utebatur, qua declarabat, se ei deo, vel homini inter deos relato, id religionis causa attribuere, quod dedicabat: qua de re multa *Brisson. de formulis* l. 1. Si quis itaque sumptibus suis opus aliquod publicum, seu templum, porticus, thermas, aliaque his similia, fecisset, idem plerumque ipse dedicabat, ut nempe Ponipejis Eumachia sacerdos publica, qua sua pecunia chalcidicum, cryptam et porticus fecerat, eadem ipsa dedicavit. V. *Inscript.* in V. *CHALCIDICUS*. Si vero opus aliquod publicum publicis impensis extruebatur, tunc ejus dedicandi jus nemini fuit, nisi cui populus concessisset, et Roma quidem lege curiatis comitiis latata: eratque res magni honoris, dedicatio; quia nomen ejus, qui dedicavisset, incisum tabula posteritati commendabatur. Quid vero differant *dedicare* et *consecrare* in CONSECRATIONE dictum est. Ceterum — a) *Dedicari* stricto sensu dicuntur *templum, ædes, porticus, et similia*. *Cic. Arch.* 8. 19. *Smyrnæi* delubrum Homeri (*alleg.* Homer) in oppido dedicaverunt. *Id. 1. Legg.* 1. 3. Romulus templum sibi dedicari in eo loco jussit. *Id. Dom.* 46. 121. Simulacrum aut aram dedicare. Sic *Liv.* 1. 21. et 5. 23.; et *Sueton. Claud.* 2. Aram dedicare. Rursus *Cic. 6. Virg.* 55. 123. Marcellus duo templi se Romæ dedicaturum vorerat. *Id. 3. Nat. D.* 5. 13. *Aeneas Castori* et *Polluci* in foro dedicata. *Liv.* 9. 46. Dedicare ædem Concordia. *Cic. 1. Legg.* 22. 59. Qui se ipse norit, aliquid sentiet se habere divinum, ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod, dedicatum putabit. — b) Latiori sensu *dedicari* dicuntur ipsa numina. *Cic. 2. Nat. D.* 23. 61. Fides et Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus. *Id. ibid.* 31. 79. Majorum institutis Mens, Fides, Virtus, Concordia consecrata et publice dedicata sunt. *Liv.* 5. 32. Juno dedicata. *Horat.* 1. *Od.* 31. 1. Quid dedicatum poscit Apollinem Yates? h. e. simulacrum Apollinis dedicatum. *Ovid. 6. Fast.* 637. Te quoque magna, Concordia, dedicat æde Livia. Adde *Jul. Vict. vir. illustr.* 16. *extr.* — c) Denique dedicari dicuntur etiam alia, quæ aliqui numini officiuntur. *Sueton. Aug.* 52. Apollini aureas cortinas dedicare. *Id. Fitell.* 10. Pugio Marti dedicandus. Adde *eund.* *Tit.* 2. ¶ 3. Dedicare locum aliquem privati juris est sacram facere, religione obligare. *Cic. Dom.* 46. 120. *Ædes* Cæpionis essent dedicate. — Sic *dedicare aliquid in sacrum* apud *Caj. Dig.* 44. 6. 3. est destinare, addicere, obligare. ¶ 4. *Dedicare aliquem* est sacram et deum facere apud *J. Trivv. prefat.* 2. Cum concilium celestium in sedibus immortalitatis eum (*C. Jul. Cæsarem*) dedicavisset.

1) Impropræ. ¶ 1. Jam inde ab Augusti ætate, *dedicare aliquid librum* usu venit pro inscribere, nuncupare, et veluti consecrare. *Phœdr.* 3. *prol.* 29. Librum exarabo tertium. *Æsop.* stilo, Honori et meritis dedicans illum tuis. *Plin. Hist. nat. prefat.* § 12. Lævioris operæ hoc tibi dedicavi libellos. *Quintil.* 4. *proem.* 1. Operis tibi dedicati. ¶ 2. Hinc universum est addicere. attribuere, consecrare, impendere. Sic *Dedicare urbem nomini ac memorie aliquid* apud *Curt.* 9. 3. 23., ubi de Alexandro condente oppidum et bucephali sui nomine appellante. — *Dedicare sub ascia*. V. *ASCIA*. — *Dedicare aliquid librī* est scriptis tradere et posteritati veluti consecrare. *Quintil.* 12. 10. 50. Quod librī dedicatur et in exemplum editur, tersum ac limatum esse oportere. — *Libros aliquid operi dedicare* est alieui rei tractandæ integros libros impendere. *Quintil.* 9. 3. 89. Adde *Sueton. Tib.* 70. ¶ 3. *Dedicare theatrum, scenam, bibliothecam, thermas, gymnasium, domum, pontem, patinam*, apud *Plin. 8. Hist. nat.* 17. 25. (65); *Plin. alt.* 1. *Ep.* 8.; et *Sueton. Aug.* 43., *Lev.* 19., *Ner.* 12. et 31., *Cal.* 32., *Fitell.* 13. etc. præter eam, quam diuinus, significationem, quæ revera bujusmodi res deo alicui sacrabuntur, valet etiam, illi uti incipere, encaniere, inchoare. — Sic in *Inscript.* apud *De Vita A. A. BB.* p. xxii. n. 17. *OPVS QUADRIGÆ DEDICARI CAVIT.* — Et *dedicare togam in funus filii* apud *Paul. Dig.* 13. 3. 19. est togæ nova in funus uti. ¶ 4. Hinc factum est, ut qui primus ageret aliquid, dedicari diceretur. *Tertull.* *Anim.* 19. Statim infans, ut vitam vagitu salutavit, hoc ipsum se testatur sensisse, quod natus est, omnes simili ibidem dedicans sensus, et laurem visu, et sono auditum, etc. *Hieronym. Ep.* 79. n. 2. de *Cornel. centar*. Qui primus ab Apostolis baptizatus salutem gentium dedicavit. — Hinc Part. præter. pass., cuius superius plura exempla retulimus.

*Dedicatus*, a, um, adjective quoque occurrit; unde Sup. *Dedicatissimus*, translate pro addicto, devoto. in *Inscript.* apud *Gruter.* 274. 5., que est apud *Oreil.* 1007. *GALLIENO CLEMENTISSIMO PRINCIPI ET SALONINAS SANCTISSIMAE AVGV. M. AVRELIVS VICTOR DEDICATISSIMVS NVITIM MAJESTATIQUE BVRVM.*

**DÉDIGNAT<sup>I</sup>ON**, ònis, f. 3. actus dedignandi. *Plin. Paneg.* 18. Inertia, et contumacia, et dedignatione parendi. *Quintil.* 1. 2. 31. Tacita dedignatio.

**DÉDIGNOR**, òris, òtum sun, ari, dep. 1. (de et dignor). Part. *Dedignans*, *Dedignatus* et *Dedignandus*. — *Dedignor* est indignum reputo, conterito: et occurrit — a) *Cum Accusativo*. *Virg.* 4. *En.* 536. Quos ego sim toties jam dedignata marios. *Ovid. 1. Pont.* 7. 33. Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est. Adde *eund.* *Heroid.* 16. 195. et 12. 83. *Curt.* 6. 11. 23. Qui Philippum dedignatur patrem. h. e. abdicat. *Plin. Paneg.* 63. *Dedignari honorem*. *Justin.* 43. 3. 2. connubia. *Sever. En.* 13. 538. nec dedignanda parenti *Carmina fuderunt Phœbo*. — b) *Cum Infinito*. *Ovid. 3. Amor.* 7. 73. Hanc etiam non est mea dedignata puella. Molliter admota sollicitare manu. *Tac.* 2. *Ann.* 34. Ut testis in causa quadam venire dedignaretur. Adde *eund.* 12. *ibid.* 37. et *Justin.* 7. 3. 8. — c) *Absolute*. *Tac.* 2. *Ann.* 2. Accendere dedignantes.

**DÉDISCO**, discis, didici, discere, a. 3. (de et disco). Part. *Dediscendus*. — *Dedisco* est quod didici obliviscor; et occurrit — a) *Cum Accusativo*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 55. Haud æquum facit, qui quod didicet, id dedicet. *Cic. 9. Fam.* 20. *Dediscendi* tibi sunt sportellæ. Adde *eund.* *Brut.* 46. 171. et *Cæs.* 3. *B. C.* 110. *Ovid. Rem. am.* 503. Intrat amor mentis usu, dedicatur usu. h. e. depositur. *Lucan.* 1. 130. longoque togæ tranquillior usu *Dedidicit* iam pace ducem. *Claudian. prefat.* 1. *Rapt. Pros.* 10. Cordaque languentem dedidicere metum. — b) *Cum Infinito*. *Cic. Brut.* 13. 51. Omneque illam salubritatem Attica dictiois et quasi sanitatem perderet, ac logui pæne dediseret. Adde *Ovid. 3. Trist.* 14. 46. et 5. *ibid.* 12. 57. *Id. Ovid. Remed. am.* 297. Tu mibi, qui, quod amas, ægre dediscis amare. — c) *Absolute*. *Seneca Troad.* 633. Dedicit animus sero, quod didicet diu. *Cic. 3. Orat.* 24. 93. *Juventus nostra* dedidiceret pæne discendo.

**DÉDIT<sup>I</sup>CIUS** vel deditius, a, um, atiect. qui se in alterius imperium deditit, a deditio, ut ait *Isid.* 9. *Orig.* 4. 49., ita nuncupatus. — Duplicitis vero generis fuerunt dediticii. — a) Alii nemppe peregrini, de quibus hæc *Cajus 1. Institut.* (edente it-

rum Goeschenio) § 14. Vocantur autem sic, qui quondam aduersus populum Romanum armis suscep- tis pugnaverunt, et deinde victi se dediderunt. Cic. f. Brut. 3. Id S. C. plerique interpretantur ad tuos sive captivos, sive deditios pertinere. Liv. 7. 31. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agrum, delubra dedū, divina humanaque omnia in vestram; Patres conscripti, populique Romani dicione deditim: quidquid deinde patiemur dediticii vestri passuri. Sall. Jug. 35. Si Jugurtha dediticus est, profecto jussis vestris obediens erit. Add. Cœs. 1. B. G. 44., 2. ibid. 17. et 2. ibid. 32.; Sueton. Aug. 15.; et Curt. 7. 11. 29. — b) De altero deditiorum genere ita *Cayus* ibid. § 13. Lege *Alia Sentia* cavelat, ut, qui servi a dominis pœna nomine vincit suat, quibusque stigmata inscripta sint, deve quibus ob noxam questio tormentis habita sit, et in ea noxa fuisse convicti sint, quique, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, traditi sint, inve ludum custodiāmque conjecti fuerint, et postea vel ab eodem domino vel ab alio manumissi, ejusdem condicōnis liberi fiant, cuius condicōnis sunt peregrini dediticii. et mox § 15. Hujus ergo turpitudinis servos quoquāmodo, et cujuscumque statis manumissos, et si pleno iure dominorum fuerint, nunquam aut cives Romanos, aut Latinos fieri dicemus, sed omnimodo deditiorum numero constitui intelligamus.

**DÉDITIM**, adverb. dedendo. Enumeratur inter Latina adverbia a *Diomed* 1. p. 402. Putsch. Alia in *im*, ut *gravatim*, *furtim*, *deditim*, *vicissim*. — At nullo confirmatur auctore.

**DÉDITIO**, ōris, f. 3. actus dedendi, traditio, subiectio. — a) Occurrit fere in re militari. Cœs. 1. B. G. 28. Reliquos omnes, obsidibus, armis, perfugis traditis, in deditōnem accepit. (De discriminē deditōnē in deditōnē et in fidē accipere V. Tschuchii notam ad *Eutrop.* p. 232.) Rursus Cœs. 1. B. G. 27. Legatos deditōne mittere. Id. 3. ibid. 21. Recipere in deditōnē. Id. 6. ibid. 3. Venire in deditōnē. Auct. B. Hisp. 20. et Sall. Jug. 28. Facere deditōnē oppidi. Liv. 24. 1. et Quintil. 3. 8. 23. Facere deditōnē ad hostem. Liv. 31. 18. hosti. Sall. Jug. 66. Impellere aliquem ad deditōnē. Tac. 11. Ann. 19. perlicere. Curt. 5. 1. 16. Deditio sui. Id. 7. 7. 38. Fama hostes in deditōnē subigere. Id. 7. 11. 27. Barbaros ad deditōnē trahere. Justin. 1. 6. Exercitum per deditōnē alicui tradere. Flor. 3. 7. 5. Alii deditōnē suam ad Pompejum absentem mitterent. h. e. Pompeji absenti signifirarent, fore, ut se ipsi dabant. Add. Cœs. 2. B. G. 33. et 3. ibid. 22.; Liv. 28. 22., 29. 38., 33. 37., 39. 2. et 40. 33.; Curt. 7. 6. 10. et 7. 7. 38.; Vellej. 2. 2. 1.; Sueton. Claud. 17.; Justin. 1. 17. 9., 12. 9. 2., 12. 6. 18. et alibi sēpe; et Tac. 11. Ann. 19. — Formula deditōnis apud prisos Latinos, habet apud Liv. 1. 38. et 7. 31. ritum vero et rationē apud Cœs. 3. B. C. 98. et Vellej. 2. 106. et 114. — b) Extra rem militarem usurpatur in *Fragm. legis Thorac.* apud G. uter. 202. lin. 23. (VOL AB EO HEREDITIIS EIS IS AGER, LOCVS TESTAMENTO, HEREDITATI DEDITONIIS OBVENIT, OBVENERAT etc.)

**DÉDITOR**, ōris, m. 3. qui se ipsum dedit. *Tertull.* de orat. 11. Nos Dominum adoramus, non deditimus, imo et adversari debenūs deditoris exemplo.

**DÉDITUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉDO**, dis, didi, ditum, dñe, dñe, a. 3. (de et do). *Dedier* paragoge *In*siniti passivi pro *dedi* occurrit apud Liv. 1. 52. in veteri formula. — Part. *Dedens* l. 2.; *Deditus* in omnibus paragr. et in fin.; *Deditus* et *Dedendus* l. 2. — *Dedo* est idem quod do, trado, addico: de autem augendi vim habet, ut significet totum et omnino dare. Hinc *Paul. Diac.* p. 70. 5. *Müll.* dedita exponit vulde data (It. dare; Fr. donner, livrer, abandonner, remettre; Hisp. dar, librar, entregar; Germ. etwas von sich geben, hinweggeben, daher etwas *Indem* übergeben, überlassen; Angl. to give, give up, submit).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — a) Absolue. *Vetus Poeta* apud Cic. Cat. 16. 37. Dede ac disisce, per me liecbit: si egebis, tibi dolebit. h. e. largire, profunde, dissipare. *Ahi leg.* Dide ac dissice. — b) Cum addito Dativo. *Plaut. Most.* 2. 2. 67. Hic habito: hæc mihi dedita est habitatio. *Zuc.* et 4. 993. *Cervus fugæ deditus.* *Catull.* 64. 370. Dede re nuptam marito. Id. 61. 56. de *Hymenæo*. Tu se juveni in manus Floridam ipse puellulan. Matri-

e gremio sua Dodis. Rursus *Plaut. Asin.* 3. 3. 18. Dedere aliquem morti. Sic *Lucret.* 6. 1233. jacent corpora, paupertate et morbo jam dedita morti. *Plaut. Abul.* 1. 4. 20. Dedere aliquem cruci. *Firg.* 4. G. 90. neci. Cic. *Mil.* 1. 2. telis militum. Id. post reddit. ad *Quir.* 5. 13. aliquem constrictum hostibus. Id. 1. *Orat.* 40. 181. Quum eum pater patratus Numantinis dedidisset. *Horat.* 3. *Od.* 27. 46. mihi irata infamem juvencum. *Seneca Ep.* 104. et *Colum.* 1. *R. R.* præfut. sub init. aliquem noxæ. h. e. dare ad supplicium. — c) Cum Accus. et præpos. ad. Liv. 9. 4. Dedere aliquem ad necem. Id. 1. 5. alieni quempiam ad supplicium. Add. *Tac.* 1. *Ann.* 32. — d) Cum Accus. et præpos. in. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 36. et *Cws.* 7. B. G. 71. Dedere aliquem in cruciatum. *Ter. Indr.* 1. 2. 28. aliquem in pistrinum usque ad necem. ¶ 2. Speciatim in re militari, significat in potestatem et arbitrium alterius subiecte, tradere, ut quam vieti se dant victoribus. *Fetus formula* apud Liv. 1. 32. SI EGO INVICTE IMPIEQUISSILLUS HOMINES ILLASQUE RES DEDIDIM NEXIUS P. R. MIHI EXPOSCO. Cic. 3. Att. 20. Pindeniss e se mihi dederunt. Cœs. 5. B. G. 20. Pollicentur sese ei dediti. *Id.* 2. ibid. 28. Legatos ad Cæsarem misserunt, seque ei dederunt. Add. eund. 3. ibid. 27. et 7. ibid. 13., et 3. B. C. 99. — Et omissio Dativo. Cœs. 2. B. C. 22. Massilienses — sese uedere sine fraude constituent. — Liv. 27. 16. Iisidori fere deditus et ad Q. Fulvium consulem Hirpini et Lucani et Volentes — dederunt sese. — Rursus Cœs. 3. B. C. 15. extr. Dedere se atque oppidum Cesari. Id. ibid. 16. se suaque omnia. Sall. Jug. 39. Cirta dedita. Liv. fragm. l. 91. (edente Niebhuri) p. 91. Ut legati militenter ad dedendam urbem. *Plaut. Amph.* 1. 1. 103. Dedere se divinaque omnia in ditionem atque arbitratum hostium. Liv. 7. 31. populum, urbem, agros in alicujus dicionem. Id. 5. 27. in potestatem. — Hinc dediti sunt idem qui dediticii. Liv. 8. 13. Vultis crudeliter in deditos viatos que consulere. Curt. 5. 6. Nec in deditos gravius consultum. Tac. Agric. 16. Quum arroganter in deditos et ut sua quoque injuria ulti durius consulere. — Et absolute. Liv. 24. 35. Marcellus Helorum atque Herbessum, deditibus ipsis, recipit. Cf. Cic. 2. Invent. 39. 91. Fædere autem ab senatu improbat, et imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoque licet, qui porcam temuerit, dedit oportere. Curt. 3. 1. 6. Caduceatorem præmisit, qui denunciat, ni dederit, ipsos ultima esse passuros. — Ille figuratus dederit manus, h. e. dare, se victimam fateri. *Lucret.* 2. 1042. si tibi vera videntur, Dede manus.

II.) Translate. — a) Jam inde ab initio, ut probat Klotz ad Cic. Quinct. 30. 92. P. 1. pag. 587., dedi dicebantur servi, qui in dominorum potestatem veniebant, et in quos domini proprietatis jus habebant. Cic. Quinct. 18. 50. Inferiorem esse se patitur, dumtaxat usque eo, ne cum bonis, fama fortunisque omnibus Sexti. Nauis cupiditatē crudelitatique deditur. Cf. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 60. Tibi me mancuipo, tuus sum, tibi dedo operam. — b) Hinc factum est, ut dederit generatim significaret totum, aliquid alicui tradere, committere: sic Ter. 5. 4. 50. Davo istuc dedam negotii. h. e. committam, mandabo. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 31. Senem illum tibi dedo —, lepide ut lenitum reddas. Add. eund. Cœs. 5. 2. 28. et *Pseud.* 4. 7. 128. *Ter. Andr.* 3. 3. 26. Tibi, pater, me dedo: quidvis oneris impone, impera. Id. ibid. 1. 1. 35. Sic vita erat: facile omnes perferre a pati; cum quibus erat cumque una, iis se dedere, eorum obsequi studiis. Id. *Eun.* 5. 7. 2. Dedere se Thaidi. Add. eund. *Heaut.* 4. 3. 3., et cf. Tac. 3. Ann. 23. Cic. 2. *Fin.* 20. 66. Dedere filiam libidini alterius. Id. 2. *Legg.* 2. 5. Patria, pro qua mori, et cui nos totos dedere debemus. Id. 6. *Verr.* 42. 90. Ejus religioni te vincitum ad strictumque deditus. *Lucret.* 3. 113. Dedita somno membra. *Cir. Arch.* 10. 26. Dedere aures suas poetas. Id. 9. Att. 4. Dedere se totum ægritudini. Id. *Orat.* 43. 148. se desdile, aut mœstia. Id. 2. *Tusc.* 21. 28. se lamentis muliebris lacrimisque. V. *Deditus* in fine bujus voc. — c) Hinc frequenter ponitur pro applicare, intendere animum alicui rei, incumbere. Cic. 3. ad Q. fl. 5. Abduco me ab omni reipublica cura, dedoque litteris. Id. 1. *Orat.* 3. 10. Dedere se musicis et studio litterarum. Id. 3. ibid. 15. 57. se studio philosophia. Id. 1. *Off.* 21. 71. se doctrinæ. Liv. 1. 31.

animum saeris. *Horat.* 2. Sat. 3. 105. Nec studio ci- thare, nec Musæ deditus ulli. Cic. 1. *Orat.* 21. 95. Dedere se ad audiendum, legendum scribendumque. *Gell.* 2. 21. se ad litteras. — Et absolute. *Quintil.* 8. 4. 45. Dederunt (al. dederim) periculis omnibus, obtulerim insidiis, objecerim invidiæ. V. *Deditus* in fine hujus voc. — d) Denique dedita opera adverbi more usurpatur pro data opera, de industria, consulta. *Plaut. Cist.* 4. 1. 12. Quasi dedita opera in tempore ipso Spes mihi sancta subvenit. Add. eund. *Trin.* 1. 2. 29. et *Pæn.* 3. 1. 5. *Ter. Eun.* 5. 2. 1. Apud Antiphontem uterque, mater et pater, quasi dedita opera, ut nullo modo introire possem, quin viderent me. Cic. 10. Att. 3. Ille epistolam si illius tabellario dedisse, veritus sum, ne solveret: itaque misi dedita opera. Add. *Liv.* 2. 51. et 59.; et *Colum.* 12. *R. R.* 4. 5. — Et operā deditā apud Cic. 3. *Orat.* 30. 193. Ut nec nos id, quod facimus, opera dedita facere videamus. — Demum dedita, subaudi opera, apud eund. 15. Att. 4. 4: sic habent MSS. Codd. oratione elliptica. *Glossarium.* Dedita, επιτηδεῖ. *Forcellinus* legebat dedita opera: Orellius item, quippe qui ait aliter esse contra reliquam Cic. consuetudinem: rem tamen examine dignam affirmat. — Hinc Part. præter. pass., cuius exempla superius retulimus.

*Deditus*, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Deditio* et Sup. *Deditissimus*, et ponitur — a) Pro toto alicui tradito: V. *DEDO* sub II. b. Cic. Cat. 32. 90. *Ven* si conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis habebitis. Id. *Mil.* 33. 91. Vir bonorum voluntati et auctoritati senatus deditus. Id. 5. *Fam.* 8. a med. Hoc sum magis Publio deditus, quod me hoc tempore maxime et observat et diligit. *Dolabella* apud Cic. 9. *Fam.* 9. Animus tibi deditissimus. *Tibull.* 1. 5. in fin. semper tibi dedita servit Mens mea. *Eutrop.* 10. *Ep.* 15. Crux deditio dedit. — b) Est etiam applicativus, inclinatus, intensus, studiosus. — Cum Dativo. Cic. 1. *Fam.* 7. sub fin. Studiis omnibus a pueris deditus. Id. *Dom.* 49. 127. Homo religionibus deditus. *Liv.* 1. 57. Lanæ dedita. h. e. lanæ nendæ vel texende. *Seneca* apud *Gell.* 12. 2. Viri Ennio dediti. *Sueton.* Cat. 55. Prasinæ factiū addictus et deditus. Cic. Cat. 19. 45. Deditus libidini. Id. *Rosc.* Am. 13. 38. Vita vitiis flagitiosque omnibus dedita. *Sall. Cat.* 2. Dediti ventri atque somno. Add. eund. Jug. 85. Id. Cat. 13. Animus quæstui atque sumptui deditus. *Sueton.* Fiteil. 13. Deditus luxuriæ. Tac. Germ. 15. somno ciboque. — Cum Ablativo et præpos. in. *Lucret.* 4. 812. Cur igitur mirum est, animus si cetera perdit, Praeterquam quibus est in rebus neditus ipse? Id. 3. 648. in pugne studio quod dedita mens est. *Catull.* 61. 101. Non tuus levis in mala Deditus vir adultera. — Cum adverbio eo. *Liv.* 1. 9. Ubi spectaculi tempus venit, deditaque eo mentes cum oculis erant. h. e. ad spectaculum, pro spectaculo.

**DÉDÓCEO**, döces, döcere, a. 2. (de et doceo). Part. *Dedocendus*. — Dedoceo est secus, quam quis doctus est, doceo, contrarium doceo; et occurrit — a) Cum duobus Accusativis. Cic. 1. *Fin.* 6. 21. Si a Polyieno geometriam discere maluerit, quam illam etiam ipsum dedocere. Orell. ita legit: al. : se ipsum omnium. *Stat.* 2. *Theb.* 408. mones regnum gaudia temet Dedocreas. — b) Cum Accusativo et Infinito. *Horat.* 2. *Odo.* 2. 19. Virtus populum falsis dedocet ut. Cf. Cic. 2. *Tusc.* 23. 60. — c) Cum uno tantum Accusativo. Cic. 2. *Orat.* 17. 72. Cum aut docendus est, ut, aut dedocendus. Id. 1. *Fin.* 16. 51. Ut coercendi magis, quam dedocendi esse videantur. *Claud. Mamert.* 3. *Stat. an.* 14. ad fin. Quippe diversum est dedocere noxia, et utilia docere. — d) Absolute. *Quintil.* 2. 3. 2. Cum geminatum onus succedentes premat, et quidem dedocendi gravius ac prius, quam docendi.

**DÉDÖLÄTUS**, a, um. *V. DEDOLO.*

**DÉDÖLEO**, döles, dölli, döle, n. 2. (de et doleo). Part. *Dedolatus* et *Dedolandus* I. — Dedolo est idem quod dolo, vel valde dolo.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — a) Absolue. *Vetus Poeta* apud Cic. Cat. 16. 37. Dede ac disisce, per me liecbit: si egebis, tibi dolebit. h. e. largire, profunde, dissipare. *Ahi leg.* Dide ac dissice. — b) Cum addito Dativo. *Plaut. Most.* 2. 2. 67. Hic habito: hæc mihi dedita est habitatio. *Zuc.* et 4. 993. *Cervus fugæ deditus.* *Catull.* 64. 370. Dede re nuptam marito. Id. 61. 56. de *Hymenæo*. Tu se juveni in manus Floridam ipse puellulan. Matri-

26. 1. Pedamenta post putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandae. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 39. 74. (189). Ne qua dedolanda arbos sternatur ante editos suos fructus. *Martial.* 11. 84. de chirurgo. Fractaque fabrili dedolat ossa manu. *Apul.* 6. *Met.* Vasculum crystallo dedolatum. *h. e.* lavigatum, assabre factum.

II.) Impropius. Joculariter *Plaut.* *Men.* 5. 2. 105. Securum capiam ancipitem, atque hunc senem exosabio, dein dedolabo assimulam viscera. *Apul.* 7. *Met.* Fustium quoque crebris ictibus dedolabat. *h. e.* verberabar. — Ab eodem *Apul.* 9. *ibid.* adhibetur ob-sceno sensu, ea ratione, qui *Horat.* permolere dixit.

**DÉDÔMO**, mas, robî, nittum (*raro māvi, mātū*), mare, a. 1. (de et domo) idem ac perdomo. Occurrit tantum Part. *Dedomatus* apud *Commodian.* 14. 3. Et tamen invita dematur utilis equa, Minuiturque ferox esse, primum dedomiata.

**DÉDUCO**, cis, xi, ctum, cere, a. 3. (de et duco). Part. *Deducens* sub A. I.; *Deductus* in omnibus paragr. et in fin.; *Deducturus* sub C. 1. et 4.; *Deduccens* sub C. 1. — Deduco est e loco superiori in inferiorem duco, detraho, de loco ad locum duco, traduco, obduco (II. tirar giù, condurre al basso, condur via; Fr. conduire loin de, tirer de, faire descendre, ammener, faire passer d'un lieu dans un autre; Hisp. hacer descender, conducir, llevar alguna cosa de una parte à otra; Germ. von einem Orte nach einem andern ab-, weg-, herab-, fort-führen, — bringen, niedersiezen; Angl. to bring down, fetch or pull down, to convey, conduct, remove, bring or lead forth). Occurrit autem A) Generativum, B) Speciatim in re militari, navali et laniifica et C) Item speciatim in jure.

A) Generativum, et quidem

I.) Proprie usurpatum modo cum additis, unde et quo quis aut quid deducitur, modo sine additis. *Plaut.* *Circ.* 2. 3. 82. Deduco pedes de lecto. *Cœs.* 1. *B. C.* 21. Consul contionati conantem de rostris deduxit. *Id.* 4. *B. G.* 30. Suos clam ex agris deducere ceperunt. *Ovid.* 3. *Met.* 480. Dumque dolet, summa vestem deduxit ab ora, Nudaque marmoreis percussit pectora palmis. Adde *eumd.* 1. *Amor.* 7. 47. *Id.* 6. *Met.* 405. Deducere vestem humero ad pectora. *Petron.* *Satyr.* 137. tremulo deduxit vertice canos, Consecutique genas. Adde *Sueton.* *Cœs.* 82. *Lucan.* 6. 499.; et *Cic.* 5. *Fin.* 17. 47. *Tibull.* 1. 9. 21. Cantus et e curru Lunam deducere tentat. *Virg.* 6. *Ecl.* 71. Cantando rigidus deducere montibus ornos. *Horat.* *Epod.* 13. 1. Horrida tempestas cælum contraxit, et imbræ Nivesque deducunt Jovem. *Ovid.* 3. *Fast.* 321. Juppiter huc veniet, valida deductus ab arte. Adde *eumd.* *Heroid.* 6. 85. et *Propert.* 1. 1. 19. *Liv.* 21. 37. Molliunt anfractibus modicis clivos, ut non jumenta solum, sed elephantii etiam deduci possent. *Ovid.* 15. *Met.* 76. sunt deducientia ramos Pondere poma suo. *Liv.* 38. 26. Equitatum ad pedes deducere. *Ovid.* 15. *Met.* 267. cluvie mons est deductus in æquor. Et *Justin.* 2. 10. 24. Deducere montes in planum. *h. e.* piano æquore. — Deducere vela est expandere et vela facere, quia ex antennis, ubi, quam contracta sunt, involuta manent, deorsum ducuntur et explicitantur. *Ovid.* 3. *Met.* 663. remorum verbere persistant, Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant. *Id.* 11. *ibid.* 477. totaque malo Carbasa deducit, vñientesque excipit auras. Adde *eumd.* 6. *ibid.* 223.; et *Lucan.* 2. 697. — Dicitur et de aquis. *Cato R.* 15. 155. Deducere aquas in vias. Cf. *Ovid.* 1. *Met.* 581. qui, quæ tulit impetus illos, In mare deducunt fessas erroribus undas. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (119). Padus deductus in flumina et fossas inter Ravennam Althunumque. Sed ibi legendum diductus, ut Forcellinus conjectarat et ex MSS. confirmavit Sillig. *Cic.* 2. *Divinat.* 32. 69. Aqua Albana deducta ad utilitatem agri. *Virg.* 1. *G.* 269. rivos deducere nulla Religio vetuit. *Macrob.* ad hunc locum 3. *Saturn.* 3. ad fin. Quod ait deducere, nihil aliud est quam detergere; nam festis diebus rivos veteres sordidatos detergere licet, novos fodere non licet. Idem sentit *Colum.* 2. *R. R.* 21. 1. *Servius* exponit siccare. Huc referri potest et illud *Ovid.* *Heroid.* 17. 88. Littera deducta mero. Ponitur quoque de medicamentis. *Cato R.* 157. de brassica. De capite et de oculis omnia deductet et sanum faciet. Cf. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 47. Non domus et fundus, non æris aervus et auri. Egroto domini deduxit corpore febres. Et *Plin.* 25.

*Hist. nat.* 8. 51. (91). Invenerunt et canes canarium, qua fastidium deducunt. *h. e.* crient vomitum. At *Sillig* v. canarium omitti, et pro deducunt leg. vñcunt. — Latissima significatio pro ducere, traducere, abducere. *Cœs.* 6. *B. G.* 9. Ubis imperat, ut pecora deducant. scil. ex agris. *Nepos Hann.* 11. Deducere classem in prælium. *Liv.* 9. 24. vinctus Romanus. *Id.* 1. 18. aliquem in arcem. *Sall.* *Cat.* 55. in carcere. *Sueton.* *Cæs.* 35. in arenam. *Tac.* *dial.* de orat. 35. scholas tironum in scenam. *Justin.* 13. 4. 6. corpus (mortui) in tempulum. *Cic.* *Flacc.* 4. 9. Qui ad hoc judicium deducti non sunt. *Id.* *Amit.* 1. 1. A patre ita erant deductus ad Scævolam, ut etc. *Tac.* *dial.* de orat. 34. Deduci ad oratorem. Adde *Ter.* *Eun.* 4. 4. 10.; *Cœs.* 7. *B. G.* 55.; et *Sueton.* *Domit.* 17. *Horat.* 1. *P.* 244. Silvis deducti (*h. e.* in scenam) Fauni. — Denique deducere brachia molli gestu vel motu est choreas durere: ad rem *Quintil.* 11. 3. 112. Ad imum ventrem deducere manum. *Propert.* 2. 18. 5. Siue aliquis molli deducit candida seu molli deducit brachia motu.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim multiplices habet usus. — a) Stricto sensu cum Ablativo, aut etiam aliquando absolute, sepe est a recto in pravum deducere. *Lucret.* 1. 370. Deducere aliquem vero. *h. e.* aberrare facere. *Cic.* 2. *Cat.* 13. 28. Si impendens patriæ periculum me necessario de hac animi lenitatem deduxerit. *Id.* 2. *Verr.* 9. 25. Cujus divitiae ne de fide deducere non potuerint. *Id.* *Brut.* 25. 97. Deducere de sententia. *Q. Cic.* *Petit. cons.* 10. 40. Deducere de animi privatate. Rursus *Cic.* 1. *Fam.* 1. 2. Quod instituit referre de religione, ab eo deduci non potest. *Id.* 4. *Verr.* 4. 12. Videamus, quanta ista pecunia fuerit, quæ potuerit Heium — ab humanitate, a pietate, ab religione deducere. — Et absolute. *Cœs.* 7. *B. G.* 37. Celicerit adolescentibus et ratione magistratus et præmio deductis. *h. e.* a recta in pravam sententiam deductis. Cf. *Nepos Alcibi.* 8. Sibi autem esse facile Seuthen regem Thracum deducere, etc. — b) Latiori sensu cum Ablativo, aut etiam absolute, ponitur pro abducere, abstrahere, etiam si malis ab bona quis deducatur. *Cic.* 2. *Tusc.* 25. 60. Homo sane levis Heracleotes Dionysius, quum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore deductus est. *h. e.* dolore coactus sententiam mutavit. Alli legunt *depictus*; *Orellius* vero *deductus*. *Id.* 3. *Verr.* 6. 17. Pecunia deducere aliquem ab accusatione. *Id.* 2. *Nat.* 5. 9. 148. Eloquentia deducimus perterritos a timore. *Id.* 2. *Orat.* 83. 340. Nihil tam facile, quam multitudo, a tristitia, et sepe ab acerbitate, commode et breviter, et acute et hilare dicto deducitur. — Et absolute. *Seneca Consol.* ad *Marc.* 20. Mors juvenile ævum in flore deducit. *h. e.* a vita abstrahit. — Et cum Adverb. *unde*. *Cic.* 1. *Orat.* 8. 30. Dicendo — mentes allicere, voluntates impellere, quo velit; unde autem velit, deducere. — c) Denique latissimo sensu cum Ablativo est trahere. *Ovid.* 6. *Fast.* 803. Marcia sacrificio deductum nomen ab Anco. *Horat.* 4. *Od.* 4. 19. Mos unde deductus. Cf. *Cic.* 13. *Phil.* 13. 27. Saxa Decidius, homo deductus ex ultimis gentibus, ut eum tribunum plebis videremus. — d) Cum Accusativo et præpos. ad vel in idem valet, quod inducere, adducere. *Cic.* apud *Non.* p. 85. 19. *Merc.* Deducere orationem tuam de eo loco ad hæc citinæ. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 36. 114. Quæ tandem ea est disciplina, ad quam me deducas. si ab hac astrinxeris? *Id.* ad *Cœs.* post ep. 11. l. 9. ad *Att.* Spe deducetbar ad eam cogitationem, ut etc. *Id.* 2. *Orat.* 45. 189. Ut is qui audit, ad fictum et misericordiam deducatur. *Cœs.* 2. *B. G.* 10. Ad eam sententiam, cum reliquis causis, hæc quoque ratio eos deduxit, quod etc. *Id.* 3. *B. C.* 5. Deducere rem ad otium. *Id.* *ibid.* 4. rem ad arma. *Cels.* 3. 18. circa med. Deducere ad cibum non desiderantem. *Quintil.* 12. 9. 13. Species libertatis deducere ad temeritatem solet. *Id.* 9. 2. 103. Plura argumenta ad unum effectum deducuntur. — *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 1. 13. In eam rationem vita nos fortuna deduxit, ut etc. *Id.* *Opit.* gen. *Orat.* 7. 18. Causa in judicium deducta. *Id.* 2. *Divinat.* 26. 55. Conjectura omnis, in qua mitiar divinatio, ingenii hominum in multis ac diversis, aut etiam contraria partes sepe deducitor. *Forcellinus* ita cum plerisque legebat: at præstat cum *Manut.* et *Orell.* lezere deducitur. *Cœs.* 7. *B. G.* 54. Quam in fortunam quanquam in amplitudinem (eos) deduxisset. *Id.* *ibid.* 63. De-

ducere rem in controversiam. *Id.* *ibid.* 50. et *Quintil.* 4. 2. 12. aliquem in periculum. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 23. in fraudem. *Liv.* 36. 7. in societatem bellum. *Id.* *ibid.* 5. Petebant. ut ne se temere in causam deduceret. *Plin.* 1. *Ep.* 8. in sententiam. — e) Item cum Accusativo et præpos. in, aut cum Adverbis *huc*, *eo*, etc. nonnunquam idem valet ac limitibus circumstribere. redire. *Cic.* 2. *Orat.* 17. 71. Deducisti enim totum hominem in duo solum genera causarum; cetera innumerabilia exercitationi et similitudini reliquisti. *Id.* 4. *Fam.* 2. Quem in locum res deducta sit, vides. *Id.* 2. *Cat.* 2. 4. Rem buc deduci, ut tum palam pugnare posset. quum hostem aperte videretis. *Id.* *Rosc.* *Com.* 12. 34. Ergo huc universa causa deducitur, utrumq; etc. Adde *Cœs.* 1. *B. C.* 62. *Justin.* 11. 4. 11. Eo res deducta est, ut retentis oratoribus, duces in exilium ageretur. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 14. Ne te morer, audi, Quo rem deducam. ¶ 2. Speciatim est protrahere, differre. *Cœs.* 3. *B. C.* 51. Spe conficiendi negotii, prope in noctem rem deduxerant. ¶ 3. Item speciatim pro simplici ducere. *Sueton.* *Aug.* 42. Atque ita post hanc rem temperavit, ut non minorem oratorum ac negotiantium, quam populi rationem deduceret. *h. e.* haberet. *V. Interpr.* ad h. i.

B) Speciatim in re militari, navali et laniifica; et quidem

1.) Proprie. ¶ 1. In re militari deducere est exercitum de loco ad locum ducere, traducere, abducere. *Sisenna* apud *Non.* p. 289. 15. Ab armis recedere, præsidia de locis deducere. Adde *Liv.* 25. 25. *Cic.* 7. *Att.* 14. Deducere præsidia de oppidis. *Liv.* 34. 35. præsidia ab oppidis. *Id.* 28. 1. præsidia ab urbibus. *Id.* 34. 35. ad fin. præsidia civitatis. *Justin.* 6. 3. 11. præsidia Athenis. *Id.* 32. 27. exercitum finibus. Adde *Plaut.* *Impf.* 1. 1. 60. *Cœs.* 7. *B. G.* 20. ad fin. exercitum. Adde *eumd.* 6. *ibid.* 43. et cf. *eumd.* 3. *B. C.* 73. *Id.* 5. *B. C.* 27. Educos ex hibernis milites ad Labienum deducere. *Id.* 2. *B. G.* 35. legiones in hiberna. *Id.* 4. *ibid.* 22. exercitum in Menapios. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 51. *Liv.* 3. 62. copias in aciem. Adde *Sall.* *Cat.* 59. *Sall.* *Jug.* 49. et *Curt.* 6. 1. 12. aciem in planum. *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. 18. hostem in rampas. Cf. *eumd.* 2. *ibid.* 2. 11., 5. 10., 5. 36. et 7. 3. *Id.* 3. *ibid.* 10. 6. et 7. hostem in insidiis. ¶ 2. In re navali deducere naves est ex navibus, vel portu in mare ducere; cui contrarium est subducere. *Cœs.* 5. *B. G.* 23. Obsidibus acceptis, exercitum reducit ad mare. Naves invenit refertas. His deductis etc. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 60. : *Liv.* 41. 9., 30. 3. 4. et 9. et 36. 41. Sic *Virg.* 3. *Æn.* 69. vocat austus in altum: Deducunt socii naves et littora complent. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 398.; et *V. NAVIS*. Eodem sensu dixit *Ovid.* 8. *Met.* 104. et *Heroid.* 21. 67. Ducta navis. — Ceterum deducere raro admodum occurrit pro subducere, *h. e.* a mari in portum ducere. *Cœs.* 1. *B. C.* 36. et *Petron.* *Satyr.* 101. Deducere naves in portum. ¶ 3. In arte laniifica deducere est ducento attenuare, subtilem facere, uno verbo fila ducere, nere. *Catull.* 65. 311. Leva colum molli lanâ retinebat amictam; Dextera tum leviter deducens fila supinis Formabat digitis. *Ovid.* 4. *Mel.* 34. Aut ducunt lanas, aut statim pollice versant. Aut hærent telæ, famulasque laboribus urgent. E quibus una levi deducens pollice filum etc. *Tibull.* 1. 3. 85. Hac tibi fabellas referat, positâque lucernâ Deducat plena staminâ longa colo. Sic *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 7. Vel pede quod gracili deducit aranea filum Quum leve deserta sub triâbæ necit opus. V. *Burmann.* ad h. 1. *Id.* *Heroid.* 9. 77. Crassaque robusto deducis. (*Alcide*) pollice fila. Cf. *Ennius* apud *Non.* p. 116. 7. *Merc.* Deducunt habiles radios (*al. gladios*) fila gracilento. — Hinc metonymice pro texere. *Ovid.* 6. *Met.* 68. de trachne. Illic et lentum filis immittitur aurum Et vetus in tela deducitur argumentum. *h. e.* vetus fabula texendo effingitur.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a paragr. proxime superiore, scilicet a nendo, deducere carmina, poemata, aut similia est arte multa elaborare, studio facere, componere. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 225. tenui deduci poemata filo. *Propert.* 1. 16. 41. At tibi sape novo deduti carmina versu. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 13. luctor deducere versum: Sed non fit fato mollior illu meo. *Val. Max.* 3. 7. 1. extorn. Triduo non ultra tres versus deducere. Adde *Horat.* 2. *Sat.* 1. 4.; et *Colum.* 10. *R. R.* 40. *Quintil.* 4. 1. 60. de-

exordio. Neque tamen deducta semper atque circumdata debet oratio, sed saepe simplici atque illaborata similis. *ubi deducta oratio est elaborata, studio facta.* *Id. 3. 6. 59.* Commentarios, quos adolescens deduxerat. *h. e. compositus.* *Senea Ep. 95. sub fin.* Bonorum virorum formam et linea menta deducere. *h. e. verbis describere.* *Forcellinus* hanc translationem a picturibus ductam esse putat. Rursus *Ovid. 1. Trist. 1. 39.* Carmina proveniunt animo deducta sevenero. *h. e. composita.* *Id. Heroid. 17. 88.* Ipse nec emendo: sed ut hic deducta legantur. Non sunt illa suo barbariora loco. — Huc pertinet et illud *Horat. Art. P. 129.* Rectius Iliacum carmen deducis in actus, etc. quod *Forcellinus* interpretatus est redigere. Item illud ejusdem *Horat. 3. Od. 30. 13.* Princeps Eoliū carmen ad Italos deduxisse modos. — Denique hoc referri possent et illa, in quibus *Forcellinus* deducere interpretatus est perducere. *Ovid. 2. Trist. 560.* In tua deduci tempora, Cæsar, opus. *Id. 1. Met. 3.* primaque ab origine mundi Ad mea perpetuum deducere tempora carmen. Cf. *Juvenal. 7. 54.*; et *V. Drakenb.* ad *Liv. 21. 55.* ¶ 2. Hinc translatione facta ad vocem, deducere vocem est subtilem ac tenuem reddere. *Pomponius apud Macrob. 6. Saturn. 4.* Vocem deduras oportet, ut mulieris videantur verba. *V. Deductus* in fin. hujus vocis.

C) Item speciatim in jure deducere est reipublicæ nomine aliquem aliquo ducere: et occurrit. ¶ 1. De coloniis. Porro usurpatur: — a) Modo de ipsis coloniis. *Cæs. 1. B. C. 14.* Deducere colonos Capuam. *Sueton. Cæs. 81.* In colonia deducti. — b) Modo de coloniis, cum addito interdum coloniarum nomine. *Liv. 10. 1.* Coloniam deducere Albam. Additum *eund. 39. 44. Veilej. 1. 14. 4.* Tarracina deducta colonia. *Id. 1. 14. 8.* Colonia Valentia deducta. Cf. *Liv. 1. 3. et 40. 34. Cic. Brut. 20. 79.* Quoniam triumvir columiam deduxisset. Additum *1. leg. Agr. 5. 16. Sall. Jug. 42.* Triumvir coloniis deducendis. Cf. *Liv. 9. 28.* et *Sueton. Aug. 46.* — c) Absolute. *Cic. 8. Phil. 3. 9.* Latronibus suis Urbem se divisurum confirmat, deinde omnibus portis, quo velint, deducturum. *h. e. in quaecumque velint colonias missurum.* Additum *Nepot. Timol. 3.* Rursus *Cic. 2. leg. Agr. 25. 65.* Omnipius legibus, agris publicis privatis esse deductos. *h. e. in coloniam ex agris publicis ductos.* *Id. ibid. 28. 68.* Ne ii quidem, qui publicos (agros) possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione ex pecunia maxima. *Tac. 11. Ann. 24.* Legiones deductæ. *h. e. in colonias militares.* *Id. 4. Hist. 65.* Deductis olim et nobiscum per connubium sociatis. ¶ 2. Deducere est etiam comitari; et quidem — a) Usurpatur de iis, qui officii, aut honoris causa candidatum in forum aut præclarum aliquem virum domo in curiam et a curia domum comitabantur. *Sueton. Aug. 26.* Ut Cajum et Luciom filios amplissimo prælitus magistratu, suo quemque tirocinio deducere in forum. *Id. Tib. 15.* Roman reversus, deducto in forum filio Druso, etc. Additum *Ner. 7. Cic. 10. Fam. 12.* Quatuor magna multitudo optimorum ciuium me domo deduxerat. *Id. Senect. 18. 63.* Salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci. (Cur autem hoc verbo uteretur *V. in DESCENDO*). *Liv. 23. 23.* Tempus sedulo terens, ne deducendi sui causa populum de foro abduceret: neque tamen clanguit cura huminum ea mora, frequentesque eum domum deduxerunt. Additum *Horat. 1. Sat. 9. 59.*; *Sueton. Aug. 29.*; et *Tac. 3. Ann. 14.* — b) Item est magnâ pompa aliqueni comitari. *Sueton. Tib. 17.* Nihilo minus urbem prætextatus et laurea coronatus intravit: — ac medius inter duos Coss. cum Augusto simul sedxit: unde, populo consulatuto, circum templo deductus est. *Id. Jug. 43.* Accidit votivis Circensis, ut corruptus valetudine, lectica cubans, thensas deducere. Additum *Jesp. 5.* Sic *Horat. 1. Od. 37. 30.* invidens Privata deduci superbo Non humili mulier triumpho. ¶ 3. *Deduci* — a) In bonam partem, dicitur etiam nova nupta, quæ paterna in mariti domum ducitur. *Plaut. Mil. glor. 3. 1. 90.* Nam bona uxor, si ea deducta est usquam gentium, ubi eam possim invenire? *Ter. Hecyr. 1. 2. 60.* Uxorem deduci domum. *Catull. 68. 143.* Nec tamen illa mihi destrâ deducta paternâ fragrantem Assyrio venit odore domum. *Propert. 4. 3. 13.* Quæ inihi deductæ fat omen prætulit. *Liv. 10. 23.* Deducere virginem. Cf. *Ter. Adelph. 4. 5. 60.* et *Liv. 42. 12.* — b) Hinc in malam partem deducere est in-

nonium verbum, et dicitur de concubina pro perdere, conciliare, apud *Plaut. Cas. 2. 8. 36.* et *Sueton. Cal. 25.* et *Ner. 27.* Sic *Cic. 5. Verr. 34. 78.* Qui ad istum deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam. *Idem* jocans in Cæsarem, alludensque ad hanc, et ad eam, quæ infra sub 5. assertur, notionem, apud *Sueton. in ejus vita 50.* Quo melius emptam sciat, Tertia deducta est. Cf. *Ovid. 10. Met. 462.* Cunctantem longæ manu deducit, et alto Admotam lecto quam traderet, etc. ¶ 4. Deducere est etiam expellere, privare: et quidem — a) In jure est aliquem ex fundo, de quo lis est, adhibitis testibus abstahere, ut quis de fundo ipso prætorem jure adire possit: *V. Klotz. ad Cic. oration. vol. 1. p. 453.* et *484.* *Cic. Cæc. 7. 20.* De fundo Cæcinia moribus dederetur. *Id. Tull. § 20.* Ad villam erat Tullius. Appellat Fabius, ut aut ipse Tullium dederetur, aut ab eo dederetur. Dicit de luctum se Tullius: vadimonium Fabio Romam promissurum. Manet in ea conditione Fabius. — b) Hinc generatim pro expellere. *Liv. 34. 58.* Deducere aliquem ex possessione. *Auct. B. Alex. 33.* Arsinoen deductum ex regno statuit. ¶ 5. Denique deducere est subducere, removere. — a) Generatim. *Ter. Eun. 2. 3. 23.* Si qua est habilius paulo, pugnem esse ajunt: ducunt cibum. *Cato R. R. 14.* Scalæ — si non erunt redditæ, æque arbitratu ducuntur (scil. de salario). Si quid redemptoris opera domino damni datum erit, resolvito. Id viri boni arbitratu ducuntur. — b) Speciatim occurrit de mercatorum computationibus. *Cic. 1. Off. 18. 59.* Ut boni ratiocinatores, addendo et deducendo videre, quæ reliqui summa fiat. *Id. 2. Legg. 21. 53.* Partitionis caput scriptum caute, ut centum nummi deducuntur. *Liv. 6. 15.* Sed quid ego vos de vestro impendatis, horum? Sortem aliam ferite. De capite deducere, quod usus pernumeratum est. *Sueton. Cæs. 42.* Ducto summa æris alieni, si quid usura nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. — Hinc Part. præter. pass., cuius plura superius exempla restulinus,

*Deductus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Deductior* sub 2.* ¶ 1. *Deductus* est missus, submissus. *Ovid. Heroid. 21. 185.* Projicit ipse suas deducta fronte coronas. *Quintil. 11. 3. 79.* Ira enim contractis (superciliosi), tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur. *Arnob. 5. 23.* Deductus, pallidus, saucus, simulans doloris crucis. *h. e. humili, submissus.* ¶ 2. Item subtilis, tenuis. *Sueton. Jug. 79.* Nasum habuit et a summo eminentiorem, et ab imo deductiorem. Sunt qui depressiorem interpretantur: sed in nummis non ita apparet. Sic eodem sensu *Lamprid. Diadum. 3.* Nasus deductus. — Præcipue de voce dicitur. *Afranius apud Macrob. 6. Saturn. 4.* Verbis pauculis respondit, tristis, voce deducta. *Cornificius ibid.* Deducta mihi voce garrenti. *Lucilius apud Non. p. 289. 16. Merc.* Deducta tunc voce leo: cur tu ipsa venire Non vis huc? (Alii hic leg. *Deductat* hunc voce leo: ut sit *Deducto, as, frequentat, a Deduco:* sed minus recte). Sic *Propert. 2. 22. 38.* Et mea deducta carnina voce legis. Et *Frontin. 1. Strateg. 5. 26. Ouidend.* Deducto mugitu. — *Hinc Virg. 8. Ecl. 5.* pasture, Tityre, pingues Pascere oportet oves, deductum dicere carmen. *h. e. tenue, translatione ducta a lana, quæ deductum in tenuitate, ut Servius hic et Macrob. 6. Saturn. 4. exponunt, et Quintil. confirmare videtur 8. 2. 9. V. si libet, Erythraeum in indice Virg.*

*DEDUCTA, æ, f. 1. Cic. 2. Legg. 20. 50.* Ut si in testamento deducta scripta non sit, ipsique minus ceperint, quam omnibus hereditibus relinquatur, sacris ne alligentur. *h. e. deductio pecuniae, quæ fiebat ne legatarius sacris alligaretur: deductus enim a parte sui legati centum nummis, liberabatur a sacris defuncti, quia si tauntandem cepisset, quantum ceteri heredes, alligabatur sacris, ut Cic. ibid. 21. 52. docet. Sed priore loco alii alter legunt: immo Klotz. rectius putat deductio legendum esse: *Orellius tam leg. deducta.* V. *DEDUCTIO* L. 5. in fin.*

*DEDUCTIM, adverb. deducendo: tamquam Latinum agnosciunt a *Diomed. 2. p. 168. Putsch.* sed nullo confirmitur auctore.*

*DEDUCTIO, Ænis, f. 3. actus deducendi.*

I.) Proprie. ¶ 1. Ponitur de aquis, quæ ab uno in aliun locum derivantur. *Cic. Topic. 8. 33.* Partium distributio sœpe est infinitior, tamquam rivo-

rum e fonte deductio. *Id. 1. Divinat. 44. 100.* Ex quo illa admirabilis a majoribus Albanæ aquæ facta deductio est. ¶ 2. Item est transportatio in colonoias. *Cic. 2. Phil. 25. 62.* In oppida nullum crudelis et misera deductio. *Id. 1. leg. Agr. 5. 16.* Quæ erit in istos agros deductio. Additum *eund. 2. ibid. 34. 92. Plin. 2. Hist. nat. 52. 53. (139).* Deductio oppidorum. ¶ 3. Item expulsio. *Cic. Cæc. 10. 27.* Cum Abulius Cæcinus malum minaretur, ibi tum Cæcinum postulasse, ut moribus deductio fieret. *h. e. de fundi possessione ejectio: et videtur esse verbum forense.* V. *Klotz. ad Cic. Oration. vol. 1. p. 484. et 453.* ¶ 4. Item de sponsa, quæ in domum mariti adducitur. *Pompon. Dig. 23. 2. 5.* Deductio sponsa in domum mariti. ¶ 5. Deductio est etiam detracatio, quæ fit ex aliquaj pecunia summa, ut illa ostendunt *Cic. 5. Verr. 78. 181.* Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant; primum pro spectatione et collybo, deinde pro nescio quo cerario. *V. Klotz. ad h. 1. Additum Cic. Divinat. in Q. Cæc. 10. 32.* — Alia vero fuit deductio, quæ et deductio vicesimæ dicitur, cum nempe heredes extranei ex ea pecunia, quam testatoris jussu in opus aliquod impendere tenebant, partem vicesimam detrahebant, fisco ex lege Augusti solvendam. V. **VICESIMUS.** Quod si testator integrum pecunia summan sine ulia detractione ab herede expendendam testamento suo justissiset, vel heres ex liberalitate nullam sibi esse faciendam immunitationem putasset, id in inscriptione significari solitus fuit. *Inscript. apud Gruter. 1. 5. p. NUMERVS MARTIALIS SIGNVM PANTHEI TESTAMENTO FIERI PONIQUE XX ARGENTI LIBRIS C. SINE VILLA DEDUCTIONE JVSSIT.* Alia apud *eund. 101. 2. STAVM PIETATIS EX ARGENTI PONDO C. HEREBUS SINE VILLA DEDUCTIONE XX. POSUERE.* Alia apud *Murat. 1096. 1.* quæ est apud *Orell. 3010. L. AEMILIVS SENEX HERES SINE DEDUCTIONE XX. VEL TRIBUTORVM EX CCL. LIBRIS ARGENTI FECIT.* V. *Lupoli. Iter Venus. p. 348.* — Hinc illa formula sine ulla deductione ortum habuisse videtur apud *Senec. 2. Benef. 4. 2.* Ut beneficia tua integra ad eos, quibus promissa sunt, perveniant, sine ulla, ut ajunt, deductione. *Id. Ep. 58. a med.* Annum unum atque octogesimum implevit, sine ulla deductione. V. et locum *Cic. in DEDUCTA.*

II.) Translate. *Cic. 1. Invent. 14. 19.* Ex deductione rationis illa summa nascentur controversia, quam judicationem appellamus. *h. e. ex infirmatione, et depulsione, ut eam vocat Quintil. 3. 6. 13.*

**DEDUCTIVUS**, a, um, adjekt. qui ab alio deductus est, idem ac derivativus. *Pompej. Comment. art. Donat. p. 239.* Dixi quia non sunt primigenia pronominia, quæ dicit Varro, sed deductiva.

**DEDUCTO**, as, are, frequentat. a deduco. *Lucilius apud Non. p. 289. 16. Merc. V. Deductus* in fin. v. *DEDUCO* sub 2.

**DEDUCTOR**, Æris, m. 3. qui deducit. ¶ 1. Est qui deducit aliquem domo, officii vel honoris causa. *Q. Cic. Petit. cons. 9. 34.* Hujus rei tres partes sunt: una salutatorum, altera deductorum, tercia assecatorum. *Plin. 4. Ep. 17. 6.* Ille meus in inchoandis honoribus deductor et comes. ¶ 2. Item qui coloniam deductus est, Augustus dicitur deductor in numero coloniæ Apamenæ in Bithynia apud *Sestinius Class. gen. p. 68.* ¶ 3. Item qui adducit, affert. *Tertull. Cor. mil. 4. Spiritus Dei deductor omnium veritatis. Additum *eund. advers. Prax. 2.**

**DEDUCTORIUS**, a, um, adjekt. ad deducendum et detraherendum pertinens, ut *deductoria medicamenta*, quæ alvum ducunt, apud *Cæl. Auct. 2. Auct. 19.* Et *deductorius cuniculus* in stabulis, per quem lotum animalium foras deductur, apud *Veget. 1. Veterin. 56.* — Hinc

*Deductorium*, Æ, n. 2. absolute, substantivorum more, ponitur pro canali, quo humor atio deductur. *Pallad. 10. R. R. 7. 21.* Locus deductoria liquoris accipit, ne humor insidens limo germe extinguat.

**DEDUCTUS**, a, um. V. **DEDUCO.**

**DEDUCTUS**, us, m. 4. deductio. *Cic. 2. Off. 4. 14.* Deductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes. *h. e. deductio.* V. **DEDUCTIO** 1. Ali. leg. *ductus*, sed minus recte. *Apul. 1. Met.* Ut ponderis deductus restis ad ingluviem adstricta, spiritus officia disculerent.

**DEDUX**, Æris, adjekt. qui deducitur, seu originem trahit. *Syrmach. 8. Ep. 68. (al. 69.). Nisi forte*

Gallia tua dedux Heliconis. *Al.* leg. redux sit ab Hellenone. In numero cotonie incertis apud *Eckhel. D. N. V. T. 4.* p. 347. legitur DEDUX, nempe conditor, fundator.

DEEBRIATUS, a, um, particip. ab inus. *deebrio*; idem atque inebratus. *Cassiod. Complex. 1.* ad *Thessal. 5.* Nec deebriati in malis dormiunt, qui precepit dominicis armati semper adiungunt. *Id. ibid. Act. Apost. 6.* Musto deebriatus.

DEEO, is, ire, u. 4. (de et eo). Part. præs. *Deiens*, euntis, ad fin. — Deire significat de aliquo loco abi-re, ut *deire jugis*, h. e. ire de jugis, apud *Stat. 2. Theb. 551.* ut ex *MSS.* restituit *Gronov.* et tenuisse videtur *Lactant.* vetus *Scholast.* Alii prodire. — Incertum bujus verbi usum obfirma exemplum apud *Ficoronum*, delle maschere p. 22. Quod meat in stellis, deit hinc quod Pegasus ales. Tot mea natales fata dedere mihi. Vixit igitur annos XXX., nam, teste *Ovid. 3. Fast. 458.* quindecim sunt sidera, per quæ meat, et deit, seu reneat Pegasus. *Hygin.* tamen 2. *Astron. 17.* stellas in Pegaso enumerat octo-decim. *Sall. fragm.* ed. A. *Majo in Class. Auct. T. 1.* p. 418. Neque ex postrema fuga, cum severo edito juberentur, ullis ad signa decuntibus, et qui reliqui erant, per summum flagitia detractantibus militiam, quæstorem suum C. Theranium, ex quo præsente vera facilius noscerentur, miserat.

DEERRO, as, avi, ãtum, are, n. 1. (de et erro). Part. *Deerrans I. 1.*; *Deerraturus I. 2.* — Deerra-re est de via declinare.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de animantibus. *Cic. fragm.* apud *Lactant. 6. 24.* Iis, qui itinere deerravissent. Sic *Quintil. 10. 3. 29.* Ut obvios non videamus, et itinere deerremus. *Virg. 7. Ecl. 7.* Vir gregis ipse caper deerraverat. *Plin. 11. Hist. nat. 37. 66.* (175). Deerrare in alienum trahit. *Id. 8. ibid. 8. 24.* Deerrante in foveas aliquo elephante. ¶ 2. Latiore sensu de inanimis. *Lucret. 3. 873.* Deerrarunt passim motus ab sensibus omnes. *Plin. 28. Hist. nat. 8. 27.* (100). Jaculantium ictus deerraturus.

II.) Translate. — a) Cum Ablativo. *Lucret. 1. 712.* A vero deerrasse videntur. *Colum. 2. R. R. 2. 15.* Visu et sententiæ deerrare. *Quintil. 12. 10. 64.* Non deerrare verbis. *Id. 1. 5. 16.* Significatione deerrat. — Passive impersonaliter. *Cic. 1. Herenn. 9. 14.* Si non deerrabimus ab eo, quod cœperimus exponere. *Vellej. 2. 3. 4.* Ubi semel recto deerratum est. — b) Absoluta. *Tac. 13. Ann. 20.* Sors deer-rabat ad parum idoneos. *Quintil. 11. 2. 32.* Que (signa) intuentes deerrare non possumus.

DEESIS, is, f. 3. *deus;* *Jul. Rusinian. 16. p. 208.* Deesis, obsecratio, vel obtestatio, qua deos ora-mus, aut homines. *Cic. (Dejot. 3.)* Per dexteram istam tuam ego obtestor, etc.

DEFÆCABILIS vel defecabilis, e, adject. qui de-fæcari et purgari potest, ut *defæcabilis cisterna* apud *Sidon. 1. Ep. 5.*

DEFÆCATIO vel defecatio, ônis, f. 3. a face pur-gatio. *Tertull. Anim. 27.* Et carnis defecatione.

DEFÆCATUS vel defecatus, a, um, V. DEFÆ-CO.

DEFÆCIS, e, adject. qui est sine face. *Sever. Aetn. 422.* Quam levis excocto defæcis robore pu-nier. *Att. leg. defecit.* *Scalig.* priorem lectionem magis probat.

DEFÆCO vel defeco, as, avi, ãtum, are, a. 1. (de et fax, fecis). Part. *Defæcatus I. 1. et 2.; II. et in fin.*; *Defæcandus II.* — Defæco est a face purgo, faciem detrabo (It. purgare, levar-e la feccia; Fr. ôter la tie de, clarifier, soutirer; Hisp. clarificar; Germ. von Hesen reinigen, läutern; Angl. to refine, purify, defecate).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Colum. 12. R. R. 33.* 1. Defæcatus vinum in amphoras adjicito. *Plin. 18. Hist. nat. 26. 63.* (232). Vina defæcari, etiam diffundi *Hyginus suadet.* ¶ 2. Latiore sensu atque universim ponitur pro lavare, mundare. *Plaut. Most. 1. 3. 1.* Jampridem ecostor frigida non lavi magia lubenter, nec unde melius rear esse defæcatam. *Veget. 1. Veterin. 20. 3.* *Schneid.* Hæc uni-versa commixta atque succensa odore suo morbis tam hominum, quam animalium resistunt, et aerem defæcare dicuntur. *Prudent. 7. Cathemer. 74.* Defæcare membra. h. e. lavare.

II.) Translate. *Plaut. Aulul. 1. 2. 1.* Nunc defæ-  
cato demum animo egredior domo. h. e. a timore

vacuo, tranquillo, sedato. *Id. Pseud. 2. 4. 69.* Quid-  
quid incerti nihil in animo prius, aut ambiguum  
fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est. *Macro. 2. Somn. Scip. 12.* Defæcata mens. *Id. 1. ibid. 8. a med.* Purgatus et defæcatus animus. *Cassiod. 6. Var-iar. 22.* Defæcatus conscientia. *Sidon. 1. Ep. 1.* Litteras defæcandas, ut ajunt, limandasque tibi com-iunisi. — Hinc Part. præter. pass.

DEFÆCATUS, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Defæcator* apud *Ambros.* in *Psalm. 118. serm. 8.* Unde et cælum et purius et defæcatus ab omni labore peccati est.

DEFAMATUS, a, uni, particip. ab inusit. *defamo.* Sap. *Defamatisi nus.* — Defamatus est fama privata. *Gell. 9. 2. extr.* Ut vocabula quæque eorum de-famata atque emortua cum iis videantur. *Id. 18. 3.* Turpitudine pristinæ vitæ defamatiissimus. *Id. 14. 2. ante med.* Homo spucissimæ vitæ ac defamati-

nis.

DEFANATUS, a, um, particip. ab inusit. *defano*, profanatus, pollutus. *Arnob. 4. 37.* Spatiola defana-ta. *Inscript.* apud *Humanelli Top. Nap. T. 3. p. 168.* quæ est apud *Oreti. 4352.* HVIC OB MERITA DEFANATUS DIS MANIBVS LOCVM CONSACRATV. At *Hommisen. Inscript. Neapol. 5452.* pto DEFANATUS legit DE EA NATIS; quam lectionem præsært et *Henzen. Inscript. Latin. vol. 3. p. 473.*

DEFARINATUS, a, uni, particip. ab inusit. *defa-rino*, in farinam redactus. *Tertull. contr. Valentini. 31.* Semen ad molas delatum et defarinatum.

DEFATIGABILIS, e, adject. defatigandus. Vox a Lexico expungenda; occursit enim tantummodo in *Not. Tir. p. 118.*

DEFATIGATIO vel defatigatio, ônis, f. 3. actus defatigandi. *Cic. Senect. 11. 36.* Corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur. *Id. 5. Phil. 7. 20.* Defatigatio et satietas. *Id. 3. Tusc. 28. 67.* Defati-gatio misericordia ægritudines facit leniores. Addi-eund. 2. *Nat. D. 23. 59.* et *Ces. 3. B. G. 19. Auct. B. G. 8. 27.* Sine defatigatione equorum in castra se recipere.

DEFATIGATUS vel defatigatus, a, um. V. voc. seq.

DEFATIGO vel defatigo, as, avi, ãtum, are, a. 1. (de et fatigo). Legitur etiam defatigo et defatigatus in quibusdam MSS. *Cesaris*, et *Gell. 15. 8.* Ceterum de mutatione vocalis a in e, quæ frequenter locum habet in compositis, *V. Mützeli. ad Curt. 8. 14. 6. et 9. 7. 11.* — Legitur etiam *disfatigo*. *Plaut. Epid. 1. 2. 15.* Edepol clamore disfatigor. *Pleriq. omn. leg. defatigor.* Sed *disfatigat* legitur in *Not. Tir. p. 118.* nullo tamen auctore. — Part. *Defati-gatus I. et II.* — Defatigo est lassum reddo (*It. stançare*; Fr. fatiguer, lasser, epuiser; Hisp. fatigar, acosar; Germ. *Imdn abmatten, müde machen*; Angl. to weary or tire greatly, tire out, fatigue).

I.) Proprie. — a) Activa forma. *Ces. 7. B. G. 51.* Cum retro integræ defessis succederent, no-strosque assiduo labore defatigarent. *Id. 3. B. C. 85.* Exercitum quotidianis itineribus defatigare. *Sueton. Ces. 65.* Augebatur iter, ut serius subsequentes defatigaret. — Cum Accus. se. *Plaut. Trin. 2. 1. 2.* Egomet me concoquo, et macero, et defatigo. *Ter. Adelph. 4. 1. 3.* Ita se defatigari velim, ut triduo huic perpetuo prorsum e lecto nequeat surgere. — b) Passive. *Ter. Eun. 2. 1. 14.* Opus faciam, ut defatigare usque, ingratis ut dormiant. Cf. *Cic. 3. Orat. 36. 145.* Profecto numquam conquiescam, neque defatigabor, antequam percipero etc. *Ces. 1. B. G. 40.* Galli defatigati diuturnitate bellii. *Auct. B. Afr. 18. et Cato apud Gell. 3. 7.* Jumenta ex nauca recenti-si, languore, vulneribus defatigata. — Et Part. *De-fatigatus absolute, substantivorum more.* *Ces. 5. B. G. 16.* Ut integræ recentesque defatigatis succederent.

II.) Translate. — a) Activa forma. *Ter. Phorm. 5. 3. 11.* Ne te adolescens muller defatiget. V. inter-  
iungi locum. *Cic. 3. Legg. 12. 29.* Ille vero non modo censores, sed etiam judices omnes potest defatigare. — b) Passive. *Plaut. Epid. 1. 2. 15.* Quin edepol clamore defatigor, differor. *Cic. 2. Orat. 41. 177.* Ne qui audit, defatigetur similitudinis satieta-tis. *Id. 3. Herenn. 9. 17.* Animi defatigati ab ad-versariis multitudine verborum. *Id. Marcell. 6. 20.* Noti in conservandis bonis viris defatigari. *Id. 10. Fam. 19.* Sed mehercule in ea conservanda jam de-

fatigatus, non multo plus favo patriæ, quam tuæ gloriæ. *Colum. 1. R. R. 1. init.* Ubertate nimia prioris ævi defatigatum et effatum solum. — Et sequente Infinito. *Lentulus apud Cic. 12. Fam. 14. ad fin.* Nec defatigabor permanere non solum in studio li-beratis, sed etiam in labore et periculis.

DEFATISCENS, entis. et

DEFATISCOR, tisceris. V. DEFETISCOR.

DEFECABILIS, e,

DEFECATIO, ônis, et

DEFECO, as, etc. V. DEFECABILIS, DEFEC-TATIO, DEFÆCO.

DEFECTIO, ônis, f. 3. actus deficiendi: V. DEFICIO sub init. Hinc ¶ 1. In re politica est voluntatis studiique alienatio, rebellio. *Cic. 1. ad Q. fr. 4.* Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meas: subita defectio Pompej, alienatio consulum. h. e. quod Pompejus se a me repente alienavit, me destituuit. *Nepos Datam. 7.* Ad regem transit et de defectione patris detulit. *Ces. 6. B. G. 3.* Initium bellii ac defectio hoc esse arbitratu. *Liv. 7. 42.* Quæ si omnia concessa sunt plebi, apparebant pars vires defectioem habuisse. *Tac. 2. Ann. 8.* Defectio a tergo nunciatur. *Ces. 7. B. G. 54.* Defectionem admittatur. *Curt. 9. 10.* moliri. *Liv. 23. 15.* attentare. *Tac. 4. Ann. 24.* captare. *Id. 6. ibid. 36.* Ad defectioem trahere. — Et translate. *Cic. 4. Tusc. 9. 22.* Intemperantia, quæ est a tota mente et a recta ratione defectio. ¶ 2. Item est decrementum, de-minutio, infirmatio, adeoque privatio; et usurpatur — a) Generativum. *Cic. Senect. 9. 29.* Ista ipsa defectio virium adolescentia vitilis efficit sepius quam senectutis. Et omnes nomine virium, quod tamen ex orationis contextu intelligitur, *Tac. 6. Ann. 50.* Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum dissimulatio deserebat. Idem animi rigor: sermones ac vultu intentus, quæsita interdum conitate quamvis mani-festam defectioem tegebant. — *Cic. 3. Att. 18.* Quintus frater, qui me tam valde amat, omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectioem animi mei. h. e. animi mei debilitationem atque abjectionem. — *Cels. 7. 33.* Sæpe in ipso opere vel profusione sanguinis, vel animæ defectio moriuntur. Sic *Sueton. Cal. 50.* Nonnunquam subita defectio ingredi, stare, colligere semet ac susserre vit poterat. Addi *eum. Vesp. 24.* Et *Plin. 23. Hist. nat. procem. 3. (4).* Pam-pini mulierum concepta defectio prospicit. — *Seneca 4. Quæst. nat. 2. circa med.* Biennio continuo, Cleopatra regnante, Nilum non ascendisse constat. Significata duobus rerum potentibus defectioem. Antonii enim Cleopatrae defectio imperium. *Fron-tin. Aqued. 91.* Defectio aquarum. *Macro. 2. Sa-turn. 4. a med. pecunia.* — b) Speciatim defectio solis, aut lunæ, est eclipsis. *Cic. 2. Divinat. 6. 17.* Solis defectiones itemque lunæ, praedicuntur in multis annos. Addi *Senec. 1. Quæst. nat. 12.* — c) Item speciatim in re grammatica ponitur pro figura ellipsi, vel alia simili, quæ verbum aliquod sub-tinetur. *Macro. 6. Saturn. 8.* Respondit *Servius*, sic hoc dictum esse, ut pleraque dici per defectioem solent. De illo *Virgilii versus sermo est, 7. En. 187.* Ipse Quirinali lituo parva sedebant *Succinctus tra-bea.* Porro *Macro. more suo hoc descripsit in Gell. 5. 8.* qui hoc codem sensu usurpat etiam 12. 15.

DEFECTITO, as, n. 1. frequentat. *deficio*, sæpe deficitio. Vox a Lexico expungenda, occursit enim tan-  
tummodo in *Not. Tir. p. 36.*

DEFECTIVUS, a, um, adject. mancus, imperfec-tus. *Tertull. advers. Valentian. 14.* Defectiva et abortiva genitura. *Cel. Aurel. 2. Auct. 10.* Defectiva febris. h. e. intermittens. — Defectiva verba, aut nomina apud Grammaticos sunt, quæ aliquibus mo-dis, aut temporibus, aut personis rarent, aut casibus. *Charis. 3. Diomed. 1. Priscian. 8. Phocas.* et alli *Putsch.*

DEFECTOR, ôris, m. 3. qui deficit. *Sueton. Ner. 43.* Revocatis ad pœnitentiam defectioribus. *Tac. 12. Ann. 50.* Adversus defectores et in tempore rebella-turos. Addi *eum. 2. Hist. 62. et 3. ibid. 12. et Justin. 16. 1. 13.*

DEFECTRIX, ūris, f. 3. quæ deficit, ut *Defectrix virtus* apud *Tertull. advers. Valentian. 39.*

DEFECTUS, a, um, adject. mancus, imperfec-

tus. *Defector. 1. 1. 1.* idem quod defectio (It. mancanza, difetto; Fr. manque, cessation; Hisp. falta, defecto; Germ. das Abnehmen, Schwenden, Aufhören; Angl. a defect, want, deficiency, weak-

*ness, failing). Occurrit* ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 5. 750. Solis item quoque defectus lunæque latebras. *Virg.* 2. G. 478. Defectus solis. *Cic.* 2. Nat. D. 19. 50. de luna. Ejus species et forma mutatur tum crescendo, tum defectibus in initio recurrente. *Liv.* 26. 5. Qualis æris crepitus in defectu luna silenti nocte cœli solet. Cf. *Tac.* 1. Ann. 28. Luna claro repente cœlo visa languescere: igitur æris sono, tubarum cornuumque concentu strepere, prout splendidior obscuriorve, letari aut mœrere. *Plin.* 20. Hist. nat. 23. 96. (256). Semen decoctum, in lactis defectu (h. e. lacte deficiente) potam mammas replet. *Id.* 24. *ibid.* 13. 72. (116). Etiam si citra occidit defectu mittentis. h. e. deficiente, qui jaculetur. *Id.* 34. *ibid.* 2. 2. (3). *Æs* velocis defectus. h. e. quod brevi defect. *Id.* 19. *ibid.* 5. 29. (91). Defectus stomachi. *Id.* 20. *ibid.* 2. 6. (12). Defectus animi. *Id.* 37. *ibid.* 9. 40. (123). Quintum genus amethystorum ad vicina crystalli descendit, albicans purpuræ defectu. h. e. colore purpuræ deficiente, seu desinente in albicanem. ¶ 2. Speciatim de militibus. V. DEFECTIO 1. *Curt.* 7. 19. 39. Magno animo defectum eorum tujit. *Capitolin.* *Macrin.* 8. Defectu legionum interemptus est.

I.) Proprie. — *¶ 1.* stricto sensu occurrit — *a)* Cum Ablativo et præpos. in vel sub. *Cic.* *Habir.* perdwell. 4. 11. In campo Martio crucem ad chium supplicium defigi et constitui jubes. *Id.* 1. *Cat.* 6. 16. Defigere sicam in corpore consulis. *Cæs.* 5. *B. G.* 44. verutum in balteo. *Id.* 5. *ibid.* 18. sudes sub aqua defixa. *Liv.* 1. 58. cultrum in corde. *Id.* 44. 5. asceres in terra. *Cels.* 4. 20. Cucurbitula defigenda in inguinibus. — *b)* Apud Poetas præcipue cum Ablativo tantum, vel cum Dativio. *Varro* apud *Non.* p. 221. 13. *Merc.* Defigere aliquem cruci. *Firg.* 2. *G.* 290. penitus terra defigunt arbos. *Id.* 12. *En.* 139. Defigunt tellure hastas. ubi *Wagner* (*Krit. Ann.* zu *Firg.* 6. *En.* 84.) telluri reponendum censem. Rursus *Firg.* 6. *ibid.* 652. Stant terra defixa hastæ. *Ovid.* 3. *Fast.* 753. Millia crabronum coeunt, et vertice nudo Specula defigunt. Cf. *Cels.* 4. 14. Qua dolet, cucurbitulas sine ferro defigere.

Rursus *Ovid.* 13. *Met.* 435. capit impiusensem Rex Thracum, juguloque sui defigit alumnii. Sic *Liv.* 1. 25. Male arma sustinenti gladium superne jugulo defigit. — Sic figurate defigere culpan ingenuo ludo apud *Fers.* 5. 16. est dictis veluti confondere, insectari, reprehendere. — *c)* Cum Accusativo et præpos. in, quum vehemens motus significatur. *Plaut.* *Pers.* 2. 4. 22. Te, si prehendero, defigam in terram colaphis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 12. 12. (34). Defigere morsus in aurem. — Huc pertinet et illud *Curt.* 7. 11. 13. et 15. Defigere ferreos cuneos inter saxa. *Al. leg.* in sata. — *¶ 2.* Latiori sensu, vel metonymice, defigere est etiam aliquid firmum atque immobile reddere: qua significatio occurrit præcipue Part. præter. pass. *Ovid.* 11. *Met.* 76. Sic, ut queque solo defixa cohescat harum, Externata fugam frustri tentabat: at illam Lenta tenet radix exultantemque coeret. *Horat.* *Epop.* 17. 5. Defixa celo devolare numina. *Al. leg.* refixa alio sensu. *Tac.* 13. *Ann.* 16. Trepidatur a circunsedentibus, diffugunt imprudentes: at quibus altior intellectus, resistunt defixa et Neronem intuentes. Cf. *eund.* *Agric.* 34. Quos (hostes) quod tandem invenientur, non restitunt, sed deprehensi sunt: novissimi baserent, et extremo metu ac torpore delixerat aciem in his vestigis, in quibus puleram et spectabilem victoriam ederentis.

II.) Translate. — *¶ 1.* Generatim ac stricto sensu est animum, mentem, aliquo intendere multumque applicare; et occurrit — *a)* Cum Ablativo et præpos. in. *Cic.* 14. *Phil.* 5. 13. Omnes suas curas in reipublica salute defigunt. *Id.* 2. *Ferr.* 3. 7. Ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furto et flagitia defixurus sim. Cf. *Id. Prov.* cons. 4. 8. Urbana hæc audacia, quam ille præsens in oculis vestris mentibusque defixit. *Id. Dom.* 4. 9. Dixi eam sententiam, quam populi sermo in animis vestris defixerat. *Id.* 3. *Orat.* 8. 31. Quid judici probandum sit quum vidit, in eo mente oratione defixus. *Id.* 1. de republ. 11. Oratione defixa in una republica. *Id.* 3. *Orat.* 5. 17. Defixus in cogitatione. Huc pertinet illud ejusd. *Cic.* 6. de republ. 17. Quousque humi defixa tua mens erit? *Curt.* 7. 8. In vultu regis defixerant oculos. — *b)* Cum Accusativo et præpos. in. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 15. 46. Parum defigunt animos in ea, quia perspicuerant. *Id.* 11. *Phil.* 5. 10. In ejus possessiones atque fortunas cum non censem impudentissimos oculos spe et mente defixus? *Ovid.* 2. *Imor.* 8. 15. Defigere oculos in aliquem. *Quintil.* 11. 3. 158. oculos in terram. *Curt.* 9. 3. Metu attoniti in terram ora defixerant. — Hinc et defigere oculos absolute *Tac.* 3. *Ann.* 1. Postquam duobus cum liberis, ferentur urnam tenens, egressa navi defixi oculos. *h. e.* astantium oculos in se convertit, ut interpretatur *Narentus*; alii in terram, ut *Firg.* 6. *En.* 469. Illa solo fixos oculos aversa tenebat; alii melius in urnam. Sic *Firg.* 6. *En.* 156. Aeneas nuesto defixus lumina vultu ingreditur. — *¶ 2.* Item generatim, sed latiori sensu, defigere ponitur pro firmum atque immobilem reddere. *Cic.* 4. *Phil.* 5. 13. Virtus est una altissima defixa radicibus. *Id. Harusp.* resp. 26. 57. Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia. Cf. *Id. Flacc.* 1. 3. Salus præsentium, spes reliquorum in vestra potestate posita sunt et defixa. — *¶ 3.* Hinc speciatim ponitur pro immotum stupore reddere, obstupescere. *Liv.* 21. 33. Utraque simul objecta res oculis antiquis immobiles parumper eos defixit. *Id.* 1. 29. Silentium triste ac tacita mæstria ita defixit omnium animos, ut etc. *Id.* 3. 47. ad fin. Stupor omnes admiratione tantæ rei defixit. *Val. Flacc.* 6. 534. Hac autem attonitos facie defixerat hostes. *Id.* 4. 226. Quum pavor et gelidus defixa Costora sanguis. — Porro hac significatio occurrit sæpius Part. præter. pass. *Firg.* 1. *En.* 495. hæret defixus in uno. Sic *Val. Flacc.* 5. 376. hæret defixus in una. *h. e.* oculis in una defixa. Cf. *Claudian.* I. *Iaud.* *Stilich.* 51. Persides hospite pulero defixa. Rursus *Firg.* 8. *En.* 520. defixus ora tenebant. *¶* integrum locum. *Horat.* 1. *Epi.* 6. 14. Defixis oculis torpet. *Liv.* 8. 7. Quum silentio defixa stetissent. *Tac.* 13. *Ann.* 5. Defixi pavore. *Id.* 14. *ibid.* 10. Modo per silentium defixus, sæpius pavore exsurgens. *Id.* 1. *ibid.* 68. Barus miles et quasi ob metum defixus. *Forcellinus* hoc loco interpretatus est remotus, abstractus. *Claudian.* II. *Cons. Honor.* 258. Defixus manus animus. *h. e.* dejectus, vel stupens. — *¶ 3.* Item

speciatim in re sacra defigere aliquid in veteri formula apud *Cic.* 2. *Legg.* 8. 21. QVAEQUE AVGVR IN-JYSTA, NEFASTA, VITIOSA, DIBA DEFIXERIT, IRRITA INFECTAQVE SINTO. h. e. execratus fuerit: vel potius viderit, observaverit, quasi defixis oculis contemplatus. Sic defigere aliquem apud *Statium* est intentis oculis aspicer. Sic enim ille de Ulysse loquens tacite contemplante Achillem pulueri habitu latenter, 2. *Achill.* 90. Et tamen erectumque genas oculisque vagante, Nullaque virginie serviante signa pudoris Defigit, comitique obliquo lumine monstrat. Hucususque *Forcellinus*. — Ceterum apud *Cic.* illi pro defixerit suspicuntur legendum defixerit, h. e. dixerit, ali edixerit. Sed quum Codices ferme omnes sine illa varietate legant defixerit, recentiores philologi locum ita interpretandum arbitrantur: que nefasta, vitiosa, etc. augur pronunciaverit atque firma immitibilique ratione constituerit, ea irrita etc. — *¶ 4.* Denique locum habet in veneficis et devotionibus, et significat ligare, obnoxium reddere. Ducta est hæc loquendi ratio ex more sagarum, quæ quo veneficis obligare vellent, corum vel imagines cereras effingebant, vel nomina in cera notabant, ferreroque stilò transfigebant (*I.* *Foss.* ad *Firg.* 8. *Ecl.* 80.), additis curminibus et devotionibus. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 29. Sagave pœnæca defixit nomina cera. Et medium tenues in Jeçur egit acus. *Firg.* *Cir.* 377. Regis Iorhialcis animum defigere votis. *Seneca* 6. *Benef.* 35. Caput alijucis dira imprecatione defigere. Sic *Apul.* *Herb.* 7. Si quis devotatus defixusque fuerit, sic eum resolvet. *V. ORCANTO.* — Huc referri potest et defigere amorem, h. e. livum, stabilem perpetuumque reddere, apud *Senec.* *Herc.* *CET.* 523. Hoc, inquit, magis Divere amorem posse defigi malo. *h. e.* hoc veneficio. *V.* integrum locum usque ad v. 330. — *NB.* Defigere et pro refixa, exillere usurpatum alt *Forcellinus* affertque illud *Curii* apud *Cic.* 7. *Fam.* 29. Quo nostra defigere deportareque tuu possimus. *Orellius* tamen aliique ex antiqua correctione leg. *refigere*, quod et *Forcellino* probari videtur. Praeterea de loco *Tac.* 1. *Ann.* 68. superius sub 2. diximus; et locum *Apul.* *Herb.* 7. (V. supra sub 4.) ipse *Forcellinus* alter interpretatur. Huic itaque significatio una suffragatur *Inscript.* apud *Gruter.* 19. 6. JOVI OPT. MAX. CVSTODI CONSERVATORI, QVOD IS SCeleratissimi SERVI PUBLICI INFANDO LATROCINIO DEFIXA MONUMENTIS ORDINIS DECVRIONVM NOMINA NVMINE SVO ERVIT AC VINDICAVIT etc. *h. e.* quod ærea tabula, in qua descripta erant decurionum nomina, a servo publico detracta ex loco, unde de more prostata, reperta fuerit. *V. Morcelli* de stil. *Inscript.* *Lat.* T. 1. p. 51. edit. *Pat.* At bona tantorum virorum venia lapicidina, qui defixa pro refixa scripserit, oscitantiam incusem, potius quam concedam, unum idemque vocabulum duo prorsus contraria secundum pugnant significare. Id ipsum confirmat *Venulej.* *Dig.* 48. 13. 8. Qui tabulam æream legis, formam agnorunt, aut quid alius continentem refixerit, vel quid inde immutaverit, leg. Julia peculatus tenetur.

**DEFIGURATUS**, *a. um*, particip. ab inusit. *defiguro*; idem ac derivatus. *Priscian.* 4. ad fin. p. 638. *Putsch.* In iis feminis inveniuntur a masculinis verbibus, sive denominativis in *or* desinentibus, defigurata, quæ mutant *or* in *rix*, ut *victor* *victrix*.

**DEFINDO**, *is*, *ere*, *a. 3.* idem quod *finido*. *Ennius* apud *Non.* p. 114. *V. Merc.* Malos defindunt, fluit tabulata, falique.

**DEFINGO**, *singis*, *sixxi*, *sicutum*, *defigere*, *a. 3.* idem quod *ingo*. *Cato R. R.* 74. Panem defingere. Cf. *Senec.* *Ep.* 90. circa med. Tunc farinam aqua sparset, et assida tractatione perdomuit, fixitque panem. Rursus *Cato ibid.* 121. Mustaceus ubi definxeris. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 37. turgidus Alpinus defingit Rheni luteum caput. *h. e.* versibus describit. Al. leg. *diffingit*, al. *depingit*, al. *defigit*: sed malo poëta, quem carpit *Horatius*, magis convenit *poenæca* defingit.

**DEFINIO**, *is*, *ivi* vel *ii*, *num*, *ire*, *a. 4.* (de et si-nio). Pro *definio* quidam legunt *diffinio* apud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 77. 79. (188). (atque ita *Harden*. edidit), *Hygin.* 1. *Astron.* 6. et 2. 13., et *Cœl. Avel.* præf. *Auctor.* Apud *Plin.* vero loc. cit. lectio *diffinire* facta esse videtur ex verbis diem *finire*, ut *Sillig* optim. *Codd.* *auctoritate* edidit. — Part. *Definiens* in fin.; *Definiens* II. 1. — *Defini-* *no* est certos rei, de qua agitur, terminos prescribo

(It. determinare, segnare i confini; Fr. borner, limiter, circonscire; Hisp. amojonar, limitar, poner limites; Germ. etwas abgrenzen, in den Grenzen einschliessen; Engl. to terminate, bound, limite, define).

I.) Proprie. Cic. Cæcīn. 8. 22. Ejus fundi extremam partem olea directe ordine definiuit. Id. 2. Divinat. 44. 92. Illi orbis, qui cælum quasi medium dividunt et adspectum nostrum definiunt. Id. 2. Nat. D. 40. 101. Æther, in quo cum admirabilitate maxima ignea formæ cursus ordinatos definiunt. h. e. certis spatiis conficiunt. Id. 8. Phil. 3. 9. Omnes Caphones, omnes Saxæ, ceteraque pestes, quæ sequuntur Antonium, redes sibi optimas, horitos, Tusculana, Alba definiunt. — Et figurare. Cic. Arch. 10. 23. Res hæc, quas gessimus, orbis terre regionibus definiuntur. Id. Marcell. 8. 25. Hic tu modum vita tua non salute reipublicæ, sed animi aequitate definies? — Definire aliquem est finem vita ei afferre, interimere. Apul. 8. Met. Ad hunc modum definitio juvene, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Definire est aliquid suis terminis certa ratione repræsentare, declarare, statuere: hinc — a) Est explicare verbis, quid res sit, et significat fere idem quod describere et complecti, quibuscum haud raro conjungitur. Cic. 1. Invent. 8. 11. Definienda res erit verbis et breviter describenda. Id. 1. Orat. 15. 64. Si quis universam et propriam oratoris vim definiere complectique vult, is oratur erit, qui etc. Id. 2. ibid. 39. 162. Illustrare aliquid, verbisque definire. Id. Sext. 45. 97. Universum genus brevi circumscribi et definiri potest: optimates sunt, qui etc. Id. Brut. 41. 152. Rem latentem explicare definendo. Id. Pis. 18. 42. Qui mala dolore, bona voluntate definitio. h. e. statuunt mala in dolore consistere, bona in voluptate. Id. 1. Off. 2. 7. Definire quid sit officium. Id. 2. Invent. 18. 55. Si res plures erunt definendæ. — b) Est etiam decernere, statuere. Cir. 2. leg. Agr. 13. 32. Definire aliqui potestatem in quinquennium. Cæs. 1. B. C. 82. Inter se palam de præmis contendebant, in annosque consulatum definiebant. h. e. quo quisque anno consul esse vellet, designabant. Id. 7. B. G. 83. Adeundi tempus definitio, quum meridies esse videatur. Id. 1. B. C. 11. Neque ante quem diem iturus sit, definire. Quintil. 12. 6. 1. Neque annos ego definitam. Plaut. Cist. 2. 1. 42. Perge eloqui: non remittant: definitum est. h. e. statutum, certum est. Cic. 4. Acad. (2. pr.) 36. 114. Quam vitam ingrediari, definias. Id. Quint. 27. 84. Tibi, quid facias, definis. h. e. statutum, prescribit. Id. 1. de republ. 1. Omitto innumerabiles viros, quorum singuli saluti huic civitati fuerant: et qui sunt procul ab ætatis hujus memoria, commemorare eos desino etc. — Ucum hoc definitio, tantum esse necessitatem virtutis generi hominum à natura taediumque amorem ad communem salutem defendendam datum, ut etc. — c) Item est circumscribere. Cic. 3. Orat. 3. 9. Oratio eis fere ipsius definitio viris, qui hoc sermone continentur. Id. Amic. 18. 58. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. ¶ 2. Raro admodum ponitur pro terminare et concludere. Cic. 6. Ferr. 52. 115. Ut aliquando totam hujus generis orationem concludam ac definitio. Id. Orat. 19. 65. Sæpiissime similiter extrema definitio. — Hinc part. præter pass.

Definitus, a, um, adjective usurpatum pro finitus, determinatus; eique infinitus, generalis, incertus opponitur. Cic. Topic. 21. 79. Quæstionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod in Graeci, nos causam. Quintil. 7. 2. 1. De re et generales quæstiones sunt et definitæ. Rursus Cic. 6. de republ. 13. Esse in cælo certum ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. Id. 3. Fam. 8. Prima duo capita epistolæ tuæ nihil habent, quod aut definitum sit, aut certum. — Hinc

Definita, orum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt decreta principum apud Cassiod. 9. Variar. 16. Tum definita nostra, quam senatus consulta tabulis marmoris præcipimus decenter incidi, et ante atrium B. Petri apostoli in testimonium publicum publicari.

DEFINIS, c, adjet. qui habet fines; hinc derivatur definitus, cui nempe dati sunt fines. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in Not. Tiv. p. 57. Finis, infinitis, adfinis, confinis, definitio.

DÉFINITÉ, adverb. definiendo, determinante, distincte, manifeste. Cic. Bab. 14. 32. Lex qua definitio potestatem Pompejo civitatem donandi dederat. Id. Orat. 28. 99. Partite, definite, distincte dicere. Id. 2. Orat. 27. 118. Vel separatum dicere solemus, vel definite. Plin. Poneg. 88. 6. Nec magis definite distincteque designat, qui Trajanum, quam qui Optimum appellat. Gell. 1. 25. Belli ferias festive magis dixit (Varro), quam aperte atque definite.

DÉFINITIO, ônis, f. 3. Difinitio legitur a nonnullis in quibusdam libris apud Hygin., Augustin. et Cœl. Aurel. — Ceterum definitio est finitio, determinatio.

1.) Proprie seu de rebus physicis raro admodum occurrit, et est actus certus rei, de qua agitur, terminos præscribendi. Inscript. optimæ notæ apud Gruter. 61. 3., quæ est apud Orelli. 736. HAEC AREA INTRA HANC DEFINITIONEM CIPPORVM CLAVSA VERBVS, ET AREA, QVÆ EST INFERIUS, DEDICATA EST.

II.) Translate sepius occurrit, et — a) Speciatim est oratio explicans, quid sit id, de quo disputatur. Cic. 1. Orat. 42. 189. Est definitio earum rerum, quæ sunt ejus-rei propriæ, quam definire volumus, brevis et circumscripta quedam explicatio. Id. ibid. 190. Propriam cujusque vim definitione declarare. Id. Cluent. 2. 5. Definitio judiciorum æquorum. Id. 1. Off. 2. 7. Omnis, quæ ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficiere. Quintil. 1. 6. 29. In definitione usus assignatur etymologia locis. Id. 3. 6. 42. Definitio pars sit translationis. — b) Generativus est determinatio. Cic. 2. Divinat. 54. 110. de versib. Sibyll. Callide enim, qui illa composuit, perfecit, ut, quodcumque accidisset, prædictum videretur, hominum et temporum definitio sublata.

DÉFINITIVÉ, adverb. definitendo, definite. Tertull. Car. Christ. 18. Ipse Dominus sententia liter et definitive pronunciavit: quod in carne natum est, caro est. Cœl. Aurel. præf. 1. 1. Auctor. Definitive loqui. h. e. definitione rem explicare. Pseudo-Ascon. quoque usurpatum ad Cic. 4. Verr. 10. 27. p. 210. Bait.

DÉFINITIVUS, a, um, adjet. ad definitionem spectans. Cic. 2. Invent. 17. 52. Cum noninius controversia est, quia vis vocabuli definitio verbis est, constitutio definitiva nominatur. Id. Topic. 24. 92. Causa definitiva. Capell. 5. p. 145. Definitiva controversia. — Apud JCTOS sententia definitiva est quæ ultima datur et rem totam absolvit. Imp. Justinian. Cod. 7. 64. 10. et 7. 45. 3. — Definitiva materia, apud Tertull. advers. Hermog. 38., est quæ terminis circumscrivitur, non infinita, definita.

DÉFINITOR, ôris, m. 3. qui definit, decernit. Tertull. advers. Marcion. 10. Habemus illum alicuius unius baptismi definitorem. Cassiod. de orat. 1. ad fin. Hujusmodi definitores non tam in ratione, quam in ordine erravere verborum.

DÉFINITUS, a, um. I. DEFINIO.

DÉFIÓ, fieri. I. DEFICIO sub init.

DÉFIOLUS, i, m. 2. (defit et oculus), cui oculus defit seu deest. Martial. 12. 59. 9. Hinc defioculusque et inde lippus. Al. male legunt Hinc cæsis oculis. Alii cæcis oculis.

DÉFIT. I. DEFICIO sub init.

DÉFITEOR. I. DIFITEOR sub init.

DÉFIXUS, a, um. I. DEFIGO.

DEFLACCO. I. DEFLOCCO.

DÉFLÄGRATIO, ônis, f. 3. combustio.

I.) Proprie. Cic. 3. Fin. 19. 64. Qui negant se resuscare, quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur. Id. 1. Divinat. 49. 111. Futura aliquando cæli atque terrarum deflagratio.

II.) Translate ponitur pro ruina, pernicie. Cic. Planc. 40. 95. Cum mea domus ardore suo deflagrationem urbi atque Italiae toti minaretur.

DÉFLÄGRATES, a, um. I. voc. seq.

DEFLÄGRO, as, ivi, atum, are, 1. (de et flagro). Part. Deflagrans sub B.; Deflagratus sub B. II. — Dellagro est vehementer comburor, igne consumor (It. ardere, abbruciarsi; Fr. être brûlé entièrement, être consumé, brûler; Hisp. abrasar; Ger. verbrennen, abbrennen; Engl. to burn furiously, be on fire, be burnt). Porro duo diversa significat, prout præpositio de A) Est intensiva, aut B) Actiones finem significat.

A) Quum præpositio de est intensiva, deflagrare occurrit 1.) Neutrorum more, et 2.) Active.

1.) Neutrorum more, et quidem

1.) Proprie. Cic. 2. Nat. D. 27. 69. Diana Ephe-sis templum deflagravit. Id. 4. Acad. (2. pr.) 37. 149. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Id. 3. Off. 25. 94. Phæton ictu fulminis deflagravit. Id. 2. Phil. 36. 91. Faces, quibus incensa domus deflagravit. Liv. 5. 53. extr. Si ædes nostræ deflagrassent. Adde Sueton. Tib. 48. — Et de ardore, qui febre alico morbo paritur. Pelagon. 16. 23. Colla deflagrantia. — Et figurare. Apol. Apolog. Crimen magie, quod ingenti tumultu ad invidiem mei accensum, per nescio quas aniles fabulas deflagravit.

II.) Translate deflagrare est in perniciem ruere. Cic. Sext. 46. 99. Aut qui, propter implicationem rei familiaris, communis incendio malit, quam suo deflagrare. Liv. 3. 52. Ruere ac deflagrare omnia passuri estis?

2.) Active.

I.) Proprie ponitur pro valde calefacere, combure. Virg. 6. 1. 3. Schneid. Sol quibus locis mediocriter profundit vapores, in his conservat corpora temperata: quæque proxime currendo deflagrat, eripit exurendo (al. etsugendo) temperaturam humoris. Ennius apud Cic. 3. Tusc. 19. 44. Fana flamma deflagrata.

II.) Translate. Cic. 4. Cat. 6. 12. In cinere deflagrati imperii collocarent.

B) Quum præp. de actionis finem significat, deflagrare translate tantum occurrit de vehementioribus animi affectibus pro defervescere, mitescere. Liv. 40. 8. Spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse. Tac. 2. Hist. 29. Deflagrante paullatim seditione. — Et de personis Lucan. 4. 280. sic deflagrare minaces Incassum.

DÉFLAMMO, as, are, a. 1. extinguo. Apul. 5. Met. sub fin. Pharetrare explet, et sagitas dearmet, arcum denodet, tædam deflammet.

DÉFLATUS, a, um. V. DÉFLATO.

DÉFLECTO, ctis, ri, xum, ctere, a. 3. (de et deflecto). Part. Deflectens sub A. I.; Deflexus sub A. I. et II. — Deflecto est deorsum torqueo, curvo (It. torcere all' ingù, piegare; Fr. abaisser en ployant, courber, flétrir; Hisp. abatir plegando, plegar, encorvar; Germ. von einem Wege, oder einer Rückwendung ablenken, abbeugen; Engl. to bend or torn downwards, bend, bow). Occurrit A) Active et B) Neutrorum more.

.A) Active, et quidem

I.) Proprie. Cic. 1. Divinat. 19. 38. Amnes in alium cursum contorci et deflexi. Catull. 62. 51. Deflectens pondere corpus. Virg. 10. En. 329. septenaria tela Conjurant: partim galea clipeoque resultant Irrita, deflectit partim strigentia corpus Alma Venus. Liv. 39. 27. in fin. Q. Fabius Iabeonem direxisse finem Philippo veterem viam regiam, que etc. Philippum postea novam deflexisse viam, qua Maronitarum urbes amplectatur. Cf. Lucan. 3. 337. Deflectere iter aliquo. Colum. 5. R. R. 11. 14. Ratum oliva deflecte, et ad crux arboris fælineæ religa. Lucan. 5. 789. Quolibet infastum potius deflecte carinam. Plin. 17. Hist. nat. 23. 35. (234). Deflexa vitis vel palmes juxta susum arborum. Maxil. 1. 741. Currus solis deflexus solito cursu.

II.) Translate. Ovid. 7. Met. 789. cum digitos amentis indere tento, Lumina deflexi. Sic Ful. Flacc. 8. 76. Deflectere oculos ab aliqua re. Cic. Orat. 40. 137. Declinet a proposito deflectaque sententiam. Id. Cæcīn. 18. 51. Deflectere aï verba rem. Ovid. 2. Trist. 409. Est et in obscenos deflexa tragædia risus. Id. Remed. am. 325. Quam potes in pejus dotes deflece puellæ. h. e. in malam partem trahere. Quintil. 4. 1. 71. Deflectere adversarios in suam utilitatem. Id. 7. 2. 23. Deflectere factum in alium. h. e. vertere, transferre. Id. 10. 1. 91. Germanicum ab institutis studiis deflexit cura terrarum. Lucan. 3. 303. furorem Indomitum duramque viri deflectere mentem Pacifero sermone parat. Sueton. Domit. 3. Virtutes quoque in vita deflexit. Stat. 2. Silv. 1. 59. Aliquem ab ira ardenti in se deflectere. Id. 1. Theb. 280. bellum deflectere tumultus, E generis miseres tui. Cels. proefat. Asclepiades mendendi rationem magna ex parte mutavit. Ex cuius successoribus Themison nuper ipse quoque quædam in senectute deflexit. h. e. mutavit. — Et de mutatione sermonis. Quintil. 2. 5. 11. Sermo rectus et secundum naturam enunciatus nihil habere ex inge-

nio videtur: illa vero, quæ utcumque deflexa sunt, tamquam exquisitoria miramur. *Id.* 3. 8. 32. Hæc quæ tantum inter se pugnant, plerumque nominibus deflecti solent. *h. e.* mutatis nominibus inter se conciliari. *Id.* 9. 3. 3. Oratio a simplici recto dicendi genere deflexa, virtus est, si habet probabile aliquid, quod sequatur. *h. e.* declinans. *Gell.* 15. 5. Verba deflexa et depravata a recta ratione et consuetudine.

**B)** Neutrorum more.

I.) Proprie. *Tac.* 2. *Hist.* 70. Vulgus quoque militum clamore et gaudio deflectere via. *h. e.* deverte-re. *Plin.* 4. *Ep.* 1. 3. Deflectemus in Tuscos. *Sueton.* *Aug.* 93. In peragranda Ægyptio paulum deflectere ad visendum Apia supersedit.

II.) Translate. *Cic.* 7. *Verr.* 68. 176. De omnibus nobis, si quis tantulum de recta regione deflexit, etc. *Id.* *Harusp.* *resp.* 19. 41. Deflectere a virtute patris. *Id.* *Rosc.* *com.* 16. 46. a veritate. *Id.* 2. *Off.* 3. 9. Consuetudo deflectit de via, sensimque eo deducta est, ut etc. *Id.* *Aamic.* 12. 40. Deflexit aliquantum de spatio curriculoque consuetudo majorum. *Id.* *ibid.* 26. 100. Ab amicitiis sapientium ad leves amicitias deflectit oratio. — Et de mutatione pronunciationis. *Quintil.* 11. 3. 13. Mala vel imbecilla (vox) — aliqua cogit, at intermittere et deflectere, etc.

**DÉFLEO**, nes, nœvi, flētum, flētere, a. 2. (de et leo).

Part. *Deflens*, *Defletus* et *Deflendus*. — Defleo est idem quod leo, aut valde leo, deplobo (It. piangere, depolare; Fr. pleurer, déplorier; Hisp. llorar, derramar lagrimas; Germ. beweinen; Angl. to bewail, lament, deplore). Usurpatum — a) Cum Accusativo tantum personam aut rei, que defleatur. *Plaut.* *Capt.* 1. 2. 36. Egone non defleam talem adolescentem? *Lucret.* 3. 920. Te insatiabiliter deflebimus. *Cic.* *Brut.* 96. 329. Sæpe inter nos impudentes casus deflevimus. *Id.* 3. *Orat.* 3. 9. Crassimors a multis sæpe defleta. *Id.* 1. *Tusc.* 35. 86. Liberi defleti. *At* *Orellius* pro defleti, fortasse rectius, legit defleti. *Tibull.* 11. 3. 8. In deflenda nece. *Ovid.* 7. *Met.* 388. Deflentem fata nepotis Respici. *Id.* 10. *ibid.* 12. Quam (*nuptiam*) satis ad superas postquam Rhodopeius auras Deflevit vates. *Id.* 1. *Art. am.* 335. Cui non defleta est Ephyreæ flamma Creusa? *Liv.* 29. 4. In hæc deflenda prolapsus. *Seneca Octav.* 10. Semper genetrix deflenda mibi. *Quintil.* 6. 1. 26. Deflere aliena mala. *Sueton.* *Cal.* 30. crudelissimam cædem. *Val. Flacc.* 5. 60. reliquias socii, defleta-que miscent Nomina. — Est etiam cum actu narrare. *Tac.* 3. *Ann.* 49. Post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat. *Fellej.* 2. 119. Ordinem atrocissimæ calamitatis — justis voluminibus, ut aii, ita nos conabimur exponere; nunc summa defienda est. Adde *Sueton.* *Cal.* 20. — b) Cum Accus. et Infinito. *Manil.* 4. 748. minui onus Deflent. — c) Absolute sine Accus. *Tac.* 16. *Ann.* 13. Inter conjugum et liberorum lamenta, qui dum adsident, dum deflent, sæpe eodem rogo cremabantur. *Propert.* 1. 16. 13. gravibus cogor deflere querelis. — d) Singulare est illud deflere oculos, et idem est ac fletu et lacrimis rigare. *Apul.* 5. *Met.* Sorores deflebant oculos, et plangebant ubertum.

**DÉFLÉTIO**, ônis, f. 3. fletus. *Juvenc.* 4. 122. Adveniet jam tunc tristis defletio terris.

**DÉFLÉTUS**, a. um. *V.* **DEFLEO**.

**DÉFLÉXIO**, ônis, f. 3. idem quod deflexus.

I.) Proprie. *Macrob.* 1. *Saturn.* 17. a med. Solis meatus sursum ac deorsum certa deflectione varian-do, etc.

II.) Translate. *Nazar.* *Paneg. Constant.* 5. Omnia ad eundem gloriae exitum; nullæ cupiditatem deflexiones, nullus erroris anfractus.

**DÉFLEXUS**, a. um. *V.* **DEFLECTO**.

**DÉFLEXUS**, us. m. 4. curvatio, flexu.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu et abstracte. *Co-tum.* 4. *R. R.* 26. 3. Palmes tenet curvabitur, ne defletu frangatur. *At* Schneider ex optimis Codicibus legit deflexus. ¶ 2. Concreto, ut ajunt, sensu deflexus est locus declivis, sinuosus. *Capell.* 6. p. 217. In deflu citatis Cœnensis et Leptis magna. *Id.* 8. p. 287. Quis dubitet Cancerum Geminosque in mundi ardua sublimari, rursumque Sagittarium Capricornumque pererratio deflexibus infirmari?

II.) Translate. *Val. Max.* 7. 3. init. Factorum dictorumque genus proximo deflexu ad vasri nomen progressum. *Id.* 4. 2. Transgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum.

**DÉFLO**, as, ètum, are, a. 1. (de et flare). Part.

**Deflatus** sub A. I. — Ceterum deflare est verbum A) Activum et B) Neutrum.

A) Active deflo est flando ejicio.

I.) Proprie. *Varr.* 1. *R. R.* 64. 1. Quod est levissimum ac summum, deflatum ut traipliant in alia vasa. hoc Forcellino rectius videbatur, at a Schneidero *minime probatur*. *Al. leg.* depletur. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (27). Cibus etiam e manu prolapsus reddebat, utique per mensas, yetabantque mundiarum causa deflare.

II.) Translate poniunt pro illudere, contemnere. *Sueton.* *Cal.* 38. Julii et Augusti diplomata, ut vetera et obsoleta, deflabat. *Al. leg.* deflebat; aliū *metu* difflabat. *Ambros.* *Ep.* 7. 45. Aptius videtur propriam manum nostro affligere stilo, ut non tam deflare aliud videar, quam abscondere. *Id. ibid.* 6. 37. Malo hallucinari tecum verbis senilibus, ne videtur artem desisse, quam concitationibus verbis deflare aliud jam nec studiis nostris aptum, nec viribus.

B) Neutrorum more deflare pro detumescere, decrescere dixit. *Arnob.* 1. 45. Unus fuit e nobis, cuius manus intercutis veterosse fugiebant undæ, penetrabilis ille vitabat liquor, et turgentia viscera saturari ariditate deflabant?

**DÉFLOCATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉFLOCÇO**, as, ètum, are, a. 1. *Non.* p. 7. 19.

**Merc.** Deflocare est alterare, tractum a vestibus sine flocco. *Plaut.* *locus* est in *Asin.* 3. 3. 110., ubi versum nonnulli inserunt, quo hæc vox confirmetur. *Mercer.* legit deflarcare. — Nihilominus deflocati senes leguntur apud *Plaut.* *Epid.* 5. 1. 10., quos intelligere possimus vel atritos, confectos, defertos viribus; vel, ut alii malunt, flaccis seu capillis defecatos, calvos.

**DÉFLORATI**, ônis, f. 3. florum hinc inde de-tractio. Translate. ¶ 1. Generatim. *Tertull.* ad-vers. *Valentin.* 12. *Graculus* *Æsopii* et omnium floratione constructus. *Cassiod.* 12. *Hist. Eccl.* 5. Deflorationes librorum faciebat. ¶ 2. Speciatim est virginæ floris jactura. *Ambros.* *Ep.* 8. 64. Quid enim est, quod magis publicum sit, quam offensa pudoris et defloratio virginitatis?

**DÉFLORATU**, ônis, f. 3. florum hinc inde de-tractio. *V.* **DEFLORO**.

**DÉFLORÉO**, res, rü, rere, n. 2. (de et floreo). Part. *Deflorens* sub II. — Defloreo est florum amitto (It. perdere il fiore, sfiorire; Fr. defleurir, perdre sa fleur; Hisp. desflorar; Germ. abblühen, verblühen; Angl. to shed its blossoms or flowers).

I.) Proprie. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 36. Vitis cum se multa fronde cooperit, pejus defloret. *h. e.* fructus edit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (120). Faba aqua in flore maxime concupiscit: cum vero defloruit, extiguis desiderat. *Catull.* 62. 43. Idem (flos) cum tenui carpitus defloruit ungu.

II.) Translate. *Liv.* 38. 53. ad fin. In juventa bella assidue gesta: cum senecta res quoque deflorueret, nec præbita est materia ingenio. *Lactant.* de *ira* D. 9. a med. Iis temporibus, quibus jam philosophia deflorerat. *Claudian.* 1. in *Eutrop.* 75. Cum forma dilapsus amor: defloruit oris Gratia. *Inscript.* apud *Marin.* *Frat. Arv.* p. 123. HVNC ANTHO TVMVLVM MALE DEFLORENTIBVS ANNIS PRO PIETATE PARI COMROVERE SVO MAESTVS YTERQUE PABENS. *h. e.* annis, quasi flores essent, infelicitate decerpitis: nam partibus interiisse ibid. dicitur Anthus, ad cujus nomen, quod Græce florē significat, cum aliqua venustate allusum fuisse appareat.

**DÉFLORESCO**, is, ere, n. 3. inchoat. Part. *De-florescens* sub II. — Defloresco est idem fere quod defloreo seu florē amitto.

I.) Proprie. *Colum.* 2. *R. R.* 11. 10. Omne frumentum cum totam spicam edidit, octo diebus deflorescit. — Deflorescere, addit *Forcellinus*, est eiam tempestive florescere, ut ait *Varr.* 1. *R. R.* 1. 6. Schneider. Quarto invoco Rohigum ac Floram, quibus propitiis neque robigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 29. 69. (286). Prisci Floralia IV. Kal. Mai instituerunt, ut omnia bene deflorecerent. *At hoc quoque Plinii loco deflorescere est primu flori-*

rere, ac deinde florem amitto.

II.) Translate. *Cic.* *Brut.* 92. 317. Hortensius or-

Aut morbo aut vetustate formæ dignitas deflorescit. *Liv.* 6. 23. Cum corporibus vigent et deflorescant animali. Adde *eund.* 29. 4.

**DÉFLÔRÔ**, as, ètum, are, a. 1. (de et flos). Part. *Defloratus* II. — Defloro est florem admo.

I.) Proprie. *Dracont.* 1. 588. Deflorat (ventus) fructus, et decutit arbore flores. *At hoc lectio omnino dubia videtur.*

II.) Translate. *Gell.* 14. 1. extr. Futurum gaudii fructum spes tibi jam defloraverit. *Al. leg.* præfloraverit et quidem melius. *Quintil.* 6. procœm. 9. Certos atque defloratos fructus ostendebat. *Al. rectius leg.* deformatos. Adde *Liv.* 37. 58., sed lectio ibi quoque dubia. Nam communiter leca. *præfloratus.* Certior est lectio apud *Ammian.* 20. 11. 28. Unice pars tertia (arcus caelestis) cernitur, quod solis obnoxia pulcritudine pro reciprocatione spiritus fulgoris ejus purissimi e regione deflorat. *h. e.* quod fulgores solis purissimi repercussi per aera radis ad se rapit. *Cassiod.* de orthograph. *præf.* Et quibus si in unum valuero deflorato colligere. *Id.* 1. *Variar.* *præf.* Duodecim libris Gothorum historiam defloratis prosperitatibus condidisti. *Id.* 4. *ibid.* 40. Laborat enim hoc uno malo terris deflorata provincia. Adde *Urn.* *Instit.* divin. *Litt.* 28. *Vet. Scholiast.* ad *Cic.* *Sext.* 51. ab *A. Mai.* editus in *Class.* *Auct.* T. 2. p. 146. In quantum legem Philippi fratris eius extulit, in tantum hunc defloravit, qui dissimilis extiterit. *h. e.* infamavit. Cf. edition. *Orell.* et *Bait.* p. 304.

**DÉFLÜO**, illis, fluti, florum, flere, n. 3. (de et fluo). Part. *Defluens* sub A. I. et B. I. et II.; *Defluzurus* sub A. I. — Defluere duo diversa significat, prout A) Præpositio de motum a superiori ad inferiorem locum, aut B) Actionis finem ac cessationem significat.

A) Quum præpositio de motum a superiori ad inferiorem locum significat, defluo est deorsum fluo (It. scorrere in giù; Fr. couler d'en haut, découler; Hisp. fluir de alto, destilar; Germ. herunterflissen, abflussen; Angl. to flow down).

I.) Proprie de liquidis dicitur. *Sall. fragm.* apud *Priscian.* 6. p. 680. *Putsch.* Flumen Tauro monte defluens. *Horat.* 1. *Od.* 12. 29. Defluit saxis agitatus humor. *Ovid.* 3. *Fast.* 273. Defluit incerto lapidosus murmur rivos. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 22. (126). *Anaxom.* quo Varanus defluit. *Id.* 24. *ibid.* 18. 105. (169). Sanguis defluit a renibus. *Id.* 33. *ibid.* 5. 26. (86). Humor per venam auri defluens. *Id.* 18. *ibid.* 6. 8. (45). Succus ex filio defluens. *Id.* 34. *ibid.* 13. 37. (135). *Æs* (*liquefactum*) in catinos defluit. *Gell.* 17. 11. Potus defluit ad pulmones. *Tertull.* *Resurr.* *can.* 61. Cur non magis qua defluxura colentur? — Et poetice cum Accusativo Græcorum more. *Pro-pert.* 2. 15. 7. Nec tantum Niobe bis sex (at. bis se-ptem) ad busta superba Sollicito lacrimas defluit a Sipylo. *Ita leg.* recientes; contra vulgata lectio habet Sollicito lacrimans depluit a Sipylo.

II.) Translate usurpatum de iis, quæ non sunt liquida, pro decidere, descendere, etc. Quæ transitio a propria ad translatam significationem clarius patet ex *Virg.* 3. *G.* 47. Aries mersus secundo defluit annis. *h. e.* defertur. Sic *Curt.* 9. 8. extr. Sumptis dubiis annis peritis, defluit ad insulam. et *Sueton.* *Ner.* 27. Quoties (Nero) Ostium Tiberi deflueret. *Cic.* 5. *Tusc.* 21. 62. Jain ipsæ deflubunt corone. *h. e.* capite decidebant. *Orid.* 6. *Met.* 146. tristi medicamine tactæ defluxere comæ. *Tibull.* 3. 1. 18. Defluit color a libro. *h. e.* atteritur et diluitur. *Virg.* 1. *En.* 408. pedes vestis defluit ad imos. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (228). Vitis et olea defluit fructus. *Curt.* 4. 6. 11. Glæba, quin regis capiti incidisset, resoluta defluit. *h. e.* dissipata est. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 74. (197). Mirum fuit, nec defluisse eas (*prætextas*), nec teredineum injurias sensisse. *Propert.* 1. 20. 2. Id tibi ne vacuo defluit et animo. *h. e.* exridat. — Præcipue de iis dicitur, qui ex equo descendunt, praesertim si gravior vulnerati. *Virg.* 11. *En.* 499. portisque ab equo regina sub ipsis Desiluit: quam tota cohors initata relitti. Ad terram defluit equis. *Orid.* 6. *Met.* 228. frenisque manu moriente remissis In latus a dextro paulatim defluit armis. *Curt.* 7. 7. sub fin. Corpus ex equo defluit in terram. Adde *Liv.* 2. 20. *Furios* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. lapsusque in humum defluit, et armis reddidit æratis sonitum. — Item pro effundi ac dilatari. *Cic.* *Orat.* 27. 96. Hoc (slo-

quintice genus) totum e sophistarum fontibus defluit in forum. Sic, sed magis audacter, *Vellej.* 1. 16. Philosororum ingenia Socratis ore defluunt. *Forcellinus* interpretatus est: a Socrate venientia: sed rectius dixeris, quæ a Socrate venientia, ab eodem discedendo in majus et quidem in peius extrevere: V. Kritz ad h. l., et cf. *Quintil.* 10. 1. 126. Tantum ab eo (adolescentes) defluebant, quantum ille (*Seneca*) ab antiquis descendebat. *Cic.* 1. *Tusc.* 25. 62. A necessariis artificiis ad elegantiora defluitimus. h. e. transvimus. *Quintil.* 1. 8. 9. In omnia deliciarum genera vitiaque, dicendi quoque ratione, defluitimus. — Item pro derivari, provenire. *Sueton.* *Aug.* 2. Is Cn. et C. procreavit, a quibus duplex Octaviorum familie defluit, h. e. derivata est. *Horat.* 1. *Od.* 28. 27. multaque merces, Unde potest, tibi deflato aquo Ab Jove, h. e. proveniat. — Item perire, perdi. *Cic.* 16. 58. Ne quid in terram defluat.

B) Quum præpositio de actionis finem ac cessationem significat, defluere est fluere desinere.

I) Proprie. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 42. Rosticus expectat, dum defluat amnis: at ille Labitur et labetur in omne volubilis æcum. *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 3. Quum hiberni defluxere torrentes.

II) Translate est deficere, cessare. *Cic.* *Sext.* 32. 69. Ex novem tribunis, quos tunc habueram, unus me absente defluit, h. e. a me alienatus est. Sic *Pseudo-Sall.* 1. ad *Cæs.* de republ. ordin. 2. Ex queis magna pars, ubi neque creditum condonare, neque te cibis, sicuti hostibus, uti vident, deflueret. Rursus *Cic.* 9. *Fam.* 20. Ubi salutatio defluit, litteris me involvo. *Sall. Cat.* 1. Ubi per sociorum vires, tempus, ingenium deflueret, h. e. abierte, perierte. *Tibull.* 3. 4. 81. ignavus defluxit pectore somnus. h. e. abiit: exitus sum. *Horaq.* 3. *Od.* 27. 35. tenera soccus Defluat prædæ. *Id.* 2. *Ep.* 1. 157. Gracia artes Intulit agresti Latio; sic horridus ille Defluit numerus Saturnius. *Lactant.* 5. 22. Disciplina deflorens. h. e. paullatim deficiens. — NB. In illo *Colum.* 12. *R. R.* procem. 9. Lux et inertia defluere: Schneider. rectius legit diffluere.

**DEFLUUS.** a, um, adjekt. ¶ 1. Activa significatio est qui defluit, aut decidit. *Stat.* 9. *Theb.* 325. levat unda gradus, seu defluus ille, Sive obliquus eat. *Id.* 1. *Silv.* 3. 53. Splendor ab alto defluit. — *Defluas* cæsaries est prolixa, promissa apud *Prudent.* 13. *epi* 30. *Defluas* cæsaries compescitor ad breves capillos. ¶ 2. Passiva significatio, ex quo aliquid defluit. *Apul.* 3. *Met.* Vasculum graciliter fistulatum, ac per hoc guttatum defluum. h. e. per quod aqua defluit, clepsydra.

**DEFLUVIUM,** n, n. 2. (defluo) actus defloendi. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 29. 69. (281). Est in cælo, qui vocatio lacteus circulus. Iujus defluvio, velut ex ubere aliquo, sata cuncta lactescunt. *Id.* 28. *ibid.* 2. 5. (28). Defluvia capitis. *Id.* 29. *ibid.* 6. 34. (108). Defluvia capillorum.

**DEFUXIO.** ónis, f. 3. ¶ 1. Est idem quod defluvi. *Firmic.* 3. *Mathes.* 7. Defuxio seminis. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. ventris. *Id.* 2. *Tard.* 5. sudoris ignei. ¶ 2. Hinc et pro corruptione dicitur. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 14. init. Phthisis, sive, ut plerique appellant, phthoe, quod corporis faciat defluxionem, sive corruptionem.

**DEFUXUS,** us, m. 4. defluxio. *Apul.* de *Deo Socrati.* Nubibus omniss exortus terrenus, et retro deflatus in terras est.

**DEFODIO,** fodi, fossum, fôdere, a. 1. (de et fodi). Part. *Defossus* 1. et 2.; *Defidens* 2. — Defodio ¶ 1. Est idem fere quod fodi, vel effodi. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 17. Scroben defodiamus in limine stabuli et vivam pecudem obruanus. *Virg.* 3. *G.* 376. Ipsi in defossis specubus secura sub alta Ota agunt terra. *Horat.* 4. *Sat.* 1. 42. Quid juvat immensom te argenti pondos et auri Fortim defossâ timidum depone terrâ? *Flor.* 3. 21. ad *fin.* Oenitis, manibus, cruribusque defossis. h. e. ocalis erutis, manibus et cruribus disserptis. *Clodian.* 2. in *Entrop.* 351. Hic coquus, hic lenu, defossi verbera terga. h. e. lacerati. ¶ 2. Item terrâ effossa obruo. *Plaut. Host.* 2. 2. 51. Aurumque eii admittit hospiti, Eunque hic defodit hospitem ibidem in ædibus. *Lucret.* 5. 933. nec sebat molirier arva, Nec nova defodere in terram virgulta. *Cic.* 2. *Divinat.* 65. 134. Thesaurum defossum esse sub lecto. *Id.* 1. *ibid.* 17. 33. Contram illam et novaculae defossum in comitio, sepraque impositum puteal, accepimus. *Ovid.* 2.

**Fast.** 641. Defodere lapidem in agro. *Id.* 4. *Met.* 239. Ille feror immansuetusque precantem — et, Ille Vim tult invita, dicentem, defodit alta Crudiis humo. *Liv.* 8. 10. ad *fin.* Signum septem pedes altum in terram defodi. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 8. Oblitum vas in sterquilino defoditur. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 13. 21. (97). In vasis fictilibus defodere propagines aptissimum. *Id.* 18. *ibid.* 17. 45. (160). Herba defossa in quoatoor angulis segetis. *Id.* 19. *ibid.* 8. 42. (150). Defosso semine acervatim, parvulis serobibus seront. *Virg.* 2. *G.* 507. Condit opes alius defossoque incubat auro. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (177). Defodere aurum nullo conseco. *Id.* 9. *ibid.* 7. 6. (17). Animalia, quæ semper defossa vivont, eeu talpæ. Alter *Plin.* 4. *Ep.* 11. Missi pontifices, qui defodiendam necandamque curarent. ¶ 3. Item est idem fere quod condo. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 25. Quidquid sub terra est, in apricum proferet ætas; Defodiet condetque nitentia. *Seneca Consol.* ad *Marc.* 2. extr. Octavia fortunam exosa defodit se et abdidit.

**DEFOLIO** ἀποφύλλω. *Gloss.* *Cyrill.* Quam vocem confirmat grammaticus *Eutych.* p. 2148. *Putsch.* Foliū, defolio, defolias.

**DEFOMITATUM** a fontibus succisum, quibus confoveri erat solitum lignum. *Paul. Diac.* p. 75. 10. *Müll.* Sic *Gloss.* *Labb.* Defomo (corrigi defomo) ἀποφέλλω.

**DÉFÓRAS,** adverb. extra. *Inscript.* apud *Gruter.* 573. 1. IN CAPITOLIO AD ARAM GENTIS JULIAE DEFORAS PODIO SINISTERIO. At *Marin.*, qui *Frat. Arv.* p. 485. scripsit in allata Inscriptione conjunctim esse scriptum deforas, idem tamen in *Patip.* *Diplom.* p. 270. n. 51. asseverat, punctum esse inter duas voces, easque sic divisim insculptas DR. FORAS.

**DEFORE.** f. DEFUSM.

**DÉFÓRIS,** adverb. a loco exteriore. *Vulgat.* interpr. *Matth.* 23. 25. Quia mundatis quod deforis est calicis. Adde eundem. *Genes.* 7. 16. et alibi. *Isid.* 19. *Orig.* 22. Erotica vestis est peregrina, deforis veniens. Adde *Theod.* *Priscian.* 4. 1. init., cuius verba *V.* in *DEINTUS*. Ceterum hoc a veteribus etiam grammaticis reprehenditur, et quidem recte: sic *Cledon.* p. 1875. *Putsch.* Deintus et deforis non dicimus, quia præpositio adverbii vocalibus minime sociatur.

**DÉFORMA** dicuntur extra, quæ dantur calida, dectcta; a formis calidus. *Paul. Diac.* p. 83. 11. *Müll.*

**DÉFORMATIO,** ónis, f. 3. duo diversa significat, prout

A) Particula de est intensiva, et deformatio est actus deformandi, delineatio, descriptio, forma. — a) Generatim. *Vitruv.* 1. 1. 3. pr. *Schneid.* Venti e quibus regionibus singuli spirant, deformationibus grammicis ostendit. *Firmic.* 1. *Mathes.* 3. sub *fin.* Nondum corporis deformatione completa. — b) Speciatim apud Rhetores. *Capell.* 5. p. 172. Diatyposis est descriptio vel deformatio, quin rebus personisque subjectis et formis ipsas et habitus exprimitus. f. *EL FIGURATIO.*

B) Quum particula de rei cessationem, vel rem in peius rucere significat; et deformatio est forme corruptio, deformitas. *Liv.* 9. 5. extr. Ut ab illa deformatione tanta majesticus, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos. h. e. ob distracta consilibus insignia magistratus in Caodina sponsonie. Adde *Cod. Theod.* 7. 13. 4. et 15. 1. 19.

**DÉFORMATUS,** a, um. f. DEFORMO.

**DÉFORMIS,** e, adjekt. (de et forma). Comp. *Deformior* et *Sup. Deformissimus* sub 2. — Deformis ¶ 1. Raro admodum dicitur qui forma caret, qui est sine forma, informis. *Ovid.* 2. *Fast.* 554. Perque vias urbis, Latiosque ululasse per agros Deformes animas, volgus inane ferunt. ¶ 2. Sivepus est qui nula est forma. fædus, turpis: eique opponunt *formosus* apud *Cic.* 1. *Invent.* 24. 35. Præterea commoda et incommoda considerantur ab natura data aut animo aut corpori, hoc modo: Valens an imbecillis; formosus an deformis; vel etiam honestus, ut apud eundem. 2. *Orat.* 61. 248. tiravitas honestis in ictibus, jocus in turpiculis et quasi deformibus ponitur. — Ceteruni hoc sensu usurpatur tum de corpore, tum de animo. — a) Cum adito nomine. *Cic.* 5. *Fin.* 12. 35. Motus corporis statusve deformis. *Id. Cæl.* 3. 6. Ut eum peniteat

non deformem esse natum. *Id.* 4. *Fam.* 9. Patria deformior. *Id.* 1. *Off.* 35. 126. aspectus. *Id.* 1. de republ. 34. Nec ulla deformior species civitatis. *Cæs.* 7. *B. G.* 23. Hoc cum in speciem varietatemque opus defurare non est. h. e. pulrum. *Liv.* 1. 16. Deforme spectaculum. *Id.* 5. 49. Solum patriæ bellis deformis et incondita turba. *Gell.* 5. 11. Deformissima femina. *Frontin.* *Aquæ.* 93. Deformis ac turbida aqua. *Quintil.* 9. 4. 33. Deformis nomen. h. e. absonum. — *Horat.* *Epod.* 13. 18. Deformis æxrimonia. *Ovid.* 3. *Art. am.* 373. Ira deformis malum. *Lucan.* 8. 81. dolor. *Quintil.* 8. 6. 40. libido. *Stat.* 10. *Theb.* 332. vita. *Id.* 5. *Sylv.* 3. 116. ortus. h. e. ignobilis, vilis. *Martial.* 11. 99. vitium. h. e. turpis morbus, pudendum. *Tac.* 4. *Ann.* 20. obsequium. *Sueton.* *Vesp.* 23. Deformis luca. h. e. sororid. *Sil.* It. 16. 220. Hand deformis erit vobis ad fœdera versis Pacator mediusne Siphax. h. e. pendens, contemnendus. *Liv.* 45. 44. in *fin.* Orationem non tam honorificam audientibus, quain sibi deformem, habuisse. h. e. quæ sibi dedecori fuit. Cf. *Quintil.* 9. 4. 15. — Poetice cum Genitivo. *Sil.* It. 1. 165. Quem postquam diro suspensum robore vidit Deformem leti famulus. h. e. de honestatum infami genere supplicii. — b) Absolute, substantivorum more. *Cic.* 1. *Off.* 38. 137. Deformis etiam est, de se ipso prædicare, falsa præsentia. *Quintil.* 1. 3. 14. Deformis et servile est cædi discentes. *Tac.* *dial. de orat.* 36. extr. Mutum et elinguem videri deformis habebatur. *Plin.* 8. *Ep.* 24. ad *fin.* Multo deformius est amittere, quam non assequi laudem.

**DÉFORMITAS,** átis, f. 3. privatis, turpitudi. et ¶ 1. Dicitur tum de corpore, tum de animo, et conjungitur cum nomi, prævitatis, depravatio, fœditas. ut apud *Cic.* 3. *Off.* 29. 105. Quæ si in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa depravatio ei fœditas animi debet videri? *Id.* 1. *Leg.* 19. 51. An corporis prævitatis, si erunt per insignes, habebunt aliquid offensionis; animi deformitas non habebit? *Id.* 2. *Orat.* 59. 239. Deformitas et vitium corporis. Sic *Vellej.* 9. 69. de *P. Vatinio.* In quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingeni: adeo ut animus ejus dignissimo domicilio inclusus videretur. Rursus *Cic.* *Orat.* 17. 56. Dissertis deformitate agendi multi infantes putati sunt. *Id.* 1. *Orat.* 34. 156. Intendi sunt nobis non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem prævriterque veniamus. *Id.* 9. *Att.* 10. Fugæ et negligenter deformitas. *Liv.* 2. 23. In tanta deformitate. *Quintil.* 2. 3. 12. Ut amissi oculi deformitas lateret. *Sueton.* *Ner.* 38. Offensus deformitate redificiorum. *Gell.* 15. 17. Pudefactus oris deformitate. *Id.* 3. 3. Vitia atque deformitates meretricium. *Inscript.* apud *Orell.* 3316. CIVITATEM BELLAM YDA ANTE SALI DEFORMITATR SORDENTEN - ORNANDAM CYRAVIT. ¶ 2. Pro de honestamento, decture. *Nepos.* *Agés.* 8. Naturam maleficam nactus est in corpore, etiguis et claudus altero pede: quare nonnullam afferebat deformitatem: atque ignoti faciem ejus cum intuerentur, contemnent. *Auct.* *B. Alex.* 19. extr. Hostili modo Cordubensis æuos vastat. Cojuus rei deformitate atque indignitate leziones concurrerunt, etc. *Quintil.* 6. 1. 12. Si judicibus aut gloriae futura est absolutio rei, aut deformitati damnatio.

**DÉFORMITER,** adverb. fœde, turpiter. *Quintil.* 8. 3. 45. Junctura (verborum) deformiter sonat. *Id.* 10. 1. 82. Deformiter dicere. *Fal.* *Max.* 8. 1. 6. Ut abjecere se tam suppliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur. *Sueton.* *Ner.* 49. Vivere deformiter et turpiter.

**DÉFORMO,** as, avi, ãtum, are, a. 1. (de et forma). Part. *Deformatus* in omnibus paragr. et in *fin.*; *Deformandus* sub *B.* II. — Deformare duo diversa significat: aut enim A) Præpositio de est intensiva (vel iuxta nonnullos significat exemplar, a quo quid describitur) et deformare est figurare, delineare; aut B) Præpositio de, quæ motum a superiori ad inferiorem locum proprie indicat, metaphorice significat aliquid a bono in deteriori statum detinere, et deformare est formam destruere, corruipere, fœdere.

B) Quum præpositio de est intensiva (vel iuxta

nonnullus significat exemplar, a quo quid describitur; deformare est figurare, delineare, formam dare (It. *formare, disegnare, delineare, abbozzare*; Fr. *former, faconner, dessiner, ébaucher*; Hisp. *formar, dibuxar, delinear*; Germ. *abformen, abbilden, darstellen, entwerfen, zeichnen*; Angl. *to form, fashion, describe, delineate, design*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 161. Quum areas deformabis, intervallum facito inter eas semipedem latum in omnes partes. *Farro 3. R. R.* 5. 10. Locus deformatus ad tabule litterarie speciem cum capitulo. *Vitruv. 1. 1. 4. Schneid.* Architectum graphidos scientiam habere oportet, quo facilis exemplaribus pictis, quem velit, operis speciem, deformare valeat. Cf. *eund. 5. 6. 9. Schneid.* Scenam tragicam deformatum columnis et fastigii et signis reliquisque regalibus rebus. *Forcellinus h. 1. deformatre* accepit pro ornare; sed *V. integrum locum*. Cf. *Cic. 3. Herenn. 22. 37. Aut si qua re imaginem deformatibus, ut si eruant, aut ex eo oblitum, aut rubrica delibutam inducimus, quo magis insignita sit forma. Quintil. 5. 11. 30. Marmora deformata prima manu. Id. 6. *procem.* 9. Non enim floculos, sed certos atque deformatos fructus ostenderat. *Alii minus recte leg. defloratos.**

II.) Translate. *Plaut. Pseud. 2. 3. 10. Jam instituta, ornata cuncta in ordine, animo, ut volueram, certa deformata habebam. Cic. Cæc. 5. 14. H. e., quem supra deformati. h. e. descripsi. Sic Seneca 7. Benef. 2. Hanc voluptatem numquam sensuram sui tedium, percipit hic, quem deformatum.*

B) Quum præpositio de significat aliquid a bono in deteriorem statum delabi, deformatre est formam destruere, corrumpere, sedere (It. *disformare, guastare*; Fr. *déformer, défigurer, rendre laid*; Hisp. *desfigurar, desmejar, asear, estragar, ojar*; Germ. *verunstalten, entstellen*; Angl. *to deform, disfigure, mar the fashion of*).

I.) Proprie. *Cic. 6. Verr. 55. 122. Parietes nudos ac deformatos reliquit. Id. 2. Att. 21. 3. Hunc omnibus a me pictum et politum artis coloribus, subito deformatum non sine magno dolore vidi. et paula supra. Deformatus corpore, fractus animo. Sall. Jug. 14. Homo ærumnis deformatus. Liv. 10. 45. Fulminibus complura loca deformata. Adde *eund. 37. 3. Auct. B. Alex. 21. Patria turpissimis incendiis et ruinis deformata. Cf. Cic. 4. Herenn. 14. 20. Qui sunt, qui Italiani deformataverunt? Carthaginenses. Virg. 4. G. 251. horrida vultum Deformat macies. Id. 10. En. 84. Canitilem inimundo deformat pulvere. Ovid. 1. Art. am. 517. Tonsura male deformat capillos. Sil. It. 2. 707. Membra deformata veneno.**

II.) Translate. *Cic. Cœl. 2. 3. Ut ad ea, quæ accusatores, deformati hujus causa (h. e. ut hinc infamiam inferrent), detrahendæ spoliandæque dignitatis gratia, dixerunt, primum respondeant. Id. Sall. 26. 73. Quæ ita a fortuna deformata sunt, ut tamen a natura inchoata compareant. V. Halm ad h. l. Id. Harusp. resp. 26. 57. Homo vitis deformatus. Liv. 9. 30. Deformatre ordinem prava lectione. Id. 3. 71. Victoriam honestam turpe domi judicium populi deformativit. Id. 8. 32. Deformata victoria. Id. 33. 36. Deformatre victoriam clade. Adde *eund. 21. 24. Id. 30. 14. extr. Cave, deformati multa bona uno vito. Virg. 12. En. 805. Deformatre dominum et luctu misere hymentes. h. e. luctu completere. Quintil. 11. 1. 3. Monilibus, quæ sunt ornamenta feminarum, deformatur viri. Id. 10. 7. 32. Hæc ipsa fiducia laterat ac deformati orationem. — Hinc Part. preterpass. cuius plura superius exempli retulimus,**

*Deformatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Deformatissimus*. Translate. Cic. Harusp. resp. 12. 25. Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest? Gell. 11. 2. Homo probri plenus, sparissimæque vites ac deformatissime.*

DÉFORMOSUS, a, um, adject. deformatus. Occurrit tantum Comp. *Deformosior* apud *Sidon. 3. Ep. 3. Consilio deformatiore aliiquid occulere. Al. leg. deformatiore.*

DÉFORMUS. *V. DEFORMA.*

DÉFOSSUS, a, um. *V. DEFODIO.*

DÉFOSSUS, us. m. 4. defodiendi actus. *Plin. 19. Hist. nat. 8. 48. (163). Area in defossu cavata. Sit lig. legit defossum.*

DÉFRÄCTUS, a, um. *V. DEFRINGO.*

DÉFRAUDATIÖ, ônis, f. 3. actus defraudandi. *Tertull. Anim. 43. Omnis natura aut defraudatio, aut enormitate rescinditur, proprietate mensuræ conservatur. h. e. defectu aut excessu*

DÉFRAUDATOR, ôris, m. 3. fraudator. *Seneca 4. Benef. 26. Qui beneficiorum defraudator est. Correctiores libb. hab. fraudator. Caius tamen Instil. (edente iterum *Goeschenio*) § 65. Quod invicem tibi defraudatoris nomine debet.*

DÉFRAUDATRIX, teis, f. 3. quæ defraudat. *Tertull. Jejun. 16. Domus impudens, sacrificiorum carnarium defraudatrix.*

DÉFRAUDATUS, a, um. *V. voc. seq.*

DÉFRAUDO, as, avi, åtum, are, a. 1. (de et fraudo). In MSS. Codicibus legitur et defrudo, quem admodum cludo pro cludo: *V. DEFRUDO* suo loco. — Part. *Defraudans* sub c; *Defraudatus* sub a. — Defraudare est fraudando intercipio, aufero (It. *defraudare, togliere*; Fr. *entrever par tromperie, frustrer*; Hisp. *frustrar, alzar, quitar engañando, con fraude*; Germ. *betrügen, übervorteilen*; Angl. *to beguile, deceive, impose upon, defraud, cheat*). Occurrit — a) Cum uno tantum Accusativo. *Plaut. Pseud. 1. 1. 91. Defraudare aliquem drachma. Ter. Adelph. 2. 2. 37. Colaphis tuber est totum caput: etiam insuper defraudat?* Cic. *Orat. 66. 221. Ne brevitas (periodi) defraudasse aures videatur, neve longitude obtusisse. Liv. 36. 40. extr. Fructu victorie sue aliquem defraudare. Paulin. Nolan. 26. 74. Poccudum sanguine defraudatus.* — b) Et cum altero Accusativo. *Plaut. Asin. 1. 1. 82. Tene ego defradem, cui ipsi nihil est in manu? nisi quid tu porro utrem defraudaveris?* Farro opud *Non. p. 24. 33. Merc.* as defraudasse cauponem. Cic. 7. Fam. 10. Quem ne andabatam quidem defraudare poteramus. h. e. retinere a spectandis andabatis, privare spectaculo andabatarum. *V. ANDABATA.* — c) *Defraudare genium suum* (qui recte opponitur *indulgere genio*) est quod *Liv. 5. 47.* dicit, fraudare se victu suo, h. e. necessaria naturæ negare, comparendi causa. *Plaut. Iulul. 4. 9. 15. Econet me defraudavi, animumque meum, geniumque meum: nunc eo alii laetificantur, meo malo et damno. Ter. Phorm. 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix de demonio suo, sum defraudans genium, comparsit miser.*

DÉFREMO, mis, niui, mere, n. 3. (de et tremo) fremere desino. *Sidon. 1. Ep. 5. extr. Nondum cuncta thalamorum pompa defremuit. Id. 4. ibid. 12. Sensim ira defremuit. Id. 9. ibid. 9. Donec gentium concitatarum procilla defremiceret. Fl. Axian. 28. Credidit iosanum defremuisse pecus. Tribuunt etiam Plinio 9. Ep. 13. Cum jam satis primus ille impetus defremisset. Al. rectius leg. defervuisse.*

DÉFRÉNATUS vel *Defrænatus*, a, um, particip. verbi iousit, defreno, sine freno, effrenatus. *Ovid. 1. Met. 282. Et defrenato volvuntur in sequora cursu.*

DÉFRENNS, in Glossis exponentur ἀρνοῦσα, ξεπιέζει, ager, messis: et *Defrensa*, ὁρκυά, ξεπιέζει-αγερ, vel seges demessa. *Paul. Diac. p. 74. 17. Müll. hæc habet: Defrensam, detritam atque detunsam. ubi de ueste putant sernionem esse, ducta metaphora ab arvis demessis. Müller. ad h. l. recte monet pro defrensan legendum defresam; namque frendere et Festus et Paul. Diac. s̄p̄e interpretantur frangere: unde rectius Placidi Gloss. p. 452. ed. A. Moi. Defresum, detritum, unde adhuc frisa faba, que obritra frangitur.*

DÉFRENSAM. *V. voc. præced.*

DÉFRESUS, *V. DEFRENS.*

DÉFRÍÁTUS, a, um. *V. DEFRI.*

DÉFRICATE, adverb. Translate *Nævius apud Charis. 2. p. 178. Putsch. Facete et defricate. h. e. salte: quæ sensu Horat. 1. Sat. 10. 4. Lucilius sale multo Urbem defricuit.*

DÉFRICATIÖ, ônis, f. 3. idem fere ac fricatio. *Cœl. Aurel. 1. Auct. 1. ad fin. Addenda similiter etiam corporis uinctio ac defricatio. Adde *eund. 2. ibid. 18. et 29.*, et 3. *ibid. 16.**

DÉFRICATUS, a, um. *V. voc. seq.*

DÉFRICO, fricas, fricū, fricatum vel frictum, fricare, a. 1. (de et frico). Part. *Defricatus et Defrictus* sub 1. — Defrico est idem quoq; frico, aut valde frico (It. *fregare*; Fr. *frotter*; Hisp. *flotar, estregar ó sobajar*; Germ. *reiben, abreiben, einreiben*; Angl. *to rub, rub hard*).

I.) Proprie. *Catull. 39. 18. hoc solet sibi mane dentem atque russam defricare gingivam. Id. extr.*

37. Et dens Ibera defricatus urina. *Cic. 4. Herenn. 10. 12. Ut in balneari venit, cœpit, postquam perfusus est, defricari. Ovid. 3. Art. am. 216. Nec coram dentes defricuisse probem. Cels. 5. 28. n. 18. Levis papula jejuna saliva defricatur. Colum. 12. R. R. 58. 1. Radicem diligenter defricare, ne quid terren habeat. Id. 11. ibid. 2. 70. Dolia partim picata, partim defricata et diligenter lota. Id. 7. ibid. 5. 8. Medicamentum subræ parti illinitur, quæ prius pumice defrica reduceratur. Id. 6. ibid. 13. 1. Scalies extenuatur trito ellio defricata. Id. 6. ibid. 7. 4. Defricare vulnera. *Plin. 26. Hist. nat. 4. 10. (21). Lichenes defricantur punice. Id. 28. ibid. 12. 50. (188). Defricata maculæ. Sueton. Fesp. 29. Ad tuendam valetudinem nihil amplius quam fauces ceteraque membra sibi meli numerum in sphæristatio defricare. V. Celsi loc. cit. in PERFRICO. Apul. 3. Met. Vigilans somniabat: defrictis adeo diu pupillis, an vigilare scire quærebam. — Seneca Ep. 87. ante med. Non omnibus obesis mannis præferes unicum illum equum a Catone defrictum? h. e. detritum, ulceratum.**

II.) Translate. *Horat. 1. Sat. 10. 4. de Lucilio.* idem quod sale multo Urbem defricuit, charta lanudata eadem. h. e. acriter reprehendit in satiris suis, cum dolore sorori, qui notabantur. Eodem sensu, et aliis verbis *Pers. 1. 115. secuit Lucilius Urbem, Te Lupe, te Nutil, et genuinum frexit in illis.*

DÉFRICUTUS, a, um. *V. voc. præced.*

DÉFRIGESCO, frigescis, frixi, frigesere, n. 3. (de et frigescō) idem quod frigescō. *Colum. 12. R. R. 20. 4. Jubebis ruitabulo ligneo agitari quod decoloris, eo usque dum defrigescit. Id. 12. ibid. 21. 1. Defructum, cum defrict, transfertur in vase et repunitur.*

DÉFRINGO, fringis, frègi, fractum, fringere, a. 3. (de et fringo). Part. *Defractus et Defringendus* sub 1. — Defringo est deorsum frango, confringo (It. *rompere, spezzare*; Fr. *rompre, briser, casser, détacher en rompant*; Hisp. *romper, quebrar*; Germ. *abbrechen, zerbrechen*; Angl. *to break off, break*).

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor. 3. 1. 126. Metueam, ne ibi defregisset crura aut cervices sibi. Adde *eund. ibid. 2. 2. 1. Id. Stich. 1. 3. 37. Ei hercile ego verbo lumbos defractus velim. Cato R. R. 88. Amphora defracto collo. Farro 1. R. R. 40. 4. Defringere plantas. Cir. Cæc. 21. 60. Qui præterentes ramum defringenter arboris. Id. 4. Herenn. 55. 68. Pedem subsellii defringere. Id. 3. Orat. 28. 110. Serculas defringendus. Juventius apud Charis. 2. p. 196. Putsch. Caput ei testatim defregero. Virg. 2. G. 300. summas defrige ex arbore plantas. Id. 11. En. 747. tum summa ipsius ab hasta Defringit ferrum. Plin. 21. Hist. nat. 7. 18. (38). Hortensiorum quædam non nisi defracta, aut ex attritu olent. Id. 26. ibid. 8. 39. (63). Defracti rami. Sueton. Claud. 41. subsellia.**

II.) Translate. *Seneca Ep. 92. Id unum bonum est, quod nunquam defringitur. h. e. deflectitur et deripiatur.*

DÉFRIO, as, are, a. 1. (de et frico) idem quod frigescō. Occurrit tantum Partic. *Defriatus apud Pelagon. 30. 15. Cicatrices oculorum jejuna saliva et salte defricti extenguuntur.*

DÉFRUDO, as, avi, åtum, are, a. 1. idem quod defraudō: ab eo enim est, ut cludo a cludo etc., teste Mar. *Victorin. de art. gr. 1. p. 2469. Putsch. In defrudo apicem secundæ syllabæ imponere debet, nam defervendo et decoquendo fit tale quod defructetur, id est fraudetur coctura et minuat. Ceterum Non. p. 31. 7. Merc. loca assert Terentii et Plauti aliquot, in quibus alii defrudo legunt. Sunt qui adducunt locum Catonis R. R. 24. Quidquid vini defructabilis. Sed rectius legendum ibi defructabilis. F. DEFROUTO. Adducendus potius est locus Fronton. 1. ad Antonin. Imp. (edente iterum A. Maior) Ep. 5. Vide, quæso, ne temet ipse defrudes, et detrimentum amoris ultra poscas. Adde Plaut. Asin. 1. 1. 81. — Sunt qui defructet legendum censent apud Caton. R. R. 5, sed *V. voc. seq.**

DÉFRUGO, as, are, a. 1. segetem parum frugiferam redit, subtrahente scilicet seminis mensuram ceteroquin necessariam. *Cato R. R. 5. Villitus segetem ne defruges, nam id infelix est. Schneidler. leg. defructet; sed cum Plinius 18. Hist. nat. 24. 55. (200), al hunc locum respergit, nihil mutandum.*

præsertim quia *ibid.* nulla est lectionis varietas, idemque loquitur de modo sementis. Ita vero *Plin.* loc. cit. Huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum: segetem ne defruges. At *Siliq. Schneideri* lectionem retinuit.

DÉFRUMENTUM, i. n. 2. idem ac detrimentum, a defruo. *Plin. Valer.* 5. 24. Omnia alia defrumenta fogienda sunt.

DÉFRUO, frūis, frāi, frūtum, frēdere, a. 3. absumo. Est a simplici fruo, cuius etymon vide in FRUOR. *Cato R. R.* 96. Aquam, quam lupinus defrueret, et faciem de vino bono inter se omnia commisceto pariter. h. e. quam lupinus in ea excoctus et parte consumperit. Ita locum scribendum putat *Pontedera Op. posthum.* T. 1. p. 279., approbante Schneidero ad *Script. R. R.* T. 4. P. 2. p. 15. Hisc porro deducas, per me ticut, verbum defruto. — Defrui idem esse ac deferrere affirmat *Klotz*, unde et DEFRTUM, quod *V.* suo loco.

DÉFRUOR, frueris, frīi, dep. 3. *Paul. Diac.* p. 70. 14. *Müll.* Defrui dicebant antiqui, ut de amare, deperire, significantes omnem fructum percipere. *Symmach.* 3. Ep. 23. Auctumnitate defruimur.

DÉFRUSTATUS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉFRUSTO, as, avi, atum, ore, a. t. (de et frustum). Part. *Defrustatus I.*; et *Defrustandus II.* — Defrusto est frustatum exerto, lacero, concido.

I.) Proprie. *Ammian.* 31. 2. de *Hunnis*. Sed semel tunica collo inserta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in paenulis deilurent defrustata. *Sidon.* 9. Ep. 9. Volumen lectito, ex serpo, maxima ex magnis capita defrustans.

II.) Translate. *Ammian.* 20. 2. Defrustandæ Mesopotamiae proximo vere ne ipse quidem cum exercitus robore omni opitulari poterit præsens. *Alli male leg.* defensandæ.

DÉFRUTARIUS, a, um, adject. ad defructum pertinens. *Colum.* 1. R. R. 6. 9. Pars fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam. *Id.* 12. *ibid.* 19. 3. Defrataria vasa. — Hinc

Defratarium, it, absolute, subaudi vas. *Colum.* 12. R. R. 20. 2. Vorum rerum singulæ librae in defratarium, — quoniam jam defructu et expurgatum erit, tum adjici debent.

DÉFRUTO, as, are, a. 1. Defrutare est defruto condire (It. conciare col vino cotto; Fr. faire cuire le vin nouveaux, faire du vin doux; Hisp. hacer cocer el vino nuevo; Germ. zu Mostsaft einkochen lassen; Angl. to boil new wine till it becomes defruted). *Cato R. R.* 24. Quidquid vini defratabilis, partem trigesimam defruti addito. *Colum.* 2. R. R. 24. 4. Defructum quoque facere et defructare vinum tertias licet. *Id.* 12. *ibid.* 37. 1., ubi docet vinum simile Greco facere, addit quosdam defruti sextarium miscere in musti sextarios XLVIII, nonnullos etiam diuos adiicie, si existimant vini notam parum esse firmam: hinc patet, cur solerent veteres Romani defructu vino miscere.

DÉFRUTUM, i. n. 2. Apud *Pelagon.* 28. 21. defructum scribitur. — Ceterum defructum est vinum roctum. *V. CARENUM.* *Varro* apud *Non.* p. 551. 24. *Merc.* et *Colum.* 12. R. R. 20. 8. et 21. 1. ita vocant mustum decoctum ad tertias: at *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (80), usque ad diuiniam partem: quod vero ad tertias decoquitor, tum *Id. ibid.* tum *Pallad.* 11. R. R. 18. sapam vocant. *V. SAPA.* *Virg.* 4. G. 269. Igni piangua multo Defruts. Ubi Servius: vina decocta et defraudata proprio sapore: quod confirmat etiam ad *eund.* 2. *ibid.* 93. *Palladius* vera loc. cit. haec habet: Defructum a defervendo dictum, ubi ad spissitudinem fortiter despumaverit. Hanc etymologiam confirmat *Non.* loc. cit. et quidem ex *Karrone*, ut videtur. At *Pontedera Op. posthum.* T. 1. p. 279. defructum ab antiquissimo verbo defruto derivendum censem, quod est consumere quid coctura, et ad minorem modum redigere; qui enim mustum coquendo ad tertias redigit, defructum facit, atque hinc Veneti vernacula lingua dicunt fruare, quod est consumere. Porro inde ortum verbum defruto, quo significatur vinum defruto condire. *V. FRUOR.* Ceterum clarius deducitur etymon, si defruto, a quo defructum, idem est ac defervo, ut recte potest *Klotz*. Etiam apud *Plaut. Pseud.* 2. 4. 51. defructum legitur.

DÉFLAMM, as, at, pro desim, is, it, usitatum ve-

terib. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 3. Metuo ne defuat oratio. *Al. leg.* defuerit. Ceterum *V. DESUM.*

DÉFUGA, se, m. 1. qui defugit, perfuga, transfuga. *Prudent.* 1. *nepi* 42. Idolis litare nigris, esse Christi defugos. *Imp. Arcad.* et *Honor. Cod.* *Theod.* 12. 19. 3. Curiae, vel collegii defugæ.

DÉFUGIO, fugis, fugi, fugere, a. 3. (de et fugio). Part. *Defugiendus sub a.* — Defugio est effugio, evito, recuso (It. sfuggire, schivare, ricusare; Fr. éviter en fuyant, éviter, fuir; Hisp. huir, evitar; Germ. davonfliehend vermeiden, ausweichen, fliehen; Angl. to shun, avoid, refuse to accept of). Occurrat — a) Cum Accusativo rei. *Plaut. Pten.* 1. 1. 19. Si auctoritatem postea defugris. *Ter. Eun.* 2. 3. 98. Numquam defugiam auctoritatem. *V. AUTORITAS.* *Ces.* 6. B. G. 13. Aditum eorum sermone mem defugint, ne quid ex contagione incommodi accipiant. *Cic.* 6. r. p. 15. murus. *Id. Sull.* 11. 33. auctoritatem consulatus mei. *Id.* 5. *Tusc.* 41. 118. Injurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. *Id. Planc.* 32. 77. Nullas sibi neque contentiones, neque dimications, nec pro re publica, nec pro me defugiendas putavit. *Plin.* 1. *Ep.* 8. ad sin. Defugere assentationem vulgi et acclamacionem. — *Defugere præclivum*, vitare, nolle pugnare, apud *Ces.* 1. B. C. 82., ubi alli leg. diffugere, sed minus recte. Differunt enim hæc duo, quod diffugere est bac illac diversos fugere; et fere de pluribus dicitur: defugere est devitare, recedere, rescurare, ut dictum est; et de uno etiam usurpatur. — b) Cum addita propositione subjunctiva. *Varro R. R.* 4. 2. Nec tamen defugio, quin dicam quæ scio de suillo pecore. — c) Absolute. *Ces.* 1. B. C. 32. Orat, rempublicam suscipiant, atque una secum administrent: sin timore defugiant. *Liv.* 5. 38. Circa ripam Tiberis, quo totum sinistrum cornu defugit. *Est qui malit diffugit.* *Grat. Cynegr.* 459. Defugere ab sacris.

DÉFUGO, as, are, a. 1. (de et fugo) idem quod fugo. *Theod. Priscian.* 1. 4. Capillos locis propriis defugabis, si etc.

DÉFULGURIO, as, are, a. 1. (de et fulgor) ignem, quasi fulgor, emitto. *Auson. Perioch.* 5. *Iliad.* Undantem clipeus defulgatur ignem.

DÉFUNCTIO, ônis, f. 3. ¶ 1. Est actus defungendi, seu perficiendi aliquid. *Salvian.* 1. *Gub. Dei* 8. Immolari sibi Deus filium jussit, pater (Abraham) obtulit, et, quantum ad defunctionem cordis, immolavit. *Ali. leg.* definitionem. ¶ 2. Est etiam idem ac morts. *Vulgat. Interpr. Eccli.* 1. 13. In die defunctionis suæ. *Gloss. Cyrill. Tébæti*, decessus, obitus, defunctio.

DÉFUNCTORIÆ, adverb. perfunctorie, leviter, remisse, ita ut defunctus esse officio videare, non arrerit et data opera. *Seneca* 5. *Controv.* 31. sub fin. Defunctorie causam mean egisse? *Ulp. Dig.* 38. 17. 2. a med. Defunctorie aliiquid petere.

DÉFUNCTIUS, a, um, adject. levis, remissus. Defunctiorum enim dicitur quidquid ita sit, ut ad defungendum officio satis esse videatur. *Petron. Satyr.* 138. Nec satius defunctorio ictu, morte me anseris vindicavi. *Id. ibid.* 132. Apodixi mihi defunctoriæ redde.

DÉFUNCTUS, a, um. *V. DEFUNGOR.*

DÉFUNCTUS, us, m. 4. idem quod mors. *Terull. advers. Valentian.* 26. Defunctui subjacere.

DÉFUNDO, fundis, fudi, fūsum, fundere, a. 3. (de et fundo). Part. *Defusus sub a et c;* *Defusurus et Defundendus sub a.* — Defundo est deorsum fundo, effundo (It. versare, spargere; Fr. verser, répandre, jeter; Hisp. echar, derramar; Germ. hin-abgiessen; Angl. to pour down, pour out). Occurrat — a) Generativ. *Cato R. R.* 156. Defundere aquam. *Cels.* 6. 6. n. 1. Ovi album in vas defundendum est. *Colum.* 12. R. R. 50. 10. Quo defundit in rotundum labrum, protinus capulator depleat, et in fictilia labra defundat. *Silv.* 5. 454. Donec abundant defusa sanguine late Procubuit mortiens. *Stat.* 1. *Theb.* 352. Auster defundit imbris. *Veget.* 2. *Peterin.* 29. 2. *Schneid.* Eo momento, quo potionem defusurus es, per singula animalia singulas heminas aquæ frigidae et recens sumptuæ potionis debet adjungere. — Defundere vinum propriæ significat in pateram, vel cyathum ex dolio, aut cado fundere bibendi causa. Diffundere autem, ex lacu in amphoram, cadum, vel dolium condere servandi causæ. Haec tamen apud scriptores sœpe librarii confu-

dere. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 58. Ac nisi mutatum parcit defundere viuum. *Ovid.* 5. *Fast.* 517. Quæque puer quandam primis distuderat annis, Prodit fumoso condita vina cado. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 14. 16. (94). Apothecas suisse et diffundi solita vina, apparebat indubitate Optimiani vini argumento. — Contraria ratione *Pallad.* 1. *R. R.* 18. Ex lacubus canales strati per parietes currant, et subjectis lateri suo dolis manantia vina defundant. — b) Speciatim apud Poetas dicitur et de his, quæ magna copia effunduntur. *Horat.* 1. *Ep.* 12. 29. fruges pleno defundit Copia cornu. *Petron. Satyr.* 5. Sic flumen largo Plenum, Pierio defundes pectora verba. — c) Item speciatim in sacris usurpatur de libamine faciendo. *Horat.* 4. *Od.* 5. 33. te prosequitur mero Defuso patris. *Grat. Cynegr.* 474. defusaque Massica prisca Sparge cado. *Val. Max.* 2. 6. n. 8. Defusa Mercurio deflamenta.

DÉFUNGOR, g̃atis, etus sum, gi, dep. 3. (de et fungor). Part. *Defunctus et Defuncturus.* — Defungor est idem quod fungor, vel omnino et plene fungor, perfungor, officium partesque meas plene exsequor, atque adeo liberor, solvot officio, molestia, periculo (It. fare, eseguire, compire, shrigarsi, liberarsi; Fr. s'acquitter d'une fonction, accomplir, acquitter, executer; Hisp. cumplir, excularse plenamente; Germ. sich einer Sache entledigen, ein Geschäft zu Ende bringen, vollenden, davon, ab-oder loskommen; Angl. to discharge, execute, perform, get rid of, be freed from). Usurpar — a) Cum Ablativo rei, quæ quis defungitur. *Lucrel.* 4. 959. Et quo quisque fere studio defunctus adhæret. *Al. leg.* devinctus. *Cic. Rose.* 1. 8. 21. Quum etiam qui ante metuerant, redirent. et jam defunctos se periculo arbitrarentur. *Id. Sest.* 34. 74. Defunctus omni populari concitatione. *Id. 7. Verr.* 68. 175. Defunctus honoribus. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 24. Neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam viii munere defungor orationis. *Liv.* 3. 8. Defuncta morbis corpora salubriora esse inceperunt. Cf. *Seneca* 6. *Quæst. nat.* 1. Campania toties defuncta metu (montis Vesuvii). Rursus *Etr.* 25. 35. Defuncti suo bello. h. e. soluti a suo bello. *Id.* 1. 4. Defungi imperio alicujus. et *ibid.* 25. Ille defungi prælio festinat. *Id.* 5. 5. Instare et perseverare defungique cura. *Id.* 29. 21. Libera corpora placere Locrenisbus restitui non levii defuncturum pena, qui non restituisset. h. e. non levii sufficientibus pena. *Horat.* 3. *Od.* 24. 15. Defunctumque laboribus æquali recreat sorte viciarius. *Curt.* 4. 4. extr. Carthago multis casibus defuncta. *Justin.* 1. 5. Defungi somnio. h. e. somnii sortem implere. *Id.* 12. 2. Defuncti responso. h. e. qui oraculi responsum se jussa impleverunt. *Seneca Phœniss.* 338. Defungi scelere. *Id. Hippol.* 128. nulla Minois levii Defuncta amore est: jungitur semper nefas. h. e. leviter amavit. — *Defunctus vita, morte, etc.* dicitur qui suam vitæ curriculum, quem debuit, implevit et ad plures transit. *Tibull.* 3. 3. 9. quoniam per mensu defunctus tempore lucis, Nudus Lethæa cogener ire ratet. *Forcellinus* legebatur cum Accos. h. e. præmissæ defunctus tempora lucis. *Virg.* 4. G. 475. Defunctaque corpora vitæ Magnanimum beroum. Sic *Horat.* 2. *Ep.* 1. 21. nisi quæ terris samota. quisque Temporibus defuncta videt, fastidit et odit. h. e. que sua vivendi tempora implevere. *Ovid.* 9. *Met.* 254. Iuque ego defunctum terræ cœlestibus oris Accipiens. h. e. terrena parte solutum. *V. locum Sueton.* *Ces.* 89. Neque quisquam sua morte defunctus est. *Curt.* 3. 11. Circa currum Daril jacobant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti. h. e. non modo mortui sunt, verum etiam saevissima sua fata honestâ morte impleverunt. *V. Müttell ad Curt.* 5. 25., ubi similiter honesta morte defunctus legitur. — b) Absolute, vel cum eas instrumenti; et est solvi, liberari. *Ter. Phorm.* 5. 9. 32. Cupio miseria in hac re jam defungier. parage pro defungi. *Cic.* 5. *Verr.* 16. 42. Quam tribus decumis pro una defungeretur. hoc loco defungi pertinet ad non-situationem: *V. FUNGOR.* *Calius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 1. Hoc mendacio, si qua pericula ibi impenderent, ut defungeremur, optavi. *Liv.* 10. 29. Vicisse Romanos, defunctos consulis fato. h. e. a periculo liberatos consulis morte. Sic *Id.* 4. 52. Defuncta civitas plurimorum morbis, perpauci funeribus. h. e. pestilenta liberata, quoniam plurimi mortui correpti, perpauci vero mortui fuissent. *Curt.* 8. 1.

Prospero eventu defunctus (*h. c. periculis*) Alexander. *Virg.* 9. *Æn.* 98. Carina defunctæ. *h. c. periculis.* *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 5. (9). Ceteri sermone herbas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicata, et nudis plerumque numinibus defuncti. *h. e. prolati* tantum herbarum nominibus totam rem expedierunt. — Hinc absolute *defunctus* est mortuus. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 108. Ut mea defuncta molliter ossa cubent. *Flor.* 3. 20. Duces defuncti pratio. *Plin.* 9. *Ep.* 9. Ohlivesi defunctorum. *Quintil.* 4. 1. 28. et 12. 10. 61. Defunctos excitare. Adde *eund.* 5. 5. 2. et 5. 14. 15. *Tac.* 15. *Ann.* 22. Defunctaque virgo Vestalis Lælia. Adde *Sueton.* *Tib.* 6. *Aug.* 99. et alibi; *Marit.* 8. 57.; *Lucan.*; *Tac.* etc. Hinc etiam *Curt.* 4. 10. Mater Darii defuncto assidens corpori. Adde *eund.* 4. 41. et *V.* ibi *Mützell*; et cf. *Virg.* 4. G. 475., cuius verba sub a in fine retulimus. Sic *Lucan.* 3. 720. Defunctum cadaver. — Vocem *defunctus*, utpote ominosam, nunquam aut raro admodum in antiquis sepulcrorum titulis usurpatam existimarent nonnulli, easque inscriptiones, in quibus ea legitur, ad Christianus homines pertinere. Utrumque falsum esse citatis exemplis sane pluribus probat *Clem. Biagi* in *Monum. Græc.* et *Lat. Mus. Nanian.* p. 198. — c) Passive et quidem — Impersonaliter. *Ter. Adelph.* 3. 5. 63. Utinam hoc sit modo defunctum. *Liv.* 2. 35. Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius pœna defungendum esset, patribus. — Part. præter. *Claudian. Phœnic.* 40. tunc conscient ævi Defuncti reducisque parans exordia formæ. *h. e. atatus transactæ.*

**DEFUSUS**, a, um. *V.* **DEFUNDO**.**DEFUTETUS**. *V.* **DIFFUTATUS**.

**DÉGÉNER**, néris, omn. gen. 3. (de et genus) qui a sui generis natura longe abest (It. *tralignante*, *bastardo*; Fr. *qui dégénère*, *dégénéré*, *abâtardir*; Hisp. *degenerando*, *bastardeando*; Germ. *aus der Art schlagend*, *ausgeartet*, *unächt*; Angl. *unlike his ancestors*, *degenerate*).

I.) Proprie. — a) *Absolute.* *Virg.* 2. *Æn.* 549. illi men tristia facta, Degeneraque Neoptoleum narrare memento. *Lucan.* 8. 693. et *Seneca Agamenn.* 387. Degener proles. *Hippol.* 908. sanguis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (10). Aquila imbellis et degener. *Id.* 17. *ibid.* 5. 3. (33). Atræ et degeneres herbæ. *Id.* 37. *ibid.* 4. 15. (58). Adamantes degeneres. *Id.* 11. *ibid.* 50. 111. (265). Canum degeneres caudam sub alvum reflectant. — b) Cum Genitivo. *Ovid.* 3. *Pont.* 5. 7. Juvenis patrii non degener oris. *Id.* 11. *Met.* 314. patriæ non degener artis. *Sil.* *It.* 10. 69. altæ virtutis patrum. *Stat.* 9. *Theb.* 619. sanguinis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 8. 8. (45). Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus. Nam neque nominum ullorum inter eos appellatio est.

II.) Translate est, qui a virtute majorum suorum recedit, vilis, ignobilis. *Virg.* 4. *Æn.* 13. Degeneres animos timor arguit. Cf. *Tac.* 1. *Ann.* 40. Neque degenerem ad pericula. *Curt.* 7. 23. 29. Paullatim a domestico externo sermone degeneres. *Lucan.* 3. 149. Degener metus. *Val. Flacc.* 1. 164. questus. *Seneca Herc. Cet.* 1388. clamor. *Id. Hippol.* 492. haud illum niger Edataque livor dente degeneri petit. *Tac.* 12. *Ann.* 19. Prece haud degener permotus. *h. e. non abjecta et indigna illo, a quo adhibebatur.* *Id.* 4. *ibid.* 61. Vita non degener. *Id.* 11. *ibid.* 19. Insidiæ non degeneres. *h. e. quæ non dedecabant Romanos, a quibus flebant.* *Id.* 3. *Hist.* 65. Vultus procul videntibus notabantur, Vitellii projectus et degener, Sabinus non insultans et miseranti proprior.

**DÉGÉNÉRATIO**, ònis, f. 3. mutatio in pejus. *Boeth.* de unit. et uno p. 866. Secundum descensum unitatis a superiori ad inferius fit degeneratio.

**DÉGÉNERATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉGÉNERO**, as, ávi, átum, are, 1. (de et genus). Part. *Degenerans sub A II.*; *Degeneratus sub II.* et in fin. — Degenero est degener sio, a mei generis natura discedo, et in pejus declino mutorque (It. *tralignare*, *bastardare*, *degenerare*; Fr. *dégenérer*, *s'abâtar*; Hisp. *degenerar*, *bastardear*; Germ. *aus der Art schlagen*, *entarten*; Angl. *to degenerate, grow worse, not to come to, to fall short of*). Usurpatur autem A) Neutrorum more, et B) Active.

A) Neutrorum more; et quidem

I.) Proprie. — a) *Absolute.* *Virg.* 2. G. 59. Po- maque degenerant succos oblitera priores. *Id.* 1. *ibid.*

198. Vidi lecta diu (semina), et multo spectata labore Degenerare tam. Adde *Colum.* 3. R. R. 10. 17. *Id.* 2. *ibid.* 9. 11. Etiam siccis frumentis degenerant. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 44. (149). Hordeum in avenam degenerat. *Id.* 17. *ibid.* 15. 25. (117). Si sativa (plantæ) silvestribus inserantur, degenerant in feritatem. — b) Cum addito Ablat. et præp. ab. *Cic.* 13. *Phil.* 15. 30. Frater tuus, qui a vobis nihil degenerat.

II.) Translate degenerare dicitur, qui a virtute majorum suorum recedit: et occurrit — a) *Absolute*, aut cum addito in aliqua re vel ad aliquam rem. *Cic.* 5. *Verr.* 68. 159. Consuetudo eum et disciplina degenerare non sineret. *Liv.* 9. 18. Exercitus degenerans. *Capitolin. Macrin.* 7. Solus Marcus nonen illud sanctum (Antonini) vitæ genere auxisse videatur, Verus autem degenerasse, Commodus vero etiam polluisse sacrati nominis reverentiam. Alii pro degenerasse legunt degeneriasse. *Tac.* 15. *Ann.* 68. Nec ceteri centuriones in perpetiis suppliciis degeneravere. *Id.* 14. *ibid.* 21. Honesto loro ortum degenerare ad theatralis artes. — b) Sæpius cum Abiat. et præpos. ab. *Cic. Flacc.* 11. 23. Ab hoc perenni contestataque virtute majorum degenerare. *Id.* 1. *Divinat.* 3. 6. a Stolcis. *Liv.* 9. 34. Nolo ego istam in te modestiam, ne degeneraveris a familia imperiosissima et superbissima. *Tac. Germ.* 45. Non modo a libertate, sed etiam a servitio degenerare. *Id.* 3. *Hist.* 28. a forma vitaque sua. *Sueton.* *Aug.* 17. a civili more. — Et passive impersonaliter. *Val. Max.* 2. 7. n. 7. Mars imperii nostri pater, ubi aliqui ex parte a tuis auspiciis degeneratum erat, numen tuum propitiabitur. — c) Cum Dativo poetice. *Stat.* 1. *Theb.* 464. et Marti non degenerare paterno. *Manil.* 4. 78. Degenerant nati patribus. *Claudian. IV.* *Cons. Honor.* 366. et patri non degeneraret Achilli.

B) Active, et quidem

I.) Proprie est degenerem reddere. *Colum.* 7. R. R. 12. 11. Si Venus teneris canibus conceditur, carpit vires, animosque degenerat. — Hinc passive. *Solin.* 17. Adulterinis coitibus degenerantur portus leænamur.

II.) Improproprie. ¶ 1. Est facere, ut quis a virtute majorum suorum recedat. *Val. Max.* 8. 4. Vitalitum se dicentes degenerati patris conspectum. ¶ 2. Hinc ponitur et pro debonesiare, dederare. *Propert.* 4. 1. 81. (He) non degenerasse propinquos. *Ovid.* 7. *Met.* 543. Acer equus quondam, magneque in pulvere famæ Degenerat palmas. *Id.* 3. *Pont.* 1. 45. Hanc cave degeneres. *Stat.* 3. *Sil.* 1. 160. Degenerare honorem. *I* hique alii aliter legunt. *Id.* 4. *Theb.* 149. fatuam. — Hinc

Degeneratum, i. n. 2. absolute, substantivorum more, ut *auditum*, *pronuntiatum* etc. *Liv.* 1. 53. Nec, ut injustus in pace rex, ita dux bellum pravus fuit. Quin ea arte aquasset superiores reges, ui degeneratum in aliis huic quoque decori obserisset. *V.* Interpp. ad h. 1.; ac præcipue consule *Hadrig* ad *Cic. de Fin.* p. 634, et *Mützell* ad *Curt.* 7. 23. 29.

**DÉGÉNÉRIO**, as, ávi, átum, are, n. I. (de et genus).

Part. *Degeneratus*. — Degenero est genio suo privo, hoc est infamo, de honesto. *V.* **GENIUS**. *Cassiod.* 5. *Variar.* 5. ad fin. Commonemus, ut præpositoriorum commoda non præsumas, nec quidquid eos potestatis bahere reverenda sanctit antiquitas, aliqua usurpatione degenes. *It. leg.* degeneres; *al. degenes.* *Id.* 12. *ibid.* 10. Si ad illum diem arcario nostro, dispunctis rationibus, non aut per te intuleris, aut destinariveris quantitatatem, degeneratus in provinciam velociter reddes, quæ te male distulisse cognoscis. *V.* et **DEGENERIO II. a.**

**DEGÈRE** antiqui posuerunt pro expectare. *Paul.* *Diac.* p. 73. 4. *Müll.*

**DÉGÉRO**, is, ere, a. 3. (de et gero) idem fere quod gero.

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 5. 2. 53. Mea ornamenti ad meretrices degerit. *Id. ibid.* 5. 1. 41. Aurum meum domo supplias utori tuæ, et tuæ degeris amicæ.

II.) Translate, degerere in pastillos, *h. e. conformatre*, pastilos ex aliqua re conficere, est apud *Plin.* 12. *Hist. nat.* 27. 60. (131). Sircata (ura) degeritur in pastillos. Veteres editiones habent digerere: quam lectionem retinuit et *Siliq.* — Degerere bellum, belum gerere. *Lucret.* 4. 965. Nautæ contractum cum ventis degerere bellum. *Al. leg. cernere*, alli rectius

degerere. Si degerere retineas, versus est hypermeter, quod in *Lucretio* tamem rarum non est.

**DÉGLÄBRATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉGLÄBRO**, as, átum, are, a. 1. (de et glabro). Part. *Degläbratus*. — Deglæbro est glarium reddo, glabro, corticem aut pilos detraho. *Paul. Dig.* 47. 7. 5. Arbores cingere est deglæbrare. *V.* **DECLAVO**. *Lactant.* 1. 21. Isidio sacerdotis, deglæbrato corpore, sua pectora tundunt. *V.* **DIGLUBO**.

**DÉGLEBO**, his, pium, bere, a. 3. (de et glubo). Part. *Degluptus* II. 1. — Deglubere est corticem eximere.

I.) Proprie. *Farro* 1. *R. R.* 48. 2. Quid eo folliu- ciuo deglubitur granum.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro extorciare. *Plaut. Pæn.* 5. 3. 33. Deglupta moena. *Marcell. Empir.* 16. a med. Mus degluptus. — Hinc illud: Boni pastoris est sondere pecus, non deglubere. Ita rescriptis Tiberius præsidibus provincias tributis onerandas saudibus, apud *Sueton.* in ejus *Vita* 32. Sic *Farro* apud *Non.* p. 158. 21. *Merc.* Peliam Medæa permisisse, ut se vel vivam deglubaret, dummodo redderet puelum. ¶ 2. Obscenæ sensu. *Auson.* epigr. 71. Deglubit, sellat, etc. *h. e. masturbat.*

**DÉGLUPTUS**, a, um. *V.* voc. præced.

**DÉGLÜTINO**, as, are, a. f. (de et glutino) dis- solvo, quod glutinatum erat. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 103. (163). Palpebras deglutinat antrachile.

**DÉGLUTTIÖ** vel deglutio, is, ire, a. 4. (de et glutio vel glutio) est cibum, vel potum per gulam ad stomachum transmittere.

I.) Proprie. *Fronto* 1. ad amic. (edente iterum 4. *Maia*) *Ep.* 15. Uvarum avilissimum est: primum denique hunc cibum deglutivit. *Alcim.* 4. 41. *It.* 634. de balæna *Jonæ*. Deglutire virum, fauces impleare capaces.

II.) Improproprie est patienter vel æquo animo ferre, quod minus probatur, qua significatio inghiottere etiam num Itali dicunt. *Boeth.* de duabus nat. p. 948. Nec deglutiebam, quod acceperam, sed frequenter consilli iteratione ruminaham.

**DÉGO**, gis, gi, gere, a. 3. (de et ago). *Degui* præterit. formavit *Auson.* pro degi, epist. 17. In comitate deguimus ambo ævo dispari. *Al.* tamen leg. degitus. *Ennod. Paneg.* *Theodor.* 19. Magistratum, etiam si longe deguerit, eviget qui meretur. et *Idac.* præsat. ante med. Esto, ut in sanctis, quibus deguit (Hieronymus) Hierosolymorum locis, quamplurima de his, que sunt insecura, subjecrit. — Part. *Degens* et *Degendus*. — Ratione habita etyma, *Non.* p. 278. 16. *Merc.*, eumque secuti *Lipsius* et alii dego ponit pro demo, minu, detraho, quasi deago, confirmantque exemplis ex *Plaut. Epid.* 1. 1. 63. *Men.* 5. 1. 41. et *Julul.* 2. 1. 43. Item et *Apul.* de *Mag.* et *Gell.* 17. 16., in quibus omnibus locis varia ac dubia est leetio. Addi potest et illud *Caton.* R. R. 37. sub fin. De vinea et arboribus putabis sarcina degere et fiscinum facere etc. Sed hic quoque alii aliter. At perspicuus est locus *Fronton.* 4. ad *M. Cræs.* 3. a med. Potest vestus per intervalla depelli, potest degi, potest demeare, potest circumduci, potest interverti, potest eventilar. — Rectius tamen dego a de et ago usurpatum de tempore, et degere vitam, etatem, etc. est agere; quasi usque ad finem agere, ut de viu halbeat tos per: vel quasi deorsum agere, decurrere, etatem consumere (It. passare, menar la vita, il tempo, vivere; Fr. passer, consumer le temps, vivre; Hisp. pasar el tiempo, vivir; Germ. eine Zeit zubringen, verleben, leben; Angl. to lead, pass, or spend one's life, to live, exist). Ocurrunt — a) Active cum Accusativo. *Plaut. Most.* 3. 1. 3. Degere a manæ ad noctem usque in fore diuin. *Ter. Adelph.* 4. 1. 6. diuin in lætitia. *Plaut. Cas.* 2. 4. 12., *Cist.* 1. 1. 79. et *Pseud.* 1. 3. 131.; *Ter. Phorm.* 2. 3. 70.; *Lucret.* 3. 508.; et *Cic.* 2. *Fin.* 35. 118. etatem. *Cic. Hose.* 1m. 52. 150. etatem inter feras. *Id. Senect.* 1. 2. omne tempus etiam. *Lucret.* 2. 1092. placidum ovum. *Cic. fragm.* apud *Augustin.* 4. *Trist.* 2. in beatorum insulis immortale avum. *Lucret.* 3. 313. vitam. Sic *Cic. Sull.* 27. 75. fredissimam vitam ac miserrinam cum aliquo. Adde *Virg.* 4. *Æn.* 551. *Horat.* 1. *Od.* 31. 20. senectans turpem. *Catull.* 68. 104. otia. *Lucret.* 4. 969. bellum. *V.* **DEGERO**. — b) Passive. *Lucret.* 2. 15. Qualibus in tenebris vita quantisque periclis Degitur hoc ævi quodcumque est. *Cic.* 1. *Nat. D.* 19. 50. Quærere suetis, quæ vita deorum

sit, queque ab iis degatur *etas*. *Id. Amic.* 23. 87. Amicitia nullam etatis degendam rationem patitur esse expertem sui. Adde *Lucret.* 4. 1178. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 2. (4). Sine queis vita degi non possit. — c) Absolute pro vivere, durare. *Horat.* 3. *Od.* 29. 41. Ille potens sui, Lætusque deget, cul etc. *Seneca Ep.* 74. ante med. Animalia sine nequitia, sine fraudibus degunt. *Curt.* 9. 3. Inter feras serpentesque degentes. *Tac.* 4. *Ann.* 57. Certius procul Urbe degere. *Plin.* 12. *Hist. nat. prœm.* § 1. Etiamnunc gentes sic degunt. *Id. 6. ibid.* 17. 19. (50). et 25. 29. (112). Degerere et equo cum aliquo, h. e. concorditer, iisdem legibus atque institutis. *Id. ibid.* 7. 41. (88). Vita humana sine sale non quiescebit. h. e. subsistere, durare nequit.

DEGRADATIUS, a, um. *V.* voc. seq.

DEGRADATO, as, svi, stum, are, a. 1. (de et gradus). Part. *Degradatus* sub a. — a) Active est gradu dignitatis moveo, honore privo. *Imp.* *Theodos.* et *Valent.* *Cod.* 1. 31. 3. Verberandi degradandive senatores licentiam denegamus. *Alii rectius leg.* degradandive. Certior est lectio apud *Idac.* *Chron. ad Olymp.* cccxi. Nunciantes Asparem degradatum ad privatam vitam. — b) Neutrorum more est gradu dejeicio, amoveor. *Venant.* *Fort.* *Vit.* *S. Radeg.* 3. Ideo, juncta principi, timens ne Deo degradasset, quoniam mundi gradu proficeret, etc.

DEGRANDINAT, impers. 1. vehementer grandinat. *Ovid.* 4. *Fast.* 155. Da veniam culpæ, nec, dum degrandinat, obris Agresti fano supposuisse pecus. *Quidam interpretantur* dum grandinare desinit.

DEGRASSOR, ari, stus sum, ari, dep. 1. (de et grasso). Part. *Degrassatus* sub II. — Degrassor

I) Proprie ac stricto sensu, neutrorum more, est cum impetu ac celeri gradu descendit. *Apul.* *Deo Socrat.* Quippe si aquæ humore secundas sunt, veluti ad fortunæ edendum, deorsum degrassatur. *Alii leg.* degravantur; Burmann. vero degrassantur conjetit.

II.) Translate, quemadmodum et grassari, ponitur pro vexare, malis ac damnis afficere. *Stat.* 1. *Achill.* 406. ubi tanta injuria primos Degrassata ducet.

DEGRAVATUS, a, um. *V.* voc. seq.

DEGRÄVO, as, stum, are, a. 1. (de et gravo). Part. *Degravans* et *Degravatus* I. — Degravo est valde premo, agravo.

I) Proprie. — a) Cum Accusativo. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 15. Nervisque et musculis robusta (boum corporatura), non adipibus obesa, ut nec sui tergoris mole, nec labore operis degravetur. *Id. 1. ibid.* 5. 10. Edificium paulatim degravatum pondere suo præcepis atrahetur. *Phædr.* 4. 21. et *Apul.* 7. *Met. extr.* Degravatus pondere. *Propert.* 3. 7. 58. meum degravat unda caput. *Ovid.* 5. *Met.* 351. Læva, Pachyne, tibi; Lilibæo crura premuntur; Degravat Etna caput. *Id. 13. ibid.* 776. aut gradiens ingenti littora passu Degravat. *Id. 4. Fast.* 4. 35. Hæc (floribus) implet lento calathos et vimine textos; Hæc gremium, laxos degravat illa sinus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 5. 4. (10). Navigii statim degravari, quas inscedunt partes, et si diutius permaneat, etiam mergi. *Liv.* 3. 62. Quæ (duo hominum milia) ubi, illatis ex transverso signis, degravabant prope circumvenitum cornu, etc. — Figurate. *Seneca Ep.* 30. init. Bassum Aufidum, virum optimum, vidi quassum, etati oblectantem. Sed jam plus illum degravat, quam quod possit attollit. Magno senectus et universo pondere incubuit. — b) Absolute. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (83). Pulverum mole degravante.

II.) Translate ponitur pro molestiis afficere. *Liv.* 4. 32. *extr.* Etiam peritos nandi lassitudo et vulnus et pavor degravant.

DEGRÉDIO, grēderis, gre-sus sum, grēdi, dep. 3. (de et gradior). Part. *Degredens* et *Degressus*. — Degredior est gradior: et occurrit — a) Cum addito unde et quo quis degreditur. *Plaut. Cas.* 3. 5. 40. Sciens de via in semitam degredere. *Sall. Jug.* 49. Degredi monte. *Liv.* 5. 52. ex arce. *Id.* 8. 35. templo. *Id.* 21. 32. Ubi primum degressos tumulis montanos sensit. *Tac.* 1. *Hist.* 61. Cæcina Penninis Alpibus degredi jussus. *Id. 4. Ann.* 49. Degredi castello, tumulis. *Liv.* 7. 24. Alia in campum degressis supererat moles. Adde *eumd.* 44. 5. *Tac.* 2. *Ann.* 54. In specum degressus sacerdos, hausta fontis arcani aqua, etc. *Id. Agric.* 18. Ir. æquum degredi non audebant. *Liv.* 3. 62. fin. Peditem ne ad pedes

quidem depresso equi parem esse. Adde *eumd.* 29. 32. — Absolute. *Lv.* 40. 22. Qua triduo ascenderat, biduo est degressus. *Tac.* 13. *Ann.* 14. Degrediente eo magna prosequuntum multitudine. *Id. Agric.* 37. Britanni, qui adhuc pugnas expertes summa collum insederant et paucitatem nostrorum vacui spernebant, degredi paullatim et circumire terga vincientium ceperant. Adde *eumd.* 2. *Hist.* 51.; et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 21. (58). — Ceterum *V.* DIGRE-DIOR.

DÉGREGO, *V.* DISGREGO.

DEGRESSIO, onis, f. 3. actus degrediendi. Translate est figura rhetorum et quidem apud *Cic.* 3. *Orat.* duplex. *Narr.* c. 53. 205. unam ponit inter figuræ sententiarum, quum pluribus verbis integraque sententia proposito declinatur. *Cap.* vero sequenti § 207. recenset inter ornamenta verborum, et intelligere videtur, quum uno aut altero verbo extra remittitur, rediligitur statim ad prius. Uroque loco alii leg. digressio: at *Orell.* utrobique legit degressio; quamvis in notis monere videantur, secundo loco vocem degressio esse omittenda.

DÉGRESSUS, a, um. *V.* DEGREDIOR.DÉGRESSUS, us, eris, ari, dep. 1. in rectum dirige-re: a gruma, quæ dicitur a *Non.* p. 63. 6. Merc. esse mensura quedam, qua fletæ viæ ad lineam diriguntur, ut est agrimensorum. *Ennius ibid.* De gruminari ferrum. *Lucilius ibid.* viamque Vis degruminari, ut castris mensor facit ulim. *V.* GROMA.
DEGRUNNIO, *V.* DIGRUNNIO.

DÉGULÀTOR, ūris, m. 3. qui gulose omnia comsumit. *Apul.* *Apolog.* Omnia in paucis annis degulator in ventrem condidit, et dilapidavit. *V.* SOR-BILLATOR.

DÉGÜLO, as, avi, åtum, are, a. 1. gula dare, ut *Non.* p. 97. 28. Merc. exponit. *Suecius*, seu *Suevius*, seu *Succius* vetus poeta (quem citat etiam *Macrobi.* 2. *Saturn.* 14. et alibi) apud *Charis.* 1. p. 80. *Putsch.* Postquam inter se degularunt omnia. *Afranius ibid.* et apud *Non.* loc. cit. Immo jamdudum occupuisse, degulasse oportuit. — In verbis Afranius videtur alia inesse sententia, quantum ex brevi fragmento licet conjicere. h. e. gulam fregisse, aut quipiam hujusmodi. At *V.* OCCUMBO.

DÉGUNÈRE, degustare. *Paul.* *Diac.* p. 71. 21. *Müll.*, ubi Critici varia communiscuntur, ut monstrum illud verbi expediant: degumare ali malent, ali degumiare: a gumia, gulosis. *Rectius Müllerus* ad h. 1: Apparet vor. gustus participium esse antiquioris verbi GUNO. Additque auctoritatem *Gloss.* *Labb.* Degunere, ἀπογευσαται και αυγευσαι (lege ὑγειας).

DÉGUSTATIÖ, onis, f. 3. actus degustandi. *Ulp.* *Dig.* 18. 16. 1. Periculum vini sustinebit usque ad degustationem. Adde *ibid.* 33. 5. 3. *Inscript.* apud *Kellerm.* *Vigil.* *Rom.* *litterc.* p. 74. DE AMPULLIS PLACVIT, VT POST DEGVSTATIONEM POSSESSORI RED-DANTVR.

DÉGUSTATUS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉGUSTO, as, avi, åtum, are, a. 1. (de et gusto). Part. *Degustans* I.; *Degustatus* I. et II. 1. et 2.; *Degustandus* II. 2. — Degusto est idem quod gusto, delicio, attingo (It. gustare, assaggiare; Fr. goûter, déguster; Hisp. gustar; Germ. etwas oder von et was kosten; Engl. to taste).

I) Proprie. *Cato R. R.* 148. Degustare vinum. *Varro 2. R. R.* 5. 15. de tarcis. pubulum. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 18. Nec degustanti lotos amara fuit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (119). carnem cervi. *Id.* 21. *ibid.* 12. 42. (72). Degustatus los corni. *Ulp. Dig.* 18. 6. 1. Degustata vasa, vel dolia. *Ambros. Ep.* 9. 70. Degustato meile, favum prædictis edendum dedit.

II.) Translate. — 1. De inanimis. *Lucret.* igni tribuit 2. 192. subsiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma degustant tigna trabesque. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 5. 73. per veterem dilapo flammam culinam Vulcanu, summum properabat laniæ tectum. — *Imp. Constant. M. Cod. Theod.* 16. 10. 1. Si quid de palatio nostro, aut ceteris operibus publicis degustatum fulgere esse constituerit, retento more veteris observantia, Quid portendant, ab haruspiciis requiratur. h. e. tactum, delibatum; vocabulo haruspiciæ, ni fallor, proprio. — *Virg.* 12. *En.* 376. Lancea summum degustat vulnere corpus. h. e. leviter ferit. Similiter *Sil.* *It.* 5. 273. leviterque e corpore summo Degustat cuspis generosum extrema

cuorem. — 2. Metaphorice ponitur pro aliquid mente tentare, attingere, aliquam sibi cognitionem acquirere. *Cic. prœm. Paradox.* Degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus etc. *Id. 5. Tusc.* 21. 61. Visne, inquit, Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eamdem degustare? *Id. 4. Att.* 8. *extr.* Tu velim e Fabio, si quem habes aditum, odore, et istum convivam tuum degustes. h. e. intimas ejus cordis latræs investiges, quid sentiat cognoscas. *Id. Cluent.* 26. 72. Qui aliquid ex ejus sermone speculæ degustarat. *Id. 13. Att.* 40. Degustare aliquid de fabulis. *Tac.* 6. *Ann.* 20. Degustare imperium. *Seneca Ep.* 33. Summatim degustare ingenia maximorum virorum. *Quintil.* 4. 1. 14. Degustanda tamen bæc præcilio, non consumpta. h. e. leviter breviterque attingenda. *Id. 12. 2. 4.* Degustare litteras primis labris. *Id. 10. 1. 104.* Nos genera degustamus, non bibliothecas excutimus. *Id. 10. 5. 23.* Una (materia) diligenter effecta plus proderit, quam plures inchoatæ et quasi degustata.

DÉGYRO, as, are, a. 1. ex gyro flecto. Vot a Lexico expungenda: occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 156.

DÉHABEO, es, ere, a. 2. minus habeo, careo. *Heronym.* *Ep.* 22. n. 35. Ille ita universa moderatur, ut nemo quid postulet, nemo dehabeat.

DÉHAURIO, hauris, hauri, haustum, haurire, a. 4. (de et haurio). In aliquot Codicibus legitur et dehorio. — Part. *Dehaustrus* 1. — *Dehaurio* ¶ 1. Est idem quod haurio. *Cato R. R.* 66. Cum oleum sustuleris de cortina, amuream dehaurito. Al. leg. dehorito, ut *plastrum*, *plosirum*, etc. *Tertull.* *Resurr. carn.* 11. sub fin. Cato quocumque dehaustra. — 2. Item devoro. *Tertull.* *Pall.* 5. ad fin. *Æsopus histrio* margarita pretiosa dehaustra.

DÉHAUTUS, a, um. *V.* voc. præced.

DÉHINC, adverb. (de et hinc). *Dehinc* natura suâ disyllaba est, et primam corripiit. *Virg.* 3. *G.* 167. Cervici subiecte: dehinc ubi libera colla. *Id. 3. En.* 464. Dona dehinc auro gravia etc. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 722. et 8. *ibid.* 337.; *Horat.* *Epid.* 16. 65. et *Art.* P. 144.; *Stat.* 3. *Silv.* 3. 63.; *Val. Flacc.* 1. 551. etc. Disyllabam primâ productâ nondum vidi-mus. — Apud Poetos aliquando synæresin patitur. *Virg.* 1. *En.* 135. Eurum ad se Zephyrumque vocat, dehinc talia satur. Adde *eumd.* *ibid.* 260., 6. *ibid.* 578., 9. *ibid.* 480.; *Ovid.* 6. *Fast.* 788., etc. et *V.* *Apul.* de *Orthogr.* — Ceterum dehinc (*ex de et hinc*, hanc aliter atque *abhinc*, *exhinc*, etc.) idem est atque *hinc*; nisi quod præpositio de, non modo vim addit, verum etiam in significationem auditorum animos facile convertit (It. *di qua*, da questo luogo; Fr. *d'ici*, à partir d'ici; Hisp. de ahi; Germ. von hier an, von hier weg, von diesem Punkte weg; Engl. from thence). Usurpat autem A) Stricto sensu ac raro de loco; et B) Latiori sensu ac se-piis de tempore.

A) Stricto sensu ac raro de loco; et quidem

I) Proprie dehinc est ex hoc loco: qua tamen significacione occurrit tantum apud sequioris ævi scriptores. *Mela* 3. 8. 4. *Interiora Gedrosii*, dehinc: Persæ habitant. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (38). Dehinc Italia, primique ejus Ligures. *Tar.* 4. *Ann.* 5. Cetera Afrike per duas legiones, parique numero Ægyptus: dehinc initio ab Syria usque ad Euphratem quartuor legionibus coercita.

II.) Translate ponitur pro ex hac re, per consequiam. *Plaut.* *Cas.* 1. 1. 5. Quin edepol etiam, si in cruce vis pergere, sequi decretum te; dehinc conjicito ceterum, possisne necne, clam me sutelis tuis præcipere Casinam utorem etc. *Ter.* *Andr.* 1. 2. 19. Nunc hic dies aliani vitam adfert, illos mores postulat. Dehinc postulo, sive æquumst, te oro, Dava, ut redeat jani in viam.

B) Latiori sensu ac sepius de tempore usurpatur. ¶ 1. Speciatim de præsenti tempore, quod ratione habita futuri, sub oculos ponere ac præcipue notare volumus; nihil tamen refert, utrum præsens, an futurum aut etiam imperativum sequatur: et dehinc est posthac, deinceps, scilicet a præsenti tempore incipiendo atque in posterum progrediendo. *Plaut.* *Asin.* 1. 1. 98. Projacto nemo est, quem jam dehinc metuam. *Ter.* *Andr.* prol. 22. Dehinc ut quiescant, porro moneo, et desinant. *Id. Eun.* 2. 3. 5. Deleo omnes dehinc ex animo mulieres. *Plaut.* *Pren.* 5. 2. 69. At at, scias nunc, dehinc Latine jam loquar. Adde *eumd.* 1. 2. 161. et *Asin.* 1. 3. 8. *Ter.* *Eun.*

5. 2. 33. At nunc dehinc spero, æternam inter nos gratiam fore. *Liv.* 1. 59. Vos, dii, testes facio me L. Tarquinium Superbum — ferro. igni, quacumque dehinc vi possim, exsurgentum. *Plaut. Asin.* 5. 2. 8. At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortalem preti. *Id. Pan. prol.* 125. Dehinc ceterum valete, edeste. — Raro admodum ratione habita præteriti temporis. *Sueton. Tit.* 8. Quum ex instituto Tiberii omnes dehinc Cæsares beneficia — aliter rata non haberent. Ade *eund.* *Cal.* 58.; et *Val. Flacc.* 1. 551. ¶ 2. Generatum de quocumque tempore, sive præsenti, sive præterito aut futuro, inter quod et adverbium dehinc ratio constituitur: et quidem — a) Ut simpliciter significetur actio aliqua alteram subsequi atque excipere; ac propterea dehinc est idem ac postea. *Virg.* 1. *En.* 135. Eurum ad se Zephyrum vocat, dehinc talia fatur: *Horat.* 1. *Sat.* 3. 99. Quum prorepererunt primis animalia terris —, Unguis et pugnis, dein fustibus, atque ita porro Pugnabant armis: — Donec verba, quibus voces sensusque notarent, Nominaque invenere: dehinc absistere bello, Oppida eceperunt manire, etc. *Id. Art. P.* 143. Non fumum ex fulgore, sed ex sumo dare lucem Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat. *Ovid. 6. Fast.* 788. Zona latet tua nunc et crux fortasse latebit: Dehinc erit, Orion, aspicienda mihi. *Cels.* 1. 3. a med. Primum cibis utatur: — dehinc, si parum illa proficient, alocum sumat. *Tac.* 1. *Ann.* 34. Sequanos — in verba ejus adigit. Dehinc auditio legatum tumultu rapitum profectus etc. *Sueton. Aug.* 97. De qua dehinc dicem. Ade *eund.* *Ner.* 19. *Cæs.* 35. et *Tib.* 6. et 51. — Aliquando adverbium dehinc sequenti propositioni vel membro inducendo inservit. *Virg.* 3. *En.* 464. Quia postquam vates sic ore effatus amico est, Dona dehinc — imperat ad nave ferri. Ade *eund.* 8. *ibid.* 337. — b) Usurpatur etiam in plurium rerum enumeratione, sive adverbio *primum*, *primo* vel *similibus*, sive alio quocumque modo enumerationis initium significetur. *Sall. Cat.* 3. In primis arduum videtur res gestas scribere, primum quod facta dictis exquanda sunt; dehinc quia plerique — putant etc. Ade *Virg.* 3. *G.* 166. *Sueton. Domit.* 8. Olim absoluta, dehinc longo intervally repetita. Ade *eund.* *Aug.* 49. *Seneca 3. Quest. nat.* 29. Incipiet ergo putrescere, dehinc laxata ire in tumorem etc. *Horat. Epod.* 16. 65. *Are*, dehinc ferro duravit secula. *Sil. It.* 8. 472. Huic genus orditur Minos invisaque tauri Pasiphae, clarique dehinc stant ordine patres.

**DEHISCO**, hiscis, hīvi (ii), biscere, n. 3. (de et bisco). *Dehisco* pro *Dehivisse* habet *Varro* 5. *L. L.* 32. *Müll.* — Part. *Dehiscens*. — Dehiscere est valde biscere, rimas agere, findi (It. *aprissi*, *spalancarsi*; Fr. *se fendre, s'entr'ouvrir, s'ouvrir*; Hisp. *abrirse*; Germ. *sich aus einander thun, spalten, aufklaffen*; Angl. *to gape yaun, break open in chinks*). *Varro* 5. *L. L.* 32. *Müll.* In eo loco dehisse terram. *Virg.* 4. *En.* 24. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscit. *Id.* 1. *ibid.* 110. his unda dehiscens Terram inter flutus sperit. *Id.* 6. *ibid.* 52. neque enim ante dehissent Attonita magna ora domus. *Liv.* 29. 2. Immittere equites in dehiscemt intervallis hostium aciem. *Seneca Ep.* 30. Succurri non potest navigio dehiscens! *Plin. 21. Hist. nat.* 4. 10. (14). Rosa paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit. *Id.* 8. *ibid.* 21. 30. (74). Tauri silvestres rictu ad aures dehiscente. *Id.* 33. *ibid.* 6. 33. (101). Stibium fissuris, non globis dehiscens. *Id.* 35. *ibid.* 15. 52. (186). Alumen dehiscens in copillamenta. *Id.* 9. *ibid.* 15. 20. (53). Thynni pingue sunt in tantum, ut debiscent. *Cels.* 8. 1. sub fin. Atque ea quoque ossa, infra supraqe cunjucta, media dehiscunt. h. e. distant.

**DEHONESTAMENTUM**, 1, n. 2. (de et honestare) est quod gratiam et honestatem alicui rei adimit; et usurpatur — a) Raro admodum de corpore. *Sall. apud Gell.* 2. 27. Quo dehonestatio corporis maxime ietabatur. Ade *Taciti similem locum 4. Hist.* 13. — b) Sæpius de morali, et est contumelia, turpitudo. — Cum addito Genitivo. *Tac.* 2. *Hist.* 87. Scurræ, histrioines, aurigæ, quibus ille amicitarum dehonestamentis mire gaudebat. *Justin.* 28. 2. Qui uxores cum propter originis dehonestatione non invenirent, vi publica rapurint. *Arnob.* 2. 16. Ab infirmioribus causis ad vitiorum dehonestamentia traduci. — Sine Genitivo. *Tac.* 12. *Ann.* 14. Auribus decisus vivere jubet, ostentui cle-

menti sue, et in nos dehonestamento. *Id.* 14. *ibid.* 21. Sine ullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit. *Seneca Const. Sap.* 19. in fin. Contumelie, verba probrosa, ignominia, et cetera dehonestamenta.

**DÉHONESTATIO**, ónis, f. 3. dedecratio, dehonestamentum. *Tertull. Pudic.* 18. Dolores et dehonestationes sustinet.

**DÉHONESTATUS**, a, um, adjekt. *V.* voc. seq.

**DÉHONESTO**, as, átum, are, a. 1. (de et honesto).

Part. *Dehonestans* et *Dehonestatus*. — Dehonesto est dedecore officio, honestatem odimo. *Liv.* 41. 6. Famam, quod indignum sit, maculari dehonestarique. *Tac.* 16. *Ann.* 24. Dehonestare famam suam. *Id.* 3. *ibid.* 70. bonas aries. *Id.* *ibid.* 68. proavum suum infami opera. *Sueton. Claud.* 30. Remuisse quid vel serio agentem multa dehonestabant. *Trebell. Gallien.* 16. Romanum dehonestantes imperium. *Augustin. 3. contra Crescon.* 53. Restitutus quidam presbyter de domo sua rapitus est, luce palam in castellum proximum ductus et fustibus cassus, in lacuna luctuosa volutatus, amictu junco dehonestatus. *Arnob.* 6. 21. Oris contumelia laevigati et dehonestati vultus. h. e. barba spoliati.

**DÉHONESTUS**, a, um, adjekt. non honestus. *Gell.* 19. 10. Dehonestum decuplatumque verbum.

**DÉHONORARIUS**, a, um, adjekt. dishonestus.

*Tertull. Apolog.* 39. Si quod arcæ genus est, non dehonoraria summa, quasi redemptæ religionis congregatur. *Id. Icg.* de honoraria, alii de oneraria. **DÉHONORATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉHONORO**, as, átum, átum, are, a. 1. (de et honoro).

Part. *Dehonoratus*. — Dehonorare est honoro privare, honorem adimere. *Oros.* 2. 2. Dehonorata Babylon. *Salvian.* 3. of avar. 8. Filios religiosos (h. e. religioni, seu clericatū deditos) bono a vobis dehonorari animo asseveratis. *Claud. Mamert.* 3. *Stat. anim.* 14. Non dignitatem causæ impari oratione dehonoravisset. *Cod. Theod.* 11. 39. 6. Nem et persona (*episcopi*) dehonoratur.

**DÉHORTATIO**, ónis, f. 3. actus dehortandi. *Tertull.* 4. *advers.* *Marcion.* 15. ad fin. Comminatio dehortationis accessio est.

**DÉHORTATIVUS**, a, um, adjekt. ad dehortandum inserviens. *Priscian.* 15. p. 1020. *Putsch. Ne,* est dehortativum.

**DÉHORTATOR**, óris, m. 3. qui dehortsatur. *Augustin.* 2. *contra Acad.* 3. Et dehortsatur in adiutorum mira benevolentie moderatione conversus es.

**DÉHORTATORIUS**, a, um, adjekt. ad dehortsatum pertineus. *Tertull. Apolog.* 22. Dehortsatorium plane a bono.

**DÉHORTOR**, óris, átus sum, ari, dep. 1. (de et hortor). Prima syllaba longa est. *Ennius apud Gell.* 7. 2. Hannibal audaci cum pertore dehortsatur, Ne bellum faciam. *Non.* 2. 33. legit de me hortatur, h. e. me dehortsatur: ut sit tmesis. *Hæc Forcellinus:* at locum in edit. *Mercer.* minime inveni. — Part. *Dehortsans* et *Dehortsatus*. — Dehortsari est dissidente (It. *sconsigliare, dissuadere*; Fr. *dissuader, détourner de*; Hisp. *disuadir*; Germ. *abrethen, widerthaben*; Angl. *to dissuade, discourage, dehort*). Occurrit — a) Cum partic. ne et Conjunctivo, aut cum præpos. ab et Ablativo. *Ter. Phorm.* 5. 7. 17. Dehortsatus est me ne darem. *Sall. Jug.* 33. Multa me dehortsant a vobis, Quirites, ni studium reipubl. omnia superet. h. e. a vobis alienant, deterrentia a vobis defendant. *Cic. 3. Herenn.* 3. 6. Dehortsari ab aliqua re. — b) Absolute. *Cic. Pis.* 39. 94. Res ipsa et reipubl. tempus aut me ipsum, aut aliuri quempot aut invitabil, aut dehortsabitur. *Auson. Periodoch.* 3. *Iliad.* Alexander frustra Agamenon dehortsante congrederit. — c) Sequentia Infinitu. *Cato apud Gell.* 13. 24. Multa me dehortsata sunt buc prodire, anni, ætas, voi, vires. *Sall. Jug.* 24. Plura de Jugurtha scribere dehortsatur me fortuna mea. *Tac.* 3. *Ann.* 16. M. Piso repete Syriani dehortsatus est.

**DEICIDA**, a, m. 3. (Deum et cædo). *Gloss. Placid.* ed. *A. Mai.* p. 455. Deicida est qui Deum occidit, ut homicida.

**DEICIO**, is, etc. *V.* DEJICIO.

**DEICO**, deixi, deictum, etc. *V.* DICO.

**DEIFERUS**, a, um, adjekt. (Deus et fero). *Georgics*, qui Deum fert. *Cassiod.* 7. *Hist. Eccl.* ad fin. Conlitauunt autem a scientiis Deum existentem carnigerum, et hominem deicserunt.

— 44 —

DEINCEPS

**DÉIRICO**, as, átum, átum, are, a. 1. Part. *Deicicans*. — Deifico est Deum facio. *Cassiod.* 7. *Hist. Eccl.* 2. a med. Lilianus Julianum deificavit. et deinceps. Quomodo enim Christus deificetur. et mot. Quapropter non erubescunt multos homines deificantes.

**DÉIFICUS**, a, um, adjekt. ¶ 1. Active est qui

Deos facit. *Tertull. Apolog.* 11. Concedetis, illum Deum deificum justitia præcelere. ¶ 2. Passive est divinitus immensus, sacer; et dicitur de morbo. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 30. Vulgs propria et dominanta magnis nominibus appellat, ut luem deificam epilepticam passionem. — Porro passio epileptica ab eodem *Cœl. Aurel.* etiam passio sacra dicitur, et a *Cels.* *Aurel.* *bujusc* significationis rationem affert 1. *Tard.* 4. hisce verbis: Sive quod divinitas putet immissa .... sive ob magnitudinem passionis; majora enim vulgus sacra voravit. *V.* plura hac de re apud *C. Kärcher, Nachträge zu Forcellini's Latein. Lexicon*, p. 5.

**DÉIX. *V.* DEINDE.**

**DÉINCEPS**. In carmine est disyllabum apud *Horat.* 2. *Sat.* 8. 79. Nullos his mallem ludos spartasse. Sed illa Redde age quæ deinceps risisti. Vibidus dum Quarit de pueris, etc. — Ceteruni deinceps, a deinde et capi, f. Olim adjective, B) Postea *sæpius* adverbialiter usurpatum fuit.

A) Adjective olim suis usurpatum deinceps, deincipit vel deincepitis (ut *princeps, anceps*) testatur *Paul. Diac.* p. 71. 2. *Müll.* Deinceps qui deinde capi, ut princeps qui primum cepit. *Id.* p. 75. 4. *Müll.* Deinceps antiqui dicebant proxime quemque captum. *Apul. Florid.* n. 16. Reliquum sine intermissione deinceps die perfecturus.

B) Postea sæpius adverbii more usurpatum est, coquè significatur ordo continens unius rei post aliam subsequentis (It. *susseguentemente, successivamente*; Fr. *successivement, en suivant, de suite*; Hisp. *sucesivamente, consiguientemente*; Germ. *aufeinanderfolgend, in aufeinanderfolgender Reihe, der Reihe nach*; Angl. *successively, one after another, after that, besides, moreover, in the next place*). Ocurrunt autem 1.) Stricto, et 2.) Latori sensu.

1.) Stricto sensu ponitur ¶ 1. De loco seu spatio. *Varro* 1. *R. R.* 14. 2. Sæpes et arboribus truncis demissis in terram, deinceps constitutis. *Cæs.* 7. *B. G.* 23. Alius insuper ordo adiicitur, — sic deinceps omne opus contextur. Ade *eund.* 1. *B. C. 25. Sall. Jug.* 19. Prima Cyrene est — ac deinceps duæ Syrtæ. *Cic.* 3. *Orat.* 47. 183. Peior oritur a brevibus deinceps tribus, extrema producta, ut *domuerant*. Ade *eund.* 2. *Dirinat.* 54. 111. ¶ 2. Item de tempore. *Varro* 3. *R. R.* 9. 2. Galline villaticæ sunt, quas deinceps rure habent in villis. *Cic.* 2. *Fam.* 18. 4. Quos video deinceps tribunos plebis per triennium fore. *Cæs.* 3. *B. G.* 29. Reliquis deinceps diebus Cæsar silvas cædere instituit. Ade *eund.* 5. *ibid.* 40. et 3. *B. C.* 56. *Cic. Brut.* 3. 12. Posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. *Id.* 2. *Nat. D.* 37. 93. Ut annales Enni deinceps legi possint. h. e. per ordinem a principio ad finem, a primo libro ad ultimum. *Id.* 1. *Herenn.* 9. 14. Ne id, quod semel supra diximus, deinceps dicamus. h. e. statim post. *Id.* 4. *Tusc.* 2. 3. Morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut deinceps, qui accusarent, cauerent ad tibiæ clarorum virorum laudes. h. e. alias post aliud. — Hinc cum Adject. auti conjungitur. *Cæs.* 5. *B. G.* 16. Alios illi deinceps exciperent. Ade *eund.* 7. *ibid.* 3.; et *Liv.* 27. 39. et 29. 14. — Et cum Adject. talus apud *Cic.* 3. *Ferr.* 10. 26. Possunt deinceps totum rem explicare, deinceps ad extremum id, quod accidit, dicere. Ade *Colum.* 2. *R. R.* 4. 3.; et cf. *Liv.* 5. 51. — *Sueton. Tib.* 1. Deinceps procedente tempore. Ade *eund.* *Claud.* 24. et 34., et *Galb.* 4. *Quintil.* 3. 6. 34. Plurimi deinceps. ¶ 3. Item de terreni ordine. *Varro* 3. *R. R.* 8. 1. Perge deinceps. h. e. per ordinem, ordinem servando. *Cic.* 1. *Off.* 13. 41. De justitia satis dicunt est. Deinceps, ut erat propositum, de beneficentia dicatur. *Id.* *ibid.* 14. 42. Principes sunt patria et parentes: proximi liberi: deinceps bene convenientes proponi. Ade *eund.* 2. *ibid.* 15. 52. et 3. *ibid.* 2. 7. *Cæs.* 3. *B. C.* 9. Eodem impetu al-

ter sunt adorti, inde tertia et deinceps reliqua. Adde *Varron.* 2. R. II. 4. 2.; *Ltv.* 6. 5.; *Quintil.* 12. 8. 15., 9. 4. 14., 9. 2. 33. et alibi; et *Sueton.* *Aug.* 2. *Ner.* 23., *Tit.* 3. et *Ces.* 75.

2º) Latiori sensu usurpatur ¶ 1. Ad varias significandas rationes, ac praecipue in plurium rerum enumeratione. *Cic.* 3. *Fin.* 6. 20. Primum est officium — ut se conservet in naturae statu: deinceps ut ea tenat, quæ secundum naturam sint pellataque contraria. — Deinde ea perpetua, tum ad extremum constants etc. *Id.* 1. *Off.* 45. 160. Ut prima diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur. *Quintil.* 9. 4. 68. Duo prima verba, et tria proxima, et deinceps. *Id.* 10. 7. 5. Quid — sit primum et secundum et deinceps. *Id.* 7. 10. 5. Primus, secundus, deinceps. Itali dicunt e così di mano in mano. Adde *eund.* 10. 5. 1. et *Tac.* 1. *Ann.* 81. — Sic deinceps deinde apud *Cic.* 1. *Dñinal.* 30. 64. Qui primus, qui secundus, qui deinde deinceps moriturus est. *Al.* omittunt deinde. *Id.* 3. *Legg.* 2. 4. Deinde etiam deinceps posteris probebatur. *Liv.* 2. 47. Funera deinde duo deinceps collegae fratrisque ducit. — Et inde deinceps apud *Ltv.* 5. 37. Sed, antecedente fama nunciusque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romanæ eccleras hostium tulit. — Et postea deinceps, Gr. ἐπειτα εξης, *Ltr.* 45. 14. Equitatus sua postea trium regum bellis deinceps omnibus functum officiis. ¶ 2. Interdum significat fere idem quod deinde, postea, exinde. *Quintil.* 1. 7. 15. Ut Lucilius præcipit; — ac deinceps idem etc. *Sueton.* *Aug.* 84. Nam deinceps reque in senatu locutus est. *Colum.* 2. R. II. 10. 26. Scrutur, ut deinceps præcipientius.

DEINDE et per apocopen dein, adverb. Si philosophice consideretur, dein est minus definitum, quam deinde. — Ratione habita quantitatis, deinde in carmine fere est disyllabum: passimque occurunt exempla. Raro trisyllabum, correpta priore. *Sidon. carm.* 9. 272. Nec qui consimili deinde casu Irati fuit histrionis exul. h. e. Juvenalis. *Prudent. Diptych.* n. 1. Eva columba fuit tunc candida, nigra deinde. Adde *Paulin.* *Nolan.* 24. 45. — Similiter poetæ dein fere monosyllabon faciunt; ut *Horat.* 1. *Sat.* 3. 101., *Catull.* 5. 8. et 10., et *Propert.* 3. 8. 15. et 4. 8. 83. Tamen primam corripit *Paulin.* *Nolan.* 17. 131. Excita, ut mersum (*Jonam*) caperet, deinde Redderet haustum. — Ceterum deinde vel dein est ideam atque ex eo loco, exinde, et de tempore postea, tum; et continuationem aliquam ordinemque significat (It. di là, poscia, dípoi, dopo; Fr. d'ici, de là, ensuite, apres, puis; Hisp. aquí, despues; Germ. von hier, von da an, darnach, hieraus, nachher, als dann; Engl. then, after that, afterwards). Usurpatur autem A) Baro admodum de loco seu spatio, B) Sæpius de tempore et C) De eventorum aut sermonum serie.

A) Raro admodum occurrit de loco seu spatio; et quidem

I) Proprie. *Liv.* 22. 4. Via intercess perangusta —, deinde paullo latior patescit campus. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (141). Impetum deinde sumit Helleponus et mare incurbit, verticibus limitem fodens, donec Asian abrupat Europæ; promontorium illud appellavit Træpezam. Ab eo x. M. passuum Abydum oppidum, ubi angustæ viii. stadiorum; deinde Perote oppidum.

II) Translate. *Cic. Orat.* 63. 213. Hæc quidem duo binis pedibus incisim, dein membratim. *Id.* 2. *Nat.* D. 42. 110. Dein que sequuntur. *Tac. Germ.* 42. Juxta Hernunduros Naris, ac deinde Marcomani et Quadi agunt. *Id.* 2. *Ann.* 16. Noster exercitus sic incessit: auxiliares Galli Germanique in fronte, post quos pedites sagittarii; dein quatuor legiones; — exinde totidem aliae legiones.

B) Sæpius usurpat de tempore: et quidem — a) Absolute. *Plaut. Amph.* 1. 1. 68. Nos nostras intraximus legiones. — Deinde urique — exent. *Ter. Andr.* 1. 1. 52. Accipit condicionem, dein quæstum occipit. *Id. ibid.* 3. 3. 30. Spero, dein facile ex illis sese emersurum malis. Adde *Caton.* R. R. 32. et 59.; *Sall. Cat.* 40., *Jug.* 31., 23., 29., 5., 13., 18. et alibi saepè; *Nepot.* *Miliad.* 7., *Alcib.* 4. et *Hann.* 7.; *Curi.* 4. 15. 18., 8. 3. 23., 6. 1. 15. et 3. 7. 8.; *Sueton.* *Ner.* 6. et 33., *Aug.* 89., *Fitell.* 15. et *Ces.* 42.; et *Juvenal.* 15. 53. *Cws.* 4. B. G. 35. Complures occiderunt, deinde se recuperunt. *Firg.* 3. *Ecl.*

58. Incipe, Damæta, tu deinde sequere. *Liv.* 3. 3. In Equis nihil deinde memorabile actum. — b) Cum adverbis primum, primo, prius, inter initia, post, postremo etc., quæ adverbio deinde respondent. *Ces.* 1. B. C. 74. Primum agunt gratias —, deinde imperatoris fidem querunt. *Id.* 3. *ibid.* 108. Is primum inter suos queri — cœpit —, deinde evocavit etc. Adde *Sueton.* *Claud.* 9. *Sall. Jug.* 69. Primo, ut erat res, Metellum esse rati, portas clausere; deinde, — Jugurtham arbitrati, can magno gaudio obvii procedunt. *Liv.* 9. 31. Et primo nova res trepidationem fecit —: dein, postquam — ad signa undique coibant, — consul — desistit ex equo. *Curt.* 4. 16. 21. Primo inhibuerunt, — deinde concitaverunt. Adde *Sall. Jug.* 61. et 85.; *Nepot.* *Alcib.* 4., *Dion.* 6. *Epm.* 1., *Timol.* 3. et *Att.* 21.; *Curt.* 3. 10. 8. et 5. 6. 1.; *Sueton.* *Ces.* 74. et *Cal.* 40.; et *Tac.* 1. *Ann.* 73., 11. *ibid.* 2., 1. *Hist.* 15. et alibi saepè. *Sueton.* *Tib.* 56. Primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit. *Id. Vesp.* 8. Nihil habuit antiquius, quam prope afflictam multantemque rem publicam stabilire primo, deinde et ornare. *Cic.* 2. *de republ.* 33. Plebs montem sacrum prius, deinde Aventinum occupavit. *Curt.* 4. 16. 23. Hasta transiit proximum, ac deinde plures. *Sueton.* *Claud.* 44. Nonnulli inter initia consopitum, deinde cibo affluente evocuisse omnia, etc. *Sall. Jug.* 38. Polliceri deditiōnem ac deinde metum simulare; cedere instanti et paulo post, ne sui diffiderent, instare. *Tac.* 14. *Ann.* 17. Quippe oppidana lascivia in vicem incessentes probra, dein sata, postremo ferrum sumpserunt. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 101. Unguis et pugnis, dein fustibus, atque ita porro Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus. Et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (143). Appellata est Cronia, dein Thessalis, dein Maliana. V. infra sub C. — c) Jungitur particulis alius, postea, post, porro, postremo, tum, tunc, etc. *Sall. Jug.* 18. Et quia saepè, tentantes agros, alia, deinde alias loca petiverant, semet ipsi Nomadas appculavere. *Id. ibid.* 36. At contra Jugurtha trahere omnia, et alias, deinde alias mox causas facere. *Cic. Mil.* 24. 65. Servos Milonis apud se ebrios factos, sibi confessos esse de interficiendo Cn. Pompejo conjurasse; deinde postea se gladio percussum esse ab uno de illis. *Liv.* 41. 24. Legari deinde postea missi ab rege. Adde *Cic.* 4. *Tusc.* 1. 2. *Cels.* 7. 8. Trajicere id covium celeriter: postea deinde imponeantur id, quod purget. *Ter. Andr.* 3. 2. 3. Primum fac, istac ut lavet: post deinde etc. Adde *Cic.* 2. *Att.* 23. et *Gell.* 7. 3. *Nepot.* *Eumen.* 5. Deinde post verberibus cogebat exsultare. Adde *Feliz.* 2. 23. 3. Cf. *Nepot.* *Miliad.* 5. Deinde postero die etc. *Plaut. Trin.* 5. 2. 103. Deinde perro nolo quidquam prædictes. *Cic.* 1. *Invent.* 28. 43. Deinde postremo attendendum est, num etc. *Id. Pis.* 31. 78. Deinde ad extremum neque se, neque generum tribuno plebis defuturum. *Liv.* 2. 8. Quas (leges) quom solus pertulisset, ut sua ius in his gratia esset, tum deinde comitia collegæ subrogando habuit. Adde *Quintil.* 12. 10. 11. et 4. 2. 27. *Tarco.* 6. L. L. 42. *Hüll.* Actionum trium primus agitatus mentis, quod primum ea, que sumus acturi, cogitare debemus, deinde tuu dicere ac facere. *Val. Flacc.* 9. 109. Quærenti tunc deinde viam, qua se arduus heros Ferret etc. — d) Jungitur et particulis postquam, ubi, quam. *Liv.* 3. 66. Latinum primum agrum perpuluti sunt: deinde postquam illi novi vindex occurrerat, tum vero, exsultantibus beili actoribus, ad menia ipsa Romæ — accessere. Adde *eund.* 7. 37. et 9. 31. *Sueton.* *Ner.* 42. Postquam deinde etiam Galbam et Hispanias deservisse cognovit, collapsus — prope intermortuus jacuit. *Sall. Jug.* 68. Metellus, postquam de rebus Yagæ actis competrerit, paullisper mœstus ex conspicu abit; deinde, ubi ira et mœritudo permixta sunt, — ultimè ire injurias festinet. Adde *eund.* *ibid.* 69. et 35.; et *Cat.* 45.; et *Liv.* 7. 40. *Ltr.* 3. 47. Primo stupor omnes — desicit: silentium inde aliquandiu tenuit. Dein quin M. Claudius — fret ad prebendendam virginem etc. Adde *Cic.* 1. *de republ.* 12.; et *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 51. (166). *Cels.* 7. *prefat.* Hæc autem pars — magis ab illi parente omnis medicina Hippocrate — exculta est. Deinde, postquam diducta ab aliis habere professores suos empi, in Ægypto quoque increvit. — e) Nunc deinde apud Virgil. singularē usum habet. 12. *Æn.* 889. Quæ nunc deinde mora est? aut quid jam, Turne, retractas? h. e. nunc post-

quam cursu frustra conatus es certamen evadere, postquam ensem recuperasti, deinde, seu post hæc quid moraris?

C) Denique usurpatur de eventorum aut sermonum serie, sive est particula, qua Rhetores in rerum enumeratione plura simul conjungunt. — a) Absolute. *Cic.* 9. *Fam.* 24. 2. Te ad cœnas itare desise moleste fero —, deinde etiam vereor. *Id.* 2. *Orat.* 11. 45. Qui laudabit quæsiplam, intelligit, exponenda sibi esse fortuna bona. — Deinde, quid spicenter is, quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter — aut fererit, aut tulterit. *Quintil.* 9. 2. 106. Dicere, quid fieri oportuerit, deinde quid factum sit. Adde *eund.* 5. 11. 12.; et *Plin.* *Paneg.* 9. — b) Sæpius adverbio deinde respondent primum, tum, post, postea, postremo, novissime etc. *Sueton.* *Gramm.* 6. Philosophum primo, deinde rhetoricam, novissime grammaticam docuit. *Id. Tib.* 61. Quum prima matris, deinde nepotum et nurus, postremo Sejanū famillares atque etiam notos persequeretur. Adde *eund.* *Ces.* 26. et 37.; *Ner.* 35 et *Cloud.* 1.; et *Plin.* *Paneg.* 45. et 75. *Quintil.* 1. 12. 6. Grammatico soli deserviamus? deinde de geometria tantum? — mox et transvenimus ad musicam? et t, quum Latinis studebimus litteris, ad Graecas non respiciemus? et, ut semel ficiam, nihil faciamus, nisi novissimum? *Id.* 5. 14. 5. Propositio, deinde ratio ejus, tum assumptio, et ejus probatio, quinta complexio. *Id.* 3. 9. 6. Ante omnia intueri oportet, quod sit genus causæ? deinde —, tum —, postremo —. *Id.* 5. 13. 6. Primum omnium non erit res nobis cum adversario —; deinde forma liberativæ magis materiæ utatur. Adde *eund.* 7. 9. 11. 9. 2. 106. et 5. 10. 71. *Id.* 2. 18. 1. Utique promium; proxima huic narratio; quæ iter deinde narrandi; propositio post hanc; tum certus ordo quæstionum, ceteraque. *Cic. Brut.* 55. 301. Quamquam incidentur in *Cottæ* et *Sulpiciæ* etiam, qui — excellente tum Crasso et Antonio, deinde Philippo, post Julio, cum his ipsis dicendi gloria comparabantur. Adde *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 39. (145). *Cels.* 2. 18. Aqua levissima pluvialis est; deinde fontana; tum ex lumine; tum ex puto; post hæc ex nive etc. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 2. 5. Jubent venire agros Attalensium; deinde regios; deinde Corinthium; post autem agros in Hispania; tum vero ipsam Carthaginem. *Id.* 3. *Fam.* 7. *Tibi obviandum non prodirem!* primum Appio Claudio; deinde imperatori; deinde more majorum; deinde, quod caput est, amico. Sic apud *eund.* *Rosc.* *Am.* 45. 130. et *Orat.* 54. 108. pluries; et 2. *Invent.* 40. 145. octies repetitur.

DEINSUPER. adverb. desper. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 530. 30. *Merc.* Ad medium evasit, deinsuper asternit manibus in murum attollit.

DEINTEGRO. ns, avi, alii, are, a. 1. imminuo, corruptio. *Cæcilias* apud *Non.* p. 101. 23. *Merc.* Noëa virginis, nisi mirum est, deintegrit. Alii, fortasse melius, leg. Novem virgines.

DE INTEGRUM. *T. INTEGER.*

DEINTUS, adverb. intra. *Veget.* 4. *Veterin.* 9. 2. *Schneid.* Cultu deinde inter duos unguis apices, et mandiblis deintus. *Theod.* *Priscian.* 4. 1. sub. init. Asperitates vero deinceps veteres palpebrum sanum, sive deforis penus illius. *Vulgat.* interpr. *Luc.* 11. 7. Ille deintus respondens dicit. *Cassiod.* 2. *Fiar.* 39. Perennitas aquarum influens deintus. *Auci de Cas.* in *Grom.* vob. p. 329. Super aream — deintus sextana parte alia fontana etc. Ceterum *V.* adnotata in DEFORIS.

DEIPARA, ae, f. 1. quæ Deum peperit. Ita *Justin.* *Imp. Col.* 1. 1. 6. Latiae reddit Graecam Ossitiz, quæ de Virgine Maria Dei Matre dicitur.

DEIRATCS, valde iratus. Tribuitur a nonnullis *Lucretius* 6. 69., ubi alii leg. delibata; al. aliter.

DEITAS, tatis, f. 3. diuitias. *Arnob.* 1. 28. A quo ipsam deitatem, ut ita dicam, sortiti se esse sentiunt. *Augustin.* 7. *Cir.* *Dei* 1. Hanc divinitatem, vel, ut sic dixerim, deitatem nam et verbo uti jani nostros non piget, ut e Graeco expressiss transfrant, quod illi θεόντα appellant. *Prudent.* *Apost.* 144. In tribus personis Deitas una subsistit. Qui negat intuitu fontem Deitatis adiri. Adde *Hieronymi.* *Ep.* 15. n. 4.

DEJECTE, adverb. abjecte. Occurrat tantum Comp. *Dejectus* apud *Tertull.* 2. *advers.* *Marcian.* 27. sub fin. Lenitatem Dei, pro captu mediebitatis

humanas dejectus converstam, ut pusillitatem depretias.

### DEJECTIO, ūnis, f. 3. actus dejiciendi.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Nazar. Paneg. Constant.* 12. Dejectio imaginum. h. e. qua imagines ad terram sternuntur. Huc pertinet et illud *Firmit.* 2. *Mathes.* 3. Altitudines stellarum et dejectiones. ¶ 2. Speciatim apud Medicos dejectio (subintellige alvi) est alvi solutio. *Cels.* 1. 3. Dejectio a medicamentis petenda est, ubi venter suppressus parum reddit. *Id.* 2. 12. Mcliri dejectionem medicamentis. *Id. ibid.* 7. Subita dejectio. *Id. prafat. ad fin.* Laborare dejectionibus. *Seneca Ep.* 120. a med. Alias nervi nos, alias pedes vexant: nunc dejectio, nunc distillatio. ¶ 3. Item speciatim in iure est depulsio a possessione. *Cic. Cœc.* 20. 57. Qui illam vim dejectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. h. e. expulsionem de fundo. Add. *Dig.* 43. 16. 1. ¶ 4. Item in re militari est depulsio a gradu. *Modestin. Dig.* 49. 16. 3. Pœnæ militum sunt militia mutatio, gradus dejectio, ignominoe missio.

II.) Translate. *Seneca* 2. *Ques. nat.* 59. Honestius judicas dejectione animi perire, quam fulmine? h. e. abjectione, demissione.

DEJECTIUNCULA, æ, f. 1. diminut. a dejectio, levis dejectio; et pro alvi solutione occurrit apud Scribon. *Compos.* 52. Faciunt ad dejectiunculas, et ad omena fluorem.

DEJECTO, as, are, a. 1. frequentat. a dejectio. *Mattius in Mimiambis* apud *Gell.* 20. 9. Dein coquenti vasa cuncta dejectat.

DEJECTOR, ūris, m. 3. qui dejicit. *Ulpian. Dig.* 9. 3. 5. ¶ 4. In factum dandam esse actionem Labeo ait adversus dejectorem. Piane si locaverit dejectori, etiam ex locato habebit actionem. h. e. qui e fenestra in caput prætereuntium quidpiam dejecterit.

### DEJECTUS, a, um. V. DEJICIO.

DEJECTUS, us, m. 4. dejectio (It. il gettar in giù; Fr. action de jeter, renversement; Hisp. el acto de echar por tierra; Germ. das Herabwerfen; Angl. a throwing down).

I.) Proprie. *Liv.* 9. 2. Angustias sœptas dejectu arborum, satorum ingentium objacente mole, invaseri. *Orid.* 1. *Met.* 570. de Peneo fluv. Dejectuque gravi temores agitantia fumos Nubila conducti, summasque adspargere silvas Impluit. h. e. præcipites deorsum aquas agendo. *Seneca Ep.* 56. Dejectus aque. *Id. Consol. ad Marc.* 18. ante med. Dejectus dominum.

II.) Translate. ¶ 1. Est injectus. *Stat.* 4. *Theb.* 272. Cornipedem trepidos suetum prævertere terros, Velatum geminae dejectu lynxes agebat. h. e. injectu pellis e Lynce. ¶ 2. Item locus declivis, unde aliquid dejiri potest. *Cœs.* 2. B. G. 8. Collis ex utraque parte lateris dejectus habebat. h. e. declivitates. *Id.* 2. *ibid.* 22. Ut loci natura, dejectusque collis, et necessitas temporis – postulabat. *Vitrw.* 6. 3. 1. *Schneid.* Trabes habeant – asseribus stolidiciorum in medium compluvium dejectus. At *Schneid.* rectius legit: Trabes habeant interpersuiva et collicias ab angulis parietum ad angulos tigrorum intercurrentes, item asseribus stolidiciorum in medium compluvium dejectis. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (75). Ad capita dejectus in superciliis montium piscinæ eavantur. h. e. ubi aqua incipit dejici. *Id.* 2. *ibid.* 70. 71. (179). In dejecto positus.

DEJERATIO vel dejuratio, ūnis, f. 3. juramentum. *Tertull. Pœnit.* 4. Testari sub dejectione. *Inscript.* Fratr. Arv. apud *Marin.* p. 70. indecirco NIHILOMINVS DEJERATIO ESTO APVD MAGISTROS.

DEJERO vel dejuro, as, avi, atum, are, a. 1. (de et juro) valde juro. — a) Dejero occurrit apud *Plaut. Men.* 5. 2. 63. Me abstulisse dejerat. *Ter. Hecyr.* 5. 2. 5. Bacchis dejerat persancte. *Propert.* 4. 2. 42. Dejerat hiberni temporis esso moras. *Varro* 5. *L. L.* 66. *Müll.* Quidam negant sub tecto per huc (h. e. diuyn, seu calum) dejerare oportere. *Hic pro simplici juro ponitur.* *Nepos fragm.* 12. 2. *Staver.* Verbis conjectis dejerare ausim. Add. *Amman.* 24. 3.; et *Sueton. Cal.* 24. et 27. — b) Dejero occursit apud *Plaut. Cas.* 3. 5. 37. Per omnes dees et deas dejuravit, occisorum eum bac nocte. Add. *eund.* *Rud.* 5. 2. 49. *Gell.* 1. 3. Dejurare salsum. Add. *eund.* 7. 18. et 4. 20. — Ad locum cit. *Terentii* subdit *Donatus*, pœnitima correpta dici dejero quem significat deos juro: producta vero,

quum valde juro. Cave, homini horum quidquam creduis.

DEJÉROR, ēris, ari, dep. 1. idem quod dejero. *Apul.* 10. *Met.* circa med. His et similibus altercati conviciis, dejerantur utrigue, nullam se pro rursus fraudem, nullam denique surreptionem factitasse. Ita plerique Codices, tique bona noto: alii dejerant, Quoniam vero plura sunt verba, quæ et acti vorum et deponentium forma promiscue usurpan tur, cuiusmodi sunt murmurare et murmurari, somnare et somniari, punire et puniri, jurare et jurari; nihil sane impedit, quominus, Codicum auctoritate, etiam dejerari in Lexicon recipiatur. V. *Kärcher, Nachträge zu Forcellini's latein. Lex.* p. 23.

DEJICIO, jēcis, jēci, jectum, jicere, a 3. (de et jacio). Scribitur et *dētīcio*: V. *ABJICIO* sub init. — Part. *Dejiciens* I. A. g.; *Dejectus* in omnibus fere paragr. et in fin.; *Dejecturus* II. 1. b.; *Dejiciendus* I. A. b. — Dejicio est deorsum jacto (It. gettare al basso, lanciare o precipitare all'ingiù; Fr. jeter à bas, précipiter, renverser; Hisp. echar abajo, precipitar, abatir; Germ. von oben herab nach unten werfen, herabwerfen, - schürden, niedern, - umstürzen, herabtreiben, vertreiben; Angl. to throw or cast down).

I.) Proprie occurrit A) Generatim, et B) Speciatim.

A) Generatim. — a) De personis. *Lucret.* 5. 1224. Et tamen e summo, quasi fulmen, dejicit ictos Invidia interdum contemptim in Tartara tætra. *Cœs.* 4. B. G. 12. et *Liv.* 4. 19. Dejicere aliquem equo. *Cœs.* 1. H. C. 13. se de muro. *Id.* 3. B. G. 26. se per munitiones. *Nepos Dion.* 4. se de superiori parte aedifici. *Ovid. Fast.* 353. lecto graviter dejectus ab alto. *Cœs.* 5. B. G. 43. Dejectus in inferiorem locum. *Virg.* 4. *Æn.* 152. foræ soxi dejecta vertice capræ. Decurrere jugis. *Liv.* 28. 6. Venti a præaltis montibus se dejicunt. h. e. maxima vehementia in valles et planities scruntur. — b) De vestibus, statuis, arboribus, et similibus. *Sueton. Aug.* 52. Dejicere togam ab humeris. *Id. Cœs.* 9. et *Quintil.* 6. 3. 54. togam de humero. *Cic.* 1. *Phil.* 2. 6. jugum a cervicibus. *Plaut. Stich.* 2. 2. 31. araneas de foribus. *Cic.* 2. Q. fr. 14. librum in mare. *Liv.* 1. 40. extr. Estant securim in caput dejectit. h. e. defixit. *Sic* *Id.* 7. 10. a med. Vanum cæsim cum ingenti sonitu ense in dejectit. Et *Virg.* 8. *Æn.* 427. Fulmen erat: loto Genitor quo plurime cælo Dejicit in terras. *Liv.* 2. 63. Tempestas cælo dejecta. *Cic.* 3. *Cat.* 8. 19. et *Liv.* 38. 56. Dejicere statuas. *Liv.* 40. 2. signa. *Nepos Alcib.* 3. *Hermas.* *Cœs.* 2. B. C. 22. Dejecta turris. *Id.* 4. B. G. 17. Dejiciendi operis causa. *Auct. B.* *Hisp.* 13. Ballista dejecti turrim. *Justin.* 5. 8. 5. et 12. 9. 11. Dejicere murum. *Horat.* 1. *Od.* 2. 15. Vidi Tiberim Ira dejectum monumenta regis Templaque Vestæ. *Virg.* 9. *Æn.* 770. caput ictu ensis dejectum. *Val. Flacc.* 8. 289. Dejicere arborem a montibus. *Juvenal.* 11. 119. Ventus dejectit nucem. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 91. Dejicere catillum mensa. *Cato R. R.* 32. vites. *Id. ibid.* 3. oleam. — c) *Dejicere crines* est solvere. *Anfranius apud Non.* p. 514. 2. *Merc.* Propter patruelum tuam Constituit hilare anhelans, dejecta coma. *Sic Tac.* 14. Ann. 30. Femina in inodum Furiarum, veste ferali, crinibus dejecta. — d) De navibus. *Cœs.* 4. B. G. 28. Tanta tempestas coorta est, ut naves ad inferiorem partem insulae dejicerentur. h. e. impellerentur. *Liv.* 23. 34. A Carthagino in Sardiniam classis missa – fæda tempestate vexata, ad Baleares insulas dejicitur. *Id. ibid.* 40. Quæ tempeste dejecta ad Balcarès erat. *Id.* 21. 49. Eam quoque classem ad Ægates insulas dejectam. Contra *Vopisc.* Prob. 21. Dejicere naves in altum. h. e. a littore solvere. — e) De sorribus. *Cœs.* 1. B. C. 6. Dejicere sortes in urnam. h. e. in urnam conjicere sortiendi causa. Add. *eund.* 3. B. G. 15. Cf. *Liv.* 23. 47. Dejicere equum in viam. h. e. a loco altiore in viam demittere. — f) Pro detrahere dixit *Plaut. Stich.* 2. 2. 36. Dejicere pernam et glandium. h. e. detrahere e carnario in usum cœne. Cf. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 17. 69. (233). Ramenta pellis cervinæ dejecta pumice. h. e. abrasa, detracta. — g) Dejicere album est solvere, exonerare. *Cato R. R.* 156. et 158. Alylum si voles dejicere. F. DEJECTIO. *Farra* 2. R. R. 11. 3. Cæsi ovilli minimi cibi, et, qui facilime dejiciantur caprini. h. e. qui facilime concoquuntur atque ege-

runtur. *Cels.* 2. 12. Si sterecoris odorem, nihil dejiciens, æger ex spiritu suo sentit. — h) Aliquod per nares dejicere est infundere. *Veget.* 3. *Veterin.* 37. in fin. *Schneid.* Croci semunciam, cum vino dulci conterito et dejicito per nares. Similiter coriandri viridis succum exprimes et naribus infundes. Add. *eund.* 5. *ibid.* 66. 5. et 67. 2. — i) Poetice de finibus. *Val. Flacc.* 3. 594. Flumina dejecta saxis. h. e. quæ a rupibus delabuntur.

B) Speciatim usurpatur 1.) In re militari, 2.) In re juridica, et 3.) In re medica.

1.) In re militari ¶ 1. Dejicere est hostes aggredi atque a loco, quem ipsi obtinent, expellere. *Cœs.* 7. B. G. 28. Hostes muro turribusque dejecti. *Id.* 1. B. C. 51. Nostros loca dejejerunt. *Liv.* 44. 35. Dejicere agmen. *Cœs.* 1. B. C. 46. cohortes. *Nepos Thrasyb.* 3. et *Lucan.* 2. 694. hostes. *Cic.* 8. *Phil.* 2. 6. Cujus præsidium Claterna dejicit Hirtius. *Cœs.* 1. B. C. 37. Præsidium et saltu dejicere. *Liv.* 28. 7. Dejectum præsidium. Sic dejicere præsidium modo cum Ablativlo loci, modo sine Ablativlo, occurrit apud *Cic.* 5. *Verr.* 18. 40.; *Cœs.* 1. B. C. 51., 2. B. G. 27. et 7. B. G. 36.; *Horat.* 2. *Ep.* 2. 30.; *Liv.* 4. 53., 44. 39. et 22. 24. *V. Drakenborg.* ad postremum hunc locum. Similiter *Liv.* 41. 2. et *Curt.* 7. 6. 24. Dejicere prætorium. *Liv.* 44. 35. castella. ¶ 2. Interdum dejicere hostem est aggrediente repellere. *Liv.* 7. 10. Gallorum agmen ex rupi dejicit.

2.) In re juridica. ¶ 1. Quod ad consuetudinem forensem attinet, dejicere dicuntur, qui de possessione aliquem expellunt. Hac de re multa *Cicero pro Cœc.* præcipue cap. 13., 17. et 18., et *JCTi* tota tit. 15. l. 43. *Dig.* Sic *Liv.* 45. 22. Dejicere aliquem de possessione imperii. Et *Stat.* 5. *Theb.* 47. Dejectus regno. ¶ 2. Item *libellos dejicere* publice propositos, quibus bona alicuius proscripti, eorum auctionem certo die futuram edictebatur, est idem ac revellere. *Cic. Quinct.* 6. 27. *Libellos Sex.* *Alsenus*, procurator *P.* *Quinctii*, familiaris et propinquus *Set.* *Nævii*, dejicit. *Seneca* 4. *Benef.* 12. Sponte pro judicato, et suspensum amici bonis libellum dejicito, creditoribus ejus me obligatus; ut possim servare præscriptum, ipse proscriptionis periculum adeo. V. *LIBELLUS*. ¶ 3. Denique dejicere dicuntur cives Romani, qui morte multati de saxe Tarpejo, aut de ponte præcipites agebantur; in qua præna plerumque tribuni plebis rocionarunt, in certiori suppliciis consules. *Cic. Rosc.* Am. 35. 100. Dejicere de ponte aliquem in Tiberium. *Sueton. Cœs.* 80. e ponte. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 39. Dejicere e sazo cives, aut tradere Cadmo. *Tac.* 6. Ann. 19. *Sex. Marius* sazo Tarpejo dejicitur. Sic dejicere de sazo vel sazo occurrit apud *Liv.* 5. 47., 6. 20. et 25. 7.; *Tac.* 2. Ann. 32.; *Aurel. Vict.* *Vir. illustr.* 66.; et *Liv. Epit.* 59.

3.) Denique ¶ 1. In re medica dejicere animal est ejus vires medicamentis frangere, ut a morbo convalescat. *Veget.* 3. *Veterin.* 24. 2. *Schneid.* Dejecto animali. V. integrum locum. ¶ 2. Hinc dejicere est idem, quod Græcum *xatapodæli*; et — a) De bominibus significat prostrernere, occidere. *Cœs.* 2. B. G. 27. At, quum primi eorum cecidissent, proximi jacentibus insisterent atque ex eorum corporibus pugnarent; his dejectis, et coacervatis cadaveribus etc. Adde *eund.* 4. *ibid.* 12. et 3. B. C. 51. *Nepos Thrasyb.* 2. extr. In prelio occidit Critias. Hoc dejecto, etc. *Curt.* 3. 5. 5. Non in acie saltum, non ab hoste dejectum, sed abluentem aqua corpus ereptum esse. Add. *eund.* 8. 2. 22. *Virg.* 11. *Æn.* 641. Caius Iulius Iacobus Ingentemque animis, ingentem corpore et armis Dejicit Hermiuum. Adde *eund.* 5. *ibid.* 542.; et cf. 6. *ibid.* 581. Titania pubes dejecti fulmine. Adde *Senec. Phæniss.* 536.; *Val. Flacc.* 6. 552.; et *Sil. It.* 15. 467. et 16. 166. — Hinc *Id. Sil. It.* 13. 246. Dejicere caput. h. e. occidere. — b) De brutis. *Curt.* 8. 1. 19. Quatuor millibus ferarum dejectis, in eodem saltu cum exercitu epulatus est. *Val. Flacc.* 1. 190. Glaucoque bovem Thetidique juvencam Dejicit Anchæus. h. e. mactat. Adde *eund.* 2. 330.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. — a) Dejicere oculos, vultum, etc. est deorsum vertere. *Cic.* 7. *Verr.* 71. 181. Si tantulum oculos dejicerimus, præsto esse insidios. Add. *Quintil.* 1. 11. 9. *Curt.* 6. 2. Dejeti in terram oculi. *Virg.* 11. *Æn.* 480. Lavinia oculos dejecta decoros. h. e. habens oculos dejectos:

Græca constratio. Sic *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 11. Sive aliquis est oculus in se dejecta modestus. Et *Stat.* 3. *Theb.* 367. Dejertus vultum. Similiter *Quintil.* 11. 3. 69. Dejecto capite. Adde eund. 11. 3. 119.; *Fal. Flacc.* 7. 514., 2. 570., 1. 132. et 8. 204.; et *Stat.* 14. *Theb.* 495. — Et pro avertire. *Cic.* 6. *Verr.* 15. 34. Pueri oculos de isto nusquam dejicere, neque ab argento digitum discedere. *Id.* 1. *Phil.* 1. 1. Dejicere oculos a republica. — b) De rebus ponitur pro removere, summovere. *Cic.* 7. *Verr.* 62. 162. Hac se commemoratione civitatis omnia verbera depulsuri, cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur. *Id.* 2. *Tusc.* 5. 14. Multum de terrore doloris dejicere. h. e. detrahere, deminuere. *Id.* 4. *ibid.* 37. 80. vita. *Id.* 7. *Verr.* 49. 130. alicui metum. — c) Item de personis ponitur pro removere. *Cic.* *Orat.* 37. 129. Nos magno semper usi impetu, saepe adversarios de statu omni dejecimus. *Id.* 9. *Phil.* 4. 8. et 2. *Tusc.* 5. 14. Dejicere aliquem de sententia. h. e. facere. ut sententiam mutet. *Id.* 1. *Off.* 23. 80. Dejicere aliquem de gradu. h. e. de constantia deducere: ductum ab iis, qui pugnantes retro impelluntur ab adversario. Est autem proverbii genus, ut *Cic.* *ibid.* admonet. Adde eund. 16. *Att.* 15. — Huc pertinet et illud *Spartian.* *Did.* *Jul.* 8. Derreta e senatu dejecta. h. e. abrogata. ¶ 2. Speciatim dejicere est eripere alicui spem aliquid adipiscendi, aliquem re aliqua private; et occurrit praecipe de honoribus ac magistratibus. *Cœs.* 1. *B.* *G.* 8. *Defectus spe.* *Id.* 5. *ibid.* 46. opinione. h. e. deceptus. *Cic.* 2. *Verr.* 9. 25. Dejicere aliquem de honore. *Liv.* 39. 41., 4. 44. et 3. 35. honore. *Cic.* 5. *Verr.* 55. 127. aliquem fortunis. *Id.* 5. *ibid.* 51. 120. Unum et quinquaginta aratores ita video dejectos, ut his ne vicari quidem successerint. h. e. veteres domini pulsi sunt ex agris, neque ali in eorum locum successerunt. Similiter *Id.* *Cic.* 3. *ibid.* 8. 23. Dejicere aliquem ædilitate. h. e. efficeri ut ædilitatem non obtineat. *Id.* *Mur.* 36. 76. aliquem prætura. Et *Liv.* 38. 35. Quum M. Æmilius Lepidum inimicum, eo quoque anno petentem (*consulatum*) dejectisset. Adde eund. 40. 46. et 37. 47.; *Cœs.* 1. *B.* *G.* 8. et 7. *ibid.* 63.; et *Cœlum* apud *Cic.* 8. *Fam.* 4. 3. *Virg.* 3. *Æn.* 317. quis te casus dejectam conjugé tanto Excipit? h. e. privatam. *Tac.* 11. *Ann.* 29. Dejicere utorem. h. e. matrimonio. — Hinc Part. præter. pass., cuius plurima superius exempla retulimus,

*Dejectus*, a, um, adjective quoque usurpatum, unde Comp. *Dejectior*.

I.) Proprie est humili, abjectus. *Cœs.* 1. *B.* *C.* 46. Dejectis atque inferioribus locis. Et figurare *Tertull.* 1. *advers.* *Marcion.* 6. Quum duo dei pronuntiantur, duo summa magna, necesse est, neutrum altero sit aut sublimius, aut dejectius. h. e. abjectus, vilius.

II.) Translate de animo, dejectus dicitur qui animo radit. *Virg.* 10. *Æn.* 875. quamquevis vis alto vulnere tardat, Haud dejetas, equum duci jubet. Eodem sensu *Quintil.* 9. 4. 138. In epilogis plerunque dejecti et infracti sumus. Adde *Stat.* 3. *Theb.* 15. — Hinc

*Dejecti*, ūrum, m. plur. 2. absolute, substantivum more, dicuntur apud Medirobs tesi ex eo, quod ex alto dejecti sint. *Plin.* 26. *Hist.* nat. 13. 85. 137. Ruptis, convulsisque, ex alto dejectis, centaurum majus. *Id.* 29. *ibid.* 2. 9. (33). Lanam succidens imponunt incussis, collisis, contritis, dejectis.

DEJICITANS. I. DECLITANS.

DÉJUGIS, e, adj. t. *Auson.* *Edyll.* 10. 163. festinantesque coloni Verte nunc summo properant, nunc dejuge dorso. Certantes stolidis clamoribus. h. e. de jugo montis declivi.

DEJUGO, as, are, a. 1. de jugo abstrahere; ac proinde disjungere, amovere. Translate. *Pacuvius* apud *Non.* p. 101. 27. et p. 142. 32. *Merc.* Per nosram egregiam unanimitatcm, quam memoria dejugat.

DEJUNCTUS, a, um. *V.* voc. seq.

DEJUNGO, jungis, junctum, jungere, a. 3. Part. *Dejunctus* I. — Dejungo est idem quod dejugo, de jugo solvo, abstroho.

I.) Proprie. *Seget.* 4. *Veterin.* 15. 25. Qua (compositione) utendum est, quum bos ab opere dejungatur. *At.* *leg.* disjungatur; *Schneid.* disjungitur. Cætior est lectio in *Inscript.* apud *Gruter.* 1003. 2 et q̄is HAC TRANSEAT JUNCTO DEJUNCTO JVXTO.

II.) Metaphorice. *Plaut.* *Astin.* 3. 3. 75. Dejungere amantes. *Cic.* *Tim.* 5. Ita necessitas cogit, ut eadem sint ea, quæ disjuncta fuerint. Sed recentiores omnes apud *Cic.* leg. disjuncta, et quidem rectius. V. DISJUNGO.

DÉJURATIO. V. DEJERATIO.

DÉJURIUM, II. n. 2. jusjurandum. *Gell.* 7. 18. Quoniam dejurio vinci essent. *Placidi Gloss.* ed. A. *Mai.* in *Class. Auct.* T. 3. p. 452. Dejurium, jusjurandum certum jurare.

DÉJURO, as, etc. V. DEJERO.

DÉJUVO, os, are, a. 1. non juvo. *Plaut.* *Trin.* 2. 2. 63. Deserere illum, et dejuvare in rebus adversis pudent.

DÉLÀBOR. labēris, lapsus sum, labi, dep. 3. (de et labor). Part. *Delabens* et *Delapsus* I. — Delabor est deorsum labor, decido; et fere usurpatum ad significandum quæcumque lentum motum a superiori in inferiore locum (It. scorrer gît, cadere: Fr. tomber de, tomber doucement, glisser d'en haut; Hisp. escurrir abaxo, caer; Germ. von oben herabgleiten, fallen, sinken; Angl. to fall down, stip or slide down).

I.) Proprie. — a) De avibus. *Lucret.* 6. 837. Hic, ubi nictari nequeunt insistereque alis, Scilicet in terram delabi pontere cogit Natur. *Sueton.* *Aug.* 94. Ex improviso aquila panem ei e manu rapuit; et, quin attissime volasset, rursus ex improviso leniter delapsa reddidit. — b) De numinibus. *Ovid.* 3. *Met.* 101. superas delapsa per auras Pallas adest. *Id.* 1. *ibid.* 608. Delabi ab æthere. *Id.* 1. *ibid.* 212. et *Heroid.* 18. 65.; et *Virg.* 7. *Æn.* 620. et 5. *ibid.* 838. Delabi Olympo. Cf. *Cic.* 11. *Phil.* 10. 24. Id signum, quod de cælo delapsum Vestæ custodis continetur. h. e. Palladium. — c) De armis, saxis, etc. *Cic.* 1. *Off.* 22. 77. Arma delapsa de manibus. *Cœs.* 2. *B.* C. 11. Cupas tæda ac pice refertas incendunt, easque de muro in musculum devolunt: involutæ labuntur, delapsæ ab lateribus, longuriis furcisque ab operæ removentur. *Sueton.* *Tib.* 39. Complura et ingenita sara fortuito superne delapsa sunt. *Juvenal.* 3. 118. Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi. *Quintil.* 11. 3. 144. sinus ab humero. *Sil.* *It.* 16. 270. vitta fronte. *Virg.* 6. *Ecl.* 16. Serta delapsa capit. *Sil.* *It.* 16. 435. corona capit. — d) De hominibus. *Liv.* 37. 34. Delabi ex equo. *Virg.* 10. *Æn.* 596. curru. *Justin.* 33. 2. 1. equo. Cf. *Virg.* 2. *Æn.* 377. *Tibull.* 2. 7. 21. ab excelsa præcepit delapsa fenestra. *Cœs.* 7. *B.* *G.* 82. In scrobes delapsi defodiebantur. *Ovid.* 15. *Met.* 685. gradibus nitidis delabitur. — e) De aqua et fluminibus. *Cic.* 3. *Orat.* 46. 180. Quemadmodum ex ultra parte tecti aqua delaberetur. *Horat.* 3. *Od.* 29. 34. flumen medio alveo cum pace delabens Etruscum in mare. *Fal. Flacc.* 2. 127. ad æquoreum delabere Lemnon. h. e. descendere. Adde eund. 2. 62. et 3. 533.: et *Tibull.* 2. 6. 39.

II.) Translate: ad rem *Cic.* *Partit.* *Orat.* 4. 12. Aut a minoribus ad majora ascendimus. aut a majoribus ad minora delabimur. — Itaque delabi est a recta via alborare, aut etiam simpliciter incidere: et occurrit cum Accusativo et præpos. ad, in, vel cum Adverb. eo ut, eodem. *Cic.* *Amic.* 21. 76. A sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias delabi. *Id.* 1. ad *Q. fr.* 1. 6. Nescio quo pacto ad præcipienda rationem delapsa est oratio mea, quam id mihi propositum initio non fuisset. *Id.* 1. *Orat.* 21. 96. Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem delaberemini. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 18. 50. Carneadeum audiebamus solitum eo delabi interdum, ut dicaret, opinaturum esse sapientem. *Ovid.* 4. *Pont.* 15. 33. Scribere sæpe aliud cupiens, delabor eodem. *Quintil.* 7. 8. 1. Delabi in syllogismum. Rursus *Cic.* *Fat.* 17. 39. Delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. *Id.* 2. *Orat.* 60. 246. Nonnumquam in hoc vitium scurrile delabitur. *Id.* 7. *Att.* 5. Delabi in morbum. *Gell.* 14. 3. sub fin. in suspiciones. *Aurel. Fict. Vir. illustr.* 14. in insidias. *Tac.* 2. *Ann.* 63. in ambitionem. *Id.* 15. *ibid.* 63. ad impatientiam. *Id.* 2. *ibid.* 38. ad inopiam. *Cic.* 6. *Fam.* 10. 5. Ipsa quotidie inibi delabi ad agitatem et ad rerum naturam videtur. h. e. accedere. *Id.* 12. *Att.* 47. De Mustela, ut scribis: et si magnum opus est. Eo magis delabor ad Ciodiām. — Apud eund. 2. *Off.* 18. 64. Rem familiarem delabi sinere. Atti relictus legant delabi. Item apud eund. 4. *Herenn.* 55. 68. Ille nulla voce delabens, insita virtute conci-

dit tacitus. h. e. nullo verbo aut gemitu timorem ostendens: alii aliter legunt.

DÉLÀBÓR, as, are, n. 1. valde labore, ad lassitudinem usque labore. *Afrianius* apud *Non.* p. 393. 15. *Merc.* Hic noster delaborat.

DÉLACRÉO, as, are, a. 1. valde lacero, consinando: hinc translate pro ad nihil redigere apud *Plaut.* *Capt.* 3. 5. 14. Qui me meāque rem tuis scelestis falsidicis fallaciis delaceravisti.

DÉLACRIMATIÖ vel delacryatio vel delacratio, ônis, f. 3.

A) Quum præpositio de significat motum a superiori ad inferiorem locum, delacrimatio est lacrimarum ex oculis demissio. *Plin.* 25. *Hist.* nat. 13. 99. (156). Capnos delacrimationem facit. *Id.* 34. *ibid.* 11. 26. (113). Vis ejus collyriis oculorum aptissima, et delacrimationibus mordendo proficiens.

B) Quum præpos. de actionis finem et cessationem significat, delacrimatio est cessatio lacrimarum. *Scribon.* *Compos.* 37. Quum opus fuerit, invertitur palpebra, deinde hoc medicamento sufficitur curiosus ad delacrimationem, id est, ubi desierit mordere delacrimet.

DÉLACRIMATÓRICS, a, um, adj. ad delacrimationem pertinent, ut Delacrimatorium collyrium, *Marcell.* *Empir.* 8. Hinc *Inscript.* apud *Tochon.*, *cachets des oculist.* p. 64. L. *SACCI MENANDRI MELIUM DELACRIMATORIUM.*

DÉLACRIMO vel delacrymo vel delacrumo, as, are, n. 1. (de et lacrima) lacrimas, vel aquam more lacrimantis demittere. *Colum.* 4. *R. R.* 9. 2. de vite. Ut in terram potius devera, quam in germe delacrimet.

DÉLÆVO rel deleo, as, are, a. 1. (de et lavo) planum et laeve facio, lavigo. *Colum.* *Arbor.* 6. 4. Vitem serrula desecato, et plagam acutissimo ferro delavato.

DÉLÆTOR, áris, ari, dep. 1. (de et lator) valde lator. *Vulgat.* *Ital.* *Sap.* 14. 28. Dum delætantur, insani sunt. Ita legit A. *Mai.* in *apogr.*, non delætantur. Gr. εὐθανάτωμενοι.

DÉLAMBO, is, ere, a. 3. (de et lambo) idem ac lambo. *Stat.* 2. *Theb.* 681. Molliaque ejecta delabit vellera lingua.

DÉLAMENTOR, áris, ari, dep. 1. (de et lamentor) value lamentor. *Ovid.* 11. *Met.* 331. et natam delamentatur ademptam.

DÉLANIARE est discindere et quasi lanam trahere, unde lacinia et lanus dicitur, qui pecus discindit. *Paul.* *Diac.* p. 73. 13. *Müll.* Al. leg. *dilatnare*.

DÉLAPIDATUS, a, um. V. voc. seq.

est, in re severa delicatum aliquem inferre sermo- nem. *Id. Pis.* 29. 70. Omnes hominis libidines, omnia conatur genera delicatissimis versibus expres- sit. *Catull.* 50. 3. Delicata versiculi.

II.) Translate est tener, dulcis, pretiosus, magnificus. *Catull.* 20. 10. Meis capella delicata pascuis. Cf. *Id.* 17. 15. Puella tenellula delicatior hædo. *Plin. 2. Ep.* 18. extr. Oves delicatissima. h. e. qua- rum lana est tenuissima. Alter *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 49. (140). Poppæa conjus Neronus delicatiibus jumentis suis soleas ex auro induit. *Id.* 34. *ibid.* 14. 41. (146). Oleo delicatior fit acies. *Id.* 19. *ibid.* 8. 41. (137). Delicatior teneriorque caulinus. *Id.* 4. *ibid.* 12. 20. (62). Delicatior vestis. *Sueton. Aug.* 65. Usum vini omnemque delicatorem cultum. *Curt.* 5. 2. 9. Choaspes annis delicatam vehens aquam. h. e. levem, mollem, suavem. *Plin. 8. Ep.* 17. Anio de- licatissimus amnum, ideoque adjacentibus villis vel invitatius retentus. h. e. placide fluens. — Hinc delicatus appellatio est blandientis apud *Plaut. Rud.* 2. 5. 8. Sed ubi tu es, delicata? h. e. tu mea bella, ut *Id. Plaut.* *ibid.* paullo superius dixit.

B) Passive *delicatus* est qui voluptatibus captus est, qui voluptatibus totum se dedit, qui delicias se- ciat et molliter vivit.

I.) Proprie. — a) Cum addito Substantivo. *Cic. Mur.* 35. 74. Delicata juventus. *Id.* 1. *Att.* 10. a med. Libidinosa et delicata juventus. *Id. Brut.* 53. 197. Adolescens delicatus. Cf. *eumd. Mil.* 10. 28. Mu- liebris ac delicatus ancillarum puerorumque comitatu. *Trebell. Poll.* XXX. *Tyr.* 16. Homo omnium delicatissimus. *Lamprid. Alex. Sev.* 47. Senator antiquæ familiæ delicatissimus. — b) Absolute. *Se- neca Constant. Sap.* 4. Contumelia delicata gravis est. *Id. Brevit. vñct. 12. Audio quendam ex delicata, quam ex balneo inter manus elatus et in sella positus esset, dixisse interrogando, jam sedeo? — c) Hinc *Delicatus*, t. m. 2. absolute substantivorum more, dicitur qui aut artifici alicujus peritus, aut pulcriitudine præstans in delicis habebat. *Sueton. Tit.* 7. Quosdam e gratissimis delicatorum fovere supersedit. *Spartian. Hadrian.* 4. Curasse delicatos. h. e. τοὺς ερωμένους. Adde *Stat.* 2. *Silv.* 1. quæ inscribitur, *Glaucias Atellus Melioris delicatus*: quo- cum confer *eumd.* *Silv.* 7. quæ est *De ammissione pueri delicati*. — d) Et *Delicata*, cf. f. 1. absolute, substantivorum more, eodem sensu. *Sueton. Vesp.* 3. Inter hæc Flavian Domitillam duxit uxorem, Statili Capellæ equitis Rom. Sabratensis et Africa de- licatam olim Latinaeque conditionis, sed mox inge- nuam etc. *Vulgatae editiones* habent delegatam. — e) Hinc saepissime in *Inscriptionibus delicatus* vel *delicata* dicitur servus vel serva, qui in delicis ha- bebat. *Inscript. apud Orell.* 2804. DIS MANIB. VE- RECVNDI DELICATI — C. YESIVS MARTIALIS. *Aha* apud *eumd.* 2805. D. M. ET MEMORIAE AETERNAE CALPU- NIAB SEVERA FEMINAE SANCTISSIMAR. VIVA SIBI PO- NENDVM PRAECEPIT, CALPYRNAB DELICATA ET ER- DI. Adde *akam* apud *eumd.* 4650. Et *akia* apud *Gruter.* 311. 6. TEJAE EVPHROSYNES V. V. DELICATAB. h. e. Tejæ, quæ fuit delicata Euphrosyne Russinæ virginis Vestalis. — f) Sed et delicati dicti sunt infantes fililli, unice a parentibus dominis dilecti. *V. Fabrett. Inscript. c. 5. p. 362.* ubi *delicatus* fuisse etiam vocem honestæ appellationis, adducti exemplis, ostendit.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro effeminato, molli, enervi. *Plaut. Men.* 1. 2. 10. Nitidum ego habui delicatam. h. e. nimis leni ac molli genere tractavi. *Phœdr.* 5. 1. Veniebat gressu delicato et languido. h. e. fracto, enervi, effeminato. *Quintil.* 9. 4. 113. Equorum cursum delicati minutis passibus frangunt. *Id.* 11. 3. 132. Rectinari ad suos et manibus sustineri, nisi plane justa fatigatio est, delicatum. *Pacat. Paneg.* *Theodos.* 18. Unum invenire non possumus, cuius spem atque expectationem, non dicam sefelleris, sed, quæ delicatior est querela, dis- tuleris. h. e. minus gravis. *Capitolin. Maxim.* duob. 20. Balbinum moribus delicatiorem. *Spar- tian. Hadrian.* 9. Delicata omnia (e castris) undique summovere. *Quintil.* 1. *Declam.* 13. extr. Quidnam isto delicatis sceleri? h. e. quod minori labore, quem delicati sagiunt, perpetratum sit. ¶ 2. Item delicatus dicitur qui facile fastidit. *Plin. 8. Ep.* 21. Quid præstant sodales, si convenient (scilicet ut sua recitarent audient) voluptatis sue causa? Deli- catus ac similis ignoto est, qui amici librum bonum

navult audire, quam facere. *Vulgata* editiones habent Delicatus. *Quintil.* 3. 1. 3. Delicata aures. h. e. quæ difficile utilia audiunt et facile fastidunt. Cf. *Plaut. Mil. glor.* 4. 1. 38. Vah delicatus. — NB. De nom. propr. *V. ONOM.* — Hinc

*Delicatus*, i. m. 2. et

*Delicata*, æ. f. 1. absolute substantivorum more, *V. sub B. I.*

*Delicatus*, a, um pro dedicatus. *V. DELICARE.*

**DELICIA**, æ, et sœpius

**DELICIE**, årum, f. plur. 1. Est qui scribit delicie invitis tamen *Manut.*, *Dausqu.* et *Cellar.* — Est et alia forma *Delicium*, ñ, quam *V.* loco suo. — *Delicia* in sing. num. occurrit apud *Plaut. Truc.* 5. 34., *Rud.* 2. 4. 13. et *Pæn.* 1. 2. 152.; *Gell.* 19. 8.; *Non.* p. 100. 26., et in *Inscript.* apud *Gruter.* 1014. 5. et apud *De Vita A.A.* *Benev.* cl. 8. n. 10.: quorum nonnulla *V.* infra sub I. et II. — Ceterum delicie sunt oblectamenta quælibet, quæ sensibus voluptatem afferunt; a delicio, quia deliciunt et ad se trahunt (It. *delizie*, *piaceri*, *tusso*, *voluttà*; Fr. *diveissement*, *delices*, *jouissances*, *volupté*, *douceurs*; Bisp. *divertement*, *delicias*, *placeres*, *deleytes*, *voluptuosidades*; Germ. *jede die Sinne lockende Ergötzlichkeit*, *Lust*, *Freude*, *Wollust*, *Liebhaber*, *Spielder*; Angl. *any thing that delights or amuses, delights, pleasures, pastimes*).

I.) Proprie. — a) Generativ. *Plaut. Rud.* 2. 4. 13. Oium ubi erit, tum tibi operam ludo et delicie dabo. *Id. Trin.* 2. 2. 53. Aliquantum animi causa in deliciis disperdatur. *Lucret.* 2. 22. Delicias quoque ut multis substernere possint. *Id. 5.* 1449. Delicias vita. *Id. 4.* 1148. turpes videamus Esse in deliciis summoque in honore vigere. *Cic. Rabir. Post.* 10. 26. Deliciarum et voluptatis causa quosdam cum mitella saepe videamus. *Id. 1.* *Parad.* 2. 10. Argentum ad avaritiam, amicitias ad delectationem, suppellex ad delicias, epulex ad voluptates. *Id. 2. leg. Agr.* 14. 36. Locus multarum deliciarum et magnæ pecuniae. *Horat.* 4. *Od.* 8. 10. Animus deliciarum egens. *Flor.* 1. 11. 7. Festivæ deliciae. *Seneca 4. Benef.* 5. Neque necessitatibus tantummodo nostris provisum est (a Deo); usque in delicias amamus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 37. 68. (174). Cathedræ supinae in delicias. *Id. 2. ibid.* 63. 63. (157). Quas non ad delicias terra servit homini! *Id. 10. ibid.* 22. 27. (54). Ec processere delicia, ut etc. *Capitolin. Anton. Phil.* 8. In deliciis vivere. *Cic. 6. Verr.* 1. 3. et *Vatin.* 8. 20. Esse alicui in amore et deliciis. h. e. esse valde carum. *Id. 1. Divinat.* 34. 76., et *Sueton. Titell.* 12. Habere aliquid in deliciis. Rursus *Cic. Orat.* 12. 39. Herodotus Thucydidesque longissime a talibus deliciis, vel potius ineptiis absuerunt. h. e. argutis verborum ambitibus. — b) *Delicias* facere interdum est irridere, ludere. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 83. Enimvero, here, meo ne lassessi ludo et delicias facis. Adde *eum*. *Men.* 2. 3. 30. Quo pertinet illud *Ovid. 2. Trist.* 349. Sic ego delicias et mollia carmina feci. h. e. lusi carminibus amorum. — Interdum est nequitias facere. *Catull.* 74. 1. Gellius audierat, patrum objurgare solere. Si quis delicias diceret, aut faceret. Adde *eum*. 45. 24. Priore loco delicias dicere est obscena loqui. Nam delicias speciatim interdum dicuntur de venereis voluptatibus. *Cic. Cœl.* 19. 44. Amores vero et hæc, deliciae quæ vocantur, numquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. Sic *Cotum.* 8. *R. R.* 8. 10. Deliciarum oblectamenta. Et *Trebell. Poli.* XXX. *Tyr.* 17. Praeter filii Herodis delicias. — c) Delicias aliquando ponuntur pro molitiae deliciis atque effeminate hominis. *Juvenal.* 6. 258. quarum Delicias et panniculus bombacinus urit. — d) Aliquando pro levitate et inconstantia, quæ delicatorum hominum propriæ sunt. *Cic. 1. Att.* 17. ad fin. Ecce aliae deliciae equitum tix ferendæ, quas ego non solum tuli, sed etiam ornavi.

II.) Improprie. ¶ 1. Adhibetur in blanditiis amantium. *Plaut. Truc.* a. 5. v. 34. At ego ad te ibam. STRAB. ad me, delicia! *Id. Pæn.* 1. 2. 152. Mea voluptas, meæ delicia, mea vita. ¶ 2. Hinc Delicia dicuntur etiam personæ aut res, quæ nobis caræ sunt ac voluptatem afferunt. — a) Generativ. *Plaut. Mosl.* 1. 1. 14. Urbanus scurra, delicia populi. Cf. *Catull.* 3. 4. Passer, delicia meæ puellæ. *Cic. 1. Divinat.* 36. 79. Roscius delicia tuae. *Sueton. Tit.* 1. Titus amor ac delicia generis humani. *Cic. 16. Att.* 6. extr. Pilice salutem dices et Atticæ,

deliciis atque amoris meis. *Cælius apud Cic.* 8. *Fam.* 8. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse. *Virg. 2. El.* 2. Alexini, delicias domini. — b) Speciatim pro amico vel amica, etiam si servus vel serva sit. *Cic. Dom.* 24. 62. Cum alter se Catilinae delicias fuisse diceret. *Catull.* 6. 1. Flavi, delicias tuas Catullo Velles dicere, nec tacere posses. Amores quoque hac ratione usurpantur. Quas vero *Stat.* 5. *Sili.* 5. 66. Pharia de puppe loquaces delicias, et *Quintil.* 1. 2. 7. Alexandrinas delicias appellant, sunt pueri Egyptii, et præsentim Alexandrinæ, ex more gentis sue impudicæ garruli et obscene dicaces, qui in deliciis apud Romanos fuerunt. Simili ratione deliciae dicti sunt pueri festivi et garruli, parentum suorum oblectamenta gratissime. *V. DELICIUM.* Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 1014. 5. PRO SALVTE JULIAE VENERIAS FELIAE DYLICISSIMÆ DELICIAS SVAE. *Alia* apud *De Vita A.A.* *Benev.* cl. 8. n. 10. HIC SEVLTA EST JVCVNDA DELICIA LVVS. — c) Item pro ipso homine delicato. *Juvenal.* 5. 47. Delicias horum! Tarpejum numen (at limen) adora etc. h. e. o delicatum hominem! *Id. 13. 140.* Ten' o delicias extra communia censes Ponendum. h. e. te delicatum etc. *Vulgata* editi. habent Te nunc delicias etc. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 56. (118). Ut tanto magis sui delicias pudeat.

**DELICIA**, æ, (a deliqueo juxta *Forcellinum*, a liquando juxta *Müllerum*) est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infinitas versus fastigatum collocatur; unde *tectum deliciatum*, et *delicatores* tegulæ. Haec *Paul. Diac.* p. 73. 2. *Müll.* Hujusmodi vero tigna etiam *Vitruv.* 6. 3. vocal *deliquias*, seu *delicias*, quia in quatuor tecti erecti seu displiati angulis disposita *tegulas deliciarias* sustinent, ex quibus hinc inde aqua deliquescat: contra vero *tegulae collicie* ut habet *Paul. Diac.* p. 114. 4. *Müll.*, seu *collicieares* ut est apud *Caton. R. R.* 14. (ubi tamen alii pro *collicieares*, leg. *conciliares*, alii *deliciaes*), in tectis dejectis seu compluvialis sunt, quæ durarunt partium concurrentiam stilicidia, veluti sulco facti, excipiunt, et extra parietem projiciunt, ab Italis vulgo dictæ *coppi canali*. *V. DELIQUEO.*

**DELICIE**, årum, f. plur. 1. *V. DELICIA* primo loco.

**DELICIARIS**, e. *V. DELICIA* secundo loco.

**DELICIATUS**, a, um. *V. DELICIA* secundo loco; et *DELICIOR*.

**DELICIES**, ëi, f. 5. idem quod *delicia*, *delicio*. Tribuitur *Apoloje de Mag.* et *Florid.* n. 23. et de *Deo Socrat.*; sed ubique lectio variat.

**DELICIO**, licis, lectum, licere, a. 3. Part. *Delectus*. — Delicere proprie est deorsam trahere: a *laccio*, *traho*, *duco*. Suntur autem pro *allicere*, illucere. *Titinius* apud *Non.* p. 277. 17. *Merc.* Parasitus, qui illum sciat delicere. *Grat. Cyneq.* 303. Bla perinde suos, ut erit delecta, minores etc. h. e. benigne habita, affecta. Ita legendum putat *Wernsdorffus* pro vulgari ut erit delata, quod significazione caret. — De præterito *delicii*, *V. DELIQUEO*.

**DELICIOLÆ**, årum, f. plur. 1. *deminit.* a deliciae, et

**DELICIOLUM**, i. n. 2. *deminit.* a delicium. *Cic.* 1. *Att.* 8. extr. Tullia deliciolæ nostræ. *Seneca Ep.* 12. Ego sum villici filius, deliciolum tuum.

**DELICIOR**, äris, stus sum, ari, dep. 1. Part. *Delicians* et *Deliciatus*. — Deliciari est idem quod delectari. — a) Neutrorum more. *Vulgat. Ital. Eccli.* 31. 24. Bormiel usque in mane, et anima illius cum ipso deliciabitur. *Ibid. Amos* 6. 4. Qui dormitis in lectis churneis, et deliciamini super thoros eorum. *Ibid. Jacob.* 5. 5. Et vos deliciati estis super terram et luxuriati estis. *Venant. Fortun.* 11. 25. 2. Et satiat vario deliciante joco. *Alcim. Ep.* 77. circa med. Quum tu, in tanta convivij beatitudine, deliciatus maxime, tardissime satiatus, vix te possis probare felicem, etc. b) Activa, seu cum Acusatis. *Rurarius* 2. *Ep.* 42. Volatilia deliciari. h. e. comedere cum delectatione.

**DELICIOSUS**, a, um, adjekt. deliciis plenus. *Rutil. Itiner.* 1. 378. Stagna placent saepo deliciosa vado. *Capell.* 7. p. 236. sub init. Deliciosa mollettes. *Sedul. prol.* 8. Divitiasque magis deliciosus amas. *Cassiod.* 7. *Variar.* 9. Deliciosa magis, quam laboriosa militia est, in portu Romano comitive gerere dignitatem.

**DELICIUM**, i. n. 2. idem quod *delicia*. *Martial.* 13. 98. Delicium pervo donabis dorcadæ nato. *Id. 7. 49.* Fons, delicium domus. — Pro pvero, qui est in deliciis, tum in bonam, tun in malam partem. *Phœdr.* 3. 20. Rogati mot a quodam delicio suo, Quidnam fecissent. *Al. leg.* Rogati mot a quodam, delicio suo Quidnam fecissent: atque ita de asino sermo est. *Inscript.* apud *Gruter.* 661. 14. *SEXTILIAJ. L. PRIMIGENIAS ANNORVM XIII. DELICIO EORVM* etc. Adde alias apud *Orell.* 680., 1724., 4394. et 4958. — In masculino genere. *Inscript.* optimæ notæ apud *Gorium Columb.* *Liv.* p. 73. n. 4. *AMARANTHUS CERYLLI DELICIAS VIXIT ANNIS III. M. IL DAT OLLAM CERYLLVS L. Alia apud *Don.* cl. 1. n. 132. *AFRICIVS DELICIVS*.*

**DELICIUS**, ii. *V.* voc. præced. in fin.

**DELICO**, as, etc. *V. DELIQUO*, as.

**DELICTOR**, öris, m. 3. qui delinquit. *Commodian. Instruct.* 52. Refugium regis pete, si delictor fuisti. Adde *Cyprian.* *Ep.* 59. in fin.

**DELICTUM**, i. n. 2. *V. DELINQUO* in fin.

**DELICTUS**, a, um. *V. DELINQUO*.

**DELICULUS**, a, um, *deminit.* a delicus, qui delinquitur, seu venditur aliis dominis. *Cato R. R.* 2. Vendat boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas. Alli leg. *rejicula* et *rejiculas*, ut apud *Varro.* 2. *R. R.* 1. et 5. *V. REICULUS*. Cf. tamen et vox sed. et *Schneid.* ad h. 1.

**DELICUS**, a, um, adjekt. Idem ac *deliquus*, qui nempe a matre grandior factus delinquitur. *Varro* 2. *R. R.* 4. 16. Cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur, neque jam lactentes dicuntur. *V. DELIQUUS. Glossar.* *Vet.* *Delicum*, *αγελάριον* δένειν.

**DELICUS**, *V. DELIQUUS.*

**DELIGATÓ**, ouis, f. 3. ligatio, vincio. *Gloss.* *Cyrill.* Επιδεξεται, hæc deligatio.

**DELIGATÙS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DELIGO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (de et ligo). Part. *Deligatus* et *Deligandus*. — Deligo est idem are ac ligo, seu valde ligo (It. *legare*; Fr. *attacher*; Hisp. *ligar*, *enlaçar*, *lier*, *ator*; Germ. *verbinden*, *festbinden*; Angl. *to bind*, *tie*, *make fast*). *Plaut. Men.* 1. 1. 13. Apud mensam plenam homini rostrum deliges. *Licinius* apud *Non.* p. 221. 11. *Merc.* Deligare ad patibulos. *Cots.* 1. *B. G.* 53. et 4. *ibid.* 29. Navicula deligata ad ripam. *Id. 5. ibid.* 9. Naves deligatae ad ancoras. *Id. 3. B. C.* 39. Naves deligare ad terram. *Id. 5. ibid.* 48. epistolam ad amentum. *Liv.* 8. 7. aliquem ad palum. *Sueton. Ner.* 29. Deligati ad stipitem. Adde *eund.* *ibid.* 45., *Cloud.* 34. et *Tit.* 62. *Cic.* 6. *Verr.* 40. 86. In ea statua Sopatrum divaricata et deligari jubet. Adde *eund.* 7. *ibid.* 62. 161. *Auct. B. Afr.* 21. Saucios suos jubet in plaustris deligatos Adrumetum deportari. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 71. (184). Deligata hincolo grana. *Cels.* 2. 10. sub fin. Deligandum brachium superimposito penicillo. Sic *Quintil.* 2. 17. 9., 2. 21. 17. et 4. 2. 84. Deligare vulnus. *Id. 2. 17. 19.* Sarmientis circum cornua boum deligatis. *Nepos Hann.* 5. Sarmenta in cornibus jumentorum deligata inoendit. *Vopisc. Aurel.* 7. Deligare ad pedes. Adde *Justin.* 3. 5. 10.

**DELIGO**, ligis, ligi, lectum, ligere, a. 3. (de et logo). Ratiōne habita scriptoris, pro *deligo* scribitur et *delege*; prætere in MSS. libris frequentissimum est *delectus* pro *delectus* eodem sensu. — Part. *Deligens*, *Delectus* et *Deligandus* 1. — Deligo est seligo, delectum babeo; quasi de multis *lego* (It. *scegliere*, *eleggere*; Fr. *élire*, *choisir*; Hisp. *elegir*, *escoger*; Germ. *durch Sonderung ausscheiden*, *aussuchen*, *auslesen*, *auswählen*; Angl. *to choose*, *make choice of*, *pick out*, *select*). Occurrat — ¶ 1. Generativ; et quidem — a) Universim. *Plaut. Amph.* 1. 1. 49. Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes. *Lucret.* 1. 87. Ductores Damnum, delecti, prima virorum. *Cic. Dom.* 9. 24. Summus vir saepè ad extreme reipublica discrimina delectus. *Id. 2. Off.* 13. 46. Eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerint ad imitandum. *Id. 1. Legg.* 23. 60. Bona deligere, rejicere contraria. *Id. 2. leg.* *Agr.* 9. 23. Si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data, et mox. Quem unum e cunctis deligissetis. *Virg.* 7. *En.* 152. delectos ordine ab omni Centum oratores ire jubet. *Liv.* 1. 40. Deligere aliquem generum. *Id. 39. 36. ad fin.* Domicilio sibi deligere maritima oppida. *Al. leg.* *domicilium*. *Quin-*

*tūl. 12. 10. 19.* Hunc exilio delegerat locum. *Id. 12.*  
*2. 27.* Quam honestissima precepta rectissimamque  
 viam deligit. *Id. 1. 3. 17.* In diligendis rustodum  
 et praeceptorum moribus. *Justin. 2. 15.* Judicium  
 diligentium. Adde *Cic. Mil. 8. 23.* et *1. de republ.*  
*34. et 41.*; *Sall. Jug. 23.* et *Cat. 6.*; *Nepot. Pelop.*  
*2.* *Aristid. 2.* et alibi; *Ces. 1. B. G. 3.*, *7. ibid.*  
*15.*, *31.* et alibi; *Liv. 8. 33.*, *36. 28.* et *7. 25.*; *Sueton. Iesp. 4.*, *Ner. 42.* et *Galb. 10.*; et *Tac. 1. Hist. 71.* — b) Speciatim de iis, qui ad publica munera eliguntur. *Cic. Planc. 25. 62.* Sic populus Romanus deligit magistratus, quasi reipublica villicos. *Id. Mur. 11. 24.* Dicendi facultas, quæ sepe valuit in consule diligendo. *Id. 1. ad Q. fr. 1. 3.* Quæstorem babes non tuo judicio electum, sed eum, quem sors dedit. *Id. Rosc. Am. 3. 8.* Deligere ex civitate aliquos in senatum, ex senatu in consilium judicium. *Nepos Epam. 7.* et *Lysandr. 3.* ducem. *Id. Ages. 1.* et *Val. Flacc. 3. 201.* regem. *Plin. 14. Hist. nat. 22. 28.* (145). Piso electus curæ Urbis. — c) Item speciatim in re militari. *Ces. 1. B. G. 49.* et *6. ibid. 10.* Castris idoneum locum delegit. *Sall. Jug. 46.* Ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat. Adde *Liv. Epit. 27.* *Ennius apud Cic. 2. Herenn. 22. 34.*, apud *eum. 1. Tusc. 20. 45.* et apud *Priscian. de vers. com. p. 1325.* *Putsch.* Argo, qua vecti Argivi delecti viri. *Virg. 4. Ecl. 35.* altera quæ vehat Argo Delectos heros. *Id. 2. Enn. 18.* Huc delecta virum sortiti corpora furtum Includunt cæco lateri. *Ces. 1. B. C. 57.* Delecti ex omnibus legionibus fortissimi viri. *Sall. Jug. 49.* Ipse propior montem omni equitatu et pedibus delectis suos collocat. *Id. ibid. 54.* Ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur. Adde *Ces. 4. B. G. 7.* et *7. ibid. 21.* *Tac. 2. Ann. 16.* Cum delecto equite. — Et delecti absolute, aut cum Genitivo, Græco more. *Virg. 11. Enn. 430.* nec tarda sequetur Gloria delectos Latio et Laurentibus arvis. *Liv. 38. 1.* In Athamaniam se venturum cum delectis Ätolorum — et Nicandro pretore. Cf. *eum. 42. 58.* Mixtum genus, delecta plurium gentium eu-xilia. *Curt. 4. 4.* Naves admoveri jubet delectosque militum imponit. ¶ 2. Speciatim de fructibus ponitur pro decerpere, colligere. *Cato R. R. 144.* Deligere oleam. *Id. ibid. 112.* Uvas relinquunt in vinea, sinito bene coquuntur: et ubi pluerit et siccaverit, tum deligo. *Colum. 5. R. R. 10. 10.* Ut ante pluviani fructum deligas. Similiter *Ovid. Heroid. 4. 29.* Est aliquid, plenis pomaria carpere ramis Et tenni primariae deligere ungoe rosam. *Et Propriet. 2. 21. 106.* Altaque mortali deligere astra manu. *abuvarov.* ¶ 3. Item speciatim est legendo secernere, adeoque legendō rejecere. *Plaut. Asin. 3. 3. 42.* Hinc med aionantem ex adibis delegit bujus mater. h. e. detrusit, ejecit. *Virg. 5. Enn. 715.* Longævæ que senes et fessas æquore matres, Et quidquid tecum invalidum metuensque pericli est, Delige. — NB. Apud *Cic. Vatin. 14. 34.* Subsellia dissipari, urnas delegerit, h. e. dejeccit, ali aliter legunt.

### DÉLIMÁTOR, διαρρέωντις. *Gloss. Cyril.*

**DÉLIMÁTUS**, a, um, particip. ab inusit. *delimo*, elimitus. *Plin. 34. Hist. nat. 11. 26.* (111). Delimatam æris scobem aceto spargunt.

**DÉLIMIS**, e, adjekt. obliquus, transversus. *Varro apud Non. p. 79. 14.* *Merc.* Delime bipennis, ut levius passerculus. h. e. bipennis obliquitas. Al. tamen aliter legunt; et omnium rectissime *Fr. Oehler. M. Ter. Farron. Satur. Menipp. Reliq. p. 155.* Delimbe, bipennis ut levius passerculus.

**DÉLIMITÁTIO**, ónis, f. 3. limitum appositio. *Balbus de limit. apud Goes. p. 142.*

**DÉLIMITÁTUS**, a, um. *I.* voc. seq.

**DÉLIMITO**, as, dvi, ãtum, arc, a. 1. (de et limito). Part. *Delimitatus*. — Delimito est limitibus definio, idem ac depalo. *Aggen. Urb. in Frontin. de limit. p. 50.* *Goes. Agrimensor* omnis doctus centurias delimitare potest, ut suis redintegrare limitibus, assignare autem nullo modo potest, nisi sacra fuerit præceptione firmatus. Sic Part. *Delimitatus* occurrit apud *Frontin. de agror. qualit.* apud *Goes. p. 38.*

**DÉLINEÁTIO**, ónis, f. 3. descriptio. *Tertull. advers. Valentian. 27.* In delineationem superioris Christi, etc.

**DÉLINÉO**, as, avi, ãtum, are, a. 1. *Etiā delinso* scribitur apud *Tertull. advers. Valentian. 4.* A-etu colubroso viam deliniavit. — Ceterum delineo est designo, et ruditer depingo: ex de et linea. ut

cum pictores primum quædam pingui Minerva futuri operi liocamenta dicunt. *Plin. 35. Hist. nat. 10. 36.* (89). *de Apelle.* Arrepto carbone extineto e foculo imaginem in pariete delineavit.

**DÉLINGO**, lingis, linxi, lingere, a. 3. (de et lin-  
 go) idem quod lingo, vel omnino lingo.

1.) Proprie. *Cels. 3. 22.* Cochlearum plenum paulatim delingatur. *Lamprid. Ant. Diadum. 5.* Leo puerum delinxit.

II.) Translate. *Plaut. Pers. 3. 3. 25.* Numquam delinges saltem. h. e. non habebit, unde caenit: pro verbii more dictum. Adde *eum. Cura. 4. 4. 6.*

**DÉLINÍMEN**, inis, n. 3.

**DÉLINÍMENTUM**, 1, n. 2. et

**DÉLIMÍO**, etc. *V. DELENIMEN, DELENIMENTUM, DELENIQ.*

**DÉLINO**, linis, livi, litum, linere, a. 3. (de et li-  
 no). Hoc verbum agnoscitur a *Prisciano 9. sub fin.* *Putsch.*, caret tamen adhuc auctoritate Latinæ scrip-  
 toris, exceptis particip. *Delitus* et *Delinendus*.

*Cic. 2. Ferr. 55. 145.* Ex qua tantum tectorium ve-  
 tus delitum sit, et novum inductum. *Orell. ita le-  
 git:* alii *deletum*, alii *dejectum* ex *Priscian. p. 1151.* *Putsch.* *Id. fragm. apud Priscian. 9. sub fin.* Tuli moleste, quod litteræ delitæ sunt mibi a fin. Tuli moleste, quod litteræ delitæ sunt mibi a te reddite. h. e. litteris corruptæ. *Catulus apud Dio-  
 med. 1. p. 372.* *Putsch.* Prima epistola videtur in via delita. Adde *Varro. ibid.* Attamen *Diomedes* hæc a *delego* dedicit. *Cels. 3. 19.* Delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma. h. e. ungendus. *A-  
 pul. 8. Met.* Faciem cœnosum figmento deliti, et occu-  
 lis obunctis graphicè prodeunt. h. e. delibuti. — In quo differat *delitus* a *lito*, *oblio*, *illito*. *V. in LINO.*

**DÉLINQUÁTIO**, ónis, f. 3. *Gloss. Cyrill. Kará-  
 lányiuc.* desertio, delinquatio.

**DÉLINQUENTIA**, *æ*, f. 1. delictum. *Tertull. Re-  
 surr. carn. 46. et 47.*

**DÉLINQUO**, linquis, lñqui, lictum, linquere, 3. (de et linquo). Part. *Delictus* I. 1. — Delinquere propriis est idem ac derelinquere, deserere.

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Ennius 4. Ann. 6.* apud *P. Merul. p. 327.* At Romanus homo, ta-  
 men eti res bene gesta est. Cordis suo trepidat, deli-  
 cito Coelit. Alii leg. delicto poplite, h. e. defectis viribus. ¶ 2. Hinc per metonymiam olim usurpatum fuit pro deesse, deficere. *Cælius apud Servium ad Virg. 4. Enn. 390.* Delinquere frumentum, Sar-  
 dinianum hostes tenere. *Tubero ibid.* Num delinquit, aut supererit aliquid tibi. — Hinc

II.) Translate significat prætermittere quod non oportet præteriri, ut *Paul. Diac. p. 73. 9. Müll.* docet: et universim a recta ratione deficere, flagi-  
 tum admittere, peccare. Usurpatur autem — a) Neutrorum more, cum addito interdum Ablativo rei, cuius causa quis delinquit. In veteri formula beili indicendi apud *Gell. 16. 4.* quod *POFVLVS HER-  
 MVNDVLVS HOMINESQUE POFVLIS HERMVNDVLI ADVER-  
 SVS IOPVLM R. BELLVM FECERE DELIQVEVNTOVB.* Adde similare formulam apud *Liv. 1. 32. Ter. Her-  
 cyr. 4. 4. 41.* An quis non delinquit viri. *Cic. Cluent. 46. 128.* Ne iniis in bello propter hostium metum delinqueret. *Id. 2. Tusc. 4. 12.* Artemque vita professus delinquit in vita. Adde *eum. Mur. 27. 57.* *Sall. fragm. 111. p. 233.* *Gerlach. Melius* habent mercede delinquere. *Id. Cat. 51.* Iracundia delinquire. *Horat. 1. Sat. 3. 83.* Quanto hoc furiosius atque Majus peccatum est! Paulum delinquit amicus. Quod nisi concedas, habeare insuavis, acerbos. *Ovid. 2. Amor. 8. 9.* ancilla si quis delinqueret posset. *Al. minus recte leg. in ancilam. Plin. 17. Hist. nat. 12. 19.* (94). Multo jam præstat laxitate delinquare. h. e. nimis laxe serendo oleas. *L. Ver. imp. apud Fronton. ad L. Ver. imp. 2. p. 187.* Delinquere humanum est, et hominis maxime proprium ignoroscere. Adde *Orid. 2. Trist. 256.*; *Quintil. 1. 5. 49.*, *Tac. 12. Ann. 58.*, *14. ibid. 14. et 15. ibid. 2.*; et *Plin. 9. Ep. 21.* — b) Cum Accusativo rei. *Plaut. Bacch. 3. 3. 14.* Dum caveatur, præter æquum ne quid delinquit. Adde *eum. Pseud. 4. 7. 129.* *Id. Amph. 2. 2. 185.* Quid ego tibi deliqui? h. e. contra te. *Id. Epid. 3. 3. 9.* Quasi quid filius ineus delinquisset mea erga. *Id. Men. 5. 2. 30.* Nusquam equidem quidquam deliqui. *Cic. 2. leg. Agr. 36. 100.* Si quid delinquiero, nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. Adde *Sall. Jug. 28. Tac. 12. Ann. 54.* Damnumque flagitorum, quæ duo delinquerant, Cumanus. Adde *eum. 14. ibid. 3.*

### DELIQUO

et cf. *Jurenal. 14. 233.* Tantum delinquere, quantum permittas. — c) Passive. *Papinian. Dig. 48. 5. 38.* Adulterium, quod pubertate delinquitur, non excusat aetate. h. e. admittitur. — d) Impersonaliter. *Cic. 9. Att. 10. extr.* Ut nihil a me adhuc delictum putem. *Gell. 5. 4.* Ni in una nusplam littoralia delictum esset. — Hinc a Part. præter. pass.

**Delictum**, i. n. 2. est peccatum, erratum. — a)

In re morali. *Plaut. Amph. 1. 2. 32.* Delictum facere. *Ter. Adelph. 4. 5. 48.* Delictum in se admittere. *Ces. 7. B. G. 4. sub fin.* Nam majore commissio delicto, igni atque omnibus tormentis necat. *Cic. 5. Fam. 27. sub fin.* Homines sapientes delicto suo, non aliorum injuria commoveri. *Id. Marell. 6. 18.*

Expecte ponas ab aliquo ob delictum. Adde *eum. 1. Off. 40. 145.* et *Cæcin. 3. 7. Horat. 3. Od. 6. 1.* Delicta majorum immeritus lues, Romane. Adde *eum. 1. Sat. 3. 79.* *Ovid. 2. Amor. 4. 3.* Delicta fateri. Adde *Nepot. Alcib. 8.*; *Sall. Cat. 3. et Jug. 3., et 32.; Quintil. 7. 4. 20.*; *Sueton. Ces. 72., Aug. 66.*, *Ner. 29.* et *Galb. 9.*; *Tac. Agric. 16. 12. Ann. 54.* et *13. ibid. 35.*; et *Capitolin. Maxim. duob. 13. Fronto Princip. Hist. p. 319.* Delicta sua plerique, dum ignorari putant, corrigunt; ubi manifesta seint, impudentia obscurantur. — b) De ingenio errato. *Horat. 1. P. 442.* Si defendere delictum, quam vertere, malles. *Id. ibid. 347.* Sunt delicta tamen, quibus ignorisse velimus. *Censorin. de die nat. 20.* Quod delictum ut corrigeretur, pontificibus datum est negotio, eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa.

**DÉLIQUEO**, ques, et rectius

**DÉLIQUESCO**, liquescis. lieti, liquefere, n. 3. inchoat. (de et liquesto) liquidus fio, liquefio, disolvor.

1.) Proprie. *Plaut. Cas. 2. 6. 46.* Utinam tua qui-

dem, sicut Herculeis prædicant quondam progaoris, ista in sortiendo sors deliquerit! *Pausin. 1. 4. c. 3.* barrat. sortientibus de imperio Messenæ Cresphonite, et filiis Aristodemus Herculis nepotibus. conjectisque in urnam aquæ plenam sortibus, factum esse fraude cujusdam Temeni, ut Cresphonitis sors ex cœtili laterrulo, filiorum vero Aristodemini ex argilla sole siccatæ fieret; cumque esset conditio, ut ultra sors exiret, ejus esset imperium, altera soluta et dissipata, Cresphoniti imperium adjudicatum fuisse. *Orid. 3. Trist. 10. 13. de nive.* Ergo ubi delicuit nondum prior, altera venit. *Id. 4. Met. 253.* Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit. *Id. 7. ibid. 380.* Hyrie flendo Delicuit stagnumque suo de nomine fecit. *Colum. 12. R. R. 41. 2.* Hæc ita co-  
 quuntur, ut omnia poma deliquescent cum musto.

II.) Translate. *Cic. 4. Tusc. 17. 37.* Nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat. *Lactant. 7. 12.* Tam celeriter corpus deliquesceret ac periret, quam celeriter animalia secedit. h. e. solveretur.

**DÉLIQUIÆ**, arum. *V. DELICIA* primo loco.

**DÉLIQUIO**, onis. *V. voc. seq.*

**DÉLIQUIUM**, ii, n. 2. duo diversa significat, pro-  
 ut est A) A verbo *delinquo*, aut B) Aut a v. *deliq.*

i) Deliquum a *delinquo* est defectus. *Plin. 2. Hist. nat. 12. 9. (54).* Deliquum solis. h. e. defectos. *Paul. Diac. p. 73. 8.* Deliquum solis a delin-  
 quendo dictum, quod delinquit in cursu suo. Adde *Cn. Gell. apud Serrium ad Virg. 4. Enn. 390.* Et *Gloss. Labb. Deliquum. ἔλεγε τις οὐσία.* Rursus *Paul. Diac. p. 73. 9. Müll.* Delinquere est præ-  
 termittere, quod non oportet præteriri; hinc deliquia et deicta. — Figurate. *Plaut. Capt. 3. 4. 92.* Hoc si seces reperes, nullam causam dico, quia mihi et parentum ei libertatis apud te delinquit fiet. h. e. caream parentibus et libertate. Al. plures rectius leg. delinquo sicut, eo modo, quo dicimus exitio, fraudi esse, etc. Sunt etiam qui putent esse rectum casum deliquio, onis, quod etiam a *Gn. Gelio* usurpatum quidam citant ex *Serr. ad Virg. 4. Enn. 390.*

B) Deliquum a *deliq.* est actio liquandi; et scribitur etiam *deliquum*: *V. DELIQUUS. Pruden-  
 t. Hamartig.* de statua salis, 751. Liquitur illa quidem salsis sudoribus uida: Sed nulla ex fluido plenæ dispendia forme sentit deliquio. h. e. liquefacta.

**DÉLIQUO** vel *déllico*, as, are, a. 1. (liquo) est li-  
 quorem clarum reddere effundendo, seu ex altero vase in alterum transfundendo.

1.) Proprie, *Varro 7. L. L. 106. Müll.* Turbida

quæ sunt, deliquantur, ut liquida fiant. *Colum.* 12. *R. R.* 39. 2. Passum in alia vasa deliquare. *Cels.* 5. 20. n. 5. Quæ ex vino toruntur, et in ipso usu delinquuntur.

II.) Translate est verbis declarare, sive explanare: quo sensu delicare fore occurrit. *Titinius* apud *Non.* p. 98. 10. *Merc.* Quid istie sibi vult sermo? mater, delicæ. *Id. ibid.* 27. 25. Tibi ne comediam, quam sciam, non delicem? Adde *Cecilium* apud *eund.* 277. 29. et *Lucilium* *ibid.* *Accius* apud *eund.* *ibid.* Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delicæ. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 30. Ut te ipse me dixisse delices, postea sagina ego ejiciat cellararia. *h. e.* statim ac tu indicabis me dixisse.

**DÉLIQUUS** vel **déluctus**, a, um, adject. a **delinquo**, ut **reliqua** a **reliqua**, significat deficiens, minor, ut exponit *Paul. Diac.* p. 73. 10. *Hüll.*: veteres enim delinquere usurpabant pro deficere. *Plaut. Cas.* 2. 2. 31. Sine amet, sine quod lubet id faciat, quoniam tibi nil domi deliquoru' st. *Varro* 7. *L. L.* 106. *Hüll.* legit **delicuum**, et statim hæc addit: Delicuum dictum ab eo, quod deliquandum non sit, ut turbida quæ sunt deliquantur, ut liquida fiant. *Aurelius* scribit **delicuum** esse ab liquido; *Clavdius* ab aliquato. *V. DELICUS.*

**DÉLIRAMENTUM**, i., n. 2. delirium. *Plaut. Amph.* 2. 2. 64. Hæc quidem deliramenta loquitur. Adde *eund.* *Men.* 5. 5. 21. et *Capt.* 4. 4. 67.; *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (17.); *Fronton.* 2. *Ep. ad Cœs.* 1.; et *Prudent. Apotheos.* 290.

**DÉLIRATIO**, ūlis, f. 3. a. v. delirare (de et lira).

I.) Proprie est declinatio extra sulcum, idest a recta via. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 20. 49. (180). Quod vocant lirare, operientes semina, unde primum appellata deliratio est.

II.) Translate. *Cic. Senect.* 11. 36. Ista seculis stultitia, quæ deliratio appellari solet, senium levium est, non omnium. Cf. *eund.* 2. *Divinat.* 43. 90. *Plin.* 6. *Ep.* 15. 4. Aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.

**DÉLIRITAS**, ūlis, f. 3. deliratio: sed occurrit translate tantum. *Laberius* apud *Non.* p. 490. 21. *Merc.* Quænam mens, quæ deliritas vos suppilatores facit, cum caeo euio puellari?

**DÉLIRIUM**, uī, n. 2. occurrit translate tantum, et est alienatio mentis, deliratio. *Cels.* 3. 18. *extr.* Aliquam et metu delirium nascitur. Adde *eund.* 2. 8. *ante med.*

**DÉLIRO**, as, ūti, ūtum, are, n. 1. (de et lira). Part. *Delirans* II. — Delirare proprie est a sulco evagari. *V. LIRO.*

I.) Proprie, sed generatim, est a recta linea deflectere. *Auson. Edyl.* 16. 11. angulus æquis Partibus ut coeat, nil ut deliret amissus.

II.) Translate est a recta mente declinare, insanire. *Plaut. Amph.* 2. 2. 157. Hæc quidem nos delirantes facere dictis postulat, et *ibid.* 96. Nulla res tam delirantes homines conuinat cito, scilicet quam atra bilis. *Ter. Phorm.* 5. 8. 8. Delirat miser timore. *Lucret.* 3. 454. delirat linguaque mensque. *Cic.* 1. *Off.* 27. 94. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare, et mente captum esse. *Id.* 1. *Nat.* D. 34. 94. Desipere, delirare, dementem esse. *Id.* 1. *Divinat.* 18. 35. Ut rear in exitis totam Etruriam delirare. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 14. Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. *Id.* 1. *ibid.* 12. 20. delirat acumen. *Sueton. Vesp.* 5. Quod adhuc se mentis compote deliraret.

**DÉLIRUS**, a, um, adject. In *Not. Tir.* p. 97. legitur delerus, quia fortasse ad Græcum etymon ληρός respicitur. — Comp. neutr. gen. *Delirius* in fin. — Ceterum delirus translate tantum occurrit (*V. DELIRARE* ejusque derivata), et est qui a recta mente, quasi sulco seu lira, evagatur, insaniens, mente captus: et dicitur præsertim de senibus, qui ob astem desipiunt. *Lucret.* 3. 464. Quin etiam morbis in corporis avius errat? Sæpe animus; demenit enim deliraque fatur. *Id.* 2. 985. Quod si delira hæc furiosoque cernimus esse. *Cic.* 2. *Orat.* 18. 75. Multos se deliros senes sæpe vidisse. *Id.* 2. *Divinat.* 65. 141. An tu censes ullum anum tam deliram futurum? *Horat.* 2. *Sat.* 3. 107. Delirus et amens. *Id.* 2. *Ep.* 2. 126. scriptor delirius inuersus. Adde *eund.* 2. *Nat.* 5. 71. et 3. 293.; et *Sueton. Ner.* 33. *Lactant.* 3. 18. a med. Quo quid delirius dici possit, non viideo. et *ibid.* 19. a med. Plene contenderim, numquam quicquam dictum esse in rebus humanis delirius.

**DÉLITÉO**, es, ere, n. 2. (de et lateo) abscondor. Occurrit tantum Part. præs. *Delitens* apud *Plin.* 35. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Spatia montis in cubiculo dellentia. Sillig in novissima edit. legit dilatantia, a dilato. — Ceterum *V. voc. seq.*

**DÉLITESCO**, litescis, littil, litescere, inchoat. n. 3. (lateo). Part. *Delitescens* I. — Delitesco est occulor, lateo (It. occultarsi, nascondersi; Fr. se cacher, se tenir caché, cesser de se montrer; Hisp. esconderse, ocultarse; Germ. sich verbergen, verstecken; Angl. be concealed, sculk, lurk).

I.) Proprie. *Plaut. Rud.* 2. 3. 9. Delituit mala puella. *Cic. Cœl.* 25. 62. Ut eo mittetur amicos, qui delitescerent, deinde repente prosilirent. *Id.* 2. *Nat. D.* 20. 52. Delitescit stella. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 71. Delituit cælum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 126. Bestiae in cubilibus delitescunt. *Cœs.* 4. *B. G.* 32. hostes in silvis. *Virg.* 2. *Æn.* 135. Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva Delitui. *Id.* 3. *G.* 416. Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu Vipera delituit, etc. *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 55. loquitur *Elegia*. Quin ego me memini, dum custos sevus abiret, Ancillas missam delituisse sinu. *Sueton. Claud.* 5. Tiburius scribit **delicuum** esse ab liquido; *Clavdius* ab aliquato. *V. DELICUS.*

**DÉLIRAMENTUM**, i., n. 2. delirium. *Plaut. Amph.* 2. 2. 64. Hæc quidem deliramenta loquitur. Adde *eund.* *Men.* 5. 5. 21. et *Capt.* 4. 4. 67.; *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (17.); *Fronton.* 2. *Ep. ad Cœs.* 1.; et *Prudent. Apotheos.* 290.

**DÉLIRATIO**, ūlis, f. 3. a. v. delirare (de et lira).

I.) Proprie est declinatio extra sulcum, idest a recta via. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 20. 49. (180). Quod vocant lirare, operientes semina, unde primum appellata deliratio est.

II.) Translate. *Cic. Senect.* 11. 36. Ista seculis stultitia, quæ deliratio appellari solet, senium levium est, non omnium. Cf. *eund.* 2. *Divinat.* 43. 90. *Plin.* 6. *Ep.* 15. 4. Aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.

**DÉLIRITAS**, ūlis, f. 3. deliratio: sed occurrit translate tantum, et est alienatio mentis, deliratio. *Cels.* 3. 18. *extr.* Aliquam et metu delirium nascitur. Adde *eund.* 2. 8. *ante med.*

**DÉLIRIUM**, uī, n. 2. occurrit translate tantum, et est alienatio mentis, deliratio. *Cels.* 3. 18. *extr.* Aliquam et metu delirium nascitur. Adde *eund.* 2. 8. *ante med.*

**DÉLIRO**, as, ūti, ūtum, are, n. 1. (de et lira).

Part. *Delirans* II. — Delirare proprie est a sulco evagari. *V. LIRO.*

I.) Proprie, sed generatim, est a recta linea deflectere. *Auson. Edyl.* 16. 11. angulus æquis Partibus ut coeat, nil ut deliret amissus.

II.) Translate est a recta mente declinare, insanire. *Plaut. Amph.* 2. 2. 157. Hæc quidem nos delirantes facere dictis postulat, et *ibid.* 96. Nulla res tam delirantes homines conuinat cito, scilicet quam atra bilis. *Ter. Phorm.* 5. 8. 8. Delirat miser timore. *Lucret.* 3. 454. delirat linguaque mensque. *Cic.* 1. *Off.* 27. 94. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare, et mente captum esse. *Id.* 1. *Nat.* D. 34. 94. Desipere, delirare, dementem esse. *Id.* 1. *Divinat.* 18. 35. Ut rear in exitis totam Etruriam delirare. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 14. Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. *Id.* 1. *ibid.* 12. 20. delirat acumen. *Sueton. Vesp.* 5. Quod adhuc se mentis compote deliraret.

**DÉLIRUS**, a, um, adject. In *Not. Tir.* p. 97. legitur delerus, quia fortasse ad Græcum etymon ληρός respicitur. — Comp. neutr. gen. *Delirius* in fin.

**DÉLIRATE**, adverb. de longe, procul. *Vulgat.* interpr. *Isai.* 49. 1. Audite insulæ, et attendite populi delonge. Adde *ibid.* *Exod.* 20. 21., *Deuter.* 29. 22. et alibi. *Isid.* 15. *Orig.* 1. Et delonge venientia contempletur.

**DÉLITUS**, a, um. *V. DELEO.*

**DÉLITUS**, a, um. *V. DELINO.*

**DELIXUS**, a, um, adject. elixus, sive multum elixus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 151.

**DELOCATIO**, ūnis, f. 3. luxatio. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. Articulorum delocatio.

**DÉLONGE**, adverb. de longe, procul. *Vulgat.* interpr. *Isai.* 49. 1. Audite insulæ, et attendite populi delonge. Adde *ibid.* *Exod.* 20. 21., *Deuter.* 29. 22. et alibi. *Isid.* 15. *Orig.* 1. Et delonge venientia contempletur.

**DÉLÖTUS**, a, um. *V. DELAVO.*

**DELPHICA**, æ, f. 1. *V. DELPHICUS* in fin.

**DELPHICE**, adverb. more Delphici oracula. *Varro* apud *Non.* p. 141. 5. *Merc.* Quid aliud est, quod Delphice columna litteris suis δύο μηδέν, etc.?

**DELPHICUS**, a, um, adject. ad Delphos pertinens: *V. ONOM.* Hinc Mensæ delphicæ e marmore apud *Cic.* 6. *Verr.* 59. 131., h. e. factæ ad similitudinem ejus, in qua Delphis in templo Apollinis Pythias insidebat oracula faciens. Nam ea forma elaborata mensa donis maxime Apollinis Delphici dicabatur, eratque in pretio in ditorum ædibus. — Quare et

*Delphica*, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, dicitur. *Martial.* 12. 66. Argentum atque aurum non simplex Delphica portat. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 83. 2. DECIMA C. F. CANDIDA SACERDOTIS MATRIS DEUM DELFICAM (ita pro Delphicam) CVM LABIBVS ET CERIOLARIS (pro ceriolaris vel ceriolaribus) N. XXXVI. *Alia* apud *Orell.* 3094. UNIVERSI TRIBULLES — DONO DELPHICAE AEREAE CVMI OMNI CULTY EXORNATÆ — HONORATI SYNT. Illeæ inscriptio est apud *Gruter.* 1115. 8. Procop. in *Fandalicis* l. 1. c. 21. Δέλφικα τὸν τρίποδα καλοῦσι Ρωμαῖοι, ἐπειδὴ πρῶτον εἰ Δέλφοις γέγονε. Delphicam vocant Romani tripodem, qui Delphis primum est factus. Similis omnino est nostris tripodibus, quibus in lavaonis matribus quisque utitur domi sua. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3. 8. (14). hac eadem ratione cortinas Delphicas dicitur.

**DELPHIN**, ūnis, m. 3. et *Delphinus*, i., m. 2. δέλφινος.

## DELTOTON

*Servius* ad *Virg.* 1. *G.* 161. — *Delphina* accusat. Græce positionis apud *Ovid.* V. *infra* I. — *Delphinum* pro *delphinorum* legitur apud *Virg.* 3. *Æn.* 428. et 8. *ibid.* 119.; et *Propert.* 3. 15. 25. — Ceterum *Delphin*

I.) Proprie est piscis marinus, vel potius bellua omnium animalium velocissima, etiam terrestrium et volucrum, ingentis et ponderosi capitis, pro voce gemutum edens similem humano, ore multum infra rostrum, medio pæne in ventre, lingua mobilis, brevi atque lata et suilla simili, dorso repando, rostro simo. Parit catulos decimo mense, interdum binos, et uberioribus nutrit, sicut baenæ: adolescit celeriter et tricenos annos vivere traditur. Amica est homini, et musicæ et præcipue hydraulici sono. A *Plin.* 9. *Hist. nat.* c. 8. uide hæc sumpsimus, et *Gell.* 7. 8., et *Plin.* altero 9. *Ep.* 33., et *Solin.* 12. exemplia narrantur delphini puerum ardenti amore depereunt, colludentur, et dorso suo medio mari gestantis ac fideliter referentis ad littus. *Simonis* nomine si appetetur, accurrere et piscatoribus operam suam navare, *Plin.* *ibid.* tradit: quæ omnia *Solin.* quoque *ibid.* narrat. *Cic.* 2. *Divinat.* 70. 145. Cum viderint delphinos se in portum conjicentes, tempestatem significari putant. *Ovid.* 2. *Met.* 265. nec se super requa curvi tollere consuetas audent delphines in auras. *Id.* 3. *Trist.* 10. 43. Pandi delphines. *Id.* 2. *Fast.* 113. tergo delphino recurvo. *Id.* 11. *Met.* 237. Frenato delphine sedens. Adde *eund.* 1. *ibid.* 302. et *Virg.* 8. *Æn.* 673. (ubi delphines); *Ovid.* 6. *Met.* 120. (ubi delphina); *Virg.* 8. *Ecl.* 56. (ubi delphinas); *Pers.* 1. 94. et *Val. Flaco.* 1. 131. (in quibus pariter est delphin, inis); *Juvenal.* 10. 14. *Curt.* 8. 9. 9. et *Gell.* 7. 8. (in quibus est delphinus). — *Delphinum silvis appingere, fluctibus aprum*, proverbi genus apud *Horat. Art.* P. 30. de eo dictum, qui ea dicit, aut facit, quibus nunc non erat locus, ut *Id. ibid.* alt. v. 19. — In Circulo delphinorum simulacra fuere supra columnas conspicuo loco positæ, ad omen celeritatis et ad ornatum. *Juvenal.* 6. 589. Consult ante phalar delphinorumque columnas. *V. Panvin.* l. 1. de *Circensib.* c. 14., et *Mus. Borbon.* T. 8. tav. 28. p. 5.

II.) Impropiæ. ¶ 1. Est hoc nomine sidus novem stellis constans, in parte cæli, quæ dicitur zona torrida, inter Aquilam et Pegasus: de quo alii fabulantur, conciliasse Neptuno nuptias Amphitrites: alii unum esse ex iis Tyrhenis nautis, qui Bacchum abducere conati ab eo in hujus generis pisces mutati sunt (*V. Ovid.* 3. *Met.* 630. et seqq.); alii suis illum, qui Ariona excepti a nautis in mare projectum. *Ovid.* 4. *Fast.* 457. Interca Delphin, claram super aquora sidus Tollitur. *V. Hygin.* 2. *Astron.* 17. et 3. *ibid.* 16. Adde *Ovid.* 6. *Fast.* 720. et 471. et *Hygin.* 3. *Astron.* 16. (ubi delphin, inis); *Varro.* 2. *R. R.* 5. 13., *Colum.* 11. *H. R.* 2. 45. et *Auson.* *Ecl. de sign. cœl.* 4. (ubi delphinus, i.). ¶ 2. Quæ *Vitriv.* memorat delphinus æreas in machina hydraulica 10. 8. 1. *Schneid.*, creduntur esse pondera quædam similia iis, quæ horologi appenduntur; ita dicta quia delphinus capite est crasso et gravi, ut dictum est: vel fortasse a figura. ¶ 3. Eadem ratione delphinos vocat *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 53. (147). ornamenta tricliniorum, lectorum, vasorum ex auro, argento, vel ære.

**DELPHINULUS**, i., m. 2. dominat. a delphin, parvus delphin. *V. CARDINULUS*, ubi *delphinulus* improprie occurrit eo sensu, quo dictum est in DELPHIN sub II. 3.

**DELTÀ**, æ, f. 1. vel etiam indecl. δέλτα, nomen quartæ Græcorum litteræ, hac figura Δ. *Auson.* *Technopœgn.* *Edyl.* 12. de litt. monosyll. 14. Non formam, ac vocem deltae gero Romuleum D. — Ita etiam vocatur pudendum muliebre, quia deltae figuram habet. *Auson.* epigr. 128. 3. Muliebre membrum quadriangulum cernit: Triquetro coacta delta litteræ dicitur.

**DELTOTON**, l., n. 2. Δέλτωτον, signum cælestis septentrionale supra caput Arietis, tribus principis stellis constans, ita dispositis, ut triangularem formam et Græca Δ figuram efficiant (unde et nomen): ita tamen ut una et tribus lineis brevior sit, ut est apud *Cœs. Germanic.* *Arat.* 236. et *Manil.* 1. 352. Docet autem idem *Germanicus* hoc sidere significari Ægypti cam regionem, quæ *Delta* dicebatur (*V. DELTA* in *ONOM.*), vel potius ipsius Nili brachia eam figuram formantia. Alii dicunt esse Si-

ciliam, quæ triskepta est, sacratam in cælo a Cerere: alii esse signum, et veluti ornaementum additum a Jove capiti Arietis, quod obscurius est, ut magis conspicuum appareret. *Cic. Arat.* 5. Deloton dicere Graji Quod soliti, simili quia forma littera claret. Adde *Hygin.* 3. *Astron.* 18.; et *Auson.* *Ecl. de sign. coel.* 4.

**DÉLÜBRUM**, i. n. 2. sacra ædes, templum. Varia est hujus vocis origo, et prima sententia. Alii dicunt esse fustum *delibratum*, h. e. decorticatum, vel delocatum, quem venerabantur pro deo. Alii a *deluo* derivant, ut sit fons *decurrentis ante templum*, vel *lubrum* in vestibulo positum, in quo adoraturi lavent quo priores accedant ad deos (*V. Martini Etimol.*, et *Istid.* 15. *Orig.* 4. 9.), ut *polubrum* est a *poluo*. Alii templum esse docent, in quo dei simulacrum dedicatum sit: ut quemadmodum ubi candela ponuntur, candelabrum, sic quo loco deum ponant, *delubrum*. Alii templum esse, ubi plura numina simul sunt constituta, ut *Capitolium*, quasi *deis pluribus* sacram, vel quasi locus multarum cellarum seu ædilium sub uno tecto a *deluvio* pluviae munitarum (ita vor definitur ab *Auct. de propri. et differ.* *Lat. sermonis* apud *Gothofr.* p. 1362.); aut ubi prater ædem area sit assumpta deorum causa, ut in *Circo Flaminio* Jovi Statori, *Festus*, *Varro*, *Cincius*, et *Massur.* *Sabin.* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *Æn.* 225. et ad 4. *ibid.* 56.; item *Macrobi.* 3. *Saturn.* 4. et *Ascon.* ad *Cic. Divin.* in *Q. Cecil.* 1. *Hinc Cic.* 3. *Nat. D.* 40. 94. Est mihi tecum pro aris et focis certamen, et pro deorum templis atque delubris. Adde *eundem*. 3. *Cat.* 9. 22. — Ceterum universim de omni sacra æde occurrit — a) Raro admodum in singulari numero. *Plaut. Pien.* 5. 4. 2. Delubrum qui hodie ornatum eo visere venit. *Cic. Arch.* 8. 19. Smyrnæi delubrum Homeri in oppido dedicaverunt. *Liv.* 29. 18. Noctu audita ex delubro vor est: Abstinent manus: deam sua tempia defensuram. Adde *Virg.* 2. *Æn.* 410.; *Sueton. Vitell.* 8. et *Juvenal.* 13. 69. — b) Sæpius in plur. num. *Lucret.* 2. 352. Nam sæpe ante déum vitulus delubra decora etc. *Cic.* 2. *Legg.* 8. 19. Constructa a patribus delubra. *Id.* 2. *Verr.* 5. 14. Delubra sanctissimis religionibus consecratae depulcatus est. *Id. Arch.* 11. 27. Delubra Musarum colere. *Virg.* 4. *Æn.* 56. Principio delubra adeunt, pacemque per aras Etquirunt. Adde *Lucret.* 5. 1200. et 6. 1271.; *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 150. et 3. *ibid.* 34. 84.; *Sall. Cat.* 11. et 12.; *Liv.* 8. 33.; *Virg.* 2. *Æn.* 248. et 8. *ibid.* 716.; *Horat.* 3. *Od.* 5. 19. et 1. *Sat.* 6. 35.; *Val. Flacc.* 7. 179. et 2. 188.; *Juvenal.* 3. 13., 13. 107. et 18. 84.; et *Plin. Paneg.* 3. et 52.

**DÉLUCTATIO**, ônis, f. 3. luctatio. Ocurrunt translate tantum apud *Capell.* 5. p. 139. *loquitur Rhetorica*. Et viribus gloriam deflationis annixa.

**DÉLUCTO**, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (de et lucto) est idem fere quod luctor, et occurrit

a) Activa forma. *Plaut. Trin.* 4. 1. 20. Quibus seruminis deluctavi, filio dum divitias quæro! *Al. leg.* quantis cum seruminis: atti cluctavi, ut vetus editio Nonii, sed *Mercer.* p. 468. 29. legit deluctavi. Rursum *Plaut.* apud *Non.* *ibid.* Quid multa verba? plurimum deluctavimus. *Mercer.* legit *luctavimus*.

b) Deponentis forma *deluctor* apud *Plaut. Pers.* 1. 1. 4. Cum Auteo deluctari mavelim.

**DÉLUCTOR**, ôris. *V.* voc. præced.

**DÉLUDÍFICO**, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (de, ludus, et facio) est illudo, irrideo, decipio. *Plaut. Rud.* 1. 2. 59. Deludiscauit me ille homo indignis modis.

**DÉLUDO**, ôis, si, sum, dere, a. 3. (de et ludo). Pert. *Delusus* sub 4. I. et II. — Deludere duo diversa significat prout a) Præpos. de verbi vim simpliciter auget, aut b) Actionis vim significat.

a) Si præpos. de verbi vim simpliciter auget, deludere est ludere, illudere, decipere.

b) Proprie de hominibus. *Ter. Andr.* 3. 4. 4. Deludere aliquem dolis. *Id. ibid.* Ubivis facilius passus sim, quam in hac re, me deludier. *paragoje pro deludi.* *Cic. Rosc. Am.* 9. 26. Primo rem differe ac procrastinare ceperunt; deinde aliquanto lentius; nihil agere, atque deludere. *Virg.* 6. *Æn.* 344. Hoc uno responso animum delusus Apollo. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 55. plerumque recetus Seriba ex Quinqueviro corrum deludit hiantem. *Val. Flacc.* 6. 240. Castor deludit anhelos. *Ovid. Halieut.* 23. Clausus rete lupus, quamvis immanis et acer — in auras finit, atque doles saltu deludit inultus.

II.) Translate de rebus. *Propert.* 2. 12. 31. Terra prius falso partu deludet arantes. *Virg.* 10. *Æn.* 642. Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus. *Ovid.* 8. *Met.* 826. petit ille dapes sub imagine somni Exercetur cibo delusum guttur inani. *Phœdr.* 5. 6. Spes me delusus. *Id.* 3. 18. Delusa spes.

b) Quum præpos. de actionis vim significat, deludere est ludere desino. *Varro* apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 27. 69. (202). Cinis lixivus potus medetur: licet videre gladiatores, quum deluserunt, bac juvari potionem. h. e. cum pugnando membrum aliquod ita lacerunt, luxurunt, ut pugnare amplius non possint.

**DÉLUMBÁTUS**, a, um. *V.* DELUMBO.

**DÉLUMBIS**, e, adjekt. (de et lumbus) lumbis delubili.

I.) Proprie. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 32. 51. (103). Co-tornix prægravem, aut delumbem sese simulans.

II.) Translate. *Pers.* 1. 104. summa delumbe salvia. Hoc natat in labris h. e. enerve, molle, fractum, *palaxiv.* *Sidon.* 8. *Ep.* 16. Dicitio exossis, tenera, delumbis. *V.* et DELINIS.

**DÉLUMBO**, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (de et lumbus). Part. *Delumbatus* I. et II. — Delumbo est lumbos frango, ideoque debilem reddo.

I.) Proprie. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 7. (36). Quadrupeda delumbata. — Figurate in re venerata, et quidem absolute, *Commodian.* 16. Venus, cui conjuges vestrae delumbant. h. e. in ejus honorem lux lasciviasque fractæ lumborum crispitudine fluctuant.

II.) Translate. ¶ 1. De inanis est curvare. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 33. (109). Delumbatae radices. *Vitruv.* 6. 3. 9. *Schneid.* Supra coronas curva lacunaria ad circumflexum delumbata. h. e. curva quidem, sed non ad perfectam rotundationem, humiliiter conformatata, ut *Philander* exponit. ¶ 2. De oratione est nervos recidere. *Cic. Orat.* 69. 231. Nec minatos numeros sequens, concidat delumbetque sententias.

**DÉLÜO**, ônis, ôtere, a. 3. duo significat, scilicet

a) Si est a de et tuo idem est ac lavando detergeo. I.) Proprie. *Cato R. R.* 118. Laserpitium acetum deluito. *Al.* et *ipse Schneid.* leg. diluito. *Cels.* 4. 15. sub *sin.* Alvus aqua mulsa delui debet.

II.) Translate. *Liv.* 4. 14. et *Plin.* 2. *Ep.* 11. Deluere crimen. *Al.* *rectius leg.* diluere. *Gell.* 15. 2. extir. Si quid in animo vel frigidæ tristitiae, vel tormentis verecundia fuerit, deluamus.

b) Significat etiam solvere a *διάλυσι*, si creditur *Paul. Diac.* qui alt p. 73. 15. *Müll.* Deluit, solvit, a Græco *διάλυειν*. Et *Gloss. Labb.* Deluo, *κατατίνειν, απολύωμαι*.

**DÉLUSIO**, ônis, f. 3. actus deludendi. *Arnob.* 4. 1. Delusio nimirum.

**DÉLUSOR**, ôris, m. 3. qui deludit, vel irridet. *Cassiod. Complex.* ad ep. *Jud.* 4. Memores eos dicit esse debere, ultimus venire temporibus delusores.

**DÉLUSTRO**, as, are, a. 1. (de et lustro) plane ac cum hono eventu lustro. *Apul. Herb.* 84. Si quis malevolus devotaverit hominem, herbe asparagi a-grestis radice stacea cum aqua fontana delustrabis eum, et resolutus erit.

**DÉLUSUS**, a, um. *V.* DELUDO.

**DELUTAMENTUM**, i, n. 2. *V.* LUTAMENTUM.

**DÉLUTO**, as, are, a. 1. (de et lutum) duo diversa significat, scilicet

a) Est luto obducere. *Cato R. R.* 128. Si habitationem delutare vis.

b) Item luto detergere, lavare. *Dictys Cret.* 3. 24. Mandata cura Phœnici super Priamo, ut delutatur.

**DÉMADÉO** vel *rectius*

**DÉMÄDESCO**, descis, ôsi, descre, inchoat. n. 3. madidus ôs. *Ovid.* 5. *Trist.* 4. 40. Et se flente suis demaduisse sinus. *Al. leg.* emaduisse. *Scribon. Compos.* 73. Eodem vase coquuntur, donec demadescant. V. *Catonis* similem locum in COMMADEO.

**DÉMAGIS**, adverb. valde magis, ut *Non.* p. 98. 19. *Merc.* interpretatur. *Lucilius* *ibid.* Novisse ajet solos se demagis istos Ex nimbo austellos. — Quod apud *Paul. Diac.* p. 71. 9. *Müll.* legitur *De magis pro minus antiqui dicebant*, quidam suspicuntur legendum nimis pro minus. Sic *Gloss. Labb.* Demagis *φρόδος*.

**DÉMADATIÖ**, ônis, f. 3. idem fere ac commendatio. *Tertulli. Resurr. carn.* 48. Apostolus summam et sui evangelii, et fidei illorum in dominice mortis et resurrectionis demandatione conclusat.

**DÉMANDATUS**, a, um. *V.* vac. seq.

**DÉMANDO**, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (de et mando). Part. *Demandatus* I. — Demandare est aliquid in manus aliqui tradere (*V. MANDO* sub init.); atque adeo committere, in totum committere, concredere, commendare (It. *commettere, raccomandare*; Fr. *confier, remettre, recommander*; Hisp. *confiar, recomendar*; Germ. *anvertrauen, anempfahlen*; Engl. to commit, entrust, give in charge).

I.) Proprie de hominibus. *Liv.* S. 36. Curam eorum nominatio legis tribunisque demandabat. *Id.* 5. 27. Plures pueri unius cursus demandabantur. *Sueton. Cœs.* 78. Demandare curam Rusioni. *Id. Tib.* 51. Quibus ea funeris curam demandarat. *Id. Claud.* 23. Demandare alicui jurisdictionem. *Id. Aug.* 10. Demandatum bellum tertio mense consecut. *Id. Cal.* 41. Proxime collusori demandata vice sua. *Id. Cœs.* 83. Demandare testamentum Virgini Vestali. *Id. Tib.* 6. Lacedæmonis publice demandatus.

II.) Impropræ de locis. *Sueton. Cal.* 9. Ablegare aliquem ob seditionis periculum et in aliquam civitatem demandare. Cf. *eundem. Oth.* 3. et *Ner.* 35. *Justin.* 2. 12. Conuges liberosque, cum pretiosissimis rebus, abditis insulis demandant. h. e. recondunt.

**DÉMÀNO**, as, are, a. 1. (de et mano). Part. *Demans* et *Demanturus*. — Demano est deorsum mano. *Catull.* 51. 9. Lingua sed torpet, tenuis sub artus Flamma demanat. *Gell.* 17. 11. Potum defluere ad pulmonem, eoque humectato demanare per eum et confuere in vesicam. *Alii leg.* dimanare. *Capell.* 5. p. 150. Finitiva superstet quæstio de scripti ambiguitate demanans. *Port. Latro in Catil.* 29. Quantam vim libidinis atque impudicitiae per omnia cibium cubicula esse creditis demanatur?

**DÉMARCHIA**, æ, l. 1. *δημαρχία*, dignitas et officium demarchi. *Inscript.* inferioris note apud *Gruter.* 439. 6., quæ est apud *Orelli.* 3801. *ΜΥΝΑΤΙ* CONCESSIANI DEMARCHIA. *Alia* apud *Murat.* 1989. 4., quæ est apud *Orelli.* 3800. *ΗΕΡΓΛΥ ΙΝΒΙΚΤΟ* p. *VERG. RESTITVS* (h. e. Vergilius Restitutus) OB INSIGNEM NVMENIS (*heic profecto vor aliqua deest*) HONORE DEMARCHIAE PERFVNCTVS AEDICVLAM ST. (h. e. statuit). — NB. De cognom. Rom. *V. ONOM.*

**DÉMARCHISO** vel demarchizo, as, are, n. 1. *δημαρχία*, demarchia docebit atque officio fungor. Occurrit tantum Part. *Demarchis* in *Inscript.* apud *Mommisen.* *Inscript.* Neapol. 2454. c. HERBACIO MAEC. ROMANO DEMARHISANTI II. VIR. ALIMENTORVM QVÆST. etc. *Orellius Inscript.* 3720. aliter omnino legit: sed cum *Mommiseni* consentient *Borghesi* in epistola ad cl. *Furlanetto* d. d. 7 Decembr. 1937., *Augustin. Gervasio. Sopra un'iscrizione sepolcrale osservazione*, Napoli 1837. p. 28., et *Henzler Inscript.* p. 406. *Contra Martorelli Thecalam.* p. xxix. legit: *Herbacio Maec. Romano Demarchio Neapol.*

**DÉMARCHUS**, l, m. 2. *δημαρχός*, quasi princeps populi, idem fere ac demiurgus: a *δημός* *populus*, et *ἄρχων* *princeps*: est apud Græcos, qui apud Romanos tribunus plebis, aut huic valde similis. *Plaut. Curt.* 2. 3. 6. *Nec agoranomus, nec demarchus, nec chomarchus. Spartini Hadrian.* 19. Per Latinam opida dictator et aedilis et duumvir fuit: apud Neapolim demarchus. *V.* et voc. præced.

**DÉMATICATUS**, a, um, particip. ab inus. *dematrica*, h. e. sanguinem e matrili vena emitto. *Veget.* 4. *Veterin.* 7. 3. Admissari si cohabeant a venere, nisi dematricati fuerint, cæcari sæpe dicuntur.

**DÉMATERO**, as, ãvi, are, a. 1. (de et maturo) maturo, mature perficio. *Noveli. Majorian.* tit. 3. Ut adhibito consilio sibi eligant defensorem, factumque dematurent, ut sub hac solemnitate desideria urbium singularium ad nostram mansuetudinem dirigant.

**DÉMÉACULUM**, i, n. 2. descensus in loca subterranea. *Apul.* 6. *Met.* sub init. Proserpinæ nuptiarum demæacula.

**DÉMEJO** *ἀφορῶν* *Gloss. Lat. Gr.*

**DÉMEMINI**, pro recordor, quidam legunt apud *Martial.* 2. 59. Ipse jubet mortis dememinisse Deus. *Al. leg.* te meminisse. *Alii dememinisse interpretantur oblivisci.*

**DÉMENS**, entis, adjekt. (de et mens). Comp. *Dementior* I.; Sup. *Dementissimus* II. — Demens est amens, insanus (It. *pazzo, stolto, fuor di senso*, *demente*; Fr. *hors de sens, insensé, fou, furieux*; Hisp.

*insensato, insano, satuo, loco; Germ. der von der Besinnung entfernt ist, unsinnig, wahnsinnig, toll, betört, thöricht; Angl. out of one's mind, mad, raving, foolish.*

I.) Proprie de hominibus. *Ter. Heaut.* 2. 3. 16. Patria careo demens. *Cic. 2. Divinat.* 55. 114. Qua perturbatione animi, quæ, sanus quum esset, timebat ne evenirent, ea dementis eventura esse dicebat. *Id. 1. ibid.* 34. 94. Summos viros desipere, delirare, dementes esse dicebas. *Id. Pis.* 20. 47. Ego te vercordem, furiosum, mente captum, tragico illo Oreste dementiorem esse putem. *Id. 1. Off.* 24. 83. In tranquillo tempestatem adversari optare dementis est. *Id. 2. Phil.* 8. 19. Quid est enim dementius, quam, quam reipublica perniciosa arma ipse ceperas, objicere alteri salutaria? *Horat. 1. Sat.* 6. 97. demens Judicio vulgi, sanus fortasse tuo. Adde eundem. *ibid.* 10. 74.; *Virg. 2. En.* 94.; *Quintil. 9. 2. 91.*; et *Juvenal.* 15. 1.

II.) Impropius de abstractis et inanimis. *Cic. Harrusp. resp.* 25. 55. Plenus inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis. *Nepos Pausan.* 3. Demens ratio. *Propert. 1. 13. 20.* furor. *Id. 3. 6. 15.* dementia somnia. *Tibull. 1. 10. 56.* Flet sibi dementes tam valuisse manus. Adde *Ovid. 4. Trist.* 1. 101. *Virg. 6. En.* 280. et *Val. Flacc.* 2. 204. Discordia demens. *Horat. 3. Od.* 19. 23. Demens strepitus. *Id. 1. ibid.* 37. 7. Dementes ruine. *Val. Flacc.* 6. 474. demens alieni cura pericli. *Plin. 2. Hist. nat.* 23. 21. (85). Id velle, pæne dementis oili est.

**H o m o n y m.** Quidam putant *amentem* et *dementem* ita distingui, ut *amens* dicatur, qui omni prostrus ratione caret; *demens* vero sit, qui non est quidem mente integra, retinet tamen aliquid de communis vita ratione. Verum hoc discrimen nimis exquisitum videtur. *V. AMENTIA* et *DEMENTIA* init.

**DÉMENSIO**, f. s. 3. demetiendi actio, ut *Demensio quadrati*. *Cic. 1. Tusc.* 24. 57.; ubi tamen plerique alii legunt *dimensio*. *Auson. epist.* 5. 11. Millis bis nougenta jubet demensio legum.

**DÉMENSUS**, a, um. *V. DEMETIOR.*

**DÉMENTER**, adverb. Sup. *Dementissime*. — Dementer est stulte, dementium more. *Cic. 3. Cat.* 9. 2. Tanta res tamen dementer credita. *Ovid. 4. Met.* 250. Tabuit ex illo dementer amoribus usa. *Seneca 4. Benef.* 27. ext. Dementissime testabitur, qui tutorem filio reliquerit pupillorum spoliatorem.

**DÉMENTIA**, æ, f. 1. (de et mens) amentia, insania (It. *pazzia, follia*; Fr. *démence, folie*; Hisp. *demenzia, locura*; Germ. *die Geistesabwesenheit, der Wahnsinn, die Raserei*; Angl. *madness, folly, foolishness*). Occurrit — a) Generatim. — In singulari numero. *Cic. 3. Tusc.* 5. 10. Animis affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam in easdemque dementia. *Ter. Adelph.* 4. 7. 40. Hancine vitam? hoscine mores? hanc dementia? *Lucret.* 1. 703. Equa videtur enim dementia dicere utrumque. *Cic. 4. Cat.* 10. 22. Homines defensis aliquia depravati. *Cæs. 4. B. G.* 13. Exspectare dum hostium copiae augentur, summae dementia esse judicabat. Adde eundem. 1. *ibid.* 40. *Auct. B. Afr.* 8. Tanta homines esse dementia, ut malent regis esse vertigines. *Sall. Jug.* 3. Neque abit se fatigando, nisi odiū querere, extreme dementia est. *Id. Cat.* 61. In fuga salute in sperare, ea vero dementia est. *Id. ibid.* 43. Inconsulte ac veluti per dementia cuncta simul agere. *Quintil.* 7. 4. 30. Dementiam rationi obstat. Adde *Nepot. Petop.* 3.; *Tibull. 1. 2. 11.*; *Virg. 4. G.* 488. et 9. *En.* 601.; *Horat. Epod.* 17. 45.; *Ovid. 13. Met.* 225.; *Justin. 2. 7. 9.*; *Quintil. 7. 4. 10.*; *Sueton. Aug.* 19.; et *Juvenal.* 10. 233. — In plurali numero. *Cic. 9. 11t.* 9. 4. Sed ejus dementiae cave contemnas. — b) Speciatim dicitur de iis, qui rem seu publicam, seu familiarem male administrant, ac perdunt. *Cic. 7. Verr.* 17. 42. Esse culpas istius maximes avaritiae, majesticis, dementiae, libidinis, crudelitatis. *Plerisque tamen suspectum est vocabulum dementiae.* *Quintil.* 7. 3. 2. Actions dementiae. h. e. in quibus curatur peccata male agenti reu suam.

**DÉMENTIO**, tis, tire, n. 4. (de et mens) de mente ero, delirio, insanio. *Lucret.* 3. 464. morbis in corporis avius errat. Sæpe animus: dementit enim, delirique fatur. *Lactant.* 4. 27. circa med. Instinctu dementi percutit dementit, effertur, insanit. *Apul. de Mag.* Confessa est, se magia in amorem inductam dementire. *Al. leg.* dementare.

**DEMENTIOR**, iris, iri, dep. 4. valde mentior. Tribuant quidam *Apulejo de Mag.*; sed alii legunt dementire.

**DÉMENTO**, as, are, n. 1. idem quod dementio. *Lactant. Mort.* persecut. 7. ad fin. de *Dioclet.* Ita semper dementabat. Nicomediam studens urbi Rome coquare. *V. DEMENTIO.*

**DÉMÉO**, as, are, n. 1. Part. *Demeans*. — Demeo est deorsum meo, descendendo. *Apul. 6. Met.* Ad *Taratarum Manesque demeare.* *Id. 10. ibid.* Corpus candidum, quod caelo demeal. *Capell. 2. p.* 38. *Sphaerae* ad solarem circum dementantes.

**DÉMÉRÉO**, res, rati, ritum, rore, dep. 2. (de et mero). Est et alia forma de *mereo*, quam *V. sub 2.* b. — Part. *Demeritus 1.; Demerendus 2. a.* — *Demereo* ¶ 1. Cum Accusativo rei est mero, lucror (It. *guadagnare, meritare*; Fr. *gagner, mériter*; Hisp. *ganar, merecer, meritar*; Germ. *verdienien*; Angl. *to earn, merit, deserve*). *Plaut. Pseud.* 4. 7. 90. Quid mercedis petasus hodie domino demeret? *Id. ibid.* 2. 4. 14. Demeritas dare laetitas. *Gell.* 1. 8. Lais Corinthia ob elegantiam venustatione formata grandem pecuniam demerebat. ¶ 2. Cum Accusativo persona est suo sibi merito aliquem devincere, beneficium aliquem sibi conciliare, gratiam aliquem inire. — a) Activa forma. *Liv.* 3. 19. Demeendi beneficio tam potentem civitatem, nunquam parem occasionem datus deos. *Ovid. 2. Art. am.* 252. Nec tibi sit servos demeruisse pudor. *Sueton. Aug.* 8. Avunculum in Hispanias adversus Cn. Pompeji liberos subsecutus magnopere demeruit. *Colum. 1. R. R.* 4. 8. Matrona amicitiae aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro. *Al. leg.* delegata. *Plin. 4. Ep.* 2. 4. In Regulo demerendo, Regulum imitantur. *Abibus ad Liv.* 13t. Numius cultu demeruisse. — b) Depon. forma. *Quintil.* 9. 2. 29. Hoc euro (h. e. Cicero Tuberonem pro Ligari) demeretur, cuius mala fuerat (*causa*). *Id. 1. procem.* 3. Ut plenio obsequio demererant amantissimos mei. *Sueton. Oth.* 4. Aurores excubanti cohorti viritim dividebat; nec eo minus alium alia via militum demerabatur. Adde eundem. *Vitell.* 2., *Claud.* 40. et *Vesp.* 2. *Tac.* 15. *An.* 21. Plura saepe peccantur, dum demeremur, quam dum ostendimus.

**DÉMÉRÉOR**, rēris. *V. voc.* præced.

**DÉMERGO**, gis, si, sum, gere, a. 3. (de et mego). Part. *Demergens 1.; Demersus in omnibus paragr.* — Demergo est deorsum uergo, in profundum mergo (It. *affondare, sommergere*; Fr. *plonger, enfoncer*; Hisp. *somorgujar, somormujar, sumergir*, hundir, echar a lo fondo; Germ. *von oben in die Tiefe senken, herabsenken, versenken*; Angl. *to plunge in the water, sink*).

I.) Proprie. — a) Generatim. *Lucret.* 6. 147. Ut calidis candens ferrum e fornacibus olim stridit, ubi in gelidum propere demersimus inbrem. *Id. 4. 442.* Quæ (*remorum*) deuersi liquore obeunt, refracta videntur. *Cic. 1. Divinat.* 8. 14. Fuscaque nonnumquam cursus per littora cornua Demersit caput et fluctum service recepit. *Id. fragm.* apud *Non.* p. 474. 26. *Merc.* Si quando enim nos demersimus, ut qui urinantis, aut nihil superum, aut obscure admundum cerimus. *Id. 2. Divinat.* 68. 140. Equis una cum demersus. *Virg. 9. En.* 119. Delphinumque modo demersis aquore rostris lma petunt (*naves*). *Ovid. 14. Met.* 615. in Tusci demersus fluminis undis. *Lucan. 3. 40.* Titan jam pronus in undas ibat, et ignifer tantum demerserat orbis etc. *Seneca Thyest.* 1050. Artus in frusta carpare, et ferventibus abeatis deuenerare. *Pers. 3. 34.* Demersus alto. *Aurel. Vict. Epit.* 40. Demersus in profundum. *Sueton. Tib.* 2. Demergere pullos inari. Adde *Liv. Epit.* 19. *Sueton. Ner.* 26. aliquem elaciis. Adde eundem. *Claud.* 17. *Dig.* 41. 1. 13. pr. lapides in Tiberim. *Plin. 9. Hist. nat.* 15. 17. (45). Demergens equos innalantes. Et figurate *Sil. It.* 1. 62. Demergere foedera Sicula ponto. *Lactant.* 7. 6. Animas luto ceuative demergere. — b) Speciatim de navibus, quæ in profundo mari pereunt. *Auct. B. Alex.* 25. Quam — Euphranor primus prælium commisessel, et illuc tritremeni hostium perforasset ac demersisset, etc. *Id. 31.* Constat fugisse ex castris regem ipsum, receputumque in navem, et multitudine eorum, qui ad proximas naves adnatabant, demerso navigio perisse. Adde eundem. 64.; *Liv.* 36. 45.; *Curt.* 4. 4. 9., 4. 3. 12. et 10. 1. 12.; et *Plin. 32. Hist. nat.* 2. 5. (15); et *V. Mützell ad Curt.* 4. 4. 9.

IL) Translate. ¶ 1. Ponitur pro demittere, se pelire; præcipue apud Poetas. — a) Generatim. *Liv.* 1. 59. Demergere plebem in fossas exhaudendas. *Ovid. 15. Met.* 105. dapes avidam demersit in alvum. *Id. 6. ibid.* 604. Cibus demersus pectore. *Plin. 33. Hist. nat.* præsat. 1. (3). Terra metalla occultavit atque demersit. *Stat. 6. Theb.* 850. Collaque demersere humeris. h. e. contracto collo elatisque humeris, caput quodammodo abscondere. *Colum. 2. R. R.* 18. 1. Jumenta udo demergunt ungulas. h. e. infigunt. — b) Speciatim de arboribus. *Colum. 3. R. R.* 18. 2. Prætorto capite et recurvato stirpem demergere. h. e. pangere. *Pallad.* 3. *R. R.* 17. 8. Ramum, terra capite utroque demerso, curvari. *Id. ibid.* § 3. Truncum in medio findere et ibi surculos in modum cunei demergere. h. e. ut fiat in-sitio. ¶ 2. Metaphoræ ducta a propria verbi significacione: ad rem *Cic. 2. Off.* 7. 24. Quamvis enim demersa sint leges aliquujus opibus, emergunt tamen aliquando. — a) Generatim. *Cic. Sull.* 31. 87. Patriam demersam exuli. Cf. *Nepot. Dion.* 6. Fortuna, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. *Horat. 3. Od.* 16. 13. concidit auguris Argivi domus, ob lucrum Demersa excidio. *Cic. Senect.* 21. 77. Est enim animus ex altissimo domicilio depresso et quasi demersus in terra. — Huc referri potest et illud *Justin.* 43. 2. 2. Amulius Rheam in perpetuum virginitatem demersit. h. e. conclusit, custodia tradidit, perpetuo virginem esse coegit. — b) Speciatim de ære alieno, quo quis pressus est. *Liv.* 2. 29. Totam plebem ære alieno demersam esse. *Id.* 6. 27. Nolint conspicu summan æris alieni, quæ in dictatura sit demersam partem a parte civitatis.

**DÉMÉRITUS**, a, um. *V. DEMEREO.*

**DÉMERSIO**, ònis, f. 3. demergendi actus.

I.) Proprie. *Solin.* 43. Demersio urbium.

II.) Translate. *Macrob.* 1. *Somn.* *Scip.* 12. sub fin. Nec temporali demersione beneficium nerpetuitatis eximitur.

**DÉMERSO**, as, are, a. 1. frequentat. a demergo, pro quo promiscue usurpat. *Capell. 8. p.* 285. Ubi solis lumen hac (*signa*) intravit, quæ cito orta tardius demersantur, diebus exiguis noctes efficit grandiores.

**DÉMERSUS**, a, um. *V. DEMERGO.*

**DÉMERSUS**, us, m. 4. idem quod demersio. *Apul. de Mag.* Levia sustentati, gravia demersu.

**DÉMESSUS**, a, um. *V. DEMETO.*

**DEMETATUS** *V. DIMETO*, et voc. seq.

**DÉMÉTIOR**, mētiris, mensus sum, mētiri, dep. 1. (de et metior). Part. *Demetitus* pro demensus significacione activa quidam tribuant *Ciceroni 2. Nat. D.* 62. 155. illis verbis: Eorum enim cursus demetiti, maturitatis temporum et varietates mutationesque cognovimus. *Ubi quidam libri habent dimetiti, quod et Orell. retinuit; aliī dimetiti.* et *ibid.* 43. 110. Atque ita demetitia signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina sollertia appareat. *Alii leg.* demeta, Orell. dimeta. *Demetitus* tamen legitur apud *Auct. gromat.* p. 322. *Goes.* Alius cubitus est, qui et major dicitur, quo area Noe demetita esse dinoſcitur, qui brachio extenso totu cubito capite prælatu se esse demonstrat. — Part. *Demensus.* — Demetior est metior, reū totam, quanta est, maxima cura exactaque mensura definio. *Cic. Orat.* 12. 38. Ut verba verbis, quasi demensa et paria, respondeant. *Quintil.* 5. 10. 124. Nisi inspectia demensisque singulis (*nervis*). *Al. leg.* dimensis. Ceterum *V. DI-METIOR.* — Hinc

*Demensum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est id quod demensum fuit, paucis definita cibaria. *Ter. Phorm.* 1. 1. 9. Quod ille unciam in vix de demenso suo, saum defrudans genium, comparsit miser. *Ubi Donatus:* Servi, inquit, quaternos modios accipiebant frumenti in mense; et id demensum diebatur. *Seneca*, cui magis credo, *Ep.* 80. quinque modios iis tribuit et quinque denarios. *Inscript.* apud *Orell.* 2849. SERVOS SVOS PVBLCOS — DMSERO ADSCINATO etc. — Hinc joculariter *Plaut. Men. prol.* 14. Nunc argumentum vobis demensabo, non modio, neque trimodio, verum ipso horreo. h. e. non parce aut restricte, sed copiose et abundantiter argumentum fabula vobis narrabo. *V. demensum*, i, in fin. v. *DIMETIOR.*

**DÉMÉTÎTUS**, a, um. *V. voc.* præced.

**DÉMÉTO**, mētis, messū, messum, mētere, a. 3. (de et moto). Part. *Demessus 1.* et *2.*; *Demetendus*

1. — Demeto est idem fere quod meto (It. mietere; Fr. moissonner; Hisp. segar, recoger las mieses; Germ. abmähen; Engl. to mow, reap). Occurrit ¶ 1. Stricto sensu de frumentis. *Cassius Hemina* apud *Priscian.* 10. p. 903. *Putsch.* In campo Tiburii, ubi hordeum demessuerunt. *Cæs.* 4. B. G. 32. Demesso frumento. Adde *Liv.* 34. 26. *Tac.* 11. *Ann.* 24. Demessa segetes. *Cic.* 3. de republ. 9. Demetere agros. *Catull.* 64. 353. florentia demetit arva. *Cic.* *Senect.* 19. 70. Tempora demetendis fructibus et percipendiis accommodata. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 27. 60. (131). et 17. *ibid.* 28. 40. (249). Demetere uvas. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro decerpere, cædere, absindere; præcipue apud Poetas. *Virg.* 11. *Aen.* 68. Flos decessus police virginco. Sic *Colum.* 10. R. R. 304. Demetere flores. *Id.* 9. *ibid.* 15. 12. et 11. *ibid.* 2. 50. et 57. Demetere favos. h. e. ab aliis extimere. V. *FAVUS.* *Horat.* 1. *Sat.* 2. 46. Demetere testes caudamque alicui. Sic *Arnob.* 5. 11. Qui sibi demessuerint has partes, nempe genitalia. *Ovid.* 5. *Met.* 104. Demetit ense caput. *Val.* *Flacc.* 3. 157. hinc rigidu transcurrentem demetit ense Prothrin. *Sil.* *It.* 5. 236. Demetere detram. *Id.* 4. 213. colla. *Id.* 16. 101. Tantum acies hominumque feror discordia ferro Demetit. h. e. tot cædes facit.

DÉMIGRATIO, ūnis, f. 3. demigrandi actus. *Nepos Miltiad.* 1. Cum multi ejus demigrationis petrent societatem.

DÉMIGRO, as, avi, stūm, are, n. 1. (de et migro). Part. *Demigrans* et *Demigraturus* I. — Demigrare est de uno loco in alium domicilium transire (It. andare ad abitare altrove, emigrare; Fr. changer de séjour, émigrer; Hisp. mudar morada ó habitation; Germ. aus-, ab-, fortziehen, - wandern; Engl. to remove, change one's place of residence, migrate, emigrate).

I.) Proprie. *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 85. Animam amittunt, priusquam loco demigrent. h. e. discedant. *Liv.* 38. 23. Omnis generis atque turbam secum traxerant, demigrantium magis, quam in bellum euentum modo. *Cæs.* 4. B. G. 19. Demigrare de oppidis. *Nepos Miltiad.* 2. ex insula. *Liv.* 2. 10. 41. 18. et 38. 18. ex agris. Cf. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 4. ecce canoro Demigrant Heliconae dea. *Cic. Dom.* 37. 100. Demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, etc. *Id.* 2. leg. *Agr.* 16. 42. Demigraturi in illa loca homines. *Nepos Miltiad.* 3. Athenas. *Liv.* 44. 6. Pydnam. *Cic.* 1. *Cat.* 8. 19. Ad virum optimum, M. Marcellum demigrasti. *Sueton.* *Tib.* 35. Demigrare in hortos. Adde *Nepot.* *Alcib.* 4. et *Themist.* 8.; et *Cæs.* 5. B. G. 43.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro confugere. *Trebell.* *Poll.* *Claud.* 12. Demigrare ad deos atque ad sidera. ¶ 2. Item pro mori. *Cic.* 1. *Tusc.* 30. 74. Vetat enim dominans ille in nobis Dens, injussu hinc nos suo demigare. h. e. e vita discedere. *Id.* *Rabir.* perduell. 10. 30. Fortissimorum civium mentes, que nihili videntur ex hominum vita ad deorum religiones et sanctimoniam demigrasse. Eodem sensu *Id.* 2. *Parad.* 18. Demigrare ab improbis. ¶ 3. Denique metaphorâ ductâ a propria verbi significacione. *Cic.* 4. *Att.* 16. 10. Multa mihi dant solatia, nec tamen ego de meo statu demigro. *Id.* *Fatin.* 16. 39. Stromæ ab ore improbo demigrauit et allis jam se locis collocarunt.

DÉMINGO, ἔγουσσ. *Gloss.* *Lat. Gr.*

DEMINISTRO, as, are, a. 1. ex aliqua re ministro. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not.* *Tir.* p. 41.

DÉMINÖRATIO, ūnis, f. 3. diminutio, jactura. *Fulgat.* interpr. *Ecclesi.* 22. 3. Confusio patris est de filio indisciplinato: filia autem in deminoratione nec. h. e. minimi habebitur, exitio erit familia.

DÉMINÖRÖ, as, are, a. 1. diminuo, imminuo. *Tertull.* de anim. 33. Hic ille deminoratur. h. e. fami-

li. DÉMINÜO, mīnūs, mīnā, mīnūtūm, mīnūrē, a. B. (de et minuo). Quod ad scriptiōnēm attinet, diminuere a diminuere distinguendum putavimus: namque diminuere propter vim præposit. de significat rem aliquam minorem facere aliquid ex ea detrahendo; contra diminuere est rem aliquam in minutis partis dividere, cædere, ut particula dīs postulat. V. DÉMINÜO loco suo. — Part. *Diminutus* in omnibus parag. et in fin.; *Diminuturus* II. 1.; *Diminuendas* I. — Diminuo, ut ditimus, est rem aliquam minorem facio aliquid ex ea detrahendo (It.

diminuere, minuere; Fr. diminuer, amoindrir; Hisp. disminuir, reducir à ménos; Germ. durch Abnehmen eine Sache vermindern, verkleinern; Engl. to diminish, lessen, extenuate).

I.) Proprie. — a) Generatim. *Plaut.* *Truc.* 2. 7. 10. De mina una diminui modo quinque nummos.

*Lucret.* 5. 324. Quodcumque alias ex se res auget, diminui debet. *Id.* 5. 267. Partim quod validi verentes aquora venti Deminuant. h. e. humorem inde absorbendo. Adde *eund.* *ibid.* v. 390. *Cæs.* 7. B. G.

31. Curat, ut simus diminuti copie redintegrarentur. Sic diminuere hostes apud *Varron.* 4. L. L.

16. edit. vet. est carpere, obterere, eorum numerum viresque minuere. Rursus *Cæs.* 3. B. C. 2. Atque ea copia ipsæ hoc infrequentia laponuntur, quod multū Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter et Hispania magna numerum diminuerat. Adde *eund.* 3. *ibid.* 67.; et *Tac.* 12. *Ann.* 61. *Sueton.* *Domit.* 12. Deminuere numerum militum. Adde *Liv.* 21. 17. et 39. 19. *Cic.* 5. *Verr.* 55. 127. Deminuta vestigia. *Sueton.* *Jug.* 41. Fenore diminuto. *Tac.* 13. *Ann.* 58. Ruminalem arboreum — mortuis ramulis et arecente trunko diminutam prodigiū loco habitat, donec in novos fetus reviresceret. *Cic.* 3. *Orat.* 49. 189. Ne quid de hoc tam exiguo tempore verbo uno meo diminueretur. — b) Speciatim, quin fundis agitur, est alienare. In edito *Prætor.* apud *Ulp.* *Dig.* 28. 8. 7. Si justa causa esse videbitur, bona interea diminui velabo. *Ulp.* *ibid.* His verbis prætor non tantum alienationem impedi, verum etiam eti. Sic *Cic.* 1. ad *Q.* fr. 2. 3. Ne quid de bonis, quæ L. Octavii Nasonis fuissent, eui L. Flavius heres est, diminuerent. *Id.* *ibid.* 2. 14. Etiam atque etiam rogo, ut et procuratoribus Flavii remittas de diminuendo. *Id.* *Sull.* 20. 56. Ut que causa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinendæ possessionis, ea Sittio non fuerit, prædictis diminutis.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim de abstractis: ad rem *Cæs.* 1. B. C. 52. Militum vires inopia frumenti diminuerat. *Cic. Brut.* 1. 1. Deminuere dignitatem. *Cæs.* 1. B. G. 18. Deminuta potentia. *Sueton.* *Cæs.* 5. Deminuere potestatem. *Id.* *ibid.* 11. auctoritatem. *Tac.* 16. *Ann.* 28. lenitatem. *Cic. Sull.* 1. 2. Tantum de hisus prædictis diminuturum. *Id.* *Planc.* 38. 91. Aliquid de libertate diminutum putat. *Liv.* 2. 1. Deminuere aliquid ex regia potestate. *Cæs.* 1. B. G. 53. Neque ejus calamitate de tanta voluptate quidquam fortuna diminuerat. *Id.* 7. *ibid.* 33. Ne quid de jure aut legibus eorum diminuenda videbatur. Adde *Liv.* 8. 34. *Id.* *Liv.* 4. 34. Jus diminutum. *Cic. Cœtin.* 2. 5. Pars aliqua juris diminuta. *Propert.* 2. 13. 79. Deminuere curam. In vet. resp. *Harusp.* apud *Cic.* *Harusp.* resp. 19. 40. Ne patres auxilio diminuti deficiantur. *Altii aliter leg.* ¶ 2. Speciatim capite se diminuere vel diminui, et capite diminutus, ut apud *Cic. Topic.* 4. 18. quis dicatur, V. CAPUT. ¶ 3. Item speciatim apud Rhethores qua significatio quis dicatur aliquid de minuere oratione, V. DEMINUTIO II. 2. ¶ 4. In re grammatica diminuere verbum aliquod est eam illi formam tribuere, quæ diminutionem significat. *Donatus* p. 21. *Lind.* Quicquidmodum comparantur, ita et diminuuntur adverbia, ut *primum* *primule*, *longe* *longule*. — Hinc Part. præter. pass., cuius multa superiora exempla retulimus,

*Deminutus*, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Deminutor* 1.: sed translate tantum occurrit. ¶ 1. Generatim. *Tertull.* 2. advers. *Martion.* 9. Transire in aliquam diminutorem qualitatem. ¶ 2. Speciatim in re grammatica diminutus est idem ac *deminutivus* apud *Quintil.* 1. 5. 46. Pro nomine integro diminutum.

DÉMINÜTO, ūnis, f. 3. De ratione scribendi V. DEMINUO init. — Diminutio est actus diminuendi, que scilicet rem aliquam, detrahendo, minorem facimus (It. diminuzione; Fr. diminution, amoindrissement; Hisp. diminucion, apocamiento; Germ. die Ferminderung, Abnahme; Engl. a diminishing).

I.) Proprie. — a) Generatim. *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 68. Accretione et diminutione luminis luna quasi fastorum notis signans dies. *Ita leg.* *Orellius:* qd. Forceillius legebat fastorum notans dies. *Id.* 1. leg. *Agr.* 7. 21. Diminutio vestigialum. *Id.* *Harusp.* resp. 19. 40. Diminutio exercitus. *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 5. 4. De imperio tanta diminutio facta

est. b. e. clarissimorum virorum morte. — b) Speciatim, quum de bonis agitur, est alienatio. *Liv.* 39. 19. Utique Ferencis Hispanæ datio, diminutio, gentis enuptio esset. *Ulp.* *Dig.* 37. 8. 1. ad fin. Deminutio ad hos sumptus fieri debet ex pecunia: si ea non fuerit, ex his rebus, quæ etc. *Cic.* 2. *Off.* 21. 73. Ne de bonis privatorum publice diminutio fiat. h. e. huic adimendo, alteri assignando. Cf. *eund.* *Prov.* cons. 15. 38. Multare imperatorem diminutione provinciæ, h. e. detractione, ablatione.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. leg. *Agr.* 7. 16. Quo animo libertatis vestræ diminutione ferre possitis. *Messala* apud *Plin.* 34. *Hist. nat.* 13. 38. (137). Honor aut diminutio familie. h. e. ignorinia. *Tac.* 1. *Ann.* 14. Muliebre fastigium in diminutionem sui accipiens. h. e. fama sua. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 1. 2. (5). de olio. Prima uita præil laudatissima: ac deinde per diminutiones. *Sueton.* *Aug.* 99. extr. Id magis præsgium, quan mentis diminutio fuit. h. e. alienatio. ¶ 2. Speciatim diminutio capitis apud *Cajum* 1. *Instit.* 159. *Dig.* 4. 5. 1. et seqq., et *Cæs.* 2. B. C. 82., quid sit, V. in CAPUT. ¶ 3. Item speciatim est genus rhetoriæ exornationis. *Cic.* 4. *Herenn.* 38. 50. Diminutio est, quum aliquid esse in nobis, aut in iis, quos descendimus, aut natura, aut industria dicimus egregium; quod ne qua significetur arrogans ostentatio, diminuitur et attenuatur oratione hoc modo: Nam hoc pro meo jure, judices, dico, me labore et industria curasse, ut disciplinam militarem non in postremis tencre. Et: Huic quidem patre (nolo nimirum dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit. Sie *Propert.* 1. 12. 16. Nonnihil aspersis gaudent Amor lacrimis. h. e. plurinum. Et *Liv.* 30. 45. Polybius haudquaquam sperwendus austor. h. e. magni faciundus. *Acro* 75. Græce est, et *psic.* V. LITOTES. ¶ 4. Denique in re grammatica diminutio est peculiaris illa vocabularum forma, qua eorumdem significacionem attenuamus. *Quintil.* 1. 6. 6.; et *Charis.* p. 73. *Putsch.* *Capell.* 3. p. 79. Hanc rationem declinandi manifestam diminutio facit. Adde *Acronis* loc. cit. in *SALSICIA*; et *Hygin.* fab. 30. apud *A. Mai.* in *Class. Auct.* T. 3. p. 12.

DÉMINÜTIVE, adverb. diminutiva forma et significatio; et speciatim tantum ac translate occurrit in re grammatica. *Macrob.* 5. *Saturn.* 21. *Cymbia* diminutive a *cymba* dicta. *Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 2. *Verr.* 2. 6. p. 128. *Bait.* Dies feminino genere tempus, et ideo diminutive diecula dicitur breve tempus et mora. *Paul.* *Diæc.* p. 101. 6. *Müll.* *Hira*, quæ diminutive dicitur *hilia*. Adde *Acronis* loc. cit. in *SALSICIA*.

DÉMINUTIVUS, a, um, adjekt. diminutioen significans; et speciatim tantum ac translate occurrit in re grammatica. *Tertull.* *Apolog.* 32. *Diminutiva vox.* *Donatus* p. 1744. *Putsch.* Nomen diminutivum. *Priscian.* 8. p. 827. *Putsch.* Sunt alia verba in lo desinentia, quæ diminutiva esse planè significatiois ipse sensus ostendit, ut a sorbo sorbillo, garrio garrulo, calro cavillo pro calvillo. — Hinc

*Diminutivum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est nomen diminutivum. *Priscian.* 2. p. 610. *Putsch.* *Diminutivum* est, quod diminutionem primi etiam demonstrat, ut rex regulus, id est parvus rex. *Id. paullo post.* Sæpe iuueniuntur diminutivum diminutiva in diversas desinentia formas, ut homo homuncio, homunculus, homillus, homululus.

DÉMIRÄTUS, a, um. I. voc. seq.

DÉMIROR, áris, átus sum, ari, dep. 1. (de et miror). Part. *Demiratus* et *Demirandus* I. — Demiror, quod prima fere persona usurpatur et in familiari quidem sermone, est valde miror (It. stupisci, meravigliarsi assai; Fr. s'etonner, être surpris, admirer; Hisp. espantarse, admirar; Germ. sich über etwas verwundern, es niemand Jemand Wunder, sich sehr über etwas wundern; Augl. to admire, wonder at greatly, think strange).

I.) Proprie. *Plaut.* *Merc.* 4. 2. 7. Eum demiror non venire. Adde *eund.* *Cas.* 2. 3. 3. *Cic.* 15. *Att.* 1. 4. Istam auditam a te esse omnino demiror. Adde *eund.* 7. *Fam.* 21. *Id.* 2. leg. *Agr.* 36. 100. Hæc vos sperasse, me consule, assequi posse demiror. *Id.* 14. *Att.* 14. Etsi addis Lamiam: quod demiror equidem. Adde *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 32. (59). *Gell.* 3. 7. Demirari audaciam alicuius. *Id.* 2. 18. responsum. *Id.* 1. 17. Has ejus intemperies in maritum Alci-

biades demiratus, interrogavit Socratem etc. Adde quid. 20. 10. Id. 16. 18. Ottuvi facit multa demiranda.

II.) Translate signifieat admirationem cum ignorantione conjunctam, quis, ut ait *Donatus* ad *Ter. Phorm.* 2. 1. 4., admirationem ignorantia facit: hinc apud *Comicos* *demiror* est idem ac *scire cupio*, *scire vellim*, atque ideo eum *Relativis* jungitur. *Plaut. Asin.* 1. 1. 69. *Demiror* quid sit. *Id. Men.* 3. 1. 6. *Demiror* ubi nunc ambulet. *Id. Amph.* 2. 2. 133. *Nimis demiror*, qui illæc, me donatum esse patet, sciat. Adde *eundem*. *Stich.* 1. 3. 109. *Ter. Phorm.* 2. 1. 4. Quid mihi dicent? aut quam causam reperient? *demiror*. Adde *eundem*. *Heaut.* 2. 3. 121.

DÉMISSE, adverb. Comp. *Demissius* I.; Sup. *Demississime* II. — *Demisse* est humiliiter.

I.) Proprie. *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 23. hic alte, *demissus* ille volabat.

II.) Translate. *Cic.* 5. *Tusc.* 9. 24. Non est ausus elate et ample loqui, quem humiliiter demisseeque sentiret. *Id. Dom.* 35. 93. *Demisse* respondere alii cui. *Id. Flacc.* 10. 21. Suppliciter demisseeque respondere. Sic *Brutus* apud *Cic. inter ep.* 1. ad *Brut.* 16. Suppliciter ac *demissa* gratias agere. *Rursum Cic.* 2. *Att.* 18. 3. *Demisse* se tueri. Adde *Val. Max.* 9. 13. 2. *Ces.* 1. B. C. 84. Haec quam potest demississime atque subjectissime exponit.

DÉMISSICUS vel *demissitus*, a, um, adject. longus, *demissus*: et occurrit de vestibus. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 24. Sane genus hoc mulierosum est, tunicis demissiciis. h. e. longis, *demissis* ad talos. *V. Heind.* ad *Horat.* 1. *Sat.* 2. 26.

DÉMISSIO, ônis, f. 3. *demittendi actus*.

I.) Proprie. — a) In singulari numero. *Ces.* 2. B. C. 9. Quantum storearum *demissio* patiebatur, tantum elevabant. *Macrob.* 1. *Saturn.* 22. Barba prolixa *demissio*. — b) In plurali numero. *Vitruv.* 5. 10. *extr.* *Schneid.* Clipeum æneum catenis peudeat, per ejus reductiones et *demissiones* perficieatur sudationis temperatura.

II.) Translate. ¶ 1. In re medica est idem ac *remissio*. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 4. Passio phreneticorum non semper accessionibus aucta, aut *demissionibus* minute. ¶ 2. De animo est abjectio. *Cic.* 3. *Tusc.* 7. 14. Verisimile est, in quem cadat ægritudo, cadere in eundem timorem, et in fractionem animi et *demissionem*.

DÉMISSITUS, a, um. F. DÉMISSICUS.

DÉMISSUS, a, um. V. DÉMITTO.

DÉMITIGO, as, are, a. 1. idem ac *mitigo*. *Cic.* 1. *Att.* 13. Nosmetipsi qui Lycurgei a principio suissemus, quotidie demitigamus. h. e. remittimus aliquid de nostra severitate.

DÉMITTO, mittis, misi, missum, mittere, a. 3. (de et mitto). Part. *Demissus* in omib[us] fere paragr. et in fin. *Demissurus* I. 1. c.; *Demittendus* I. 1. e. — *Demitto* est deorsum mitto, dejicio, deprimo, declino (It. *mandar giù*, *calar giù*, *lasciare andar giù*; Fr. *laisser tomber*, faire descendre, *baisser*, abatre; Hisp. *dejar caer abajo*, *hacer descender*, *bazar*, *abazar*; Germ. *einen Gegenstand von oben nach einem andern Orte herabschicken*, — *lassen*, — *senken*, — *bringen*; Angl. to send down, cast, thrust, or let down, hang down, let fall, lower).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim ac stricto sensu — a) Usurpatur de inanimis, quæ a superiore loco in inferiorem insiguntur, cuiusmodi sunt arbores quæ plantantur. *Cato R. R.* 45. Quum taleam demites (h. e. in terram), pede taleam opprimito: si parva descendet, malleolo aut mateola adgitio. Adde *eundem*. *ibid.* paullo post. Sic *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 16. (81). Nobis aijiciendum videtur ex predicta arborum natura, ut altius demittantur ea, quæ summa tellure gaudent, tamquam *fraxinus*, *olea*; hæc et similia quaternos pedes oportet demitti. — b) De inanimis, quæ naturali modo deorsum deponuntur, jacuntur, impelluntur. *Ovid.* 8. *Met.* 835. Demittere cibum in alvum. Adde *Quintil.* 10. 1. 19. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 175. nummum in loculos. *Ovid.* 15. *Met.* 44. calculum in urnam. *Sueton. Ner.* 21. sorticulan. Adde *eundem*. *Galb.* 1. — c) Sæpius de iis, etiam animatis, quæ per vim deorsum jacuntur, impelluntur. *Ces.* 3. B. C. 49. et 7. *ibid.* 73. Demittere subiles in terram. *Id.* 4. *ibid.* 17. Tigna demissa innumen. *Horat.* 3. *Od.* 1. 33. Contracta pisces æqua sentiunt jactis in altum molibus; huc frequens

Cæmenta demittit redemptor Cum famulis. *Curt.* 5. 1. 31. Triginta pedes in terram turrium fundamenta demissa. Cf. *Virg.* 2. *G.* 230. alteque jubebis In solido puteum demitti. h. e. in profundum excavari. *Plaut. Merc.* 3. 4. 28. Demittere gladium in jugulum. *Ovid.* 4. *Met.* 119. et 12. *ibid.* 441. et *Tac.* 4. *Ann.* 50. ferrum in illo. *Ovid. Heroid.* 14. 5. ferrum jugulo. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 76. (101). offam fauicibus boum. *Colum.* 5. *R. R.* 11. 4. cuneum inter corticem et materiam. *Cato R. R.* 101. Fasciculos facito, eos in amurcam demittito, supra stet amurca facito. Sed ea, quæ demissuras eris, sumito paulo acerbiora. *Colum.* 12. *R. R.* 8. 1. Demittere herbas in lacte. *Scribon. Compos.* 132. et 146. Ferrum candens demissum in aqua. Et figurare *Horat. Art.* 180. Segnus irritant animos demissa per aures, Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus. *Cic. 1. Divinat.* 33. 73. Quam equum demisisset in flumen. Sic *Liv.* 23. 47. Demittere equum e campo in viam cavam. *Horat.* 4. *Od.* 4. 9. mox in ovilia Demisit hostem (*aquilam*) vividus impetus. *Liv.* 23. 44. extr. et *Sall. Cat.* 55. aliquem in carcere. Cf. *Virg.* 12. *En.* 884. aliquem ad imos Manes. — Præcipue de iis, quæ a caelo in terram mittuntur. *Lucr.* 6. 257. Ut picis e caelo demissum flumen, in undas Sic cadit, etc. *Id.* 2. 1153. Haud (ut opinor) enim mortalia sæcla superne Auræa de caelo demisit funis in arva. *Virg.* 1. *G.* 23. Dii, qui satis largum caelo demittitis imbre. *Liv.* 5. 54. et *Sueton. Aug.* 94. Ancilia demissa. *Val. Flacc.* 2. 434. Hiems demissa Jovi. h. e. ab Jove. Cf. *Horat.* 3. *Od.* 17. 11. Demissa tempestas ab Euro. *Virg.* 1. *En.* 301. Majâ genitum demittit ab alto. Adde *eundem*. 10. *ibid.* 73. et 12. *ibid.* 635. et *Ovid.* 7. *Met.* 219. — d) Item de corporis partibus et de vestibus, quæ deorsum pendere aut cadere ac descendere sinimus. *Quintil.* 2. 13. 9. *Demissa brachia*. *Val. Flacc.* 3. 41.; *Liv.* 9. 38.; et *Ovid.* 15. *Met.* 612. Demittere oculos. *Liv.* 2. 58. vultum. Cf. *Virg.* 1. *En.* 565. Dido demissa vultum. *Quintil.* 11. 3. 78. frontem. *Crassus* apud *Cic.* 2. *Orat.* 68. 267. In forum descendens, caput ad fornacem Fabii demittebat. *Ovid.* 10. *Met.* 192. Demittere caput. Et figurare *Virg.* 3. *En.* 320. *Demissa* voce loqui. Rursus *Ovid.* 6. *Met.* 289. et 6. *Fast.* 441. Demittere crinem. *Propert.* 2. 17. 36. *Demissis comis plangere (in funeribus)*. *Ovid. Heroid.* 10. 131. Aspice *demissos lugentis in ore capitilis*. *Lucret.* 5. 673. Demittere barbam. V. BARBA. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 95. vestem. *Id. ibid.* 2. 25. tunicam. *Id. ibid.* 2. 99. stolam. *Propert.* 4. 2. 38. *Demissis tunicis*. Adde *Varron.* apud *Non.* p. 286. 19. *Merc.*; et *Quintil.* 11. 3. 143. et 5. 13. 39. *Cic. Cluent.* 40. 111. Purpura usque ad talos denissa. *Virg.* 4. *En.* 262. Læna demissa ex humeris. *Id.* 7. *ibid.* 278. pectoribus demissa monilia. — e) Hinc demittere se, vel passive *demitti sed* mediorum apud Græcos significatione, est se inclinare, se curvare, descendere. *Cels.* 1. 3. Denitire se in aquam calidam. Cf. *eundem*. 5. 27. n. 9. Sæpe homo demittendus in solium est. *Cic.* 4. *Verr.* 30. 74. Demittere se ad aurem alicujus. Cf. *Ovid.* 8. *Met.* 334. Concava valiserat, qua se demittere rivi Assuerant pluvialis aquæ. *Cic.* 2. *Phil.* 18. 45. Demitti per tegulas. h. e. descendere. Sic *Ces.* 7. B. C. 47. Nonnullæ de muris per manus demissa. ¶ 2. Speciatim in re militari demittere est præsidia et superiora in inferiorum locum deducere. *Liv.* 9. 27. Et primo circa saltus cunctati sunt: deinde Samites per aperta loca brevi circuitu in loca plana, Campanos campos, agmen demittunt. *Id.* 7. 34. Quoad totum in vallem infirmam demitteret agmen. Adde *eundem*. 27. 18., 32. 33. et 38. 2. — Eodem sensu et demittere se occurrit. *Ces.* 5. B. C. 32. Quum se major pars agminis in magnam convalem demisisset. Adde *eundem*. 6. *ibid.* 40. et 1. B. C. 79.

II.) Impropie. ¶ 1. Figurate, præcipue apud Poetas. — a) Generatim. *Horat.* 2. *Od.* 13. 34. Demittere aures. cui opponitur arrigere: V. *Lübker* ad h. 1. Cf. *Virg.* 3. *G.* 500. de equo tegroto. Demissa aures. Rursus *Horat.* 1. *Sat.* 9. 20. Demittere auriculas, ut iniqua mentis asellas. Quum gravius dorso subit onus. *Virg.* 6. *En.* 455. Demittere lacrimas. h. e. effundere. Cf. *eundem*. 4. *ibid.* 542. sacrum jugum deinceps cruorem. h. e. elice, extrahe, defunde. *Val. Flacc.* 1. 94. Demittere robora ferro. h. e. cedere et prosternere. *Sil.* 11. 8. 524. avem caelo. h. e. funda dejicere. — b) Speciatim de iis, quæ secundo

flumine feruntur. *Frontin.* 3. *Strateg.* 4. 2. Demittere farinam aqua secunda. *Tac.* 1. *Ann.* 45. Igitur Cæsar arma, classem, socios demittere Reno parat. *Virg.* 5. *En.* 29. Quo magis fessas optem demittere naves. *Al. leg.* dimittere. *Liv.* 44. 31. Tertio post die navem eandem secundo amni Scodram demisit. — c) Item speciatim apud *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 9. Demissa antennæ. h. e. deorsum tracta. *Lucret.* 5. 670. Florescunt tempore certo Arbusa, et certo demittunt tempore florem. h. e. abiciunt, depontunt, exiunt, floribus se spoliant: al. leg. dimittunt. *Propert.* 2. 19. 59. magno demissa pericolo. h. e. liberata, soluta, erupta de periculo. Simile est illud *ibid.* 20. 29. somno domissa recenti. h. e. soluta a somno, expergefacta. Utrobius alii leg. dimissa. — d) Apud Poetas frequenter conjungitur cum Dativo, *demittere morti*, *neci*, etc. pro occidente. *Virg.* 2. *En.* 85. Demittere aliquem neci. *Id.* 5. *ibid.* 691. aliquem morti. *Id.* 2. *ibid.* 308. multos Orco. Sic *Horat.* 1. *Od.* 28. 11. Panthoides demissus Orcu. Adde *Virg.* 10. *En.* 662. *Ovid.* 3. *Met.* 695. cruciata diris Corpora tormentis Stygia demittere nocti. Similiter apud *Sil.* 11. 142. demittere umbris. — e) Item *demitti de caelo* dicuntur, quæ non naturali ratione, sed per miraculum, oriuntur. *Liv.* 10. 8. Patricios — non de caelo demissos. Cf. *Quintil.* 1. 6. 16. Non enim analogia demissa caelo. — f) Apud *Plaut.* *Epid.* 3. 4. 16. Fugias demissis manibus domum. h. e. contentissimo cursu, quam celerrime. De qua dicendi ratione, qua *Plaut.* usus est etiam *Fen.* 3. 2. 52. et 55. V. *Interpr.* — g) Huc pertinent et illa *Virg.* 3. *En.* 535. gemino demittunt brachia muro Turriti scopuli. h. e. protenduntur deorsum duobus quasi brachiis. Cf. *Justin.* 5. 8. Demissa Piræum versus muri brachia. Rursus *Virg.* 9. *Exil.* 8. Colles demittunt jugum molli cliyo. ¶ 2. Translate varios habet usus. — a) Demittere aliquid in pectus est animo alte infligere. *Sall. Jug.* 109. *extr.* Hoc in pectus tuum demitte, numquam populum Romanum beneficiis victum esse. *Liv.* 34. 50. Ut eas voces, velut oracula missas, in pectora animosque demitterent. Similiter *Justin.* 8. 5. 11. Dolor hoc altius demissus. — b) Demitti et sepius demittere se in rem aliquam est in re aliqua impliari vel se implicare. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 8. Quum in eum casum me fortuna demisisset, ut etc. *Cælius* apud *eundem*. 8. *ibid.* 16. 5. Ne te sciens prædicensque co demittas, unde exitum vides nullum esse. *Cic.* 9. *ibid.* 1. Demittere se in res turbulentissimas. *Id.* 7. *Att.* 12. 3. se penitus in causam. Adde *Sueton. Rhet.* 6. — c) Item demittere se est ad aliquid facilius descendere, quod ceteroque inferius si facultate, aut dignitate. *Quintil. procem.* 5. Ad. minora illa — demittere me non recusabo. *Tac.* 15. *Ann.* 73. Cunctis in adulacionem demissis. *Id.* 14. *ibid.* 26. Usque ad servilem patientiam demissus. — Huc pertinet et illud *Quintil.* 1. 2. 31. Est quædam tacita dedigatio, vim dicendi, tantis comparata laboribus, ad unum auditorem demittere. — d) Et a rebus externis translatione ad animum facta, demittere animum est despondere, abficere: ad rem *Ovid.* 7. *Met.* 133. Demisere metu vulum animumque Pelasgi. Cf. *Curt.* 5. 2. 1. Ne desides otio demitterent animos. V. *Mützell.* ad h. l. *Lucilius* apud *Non.* p. 286. 7. *Merc.* Re in secunda tollere animos et in mala denittire. *Cic.* 5. *Fin.* 15. 42. Si vincunt efferten se letitia; vici debilitant animosque demittant. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. § 4. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas ac demittas animum, nera te obrui, tamquam fluctu, sic magnitudine negotii si nas: contraque erigas ac resistas, sive etiam ultra occurras negotios. Cf. *Virg.* 12. *En.* 609. Demittunt mentes: it scissa ueste Latinus, etc. — *Animo se demittere eodem sensu dixit Ces.* 7. B. C. 29. Cohortatus est, ne se admodum animo demitterent, neve purpurarebant incommodo. — Hinc Part. præter pass., cuius plurimi superius exempla retulimus, *Demissus*, a, um, adjective quoque usurpetur, unde Comp. *Demissor* I. et II. 1.

I.) Proprie dicitur — a) Speciatim de loco, qui depresso est atque humilis. *Ces.* 7. B. C. 72. Cain-pestribus ac demissis locis. *Id.* 3. B. C. 49. Demissa ac palustria loca. *Auct. B. Alex.* 29. *Demissoribus ripis flumen tranpare. Iluc pertinet et illud *Ovid.* 8. Met.* 204. ne, si demissor ibis, Unda gravet pennas; si celsior, ignis adurat. — b) Generatim de iis omnibus, quæ deorsum pendent. *Ter. Eun.* 2. 5. 22.

Virgines demissis bumeris. *Id. ibid. v. 44.* Sener incurvus, tremulus, labilis demissis. *Propert. 2. 11. 11.* At dum demissis duplex cervieibus ibam, etc. *Cic. Cluent. 21. 58.* Demissio capite discedere. Adde *Cæs. 1. B. G. 32.* *Plin. 1. Ep. 10.* Demissus capillus, h. e. deorsum pendens, illeque longus. — c) Et pro alto, profundo. *Seneca Ep. 67. ad fin.* Demissa vulnera.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur de animo, et est fractus, debilitatus, abjectus. *Cic. Cluent. 21. 58.* Erigere animum jam demissum et oppressum. *Id. Fontej. 11. 23.* Homines animo demisso atque humili, ut solent ii, qui affecti injuriis etc. *Id. 1. Fam. 9. 16.* Fracto animo ac demisso esse. *Liv. 4. 44.* Nihil demissiore animo, causa pro se dicta. *Al. leg. remissore.* Cf. *Cic. 2. Tusc. 21. 47.* Est in animis omniis molle quidem, demissum, humile, enervatum quadammodo et languidum. — Etiam homo demissus dicitur eodem sensu. *Cic. Sull. 26. 74.* Sul-la mærens, demissus, afflictus. *Id. Mur. 21. 45.* Murena tristis et demissus. *Quintil. 1. 3. 10.* Illum tristem semperque demissum. ¶ 2. Ponitur etiam de homine, et est modestus, pudens; cui elatus opponitur. *Cic. Mur. 40. 87.* Sit apud vos modestia locus, sit demissis hominibus perfugium, sit auxilium pudori. *Id. 2. Orat. 43. 192.* Ea omnia, que proborum, demissorum, non acrum, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, benevolentiam conciliant. Adde *Horat. 1. Sat. 3. 57.* et ibi *Bentley*; et *Propert. 4. 8. 9.* — Huc referri potest et illud *Cic. Orat. 24. 51.* Orator nec in faciendo verbis audax, et in transferendis verecundus, et parcus in priscis; reliquisque ornamenti et verborum et sententiarium demissior. h. e. qui modum servet. ¶ 3. Apud *Sall.* demissi sunt, qui privati vitam agunt, neque capessunt rempublicam, illeque pauperes sunt, quibus opponuntur qui magno imperio prædicti. Ejus verba sunt *Cat. 51.* Qui demissi in obscuram vitam habent, si quid iracundia deliquerent, pauci sciunt; fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio prædicti in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. ¶ 4. Denique demissus et pro oriundo usurpatur. *Horat. 2. Sat. 5. 63.* ab alto demissum genus *Enea. Tac. 12. Ann. 58.* Romanus Troja demissus. *Stat. 2. Theb. 613.* Chromis Tyri demissus origine Cadmi. Cf. *Virg. 1. En. 288.* Julius, a magno demissum nomen Iulo.

DÉMURGLANUS vel demiurgicus, a, um, adjekt. ad demurgum pertinens. *Tertull. advers. Valentian. 27.* Super hunc itaque Christum devolasse tunc in baptismatis sacramento Iesum Soterem per effigiem columbae. Nam in figuram principalis tetrads quatuor eum substantiis stipant, spirituali Achamothiana, animali demiurgiana (al. demurgina), corporali inenarrativa, et illa Soteriana, id est columbina.

DÉMURGUS vel damiurgus, l. m. 2. δημιούργος, a δῆμος populus et ἔργον opus: idem fere ac demarchus. ¶ 1. Est nomen magistratus apud Græcos, presertim Achajæ, quasi dicas publicorum operum curatorem. *Liv. 32. 22.* Tum inter magistratus gentis (demiurgos vocant, decem numero creantur) certamen nihil segnus, quam inter multitudinem esse. *Id. 33. 30.* Sub adventum consulis, demiurgi civitatum, qui summus est magistratus, Ægium evocantibus, Philopœmen (prætor tum erat) Argos convenientem edidit. Optime editiones utroque habent ex Dorica dialecto damiurgus. Porro de demiurgis haec ait *Trid. Osann.* in *Syllog. Inscript. ant. Græc. et Latin. p. 250.* Ἐλασίρχες, senior ætate, quem sedus Achæorum vix adhuc superstes varias mutationes passum erat novasque imperii formas induerat, suspicor in δημιουργοῖς et στρατηγοῖς, apud quos antea rerum gubernandarum summa fuerat potestas, locum ita cessisse, ut illius fœderis tamquam praesides bello domique essent. Quod ut credam, facit prius quod nulla Helladarcharum antiquiori tempore fiat mentio: deinde haud leue conjectura nostræ argumentum ex eo accedit, quod demiurgorum nomen post *Livii* ætatem, apud quem solum memorantur, usu plane evanuerit. Tituli autem illi, quibus Ἐλασίρχες occurunt, Livio recentiores omnes sunt. Namque ille, quem *Maffei* auctoritate excitavi (*Mus. Veron. p. xliii.* et *Veron. illustr. P. 1. p. 27.*) certe non ante Hadrianum propterea inscriptus esse potest, quod in eo *T. Statilius* ille laudatus præter quod Helladarchæ munera functus sit, simul ἀγωνοῦται.

Ἀγωνεῖται εἰς Ἀργεῖ τούτοις συμβεβηκέται. Quid quod fortasse etiam accuratius bujus tituli ætas definiiri potest, quandoquidem certo coniicio in verbis πρόστεται τὸν τίνα καὶ πρός βασιλέας *M. Antoninum* et *L. Verum*, communis consilio et potestate summum imperium gubernantes dici, quippe ad quos *T. Statilius* legatus mittetur? ¶ 2. Demiurgus fuit etiam titulus comedie *Turpili*, cuius meminit *Cic. 9. Fam. 22.* et *Nomius* multis in locis. ¶ 3. Item Deus, opifex mundi, quia Athenis demiurgus vocabatur quicumque pretio opus quolibet faceret, ut legitur in *Etymolog. M. in V. Δημιουργός. Tertull. advers. Valentian. 24.* Molitus enim mundum demiurgus. Et *ibid. mox.* Figulat ita hominem demiurgus. *V. Le-Bes. Inscr. Gr. et Lat. Messen. p. 26.* et 33. DÉMO, demis, dempi vel demsi, demptum vel demum, demere, a. 3. (de et emo). Part. *Demptus I. 1. et II.; Dempturnus II. 1.; Demendus I. 1.* — Demo est adimo, tollo, aufero (It. togliere, levare; Fr. ôter, enlever, retrancher; Hisp. alcar, quitar; Germ. ab-, weg - fortenehmen; Engl. to take away, take off, subtract, withdraw).

1.) Propriet. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Bacch. 4. 4. 14.* Lubet scire, quantum auri herus sibi dempsit, et quid suo reddidit patri. *Ter. Eun. 4. 1. 13.* Interca aurum sibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam. *Lucret. 2. 770.* ordo Principis mutatus et addita dempta quædam. Adde *eumd. 3. 1100.* *Farro 5. L. L. 172. Müll.* Una dempta uncia, deunt; dextans dempto sextante; dodrans dempto quadrante; bes, ut olim des, dempto triente. *Cic. 4. Acad. (2. pr.) 16. 49.* Quum aliquid minutatim et gradatim additur, aut demitur. *Id. 5. Ferr. 33. 77.* et 35. 90. Demere de capite. h. e. de tota pecunia summa: *V. CAPUT. Cæs. 5. B. G. 46.* Tragula casu ad turram adhaesit: dempta ad Ciceronem defertur. *Liv. 7. 41.* Æque impotens postulatum fuit, ut de stipendio equitum — era demerentur. *Alii legunt*, demererentur; *alii etiam aliter.* *Id. 40. 51.* Clipea de columnis et signa militaria affixa dempsit. *Id. 5. 15.* Vincit quoque dempta in eos dies vincula. *Id. 21. 49.* Demere armamenta. *Ovid. 7. Met. 324.* Demere juga equis. Adde *Horat. 3. Od. 6. 42.* Rursus *Ovid. 15. Met. 610.* Corona dempta capit. *Id. Heroid. 18. 103.* Amictus demptus ex humeris. *Id. ibid. 20. 9.* demptus ab arbore fetus. *Id. 13. Met. 833.* demptus cacumine nidus. *Cels. 8. 4.* Ut quam minimum ex osse dematur. *Id. 6. 6. n. 16.* Demendum aliiquid ex cibo. *Id. 1. 3. ad fin.* Demendum paulum cibo, adiciendumque potionis. *Plin. 15. Hist. nat. 17. 18. (62).* Uvas, demptis fornicè corruptioribus acinis, suspendi. ¶ 2. Latiore sensu ac figurate. *Plaut. Truc. 2. 4. 16.* Deme soleas. h. e. detrahe: quod fiebat mensæ accubitoris. Cf. *Ovid. 2. Art. am. 12.* soleam deme vel adde pedi. *Horat. 1. Ep. 18. 94.* Deme superclio nubem. *Id. 1. Od. 1. 20.* Partem demere de solido die. *Q. Cic. Petit. cons. 2. 9.* Demere caput alicuius. h. e. abscondere. *Plaut. Auful. 2. 4. 33.* Ipsi pridem tonsor ungues Dempserat. *Sueton. Cæs. 67.* Demere barbam. h. e. radere. Alio sensu *Cic. 3. Nat. D. 34. 83.* Esculapii barbam auream demi jussit.

II.) Translate fere de abstractis. *Lucret. 3. 922.* Multa dies nobis mærorum et pectora demet. *Ter. Adelph. 5. 3. 33.* Demere alicui molestemam. *Id. ibid. 4. 7. 18.* metum. *Lucret. 2. 21.* dolorem. *Cic. 1. Att. 15. ad fin. sollicitudinem. Sall. Jug. 102.* acerbam necessitudinem. *Liv. 2. 6.* ignominiam. *Adde eumd. 29. 21. Virg. 2. En. 775.* et 3. *ibid. 153.* curas. *Ovid. 3. Trist. 2. 25.* spem situi. *Id. Remed. am. 290.* fidem alicui rei. *Id. 1. Pont. 7. 20.* Nil demit laudi gloria nostra tuæ. *Horat. 2. Ep. 2. 140.* demptus mentis error. *Liv. 34. 54.* Demere aliiquid ex dignitate. *Sueton. Tib. 42.* aliiquid ex consuetudine. *Justin. 39. 3.* Adjicit, neque occisa illa se virium quidquam Cyziceno dempturum. *Cic. 2. Fin. 27. 88.* Dempta aternitate, nibilo beatior Juppiter, quam Epicurus. *Liv. 2. 42.* Dulcedo agraria legis ipsa per se, dempto auctore, subibat animo. h. e. sublato auctore, aut etiam sine auctore. *V. locum.* *Ovid. Heroid. 1. 50.* et 3. *Trist. 11. 2.* Virque mihi, dempto fine carendus, abest. h. e. sine fine, semper.

DEMOCRATOR. V. DEMORATOR.

DÉMÈCE, apud Atticos sunt, ut apud nos pagi. *Paul. Diac. p. 72. 5. Müll.*, qui tamē pro dema Græcis litteris legit δῆμος.

## DÉMOLIO vel

DÉMOLIOR, iris, Itus sum, iri, dep. 4. (de et melior). Est alia forma *demolio* ac passive *demolior*, quam *V. I. et II. sub b.* — Part. *Demoliens II. a.*; *Demolitus I. b.*; *Demoliendus I. b.* — Demolior est deorsum molior, evertō, diruo, destruo (It. *demolire*, buttar giù, disfare; Fr. jeter à bas, renverser, démolir; Hisp. *demoler*, abatir, derribar; Germ. *herabwälzen*, — *werfen*; Engl. to batter, throw or pull down, demolish, destroy).

I.) Propriet. speciatim tantum de ædificiis occurrit; et quidem — a) Deponent. forma. *Lucret. 6. 240.* Disturbare domos, avellere tigna trabesque, Et monumenta virūm demoliri. *Lachmann.* legit *Et lamenta virūm commoliri.* *Cic. 6. Ferr. 36. 80.* et 39. 84. Demoliri simulacrum, signum. *Id. 3. ad Q. fr. 1. 1.* Columnas neque rectas, neque e regione Dilphilus collocarat: eas scilicet demolietur. *Id. 1. Off. 39. 138.* Hanc domum Scaurus demolitus, accessionem adjunxit ædibus. *Sall. apud Non. p. 95. 22.* Merc. Pluteos rescidit ac munitiones demolitum. Adde *Liv. 43. 3.* *Nepos Pansan. 5.* Demoliri tecum. *Id. Timol. 3.* propugnacula tyrannidis. Et fligate *Plin. Paneg. 55.* Aras etiam templaque demolitor oblivio. — b) Activa vel passiva forma. *Nævius apud Diomed. 1. p. 395.* *Putsch.* Hæc demolite. *Varro apud eumd. ibid.* Et tamen non demolio astra. *Al. leg. rostra.* *In vet. Lega apud Frontin. Aquæd. 129.* Id omne celere demolire demens esto. *Lactant. 4. 11. ex 3. Reg. 19. 14.* Altaria tua demolierunt. — *Cic. 4. Ferr. 67. 161.* Status demolendas locare. *Id. Topic. 4. 22.* In pariete communis demoliendo. *In citata est. Lega apud Frontin.* Ne maceria demolirentur. *Ulp. Dig. 7. 4. 10.* Si, demoliti ædibus, testator alias novas restituerit. *Jabolen. ibid. 41. 3. 23.* Si demolita est domus. — NB. Pro moliri, ædificare, nonnulli afferunt illud *Vellej. 1. 15.* Theatrum facere instituit, cui in demoliendo etc. *Alii tamen aliter leg.*

II.) Translate. — a) Deponent. forma. *Plaut. Bacch. 3. 1. 16.* De me culpam hanc demolitor jam. *ἀρχαῖς pro demoliar, h. e. amollar, avertam.* *Liv. 34. 3.* Si quod cuiquam privato officiet jus, id destruet ac demolietur. *Id. 39. 18.* Quum demolientes nos Bacchanalia discutentesque pefarios ceteros cerneretis. *Ovid. 15. Met. 228.* Subruit hæc ævi demolitorque prioris Robora. h. e. senectus vires juventutis frangit. *Demoliri faciem, ἀπαντέω τὸν προσωποῦν,* est macie vultum corrumpere apud *Hieronym. in Matth. 6. 16.* ubi Vulgata habet extermicare faciem. — b) Activa vel passiva forma. *Jornand. Get. 58.* Theodericus inde contra Sabiniandum Illyricum magistrum militiae, qui tunc cum Mundone paraverat conflictum, in Alundonis solatio veniebat, Illyrian exercitum demolivit. *Curio apud Priscian. 8. p. 793.* *Putsch.* Nasquam demolitur, pusquam exoneratur pecunia.

DÉMOLITIO, ônis, f. 3. demolendi actus, eversio.

I.) Propriet. *Cic. 4. Ferr. 67. 161.* Dumque ea demolito fieret etc. *Id. post red. in sen. 13. 32.* Aditus templorum erant non solum præsidii et manus, verum etiam demolitione sublati. *Vitruv. 10. 19.* *Schneid.* Posteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta.

II.) Translate. *Tertull. 2. advers. Marcion. 1.* Non poterat ædificare mendacium sine demolitione veritatis.

DÉMOLITOR, ôris, m. 3. eversor. *Vitruv. 10. 19.* *Schneid.* corvum demolitorem quem nonnulli gruem appellant, memorat, idest machinam ad demolendum aptam: de qua tamen nihil preterea constat.

DÉMOLITUS, a, um. V. DEMOLIOR.

DEMONEO, es, ere a. 2. moneo, ne facias: a de et moneo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Vir. p. 88.*

DÉMONSTRABILIS, e, adjekt., qui demonstrari potest. *Apul. Dogm. Plat. 3.* Universitas maris, quæ demonstrabilis non est.

DÉMONSTRANTIA, æ, f. 1. eadem ac demonstratio. *Plin. 17. Hist. nat. 5. 3. (33).* Terram amaram et macram probaverim demonstrantia astræ degenerisque herbae. *Harduin.* tamen legit: Terram amaram et macram si quis probare velit, demonstrant eam astræ, etc. *Sillig* eamdem lectionem, paucis immitatius, retinuit.

DÉMONSTRATIO, ônis, f. 3. actus demonstrandi

(It. ostensione; Fr. action de montrer; Hisp. el acto de mostrar; Germ. Handlung des Zeigens, das Zeigen; Engl. the act of showing).

**D**emonstrativum. — a) In singulari numero. Cic. 3. Orat. 55. 209. Hujus generis demonstratio est et doctrina ipsa vulgaris, usus autem gravissimus. Adde eundem. 6. Verr. 59. 132. Plin. 8. Hist. nat. 40. 61. (147). de cane venatico. Visa fera, quam silens et occulta, quam significans demonstratio est. Id. 4. ibid. 18. 27. (93). Hanc insulam temporum horum demonstratio a Borysthene c. xl. m. ponit. h. e. descrip. quo situs terrarum monstrantur. Id. 24. ibid. 16. 93. (150). Tertia demonstratio herbarum folio majora etc. *Supra dixerat*: Draconium triplici effigie demonstratum mihi est. — b) In plurali numero. Cic. 4. Fin. 5. 13. Quam multæ quamque de rebus variis et causis, cur quidque fiat, et demonstrationes, quemadmodum quæque flant!

**B** Speciatim. ¶ 1. Apud Rhetores demonstratio — a) Est genus causæ, in quo quispiam laudatur, aut vituperatur; quod et genus demonstrativum dicitur. Cic. 1. Invent. 9. 12. et Quintil. 3. 4. 13. — b) Item exornatio rhetorica, hypotyposis Graeco nomine, quam ita res verbis exprimitur, ut geri negotium et res ante oculos esse videatur. Cic. 4. Herenn. 55. 68. Potest ita differre ab hypotyposi, ut demonstratio longior sit, hypotyposis brevior. — c) Item argumentatio, qua ex rebus perceptis, id, quod non percipiebatur, adducit. Ita rem definit Cic. 4. Acad. (2. pr.) 8. 26.; nomine vero utitur Boeth. 2. Consol. philos. pros. 4. extr. et initio pros. 5. ¶ 2. Apud Ictos — a) Dicitur demonstratio, quam persona aut res aliqua ita certis quibusdam ac peculiaribus signis designatur ac veluti depingitur, ut nullus ambigendi locus relinquatur; ut si quis in testamento dicat, decem, que mihi Titius debet, lego. Constat enim, ea sola decem, que debet Titius, non aliam pecuniam legari. *Cajus Dig.* 35. tit. 1. qui est De conditionib. et demonstrationib. 17. et *Florentin.* ibid. 33. et *Ulp.* ibid. 30. 74. etc. — b) Item actio, qua alicuius fundi fines ostenduntur. *Dig.* 8. 1. 13. et 10. 1. 12.; et V. DEMONSTRO. — c) Denique demonstratio dicitur ea ipsa formula pars, qua persona, res, aut fundi alicuius fines possesse describuntur. *Cajus* 4. Instit. 39., 40., 44., et 58.

**DÉMONSTRATIVE**, adverb. demonstrando. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 16. Hunc locum demonstrative terram dicens.

**DÉMONSTRATIVUS**, a, um, adject. qui ad demonstrandum aptus est. ¶ 1. Generativum. *Cæl. Aurel.* 5. Tard. 1. Digitus demonstrativus. h. e. index. ¶ 2. Speciatim apud Rhetores genus demonstrativum est, quod laudationem alicuius rei continet, aut vituperationem. Cic. 1. Invent. 5. 7. Demonstrativum est (genus), quod tribuitur in aliquibus certa personas laudem, aut vituperationem. Adde *Quintil.* 3. 4. 14. *Quintil.* 2. 10. 11. et 3. 4. 9. Demonstrativum dicendi genus. Rurus Cic. 2. Invent. 4. 12. et *Quintil.* 8. 3. 11. causa. *Quintil.* 3. 8. 53. et 11. 1. 48. materia. Id. 7. 4. 2. pars. Id. 2. 21. 23. pars orationis. — Hinc

**Demonstrativa**, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est epidictica orationis genus. *Quintil.* 3. 8. 63. Aristoteles idoneam maxime ad scribendum demonstrativam putavit: videlicet quoniam — tota esset ostentatio. Cf. eundem. 3. 8. 8. In demonstrativis procœdia maxime esse libera.

**DÉMONSTRATOR**, òris, m. 3. qui demonstrat. Cic. 2. Orat. 86. 353. Simonides demonstrator numerus justitiae sepieliendi. *Colom.* 3. R. R. 10. 20. Demonstrator magis, quam inventor. Adde *Hieron.* Ep. 61. n. 4.

**DÉMONSTRATÖR**, òris, a, um, adject. qui demonstrando inservit. *Istd.* 11. *Orig.* 1. Demonstratorius digitus. h. e. index.

**DÉMONSTRATUS**, a, um. V. voc. seq.

**DÉMONSTRO**, as, àvi, àtum, are, a. 1. (de et monstrare). Demonstratior paragoge pro demonstrari est apud Ter. *Phorm.* 2. 1. 75. — Part. *Demonstrans* II. init.; *Demonstratus* et *Demonstraturus* II. a.; *Demonstrandus* I. 1. b. — Demonstro est aperte monstrare, quod digito fit; hinc etiam vultu, vel uno verbo indicare, ostendo, describo (It. mostrare, dimostrare, far vedere; Fr. indiquer, montrer avec les doigts; Hisp. indicar, mostrar, señalar; Germ. durch Hinweisen mit dem Finger etwas abgrän-

zend zeigen, daher genau zeichnen, be-, abzeichnen; Engl. to show, point out, demonstrate).

¶ 1. Proprie. ¶ 1. Generativum usurpatum de via, ædibus, locis et similibus, que digito vel alio simili modo indicantur. — a) Sequentia relativa. *Plaut.* Cist. 2. 3. 36. Ubi habitat, duc ac demonstra mihi. Sic *Ter. Phorm.* 2. 1. 75. Hominem evmonstrari mihi istum volo, aut, ubi habitet, demonstrari. — b) Sæpius cum Accusativo. *Plaut. Trin.* 1. 2. 113. Thesaurum mihi demonstravit in hisce ædibus. *Plin. 8. Hist. nat.* 4. 5. (9). Demonstrare viam. *Liv.* 23. 33. itineria. Cic. 6. de republ. 24. Nec enim tu es quem forma ista declarat, sed meas cunctus is est, quisque, non ea figura, que digito demonstrari potest. Id. 2. Orat. 66. 266. Demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto. *Quintil.* 11. 3. 104. Averso pollice demonstrare aliquem. Adde eundem. 6. 3. 38. Id. 1. 5. 36. Aliud voce, aliud notu vel manu demonstratur. Id. 11. 3. 89. In eum, quem demonstrat, manum intendere. Id. 11. 3. 87. In demonstrandis locis ac personis. Adde *Sueton. Aug.* 94. — c) Absolute. *Sueton. Ner.* 39. Histrio ita demonstraverat, ut bibentem natantemque larret. h. e. suis gestibus ita representaverat. — d) Figure. *Propert.* 3. 14. 15. Luna ministrat iter, demonstrant astra saeculas. ¶ 2. Speciatim quid Ictos demonstrare fines est proprium illius, qui fundum alienat, et est extrema auctoris actio; qui enim fines demonstrat, tradit fundum: demonstrant autem fines aut per dominium, aut per servum villicum dominii jussu, ut doret *Pompon. Dig.* 18. 1. 18. Cic. fragm. pro *Tull.* edente A. Peyronio p. 101. n. 17. Neque dum fines auctor demonstraverat, et mox. Fines *Accerronio* demonstravit, neque tamen hanc centuriam Popularam vacuum tradidit. Adde *Afren. Dig.* 21. 1. 45, ibid. 50. 1. 36. § 1. et alibi. II) Impropræ demonstrare est verbis vel scriptis aliquid significare, indicare, ostendere; ad rem *Paul. Dig.* 12. 1. 6. Pædius lib. 1. de stipulationibus nihil referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur. *Gell.* 2. 26. Vocabula rufum coloreno demonstrantia. — Hinc demonstrare est expondere, sub oculis ponere, docere, narrare, explicare, argumentis confirmare, etc.; et dicitur interdum etiam de inanis: disupratum atem — a) Cum uno tantum Aerusatu rei, quæ demonstratur. Cic. 9. *Fam.* 24. Sparvina quidem, quum ei rem demonstrasse (h. e. narrasse), et vitam tuam superiore exposuisse, magna periculum summe reipublicæ demonstrabat, nisi etc. Id. 6. *Verr.* 33. 85. Sopater istius cupiditatem demonstrat. *Cæs.* 5. B. G. 37. Re demonstrata. Cic. 1. Orat. 31. 143. Cognitorum, conciliandorum eorum esse animos, qui audirent; deinde rem demonstrandi. *Quintil. proem.* § 25. Breviter omnia demonstrari. At. leg. demonstrando. Id. 1. 10. 49. Quod proximus demonstrabit liber. — Cum v. ostendere jungitur apud Cic. 1. Att. 1. 4. Demonstravi hec Cæcilio; simul et illud ostendi etc. Id. 6. *Verr.* 59. 132. Ut ante demonstrabant, quid ubique esset; ita nunc, quid undique ablatum sit, ostendunt. Cf. *Quintil.* 5. 12. 15. Ego hæc breviter demonstrasse contentus, ita posui, ut — ostenderem etc. — Hinc ponitur et pro docere, ut apud *Cæs.* 5. B. G. 1. Modus et formam narium demonstrant. Sic *Plin. 37. Hist. nat.* 40. (124). Amethystos grandinem avertire, addita precatio, quam demonstrant. *Quintil.* 8. 4. 44. Demonstrare virtus. Id. 2. 5. 5. virtutes. — Apud *Cæs.* sepe locum habet in incisis, pro memorare, ut 7. B. G. 83. Ad ea costra, quæ supra demonstravimus, contendit. Id. 6. ibid. 25. Hujus situs, quæ supra demonstrare est, latitudo. Adde eundem. 5. ibid. 49., 1. B. C. 81. et 3. B. C. 63. Cf. eundem. 4. B. G. 27. Cum his Commissus venit, quem supra demonstraveram a Cæsare in Britanniam præmissem. — b) Cum duobus Accusativis. *Quintil.* 11. 1. 1. Quam virtutem quartam elocutionis demonstrat. Id. 6. 2. 16. Eos intolerabiles id ipsum, quod cedimus, demonstrat. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. a med. Quos ego appello abpatruos, abayunculos, illi demonstrant me fratris abnepotem. h. e. appellant, ut ait *Forcellinus*, scilicet verbis declarant. — c) Cum Accus. et addito Ablativo instrum. *Quintil.* 8. 3. 74. Ut occulit aperte demonstraret. Id. 7. 10. 7. Quod scriptor demonstrare non possit, nisi certa definitaque materia. Id. 6. 5. 6. Demonstrari præceptis. Id. 4. 3. 7. Si varietatem criminum narra-

tione demonstraveris. *Gell.* 2. 4. Res arguuntis, vel testimoniis demonstrata. — d) Cum Accusativo et Inflatio. *Cic.* 3. *Fam.* 4. Mithi Q. Fabius demonstravit, me te plurimi fieri. *Cæs.* 5. B. G. 1. Separatos esse demonstrant de injuriis satisfacere. et *ibid.* Nisi ita facerent, sese bello civitatem persecutum demonstrati. h. e. pollicetur, vel notius minatur. Adde eundem. 1. *ibid.* 11. et 7. *ibid.* 1. — e) Cum propositione interrogativa, sed tamen indirecta. *Cæs.* 4. B. G. 34. Quanta prædicta facienda facultas daretur, demonstraverunt. *Quintil.* 3. 4. 14. Laus ac vituperatio, quale sit quidque, demonstrat. *Plin. 25. Hist. nat.* 13. 106. (169). Nec, quale esset, demonstrant. Id. 27. *ibid.* 2. 2. (6). Demonstrare, quomodo venenata sanentur. — f) In constructibus, que nunc a grammaticis, abstracta dicuntur *Cæs.* 5. B. G. 2. Circiter dc. ejus generis, rujus supra demonstravimus, naves. *Id.* 3. B. C. 15. Sed quum esset in quibus demonstravi angustis, etc. — g) Omnino absolute. Cic. 6. *Verr.* 63. 111. Id aleo. judicis, ut mihi ab illis demonstratum est, sic vos et me cognoscite. *Cæs.* 2. B. G. 22. Superbusque densissimum, ut ante demonstravimus, interclus. Adde eundem. 5. *ibid.* 19. — h) Passive impersonaliter. *Cæs.* 4. B. G. 28. Naves xix., de quibus supra demonstratum est, — lñ vento solvantur. Id. 1. B. C. 39. Erant, ut supra demonstratum est, legiones Afrani illi. Adde eundem. 3. *ibid.* 6. et 15. Et cum Insinito. Id. 2. *ibid.* 28. Erat in exercitu Vari Sect. *Quintilius Verus*, quem suis Corinii supra demonstratum est. Adde eundem. 2. B. G. 9.

**DEMONTUOSUS**, a, um, adject. valde montuosus: præpositio enim de aliquando vim habet augendi. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 70.

**DÉMORATIÓ**, ônis, f. 3. idem fere ac commoratio. Cic. 9. *Fam.* 15. Quod autem altera epistola purgas te, non dissuasorem mihi emptionis Neapolitanæ fuisse, sed auctorem demorationis urbanæ, neque ego aliter accepi. *Ita ex emendatione Gulielmi editum Schützii: ati leg. commorationis: ati et ipse Orell. leg. moderationis; V. Orell. ad b. 1. Calorum demoratio certa lectione occurrit apud Vulgat. interpr. Proverb. 12. 11. Qui suavis est in vini demorationibus, in suis munitionibus rellingit contumeliam. Text. Græc. habet εἰς οὐνεὶ διάρρηστα.*

**DÉMORÁTOR**, ôris, m. 3. *Capell.* 1. p. 21. de *Vulcano*. Totius mundi ab Heraclito dictus demorator. *Grot.* legendum putat devariator; quod Heraclitus ad ignem referret rerum ortum et interitum. Ob eundem rationem *Fabric.* in *Biblioth.* Græca invenit legere *demonrator*, h. e. dominus, ὀμορχάτωρ, quod minime probandum. *Contra Koppius vulgata lectionem* tuerit, quam omnes omnino codicis exhibent; quamque *Gloss.* ad antiquum *Cod. Monacens.* ita explicit: *Id* est retentor, sive formator totius mundi. Præterea sequiori anno demorare dicebant pro regere. Videsis haec omnia suscis apud eundem. *Kopp.* ad *l.* c.

**DÉMORÁTUS**, a, um. V. DEMOROR.

**DÉMORDEO**, mordes, mordi, morsum, mordere, a. 2. (de et mordco). Part. *Demortus*. — Demordeo est idem fere ac mordeo, vel morsu decerpere. *Plin. 28. Hist. nat.* 4. 11. (45). Et ligno fulgere ictu demordere aliiquid. *Fers.* 1. 106. Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.

**DÉMORÍOR**, inöréis, mortuus sum, mōri, dep. 3. (de et morior). Part. *Demortus* in omnibus paragr. — Demori (juxta *Döderlein*, Latein. *Synon.* vol. 3. p. 182.) duo diversa significat, prout præpositio dicitur: a) Propriam ac nativam servat significacionem; aut b) Vim augendi tantummodo habet, vel actionis significat.

¶ Quoniam præpositio de propriam ac nativam servat significacionem demori est ex certo hominum numero certe hominum ordine moriendo exire, ita ut aliquid vacui remaneat. — a) Generativum. Cic. 16. Att. 11. 7. Nostrique familiares fere demortui. h. e. ita ut supersites reliqui sint soli. Cf. *Liv.* 40. 19. Tantum hominum demortuum esse, ut is numerus nullum effici non potuerit. — b) Hinc speciatim demori vel demortui dicuntur, qui quum magistratu vel publico aliquo munere fungerentur, vel ordinis collegio esse essent adscripti, e vita migrarunt; et demori præcipue adhibetur, quoniam de successore sermo est: V. *Mazocchi, Heract. Tab.* p. 407. et seq. not. 39. et 40. Cic. 4. *Verr.* 50. 124. Nam quoniam

essel ex veterum numero senator quidam demotus. *Id.* 1. *Herenn.* 11. 20. *Lex* jubet augurem in demortui locum qui petat in contione nominare. *Liv.* 5. 31. Nec defende unquam in demortui locum censor suffletur. *V. Drakenborg.* ad h. l. *Liv.* 9. 34. Collegam subrogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari pos est. Adde eum. 23. 21. et 22. et 23., 26. 23. et 40. 19.; et *Sueton.* *Aug.* 10. et 31., et *Cæs.* 41. Similiter *Curt.* 8. 10. 22. Nuper Assaraco, cuius regnum sacer, demortuus, regione praerat mater eius Cleopatra. — Et de mancipiis. *Cic.* 6. *Verr.* 5. 9. Sanxerunt, ne quis eminet (mancipium) nisi in demortui locum. Cf. *Ulp.* *Dig.* 4. 4. 11. § 5. Ut demoriantur mancipia, prædicta ruant. — c) Interdum de arboribus. *Colum.* 3. R. H. 10. 2. In locum demortuus vitis. Cf. *Paul.* *Dig.* 7. 4. 18. In locum demortuarum arborum aliae subsistuendae.

B) Quum præpositio de augenda vim tantummodo habet, vel actionis finem significat, demort est prorsus mori, moriendo excedere, perire.

I.) Proprie. *Plaut.* *Stich.* 1. 3. 62. Pene sum sapientia demortuus.

II.) Translate. ¶ 1. De inanimis. *Plaut.* *Stich.* 1. 3. 68. Potatione plurime demortuæ. h. e. perire, ablatæ sunt, amissæ sunt. ¶ 2. Cum Accusativo personæ, ut depræcere, est alius amore ardere. *Plaut.* *Mil.* *glor.* 4. 1. 23. et 4. 2. 49. Ea demortuæ.

**DÉMÖROR**, èris, atus sum, ari, dep. 1. (de et moror). Part. *Demorans* sub A.; *Demoratus* sub A. et B.; *Demorandus* sub A. — Demorari occurrit. A) Sèpissime cum Accusativo, et B) Raro absolute, neutrorum more.

A) Cum Accusativo personæ aut rei sèpissime occurrit, et est detinere, cohibere, remorari (It. trattenere, fermare, ritardare; Fr. retenir, arrêter, retarder; Hisp. detener, retardar, atrasar; Germ. Jmdn von seinem Wege oder Ziele ab - und aufhalten, eine Sache verzögern; Angl. to stop, detain, retard, hinder, prevent, impede). Usurpat — a) Stricto sensu apud prosæ orationis scriptores. *Plaut.* *Epid.* 3. 2. 40. Sed nimis longum loquor: diu me estis demorti. *Cic.* 2. *Orat.* 58. 235. Ne diutius vos demorer. *Lentulus* apud *Cic.* 12. *Fam.* 17. 5. Detinere et demorari aliquem. *Colum.* 3. R. H. 2. 31. Demorari studiosos. *Sil.* It. 10. 290. aliquem vano conquestu. *Tac.* 12. *Ann.* 68. aliquem variis artibus, ne cubiculo egreditur. *Cæs.* 3. B. C. 75. Equitatum præmisit ad novissimum agmen demorandum. *Id.* 3. B. G. 6. Nullo hoste prohibente, aut iter demorante. *Id.* 1. B. C. 81. Ut quam maxime repantinus eorum eruptiones demoretur. *Cod.* 5. 31. B. Demorari petitionem. — b) Latiori sensu apud Poetas. *Virg.* 11. *Æn.* 175. sed infelix Teucrius quid demoror armis? h. e. ab armis contineo: V. *Servium* ad h. l. *Id.* 3. *ibid.* 480. quid ultra Provehor, et fando surgentes demoror austros? h. e. quid impeditio, quominus surgentibus austris novem et litore solvant: V. *Servium* ad h. l.; et Cf. *Avien.* *Fab.* 15. 16. qui Virgilius imitatus est. Rursus *Virg.* 2. *Æn.* 617. Jampride in invisis divis et inutiles annos Demoror. h. e. quasi festinantes diu vivendo detinuo: *Servius.* *Id.* *Virg.* 10. *Æn.* 30. Et tua progenies mortalis demoror armis. h. e. experto, sustineo. V. *Servium* et *Wagner.* ad h. l.

B) Absolute, neutrorum more, raro admodum occurrit, et est idem quod moror, cunctor, diffuso, maneo. *Plaut.* *Rud.* 2. 4. 27. Me hic demorat tamdiu. At aliter leg. *Tac.* 15. *Ann.* 69. Ille nihil demoratus exsurgit. *Ulp.* *Dig.* 5. 1. 2. § 4. Quamdui legationis causa ibi demorantur. Adde *Cod.* 11. 47. 23. pr.; et *Cod.* *Theod.* 4. 8. 3.

**DÉMORSICATUS**, a, um, V. voc. seq.

**DÉMORSICO**, as, átum, are, a. 1. (de et morsico). Part. *Demorsicus*. — Demorsico est idem ac demordeo, mordendo decero. *Apul.* 2. *Mel.* Sage mulierem ora mortuorum passim demorsicant. *Id.* 3. *ibid.* Rosis tantum demorsicatis exibis asinum.

**DÉMORSUS**, a, um. V. DEMORDEO.

**DÉMORTUUS**, a, um. V. DEMORIOR.

**DÉMOS**, i, m. 2. δῆμος, populus. *Plin.* 35. *Hist.* nat. 10. 36. (89). Parrhasius pinxit et demor Atheniensium, argumento quoque ingenioso. Volebat namque varium, iracundum, injustum, inconstans; eumdem exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, gloriósus, humilem, ferocem, fugacemque, et omnia pariter ostendere.

**DÉMOTHÉNICE**, adverb. Demosthenis more. Assertur a Priscian. 15. p. 1022. *Putsch.*, sed nullo confirmatur Latinus auctor exemplum.

**DÉMOTUS**, a, um. V. voc. seq.

**DÉMÓVÉO**, inués, inuī, móton, móvere, a. 2. (de et moveo). Loris inferius allatis et similibus pro demovere al. leg. démove: sed illud est advertendum, ut quoties deorsum movendi ratio aliqua significatur, per de: quoties vero in aliam, vel diversas partes, per dis scribatur. Hujusmodi enim est harum prepositionum de et dis vis et sententia: quod et alibi almonimus; et Burmann. ante nos admo- javerat ad illud *Cic.* *Cæsin.* 15. 42. apud *Quintil.* 7. 3., quod V. sub 11. init. — Part. *Demotus* I. et II.; *Demoratus* I. — Demoveo est deorsum inoveo, loco moveo, d-turbo, depello (It. muover di fuogo, levar via, tirar gli, respingere; Fr. dépla- ter, ôter d'un endroit, écarter, éloigner; Hisp. quitar, mudar de puesto, alejar, desviar; Ger. aus einer Person oder Sache von etw. herabwegen, weg - oder fort - schaffen, - bringen, von Personen, ver- treiben, verdrängen; Angl. to remove, displace, dislodge).

I.) Proprie. — a) De personis. *Cic.* *Cæcin.* 17.

49. Demoveri et depræli de loco necesse est eum, qui dejiciatur. *Id.* *ibid.* in fin. Manu demotus et actus præcepis. *Liv.* 6. 32. Quantum Romana se inventæces, tantum hostes gradu demoti. Cf. *Id.* 9. 29. Traditur inde dictu mirabile, quod demovendos statu suo sacris religiones facere posset. V. *Drakenborg.* ad hoc 1. *Cæs.* 2. B. C. 32. Pompejus nullo prelio pulsus, vestri facti præjudicis demotus, Italia excessit. *Tac.* 2. *Ann.* 43. Sed Tiberius demoverat Syria Creticum Silanum. Adde eum. 4. *ibid.* 60. *Id.* 6. *ibid.* 30. Demovere aliquem in insulam. h. e. relegare. — b) De inanimis. *Tac.* 1. *Ann.* 79. Fluvius (*Clarus*) solito alveo denotus. *Id.* 11. *ibid.* 38. Censendo, nomen et effigies privatis ac publicis locis demovendas. *Ammian.* 20. 11. Demovere munitiones. — c) Figurate. *Tac.* 13. *Ann.* 20. Demovere aliquem præfectura. *Id.* *ibid.* 11. Ordine demotam senatus redidit. *Id.* *ibid.* 14. Demovere aliquem cura rerum.

II.) Translate. *Ter.* *Adolph.* 2. 1. 16. Cave nunc oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos. *Cic.* *Cæcin.* 15. 42. Vis, quæ periculo mortis injerto, formidine animalium perterritum loco sepe et certo de stata demovet. *Id.* 2. *Verr.* 17. 32. Ne quis te de vera et certa possit sententia demovere. *Id.* 2. *Orat.* 51. 208. Odium a nobis demovere. *Id.* *Dom.* 26. 68. labem a republica. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 39. aliquem lucro. *Tac.* 4. *Hist.* 58. Terrore ac promissis demoveri.

**DEMPTIO** vel demtiō, ônis, f. 3. actus demendi, detractio. *Varro* 5. L. L. 6. *Müll.* Litterarum demptio, aut additio. *Id.* *ibid.* 176. Damnum a demptione, quam minus re factum, quam quanti constat.

**DEMPTUS** vel deuentus, a, um. V. DEMO.

**DEMPIO**, V. DEMPTIO.

**DEMPTUS**, a, um. V. DEMO.

**DÉMUGITUS**, a, um, particip. ab inuis. demugio, mugitibus completus. *Ovid.* 11. *Mel.* 375. sanguine litus, Undaque prima rubent demugiteaque paludes.

**DÉMULCATUS**, a, um, particip. ab inuis. demulco, quod a mulco, valde mulcatus. *Cappell.* 8. p. 272. Tam tristibus asperisque Sature aliquoquin lepidulæ verberibus demulcatis. *Ita legit Kopp, quem vide vulgati libri habent demulcatis.*

**DÉMULCÉO**, mulces, multcum, mulcere, a. 2. (de et mulceo). Part. *Demulcens* et *Demulctus* 2. — Demulceo ¶ 1. Est idem ac mulceo, leniter attireto, tactu blandior. *Ter.* *Heaut.* 4. 5. 14. Non possum pati, quin tibi caput demulcam: accede huc. *Liv.* 9. 16. ad fin. Remitto, ne utique dorsum demulceatis, quum ex equis descendetis. ¶ 2. Item blandimentis delenio, allicio, *Grell.* 3. 13. Ita motus et demulctus et captus est, ut Callistratum jam inde sectari cœperit. *Id.* 18. 2. Demulcentes animum jucundis sermonum illectationibus.

**DEMULCTUS**, a, um. V. voc. præced.

**DÉMUM**, adverb. Antiqui demus dixerat, teste *Paul.* *Diac.* p. 70. 8. *Müll.*, ut prorsus et rursus pro prorsum, rursum. — Ratione habita etyma, nonnulli, propter antiquam formam demus, deducunt a τημός tum: plerique alii a Græca particula δῆμι (V. *Hand.* *Tursell.* vol. 2. p. 250); recentiores tamen rectius putant, demum esse formam superla-

tivam a præpositione de effictam, ut imus ab in, summus a super etc. Itaque demum eamdem prorsus rationem seu relationem significat, quam præpositio de, sed perfectam omnino, hoc est ad summum gradum proiectam; alias verbis significat eventum aliquem aut rationem aliquam post plures alios eventus aut rationes, interdum etiam præter expectationem et sero admodum, accidere vel existere: hinc et *Paul.* *Diac.* p. 70. 8. *Müll.* demum ponit dumtaxat adnotavit (It. ora solamente, ora finalmente; Fr. seulement à présent, finalmente à présent; Hisp. ahora solamente, ahora finalmente; Germ. erst, jetzt erst; Engl. now on by, now finally). Quod ad usum attinet, demum proprio dictum de tempore, sed transferitur etiam ad conditionem: semperque arcte conjungitur cum aliquo vocabulo, quod præcedit aut statim, aut alia interposita voce, quæ generatim proprio careat accentu. Itaque, ut rem ad summa capita redigamus, adverbium demum jungit A) Cum aliis adverbis, quæ tempus aut conditionem significant; B) Cum pronominibus is, hic, ille et aliis hujusmodi, quoties bisce dilata vel retardata aliqua ratio seu relatio significatur; denique C) Cum aliis particulis, quæ temporis aut conditionis rationem significant.

A) Jungitur cum aliis adverbis, quæ tempus aut conditionem significant: scilicet — a) Nunc demum vel nunc... demum sèpissime occurunt, et quidem — Nullo alio interposito vocabulo. *Plaut.* *Mil.* *glor.* 2. 6. 62. Nunc deum scio, me fuisse exordem, cæcum, incogitabilem. Adde eum. *ibid.* 2. 6. 78., *Capt.* 5. 4. 25., *Rud.* 4. 4. 78., *Pæn.* 5. 3. 39. et *Epid.* 4. 1. 42. *Ter.* *Adolph.* 5. 3. 19. Nunc demum istæ nata oratio est. Adde eum. *Heaut.* 2. 3. 3. *Id.* *Adolph.* 2. 2. 25. Nunc demum veniatur passus? ubi eras? *Id.* *Andr.* 4. 1. 58. Hem, nunc demum? *Cic.* *Cæl.* 7. 17. Nunc demum intelligo. P. Clodii insulam esse venalem. Cf. *Ter.* *Heaut.* 2. 3. 12. Rursus *Cic.* 18. Att. 3. 1. Nunc demum te scribo his litteris, quas mihi misisti. *Nepos Timol.* 5. Dixit nunc demum se voti esse damnatum. Rursus *Cic.* 3. *Cat.* 10. 25. Quod si æquum est, cur tam diu vivo: si injustum, nunc demum occidior? *Zumptius* h. l. aliter omnino interpretatur. *Plin.* 5. *Ep.* 8. Undevicesimo etatis anno dicere in foro crepi, et nunc demum, quid præstare debeat orator, adhuc tamen per collinem video. — Interdum adverbio nunc statim additur vocabulum, quod eidem declarando interservit. *Plaut.* *Abul.* 1. 2. 1. Nunc defecato demum animo egredior domo, postquam perspexi salva esse intus omnia. *Virg.* 10. *Æn.* 849. Heu nunc misero mihi demum exsilium infelix. — Interdum inter nunc et demum particula interseritur proprio carrens accentu, aut prouomon. *Plaut.* *Cas.* 4. 4. 14. Nunc pol demum ego sum liber. *Id.* *ibid.* 2. 8. 32. Nunc pol ego demum in rectam redii semitam. — b) Modo demum idem est ac nunc demum apud *Ter.* *Andr.* 5. 3. 11. Modone id demum sensi, Pamphile? Olim istur, olim, quum ita induit animum etc. — c) Tum demum vel tum... demum sèpissime occurrit, ita ut particula tum ad tempus aut ad conditionem referatur, sive absolute ponatur, sive cum additis quæ eamdem declarent. *Plaut.* *Men.* 2. 2. 71. Tum demum sciám recte monuisse, si tu recte caveris. *Id.* *Mil.* *glor.* 4. 8. 55. Si id facies, tum demum scibis qui bonus sit, qui malus. *Id.* *Pæn.* 3. 1. 60. Immo etiam ubi expolivero, magis hoc tum demum dices. *Cic.* 1. de republ. 24. 38. Quod si con- venerit, tum demum decebit. Adde *Atticum* apud *Cic.* 9. Att. 10. 4. *Cæs.* 1. B. G. 30. Tum demum Ariovistus partem suarum copiarum misit. Adde eum. 1. *ibid.* 17. et 51., et 5. *ibid.* 33. *Sall.* *Jug.* 46. Ac tum demum rerum deditioñem facere conatus est. *Ltv.* 2. 20. Tum demum impulsu Latinus percutsaque inclinavit aries. Adde eum. 3. 12., 10. 13. et 40. 50. *Virg.* 3. G. 205. Tum demum crassa magnaria ferragine corpus Crescere jam dominis sinito. Adde eum. 6. *Æn.* 330. et 573., 9. *ibid.* 815. et 12. *ibid.* 6. *Ovid.* *Heroid.* 4. 615. Erigerat thalamo: tum demum pectora plangi Contigit. *Cels.* 2. 37. extr. Et tum demum, ubi jam nihil tale extra fertur, ad cicatricem perducit. *Col.* 11. R. 2. 7. Ligata denique conficit, ut tum demum tenetum jam die putatio administretur. *Plin.* 1. *Ep.* 13. Tum demum ac tunc quoque lente cunctanterque veniunt. Adde eum. 3. *ibid.* 14., 6. *ibid.* 20. et 8. *ibid.* 20. — Et alio interposito vocabulo *Plaut.* *Trin.* 3. 3. 52. Tum

tu ligitur demum id adolescenti aurum dabis, ubi erit locata virgo in matrimonium. — *d)* Tunc demum eodem sensu ac *tum* demum usurpatur. *Curt.* 4. 13. 20. Jamque exire necesse erat: tunc demum intrat tabernaculum etc. *Cels.* 3. 6. Ac si qua nota est, tunc demum dare potui calidam aquam. Adde *eund.* 3. 10. *Seneca Ep.* 121. Tunc demum intelliges, quid faciendum tibi, quid vitandum sit, quum didiceris quid natura tua dehebas. *Colum.* 1. *R. R. proœm.* 33. Quas ordine suo tunc demum persequar, quum præstus fuero. Adde *eund.* 12. *ibid.* 23. 1.; et *Sueton. Claud.* 5. — *e)* Ibi demum dicitur de loco et de tempore. *Plaut. Capt.* 5. 4. 3. Illic ibi demum est locus, ubi labore lassitudi omnis est exigunda ex corpore. *Ter. Hecyrr.* 1. 2. 50. Ibi demum ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem — commisereret. *Virg.* 9. *Æn.* 445. Tunc super exanimum sese proiecit amicum *Confossus*, placidaque ibi demum morte quievit. Adde *Quintil.* 10. 3. 13.; et *Stat.* 4. *Theb.* 471. et 2. *Silt.* 3. 14. — *f)* Igitur demum apud antiquos tantum occurrit. *Plaut. Amph.* 1. 2. 11. Adeo usque satietatem dum capiet pater illius, quam anat: igitur demum omnes scient, quæ facta. *Id. Hosti.* 2. 1. 32. Miserum est opus, igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet. Adde *eund.* *Rud.* 4. 1. 25. — Similiter post igitur demum apud *eund.* *Amph.* 3. 1. 16. Post igitur demum faciam, res fiat palam. — Et demum igitur apud *eund.* *Merc.* 3. 2. 9. Demum igitur quum senex sis, tunc ita otium te collocies. — *g)* Sic demum habet *Virg.* 3. *Æn.* 793. Sic demum socios consumpta nocte reviso. Adde *eund.* 6. *ibid.* 154. — *h)* Ita demum est hoc tantum pacto, hac tantum conditione, hac denique conditione. *Cels.* 3. 21. Nam si plus humoris exercitatur quum assumitur, ita demum secundæ valetudinis spes est. *Id. 1. præf.* Ita mortui demum præcordia et viscus omne etc. *Plin.* 3. *Ep.* 3. Quibus omnibus ita demum similis adolesceret, si imbutus honestis artibus fuerit. Adde *eund.* 3. *ibid.* 9.; *Sueton. Claud.* 25. et *Vitell.* 14.; *Justin.* 11. 4. 10.; *Caj. 2. Insti.* 60. et 3. *ibid.* 219.; et *Dig.* 2. 2. 3. pr. — *i)* Jam demum est nunc tandem, nunc primum. *Ovid.* 2. *Trist.* 8. Carmina fecerunt, ut me moresque notaret Jam demum visa Cæsar ab arte meos. *Quintil.* 8. 2. 21. Ut id jam demum eleganter atque exquisite dictum patent. — *j)* Ut demum est ut primum, vir dum. *Sueton. Cal.* 6. Ut demum ita fortum palam factum est.

*b)* Jungitur cum pronominibus is, hic, ille et; aliis bujusmodi, quoties hisce dilata vel retardata ratio aliqua seu relatio significatur. — *a)* Is, ea, id demum est is, ea, id tantum, vel in primis, sive pronomen absolute ponatur, sive additis declaretur et definiatur. *Plaut. Pers.* 2. 3. 14. Nam id demum lenidum est, triparcos homines, vetulos, avidos bene admordere etc. *Ter. Adelph.* 5. 3. 1. Abs quovis homine beneficium accipere gaudes: verum enim vero id demum jurat, si quem æquum est facere; is bene facit. *Cic. Att.* 8. 1. Sic enim sentio, id demum aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. *Sall. Cat.* 20. Idem yelle et idem nolle, ea demum firma amicitia est. *Id. ibid.* 12. Quasi injuriam facere, id demum esset imperio uti. *Id. ibid.* 2. Verum enim vero is demum mihi vivere atque frui anima videatur, qui etc. *Liv.* 4. 4. Verum enim vero lege id prohiberi, — id demum contumeliosum plebi est. *Curt.* 4. 1. 3. Id demum eredens fore ipsius, quod celeriter præcipere potuisset. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 7. 5. (44). Is demum profecto vitam æqua lance pensabit, qui semper fragilitatis humanae memor fuerit. *Quintil.* 7. *proœm.* 1. De inventione satis dictum est. Neque enim ea demum, quæ ad docendum pertinent, exsecuti sumus, verum etiam motus animorum tractavimus. Adde *eund.* 1. 3. 4.; *Plin.* 1. *Ep.* 8. et 20.; et *Dig.* 3. 1. 9., 28. 6. 34. pr. et alibi. — Et interposita alia particula *Cic.* 2. *de republ.* 15. 28. Ea sunt enim demum non ferenda in mendacio, quæ — ne fieri quidem potuisse cernimus. — *b)* Hoc, hæc, hoc demum eodem modo usurpatur. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 23. Hoc est demum, quod perfruor. *Virg.* 1. *Æn.* 632. Me quoque per multos similis fortuna labores Jactatam hac demum voluit consistere terra. — Huc pertinet et illud ejusdem *Virg.*, ubi hic adverbium est, 2. *Æn.* 743. Hic demum collectio omnibus una Defuit. — *c)* Ille, illa, etc. demum similiter usurpatur. *Plaut. Capt.* 1. 1. 37. Ille demum antiquis est adolescens moribus,

quojus numquam vultum tranquillavi gratiis. *Virg.* 1. *G.* 47. Illa seges demum votis respondet avari Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit. — *d)* Raro cum aliis pronominibus jungitur; quæ tamen aliqui precedenter admittunt. *Cic.* 3. *Legg.* 17. 38. Vos demum, ut video, legem antiquas sine tabella. *h. e.* non ego, sed vos tantum etc. *Quintil.* 1. 10. 5. Si ipsa demum æstimis. *h. e.* si ipsa eadem tantummodo æstimis. *Cels.* *præf.* Num quæ demum causæ — præstant etc. *h. e.* quæ post multas alias etc.; si tamen certa est lectio. — Apud *Cic.* 5. *Tusc.* 37. 107. Jam vero exsilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis querimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt? ex *Codicum collatione lege* quantum tandem a etc.

*C)* Jungitur et cum brevibus aliis particulis, quæ temporis aut conditionis rationem significant, et aliquid importat quædam affirmationem, et, veluti pluribus rebus consideratis, certam ratamque conclusionem rel quæ affirmatur. — *a)* Cum definita temporis aut numeri significazione (hinc *Paul. Diac.* p. 70. 8. *Müll.* demum ait significare etiam post). *Plaut. Asin.* 5. 2. 65. Postea demum hunc cræ adducam ad lenam. *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 31. 4. Unas enim post Idus Martias demum a Pansa literas accepi. *Sueton. Aug.* 10. Post biduum demum. *Plin.* 9. *Ep.* 36. Post somnum demum lectio nemque. *Ter. Adelph.* 5. 8. 15. Ego novus maritus anno demum quinto et sexagesimo fiam. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 23. quartâ vii demum exponimur horâ. *Ovid.* 13. *Met.* 209. decimo demum pugnavimus anno. *Sueton. Aug.* 21. Ne legatorum quidem cuiquam, nisi gratae hibernisque demum mensibus, permisit uero rem intervise. *Plin.* 5. *Ep.* 6. Tantis glæbis tecumacissimum solam quan primam prosecutur, adsurgit, ut nono demum sulco perdometur. Adde *eund.* 7. *ibid.* 2. — *b)* Cum Participio tempus aut conditionem significante. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 37. Damna tuis demum: vi coactus reddidit ducentos et mille philippum. — Sæpius cum Ablativo absol. *Virg.* 6. *Æn.* 637. His demum exactis, perfecto munere dum, Pervenere locos etc. *Sueton. Cæs.* 23. Appellato dehinc collegio. *Id. Aug.* 31. Mortuo demum (*Lepido*). *Id. Galb.* 3. Illitis demum galbano facibus. *Justin.* 1. 7. 3. Depictis demum plerisque. *Id.* 1. 10. 7. Quod et ipsum dissoluta demum affinitate procedit. — *c)* Cum verbo esse tempus aut conditionem significante. *Plaut. Merc.* 5. 2. 68. Servata res est dehinc, si ipsam video. *Ovid.* 15. *Met.* 122. Immenior est demum nec frugum munere dignus, Qui potuit etc. — *d)* Cum augendi vi per Comparativum vel Superlativum significata. *Plaut. Hosti.* 2. 2. 154. Latinus demum est operæ pretium ivisse. *h. e.* prids latius sive ulterius provexit oportuit, ut opera pretium sit. *Quintil.* 4. 2. 79. Videamus ergo, num expositio haec longior demum esse debeat, ei paulo verbosior preparatione. *Aurel. Vict. Vir. ilustr.* 46. Ex libris cognitum castissimæ demum feminæ manu moveri posse. — *e)* Denique generatim cum uno tantum vocabulo, quod, ratione habita totius propositionis, augendi vim aliquam importat. *Tac.* 1. *Ann.* 64. Nor demum inclinantes cum legiones adversæ pugnæ exemit. *h. e.* noctu demum legiones — exemptæ sunt. *Quintil.* 2. 15. 1. Alii malos quoque viros posse oratores dici putant, alli nomen hoc, artemque de qua loquimur, bonis demum tribui volunt. *h. e.* iis demum, qui boni sunt. *Id.* 11. 3. 98. Adeo — suis demum oculis credidit, quod efficeret. *h. e.* tunc tantum, quum suis ipse oculis vidit. *Id.* 1. 4. 11. Quo modo duabus demum vocalibus in se ipsas coeundi natura sit. *Id.* 1. 4. 29. Quædam (verba) tertia demum persone figura dicuntur, ut licet, piget. *Trajanus* apud *Plin.* 10. *Ep.* 33. Nobis autem utilitas demum spectanda est. *h. e.* non ceterarum rerum, sed utilitatis tantum ratio habenda est a nobis. Cf. *Quintil.* 8. 3. 3. Docendo judicem tantum, et utiliter demum ac Latine perspicueque dicendo. Et *Rutil. Lup.* 21. Fortiter demum.

*DÉMURMULO*, as, are, a. 1. murmurando dico. *Ovid.* 14. *Met.* 58. Ter novies carmen magico demurmurat ore.

*DÉMUS. I.* DEMUM init.

*DÉMUSSATUS*, a, um, particip. ab inus. demuso, quod a myso; translate tantum occurrit, et est dissimilatus, patienter et cum silentio toleratus. *Apul.* 3. *Met.* Demussata contumelia. *Amian.* 30. 1. 3. Injuriis, quas pertulerat, omnibus demussa-

tis. Sic *Ter. Adelph.* 2. 1. 53. Mussitanda injuria est.

*DÉMUTABILIS*, e, adjct. mutabilis, omnino mutabiles. *Prudent. Apotheos.* 344. Non convertibilis, nec demutabilis unquam Est Deus. *Tertull.* 2. *Anim.* 1. Demutabilis natura.

*DÉMUTATIÖ*, ônis, f. 3. mutatio. *Cic.* 2. *de republ.* (edente *A. Maio*) 4. Est autem maritimis urbibus etiam quædam corrupta ac demutatio mortuorum. Hic *Maius* adnotat ita scriptum primo in *Cod.*, altera vero manu expunctam suisse præpos. de, fortasse quia emendator prope insolitus vocabulum ignoraverit. At *Henrichius, Lehnerus, Steinakerus* et *Orellius* hoc v. in suis editione. recéperunt. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 29. (113). Et ideo versicoloris esse demutationis. *Alii multi et ipse Sillig.* leg. mutatio. Certa lectione *Tertull.* *Resurr. carn.* 55. Demutatio carnis. Adde *eund.* 4. *advers.* *Marcion.* 1. et 5. *ibid.* 10. extr.

*DÉMUTATOR*, ôris, m. 3. qui mutat. *Tertull.* *Resurr. carn.* 32. Argutissimi demutatores ossium.

*DÉMUTATUS*, a, um. *V. DEMUTO.*

*DÉMUTILO*, as, are, a. 1. idem ac mutilo. *Colum.* *Arbor.* 11. 2. Cacumina virgarum, ne luxuriantur, demutato.

*DÉMUTO*, as, ôvi, ôtum, are, a. 1. (de et muto). Part. *Demutatus* et *Demutandus* sub a. — Demutato est idem quod muto, sed frequenter mutationem in pejus evenire significat: et occurrit — *a)* Cum Accusativo. *Cato* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 10. Voices demutat, staticulos dat. *Plaut. Mil.* glor. 4. 7. 8. *Oratio* alio mibi demutanda est mea. *Id. Men.* 5. 2. 118. Imperium tuum demutat. *Tac.* 4. *Ann.* 16. Placitum institute flaminum nihil demutavi. *Gell.* 7. 1. In aliquo re demutare sententiam. *Tertull.* *Resurr. carn.* 55. et *Sulpic.* *Sever.* *epist.* 3. *ad Bassul.* a med. Caro demutata. Rursus *Plaut. Trin.* 1. 2. 36. Si mores ingenium tuum demutavit. *h. e.* corrumpunt. — *b)* Absolute demutare est pro demutari, et fere dicitur de eo, qui a priore agendis ratione aut sententia discedit. *Plaut. Mil.* glor. 3. 3. 37. Num quid videtur demutare, atque ut ego dixi esse vobis hunc militem? ubi tò quid vicem Accusativi facere videtur. Rursus *Plaut. Psud.* 1. 5. 149. Suspicio est mihi nunc vos suspicarier, me idecirco hæc tanta facinora promittere, qui vos oblectem, hanc fabulam dum transigam, neque sim fatetur quod facturum dixeram. Non demutabo. *Apul.* de *Mag.* Quamquam tætrum os tuum minimum a *Thyestæ* tragicò demutet.

*DÉNARIARIUS*, a, um, adjct. ad denarium nummum pertinens. *Volus. Mæcian.* de ass. distrib. § 64. Ut denariaria, sive sestertia ratio conficeretur.

*DÉNARISMUS*, i, m. 2. δηναριζομός, pensio denarii, cuius mentio fit ab *Imp. Valentinian.*, *Theodos.* et *Arcad.* *Cod. Theod.* 12. 1. 107. et 123. § 2.

*DÉNARIUM*, ii, n. 2. *V.* voc. seq. sub I. 2.

*DÉNARIUS*, a, um, adjct. Quod ad quantitatem attinet, secunda syllaba longa est. *Martial.* 2. 51. Unus sæpe tibi tota denarius area Quum sit. *Id.* 1. 118. et 9. 101. vocem denarii trisyllabam facit; pro duplice enim iti unicam scribebant veteres Romani.

— Ceterum

*I)* Proprie. ¶ 1. Denarius est decem continens. *Vitriv.* 3. 1. 5. *Schneid.* Denarius digitorum numerus. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 31. (58). Si fistulæ denaria erunt. *h. e.* quarum laminæ latitudo, antequam curvaretur; digitorum decem erat, ut ipsem *ibid.* explicat, itemque *Vitriv.* 8. 6. 4. *Schneid.* Nam apud *Frontin. Aquæd.* 25. dicuntur fistulæ denaria, senariae etc., quæ decem, aut sex quadrantes, *h. e.* quartæ digitæ partes in diametro habent. *Paul. Diac.* p. 71. 10. *Müll.* Denariae ceremoniae dicebantur et tricennariae, quibus sacra adiutur decem continuis diebus, aut trigesima certis quibusdam rebus carendum erat. ¶ 2. Denarius nummus et denarius absolute fuit nummus argenteus apud Romanos, qui primo decem asses valuit, deinde sexdecim, cuius quarta pars sestertia dicebatur, qui primo duobus assibus et dimidio, deinde quatuor æstimatus est, ut *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (45), *Varro* 5. *L. L.* 173. *Müll.*, *Vitriv.* 3. 1. *Schneid.* et *Paul. Diac.* p. 98. 1. *Müll.* docent. *V.* ARGENTEUS. *Lw.* 8. 11. extr. Vectigal jussus pendere quotannis denarios nummos quadringenos quinque-

nos. — **Absolute.** *Cic.* 3. *Off.* 23. 92. An emat denario, quod sit mille denariorum. pro denariorum; atque ita frequentius, quam certa pecunia summa describitur; cf. *Varron.* 8. L. L. 71. *Müll.* et *Gell.* 1. 8. Ceterum denariorum habet *Sueton.* *Tib.* 48; et *Cic.* 9. *Fam.* 18. Ollam denariorum implere. *Id.* *Fontej.* 5. 9. Quaternos denarios in singulas vii amphoras portorii nomine exigere. *Cæs.* 1. B. G. 52. Jam ad denarios quinquaginta in singulos modios annona pvernerat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 23. 53. (194). Justum est, singulas vobes simi denario ire. h. e. venire, vendi. Adde *Cic.* 5. *Verr.* 82. 189; *Liv.* 37. 59.; *Sueton.* *Aug.* 87.; et *Martial.* 9. 103. et 2. 51. — **Nentro genere** *Plaut.* *Rud.* 5. 2. 27. Centum denaria Philippien in pasceculo seorsum. subaudi numismata. *Cic.* *Quinct.* 4. 17. Decidis, statuisse, quid illis ad denarium solveretur. *V. Klotz* ad h. 1.; et infra sub II. — Denique denarice formæ apud *Lamprid.* *Alex.* 39. sunt ipsi denarii, de quibus modo est dictum. ¶ 3. A medicis Latinis denarius adhibetur ad significandum pondus drachmæ Atticae, ut *Plin.* 21. *Hist. nat.* 34. 109. (185) docet. Drachma autem ipsa continet octogesimam quartam partem librae, ut apud *Scribon.* epist. ad *Callistrat.* sub fin. legitur (tametsi aliter apud *Fann.* de ponderib. 35.). Ex quo fit septimam partem ponderis unciae denarii pondere contineri, ut *Cels.* 5. 17. docet. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 2. 4. (9). Cucumeris semen viginis denariorum pondere in hemina aqua datum. *Id.* 30. *ibid.* 7. 19. (56). Cochleæ quinque combustæ cum denarii pondere dimidiæ acaciae. Adde *Colum.* 7. R. R. 9. 2. — Hoc denarii pondus dividitur a *Celso* loco cit. in sex partes, id est sextantes, quæ totidem òpholois apud Graecos respondent. V. de his accuturis fuisseque disserenter *Gronov.* de pecun. *Vet.* 1. 2. c. 6. etc. ¶ 4. Fuit etiam denarius aureus, qui valuit aliquando denarios argenteos viginti quinque, sestertios vero centum. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (47). et 34. *ibid.* 7. 17. (37). V. **AUREUS.** ¶ 5. Sequiore vero tempore denarius fuit appellata moneta ex aere. Hinc apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 7. denarius appellatur as: V. locum in CAPUT. Et apud *Vopisc.* *Aurelian.* 9. Ipsi autem decernes argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centum. — Hujusmodi denariorum ærorum sex millia solidum constituebant ævo *Cassiodori* (1. *Variar.* 10.), qui solidus aureus erat pars septuagesima secunda librae auri; quia aureus numerus superiori tempore esset pars quadragesima librae ejusdem. V. *Gothofr.* ad *Cod.* *Theod.* 12. 1. 107.

II.) Improprie per metonymiam denarius ponitur ad significandam pecuniam. *Cic.* 2. *Att.* 6. extr. Equa spes sit denarii, an cistophoro Pompejano jaceamus. *Forcellinus* censuit, hoc loco et *Quinct.* 4. 17. (quem superius retulimus sub I. 2.) denarium ponit ad significandam monetam Romanam, quia certi populi nūmmos denarii nomine non habebant. — Hinc

*Denarium*, ii, n. 2. **absolute**, substantivorum more, sub I. 2.

*Denarius*, ii, m. 2. **absolute**, substantivorum more, sub I. 2. 3. 4. et 5. et II.

**DENARRO**, as, are, a. 1. (de et narro) plene et per ordinem narro, enarro. *Ter.* *Phorm.* 5. 7. 51. Haec adeo ego illi jam denarrabo. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 315. matri denarrabit, ut ingens Bellua cognatos eliserit. *Gell.* 1. 23. Puer rem, sicuti fuerat, denarrat.

**DENASCOB**, nascaris, nasci, dep. 3. (de et nascor) morior. *Cassius Hemina* apud *Non.* p. 101. 29. *Merc.* Quæ nata sunt ea omnia denasci ajunt. *Varro* 5. L. L. 70. *Müll.* Qui denascitur, ignem amittit ac frigescit.

**DENASO**, as, are, a. 1. (de et nasus) nasum aufero. *Plaut.* *Capt.* 3. 4. 73. Os denasabit tibi mordicus.

**DENATIUM.** V. **THANATIUM** et **ASCLEPIO-DOTON**.

**DENATO**, as, are, a. 1. (de et nato) deorsum nato. *Horat.* 3. *Od.* 7. 28. Nec quisquam citus æque Tusco denat alveo.

**DENDRACHÄTES**, æ, m. 1. ðændrakǣt̄s, gemina ex acinacrum genere, velut arbuseulis insignis, a ðændrōv arbor. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (139).

**DENDRITES**. *V.* voc. seq.

**DENDRITIS**, idis, f. 3. ðændrit̄s, pompa, quæ sub arbore defossa, non permittit securum habectari.

*Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (192). Apud *Capell.* 1. p. 20. legitur Nominativus dendrites.

**DENDRÖIDES**, æ, m. 1. ðændrɔ̄d̄s, titthymali species, h. e. arboreum: a ðændrōv arbor. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 45. (71). Cf. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 397.) hanc exhibet synonymian: Τιθυμαλλος ὁ εν ταις πετραις φύσμενος *Dioscor.* 4. 155. et *Tithymalus dendroides*, aliis cobios, aliis leptophyllus *Plin.* loc. cit. sunt *Euphorbia dendroides* L. *Spec. plant.* 662.

**DENDRÖPHORUS**, i, m. 2. ðændrɔ̄fɔ̄r̄s, qui arborem fert; a ðændrōv arbor et φέρω porto. Hinc ¶ 1. Silvanus, quia, ut alt. *Virg.* 1. G. 20., teneram fert ab radice cupressum, *dendrophorus* cognominatur in *Inscript.* apud *Gruter.* 64. 7., quæ est apud *Orell.* 1602. **SILVANO DENDROPHORO SACRVM** M. FOBLICIVS HILARVS MARGARITARIUS q. q. p. p. (quinquennalis perpetuus) CVM LIBERTIS MAGNO ET HERMONIANO DENDROPHORIS MAGNAE DEUM MATRIS DE SUO FECIT. ¶ 2. Praeterea *dendrophori* vocantur, qui in honorem Bacchi, aut Silvani, aut magne deum matris arbore stirpites excisis humeris per urbes portabant in festo, quod Graeci ðændrɔ̄fɔ̄r̄ay vocabant (*V. Viscont.* *Mus.* *Pio - Clem.* T. 3. p. 51. *edit. Mediol.*); constituebantque veluti corpus quoddam religiosorum hominum. V. *Inscript.* supra allatum, et *Reines.* ad *Inscript.* cl. 1. n. 40., qui multa habet hic spectantia. Sic in *Inscript.* apud *Orell.* 2383., quæ est apud *Mommisen.* *Inscript.* Neap. 2359. ex s. c. (h. e. ex senatus Romani consulto, ut recte *Mommisen.* *Ibid.* *interpretatur*) *DENDROPHORI CREATI* (curati mendose *Orell.*; at *creati* leg. *Reines.* et *Mommisen.*) QVI SVNT SVB CVRA XV. VIR. S. F. CCIV PATRON L. AMPIVS STEPHANVS SAC. M. DEI (*Mommisen* suspicatur legendum *matris DEE* pro *deæ*) Q. Q. DEND. (quinquennalis *dendrophorum*) DEDICATIO NI HVJS PANEM VINUM ET SPORTVLAS DEDIT. (Se- quuntur nomina LXXXVI.) — DEDICATA VII. ID. OCT. III. ET SEMEL COS. h. e. ann. post Chrt. n. 202. V. *Orell.* ad h. 1.; et *LIGNIFER.* ¶ 3. *Dendrophori* vocati sunt etiam artifices, qui materiem et universam rem lignariam ad ædificia extruenda, et naves ac bellicas machinas fabricandas administrabant. Horum collegium in omnibus fere urbibus erat, et Herculem præcipue ac *Silvanum* colebat. *Inscript.* apud *Gruter.* 45. 8. HERCVLI COMITI CVSTODI M. CAPSVS AVG. LVB. SOSTRATVS PRAEF. FABRORVM COLLEGII DENDROPHORVM etc. Adde *atiam* apud *Fabretti.* p. 601. n. 21. *Imp.* *Constantin.* M. *Cod.* *Theod.* 14. 8. 1. In quibuscumque oppidis *dendrophori* fuerint, cetoniariorum atque fabrorum corpori adnectantur, quoniam haec corpora frequenta hominum multiplicari expediat. — Negat *Salmas.* ad *Spartian.* *Carac.* 9., alias unquam suisse *dendrophorus*, quam qui aliquorum deorum ministri fuerunt; his similia habet *Murat.* in *Thesaur.* *Inscript.* p. 514. n. 12.: sed uteque fallitur. V. *CLASSIARIUS*; et *Schiassi*, *Lex.* *Morcell.* T. 1. p. 372. col. 1.

**DÉNÉCALIS**, e. V. **DENICALIS**.

**DÉNÉGATOR**, ðris, m. 3. qui denegat. *Gloss.* *Cyrill.* Απαρνητ̄ς, abnegator, denegator.

**DÉNÉGATUS**, a, um. V. *voc. seq.*

**DÉNÉGO**, as, ðvi, ðtura, are, a. 1. (de et nego).

Part. *Denegatus*, *Denegaturus* et *Denegandus* 2. — Denegare ad litteram est aliquid negando auferre: hinc ¶ 1. Stricto sensu denego est affirmo rem aliquam minime accidisse, ac, qui alteri sentit, eum mendacem esse ajo. *Plaut.* *Men.* 4. 2. 12. Datum denegant, quod datum est. *Tuc.* 15. *Ann.* 57. Atque interim Nero recordatus Volusii Proculi indicio Epicharlin attineri, ratusque nullubet corpus impar dolori, tormentis dilacerari jubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acerius torquentium, ne a femina spernerentur, pervicere, quin objecta demegaret. ¶ 2. Latiori sensu ac sèpius ponitur pro rebus, dare nolle, non dare: et quidem — a) Cum Accusativo rei, quæ recusat. *Plaut.* *Trin.* 5. 2. 46. Si tibi denegem, quod me oras. *Cic.* 7. *Verr.* 14. 35. Ut omnia semper, quæ jucunda videntur esse, non modo bis extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitatib. denegare. *Id.* 2. ad Q. p. 9. Divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. *Id.* 2. *Orat.* 29. 126. Ei nihil a natura denegatum. *Cæs.* 1. B. G. 42. Peccati denegare aliquid. *Id.* *ibid.* 32. Experti et denegata colloquia. *Iust.* B. *Gall.* 8. 45. Nulli denegare auxilla adversus Romanos. Adde *Propert.* 1. 6. 9. *Colum.* 1. H.

R. **præsat.** Sexum a natura viris denegatum mulieri motu mentiuntur. *Ovid.* 4. *Met.* 369. Denegare gaudia. *Val. Flæc.* 7. 318. artes. — b) Cum infinito. *Plaut.* *Stich.* 4. 1. 52. Ubi ille poscit, denegavit, se dare granum tritici. *Addit.* *Ter.* *Heaut.* 3. 1. 78. *Id.* *Ter.* *Andr.* 1. 5. 6. Qui denegarat, se commissurum mihi gnatum suum uxorem. *Propert.* 2. 19. 12. Et numquam pro te deneget esse miser. *Addit.* *Horat.* 3. *Od.* 16. 38. — c) Absolute. *Curt.* 5. 5. Desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus sit, ubi tamen accusatus misericordiam ex antecedenti patet. Cf. *Sueton.* *Cal.* 23. *Cic.* 1. *Att.* 1. Aquilum non arbitramur, qui denegavit et jucavat mōrbum etc. Ab aliter leg. *Sueton.* *Cæs.* 1. Satis constat, Sullam, cum deprecantibus amicissimis et ornatißimis aliquamdiu denegasset, atque illi pertinaciter contendenter, expugnatum tandem proclamasse etc.

**DÉNI**, æ, a, nomen numerale distributivum a decem. — In Genitivo plur. num. habet *denum*, ut reliquo fere hujusmodi distributiva. *Cic.* 4. *Verr.* 49. 122. Pueri ancorum senum septenunque *denum*. *Colum.* 2. R. R. 11. 26. Facito arcus latas pedum *denum*. — Invenitur tamen et *denorum*, si sona est lectio, apud *Liv.* 43. 5. extr. Ut *denorum* equorum illi commercium esset. — Ceterum *dén* est (It. a dieci a dieci; Fr. *dix par dix*, *dix à dix*; Hisp. *diez á diez*; Germ. *je zehn*; Angl. *ten by ten*).

I.) Proprie. *Cæs.* 3. B. G. 14. Britanni uxores habent deni duodenique inter se communes.

II.) Improprie, extra distributionem, pro decem. — a) In plur. numero. *Propert.* 2. 7. 39. *Penelope* poterat bis denas salva (h. e. integræ castitate) per annos Vivere. *Virg.* 11. *Æn.* 326. Bis denas Italotexamus robore naves. *Id.* 10. *ibid.* 213. Tot lecti proceres ter denis navibus ibant. — b) In singulari numero. *Ovid. Heroid.* 11. 45. Jam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi. Denaque luciferes Luna movebat equos. V. *Loers* ad h. 1. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 23. (80). Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. *Siliq.* vero legit alibi decuma.

**DÉNICALIS** vel *denecalis*, e, adject. *Denecalis* legitur apud *Festum* p. 242. 29. *Müll.* — *Denicalis* est ad necem pertinens; hinc *denicales* ferme, quibus homini mortui causa familia purgabatur, teste *Paul. Diac.* p. 70. 9. *Müll.*: non a *denus*, quia triduana erant, sed a *denico*, quod a *neco*. *Cic.* 2. *Legg.* 22. 53. Neque vero tam *denicales*, quæ a nece appellatae sunt, quia residentur mortui, quam ceterorum cælestium quieti dies, ferme nominarentur, nisi etc. Adde *Circum* apud *Gelt.* 16. 4. *Colum.* 2. R. R. 22. 5. Feriis *denicalibus* mulos jungere non licere.

**DÉNIGRATIÖ**, ðnis, f. 3. nigri coloris inducio. *Theod.* *Priscian.* 1. 1. *Denigratio capillorum.*

**DÉNIGRO**, as, are, a. 1. (de et niger) Part. *Denigratus* et *Denigrandus* I. — *Denigro* est nigrum facio.

I.) Proprie. *Varro* 1. R. R. 55. 7. Amurca denigrat terram. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 5. 53. (89). Cortex palme capillum denigrat suffusa. *Id.* 33. *ibid.* 6. 35. (109). Denigrare lanam. Adde *Scribon.* *Compos.* 208. *Julgat.* *Interpr.* Job. 30. 30. Cutis mea denigrata est. *Theod.* *Priscian.* 1. 10. in fin. *Glaucus* vero oculos si denigrare volueris, sic facies. *Id.* 4. 1. Ad denigrandos capillos.

II.) Translate. *Firmic.* 5. *Mathes.* 10. sub fin. Honorem famamque alicuius denigrare.

**DÉNIQUE**, adverb. Ratione habita etyma, videtur esse a *demum* et *que* adjectione syllabica, vel *quaque*: cf. *hodieque*. — Significat autem ad extremum (It. *finalmente*, alla fin fine, una volta finalmente; Fr. *enfin*, à la fin, au bout du compte, finale; Hisp. *enfin*, finalmente; Germ. am Ende noch, zu ausserst oder zuletzt noch, endlich, am Ende, zuletzt noch, gar noch; Engl. in fine, at last, finally, lastly). Usurpat autem A) Interdum, ut semper *demum*, cum aliis vocibus, quibuscum aliqua ratione seu relatione arte conjugantur; et B) Sæpius, quoniam adjectione *que* vim acquirit augetque, absolute adhibetur, quin ab alio perdeat vocabulo, quoque arte conjugantur: semperque ultimum vel extremum rerum ordinem significat subjicitque, quoniam aliquando in rerum enumeratione ab adverbio postremo excipiatur: V. *infra* sub B. 2. 1. b.

A) Usurpat interdum, ut semper *demum*, cum aliis vocibus, quibuscum aliqua ratione seu relatione

arcta conjungitur: hinc — a) *Nunc denique est idem quod nunc demum*, sed majori quadam vi. *Cic.* *Prov. cons.* 13. 33. *Nunc denique est perfectum*, ut imperii nostri terrarumque illarum idem esset extremum. *Id.* 9. *Fam.* 14. 5. *Tantum accessit ad eum anorem*, ut mihi nunc denique amare videat, antea dilexisse. *Varro* 3. *R. R.* 1. 2. *Nam in hoc nunc denique est*, ut dici possit etc. *Ovid.* 3. *Art. am.* 121. *Prisca* juvent alios: ego me nunc denique natum Gratulor. Adde *eund.* *Heroid.* 12. 105. — b) *Tum denique parum differt a tum demum*; sed tamen fere definitur per particulas *quam*, *si*, *postquam* etc., vel alii conditionalibus, quae eidem respondent. *Plaut. Capt.* 1. 2. 39. *Tum denique homines nostra intelligimus bona, quam, qua in potestate habuimus, ea amissimus.* *Cic.* 1. *Att.* 6. 2. *Nos Tusculano ita delectanit, ut nobismet ipsum tum denique, quam illo venimus, placeamus.* Adde *eund.* *Sull.* 13. 38. *Quinct.* 13. 43. *Planc.* 2. 4., 3. *Orat.* 36. 147., 3. *Fin.* 22. 76., 3. *Tusc.* 31. 77., 2. *Legg.* 4. 10. *Senect.* 23. 82. et alibi. *Id. Cætin.* 34. 100. *Tum amittunt hæc civitas denique, quam in qui profugit receptus est in exsilium.* Adde *eund.* *Amic.* 22. 84. *Id.* 1. *Fin.* 19. 64. *Qui si omnes veri erunt, tum denique poterit aliquid cognoscit et percipi.* Adde *eund.* 1. *ad Q. fr.* 1. 10. § 29. et 1. *de republ.* 6. *Id.* 5. *Fam.* 12. 5. *Qui tum denique sibi avelli jubet spiculum, poste aquam ei percontanti dictum est clipeum esse salvum.* *Liv.* 4. 55. *At tum denique desideranter impediendo bello, postquam non cessere nec publicæ tempestati, nec suæ invidiæ.* — Et præredente Ablativo absolute. *Cic.* 2. *Orat.* 77. 315. *Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique, quod primum est dicendum, postremo soleo cogitare.* — Et præcedente propositione conditionali. *Cic.* 1. *Tusc.* 13. 29. *Reminisce - quæ traduntur mysteria: tum denique quam hoc late pateat intelliges.* *Ovid. Heroid.* 10. 43. *Jamque oculus eruptus eras: tum denique Neyi.* — c) Præcedente Ablativo absolute sine particula *tum*. *Cic.* 9. *Att.* 2. A. § 2. *Qui enim amissio Corfinio denique certiore me sui consili fecit.* Adde *eund.* *Mil.* 13. 34. et *Fat.* 14. 33. Cf. *Ovid. Heroid.* 16. 215. *At mihi conspicere posita vix denique mensa.* — d) *Cum verbis, qua definitum tempus, præcipue per Ablativum, significant.* *Cic. Quinct.* 31. 99. *Ne is - segesimo denique anno dedecore - notetur.* *Id.* 5. *Att.* 20. 8. *Quæ ego diu ignorans ex suis jucundissimis litteris a. d. V. Kal. Januarias denique cognovi.* *Cæs.* 1. *B. G.* 22. *Multo denique die per exploratores cognovit etc.* Adde *eund.* 1. *B. C.* 5.; et *Sall. Jug.* 105. — e) *Is, ea, id cum denique junguntur; in quo ratio seu relatio liberior quidem est, non ita tamen, ut adverbium denique absolute omnino ponatur.* *Cic.* 10. *Fam.* 10. 1. *Is enim denique bonos mihi videri solent, qui etc.* Cf. *Ovid. Amor.* 4. 3. *Si qua metu dempto casta est; ea denique casta est.* *Rursus Cic. Quinct.* 19. 62. *Denique is, quem - procuratorem Romæ reliquit.* Adde *eund.* *Sext.* 11. 38.

B) Sæpius absolute usurpatur, quia ab alio pendeat vocabulo, quo cum arcta conjugatur: nec tamen significat *ad hæc, postea, ut Handius* (*Turpell. vol. 2. p. 265.*) et qui eum secuti sunt plures falso putarunt: sed priorem retinet significacionem, et occurrit ¶ 1. *Absolute omnino, præcipue apud veteres; ita ut rerum series vel ordo, cuius ultimum vel extremum per adverbium denique notatur, ex toto tantum orationis contextu colligi possit.* *Plaut. Trin.* 4. 2. 93. *Nisi quia Jubel experi'i, quo evasrust denique.* *Id. Pers.* 4. 1. 3. *Ferme ut quisque rem accurat suam, sic ei procedunt postprincipia denique.* *Cato* apud *Paul. Diac.* p. 6d. 1. *Mill.* *Quid ego cum illo disserset amplius, quem ego denique credo in pompa vicitatum ire ludis pro ceteris, atque rum spectatoribus sermocinaturum?* *Ter. Heaut.* 3. 3. 8. *Ut equidem - metu quid futurum denique esset.* *Id. Andr.* 3. 3. 25. *Nempe incommoditas denique hoc omnis reddit.* Adde *eund.* *Eun.* 1. 2. 78. *Id. Phorm.* 2. 2. 11. *Vereor, ne istæ fortitudo in nervum erumpat denique.* *Virg.* 2. *Ecl.* 7. *Nil nostri miserere. Mori me denique coges.* Adde *eund.* 2. *Aen.* 70. et 295., et alibi. ¶ 2. *Sæpissime, præcipue apud aureæ etatis scriptores, denique usurpatur, quum in oratione longior vel brevior rerum series inducit, cuius ultimum vel extremum membrum per adverbium denique significatur: et quidem — 1.) Nihil refert — a) Utrum, ipsam*

*rerum seriem adverbio denique atque alio simul vocabulo, ut puta ad extremum, ad postremum, postremo, tandem etc., quod eidem majorem addat vim, concludamus; quemadmodum apud Cic. post red. ad Quir. 7. 16. Primum vos docuit, meis consiliis rempubliam esse servatam, etc. — tum me in perorando posuit vos rogari a senatu, — rogari ab Italia cuncta: denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit.* *Id. Sext.* 47. 100. *Boni nescio quo modo tardiores sunt, et principis rerum neglectis ad extreum ipsa denique necessitate excitantur.* Cf. *Sueton. Cæs.* 75. *Denique tempore extremo etiam cunctis in Italianam redire permisit.* *Justin.* 12. 16. 12. *Victus denique ad postremum est non virtute bastiti.* Adde *eund.* 37. 1. 9. *Apul.* 2. *Met.* *Et tandem denique devorato pudore ad Milionem ajo.* Adde *eund.* 3. et 4. *ibid.* — b) *An adverbium denique, utpote debilis, penultimo loco: postremo vel ad postremum, utpote fortius, ultimo loco in rerum serie ponatur.* *Cic.* 2. *leg. Agr.* 23. 62. *Omnis urbes, agri, regna denique, postremo etiam vettigalia vestra venierint.* *Id.* 3. *Nat. D.* 9. 23. *Isto modo etiam disertus, musicus, et quidem mathematicus, magicus, omni denique doctrina eruditus, postremo philosophus erit mundus.* Adde *eund.* 2. *Fam.* 15. 6.; *Varron.* 8. *E. L.* 37. *Mill.*; et *Justin.* 23. 1. 15., et alios. — 2.) *Denique usurpatur in serie longiore — a) Quæ per asyndeton effertur.* *Cic.* 5. *Fin.* 3. 7. *Mathematici, poëtae, magici, medici denique ex hac tamquam ex omnium artium officina profecti sunt.* *Id.* 1. *leg. Agr.* 4. 11. *Provincias, civitates liberas, socios, amicos, reges denique exhauiunt.* *Id.* 2. *Cat.* 11. 25. *Copia cuius egestate, bona ratio cum perditæ, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.* Adde *eund.* 3. *ibid.* 11. 26. et 2. *Ferr.* 27. 70. *Id.* 1. *de republ.* 10. *Cum de moribus, de virtutibus, denique de re publica disputet.* *Id.* 1. *Att.* 14. 5. *Si id est convicium, vox plena gravitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis.* Adde *eund.* *pro leg. Manil.* 11. 40. *Sall. Jug.* 76. *Arma, tela, iocos, tempora, denique naturam ipsam ceteris imperitante industria viceat.* *Nepos Ireg.* 2. *Minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius rei denique cupidus.* Adde *Quintil.* 8. 3. 9. *Plaut. Merc. prol.* 71. *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis, tibi denique iste pariet laetitiam labos.* *Id. Asin.* 2. 2. 56. *Pernegabo atque obdurabo, perjurabo denique.* *Ter. Adelph.* 3. 4. 51. *Nitar, faciam, experiar, denique aninam relinquam, potius quam illam deseram.* Adde *eund.* *Hayr.* 4. 4. 95. *Cic. Rosc. Am.* 10. 28. *Consilium cuperunt plenum sceleris et audacie, ut nomen bujus de parrecio deferrant, ut ad eam rem aliquem accusatorem vete-rem compararent -, denique ut - tempore ipso pugnarent.* *Id. Flacc.* 4. 9. *Tribuo illis litteras, do multarum artium disciplinam, - non alimo sermonis leporem, - dicendi copiam: denique etiam - non repugno.* *Id. Rosc. Am.* 37. 168. *Si nihil in ista pugna Rosci, quod operæ pretium esset, fererant, quem ob causam a Chrysogono tantis præmiis donabantur?* Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit his gratias agi? deoique, ut perlitter ageretur, honoris aliquid haberi? *Forcellinus* postremum hunc locum singulari paragrapho distinxit, et denique pro ad summum interpretatus est. Ceteram addic *Cic. Sext.* 10. 22., *Mil.* 8. 20., 4. *Acad.* (2. pr.) 27. 87. et 1. *de republ.* 17. *Cæs.* 1. *B. C.* 72. *Cur etiam secundo prælio aliquos ex suis amitteret? cur vulnerari pateretur optime de se meritos milites? cur denique fortunam periclitaretur?* *Virg.* 2. *G.* 368. *Inde ubi Jain validis amplectae stirpis ulmos Exierint, tum strige conas, tum brachia tondit: Ante reformidant ferrum: tum denique dura Exerce imperia.* — Seriei membra etiam per particulam aut efferriri possunt. *Ter. Heaut.* 1. 1. 15. Numquam - tam vesperi donum revertor, quin te in fundo consiperit fodere, aut avara, aut aliquid ferre denique. *Cic. Arch.* 6. 12. *Qui tot annos ita vivo -, ut a nullius unquam me tempore aut commendo aut otium meum me abstracterit, aut voluptas avocari, aut denique somnus retardari.* *Horat.* 1. *Sat.* 2. 133. *Ne nomini pereant, aut pyga, aut denique fama.* — b) Aliquando longior series per varias particulas effertur. *Cic.* 2. *Cat.* 9. 20. *Primum omnium me ipsum vigilare, adesse, providere rei pu-*

blicæ: deinde magnos animos esse in bonis viris — deos denique immortales invicto populo — contra tantam vim sceleris præsentes auxilium esse laturos. *Adde eund.* *post red. ad Quir.* 7. 16., cuius verba superius retulimus. *Nepos Pelop.* 4. *Namque in Leuctrica pugna - hic fuit dux delecte manus, que prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus præterea periculis adfuit — Denique hec fuit altera persona Thebis, sed lamen secunda, ita ut proxime esset Epaminonde. *Domitius Alarius quid Quintil.* 6. 3. 105. In sermonibus, circulis, convicilibus, item in cutionibus, omni denique loco. *Quintil.* 6. 2. 15. Nonnumquam etiam lenis caloris alieni derisus ex forma venit. — Verum aliquanto magis propria sunt. — Denique hoc omne bonum et comeum virum posuit. — 3.) *Denique usurpatur etiam in breviori serie, quæ duabus fere partibus constat; barum vero posterior majorem, quam prior, vim habet et majus aliiquid significat.* Porro — a) *Duae partes vel membra artissimæ inter se conjunguntur.* *Cic. Quinct.* 16. 51. *Hæc in homines alienissimos, denique inimicissimos boni viri faciunt.* *Id.* 10. *Att.* 8. 4. *Quod malum maius, seu tantum denique?* *Id.* 2. *de republ.* 26. *Qui sibi cum civibus suis, qui denique cum omnibus hominum genere nullam esse juris communione velit.* *Id. Pis.* 20. 45. *Nemo bonus, nemo denique civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non orulis fugiat, auribus respuit.* *Id.* 4. *Ferr.* 23. 55. *De hoc, qui, antequam in jus aditum esset, antiquam denique mentis controversia facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse.* *Cæs.* 2. *B. G.* 33. *Quod deditio facta nostros præsidia deducturos, aut denique diligenter servatores crediderunt.* *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. *Quoniam omnia maledicta, versus denique obscenissimi in Clodium et Clodiano dicentur.* *Id.* 4. *Ferr.* 21. 127. *Negant id Syracusani per religiones sacrorum ullo modo fieri posse: sūt denique negant esse.* *Liv.* 4. 56. *Qui non ciuium, non denique hominum numero essent.* — b) *Duae partes vel membra conjunctionis vinculo soluto admodum ac laxissimo tenentur; et tunc denique non deinde vel postea, ut nonnulli putarunt, sed breviter, paucis, uno verbo significat.* *Ter. Andr.* 1. 1. 119. *Ego illud sedulo negare factum: ille instat factum. Denique ita tum discedo ab illo, ut qui se illum negat daturum.* *Id. Eun.* 3. 1. 42. *Risu omnes qui aderant emoriri: denique metuebant omnes Jane me.* *Cic. Quinct.* 23. 74. *Ubi crast ceteri creditores? Denique hoc tempore ubi sunt?* *Cæs.* 7. *B. G.* 34. *Ille imperat reliquæ civitatibus obsidies: denique ei rei constituit diem.* *Sall. Cat.* 21. *At nobis est domi inopia, foris æs alienum; mala res, spes multo asperior: denique quid reliqui habebus prætermisram animam?* *Id. orat. Philipp.* 1. *Maxime velle reimputare quielam esse, aut in periculis a prouoptissimo quoque defendi: denique prava incepita consultoribus noxae esse.* — 4.) *Hinc factum, ut apud sequioris ævi scriptores per adverbium denique peculiare aliquod eventum induceretur, quod præcedentibus quidem propositionibus generatim continentur, sed tamen præcedentium significatione inueniuntur: et tunc denique non pro consequenter, hinc, igitur ponitur, ut *Handius* aliquie putarunt; sed propriam, quam dimicis, retinet significationem, et ad supernum pro immo etiam aliquando accipi potest. *Justin.* 9. 4. 1. *Iulus victoriae callide dissimilata laetitia est.* Denique non solita sacra *Philippus illa* glie fecit, non in convivio risit etc. *Flor.* 1. 16. *Pulcherrima Campaniae plaga est: nihil mellius calo: denique bis floribus vernal.* *Dig.* 3. 1. 1. § 5. *Existat quidem exemplum ejus, qui gessit (magistratum coruscus).* *Appius* denique *Cæsus* consilii publicis interreat. *Id.* 48. 5. 8. *In questionibus læse majestatis etiam mulieres audiuntur. Conjuratio autem denique Sergii Catilinae Fulvia mulier detexit.***

DENOMEN, inis, n. 3. nomen derivativum, scilicet a patre, avo et majoribus. Vox a Lexico expuncta; occurrit enim tantummodo in *Not. Tiv.* p. 35.

DÉNOMINATIÖ, ònis, f. 3. actus denominandi ¶ 1. *Est hoc nomine figura rhetorica, Graece metonymia et hypallage dicta, Latine etiam traductio et inveniatur a Cic. 3. Orat.* 42. 167., que a propinquis et finitimi rebus trahit orationem, que possit intelligi res, que non suo vocabulo sit appellata. Id autem in inventore conficitur, ut si quis de Tarpejo loquens, eum Capitolinum nominet: aut ab invento, ut si quis pro Libero vinum, pro Cerere fruges ap-

pellet: aut ab instrumento dominum, ut serissas pro Macedonibus, materim Transalpinam pro Gallis: aut id, quod fit, ab eo qui facit, ut Martem pro bello: aut id, quod facit, ab eo quod fit, ut cum desidiosam artem dulcimus, quia facit desidiosos: aut ab eo, quod continet, id quod continetur, ut Armis Italia non potest vinci, nec Graecia disciplinis: aut ab eo, quod continetur, id quod continet, ut si quis aurum vel argentum aut ebatur nominet, quam divitias velit nominare. Hæc *Cic.* 4. *Herenn.* 32. 43. Add. *eund.* *Orat.* 27. 92.; *Quintil.* 8. 6.; et *Charis.* 4. p. 244. *Putsch.* ¶ 2. Item est al aliquo vocabulo derivata appellatio. *Boeth.* in *Aristot.* *Prædic.* 2. p. 162. Si vero ex alia sit denominatio, ut dicatur *ala* *ala*, sic conversus manet. *Id. Aith.* 1. 9. p. 1301. Semper enim si denominatio fuerit par, quantitas partis erit inpar.

**DENOMINATIVUS**, a, um, adject. *Denominativa* a Grammaticis dicuntur, quæcumque ab aliquo vocabulo habent appellationem, a quo differunt solo casu, hoc est solo fine, cuiusmodi sunt adjectiva a substantiis deducta, ut a *studio* *studiosus*, a *robore* *robustus*. Nomen enim denominativum debet communicare eum nomine univoco in principio, sed differre in fine. A *Cic.* conjugata dicuntur. *Priscian.* 4. *Initi.* p. 619. *Putsch.* Idem *Priscian.* de XII. vers. *En.* p. 1220. *Putsch.* Dic verbum denominativum *arma*, *as*, *at*, quod a nomine *arma* nascitur. *Id. ibid.* p. 1241. Ex hoc (*rex*) quoque fit verbum denominativum, id est a nomine derivatum, *regno*, *ar*, *at*.

**DENOMINATIVE**, adverb. denominativorum nominum ratione. *Capell.* 4. p. 114. Situs omnis denominative dicitur, ut *sedere a sessione*, *stare ab statione*.

**DENOMINATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DENOMINO**, as, ãvī, ãtūm, are, a. 1. (de et nomine). Part. *Denominatus*. — Denomino est a re aliqua nomen impono. *Cic.* 4. *Herenn.* 32. 43. Ab eo, quod continet, id quod continetur, hoc modo denominabitur. *Horat.* 3. *Od.* 17. 2. Priors binc (h. e. Lamo) Lamias ferunt denominatos. *V.* *Lübbek* ad h. l. *Quintil.* 8. 2. 4. Multa sunt et Graece et Latine non denominata. *Id.* 1. 5. 71. Propria sunt verba, quum id significant, in quod primum denominata sunt. *Id.* 3. 6. 41. De re denominata (cui opponitur de communis appellatione) ubi et factum esse certum est nec dubitatur, quid sit, quod factum est. Add. *eund.* 12. 10. 34.

**DENORMATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DENORMO**, as, ãlūm, are, a. 1. (de et norma). Part. *Denormatus*. — Denormo est extra regulam et normam esse facio, enormem atque inæqualem reddo. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 9. o si angulus ille Proximus accedit, qui nunc denominat agellum. *Auct.* de *limit.* p. 252. *Goes.* Linea denormata.

**DENOTATIO**, ãnis, f. 3. indicatio, demonstratio. *Quintil.* *Declam.* 19. 3. Omnim maledictis succlematis, omnium denotatione dampnatus. *Tertull.* *Cult. femin.* 13. Bonum ipsa denotatione sui exsultat.

**DENOTATUS**, a, um. *V.* **DENO**.

**DENOTATUS**, us, m. 4. idem quod denotatio. *Tertull.* *Pall.* 4. a med. Quantum denotati passivitas offert.

**DENOTO**, as, ãvī, ãtūm, are, a. 1. (de et nota). Part. *Denotans*; *Denotatus* (etiam in fin.) et *Denotandus*. — Notare est oculis designare, sicut *Cic.* 1. *Cat.* 1. 2: binc denotare est significare, signis notare, exacte designare (It. *notare*, *segnare*; Fr. *indiquer exactement*, *désigner*; Hisp. *designar*, *señalar*; Germ. *durch Zeichen abgrenzen*, *genau bezeichnen*; Angl. *to mark*, *signify*, *point out*, *apoint*, *determine*). *Cic.* pro *leg.* *Manil.* 3. 7. Qui una die, tota Asia, tot in civitatibus, uno nuncio atque una litterarum significatione cives Romanos necando trucidandosque denotavit. *Tac.* 3. *Ann.* 53. Denotantibus vobis ora at metus singulorum. *Rurcus* *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 18. 57. Cum ei res similes occurrant, quas non habeat denotatas. h. e. quarum notas vel proprietates minime perspercerit, ut eas internoscere possit. *Tac.* *Agric.* 45. Quum denotandis tot hominibus palloribus sufficeret sævus ille vultus et rubor. denotare hoc loco est facere, ut pallores cognoscerentur. *Sueton.* *Cal.* 56. ad fin. Quem, ut mollem et effeminatum, denotare omni probro consueverat. Cf. *Pompon.* *Dig.* 30. 54. Turpia legata,

quæ denotandi magis legatarii gratia scribuntur. h. e. infamia notandi. *Colum.* 3. *R. R.* 15. 1. Linea aliquo conspicuo colore denotata. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 17. 58. (199). Denotare creta pedes venarium. — Hinc Part. præter. pass.

*Denotatus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Denotator* apud *Tertull.* 1. advers. *nation.* 10. a med. Tanto denotator ad contumeliam mortum.

**DENS**, dentis, m. 3. ððoūs, ðv̄tōs. — In Genitivo plurali *dentium* habet, non *dentum*: quamvis *Varro* 8. *L. L.* 67. *Müll.* contrarium videatur docuisse. — Dentes sunt ossa omnium durissima in ore animalium, quibus cibus dividitur et teritur: a Graeca voce allata, quacum cf. Germ. *zahn* (It. *dente*; Fr. *dent*; Hisp. *diente*; Germ. *zahn*; Angl. *a tooth*).

I.) Proprie. *Arnob.* 3. p. 107. Subactionibus ciborum dentes triui generis atque in officiis triua compositi, nempe 1.º primores dicti a *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 15. (68), adversi oculis a *Cic.* 2. *Nat. D.* 54. 134. et præcisoris ab *Isid.* 11. *Orig.* 1. 52, et in pecudibus rapaces a *Veget.* 6. *Veterin.* 1. 1. *Schneid.*, Graece *topikoi*: 2.º canini a *Varro*. 2. *R. R.* 7. 3. et *Cels.* 8. 1, columellar ab *Isid.* loc. cit., in equis columellares a *Varro*, loc. cit. § 2. et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 64. (168), Graece *xυνδύτες*: 3.º molares ab *Isid.* loc. cit. et *Juvenal.* 13. 212., maxillares a *Cels.* loc. cit., genuini a *Cic.* loc. cit. et *Virg.* *Catal.* 5. 36., Graece *γόνιοι* vel *μύλοι* *Cic.* loc. cit. Dentibus in ore constructi mandantur, atque ab his extenuantur et molitus cibus. Eorum adversi acuti morsu dividunt escas: intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 61. (160). Dentium tria genera: scirrati, pectinatum coeunt, ne contrario occursu atterantur, ut piscibus; contiui, ut homini, equo; exserti, ut apro. Contiuerum qui digerunt cibum, lati et acuti; qui conficiunt, duplex; qui discriminant eos, canini appellantur. *Cels.* 8. 1. Ex dentibus quaterni primi, quia secant, *topikoi* a Graeciis nominantur: hi quatuor caninis ex omni parte cinguntur: ultra quos utrumque fere maxillares quini sunt etc. *Plaut.* *Truc.* 2. 1. 14. Bonis dentibus oportet esse probam lenam. *Vitriv.* 8. 1. *Schneid.* Procurbene in dentes. *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 57. *Eskulapius*, qui primus dentis evulsionem invenit. *Id.* 4. *Tusc.* 8. 19. Terrorem tremor et dentium crepitus consequitur. *Virg.* 8. *Æn.* 664. Infrendens dentibus. *Cels.* 2. 6. Stridere dentibus. *Virg.* 7. *Æn.* 279. Equimandunt sub dentibus aurum. *Id.* 8. *G.* 514. Lanaria dentibus artus. *Horat.* 1. *Od.* 13. 13. Imprimere dente notam labris. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (180). Colluere dentes. *Id.* 30. *ibid.* 4. 9. (27). fricare. *Id.* 28. *ibid.* 11. 49. (179). scarificare. *Id.* 30. *ibid.* 4. 9. (27). scalpare. *Id.* 28. *ibid.* 11. 49. (178). confirmare dentes mobiles. *Id.* 32. *ibid.* 7. 26. (79). extrahere. *Id.* 30. *ibid.* 8. 8. (25). evellere. *Cels.* 6. 9. eximere. *Juvenal.* 16. 10. excutere. *Val. Flacc.* 6. 437. Dentes Hydry. *Id.* 7. 554. Dens Chionius.

II.) Translate. ¶ 1. *Dens Indus* est dens elephanti, b. e. ebur. *Catull.* 63. 47. *Pulvinar* vero divaricata locatur Sediibus in mediis, Indo quod denti politum *Tincta* petet rosea conchylii purpura suco. Adde *Ovid.* 8. *Met.* 287. Eodem sensu *Propert.* 2. 21. 12. Et valvae Libyci nobile deatis opus. Et *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 28. Et totum Numidae sculpili dentis opus. Et *Martial.* 13. 100. Dens Erythræus. Adde *Stat.* 3. *Silv.* 3. 95. Et dens absolute apud *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 25. (91). *Scabritia* (*papyri*) laevigatur dente conchave, sed caducæ litteræ sunt. ¶ 2. Figuræ aliquot dicendi rationes a dentibus sumptis sunt: — a) Dente superbo male tangere cibum, apud *Horat.* 2. *Sat.* 6. 87. es: contingere et fastidire. Contra *Martial.* 1. 15. Quam prensus blando toties a dente (*teonis*) redire, Et per aperta vagus curreret ora lepus. — b) Albis dentibus deridere, apud *Plaut.* *Epid.* 3. 3. 4b. est effuso risu, ita ut dentes ostendantur, subsannare. — c) Venies sub dentem, apud *Petron.* *fragm.* *Tragur.* 58. *Burmann.* est incides in me iratum et mordere paratum. ¶ 3. Per metonymiam dentes dicuntur quæcumque ita formata sunt, ut dentum similitudinem referant: scilicet — a) Cuspis aratri, quia, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 135. *Müll.* eo mordetur terra. *Virg.* 2. *G.* 423. Ipsa satilis tellus, quum dente recluditur uncio, Sufficit humorem. *Colum.* 2. *R. R.* 4. 6. Respiruit duritia soli dens aratri. *Lucan.* 7. 859. Pluraque

ruricolis feriuntur dentibus ossa. *Forcellinus* hoc *Lucani* loco dentes accepereat de cuspidibus rastri, aut sarcidi. — b) De cuspidi irlipis, quo herbae extirpantur. *Varro* 5. *L. L.* 136. *Müll.*; et *Paul. Diaç.* p. 105. 16. *Müll.* — c) De pectine tum capillorum, tum lanæ, quia dentatus est. *Tibull.* 1. 10. 68. Et tenues denso pectere dente comas. *Cloudian.* *Nupt.* *Honor.* et *Mar.* 102. hæc morsu numerosi dentis eburno Multifidum discrimen arat. *Varro* 5. *L. L.* 113. *Müll.*, ubi de pectine lanæ loquitur. — d) Item de clavi, qua dentata esse solet. *Tibull.* 1. 2. 18. Seu reserat fito dente puella fore. *V. CLAVICULA.* — e) Item de ferro, quod venabulo praesigitur. *Grat.* *Cyneq.* 108. valido primus venabula dentis induit. — f) Tribuitur et serræ. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 83. (227). Ligae viridia serrarum dentes replent æqualitate inertis. Adde *Ovid.* 8. *Met.* 216. — g) Item de cuspidi ancoræ. *Virg.* 6. *Æn.* 3. tum dente tenaci Ancora fundabat naves. — h) Item de falce, qua *Saturni* dens dicitur. *Virg.* 2. *G.* 406. et curvo *Saturni* dente relictam Persegitur vitem attondens. — i) Sunt etiam dentes in subtractionibus structuræ strucrum dentum imitantur. *Vitriv.* 6. 8. 7. *Schneid.* Præterea introrsus contra terrenum uti dentes conjuncti muro serratum struantur, ut singuli dentes ab muro tantum distent, quanta altitudo futura erit subtractionis: crassitudines autem habeant dentum strucrum uti muri. ¶ 4. Translate de livore et invidia. *Cic.* *Balb.* 26. 57. Non illo inimico, sed hoc maledicto dente carpunt. *Horat.* 4. *Od.* 3. 16. Dente inido morderi *Id. Epod.* 6. 15. Atro dente petere aliquem. *Phœdr.* 4. 7. Mordaciorem improbo dente appetere. — Hæc pertinent et illa *Ovid.* 15. *Met.* 234. Tempor edax rerum tuque invidiosa vetustas Omnia desiderat; vitiataque dentibus ævi Paullatim levata consumitis omnia morte. *Lucret.* 1. 851. Nam quid in oppressu valido durabit eorum, Ut mortem effugiat Iei sub dentibus ipsis? *Petron.* *Satyr.* 42. Aque dentes habent. h. e. arrodit nos, facit corpus mollius ac fluidius: et hoc habet speciem proverbii. Cf. *Hippocraticum* illud 6. *Epin.* 4. n. 18. ûðw̄p ßøpp̄c̄v, h. e. aqua torax; et *V.* *Interpr.* ad h. l.

**DENSABILIS**, e, adject. densans. *Car. Aurel.* 3. *Tard.* 3. Densabilis vaporatio. *Id.* 5. *ibid.* 7. cibus. *Id.* 2. *Acut.* 18. Quum sit et hoc (*absynthium*) generaliter acre atque densabile.

**DENSATIO**, ãnis, f. 3. Idem quod coactio, spissatio. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 39. (82). Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur. *Theod.* *Priscian.* 4. in fin. Unde et respiratio impeditur oppressione pulmonis, et densatio (sit) in vasculis, hec est venis.

**DENSATIVUS**, a, um, adject. idem ac densabilis. *Carl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. Densative virtutis esse.

**DENSATUS**, a, um. *V.* **DENSO**.

**DENSE**, adverb. Comp. *Densius* I. et II.; Sup. *Densissime* I. — Dense est spissæ (It. *densamente*; Fr. *d'une manière épaisse*, *drue*, *serrée*; Hisp. *espesamente*; Germ. *dicht*; Angl. *thickly*, *closely*, *close together*).

I.) Proprie. *Vitriv.* 5. 12. 5. *Schneid.* Bene et quam densissime calcatum. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 37. 67. (173). de alnis. Cæsæque densius in numero berede prorsint. *Ammian.* 24. 6. Densius se commovet.

II.) Translate usurpatur fere de tempore, et est sæpe, perpetuo. *Cic.* *Orat.* 2. 7. Idem apud alios densius, apud alios rarius. h. e. sæpius. Sic *Ovid.* 1. *Pont.* 9. 11. Nulla tamen subeunt mibi tempora densius istis. *Car. Aurel.* 2. *Acut.* 37. a med. Non dense atque semel rivum detrahere, sed paullatione subducere.

**DENSEO**, es, ãtum, ere, a. 2. *Densere* in libris MSS. sæpissime cum *densare* confunditur, ut et infra dicimus sub I. — *Part. Densetum*, occurrit apud *Macrobi.* et *Prudent.*, quorum locis *V.* infra sub I.; et differt a *densatus*, inquit Grammatici, quod significat ab alio, dentatus qui natura sua spissus est. Ubique tamen alii leg. *Densatus*. — Ceterum dense est spissæ, cogo, coagulo (It. *spissare*, *condensare*; Fr. *condenser*, *épaisser*; Hisp. *condensar*, *espesar*; Germ. *dichten* machen, *verdichten*; Angl. *to thicken*, *make thick*).

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Od.* 28. 19. Mixta seaum ac juvenum densentur funera. Ita legit *Lambinus* et *Bentley*, et *densantur* (quod legitur vulgo) corrut-

ptum putant. Similiter densere pro densare tuentur alii in illo Virg. 1. G. 419. Juppiter humidus austris Denset, erant quæ rara modo, et quæ densa, relaxat, et Servius in illo 7. En. 794. clipeataque totis Agmina denserunt campis, et 11. ibid. 650. Et nunc lenta manu spargens hastilia denset. h. e. dense jacit. V. Wagner. ad Virg. 1. G. 248. et 419. Hinc addenseo et condenseo: quorum illud ejusdem Virg., hoc Lucretii est. Plura etiam in Ovidio, Silio It., et Prudenti loca restitutum hac ratione Heinrichus ad 3. Fast. 820., et in Lucretio Parens in Indice Lucretiano etc. Bujusmodi sunt, quæ Lachmann. quoque recepit, Lucret. 1. 647. denserunt aer. Id. 1. 647. denserunt ignis. Id. 1. 656. denserunt ignes. Id. 1. 661. denserunt omnia. Prudent. 5. Cathe-mer. 53. denserunt turba. Macrobi. 1. Somn. Scip. 3. extr. Cuius corpus ita natura densetur est, ut etc. Id. 7. Saturn. 7. Corpus naturali frigore densetur. Adde eund. ibid. 12. et Prudent. Hamartig. 908. — Adde quod Charis. 1. p. 233. Putsch inter alla enumerat etiam denseo, cuius Praeteritum perf. densi esse ait, nullo tamen auctore confirmat. — Porro in neutra significazione pro coire, coagulari (quod quidam scripturant) nisi certa exempla invenias, ne usurpaveris: nam quod afferunt et Plin. 20. Hist. nat. 14. 53. (147). Acesero densoreque lac non patitur: in melioribus libris legitur dense-rique.

II.) Translate. Ovid. 14. Met. 369. Tum quoque cantato denserunt carmine cælum, Et nebulae exhalat humus. h. e. in nubem cogiturn aer. Tac. 2. Ann. 14. Denserunt ictus, ora mucronibus quererent. h. e. ictus crebro admodum vibrarent. — Absolute Lucret. 6. 480. Urget enim quoque signiferi super ætheria aestus, Et quasi densendo subtexit corcula nimbis.

DENSESCO, is, ere, n. inchoat. 3. densus flo. Paulin. Petrocor. 6. de Vita Martin. 234. Vicinum doluit tenebris densescere solom.

DENSITUS, a, um. V. DENSEO.

DENSITAS, sita, f. 3. crebritas, spissitudo, coarctatio nimis conjunctarum partium.

I.) Proprie. Plin. 35. Hist. nat. 15. 51. (178). Linus spissatur et in densitatem colit. Id. 11. ibid. 3. 2. (6). Densitas humoris. Id. 26. ibid. 12. 76. (123). tunicarum oculi. Id. 13. ibid. 12. 24. (78). chartæ. Colum. 3. R. R. 2. 12. pampini. Geil. 2. 6. ad fin. Copia et densitas nuri in squamarum speciem intexti. — Et figurate. Cod. Theod. 9. 17. 5. § 1. Densitas inconsistentum. Pacat. Paneg. Constant. 19. populi. Adde Ammian. 19. 2. 24. 2. et 23. 6.; et Iov. p. 13.

II.) Translate. Quintil. 8. 5. 26. Densitas sententiarum obstat invicem. Id. 9. 2. 72. Densitate ipsæ figuræ aperiuntur.

DENSO, as, avi, stum, are, a. 1. V. DENSEO init. — Part. Densans et Densatus I.; Densandus II. — Denso est spiso, cosa.

I. Proprie. Virg. 1. G. 248. Densantur nocte tenebrae. Quintil. 5. 9. 16. et Virg. Densatus et lavatus aer. Ovid. 13. Met. 604. Atra favilla volat, glomerataque corpus in unum Densatur. Lucan. 4. 76. nubes largas densantur in imbre. Plin. 11. Hist. nat. 41. 98. (239). Densare lac in butyrum. Id. 26. ibid. 7. 25. (40). Succus densatus in cumminum. Id. 25. ibid. 11. 83. (132). Desuentem capillum confirmat et densat. Id. 10. ibid. 29. 43. (81). Densante se fronte, et densans se fronte, et densans se fronte, et remissa. Id. 9. 3. 101. Ne eæ quidem (figuræ) quæ recte flunt, densandas sunt nimis. — Hinc Part. præter. pass.

Densatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. Densator tribuitur a quibusdam Macrobi. 7. Saturn. 12. a med., ubi ali plerique leg. densior.

DENSUS, a, um, adjecit. Comp. Densator I.; Sup. Densissimus I. et II. 1. — Ratione habita etyma, Varro 5. L. L. 113. Müll. doret densum esse a dentibus pectinatis, quibus seritur lana: quod Forcellinus

minime probat et deducit a δῶρος hirsutus, unde primum densus, mox densus. Ceterum V. Döderlein, Latein. Synonym. vol. 4. p. 435. — Densus est spissus, creber, cuius scilicet partes aliae alias arcæ adhærent compactaque sunt; eique varus opponitur, ut apud Lucret. 1. 655. nedum variantia rerum Tanta queat densus rarisque ex ignibus esse. (It. denso, spesso, gremito; Fr. dru, dense, serré, pressé, entassé; Hisp. espeso, denso, juncto, cerrado; Germ. dicht, gedrängt; Angl. thick, close, set close).

I.) Proprie occurrit de toto, quod plurimis ejusdem generis partibus constat; et usurpatum — a) Absolute. Cæs. 3. B. G. 29. Densiores silvae. Adde eund. 4. ibid. 38. Virg. 2. G. 274. si pinguis azros metabere rampi, Densa sere: in denso non segnior ubere Bacchus. Lucan. 2. 610. Densum æquor. h. e. gelu strictum. Horat. 2. Od. 7. 14. aer. Virg. 1. G. 334. densissimus imber. Cels. 1. præfat. et 3. 22. Densum cælum. h. e. aer crassus. Cf. eund. 1. 3. extr. Densus cibus. Ovid. 2. Met. 576. Densum litus. h. e. spissum arenis. Plin. 37. Hist. nat. 5. 18. (68). Smaragdi densi, nec e liquido translucidi. Id. 11. ibid. 23. 27. (77). Adversum biemem tunicas sibi instaurare densas. Id. 29. ibid. 1. 2. (4). Densissima noxi. Gell. 18. 1. extr. Densiores tenebrae. Lucret. 6. 99. Verum ubincunque magis denso sunt agmine nubes etc. Cf. Ovid. Heroid. 16. 183. Occurrent denso tibi Troades agmine inates. Adde Sueton. Cal. 51. Tac. 2. Hist. 14. Densi ordines. — b) Apud Poetas usurpatum cum Ablativo rerum, quibus aliquid dense legitur. Vetus Poeta apud Cic. 1. Nat. D. 42. 119. Nocturno aditu occulta contulunt Silvestribus sapientib[us] densa. Ovid. 19. Met. 848. Nec mihi quod rigidis horrent densissima sæcis corpora, etc. Id. 3. ibid. 29. Est specus in medio virgis ac vicina densus. Id. ibid. 155. Vallis erat picea et acuta densa cupressu. Id. 10. ibid. 54. tristes caligine densus opaca. Id. 3. Art. am. 691. Densa folia buxi. Id. 3. Amor. 1. 32. Caput densum cæsarie. Id. 12. Met. 247. Funale densum lampadibus. h. e. multas habens lampades.

II.) Improproprie. ¶ 1. Figurate ponitur de singulis partibus, quæ totum aliquod constituant, quæque inter se arcte premuntur. Cæs. 7. B. G. 46. Inferiore omni spatio relicto, superiore partem collis usque ad murum oppidi denissimis castris compleverant. Cf. Tibull. 1. 10. 68. Aut tenues denso pectere dente comas. Virg. 2. En. 511. densos fertur moriturus in hostes. Ovid. 2. Met. 717. densi circumstant sacra ministri. Huc referri potest et illud Colum. 1. R. R. præfat. 26. Sues densæ. h. e. quæ sætas habent densas. ¶ 2. Ponitur etiam de tempore, et densum est quod saepè ac frequenter fit, quod perpetua serie accedit, quod etiam diu perdurat. Virg. 5. En. 459. sic densis ictibus heros Creber utraque manu pulsat versatque Daret. h. e. frequentibus. Cf. eund. 4. G. 347. densos divum numerabat amores. Et Ovid. 4. Pont. 7. 15. Densa percula, et ibid. 3. 15. Densus usus. Et Val. Flacc. 5. 169. Densus labor. h. e. creber, multus. Id. 3. 604. Densa silentia. Forcellinus interpretatus est alta, profunda; sed rectius fortasse interpretaris dia perdurantia, collato Virg. 3. G. 198. Densus Aquilo. h. e. pertinax. ¶ 3. Speciatim transfertur etiam ad orationem apud Quintil. 11. 3. 63. Aspera ac densa vox. Id. 10. 1. 76. Tam densa omnia (in Demosthene). Id. ibid. § 73. Densus et brevis et semper instans sibi Thucydides; dulcis et candidus et susus Herodotus. Id. ibid. § 106. Densor ille, hic copiosor. — Et cum addito Ablativo Id. ibid. § 68. Euripi sententiis densis. — NB. de cogn. Rom. V. NOM.

DENTALE, is, n. 3. a dente. In singulari numero occurrit tantum apud Servium ad Virg. 1. G. 172.: apud autores optimè notæ in plurali numero usurpatum. — Dentale

I.) Proprie est lignum illud aratri, in quod vomer inscritur, ob similitudinem, uti docet Servius ad illud Virg. 1. G. 172. duplice aptantur dentalia dorso. Colum. 2. R. R. 2. 24. Etilgus vomeribus et dentalibus terram subigere, quo minoris formæ bus administrari possit.

II.) Improproprie dentale dicitur ipsum aralrum, per synecdochen. Pers. 1. 73. sulcoque tercens dentalia. — Dentalia etiam diruntur cuspides rastrorum, quibus era fuit terra atque eruitur. Varro 5. L. L.

136. Müll. Postrema hæc Forcellinus: at Müllerus pro dentalis cum Turnebus legit dentalis. Varronis verba suot: Rastri, quibus dentalis penitus eridunt terram atque eruant, a quo rutu rastri dicti.

DENTALIS, is, f. 3. ita vocatur herba quedam, de qua V. GALLICULANS.

DENTARIUS, a, um, adjecit. qui ad dentes pertinet. Apul. Herb. 4. et 8. vocat herbam dentaliam hyoscyamon, quia dentum dolorem sanare putatur. Gloss. Cyril. Odontoxys, forser dentalia. Al. leg. forser, dentalia.

DENTARPAGA, æ, f. 1. instrumentum, quo dentes evelluntur; ὀδονταρπά: a densa, et απταξ, αγος rapax. Varro apud Non. p. 99. 24. Merc. Hic bipennis forcipes dentalpæ.

DENTATUS, a, uni, adjecit. dentes habens.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dentatus est dentibus praeditus. Ovid. Remed. am. 339. Puella male dentata. Martial. 1. 73. Sic dentata sibi videtur. Argile Emptis ossibus Indicoque cornu. Plin. 7. Hist. nat. 16. 15. (69). Quosdam et cum dentibus nasci, sicut M. Curium, qui ob id Dentatus cognominatus est. (L. Sicinii, vel Sicili Dentati mirum robur in præliis et plurima danda militaria recensent Varro apud Fulgent. Planc. de prisco serm. p. 560. 2. Merc., Plin. 7. Hist. nat. 23. 29. (101), Val. Max. 3. 2. n. 21. et Gell. 2. 11., ubi adid appellatum esse Achille Romanum. V. et Dionys. Histic. 1. 10.). ¶ 2. Latiori sensu, vel figurate dentata bestia vel fera, seu dentata absolute, est leo, tigris, aut elephas, quæ scilicet bestiæ publicis spectaculis ac certaminibus inserviebant. Ulp. Dig. 3. 1. 1. § 6. Bestias accipere debemus ex feritate inagis, quam ex animalis genere: nam quid si leo sit, sed mansuetus? vel alia dentata mansuetæ? Atii leg. dentata bestia. Ammian. 31. 10. a med. Hic quoque intra septa, quæ appellant vivaria, sagittarum pulsibus crebris dentatas conficiens bestias. Adde eund. 10. 6. Inscript. apud Gruter. 484. 6. DIEM FELICISSIMUM III. ID. JAN. NATALIS DEI PATRII NOSTRI VENATIONE PASSERVM, DENIS BESTIIS ET III. PERIS DENTATIS ET III. PARITER HERIB[us] DIMICANTIBVS CETEROQUE HONESTISSIMO APPARATU LAROITER EXHIBIT. — Hinc joculariter Plaut. Pseud. 4. 4. 3. Noli ego te ad illum duco dentatum virum. h. e. mordacein: Forcellinus tamen cum aliis interpretatus est eum, qui magnos habentes dentes.

II.) Improproprie. ¶ 1. Per metonymiam dentata dicuntur instrumenta, quæ pluribus spiculis ad dentum similitudinem instructa sunt. Varro 5. L. L. 136. Müll. Rastrum dentatum. Grat. Cyneq. 92. Dentata pedica. h. e. hamis, quasi dentibus, munita. Plin. 18. Hist. nat. 18. 48. (173). Dentata crates. Id. 36. ibid. 22. 48. (167). Albus lapis dentata serra secatur. ¶ 2. Charta dentata apud Cic. 2. ad Q. fr. 15. 6. est polita et levigata dente apri, aut potius elephanti, ut calamus currat expeditius. Scribit enim Plin. 13. Hist. nat. 12. 25. (81). scabritiam chartæ dente, vel concha levigari.

DENTEX, vel dentix, icis, m. 3. placis marlinus (Italice dentale) a dentibus, quos externos habet. In plurali numero occurrit apud Colum. 8. R. R. 16. 8. et Apic. 4. 2.; in singulari dentis apud Isid. 12. Orig. 6. 23.

DENTICULA. V. LENTICULA.

DENTICULATUS, a, uni, adjecit. qui crebros denticulos habet, ut serra denticulata, et herbae denticulatae, quæ foliorum ambitus quibusdam quasi denticulis habent incisum. Plin. 9. Hist. nat. 31. 51. (97). Bina brachia (cancri) denticulatis forcipibus. Id. 9. ibid. 33. 52. (102). Denticulatae conchas. Id. 11. ibid. 37. 79. (201). Venter denticulatae asperatus. Id. 26. ibid. 15. 93. (184). Denticulatum olos. Colum. 2. R. R. 21. 3. Falcibus rostratis, vel denticulatum culmum secure.

DENTICULUS, i, m. 2. diminut. a dens, parvus dens.

I.) Proprie. Pallad. 1. R. R. 23. 6. Quum infantibus tenuentes gingivas denticullæ aperire nituntur. Apul. de Mag. Viperæ ritu, niveo denticulo atrum venenum inspirare.

II.) Improproprie. ¶ 1. Per metonymiam denticulus dicitur ferramentum rusticum denticulatum, demetendis spicis aptum. Pallad. 7. R. R. 2. 4. Omnis spica in carpentum denticulis comprehensa cunatur. V. Colum. 2. R. R. 21. 3., ubi denticulatum faciem appellat. ¶ 2. Item ornementum in archi-

textura, in zophora ordinis Jonici et Corinthii, a similitudine sic dictum. *Vitruv.* 3. 3. *a med.* et 1. 2. et 4. 2.

**DENTIDUCUM**, i, n. 2. (dens et duco) idem ac dentarpaga. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. *ad fin.* Ὀδονταγόνη, quod nos dentiducum dicere poterimus, apud Delphos in Apollinis templo propositum. *h. e.* instrumentum extrahendis dentibus aptum.

**DENTIFRANGIBULUM**, i, n. 2. (dens et frango) instrumentum, quo dentes effringuntur. Hinc lepide *Plaut. Bacch.* 4. 2. 14. Dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt. *h. e.* pugni. — *Id. ibid.* v. 23. dentifrangibulum masc. gen. vocat eum qui dentes frangit.

**DENTIFRANGIBULUS**, i, m. 2. *F.* voc. præced. in fin.

**DENTIFRICIUM**. ii, n. 2. (dens et frico) medicamentum, quo dentes fricantur, ut fiant candidi. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 3. 11. (46). Putaminis cinere fit dentifricium. *Id.* 32. *ibid.* 6. 21. (65). Testæ cinis dentifricio placet. *Id.* 28. *ibid.* 11. 49. (178). Capitis leporis cinis dentifricium est. Adde *Scribon. Compos.* 59; *Apul. de Mag. bis;* *Martial.* 14. 56. in temmste: et cf. *Hæronym. Ep.* 147. n. 8. Dentes pulvere terris. Item *Seren. Sammon.* 14. 238. Quod vero adsumpsit nomen de dente fricando, cervino ex cornu cinis est. *F.* ibi reliqua.

**DENTILEGUS**, i, m. 2. (dens et lego) dicitur qui ita percussus est, ut ei opus sit suos dentes colligere. *Plaut. Capt.* 4. 2. 18. Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendiro. *Alii leg.* dentiloquos, *h. e.* illis dentes excutiam, quos expuerunt loco verborum: vulgata tamen lectio est præferenda.

**DENTILÖQUUS**. *F.* voc. præced.

**DENTIO**, is, ire, n. 4. Part. *Dentiens I.* et *II.* — Dentio est dentes emitto.

I.) Proprie. *Cels.* 2. 1. *post med.* et *Plin.* 30. *Hist. nat.* 3. 8. (22). Cinis eorum pueros tardc dentientes adjuvat cum melle. *Theod.* *Priscian.* 4. 1. ad fin. Catuli dens dentientibus infantibus auxilium præstat.

II.) Impropræ dentire quoque dentes joculariter dicuntur, quum dolent, quia cibo carent. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 34. Venter creat omnes has ærumnas: auribus perhaurienda sunt, ne dentes dentiant. *h. e.* ne crepitent nimium, dum nihil cibi frangunt. Similiter *Varro* ex emendatione *Scaligeri* apud *Non.* p. 77. 10. *Merc.* Ne jacentem sub dio ambasset algus, dentientem frigore. *h. e.* cui dentes frigore crepitabant. *Freund.* in suo *Lexico* impeditam *Scaligeri* conjecturam secutus est: at *Oehler* (*M. Ter. Varro. Satur. Menipp. Rel.* p. 120) rectius legendum putat: *Tegez, pruina ne jacente n subdealbet algus (accus.) dante frigore.*

**DENTIO**, onis, f. 3. actio dentium emittendorum, idem ac dentitio. *Plin. Valer.* 1. 4. 2. Dentes equi, qui primi cadunt, alligati, facilem dentitionem præstant.

**DENTISCALPIUM**, i, n. 2. (dens et scalpo) instrumentum quo scalpuntur dentes. *Martial.* 7. 53. Et dentiscalpia septem. Adde *eund.* 14. 22.

**DENTITIO**, onis, i, 3. dentium emissio. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 19. 78. (257). Infantibus nihil butyro utilius, et in dentitione, et ad gingivæ. *Theod.* *Priscian.* 4. 1. *ad fin.* Ad dentitionem infantium. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 15. 47. (135). Ad dentitiones cerebrum percoris utilissimum est. Adde *Veget.* 3. *Veget.* 25. 1. *Schneid.*

**DENTOSUS**, a, um, adject. dentes habens. *Ovid.* 6. *Fast.* 229. dentosa crines depertebo buto. *h. e.* pectine bureo. Alii rectius legitum detonsos.

**DENTULUS**, i, m. 2. *deminut.* a dens, parvus dens, denticulus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 111.

**DENOBO**, bis, psi, ptum, bere, n. 3. (de et nubo). Part. *Denupta I.* 2. — Denubere

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de iis, quæ infra conditionem suam nubunt. *Id. Liv.* 10. 23. dixit enubere. *Tac.* 6. *Ann.* 27. Pars mæroris sicut quod Julia Drusi filia, Neronis quondam uxoris, denupsit in domum Rubellii Blandi. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro simplici nubere. *Ovid.* 12. *Met.* 195. nec Cænæ in ullis Denupsit thalamos. *Apul.* 9. *Met.* Filia ejus accurrit e proximo castello, in quo pridem denupsiterat. *Id. de Mag.* Claro fratri renupta. Adde *eund.* 5. *Met.*

II. Translate. — a) De plantis. *Colun.* 10. *R. R.*

157. Alma sinum tellus jam pandet, adultaque possens Semina depositis cupiet denubere plantis. — b) Obscenæ sensu, seu de perversis nuptiis. *Sueton. Ner.* 29. Doryphoro denupsit. Adde *Tac.* 15. *Ann.* 37.; et *V. Ritter* ad h. 1.

**DENUDATI**, ònis, i, 3. nudatio: occurrit translate tantum apud *Vulgat.* *interpr.* *Eccl.* 11. 29. In fine hominis denudatio operum illius. *Gloss. Cyrill.* Fūmōtē, denudatio, nudatio.

**DENUDATUS**, a, um. *F.* voc. seq.

**DENUDO**, as, ávi, stum, are, a. 1. (de et nudo) Scribitur et dinudo: *V. infra sub B.* II. — Part. *Denudatus* sub *A.* I. et sub *B.* I.; *Denudandus* sub *A.* 1. — Denudare A) Stricto sensu est idem quod nudare seu vestimentis exuere; B) Latiori sensu est aliquem re aliqua et præsertim bonis per vim aut furto spoliare.

A) Stricto sensu est idem quod nudare, seu vestimentis exuere; et usurpatur

1.) Proprie. *Seneca Thyes.* 763. Denudare artus. *Cic.* 7. *Ferr.* 13. 32. Ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Romanus asperiat. *Sueton. Aug.* 68. Qui matres familiæ et adulatas ætate virgines denudarent atque perspicerent, tamquam Thoranio mangone vendente. Cf. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 106. Neu reliquias sic meas alris, denudatis ossibus, Tetra sanle delibus, fæde diveteriar. — Sic *Petron. Satyr.* 103. Capita cum superciliis denudanda tonsori præbeuitus. *h. e.* rati. *Varro* 1. *R. R.* 41. 2. Surculum sic exacendum, ut nou denudles medullam.

II.) Translate. *Liv.* 44. 38. Denudare aliqui consilium suum. *h. e.* manifestare. *Id.* 42. 13. judicia. *Seneca Tranquill.* 15. Multa incident, quæ invitos denudent. *h. e.* prodant, reprehendant, manifestent.

B) Latiori sensu est aliquem re aliqua et præserit bonis per vim aut furto spoliare; et occurrit

1.) Proprie. *Lentulus* apud *Cic.* 12. *Fam.* 15. Cives crudelissime denudati ac divenditi. *h. e.* bonis suis spoliati.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Orat.* 55. 235. Juris civilis scientiam suo ornato spoliare atque denudare. Sic *Auson. Eclogar.* de signor. effectib. 10. Et festos ramos denudat flamma Nepai. *Al. leg.* dinudat.

**DENUMERATI**, ònis, f. 3. enumeratio. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. a med. Eadem hic denumeratio facienda est, quæ in patru majoris filio, filia. *Torren-* tin. habet dinumeratio.

**DÉNUMERO**, as, etc. *F.* DINUMERO.

**DENUNCIATI** vel denuntiatio, ònis, f. 3. actus denunciandi, idem ac significatio, indicatio, et fere terrendi causa. Usurpatur autem — a) Cum Genitivo rei, sive, uti ajunt, objecti. *Cic.* 6. *Phil.* 2. 4. et *Liv.* 21. 19. Denunciatio bellii. *Liv.* 45. 3. arinorum. *Cæs.* 3. *B. C.* 9. Quum neque pollicitationibus, neque denunciatione periculi permovere posset. Adde *Liv.* 3. 36. *Cic. Flacc.* 6. 14. Denunciatione testimoniū terrere aliquem. *h. e.* denunciando se evocaturum aliquem invitum ad testimonium dicendum.

**V. DENUNCIO.** — Sic est idem ac significatio apud *Cic.* 2. *Divinat.* 25. 54. Denunciatio et quasi significatio calamitatum. — Est idem ac communitio apud *Quintil.* 3. 8. 20. Dedeodine fuerint etiam citra hanc denunciationem. *h. e.* Fabii Gallis bellum minitantes. *Amnian.* 26. 2. Monitu præfecti Sallustii sub exitu denunciatione statutum est, — ne etc. — Est idem ac delatio apud *Sueton. Aug.* 68. Gallo quoque et accusatorum denunciationibus et senatus-consultis ad necem compulso. — b) Cum Genitivo personæ, vel, uti ajunt, subjecti. *Cic. Sull.* 18. 52. Quid tandem de illa nocte dicit, quum inter silcas ad M. Læcam nocte ea — Catiline denunciatione convenit? Cf. *Vellej.* 2. 70. 1. Territus denunciatione quiescit. *h. e.* significatione in somnio sibi facta; de qua *Lactant.* 2. 7. — c) Absolute. *Quintil.* Si, re non ante proposta, securum, ac nulla denunciatione in se conuersum, intravit oratio. Adde *Curt.* 6. 17. 19. *Seneca Ep.* 94. a med. Denunciatio et castigatio insanos coercuit.

**DENUNCIATIVUS** vel denuntiatus, a, um, adjct. derivat. a denunciat, qui denunciat. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. Noctibus quidam inquietati antecedentibus signis accessionem fore denunciant; quidam sine ullo denunciativo motu corripiuntur; quo fit, ut magis periclitentur.

**DENUNCIATOR** vel denuntiator, òris, m. 3. qui denunciat. ¶ 1. *Inscript.* apud *Gruter.* 234. 4.,

quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 142. et est apud *Orell.* 2544. IMP. CAESARI — T. AELIO ADRIANO ANTONINO AVG. PIO — SOCI. LICTORES POPVLARES DENUNCIATORIÆ PTYGOLOANI. Alia apud *Orell.* 3216. P. AEMILIO P. F. NICOMEDI PATHI INCOMPARABILI, DECVRALI DECVRIAE LICTOR., COS. TRIVM DECVRBIAR. X. PRIMO, ITEM DECVR. LICTOR. POPVLARIS DENTNTIAT. X. PRIMO etc. In veteri alio monumento apud *Gruter.* 250. et 251., ubi plerique Urbis Romæ vici enumeraunt, quia quis cum vicorum curatoribus etiam denunciatores recensentur: quod et apud *P. Victor.* legitur, de regionibus Urbis Romæ, ubi singulis regionibus denunciatores assignat. Hos volunt sub imperatoribus fuisse qui, deficientibus accusatoribus, graviora crimina magistratibus denunciabant, ne impunita elaberentur. Similes sunt, qui ab Italis dicuntur capi di contrada. ¶ 2. *Inscript.* apud *Orell.* 2514, quæ est apud *Mommsen Inscript.* Neap. 6886. L. MARIVS AVCTVS DENUNCIATOR AB SCAENA GRAECA. *Orelli* habet AVSTVS ENVTIATOR, haud recte, atque hæc adnotavit: Nusquam præterea hi memorantur. Eratne id genus hominum, quod nunc vocant souffleurs, suggestori? An potius, qui populo Romano, Graecæ nescienti, Latine breviter expönerent comœdia vel mimi Graeci argumentum?

**DENUNCIATUS** vel denuntiatus, a, um. *F.* voc. seq.

**DENUNCIO** vel denuntio, as, ávi, stum, are, a. 1. (de et nuncio). Part. *Denunciata* sub *A.* I. a. et *b.*, et *B.* *Denunciatus* sub *A.* I. a., et *B.* a.; *Denunciandus* sub *B.* a. — Denunciare propriæ est ab uno ad alterum locum aliquem mittere, qui personæ ad quam id pertinet, aliquid nunciandum afferat atque hoc reapse eidem significet; hinc generatim est item ac palam nunciare, significare, declarare, indicare et ordine et formili quadam ratione, immo etiam frequenter et lege, sive id fiat inter privatos homines, sive inter privatos et magistratus, sive inter magistratus et populos nationesque (I.) denunciare, far sapere, dichiarare, intimare formalmente; Fr. annoncer, déclarer, faire savoir, dénoncer, notifier avec formalité; Hisp. anunciar, declarar, hacer saber, denunciar, noticiar formalmente; Germ. eine formliche Meldung, Anzeige, Kundgebung, un ein. M. thun oder thun lassen, in bester Form und Ordnung ansagen, erklären, ankündigen, zu wissen thun, stets mit dem Charakter der formlichen, sehr oft der offiziellen Anzeige; Angl. to denounce, intimate, declare, forewarn, foretell. Occurrat autem A) Generatim, et B) Speciatim.

A) Generatim usurpatur tum pro simpliciter nunciare, tum pro monere vel etiam minari, tum pro precipere ac jubere, sive id amico, sive inimico animo fiat; et occurrit

I.) Proprie de personis. — a) Cum Accusativo rei et Dativus personæ, cum Accusativo rei tantum, raro cum Ablativus rei et præpos. de, cum Dativus personæ tantum, aut absolute omnino. — Cum Accusativo rei et Dativus personæ. *Cic.* 3. *Orat.* 34. 144. Plus enī aliquanto altulisti, quam tibi erat attributum a nobis ac denunciatum. *Id.* 5. *Fam.* 11. 2. Cum Sura nostra — locutus sum, ut ei (*Pompejæ* mea verbi diceret, ut, quidquid opus esset, mihi denunciaret. *Id.* 13. *ibid.* 77. 1. Vellim facias eos per litteras certiores, ut, si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi jure suo denunciare. *Id.* *Sext.* 17. 40. Denunciare aliqui judicium populi, legitimam aliquam contentionem, disputationem, causæ dictione vim, arma, exercitus, imperatores, castra. Adde *eund.* *Mur.* 24. 49. *Id.* 15. *Att.* 20. 2. genus interitus. *Id.* *Mil.* 19. 53. Mors alium denunciata et prædicta. *Id.* 1. *Divinat.* 30. 65. Hector moriens propinquum Achilli mortem denunciavit. Cf. *Tibull.* 3. 5. 5. Niogram horam denunciavit mihi Persephone. Rursus *Cic.* 5. *Phil.* 7. 19. Denunciare alium inimicitias. *Id.* 5. *ibid.* 8. 21. populo Romano servitatem. *Id.* 14. *ibid.* 3. 8. omnibus pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta. *Id.* 2. *Ieg. Agr.* 5. 13. omibz vim tribunicia. — Cum Accusativo rei tantum. *Cic. Sext.* 20. 46. Denunciare proscriptionem, cædem, direptionem. *Id.* 2. *Att.* 23. 3. Non mediocres terrores facere et denunciare. — Raro admodum cum Ablativus rei et præpos. de, et Dativus personæ. *Cic. Cœcia.* 32. 95. Postea cur, Eboli, de isto potius fundo, quam de alio, si quem habes, Cœcina denunciabas, si Cœcina non posselebat? — Cum Dativus personæ tantum, et denunciare ponitur pro minari. *Cic.* 2.

*Att. 23. 1.* *Voltist* (*Clodius*), furit, nihil habet certi, multis denunciat: quod fors obtulerit, id acturus videtur. Cf. *eund.* *Quinct.* 17. 54. Denunciare alicui domum. h. e. domi. — Absolute omnino, ita tamen, ut res, quae denunciatur ex ipso orationis contextu innotescat. *Cic. Rabir. Post.* 6. 15. Moneo et praedico, integra re causaque denuncio: omnes homines deosque testor. Sic *Id.* 4. *Fam.* 3. 1. Multo enim ante — prospexit tempestatem futuram, neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente et denunciante te. Adde *eund.* *Quinct.* 17. 74. Similiter ex denunciari, hoc est praemissio nuncio. *Seneca Ep.* 79. *sub fin.* Si se non exornavit et pinxit, sed idem semper fuit, sive ex denunciato videbatur, sive imparatus ac subito. Adde *eund.* 3. *Quest. nat.* 30. — b) Addita re, qua denunciatur, per Accusativum et Infinitum, aut per pronomen Relativum. — Per Accusativum et Infinitum. *Cic. Quinct.* 6. 27. Sex. Alfenus denunciat ase procuratorem esse. *Id.* 6. *Phil.* 3. 5. Testificor, denuncio, ante praedico, nihil M. Antonium eorum, quae sunt legatis mandata, facturum. Adde *eund.* *Divin. in Q. Cæcil.* 8. 25., 1. *Orat.* 22. 103. et 3. *de republ.* 11. 19. *Cæs.* 1. *B. G.* 36. Quod alibi Caesar denunciaret, se Eduorum injurias non neglecturum. Adde *eund.* 5. *ibid.* 54. *Nepos Chab.* 3. Quem ante (diem) domum nisi redisset, capilli se illum dannatos denuncierunt. *Liv.* 3. 46. Denunciare se Icilio — neque legi sue latorem, neque decemviro constantiam defore. *Id.* 45. 1. Denunciavit populo, L. *Emilius* colligam — cum rege Perseo pugnasse etc. *Curt.* 10. 3. 5. Denunciantes protinus esse morituros, si rex perseveraret irasceri. Adde *Sueton. Cæs.* 30. — Per pronomen Relativum. *Cic. Planc.* 24. 52. Denunciasti homo adolescens quid de summa res publica sentires. — c) Denique quum significat mandare, precipere, jubere, usurpatum cum Conjunctivo et part. ut vel ne, cum Conjunctivo sine ulla part., cum Infinito, aut absolute. — Cum Conjunctivo et part. ut vel ne. *Cic. 11. Fam.* 25. Expectant mihi quotidie tuas litteras Lupus noster subito denunciavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. *Id.* 1. *Tusc.* 49. 118. Si quid tale acciderit, ut a deo denunciatum videotur, ut exeamus e vita. *Cæs.* 2. *B. C.* 20. Gaditanus denunciavisse Gallonio, ut sua sponte excederet Gallicus. Adde *eund.* 6. *ibid.* 10. *Liv.* 9. 36. Legali venerant denuncletum Fabio senatus verbis, ne salutem transiret. Adde *eund.* 7. 31. *Sueton. Cæs.* 75. Denunciare acerbe loquentibus, ne perseverent. Adde *eund.* *Tib.* 27. — Cum Conjunctivo sine ulla part. *Cic. 2. Verr.* 12. 38. Moneo, praedico, ante denuncio: qui — professi sunt, abstineant in hoc judicio manus oculosque ab hoc scelere nefario. *Liv.* 6. 17. *extr.* Denunciatum senatus verbis, facerent propere et urbe ab ore atque oculis populi Romani. *Id.* 39. 54. *ad fin.* Denuncient Gallicis populis, multitudinem suam domi continent. *Curt.* 7. 7. 25. Tibi autem quietius, quam potest, denuncio, ipsi mihi Indices quid extis cognoveris. Adde *Sueton. Cal.* 35. — Raro cum Infinito. *Apol.* 9. *Met.* Denunciant hospiti nostro nos — deiere. Adde *eund.* 10. *ibid.*; et *Tac.* 11. *Ann.* 37. V. et infra sub *B. b.* — Absolute. *Cic. Dom.* 45. 117. Presentim quum tribunus plebis vel denunciare potueris, vel etiam cogere.

II.) Translate de rebus inanimis. *Cic. Mil.* 1. 3. Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes non periculum nobis, sed praesidiū denunciant. ubi ipsi centuriones et cohortes tanquam res accipiuntur. *Id.* 3. *de republ.* 3. 6. Nam terra continens adventus hostium — multis Indicis et quasi fragore quodam et sonitu ipso ante denunciat. *Virg.* 1. *G.* 453. Cæruleus (*sol*) pluviam denunciat, ignes Euros. h. e. portendit. Cf. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 78. (34). Si ante exortum nubes globabantur, hicinem asperam denunciabant. *Propert.* 4. 3. 61. Illa dies horris cædem denunciat agnis. *Curt.* 10. 2. 15. Quid breve repens consternatio et tam procat atque effusa licentia denunciat? *Cels.* 2. 6. Mors denunciat, ubi æger supinus cubat. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 38. (118). Arbor — statim pestem denuncians. Adde *Tac.* *Gen.* 18.

B) Speciatim. ¶ 1. In jure usurpatur — a) Pro ex publico jure ac lege, et formaliter quidem ratione significare, declarare, indicere: et de bello praepicie occurrit cum v. indicere conjunctum. *Cic. 1. Off.* 11. 36. Bellum denunciatum ante et indictum. Adde *eund.* 2. *de republ.* 17. et 23. *Id.* 12. *Fam.* 24.

Quos senatus ad denunciandum bellum miserat. Ade *eund.* *Senec.* 6. 18. — b) Item ponitur de imperatoriis pro praepice, jubere. *Cæs.* 6. *B. G.* 10. Suevos iis nationibus, qua sub eorum sint imperio, denunciare, ut auxilia peditatus equitatusque militant. Ade *eund.* 3. *B. C.* 86. *extr.* *Liv.* 3. 19. Denunciavit, ut arma caperetis. Adde *eund.* 8. 30. et 44. 26. *Sueton. Cæs.* 65. Tum maxime exactior gravissimus disciplinæ, ut neque itineris, neque prælii tempus denunciaret. *Id.* *Claud.* 13. Denunciato ad novum Imperatorem itinere. Adde *Justin.* 42. 2. — Et absolute. *Brutus* et *Cassius* apud *Cic.* 11. *Fam.* 2. Denunciare veterans. — Et cum Infinito. *Tac.* 11. *Ann.* 37. Denunciat centurionibus exequi eadem. — c) Denunciare testimonium alicui est vorare aliquem etiam invitum ad judicium, testimonium dicendi gratia. *Cic. Rosc.* 38. 110. 2. *Verr.* 19. 51. et *Flacc.* 6. 14. V. *Klotz* ad *Cicer. Oration.* vol. 2. p. 704. — Similiter dicitur *testibus*, vel alicui denunciare, ut apud *Cic.* 6. *Verr.* 12. 29. Testes, quibus nos presentibus denunciavimus, eos vi custodiisque retinere. Adde *Quintil.* 5. 7. 9. et 15.; et *Plin.* 6. *Ep.* 5. 2. — Et absolute omnino. *Cic. Flacc.* 15. 15. Fratres saltē exhibe (testes). Non denunciavi, subaudi testibus illis, vel iis testimonium. — d) Item denunciare est etiam in judicium de lite vocare (V. *Klotz* ad *Cicer. Oration.* vol. 1. p. 482. et vol. 2. p. 865.), rem ad judicem deferre. *Cic. Cæcil.* 7. 19. Hominis Romæ in foro denunciat fundum illum — suum esse seseque sibi emisse. Cf. *eund.* *Quinct.* 6. 27. Sic *Id. Rosc.* com. 9. 26. In judicium, vel iudici denunciare. V. *Pauly's Real-Encycl.* vol. 2. p. 678. ¶ 2. In re sacra denunciari est futurum aliquid portendi, et dicitur etiam de inanimis. *Cic.* 1. *Dīgnat.* 13. 97. Quibus prodigiis magna populo Romano bella pernicioseque seditiones denunciabantur. *Virg.* 3. *En.* 365. Sola novum dictuque nefas Harryla Celæno Prodigium canit et tristes denunciati iras. Adde *Sueton. Cæs.* 81. . *Aug.* 94. et 96., et alibi.

#### DENUNTIATIO,

#### DENUNTIATIVUS,

#### DENUNTLATOR,

#### DENUNTLATUS et

#### DENUNTIÖ, as. V. DENUNCIATIO, DENUNCIATIVUS, etc.

DENÜO, adverb. per syncopen pro de novo (V. *Ruhnk. ad Ter. Indr. prok.* 28.) de Integro (It. di nuovo; Fr. de nouveau; Hisp. de nuevo; Germ. von Neuem; Aozl. again). Itaque ¶ 1. Stricto sensu ponitur pro de integro, quam scilicet sermo est de rebus, ut puta de ædibus, quæ, prius dirutæ, reactiflantur. *Plaut. Most.* 1. 2. 36. Edificantur ædes totæ denuo. Similiter *Sueton. Aug.* 47. Alias (urbes) aut ære alieno laborantes levavit, aut terræ motu subversas denuo condidit. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro iterum, secundo. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 1. Rem omnem, Acroteleum, tibi, tibique, mea Milphidippa, domi demonstravi ordine. Hanc fabricam fallaciasque minus si lenitus, denuo volo percipiatis plane. *Liv.* 10. 31. Fabius in Etruria rebellant denuo quatuor milia et quingentos Perusinorum occidit. *Justin.* 5. 5. 8. Veritus itaque (*Illi-biades*) multitudinis impetu, denuo in voluntarium exilium proficisit. ¶ 3. Item usurpatum pro rursus. *Cic. 4. Verr.* 56. 139. Sicilia te pretore censa denuo est. Adde *eund.* 2. *ibid.* 14. 37.; *Ter. Eun.* 5. 2. 60.; et *Plaut. Impf.* 1. 1. 238. — Hinc denuo saepe conjugitur cum Verbis, in quibus inest præpositio re, quæ a verbo retro similem habet significationem. *Plaut. Capt.* 2. 3. 51. Ut redire licet ad parentes denuo. *Id. ibid.* 3. 5. 108. Nunc intelligo rediutum esse in ratenæ denuo. *Ter. Eun.* 4. 4. 24. Jude mihi denuo respondeat. Similiter alverbiū rursus usurpat. *Auct. B. Afr.* 70. Atque inde quarta die egressus redit rursus ad ea castra, que ad Agor habuerat. ¶ 4. Denique, apud *Plautum* et *Terentium*, adverbium denuo significat actionem aliquam loco alterius fieri, sive aliquid fieri vel accidere aliter ac volumus. Itali dicunt invece, Germani wieder. *Ter. Heaut.* 4. 6. 4. Nec quidquam magis aunc metuo, quam ne denuo miser aliquo extrudar hinc. Adde *eund.* *ibid.* 3. 2. 32. *Plaut. Trin.* 3. 3. 74. Aperi (arcam), deprome inde auri ad hanc rem quod sat est. Continuo operito denuo.

DENUO, is, ere, n. 3. palam, seu valde anno, a preposit. de, et simplici atque inusitato nro. Vox a

Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 127.

DEOCO, as, are, a. 1. idem quod orco, glæbas agri communio. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 15. 37. (137). Vicia non sarritur, non stercoratur, nec aliud quam deocculatur.

DEONERATUS, a. um. V. voc. seq.

DEONERO, as, avi, åtum, are, a. 1. (de et onero). Part. Deonerans II.; Deoneratus I. et II. — Deonero est onore levo, et onero.

1) Proprie. *Amian.* 24. 6. Validiores naves deoneras octogenis impletiv armatis. *Arnob.* 6. 16. Deoneras proiulæ podicis.

II.) Translate. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 46. Ex alicuius invidia deoneras aliquid, et in alium trahere. *Arnob.* 7. 42. Immunda fact averasibili fridate corpora deoneras.

DEOPERIO, is, ire, a. 4. (de et operio). Part. Deoperlus. — Deoperio est aperio, detego. *Cels.* 8. 4. ante med. Os deoperire tulissimum est. *Ita quædam editiones:* sed pierreque aliae, eoque optimæ, aperire. *At nihil mutandum videtur:* nam etiam deoperus habetur apud *Isid.* 16. *Orig.* 2. Teilure deoperta, smaragdi intermicant. *Gloss. Cyrrill.* *Deoperio*, detego, deoperio.

DEOPTO, as, are, a. 1. (de et opto) idem quod opto, eligo. *Hygin. fab.* 191. Pater Midre dooptandi dedit potestatem, ut quicquid vellet, peteret a se.

DEORATA, perorata. *Paul. Diac.* p. 74. 10. Mūl.

DEORSUM, adverb. Vox est in carmine sere syllaba, ut deinde. *Lucret.* 1. 362. Corporis officium est quoniam premere omnia deorsum. *Id.* 2. 205. Pondera quantum in se est, deorsum delectare pugnant. Adde *ibid.* 217., 221. et 230., 4. 630. et alibi. Aliquando tamen est trysyllaba. *Id.* 2. 202. Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur. Adde *eund.* 3. 1030., ubiquidam leg. deosum, ut et 6. 334. et alibi. — Deorsus pro deorsum dixit unus *Apol.* bis 7. *Met.*, item 9. *ibid. sub fin.* et de deo *Socrat.* et *Florid.* n. 15. — Ceterum deorsum, cui opponitur sursum (V. infra sub L), a de et versus seu versum, est versus partem inferiorem (It. verso il basso, rivolto alla ingù; Fr. vers le bas, en bas; Hisp. hacia abajo, alla abajo; Germ. nach unten, abwärts gewandt, abwärts; Angl. down, downwards).

I.) Proprio motu significat versus aliquem locum; et occurrit — a) Absolute. *Plaut. Impf.* 5. 1. 56. Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo. *Fructet.* 6. 335. natura ponera deorsum Omnia nituntur. *Id.* 2. 217. Corpora quina deorsum rectum per inane feruntur. *Cic.* 1. *Nat. D.* 25. 69. Quam pondere et gravitate directo deorsum feratur. *Varro* 3. *R. R.* 5. 4. Deorsum in terram esse aquam, quam bibere possint. *Crescentius* omnia haec omisit; *Schneiderus* unciis inclusit. *Quintil.* 11. 3. 97. Deorsum spectantibus digitis. *Pallad.* 2. *R. R.* 35. de malis. Coastal mala sic ponenda, ut pedicularum partes deorsum facias. h. e. deorsum colloces. — b) Jungitur cum versus vel versum. *Quadrigarius* apud *Gell.* 9. 1. Lapidès deorsum versum mittere. *Varro* 2. *R. R.* 7. 3. Lumbis deorsum versum pressis. — c) Item jungitur cum sursum; immo sursum deorsum, Gr. ἀνώ κατώ, sine particula coniunctiva, occurrit apud *Ter. Eun.* 2. 2. 47. Sursum deorsum cursitare. Et apud *Cic. 2. Nat. D.* 33. 84. Sursum deorsum, ultro citro commicare. *Seneca* 6. *Quest. nat.* 21. Sursum ac deorsum moveri. *Quintil.* 11. 3. 105. Reliqui (*gestus*) et sursum et deorsum aliquid ostendunt.

II.) Transtate ponitur de loco et significat infra. *Ter. Adelph.* 4. 2. 34. sy. Nostri porticum apud mācellum hanc deorsum? de. Quidni noverim? sy. Præterito hac recta platea sursum: ubi eo veneris, clivus deorsum versus est.

DEORSUS, V. voc. præced.

DEOSCULATUS, a. um. V. voc. seq.

DEOSCULOR, áris, åtus sum, art, dep. 1. (de et oscular). Part. Deosculatus I. et II. — Deoscular est idem quod oscular, aut veblementer oscular.

I.) Proprie, et quidem — a) Active. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 48. Sine, tuos ocellos deosculer. Adde *eund.* *ibid.* 2. 8. 33. *Fal. Max.* 2. 10. n. 2. Scipionis deterram duo deosculati. V. PEROSCULOR. *Apul.* 3. *Met.* Quam amplexus ego et deosculatus. Adde *eund.* 5. *ibid.* — b) Passive. *Apul.* 2. *Met.* Rursuni me deosculato. et *ibid.* Me pressum deosculato,

II.) Translate. *Gell.* 1. 23. Senatus fidem atque ingenium pueri deosculatus. *h. e.* impense laudans ac probans.

DEOSUM. *V. DEORSUM* init.

DÉPACISCOR, pacisceris, pactus sum, pacisci, vel rectius ac sepius dépescor, pécisceris, pectus sum, pécisci, dep. 3. (de et paciscor). Part. *Depactus* vel *Depectus* I. — Depaciscor est idem quod paciscor, pactione transigo (It. *passeggiare, accordarsi, convenire*; Fr. *faire un pacte, un accord, transiger*; Hisp. *hacer pacto, concierto, transigir*; Germ. *verabdingen, sich ausbedingen, abs. sich vergleichen*; Engl. *to bargain, agree upon*).

I.) Proprie, fere semper aut de turpi pactione dicitur, aut de ea, quæ paciscenti iniqua sit. *Cic. Ros-* Am. 58. 110. Cum illo partem suam (*prædictæ*) depacisci. *Id.* 2. *Invent.* 24. 72. Depactus est cum hostibus, ut arma relinquaret. *Id.* 5. *Verr.* 24. 60. Neque ante est dimissus, quam ad econditiones ejus depactus est. — Apud *JCTos* in Edicto prætoris de calumniatoribus *depactus* dicitur, qui turpiter pactus est, ita interpretante *Ulp. Dig.* 3. 6. 3.

II.) Translate. *Ter. Phorm.* 1. 3. 14. Ut mihi licet tam diu, quod anno, frui, iam depescisci morte cupio. *h. e.* mori quoque cupio. Simile est illud *Virg.* 5. *Æn.* 230. vitamque volunt pro laude pacisci. *Cic.* 9. *Att.* 7. 3. In quo non ettimesco periculum: quum enim tot impendant, cur non honestissimo depescisci velim?

DÉPACTUS, a, um. *V. DEPANGO* et DÉPACISCOR.

DÉPALTATIÖ, ònis, f. 3. ¶ 1. Est pali in terram desigendi actio. Mos fuit aliquando terminos agrorum palis terræ defixis designare. Hinc *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 245. n. 671., quæ est apud *Orell.* 3689. HI TERMINI XIX. POSITI SYNT AS SCRIBONIANO ET PISONE FRVGI EX DEPALATIONE T. FLAVII VESPASIANI ARBITRI. nempe hoc titulo declaratur, lapideos terminos xix. positos fuisse ab agri dominis, ubi pali erant, quibus defixi Vespasianus, nondum Augustus, arbiter postulatus eumdem agrum limitaverat, finesque statuerat inter Scriboniani et Pisones Frugi prædia. *V. DEPALO I.* ¶ 2. *Depalatio* est etiam descriptio horarum, quæ ad reprehendendas solis umbras singulis diebus decrescentes ac rursus augentes facta est et æncis regulis in basi marmorea inclusis circa gnomonem in campo Martio ab Augusto colllocatum, ut narrat *Plin.* 36. *Hist. nat.* 10. 15. (72). et probavit *Bandinius* in *Comment.* de obelisco *Cos. Aug.* p. 97. et alibi. *Vitrav.* 9. 7. 1. *Schneid.* Separanda sunt (*horologiorum*) rationes et explicandas menstruæ diierum brevitates, itemque depalationes. *Turneb.* 1. 6. *Adversar.* c. 12. putavit, has esse cuneorum detractiones, quæ in horologio tantum aquatico locum habebant, quod describit idem *Vitrav.* ibid. 8. 6. et 7. *Baldus* vero in *Lex. Vitrav.* suspicatur, depalationes dici solis evagations per Zodiacum: ut sit a palari, *h. e.* vagari. *Schneiderus* ad *Vitrav.* 9. 7. 1. *Turnebi* interpretationem probat: *V. ibi plura.*

DÉPALATOR, òris, m. 4. qui palos defigit. Hinc translate *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 5. D. Paulum vocat depalatorem disciplinam divinæ; *h. e.* qui velut palis defixi Dei disciplinam statuerit: nisi malis a depalo ducere, ut evulgatorem significet.

DÉPALATUS, a, um. *V. DEPALO* et DÉPALO.

DÉPALLIO vel depallo, as, are, a. 1. pallio, vel palla spolio apud *Tertull.* *Pall.* 4.; sed ibi legendum depalari pro depallatu. *V. locum in DEPILIO.*

DÉPALMO, as, are, a. 1. (de et palma) palma percuteare. *Q. Labeo* apud *Gell.* 20. 1. Quemcumque depalimavera.

DÉPALO, as, avi, ètum, are, a. 1. (de et palus). Part. *Depalatus* I. — Depalare est palis impactis statuere et circumcludere.

I.) Proprie est agrorum terminos palis defixis designare, ut in DÉPALATIO I. est dictum. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 221. n. 533., quæ est apud *Orell.* 3688. ET IVGRA AGRI CTVBLERIAI P. M. III. ITA TTI DÉPALATVM EST.

II.) Translate. *Tertull.* *Apoloq.* 10. Civitas, quam depalaverat Saturnus, Saturnia usque nunc est. *Id. advers.* *Hermog.* 29. Depalare mundum.

DÉPALO, as, are, a. 1. (de et palam). Part. *Depalatus*. — Depalare est aperire, palam facere. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 10. Juste vel Sol Veneris depalat adulterium. *Id.* 3. *ibid.* 6. Lucernam de sub modio

ejecit, id est desiderii sommam in pectore abscondam depalat. *Gloss. Isid.* Depalata, manifesta. Adde *Cassiod.* 3. *Hist. Eccl.* 2. sub init.

DÉPANGO, pangis, pactum, pangere, a. 3. (de et pango). Part. *Depactus* I. et II. — Depango est planto, insero, humi desigo.

I.) Proprie. *Colum.* 3. *R. R.* 16. 1. Malleolum medio spatio, quod vacat inter vites, depangere. Add. *eund.* 3. *ibid.* 21. 11. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 96. 98. (21). *Depacta* in terram non exstrahunt. *Id.* 24. *ibid.* 1. 1. (1). Quercus in scrobe depacta.

II.) Translate. *Lucret.* 2. 1055. Vita depactus terminus alte tam manet.

DÉPARCO vel deperco, is, ere, a. 3. parco, comparto. *Solin.* 4. Hoc collactaneum depercitur ut sufficiat usui. *Al. leg.* depascitur. *Priscian.* p. 832. *Putsch.* Spargo, respergo; parco, deperco. *Priscian.* tamen nullus id auctore confirmat.

DÉPARCUS, a, um, adjct. nimium parcus, adeoque sordidus. *Sueton.* *Ner.* 30. Sordidos putabat esse et deparcos, quibus impensarum ratio constaret.

## DÉPARTIO, is, ire, a. 4. et

DÉPARTIOR, tris, iri, dep. 4. (de et partior) est idem ac partior, seu divido. *Gloss. Cyrill.* Kαταπέσσω, departio. *Boeth.* Aristot. *Analyt. post.* 2. 14. p. 553. Congruum est — departiri genus in atoma specie prima.

DÉPASCO, pascis, plvi, pastum pascere, a. 3. et

DÉPASCOR, pasceris, pastus sum, pasci, dep. 3. (de et pascere). Part. *Depactus* I. et II.; *Depascendus* H. — Depasco est idem quod pascere (It. *pascere*; Fr. *paitre*; Hisp. *pacer*; Germ. *abweiden*; Engl. *to feed upon*).

I.) Proprie. ¶ 1. Dicitur de pastoribus, et est depasci facio. *Ovid.* 5. *Fast.* 283. Venerat in morem populi depascere saltus. *Virg.* 1. *G.* 111. Quid, qui, ne gravidis pociumbat culmus aristis, Luxuriem segetum tenera depascit in herba? *Colum.* 2. *R. R.* 10. 32. Si depascere saepius voles, usque in mensim Majum sufficit. *Ulp. Dig.* 10. 4. 9. Glandem ego immisso pecore depasco. ¶ 2. Dicitur etiam de pecore, et est pascendo absumere. *Cic.* 2. *Orat.* 70. 284. Ab iis, qui a pecore ejus depasci agros publicos dicentur. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 21. Si hædi roscidas herbas depaverint. *Virg.* 4. *G.* 539. Qui (tauri) tibi nunc viridis depascunt sumnia Lycei. Sic *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (65). Papilio ceras depascitur. — Hinc depastus meliorum apud Graecos significatione. *Claudian.* *VI. Cons. Honor.* 239. sonipes frondes depastus amaras. — Et passive. Cum Accusativo Græcorum more *Virg.* 1. *Ecl.* 54. sepe Hyblæis apibus florem depasta salicti. *h. e.* habens flores depastos ab apibus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 45. (161). Depasta segetes. Alter *Auct. Laud. Herc.* 77. Depastis juvencis. — Huc pertinet et figurata illa *Virg.* 5. *Æn.* 92. rursusque innoxius (anguis) imo. Successit tumulto, et depasta altaria liquit. et 2. *ibid.* 215. miseros morsu (anguis) depascitur artus.

II.) Translate. *Lucret.* 3. 10. tuisque ex, inclute, chartis, floriferis ut apes in saltibus omnia llevant, Omnia nos idem depascimus aurea dicta. *h. e.* de cerpimus. *Cic.* 2. *Orat.* 23. 96. Multo ejus oratio esset pressior, in qua, ut in herbis rusticis solent dicere, in summa ubertate inest luxurias quadam, quæ stilo depascenda est. *Id.* 1. *Legg.* 21. 55. Depasti veterem possessionem Academiam ab hoc acuto homine non sinimus. *Sil. It.* 16. 681. Et potuit Latium longo depascere bello. *h. e.* vastare, depopulari. *Virg.* 3. *G.* 458. artus depascitur arida febris. Add. *Claudian.* 1. *Rufin.* 302. et *Idyl.* 3. 11. *Sil.* It. 6. 50. truncum raptis caput auribus, ipsaque diris Frons depasta modis. *Id.* 12. 153. Depasti flaminis scopuli.

DÉPASTIO, ònis, f. 3. actus depascendi. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (236). Similem rationem et depastio animalium habet.

DÉPASTUS, a, um. *V. DEPASCO.*

DÉPÄVITUS, a, um, particip. ab inusit. *depavio*, percussus, calcatus. *Solin.* 2. 4. Parcius depavita levibus vestigiis inviare.

DÉPAUPERO, as, are, a. 1. (de et pauper) est facere pauperem. *Varro.* Prius, quam domum depasperasset sumptu suo. Sic citat Perottus in Cornucop., quem pœnas sit fides.

DÉPÈCISCOR, pecisceris, pectus sum, pecisci. *V. DEPACISCOR.*

DÉPECTIO, ònis, f. 3. actus depescendi, pacium. *Imp. Constant. Cod. Theod.* 2. 10. 1. Advocati, qui conseleratis depectionibus sue opis egentes spoliavit atque denudavit.

DÉPECTO, ctis, tum, ctere, a. 3. (de et pecto). Part. *Depectens* I.; *Depexus* I. et II.; *Depectendus* I. — Depecto est deorsum pecto, vel probe pecto (It. *pettinare*; Fr. *peigner*; Hisp. *peynar*; Germ. *herunter - herab - kammern*; Engl. *to comb, trim*).

I.) Proprie. *Ovid.* 6. *Fast.* 229. crines depectere bufo. *Id.* 1. *Art. am.* 630. *Depexa* Jubæ. *Lucan.* 9. 635. *Depetus* crinis. *Ovid.* 3. *Fast.* 465. Liber depetus crinibus. Cf. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 20. (51).

Seres depectentes frondium canitium. *Virg.* 2. *G.* 121. Velleraque ut foliis depectant tenuis Seres. *Colum.* 10. *R. R.* 187. Cypros item Paphio quam (lactucam) pingui nutrit in arvo, Punicea depeta coena, sed lactea crure est. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 3. (18). Ars depectendi digerendique lini. *Id.* 12. *ibid.* 11. 32. (59). de ture. Quod in arbore hæsit, ferro depctitur. *h. e.* detrahilur.

II.) Translate. *Depexum aliquem dare*, verniliter et ironice est probe mulcare. Nos dicimus conciar et per le feste. Et fusti percutere dixit *Plaut. Capt.* 4. 2. 116. eadem ratione. *Ter. Heaut.* 5. 1. 77. Si vivo, adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivat, meninerit semper mei. *Non.* p. 7. 33. *Merc.* exponit *laceratum*: atque ea est quidem sententia; non tamen ex vi nominis, sed ex ironia.

DÉPECTOR, òris, m. 3. qui pactum facit: a depaciscor, ut *Depector litium*, apud *Apul. de Mag.* (ut legi *Element.*), *h. e.* turpis pactor litium, quem paciscendi modum *Quintil. Declan.* 231. piraticum vocal. Alii minus recte leg. *reptor*.

DÉPECTÓRO, as, are, a. 1. e pectore sanguinem mittio. Occurrunt tantum Part. *Depectorandus* apud *Pelagon. Veterin.* 1. 2. Equus primo depectorandus est. Cf. DÉTEMPORO.

DÉPECTUS, a, um. *V. DEPACISCOR.*

DÉPECCLASSÉRE, antiquum verbum. *V. DÉARGENTASSERE* et DÉPECULOR.

DÉPECCLATIÖ, ònis, f. 3. idem ac depeculatus. *Gloss. Cyrill.* Νοσφόρες δημοσίων χρημάτων, depeculatio. Add. *Gloss. Philox.*

DÉPECCLATOR, òris, m. 3. qui depeculatur, peculator. *Cic.* 2. *Verr.* 1. 2. Depeculatorum ærarii, vexatorem Asiae atque Pamphyliæ, prædatorum juris urbani. Add. *euind.* 3. *Orat.* 27. 100.

DÉPECCLATUS, a, um. *V. DEPECULATOR.*

DÉPRÈCLATUS, us, m. 4. defraudatio populi. *Paul. Diac.* p. 75. 11. *Müll.* Depeculatus a peccatore dicitur. Qui enim populum fraudat peculator poena tenetur.

DÉPECCLOR, òris, òtus sum, ari, dep. 1. Pænultima longa est, ut in *peculium*, *pecunia*, unde descendit: quod probat etiam *Voss.* de *Grammat.* 1. 2. c. 23. — Part. *Depeculatus* I. — Depeculari a de peculium composit., significat furari pecuniam, vel pecus (pecora enim antiquis potiores dicitur), et generaliter spoliare, compilare: et fere de furtis publicis dicitur.

I.) Proprie. *Cic.* 6. *Verr.* 17. 37. Apollonium Drepanitenum omni argento optime facto spoliasti ac depeculatus es. *Id.* 2. *ibid.* 4. 11. In provincia multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus est. *Lucilius* apud *Non.* p. 97. 9. *Merc.* depeculassere aliqua sperans me ac deargentassere, Delanticare, eburneo denique speculo spoliare voluerit. — *Depeculatus* signif. pass. senetur legitur in *Plaut. Epid.* 3. 4. 82. Me impune irrisum esse habitum, depeculatus eis. *h. e.* ab eis. Passive depeculari habet *L. Cælius* apud *Priscian.* 8. p. 793. *Putsch.* Ubi senatus intellexit, peculium depeculari. *ωσούλους* σταυρού.

II.) Translate. *Cic.* 6. *Verr.* 36. 79. Qui laudem honoremque familiæ vestrae depeculatus est. DÉPELLO, pellis, pili, pulsum, pellere, a. 3. (de et pello). *Depultus* pro *depulsus*, antiquo more, quo et pulso pro pulso dicebant, occurrit apud *Cic.* 4. *Herenn.* 10. 13. Si præcepit in Neptuniis depultus erit lacunas. *Orellius* tamen antiquæ leg. depulsus.

— Part. *Depellens* I. 2. et II; *Depulsus* in omnibus paragr.; *Depulsus* et *Depellendus* II. — *Depello* est deorum pello, dejicio, detruo (It. *cacciare*, *giù, buttar giù*; Fr. *chasser de*, *écartier, éloigner*; Hisp. *regar hacia abajo, alejar*; Germ. *nach unten, abwärts, hinabstoßen, -werfen, -treiben*; Engl. *to drive, put, or thrust down*).

I.) Proprie usurpatum tum de personis, tum de rebus. ¶ 1. Generatim. — a) Absolute. *Quintil.* 7. 6. 6. Quoniam hostes murum ascendent, peregrinus eos depulit. *Cic.* 3. *Cat.* 8. 19. Simulacra deorum depulsa sunt, et statuae veterum hominum dejetae. *Id.* 2. *Nat.* D. 54. 135. Stomachus agitatione et motibus linguae quum depulsum et quasi detrusum cibum accepit etc. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 78. 80. (189). Illis in supera succum revocari natura vaporis, his in inferas partes depelli humoris deciduo.

— b) Sepe addito loco, a quo quis depellitur. *Nepos Cat.* 2. Aliquem de provincia depellere. *Cic. Cæc.* 17. 49. Depelli et demoveri de loco. *Id. Hærusp.* resp. 27. 58. Qui eum civem vi, ferro, periculis, urbe, omnibus patriæ præsidii depulit. Sic *Tuc.* 3. *Ann.* 24. Depellere aliquem urbe. *Id.* 14. *ibid.* 50. *Italia. Horat.* 2. *Sat.* 5. 78. cursu. *Quintil.* 2. 17. 29. recta vi. — Interdum locus, a quo quis depellitur, omittitur, quia ex ipso orationis contento facile eruitur. *Tac.* 2. *Ann.* 1. Nam Phraates quamquam depulisset exercitus ducesque Romanos, etc. h. e. regno. Sic *Id.* 3. *ibid.* 73. Tacfarinas quamquam saepius depulsi. h. e. finibus provinciæ; minime verotius, ut quidam falso interpretantur. — *Rursus Val. Flacc.* 3. 565. umbrosis arcibus ornos depellere. *Cic. Sext.* 42. 90. Depellere ab aris, focis ferrum namnamque. *Id.* 3. *Cat.* 7. 17. tantam molem (h. e. *Catilinam*) a cervibus nostris. *Id.* 2. de republ. 25. jugum a cibibus. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 38. frenum. *Tibull.* 1. 11. 25. At nobis ærata, Lares, depellite, tela. Et poëtice *Val. Flacc.* 6. 652. Ictus alicui depellere. *Tibull.* 1. 2. 49. nubilus cœlo. Adde *Virg.* 8. *Æn.* 78. et 109. *Ovid.* 7. *Met.* 835. depellersi aurora lumina noctem. — Sæpe dicitur de morte, morbis et similibus. *Ovid. Heroid.* 14. 130. Depellere mortem alicui. h. e. ab aliquo. *Virg.* 9. *Æn.* 328. Sed non augur potuit depellere pestem. *Cic. 7. Fam.* 6. extr. Depellere morbum. *Cæs.* 6. B. G. 17. Apollinem (credimus) morbos depellere. Similiter *Cic. 1. Fin.* 11. 37. Cibo et potionē famem stigmatis depellere. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 6. frigus. V. *Di depellentes* infra sub II. in fin. — Figurate *Quintil.* 10. 1. 29. (*Poësia*) depulsa recta via. *Forcellinus* leg. a recta via — Apud *Lucr.* 2. 219. occurrit depellere neutrorum more; ubi plerique leg. decedere, ali aliter. ¶ 2. Speciatim est militare verbum, et significat hostes a loco, quem occupant, per vim amovere. *Cæs.* 7. B. G. 67. Hostes loco depellunt. *Id.* 3. *ibid.* 25. Quum alii, multis telis conjectis, defensores vallo munitionibusque depellerent. Adde *eundem*. 3. B. C. 52. *Nepos Timol.* 2. Depellere hostes tota Sicilia. Adde *Sall. Jug.* 58. *Rursus Nepos Pausan.* 2. Ut ex his regionibus Barbarorum præsidia depelleret. *Val. Max.* 3. 2. n. 23. Audacissimum quemque depellens. — Hinc figurate *Nepos Themist.* 5. Gradu depulsi est. ¶ 3. Item speciatim depelli dicuntur, qui oblaclantur. — a) Usurpatum sæpe de ferarum catulis. *Varro* 2. R. R. 4. 16. Depellere agnos a matribus. *Pallad.* 4. R. R. 14. 4. Annæcula mula debet a matre depelli. *Virg.* 3. G. 107. Atque haec jam primo depulsius (equus) ab ubere matri Audeat. *Id.* 7. Ecl. 15. Depulsi a lacte agni. Adde *eundem*. 3. *ibid.* 82. *Horat.* 4. *Od.* 4. 15. matris ab ubere jam lacte depulsum leonem. *Veg.* 1. *Veterin.* 9. Pulli a matre depulsi. *Virg.* 1. Ecl. 22. quo sæpe solemus Pastores ovium teneros depellere fetus. h. e. agere. Neque enim placet, quod Servio, a lacte removere. — b) Raro de hominibus. *Sueton. Tib.* 44. Quasi infantes firmiores, ne cum tamnam lacte depulsi. *Prudent.* 10. *neop. orat.* 563. puer depulsus lacte.

H.) Translate ponitur pro impetrare, prohibere, removere; et occurrit — a) De personis. *Plaut. Trin.* 3. 2. 14. Nec tuis depellor dictis, quin rumori serviam. h. e. deterreor. Similiter *Tac.* 11. *Ann.* 34. Vibidiam depellere nequivit, quin multa cum invidia flagaret etc. h. e. impedire. *Cic. Habir.* 17. Te ex illa crudeli actione — mea consti-  
tio esse depulsum V. *Klotz* ad h. l. *Id.* 3. *Orat.* 3. 11. Depulsi tribunatu per invidiam. *Nepos Datam.*

7. Depulsi ab aliqua re. *Rursus Cic.* 2. *Cat.* 7. 14. Depellere quempiam de spe conatusque. *Liv.* 31. 25. extr. spe quempiam. *Cic. Ligat.* 9. 26. Quem de suscepta causa propositaque sententia nulla vis, nullum periculum posset depellere. *Id.* 1. *Fam.* 7. a med. Depulsius de vetere diuturnaque sententia. *Id.* 2. *Tusc.* 6. 16. Depelli sententia. *Cæs. B.* C. 73. Cæsar a superioribus consiliis depulsius omnem sibi commutauit bellum rationem existimat. *Quintil.* 5. procem. 1. Judicem a veritate depelli misericordia. *Al. leg.* pelli. — b) De rebus et quidem abstractis. *Lucret.* 3. 321. quæ nequeat ratio depellere dictis. *Lachmann.* leg. nobis. *Cic.* 2. *Fam.* 16. Magno dolore me affectis littera tua, nisi ratio ipsa depulisset omnes molestias. *Id.* 5. *Fam.* 20. circa med. Depellere multam alicui. h. e. ab aliquo. Sic *Id. post redit. in senat.* 8. 19. Metum bonis, spem audacibus, timorem huic ordinis, servitutem depulit civitati. Sic *Nepos Timol.* 1. Depellere servitutem a civibus. *Rursus Cic.* 12. *Fam.* 1. 1. Ut tantummodo odium illud hominius impuri et servitutis dolor depulsius esse videatur. *Id.* 12. *Phil.* 2. 6. Depellere falsam prodictionis a se suspicionem. *Id. Propr. cons.* 3. 6. voluntaria morte nefariam turpitudinem. *Id. Cluent.* 6. 17. Amicorum pericula depellenda. *Liv.* 8. 23. Eam se contumeliam ignominianque — ipsos omni vi depulsiros esse. *Quintil.* 1. 2. 24. Depellere ignominiam. *Tibull.* 1. 6. 1. vino curas. *Sueton. Ner.* 36. ostenta a someti in capite procerum. *Tac.* 5. *Hist.* 4. errorem. *Id.* 4. *Ann.* 11. clara sub exemplo falsas auditiones. — Hinc *Di depellentes* sunt averrunci: V. *AVERRUNCUS*. *Pers.* 5. 167. dis depellentibus agnam Percute. h. e. dis insaniæ averruncis et fatuam amorem amoventibus. — Ille a Part. præter. pass., cuius superius exempla retulimus,

*Depulsum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est depulso. *Val. Max.* 1. 1. n. 1. Portentorum depulsa Etrusca disciplina explicari (*majores nostri*) voluerunt. h. e. ritus, sacra et preces, quibus portenta expiantur. V. *DEPULSIUS*.

DEPENDEO, es, ere, n. 2. (de et pendo). Part. *Dependens* I. — Dependeo, quod verbum Augusti tantum estate usuvenit, est deorsum pendo, de aliqua re pendo.

I.) Proprie. *Virg.* 1. *Æn.* 730. dependent Ichni laquearibus altis. *Id.* 6. *ibid.* 301. ex humeris nodo dependet amictus. *Ovid.* 6. *Met.* 592. lateri cervine sinistro Vellero dependent. *Sueton. Galb.* 11. Dependens a cervibus pugio ante pectus. *Colum.* 3. R. R. 6. 2. Per unumquemque pampinum major numerus uarum dependet. *Quintil.* 11. 3. 130. Hastato dependens. *Liv.* 42. 28. Laqueo dependentem invenerunt.

II.) Translate. *Ovid.* 1. *Fast.* 611. Hujus et augurium dependet origine verbi. h. e. vox augurium descendit ab origine verbi *augustus*, de quo hic sermo. *Id.* 3. *Fast.* 356. Discedunt dubii, promissaque tarda videntur: Dependetque fides a veniente die. *Al. leg.* adveniente die.

DÉPENDO, dis, di, sum, dere, a. 3. (de et pendo). Part. *Depensus* sub A. I. et II. 1.; *Dependens* sub A. I. — Dependere est A) Verbum activum, et B) Neutrum.

A) Active dependo est idem quod pendo. seu pondero. *Titinius* apud *Non.* p. 369. 21. *Merc.* Date dependens lanam. Ita legit *Turneb.* 1. 30. *Adversar.* c. 9. Al. rectius *Da pensam*. — Hinc dependere, quemadmodum et pendere, est idem ac solvere, quia mos fuit olim, teste *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (42), non numerare, quia nulli tunc erant signati numeri, sed pendere, ut in *ÆS* dictum est.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Att.* 8. extr. Mi abjurare certius est, quam dependere. *Id.* 1. *Fam.* 9. Dependendum tibi est, quod mibi pro illo spondisti. *Seneca 2. Benef.* 21. Pecuniam pro capite dependere. *Justin.* 22. 8. Cum offensam non depensi stipendi metueret. *Colum.* 5. R. R. 1. 8. Pro quibus nulla merces dependit. *Apul.* 8. *Met.* Depensus pretium. *Id.* de *Mag.* Edulia, quæ depenso parantur. h. e. depenso pretio. *Cajus 3. Institut.* edente *Goeschenio* § 127. Sponsores ex lege Pubilia proprium habent actionem in duplum, quæ appellatur dependens.

II.) Figurate. ¶ 1. Quemadmodum et solvere, ponitur sæpe de pœnis. *Cic. Sext.* 67. 140. Omnes reipublicæ pœnas aut præsentí morte, aut turpi exilio dependent. *Id.* 4. *Cat.* 5. 10. Ipsum latorem legis Semproniam jussi populi pœnas reipublicæ de-

pendisse. — Huc referri potest et illud *Apul.* 9. *Met.* Dependæ pro prandio lacrimæ. h. e. lacrimæ pro prandii mercede dependæ, minus recte. ¶ 2. Latiore sensu ponitur pro aliquid in re aliqua impendere, insumere. *Colum.* 11. R. R. 1. 20. Plus in operis servorum avocandis, quan in pretio rerum huiusmodi impenditur. *Id.* 4. *ibid.* 22. 7. Incassum dependit opera. *Zukan.* 10. 80. tempora dependere amori. *Id.* 8. 100. mallem felicibus armis Dependisse caput.

B) Neutrorum more dependere pro parvi ponderis esse joculariter dixit *Plaut.* *Asin.* 2. 2. 39. Ad pedes quando alligatum est centupondium, ubi manus manæ complexæ sunt atque adductæ ad trahere, nec dependit, nec propendit, quin malus nequamque sis. h. e. nec minoris, nec majoris es poulderis. Sunt qui legunt dependes et propendes.

DÉPENDULUS, a, um, adjct. deorsum pendens. *Apul.* 2. *Met.* Crines cervice dependuli. et 3. *ibid.* Plerique columnis implexi, alli status dependuli.

DÉPENNATUS, a, um, adjct. pennas, seu alas habens. Translate *Varro* apud *Fulgent.* de prisco serm. n. 11. Deum depennato attollam orationis eloquio. *Al. leg.* depinnato, eod. sensu. V. *Oehler, M. Ter. Varro. Sat. Menipp.* fragm. p. 168.

DÉPENSIO, gnis, f. 3. occurrat pro sumptu in *Cod. Theod.* 6. 4. 29. Ut theatralis per prætores facienda depensis in aquæductis fabricam verteretur. *Gloss. Cyrill.* *Træpæticus*, depensio.

DÉPENSUS, a, um. V. DÉPENDO. DÉPERCO. V. DEPARCO.

DÉPERDITUS, a, um. V. DÉPENDITUS.

DÉPERDO, dis, didi, datum, dere, a. 3. (de et perdo). Part. *Deperdens* 2: *Deperditus* in fin. — Deperdere est ex toto aliquid invito animo dare, adeoque perire, omnino perdere, amittere (It. perdere una parte di un tutto; Fr. perdre une partie d'un tout; Hisp. perder; Germ. etwas von einem Ganzem weg verlieren; Angl. to lose). Occurrat *¶ 1.* Stricto sensu, ita scilicet ut vis præpositionis integræ sit, et est ex toto partem aliquam amittere. *Cic. Fontej.* 9. 19. Verebatur, ne quid apud vos de existimatione sua dependeret. *Id. Cæc.* 35. 102. Nihil de jure civitatis deperdere. *Id. 4. Verr.* 30. 73. Deperdere aliquid de libertate. *Quintil.* 10. 7. 24. paullulum de celeritate. *Cic.* 5. *Tusc.* 14. 40. aliquid ex bonis. *Cæs.* 3. B. G. 28. extr. Compluribus interfictis, paucos ex suis deperdiderunt. *Horat.* 1. Sat. 4. 32. ne quid Summæ deperdat, metuens. h. e. de summa: nam præpositio de est in ipso verbo. ¶ 2. Latiore sensu, seu vi præpositionis immunita, est amittere, omnino perdere: V. in fin. hujus vocis locum *Dig.* 41. 2. 21. *Plaut. Epid.* 1. 1. 9. Quam quidem (*gratiam*) jamdui te deperdidisse opertuit. *Al. leg.* perdisse. *Cic. Propr. cons.* 5. 11. Non solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt. *Horat.* 1. Sat. 2. 61. Deperdere bonam famam. *Cæs.* 5. B. G. 52. extr. Tantum se ejus opinionis deperdidisse, ut etc., maxime dolebant. *Cic. Brut.* 82. 283. Deperdere verum sanguinem. *Lucret.* 3. 526. vitalem sensum membratim. *Orid.* 5. *Met.* 562. usum lingue. *Tibull.* 1. 4. 29. Quam cito purpureos depedit terra colores! *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 33. (112). Callainæ oleo et mero colore deperdunt. *Id.* 16. *ibid.* 22. 34. (82). Arbores folia deperdunt. *Id.* 10. *ibid.* 3. 4. (12). Nihil (*kapis*) igne depersens. — Hinc Part. præter. pass.

*Deperditus*, a, um, adjective occurrit et est omnino perditus: ut at *Cajus Dig.* 5. 3. 21. Deperditum intelligitur, quod in rerum natura esse desiit. — Hinc sere semper figurate. *Catull.* 64. 119. mater gnata depedita fletu. h. e. confecta dolore deflendo gnatum. Alii tamen aliter interpretantur. *Phædr.* 1. 14. Sutor inopia deperditus. Et cum Accusativo, Graæ a constructione, *Propert.* 1. 3. 11. nondum sensus deperditus omnes. — Morali ratione *Gell.* 5. 3. Quisquis ille est qui audit, nisi ille est plane deperditus, et perhorrescat necesse est et pudeat. h. e. plane malus ac secessus. — Et in re amatoria. *Propert.* 2. 23. 19. de *Jonis amorib.* Ut Semela est combustus, ut est deperditus Io. Sic *Sueton. Domit.* 2. Domitia Parvilia histrioam amore depordita. — Hinc in deperto esse dicitur id. quod amissum est. *Jabolen. Dig.* 41. 2. 21. Quod ex naufragio expulsum est, usucapi non potest, quoniam non est in delecto, sed in deperto.

DÉPÈREO, pœsis, pœli, pœritum, pœrite, n. t. *Depere*o, pœsis, pœli, pœritum, pœrite, n. t.

(de et pereo). Part. *Deperituras* L. — Depereo est in exitium ruo, omnino pereo (L. perire, perdersi totalmente; Fr. se perdre, périr, déperir; Hisp. arruinarse, perecer, desprecercer; Germ. zu Grunde gehen, umkommen, sterben, verloren gehen; Engl. to perish, to lost, go to ruin, be undone).

I.) Proprie. — a) Generatim. *Lucret.* 2. 296. Nam neque adaugescit quidquam, neque deperit inde. *Cic.* 1. *Att.* 20. *sub fin.* Enitere, ut scheda nequa deperat. *Ces.* 5. *B. G.* 33. Nonnullus tempore state deperierant naves. *Id.* 3. *B. C.* 87. Magna pars (exercitus) deperit. Sic *Veget.* 1. *Veterin.* *proem.* 14. et 6. *ibid. proem.* 4. *Schneid.* Sanum animal deperit. *Ovid.* 2. *Imor.* 14. 10. Gens hominum viatio deperitura fuit. *Id.* 1. *ibid.* 15. 31. silices et dens patientis strati Depereant aero. Sic *Colum.* 12. *R. R.* 50. 9. Haec omnia et multo plura esse debent; quoniam usu depereunt et pauciora fiunt. *Sueton.* *Vesp.* 2. Manente villa, qualis fuerat olim; ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret. *Id. Ces.* 42. Quia conditione quartis pars fere crediti deperibat. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 19. (59). Auro, rerum uni, nihil igne deperit. *Id.* 14. *ibid.* 20. 25. (125). Musto deperit sapor. *Siliq.* pro deperit legit deperit. *Id.* 17. *ibid.* 2. 2. (11). In totum poma depereunt. *Gell.* 3. 9. Ad internacionem deperire. — b) Speciatim ponitur pro mori. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 59. Est vetus atque probus centum qui perficit annos. Quid? qui deperit minor uno mense vel anno, inter quos referendus erit?

II.) Figurate deperire aliquem, vel amore aliquem aut alicuius, vel deperire absolute, est impense aflare, ad insaniam diligere; ad litteram enim deperire diceretur qui eo usque amat, ut amore ipso moratur. *Plaut. Cas.* 1. 1. 19. Uxorem ut istane duram, quam tu deperis, bellam et tenellam Casinam, conservam tuam. *Id. Asin.* 3. 1. 24. Qui dunt, eos derides: qui deludent, deperis. Adde eundem. *Circ.* 1. 1. 46. et *Bacch.* 3. 3. 66. *Ter. Heaut.* 3. 2. 14. Minime miror, Clinia hanc si deperit. Adde *Justin.* 1. 7. 15. *Plaut. Cist.* 1. 3. 43. Is amore illam deperit, et illa hunc contra. *Catull.* 35. 12. Illam deperit impotenti amore. *Liv.* 26. 50. et 27. 51. Deperire amore alicuius. *Sueton.* *Vesp.* 22. Expugnatum a quadam, quasi amore sui deperiret, etc. *Curt.* 8. 6. 8. Quam laceratum corpus, in quo deperibat, insueretur. *Plaut. Epid.* 1. 1. 62. Amat ne istam, quam emit de preda? TH. Rogas? deperit.

**DÉPESTA**, órum, n. plur. 2. apud *Varron.* 6. L. L. 123. *Müll.* sunt vase vineria, que in sacris Sabiniis in deorum mensa collocari solebant (al. *leposta*, vel *lepesta*) ab inus. *Σέπτας* libo, quod a *έπτας* *ποταμόν*, quod dictum est, quia *πέπτα* *δέχεται*, potum recipit. At *Müllerus* recte econjecit legendum esse *lepesta*. *V. LEPESTA*.

**DÉPÉTIGO**, ignis, f. 3. idem atque impetigo, lepra: a peto, quia corpus petit et infestat. *Lucilius* apud *Non.* p. 180. 18. *Merc.* illuvies, scabies oculus huic, deque petigo Conscendere. *tmesis*. Al. leg. *délique petigo*. *Cato R. R.* 157. Depeticini spurce brassicam opponito, sanata faciet. Ita *Schneiderus*; alii leg. *petigini porcae*.

**DÉPETO**, is, ere, a. 3. (de et peto) idem quod peto, vel valde peto. *Tertull.* 4. *advers.* *Marcion.* 20. Non deperit ab alio, quod meminisseat petendum sibi a Creatore. *Alii rectius leg.* peterent. *Negue majorem habent auctoritatem* *Not.* *Tir.* p. 39., ubi legitur deperit.

**DÉPEXUS**, a, um. *V. DEPECTO*.

**DÉPICTIO**, ónis, f. 3. idem ac pictura. *Boeth.* in *Porphyry.* 2. p. 60. Descriptio est ex proprietatibus informatio quædam rei, et tamquam coloribus quibusdam depictio. *Id.* 1. *Geom.* p. 1210. Quidam in hujus formæ depictione cou litteras alphabeti assuebant sibi hoc pacto, ut littera, quæ est prima, unitati responderet. *Id. ibid.* 2. p. 1213. Sit autem predictorum infra facta depictio.

**DÉPICTUS**, a, um. *V. DEPINGO*.

**DÉPILATOR**, óris, m. 3. qui dropace pilos e corpore evellit. *Gloss.* *Philon.* *Depilator*, *δηπαλατης*.

**DÉPILATUS**, a, um. *V. DEPILO*.

**DÉPILIS**, e, adjct. (de et pilus) qui est sine pilis. *Varro* apud *Non.* p. 530. 23. *Merc.* Pueri glabri ac depiles propter æstatein. *Forcellinus* incertus habebat, *Varronis* an *Nonii* haec verba essent. *Apul.* Depiles gear. *Cappel.* 8. p. 271. Depile rubellumque calvitudin.

**DÉPILÓ**, as, ávi, átum, are, a. L. (de et pilus). Patt. *Depilatus* I. et II. — Depilo est pilos detraho, evello.

I.) Proprie. *Seneca Const. Sap.* 17. Flementevidimus Cornelium, cum illum Corbulo struthiocamelum depilatum ditisset. *Martial.* 9. 23. Depilati coeli. *Spartian. Hadrian.* 4. Corrupisse eum Trajanilibertos, curas delicatos, eodemque depilasse, opinio multa firmavit. Ita pro sepelisse recte legit Arminienus ad *Plin. Paneg.* 20. *Tertull. Pall.* 4. Revera enim quae est Graecatim depilari magis, quam amiciri? h. e. corporis pilos evellere, magis quam Graecorum vestibus uti. Alii male leg. depalitari; alii depallari, a pallio nempe, vel a *palla*. *Apic.* 6. 3. Perdicere cum pluma sua elutatis, et cuncta madefactam depilabis. *Veget.* 1. *Veterin.* 17. 16. *Schneid.* Chiron — assertit catulum lactenteum vivum in aqua ferventi unissum ac depilatum, ita decoqui, ut ossa separantur a carne. *Apic.* 2. 2. Depilate amygdala. h. e. decorticatae.

II.) Translate. In illo *Lucilii* apud *Non.* p. 36. 27. *Merc.* Nato quid actum est? (Alii leg. Narro, quod actum est:) depilati omnes sumus. Non. expedit, rarefacti, ut sit a *depilo*: rectius dixisset, expati, spoliati, nempe a *depitor*. At *Mercerus* ad h. 1. haec ait: inepte Nonius rarefacti. Propria vis verbis de iis, quibus pili velluntur: translate *Lucilius* de iis, qui spoliati fuerant, aut vapulaverant; nam tale quid in eo libro. Pro *Nato* aliis volebant *Narro* quod actum est; mihi placet magis: *Gnatho* quid actum est? depilati omnes sumus; nam ea persona fuit in hac fabula.

**DÉPILOR**, áris, átus sum, ari, dep. 1. idem ac compilio, expilo. *Priscianus* 18. p. 1205. *Putsch.* Graeca haec verba *ωλησας τους Θεους τας δεκατας*, *και τοις Θεοις τας δεκατας*, testatur a Latinis sic reddi: *depilatus Deos decumas*, et *Deorum decumas*.

**DÉPINGO**, pingis, piniti, pictum, pingere, a. 3. (de et pingo). *Depincti* per syncopen pro *depinxisti* habet *Plaut. Pœn.* 5. 2. 134. — Part. *Depictus* in omnibus paragr. — Depingo idem est ac pingo, vel perfecte pingo (It. *dipingere*; Fr. *peindre*, représenter en peinture; Hisp. *pintar*, figurar con el pincel y los colores; Germ. *abmalen*, durch *Malen abzeichnen*, darstellen; Engl. to paint, depict, figure, draw).

I.) Proprie. *Propriet.* 2. 5. 19. Depingere obscuras tabellas. *Nepos Miltiad.* 6. Quum pugna depingatur Marathonia. *Quintil.* 6. 1. 32. Depictam in tabula sipayiove imaginem. *Gell.* 19. 10. Depictæ in membranulis varia species balnearium. *Sueton. Domit.* 10. Orbis terræ depictus. Adde eundem. *Jug.* 94. *Fitriv.* 4. 2. 2. *Schneid.* Tabellas ita formatas, ut nunc fiunt trlyphi, contra signorum præcisiones in fronte fixerunt, et eas cera cœrulea depinterunt, ut præcisiones signorum tectæ non offendirent visum. *Bibaculus* apud *Sueton.* *Gramm.* 11. Si quis — Depictas minio assulas, et illos Custodes videt horruili Priapos, etc. — Huc pertinet et illius *Hieronym.* *Ep.* 130. n. 7. *Cerussi ora* depingere. h. e. il linere.

II.) Translate. ¶ 1. Depingere est verbis aut cogitatione aliquid aliis vel sibi magna cum vi representare, adeoque ornare, describere. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 134. Forum quidem (*mulieris*) hercile verbis depinxti nihili. *Cic.* 2. *Fin.* 21. 69. Padebit te, inquam, illius tabula, quam Cleanthes, sane communis de verbis depingere (al. pingere) solebat. Jubebat eos, qui audiebant, seruum ipsos cogitare pictam in tabula Voluptatem. *Id. Hose. Am.* 27. 74. Depingere vitam alicuius. *Id. 2. de republ.* 29. rempublicam in seruione. *Id. Orat.* 12. 39. Multa minuta et versicolorum similia quædam, minimeque depicta. h. e. nimis ornata verbis atque descripta. Haec tamen lectio nonnullis dubia videtur. *Quintil.* 8. 3. 63. Tota rerum imago quodammodo verbis depingitur. Rursus *Cic. 1. Nat. D.* 13. 39. Deos ne conjectura quidem informare possumus, quoniam mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere. ¶ 2. Ponitur etiam pro textili opere aliquid ornare. *Sueton. Cat.* 53. Sæpe depictas gemmatasque indules pænulas. *Val. Flacc.* 6. 226. Auro depicta chlamys. — Hinc illud *Apul.* 10. *Met.* Ver gemmulis floridis cuncta depingit. et 9. *ibid.* Homunculi vibicibus lividinis totam cutem depicti.

**DÉPINNATUS**. *V. DEPENNATUS*.

**DÉPLACO**, as, ávi, átum, are, a. L. (de et place) multum placeo. *Hygin.* (edente A. Mai. in *Class. Auct. T.* 3. p. 80.) *fab.* 231. Hostiis eam sibiue deplacare intendebat. *Munkerus* ita legendum moinet in loco similis apud *Fulgent.* 3. *Mythol.* 6., ubi ille tamen edidit placare.

**DÉPLANATUS**, a, um. *V. DEPLANATO*.

**DÉPLANGO**, plangis, planti, plantum, plangere, a. 3. (de et plangu). Part. *Deplangens*. — Deplango, prægnatis ac poeticum verbum, est idem quod plango, aut valde plango. *Ovid. 4. Met.* 544. Cadmeida palmae *Deplanxere domum*, scissis cum ueste capillis. h. e. collisit, ut fit in dolore, palmis delevere. *Id.* 14. *ibid.* 580. ipsa suis deplangunt Ardea pennis. h. e. alas agitando suum excidiuム delect. *Seneca Herc. Et.* 1851. Deflevit mater (*Niobe*), bisque septenos greges deplanxit una. *Hieronym.* 1. in *Isajam* 1. 1. Dum antiqua peccata deplangunt. *Vet. Scholast.* ad *Cic. Mil.* 2. editus ab A. Mai. in *Class. Auct. T.* 2. p. 93. Obviam sororem habuit (*Horatius*) deplangentem Attii Curiatii obitum.

**DÉPLANATO**, us, ávi, átum, are, a. L. (de et planus). Part. *Deplanatus* II. 1. — Deplano est planum suco, aquo.

I.) Proprie. *Lactant.* 4. 12. ex *Isaya*. Ego ante ibo et montes deplanabo.

II.) Improprie. ¶ 1. Figurate. *Cassiod.* de anim. 5. Inclinavimus velut sextum collem, ut difficultatis cacumine deplanato inoffense ad reliquias gradiamur. *Veget.* 3. *Veterin.* 22. 1. et 2. *Schneid.* Gingivulam, vel cartilaginem, vel os quod ex crescere operari, cedito, ut deplanares ad similitudinem partis alterius. Si apte deplanaveris acetum et oleo hinc te vel hinc addito, locum ipsum compicos, et fasciabis *la*. *ibid.* 19. Inunges etiam collyrio non valde acris. et vulnera feceris et deplanaveris, et succo fanigræfomentabilis, et inunges collyrio leni, quod faciet etiunicas ruptas, donec se cicatrix cum placide claudat. ¶ 2. Translate pro explanare adhibuit *Non.* p. 437. 26. *Merc.* et, quod sciām, præerea nemo. Nonni verba sunt; *Vetus* scire et *veteras* cere quid intersit. *Nigidius Commentarius.* Grammatices lib. X. deplanavit.

**DÉPLANTATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DÉPLANTO**, as, ávi, átum, are, a. L. (de et planto). Part. *Deplantatus* sub A. I. et sub B. — Deplantare duo diversa significat, prout A) Prepos. de tractionem, aut B) Motum, qui deorsum fit, significat.

A) Quum præpositio de significat tractionem, deplanto est, quod plantatum erat, evello; seu surculos ex arbore detraho.

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 4. 40. Tertium genus seminis, quod ex arbore per surculos defertur in terram, est videndum, ut eo tempore sit deplantatum quo oportet: id enim fit ante quam gemmari, aut florere quid incipit: et quod ex arbore transferas, ut ea deplantes potius, quam defringas. *Id. ibid.* 43. 1. De cytiso duriore virginea deplantantur, et ita panigrit (*cytisum*) in serendo.

II.) Improprie ponitur pro defringere. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 26. Ne bos extremo jugo iruacum delite: ramumque deplantat.

B) Quum præpositio de motu significat, qui deorsum fit, deplanto est idem ac demitto sive deorsum planto. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 33. (146). Seritur (arando) et deplantata pedali suico, biuis obtusis gemmis, ut tertius nodus terram attingat. *Id. ibid.* 18. 26. (121). Fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio, sed ultraque infirmissima; et quæ cortice nituntur tantum vel leví auro crissimis deplantantur. *Forcellinus* etiam in his *Plinii* locis priore significationem inesse affirmat.

**DÉPLEO**, plies, plévi, plétum, plere, a. 2. (de et pleo). Part. *Deplendus* I. — Depleo est quod plenum erat, hauriendo vacuum facio, ex pleno vase in aliud diffundo.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 64. Oleum si poteris, bis in die deplete. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 8. Conchæ ferreæ, quibus deplete oleum. et patillo post § 10. Quod primū defluxerit, in rotundum lubrum protinus capulator deplete. — Sic deplete animalia, apud *Veget.* 1. *Veterin.* 22. et 24. *Schneid.* est illi sanguinem mittere; hinc *Pelagon.* *Veterin.* 1. 2. equus inter coras deplendus est (quod alii verbis *Veget.* 1. *Veterin.* 13. 4. De coris afferendus est sanguis). et eodem sensu dixit *Plin.* 18. *Hist. nat.*

18. 43. (148). deplere sanguinem; h. e. sanguinem detrahere.

II.) Translate. *Manil.* 4. 13. Totque supervacuis vitam deplete querelis. *Stat.* 1. *Achill.* 8. Tu modo, si veteres digno deplevimus bastu, Da fontes mihi, Phœbe, novos.

**DÉPLÉTURA**, æ, f. 1. actus deplendi animalia: *V. DEPLEO* I. in fin., et locum cit. in PURGATURA et Edict. *Dioclet.* p. 20., ubi depletura ex conjectura tantummodo legitur.

**DÉPLEXUS**, a, um, particip. ab inusit. deplector, pro deorsum complector. *Lucrel.* 5. 1320. de lexiens sc̄ientibus. Et necopinantes a tergo diripiebant, Deplexæque dabat in terram vulnere victos, Morib⁹ affixa validis, atque unguibus uncis. Alii volunt deplexus esse adject., et idem significare ac non plenus, non ligatus, solitus, plecto enim significat etiam implico, necto, πλέκω.

**DÉPLORABUNDUS**, a, um, adj ect. qui valde deplorat. *Plaut.* *Aulul.* 2. 4. 38. Homo ad prætorem deplorabundus venit.

**DÉPLORATIO**, ònis, f. 3. comploratio, querela. *Seneca Consol.* ad *Marc.* 9. Unde nobis tanta pertinacia in deploratione nostri? Adde eund. *Ep.* 74. ante med.; et *Tertull.* *Apolog.* 1.

**DÉPLORATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉPLORÓ**, as, àyi, àtum, are, 1. (de et ploro). Part. *Deplorans* sub A. I.; *Deploratus* et *Deplorandus* sub B. I. et II.; *Deploraturus* sub E. I. — Deplorare occurrit A) Neutrorum more, et B) A-clive.

A) Neutrorum more deplorare est valde plorare, vehementer conqueri ac lamentari (It. lamentarsi forte; Fr. gémir, se lamenter beaucoup; Hispan. lamentarse, quejarse; Germ. heftig weinen, wehklagen, klagen; Engl. to deplore, lament, bewaile).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Tusc.* 13. 32. Lamentabili voce deplorans. *Id.* *Sext.* 6. 14. Necessario mihi de iisdem rebus esse arbitror, si non subtilius disputandum, at certe, judices, dolentius deplorandum. *Id.* 5. *Verr.* 18. 45. De aliquo pravitate et injuriis deplorare et conqueri. Cf. eund. 7. *ibid.* 67. 171. Si ad sexa et ad scopulos has conqueri ac deplorare vellem. *Id.* 4. *ibid.* 27. 65. Ut illi ne deplorare quidem de suis incommodis licet. *Id.* *ibid.* 4. 10. Deplorare apud aliquem de miseriis suis.

II.) Translate de humore, quem vites effundant. *Pallad.* 3. R. R. 30. 1. Vites, que lacrimarum nimietate tibescunt, et deplorando vim roboris sui levantur fructu, etc. Hoc sensu lacrimare dicit *Id.* 4. *ibid.* 1. 1. Quum vites non aquato, sed spissò humore lacrimabunt.

B) Active deplorare est «bememerter plorare».

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Att.* 18. Ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemvis movere posset. *Id.* 11. *Phil.* 2. 6. Quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? *Id.* *Chient.* 24. 65. Deplorare damnationem tacita pietate. *Id.* 5. *Tusc.* 39. 115. cæcitatem suam. *Id.* 4. *Cai.* 2. 4. Nemo ne ad deplorandum quidem reipublicæ nomen — relinquatur. *Liv.* 43. 7. Quum sibi nihil viri reliquum, præterquam lingua, ad deplorandas patrias suæ calamitates, etc. *Id.* 29. 31. Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginenses. *Sueton.* *Cæs.* 20. Deplorare statim temporum. Adde eund. *Galb.* 10. *Curt.* 5. 12. 12. Laceratisque vestibus lugubri et barbaro ululatu regem deplorare cœperunt. *Liv.* 4. 40. Ante omnia deplorati erant equites, non privato magis, quam publico luctu. h. e. compiorati. *Ovid.* 5. *Met.* 62. Postquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam Deploravit Athin. *Claudian.* B. *Get.* 562. deploratumque Timavo Vulnus. *Hieronym.* *Ep.* 140. n. 5. Genus deploratus humanum. — Singularis est locus *Cassiod.* 1. *Variar.* 16. Deplorata adiunctio conquesti sunt. h. e. cum pioratu aduentus.

II.) Figurate deplorare aliquid vel aliquem est desperare, et veluti supremo luctu prosequi quod nullo remedio restitui potest. *Liv.* 5. 46. Suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes. *Id.* 9. 7. Quum — deploratum paene Romanorum nomen in concilio sociorum esset etc. Adde eund. 41. 6. *Id.* 26. 12. Spes deplorata est. *Id.* 3. 38. Liberitas deploratur. *Ovid.* 1. *Met.* 272. deplorata coloni Vota jacent. *Flor.* 2. 18. 15. Eritum deplorare. *Id.* 2. 15. 16. Deploratis rebus.

*Sueton.* *Rhet.* 6. Deplorato Italiz statu. *Anonian.* 15. 8. 1. Gallas deplorata. *Quintil.* 10. 3. 28. Ideoque non statim, si quid obstrepit, abiciendi coicis et deplorandus dies. *Petron.* *Satyr.* 123. Ille Penates Occultat gremio, deploratumque relinquit Limen. h. e. domum suam, quam eversum iri certo putat, neque se amplius eam revisurum. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 39. (135). Constat, deplorata aurum vitia eo remedio sanari. *Id.* 7. *ibid.* 50. 51. (166). Deploratus a medicis. *Ovid.* 13. *Met.* 481. deploratos recentent Priamidas.

**DÉPLUIT**, pluiebat, pluit, pluatum, pluere, impers. 3. (de et pluit). Part. *Deplutus*. — Depluit est deorsum pluit; et occurrit — a) Neutrorum more. *Tibull.* 2. 5. 72. in terras depluaretque lapis. *Colum.* 10. R. R. 207. Inquit sius Matris violento depluit (*Juppiter*) imbre. — b) Cum Accusativo. *Propert.* 2. 18. 8. Niobe lacrimas depluit. h. e. effundit. — Hinc Part. præter. pass. *Deplutus*, h. e. pluvia madefactus. *Boeth.* *Aristot.* *Analyt.* post. 2. 13. p. 552. Depluta terra, necesse est, vaporem fieri; hoc autem factio, nubem; hac autem facta, aquam; hac vero facta, necesse est terram deplutam esse.

**DÉPLUMIS**, e, adj ect. implumis, sino pennis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 24. 34. (70). Inventæ sunt hirundines nude atque deplumes.

**DÉPLUTUS**, a, uno. *V.* *DEPLUIT*.

**DÉPÔCULASSÈRE** a depoculare, b. e. poculum spoliare. *V.* in *DEPECULOR*.

**DÉPÔLIO**, is, ivi, itum, ire, a. 4. (de et polio). Part. *Depolitus* I. — Depolio est idem quod polio, vel valde polio, perficio.

I.) Proprie. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 23. 63. (188). Si pavimentum cote depositum est. — Joculariter *Plaut.* *Epid.* 1. 1. 84. Ubi senserit, sibi data esse verba, virg⁹ tergum depositum meum. Sic *Herc.* 1. *Sat.* 5. 22. caput lumbosque fuste dolore. Sic *Plaut.* *Capt.* 4. 2. 116. Fuste pectere. Al. Teg. dispoliet a diis, et polio, is.

II.) Translate. *Paul. Diac.* p. 71. 20. *Müll.* De politum, perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant.

**DÉPÔLITIO**, ònis, f. 3. actus depoilandi. Politiones agrorum, inquit *Turneb.* l. 29. *Advers.* c. 10., sunt cultus: contra depositiones. *Varro* (apud *Non.* p. 66. 29. *Merc.*). Quid mirum? er agri depositionibus ejiciuntur, hic in cœnaculo polito recipiuntur. Hæc *Turneb.*, sed *Varro*is verba incertæ sunt lectionis. *V.* *POLITIO* et *POLIO*.

**DÉPÔLITUS**, *V.* *DEPOLIO*.

**DÉPOMPÀTIO**, ònis, f. 3. spoliatio ornamento rum: et translate opprobrium. *Hieronym.* 1. *advers.* *Rufin.* n. 31. In depomptationem Christianorum.

**DÉPOMPO**, as, are, a. 1. (de et pompa) ornatu spolio: unde translate opprobrio officio. *Hieronym.* in *Nahum* c. 3. Ante oculos omnium depompatur.

**DÉPONDÉRO**, as, are, n. 1. (de et pondero) deorsum pondero, pondere deorsum premo. *Petron.* fragm. edente *Burmann.* p. 875. edit. 2. Sic rate demersa fulvum deponderat aurum. Al. leg. vulsum deponderat aurem.

**DÉPÔNENS**, entis, particip. a depono. *Deponentia* absolute, subaudi verba, dicuntur a Grammaticis, quæ positione passiva active significant, ut vereor, meditor: vel per antiphrasim, inquit *Diomed.* 1. p. 327. *Putsch.*, quia r literam nunquam depo nunt, et, si deponant, Latina non sunt, ut vero; vel quia una significatione deposita (nempe passiva) a communibus separantur; vel tandem quia deponunt ambiguitatem sermonis, quæ in communibus reperitur. Sed prima harum originum quamvis ponatur etiam a *Charis.* 2. p. 143. et *Max. Victor.* p. 1947., est plane ridicula, et vel grammatico indigna. Alteram confirmat *Palemon* p. 1379., item *Priscian.* 8. p. 787., ubi addit etiam quartam, quæ deponentia speciem habent simplicem et absolutam, quæ per se ponitur, nec ab activa nascitur, ut in passivis, nec duplice habet vim, ut in communibus. *Cledonius* p. 1914. et *Augustin.* p. 2003. quintam addiderunt, quod ex quatuor participiis communis verbī, illud, quod in duabus desinit, a deponente deponitur, h. e. abicitur.

**DÉPÔNO**, pōnis, pōsi, pōsitum, pōnere, a. 3. (de et pono). Præteritum depositi pro deponui habent *Plaut.* *Curt.* 4. 3. 4. et *Most.* 2. 1. 35., et *Catull.* 34. 8.: *V.* integrum locum infra sub A. I. 4. Hinc

etiam *Virg.* *Catal.* 8. Tua in palude depositasse sarcinas. Ubi deposuisse dictum est pro deposituisse per syncopen. — *Depositus* pro depositus per syncopen habet *Lucilius* apud *Non.* p. 279. 19. *Merc.* — Part. *Deponens* V. suo loco; *Depositus* in omnibus fere paragi.; *Depositurus* sub A. II.; *Deponendus* sub B. I. — Depono est deorsum ponō, demitto; et usurpat modo absolute, modo cum addito loco, in quo aliiquid depositatur, per præpos. in. et Ablat. vel raro admodum Accus. (It. metter giù, deporre, abbasare; Fr. déposer, mettre à terre; Hisp. depo ner; Germ. etwas abwärts-, nach unten legen, ablegen, nieder- legen, setzen, stellen, hinlegen; Engl. to lay or put down, set down, lay, put). Occurrit autem A) Generatim, et quidem

I.) Proprie. ¶ 1. Universim usurpatur de pluribus, quæ deorsum mittuntur vel ponuntur. *Plaut.* *Curt.* 2. 3. 80. Propino magnum poculum: ille ebbit. Caput deposit: condormisit. Cf. *Cic.* 13. *Phil.* 11. 23. Deponere mentum in gremio minæ. Et *Ovid.* 3. *Amor.* 5. 20. caput terra. *Lucrel.* 1. 258. Hinc fessa pecudes pinguis per pabula latæ Corpora depo nunt arboris altae. Et *Horat.* 2. *Od.* 7. 19. Fessum latus depo nunt. Huc referri potest et illud *Virg.* 9. *Ecl.* 61. hic, Mæri, canamus: Hic hædos depone. *Curt.* 6. 1. 13. Ille, ut fugam suorum et proximos hostium conspexit, deponi se jussit. *Plaut.* *Aulul.* 3. 6. 39. Ut me deponi vino, eam affectat viam. h. e. ut me ebrium amissis sensibus humili steriat. At *Non.* p. 279. 16. *Merc.* exponit alienare, et sic est metaphoricum. Rursus *Lucrel.* 3. 1071. Quid sibi quisque velit, nescire, et querere semper; Commutare locum, quasi onus deponere possit. *Cic.* *Sull.* 23. 65. Depositum onus. *Cæs.* 1. B. C. 80. Deponere onera jumentis. *Sueton.* *Aug.* 78. Deponere lecticam. *Cæs.* 3. B. C. 76. Depositis in contubernio armis, vallum relinquebant. Adde eund. 3. *ibid.* 10. et 4. B. G. 32.; *Liv.* 5. 2.; *Curt.* 4. 12. 15.; *Virg.* 12. *En.* 797.; et *Quintil.* 3. 8. 17. Sic *Cic.* 3. *Off.* 25. 95. Deponere gladium. *Sueton.* *Cal.* 48. gladios. *Liv.* 23. 11. coronam in aram. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 25. quo tibi, Tili, Sumere depositum clavum fierique tribuno? *Ovid.* *Heroid.* 19. 43. Deponere humeris vestes. *Justin.* 20. 4. 11. vestes auratas. *Juvenal.* 1. 142. amictus. *Sueton.* *Cal.* 48. bracca. *Martial.* 3. 50. soleas. *Petron.* *Satyr.* 104. Ungues et capillos deponere. h. e. recidere. *Tac.* 4. *Hist.* 61. crinem. *Martial.* 5. 43. comas. *Scribon.* *Compos.* 207., 210. et 212. Deponere cacabum ab igne. h. e. ab igne removere. *Pallad.* 3. R. R. 17. 2. Inde quasi cuneum tenuem ferreum vel osseum — inter corticem et lignum tribus prope digitis consideranter deponimus. h. e. immittimus, defigimus. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 41. Quid juvat inancus te argenti pondus et aurum Furtim defossâ timidum deponere terra? h. e. defodere, obruere. ¶ 2. Speciatim in re rustica ponuntur pro plantare, terræ committere. *Colum.* 5. R. R. 4. 2. Vel scrobe, vel sulco semina deponuntur. *Id.* 3. *ibid.* 10. 19. Deponere malleolum in terram. Adde eund. 1. *ibid.* 1. 5., 3. *ibid.* 3. 2. et 11. *ibid.* 3. 20.; et *Virg.* 2. G. 24. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 32. (103). Cræpas semina seri, non depositi, Græci jussere. *Pallad.* 14. R. R. 3. Deponere surculum. Adde *Senec.* *Ep.* 86. a med.; et *Stat.* 2. *Silv.* 3. 39. ¶ 3. Item pro exponere, hoc est e navi in litus educere. *Auct.* B. *Alex.* 34. Cesar deponit legiones, equitesque et navibus egressos jubet et lauore resuscitare. *Justin.* 4. 5. 8. Deponere exercitum in terram. ¶ 4. Item apud Poetas pro eniti, parere. *Catull.* 34. 5. O Latonia matimi magna progenies Jovis, Quam mater prope Deliam Depositiv olivam. depositiū antiquum præteritum est, quod legitur etiam apud *Plaut.* *Curt.* 4. 3. 4. Ceterum deponere hac significatione adhibuit etiam *Phœdr.* 1. 18. et 10. ¶ 5. Item in sponsonem dare, sive tamquam certaminis præmium ponere: Itali dicunt scommettere. *Virg.* 3. *Ecl.* 32. ego hanc vitulam — Depono. tu dic mecum quo pignore certes. m. De grege non ausim quidquam deponere locum.

II.) Translate est abdicere, demittere, omittere, reliquere: ad rem *Cic.* *Quinct.* 13. 45. Petitoris personam capere, accusatoris deponere. Ceterum occurrit — a) De magistribus ac munieribus. Sic deponere provinciam dicitur is, qui non incepto,

vel non confecto administrande provincie legitimo

tempore, magistratu abit. *Cic.* 5. *Fam.* 2. Me ut primum in contione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. Adde *eund.* *Pis.* 2. 5. *Id.* 2. *Nat.* D. 4. 11. Consules sumnum imperium statim deponerent. *Ces.* 7. B. G. 33. Cotum magistratum deponere coegerit. Adde *Liv.* 2. 28. *extr.*; *Ces.* 2. B. C. 32.; *Sueton.* *Claud.* 36.; et *Justin.* 21. 2. 4. et 28. 3. 15. *Quintil.* 3. 8. 53. et *Sueton.* *Ces.* 77. Deponere dictaturam. *Sueton.* *Aug.* 36. honorem. *Antonius* apud *Cic.* 8. *Phil.* 8. 25. Provinciam remitto, exercitum depono. — b) Item de actionibus, quas interrumpentes omissimus. *Sall.* *Jug.* 83.; *Ovid.* 8. *Met.* 17.; *Tac.* 2. *Hist.* 37.; et *Justin.* 5. 2. 14. Deponere bellum. Cf. *Liv.* 4. 6. et *Ovid.* 14. *Met.* 571. *Cic.* 1. *Acad.* (post) 1. 3. insidias. *Id.* 13. *Fam.* 1. *ad fin.* cœdificationem. *Id.* 7. *Att.* 5. *sub fin.* Confidere negotium; aut deponere. *Liv.* 4. 48. *extr.* actionem. *Auct.* B. *Alex.* 12. cogitationem reparandæ classis. — c) Item de animi affectibus, aliisque. *Cic.* *Amit.* 21. 77. Deponere amicitiam. *Id.* *Planc.* 31. 76.; et *Sueton.* *Ces.* 73. et *Vesp.* 6. similitates. *Id.* *Rosc.* *Am.* 17. 49. studium. Sic *Justin.* 1. 2. 11. studia belli. Rursus *Cic.* 7. *Fam.* 6. desiderium urbis. Cf. *eund.* 3. *leg.* *Agr.* 1. 2. Opinio deposita et abjecta. *Id.* 4. *Fam.* 6. 2. Deponere omnes curas doloresque. *Ces.* 1. B. C. 14. memoriam injuriarum. Cf. *Cic.* *Sull.* 6. 18. et meneria aliquid. *Auct.* B. *Alex.* 63. metum. Adde *Justin.* 1. 4. 5., 9. 1. 8. et 7. 5. 3.; et *Sueton.* *Tib.* 24., *Ner.* 41. et *Ces.* 15. *Ces.* 5. B. G. 19.; *Horat.* 2. *Sat.* 5. 26.; *Curt.* 10. 9. 7.; *Sueton.* *Ces.* 13.; *Seneca Ep.* 33.; et *Quintil.* 9. 2. 97. et 7. 4. 22. spem. *Juvenal.* 1. 133. volta. *Cic.* 2. *Orat.* 52. 210. Omnia gloriam abdicere atque deponere. *Id.* 2. *Off.* 1. 9.; et *Quintil.* 11. 1. 56. molestias. *Horat.* 1. *Ep.* 9. 12. Depositus pudor. *Nepos Hann.* 1. Deponere prius animam, quam odium. Adde *Justin.* 22. 2. 3. Rursus *Nepos Pausan.* 5. vitam. *Ovid.* 6. *Fast.* 530. et 4. *Met.* 98. famam, sitem. *Plin.* 7. *Hist.* *nat.* 50. 51. (170). mortum. *Justin.* 43. 4. 1. barbaricum. *Id.* 21. 2. 6. Dionysius spondens, se depositurum tyrannidem.

## B) Speciatim; et quidem

I.) Proprie occurrit pro seponere, in tuto ponere, servandum committere. *Plaut.* *Bacch.* 2. 3. 72. Nos apud Theotimum omne aurum depositum. *Cic.* 3. *Off.* 25. 95. Deponere pecuniam apud aliquem. *Ces.* 3. B. C. 108. Tabulae testamenti – apud Pompejum sunt deposita. Adde *eund.* 7. B. G. 63.; *Sueton.* *Aug.* 101.; et *Quintil.* 5. 13. 49. et 9. 2. 63. et 92. *Cic.* 6. *Verr.* 12. 29. Habere aliquid depositum apud aliquem. Cf. *eund.* 2. *leg.* *Agr.* 16. 41. Per unum depositam recuperare. *Nepos Hann.* 9. et *Liv.* 44. 25. Deponere aliquid in templo. *Ces.* 6. B. G. 41. prædam in silvis. *Liv.* 24. 18. *sub fin.* pecuniam in publica fide. *Att.* *leg.* in publicam fidem. *Ces.* 1. B. C. 23. aurum in publicum. *Id.* 4. B. G. 19. Ubi de oppidis demigrarent, liberos, uxores suaque omnia in silvas deponerent. *Varro* 5. L. L. 89. *Hüll.* Pilani triarli quoque dicti quod in acie tertio ordine extremis subaldo deponebantur. *Ces.* 3. B. C. 78. Cæsari, ad saucios deponendos, necesse erat adire Apollonianum. *Cic.* 2. *Fam.* 17. 4. Rationes Apameæ deponere. h. e. rationes in codice descriptas tradere et committere. *Lucan.* 8. 191. Deponere piagnus. — Hinc *depositum*, i. n. 2. substantivorum more, quod *V.* in fine.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim ponitur pro credere, committere. *Cic.* *Cæcin.* 35. 103. Populi Romani jus in vestra fide ac religione depono. *Horat.* 1. *Od.* 27. 18. quidquid habes, age, Depone tutis auribus. *Id.* 2. *Sat.* 6. 46. Et qua rimbosa bene depositum in aure. ¶ 2. Speciatim deponere est desperare, inquit *Non.* p. 279. 17. *Merc.* Unde depositi desperati dicuntur. Hoc vero inde ortum putant, quod ægri jam prorsus desperati, aut etiam recens mortui de lectulo humi collocabantur. *Virg.* 12. *Æn.* 395. Ille, ut depositi preferret fata parentis, Scire potestates herbarum usumque medendi Maluit. Ubi *Servius*: Apud veteres consuetudo erat, ut desperati ante januas suas collocarentur, vel ut extremitum spiritum reddenter terræ, vel ut possent a transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laboraverant morbo. *Lucilius* apud *Non.* p. 279. 19. *Merc.* Symmachu' præterea, jam tum depositus bubulus, Exhalans animam pulmonibus æger agebat. *Cæcilius* apud *eund.* p. 279. 30. Depositus

modo sum anima: vita sepultus sum. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 47. Jam prope depositus, certe jam frigidus. *Id.* 3. *Trist.* 3. 40. Depositum nec me qui float, ullus erit. h. e. mortuum. — Hinc translate *Cic.* 3. *Verr.* 2. 5. Mihi videor magnam et maxime ægram et prope depositum reipublicæ partem suscepisse. — Hinc etiam in inscriptionibus Christianis passim depositus dicitur, qui sepultus fuit. *Inscript.* apud *Fea.* *Framm.* *consol.* p. 95. DEPOSITUS EST PVER NOMINE EXSPERANTIVS VII. IDVS MAJAS SVB CONSLATY MODESTO ET FL. ARIATINA COSS. IN PACE. nemppe anno 372. a. Chr. nat. *Alia* apud *Orell.* 5014., quæ pertinet ad annum post Chr. nat. 377. D. N. GRATIANO HYG. (lege AVG.) IIII. ET MARABADE COSS. XVII. KAL. MA. DEPOSITVS IN PACE FAYSTINVIS M. VIII. Adde *alias* apud *eund.* 4657. ¶ 3. Item speciatim apud sequioris ævi scriptores deponere est ad nibilum redigere, diruere. *Capitolin.* *Maxim.* duob. 12. Tabulas deponi et eviri. *Spartian.* *Alex.* Ser. 14. Status deponere. h. e. dejicere. *Capitolin.* *Maxim.* duob. 23. Status atque imagines depositæ. — Hinc ponitur et pro deprimere, everttere, destruere, solo æquare; præcipue apud *Jctos.* *Stat.* 1. *Silv.* 4. 91. Deposita urbs. h. e. capta et versa. *Val.* *Flacc.* 5. 34. tunc ipsa tremari Visa ratis, medioque viros deponere ponto. h. e. in medio mergere, sive occidere. *Ulp.* *Dig.* 8. 2. 16. Si deponat ædificium, vel arboris ramos: quo facto locus opacus quandam cœpil esse solis plenus. Adde *eund.* *ibid.* 5. 6.; et *Paul.* *ibid.* 2. 30., et 10. 1. 4. etc. *Jabolen.* *ibid.* 41. 3. 23. Depositæ ades. — Hinc a Part. præter pass.

*Depositum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more,

I.) Proprie ¶ 1. Est res ipsa deposita: *V.* supra sub B. I. *Depositum*, inquit *Ulp.* *Dig.* 16. 3. 1., est, quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo, quod ponitur. Præpositio enim de auget positum etc. *Cic.* 3. *Off.* 25. 95. Neque semper deposita reddenda. *Sueton.* *Oth.* 3. Reposcerre depositum. *Juvenal.* 13. 60. si depositum non inficietur amicus. Adde *eund.* 13. 178.; et *Quintil.* 7. 2. 50. *Papian.* *Dig.* 36. 3. 5. *extr.* Habere aliquid in deposito. *Ulp.* *ibid.* 33. 88. Pro deposito esse apud aliquem. ¶ 2. Ita quoque appellatur contractus ipse, quo res aliqua ea lege apud alterum deponitur, ut suo tempore redatur, dolum solummodo, non negligientiam præstante, uti *Cajus Dig.* 44. 7. 1. doceat. Hinc teneri depositi apud *Ulp.* *cit.* 1. 16. *lit.* 3. qui inscribitur *Depositi*, vel contra, 1. etc.

II.) Translate. *Quintil.* 11. 2. 25. Ut meminerimus omnium quasi depositorum. *Id.* 10. 3. *in fin.* Irrumpunt optimi nonnumquam sensus, quos neque inserere oportet, neque differre totum est: ideoque optime sunt in deposito. h. e. cum que scribentibus extra ordinem occurrent, subinde notantur.

*Deponens*, entis, absolute, substantivorum more, V. DEPONENS loco suo.

DÉPONTANI Senes, inquit *Paul.* *Diac.* p. 75. 7. *Hüll.*, appellabantur, qui sexagenarii de ponte dejicabantur. Loquuntur autem de sexagenariis, qui a cura reipublicæ liberabantur, et suffragii ferendis abstinebant. Suffragia autem in campo Martio per pontem transcurrentibus ferebantur. *V.* SEPTUM, PONS et SEXAGENARIUS.

DÉPÔNTO, as, are, a. 1. de ponte dejicio. *Varro* apud *Non.* p. 214. 14. *Merc.* Acciti sumus, ut deponantur. Ita etiam Oehler (*M. Ter. Parron. Sat. Menipp. Rel.* p. 213); al. aliter leg.

DÉPOPULABUNDUS, a, um, adjekt. populabundus. *Liv.* 2. 48. In ipsorum Equorum agrum depopulabundus transit. Plerique alli melius leg. depopulandum.

DÉPÔPULATIÖ, ônis, f. 3. vastatio, direptio. *Cic.* 5. *Phil.* 9. 25. Totum iter Antonii quid habuit, nisi depopulationes, vastationes, cedes, rapinas? *Id.* *Harusp.* resp. 2. 3. Excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem meis tectis atque agris intulerunt. *Id.* *Fonjei.* 16. 34. Defendere a depopulatione provinciam. Adde *eund.* 2. *Verr.* 4. 12. et 2. *de republ.* 14.; et *Liv.* 43. 23.

DÉPÔPULATOR, ôris, m. 3. vastator, direptor. *Cic.* *Dom.* 5. 13. Fori depopulator, obsessor curiae.

DÉPÔPULATRIX, Iris, f. 3. quæ depopulatur, vastatrix. *Cassiod.* 11. *Variar.* 3. a med. Depopulatrix humani generis luxuriam a vestro populo segregat.

DÉPÔPULATUS, a, um. *V.* DEPOPULO et DÉPOPULOR.

DÉPÔPULÓ, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. Part. *Depopulatus* sub b. — Cetera Participia *V.* in voc. seq. — Depopulo est idem quod depopulor, sive diripio, vasto, prædor. — a) Activa forma. *Ennius* apud *Non.* p. 471. 19. *Merc.* Agros audaces depopulant servi dominorum domini. *Cæcilius* apud *eund.* p. 417. 18. Jamidum depopulat macellum. *Auct.* B. *Hisp.* 42. Agros vestramque provinciam vestro impulso depopulavit. *Val.* *Flacc.* 6. 531. furtis assuetus inquis Depopulare greges. — b) Passive. — Apud optimos Scriptores occurrit tantum Part. præter. *Ces.* 1. B. G. 11. Sese, depopulatis agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere. *Id.* 7. *ibid.* 77. Depopulat Gallia, magna illata calamitate, etc. *Liv.* 9. 36. Depopulato agro. *Id.* 37. 4. a med. Omnis ora maritima depopulata ab Achæis erat. *Id.* 10. 15. Monimenta regionum depopulatarum. *Justin.* 42. 2. Depopulata Parthia, in patriam reveruntur. — Ut verbum finitum, passive depopulabitur occurrit apud *Lactant.* de *ira Dei* 16. sub fin. Quasi communis latrocino terra omnis depopulabitur.

DÉPÔPULOR, ãris, ãtus sum, ari, dep. 1. (de et populus). Part. *Depopulans*, *Depopulatus*, *Depopulatur* et *Depopulandus* I. — Depopulor sæpius usurpatur quam depopulo, et est idem quod populus, aut omnino populus, diripio, vasto, prædor (It. *saccheggiare*; Fr. *ravager*, *saccager*, *piller*; Hisp. *asolar*, *saquear*; Germ. *verheeren*, *verwüsten*; Angl. *to lay waste*, *pillage*, *spoil*, *ravage*, *depopulate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Est res ipsa deposita: *V.* supra sub B. I. *Depositum*, inquit *Ulp.* *Dig.* 16. 3. 1., est, quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo, quod ponitur. Præpositio enim de auget positum etc. *Cic.* 3. *Off.* 25. 95. Neque semper deposita reddenda. *Sueton.* *Oth.* 3. Reposcerre depositum. *Juvenal.* 13. 60. si depositum non inficietur amicus. Adde *eund.* 13. 178.; et *Quintil.* 7. 2. 50. *Papian.* *Dig.* 36. 3. 5. *extr.* Habere aliquid in deposito. *Ulp.* *ibid.* 33. 88. Pro deposito esse apud aliquem. ¶ 2. Ita quoque appellatur contractus ipse, quo res aliqua ea lege apud alterum deponitur, ut suo tempore redatur, dolum solummodo, non negligientiam præstante, uti *Cajus Dig.* 44. 7. 1. doceat. Hinc teneri depositi apud *Ulp.* *cit.* 1. 16. *lit.* 3. qui inscribitur *Depositi*, vel contra, 1. etc.

II.) Translate. *Afranius* apud *Non.* p. 480. 13. *Merc.* Quos impune depopulatur – dedecus. *Tac.* 16. *Ann.* 13. Omne mortalium genus vis pestilentia depopulabatur. *Ulp.* *Dig.* 47. 4. 1. Depopulari hereditates. h. e. consumere.

DÉPORTATIÖ, ônis, f. 3. actus deportandi. ¶ 1. Generatim de rebus. *Cato R. R.* 144. In singulas deportationes. ¶ 2. Speciatim de hominibus est relegationis genus, de quo *V.* in DÉPORTO sub B. 2. *Ulp.* *Dig.* 48. 13. 3. In aqua et ignis interdictio nemouie successit deportatio. Adde *ibid.* 48. 22. 6.; et *Immian.* 29. 3. 7.

DÉPORTATÖRIUS, a, um, adjekt. ad deportandum pertinens. *Imp.* *Constantin.* *Cod.* 12. 47. 1. Nullo munere civili, seu personali, vel deportatori onere eos affici concedimus.

DÉPORTATÜS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉPORTO, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (de et porto). Part. *Deportatus* sub A., et sub B. 1.º II. 1. et 2.º I.; *Deportaturus* sub B. 1.º II. 1.: *Deportandus* sub A. — Deportare est deorsum portare, de uno in alium locum portare, transferre, exportare (It. *portar* *giù*, *portar* *via*, *trasportare*; Fr. *porter*, *transporter*; Hisp. *transportar*; Germ. *herunter* –, *herab* –, *wegtragen*, *-schaffen*; Angl. *to carry down*, *to carry or convey away*, *transfer from one place to another*). Occurrit autem A) Generatim, et B) Speciatim.

A) Generatim usurpatur tum de hominibus, tum de rebus, ac præcipue de comœtu. *Cato R. R.* 144. De fundo ligna et oleum ne deportari. *Pompejus* ad *Marcell.* et *Lentul.* *Coss.* apud *Cic.* 8. *Att.* 12. A. *in fin.* Arma Brundisium jumentis deportare. *Cic.* 5. *Verr.* 14. 36. Ut omnes decumas ad aquam deportatas haberent. *Id.* 7. *Fam.* 15. Deportare aliquid ex provincia. *Id.* 16. *ibid.* 5. 1. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportaret, ut ibi te plane confirmares. *Al.* *leg.* deportares. *Sueton.* *Aug.* 78. *extr.* Deportari Iectica per vicos. *Id.* *Verr.* 31. In Italianam deportari. *Nepos Eumen.* 13. Ossa

eius in Cappadociam ad matrem deportanda curauit. *Sueton.* *Claud.* 6. Deportare corpus (*h. e. cadaver*) Augusti. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (136). Flumina deportant serpentes. *Id.* 2. *ibid.* 103. 106. (234). Urimantes oleum ore spargere, quoniam mitiget naturam (*maris*) asperam lucemque deportet. — Et de navibus. *Ces.* 1. *B. C.* 27. Naves, quæ exercitum eo deportaverant. Adde *eumd.* 3. *B. C.* 12.; *Liv.* 43. 6.; et *Sueton.* *Tib.* 18. — Sæpe de annona conveatuque. *Ces.* 1. *B. C.* 60. Frumentum deportare in castra. *Sueton.* *Ces.* 43. Deportare obsonia. *Plin.* *Paneg.* 31. messes. V. *Bremi* ad *Sueton.* *Tib.* 18. — Absolute *Sueton.* *Cal.* 39. Invitatus lucro, quidquid instrumenti veteris aulae erat, ab urbe repellit: comprehensis ad deportandum meritorius quoque vehiculis et pistrinensis jumentis.

## B. Speciatim

1.) Est ex provincia aliquid domum reducere; et usurpatum

I.) Proprie, præcipue de exercitu. *Cic. pro leg. Manil.* 21. 61. Bellum in Africa conficit; victorem exercitum deportavit. *Liv.* 40. 35. Ut Q. Fabio decedentem de provincia deportare inde exercitum liberaret. Adde *eumd.* 39. 38., 30. 40. *extr.* et 51. 17.; et *Justin.* 34. 2. 1. et 17. 2. 13. Similiter *Curt.* 10. 2. 16. Equidem quum alios (*militis*) dimittere in patriam, alios mecum paulo post deportare statuerim, etc. Adde *Liv.* 38. 50. Cf. *Cic.* 7. *Verr.* 16. 40. Tertia illa tua, quam tecum deportabas. *h. e. duccas.* Et *Nepos Alcibi.* 4. In triremem, quæ ad eum deportandum missa erat, ascendi.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatum de gloria vel decore pro reportare, referre. *Curt.* 9. 10. 24. Igitur — simulatus Patris Liberi non gloriam solum, quam ex illis gentibus deportaverat, sed etiam famam etc. *Cic. Senect.* 1. 1. Te non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem et prudenter, intelligo. *Id. Mar.* 5. 12. Aliquod ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. *Id.* 1. *Off.* 22. 78. Dicit, se triumphum tertium deportaturum fuisse. Adde *Nepot.* *Cat.* 2. *Tac.* 2. *Ann.* 26. Qui nullocum alio hoste nonnisi apud Germanias adsequi non men imperatorium et deportare lauream posset. ¶ 2. Interdum ponitur pro offerre, parere. *Justin.* 20. 2. 15. Pulvinaria lls (dts) in navi componunt, faustisque profecti omnibus, solatia suis pro auxiliis deportant.

## 2.) Deportare in insulam et deportare absolute

I.) Proprie est patria pulsum aliquem in certam insulam relegare, ubi, amissa civitate et testamenti factione, perpetuo sit: quæ pena dicitur deportatio. *Tac.* 4. *Ann.* 13. Vibius Serenus de vi publica damnatus ab atrocitate morum in insulam deportatur. *Id.* 14. *ibid.* 45. Censuerat, ut liberti quoque Italia deportarentur. Adde *Capitolin.* *Anton.* *Phil.* 25. et 26. *Quintil.* 5. 2. 1. In reis deportatis. — *Deportati in insulam et deportatis absolute dicebantur exiles certæ aliquibus insulæ, aut alterius loci. Illemitibus circumscripti, quos, nisi aperto vitæ discrimine, egredi non licet.* *Ulp. Dig.* 48. 22. 7. Hæc est differentia inter deportatos et relegatos, quod in insulam relegari ad tempus, et in perpetuum quis potest; qui et civitate Romana retinet, et testimenti factionem non amittit: deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotavit, vel de quibus deportandis scripsit; quæ pena civitatem admittit et testimenti factionem et reversionis spem. Hæc *Ulp. ibid.* et *leg. præced.* item *Cajus Dig.* 28. 1. 8. etc. V. *RELEGATUS* in v. *RELEGO.*

II.) Translate. *Ter. Phorm.* 5. 7. 85. Non hoc publicius scelus hinc deportarier in solas terras? deportarier paragoge pro deportari: et significat hic relegari, amandi.

DEPOSICO, poscis, pôposci, poscere, a. 3. (de et posco). Part. *Deposcens* I. 1.; *Deposcidens* II. — Depoco (præpositio enim de vī addit. verbo) est magnopere posco, flagito, postulo (It. dimandare con istanza; Fr. demander avec instance; Hisp. demandar con instancia; Germ. dringend, gleichsam als sein Recht, nachdrücklich, entschieden fordern, verlangen; Angl. to require, demand, or request earnestly).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ces.* 1. *B. C.* 56. Certas sibi depositi naves Domitius. *Cic.* 3. *Phil.* 13. 33. Idem non modo non recusem, sed appetam etiam atque depositam. *Id. pro leg. Manil.* 2. 5,

Pompejum unum ab omnibus ad id bellum imperatorem depositi atque expeti. *Id. 2. Invent.* 49. 144. Lex est: Quam volet sibi rem a magistrato deposito. *Et mox.* Hæc filium suum — sibi in præmiti loco depositum. Adde *Horat.* 1. *Sat.* 2. 70. *Sueton.* *Gaius.* 15. Populo Romano deposito supplicium. *Id. Claud.* 11. Deponere suam cædem. *Id. Vespa.* 2. ludos. *Id. Domit.* 2. auxilia ducesque. *Id. Tib.* 55. viginti sibi. *Id. Cal.* 68. pœnam in se. Adde *Plin.* 1. *Ep.* 8. 2.; et *Sil.* *It.* 3. 706. *Val. Flacc.* 1. 199. fulmen. *Frontin.* 1. *Strateg.* 11. 1., 2. *ibid.* 1. 3. et 4. *ibid.* 7. 6. Deposcere pugnam. Cf. *eumd.* 1. *ibid.* 5. 15. et 4. *ibid.* 5. 10.; et *Sueton.* *Oth.* 9. Sic *Sil.* *It.* 17. 129. depositus prælia rector. Et absolute eodem sensu *Ces.* 3. *B. C.* 85. De prælio cogitandum (est), sirus semper depostrinquo. Cf. *eumd.* 7. *B. G.* 1. Omnibus pollicitationibus ac præmissis depositum, qui bellis initium faciant et sui capituli periculum Galliam in libertatem vindicent. ¶ 2. Speciatim depositi dicuntur ii, quorum pœna ab aliis efflagitatur. *Ces.* 3. *B. C.* 110. Regum amicos ad mortem depositare. *Auct. B. G.* 8. 38. Principem sceleris ipsius et concitatem bellum — ad supplicium depositum. *Liv.* 21. 6. *extr.* Durem ipsum in pœnam fœderis rupti depositare. *Sueton.* *Tit.* 6. Deposcere aliquem ad pœnam. *Tac.* 1. *Ann.* 23. Deposcere aliquem morti. Et absolute eodem sensu *Cic. post red. in senat.* 13. 33. Altera pars me depositare, propter inimicitias, videbatur. *h. e. deposcere ad mortem.* *Justin.* 32. 4. 8. Missi a senatu legati sunt, qui utrumque regem in pacem cogrent, Hannibalemque depositerent. Sed Hannibal, re cognita, sumpto veneno, legationem morte prævenit. *Ovid.* 1. *Met.* 199. studiisque ardentibus ausum Talia depositum, nempe ad mortem. *Lucan.* 5. 296. infestoque ducenti depositore vultu. *h. e. ad pœnam.* Adde *Sil.* *It.* 3. 202. ¶ 3. Item speciatim depositum dicuntur, qui munus vel magistratum aliquem petunt. *Cic. Rosc. Am.* 34. 45. Te ne potissimum tibi partes istas depostrinquo, ut etc? Cf. *Sueton.* *Tib.* 25. Partes sibi tuendas depositare. Et *Id. Cal.* 56. primas partes. Bursus *Cic. Sull.* 18. 52. Illam sibi officiosam provinciam depositum, ut etc. *Ces.* 1. *B. C.* 57. Centuriones Caesar ei classi attribuerat, qui sibi id muneris depostrinquo. *Sueton.* *Aug.* 26. Deposcere consulatum. *Id. Vitell.* 1. coloniam tutandam. Cf. *Cic.* 2. *Cat.* 3. 6. Video — qui sibi has urbanas insidias caedis atque incendiorum depostrinquo. ¶ 4. Item a gladiatoriis sumpta significatione, depositare est lassessere. *Liv.* 2. 49. Depositant, Volscos sibi, illa. *Eques.*

II.) Translate, metaphorâ sumptâ a superiori paragr. 4. *Val. Flacc.* 5. 635. Et Persen simul et Minyas depositinus hostes. Et *Tac. Agric.* 11. In depositis periculis eadem audacia et, ubi advenerit, in detrectandis eadem formido.

DEPÓSITARUS, ii, m. 2. proprie est qui ad depositum, seu custodium pertinet: sed usuvenit apud sequioris evi JCtos, et ¶ 1. Est qui depositum recipit. *Ulp. Dig.* 16. 3. 1. a med. Rem in ædem depositum et omni actione depositarium liberari. ¶ 2. Apud *eumd.* *ibid.* 7. *extr.*, constat, illum quoque significari, qui pecuniam depositum.

DEPÓSITO, ônis, f. 3. actus deponendi.

I.) Proprie. ¶ 1. Est actio, qua depositum aliquid apud aliquem intelligitur, id est custodiæ traditum. *Ulp. Dig.* 16. 3. 1. et 5.; et *Florentin.* *ibid.* 17. ¶ 2. Item sepultura in inscriptionibus Christianis. *Inscript.* apud *Fea.* *Framm. consol.* p. 89. DEPOSITIO EVIS DIE III NONAS OCT. XEPOTIANO ET FAVOVDNO CONSS. IN FACE. Nempe anno 336. a Chr. nat. Alia apud *eumd.* *ibid.* p. 90., que est apud *Henzen.* 7355. DEPOSSIO (h. e. depositio) IVNANI PRI. IDVS APRILES MARCELLINO ET PROBINO CONSS. h. e. ann. 341. Chr. nat. In aliis quoque apud *Fea ibid.* p. 100. legitur deposso, depossum et depositio. ¶ 3. Item apud JCtos est demotilio. *Ulp. Dig.* 4. 2. 9. § 2. Ædificii depositio, quam quis coactus fecit.

II.) Translate. ¶ 1. Depositio, ponitur pro testimonio. *Imp. Diocletian. et Maximian.* Cod. 2. 43. 3. Si per testimoniū depositiones, te suis minorem, ostenderis. ¶ 2. Item de gradu aliquo dignitatis dejectio. *Ulp. Dig.* 48. 19. 8. Aut damnum cum infamia, aut dignitatis depositionem. ¶ 3. Item periodi clausula, finis et conclusio sententie. *Quintil.* 11. 3. 46. Ut in illo affectibus sint tam quædam non ita magna vocis declinationes, pro

ut sententiarum natura, aut depositio, aut inceptio, aut transitus postulabit.

DEPÓSITIVUS, a, um, adjct. qui depositus est.

— a) Generatim. *Depositiva pecunia* est thesaurus absconditus apud Cassiod. 6. *Variar.* 8. Depositivæ pecunie, quæ longa vetustate competentes dominos amiserunt, inquisitione tua nostris applicantur aerariis, ut qui sua cunctos patimur possidere, aliena nobis debeant libenter offerri. Hinc thesaurus definitur a Paul. *Dig.* 41. 1. 31. vetus depositio pecunie, cuius non existat memoria. — b) Speciatim in re grammatica. *Diomed.* 1. p. 327. *Putach.* de verbis neutrīs. Ex hac quoque forma sunt et illa verba, in quibus nec agentis, nec patientis significatio plena dinoscitur, nec effectus ostenditur, ut *sedeo, sudo*, etc. Nec sic enim agat quis, an patiatur. Quæ quidam supina dixerunt, alii absolutiva appellant, nonnulli depositiva nominant.

DEPÓSITOR, ôris, m. 3. qui deponit. ¶ 1. Qui simpliciter deponit. *Quintil. Declam.* 167. in *lemmate.* Depositor tyrannidis. ¶ 2. Item qui apud alterum quidpiam deponit, custodiæ causa. *Ulp. Dig.* 18. 3. 1. a med. Cf. *Boeth.* 3. pros. 1. Nisi eo loco pecuniam suam depositor obtulisset, aurum non esset inventum. ¶ 3. Qui eventit aliquem, aut evertere conatur, apud *Prudent.* *Apoteos.* 179. Jam cede, *Sahelli.* Depositorque Patris, Natique, insane, negotiator.

DEPÓSITUS, a, uni. V. DEPONO.

DEPOSSÍO pro depositio legitur in *Inscript.* apud *Henzen.* 7355, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 341.

DEPOST, præpos. pro de post, de enim apud sequioris evi scriptores multis præpositionibus jungebatur. *Vulgat.* *Interpr.* *Psalm.* 77. 70. Et elegit David servum suum, et sustulit eum de gregibus ovium: deposit fetantes accepit eum. *Id. Sophon.* 1. 6. Et qui avertuntur deposit tergum Domini.

DEPOSTULÁTOR, ôris, m. 3. qui depositulat. *Tertull.* *Apolog.* 35. Depositulatores Christianorum. h. e. ad supplicium depositentes; vulgus enim Romæ in Circu clamabat: *Christianii ad leones:* V. *eumd.* *Apolog.* 50. ad fin. Est tamen qui perperam legit depositatores.

DEPOSTÚLO, as, are, a. 1. (de et postulo) vehementer postulo. *Auct. B. Hisp.* 1. Civitates contrariae Pompejo auxilia sibi depositulabant.

DEPRÆDATIÖ, ônis, f. 3. præda, depopulatio. *Lactant.* *Epit.* 11. More latrorum depredatio et vastatio fiet. *Imp. Constant.* Cod. 12. 36. 9. Si quis Barbaris scelerata factione facultatem depredationis in Romanos dederit. *Id. ibid.* 2. 6. 5. Cum gravi danno litigiorum et depredatione. h. e. spoliatione bonorum. *Imp. Majorian.* *Novell.* 2. § 2. Tolerabilior videtur depredatio saevientis, quam sub magno observationis incommmodo sustinendus impetrando ultiorum eventus. *Mamertin.* jun. *Grat.* act. 1. Provincia exhausta depredatione barbarica. Adde *Augustin.* 22. *Civ. Dei* 22.

DEPRÆDATOR, ôris, m. 3. depopulator. *Augustin.* Ep. 199. et *Marcellin.* ad *Augustin.* inter hujus epist. n. 4.

DEPRÆDATUS, a, um. V. DEPRÆDOR.

DEPRÆDO, as, fvi, etc. V. voc. seq. in fin.

DEPRÆDOR, ôris, ari, atus sum, ari, dep. 1. (de et predor). Part. *Depredatus.* — Depredor est idem ac depopulator. *Justin.* 24. 6. Victor Maredonia agros depredatur. Adde *Apul.* 8. *Met.* — Part. *Depredatus* significatione passiva habet *Dictys Cret.* 2. 16. Agri depredati et vexati. *41. leg.* depredari et vexari. — Ceterum depredatio active occurrit apud *Ambrós.* de *Fide* 2. 3. Quia ecce ego injicio manum meam super eos, qui depredaverunt vos, et erunt in præda qui predaverunt vos.

DEPRÆSENTIÄRUM, adverb. eadem forma dictum, qua *impræsentiarum*, eamdem quoque habet significationem. *Petrion.* *fragm. Tragur.* 38. *Burmann.* Alioquin jam tibi depræsentiarum reddidisse. Adde *eumd.* *ibid.* 74.

DEPRANDIS, e, adjct. impransus. *Noëvius* apud *Festum* p. 182. 24. *Müll.* Deprandi autem leoni subdas oreas.

DEPRANSUS, a, um, adjct. signific. passiva. *Apul.* 9. *Met.* V. DEPENDO.

DEPRÄVATE, adverb. prave, perperam, vitiouse. *Cic.* 1. *Fin.* 21. 71. De quibus neque depravate jundicant, neque corrupte.

**DEPRAVATIO**, ónis, f. 3. actus depravandi.

I.) Proprie. *Cic. 2. Orat. 62. 252.* Oris depravatio. *Id. 5. Fin. 12. 35.* Distortion et depravatio membrorum. *Seneca Ep. 24. a med.* Libidines afferunt pedum, manuum, articulorum omnium depravationes.

II.) Translate. *Cic. Partit. orat. 36. 127.* Depravatio verbi. h. e. interpretatio in malam partem distorta. *Cf. eum. 1. Herenn. 6. 10. Id. 1. Legg. 10. 29.* Depravatio consuetudinum. *Id. 3. Off. 29. 105.* Depravatio et fœdities turpificati animi. *Add. eum. 2. Divinal. 67. 136.*

**DEPRAVATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DAPRATO**, as, ávi, sium, are, a. 1. (de et pravus). Part. *Depravatus I. et II.* — Depravo est pravum reddo, distorquo, corrumpo.

I.) Proprie. *Varro 9. L. L. 11. Müll.* Ut stulte faciant, qui pueris in geniculis aligent serperastram, ut eorum depravata corrigant crura. *Cf. Cic. 1. Fin. 6. 17.* Ea, que corrigeret vult, mihi depravare videtur. *Plin. 11. Hist. nat. 37. 55. (150).* Uni homini oculi depravantur, unde cognomina Strabonum et Pætronum. *Seneca Ep. 101. a med.* Tu vero me depraves licet, dum monstruo et distorto temporis aliquid accedit. *Add. eum. 2. Clem. 7.*

II.) Translate est vitiare, corrumpere. *Ter. Phorm. 4. 4. 17.* Nihil est, quin male narrando possit depravarum. *paragoge pro depravari. Cic. 2. Fin. 11. 33.* Bestiae quamvis depravatae non sint, præve tamen esse possunt (*depravatus mala disciplina: prævus natura*). et mox. Ferarum natura non est illa quidem depravata mala disciplina, sed natura sua. *Id. 2. Legg. 15. 38.* Mores cantus dulcedine corruptelaque depravati. *Id. 10. Att. 4.* Puer indulgentia nostra depravatus. *Id. 2. leg. Agr. 35. 97.* Campanos iniuste rerum omnium copiae depravabant. *Id. 1. Phil. 13. 33.* Nihil est tam sanctum quod non soleant domestici depravare aliquando. *Add. eum. Arch. 4. 8.*; cf. *Cæs. 1. B. C. 7. Varro 9. L. L. 18. Müll.* Depravata consuetudo. *Liv. 45. 23.* Piebem consilii depravare. *Sall. Jug. 18.* Homines gratia depravati. *Capitolin. Macrin. 12.* Quum quidam milites ancillæ hospitis pudorem depravasse suspecti essent. *Quintil. 6. 3. 6.* Sepe est industria depravatum dictum. *Id. 9. 3. 109.* Si vel inania verba in hos modos depravarunt.

**DÉPRÉCABILIS**, e, adject. qui exorari potest. *Fulgat. interpr. Psalm. 89. 13.* Deprecabilis esto super servos tuos.

**DÉPRÉCABUNDUS**, a, um, adject. qui valde deprecatur. *Tac. 15. Ann. 53.* Deprecabundus, ei generibus principiis accidens.

**DÉPRÉCANEUS**, a, um, adject. Deprecanea fulmina *Cæcina apud Senec. 2. Ques. nat. 49.* dicit, ea esse, que speciem periculi sine periculo afferunt. Fortasse intelligit ea, que preceptionibus impetrari solebant, ut est apud *Plin. 2. Hist. nat. 53. 54. (140)*, v. gr. ad avertendos eo terrore hostes, vel monstrum regioni infestum, etc. Vcl ita vocat, quod facile ea possint homines deprecari.

**DÉPRÉCATIO**, ónis, f. 3. actus deprecandi; et duo diversa significat: aut enim A) Particula de amolitionem ac depulsionem significat; aut B) Particula de verbi significationem auget.

A) Quum particula de amolitionem ac depulsionem significat, deprecatio est actus aliquid a se per preces amovendi.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu deprecatio mali aut rei cuiuscumque est ejus amolitio ac depulsion per preces. — a) Generatim. *Plaut. Capt. 3. 3. 7.* Neque deprecatio perfidis meis, nec malefatis fuga est. h. e. effugium per preces. *Cic. Partit. orat. 37. 131.* Ad ejus facti deprecationem, ignoscendi petenda venia est. *Auct. B. G. 8. proem. 1.* Quum quotidiana mea recusatio non difficiuntur excusationem, sed inertia videatur deprecationem habere, difficultatem rem suscipi. *Petron. Satyr. 107.* Deprecatio supplici. *Curt. 5. 3. 13.* Abnuens deprecationem pro illis suis convenient fortunæ. — b) Et pro recusatione rei aliquius faciendo, qua tamen recusatio præribus sit. *Quintil. 1. proem. 2.* Qua ego ex causa faciliorem mihi veniam inca deprecationiis arbitrabor fore, hac accendebarunt illi magis. — c) Et simpliciter pro depulsione sine precess. *Cic. Rabir. perduell. 9. 26.* Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi etas illa, qua tum fuit. *Quintil. 3. 6. 13.* Alii statum crediderunt primam ejus,

cum quo ageretur, deprecationem. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro ipsa deprecandi formula, adeoque pro detestatione et impigatione. *Plin. 28. Hist. nat. 2. 4. (20).* Etiam parietes incendiiorum deprecationibus conscribuntur. h. e. formulis precum, quibus depulsio incendiiorum continetur. *Cic. Rose. com. 16. 46.* Qui semel a veritate deflexit, hic non maiore religione ad perjurium, quam ad mendacium perduci consuevit. Quis enim deprecatione deorum, non conscientia fide commovet? h. e. quam jurando sibi malum imprecatur, si mentitur, si sciens fallo etc.: haec vero deorum deprecationem *Id. Dom. 57. 143.* devotionem capit. vocat. Sic rursus *Plin. 28. Hist. nat. 2. 4. (19).* Desigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit.

II.) Translate. ¶ 1. Deprecatio est inter figuræ sententiarum a *Cic. 3. Orat. 53. 205.* enumerata, quum opem judicis venianque postulamus, Græce εὐγνωμη. Hoc tamen intellige, quum oratio admixta defensioni est, ita ut post multa, quibus alicuius factum defendens, preces quoque subjicias, quo facilius iudex ad condonandum impellatur: quod facit *Id. Mil. 34. Ligat.* et alibi. Differt autem ab obsecratione, qua aliquid per deos et sacra petimus: deprecatione autem malum avertimus. De hac figura agit etiam *Quintil. 9. 1. 32., 9. 2. 3.* et alibi. ¶ 2. Quod si tota causa precibus agatur, quum scilicet nullus est defensioni locus, jam non figura est, sed causæ genus, quod plerique negarunt, in judicium unquam venire. Habet tamen locum in senatu; et apud populum, et apud principem, et ubicumque juris clementia est. Ita *Quintil. 7. 4.*, ubi multa hac de re.

B) Quum particula de verbi significationem auget, deprecatio est vehemens precatio. *Cic. Cluent. 3. 8.* Aggregari ad crimen cum illa depreciatione, quia mihi sèpius utendum esse intelligo, sic ut me audiatis, quasi hoc tempore haec causa primum dicatur. *Id. post red. ad Quir. 3. 7.* Non enim illa depreciatione reddit, sed exercitu se armisque revocavit. *Id. 5. Phil. 7. 20.* Nullus editus erat privato, nulla equitatu deprecatio. h. e. nullæ preces, quæ valerent ad aquitatem obtinendam.

**DÉPRÉCATIONCULA**, æ, f. 1. diminut. a. deprecatio, parva deprecatio. *Salvian. 3. advers. avar. 2.* Est umbra excusationculæ non excusans, dans reo deprecacionculæ speciem, non reatus necessitatem.

**DÉPRÉCATIONVUS**, a, um, adject. ad deprecandum idoneus. *Capell. 5. p. 147.* Ad deprecativam potius admovendum est qualitatem. *Cur. Fortunat. Schol. 1. p. 64. Capper.* Venit omnis aut purgativa, aut deprecativa, quum nulla potest esse defensio, sed eum, cui licet ignoroscere, tantummodo deprecari, quoniam negare non possumus, nos voluntate fecisse id, propter quod arguimus.

**DÉPRÉCATOR**, óris, m. 3. qui pro alio deprecatur, et prece malum avertit. *Cic. Flacc. 1. 1.* Specrabam honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem. *Id. Babl. 18. 41.* Deprecatores periculi. *Id. 11. Att. 8. 2.* Quintus filium misit, non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. *Id. pro leg. Manil. 12. 35.* Mittere legatos et deprecatores ad aliquem. Cf. *Liv. 36. 35.* Ego apud consulem deprecator defensorque vobis adero. *Cic. Sext. 12. 27.* Deprecatores salutis meas. *Id. Planc. 42. 102.* Nec me solum deprecatorem futurorum tuarum, sed comitem sociorumque profitebor. *Id. 2. Fam. 13. 2.* Præbere se deprecatorem pro periculo alleujus. *Cæs. 1. B. G. 9.* Legatos ad Dumnorigem misit, ut eo deprecatore a Sequanis hoc impetrarent. *Add. eum. 6. ibid. 4.*; et *Tac. 3. Hist. 31.*

**DÉPRÉCATORIUS**, a, um, adject. qui deprecando inservit. *Fulgat. interpr. 1. Machab. 10. 24.* Scribam et ego illis verbis deprecatoria.

**DÉPRÉCATRÍX**, Iris, f. 3. que deprecatur. *Pseudo-Ascon. ad Cic. 3. Verr. 5. 14. p. 159. Bait. Sabiniis deprecaticibus parentum bellum maritorumque finitum est. Baiterius legit precatricibus. Certior est lectio apud Tertull. 4. advers. Marcion. 12.*

**DÉPRÉCATUS**, a, um. *V. DEPRECOR.*

**DÉPRÉCIATOR**, óris, f. *DEPRETIATOR.*

**DÉPRÉCIO**, as, ávi, etc. *V. DEPRETIO.* DÉPRECOR, óris, atus sum, ari, dep. 1. (de et precor). Part. *Deprecans sub B. 1.* Deprecatus in omnibus fere paragr. et passive sub A. 1. et sub B. 2.; Deprecaturus sub A. 1.; Deprecandus sub A.

1. et sub B. 1. — Deprecari duo diversa significat, prout A) Particula de amolitionem ac depulsionem significat; aut B) Verbi significationem auget.

A) Quum particula de amolitionem ac depulsionem significat ¶ 1. Deprecari de malo fere usurpat, et est præcando avertire, amoliri, aut recusare (It. divertire o stormare pregando, intercedere o ricusare pregando; Fr. détourner par des prières, prier qu'on détourne, éloigner, éviter; Hispan. desviar, alejar rezando; Germ. von *Indem durch* bitten etwas abwenden, abwehren, abbitten, verbiten, bitten um Abwendung eines Unglücks, bitten; Engl. to deprecate, avert by prayer, pray against, beg to be freed from). Occurrunt autem 1.) Raro de personis, et 2.) Sæpius de rebus. — 1.) Raro de personis, et quidem — a) Cum Accusantium. *Cic. Sext. 12. 27.* Quæ quidem tum mutatio (vestium) non deprecationis causa est facta, sed luctus. Quem enim deprecarentur, quum omnes essent sordidati etc. ? *Liv. 34. 59.* Tum Menippus deprecari et Quintiūm et Patres instituti. *Tac. 3. Ann. 24.* Nec nisi Tiborio imperitante deprecari senatum ac principem ausus est. — b) Cum altero Accusativo coniungi. *Val. Flacc. 8. 53.* hoc superos, hoc te quoque deprecor, hospiſes. — c) Cum Coniunctivo et particula ut vel ne. *Cic. 8. Fam. 1.* In hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantis condemnus. *Petron. Satyr. 30.* Dispensatorem deprecantur, ut servo remitteret pœnam. *Seneca 2. Ques. nat. 33.* Deos deprecari, ut remittant minas. — d) Cum Accusativo persona et Ablativo rei, deprecari aliquem aliquam re est petere, ut aliqua re abstineat. *Propert. 2. 25. 17.* Lecto te solum, lecto te deprecor uno: Rivalem possim non ego ferre Jovem. — 2.) Sæpiissime de rebus; et quidem — a) Cum Accusativo tantum. *Ennius apud Gell. 6. 16.* et apud *Non. p. 290. 17. Merc.* Quibus nunc seruina mea libertatem paro; quibus servitudinem mea miseria deprecor. *Id. apud Gell. ibid.* Ego quum mee vitæ parciam, letum inimico deprecor. *Gell. ibid.* doceat, hisce in locis deprecari esse idem atque abdere, depellere, propulsare, etiam sine precibus. *Cic. fragm. apud Gell. ibid. et apud Non. p. 290. 14. Merc.* Claudi invidiam Gracchi caritas deprecabatur. *Id. Cat. 11. 27.* Ut a me, P. C., quamdam prope justam patræ querimoniam detester ac deprecet. *Id. Cæcin. 11. 30.* Excusatione summa stultitia, summa improbitatis odium deprecari. *Id. 4. Verr. 78. 192.* Avaritia criminis frugalitatis laudibus deprecari. *Id. Fontej. 12. 26.* Orandas erit M. Plætorius, ut suos novos clientes a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atque horribiles impetus deprecetur. h. e. precibus flectat, molliat, retardet. *Id. 3. Verr. 60. 157.* Nullam abesse calamitatem deprecari. *Id. 7. ibid. 62. 162.* Deprecari virgarum vim. *Id. ibid. 47. extr.* Deprecari mortem et sanguinem alicuius. Add. *Cæs. 7. B. G. 40.* Sic *Ovid. 1. Pont. 2. 59.* Sæpe precor mortem: mortem quoque deprecari idem. Add. *eum. 2. Fast. 103. Asinus Pollio apud Cic. 10. Fam. 31. 3.* Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecari. *Nepo. Att. 12.* Usus est pecunia in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. *Auct. B. Alex. 57.* Nullum periculum deprecatur. Add. *Cæs. 1. B. C. 5. Sall. Jug. 24.* Deprecari crucifixus. *Liv. 39. 35.* Filium mittere Romam ad deprecandum iram senatus statuit. *Id. 27. 20.* Deprecari ignominiam. Add. *Frontin. 4. Strateg. 5. 2. Liv. 40. 15.*; et *Sueton. Aug. 52. dictataram. Curt. 8. 10.* Ne hanc quidem exhibenda veritatis fidem deprecari. *Sueton. Cal. 9.*; et *Tac. 4. Ann. 41. Invidiam. Sueton. Aug. 5. pœnam. Plin. Paneg. 55. titulos. Add. *Velley. 2. 86. 2.*; *Justin. 8. 4. 6. et 11. 9. 14.*; et *Quintil. 4. 1. 52.* et 2. 17. 6. — Et deprecatus passus apud *Justin. 8. 5. 4.* Sed pactio eius fidel fuit, cuius ante fuerat deprecati bellum promissio. — Rursus *Ovid. 2. Met. 98.* Deprecor hoc unum; quod vero nomine poena, Non honor est. — b) Cum Coniunctivo et particula ne. *Ovid. Heroid. 9. 159.* Deprecor hoc unum, per jura sacerissima lecti, Ne videar fati insidiata tuis. Sic *Cæs. 2. B. G. 31.* Unum deprecari — ne se armis despoliaret. *V. Herzog. ad b. 1. Plaut. Asin. in fin.* Deprecari haic senti, ne vapulet. h. e. pro hoc sene. Rursus *Ovid. Heroid. 3. 77.* Erigitur ne me tantum tua deprecor uxoris. *Sueton. Cæs. 29.* Deprecatus est, ne adiuvaretur. *Justin. 23. 2. 7.* Uxor diu, ne ab iugro divelleretur, deprecata est. —*

c) Cum Coniunctivo et particula *quin*. *Catull.* 44. 18. Nec deprecor jam, si nefaria scripta Serti recepero, quin gravidinem et tussim etc. ferat. — d) Cum Infinito. *Lucan.* 9. 213. non deprecor hosti Servari. *Stat.* 8. *Theb.* 116. nec deprecor umbram Accipere. — e) Cum Infinito deprecari ponitur præcipue pro excusare precando. *Sail. Jug.* 112. Legati postquam, errasse regem et Jugurtha sceleris laudem, deprecati sunt, etc. — Eodem sensu cum Ablativo et praepos. pro. *Curt.* 7. 2. 2. Nihil pro me deprecor: modo ne fratum innocentia fuga impunetur mea. Sic *Sueton. Vitell.* 14. Alterius pœna duos filios adiecit, deprecari pro patre conatos. — f) Absolute. *Cic.* 5. *Phil.* 1. 3. Pacem vult M. Antonius? Armas deponat, roget, deprecetur. *Id.* 11. *Att.* 6. 7. Quintum fratrem audio profectum in Asiam, ut deprecaretur. h. e. veniam petitum a Cæsare, quod a Pompejo stetisset. *Id.* 3. *Orat.* 20. 74. Paululum equidem de me deprecator, et petam a vobis, ut etc. *Id.* *Partit.* orat. 39. 137. Erit iisdem æquitatis sententiae contra acerbitudinem verborum deprecandum. *Id.* 5. *Tusc.* 19. 56. An quum civili bello victor, iratus, necessariis Catuli deprecantibus, non semel respondit, sed sœpe, moriatur? *Cæs.* 4. *B. G.* 7. Quod Germanorum consuetudo hæc sit a majoribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere, neque deprecari. Adde *eund.* 6. *ibid.* 4.; *Virg.* 12. *En.* 931.; *Curt.* 5. 3. 11.; *Quintil.* 5. 13. 2.; *Sueton. Cæs.* 1. et *Aug.* 65.; et *Val. Flacc.* 7. 455. ¶ 2 Latiore sensu ponitur pro imprecari, detestari, execrari, ipso *Gell.* 6. 16. teste. *Apul.* 9. *Met.* Dicas devotiones in eum deprecata. Et translate *Catull.* 92. 1. Lesbia mihi dicit semper mala, nec facit unquam De me dispergam, me nisi Lesbia amat. Quo signo? quasi non totidem mox deprecet illi. h. e. quasi non totidem illi diras imprecet. Cf. *Val. Max.* 4. 3. n. 6. Continuo Pyrrho et Samnitibus istam sapientiam deprecatus sum. ¶ 3. Pro dehortari. *Seneca Phœniss.* 73. dum prior, quo vis, eo: Non deprecor, non hortor.

B) Quum particula de verbi significationem auget, ¶ 1. Deprecari est aliquem aut rem aliquam per vehementes preces a periculo liberare; et occurrit — a) Cum Accusativo personæ. *Deprecari aliquem ab aliquo* est ejus salutem ab aliquo petere. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 36. 100. Si quid deliquerio, nullæ erunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. *Id. Pianc.* 42. 108. Non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor, judices, sed custodem salutis meæ. Adde *eund.* post reddit. ad *Quir.* 3. 7. — b) Cum Accusativo rei, est aliquid præcisibus assequi. *Cic.* 12. *Fam.* 24. Legati, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denunciam bellum miserat. Adde *Justin.* 7. 6. 16. Rursus *Cic. Sull.* 26. 72. Multorum hic vitam est a L. Sulla deprecatus. h. e. consecutus est. Sic *Auct. B. Afr.* 89. Deprecari sibi vitam. Adde *Justin.* 16. 1. 1. Et *Id. Justin.* 20. 3. 1. Crotoneenses et ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, victoriæ facultatem bellicae prosperos eventus deprecantes. *Cic.* 3. *Orat.* 3. 9. Quum sibi non incolument fortunam, sed exsilium et fugam deprecatur, coactus est, ut vita se ipse privaret. *Id.* 2. *ibid.* 49. 201. Semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro me ipso deprecatus sum. ¶ 2. Item pro simpliciter rogare, seu valde precari. *Petron. Satyr.* 133. Posito genu, sic deprecatus sum numina. *Auct. B. Alex.* 32. Veste ea sumpta, qua supplices dominanter deprecari conserverunt, sacrisque omnibus prolati, quorum religione precari offensos iratores animos regum erant soliti etc. *Auct. B. Afr.* 85. exiit. Inspectante ipso Cæsare, et a militibus deprecante, uti eis parcerent. *Apul.* 3. *Met.* Utique mihi prosperis faveret volatibus, deprecatur. *Dict. Cret.* 2. 6. Ut viriliter incommodum ferret, deprecabantur. Et *ibid.* Multis præcibus Ulixem deprecatur, uti ad eos accedios pergeret. Adde *eund.* 2. 28. et 48. *Justin.* 12. 8. 10. Exercitus omnis, non minus victoriarum numero, quam laboriosus fessus lacrimis eum (*Alexandrum*) deprecatur, finem tandem belli faciet. *Apul.* 9. *Met.* Deprecatur, perclitanti sibi ferret auxilium. — Et deprecatus passim apud *Apul.* 11. *Met.* Ad istum modum deprecato summo numine.

**DEPRÉHENDO** et per syncopen poetis familiarem deprendo, dis, di, sum, dere, a. 3. (de et prehendo vel prendo). Scribitur et **Deprehendo**. V. quæ dicta sunt in **COMPREHENDO** sub init. — Part. **Deprehendens** B. I. a.; **Deprehensus** in omnibus

paragr.; **Deprehendens** B. II. a. — Deprehendo est idem quod prehendo, capio, incautum aut inopinatum corripio (lt. prendre, cogliere, cogliere all'impensa; Fr. intercepter, prendre, saisir, surprendre, arrêter; Germ. etwas Jemanden überraschend, unewarlet ergreifen, erfassen, wegnehmen, finden; Angl. to seize, catch, take unawares, overtake). Verbum hoc tria præcipue significat, quibus totidem translata significatio respondent: scilicet

A) Generatim ponitur pro capere, intercipere, incautum aut inopinatum corripere.

I.) Proprie. *Ovid.* 5. *Met.* 617. Fessa labore fugae, fer opem, deprendimur, inquam. *Stat.* 6. *Theb.* 568. et *Seneca Herc. fur.* 224. Deprendere cursu seram. *Cæs.* 1. *B. C.* 24. Reducitur ad eum deprehensus ex itinere Co. Magius. *Id.* 6. *B. G.* 30. Celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinatus deprehendit. *Id.* 3. *B. C.* 112. Indicatis deprehensisque internunciis. *Sall. Cat.* 45. Imperat, ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendat. *Cassius* apud *Cic.* 12. *Fam.* 12. Deprehendere tabellarios litterasque intercipere. *Tac. Agric.* 34. Quos quod tandem invenisti, non restiterunt, sed deprehensi sunt; novissimi haesere. Cf. *Juvenal.* 4. 142 et 7. 112. *Liv.* 2. 4. Ut litteræ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coagere possent. — Præcipue ponitur de navibus pro intercipere. *Cæs.* 1. *B. C.* 36. Onerarias naves, quas ubique possunt, deprehendunt atque in portum deducunt. *Id. ibid.* 26. Pompejus naves, quas in portu deprehenderat, adornabat. *Id. ibid.* 28. Duas naves deprehendunt: deprehensas excipiunt. Adde *eund.* 3. *ibid.* 101.

II.) Translate ponitur de inaninis; ac — Præcipue de ventis et maris tempestate, quibus naves corripiuntur. *Lucret.* 6. 428. Et quæcumque in eo tamen sunt deprehensa tumultu Navigia, in sunnum veniunt vexata periculum. *Catull.* 25. 12. velut minuta magno Deprena naves in mari vesaniente vento. *Ovid.* 11. *Met.* 663. Nubius Ægæo deprendit in aequore navium Auster. Sic *Curt.* 7. 4. Si quos ille ventus deprehendit, arena obruit. Similiter *Virg.* 5. *En.* 52. Argolicove mari deprehensus. *Stat.* 1. *Theb.* 370. Ac velut Ægæo deprehensus navis ponto. — De aliis rebus. *Plin.* 8. *Ep.* 17. Viderunt hi, quos excelsioribus terris illa tempestas non deprehendit. *Quintil.* 268. *sub fin.* Si quem subita deprehenderit valetudo. *Seneca Herc. Et.* 533. Verba deprehendit quies. h. e. mors verba loquentis interruptus. *Plin.* 8. *Ep.* 14. Itaque reducta libertas rudes nos atque imperitos deprehendit. *Sil. It.* 15. 42. ortu convivia sois deprehensa.

B) Speciatim deprehendere est in ipso actu, præcipue malo, competrere, opprimere aliquem; ita ut iniurii non possit.

I.) Proprie. ¶ 1. Usurpatur de culpis, criminibus, etc. — a) Cum Accusativo personæ. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 26. Dolis ego deprehensus sum. *Forcellinus* cum aliis leg. doll. V. **PREHENDO**. *Ter. Eun.* 5. 5. 18. Deprehendere aliquem pro mocho in domo meretricia. Cf. *Cic.* 1. *Att.* 12. Clodius cum ueste muliebri deprehensus domi C. Cæsar. *Id. Cic.* 2. *Orat.* 68. 275. et *Quintil.* 9. 2. 42. Deprehendi in adulterio. *Quintil.* 3. 11. 7. Deprehendere adulteram. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 131. Cruribus hæc metuat, doti deprehensa, egomet mi. *Ovid.* 3. *Amor.* 14. 43. Si tamen in media deprehensa tenebore culpa. *Cic.* 7. *Verr.* 43. 111. Deprehendere aliquem in manifesto scelere. *Sall. Cal.* 46. et 50. in scelere. *Justin.* 7. 5. 4. In scelere deprehensa. Adde *Sueton. Cæs.* 75., *Aug.* 19. et *Claud.* 37.; et *Juvenal.* 9. 3., 6. 285. et 6. 640. *Cic. Brut.* 68. 241. Deprehensus in scelere manifesto. *Id.* 5. *Verr.* 2. 4. Accusatus rendus non est is, qui quod in altero vitium deprehendit, in eo ipse deprehenditur. *Justin.* 10. 2. 5. Deprehensus cum sociis. *Liv.* 37. 11. Deprehensus pro speculatoro. *Quintil.* 5. 7. 19. Testes deprehensi h. e. inconstantes comperti. Hoc pertinet ei illa *Horat.* 2. *Sat.* 7. 42, quid si me stultior ipso Quingentis empto drachmis deprecaderis? Et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (134). Pinxit Achillem virginis babitu occultatum, Ulysses deprehendente. — Hoc referri possunt et illa *Tac. Agric.* 7. Igitur ad solemnia pietatis profectus Agricola, nuncio adiectati a Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partes

transgressus est. *Quintil.* 1. 12. 4. Agendi subita necessitate deprehensi. — b) Cum Accusativo rei, h. e. culpæ, sceleris, etc. *Cic.* 3. *Cat.* 5. 11. Seclus manifestum atque deprehensum. *Id. Client.* 7. 20. Venenum manifesta deprehendere in manibus aliquius. Adde *eund.* *ibid.* 17. 48.: et cf. *eund.* *Cat.* 6. 14. Facinora oculis prius quam opinione, manibus quam suspicione deprehendere. *Quintil.* 5. 13. 49. Res furtiva deprehensa. *Sueton. Jug.* 10. Fraude deprehensa. *Id. Ner.* 6. Deprehensis exviis. *Id. Galb.* 9. Deprehendere mandata de neco sua. *Vopisc. Flor.* 2. mendacia. *Val. Flacc.* 4. 356. culpam. ¶ 2. Apud sequioris ævi scriptores occurrit etiam de rebus præcipue abditis, quæ inveniuntur. *Val. Flacc.* 1. 468. Deprehendere patris reliquias. *Id. ibid.* 463. de Lynceo, possit qui rumperet terras, Et Styga transmissa tacitam deprehendere visu. *Claudian. III. Cons. Honor.* sub fin. arcans Nili deprendit fontes. Adde *eund.* *B. G.* 103. *Flor.* 2. 17. Deprehendere obrutum aquis ignem. Cf. *Val. Flacc.* 4. 692. — Huc referri potest et illud *Venulej. Dig.* 43. 23. 22. Si item meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis, eaque in fundo tuo coaueris. ubi deprehendere est deprimere, quasi prehendendo demittere, ut fit in vite propaganda, cuius brachium deorum fecit et terra obrutum alio emittitur.

II.) Translate est mente comprehendere, animadvertere, dignoscere. — a) Cum Accusativo rei. *Cic. Orat.* 25. 84. Ne elaborata concinnitas et quoddam auçapium delectationis manifesto deprehensum appareat. *Ovid.* 2. *Art. am.* 313. Si latet ars, prodet: asserta deprehensa pudorein. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 75. (197). Deprehendi ars non potest. *Id.* 2. *ibid.* 54. 55. (144). Magna bujus observationis vanitas deprehensa est Scæro consulē. *Id.* 37. *ibid.* 13. 76. (198). Demonstrare rationem deprehendendi falsas gemmas. *Id.* 10. 60. (165). Heliotropium deprehendit defectus solis. h. e. aperit ac notos facit. *Id.* 17. *ibid.* 21. 35. (159). Solum male pastinatum deprehendunt scamna inæqualia. *Id.* 12. *ibid.* 9. 19. (36). Genera gummæ deprehenduntur odore, colore, pondere. *Id.* 19. *ibid. præfat.* § 1. Conserunt rura deprehendunt cœlo. h. e. varias aeris mutationes cognoscendo. *Quintil.* 12. 9. 5. Et quidquid, si deprehenditur, perit. *Id.* 12. 1. 34. Ut ea (*salsa*) facilis deprehendamus et reficiamus. Adde *eund.* 3. 6. 1. et 8. 6. 16. *Id.* 1. 5. 36. Pollio deprehendit in Litio patavinitatem. Adde *eund.* 5. 13. 23. et 10. 1. 104. *Id.* 1. 12. 8.; et *Flor.* 2. 4. Experimento deprehendere aliquid. *Sueton. Cal.* 60. Deprehendere mentes. *Juvenal.* 9. 18. gaudia — b) Cum Accusativo et Infinito. *Sueton. Aug.* 44. Quum quosdam iniitti deprehendisset. *Quintil.* 9. 2. 44. Species — diversas esse, facile est deprehendere. — c) Et sequente partic. an. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 20. (65). Splendor deprehendit, an as satis recoculum sit.

C) Itera speciatim deprehendere est inopinato prehendere, corripere ita ut nullum restet effugium, ad incitas redigere.

I.) Proprie. — a) De hominibus. *Curt.* 7. 4. 5. Hostis inter latebras deprehensus. Cf. *Liv.* 38. 21. Galli evanescere deprehensi genero pugnæ, in quod minimæ apti sunt. Rursus *Curt.* 5. 3. 19. In fovea deprehensi. — b) Præcipue de brutis animalibus. *Virg.* 5. *En.* 273. Qualis sœpe viæ deprehensus in aggre serpens. *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 11. fugax avidis cervus deprehensus ab ursis. *Quintil.* 12. 2. 14. Deprehendere parva animalia. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 8. 8. (24). Elephas deprehensus solitarius, vel abactus a grege. Cf. *Id.* 11. *ibid.* 8. 8. (10). Apes noctu deprehense in expeditione, excubant supine. *Sil. It.* 16. 566. volucresque vagas deprehendere nube Assuetus jaculisi. h. e. occidere. — Huc referri potest et illud *Curt.* 4. 14. 14. Hi vero compi deprehendere paucitatem, quam Cilicis montes abscondenter.

II.) Translate. — a) De hominibus. *Cic.* 6. *Verr.* 12. 29. Se deprehensum negare non potuisse. *Quintil.* 6. 3. 100. Deprehensi pudorem explicant. *Id.* 5. 7. 30. Si in mendacio deprehendantur. *Cic.* 1. *Orat.* 48. 207. Deprehensum equidem me, inquit Antonius, plane video atque sentio. *Quintil.* 10. 7. 29. Deprehensus orator. h. e. inopinato deprehensus. — b) De rebus. *Curt.* 3. 5. 11. Si me fortuna deprehendere in articulo rerum. *Id.* 5. 3. 22. Invictus ad eum diem fuisse, nihil frustra ausus: — tunc haesitat deprehensa felicitas; nec aliud remedium erat quam reverti quo venerat.

DÉPRÉHESA, a, f. 1. *Paul. Diac.* p. 71. 15. *Müll.* Deprena dicitur genus militaris animadversionis, castigatione major, ignominia minor. *Hüllerus* pœnam putat ēt *autoφωτω* deprehensorum.

DÉPRÉHENSIO, ónis, f. 3. actus deprehendendi. *Cic. Cluent.* 18. 50. Omnis accusatio ad extremum manifesta veneni deprehensione conclusa est. *Ulp. Dig.* 47. 2. 7. Fur deprehensione fit manifestus. *Id. ibid.* 13. 2. 43. § 12. Deprehensio in adulterio.

DÉPRÉHENSUS, a, um. *V. DEPREHENDO.*

DEPRESSEA, adverb. alte, profunde. Occurrat tam-  
tum Comp. *Depressius* apud *Senec. ad Hebe.* 9. Quo  
depressius æstivis specus foderint. *Colum.* 11. *R. R.*  
3. 10. Verior igitur causa est depressius pastinandi.

DÉPRESSIO, ónis, f. 3. deorsum pressio, dejectio. *Macro. 1. Saturn.* 20. Sol semper velut a quadam  
imæ depressionis senecta in altitudinem suam, ut in  
robur revertitur juventutis. *Vitrav.* 1. 3. Funda-  
mentorum ad solidum depressio. *Macro. 7. Saturn.* 3. Socratis depressio nasi. h. e. nasus simus. *Theod.*  
*Priscian. 2. part. 1. 2. de lethargicis.* Et si adhuc  
ista veterem capitis depressionem non deponant, etiam  
sinapismus adhibendus crit. *Paullo ante grave-  
dinem dixerat.*

DÉPRESSITAS, atis, f. 3. deveritas, locus depres-  
sus, ut *Depressitas terræ*, *Apol. Trismeg.* ubi alli-  
rectius leg. *densitas.*

DÉPRESSUS, a, um. *V. DEPRIMO.*

DÉPRETIATOR vel deprecator, óris, m. 3. qui  
depretiat. *Tertull. 4. advers. Marcion.* 29. Depre-  
tiator operum.

DÉPRETIATUS vel deprecatus, a, um. *V. voc.  
seq.*

DÉPRÉTIO vel deprecio, as, ávi, átum, are, a, 1. (de et pretium). Part. *Depretiatus* I. et II. — De-  
precio est ad minus pretium redigo, viliorem ac de-  
teriorum facio (It. fare scadere di prezzo, deteriorare,  
render vile; Fr. déprécier, dériser, diminuer la valeur; Hisp. despreciar, disminuir el valor; Germ. vom Werthe abziehen, ihn verringern;  
Angl. to bring down to a lower price, depreciate).

I.) Proprie. *Paul. Dig.* 9. 2. 22. Sed et ejus ratio  
haberi debet, quo cetera corpora depretiata sunt. *Cajus 3. Institut.* (edente Goeschenio) § 212. Non  
solum occisi symphoniaci fit æstimatio, sed eo am-  
plius computatur, quod ceteri, qui supersunt, depre-  
tiati sunt. *Sidon. carm.* 22. 203. nec tempore longo  
Depretiata suo turpant pigmenta figuræ. *Pautin.*  
*Nolan. carm.* 22. 56. Vilescit pretio depretiatus  
homo.

II.) Translate. ¶ 1. Est novalem alieujus rei  
existimationem deminuere. *Tertull. Apolog.* 45. Epi-  
carus omnem dolorum depretiat, modicum contem-  
ptibile pronunciando, magnum vero non diuturnum. *Sidon. 2. Ep.* 10. extr. Neque aquæ te litteram  
euram turbæ deprectet imperitorum. ¶ 2. Item  
conteinuere. *Tertull. Spectac.* 22. Depretiat, quos  
probant; artem magnificant, artificem notant. *Sidon.*  
1. *Ep.* 7. a med. Ille quasi mercatus (pretiosa  
quære) inspicere, prensare, depreiare, devolvere.

DÉPRIMO, primis, pressi, pressum, pruere, a 3. (de et premo). Part. *Deprimens* I. 2. a.; *Depressus* in omnibus paragr. et in fin; *Depressurus* I. 2. a.; *Deprimendus* I. 2. a. — Deprimo est deorsum pre-  
mo, denudo, aspergo, demero (It. abbassare, de-  
primere; Fr. presser de haut en bas, abaisser, dé-  
primer, enfoncer; Hisp. abaxar, deprimir, hun-  
dir; Germ. herab-nach unten drücken, niederdru-  
cken - senken; Angl. to press or weigh down, de-  
press, sink).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Merc.* 4. 1.  
9. Simil hæc, que porto, deprimunt. *Lucret.* 6. 439. Depressus pariter lento cum corpore nubem. *Al. leg.*  
Dedicit. *Cic. 5. Tusc.* 17. 51. Tantum propendere  
illam boni lancea putat, ut terram et maria deprim-  
at. *Id. Senect.* 21. 77. Animus cælestis ex altissi-  
mo domicilio depressus et quasi demersus in ter-  
ram. *Id. Pis.* 6. 14. Altero ad frontem sublatu, altero ad mentum depresso supercilios. *Virg. 1. G.* 45. depresso (in terram) aratro. *Lucret.* 5. 540. Pro-  
pterea (terra) non est oneri, neque deprimit auras.  
— Huc referri potest et illud *Petron.* *Satyr.* 123. Cæsar tumidas iratas deprimit arcæ. h. e. calcat, sive  
per Alpes iter facit. — Item illud *Ovid. 12. Met.*  
260. Cumque suis Gryneus innamem sustulit auras  
ignibus, et medium Lapitharuni jecit in agnæ, De-

pressitque duos. *Al. tamen rectius leg.* Oppressit.

¶ 2. Speciatim — a) Usurpatur de arboribus et æ-  
dificiis, et est in excavatum terram demittere atque  
alte infligere. *Cato R. R.* 32. et *Colum. Arbor.* 7. 6. Vitem in terram deprimere. Sic *Plin. 14. Hist. nat.*  
1. 3. (10). Vitis evocatur in palinites, aut deprimitur  
in propagines (propaginare dicunt Itali, nostri  
vulgo refossare). *Colum. 11. R. R.* 3. 28. Deprime-  
re plantas in terram. *Plin. 2. Hist. nat.* 16. 13. (71). Deprime-  
re aliquid ad terras. *Colum. 4. R. R.* 1. 3. Deprime-  
re semina, h. e. serere. Sic *Pallad.* 4. *R. R.*  
9. 3. Semen siccatum deprimere. *Id. 3. ibid.* 18. 1. Lorum palo ante deprimenie. *Cic. 7. Ferr.* 27. 68. Savum in mirandam altitudinem depresso. *Ulp. Dig.* 8. 2. 16. Eum quoque qui tollit ædificium, vel  
deprimit, officere luminibus. *Salt. Cat.* 58. Locus  
circiter duodecim pedes humi depresso. *Auct. B. G.*  
8. 9. Valle intermissa, magis in altitudinem depre-  
ssa, quam late patente. *Auct. B. Afr.* 51. et *Plin.*  
10. *Ep.* 40. Locus depresso. Cf. *Stat. 4. Theb.* 238. depresso populus subit incola Pisæ. h. e. depresso  
loco sitæ. *Auct. B. G.* 8. 40. Sic enim imis radici-  
bus montis cerebatur (*flumen*), ut nullum in par-  
tem, depresso fossis, derivari posset. *Tac. 15. Ann.*  
42. Navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina de-  
presso. *Plin. 10. Ep.* 66. Enimvero si placeat fos-  
sam longius ducre et arctius depresso mari aqua-  
re, etc. *Vulgat. libri habent pressam.* *Vitrav.* 8. 1.  
6. *Schneid.* Quoniam hæc ita crunt pertentata -, tum  
deprimendus est putes in eo loco. *Pompon. Dig.*  
8. 4. 11. Deprime, vel allevare rivum. — b) Spe-  
ciatim est verbum proprium navium, que in mare  
demerguntur. *Cæs. 2. B. C.* 6. Quæ proxima ei loco  
et Brutii classe naues erant, in eas impeditas impe-  
tum faciunt, celeriterque ambas deprimunt. Ade  
eumq. 1. *ibid.* 58. et 2. *ibid.* 43. *Nepos Con.* 4. Mu-  
ltas naues capit, complures deprimit. Adde *Tac.* 4.  
*Hist.* 79.; *Auct. B. Alex.* 11. et 17.; et *Aurel. Vict.*  
vir. ill. 41. *Sall.* apud *Gell.* 10. 26. Earum (*scapharum*) alias deprimebantur. *Auct. B. Alex.* 46. De-  
presso scapha. *Cic. pro leg. Manil.* 8. 11. Classis  
superata atque depresso. Cf. *Ovid. 14. Met.* 185. Et  
ne deprimere fluctusve lapisve carinam. Et *Phædr.*  
1. 20. Corium depresso in fluvio.

II.) Translate: ad rem *Cic. Pis.* 18. 41. Vos meam  
fortunam deprimitis, vestram extollitis. *Lucret.* 6.  
52. Efficient acimos humiles formidire divum, De-  
pressosque premunt ad terram. Cf. *Plin. Paneg.* 44.  
Rectos ac vividos animos contundere ac deprimere.  
*Cic. Cluent.* 65. 183. Multorum improbitate de-  
presso veritas emergit. *Id. si agm. apud Lactant.* 3.  
19. Deprimi in tenebras. *Id. 7. Ferr.* 37. 98. Opes  
civitatis victæ, comminante, depresso. *Liv.* 30. 36.  
Contemplatio Carthaginis situ, non tam nosrendi in  
præsentia, quam deprimendi hostis causa. *Id. 2. 65.,*  
34. 48. et 37. 53. Deprime alienum. *Seneca Ep.*  
10. Vide, ne te illa res deprimat. *Cic. 3. Herenn.*  
1. 1. Causam adangere, aut deprimere. *Quintil.* 8.  
3. 90. Elocutio attollit, aut deprimit. *Nepos Att.* 22.  
Deprime preces alienus. *Plin. Paneg.* 24. Non tu  
civium amplexus ad pedes tuos deprimis. *Lucret.* 4.  
549. Quum tuba depresso graviter sub murmure mu-  
git. *Gell. 1. 11. a med.* Deprime et sedare inopem  
vocis. *Spartian. Hadrian.* 5. Tumultum deprime.  
Ita fortasse legendum est pro reprimere, quod vul-  
gati libri exhibent. Et *Trebell. Poll. Gall. dub.* 1.  
Vitam alienus deprime. h. e. extingue. — Hinc  
Part. præter. pass., cuius superius exempla retulimus,  
Depressus, a, um, adjective quoque usurpatur,  
unde Comp. *Depressior* I. et II; et Sup. *Depressis-*  
*simus* II.

I.) Proprie. *Tibull. 4. 1. 44.* Libra alterno depre-  
sor orbe. *Plin. 9. Ep.* 27. Tatius per plana, sed hu-  
milis et depresso iter. *Id. 10. ibid.* 58. Ædes  
multo depresso. *Frontin. Aquæd.* 65. Aquæductus  
depresso.

II.) Translate: ad rem *Seneca 2. Benef.* 13. Quæ  
altius te sublevasti, hoc depresso es. *Cic. 3. Her-*  
*enn.* 14. 24. Sedatissima et depresso vox uti.

DÉPRIVO, as, are, a, 1. omnino privo. *Gloss.*  
*Cyrill. Στρίπτω*, deprivo, privo, fraudo.

DÉPRÉCUL, adverb. procul, longe. *Plaut. Pers.*  
4. 2. 6. Abscede deprocul e conspectu. *Al. rectius*  
*leg.* procul.

DÉPRÆLIANS, antis, particip. ab inus. depræ-  
tor, valde prælians, decertans. *Horat. 1. Od.* 9. 10.  
ventus æquore servido Depræliantes.

DÉPROMO, prōmis, prompsi vel promsi, prom-  
ptum vel proutum, prōmere, a. 3. (de et promo).  
Part. *Deprompus* I. et II.; *Deprompturus* et *De-  
promendus* II. — Depromo est promo, extraho, pro-  
fero (It. cavar fuori, spremere; Fr. tirer hors ou  
de, faire sortir de, prendre ou puiser dans; Hisp.  
tirar, sacar á fuera, extraer; Germ. aus etwas  
heraus-, irgend woher nehmen, holen, herbei-  
schenken; Engl. to draw, take, or  
fetch out, draw forth).

I.) Proprie. — a) Cum addito Ablat. et præpos.,  
vel sine præpos. *Cic. 2. Off.* 15. 52. Pecunia ex arcâ  
depromitur. *Id. pro leg. Manil.* 13. 37. Deprompta  
ex ærario pecunia. *Horat. 1. Od.* 37. 5. Depromere  
cæcum cellis. *Val. Flacc.* 5. 215. arma puppi. *Virg.*  
5. *Æn.* 501. tela pharetris. *Id. 11. ibid.* 590. ultra-  
cem pharetra deprome sagittam. — b) Absolute.  
*Plaut. Trin.* 4. 2. 104. Depromere cibum. *Id. Truc.*  
3. 1. 2. Bubus glandem prædio depromere. *Horat.*  
1. *Ep.* 1. 2. quæ mox depromere possim. *Id. 1. Od.*  
9. 6. benignus Deprome quadrimum Sabina, o Ta-  
larche, merum diota.

II.) Translate. — a) Cum addito Ablat. et præpos.,  
vel sine præpos. *Cic. 4. Fin.* 4. 10. E locis,  
quæ thesauris, argumenta depromere. *Id. 2. Off.*  
15. 52. Opera ex virtute depromitur. Cf. eundem  
*Cluent.* 21. 58. *Id. 13. Fam.* 6. 2. Pollicitus sum,  
me ex intima nostra arte depromptum mirificum  
genus commendationis. *Id. 3. Phil.* 6. 15. Maledicta  
deprompta ex recordatione impudicitie. *Id. initio*  
*Parad. 1.* Ex Stoicorum disputationibus, non ex meo  
sensu deprompta oratio est ex jure civili. *Id. 1. ibid.* 57.  
244. Aliquid de jure civili depromptum. *Id. ibid.*  
59. 252. Juris utilitas vel a peritis, vel a libris de-  
promi potest. *Id. 5. Ferr.* 66. 155. Verba domo pa-  
tronii depromere. *Val. Flacc.* 7. 450. Depromere  
sinu vires. — b) Joculariter *Plaut. Amph.* 1. 1. 4.  
Quid faciam, si tres viri me in carcere compage-  
rint? inde cras e promptuaria cella depromar ad fū-  
grum?

DÉPROMPTUS vel depromtus, a, um. *V. voc.  
præced.*

DÉPROPÉRO, es, are, 1. (de et propero) valde  
propero, properanter facio, festino; et occurrit. *A*)  
Neutrorum more, et *B*) Active.

*A*) Neutrorum more. *Plaut. Cas.* 3. 6. 17. Cito  
deproperat.

*B*) Active; et quidem — a) Cum Infinito. *Plaut.*  
*Pæn.* 1. 2. 108. Prius deproperant sedulo sacrificare.  
— b) Cum Accusativo. *Horat. 2. Od.* 7. 24. Quis  
udo Deproperare apio coronas, Curatve myro? *Sil.*  
*It.* 2. 265. Numidum suribunda cohors miserabile  
humandi Deproperat manus.

DÉPRÖPÉRUS, a, um, adject. qui deproperat.  
deproperans. *Cod. Theod.* 7. 1. 13. Ut nullus abluen-  
do equoru sudore deproperus publicos oculos du-  
datus incestet. Adde *Cod.* 12. 36. 13.

DÉPROPINQUO, as, are, n. 1. valde appropin-  
quo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tan-  
tummodo in *Not. Tir.* p. 104.

DEPSITICUS vel depsitius. *V. DEPSICUS.*

DEPSO, psis, psū, psūm, pīstum, pīere, a. 3. *Στρίψω.*  
Part. *Depsis* I. — Depso est subigo, macero, tra-  
ctando, premendo et madesfaciendo mollem ac tenu-  
rum reddo, v. gr. panem; a voce Græca allata (It.  
gramolare; Fr. pétrir, broyer; Hisp. amasar, ma-  
jar, moler; Germ. kneten; Engl. to knead or  
mould).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 99. Id ubi exorceris, de-  
psito bene; oleu manum unguito, postea magis de-  
pses. *Id. ibid.* 76. Ubi depsuéris, etc. *Id. ibid.* 135.  
Coria recentia, que depsta sient. *Id. ibid.* 40. Luto  
depsto stirpem oblinito. Adde eundem *ibid.* 41. Var-  
ro apud *Non.* p. 99. 14. *Merc.* Sed tibi fortasse alius  
motil et depts.

II.) Translate babuit etiam obscenum sensum, ut  
significat *Cic. 9. Fam.* 22.

DÉPSITICUS vel

DÉPSITIUS, a, um, adject. *V. TESTICUS.*

DÉPSIUS, a, um. *V. DEPSO.*

DÉPCUBEM porcum lactentem, qui prohibitos sit  
pubes fieri. *Paul. Diac.* p. 71. 23. *Müll.* Sic *Gloss.*  
*Isid.* Dcpubis, porcus sugens.

DÉPÜBESCO, escis, escere, n. 3. inchoat. a *de* et  
*pudeo*, idem quod pudere, v. id valde pudere. *Apul.*  
10. *Met.* p. 253. Priusquam infamia publici specta-

culti depudescerem. *Hieronym ad Eustoch.* Depudescere infelicitatis. *V.* et DERUBESCO.

DÉPUDÉT, pùdebat, pùditi, pùdere, impers. 2. (de et pudet) duo diversa significat, prout A) Particula de intensiva est, aut B) Actionis finem significat.

A) Quum particula de est intensiva depudet est idem quod valde pudet. *Vellej.* 2. 73. extr. Quum eum non depudaret, vindicatum armis patria sui mera infestare piraticis sceleribus.

B) Quum particula de actionis finem significat, depudet est pudere desinat. *Ovid. Heroid.* 4. 155. Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit. *Id.* 3. *Amor.* 11. 4. Et quae depuduit ferre, tulisse pudet. *Seneca Const. Sap.* 17. Assiduis conviciis depudare dicerat.

DÉPÙDICO, as, are, a. 1. (de et pudicus) violo, stupro, pudicitiam aufero. Enumeratur a *Gell.* 16. 7. inter verba, que *Zaberius in Minis prælittere* fixit.

DÉPUGNATIÖ, ônis, f. 3. idem quod pugna, certame, depugnandi actus.

I.) Proprie. *Cato apud Non.* p. 204. 32. *Merc.* Una depugnatio est fronte longa, quadro exercitu. *Al. leg.* repugnatio. At *Veget.* 3. *Milit.* 20., ubi eadem Catonis verba recitat, habet non semel depugnatio. — *A Tertull. Spectac.* 18. accipitur pro certamine pugnis facta.

II.) Translate. *Firmic.* 4. *Mathes.* præfut. Forum certaminum depugnationibus liberatus.

DÉPUGNATUS, a, um. *V.* voc. seq

DÉPUGNO, as, avi, åtum, are, 1. (de et pugno) — *Depugnarier* paragoge pro depugnari est *Plaut. Cas.* 2. 5. 38. — Part. *Depugnat* et *Depugnandus* sub B; *Depugnatus* sub A. L 2. — Depugno est idem quod pugno, aut acriter pugno, de tota re dimicare sum paratus, certo, contendio (It. combattire, contrastare; Fr. combattre à la vie et à la mort, se battre avec acharnement, lutter; Hisp. combatir, pelear, luchar con animosidad; Germ. mit Nachdruck heftig kämpfen, fechten, streiten; Angl. to fight eagerly, fight it out, contend, engage). Porro usurpatur A) Neutrorum more, et B) Active.

A) Neutrorum more; et quidem

I.) Proprie. ¶ 1. In re militari de exercitibus. *Plaut. Cas.* 2. 5. 44. Collatis signis depugnabimus. *Lucrel.* 4. 1012. Multi depugnant. *Cas.* 7. B. G. 28. Actie instructa depugnare. *Cic.* 6. *Fam.* 5. Magne virimque copia ita parata ad depugnandum esse dicuntur, ut ele. *Nepos Thermist.* 4. Hoc eo valebat, ut iugatis ad depugnandum omnes cogerentur. *Liv.* 10. 37. Depugnare haud procul mœnibus. *Id.* 31. 46. Cum Gallis, signis collatis, depugnabit. Adde eund. 6. 3., 27. 48. et 40. 34. *Frontin.* 2. *Strateg.* 4. 6. Adversus Teutonos depugnare. *Plin.* 7. *Hist. Nat.* 56. 57. (209). Classe princeps depugnavit Minoes. — Passive impersonaliter. *Plaut. Cas.* 2. 5. 36. Necessum est versis gladiis depugnarier. *Cic.* 16. Att. 11. a med. Kal. Jan. erit forisso præsidio: aut quidem ante depugnabitur. *Liv.* 9. 39. Et cum Unibrorum exercitu actie depugnatum est. ¶ 2. De duabus inter se pugnantibus. *Cic.* 4. *Tusc.* 22. 49. Cum Ajar depugnaturus esset cum Hector. Adde eund. 2. *Fin.* 22. 73.; et *Sueton. Cæs.* 39. et *Cal.* 14. — Itinc etiam de gladiatoribus et bestiariis. *Cic.* 2. *Tusc.* 17. 41. Cum sonter ferro depugnabant. *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 32. 3. Cum depresso in ludum bis gratis depugnasset. In *Tab. cen.* apud *Mazoch. Tabul.* *Herac.* p. 423. Qui depugnandi causa auctoratus est. Adde *Quintil.* 8. 5. 12. *Ulp. Digest.* 3. 1. 1. § 6. Depugnare cum bestiis. — Occurrat etiam cum Accusat. *Emilius* apud *Festum* p. 317. 13. *Müll.* Nam si depugnare sues stolidi soliti sunt. *Ulp. Dig.* 3. 1. 1. Depugnare feraro, que regioni noceat. *Modestin.* *ibid.* 48. 8. 11. Ad bestias depugnandas servus tradere.

II.) Improperio. *Plaut. Stich.* 4. 2. 47. Depugnare cum fame. *Id. Trin.* 2. 2. 24. Cum animo suo. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 46. 140. Voluptas depugnat cum honestate. *Sil. It.* 10. 475. morti. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 2. 22. (46) de coloribus. Paria nunc componuntur, et natura a qua luxuria depugnat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 134. et depugnare parati Si discordet eques etc.

B) Active depugnare præsum est præsum ad finem adducere. *Plaut. Men.* 5. 6. 31. Ne seru veniam depugnato prælio. — Alia significatio *V.* supra sub A. I. 2. in fin.

DÉPULPO, ἀκοτάρχω. *Gloss. Lat. Græc.*

DÉPULSIÖ, ônis, f. 3. actus depellendi.

I.) Proprie. ¶ 1. Generativ. *Cic.* 2. *Fin.* 13. 41. Depulsione mali. Cf. *Nazar. Paneg. Const.* 8. Rursus *Cic.* 8. *Phil.* 4. 12. Quæ causa justior est belli gerendi, quam servitutis depulsio? *Id.* 5. *Fin.* 7. 17. Depulsio doloris. ¶ 2. Speciatim apud Rhetores est defensio et refutatio, quo quis criminis sibi objecta depellit. *Cic.* 2. *Invent.* 26. 79. Intentio est, injury sororem occidisti: depulsio est, jure occidi: quæstio est, jure ne occiderit. Adde eund. 1. *ibid.* 10. 13. *Cels.* apud *Quintil.* 3. 6. 13. *Quintil.* 3. 6. 17., 6. 4. 2., et 8. *proœm.* 9.

II.) Improperio est occasus. *Cic.* 2. *Fin.* 14. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum; quæ convertens inferiora reddit, quæ sunt superiora.

DÉPULSO, as, are, a. 1. frequentat. a depello. *Plaut. Stich.* 2. 1. 13. Cubitis depulsa de via, transquillam concinna viam.

DÉPULSOR, ôris, m. 3. ¶ 1. Generativ est qui depellit. *Cic.* 2. *Phil.* 11. 27. Depulsor dominatus, quam particeps esse maluit. ¶ 2. Speciatim est epithetum Jovis, ut averruncus, custos, conservator. *Inscript.* apud *Gruter.* 20. 3., ubi perperam legitur depulsor aul. pro depulsor mal. h. e. malorum, apprime respondet Græcorum ὁλέταχώ, ut ex *Ha- gembuciō* recte habet *Orell.* n. 2232, et apud *Mur-* rat. 9. 8. et 1977. 4. et 5.

DÉPULSÖRIUS, a, um, adject. ad depellendum, seu avertendum pertinens, ut *Depulsoria sacra*, quibus deorum ira placatur et mala avertuntur. *Am-* mian. 25. 2. Numimbus per sacra depulsoria suppli- cans. *Plin.* quoque 28. *Hist. nat.* 2. 3. (11). depul- soria hac sacra commemorant. *V.* DÉPELLO.

DÉPULTUS, a, um. *V.* DÉPELLO.

DÉPULVÉRANS, antis, particip. ab inusit. depul- vero, pulverem excutens. Occurrit translate tantum *In Supposit. Aulular.* *Plauti* 3. 25. Luctum depul- verans meum. h. e. abstergens.

DÉPUNGO, is, ere, a. 3. (de et pungo) idem quod pungo. Figurate *Pers.* 6. 79. Depunge, ubi sistam. h. e. indica, assigno locum, ubi sistam: ducta meta- phora a libra, in qua certum pondus punctis notatur; vel a pictura, in qua spatii seu loci limites punctis sequi notantur. *Al. leg.* depinge. — Apud *Tertull.* quoque 2. advers. *Marcion.* 7. legitur a quibusdam (nam alii depingo), alia tamen et satis obscura, raraque admodum significatio.

DÉPURÄTUS, a, um. *V.* DÉPULO.

DÉPURGATIÖ, ônis, f. 3. eadem ac purgatio vel expurgatio. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 4. Synachieis convenit sanguinis detracito atque ventris depurga- tio. *Id. ibid.* 21. Post deparginationem corruptorum.

DÉPURGATIVUS, a, um, adject. ad purgationem pertinens, qui purgat. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 16. De- purgativa virtus esse.

DÉPURGÄTUS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉPURGO, as, avi, åtum, are, a. 1. (de et purgo). Part. *Depurgatus* et *Depurgandus* I. — Depurgo est idem quod purgo, aut probe purgo.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 112. Si qua acina corrupta erunt, depurgato. *Id. ibid.* 151. Terram depurgato ab herba graminibusque. *Plaut. Stich.* 2. 2. 35. De- purgare pisces. *Colum.* 9. *R. R.* 14. 13. Aperire al- vos, et depurgare quidquid immundi est. *Id.* 12. *ibid.* 9. 1. Gaules lactucæ ab imo depurgati. *Cassiod.* 9. *Variar.* 3. de auri fossor. Rivos (auri) de flamma venientes tanto igne depurgant, quoadusque pulcritudinem suam prodant. *Theod. Priscian.* 2. part. 2. 10. Hippocrates vero nucleus cum galbano et melle Attico — ad depurganda vulnera dari præcepit.

II.) Translate depurgare crimina, h. e. diluere, aut excusare, est qui legit apud *Liv.* 39. 35., sed ple- tisque alii purgare.

DÉPÜRO, as, avi, åtum, are, a. 1. (de et purus).

Part. *Depuratus*. — Depuro est purum facio. Aut- orem huic verbo sunt qui attribuunt *Frontin.* *Aquæduct.* 93. Seu quia Anio, lacus altitudine, in quo excipitur, velut depuratur, ubi codices MSS. ha- bent defecatur, teste *Poleo*: sunt qui alium *Frontin.* de limis agror., sed hic quoque locus valde su- spicita fidei est. — Ceterum est lectio Part. præter- pass. *Depuratus* apud *Musam Compos.* 2. Amygdalarum amararum depuratarum drachmae VII.

DÉPUTATIÖ, ônis, f. 3. assignatio, destinatio. *Cassiod.* 2. *Variar.* 16. In tertiarum deputatione.

DÉPÜTATUS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉPUTO, ss, avi, åtum, are, a. 1. (de et puto). Part. *Deputatus* sub A. I. et B. 2.; *Deputandus* sub A. I. — Deputo duo diversa significat, scilicet

A) In re agraria est idem quod puto, hoc est rando, seco, amputo, abscondo (It. tagliar via, potare; Fr. enlever en coupant, tailler; Hisp. cortar, tajar; Germ. beschneiden, abschneiden; Engl. to prune cut, or lop off).

B) Proprie. *Cato R. R.* 49. Vineam primum deputato, binas gemmas, ne amplius, relinquo. Adde eund. 50. et *Colum.* 4. *R. R.* 23. 2. *Id. Colum.* 3. *ibid.* 10. 19. Malleolus deputatus et in ter- ram depositus. *Id. ibid.* 7. 1. Palmites falce depu- tandi. *Id. 11. ibid.* 2. 32. Deputare arbores.

II.) Translate. *Ovid. de Nuce* 63. Falx deputat umbras. h. e. ramos umbrantes.

B) Item est idem quod puto, hoc est censeo, ex- stimo, judicio: quæ significacionem nonnulli trans- latam volunt a superiore: *V.* PUTO. (It. pensare, stimare; Fr. estimer, calculer, compter, regarder comme, juger; Hisp. estimar, reputar, juzgar; Germ. abschätzen, für etwas halten, schätzen; Engl. to imagine, esteem, consider, think, judge). Usurpator ¶ 1. Cum Accusativo, aut cum Accusa- tivo et Infinito — a) Et quidem absolute pro cen- sere, judicare. *Plaut. Trin.* 3. 3. 19. Vide si hoc utili- bilitate magis atque in rem deputas, ut adeam Lesboni- cum. *Ter. Heaut.* 1. 1. 83. et apud *Cic.* 3. *Tusc.* 27. 65. Deputare se dignum quovis malo. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 6. et *Ter. Hecyr.* 3. 5. 27. *Id. Ter. Hecyr.* 5. 3. 1. Deputare parvi preti operam alicuius. *Id. ibid.* 4. 1. 9. Tun' virum me, aut hominem deputas aude esse? *Id. Phorm.* 2. 1. 16. Quidquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 22. 45. Quem tu esse bebetem deputas æque ac perus. — Apud *Ter. Adelph.* 2. 1. extr. pro deputare secum rationes plenarie leg. putare. — b) Cum Dative rei, quemadmodum verbum ducere et similia. *Tertull.* de *Pœnit.* 3. Deputare aliquid delicto. *Vopisc. Flor.* 4. omni. h. e. pro delicto, pro omni. Rursus *Tertull. Apolog.* 13. Dil veteres vobis contumeliam deputauit. h. e. putabant contumeliam a vobis accepisse. ¶ 2. Cum Dative personæ, deputare aliquem aut aliquid alicui, est destinare. *Pallad.* 12. *R. R.* 11. extr. Atque ita colum, quod huic generi deputabis, implice. *Id. 4. ibid.* 11. 6. Deputare aliquem laboribus et aratro. Adde eund. 10. *ibid.* 10. 1. et 8. *ibid.* 12. *Vopisc. Tac.* 10. aliquem sartis tectis. *Sever. Sulpic.* 1. *Hist. sacr.* 53. Turba coledens agri de- putata. *Inscript.* apud *Gruter.* 1028. 2. quæ est apud *Orell.* 3100. L. *FETRONIO L. F. SAB. TAYRO VO- LVSIANO CENTVRIONI DEPUTATO* etc. h. e. aliquo grādu supra ceteros centuriones ad honoratoria munia eresequuntur deputata. Hæc inscriptio pertinet ad ann. a Chr. n. 261. *Alia* apud *Orell.* 3329., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. 379. — 383. *CVRANTE FL. ASTE- RIUS DEPUTATO. Macrob.* 7. *Saturn.* 14. Ad deputam sibi a natura sedem proprii sensus recurrent. *Lamprid. Alex.* Ser. 20. Deputare vestigalia civitatis. Adde *Vopisc. Prob.* 5. et *Car.* 21.; *Trebell. Poll. Gall.* duob. 9. et *Claud.* 11.; et *Capitolin. Clod.* Alb. 5. — Similiter *Sulpic. Sever.* 2. *Hist. sacr.* 7. Accusatores deputari leonibus præcepit. h. e. damnari. Eodem sensu cum Accus. et præcepit. ad. *Capitolin. Macr.* 12. Deputare servos ad gladium iudi. Et *Trebell. Poll.* XXX. *Tyr.* 29. Deputare vitam leonibus. h. e. concedere, committere.

DÉPÜVÈRE cädere. *Lucilius: Palmisque misel-*

*lam depurit me,* id est verberavit me, quod ipsum

ex Graeco atq. του πατειν. Hæc *Paul. Diaç.* p. 70.

3. *M&ll.* Est autem a patro, unde pavimentum. *V.* etiam *ÓRPUVIAT.*

DÉPYGIS, e, adjec. ἄπυγος. Scribitur et depu-

gis. — Depygis est qui macras et exiles nates habet:

a de et pyga. *Horat.* 1. *Sal.* 2. 93. Depygis, nasuta,

brevi latere, ac pede longo est. Sic eod. sensu *Id.*

*Epid.* 8. 5. Illeque turpis inter aridas nates Poder.

DÉQUE adverb. *V.* SUSQUE DEQUE. — Apud veteres deque vim habuit minuendi et remittendi, ut docet *Gell.* 10. 29.

DÉQUESTUS, a, um, particip. ab inusit. de- que- tor, valde questus. *Val. Flacc.* 5. 448. omnes secum dequesta labore. *Stat.* 11. *Theb.* 627. Talia deques- tus. *Id. 1. ibid.* 404. dequestus et imbrevis.

DÉRADO, dis, si, sum, dere, a. 3. (de et rado).

**Part.** *Derasus* 1. et 2.; *Deradendus* 1. — Derado est radendo auero, abrado. ¶ 1. Stricto sensu. *Cato R. R.* 121. De virga lauri deradito. *Gell.* 7. 20. Poetam offensum, nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse. *Id.* 17. 9. 17. Legebamus, cum ceram derasisse, litterasque incolumes ligno incisas legisse. *Cels.* 5. 26. Sed ne illa quidem negligenda, ubi interior pars collisa, aut ubi derasum detritumve aliquid est. *Id.* 8. 4. Atramentum scalpo deradendum. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 7. 24. (75). Humor specialis derasus. *Id.* 20. *Ibid.* 2. 6. (12). Derasus cortex. *Alter Plin.* 8. *Ep.* 20. 5. Deradere marginem. *Martial.* 8. 33. An magis astuti deresa est ungue ministri Bractea? ¶ 2. Latiori sensu de capillis dicitur, et est curare. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 34. (109). Derasum caput. Cf. *Gell.* 17. 9. 29. Servo suo capillum ex capite omni deradit. — Ceterum *V. DIRADO*.

**DÉRASUS**, a, um. *V. voc. præced.*

**DERBÍOSUS**, a, um, adject. idem videtur esse ac gramiosus. *Theod.* *Priscian.* 1. 10. ante *med.* Derblos oculus, quos nos in impétiginosos dicimus, asperitatum vitiis laborantes sic curare consuevimus.

**DERCÉA**, ae, f. 1. herba Apollinaris, solani species, dixerat. *Apul. Herb.* 22.

**DERELICTIO**, ónis, f. 3. actus derelinquendi. *Cic.* 3. *Off.* 6. 30. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam est.

**DERELICTUS**, a, um. *V. DERELINQUO.*

**DEBÉLICUS**, us, m. 4. derelictio. *Gell.* 4. 12. Sive quis arborem suam vinearumque habuerit dera-  
lictul.

**DÉRELINQUO**, linquis, liqui, lictum, linquere, a. 3. (de, re et lingo). **Part.** *Derelectus* 1. et 2.; *Derelinquendus* 1. — Derelinquere est prouersus seu in totum relinquere, deserere (It. abbandonare; Fr. abandonner entièrement, délaisser; Hisp. aban-  
donar, deixar; Germ. etwas oder Jmdn durch gänz-  
liche Trennung verlassen, im Stiche lassen; Angl. to abandon, leave, forsake, desert). ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Truc.* 4. 4. 14. Ut me quasi pro dere-  
licta sis habiturus. *Id. Capt.* 2. 3. 75. Me servum pro te derelinqueris. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Naves ab  
aestu derelictæ. *Cic. Brut.* 4. 16. Serere in inculto et derelicto solo. *Id. 5. Verr.* 51. 120. Totas orationes derelinquere. *Id. 1. Cat.* 10. 25. Homines perditæ atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelicti. *Id. 8. Att.* 1. Hæc oppida atque oram maritimam ille pro derelicto habet. *Id. Cœ-  
cin.* 35. 103. Derelinquo jam communem causam. *Liv.* 39. 50. Castra — derelicta. Adde *eum*. 37. 8. et 10. 17. *Sal. Jug.* 5. Quem Massinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum dereliquerat. *Curt.* 9. 4. 8. Ars erat oppidi intacta, in qua præsidium dereliquit. *Capitolin. Ant. Phil.* 18. Derelinquere filium. *Trebell. Poll.* xxx. *Tyr.* 12. Indignos se posteros dereliquit. *Id. ibid.* Utcumque rebus in Oriente derelictis. *Justin.* 8. 5. Loco derelinqua. — *In derelicto esse.* *V. DEPERDO.* ¶ 2. Latiori sensu, et apud sequiora ævi scriptores, est relinquere morte, legato, aut testamento. *Arnob.* 5. 8. Varro in librorum quatuor primo. quos de gente conscriptos R. populi dereliquit. *Hieronym. Ep.* 108. n. 30. Ne unum quidem unumnum ab ea filiæ derelictum, sed derelictum magnum as alienum.

**DÉREPENTE**, adverb. Una vox est, ut *defessus*, neque divisi sibi scribi potest: quia si separaveris, non est Latina, inquit *Donatus* ad *Ter. Hecyr.* 4. 1. 3. infra cit. — Ceterum *derepente* proprie est ab ordinario et consueto rerum cursu ex improvviso declinando ac divertendo; binc repente, desubito. *Ennius* apud *Non.* p. 518. 20. *Merc.* Derepente contulit sese in pedes. *Plaut. Most.* 2. 2. 57. Atque illæ exclamat *derepente* maximum. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 3. Ita corripuit *derepente* tacitus sese ad filium. *Id. ibid.* v. 39. Si is posset ab ea sese *derepente* avel-  
le, quicunq; tot consuettus annos. Adde *Turpilium*, *Afranum*, *Accium*, *Novium*, *Pomponium* et *Var-  
ronum* apud *Non.* p. 518. 3. et seqq. *Merc. Cic. Li-  
gar.* 5. 14. Si quum hoc domi faceremus, tu *dere-  
pente* irrupisses. Adde *Vet. Poetam* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 36.; et *Liv.* 21. 41. *Tac.* 1. *Hist.* 63. Raptis *derepente* armis. Adde *Sueton. Tib.* 23. et *Vesp.* 23.

**DÉREPENTINO**, adverb., quod rectius tamen di-  
visum scribas, idem quod *derepente*. *Apul. Florid.*

n. 16. Quid *derepente* distulerit. et *ibid.* 23. Sen-  
tientia *derepento* oborta est.

**DÉRÉPO**, pis, psi, pluim, pere, 3. (de et repo). Est qui apud *Phœdr.* et *Apul.* legit *direpo*, minus recte tamen. — *Derepo* est deorsum *repo*. — a) Neutrorum more. *Phœdr.* 2. 4. *Derepit* ad cubile setosæ suis. *Varro* apud *Non.* p. 544. 29. *Merc.* Non vides, ipsos deos, si quando volunt gustare vi-  
num, *derepercere* ad hominum fana? Sic *Apul.* 4. *Met.* Ibi et n singuli *derepsissent*. — b) Cum *Accusativo*. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 36. 54. (130) de ursis. In-  
greduntur et bipedes: arboreo aversi *derepunt*.

**DÉREPTUS**, a, um. *V. DERIPIO.*

**DÉRIDÉO**, des, si, sum, dere, a. 2. (de et video). **Part.** *Derirus* et *Deridendus* sub b. — *Derideo* est valde video, cum contemptu video (It. *haffare*, deride-  
re; Fr. *rire*, se moquer de, railler; Hisp. *reir*,  
*burlar*, *burlarse*; Germ. *auslachen*, *verlachen*,  
*verspotten*; Angl. to laugh at, deride, laugh to  
scorn). Ocurrat — a) Absolute. *Plaut. Epid.* 2. 2. 76. er. Vos prioris esse oportet, nos posterius deri-  
dere, qui plus sapitis. *Ap.* Eja vero, age die, xp. At  
deridebitis. *Ap.* Non edepol faciemus. — Sic in fa-  
miliari sermone *derides* est jocaria, mei ludibrium  
facis: quo sensu occurrit apud *Plaut. Barch.* 4. 9.  
87. et *Amph.* 3. 3. 8.; et *Tyr. Adelph.* 5. 3. 66. *Cf.*  
*Id. Ter. Eun.* 5. 2. 20. Conservam? vix me conti-  
neo, quin involem in capillum monstrum! etiam ul-  
tro derisum advenit. — Similiter *derides* est votu-  
fimo negantis apud *Varro. 3. R. R.* 2. 15. Quid?  
seragina! inquit Atius. *Lx. Lx!* derides. *Sexaginta*,  
inquam. — Ceterum *Quintil.* 11. 1. 21. Ambitio-  
sum gloriandi genus est, etiam deridere. *Id.* 5. 13.  
2. Cum patronus deridet. — b) Cum *Accusativo*.  
*Plaut. Barch.* 3. 4. 7. Ego fax haud dicit nactam,  
quem deridet. *Id. Aulal.* 2. 2. 46. Neque edepol  
ego te derisum venio, neque derideo. *Adde eum*.  
*Freud.* 4. 5. 8. et *Bach.* 5. 2. 8. *Cic.* 3. *Orat.* 14.  
54. Quare omnes istos, me auctore, deridete atque  
contemnite. *Cf. Id. 5. Verr.* 92. 215. Derisum bene-  
ficium atque contemptum. *Id. Opt. gen. orat.* 4. 11.  
Quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibili-  
derideantur. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 51. hoc te Credo mo-  
do insanum, nihil ut sapientior ille, Qui te deridet,  
caudam trahat. *Id. 2. Ep.* 1. 262. Dicit enim citius  
meminisse libertini illud, Quod quis deridet, quam  
quod probat et veneratur. *Phœdr.* 3. 14. Derisor poti-  
us, quam deridendus senex. *Juvenal.* 2. 23. Deri-  
dere loripedem. *Sueton. Claud.* 4. Et illum et nos  
deridendī materia. *Id. Rhet.* 2. Deridens, ut infla-  
tum, ac levem et sordidum. *Justin.* 9. 2. 10. Quibus  
derisus Philippos.

**DÉRIDICULUM**, 1, n. 2. *V. voc. seq. in fin.*

**DÉRIDICULUS**, a, um, adject. valde ridiculus. *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 14. Is deridulus est, qua-  
qua incedit, omnibus. *Varro. 3. R. n.* 18. 5. Seque-  
tur, ut duo villicos et duas villicas habeat: quod est  
deridiculum. *Adde Lucret.* 3. 778.; et *Liv.* 39. 26.  
*Gell.* 13. 30. Deridiculum esse in legendio. *Id.* 2. 2.  
Deridiculus versus facere. — Ilinc

*Deridiculum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est deriso, irrisio, res deridicula. *Plaut. Amph.* 2. 2. 50. Quid tu me deridiculi gratia sic sa-  
lutas? *Id. Freud.* 4. 5. 7. Verba aliqui per deridicu-  
lum dare. *Ter. Heaut.* 5. 1. 79. Putare sibi aliquem  
pro deridiculo et defectamento. *Tac.* 3. *Ann.* 57.  
Esse deridiculum. *Id. 12. ibid.* 49. Julius Pelingus  
ignavi animi et deridiculu corporis junta despiciens. *Quintil.* 1. 8. 21. Quod evenit — usque ad de-  
ridicula.

**DÉRIGEÓ**, es, ere, n. 2. de et rigeo) rigorem tollo, emollio. *Commodian.* 72. 8. Blandus enim serino, proverbium nosti, deriget. scilicet respicit ad *Proverb.* 15. 1. Responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitat furorem.

**DÉRIGESCO**, rigescis, rigili, rigescere, inchoas. n. 2. (de et rigesco). *Forcellinus* pro derigesco legit *dirigesco* vel potius *dirigo*; variantem tamen lectionem saepe adnotavit. — Extra præteritum tem-  
pus, nullus est, quod sciām, hujus verbi usus. — *Derigesco* est idem quod *rigeo*, præ frigore metuē du-  
rus, rigidus, immobilis flo. *Virg.* 3. *En.* 259. At  
sociis subito gelidus formidine sanguis Deriguit. *Id.* 7. *ibid.* 440. subitus tremor occupat artus: Deri-  
guere oculi. Adde *Ovid.* 14. *Met.* 754. Est autem  
hoc mentis extra se posita, stuporis et insania si-  
gnum. Hinc apud *Plaut.* medicus eum, quem insa-

num suspicatur, ita interrogat, *Men.* 5. 5. 24. Di-  
mihi: solent tibi unquam oculi duri fieri? *Ovid.* 3.  
*Fast.* 332. *hirsuta* deriguerre come. *Id.* 5. *Met.* 232.  
conanti sua flectere lumina cervix Deriguit, ssoque  
oculorum induratus humor. *Id.* 7. *ibid.* 116. Deri-  
guere metu. *Minya.* *Id.* 1. *ibid.* 303. Deriguitque  
malis (*Niobe*), *Id.* 5. *ibid.* 185. inique petendo De-  
xtera deriguit, nec citra mota nec ultra. *Lucan.* 3.  
617. Deriguitque manus strictis immortua nervis.  
*Quintil.* 12. *Declam.* 8. Subiit furor et alienatio-  
mentis, et tota sui arbitrii famæ facta est: animus  
malis deriguerat, etc. h. e. obcalluerat, nec amplius  
sentiebat.

**DÉRIGO**, rígis, rexí, rígere, a. 3. deorsum rego.  
Legitur a nonnullis apud *Lucret.* 6. 823., ubi alii  
dixi. Apud *Silium* quoque, non uno in loco, ea-  
dem lectionis varietas est. At profecto *derexerat*  
legitur in *Inscript.*, quam vide in **DERIVO**.

**DÉRIPIO**, ripis, ripli, reptum, ripere, a. 3. (de et rapio). Pro *dereptus* ubique alii leg. *direptus*: sed rectius leges *dereptus*, quoties deorsum rapiendi actio significatur. — Ceterum Part. *Dereptus* I. et II. — *Deripio* est deorsum rapio, detrahō, et ple-  
rumque cum aliqua festinatione (It. tirar giù, stac-  
care; Fr. arracher, enlever, entrainer; Hisp. ar-  
rancar, tirar con fuerza, alzar; Germ. von oben  
abreissen, herunter —, herab —, fort —, wegriessen;  
Angl. to take or pull down, snatch or take away).

I.) Proprie. *Plaut. Rud.* 3. 5. 5. Capillo aliquem de ara deripere. Cf. *eum*. *Men.* 5. 2. 117. et addic-  
*tum*. *Aulal.* 4. 10. 18. *Lucret.* 4. 35. Quæ quasi membrana summo de corpore rerum Derepta volitant ultrò citroque per auras. *Ovid.* 9. *Met.* 637. Deripere vestem a pectori. *Id.* 6. *ibid.* 567. velanina ex burnis. *Tac.* 1. *Ann.* 35. ferrum a latere. *Tibull.* 1. 10. 60. e celo deripit ille deos. *Horat.* 1. *Od.* 9. 23. Pignus deruptum lacertis. *Adde eum*. *Epod.* 5. 46. *Id. Epod.* 17. 77. polo deripere lunam  
vocibus possum meis. *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 12. De-  
reptus cortex. *Adde eum*. *ibid.* 5. 13. *Id. ibid.* 18. *Derepta* acus. *Id.* 3. *Met.* 52. leoni pellis. *Adde eum*. 10. *ibid.* 475. et 15. *ibid.* 304. *Sil. It.* 10. 600. arma templis. *Id.* 10. 319. ore frena. *Id.* 12. 308. monilia collo. *Id.* 11. 377. viris etuvias. *Id.* 9. 29. pugnantum detras. *Val. Flacc.* 2. 160. plau-  
stro derupta nurus. *Tac.* 1. *Ann.* 20. Deripere aliquem vehicolo. *Id.* 2. *ibid.* 45. spolia Romanis. *Horat.* 3. *Od.* 5. 19. et arma Militibus sine cede, dixit, *Derepta* vidi. *Id.* 4. *ibid.* 15. 6. Et signa nostro re-  
stituit Jovi *Derepta* Parthorum superbis Postibus. *Virg.* 11. *En.* 193. spolia occisæ *derepta* Latinis.

II.) Translate. *Cic. Sall.* 1. 2. Quantum de mea auctoritate deripuisse, tantum de hujus præsidiis deminutur. h. e. detrauisse. Male qui leg. *dri-  
puisset*. *Id.* 1. *Fin.* 13. 43. Terroribus cupiditatibus  
busque detractis, et omnium falsarum opinionum  
temeritate derupta.

**DÉRISO**, ónis, f. 3. *Arnob.* 7. 33. Derisionis ma-  
teria. *Lactant.* 4. 18. et *Eudra*. Eritis deriso in  
gentibus.

**DÉRISOR**, óris, m. 3. qui deridet. ¶ 1. Gene-  
ratim est qui cum contemptu rideat. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 53. Numquid de Dacis audisti? Nil equidem. Ut  
Si *Seipseris* derisor. *Id. Art. P.* 43. Ut qui con-  
ducti plorant in funere dicunt. Et faciunt pro plura  
destitute et defectamento. *Tac.* 3. *Ann.* 57.  
Esse deridiculum. *Id. 12. ibid.* 49. Julius Pelingus  
ignavi animi et deridiculu corporis junta despiciens. *Quintil.* 1. 8. 21. Quod evenit — usque ad de-  
ridicula. 38. Quum jam et ab ignotis inter familiares et parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, de-  
risores vocabat, quod post nuncupationem vivere perseverarent. *Quintil.* 3. 8. 51. Denique supersticio-  
si, timidi, derisores sunt. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 52. t. 14. (275). Supercilia quibus juncta tempora infesta, derisores significant. *Juvenal.* 6. 53. Anubis deri-  
sor populi. — Et latiori significazione pro mimo. *Martial.* 1. 5. Qua *Thymœlon* spectas derisoremque  
Latinum. *Inscript.* apud *Orelli.* 4926. D. M. FLAB.  
CRISEROS COCCINOS DERISOR SE BIB. COMPAR. BIBI ET  
SV. *Orellio* tò derisor bistrionis videtur genus.  
¶ 2. Speciatim derisores dicuntur conviviorum  
scurræ. *Plaut. Capt.* 1. 1. 3. Quia invocatus esse  
soleo in convivio, solo, absurde dictum hoc deriso-  
res dicere. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 10. Alter in ob-  
sequiis plus aquo pronus et ini. Derisor lechi. Cf.  
*Seneca Ep.* 27. Quadratus stultorum divitium arto-

sor, et quod sequitur arrisor, et quod duobus his adjunctum est, derisor. — NB. De cogn. Rom. V. ONOM.

**DERISORIUS**, a, um, adject. ad deridendum pertinet. *Martian. Dig.* 28. 7. 14. Conditiones, quae contra bonos mores, vel derisoriae sunt, pro non scriptis habentur.

**DERISUS**, a, um. V. DERIDEO.

**DERISUS**, us, m. 4. Idem quod derisor. *Phœdr.* 5. 7. Facile ad derisionem stulta levitas dicitur. *Quintil.* 6. 3. 7. A derisu non procul abest risus. *Add. eund.* 6. 2. 15., 8. 6. 59. et 11. 30. 80. *Seneca præfat.* 1. 4. *Controv. Excerpt.* Incidere in ea, quæ derisus fugere non possunt. *Id. Ep.* 76. Mibi contingat iste derisus. *Sueton. Tib.* 70. Maxime curavit notitiam historie fabularis, usque ad ineptias et derisum. *Tuc. Agric.* 39. Derisus esse.

**DERIVATIO**, ūnis, f. 3 actus derivandi, deductio rivi.

1.) Proprie. *Cic. 2. Off.* 4. 14. Deductus aquarum, derivationes ūminum. *Liv.* 5. 15. Albani lacus derivatio.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Hunc esse fructum legendi, quæ maxime inter aliorum dicta mireris, in aliquem usum tuum opportuna derivatione convertere. ¶ 2. Speciatim apud Grammaticos derivationes nominum et verborum sunt eorum inflexiones, quum v. gr. ex uno nomine fit aliud, ut a *bonus bonitas*, a *lego lectito*. Has septem modis fieri, doceat *Diomed.* 1. p. 310. *Putsch.*: aut enim nomina, quæ derivantur, patronymica sunt, ut *Peleus Pelides*; aut possessiva, ut *Peleius*; aut paronymica, ut *equus eques*; aut verbalia, ut *dico dictio*; aut comparativa, ut *fortis fortior*; aut superlativa, ut *fortissimus*; aut denique diminutiva, ut *homo homunculus* *Plin.* apud *Servium* ad *Virg.* 9. *En.* 706. Derivationes firmas non habent regulas, sed exent prout auctoribus placet. *Paul. Dig.* 50. 16. 57. Magistratus per derivationem a magistris cognominantur. Adde *Charis.* p. 73. *Putsch.* ¶ 3. Item speciatim apud Rhetores derivatio dicitur quum ab uno sensu ad vicinum et similem oratio deducatur. *Quintil.* 3. 7. 25. Quia est quadam virtutibus ac vitiis vicinitas, utendum proxima derivatione verborum, ut pro *temerario fortem*, pro *prodigo liberalis*, pro *avaro parcum* venum.

**DERIVATIVUS**, a, um, adject. qui ab alio derivatus, vel deductus est. — a) Generatim. *Ambros.* 3. *Hezæm.* 2. Quis ignorat, quod plerumque etiam canalibus manu artificis derivativa (*aqua*), quantum cedocerit, tantum rursus escendat? — b) Speciatim locum habet in re grammatica, ut derivativum nomen, et verbum. *Priscian.* 2. p. 593. *Putsch.* Nomina propria in *tum* desinentia, si facient derivativa in *us* terminantia, si longam habebunt paenitentiam, ut *Opitergium*, *Opiterinus*, *Canusium Canusinus*. *Id.* 8. p. 824. Species verborum sunt due, primitiva, et derivativa. Sunt ergo derivativi rurunt diversæ species, ut inchoativa, ut a *caleo calesto*; meditativa, ut a *pario parturio*; frequentativa, ut a *dico dictio*; diminutiva, ut a *sorbeo sorbillo*. V. voc. præced. II. 2; et add. *Macrob.* de *differ.* *Gr. Latinig. verb.* p. 2740. *Putsch.*

**DERIVATORIUS**, a, um, adject. derivativus, derivatus. *Ambros.* de *Fide* 2. 4. Sat est enim generationem scire divinam, non divisam, non deniminutam, non derivatoriam, non creatam.

**DERIVATUS**, a, um. V. voc. seq.

**DERIVO**, as, avi, atum, are. a. 1. (de et rivo). Part. *Derivatus* I. et II. 1.; *Derivandus* II. 1. — Derivo est rivo more aquam deduco aliquo defleto (It. *derivare*, *tirare*; Fr. *detourner un cours d'eau*, faire *deriver*; Hisp. *derivar*; Germ. *ableiten*, *leiten*; Angl. *to drain or convey water from its regular course*, *derive* or *turn off into a different channel*).

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Truc.* 2. 7. 12. Derivare sibi aquam de fluvio. *Cœs.* 7. B. G. 72. Fossam aqua ex fluamine derivata complere. *Auct. B. Alex.* 27. Derivata pars Nili. *Colum.* 2. R. R. 8. 3. Omnem humorem in cloacas, atque inde extra segetes derivemus. *Vulgat. Interpr. Proverb.* 5. 16. Deriventur fontes tui foras. ¶ 2. Latiore sensu viam derivare est a loco ad locum cum aliquo flexu perducere, aperire. Optime notæ *Inscript.* apud *Aur. Guarnerium*, *Dissert.* intorno al corso dell'anti-

ca via *Claudia*. *Tl. Claudio* *Drusi* p. *Caesar. Avg. Germanicus* viam *Claudiām Avḡstām*, quam *Drusus* pater *Alpib⁹* bello patefactis derivavit, *Mvnit⁹* ab *Altino* usq̄e ad *Fluvium Danuvium* m. p. *ccccl.* In alia ibid. .... viam *Claudiām Avḡstām*, quam *Drusus* pater *Alpib⁹* bello patefactis derexserat, *Mvnit⁹* a *Flumine Padus* ad *Flumen Danuvium* per m. p. c. 50.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim: ad rem *Horat.* 3. *Od.* 6. 19. Hoc fonte derivata clades In patriam populumque fluxit. ubi nota *fontem*, r̄us derivatiōnēm et *flumen*, quod inde sequitur. *Ter. Phorm.* 2. 2. 9. Derivare in se omnem iram alienus. *Lucret.* 2. 364. Nec vitulorum alia species per pubula leta Derivare queunt animum curaque levare. h. e. avocare. avertare. *Cic.* 2. *Att.* 16. Derivata expectatio largitionis agraria in agrum *Campanum*. *Id.* 4. *Verr.* 20. 40. Te tuam culpam non modo derivare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse. *Id. Mil.* 10. 29. Dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est. *Id. 11. Phil.* 9. 22. Rerum natura cogit te partem aliquam in *Asiam* et *Syriam* derivare curæ et cogitationis tue. *Id. 5. Tusc.* 25. 72. Justitiam nihil in suam dormum inde derivet. *Id. 3. Verr.* 53. 139. Derivare alio responsum suam. *Id. 2. Herenn.* 27. 43. Considerandum est, ne tota causa mutata in aliam causam derivetur. *Quintil.* 2. 17. 40. Alia et minor et tamen ex his fontibus derivata. *Id.* 7. 4. 14. Culpam derivare in rem. ¶ 2. Speciatim apud Grammaticos nomina et verba derivari dicuntur ea significatione, qua dictum est in **DERIVATIO** II. 2. *Quintil.* 8. 3. 32. Nec a verbis modo, sed a nominibus quoque derivata sunt quadam, ut a *Cicerone Sullaturit*, etc. *Add. eund.* *ibid.* § 31. et 36., et 1. 6. 68.; et cf. *Diomed.* p. 310. *Putsch.*

**DERO**, f. **DEROSUS**.

**DEROGATIO**, ūnis, f. 3. diminutio, detractio. — a) Generatim. *Cic. Cornel.* 4. Tertium est de legum derogationibus. *Id. 2. Herenn.* 10. 15. Cum duas leges inter se discrepant, videndum est primum, num qua abrogatio, aut derogatio sit. — Fit autem legis derogatio, quum ejus aliqua pars tollitur. V. **ABROGO**. *Cassiod.* 1. *Variar.* 3. Excludens vel querelis auditum, vel derogationibus locum; et unde vix solet reportari patientis silentium, voces tibi militaverunt laudantur. — b) Speciatim in re grammatica. *Charis.* 2. p. 209. *Putsch.* Præpositio pro significat etiam — derogationem, id est *abrogō*, quum dicimus *profanus locus*, id est non sacer, quasi porro a fano positus.

**DEROGATIVUS**, a, um, adject. idem ac detractorius, ut *Præpositio* derogativa, apud *Diomed.* 1. p. 325. *Putsch.*, scilicet in privandi vim habet. *Diomed.* loquitur de tempore *imperfecto*, ejusque verba sunt: *In enim* *præpositio* plerumque derogativa, nonnunquam adjectiva, ut in aliis patebit: quæ addita, actui plerumque derogat; non addita, ad finem perducent significat.

**DEROGATOR**, ūris, m. 3. detractor, qui invide carpit. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. Beneficii importunus pretendi, derogator negati, æmulator accepti. *Cassiod.* *Instit.* div. litt. 21. Beatus Hieronymus derogatoribus suis viceum necessaria mordacitate restituens.

**DEROGATORIUS**, a, um, adject. derogatus, ut *Derogatorium edictum*, apud *Julian. Dig.* 25. 4. 2.

**DEROGATUS**, a, um. V. **DEROGO**.

**DEROGITO**, as, are, a. 2. valde rogo. *Plaut. Asin.* 2. 2. 60. Placide ergo unumquodque derogata.

**DEROGO**, as, avi, atum, are, a. 1. (de et rogo). Part. *Derogatus* I.: *Derogatus* et *Derogandus* II. — Derogo propriæ est aliquid de lege per novam legem detrabere; quemadmodum *abrogo* est legem omnino tollere (It. *derogare*; Fr. *abroger une partie d'une loi*, *déroger à*; Hisp. *derogar*; Germ. *ein Gesetz theilweise abschaffen*, *derogieren*; Engl. *to take away some clause of a law by a new one*).

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Truc.* 2. 7. 12. Derivare sibi aquam de fluvio. *Cœs.* 7. B. G. 72. Fossam aqua ex fluamine derivata complere. *Auct. B. Alex.* 27. Derivata pars Nili. *Colum.* 2. R. R. 8. 3. Omnem humorem in cloacas, atque inde extra segetes derivemus. *Vulgat. Interpr. Proverb.* 5. 16. Deriventur fontes tui foras. ¶ 2. Latiore sensu viam derivare est a loco ad locum cum aliquo flexu perducere, aperire. Optime notæ *Inscript.* apud *Aur. Guarnerium*, *Dissert.* intorno al corso dell'anti-

de magnificencia, aut de honestate quiddam derogatur. *Id. Cœcīn.* 1. 3. Derogare aliquid de testium fide. *Id. 2. Invent.* 46. 136. Si quid igitur ex hac ipsa (æquitate) accusator deroget, etc. — b) Cum Dativo. *Cic. Flacc.* 4. 9. Non ego rationi huic fidem derogo. Cf. *Lucan.* 9. 351. Derogare fidem ævo. Et *Pallad.* 3. R. 25. 23. fidem alicui. V. et infra sub c. Rursus *Cic. Rosc. Am.* 32. 89. Non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius, quam me, putem posse dicere. *Plin. 7. Hist. nat.* 28. 29. (104). M. Sergio nemo quemquam prætulerit, licet prœpones Catilina gratiam nomini derogo. *Tac. 13. Ann.* 27. Nihil universorum juri deroganum. *Id. 15. ibid.* 2. Derogare aliquid totela sociorum. *Quintil.* 9. 3. 102. Quum cura verborum deroget affectibus fidem. *Pallad.* 1. R. 6. 8. Derogare aliquid fructibus suis. — c) Sine additis. *Cic. Quinct.* 23. 75. Filii hujus multis locis cognita, ne persidia Set. Nævii derogatur, laborant. *Hæc loquendi ratio singularis est: at eadem utitur Id. fragm. Flacc.* edente 4. *Maio* 2. Hæc ad breve tempus audita longinquæ temporis cognitarum rerum fidem derogabunt?

*Lir.* 7. 6. Nunc fama rerum standardum est, ubi certam derogat vetustas fidem. *Auson. Gratiar.* act. 15. Non derogaturus industram. **DEROSUS**, a, um, particip. ab inusit. derodo, rosus. *Cic. 1. Dirinat.* 44. 99. Derosus esse a muribus clipeos. *Plin. 11. Hist. nat.* 37. 62. (164). A cohæolis minimis derosa via. *Id. 17. ibid.* 25. 38. (241). Ficus derosa a locustis.

**DERUBESCO**, is, ere, o. 3. pudorem exuo. *Gloss.* *Cyrill. Antepuspius*, depudesco, derubesco.

**DERUNCINATUS**, a, uni. V. voc. seq.

**DERUNCINO**, as, avi, atum, are, a. 1. (de et runcino). Part. *Deruncinatus*. — Deruncinare est runcinare secare: sed occurrit translate tantum. *Plaut. Mil. glori.* 4. 4. 6. Ut lepide deruncinavit nullum! h. e. decepit. Al. leg. *detruncinari*. *Id. Capt.* 3. 4. 108. Deruncinatus, deactuatus sum miser hujus scelesti technici.

**DERUO**, ūris, r̄hi, r̄atum, r̄uere, 3. Part. *Derutus* sub A. I.; — Deruo est A) Verbum activum et B) Neutrūm.

A) Quum est verbum activum deruo est deorsum tuo, averti (It. *gettare giù*, *far cadere*; Fr. *jetter en bas*, *renverser*; Hisp. *echar*, *abatir*; Germ. *herabstürzen* in die Tiefe; Engl. *to pull or take down, take away*).

I.) Proprie. *Seneca 3. Quæst. nat.* 27. Hiems immensam vim aquarum ruplis rubibus deruat. *Gell.* 6. 2. a med. Lapidem cylindrum si per spatiæ terre prona atque deruta jacias, præceps volvit. Al. leg. *derupta*, alii dirupta.

II.) Translate. *Cic. 16. Att.* 11. 2. De laudibus Dolabella deruam cumulum. Al. leg. diruam.

B) Est etiam neutrūm, et significat deorsum eadere. *Apul. 2. Met.* Nasum prehendo, sequitur: aures pertracto, deruunt. *Id. 7. ibid.* Oneris impatiens delapsus deruissent.

**DERUO**, ūnis, m. 3. a deruo verbo, qui deruit et perdi. *Inscript.* apud *Gruter.* 1015. 9. *FATIS DERUVIBVS V. S. L. M. M. RUVINVS SEVERVS*. Hujus inscriptionis *adserit* elevare conatur *Maff. Art. Crit. Lapid.* p. 377.; eamdem tamen confirmat *Labius Monum.* *Bresc.* p. 109. V. **FATUM**.

**DERUPTA**, ūrum, n. 2. absolute, substantivorum

more, sunt loca abrupta, prærupta. *Liv.* 38. 2. *ext.* Multi pevore in derupta præcipitati. *Add. Tac.* 4. *Ann.* 45. et 6. *ibid.* 21. **DERUTA**, ūris, V. **DERUO**.

**DESABULO**, as, are, a. 1. sabulo sterno, munio, firmo. Translate. *Varro* apud *Nom.* p. 99. 3. *Merc.* Unam viam Zenona menisse, duce virtute: hanc esse nobilium. Alteram Carnacadem desabulasse, bona corporis secutum. Ita *Scalig.* legit atque interpreta-

## DESACRATUS

— 81 —

lur. l. 2. lect. *Auson.* c. 30. Nam *Nonius* habet de-  
subulasse, et interpretatur perfodisse. Hucusque  
*Forcellinus*. At *Oehler*, *M. Ter. Varron. Sat. Menipp.* Rel. p. 208. haec recte adnotavit: « Vereor, ut  
racte conjecterit *Scaliger*. Retineo vulgatum desu-  
bulasse. Verbum desubulare facete formatum a su-  
bula, quod non sutorum solum est, sed lapicidarum  
quoque instrumentum, quo lapides poliuntur. Utun-  
tut vocabulo Gromatici passim, ut *Simplic.* apud  
*Goes.* p. 88. Si superior tantum pars dolata est et  
inferior subulis impolita relicta. Et alius *Auct.* apud  
*eund.* p. 3. Terminus si superius politus fuerit, et  
inferius subulis impolitus, inconveniens est; non  
habet fidem finitionis. Desubulare igitur non est  
perfodere, ut explicat *Nonius*, sed potius polire; et  
magnum interest, utrum dicam viam munio, an si  
viam desubulo, quod non satis perceperisse videtur  
*Scaliger*. Desubulare enim viam erit viam compla-  
nare; contra munire viam lapidum molibus sternere  
et firmis fundamentis superstruere. Quum de philo-  
sophorum scholis sermo est, alterum pertinet mag-  
is ad Academiam, alterum ad Stoam, cuius se-  
rior doctrina est ».

**DÉSACRÁTUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉSACRO** vel desecro, as, avi, àtum, are, a. 1. (de et sacrare). Part. *Desacratus* I. 2. et II. — De-  
sacro est idem ac sacro vel consecro.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Stat.* 0. *Theb.* 586. Quercus erat. Trivia quam desacraverat ipsa,  
etc. ¶ 2. Latiore sensu est aliquem inter deos re-  
ferre, Græce αὐτοῖς. *Capitolin. Anton. Phil.* 18. Templum ei constitutum, doti sacerdotes et so-  
dales et flamines, et omnia quæ desacratis decrevit  
antiquitas. h. e. in deos relatis. *Al. leg. de sacris.*

II.) Translate est destinare. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 29. (112). Chamæleon peciali volumine dignus  
existimatius Democritu, ac per singula membra de-  
sacratus. h. e. variis destinatus consecratusque mor-  
bis. *Harduin.*

**DÉSEVIO**, vis, vii vel vi, vitum, vire, n. 4. (de et sœvio). Plusquamperfectum deservisset habet tan-  
tum *Sueton. Ner.* 29. — Part. *Deserviturus* occur-  
rit tantum apud *Heronym.* in *Isajam* 5. 16. 1. In  
quām deserviturus est leo. — Ceterum deservio duo  
diversa significat, prout particula de est A) Intensi-  
va, aut B) Actionis finem significat.

A) Quum particula de est intensiva, deservio est  
valde sœvio. *Virg.* 10. *Æn.* 569. Sic toto Æneas  
deservit in æquore vitor, Ut semel intepuit mu-  
cro. Id. 4. ibid. 52, causasque innecte morandi.  
Dum pelago deservit biems, et agnos Orion, Quas-  
satisque rates, dum non tractabat cælum. *Horat.* 1.  
*Ep.* 3. 14. An tragica deservit et ampullatur in ar-  
te? *Lucan.* 6. 540. omnes avide deservit in artus.  
*Sueton. Ner.* 29. Quum affatim deservisset. *Flor.* 2.  
6. 12. Deservit procella. — Deservire aliquem acti-  
ve pro in aliquem, allatis aliquot *Tertulliani* locis,  
probat *Salmas.* ad *Capitolin. Anton. Phil.* 24.

B) Quum particula de actionis finem significat,  
deservio est sœvire desino. *Lucam.* 5. 303. nec, dum  
deserviat ira, Exspectat.

**DÉSALTATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÉSALTO**, as, avi, àtum, are, n. 1. (de et salto).  
Part. *Desaltatus*. — Desalto est idem ac salto, seu  
vehementer saltio; et occurrit tantum cum Accusativo  
pro saltando repræsento. *Sueton. Cal.* 54. Cum  
pala tunicaque talari prosiluit, et desaltato cantico  
abiiit. *Cyprian. de Spectac. post med.* Ut desalten-  
tur fabulosæ antiquitatum libidines. *V. SALTO.*

**DÉSALUTO**, as, are, a. 1. valde saluto. Vox a Le-  
xico expungenda; occurrit enim tantummodo in  
*Nat. Tir.* p. 105.

**DÉSANNATIÖ**, ônis, f. 3. *Gloss. Cyrill. Muzy-  
gatōc*, desannatio, subsannatio.

**DÉSANNO**, as, are, n. 1. idem ac subsanno. Por-  
phyr. ad illud *Horat.* 1. *Sat.* 6. 5. naso suspendis  
adunc; hæc habet: Quod vulgo dicunt desannos,  
id est per fastidium quoddam ride. Adde *Gloss. Cy-  
rill.*

**DESCAPULATUS**, a, um, adject. cui tunica a sca-  
pulis demissa est. *Seneca Ep.* 115. Juvenes desca-  
pulatos. Ita legit *Scalig.* At nullo rectius *Lips.* et  
*Gruter.* de capsula totos. *V. CAPSULA.*

**DESCENDO**, dis, di, sum, dere, n. 3. (de et scan-  
do). Descendi præteritum antiquum est. *Val. An-*  
*tias* apud *Gell.* 7. 9. extr. Deinde funere locato ad  
forum descendidit. *Eaberius* apud *eund.* ibid. Ego

mirabar, quomodo mammae mihi descendiderant. —  
Passive occurrit tantum apud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 16.  
13. (71). Ab exortu vespertino latitudo descenditur,  
parcius jam se minuere motu, non tamen ante sta-  
tiones secundas augente, quam et altitudo descendit-  
tur. Et Part. *Descensus* apud *Prudent. Apotheos.*  
1075. Descensos nascendo gradus redeundo retexi.  
— Part. *Descendens* sub A. I., sub B. a. I. et alibi;  
*Descensus* sub A. I. — Descendo est ex loco supe-  
riore in inferiore devenio (It. descendere, scende-  
re, calare; Fr. descendre, se rendre dans un lieu  
moins élevé, s'abaisser; Hisp. descender, bazar; Germ. von Persopen, herabsteigen, von oben nach  
unten, her-niedersteigen, von Sachen, sich senken,  
herabfallen, etc. bes. in tiefer liegende Localitä-  
ten; Angl. to go or come down, descend).

A) Generatim; et quidem

I.) Proprie occurrit cum addito aut omissio termino,  
unde aut quo quis descendit. — a) Cum addi-  
tis terminis, unde et quo quis descendit. *Lucret.* 6.  
425. Nam si, ut interdum tamquam demissa colum-  
na In mare de cælo descendant. *Ovid.* 12. *Met.*  
396. Coma ex bumeris descendit in armos. — b)  
Cum addito, unde quis descendit. *Liv.* 18. De-  
scendere de cælo. *Juvenal.* 11. 27. e cælo. *Virg.* 8.  
*Æn.* 423. cælo ab alto. *Virg.* 4. G. 235.; *Horat.* 3.  
*Od.* 4. 1.; et *Ovid.* 5. *Fast.* 551. cælo. *Virg.* 6. *Æn.*  
31. aggeribus Alpinis. *Cic. Vatin.* 11. 26. de ro-  
stris. *Id. Senecl.* 10. 34. ex equo. *Auct. B. Hisp.*  
15. et *Liv.* 2. 2. ex equis. *Sall. fragm. Hist. equo.*  
*Sueton. Tib.* 20. et *Gaib.* 18.; et *Juvenal.* 10. 282.  
e curru. *Val. Max.* 1. 1. n. 10. plaustro. *Sueton. Claud.* 15. e tribunal. *Liv.* 32. 32. praesidium arce.  
*Val. Flacc.* 3. 632. austro montibus. *Coripp.* 2. 362.  
undique descendant turba. *Sil. It.* 6. 427. vertice  
descendentes cæsaries. Cf. *Petron. Satyr.* 18. Capilli  
descendentes ab aure. *Id. ibid.* 102. A regione gu-  
bernaculorum funis descendit, qui scaphæ custo-  
diunt tenet. h. e. pendet. — c) Cum addito, quo  
quis descendit. — Per Accusativum et præpos. in.  
*Lucret.* 6. 401. An simul ac nubes successere, ipse  
(Jupiter) in eas tum Descendit, prope ut hinc tell  
determinet ictus? *Cic. 4. Tusc.* 4. 7. In inferiorem  
ambulationem descendimus. *Cæs.* 3. B. C. 15. in  
naves hostium. *Liv.* 8. 37. in campos. *Curt.* 3. 5. 2.  
in flumen. *Sil. It.* 1. 607. in pontum. *Id.* 15. 152.  
in æquor. *Val. Flacc.* 8. 219. Hister in Ireta. *Plin.*  
25. *Hist. nat.* 8. 49. (88). in calidam, scilicet a-  
quaam. *Capitolin. Anton. Phil.* 4. in theatrum. *Ju-  
venal.* 3. 17. in vallem Egeriae. Cf. *eund.* 6. 522.  
*Nepos Arist.* 1. in Græciam. *Id. Alcib.* 6. Civitas  
descendit in Piræum. *Sueton. Tib.* 10. Descendere  
Ostiam. h. e. secundo flumine navigare: sic etiam  
*Propert.* 2. 3. 11.; et cf. *Quintil.* 8. 6. 64. et 8. 3.  
34. *Curt.* 9. 9. Mare intumescit et in campos de-  
scendit. scil. quia mare terris altius est. *Stat.* 11.  
*Theb.* 195. Rhodope descendit in annos. h. e. niv-  
ibus vere solitus demittit torrentes. Cf. *Curt.* 6. 5.  
27. Sinus vestis infra genua descendit. — Per Accu-  
sativum et præpos. ad. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 48. 148.  
ad nostras naviculas. *Curt.* 4. 7. 9. ad Mareotin pa-  
ludem. *Sueton. Aug.* 16. ad littus. *Id. Ner.* 53. De-  
scensurum sc ad Olympia. h. e. in arenam. *Curt.* 8.  
10. 33. ad regem. *Id.* 4. 6. 2. Bessum quoque, Ba-  
ctrianorum ducem — descendere ad se jubet. *Juve-  
nal.* 10. 112. Ad generum Cereris sine cæde et vul-  
neri pauci Descendent reges. h. e. ad Plutonem, scilicet  
ad inferos. — Cum Dativo, poetice. *Ovid.* 3.  
*Met.* 14. antro Castalia. h. e. ad antrum. *Sil. It.*  
13. 708. nocti. h. e. ad noctem, scilicet ad inferos.  
Sic *Id. ibid.* 759. Erebo. — d) Absolute, sine ad-  
ditis. *Ovid.* 1. *Fast.* 263. per elivum. *Auct. B. Alex.*  
74. valle prærupta. *Lucret.* 6. 437. Versabundus e-  
nim turbo descendit. *Val. Flacc.* 4. 353. Jupiter.  
*Id.* 1. 686. zephyri. *Id.* 7. 25. flamina. — Sic de-  
scendere absolute pro ex equo descendere dicit  
*Plaut. Asin.* 3. 3. 120.; et *Auct. B. Hisp.* 15. —  
Item de lecto. *Tibull.* 1. 5. 41. Tunc ne devoutam  
descendens femina dixit. *Ovid.* de eadem re 3. *A-  
mor.* 7. 11. habet desiluit. — *Val. Flacc.* 7. 591.  
tandem gravius mugire residens Incipit et fesso vi-  
ctus descendere cornu. scilicet in terram. *Id.* 8. 332.  
Itque reditque ratis impoque reciproca fluctu De-  
scendit. *Stat.* 10. *Theb.* 644. descendant vestes. h.  
e. qua breves erant, deducuntur ad talos. *Id.* 5.  
*Silv.* 5. 41. umbra descendentes. Sic *Manil.* 3. 370.  
descendere dixit solem, qui ad occasum inclinatur.

## DESCENDO

Et *Juvenal.* 10. 58. descendunt statuæ. h. e. deßi-  
ciuntur.

II.) Translate. *Varro* 2. *R. R.* 1. 3. Necesse est  
humanam vitam a summa memoria gradatim deser-  
disse ad hanc metatem. *Id. ibid.* § 4. Ex hac vita in  
secundam descendisse pastoriciam. *Et ibid.* § 5. Ter-  
tio denique gradu a vita pastorali ad agriculturam  
descenderunt. *Horat. Art. P.* 386. si quid olim Scri-  
pseris, in Mæci descendat judicis aures. *Justin.* 1.  
4. 1. Post multos deinde reges per ordinem suc-  
cessionis regnum ad Astyagen descendit. *Add. eund.*  
17. 3. 9. *Plin. Paneg.* 85. Descendere in omnia fa-  
miliaritatis officia. *Quintil.* 1. 4. 7. Grammatici o-  
mnis in hanc descendens rerum tenuitatem. *Id.* 9.  
3. 55. Priusquam ad aliud descendat (gradatio), in  
prioribus resistit. *Id.* 7. 1. 23. Ut a generè ad extre-  
mam speciem descendenterem. *Id.* 1. 12. 14. Nec uti-  
que ad minutissima usque geometriæ opera (di-  
scens) descendat. *Add. eund.* 11. 3. 65., 1. 11. 18.,  
6. 1. 29. et alibi sæpe. — Impersonaliter. *Cic.* 3.  
*Orat.* 61. 227. Est quiddam in remissione (vocia)  
gravissimum, quo tamquam sonorum gradibus de-  
scendit. *Quintil.* 7. 3. 2. Interim a qualitate ad  
finitionem descenditur. *Tac.* 15. *Ann.* 1. Eo con-  
templationis descendens esse, ut etc. *Id.* 14. *ibid.* 7.  
Eo descendens credeant, ut pereundum esset. —  
Descendere regno apud *Stat.* 1. *Theb.* 396. est re-  
gno abi, regni administrationem deponere.

B) Speciem.

I.) Proprie. Romæ prodeentes domo in publico, et præsertim in forum venientes, descendere dice-  
bantur, et qui comitabantur, deducere; tum quia nobiliores in editoribus locis habitabant; tum quia  
fora omnia humilia erant, utpote quæ in montibus convallibus sita. *Crassus* apud *Cic.* 2. *Orat.* 66.  
267. et *Liv.* 3. 48. Descendere in forum. *Val. Ant-*  
*tias* apud *Gell.* 7. 9.; *Cic.* apud *Non.* p. 538. 26.  
*Merc.*; *Liv.* 34. 1. et 24. 7. ad forum. Sic *Stetion-*  
*Cæs.* 13. Descendere ad comitia. — Et absolute ea-  
dem significacione. *Cic.* 2. *Phil.* 6. 15. Hodie non  
descendit Antonius: cur l dat natalis in horis.  
Add. *eund.* 4. *Verr.* 38. 92.; *Liv.* 3. 48. et 2. 54.;  
et *Horat.* 1. *Ep.* 20. 5. *Seneca* 3. *Benef.* 27. Usus  
consilio, descendenti Cæsari occurrit. — Inventur  
tamen et descendere domum apud *Cic. Planc.* 18.  
33. Consuli P. Nasice præco Granus, medio in foro,  
quoniam ille, editio justitio, domum descendens etc.  
sed ibi respicuit ad curiam, ex qua descendebat in  
forum consul, domum reversurus. *Manut.* tanien  
mallet legere *discedens*; *Orellius* vero *decedens*, et  
quidem rectius.

II.) Translate. ¶ 1. Descendere in causam vel  
partes alicuius dicuntur, qui eidem faventes ac-  
cedunt. *Cic.* 8. *Phil.* 2. 4. Consensus populi Romani,  
qui jam descendit in causam, etc. *Liv.* 36. 7. Cui si  
scilicet in causam descendenter, nihil integrum futurum  
est. *Tac.* 3. *Hist.* 3. Aperte descendisse in causam  
videbatur. quod *Id.* 15. *Ann.* 50. dicit, descendere  
in partes. ¶ 2. Ponitur et de inanimis. Sic de re-  
partio, que ad mare usque declivis extenditur. *Val.*  
*Flacc.* 1. 537. Jampridem regio, que virginis æquor  
ad Helles. Et Tanais tenus immenso descendit ab  
Euro. Similiter de silvis, que suas arbores decisas  
in planitem demittunt. *Stat.* 7. *Theb.* 115. Si gemi-  
nos soles ruituraque suadeat astra. Aut outare so-  
lum, aut veteres descendere silvas. Ab miseri vidisse  
putant. Et de montibus. *Id.* 5. *ibid.* 338. abruptam  
credas radicibus ire Octylian. aut fractum petago  
descendere montem. *Iti* legunt decurtere: sed ha-  
bet *Val. Flacc.* 7. 55. Ante meus cessa descendet  
Caucasus umbra, etc. Similiter *Plin.* 10. *Ep.* 48.  
Theatrum ingentibus rimis descendit et hiat, sive in  
causa solum humidum et molle, etc.

C) Item speciation.

I.) Proprie. In re militari descendere dicitur exer-  
citus, qui ex coiliibus aut edito aliquo loco in planitiem,  
præliandi præcipue causa, ducitur. *Cæs.* 3. B.  
C. 98. Et superioribus locis in planitem desen-  
dere. *Liv.* 1. 12. in æquum. *supple* locum. *Frontin.*  
2. *Strateg.* 5. 18. in plana. — Impersonaliter *Liv.*  
23. 29. Omibus copiis in campum descendens est.  
— Et absolute eodem sensu. *Liv.* 44. 5. Inenarrabi-  
lis labor descendenteribus cum ruina jumentorum sar-  
cinarumque. Adde *Frontin.* 4. *Strateg.* 5. 10.; et  
cf. *Sall. Jug.* 50. Deinde ipse — sicuti monte desen-  
derat, paullatim procedere. Cf. et *Liv.* 32. 32.

II.) Translate descendere in aciem, in prælium,

*in certamen et similia his significant contendere, certare, in discriben venire; quia velut ex loco superiore ac tuto in planum ac periculosum devenimus.* *Liv. 9. 14. et 25. 22.; Justin. 14. 3. 1.; et Frontin. 1. Strateg. 11. 11. Descendere in aciem.* *Cf. Sueton. Aug. 96. Justin. 21. 2. 5. in prælium.* *Cic. 2. Tusc. 26. 62. in certamen.* *Justin. 15. 1. 2. in bellum.* *Val. Flacc. 3. 518. et Juvenal. 7. 173. ad pugnas.* *Sic Cic. 4. Herenn. 42. 54. in magnam vitæ dilectionem.* — *Et impersonaliter Liv. 8. 8. Desensus in aciem est.* — *Similiter cum Infinito dicit Stat. 1. Theb. 224. Nunc geminas punire domos, quis sanguinis auctor Ipse ego, descendeo.*

D) Denique speciatim plures alios habet usus tum propriæ, tum translatæ.

I) Proprie. ¶ 1. In re medica descendere dicuntur, quæ ex alto flunt. *Cels. 2. 4. ad fin.* Si quod descendit, est per liquidum, aut albido. *Id. 1. 6. Olera quæ celeriter descendant.* *Plin. 23. Hist. nat. 1. 25. (51).* Si cibus non descendat. — Ipsa quoque alijs descendere dicitur, quam excrements reddit. *Cels. 2. 7. Ubi pluribus diebus non descendit alijs.* ¶ 2. Prægnante, uti ajunt, significatione descendere dicuntur, quæ merguntur, aut infiguntur. *Liv. 1. 41. Ferrum haud alte in corpus descendit.* *Lucan. 2. 616. ferrum in caput descendit.* *Ovid. 3. Met. 67. toto descendit in illo ferro.* *Seneca Consol. ad Helv. 3. Gravissimum est ex omnibus, quæ unquam in corpus tuum descenderunt, recens vulnus, fator: non summam cutem rupit; pectus et viscera ipsa divisit.* Cf. *Stat. 12. Theb. 340.* quanto descendit vulnus hinc! *Val. Flacc. 6. 244. ac medium moriens descendit in hastam.* *Claudian. B. Get. 601. Altius haud unquam toto descendimus ene In jugulum.* *Sil. It. 16. 544. per pectora adactus Intima descendit mucro.* *Flor. 3. 10. 13. In jugulos gladiis descendebant.* — Item de plantis, quæ in terram radicibus infiguntur. *Colum. 11. R. R. 3. 62. Rapae in altum descendant.* *Plin. 17. Hist. nat. 14. 24. (102).* Descendit in rimam calamus. *Id. 19. ibid. 6. 31. (98).* Radix Iapathi descendit ad tria cubita. Similiter *Id. 2. ibid. 55. 56. (146).* Nec unquam fulmen quoque altius pedibus descendit in terram. — Et de inanimis *Virg. 5. En. 633.* toto descendit corpore pestis. h. e. ignis per totum navis corpus penetrat. Cf. *Plin. 9. Hist. nat. 30. 49. (94).* Voluntas descendit in duo sensu carentia. h. e. cadit et percipitur a duobus etc. — Huc referri possunt et illa *Stat. 9. Theb. 261.* clipeos arcusque remissos Unda vebit, galeasque vetani descendere cristæ. h. e. immersi. *Id. 1. ibid. 133. juvenci, quis nondum vomero multo Ardua nodosus cervis descendit in armos.* h. e. contrahitur, reficitur conatus trahendi.

II) Translate. ¶ 1. Descendere dicuntur, que altius in animo penetrant atque infiguntur. *Salt. Jug. 11. Quod verbum in pectus Jugurthæ altius, quam quisquam ratus, descendit.* Sic *Spartian. Anton. Get. 6. Quod dictum altius in Bassiani pectus descendit.* *Liv. 2. 52. Curam in animos descensum.* *Id. 1. 19. Mctus deorum ad animos descendederat.* *Seneca 1. Contror. presul. Quæcumque in animum descederunt.* *Id. 1. Benef. 1. a med.* Ita natura comparatum est, ut altius injuria, quam merita descendant. — Huc pertinet et illud *Pers. 4. 23.* Ut nemo in seco tentat descendere! h. e. in se ipsum, in animalium suum penetrare. Sic *Seneca Ep. 59. circa med.* Nemo nostrum in altum descendit: summatum decerpsumus. ¶ 2. Eleganti metaphora descendere dicuntur, qui ad aliquid se accommodat dimittitque, quod alias non faceret. — a) Cum Accusativo et præpos. ad. *Cic. Mur. 29. 56.* Non qui odio inimicitarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitas descendenter. *Id. Amic. 17. 64. ad calamitatim societas.* *Id. 1. de republ. 43. ad ludum.* *Id. 2. Orat. 6. 22. ad omnem animi remissionem ludum.* *Cæs. 5. B. G. 29. ad ejusmodi consilium.* *Id. 7. ibid. 78. ad sententiam alcuinus.* *Id. 6. ibid. 16. ad innocentium supplicia.* *Id. 7. ibid. 33. ad vim.* *Id. 3. B. C. 83. ad gravissimas verborum contumelias palam.* *Id. 1. ibid. 9. ad omnia.* *Id. 3. ibid. 9. ad extreum auxilium.* *Pollia apud Cic. 10. Fam. 33. ad extrema.* *Cælius apud eund. 8. ibid. 8. sub fin. ad conditionem aliquam.* *Horat. 1. Ep. 9. 11. ad præmia.* *Sueton. Vesp. 4. ad mangonitos questus.* *Quintil. 1. 2. 27. ad intellectum arianis.* *Id. 8. 2. 24. ad planiora verba.* *Id. 5. 6. 2.*

et 11. 1. 57. ad accusations. *Id. 4. 2. 15. ad petitionem.* *Plin. 10. Ep. 40. ad curas alicujus.* *Vopisc. Firm. 1. ad descriptionem curamque.* — Descendere apud *Plin.* significat vicinum esse, similem esse; ita tamen ut res, de qua sermo est, a superiori ad inferiorem speciem gradum faciat. *Id. 37. Hist. nat. 9. 40. (122).* Alterum genus descendit ad hyacinthos, et paulo post. (123). Quintum genus ad vicina crystalli descendit. Et absolute ibid. (121). Alius ordo purpureis dabitur et ab illis descendenteribus. — b) Cum Accusativo et præpos. in *Virg. 5. En. 782.* cogant me preces descendere in omnes. *Justin. 21. 5. 3. in fedissimum vita genus.* Adde *Quintil. 10. 3. 12., 10. 1. 63., 1. 4. 7. et 1. 11. 8.* — c) Cum Adverbis quo, eo, etc. *Cæs. 1. B. C. 81.* Ut repentina eorum eruptiones demoretur: quo necessario descensuros existimat. *Cic. Fontej. 1. 2.* Vide, quo descendam, judices. — d) Absolute. *Cic. 4. Verr. 72. 177.* Placet mihi ista defensio: descendere; sequa enim conditio proponitur. h. e. acquiesco. ¶ 3. Descendere ab aliquo est oriri, venire, profici. *Ulp. Dig. 1. 9. 12.* Descendere a patriciis et consulibus. Hinc descendenter apud *Paul. Dig. 23. 2. 68. Stat. 5. Silv. 3. 210.* cum stirpe tua descendere dixi. *Lamprid. Alex. Sev. 43.* Genus ejus a Metellis descendit. — Similiter *Plin. 22. Hist. nat. 24. 51. (111).* Ratio a Platone descendens. *Ulp. Dig. 43. 26. 1.* Quod genus liberalitatis ex jure gentium descendit. *Paul. ibid. 18. 1. 57. extr. Judicium, quod ex bona fide descendit.* Rursus *Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (149).* Arabia a regione Ciliciae Commageneaque descendit. ¶ 4. In rerum enumeratione descendere est ab initio ad terminum aliquem procedere. *Ovid. 11. Met. 754.* si descendere ad ipsum Ordine perpetuo queris, sunt hujus origo Iulus et Assaracus. ¶ 5. Est etiam abesse, delectare, dissimilem esse. *Quintil. 1. 1. 126.* Tantum ab illo defuebant, quantum ille ab antiquis descendebat. *Id. 3. 5. 8.* Indo enim finita descendit. ¶ 6. Ohsceno sensu descendere dicuntur marces, quæ ad stuprum patiendum proni inclinantur (*V. INCLINO*), et descendere ad terram tremulo clune puerile, quæ inter saltandum lumbos natesque lascive agitant. *V. CRISPITUDO.* *Catull. 112. 2.* Descendit, Naso, multus es et pathicus. *Juvenal. 11. 163.* plusquam probata. Ad terram tremulo descendunt clune pueræ.

#### DESCENSIO, ònis, f. 3. descensus.

I) Proprie. — a) Generativum. *Liv. 22. 31.* Priusquam in continentem descensiones faceret. *Al. reetus leg. excensiones.* — b) Speciatim de ipso actu descendendi in balineas. *Plin. 20. Hist. nat. 17. 69. (178).* Heraclium facit ad scabiem, pruriginem, psorias, in descensione balinearum. *sv. λούτρων,* ut Diocor. habet *l. 3. c. 32.* eadem de re verba faciens.

II) Per metonymiam *descensiones* in balineis sunt loca, ubi in aquam descenditur, solia videlicet, quibus sedentes lavabant. *Plin. 5. Ep. 6. circa med.* In caldaria cellæ tres sunt descensiones: duæ in sole, tertia a sole longius.

#### DESCENSUS, a, um. *V. DESCENDO.*

DESCENSUS, us, m. 4. a descendere. ¶ 1. Est actus descendendi. *Sall. Cat. 57.* Quia illi descendentes erant in Galliam properanti. ¶ 2. Item via, quæ descendit. *Virg. 6. En. 126. facilis descensus Averni.* *Auct. B. G. 8. 40.* Erat oppidanis difficilis et præripius eo descensus. et mox. Tormentis contra facilitos descensus colloratis, aqua prohibebat oppidanos. *Plin. 16. Hist. nat. 26. 46. (110).* Salix (sita) ipso descensu Jovis spelunca. ¶ 3. Item actus descendendi ad eotum ineundum. *Varro 2. R. R. 5. 13.* Mas an femina sit concepta, significat descensu taurus, cum init.

DESCIO, is, ire, 4. assertur, sed nullo confirmatur auctore, a *Priscian. 10. p. 886.* *Putsch.* hisce verbis: Et notandum, quod ab inchoativo scisco composita, primitivi, id est scio, habuerunt præteritum: secundum rectum vero proportionem debent eorum quoque perfecta a scio et descio esse.

DESCISCO, sciscis, sciti vel scisi, scitum, sciscere, n. 3. (de et scisco). *Descisse pro descississe habent Liv. 6. 25. et Stat. 2. Theb. 311.* — Part. *Desciscens et Descitus* I. d. — Descisco (quasi contrarium aliquid scisco et statuo) est verbum publici iuris proprium, quod significat se ab aliquo solutum declarara, ab ejus societate discedere, delincere (It. copiare, trascrivere; Fr. transcrire, copier; Hisp.

dichiararsi scotto da qualcheduno, partirsi, ribellarsi; Fr. se détacher de quelqu'un, abandonner qqn, se ranger d'un autre parti; Hisp. separarse, desunirse, rebelarse; Germ. sich lossagen von Jemandem, von der Verbindung mit ihm, absallen, abtrünnig werden, d. h. durch seinen Absall übergehen; Angl. to withdraw himself, stand aloof, revolt).

I) Proprie usurpatum — a) Cum præpos. ab et Ablativo personæ, a qua quis desciscit. *Cæs. 2. B. C. 32.* Adsunt, qui vos hortentur, ut a nobis descessatis. *Cic. 11. Phil. 9. 21.* Cum a populo Romano pestiferi eives parcidicæda desciverint. *Liv. 2. 19.* Preneste ab Latinis ad Romanos descivit. *Nepos Datam. 7.* Ab hoc viro filius descivit. Adde eund. *Atib. 5. Auct. B. Alex. 7.; Auct. B. Afr. 55.; Liv. 6. 36.; Sueton. Tit. 5.; et Justin. 5. 1. 11.* — b) Cum præpos. ad et Accusativo personæ, cui quis ab alia desciscens accedit. *Liv. 31. 7. a med.* Numquam isti populi, nisi quem debeat, ad quem desciscant, a nobis non deficient. Adde eund. 26. 21. et 9. 16.; et *Frontin. 3. Strateg. 5. 6.* — c) *Capitolin. Gord. 13.* Desciscere contra aliquem. — d) Absolute. *Liv. 21. 19.* Socii sua sponte desciscentes. *Id. 30. 3.* Specieles desciturum afferbatur. Adde eund. 24. 45. *Sueton. Cæs. 68.* Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino descivit: plerique capti concessam sibi sub conditione vitam, si militare adversus eum vellent, recusarunt. *Id. Ner. 40.* Hactenus exceduit, ut malum iis, qui desciscunt, minaretur. *Id. ibid. 24. 2.* Postquam deinde etiam Gaibam et Hispanias desclivisse cognovit. Adde *Nepotem Tim. 3. et Hamilc. 2.*; et *Tac. 1. Hist. 31.*

II) Translate desciscere est se subtrahere, discedere, insidum fieri: ad rem *Cic. 2. Att. 4.* Neque penitet, quod a me ipso non desciverim. — a) Occurrit cum præpos. ab et Ablativo. *Lucret. 1. 104.* Tutemet a nobis jam quovis tempore, vatum Terribus virtus dictis, desciscere quæres? *Cic. 1. Fam. 9. 17.* Desciscere a pristine causa. *Id. 4. Fin. 8. 19.* ab antiqua institutione. *Id. 3. Tusc. 2. 3. a natura.* *Id. 4. Acad. (2. pr.) 15. 46. a veritate.* *Id. 3. Fin. 18. 61. a vita.* h. e. vita exceedere. *Vellej. 2. 81. a disciplina.* *Plin. 3. Ep. 20. a consuetudine parentum.* *Gell. 3. 16. a multorum opinionibus.* *Quintil. 9. 4. 146. a Demosthene.* — Passive impersonaliter. *Vellej. 2. 1.* Præcipiti cursu a virtute desciturum, ad vitia transcursum. — Et de inanimis *Tac. dial. de orat. 28.* Eloquentia et cetera artes descivere a veteri gloria. — b) Dicitur et de plantis pro degenerare. *Colum. 3. R. R. 2. 13.* Vitæ, quæ gracili arvo non desciscit. *Id. ibid. 10. 18.* Compertum habemus, naturali quadam malignitate desciscere interdum quamvis diligenter probata semina. — c) Cum Accusativo et præpos. in vel ad, desciscere est inclinari, accedere. *Cic. 2. Fam. 16.* Ab excitata fortuna ad inclinatam et prope jacentem desciscere. *Flor. 4. 3.* Dum Antonius varius ingenio aut successorem Caesaris indignatur Octavium, aut amore Cleopatræ desciscit in regem. h. e. amore Cleopatræ eo descendit, ut rei quoque fiat. *Sueton. Domit. 10.* Neque in clementiæ, neque in abstinentiæ tenore permanuit: et tamen aliquanto celerius ad sævitiam degeneravit, quam ad cupiditatem. Similiter *Plin. 18. Hist. nat. 16. 43. (146).* Humidum solum desciscit in pratum. h. e. degenerat.

#### DESCOBINATUS, a, um. *V. voc. seq.*

DESCOBINO, as, avi, àum, are, a. 1. Part. *Descobinatus.* — Descobino est scobina aufero, abrado, præstringo, lacero. *Varro apud Non. p. 492. 11. Merc.* Si adversarius supercilia mi cestis descobinat, num quis vestrum sua mihi est datus? *Id. apud eund. p. 99. 25.* Sin aut delectationis causa venamini, quanto satius est salvus erubibus in Circu exspectare, quam bis descobinatis in silva curare? *Forcellinus et alii currere;* at Codd. habent curare, et quidem recte, ut ad h. l. adnotavit Oehler, M. Ter. *Varro. Sat. Menipp. Rel. p. 160. Arnob. 6. 14.* Simulacra grophis rasa, descobinata de limis. h. e. polita.

DESCRIBO, bis, psi, ptum, bere, a. 3. (de et scribo). Part. *Describes* I. 2.; *Descriptus* in omnibus fere paragr. et in fin.; *Desribendus* I. 2. et II. 1. — Describere

I) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est de una in aliâ chartam scribere, exscribere, transcribere (It. copiare, trascrivere; Fr. transcrire, copier; Hisp.

transcribir, copiar; Germ. etwas abschreiben nach der Urschrift, copieren; Angl. to write over, copy, transcribe). *Cic.* 12. *Fam.* 7. 22. Dicam tuis, ut librum describant, ad teque mittant. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 4. 11. Describere librum ab aliquo. *Id.* 13. *Att.* 21. Balbum quintuus de finibus librum descripsisse. *Id.* 7. *Fam.* 22. In caput notavi, et descriptum tibi misi. *V.* RECOGNITUS. *Id.* 8. *Att.* 9. Epistolam multis dedi describendam. *Sueton.* *Cal.* 41. Describere legem. *Id.* *Domit.* 20. exemplaria. *Id.* *ibid.* 10. Librarius, qui eam (*historiam*) descriperunt, crucifixi. ¶ 2. Latiori sensu est verbum proprium tum pictorum, tum librariorum, qui penicillo aut stilo aliquid representant, et ponitur pro depingere, delineare. *Plaut.* *Asin.* 2. 3. 22. Non potuit pictor retetus describere ejus formam. — Hoc sensu mathematicorum quoque proprium est. *Cic.* 5. *Fin.* 19. 50. Archimedes dum in pulvere quædam describit attentius, ne patriam quidem captam esse sensit. Adde *eund.* 1. *de republ.* 17. et *Senect.* 14. 49. *Liv.* 25. 31. Archimedes intentus formis, quas in pulvere descriperat. *Cic.* 2. *Nat. D.* 34. 87. Cum solarium aut descriptum, aut ex aqua, contempnere, intelligere declarari horas arte, non casu. *Varro* 2. *R. R.* 1. 7. In celo describendo astrologi non appellarent eos (pecorum) vocabulis signa. *Virg.* 6. *Aen.* 850. omelie meatus Describent radio. *Id.* 3. *Ecl.* 41. Descripsit radio totum qui gentibus orbem. *Quintil.* 10. 2. 6. Tabulas mensuris et lincis describere. *Seneca Tranquill.* 10. Exiguae sepe areae in multis usus describentis patuere. — Huc referri potest et translatum illud *Cic.* 1. *Orat.* 49. 214. Crassus vero mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus — describere. — Occurrunt etiam de his, quæ in arborum corticibus stilo notabantur. *Virg.* 3. *Ecl.* 14. in viridi nuper quæ cortice fagi *Carmina* descripsi. Adde *eund.* 3. *Aen.* 445.; et cf. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 31. *Calpurn.* 1. *Ecl.* 25. descripti cortice versus. Cf. *Vellej.* 2. 37. Pecunia omnis redacta in quæstoris potestatem ac publicis descripta litteris.

II.) Translate. ¶ 1. Est verbis exprimere, designare, demonstrare; et occurrit — a) Cum Accusativo rei, quæ describitur. *Plaut.* *Mil. glor.* 3. 1. 165. Describere malos mores. *Cic.* *Orat.* 40. 138. hominum sermones moresque. *Id.* 1. *Invent.* 8. 11. Definienda res erit verbis et breviter describenda. *Id.* 2. *Herenn.* 12. 17. Vocabuli sententiam breviter describere. *Nepos* *Art.* 18. facia alicuius versibus. Cf. *Vellej.* 2. 37. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 34. Si quid Stertinius veri crepat, unde ego mira Descripti docilis præcepta hæc. *Forcellinus* b. 1. interpretatur hauiare, sumere; sed potest, fortasse rectius, accipi pro versibus vivide representari. *Tac.* 1. *Ann.* 81. Originem cuiuscumque et vitam et stipendia descripsi. *Cic.* *Caet.* 20. 50. Si qua mulier sit hujus modi, quam ego paullo ante descripsi. *Sueton.* *Vit. Horat.* Qualis a se ipso et in satyris describitur. *Quintil.* 8. 2. 15. Describere pullum equinum. *Horat.* *Art. P.* 18. quum lucus et ara Diana. Et properantis aquæ per amenos ambitus agros, Aut flumen Rhenum, aut pluvius describatur arcus. *Id.* 2. *Sat.* 1. 15. Describere vulnera Parti. Adde *eund.* 2. *Ep.* 1. 154.; et *Quintil.* 3. 4. 3. et 5. 8. 2. — Hinc *Descripta* pro descriptione, *V.* in fin. hujus vocis. — b) Cum Infinito. *Ovid.* 2. *Trist.* 415. qui descripsit corrumpi semina matrum. *Gell.* 9. 1. Q. Claudius quum describeret, oppidum a Metello oppugnari. — c) Interdum paullo latiori significacione occurrit pro designare, notare. *Cic.* *Mil.* 18. 47. Videlicet me latronem ac sicarium abjecti homines ac perditu describant. *Id.* *Sull.* 29. 82. Sed quia sunt descripti consulares, de his tantum mihi dicendum putavi. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 3. Si quis erat dignus describi, quod malus ac fur, etc. ¶ 2. Cum addito altero Accusativo et præpos. in, describere est totum, aliquod in suas partes distribuere, dividere, partiri. *Cic.* 2. *de republ.* 8. Populum in tribus tres — descripsisset. *Id.* 2. *leg. Agr.* 31. 85. In eo agro duodecima describit in singulos homines jugera. *Id.* *Flacc.* 14. 32. Omnes Asia civitates pro portione in provincias descripsit. Adde *eund.* 16. *Fam.* 11. *Liv.* 1. 19. In duodecim menses describit annum. Adde *Flor.* 1. 2. 2. *Cic.* 2. *de republ.* 9. Describere plebem in clientelas. *Curt.* 5. 2. 6. equites in suam quisque gentem. *Vellej.* 2. 33. Descriptum in omnes recessus maris præsidium navium. — Hoc sensu describere

absolute est idem atque in tabulas referre, conservare. *Justin.* 9. 5. 4. Auxilia deinde singularum ci-vitatum describuntur. Adde *Flor.* 1. 6. 5. *Liv.* 1. 42. Classes centuriæque describere. *Cic.* 3. *Legg.* 19. 44. populum censu, ordinibus. Adde *eund.* 4. de republ. 2. *Liv.* 39. 38. legiones quatuor. *Cic.* *Dom.* 5. 13. Decuriatos ac descriptos habere exercitus perditorum. Adde *Liv.* 31. 34. et 34. 56. Cf. *eund.* 30. 37. Decem millia talentum argenti, descripta pensionibus æquis, in annos quinquaginta solventer. — Rursus *Cic.* 2. *Orat.* 71. 288. Sed hæc ipsa nimis mihi videor multa in genera descriptisse. *Sic Plin.* 2. *Ep.* 6. Vinum lagunculis in tria genera descriperat. — Huc pertinet et illud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (270). Neque est minor ei veneratio, quam descriptio in deos stellis. h. e. destinatis, translatis adeoque distributis. Item illud *Senec.* *Ep.* 108. circa med. Non credit animas in alia corpora atque alia describi, et migrationem esse quam diuinus mortem. h. e. destinari, transferri adeoque distribui: ductum, ut *Forcellinus* opinatur, a militiis, in qua milites in suos quisque ordines describuntur ac distribuantur. ¶ 3. Hinc describere, præcipue cum Dativo personæ, est taxare, imponere, disponere, statuere quid cuique conveniat, jus suum cuique tribuere; quia hoc singulos describendo fit. *Ces.* 3. *B. C.* 42. Vecturas frumenti finitimi civitatibus descripsit. *Cic.* 1. *Off.* 16. 51. Ut que descripta sunt legibus et jure civili, ita teneantur, ut etc. *Auct. B. Alex.* 51. Ut pecunia describerentur atque imperarentur. *Cic.* 12. *Fam.* 1. Pecunia maxima describuntur. *Id.* 7. *Ferr.* 25. 62. Civitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere. *Justin.* 16. 3. 9. Describere tributum Græciae in tutelam classis. *Cic.* 5. *Phil.* 8. 22. Quorū bona, quantacumque erant, statim comitibus suis compotoribusque descripsit. *Id.* 1. *Cat.* 4. 9. Descripsisti urbis partes ad incendia. Adde *eund.* 2. *ibid.* 6. 13. *Q. Cic. Peti. cons.* 14. 57. Suum cuique munus describere. Cf. *Sil. It.* 9. 267. munera pugnae. *Cic.* 1. de republ. 2. Describere jura civitatibus. *Id.* 7. *Ferr.* 11. 27. Pretio, non æquitate jura describere. *Id.* 1. *Off.* 34. 124. Magistratus debet servare leges, jura describere. *Id.* *Quint.* 14. 45. Quis tandem nobis ista jura tam æqua describit? *Id.* *Senect.* 17. 59. A quo essent illa dimensa atque descripta. *Tac.* 11. *Ann.* 19. agros. *Horat.* *Art. P.* 86. vices poetæ. — Hinc Part. preter pass., cuius plura superius exempla retulimus, *Descriptus*, a, um, adjective quoque usurpatur (unde Comp. *Descriptior*) pro disposito, in ordinem redacto. *Cic.* 2. *Orat.* 34. 145. Materies orationis omnibus locis descripta, instructa ornataque. *Id.* *ibid.* 59. 200. Descriptus ordo verborum. *Id.* *Harusp.* resp. 28. 60. Suffragia descripta. *Id.* 3. *Fin.* 22. 74. Natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius.

*Descripta*, örum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, significant descriptionem. *Tac.* 6. *Ann.* 24. Recitari factorum dictorumque ejus descripta per dies jussit. *V.* supra sub II. 1.

DESCRIPTÈ, adverb. disposite, distincte. *Cic.* 1. *Invent.* 30. 49. In presentia confuse et permixte partes dispersimus, post descripte et electe digerimus. *Alii leg.* discrete.

DESCRIPTIO, önis, f. 3. actus describendi, delineatio (It. *descrizione*, *disegno*; Fr. *description*, *dessin*, *tracé*; Hisp. *descripción*, *delineación*, *trazo*; Germ. die schriftliche *Abzeichnung*, *Darstellung*; Angl. a writing out, copy, transcript, description).

I.) Proprie. *Cic.* 6. *de republ.* 22. Quum autem ad idem, unde semel profecta sunt, cuneta astra redierint, eamdemque totius celli descriptionem retulerint, etc. *Id.* 1. *Tusc.* 17. 38. Rationem illi (antiqui) sententiae sua non rededant, nisi quid erat numeris aut descriptionibus explicandum. *Vitriv.* 8. 2. 8. *Schneid.* Ergo quum omnia summa in orbis terrarum descriptionibus (h. e. in chartis, quæ a chorographis pinguntur) ab septentrione videantur profluere, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Descriptio in eo consistit, ut aliiquid verbis, præsertim graphicè, exprimatur. *Quintil.* 11. 3. 164. Descriptio Siciliæ. *Id.* 4. 3. 12. regionum. *Id.* 9. 2. 44. Locorum diluenda ac significans descriptio. *Id.* 8. 3. 66. In descriptione convivili luxuriosi. — Speciatione de morali hominum charactere *Quintil.* 4. 2. 123. M. Cællii in Antonium descripsi. Adde *Vopist.* *Firm.* 1. — Hinc descriptio est

ornamentum oratorium, quo res ad vivum exponuntur et demonstrantur: quæ a *Cic.* 3. *Orat.* 53. 205. inter sententiarum figuræ recensetur, et gravissimum augendū lumen appellatur. *Id.* *Topic.* 22. 83. Additur definitione etiam descriptio, quam Græci *χαρακτῆρα* vocant. Descriptio: Qualis sit avarus, qualis assentator, ceteraque ejusdem generis in quibus natura et vita describitur. Adde *Quintil.* 9. 1. 3t. et cf. *eund.* 9. 4. 138. — Hinc descriptio est etiam rei explicatio. *Cic.* 2. *Invent.* 18. 55. Nomina brevis et aperta descriptio. *Id.* 1. *Off.* 29. 101. Hæc est fere descriptio officii. ¶ 2. Item est divisione, conscriptio, distributio. *Cic.* *Plan.* 18. 45. Decuriatio tribulum, descriptio populi. *Id.* *Dom.* 50. 129. Celebrare descriptionem servorum vicinatim tota urbe. *Sueton.* *Tib.* 30. Descriptio legionum et auxiliarum. Adde *Liv.* 4. 4. *Cic. Sezt.* 35. 137. Nosse descriptionem civitatis a majoribus nostris sapientissime constitutam. h. e. magistratum distributionem atque ordinem. *Id.* *Flacc.* 14. 32. In quo igitur prætoris est diligentia requirenda? In numero navium et in descriptione æquabilis sumptus? *Id.* 1. *Off.* 7. 21. Ex quo sit, ut ager Arpinas Arpinatum dicatur; Tusculanus Tusulanorum: similique est privataram possessionum descriptio. *Id.* *ibid.* 27. 95. Est autem ejus (*decori*) descriptio duplex. Nam et generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur, et aliud huic subjectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. *Id.* 5. *Tusc.* 24. 60. Descriptio expetendarum fugiendarum rerum. *Id.* 2. *Off.* 4. 15. Ex quo leges moresque constituti; tum juris æqua descriptio, certaque vivendi disciplina. ¶ 3. Item est ipse ordo ac dispositio partium, ex qua pulcritudo existit. *Cic.* 1. *Nat. D.* 11. 26. Inde Anazaroras — primus omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitæ vi ac ratione designari et confici voluit. *Id.* 1. *Legg.* 7. 23. Parent huic cœlesti descriptioni mentique divinæ et præpotenti Deo. *Id.* 1. *Off.* 39. 138. Usus ad quem accommodanda est ædificandi descriptio. *Id.* *Senect.* 17. 59. Ego omnia ista sum dimesus, mei sunt ordines, mea descriptio. *Id.* 2. *leg. Agr.* 16. 40. Urbs et natura et situ et descriptione ædificiorum et pulcritudine in primis nobilis. *Id.* *ibid.* 35. 95. Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulcritudine. *Id.* 2. *Orat.* 15. 63. Rerum ratio (in historiis) ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem. *Id.* 1. *Acad.* (post.) 3. 9. Descriptiones temporum. *Colum.* 4. *R. R.* 18. 2. Hortulorum descriptio. *Plin.* 5. *Ep.* 6. ante med. Ea varietate, ea descriptione, quocumque incidenter oculi, resistent.

DESCRIPTIUNCULA, æ, f. 1. diminut. a descriptio, parva descriptio. *Seneca Suasor.* 2. ante med. Celebres descriptiunculas subtexere.

DESCRIPTIVUS, a, um, adjct. qui definit ac describit. *Boeth.* de definit. p. 65. Quid definitio *ὑπογράφω* sit, quæ a M. Tullio descriptio nominatur, proposita ratione docebimus. Descriptiva ista dicitur esse deficitio, ut, quam queritur, quid avarus sit, quid crudelis, quid luxuriosus, et universa luxuriosi, crudelis, avari natura describitur.

DESCRIPTOR, öris, m. 3. qui describit. *Lactant.* 5. 9. a med. Seneca morum vijororumque publicorum et descriptor verissimus et accusator acerrimus fuit.

DESCRIPTUS, a, um. *V.* DESCRIBO.

DESCRÖBO, as, are, a. 1. (de et scrobs) in scrobum insero, immitto. *Tertull.* *Resurr. carn.* 7. Uti tu quidem Scythicas et Indicas gemmas operosisimo describores auro. h. e. in aurum, quasi in scrobum, inseras.

DESCULPO, is, ere, a. 2. (de et scalpo vel sculpo). sculpendo describo, sive iuxta exemplar effingo. *Tertull.* 1. *advers.* *Nat.* 12. Simulacrum lapide descupere.

DÉSÉCO, sécas, sécūi, sectum, sécare, a. 1. (de et seco). Part. *Desecans* et *Desecutus* I. — Deseco est abscondo, secando separo.

1. Proprie. — a) Absolute. *Varro* 1. *R. R.* 41. 3. Desecare vitem. *Colum.* 2. *R. R.* 17. 5. herbam. *Id.* 11. *ibid.* 1. 8. segetes et prata. *Cors.* 7. *B. G.* 4. Aures desectæ, singuli effossi oculi. *Liv.* 31. 34. Desecare cervicem. *Id.* 42. 64. spicas fascibus. *Virg.* 8. *Aen.* 438. desecto vertens lumina collo. *Auson.* *Epigr.* 108. 13. Desectos sic fama viros. h. e. castratos. — b) Cum addito per Ablativum tolo, a quo aliiquid desecatur. *Cic.* *Tini.* 7. Partes ei toto dese-

## DESECERATUS

— 84 —

cans. Horat. 1. Od. 16. 15. Desecare particulam un-  
dique. Stat. 2. Silv. 2. 85. sara desecta metallis. h. e.  
excisa e lapicidinis.

II.) Translate. Cic. 10. Att. 6. 4. Novum pro-  
molum exaravi: tu illud desecabis, hoc agglutinabis.

**DESÉCRÁTUS**, a, um, et } **V. DESACRO.**

**DESÉCRO**, as, etc. } **DESÉCTIO**, ónis, f. 3. desecandi actus. Colum.  
6. R. R. 3. 1. Desectio stramentorum. *Est qui legit*  
*desectio.*

**DESÉCTUS**, a, um. **V. DESECO.**

**DESÉNÉO**, es, vel rectius

**DESÉNÉSCO**, sénescis, sénuli, sénescere, n. 3.  
(de et senesco) Idem ac seneo, senesco. *Sallust.*  
fragm. apud *Priscian.* 10. p. 887. *Fatsh.* Nisi cum  
ira belli desenuisset.

**DÉSÉRÁTUS**, a, um, particip. ab inusit. *desero*,  
as, etc., reseratus. *Apul.* 1. *Met.* Janus, quæ sua  
sponte deserata nocte fuerunt. *Al. rectius leg.* re-  
serata.

**DÉSÉRO**, seris, sevi, situm, serere. **V. in DESI-**  
**TUS.**

**DÉSÉRO**, séris, séruli, sertum, sérere, a. 3. Part.  
*Desrens II.*; *Desertus* in omnibus paragr. et in  
fin.; *Deserturus I.*; *Deserendus I.* — Deserere, cui  
oppoununtur *adserere* et *conserere*, est se ab aliquo  
societate solvere, adeoque *relinquere*, *dereklinquere*,  
*prodere*, quibus cum verbis interdum conjungitur  
(It. *abbandonare*, *lasciare*; Fr. *abandonner*, *déla-  
isser*, *désérer*; Hisp. *abandonar*, *desar*, *désertar*;  
Germ. *Jemanden oder etwas verlassen, aufgeben*,  
*in Stich lassen*; Angl. *to abandon*, *leave*, *forsake*,  
*desert*).

I.) Proprie usurpatur de hominibus aut rebus,  
quæ derelinquantur. — a) Generativ. *Plaut. Capt.*  
2. 3. 75. Deserere pignus. *Id. Pseud.* 1. 3. 147. et  
2. 2. 6. Meus hic est homo, nisi omnes dii me atque  
homines deserent. *Id. ibid.* 1. 1. 101. amantem.  
*Ter. Andr.* 4. 2. 11. Per omnes tibi adjuro deos,  
numquam eam me deserturum. *Id. Eun.* 2. 2. 7.  
Quo redactus sum? omnes nati me atque amici de-  
serunt. *Id. Heaut.* 2. 3. 64. Muller telam deserit  
continuo. *Cod. Bemb.* rectius habet desinit: V. **DE-  
SINO** I. a. **Ces.** 1. B. G. 45. Optime meritos socios  
deserere. *Cic. Planc.* 5. 13. Sitientem me virtutis  
tacit deseruisti ac derelquisti. *Id. 5. Verr.* 51. 120.  
Aratores agros latos ac fertiles deserunt. *Id. 2. leg.*  
*Agr.* 30. 84. Agri deserti a plebe atque cultura ho-  
minum. *Liv.* 24. 43. Propter coniunctionem dese-  
rendæ Italæ ad Cannas factam. *Auct. B. Afr.* 26.  
ad fin. Diruere ac deserere oppida. *Virg.* 10. *En.*  
600. fratrem ne deserere frater. *Id. 2. ibid.* 565. De-  
seruere omnes defessi. subaudi me. *Id. 10. ibid.* 649.  
thalamos ne deserere pactos. *Curt.* 5. 13. 3. Rex mil-  
ites inseparabiles deseruit. V. *Mützell.* ad h. 1. *Tac.* 1.  
*Inn.* 65. Melu an contumacia locum deseruerent. —  
Et Passive, cum Ablativio sine præpos. apud poetas  
tantum. *Ovid. Heroid.* 12. 161. Deseror (amissis re-  
gno patriaque domoque) Coniuge, qui nobis omnia  
solus erat. Cf. *Propriet.* 2. 7. 17. abrupta desertus  
coniuge Achilles. *V. mox sub b.* — b) Speciatim  
in re militari deserere dicuntur, qui, injussu duris  
et siue comineatu signa deserunt, deficiunt, descri-  
scunt: unde *desertor*, *V. hanc vocem.* **Ces.** 1. B. C.  
76. Se exercitum ducesque non deserturos, neque  
produturos. Adde *Cic. T. Verr.* 42. 110. — Et passive.  
*Quintil.* 9. 2. 15. A magna parte militum deserit. Cf.  
*Vellej.* 2. 80. Deseri a militibus. *Justin.* 2. 4. 29. ab  
auxiliis. Et omissa præpos. *Tac.* 3. *Ann.* 20. extr.  
Neque prælium omisit, donec desertus suis caderet.  
*V. paullo sup. sub a.* — Et absolute eodem sensu  
*Quintil.* 9. 2. 85. Ire in aciem coactus, deseruit. Ad-  
de *Ammian.* 31. 7. 4.

II.) Translate. — a) Usurpatur de hominibus,  
qui officia, jura sua, et cetera hujusmodi omitunt.  
**Ces.** 1. B. C. 75. Petrus vero non deserit sese:  
armat familiam. *Id. 3. ibid.* 18. Deserere susceptum  
officium. *Cic. Senect.* 20. 72. vitam. *Id. Cætin.* 35.  
103. ius suum. *Id. Sall.* 20. 38. et *Fat.* 6. 12. causam.  
*Id. 1. Fin.* 7. 24. ullam offici partem. *Id. 3. Att.*  
19. Non deseruerat fratris precies, nec Sextii promissa,  
nec spes Terentia, nec Tullio obsecrationem, et  
fideles litteras tuas. *Sall. Jug.* 70. Deserere deditio-  
nem. *Horat.* 3. *Od.* 29. 9. fastidiosam copiam. *Id.*  
*ibid.* 24. 44. viam virtutis. *Id. 2. Ep.* 3. 297. vesti-  
gia Graeca. *Propriet.* 2. 15. 49. fructum vitæ. *Quintil.*  
12. 2. 8. studia sapientiae. — b) Do inanimis, quæ

alicui deficiunt. — Active. *Plaut. Merc.* 1. 2. 13.  
Genua hunc cursorum deserunt. *Cic.* 1. *Tusc.* 46.  
110. Multo tardius sama deseret Curium, Fabricium,  
etc. *Id. 7. Att.* 7. sub fin. Facerem diutius, nisi me  
lucerna desereret. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 10. ætas. *Id. Att.*  
P. 41. Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.  
*Tac.* 6. *Ann.* 50. Jam corpus, jam vires, noncum  
dissimulatio eum deseruerat. *Quintil.* 2. 1. 9. Eam  
partem rhetorices institutio deserit. — Passive. *Cæs.*  
5. B. G. 34. Erant et virtute et numero pugnando  
parens nostri: tametsi a duece et a fortuna descrebantur.  
Cf. *Vellej.* 2. 80. Deseri a militibus et fortuna.  
*Cic.* 4. *Att.* 10. A ceteris oblectationibus deseror et  
voluptatibus propter rem publicam. *Id. 16. ibid.* 3.  
Deseremur oris a re familiari, quam a republica.  
*Id. 3. ibid.* 15. A mente non deseror. h. e. firma  
menta sum. *Id. Client.* 40. 110. Rostra deserta a  
voce tribunicia. *Id. Amic.* 15. 55. Vita inculta et  
deserta ab amicis. Et cum Ablativo sine præpos.,  
apud poetas tantum. *Phœdr.* 1. 21. Leo defectus an-  
nis et desertus viribus. *Stat.* 4. *Theb.* 707. fumant  
desertæ gurgite valles. — c) *Absolute omnino*  
*Ovid.* 15. *Met.* 418. Deseret ante dies, quam conse-  
quar omnia dictis. h. e. tempus me deficit. *Plin.* 3.  
*Ep.* 5. Erat sane somni paratissimi: nonnumquam  
etiam inter studia instantis et desertoris. *Alii* pro  
paratissimi *leg.* parcissimi, et *pro* desertensis *leg.* dif-  
ferentes. — Hinc Part. præter. pass., cuius exempla  
superius retulimus,

*Desertus*, a, um, adjective quoque usurpalur, un-  
de Comp. *Desertior*, et Sup. *Desertissimus* I. et II.

I.) Proprie — a) Quum de liceo sermo est, incul-  
tum, solitarum et inhabitabilem significat. *Cæs.* 5.  
B. C. 53. Nocturna in locis desertis coccilia habebat.  
*Cic.* 1. ad Q. fr. 1. 8. Urbes diruta ac desertæ. *Id. Sext.*  
22. 50. Desertissimas Africæ oras. *Id. Cæt.*  
18. 42. Via deserta et inulta, atque interclusa frondi-  
bus et virgultis. *Plin.* 6. *Ep.* 16. 13. Relictæ de-  
sertæque vilæ. *Quintil.* 5. 10. 37. Frequens, an de-  
sertus locus. Similliter *Tibull.* 1. 17. Nam vene-  
rator seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in  
twylo floria serta lapis. *Brouckusius* h. l. *desertum*  
interpretatur defitum, depactum; assertque illud simile  
*Ovid.* 2. *Fust.* 641. Termine, sive lapis, sive  
ca defossus in agro Stipes ab antiquis. At bona tanti  
viri venia apud *Tibull.* tñ desertus est solitarius,  
namque eidem mox opponitur trivium, hoc est locus  
multitudine frequens. Sic *Propriet.* 1. 20. 36. Arbo-  
res desertæ. *Id. ibid.* 18. 31. resonant mihi *Cyathia*  
silvæ, Nec deserta tuo nomine sara vocant. — b)  
De hominibus et brutis animantibus. *Cic.* 1. *Fam.* 5.  
ad fin. Quum rex intelligat, — nisi per te sit restitu-  
tus, desertum se atque abjectum fore, etc. In illo  
*Propriet.* 1. 17. 2. desertas alloquo aleyonas. deser-  
tæ sunt solivagæ, non gregatæ volitantes. Sic *Ovid.*  
*Heroid.* 18. 81. Alcyones soleæ, memores *Ceycis*  
amat.

II.) Translate *Cic.* 7. *Verr.* 67. 171. Desertissima  
solitudo. *Id. Pis.* 23. 55. Sic iste in urbem se intu-  
lit, ut nullius negotiatoris obscurissimi redditus un-  
quam fuerit desertor. *Id. 3. ad Q. fr.* 1. 5. Ad ur-  
bem accessit a. d. xii. Kal. Octobr. Nihil turpis,  
neq; deseritus. — Hinc

*Desertia*, órum, n. plur. 2. absolute, substantivo-  
rum more, sunt loca desertæ. *Virg.* 1. *En.* 388. Li-  
byæ deserta peragro. *Id. 3. G.* 291. me *Parnassi* de-  
serita per ardua duleis Raptat amor. *Plin.* 5. *Hist.*  
nat. 4. 4. (26). Vasta deserta. *Id. 32. ibid.* 11. 53.  
(142). Neque enim desertorum novimus feras, aut  
volucres. — Eodem sensu

*Deseruum*, i, n. 2. in singulari numero occurrit  
apud sequioris ævi scriptores. *Prudent.* *Apoth.* 774.  
Quinque in deserto panes jubet et duo pisces Apponi  
in pastum populis. *Hieronym.* *Ep.* 125. n. 2. Quid  
venenatorum animalium desertum hujus sæculi  
nutrit.

**DÉSERPO**, pis, pere, n. 3. (de et serpo) deorsum  
serpo. *Stat.* 6. *Theb.* 583. Deseriptique genis lanugo.  
*Apul.* de *Mag.* Quam decenter utrinque lanugo ma-  
nus deserpat.

**DÉSERTO**, ónis, f. 3. deserendi actus.

I.) Proprie. — 1. Generativ. *Capell.* 6. p. 196.  
Duæ zonæ, quæ æti utrinque confines, algore im-  
menso et frigore damnatae, desertioris causas pruinis  
mergitibus præbueret. *Id. ibid.* p. 197. Altera regio  
transaustrini haultus desertione contrahitur. — 2.  
Speciatim in re militari est crimen nullitis desertoris.

## DESES

**Modestin.** *Dig.* 49. 16. qui est de re militari, 3. ef-  
5. et *Avrius Menand.* *ibid.* 4. etc.

II.) Translate. — 1. Abstracte. *Liv.* 41. 24. De-  
sertio juris humani. *Cæt.* *Aurel.* 2. *Tard.* 1. ante  
med. Nutrimenti desertio. — 2. Abstratum pro con-  
creto, ut ajunt, desertio significat loca deserta. *Ca-  
pell.* 6. p. 223. Profundæ in exordio nives debinque  
longa desertio.

**DÉSERTO**, as, are, a. 1. frequentat. a deseru. Af-  
lerunt quidam ex Accio haec verba: *Cum me solum*  
uterque parens deserlassent. Sed quam vera, ipsi  
viderint. — Verbum hoc tamet occurrit passive  
usurpatum apud *Apponium* scriptorem seculi sexti  
editum ab *A. Majo Spicil. Rom.* T. 5., qui in  
*Comment.* in *Cant. Cant.* ait: *Paradisi hortus*, qui  
deseratus fuerat per primum Adam.

**DÉSERTOR**, óris, m. 3. qui deserit.

I.) Proprie. — 1. Generativ. *Cic.* 3. *Fin.* 19.  
04. Communis utilitas aut salutis desertor. *Id.*  
8. *Att.* 9. 3. amicorum. *Virg.* 12. *En.* 15. Dardan-  
ius desertor Asia. *Ovid. Heroid.* 19. 157. socii  
Amoris. — 2. Speciatim desertor dicitur miles, qui  
injussu ducis, ac sine commatu signa deserit: ut do-  
cer *Isid.*, qui ait 9. *Orig.* 3. 39. Desertores vocati  
eo quod, desertis militibus officiis, evagantur. Ille  
in alios numeros militia nomina dare prohibentur;  
sed si non magni temporis culpam contraverint, eos  
numeris suis restituuntur. Sed et qui deserunt exerci-  
tum ad hostes transeuntes, et ipsi desertores vocantur.  
Ceterum hanc et superiore significacionem  
conjungit *Vellej.* 2. 85. M. Antonius imperator, qui  
in desertores senvire debuerat, desertor exercitus sui  
factus est. Cf. *eum* 2. 119. Vala Numonius, legatus  
Varii, spoliatum equite peditem reliquias non de-  
sertis superfluit, sed desertor occidit. *Cæs.* 6. B. G.  
22. Desertores et proditores. *Liv.* 23. 18. extr. Ne-  
que alie latebrae, quam Capua desertoribus erant.  
*Id.* 3. 69. Pro desertore futurum cuius non probas-  
sent causam. *Curt.* 10. 2. ad fin. Desertores et trans-  
fugæ. Adde *Tac.* 1. *Ann.* 21. et 3. *ibid.* 73; *Sueton.*  
*Cæs.* 68. et *Oth.* 11.; *Flor.* 4. 2. 52.; et *Frontin.* 4.  
*Strateg.* 1. 29.

II.) Translate. *Stat.* 8. *Theb.* 739. odi artus fragi-  
lemque hunc corporis usum Desertorum animi.

**DÉSERTRIX**, icis, f. 3. que deserit. *Tertull.* Ha-  
bit. mal. 1. Tu es divina legis prima desertrix.

**DÉSERTUM**, i, n. 2. et

**DÉSERTUS**, a, um. **V. DESERO.**

**DÉSERVÍO**, is, ire, a. 4. (de et servio). Part. *De-  
serviens.* — Deservio est diligenter servio, operam  
do, præsto sum, inservio. *Cic.* 18. *Fam.* 18. Indulgo  
valetudini, cui tu adhuc, dum nihil deservio, servisti  
non satis. *Id. Sull.* 9. 26. Si labor meus, si sollici-  
tudo, si officia, si operæ, si vigilæ deserviunt amici,  
præsto sunt omnibus. *Id.* 1. *Legg.* 13. 39. De-  
servire corpori. *Id.* 1. *Off.* 30. 109. Deserviunt cui-  
vis, dum, quod velint, consequantur. *Ovid.* 1. *Amor.*  
3. 5. Deservire alicui. *Plin. Paneg.* 77. honoribus.  
*Id. ibid.* 50. unius oculis. *Id.* 7. *Ep.* 7. studiis. *Quin-*  
*til.* 1. 12. 6. soli grammatico, deinde geometrae. *Id.*  
11. 3. 77. Deserviens his (oculis) ministerium.

**DÉSERVITÍO**, ónis, f. 3. descripsiendi actus. *Vul-*  
*gal.* *Ital. Numer.* 18. 21. edente *A. Mai.* Filii Le-  
vi ecce dedi omnem decimationem in sortem pro de-  
servitionibus eorum, quibus deserviunt ipsi in taber-  
naculo testimonii. *Ibid.* *Johel.* 1. 14. Sanctificate je-  
junium, prædicate desertionem, convocate senioris.  
*In Fragmentis antiquissimis Arrianorum sac.*  
quarti vel quinti ex palimpsesto ed. *Majo (script.*  
vet. Tom. 3. Part. 2.) p. 235. Quemadmodum sol  
exhibit tibi desertionis ministerium.

**DÉSES**, sidis, adject. otiosus, qui nihil agit: a de-  
sideo. Est vox, qua ante *Ciceronem* numquam usu-  
venit; et occurrit — a) De personis. *Liv.* 1. 32.  
Desidem Romanorum regem inter sacella et aras  
acturum esse regnum rati. *Id.* 3. 68. Sedenus de-  
sides domi. *Tac.* 1. *Hist.* 88. Longa pace desides.  
*Id.* 2. *ibid.* 21. Ut segnem ac desidem militem incre-  
pabant. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 2. Desidem agricultam  
ab opere suo reddit. *Gell.* 13. 8. Homines ignari ac  
desides. — b) De rebus præcipue abstractis. *Liv.*  
21. 16. Ne rem Romanam tam desidem unquam  
fuisse atque imbellem. *Lucan.* 9. 436. natura deside-  
tor pet Orbis. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 83. Desidis otia vitæ.  
*Id. ibid.* 1. 2. Deses annus. h. e. in quo nihil agitur.  
*Id.* 5. *ibid.* 2. 61. passu. *Id.* 6. *Theb.* 147. cura. *Id.*  
10. *ibid.* 87. somnus.

DÉSICCÁTUS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉSICCO, as, ávi, atum, are, a. 1. (de et siccio). Part. *Desiccatus*. — Desicco est valde siccio, arefacio. *Plaut. Truc.* 2. 7. 30. Vaso noio auferant: desiccari labet. *Seren. Sammon.* 48. 900. Præterea chymum stomacho desiccat iniquum. *Apul. Herb.* 49. Herba desicata, et in pulvrem redacta.

DÉSIDÉO, stides, sidi, stidere, n. 2. (de et sedeo) idem quod sedeo, otiosus sedeo, motor; adeoque saepe habet in se otii quoque et nibil agendi significationem. ¶ 1. Stricto sensu ac generatim. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 7. Quid tu intus, quæso, desedisti? *Id. Bacch.* 2. 3. 3. Meus formidat animus, nostrum tantum ibi desidere, neque redire filium. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 2. Frustra ibi totum desedi diem. *Phœdr.* 2. 4. Aquila desidet ramis. *Seneca Ep.* 7. Desiderare in aliquo spectaculo. *Quintil.* 5. 8. 1. amerioribus loeis. — Sic pro otiose agere, nibil agere, apud *Sueton. Cæs.* 4. Ne desidere in discriminis sociorum videretur. ¶ 2. Latiore sensu ac speciatim apud Medicos honeste ponitur pro ventrum exonerare. *Cels.* 2. 7. Cum voluntas desiderandi est, venter nihil reddit. *Id.* 4. 17. Tum desideat subiecta calida aqua in pelle. *Add. eumod.* 2. 12. — NB. Pro subsidere, mergi, *V. DESIDO*.

DÉSIDÉRABILIS, e, adject. Comp. *Desiderabilior*. — Desiderabilis est expetendus. *Cic. 1. Fin.* 16. 53. Nihil enim desiderabile concupiscunt. *Id. Topic.* 18. 69. Desiderabilia anteponentur iis, quibus facile carere possit. *Liv.* 24. 5. Vetus suis viitis desiderabilis efficeret vellit avum. *Tac. 2. Hist.* 76. Desiderabilis et magnus princeps. *Sueton. Tib.* 21. Ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret.

DÉSIDÉRABILITER, adverb. cupide, ut *Desiderabiliter concupiscere*, apud *Augustin. Ep.* 143. 2.

DÉSIDÉRANS, antis. *V. DESIDERO*.

DÉSIDÉRANTER, adverb. Comp. *Desiderantius*. — Desideranter est cupide. *Cassiod. 1. Fariar.* 4. Aliquid desideranter appetere. *Fronto ad Ver. Imp.* 13. (edente iterum *A. Majo*). Irasceris enim quanto desiderantius desideras.

DÉSIDÉRATIÓ, ônis, f. 3. actus desiderandi. *Cic. Senect.* 14. 47. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus: credo, sed ne desideratio quidem. *Add. Virtr.* 2. 6. a med. qui in *pref.* 1. 8. ad *fin.* in plurali numero usurpat.

DÉSIDÉRATIVUS, a, um, adject. ad desiderium pertinens, desiderium significans. Hinc *desiderativa verba* dicuntur a grammaticis, quæ desiderium signiffrant, ut *esurio*, *cenaturio*. *Augustin. Grammat.* p. 2006. *Putsch.* Hæc ab aliis *meditativa* plenarie dicuntur. *V. MEDITATIVUS*.

DÉSIDÉRATÙS, a, um. *V. DESIDERO*.

DÉSIDÉRÍUM, ii, n. 2. cupiditas, studium, sitis (lt. *desiderio*, *brama*, *desto*, *voglia*; fr. *désir ardent*, *envie*, *souhait*, *regret*; Hisp. *deseo*, *anhelo*, *codicia*; Germ. das *Verlangen nach etwas*, die *Sehnsucht*, der *Wunsch*, das *Bedürfniss*; Angl. a *longing for*, *desire*, *love*, *affection*). Usurpatur ¶ 1. Generatim — 1.º De quacumque cupiditate vel studio; et quidem — a) Cum Genitivo rei, quæ desideratur. *Ter. Heaut.* 2. 3. 65. Continuo et lacrunitis opplet os totum sibi: ut facile scires desiderio id fieri tuo. h. e. tui. *Id. Hecyr.* 1. 2. 13. Te desiderium Athenarum cepit. *Lucr.* 3. 914. nec tibi earum Jam desiderium rerum insidet insuper una. *Id. ibid.* v. 935. Nec desiderium nostri nos attigit ullum. *Cic. post redit. ad Quirit.* 1. 1. Ut desiderium mei vos teneret. *Id. Rabir. perduell.* 5. 14. Relinquere desiderium sui apud aliquem. *Id. Senect.* 10. 33. Teneri desiderio alicujus rei. *Id. 5. Att.* 11. Flagrare desiderio alicujus rei. et *Orat.* 10. 33. intendi. *Id. 2. Fam.* 12. extr. Esse in desiderio rerum earissimorum. h. e. desiderare. *Id. 10. Phil.* 7. 14. Brutus erat in desiderio civitatis. h. e. desiderabatur. *Horat. 1. Ep.* 14. 22. Incutere alicui desiderium urbis. *Liv.* 7. 24. Facere alicui desiderium alicujus rei. *Ovid. 3. Trist.* 2. 21. Desiderium locorum. — b) Raro absolute. *Ter. Heaut.* 4. 5. 5. Magno desiderio fuit ei filius. *Cic. 4. Tusc.* 9. 21. Desiderium est libido ejus, qui nondum ault, videnai. *Id. 1. Orat.* 47. 105. Ea si paulo latius dixeris, exploris omnem expectationem desiderii nostri. *Id. Amic.* 21. 81. Idque faciunt cum desiderio. *Horat. Epop.* 17. 80. Desiderique temperare poculum. h. e. amatorium poculum, *pīktrov.* *Sueton. Cal.* 6. Desiderium defun-

cti. *Quintil.* 8. 4. 29. Demus hoc desiderio jam pene publico. *Inscript. apud Gruter.* 408. 1. lin. 40. TAM FELICITER DESIDERIVM PUBLICVM APVD EVM (Antoniu Aug. *Pium*) SIT PROSECVTVS, IMPETRANS VT etc. Alia apud *Murat.* præfat. p. 10. RECTE Igitur FECERIS SI DESIDERIO EIVS ANNVERIS. — c) In plurali numero. *Cic. Rabir. perduell.* 9. 24. Qui — desideria imperitorum misericordiæ commoveret. *Horat.* 4. *Od.* 5. 15. Sic desideriis cita fidelibus Quarit patria Cesarem. — 2.º Desiderium dicitur dolor ipse et molestia, quam affert privatio rei optata. *Cic. 16. Fam.* 11. Nou ignoro, quantum ex desiderio labores. *Id. 15. ibid.* 21. Me tanto desiderio affici, ut unam consolationem relinquas, fore, ut utriusque desiderium crebris epistolis leniatur. et *ibid.* 20. Toliteribus ferre igniculum desiderii. *Id. Orat.* 10. 33. Confici desiderio. *Id. 7. Fam.* 18. astuare. *Id. 16. ibid.* 10. oblanguere. *Id. 1. Att.* 3. Aviam tuam scito desiderio tui mortuan esse. *Id. 2. ad Q. fr.* 15. Ut in medio dolore ac desiderio tui laetarer. *Id. Brut.* 1. 2. Triste alicui desiderium relinquere. *Horat.* 1. *Od.* 24. 1. Quis desiderio sit pudor, aut modus Tam cari capit? *Inscript. apud Donat.* 358. 5. POST DESIDERIVM SORORIS SVAR VNA DIB SYPERVIXIT. — Neque solum dicimus desiderium tui, h. e. dolorem ex absentia tui; sed etiam desiderium absentiae, discidi, et hujusmodi, hoc est dolorem propter absentiam, etc. *Cic. 2. Phil.* 18. 45. Ipse autem amore ardens confirmabat, quod desiderium tui discidi ferre non posset, se in exsilio iturum. (Ubi frustra quidam lectionem sollicitarunt). *Seneca Ep.* 40. Imagines amicorum desiderium absentia falso atque inani solatio levant. — 3.º Præterea desiderium dicitur quidquid naturaliter appetitur a re qua libet, quod ei opus sit ad sui conservationem. *Liv.* 21. 4. Desiderium cibi potionisque. *Plin. 30. Hist. nat.* 14. 43. (127). Desideria scabendi tollunt cochlearia. *Id. 33. ibid.* 3. 14. (50). Aureis yasis uti in omnibus desideriis obscenis. *Id. 11. ibid.* 50. 111. (264). Caudæ omnibus fere animal gigantibus, pro desiderio corporum. *Id. 23. ibid.* 2. 29. (61). Oxy meli prodest et anginis, et auribus, et oris gutturisque desideriis. *Id. 20. ibid.* 22. 90. (246). Serpyllum ex aqua bibitur ad jocinerum desideria. — 2. Speciatim desiderium dicitur, qui est nostri desideri causa, vel, uti ajunt, objectum. *Horat. 1. Od.* 14. 17. Nuper sollicitum quæ mihi tedium, Nunc desiderium caraque non levis. *Catull.* 2. 5. Cum desiderio meo nitenti Carum nescio quid lubet jocari. — Hinc blanda appellatione desiderium dicitur, qui valde nobis carus est. *Cic. 14. Fam.* 2. 2. Valete, mea desideria (h. e. Terentia et Tulliola), valete. ¶ 3. Item speciatim sub imperatoribus, h. e. apud sequioris ævi scriptores, desideria sunt postulata et petitiones. *Tac. 1. Ann.* 19. Blæsus multa dicendi arte, non per seditionem et turbas desiderie militum ad Cæsarem ferenda dit, neque veteres ab imperatoribus priscis, neque ipsos a divo Augusto tam nova petisse. *Id. ibid.* 26. Tiberium olim nomine Augusti desideria legionum frustrari solitum. *Sueton. Aug.* 17. Donec desideria militum ordinarentur. *Id. ibid.* 53. Tanta comitate adeuntium desideria exiliens. *Add. Plin. Paneg.* 79. *Ulp. Dig.* 25. 3. 5. Singulorum desideria perpendere judicem oportet. *Id. ibid.* 1. 16. 9. a med. Ut omnium desideria audiantur. — Hinc *libellus desiderii* est, quod Itali memoriale dicunt. *Inscript. apud Gruter.* 607. 1. DESIDERII ARARI ALPHI FADILAE LIBENTI LIBELLYM TIBI MISI. *V. Marin. Frat. Att.* p. 186. et *Zirardini Lez.* Novell. p. 245.

DÉSIDÉRÉO, as, ávi, atum, are, a. 1. Ratione habita etyma, certum esse, ait *Paul. Diac.* p. 75. 8. *Müll.*, a sideribus duci: nempe desiderare est siderate attente intueri, ut ex iis divines de rebus futuris, quas expertis et cupis: *V. PRÆSIDERE*. Ceterum nihil obstat, quominus desiderare, quemadmodum considerare et stidus, eris, sit ab etymo sid, quod a Greco *εἰδεῖν* video; perinde ac si desiderare sit percipidos in rem aliquam oculos conjicere. — Part. *Desiderans* 1. et in fin.; *Desideratus* 1. et in fin.; *Desideraturus* et *Desiderandus* 1. — Desiderare est cupere, expertare (lt. desiderare, bramare, richiedere; fr. désir, rivenement, souhaiter, soupirer après; Hisp. deseñar, apetecer, anhelar; Germ. sich sehnen, verlangen, wünschen; Angl. to desire, wish, long for). Occurrit. ¶ 1. Generatim — 1.º De quacumque desiderio. — a) Cum Accusa-

tivo persone, aut rei. *Plaut. Capt.* 2. 2. 60. Quam tu filium tuum, tam patet me meus desiderat. *Ter. Eun.* 1. 2. 113. Dies noctesque me ames, me desideres, me somnies, me expectes, de me cogites. *Cic.* 3. ad *Q. fr.* 5. 3. Nec sitio honores, nec desidero gloriam. *Id. Senect.* 9. 27. Ne nunc quidem vires desiderio adolescentis, non plus quam adolescens tauri aut elephanti desiderabam. *Id. post redit. ad Quirit.* 1. 4. Sed omnia desiderata magis, quam assidue percepta delectant. *Id. Amic.* 24. 88. Natura declarat, quid velit, anquirat, desideret. *Id. Arch.* 11. 27. Nullam virtus aliam mercedem desiderat, præter hanc laudis. *Cæs.* 3. *B. C.* 74. Desiderare cæturonis imperium. *Horat.* 3. *Od.* 1. 25. Desiderantem quod satis est. *Quintil.* 4. 1. 52. Quid desideramus, aut deprecemur. *Plin. 2. Ep.* 1. Ille quidem nobis querendus et desiderandus est. *Id. 7. ibid.* 1. Spero nihil me desideratur vel pudore, vel pœnitentia dignum. — b) Cum Infinito. *Plaut. Merc.* 1. 2. 37. Ego bonum, malum quo accedit, mihi dari haud desidero. *Id. Stich.* 4. 1. 10. Mihi gratiam abste inire verbis desidero. *Quintil.* 12. 10. 62. Nec doceri desiderabit judex. *V. infra sub e.* — c) Cum præpos. ab vel in et Ablativo ad notandum personam, a qua vel in qua aliquid desideratur, requiriatur, deest. *Cic. 3. de repub.* 8. Ab Chrysippo nihil magnum, nec magalificum desideravi. *Quintil.* 3. 1. 2. Hoc a me præcipue opus studiosos ejus desiderasse. *Id. 5. 10. 3.* Quod non utique ab oratore desideratur. *Cic. Brut.* 31. 118. Unum excipio Catonem, in quo summam eloquentiam non desiderem. *Cæs.* 7. *B. G.* 52. In militie modestiam et continentiam desiderare. *Cic. Quinct.* 17. 55. Ridet nostrum amentiam, quod in vita sua rationem summi officii desideremus et instituta bonorum virorum requiramus. *Quintil.* 7. 2. 55. In foro tantum illam facilitatem olim desideravimus. — d) Absolute. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 30. Misere amans desiderat. *Id. Mil. glor.* 4. 6. 29. Quæritet, desideret, exspectet. *Ter. Heaut.* 3. 1. 15. Quanto diutius abest, magis cupio tanto, et magis desidero. — e) Cum Nominativo rel. *Cic. Planc.* 5. 13. Te oculi mei desiderant. *Tac. Agric.* 45. Aliquid oculi tui desideraverunt. *Cic. 5. Att.* 16. Hæc que longiorem desiderant orationem, summatim tibi præscribo. *Id. 3. ad Q. fr.* 4. a med. De versibus, quos tibi scribi a me vis, deest mihi quidem opera, quæ non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat. *Quintil.* 6. 2. 53. Quod est frequentius, quam ut exemplum desideret. *Id. 3. 7. 4. Laus probationem desiderat. Plin. 17. Hist. nat.* 26. 40. (249). Desiderant rigori arbores. *Id. ibid.* 8. 4. (48). Calki fimi desiderat aliquantulum. — 2.º Eleganter ponitur, cum significare volumus, abesse, aut deesse aliquid, quod requirimus. Neque enim, usci quod deest, desiderari quidquam potest. Hac ratione fere adhibetur aut passive, aut cum negatione. — a) Generatim. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 79. Si non est, nolis esse, neque desideres. *Cic. 2. de repub.* 38. Audies, quid in oratione tua desiderem. *Id. 12. Att.* 40. Quis aut congressum meum, aut facilitatem sermonis desideravit? *Id. 7. Att.* 26. Sin erit bellum, partes meæ non desiderabuntur. *Horat. 1. Ep.* 7. 1. Quinque dies tibi pollicitum ne rure futurum, Settimæ totum mendax desideror. — b) Speciatim usurpatur de amissione, ac præcipue per euphemismum de morte. *Cic. 6. Ferr.* 44. 96. Neque quidquam et fado, præter unum parvulum signum ex ære, desideratum est. *Cæs.* 5. *B. G.* 33. Ut ex tanto navium numeru nulla omnino navis desideraretur. *Id. 2. B. C.* 32. Incolumem exercitum, nulla omnino nave desiderata, transducere. *Id. 7. B. G.* 11. Per pauci ex hostium numero desiderari. *Id. ibid.* 51. Eo die milites sunt paulo minus septingentil desiderari. *Vellej.* 2. 52. 6. Nemine nisi acie consumptum civem patria desideravit. *Curt.* 3. 29. 27. Ex peditibus triginta omnino et duo desiderati sunt. Add. *eumod.* 4. 16. 26. *V. ACIES.* — c) Fortiter desiderare est magno animo ferre amissionem alicujus rei. *Seneca Consol. ad Marc.* 16. Tibi si vis referri exemplia feminarum, quæ suos fortiter desideraverunt. ¶ 2. Speciatim apud JCTos aliquando ponitur pro petere et postulare in iudicio. *Ulp. Dig.* 27. 2. 2. extr. Imputabatur ei, cur non adito prætore, desideravit alimenta nimis. *Id. ibid.* 37. 10. 5. sub fin. Desiderandum a prætore, ne etc. — Hinc Part. press., cuius exemplia superiori retulimus,

*Desiderans, antis, adjective quoque occurrit, unde Superlativum Desiderantissimus pro desiderandissimus, h. e. maxime desiderandus, mutata scilicet d in t, ut semper at pro ad iu vetustis monumentis et codicibus, legitur in epist. M. Aur. Antonini apud Fronton. 1. ad M. Cæs. (edete iterum A. Maio) 5. Magister optatissime, amice desiderantissime. L. Aur. Verus apud eum. 2. ibid. 8. Vale, desiderantissime homo et tuo Vero carissime. Fronto 5. Ep. 40. Vale, domine dulcissime, desiderantissime. Item legitur in extr. epist. 31. Paulini ad Augustin., et in hujus epist. 5. init. et fin. ad Marcellin.: expissime vero in antiquis Inscriptionibus non optimæ tamen note: hinc Inscript. apud Murat. 805. 8. L. FLACCVS INFELICISSIMVS PATER FILIO DESIDERANTISSIMO rosuit. Alia apud Don. cl. 12. n. 62. ROMPONIAE ATHENALDI CONJUGI DESIDERANTISSIMAE M. JUVNIUS EUTYCHES. — Idem vero dicendum est de similibus Superlativis, ut nempe amandissimus sit pro amandissimus, V. AMANS, et reverentissimus pro reverendissimus, V. REVERENS. — Hinc etiam Part. præter. pass.*

*Desiderat, a, um, adjective occurrit, unde Sup. Desideratissimus apud Plin. 30. Hist. nat. 1. 1. (2). Blandissima et desideratissima promissa. — Non raro in v. Inscriptibus reperitur Parentes filio desideratissimo, ut apud Gruter. 681. 2., 667. 1. etc. V. quæ paulo superius dicta sunt in Desiderans. — NB. De cogn. Rom. V. ONOM.*

**DÉSIDIA**, a, f. 1. a v. dēsidēre proprie est actio diu sedendi, vel morandi, ut apud Propert. 1. 15. 6. Et longa faciem querere desidia. h. e. diu ad speculum sedendo faciei venustatem conciliare. Cf. Varro 2. R. R. proœm. Qui in oppido sederent, quam qui rura colcent desidiosiores. — Ceterum

a) Desidia apud optimos Scriptores conjungitur cum ignavia, et usurpatu pro inertia, otio (It. pigrizia, poltroneria, accidia, otio; Fr. oisiveté, paresse, inaction, inertie; Hisp. ociosidad, peresa, inaccion; Germ. d. Unfähigkeit, d. Müsiggang; Angl. sloth, slothfulness, idleness, want of exertion, inactivity). Occurrit — a) Generatim. Plaut. Trin. 3. 2. 24. Corda expelle desidiam tuu. Cic. 2. leg. Agr. 37. 103. Qui propter desidiam in otio vivunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluntatem. Cæs. 6. B. G. 23. Desidiae minuenda causa. Ovid. 1. Amor. 9. 31. desidium quicunque vocabit amorem, Desinat. Horat. 2. Sat. 3. 14. vitanda est improba Siren, Desidia. Fronto Prince. Hist. p. 18. Cum omnibus artibus, tum præcipue rei militari desidia nostra est. — b) Conjungitur cum inertia apud Cic. Sext. 10. 22. Videbamus genus vita, desidiam, inertiam. Ubi Manut. Plus inertia vituperationis habet, quam desidia. Desidem enim appellamus, qui nihil agit: inerter, qui etiam agendi arte, non modo voluntate caret. Ergo in desidia voluntas, in inertia simul cum voluntate notatur inscitia. Hinc Cic. 12. Fam. 20. Si cessabis, lassam, ne tua ignavia etiam inertiam afferat. Ceterum addit. eum. Brut. 2. 9. — Item conjungitur cum languore apud eum. 1. Off. 34. 123. Ne languori se desidiæque dedit. Id. 5. Tusc. 27. 78. Umbris, delictis, otio, languore, desidia animum inficere. — Item cum sordida apud Sall. Cat. 4. Non sicut consilium, sordida atque desidiæ bonum otium conterere. — Item cum segnitate apud Sueton. Gall. 9. Primo acer, vehemens — Paullatum in desidiæ segnitiamque conversus est. — c) Industriae opponitur apud Cic. Sext. 48. 103. Ab industria ad desidiæ avocare aliquem. — d) In plurall numero. Lucret. 5. 48. Quid superbia, spurcitæ ac petulantia, quantas efficiunt clades? quid luxus desidiæque? Virg. 9. En. 614. Vobis picta croco et fulgenti murice vestis; Desidiae cordi: juvæ indulgere choreis. — e) Et de agro diu vel per aliquem annum inarato. Colum. 2. R. R. 17. 3. Quia talis ager post longam desidiæ latas segetes affert.

b) Pro actione retro cedendi, recessu, occurrit apud Apul. de Mundo. Regiones desidiae maris pedestri accessu porrias factas. Id. Dogm. Plat. 2. Robur viresque strangit, et verum colore ad desidiæ sanguinis mutat. h. e. ad recessum.

**DÉSIDIABULUM**, i. u. 2. locus desidiæ aptus. Plaut. Bacch. 3. 1. 8. Ut celest patrem tua flagitia, aut damna, aut desidiabula, quibus patrem, et me, teque, amicosque omnes affectas tuos? Non. p. 75. 8. Merc. legit despoliabula.

**DÉSIDIÆ**, i. f. 5. idem quod desidia. Lucret. 5. 49. Quid luxus desidiæque? At meliores libri habent in plur. num. desidiæque.

**DÉSIDIOSÆ**, adverb. otiose. Lucret. 4. 1129. Agere etatem desidiose.

**DÉSIDIOSUS**, a, um, adject. Comp. Desidiösior I.; Sup. Desidiösissimus I et II. — Desidiösus est qui totus desidet ac nihil agit.

I.) Proprie. Varro 2. R. R. proœm. Majores nostri, qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores potabant. Colum. 12. R. R. 1. 1. Nimirum species desidiosum faciet. Ovid. Remed. am. 161. Quæritur, Egistus quare sit factus adulter? In promptu causa est, desidiösus erat. Plin. 3. Ep. 5. 19. Si comparet illi, sum desidiösissimus.

II.) Translate desidiösum dicitur quidquid otium ac desidiæ parit: quo sensu pro deses a Cicerone præcipue usurpat. Cic. 3. Orat. 23. 88. Desidiös delectatio. Id. 2. de republ. 4. iliacæbræ cupidatum. Id. 2. leg. Agr. 33. 91. Inertissimum et desidiösissimum otium. Ovid. 2. Amor. 9. 1. O nunquam pro me satis indignate Cupido: O in corde meo desidiös puer! h. e. assidue sedens.

**DÉSIDO**, stidis, stidi, stidere, n. 3. (de et sido). Præteritum a sedeo mutuatur. — Part. Desidens II. — Desido est descendere, subsido.

I.) Proprie. Varro 3. R. R. 9. 11. Ovum inane natat, plenum desidit. Cic. 1. Divinat. 35. 78. Tantos terræ motus factos esse, ut multa oppida corruerint, terraque desederint. Liv. 32. 9. Terra trium jugerum spatio caverna ingenti desederat. Tibull. 4. 1. 19. Qualis in immenso desiderat aera tellus. Justin. 4. 1. 10. Unde in imum desidunt, et mox. Eensus in voraginem desidens. Cels. 2. 7. ante med. Ex urina quod desidit, album est. Id. 7. 18. Tumor ex toto desidit. — Poetice desidere dicuntur montes in sublime volanti. Stat. 1. Theb. 548. Hinc Phrygius fulvis venator tollitur aliis: Gargara desidunt surgenti, et Troja recedit.

II.) Translate. Liv. proœm. I. 1. Desidentes primo mores. h. e. in pejus ruentes. Al. leg. dissidentes.

**DÉSIDUO**, adverb. diuturne, assidue. Varro apud Fulgent. de prisco serm. p. 565. 3. Merc. Dividit mihi fuerunt, tam desiduo asuisse.

**DÉSIDÜUS**, a, um, adject. deses, piger. Gloss. Philoz. Desidius, *cl̄īȳz̄os*. Addit. Gloss. Isid., ubi pro impiger legendum est piger.

**DÉSIGNATÉ**, adverb. signate, significanter. Gell. 2. 5. in lemnate. Quam lepide designateque dixerit Favorinus, etc.

**DÉSIGNATIO**, ōnis, f. 3. signum, forma, figura, descriptio (It. disegno, segno, figura; Fr. désignation, indication, figure, forme, dessin; Hisp. designacion, representacion, figura; Germ. die Bezeichnung, Beschreibung, Angabe; Angl. a designation, appointment, noting).

I.) Proprie. Virg. 5. 3. 6. Schneid. Si in stan tem aquam lapide immisso nascantur innumerabiles undarum circuiti crescentes a centro, et quam lafissime possunt evagantes, nisi angustia loci interpellaverit, aut aliqua offensio, quæ non patitur designationes earum undarum ad exitus pervenire. Id. ibid. 5. 2. Designatio cellarum. Cic. 1. Orat. 31. 138. Infinitæ rei quæstio sine designatione personarum et temporum.

II.) Translate. ¶ 1. Est ordinata distributio, dispositio. Cic. 1. Nat. D. 8. 20. Omnem totius operis designationem atque apparatum require. Forcellinus b. 1. accepit pro notatione. ¶ 2. De munere designatoris: V. DESIGNATOR. In vet. Tab. gen. Herac. apud Mazoch. p. 415. PRAECONIUM, DISSEGNATIONEM, LIBITINAM FACERE. ¶ 3. Item speciatim pro electione occurrit apud Tac. 2. Ann. 36. et 13. ibid. 21. Designatio consulatus. V. DESIGNO II. 3. — NB. Apud Arnob. 7. 9. legitur dissignatio: et accipitur pro eade et crudelitate, quasi scissio, laceratio. Simili fere sensu dissigno apud Stat. a quibusdam exponi, diximus in DESIGNO I.

**DÉSIGNATIVUS**, a, um, adject. qui designat. Boeth. in Porphyri. Dial. 1. p. 14. Haec definitio generis, quæ facta est, non a genere tracta est, sed subscriptiva ratio et demonstrativa et designativa quodammodo generis est redditia. Id. ibid. p. 300. Ea — intellectum designativa sunt. Addit. eum. ibid. p. 360., 368., 360. et alibi.

**DÉSIGNATOR** et melius dissignator vel designa-

or, ōris, m. 3. Scriptiōnem dissignator, vel dissignator unicus probandam putat Lips. de amphith. c. 15. et Mazoch. ad Tab. Heracl. p. 416, eum ita se habeat in omnibus vetustis monumentis tum æreis, tum marmoreis, et in pluribus optimæ nota codicibus: unica vero etiam s scribitur, ut et dirumpo pro dirumpo. — Ceterum designator est distributor, ordinatur; et usurpatur — a) Generatim pro eo, qui loca et res, suo quaque ordine, ex alicuius jussu alicui assignat; a dis particula discretiva, et signo. Ita appellatur qui in theatro loca spectandi disponit, et viros honoratores, populumque serius venientes, in suum quemque locum, sessum ducit. Plaut. Pren. prol. 19. Neu dissignator præster os obambulet, neu sessum ducat, dum histrio in scena siet. V. Heinrich, ad Juvenal. 3. 153. — b) Speciatim Designator Cæsaris Augusti est, qui loca in theatro amicis et libertis Augustorum assignat. Inscript. apud Gruter. 601. 1. c. VERES EROS DESIGNATOR CAESARIS AVGVSTI. — c) Item designator operum publicorum est minister illius, qui tempa, fontes, statuas, porticus, aedesque publicas in Urbe curabat, quicke in vetustis monumentis sappissime curator operum publicorum appellatur. Inscript. apud Fabrett. p. 302. n. 294. HIEROCLI AVGVSTI (servo) dissignatori OPERVM PUBLICORVM EROS VICARIVS. — d) Item dissignator scenarum, qui scenis præserat, et curabat, ut ordine quæque sua procederet, et scenici artifices, quando oportebat, prodirent. Inscript. apud Gruter. 270. 6., quæ est apud Orell. 935. STATILIVS MYRHO DISSIGNATOR SCENARVM. Adde locum Tertullian. mox citandum. — Item designator funeris est, qui funerum pompe et funeribus ludis (teste Donato ad Ter. Adelph. 1. 2. 7.) præserat. Horat. 1. Ep. 7. 5. dum fictus prima, talorque Designatore decorat lictoribus atris. Acron ad h. loc. Designatores dicuntur, qui ad locum Libitinæ funere præstant conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur. Scholiast. Crug. ad eum. loc. Designatores sunt funerum manipes et ordinatores: nam dissignare est ordinare. Seneca 6. Benef. 38. Qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores et libitiniarios, vota? Tertull. Spectac. 10. A templis et aris inter tibias et luhas (ad scenas) itur, duobus inquitatissimis arbitris funerum et sacrorum, designatore et baruspice. Addit. Quintil. 6. Declam. 8.; et V. Beckers Gallus 2. 283. — Olim Romæ, et in municipiis colonisque designatoris manus inter viuilla officia habebatur, u constat ex loco Tab. Heracl. cit. in V. DESIGNATIO: ibi enim, qui præconium, dissignationem, libitinan in municipio, vel colonia fecisset, ne sit decurio, prohibetur; in Inscript. vero apud Gruter. 625. 1. C. Matienus Ovula dicitur PRAECO, IDEM (h. e. item) DISSIGNATOR: sed tertio a Chr. n. seculo, imperante nempo Alexandro Severo Aug., multo honoratus fuit; nam — e) Designator in ludis publicis certaminis præstet, et præmia constituit datque certantibus. Ulp. Dig. 3. 2. 4. Designatores, quos Greci βορβετας; appellant, artem ludicram non facere, Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram exercant. Et sane locus iste a principe hodie non pro modo beneficijs datur. — Designator vero minime habendus est minister principis, qui declinas per provincias procuraret, ut putavit Forcellinus deceptus auctoritate Ursati de not. Rom., qui perperam ita interpretatus fuerat eas siglas apud Gruter. 106. 6. DESIG. X. P. F.; etenim ex Fabrett. Inscript. p. 104. n. 242. et ex Mass. Mus. Ver. p. 101. n. 1. ita potius legendas esse constat: DESIGNATO X. (decimo) ratre patrice, quum mutila ea inscriptio pertineat ad an. a Chr. n. 83., quo Domitianus Aug. consul fuit ordinarius 13. et designatus x., ut etiam constat ex ejus numinis apud Eckhel. D. N. V. T. 6. p. 378. — Ad quadratum vero genus pertinet Decimus designator, de quo mentio est apud Cic. 4. Att. 3. 2., non facile statuerim: ad illud vero, quoniam divimus de Designatore funeris, inclinat animus. Ille Forcellinus: sed recentiores plerique apud Cic. 1. c. designator interpretantur βορβετην, de quo paulo ante dictum est.

**DESIGNATUS**, a, um. V. voc. seq.

**DESIGNO**, as, svi, atum, arc, a. 1. (de et signo).

Part. Designatus I. et II. — Designare est aliquo

signo notare, indicare, deformare (It. segnare, disegnare, abbozzare; Fr. dessiner, designer, tracer

marquer; Hisp. *linear*, *designar*, *trazar*; Germ. *etwas abgrenzend*, *im Abrisse etc.* *abzeichnen*, *bezeichnen*, *anzeigen*, *erklären*, *darstellen*, *entwerfen*; Engl. *to mark or sketch out, plan*.)

I.) Proprie occurrit cum Dativo finis, ad quem aliquid designatur; aut cum Ablativo instrumenti, quo aliquid designatur. *Liv.* 1. 10. Simul cum dono designavit templo Jovis fines. *Id. ibid.* 35. Tum primum circa, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. *Cic.* 9. *Phil.* 7. 17. Locum sepulcro pedes triginta quaque versus designat. *Orellius* vero aliisque plures rectius legunt assignat. *Virg.* 5. *Æn.* 755. *Aeneas* urbem designat aratro. *Ovid.* 4. *Fast.* 825. Designare mœnia sulco. *Tac.* 12. *Ann.* 24. oppidum sulco. *Val. Flacc.* 3. 425. designat litora ferro. *Stat.* 6. *Theb.* 782. ac medium designat vulnere frontem. *Seneca Ep.* 90. ante med. Serra per designata currente, certa manu trahem scindere. — Et pro delineare. *Ovid.* 6. *Met.* 103. elusam designat imagine tauri Europen. *Stat.* 1. *Theb.* 310. de Mercurio. sublimes raptim per inane volatus Carpit, et ingenti designat nubila gyro. (Alii legunt dissignat, et exponunt, scindit, perturpat. Apud Arnob. quoque dissigno legitur i. 63. et 7. 6.

II.) Translate. ¶ 1. Est verbis similiis alia ratione aliquid repræsentare, deformare, notare, indicare: ad rem *Quintil.* 4. 2. 120. Ut affectus velut primis lineis designantur. *Cic.* 1. *Orat.* 23. 109. Sin autem ea, qua observata sunt in usu ac tractatione dicendi, haec ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt, etc. *Ces.* 1. *B. G.* 18. Hac oratione Dunnorigem designari sentiebat. *Farro* 8. *L. L.* 80. *Müll.* Quum vocabula sint infinita ac res communes designant, ut vir, mulier. h. e. significant. *Ces.* 3. *B. C.* 96. Triclinia strata, magnum argenti pondus expositione, — tabernacula protecta beder, multaque præterea, quæ nimiam luxuriam et victoriam fiduciam designantur. *Cic.* 1. *Cat.* 1. 2. Notat et designat oculis ad cædem unumquemque nostrum. *Id.* 2. *Orat.* 58. 236. Haec ridentur, quæ notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. *Liv.* 24. 16. Si reputabit, nulla ignavia nota leviora designari vos potuisse. h. e. insinua notare. *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 19. digito vatem designat eum. ¶ 2. Interdum distribuendi, disponendi ordinandi significacionem complectitur. *Cic.* 1. *Nat. D.* 11. 28. Anaragoras — primus omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitæ vi ac ratione designari et consici voluit. *Id. 3. ibid.* 35. 85. Nec unus, nec respubl. ratione quadam et disciplina designata videtur, si in ea nec recte factis præmia evitent illa, nec supplicia peccatis. ¶ 3. Hinc speciatim designatus consul, tribunus plebis, etc. est, qui in proximum annum creatus, magistratum nondum init. *Cic.* 11. *Fam.* 6. Consul designatus. Adde *Sall.* Cat. 26. et *Vellej.* 2. 58. Rursus *Cic.* 2. *leg. Agr.* 5. 11. et *Sall. Jug.* 27. tribunus plebis. *Vellej.* 2. 111. questor. *Farro* 3. *R. R.* 17. 10. Candidatus noster designatus ædilis. Et *Cic.* 2. *leg. Agr.* 10. 26. in decennviratum habeant, quos plebs designaverit. h. e. delegerit. — Item in municipiis et coloniis habebantur magistratus designati. *Inscript.* Tiburtina apud *Gruter.* 485. 6. M. VESERIO M. F. PAL. JU-  
GUNDIANO PRAEF. FABRVM, ACCENSO VELATO, FROC. ALIM. VIAE FLAM., II. VIR. DESIGN. Atia Neapolitanus apud eundem. 1092. 5. L. CALVIDIO L. F. CLEMENTI ANN. XX. II. VIRO DESIGNATO etc. — Et latiori sensu de pueru nondum nato *Cic.* Cluent. 11. 32. Heres familiae, designatus reipubl. civis. NB. Apud *Colum. Arbor.* 1. 5. Ager, quem seminario designaveris. Schneider. rectius legit destinaveris. ¶ 4. Aliquando est rem aliquam insignem moliri, patrare, sed cum nota et ignominia, ut *Non.* p. 96. 6. *Merc.* docet. *Plaut. Most.* 2. 1. 66. Quæ designata sint et facta nequitia. *Ter. Adelph.* 1. 2. 7. Quæ satura sunt, omitti: modo quid designavit? si. Quidnam id est? DE. Fores effregit atque in ædes irruit, etc. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 16. Quid non obrietas designat? opera recludit, etc. Apud *Horat.* nonnulli, ut Schmid, designare accipiunt pro signa disruptum, adeoque pandere, in lucem protrahere.

DÉSILIO, silis, silii vel silii, sultum, sflire, n. 4. (de ei salio). Part. *Desiliens*. — Desilio est saltu descendit (It. saltar giù; Fr. sauter en bas; Hisp. saltar abaxu; Germ. heralspringen; Engl. to jump, or leap down, aligh, vault!). Usurpat — a) Cum

addito Ablativo, a quo quis desilit, et præpos. de, ex, vel a. *Plaut. Rud.* prot. 75. Desilire de navi in scapham. *Id. ibid.* 1. 2. 84. in terram et scapha. *Ces.* 4. *B. G.* 24. De navibus desiliendum, et fluctibus consistendum erat. *Id. 4. ibid.* 2. Desilire ex equis. *Id. 5. ibid.* 17. Ex essedis desiliendi facultatem derunt. *Cic. Mil.* 10. 29. de rheda. *Virg.* 11. *Æn.* 500. portisque ab equo regina sub ipsis Desiluit. *Ovid.* 12. *Met.* 129. ab alto curru. *Sueton. Ner.* 23. de muro. — b) Apud poetas et sequioris avi scriptores cum Ablativo sine præpositione. *Virg.* 12. *Æn.* 355. Desilire curru. *Horat. Epop.* 17. 70. altis turribus. *Id. 1. Sat.* 2. 130. lecto. *Ovid. Heroid.* 15. 172. saxo. *Justin.* 1. 10. 9. equis. — c) Cum addito, quo quis desilit. *Ces.* 4. *B. G.* 12. Equites ad pedes desillierunt. *Ovid. 3. Met.* 681. in undas. *Id. 3. Art.* *Am.* 22. in rogos medios. *Sueton. Ces.* 64. in mare. — d) Absolute omnino. *Ces.* 4. *B. G.* 25. At, nostris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem maris, qui x. legionis aquilam ferebat, contestatus deos, ut ea res legioni feliciter eveniret: Desilite, inquit, milites, nisi vultis aquilam hostibus prodere. Adde *Ovid.* 10. *Met.* 722. — e) Notandum illud *Horat. Art.* P. 134. in arcum desilire. — f) De inanimis. *Horat. Epop.* 16. 48. Levis crepante lympha desilit pede. *Ovid. 4. Fast.* 427. Uvidus (*locus*) ex alto disiliens aquæ. *Propert.* 2. 16. 50. Fluimus ætheria desiluisse domo.

DÉSINATIÖ, ônis, f. 3. cessatio. *Seneca Ep.* 117. a med. Hac designatione captans. Ita *Scalig.* ad *Festum.* Alii destinatione, alii rectius detestatione.

DÉSINO, as, arc, n. 1. idem ac *Desino*, sinus, apud veteres. *Paul. Diac.* p. 72. 13. *Müll.* ubi alii leg. desinare eodem sensu, et quidem rectius: V. DÉSIVARE.

DÉSINO, sinis, slii vel sli, situm, sinnera, a. 3. (de et sino). Desis per syncopen occurrit apud *Cic.* 9. *Fam.* 24. 2. et *Sueton. Ner.* 33.; et desissem apud *Catull.* 36. 5. — Præcritum desi syllab. legitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 1132. 1., et emendatione apud *Labusium*, *Decur. Bresc.* p. 46. et in *Marn. Taurin.* T. 2. p. 58. ÑYARRERE CRASSAVI NVN-  
QAM NEC FERDERE DESI. — Part. *Desinens* 2. b.; *Desitus* 1. c.; *Desiturus* et *Desinendus* 1. a. — Desinere est omittire, relinquere, deserere (It. tra-  
lasciare, lasciare, finire; Fr. discontinuer, mettre fin à, cesser; Hisp. discontinuar, interrumpir, fe-  
necer, terminar; Germ. von etwas ablassen, damit aufhören, es zu thun unterlassen; Engl. to end, cease, leave off). Occurrit ¶ 1. Stricto sensu, et quidem — a) Cum Accusativo rei, quæ omittitur, vel a qua quis cessat. *Ter. Heaut.* 2. 3. 64. Mulier telam desinit continuo. *Fulgati libri* habent dese-  
rit: at *Cod. Bemb.* desinit, quam lectionem conser-  
vat Aruss. *Mess.* p. 222. ed. Lindem. *Cic.* 7. *Fam.* 1. 4. Libenter mehercule artem desinerem. (Sed juxta nonnullos subintelligi potest exercere. Et sunt qui alter legant). Eodem modo *Sueton. Tib.* 36. Deprecantibus (*mathematicis*) ac se artem desituros promittentibus, veniam dedi. *Virg.* 8. *Ecl.* 61. Desine Mænalias, jam desinc, tibis, versus. (Sed juxta nonnullos subaudiri potest dicere, aut canere: ut et in illo 9. *Ecl.* 67. Desine plura, puer.). *Sil.* 12. 725. Cede dcis tandem, et Titania desine bella. *Geil.* 2. 12. Non ad augendam, sed ad desinendam seditionem, legem hanc esse dicbat. h. e. ad sedandan terminandamque. Adde *eundem*. 15. 16. *Apul.* 5. *Met.* Lugubres voces desinete. *Ovid. 2. Art.* am. 725. Sed neque tu dominam velis majoribus usus Desine. *Al. leg.* Desere. (qua lectionis varietas reperiuit etiam 3. *Met.* 478.. 6. *ibid.* 215., 7. *ibid.* 850. 2. *Pont.* 7. extr. et 4. *ibid.* 8. 72.). *Val. Flacc.* 4. 635. Desinete amplexus, propiusque accedit destra. Sed legen-  
dum: Dem. sinite. Haec *Heins.* congesseral ad pri-  
mum loc. *Ovidii allatum.* *Inscript.* apud *Murat.* 606. VTI STATIONARI DESINANT INJURIAM CONDVCTO-  
RIBVS GREGYM OVIARICORVM. h. e. desinat injuriam facere. — b) Cum Infinito rei, quæ omittitur. — Cum Infinito activo, vel deponenti. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 67. Prius hic adero, quam te amare desinam. *Ter. Eun.* prot. 16. Desinat lacessere. *Ces.* 3. *B. C.* 19. Desinete ergo de compositione loqui. *Cic.* 2. *Fam.* 9. extr. Equidem non desinam tua decreta de-  
fendere. *Id. 1. de republ.* 1. Commemorare eos desino. *Id. 2. Orat.* 14. 59. Illud jam mirari desino, quod multo magis ante mirabar. *Inscript.* apud *Gruter.* 607. et apud *Murat.* 572. *eno*, DOMINE

PERMITTAS MIHI IN EODEM LOCO IN MARMOREO SAR-  
GOPHAGO, QVEM MINI MODO COMPARAVI, EA CORPORA  
CULLIGERE, VT, QVANDONE ESSE DESTERO, PARITER  
CVM EIS POXAR. — Cum Infinito passivo. *Lucret.* 4.  
402. ubi ipsi Desierunt verti. *Cic.* 6. de republ. 25. Solum igitur quod sese mouet, quia numquam descri-  
ritur a se, numquam ne moveri quidem desinit. *Id.*  
1. *Att.* 19. ad fin. Jamdiu fieri desierant. *Quintil.*  
8. 5. 29. In sole sidera ipsa desinunt cerni. — c)  
Ipsum desinere passive usurpat. *Cic. Brut.* 32.  
123. Veteres orationes a plerisque legi sunt desitae.  
*Liv.* 42. 49. Persei numquam desitum celebrari no-  
men. *Sueton. Aug.* 37. Censores creari desitos longo  
intervallo, creavit. Rursus *Cic.* 2. *Fin.* 13. 43. Jam  
pridem contra eos desitum est disputari. *Gell.* 1. 10.  
2. Sermoni jam desito. — d) Raro cum Ablativo,  
vel cum Genitivo rei. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 25. 80.  
Desine, queso, communibus locis. Sed uti subaudiri  
potest. Sexto casui præpositionem addidit *Prudent.*  
11. *περὶ στέφ.* 64. Desine ab uncio. — *Horat.* cum  
Genit. junxit 2. *Od.* 9. 17. Desine mollium tandem  
quæ constructio *Greca* est: παῦσι  
τῶν αὐτούς. Sic in frustulis Antiope Euripideas  
Valckenarias (c. 8. sub finem) dedit παῦσαι τὸν αὐ-  
τὸν. *Ovid.* 6. *Met.* 215. desine querelas dixit. *Sil.*  
*It.* 10. 84. et consul non desinit ira. Cf. *Horat.* 3.  
*Od.* 27. 69. abstineto irarum calidæ ritæ. Et  
*Virg.* 10. *Æn.* 441. tempus desistere pugnæ. — e)  
Sæpius occurrit absolute omnino. *Ter. Adelph.* 5.  
3. 67. Pergis ne? ds. Jam jam desino. *Cic.* 1. *Off.* 37.  
135. Ut incipiendi ratio fuerit, Ita sit desinendi mo-  
dus. *Quintil.* 8. 6. 50. Quo ex genere desperie transla-  
tiones, hoc desinas. *Sueton. Ner.* 46. In hoc desis-  
sese versu. — Absolute usurpat præcipue in familiari  
sermone, quum rei cessatio desideratur. *Ter. Andr.* 5. 6. 7. p. Nec mora uila est, quia tam us-  
trem ducam. c) Num ille somnial ea, quæ vigilas  
volvit? p. Tum de puer, Dave? p. Ab! desinac. So-  
lus est, quem diligunt dii. *Id. Eun.* 2. 3. 55. ex.  
Verum; parasitus cum ancilla. pA. Ipsa est: hicet:  
desine: jam conciliatum est. — Et passive absolute.  
*Ovid.* 1. *Art.* am. 411. Tunc bene desinatur. Cf.  
*Cic. fragm.* pro *Cornel.* apud *Priscian.* 10. p. 899.  
*Putsch.* Cæptum per eos, qui volebant, desitum est  
per hunc, qui decessit. ¶ 2. Hinc latiori sensu ei  
neutrorum more usurpat pro cessare, terminari,  
finiri. *Sall. Jug.* 83. Omne bellum sumi facile, ceterum  
egerrimum desinere. *Virg.* 4. *Ecl.* 8. quo ferrea  
primum Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.  
*Ovid.* 5. *Met.* 285. Desierant imbrebus. *Id. Heroid.*  
3. 89. ira. Adde *eundem*. 4. *Met.* 727. *Horat. Art.*  
P. 3. atrum Desinat in pisces mulier formosa su-  
perne. *Plin.* 2. *Ep.* 10. Fragilia et caduca, non mi-  
nus quam ipsi homines, occidunt desinuntque. h. e.  
intereunt, pereant. — Et de coloribus, qui gradatim  
languescit. *Flor.* 4. 12. 46. Pyrenæus desinens.  
h. e. Pyrenæi pars extrema. — Denique similiter  
desinere dicuntur a rhetoribus verba, quæ hisdem  
syllabis eodem exitus habent, *συμπλέγεται*: quæ  
similiter desinentia tum *Cic.* 4. *Herenn.* 20. 28,  
tum *Quintil.* 9. 4. 42. appellant. Adde *Cic.* 3. *Orat.*  
54. 206.

DÉSIPENTIA, æ, f. 1. ignorantia. *Lucret.* 3.  
500. Desipientia fit, quia vis animi atque animai  
Conturbatur.

DÉSIPPIO, pis, pere, 3. (de et sapio). *Forcellinus*  
Præteritum quoque desipui affert, sed nullo confir-  
mat suetore. — Docet *Charis.* 2. p. 210. *Putsch.* in  
Infinito despire facere, non despere. Sed cave  
homini credas. V. infra *Horat.* 4. *Od.* 12. 28.  
Part. *Despiens* I. a. — Desipere occurrit A) Neu-  
trorum more, et B) Active.

A) Neutrorum more, et quidem translate, desipe-  
re est insipienter agere, delirare, dementem esse (It.  
esser pazzo, essere sciocco o ignorantie, impazzire;  
Fr. être dépourvu de sens, avoir perdu l'esprit,  
agir sottement, être fous; Hisp. volverse loco, per-  
der el juicio, estar loco; Germ. unsinnig oder thö-  
richt oder albern sein oder handeln; Engl. to dote,  
be foolish, act foolishly). Occurrit — a) Fere ab-  
solute. *Lucret.* 3. 753. Desipient homines, saperent  
fera sæcla ferarum. *Id.* 5. 164. cetera de genere hoc  
affingera et addere, despere est. *Cic. Planc.* 37. 90.  
Licer me despere dicatis. *Id.* 1. *Nat. D.* 34. 94. Tu

summos viros despere, delirare, derentes esse dicebas. *Id.* 2. *ibid.* 5. 16. Desipientis arrogantiam est etc. *Id.* 2. *Divinat.* 23. 51. Estne quisquam ita de siplens, qui etc. *Id.* 2. *Fam.* 9. In quo quam objugarer, quod nimio gaudio pene desiperem. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 211. Ajar quem immitos occidit, desipit, agnos. *Id.* 4. *Od.* 12. 28. Dulce est despere in loco. — Et de agro, qui vchementer febri correptus delirat. *Cels.* 3. 18. Interdum in accessione ægros despere et loqui aliena. *Et max.* Alii facilius continetur et intra verba desipiunt. — b) Speciatim cum Genitivo. *Plaut.* *Epid.* 1. 2. 35. Desipiebam mentis, quem illa scripta mitterem. Sed Graeca construcentur est.

B) Active, perinde ac verbum causativum, uti ajunt, proprie pro insipidum facere, habet *Tertull.* *Pudic.* 13. et 18. Fermentum modicum totam desipit conspersione.

**DESIPISCO**, is, ere, n. 3. idem ac despicio. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 96.

**DESISTO**, sisti, stiti, stitum, sistere, n. 3. (de et sisto). Destiterunt paenultima correpta, more poetico dixit *Lucrat.* 4. 972. — Part. Desistens sub d; Destitutus sub b. — Nonnulli desistere exponunt manere, morari, consistere in loco aliquo; afferuntque illud *Plaut.* *Mos.* 3. 2. 10. Quid illic, obsecro, tamdu destitisti? At alii rectius leg. restitisti. Itaque desistere

a) Neutrorum more est cessare, abstinere, finem facere, desinere, absistere; ita tamen ut significet voluntatis et consilii mutationem. Nam desinimus aliquando, licet voluntatem non deponamus: desistimus vero et simul voluntatem abdicimus. (It. tralasciare, cessare, desistere; Fr. se désister, cesser, s'abstenir, s'arrêter; Hisp. desistir, cesar, contenerse, deixar de hacer, abstenerse; Germ. von etwas abstehen, ablassen, etwas zu thun aufhören; Angl. to cease, give over, desiste from, discontinue, leave off). Usurpatur — a) Cum addita re, a qua quis desistit — Per Ablativum et præpos. de. *Cic.* 2. *Tusc.* 12. 28. Verbo de sententia destitisti. *Id.* 5. *Fam.* 2. 8. Qui agerent cum eo, ut de illa mente desisteret. *Nepos Timoth.* 2. Desistere de diuitia contentione. — Per Ablat. et præpos. ab. *Cic.* 3. *Off.* 3. 15. Desistere a sententia. Plerique tamen omittunt præpos. ab. *Ces.* 2. B. C. 12. a defensione. *Sall.* *Jug.* 25. ab oppugnatione. Sic de persona *Plaut.* *Men.* 5. 2. 27. Quid tu tritis es? quid ille autem abs te iratus destitit? h. e. discessit. Similiter *Paul.* *Dig.* 4. 5. 5. Deficere dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt. — Per Ablativum sine præpos. ab. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 19. 63. et fin. sententia. *Id.* *fragm.* pro C. *Cornel.* apud *Pseudo-Ascon.* accusatione. *Ces.* 1. B. G. 45. negotio. *Id.* 5. *ibid.* 11. itinere. *Id.* 7. *ibid.* 28. consilio. *Iuv.* 37. 57. extr. petitio. *Id.* 7. 40. impio bello. *Virg.* 1. *Æn.* 37. incepito. — Per Genitivum. *Virg.* 10. *Æn.* 44. pugna. Al. leg. pugna. Si pugna resiliens, erit Genitus, ut abstinentia virorum apud *Horat.* et destinare iræ apud *Sil.* *It.* 10. 84., et querelarum apud eum. *Horat.*, que Graci moris sunt. — Per Dativum. *Stat.* 5. *Theb.* 273. haud unquam justo mea cura labori Destitit. h. e. defuit. — b) Cum Infinito. *Lucret.* 8. 555. nisi humor Destitut in dubio fluctu jactarier intus. *Cic.* *Batr.* 91. 314. Quom me medici hortarentur, ut causas agere desistenter. *Id.* 1. *Fam.* 1. 2. Pompejum hortari et orare non desistimus. *Id.* 1. *Tusc.* 49. 117. Homines mortem vel optare incipiunt, vel certe timere desistant. *Ces.* 6. B. G. 2. Illi finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt. *Horat.* *Epid.* 11. 5. Hic tertius december, ex quo destiti Inachia furere. *Paul.* *Dig.* 50. 9. 10. Qui datis libertatibus, destitutus est solvendo esse. — c) Cum particula quin, præcedente tamen alia particula negativa. *Plaut.* *Aud.* 1. 4. 9. Neque unquam, quia inveniam, desistam. *Vatinus* apud *Cic.* 5. *Fam.* 10. Non desistam, quia illum aliquando eruam. — d) Passive impersonaliter. *Plaut.* *Mil. glor.* 3. 1. 142. Nunc jam istis rebus desisti decet. — e) Absolute. *Plaut.* *Pseud.* 1. 5. 81. Desiste: recte ego rem meam sapio. *Lucret.* 8. 824. Sed quia finem aliquam pariendi debet habere, Destitut (terra), ut mulier spatio defessa vetusto. *Varro* 8. Z. L. 97. *Müll.* Quod ad origines verborum hujus libri pertinet, satie multa arbitror positas hujus generis. Desistam; et quoniam de hisce

rebus etc. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 3. Injussi numquam desistant. *Id.* *ibid.* 9. 57. non hodie, si Exclusus fuerit, desistam. — Et de voce sive oratione interrupta *Ovid.* 2. *Fast.* 823. Ter consta loqui, ter destitui; ausaque quartu etc. Cf. eund. *Heroid.* 4. 7. Ter tecum cousta loqui, ter inutilis basit Lingua, ter in primo destitui ore sonus. — Et de fine *Varro* 2. R. R. 3. 8. Desistente autumno.

B) Active pro sistere, destituere, ponere. *Apul.* 4. *Met.* Montis in excelsi scopulo desiste pueram. Nonnulli tamen aliter legunt.

**DESITUDO**, inis, f. 3. cessatio. *Sulpic.* *Sever.* præf. de vita B. *Martini.* Totum id desitudine tantum temporis perdidimus. At opt. codices, et editio[n]es habent desuetudine.

**DESITUS**, a, um, particip. a desino: V. DESINO.

**DESITUS**, a, um, est etiam particip. ab inus. de sero, a de et sero, ris, vi, rere; quod occurrit apud *Varron.* 1. R. 23. 6. In recentibus pomariis desitis seminibus. h. e. deorsum jactis. V. DISSEMO, evi.

**DESITUS**, us, m. 4. (desino) cessatio. *Jul.* *Val.* de reb. g. *Alex.* M. ed. Rom. A. Mai. 3. 54. Colore atro cum desitu spiritus videbatur.

**DESIVARE** desinere. *Paul.* *Diac.* p. 72. 13. *Müll.* Plerique Codices habent desinare, quod e conjectura mutatum esse appareat. Ceterum, adit cl. *Müllerus* ad h. l., a destinando ortum est adjectivum nomen desivus, ut obliquo ab oblinendo; hinc desivare. Quod in *Gloss.* *Labb.* sunt: Desinator (scr. Desivatus), δισινάτος, et Diesuatur (Desivatur corr. *Scal.*), δισιταί (scr. cù δισιταί): inde concidere licet, desivare dictum matime esse de sociis a societate deficitibus.

**DESOLANUS**, a, um, adject. *Gloss.* *Isid.* Desolatus, subsolanus.

**DESOLATIO**, ônis, f. 3. actus desolandi. ¶ 1. Abstracte. *Vulgat.* *interpr.* *Jerem.* 7. 34. In desolationem enim erit terra. Adde eund. saepius alibi. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu pro loco desolato. *Cassiod.* 8. *Variar.* 31. a med. Fæcum ergo nimis est nobilis, filios in desolationibus educare, quum frequentatione humanae videat alites sua pignora commississe. Illic porro *Cassiod.* nomine regis Athalarici incolas Bruttiorum monet, ut, potius quam agros, urbes velint incotere.

**DESOLATORIUS**, a, um, adjct. qui desolat. *Hieronym.* *Ep.* 18. n. 14. Vere quippe desolatorius carbo, qui linguan puram facit a peccato, sermo divinus est. Illic ex *Vulgat.* *interpr.* *Psalm.* 119. 4. Sagittæ potentiis arcuæ cum carbonibus desolatoriis.

**DESOLATUS**, a, um. V. voc. seq.

**DESÓLO**, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (de et solus).

Part. Desolatus. — Desolo est solum relinquo, desertum reddo, adeoque spolio, devasto (It. lasciar solo, desolare; Fr. dépeupler, désoler; Hisp. despoliar, desolar; Germ. einsam lassen, verlassen, entvölkern; Angl. to desolate, lay waste). Occurrit — a) Absolute. *Virg.* 11. *Æn.* 366. sat sunera fusi Vidimus, ingentes et desolavimus agros. *Id.* *ibid.* 870. desolati manipli. h. e. signa relicta: *Servius.* *Ovid.* 1. *Met.* 34. Desolare terras. *Plin.* 4. *Ep.* 21. 3. Patri nunc unus ex tribus liberis superest, domumque pluribus adminiculis paullo ante fundatam desolatus faleci ac sustinet. *Id.* 10. *ibid.* 97. 10. Prope jam desolata templa repperisse celebrari. *Tac.* 16. *Ann.* 30. Videlata desolataque. *Justin.* 1. 7. 3. Vicitus jam ac desolatus in regnum refugit. ubi tamen recentiores aliter leg.: victisque jam de se sollicitus etc. *Colum.* 1. R. R. 3. 11. Quos hostis proficiunt desolasset agros. *Stat.* 6. *Theb.* 917. Desolare urbes. *Id.* 1. *ibid.* 633. desolata domorum Tecta vides. *Id.* 2. *Silv.* 1. 233. Desolata soror. *Inscript.* non probe notæ apud *Don.* cl. 10. n. 11. SOLAQUE ME DESOLASTI, VALE VIRGO DVCLISS. — b) Cum addito Ablativo rei, quo quis spoliatur. *Tac.* 12. *Ann.* 26. Desolatus paululum etiam servilibus ministeriis. *Stat.* 9. *Theb.* 672. desolatumque magistro Agmen. *Petr.* *Satyr.* 124. aeo jam desolata senectus. h. e. annis defecta. *Inscript.* apud *Gruter.* 682. 9. ARELLIA FAUSTINA MATER YNCO FILIO DESOLATA PONENDUM curavit. At tñ unico filio potest esse et Dativus. *Apul.* 4. *Met.* Ego misera tali domo, tanta familia, tam sanctis parentibus desolata. — c) Cum Genitivo. *Sil.* *It.* 8. 590. Desolata virorum.

**DESOLCTUS**, a, um, particip. ab inus. desoluo. *Scæcola Digr.* 10. 5. 41. § 9. Reliquorum nomine id desolutum est.

**DÉSOMNIS**, e, adjct. insomnis. *Petr.* fragm. *Tragur.* 47. *Burmann.* Quæ soles me nocte desomnem facere.

**DÉSORBÉO**, es, ere, a. 2. (de et sorbeo). Part. Desorbens. — Desorbeo est idem quod absorbeo. *Tertull.* *Idolol.* 24. Vortex ejus ad inferos desorbet. *Capell.* 8. p. 270. Jamdudum laxatus in somnis, forte repente blandum sternens ranæ sonitum desorbitis increpit. h. e. ronchantis. V. RONCHUS.

**DESPETATIÖ**, ônis, f. 3. actus deorsum spectandi, et locus ipse, unde spectatur deorsum.

I.) Proprie. *Vitruv.* 2. 8. 17. *Schneid.* Pilis lapidis — altitudines extractæ — summas utilitates persicunt et despectationes. *Schneiderus* vero legit: ad summas utilitates proficiunt disparatione. V. euand.

II.) Translate est despectio, contemptus. *Vulgat.* vet. *Ital.* (ed. A. Mai.). *Ezechiel.* 2. 3. Qui me exasperant secundum despectationem (*Codex* habet despectationem) patrum suorum.

**DESPETATÖR**, ôris, m. 3. qui despectat: sed occurrit translate tantum et est contemptor. *Tertull.* 2. ad *Uxor.* 8. Despectatores divinarum sententiarum.

**DESPETIÖ**, ônis, f. 3. despiciendi actus: sed occurrit translate tantum pro contemptu. *Cic.* fragm. apud *Non.* p. 288. 24. *Merc.* Consolabitur eam magnitudine animi, et humanarum opinionum alta quadam despectio.

**DESPETCO**, as, are, a. 1. frequentat. a despicio. Part. Despectans I. — Despecto est saepe deorsum aspicio.

I.) Proprie. *Liv.* 35. 25. Regionem eam maxime despectat. *Virg.* 1. *Æn.* 400. nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas jam despectare videntur. *Id.* 7. *ibid.* 740. quos maliferæ despectant metuina Abellæ. *Id.* 10. *ibid.* 409. Despectare flaminas. *Ovid.* 4. *Met.* 622. et alto seductas æthere terras. *Id.* 2. *ibid.* 710. humum. *Calpurn.* 7. *Ecl.* 24. Spectacula Tarpejum prope despectantia culmen.

II.) Translate est contemptu, despicio. *Tac.* 2. *Ann.* 43. Piso vix Tiberio concedere, liberos eius despectare. *Id.* 2. *Hist.* 30. Ne ut vici et ignavi despectarentur.

**DESPETCOR**, ôris, m. 3. qui despicit; sed occurrit translate tantum, et est despectator, contemptor. *Tertull.* 2. contra *Marcion.* 23. Adlegitur Saul, sed nondum despector prophetæ Samuelis.

**DESPETRIX**, icis, f. 3. quæ despicit; sed occurrit translate tantum, et est quæ contemnit. *Tertull.* *Anim.* 23. Virtus despetrix mundi.

**DESPETUS**, a, um. V. DESPICIO.

**DESPETUS**, us, m. 4. (despicio) prospectus ex superiori loco in inferiorem.

I.) Proprie. ¶ 1. Abstracte. *Lucret.* 4. 417. At conlectus aquæ, digitum non aliorum unum, — Despectum præbet sub terras impete tanto, A terris quantum cœli patet altus biatus: Nubila despiciere et cœlum ut videare videare. *Ces.* 7. B. G. 79. Erat ex oppido despectus in campum. *Id.* 3. *ibid.* 14. Loca, unde erat propinquus despectus in mare. *Stat.* 5. *Theb.* 351. pelago despectus aperto. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu est locus ipse superior, unde in inferiorem prospicere possumus. *Ces.* 2. B. G. 29. Oppidum et omnibus partibus altissimas rupes despectusque habet.

II.) Translate est contemptus. *Cic.* 4. *Herenn.* 39. 51. Ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi.

**DESPERABILIS**, e, adjct. qui sperari non potest. *Vulgat.* *interpr.* *Jerem.* 15. 18. Quare plaga mea desperabilis renuit curari?

**DESPERANS**, antis. V. DESPERO.

**DESPERANTER**, adverb. sine spe. *Cic.* 14. Att.

18. Quod desperanter tecum locutus est.

**DESPERATE**, adverb. desperanter. *Augustin.* Ep. 237. ad *Celer.* Non desperante sollicitus. *Cassiod.* 1. *Variar.* 30. Ut desperante persequeretur innoxios servilis furor armatus.

**DESPERATIÖ**, ônis, f. 3. est, ut ait *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 18, ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum (It. disperazione; Fr. action de désespérer, désespoir; Hisp. desesperam, desesperación; Germ. d. Hoffnungslosigkeit, Verzweiflung; Angl. a despairing, despair). Occurrit ¶ 1. Generatim — a) Et quidem cum Genitivo. *Ces.* 1. B. G. 5. Omnium salutis desperatio. *Id.* 1. *ibid.* 11. Afferre

eupiam desperationem pacis. *Cic.* 2. *Phil.* 35. 88. vita. *Id.* 12. *ibid.* 5. 10. victoriae. *Id.* 2. *Cat.* 11. 25. Bona spes cum omnium rerum desperatione confligit. *Id.* 4. *Fam.* 3. 2. Tanta est omnium rerum amissio, et desperatio recuperandi. *Liv.* 3. 2. Future sibi postea fidelis desperatio. *Juvenal.* 6. 367. barba. *Seneca Ep.* 64. Beata vita desperationem facere. h. e. in causa esse, eur beata vita desperetur. *Justin.* 2. 13. 5. Desperatione rerum pacem petere. Adeo Sueton. *Ner.* 2. — b) Sine Genitivo. *Cæs.* 2. *B. C.* 42. Ad summam desperationem nostri pervenient. *Cic.* 14. *Att.* 19. Magna desperatione affectus sum. *Id.* 8. *ibid.* 3. Desperatione querere aliquid. *Id.* post redit. in senatu 9. 24. A desperatione ad spem revocare aliquem. *Nepos Eumen.* 12. Ad desperationem adducti. *Sueton. Aug.* 81. Ad desperationem redactus. *Tac.* 2. *Hist.* 46. Ad desperationem formidin properare. — Γνῶμη est illud *Curt.* 5. 4. ad fin. Sæpe desperatio spei causa est. Cf. *Veget.* 3. *Milt.* 21. Sed clausis ex desperatione crescit audacia; et, quum spei nihil est, sumit arina formido. — In plurali numero. *Cic.* 2. *Fam.* 16. ad fin. Recordor desperationes eorum, qui senes erant, adolescentem me. ¶ 2. Speciatim desperationem pro desperata audacia posuit *Apul.* 10. *Met.*, ubi sit: Qua mira desperatione truculentæ feminæ repente perturbatus medicus, etc.

## DESPÉRATUS, a, um. V. DESPERO.

DESPERGO, gis, si, sum, gere, n. 3. dispergo, dissipo. *Sil. It.* 9. 167. In vacuas senior vitam despserat auras. *Al. leg.* disperserat; et quidem rectius.

DESPERNO, spernis, sprætum, spernere, a. 3. (de et sperno). Part. *Despretus*. — Desperno est idem ac sperno, vel valde sperno. *Colum.* 10. *R. R.* 298. ne Corydonis opes despernat Alexis. *Paul. Diac.* p. 72. 12. *Müll.* *Despretus* valde spretus.

DESPÉRÖ, as, avi, åtum, are, 1. (de et spero). Vetustissimi olim scriptores desperantur pro desperant deponentis forma dixerunt, teste *Capro* apud *Priscian.* 8. p. 797 *Putsch.* — Part. *Desperans* sub a, b et d.; *Desperatus* in fin.; *Desperandus* sub f. — Despero est spem deponeo, diffuso (It. disperare); Fr. ne pas espérer, désespérer, renoncer à tout espoir; Hisp. desesperar, quitar à otro la esperanza; Germ. an etwas od. Jemandem verzweifeln, die Hoffnung auf etwas aufgeben, etwas nicht hoffen, aufgeben; Angl. to despair of, be without hope, despond). Usurpatur — a) Sæpe cum Ablativu rei et præpos. de. *Cæs.* 1. *B. G.* 40. Desperare de officio imperatoris. *Id.* 7. *ibid.* 36. de expugnatione. *Cic.* 8. *Att.* 11. a med. de republica. *Planus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 21. 3. Desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide. *Liv.* 26. 41. de summa rerum. — Cum Ablativo et præpos. ab. *Cic. Pis.* 6. 12. Spem habere a tribuno plebis, a senatu desperasse. h. e. obtinere a senatu, desperasse. — b) Cum Accusativo rei. *Cic. Mur.* 21. 43. Desperare honorem. Adde *eumd.* 2. *Cat.* 9. 19. *Id.* 8. *Att.* 15. 5. pacem. Cf. *eumd.* 7. *ibid.* 20. 1. *Id. Mil.* 21. 56. Servi desperantes vitam domini. *Id.* 6. de republ. 23. redditum in hunc locum. *Id.* 1. *Fin.* 18. 61. omnia. *Id.* 1. *Nat.* D. 22. 60. omnem veritatem. *Lentulus* apud *Cic.* 12. *Fam.* 15. valide rempublicam. *Liv.* 23. 14. voluntariam deditiōnem. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 30. membra invicti Glyconis. *Quintil.* 12. 11. 26. Summa desperare et in secundis tertisque consistere. *Seneca Ep.* 29. Marcellinum nostrum ego nondum despero: etiamnum servari potest. *Id. Med.* 163. Qui nil potest sperare, desperet nihil. *Flor.* 4. 2. 86. victoriā. — c) Cum Accusativo et Infinito, quæ tamē sumū sumpta accusatiū vim gerunt. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 95. Non despero, fore aliquando, qui etc. *Id.* 2. *Divinat.* 21. 48. Non equidem plane despero, ista esse vera. *Horat.* 2. *Ep.* 3. 150. Aut quia desperat tractata nitescere posse. *Ovid.* 2. *Met.* 724. qua posse frui desperat. *Quintil.* 5. 12. 3. Id posse defendi desperat. — d) Ratio cum Dativō. *Cic.* post red. in senat. 14. 34. et *Ius.* 3. *B. G.* Suis fortunis desperare. *Cic. Mur.* 21. 45. Sibi hic ipse desperat. Adde *Cæs.* 7. *B. G.* 30. *Cit. Pis.* 34. 84. Thessalonices, quam oppido desperassent, munire arcen coegerunt. *Id. ibid.* 36. 89. Tu toties dissidens et desperans rebus tuis. *Id. Cluent.* 25. 68. Desperare salutis sua. *Flor.* 1. 18. 14. armis. — e) Absolute omnino. *Cic.* 1. *Off.* 21. 73. Considerandum est ne temere desperet propter ignaviam.

Tom. II.

cum addito, quo quis despicit. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 72. Et me despice ad te per impluvium tuum factor. *Id. ibid.* 2. 3. 16. Per impluvium hoc in proximum despitit. *Ovid. 11. Met.* 504. de vertice montis Despicere in valles. *Id.* 2. *Art. am.* 87. a summo celo in æqua. *Horat.* 3. *Od.* 7. 29. in vias.

— b) Cum Accusativo rei, quam quis despicit. *Cic. Harusp. resp.* 15. 33. Tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, sed etc. *Id.* 3. de republ. 9. Nunc autem, si quis, illo Pacuviano invehens alitum anguum currū, multas et varias gentes et urbes despiceret et oculis collustrare possit, etc. *Virg.* 1. *En.* 224. aethere summo Despit mare volvolum terrasque jacentes. *Ovid. 2. Met.* 178. summo ab aethere terras jacentes. *Lucan.* 5. 251. culmine cuncta. *Sil. It.* 12. 488. e tumultis subjactam urbem. *Spartian. Alex. Sev.* 3. ex altissimi montis vertice orbem terrarum Romanique. *Macrob.* 1. *Saturn.* 6. a med. Quum populus Romanus pestilenta laboraret, essetque responsum, id accidere, quod dil despicere, anxia urbs fuit, quia non intelligeretur oraculum; evenit, ut Circensium die puer de cœnaculo pompana superne despiceret, et patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita videret. — c) Passive. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 23. Area ita constituenda est, ut a domino despici possit. — d) Passive impersonaliter. *Cæs.* 7. *B. G.* 36. Omnibus ejus jugi collibus occupatis, qua despici poterat, horribilem speciem præbebat. *Liv.* 44. 6. Rupes ita abscisæ, ut despici vir possit. Similiter *Ammian.* 19. 5. 4. Turris fuit in sublimitatem eiusurgens, sub qua hababant rupes abscisæ, ut despici sine vertigine horrenda non posset. — e) Absolute. *Plin. 35. Hist. nat.* 8. 34. (36). Formare vultus respicientes, suspicentes vel despicientes. — A nonnullis sumitur pro simplici aspicio apud *Sueton. Ver.* 19. Tanta oborta caligo est, ut despicer non possit. At plerique rectius leg. despicere.

II.) Translate. ¶ 1. Est contemnere, spernere; nam qui alium contemnit, videtur quodammodo infra se positum aspicer. *Cic. Amic.* 23. 86. Despicere divitias. *Id.* 3. *Fin.* 8. 29. Omnia, quæ cadere in hominem possint, despiceret ac pro nihilo putare. *Id. Rosc. Am.* 46. 135. Ut omnes despiciat, ut hominem præ se neminem putet. *Id. fragm.* apud *Ven.* p. 436. 27. *Merc.* Contemnere, despicer, ac pro nihilo habere aliquem. V. CONTEMNO. *Cæs.* 3. *B. G.* 2. Legionem compluribus absentibus, propter paucitatem, despiciebant. *Id.* 1. *ibid.* 13. Despicere altos. *Id.* 3. *B. C.* 111. paucitatem militum. *Id. ibid.* 8. in fin. Ipse gravissima hicme in navibus excubabat, neque ultum labore aut nimus despiciens, etc. h. e. respuens, recusans. *Virg.* 8. *Ecl.* 32. dum despicias omnes. *Ovid. 9. Met.* 438. propter amara senectæ Pondera despicitur. *Id.* 5. *Fast.* 642. Tunc etiam pecori despiciendus eram. — Hinc Part. præs. Despicere cum Genitivo apud *Cic.* 2. *Orat.* 80. 363. Nemio unquam tam sui despiciens fuit, qui despiceret etc. — Et Part. præter. pass. *Cic. Pis.* 41. 99. Abiectus, contemptus, despactus ab omnibus. *Iu. Sext.* 40. 87. Despecti et contempti. V. *Hain.* aī h. l. *Nepos Thrasib.* 2. Et huic despecto saluti fuit. Poetice cum Genitivo. *Sil. It.* 8. 54. Despectus tandem regni se impenit *Hiæbas*. ¶ 2. Singulare significacione ponitur pro attentum non esse. *Virg.* *Cic. Rosc. Am.* 8. 22. Quum tam multi operationes ejus observent, tempusque sorbens, t. c. simul atque ille despicerit, aliquid hujusmodi moliantur. h. e. alio demittat oculus et attenus non sit. *Forcellinus* huc retulit etiam illud *Nepot.* *It.* 6. Honore sult contentus, rei familiaris despevit fructum. At hic locus ad paragr. propter superiorum commode reserri potest. — Hinc Part. præter. pass. ejus exempla superius attulimus,

Despectus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. Despectior et Sup. Despectissimus. *Cic.* 5. *Verr.* 41. 98. Ne contemptissimi ac despectissimi esse videamur. At recentiores Zunptum sequenti pro despectissimi leg. despectissimi. *Boeth.* 3. pros. 4. Quos pluribus ostendat despectiores, potius dignitas improbos facit.

DESPICOR, èris, ètus sum, ari, dep. 1. intensivum a despicio. — Part. Despicatus. — Despicor est valde despicio; sed occurrit translate tantum pro valde contumuo. — a) Active. *Q. Pompej.* apud *Priscian.* 8. p. 793. *Putsch.* Me miseric, quoniam nille feminæ despiciari ausa sunt. *Aurel. Vict. Fir.*

1.) Proprie usurpatur — a) Sine Accusativo, sed

*illistr.* 23. Primo ut deos venerati: deinde et homines despiciati, interficere. — b) Passive (*Cf. Priscian. p. 791. Putsch.*) occurrit Part. prater.

*Despicatus*, a, *wan*, quod et adjective usurpatur, unde *Sup. Despicatissimus*: et est contemptus. *Plaut. Cas.* 2. 2. 15. *Me habet pessimi despicatam modis.* *Ter. Eun.* 2. 3. 92. Quæ nos nostramque adolescentiam habent despicatam. *Cic. Sext.* 16. 26. *Cessi tribuni plebis despicatissimi homini furor.* *V. Halm.* ad h. l. *Id. 5. Verr.* 41. 98. Ut magistratus nostris in obtinendo jure nostro ne contemptissimi ac despicatissimi esse videamur. Ita legit *Zumptius; Orelbus* vero *despectissimi*.

*DESPICUS*, a, um, adject. intentus, contemplans: ut *prospicere*, *prospicere*, providus. *Nœvius apud Non.* p. 155. 26. *Merc.* Sibi *prospica ac despica Al. leg.* Tibi *prospica ac despica*, h. e. tibi *prospice ac despice*. Et quod apud *Paul. Diac.* babetur: *Prospicere*, *prospice*: corrigunt *prospica*, *prospice*: ut sit utrumque verbum imperativi modi a *despico* pro *despicio*, et *prospico* pro *prospicio*.

*DESPINO*, as, are, a. 1. per dorsi spinam dissecō. *Pelagon.* p. 34. c. 25. Occidis pullum et cito illum despinas. *Vulgat.* libri habent despicas; atque hinc nonnulli putaverunt legendum depilas. Sed quum in simili loco *Hippastr.* p. 76. c. 23. legatur: "Οὐαὶ σαῖς καὶ τὸν δέοντα πάχιον εἰς τούτην τὴν περιπολίαν, λεγένδουμνος δεσπινάς. Βιδερίν ταῦτα ερυθίται."

*DESPLENDESCO*, escis, escræ, n. 3. (de et splendesco) splendere desino, splendorem amitto. *Pau-*lin. *Nolan. Ep.* 39.

*DESPOLIABULUM*, i, n. 2. locus ad despoliandum aptus. *V. DESIDLABULUM.*

*DESPÖLIATIÖ*, ônis, f. 3. actus despoliandi. *Tertull. Resurr. carn.* 7. ex *D. Paulo Coloss.* 2. Hinc et Apostolus circumseptionem, despilationem carnis appellans. *Add. Cod. Theod.* 9. 17. 6.

*DESPÖLIATOR*, ôris, m. 3. qui despoliat. *Plaut. Trin.* 2. 1. 14. Avarus, elegans, despoliator. *Add. Cod. Theod.* 16. 2. 28.

*DESPÖLIATUS*, a, um. *V. voc. seq.*

*DESPÖLIO*, as, âvi, ônum, are, a. 1. (de et spoliio). *Despoliari* deponens forma pro despoliare a vetustissimi olim fuisse usurpatum, testatur *Caper* apud *Priscian.* 8. p. 797. *Putsch.* Sic *Afranius* apud *Non.* p. 480. 13. *Merc.* Quos impune depopulatur, et despoliatur dedecus. — Part. *Despoliatus* et *Despolianda*: L. — *Despolio* est idem ac spolio.

L) Proprie. *Plaut. Men.* 5. 2. 53. *Me despoliat, mea ornamenta clam me ad meretrices degredit.* *Id. Mil. glor.* 4. 2. 47. *Despoliare digitos suis.* *Id. Asin.* 1. 3. 52. *Aliam nunc mihi orationem despoliato praedicas.* *Id. Epid.* 1. 1. 85. *Despoliare dorsum virginis.* *Alii melius depolare leg.* *Ter. Andr.* 4. 5. 21. ipsam. *Cœs.* 2. *B. G.* 31. se arnis. *Cic.* 5. *Verr.* 21. 54. *Dux isti ad despoliandum Diana teroplum fuit.* *Id. 7. Att.* 9. 11. *Vulneratus et despoliatus est.* *Id. 14. Fam.* 2. 3. *Illud doleo, quæ impensa facienda est, in ejus partem te nuscrum et despoliatum venire.*

II) Figurate. *Cœs.* 5. *B. G.* 6. *Ut Gallia omni nobilitate despoliaretur.* h. e. omnes viri nobiles e Gallia abducuntur. *Liv.* 45. 36. *Indignum facinus esse,* L. *Paulum, tanti belli victorem, despoliari triumpho.*

*DESPONDEO*, des, di, sum, dere, a. 2. (de et spendeo). Alterum præteritum *despondi* legitur apud *Plaut. Trin.* 3. 1. 2. et *Truc.* 4. 3. 51. — Part. *Despondens* I. 1. et 2. — *Despondere* est promittere, polliceri (It. *promettere, accordare*; Fr. *promettre, accorder*; Hisp. *prometer, asegurar, acordar*; Germ. *etwas von sich losgebend zusagen, versprechen*; Angl. *to promise*).

L) Proprie. *1. Generatim. Cic. 11. Att. 6. 6.* Lentulus Hortensii domum sibi, et Cæsaris hortos et Bajas desponderat. *Id. 1. ibid.* 16. 8. Desponsam hemini jam Syriam ademi. *Id. 13. ibid.* 12. Nunc illam τελῶν αὐταῖς Brutu, ut tibi placuit, despondimus. *Liv.* 4. 13. Plebem trahere consularium favore ac spe desponentem. *Id. 26. 37.* Despondeo imperium Orientis Romanis. *Lucan.* 7. 758. sibi Tarpejas vicit desponderat arcis. *2. Speciatim* adhucitur in causa nuptiarum, — a) Quum pueriam pater in uterum alicui promittit; et vicissim quum adolescentis pater acceptat conditionem propositam; et pro filio spondet, pueram ab eo du-

cium iri. Neque enim semper est verum, quod docet *Donatus ad Ter. Andr.* 1. 1. 75. et *Adelph.* 4. 7. 17. spondere dici patrem pueræ, a quo illa petitur, despondere patrem adolescentis, qui petit: tametsi hac ratione a *Terentio* utroque loco adhibetur. Nam contra *Plaut.* patri pueræ tribuit *Poen.* 5. 6. 2. Tuam mihi desponde filiam. *Id. Cist.* 2. 3. 57. Alcesimarechbo filiam suam despondit in divitias maximas. *Varro* 6. *L. L.* 70. *Müll.* Qui spoderat filiam, despondisse dicebatur, quod de sponte ejus idest voluntate exierat. *Ovid. 9. Met.* 714. Cum pater, Iphi, tibi flavam despondet Ianthe. *Cic. 1. Att.* 3. Tulliam C. Pisoni L. F. Frugi despondimus. *Id. 2. ad Q. fr.* 5. Tulliam nostram Crassipedri pridie Nonas Aprilis esse desponsam. *Al. leg.* desponsatum, sed minus recte. Ceterum *Plaut. Trin.* 5. 2. 9. Despondit sororem in tam fortè familiam. Add. eund. *Aulul.* 2. 2. 28., *Circ.* 5. 2. 63., *Poen.* 5. 3. 37., *Rud.* 4. 8. 5. et *Truc.* 4. 3. 51.; *Ter. Heaut.* 4. 5. 36.; *Hecyr.* 1. 2. 49. et *Phorm.* 5. 7. 32.; *Cic. 1. Orat.* 56. 239. et *Claud.* 64. 179.; et *Liv.* 1. 26. et 39., et 26. 50. — Huc perficit et illud *Vellej.* 2. 79. *Cæsar*, despondente ei Nerone, cui ante nupta fuerat, Liviam, duxit uxorem. — Passive impersonaliter. *Ter. Andr.* 5. 6. 16. Ne' expectetis, dum erant hic: intus despondebitur, intus transigetur. — b) Ipse quoque uxori, qui dicit *despondere* dicitur. *Cælius* apud *Cic. 8. Fam.* 7. *Cornificius* adolescentis Orestillæ filiam sibi despondit. — c) Joculariter de re *Cic. 1. Att.* 10. 4. *Bibliothecam* cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris.

II.) Translate. *1. Ponitur pro destinare, devovere. Cic. 12. Fam.* 9. *Erigua spes est reipublicæ: sed quæcumque est, ea despondetur anno consulatus tui.* *Id. Harusp. resp.* 3. 6. *Cui me præripere desponsam jam et destinatam laudem, valde est iniquum.* *Val. Flacc.* 7. 509. *meritis perjuria pœnis Despondet.* h. e. destinat poenas perjuris, spondet se poenas perjuriorum exacturum. *2. Speciatim* — a) *Despondere animum vel animos* est spem omnem abjecere, et desperatione rerum omnium mori decernere. Est autem dictum, inquit *Varro* 6. *L. L.* 70. *Müll.* eo modo, quo *despondere filiam*: quis quemadmodum qui filiam alteri uxori promittit, sine in statuit sua sponte, seu voluntatis, hoc est omnem de filia voluntatem et curam deponit et in sponsum transfert; ita qui despondet animum, omnem depositum spem curamque sui. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 62. Nisi tu illi sers suppetias, jam illa animum despondit. *Add. eund.* 1. 1. 6. et *Merc.* 3. 4. 29. *Varro* 3. *R. R.* 16. 15. Ita uti quum parum sit qua compleant, eas (apes) coagustent, ne in vasto loco et inani despondeant animum. *Liv.* 3. 38. Nec ipsi soium desponderant animos, sed contemni cœpti erant a finitimis. *Add. eund.* 31. 22. — b) *Et despondere absolute eodem sensu.* *Colum.* 8. *R. R.* 10. 1. *Turdi caveis clausi plurimi despondent.* — c) Similiter *despondere sapientiam* est desperare se consequi posse sapientiam. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 11. Quæ probabilis ratio, in socratiam compelli, quia despondoris sapientiam? — NB. Nonnulli *despondere animo* exponunt promittere, polliceri in illo. *Liv.* 28. 38. Despondebantque animis, id bellum, quod instaret, P. Cornelium finitum. *Al. leg.* spondebantque.

*DESPONSATIO*, ônis, f. 3. actus sponsandi. *Tertull. Virg. veland.* 11. Si autem ad desponsationem velantur. *Vulgat. interpr.* *Caotic.* 3. 11. In diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsationis illius. et *Jerem.* 2. 2. Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam et charitatem desponsationis tuae.

*DESPONSATUS*, *V. DESPONSO* et *DESPON-*DEO.

*DESPONSIO*, ônis, f. 3. *Desponsio animi et desponsio absolute* apud *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 18. est desperatio. *V. DESPONDEO.*

*DESPONSO*, as, ônum, are, a. 1. frequentat. a despondeo. Part. *Desponsatus.* — Desponso est idem fere ac despondeo. *Plaut. Trin.* 5. 2. 32. Filiam meam tibi desponsatam esse audio. *Sueton. Cœs.* 1. Cossatia prætextato desponsata fuerat. *Add. eund.* *Claud.* 27. *Aurel. Vict. Orig. Gent. Rom.* 13. Filia jam ante desponsata Turno fuerat. *Ambros.* in *Luc.* 10. 21. In prima ætate desponsatam viro justo.

*DESPONSOR*, ôris, m. 3. qui despondet. Agnoscurat, ut Latina vox, a *Varron.* 6. *L. L.* 69. *Müll.*

*DESPONSUS*, a, um. *V. DESPONDEO.*

*DESPRETUS*, *V. DESPERNO.*

*DESPUMATIO*, ônis, f. 3. despumandi actus. *Tertull. Car. Christ.* 19. Despumatione ruitatum (semen) in coagulum sanguinis feminæ.

*DESPUMATUS*, a, um. *V. voc. seq.*

*DESPUMO*, as, âvi, ônum, are, (de et spumo). Legitur et dispumo in multis libris, nihil mutata significazione aut usu, tum locis inferioris allatis, tum apud *Pallad.* 8. *R. R.* 7.: sed rectius despumo scribitur. — Part. *Despumans* sub *A.* 1. 2. et *B.* 1.; *Despumatus* sub *A.* 1. 1. et *B.* 2. — *Despumare* occurrit *A)* Active, et *B)* Neutrorum more.

*A) Active.*

*1) Proprie.* ¶ 1. Est spumam adimere, extrahere. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 5. *Mel Atticum* ter infervere facito, et toties despumato. Sic *Cels.* 3. 6. a med. Despumatum mel. *Plin. 9. Hist. nat.* 38. 62. (134). Despumatis subinde carnibus. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. 10. Aliqui aquam salsam, quam cœperit undare calfacta, despumant. *Virg. 1. G.* 296. Et foliis undam, trepidi despumat abeo. Et poetice, latiori significatione pro coquere, *Val. Flacc.* 8. 254. Pars verubus, pars ingenii despumat (animalia venatu capita) abeo. ¶ 2. Item effundere et quasi spumando emittere. *Claudian. Cons. Prob. et Olyb.* 53. quantas per Lydia culta Despumat rutilus dives Patetolus arenas. Similiter, neutrorum more, *Lucan.* 6. 506. de *luna incantata*. Donec suppositas propior despumet in herbas. — Et figurate *Vulgat. interpr.* *Ep. Jude* 13. *Fluctus seru maris despumantes suas confusiones.*

*II) Translate.* ¶ 1. Ponitur pro stomacho concoquere. *Pers.* 3. 3. *Stertius*, indomum quod despumare Falernum Sufficiat. ¶ 2. Item lavigare, polire, detergere, fricare. *Vitriv.* 7. 4. 5. *Schneid.* Summo librimento cote despumato redditur species nigri pavimenti. *Plin. 36. Hist. nat.* 25. 62. (187). Pavimentum diligenter cole despumare. ¶ 3. Despumari dicuntur equi, quibus sanguis detrahitur, apud *Veget.* 1. *Veterin.* 22. 11. Despumatur autem tertio gradu a dentibus caninis. *Id.* 3. *ibid.* 28. 4. Sanguinem non detrahas, nisi forte de palato despumes. *Add. eund.* 3. *ibid.* 6. 7. et 34. 2.

*B) Neutra significatione.*

1) Proprie est spumas deponere, purgari atque adeo decrescere. *Pallad.* 11. *R. R.* 18. Desfrutum a deservendo dictum, ubi ad spissitudinem fortiter despumaverit. *Pelagon.* 21. 1. Mel despumans.

II) Translate despumare dicitur, qui effervescente desicit. *Seneca* 2. *Ira* 20. Ut minuantur, non ut consumatur calor, ominusque illæ fervor despumet. *Id. Ep.* 68. *ad fin.* Hæc siæ optime facit ad hæc studia: jam despumavit. *Id. Ep.* 99. *ad fin.* Quum aliquid lacrimarum affectus effuderit, et, ut ita dicam, despumaverit. Sic *Hieronym.* 1. in *Jovinian.* n. 33. Si enim illas (viduas) sera pudicitia post despumatas corporis voluptates erigit contra maritatas, eur non infra perclusam castitatem esse se noverint?

*DESPÜO*, spñs, spñi, spöere, 3. (de et spuo). Part. *Despuens* et *Despuendus* II. — *Despuo* (quod usurpat modo neutrorum more, modo cum Accusativo) est idem quod spoo, vel deversum spoo, exscre (It. *sputare*; Fr. *cracher*; Hisp. *escupir*; Germ. *ausspeien*; Angl. *to spit*, *spit down upon*).

I) Proprie. — a) *Generatim.* *Nœvius apud Gell.* 2. 19. Si unquam quirquam filium recivero argentum amoris causa sumisse matutum, etenim illo te ducam, ubi non despues. h. e. sub furcam, ubi obstrictis fauces, et verberibus ad necem cæsus, ne respirare quidem poteris, nedum spuere; vel in pistrinum, ubi, tamquam mula, capistratus despue non possis. *Liv.* 5. 4. *Sacellum*, ubi nuns despui religio est. — b) *Speciatim* ac sèpius de eo dicitur, qui veteri superstitione despuebat ad mala avertenda. *Varro* 1. *R. R.* 2. 27. Ille ter novies cantare jubet, terram tangere, despue, jejunum cantare. *Tibull.* 1. 5. 54. Despuit in molles et sibi quisque sinus. scilicet ad avertendas fascinationes, et contagia regerenda: quod veteri superstitione ter facere solebant, cum vellet quidquid amoliri, deprecari, abominari. *Plin. 28. Hist. nat.* 4. 7. (35). Despuimus comitiales morbos, hoc est contagia regerimus: similiter modo et fascinationes repellerimus.

dextræque clauditatis occursum. Veniam quoque a deis spei alicujus audacioris petimus, in sinum spuendo. Etiam eadem ratione, terna despuestra praedicatione, in omni medicina mos est, atque ita effectus adjuvare. Adde eundem. 10. *ibid.* 23. 33. (69). et *F. INSPUO*. — Hinc

II.) Translate ponitur pro aspernari. *Plaut. Asin.* 1. 1. 26. Teque obsecro hercle, ut, quæ locutus, despicias. *Catull.* 50. 18. precesque nostras, Oramus, cave, despicias, ocella. h. e. despicias, improbes. *Seneca Ep.* 104. extr. Despuendæ sunt voluptates, spennadas opes. h. e. contemnendæ. *Pers.* 4. 35. Despuere in mores. *Cloud. Mamert.* 2. *Stat. an.* 9. a med. Qui viridis ævi, maturus animi, terræ despues, cæli appetens, humilis spiritu, arduus merito etc.

**DESPUTAMENTUM**, i, n. 2. sputum. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 6. Scintillantis olei desputamento mari- tum succedit.

**DESPUTUM**, i, n. 2. sputum. *Cæl. Aurel.* 3. *Auct.* 20. Desputa subbalda.

**DESQUAMATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DESQUAMO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (de et squama). Part. *Desquamatus* etiam in fin. — Desquamo est squamis exuo; et occurrit. ¶ 1. Stricto sensu de piscibus. *Plaut. Aulul.* 2. 9. 1. Desquama pisces. ¶ 2. Latiore sensu dicitur de arboribus et aliis rebus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (227). Subarator imprudens luxavit radices vitis, corpusve desquamavit. *Id.* 23. *ibid.* 7. 70. (134). Summo cortice desquamato. *Id.* 25. *ibid.* 8. 54. (97). Aristolochiae desquamato terreno servantur. h. e. derasa et abster- sa terra, qua involuta sunt. *Id.* 35. *ibid.* 17. 57. (198). Primum abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur Cimolia. *Lucilius apud Non.* p. 95. 15. *Merc.* Rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor. — Hinc a Part. præter. poss., cuius superius exempla retulimus,

*Desquamata*, örüm, n. plur. 2. absolute, sub- stantivorum more, apud Medicos in corpore dicuntur loca, ubi injuria aliquæ est perstricta cutis et in squama modum avulsa. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 68. (139). Sitanus panis desquamata cum melle aptissime curat. *Id.* 24. *ibid.* 11. 55. (93). Rhus medetur percussis, lividis, desquamatis. Adde eundem. 28. *ibid.* 4. 13. (52). *Dioscorid.* 1. 2. c. 82. hac vocat æno- squalata.

**DESTERNO**, sternis, stravi, sternere, a. 3. (de et sterno) stragulum equi, vel ephippia detrahere, ephippiis spoliare. *Vulgal. interpr.* *Genes.* 24. 32. Et introduxit eum in hospitium: ac destravit camelos, de- ditique paleas et fonsum. *V. DESTERNO*.

**DESTERTO**, tis, tui, tere, n. 3. (de et sterto) stertere desino. *Pers.* 6. 10. Postquam destertuit esse Mæonides Quintus pavone ex Pythagoreo. h. e. cessavit somniare, se esse Mæonidem, etc.

**DESTICO** as, are, n. 1. est sonum edere, quale edunt sorices. *Auct. carm. Philom.* 62. Et grillus grillat, desticat inde sorex. *Al. leg.* disticat.

**DESTILLATIO**, önis, f. 3. actus deorsum stillandi: sed occurrit speciatim tantum in re medica, et est refluxio humoris a capite in fauces, in naribus, in pulmones, stomachum, ventrem, etc. Quare rectius per se scribitur, qua præpositione melius, quam di, ut alibi diximus, descensus significatur (It. catarro, flessione; Fr. rhume, catarrhe; Hisp. fluzion, catarro; Germ. der Schnupfen; Engl. rheum, catarrh). *Gels.* 1. 2. Ne modo frigus, modo calor moveat: quæ res gravedines destillationes concitat. Adde eundem. 4. 2. n. 4. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 71. (183). Destillationem narium discutere. *Id.* 22. *ibid.* 13. 15. (35). Destillatio ventris. *Scribon. Compos.* 90. et 93. Destillatio pectoris. *Seneca Ep.* 78. a med. Destillationes et vis continuae tussis ege- res viscerum partes. h. e. tabes. Adde eundem. *Ep.* 120. a med. et *Ep.* 77.

**DESTILLO**, as, ävi, åtum, are, n. 1. (de et stillo). Malunt critici per se scribi, quam per di, quia per de longe aptius deorsum fluendi motus significatur, quod et in DE et alibi adnotavimus. — Part. *Destillans* et *Destillaturus* sub b. — Destillare est stillando destituere, stillatum descendere: et dicitur tum de humore defluente, tum de re ipsa humorem stillatum demittente (It. discendere stillando, distilla- re; Fr. dégoutter, tomber goutte à goutte; Hisp. gotear, caer gota à gota; Germ. herabtrüpfen; Engl. to distil, drop). Occurrit — a) Absolute,

*Cels.* 4. 2. Destillat humor de capite interdum in naribus. *Virg.* 3. *G.* 281. lendum destillat ab inguine virus Hippomanes. *Lucan.* 8. 777. lendum Magnus destillat in ignem h. e. cadaver Magni rogo impositum. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 922. de *Tiberi* fluv. Destillant per pectus aquæ. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 12. Anaxagoras ait illum (ignem) ex aethere destillare. *Vulgat. libri* habent distillari. *Id. Ep.* 78. Succubui, et eo perductus sum, ut ipse destillarem. h. e. liquescerem et *consuetum* consumerem. — b) Cum Ablativo rei, qua quid destillat. *Tibull.* 2. 2. 7. puro destillant tempora nardo. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 31. 36. (198). Destillantibus arboribus odore miræ suavitatis. *Lucan.* 9. 772. destillant inguina tubæ. — c) Cum Accusativo rei, qua quis destillat. *Varro* 5. *L.* 109. *Müll.* Uridum enim quod hu- midum, et inde ubi id non est succus abest; et ideo sudando assumus destillat humorem. *Müll.* ita conje- cit; Codd. habent calorem vel calore: nimis dubia itaque est lectio. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 19. 21. (82). Ficus senescent in arbore anusque destillant cum- minum lacrimas. *Sillig.* ita legit ex optimis Codd.; *Harduin.* edidit *gummum lacrima*. *Vulgat. in- terpr.* *Cant.* 5. 13. Lilia destillant myrram. *Ter- full.* 3. *advers.* *Marcion.* 5. Montes destillaturos dulorem. Similiter *Apul.* 4. *Met.* Arreptum me loro ad anasum quandom destinatum cædendo confes- sent. Et *Sidon.* 1. *Ep.* 7. Captus destinatusque per- venit Romam. ¶ 2. Item est statuere, præstituere, præfinire, deliberare, quasi voluntatem suam ad certum aliquod consilium alligando, si tamè translatio est a superiori paragr. ducta. Hac autem significa- tione usurpatur — a) Cum Accusativo personæ, aut rei, quæ præstabilitur. *Liv.* 9. 16. Papirium pa- rem animis Magno Alexandro ducem destinant. *Jus- tin.* 42. 4. 14. Alia sollicitudo miserandum senem invadit, quem ei numero xxx. filiorum in locum Pacori regem destinet. *Sueton. Domit.* 15. Filios etiam tum parvulos successores destinare. *Liv.* 10. 22. Fabius omnium consensu (*consul*) destinaretur. *Tac.* 1. *Ann.* 3. Destinari consules. — Sic destinatus *Cæsar* vel *imperator* idem est ac designatus. *Inscript.* apud *Gruter.* 161. 3. *IMP. SEVERVS AVG. ET ANTONIVS CAES. DESTINATVS.* *Alia* apud *Murat.* 1088. 2. *M. AVRELIVS ANTONIVS CAESAR IMPERATOR DESTINATVS.* *Alia* apud *Orell.* 452. *M. AVRELIO CAES.*, *IMP. DESTINATO*, *IMP. L. SEPTIMII SEVERI PERTINACIS AVG. FILIO RESP.* aq. *Nummus* apud *Eckhel.* *D. N. V. T. 7. p. 200. DESTINATO IMPERATORI.* Cf. *Tac.* 2. *Hist.* 1. Multos destinare, donec unus eligatur. *Liv.* 33. 28. Palam ab suo consituì tremebant interfec- tum: animis autem Zeuxippum auctorem destinabant cædis. Sic *Curt.* 9. 7. extr. Conjectum oculo- rum, quibus ut sur destinabatur, Dioxippus ferro non potuit. *Sueton. Aug.* 8. Cæsare expeditionem in Dacos destinante. *Id. GaB.* 16. Legationem ad prætorianos cum mandatis destinaverunt, displice imperatorem in Hispania factum. *Id. Cæs.* 44. De ampliando imperio plura in dies destinabat. h. e. pa- rabat, moliebatur. *Plin.* 7. *Ep.* 26. Innotiam beatumque destinat vitam. *Id.* 4. *ibid.* 17. Accedit bur- dignitas hominis, atque hic ipse cui destinatus est honor. h. e. consulatus. — Sic in re noctiali locuni haber pro despondere, ut apud *Plin.* 6. *Ep.* 26. Salinatori filiam tuam destinasti. *V. infra Destinatus sub A. b.* — b) Addita per infinitum re, quæ destinatur. *Cæs.* 1. *B. C.* 33. Infectis iis, quæ agere destinaverat. *Liv.* 7. 33. Morte sola vinci destinave- rant animis. Cf. *Id.* 29. 20. Quem juvenem civitos spe destinaverit, Hannibalem et Italia detracturum. *Id.* 24. 2. Urbes direpturas se destinaverant. *Nepos Eumen.* 2. Macedoniam preoccupare. *Phœdr.* 5. *prol.* 1. Quum destinasset operis habere terminum. *Ovid.* 8. *Met.* 157. hunc thalamis removere pudorem. *Juvenal.* 3. 3. vacuis sedem figere Cumis. *Plin.* 5. *Ep.* 8. has retractare. *Quintil.* 5. 1. 3. communis locos tradere. — Ille minime pertinet illud *Tac.* *dipl.* de *orat.* 3. Atque ideo maturare libri hujus editionem destino, ut dimissa priore cura novæ cognitioni toto pectori incumbant. *Uic enim ex optimis Codd. legendum est festino.* — Rursus *Liv.* 6. 8. Sibi destinatum in animo esse, Camillo submittere imperium. *Sueton. Tib.* 13. Destinatum ei (Augusto) erat, nihil super ea re statuere. — c)

Cum addito fine, cui quis aut quid destinatur; et quidem — Per Dativum. *Cæs.* 7. *B. G.* 72. Ne tetra- in nostros operi destinatos conjicere possent. *Cic.* 3.

2. *Ep.* 6. Volo esse paginarum prævious destinator. h. e. cupio litteras meas prior ad to mittere.

**DESTINATUM**, i, n. 2. *V. DESTINO* in fin.

**DESTINATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DESTINO**, as, avi, åtum, are, a. 1. Part. *Desti- nans* 2; *Destinatus* in omnibus paragt. et in fin.; *Destinaturus* 3; *Destinandus* 1. — Ratione habita etymi, destinare, præter præpos. de, videtur conjungendum cum etymo sta, quod inest in v. sisto et sto, et in Gr. ἵσταναι et ἰσταῖναι: fortasse etiam est a de et teneo, inserto s (*V. OBSTINUS*); denique a diversis quoque deduci potest etymis, prout diversis pollet significationibus, quas, nullo propterea proprii et translati sensus discrimine, totidem paragr. complectentur. ¶ 1. Itaque destinare est alligare, vincire, continere; et præcipue locum habet in rebus hydraulicis et nauticis. *Vitriv.* 5. 12. 3. *Schneid.* Arcæ stipitibus robustis et catenis inclusæ in aquâ demittendæ destinandæ firmiter. *Id. ibid. max.* Si autem, propter fluctus, aut impetus aperti pelagi destinata arcæ non potuerint contineri. *Alii tamen rectius legunt destinata arcæ non potuerint continere.* *V. DESTINA.* *Cæs.* 1. *B. C.* 25. Rates ancoris destinabat, ne fluctibus moverentur. *Id. 3. B. G.* 14. Destinat antennas ad matos. *Id. 7. ibid.* 22. falces laqueis. Similiter *Apul.* 4. *Met.* Arreptum me loro ad anasum quandom destinatum cædendo confes- sent. Et *Sidon.* 1. *Ep.* 7. Captus destinatusque per- venit Romam. ¶ 2. Item est statuere, præstituere, præfinire, deliberare, quasi voluntatem suam ad certum aliquod consilium alligando, si tamè translatio est a superiori paragr. ducta. Hac autem significa- tione usurpatur — a) Cum Accusativo personæ, aut rei, quæ præstabilitur. *Liv.* 9. 16. Papirium pa- rem animis Magno Alexandro ducem destinant. *Jus- tin.* 42. 4. 14. Alia sollicitudo miserandum senem invadit, quem ei numero xxx. filiorum in locum Pacori regem destinet. *Sueton. Domit.* 15. Filios etiam tum parvulos successores destinare. *Liv.* 10. 22. Fabius omnium consensu (*consul*) destinaretur. *Tac.* 1. *Ann.* 3. Destinari consules. — Sic destinatus *Cæsar* vel *imperator* idem est ac designatus. *Inscript.* apud *Gruter.* 161. 3. *IMP. SEVERVS AVG. ET ANTONIVS CAES. DESTINATVS.* *Alia* apud *Murat.* 1088. 2. *M. AVRELIVS ANTONIVS CAESAR IMPERATOR DESTINATVS.* *Alia* apud *Orell.* 452. *M. AVRELIO CAES.*, *IMP. DESTINATO*, *IMP. L. SEPTIMII SEVERI PERTINACIS AVG. FILIO RESP.* aq. *Nummus* apud *Eckhel.* *D. N. V. T. 7. p. 200. DESTINATO IMPERATORI.* Cf. *Tac.* 2. *Hist.* 1. Multos destinare, donec unus eligatur. *Liv.* 33. 28. Palam ab suo consituì tremebant interfec- tum: animis autem Zeuxippum auctorem destinabant cædis. Sic *Curt.* 9. 7. extr. Conjectum oculo- rum, quibus ut sur destinabatur, Dioxippus ferro non potuit. *Sueton. Aug.* 8. Cæsare expeditionem in Dacos destinante. *Id. GaB.* 16. Legationem ad prætorianos cum mandatis destinaverunt, displice imperatorem in Hispania factum. *Id. Cæs.* 44. De ampliando imperio plura in dies destinabat. h. e. pa- rabat, moliebatur. *Plin.* 7. *Ep.* 26. Innotiam beatumque destinat vitam. *Id.* 4. *ibid.* 17. Accedit bur- dignitas hominis, atque hic ipse cui destinatus est honor. h. e. consulatus. — Sic in re noctiali locuni haber pro despondere, ut apud *Plin.* 6. *Ep.* 26. Salinatori filiam tuam destinasti. *V. infra Destinatus sub A. b.* — b) Addita per infinitum re, quæ destinatur. *Cæs.* 1. *B. C.* 33. Infectis iis, quæ agere destinaverat. *Liv.* 7. 33. Morte sola vinci destinave- rant animis. Cf. *Id.* 29. 20. Quem juvenem civitos spe destinaverit, Hannibalem et Italia detracturum. *Id.* 24. 2. Urbes direpturas se destinaverant. *Nepos Eumen.* 2. Macedoniam preoccupare. *Phœdr.* 5. *prol.* 1. Quum destinasset operis habere terminum. *Ovid.* 8. *Met.* 157. hunc thalamis removere pudorem. *Juvenal.* 3. 3. vacuis sedem figere Cumis. *Plin.* 5. *Ep.* 8. has retractare. *Quintil.* 5. 1. 3. communis locos tradere. — Ille minime pertinet illud *Tac.* *dipl.* de *orat.* 3. Atque ideo maturare libri hujus editionem destino, ut dimissa priore cura novæ cognitioni toto pectori incumbant. *Uic enim ex optimis Codd. legendum est festino.* — Rursus *Liv.* 6. 8. Sibi destinatum in animo esse, Camillo submittere imperium. *Sueton. Tib.* 13. Destinatum ei (Augusto) erat, nihil super ea re statuere. — c)

*Off.* 10. 45. Quum eorum alteri Dionysius diem nec destinavisset. *Id.* 10. *Fam.* 25. Non est annus hic tibi destinatus. *Ad. Harusp.* resp. 3. 6. Desponsa illi et destinata laus. *Virg.* 2. *Æn.* 129. Composito rumpit vocem et me destinat avia. *Horat.* 2. *Od.* 7. 20. Cados tibi destinatos. *Id.* 2. *Sat.* 3. 83. Destinare Antyciram omnem illis. *Cels.* 3. 4. ante med. Ubi egrum triduo fatigaverat, quartum diem cibo destinabat. *Curt.* 4. 8. Octoginta stadiorum muris ambitum destinat. *Vellej.* 2. 81. Domos publicis usibus destinare. *Liv.* 28. 24. Regnum sibi Hispania destinaverant animis. *Justin.* 20. 1. Omnes Italianam possidentes, hostes sibi destinaverat. *Quintil.* 1. 1. 7. Puer huic spei destinatus. h. e. ut orator evadat. — Per Accusativum et præpos. ad. *Liv.* 33. 37. Tempus et locum destinare ad certamen. *Id.* 2. 54. aliquem ad mortem. *Id.* 32. 48. Consilia destinata ad bellum. *Quintil.* 6. 10. 9. Destinare materiam ad scribendum. — Per Accusativum et præpos. in. *Tac.* 4. *Hist.* 53. Destinatus in aliud. *Anmian.* 29. 6. Destinare noctem proximam in fugam. Cf. *Ulp. Dig.* 5. 1. 1. Legatis, qui in provinciam destinati, revocandi dominum suum jus datur. ¶ 3. Est etiam verbum jaculantum, et significat scopum præstituere, quem petas. *Liv.* 38. 29. Non capita solum hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oris. Et destinata absolute apud *Curt.* 7. 5. sub fin. Adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque exciperet. *Tertull.* 3. advers. *Marcion.* 13. Ex equo, vel de curru, vel de muro hostem destinaturus. Cf. *Curt.* 8. 21. 7. Quem rex ferire destinaverat. — Sic destinare sagittas apud *Aurel.* *Vici.* *Cæsar.* 42. sub fin. est ad scopum certo dirigere. ¶ 4. Item est verbum ementium, et positur pro acquirere, suum facere, constituto pretio, præsertim si arrabho detur: *V. PRÆSTINARE.* *Plaut.* *Epid.* 3. 1. 112. Ædes quoniam destinat? tr. Talentis magnis totidem, quot etc. *Id. Pers.* 4. 4. 114. Qui hanc non properes destinare. *Id. Rud.* prol. 45. Minis triginta sibi puerum destinat, datque arrhabonem et jurejurando alligat. Adde eund. *Pers.* 4. 3. 72.; et *Lucilium* apud *Non.* p. 289. 30. *Mer.* *c.* *Cic.* 7. *Fam.* 23. 3. Quod tibi destinatas trapezophoroni, si te delectat, babelis: sin autem sententiam mutasti, ego habeo scilicet. *Hic* tamen destinare accipi quoque potest eo sensu, quem super. paragr. 2. exposuimus. — Hinc Part. præter pass., cuius et superius exempla retulimus,

*Destinatus*, a, um, adjective quoque usurpatur; et quidam

1) Passiva significatio est definitus, certus, constitutus, propositus. — a) Generalim. *Cic.* 2. *Tusc.* 2. 3. Certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt. *Id.* 5. *ibid.* 22. 63. Ut vadem suum liberaret, præsto fuit ad horam mortis destinatum. *Id.* 4. de republ. 3. Nullam certam aut destinatam legibus disciplinam. *Liv.* 21. 44. Bene dictum omnibus destinatumque in animo. *Id.* 28. 14. Præter opinionem destinatum suorum hostiumque. *Quintil.* 3. 6. 57. Certas destinatae personæ. *Justin.* 8. 3. 11. Destinata supplicia. *Id.* 9. 6. 4. dies letitiae. *Id.* 21. 1. 6. facinus. *Flor.* 2. 18. 12. mors. Adde *Tac.* 15. *Ann.* 63.; et *Justin.* 20. 3. 4. *Plin.* 36. *Hist.* nat. 15. 24. (115). A destinato itinere digredi. — b) Speciatim destinata est eadem, quæ sponsa; *V. Rein's röm. Privatrecht* p. 189. *Sueton.* *Cæs.* 27. Sibique filiam ejus in matrimonium petlit, Fausto Sulla destinatam. *Plin.* 5. *Ep.* 16. 6. Jam destinata erat egregio juveni, jam electus nuptiarum dies, jam nos vocati. — c) Hinc destinatum est certum est. *Plin.* 9. *Ep.* 13. 5. Destinatum est mihi, maritum tuum non in ultum pati. *Cf. eund.* 1. *ibid.* 12. 9. Destinasse Corellium mori-

B) Active quoque occurrit. *Catull.* 8. 19. At tu, Catulle, destinatus obdura, h. e. promptus et certo obsequaturus. — Hinc

*Destinatum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, pro re destinata. *Liv.* 38. 26. sub fin. Quo destores erant, hoc plura, velut destinatum potenteribus, vulnera accipiebant. *Curt.* 3. 8. extr. Destinata salubriter, omni ratione potentior fortuna discutit. Adde eund. 7. 5. sub fin., quem locum sub 3, superius attulimus. — Sic ex destinato est ex deliboratione, dedita opera, consulto. *Sueton.* *Cat.* 43. Res bellicas semel attigit, neque ex destinato, sed etc. *Seneca* 1. *Clem.* 6. Peccavimus omnes, alii ex destinato, alii forte impulsi. Adde eund. 6. *Benef.* 10. extr.

mens cum destituit. *Id.* 4. 5. 29. Primas spes fortuna destituit. *Cokum.* 4. *R. R.* 24. 12. Palmæ submittentur, quæ nec spem vindemias destituant. *Vellej.* 2. 69. Quos prorior fortuna destituit. *Plin.* 8. *Ep.* 3. Erexí expectationem tuam, quam vereor ne destitutat oratio in manus sumpta. *Auson.* *Technopœgn.* de deis 13. Et numquam in dubiis hominem bona destituens spes. — Et omissio Accusativo. *Liv.* 1. 41. Simul, si spes destitut, alia presidia molitur. *Tibull.* 1. 1. 9. Nec spes destitut. Cf. *Liv.* 31. 7. Qui, si imperio nostro fidus est, et iter et comitatus et omnia, quæ in longo itinere exercitum alunt juvantque, nobis suppeditabit. Si is destitut, nihil per Thraciam sat satum habebis. — c) Cum Ablativo, addita etiam præpos. ab, occurrit præcipue Part. præter. pass. *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 3. 8. Quorum ego consilis, promissis, preceptis destitutus, in banc calamitatem incidi. *Curt.* 8. 6. Tanta spe destituti, domos abeunt. *Quintil.* 12. 1. 30. Destitutus lenociniis. *Id.* 12. 3. 10. scientia juris. *Justin.* 32. 1. 1. omni auxilio. *Id.* 5. 4. 6. Quibus rebus destitutus. *Liv.* 31. 24. et *Curt.* 4. 3. A spe destitutus. *Liv.* 40. 47. ab unica spe auxili. *Curt.* 4. 14. 20. ab ingenti spe. *Sueton.* *Ner.* 10. a re familiari. — d) Et destitutus absolute. *Cic.* *Quinct.* 16. 51. Viri boni, quum palam fraudontur, timide tamen istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, sæpe illos ac destituti. V. DESTITUTIO. *Sueton.* *Galb.* 11. Consernatus destitutoque similis, non multum absunt, qui vita renunciaret. *Justin.* 26. 2. 10. Antigonus, transitione militum destitutus, regnum Macedoniae cum exercitu amittit.

DESTITUTIO, ônis, f. 3. actus destituendi, derelictio. ¶ 1. Generatim. *Sueton.* *Domit.* 14. Ephoroditum condemnavit, quod post destitutionem, Nero, in adipiscenda morte, manu ejus adjutus existimatetur. h. e. postquam omnes Neronem destituerant, et contra eum defecerant. *Porc.* *Latro in Catil.* 24. Non conseruerat animus prima destitutione fortune refrigerescere. ¶ 2. Speciatim dicitur cum non præstatur promissi fides, maxime in pecunia. *Cic.* *Quinct.* 26. 71. Capit consilium, ut pecuniam judicibus pollicetur, deinde eam postea supponat, ut destitutione iratos Oppianico redderet. *Id.* *Quinct.* 5. 20. Destitutione illa percussus *Nævius*, etc.

DESTITUTOR, ôris, m. 3. qui destitut. *Auct.* *Priap.* 83. 14. Vale, nefande destitutor inquinum. *Adde Tertull.* 2. *Nation.* 18.

DESTITUTUS, a, um. V. DESTITUO.

DESTOMACHOR, ôris, ari, dep. 1. valde stomachor; est *Donali* ad *Ter.* *Andr.* 5. 3. 15.

DESTRANGULÙ, as, are, a. 1. (de et strangulo) idem quod strangulo. Occurrat Part. *Destrangulus*, et quidem translate apud *Porc.* *Latron.* *Declam.* in *Catil.* 24. Destrangulandam penitus rempul. ac tollendam cogitavit.

DESTRICTE, adverb. Comp. *Destriccius*. — Destrictè occurrit figurate tantum, et est opere, omnino; Itali nunc dicunt a spada tratta, quod seilicet militibus ductum est, qui pugnaturi contra hostem gladium destringunt. *Cloud.* *Imp.* in tabula ænea *Lugdun.* apud *Gruter.* p. 502. col. 2. *lin.* 31. Sed destrictè jam romate Gallia cause agenda est. *Tertull.* 1. *advers.* *Marcion.* 3. Veritas Christiana destrictè pronunciat, Deus si non unus est, non est. *Ulp. Dig.* 3. 3. 13. Ille non passim admittenda sunt, neque destrictè deneganda. *Vet. Scholast.* ad *Cic. Sext.* 29. ab *A. Mai.* editus in *Class.* *Auct.* *T. 2.* p. 144. Cujus (*Cæsaris*) actionibus Cato nec adversari destrictus volebat. — Ceteram alii ubique legunt destrictè et districtius, quæ sane lectio præferenda est.

DESTRUCTIVUS, a, um, adjct. vim habens destringendi, discutiendi, purgandi. *Cæl.* *Aurel.* 2. *Acut.* 29. Cucurbita cum scarificatione est genus adiutorii destrictivum.

DESTRICHTUS, a, um. V. DESTRINGO.

DESTRIGMENTUM, i, n. 2. idem quod strigmentum, seu ramentum. *Plin.* 20. *Hist.* nat. 3. 8. (17). Destrigmentis, vel his impositis, vel seminibus. Alii leg. de strigimentis dirisim, et quidem reclusi.

DESTRINGO, stringis, strinx, strictem, strigere, a. 3. (de et stringo). In multis ex inferis allatis exemplis, ut et adnotabitur, aliis leg. distringo. Verum quoties detrahendi ratio aliqua significatur, reetus per de: quum stringendi, distincti, distracti, diecti, etc., per di scribelur. — Part. *Destringens* 1. 1.

b.; *Destrictus* in omnibus parag.; *Destringendus* I. 1. a. — *Destringere* est stringendo detrahere, decerpere, avellere, auferre (It. *stringendo spiccare, strappare, staccare, sveltere, tor via;* Fr. *tirer avec frottement un objet d'un lieu, détacher;* Hisp. *desatar, coger;* Germ. *etwas abziehen, abstreifen;* Engl. *to strip, rub, or pull off, scrape or pare off, pluck, snatch, tear off, take from, diminish.*)

I.) Proprie. ¶ 1. *Stricto sensu.* — a) Generatim, ac praecipue de plantis. *Cato R. R.* 37. sub fin. *Destringere* avenam. *Colum. 12 A. R.* 50. 1. *Olivam manu destringere.* *Id.* 11. *ibid.* 2. 83. *Tum et olea destringenda.* *Id.* 4. *ibid.* 24. 6. *Muscum destringere et eradere.* *Id.* 12. *ibid.* 47. 3. *Semina fœnicii et lontisci desticta et purgata in ureculo habeto.* *Id.* *ibid.* 52. 8. *Desticta bacca.* h. e. *lecta.* *Ovid. de nuce* 135. *Si licet hoc, oleas destringit, credite messes.* *Quintil. 12. 6. 2.* *Destringere frondem.* *Id.* 12. *Declam.* 26. *Desticti ramis cibi.* *Lukan.* 4. 317. *Destringere ramos.* *Grat. Cyneq.* 119. *Tenero destictas cortice virgas.* *Martial.* 12. 29. *Destringere medios lectos mensarumque pedes.* h. e. *oburneas vel argenteas lectorum mensarumque laminas abradere.* V. *integrum Epigr.* — b) Speciatim *destringere* est strigili radere, defricare; quod in balineis habebat post unctionem. *Plin. 3. Ep.* 5. a med. *Dum destringunt tergeturque, audiebat aliquid, aut dictabat.* *Martial.* 14. 51. cui lemma *Strigiles.* *Pergamus has misit corvo destringere ferro:* Non iam sepe teret linea fullo tibi. *Plin. 34. Hist. nat.* 8. 19. (55). *de Polycleto.* *fecit et destringentem, et ibid. (62). de Lysippo.* *fecit et destringentem se.* *Alii leg. distringentem.* V. *APOXYOMENOS.* — c) *Hinc ponitur etiam pro extergere.* *Plin. 32. Hist. nat.* 9. 31. (96). *Horum jus traditur alium evinanire, interanea destringere, omnia adaperire, tenes purgare, etc.* — d) *Sæpius occurrit destringere ensim, gladium, etc. hoc est et vagina educere: vel, si malis, vaginam gladio detrahere.* Cic. 3. *Off.* 31. 112. *Confestim gladium destrinxit, juravitque etc.* Ita *Eruditi plerique Græv.* et *Gronov.* *utique hic, Heins. ad Ovid., Drackenb. ad Sil. It., Bentlej. ad Horat. etc.* Alii, qui expoununt, pugno gladium valde strincte, malunt scribi *distringere.* Sic *Liv.* 27. 13. *Destictis gladiis discinetos destruxit.* Similiter *Cass. 1. B. G.* 25. et 7. *ibid.* 12. 1. B. C. 46. et 47. et 75.; *Cic. Sext.* 35. 76. (ubi V. *Halm.*) et *Sueton. Cal.* 56. *Destringere gladium.* *Horat. 3. Od.* 1. 17. *Destixtus ensis cui super impia Cervice pendet.* *Aude eundem.* 2. *Sat.* 1. 41.; et *Ovid. 2. Fast.* 99. et alibi. *Liv.* 8. 7. *Destringere securum.* ¶ 2. *Latiior sensu ponitur pro leviter perstringere aliquem abradere.* Sic apud *Ovid. 4. Met.* 361. *destringere aquora alijs dicuntur aves, quæ aquis super volitantes, adeo pennis perstringunt, ut contingant plausu particulam dissilire faciant.* Similiter *Id.* 8. *Met.* 382. *sumnum destrinxit arundo Corpus.* h. e. *leviter ferit.* et 10. *ibid.* 526. *Inscius extanti destrinxit arundine pectus.* — Similiter *destictum vulnus* est leve et sumnum tantum cutem perstringens aliquem abradens. *Ovid. Heroid.* 16. 275. *Non mea sunt summa leviter destricta sagitta Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.* Eodem sensu *Grat. Cyneq.* 364. *desticto levis est in vulnera nostra.* Abi scribunt per di. ¶ 3. *Forcellinus* accept *destringere* et pro deorsum, vel ab inferiore parte stringere; assertque illud *Senec. Ep.* 101. ad fin. *Patibulo pendere destictum.* Item illud *Phaedr.* 2. 5. *Tunica ab humeris lanteo Pelusio destricta.* *Destictus* tamen in his legendum videtur: inest enim distractiendi et stringendi significatio.

II.) Translate. *Plin. Paneg.* 37. *Quanto cum dolore latiri essent homines, destringi aliquid et abridi bonis, quæ etc. h. e. detrahi, auferri.* Similiter *Ful. Flacc.* 7. 330. *Et quæ sanguineum lunæ destrinxit ab ira.* h. e. *abstulit, derasit, detrxxit.* Cf. *Paulin. Nolan. Ep.* 36. *Destictus humor.* h. e. *ablatus, adeoque arefactus.* — Et metaphoræ sumptuæ destrinendo gladio, *Seneca* 2. *Ira* 10. In singulos severitas imperatoris destringitur. h. e. *exseritur, adhibetur.* — Item metaphoræ sumptuæ, ut violetar, a superiori parag. 2. *Orid.* 2. *Trist.* 563. *Non ego morandi destrincti carinæ quemquam.* h. e. *prestrinxii, lesi.* *Phædr.* 1. 29. *Contumelia destringere aliquem.* Id. 4. 6. *Destringere scripta alijrus.* h. e. *notare, Italice criticare.* Eodem sensu *destictus nota est*

notatus apud *Ovid. 2. Trist.* 466. de *Propriet.* *Destictus minima nec tamen ille nota est.*

### DESTRICTIBILIS, e, et

*Lactant.* de *ira Dei* 23. 28. *Destrectibilia sunt omnia, quæ manu fluit.* *Al. leg. destrictilia.* *Prudent.* 10. *tragi aedp.* 346. *Eadem sibi ipse mente in hominis condidit, Solvi incapacem, posse nec destruibilem.* *Al. per di scribunt utramque vocem.*

**DESTRUCTIO**, ōnis, f. 3. *destruendi actus, ruina.*

I.) Proprie. *Sueton. Galb.* 12. *Civitates quasdam murorum destructione punivit.*

II.) Translate. *Quintil.* 10. 5. 12. *Destruere et confirmatio sententiarum.* V. *Herbst* ad h. l.

**DESTRICTIVE**, adverb. *destruendo.* *Boeth.* *Aristot. Analyt.* prior. 1. 42. p. 500. *Non esse automus.* *quidquid est homo, destructive monstratur.* h. e. *per negationem.*

**DESTRUCTIVUS**, a, um, adjct. *destruens, ad destruendum aptus.* *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *ante med. Destruivum adjutorium scilicet morbi.* *Boeth.* *Aristot. Topic.* 1. 1. p. 672. *Sunt ad utraque genera problematum communia universalia, et constructiva et destructiva.*

**DESTRUCTOR**, ōris, m. 3. *qui destruit.* *Tertull. Apolog.* 46. *Rerum ædificator et destructor.* *Cassiod.* 12. *Variar.* 13. *Troja destructor Ulysses.*

**DESTRUCTURA**, a, f. 1. *idem ac destructio.* *Lactant.* *Placid.* (apud *A. Mai.* in *Class. Auct.* T. 3. p. 374.) *sab.* 229. *Ipsi (Venus) post Troja destruturam eum (Diomedem) cum suis sociis fatigavit, et socios vertit in aves. Hic Maius ait: structura vocabulum probum est, item instructura; quid aiiciatur structura?*

**DESTRUCTUS**, a, um. V. *voc. seq.*

**DESTRUO**, strūs, struxi, structum, strūtare, a. 3. (de et struo). Part. *Destruens* II.; *Destructus* I. et II.; *Destruetus* et *Destruendus* II. — In quibusdam antiquis libris pro *destructus* legitur et *distractus*. — *Destruo* (cui opponitur *construo*) est quod *structum erat, corrumpo, demolior, diruo, evertio* (It. *distruggere, rocinare;* Fr. *détruire, renverser, abattre;* Hisp. *destruir, arruinar;* Germ. *niederreißen, einrissen, zu Grunde richten;* Engl. *to pull down, destroy, ruin.*)

I.) Proprie. *Cic. Senect.* 20. 72. *Ut navem, ut aerarium, idem destruit facilissime, qui construxit.* *Virg. 4. En.* 326. *Destruere membra.* *Sueton. Vesp.* 9. *Destruere templum prope funditus.* *Justin. 3b.* 2. 2. *Destruere Alemani regnum.* *Id.* 35. 2. 4. *Destruere fortunæ impetu.* *Stat.* 12. *Theb.* 92. *cri- nemque manumque Destruit.* h. e. *diademe et sceptro spoliat.* *Contrarium est illud Juvenal.* 6. 502. *Edificat raput.* *Calpurn.* 5. *Ecl.* 36. *nec sint compenula tanti, Destruat ut niveos venalis caseus agnos.* h. e. *eniacet, corruptus.*

II.) Translate. *Ovid. 5. Fast.* 132. *Vetustas multa destruit.* *Liv.* 34. 3. *Si. quod cuiquam privatum officiet jus, id destruet ac demolietur.* *Vellej.* 2. 48. *de Pompejo.* *Qui si decessisset in Campania, decessisset fortunæ destruendi ejus locus.* h. e. *de gradu dignitatis et felicitatis deiciendi.* *Curt.* 8. 14. *Destruere magnitudinem alicuius.* *Plin. Paneg.* 83. *Foris claros domesticæ infamia destruere.* *Tac.* 1. *Hist.* 6. *Galbam invalidum senem Vinius et Iaro contemptu inertiae destrubant.* h. e. *Galba potentissimum, nomen ac fidem magis magisque in dies infirmabant.* Sic *Quintil.* 8. 3. 21. *Sordido nomine contemptum hominis, quem destructum volebat, autit.* *Id.* 5. 7. 26. *Destruere testem infamia criminum.* — *Tac.* 2. *Ann.* 63. *hostem.* *Petron. Satyr.* 100. *Destruens fortuna constantiam meam.* *Quintil.* 1. 10. 48. *Destruere tyrannidem.* *Id.* 11. 1. 2. *Ornatu orationis, nisi fuerit accommodatus rebus et personis, non modo non illustrabit eam, sed etiam destruet.* *Id.* 2. 4. 18. *Narrationibus subiungitur opus destruendi confirmandique eas.* *Tertull.* 1. *advers.* *Marcion.* 29. *Non quasi destructuri felicitatem sanctitatis.* *Justin.* 12. 3. 11. *Ne jejuna et destructa luxuria videatur.*

**DESTRUSUS** pro *destrusus* legitur a quibusdam apud *Tertull.* *advers.* *Valentinian.* 20. *Alii tamen rectius leg. de strue.*

**DESEUR**, preposit. ablativa, composita ut *desuper, exante etc.* et significat idem quod sub, cum motu de loco. *Flor.* 2. 3. 2. Sic desub Alpibus, idest desub

ipsis Italia fauibus, etc. V. **SUB.** *Veget.* 2. *Veterin.* 19. *Desub oculo.* *Fulgent.* 3. *Mythol.* 6. *Lucernam desub modo ejicit.* V. *Hand. Tursell.* vol. 2. p. 292.

**DÉSÚBITO** rel de subito, adverb. idem quod subito, valde subito, derepente. *Plaut. Host.* 2. 1. 63. *Quamvis desubito, facile est facere nequiter. Adde eundem.* *Stich.* 5. 4. 39. *Bacch.* 1. 1. 46. et *Capt.* 62. *Ter. Heaut.* 4. 2. 6. *Crucior, bolum tantum mibi eruptum tam desubito et manibus.* *Cic. fragm.* (quod est 6. de republ. 2.) apud *Non.* p. 501. 1. *Meru.* *Funnus desubito essa ornatum.* *Adde Lucret.* 2. 285. et 3. 644, et quæ multa congerit *Non.* loc. cit. ex *Titin.* *Enn.* *Afran.* *Nœv.* *Cæcil.* *Quadrigar.* *Lucil.* etc.

**DÉSÚBITO**, as, are, a. 1. *Firmic.* 3. *Mathes.* 4. a med. *Etiam si eas artes fuerit largitus, easdem cerebra eversione desubitat.* h. e. *subito destruit, obruit, evenit.* *Leucta* tamen valde dubia videtur.

**DÉSÚBULO.** V. **DESABULO**, ubi desubulo legendum esse contendimus.

**DESUCTUS**, a um. V. **DESUGO.**

**DÉSUDASCO**, is, ere, n. 3. idem ac *desudo.* *Desudascit Impera.* *Plaut. Bacch.* 1. 1. 33. *Hujusmodi palestra, ubi damnis desudascitur.* *Al. leg.* domina pro damnis.

**DÉSUDATI**, ōnis, f. 3. *actus desudandi, sudor.*

I.) Proprie. *Firmic.* 3. *Mathes.* 1. *Corpus hominis nimis desudacione dissolvitur.*

II.) Translate. *Capell.* 6. p. 199. *Desudatio curaque distractior edem industria melioris obtundit.* h. e. *labor.*

**DÉSUDATUS**, a, um. V. *voc. seq.*

**DESDUDO**, as, avi, atom, are, 1. (de et sudo). Part. *Desudans* II. 1. *Desudatus* I. 2. et II. — *Desudo*

I.) Proprie ¶ 1. *Neutrorum more est valde sudore.* *Cels.* 6. 6. n. 29. *Lavari sæpe, ibique desudare.* *Manil.* 5. 110. *in lusus agiles, azilemque vigorem Desudant.* *Stat.* 3. *Theb.* 277. *Perpetuis desudare caminis.* ¶ 2. *Est etiam verbum causativum et significans sudando desudare.* *Claudian.* 2. *Rufin.* 304. *morbus Corruptos Stygiam pestem desudat in annes.* h. e. *veluti sudando defundit.* *Apul. de Mag.* *Dico Crassum Jamdudum ebrium stertere, violentum sudorem in balneo desudare.* *Prudent.* 5. *Cathemer.* 117. *Ita et gracili balsama surculo Desudata fluunt.*

II.) Translate. ¶ 1. *Neutrorum more est mentis viribus quam maxime elaborare, quocum jungitur a Cie. Senect.* 11. 38. *In es desudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero.* ¶ 2. *Active est summo labore exercere.* *Sidon.* 6. *Ep.* 1. *Post desudatas militia Lirinensis excubias etc.* *Claudian.* *Paneg. Mall. Theod.* 11. *Desudata judicia.* h. e. *summo labore exercita.* *Id. B. Get.* 280. *Alio Marte cohortes desudare.*

**DÉSUÉFACIO**, facis, fici, factum, facere, a. 3. (de, susco et facio). Part. *Desuefactus*; et *Passivum Desueficio.* — *Desuefacio est a consuetudine abstrabo.* *Cic. Cluent.* 40. 110. *Multitudinem jam desuefactam concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem revocaverat.* *Varro* 2. *R. R.* 9. 12. de catus. *Sed minutissim desuefiant.* *Tertull.* proponere usurparit *Pall.* 4. *Indices custodes dignitatis habitus, ut leoninij factiadii impedimenti, sedulo quadam desueficerant.* h. e. *fecerant, ut in desuetudinem abiarent.*

**DESUÉFACTUS**, a, um, et

**DESUFIO**, fis, flor. V. *voc. præcep.*

**DESUESCO**, suescus, suevi, suetyl, suetum, suescere, 3. (de et susco). Part. *Desuescus sub A. et B.; Desuescendus sub A.* — *Desuesco usurpatur A)* Active; et B) Neutrorum more.

A) Active est a consuetudine abstrabo, abduco. *Titinius* apud *Non.* p. 95. 1. *Merc.* *Parasitos amo vi, lenonem et libus absterrui, desuevi, ne quo ad cenam iret extra consilium meum.* *Liv.* 3. 38. *Cur ex tanto intervallo rem desuetarum usurparent.* *Virg. 2. En.* 509. *Diu desueta arma.* *Ovid.* 5. *Met.* 503. *desuetaque sidera cerno.* *Id.* 7. *ibid.* 646. *voce jam mibi desuetas.* *Id.* 5. *Trist.* 7. 63. *desueta verba retracto.* *Quintil.* 3. 8. 70. *Ne aliter quam dicturi sint, exerceri velint, et morari in desuescendis.* *Apul.* *Florid.* n. 15. *Non in totum ævum desuescerant vocem.* h. e. *sileantium seryabant.* *Loquitur de disciplinis Pythagoræ.* — Et Part. *præter.* *desuescus cum Accusativo more Græcorum.* *Stat.* 5. *Theb.* 231. *Ut sera, quæ placido rabiem desueta magistro, Tardius arma moveat.*

B) Neutrorum more est desuetus, consuetudinem amitto. *Liv.* 8. 38. Jam pridem desuetus Samnite claram Romanum exercitus pati. *Virg.* 5. *Aen.* 814. desueta triumphis Agmina. *Id.* 1. *ibid.* 726. resides animos desuetaque corda. *Sil.* *It.* 3. 576. paulatim antiquo patrum desuescit honori.

DÉSUETUDÓ, inis, f. 1. actus desuescendi. *Liv.* 1. 19. Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus. *Ovid.* 14. *Met.* 436. resides et desuetudine tardi Rursus inire frustum, rursus dare vela jubemur. *Id.* 5. *Trist.* 7. 57. En puden, et fateor; jam desuetudine longa Vix subeunt ipsi verba Latina mihi. *Callistrat.* *Dig.* 1. 1. 1. Actiones in desuetudinem abierunt. *Julian.* *ibid.* 1. 3. 32. Leges per desuetudinem abrogantur.

DÉSUETUS, a, um. *V.* DESUESCO.

DÉSOGO, gis, ctum, gere, a. 3. (de et sugo). Part. Desuctus. — Desugo est idem quod sugo, vel exsugo. *Pallad.* 1. *R. R.* 9. 4. Carbones, si qua fundentur ex poculis, velociter rapta desugent. *Id.* 1. *ibid.* 37. 2. Arbores, quibus nulla amaritudo respondet, flore desucto.

DÉSULCO, as, are, a. 1. (de et sulco) maxime vel totum sulco. *Avien.* *Perieg.* 1137. super impiger ampla Aequora desulcat glæbæ ditis Catabanus. nempe amplam planitatem terræ fertilis.

DÉSULTO, as, are, n. 1. frequentat. a desilio, salio. *Tertull.* *Anim.* 32. Desultare mari.

DÉSULTOR, ônis, m. 3. qui ex uno in alium locum desilit. Itaque

I.) Proprie desultores dicebantur, qui arte et usi assueverant ex uno in alium equum, non intermissu cursu, desilire, ut spectatoribus in ludis voluptatem præberent. Desultorum originem *Hygin.* *fab.* 80. a Castore et Polluce deducit. *Id.* addit *ibid.* Unde etiam Romani servant institutum, quam desultorem mittunt; unus duos equos habet, pileum in capite, de equo in equum transitil. *V.* *Dempster.*, *Paralip.* ad *Rosin.* *Antiq. Rom.* 5. 24. p. 212. et seq. *Varro* 2. *H. R.* 7. 15. Peritus belli alios equos elegit ac occet, aliter quadrigarius, ac desultor. Cf. *Propriet.* 4. 35. Est etiam aurigæ species Vertumnus, et ejus, Trajicit alterno qui leve pondus equo. *Liv.* 23. 29. Numidæ, quibus, desultorum in modum, binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est. *Id.* 44. 9. Et semel quadrigis, semel desultore missa, vii unius horæ tempus utrumque curriculum complebat. *Manit.* 5. 85. Nec non alterno desultor fidere dorso. Quadrupedum et stabiles poterit desligere plantas Per quos vadat equos. *Mutator equorum* dicitur a *Val. Flac.* 6. 161. — Desultores nudi equitalant: *V.* *Cavedoni.*, *Correz.* *all. Append.* p. 2. Celerum desultoris figuram vides apud *Morell.* in onumis genti *Mercia* *tab.* 2. n. 3., 4. etr. et gentis Sepulchri; ejusque descriptionem apud *Eckel.* *D. N.* *V.* *T.* 5. p. 246. et apud *Cavedoni.*, *Saggio sulle medaglie*, p. 161.

II.) Translate. *Ovid.* 1. *Amor.* 3. 15. Non mihi milie placent: non sum desultor amoris. Tu mihi, si qua fides, cura perennis eris. *Seneca Suasor.* 1. *circa med.* Delli, quem Messala Corvinus desultorem bellorum civilium vocat, quia ab Do' bella ad Cassini transiturus, etc. et a Cassio deinde transiit ad Antonium, novissime ab Antonio transiit ad Caesaris. *V.* *Salmas.* ad *Vopisc.* *Carin.* 19.

DÉSULTÓRIUS, a, um, adject. ad desiliendum aptus, ut in voce præced. dictum est.

I.) Proprie. *Sueton.* *Cæs.* 39. Circensibus quadrigas, bigasque, et equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. *Cassiod.* 3. *Variar.* 51. Equi desultorii, per quos Circensium ministri missos denunciant erituros, Luciferi præcursorias velocitates imitantur.

II.) Translate. *Cic.* *Mur.* 27. 57. Qui mihi videatur prætorius candidatus in consulariem, quasi desultorius in quadrigarum curriuem, incurrire. *Apul.* 1. *Het.* finit. Desultoria scietia. h. e. magia, per quam homines ex una in aliæ formam transmutantur, et quasi desiliunt. Cf. *Capell.* 1. p. 21. Tunc etiam omnium garrula puellarum et contraria semper flibusdura luru, levitate pernix desultoria gestebat. h. e. Fortuna, qua, ut ait *Auson.* *Epigr.* 137. numquam sicut in eodem statu; semper movetur, variat et mutat vices. — Desultorius inscribiter una ei *Saturis M.* *Ter.* *Farron.* apud *Non.* p. 503. 22.

et p. 534. 22. *Merc.*; qui *Varro* (ait *Oshler.* *Sat.* *Menipp.* *Rel.* p. 109.) significat fortassis eo vocabulo sum ipsius ingenium in Saturis compendiis expeditum illud ac semper paratum, non solum de quavis materia proposita disputare, sed etiam ipsum dividendi genus variare et quasi desultorum more a pedestri oratione in versus ac poemata translare.

DÉSULTRIX, icis, f. 3. que desilit, et translate instabilis, ut Desultrix virtus, *Tertull.* advers. *Valentinian.* 38.

DÉSULTURA, æ, f. 1. actus desiliendi. *Plaut.* *Mil.* *glor.* 2. 3. 9. Ne hodie maximum in malum cruciatumque insiliamus. *PA.* Tu sali solus, nam ego istam insultram et desultrant nihil moror.

DÉSUM, dées, dæsul, dæsse, n. anom. (de et sum). Si post de aliud e sequatur, sæpi a Poetis contra-huntur. *Virg.* 10. *Aen.* 378. Deest jam terra fugæ; pelagus Trojam petemus? *Ovid.* 1. *Met.* 77. Deest aulic, et quod dominari in cetera posset. *Sil.* *It.* 7. 185. et *Lucan.* 9. 858. Decesso tuos latices, etc. *Virg.* 7. *Aen.* 262. Divitis uber agri, Trojæve opulentia deerit. Adde *Sil.* *It.* 6. 10. — Aliquando dissolvuntur, prima etiam producta. *Stat.* 16. *Theb.* 236. Nec decessi ceptis: unde hæc tam scra repente. *Id.* 8. *ibid.* 236. Harmonion: nullis deest sua fabula mensis. Adde *eund.* 11. *ibid.* 276. — *Defuerunt*, pœnultima correpta, occurrit apud *Ovid.* 6. *Met.* 384. Verbaque quæreni satis indigoantia lingue Defuerunt; nec flere vacat: sed fasque nefasque Confusura ruit. — Futurum Infiniti est *Defore*, et Particip. *Defuturus.* *Cic.* 2. *leg. Agr.* 33. 90. Arbitrabantur, non defore, qui illa restituerent. *Id.* 13. *Fam.* 2. Nec mihi superesse verba putes, quæ diveram defutura. — Pro *Desim.* sis, sit, dixere olim *Desiem*, sies, siel. *Cato R. R.* 8. Ne scruum Desiet. — Item *Defuam*, as, at, ut *Plaut.* *Bacch.* 1. 1. 3. Metuo, ne defuat oratio. At pterique ati leg. defuerit. — Ceterum desum, a de privativa et sum, est idem ac deficio, abssum (It. non esservi, mancare; Fr. être absent, ne pas être présent, être de moins, manquer; Hisp. estar ausente, faltar; Germ. weg, fort, nicht da sein, fehlen; Angl. to fail, be wanting). Occurrit

¶ 1. Stricto sensu. — a) Sæpe cum Dative personæ, cui res deest. *Plaut.* *Bacch.* 1. 1. 3. Mibi oratio, luscinioke cantio deest. *Cic.* 1. *Orat.* 17. 79. Quibus etiam si ingenium non maxime defuit, doctrina certe et otium defuit. *Id.* *Mil.* 36. 100. Tibi nullum a me amoris officium defuit. *Id.* 1. *Divinat.* 29. 61. Sive deest natura quidpiam, sive abundat atque affluit. *Id.* *Brut.* 67. 237. Si paucæ centuriæ ad consultatum defuerunt. *Cæs.* 4. *B. G.* 26. Hoc unum ad pristinam fortunam Cæsari defuit. *Id.* 2. *B. C.* 31. Quantum alteri sententia decessi animi. tantum alteri superesse. *Sall. Cat.* 20. Illis divitias superare; nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse. *Horat.* 4. *Od.* 36. 15. desunt epulis rosa. *Id.* 1. *Ep.* 1. 58. Si quadrangulis sex septem militia desunt. *Seneca 2. Benef.* 10. Decesso sibi in sumptum ad necessarios usus. — b) Interdum cum Ablativo persona aut rei et prepos. in. *Cic.* 3. *Orat.* 4. 16. Ut neque in Antonio decesset hic ornatus orationis, neque in Crasso redundaret. Cf. *Id.* 13. *Fam.* 63. 1. Non putavi fieri posse, ut mibi verba deessent: sed tamen in C. Lænio commendando desunt. — c) Sæpe absolute. *Ter.* *Phorm.* 2. 1. 69. Non ratio, verum argutum deest. *Lucret.* 6. 360. Frigore enim desunt ignes. *Cæs.* 6. *B. G.* 43. Semper paullum ad suminiam felicitatem deest. *Liv.* 46. 19. Numquam rausis seditionum et certaminis deesse. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 52. quod non desit habentem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 109. 112. (21s). Nec defuerunt geometria, qui interpretarentur, etc. h. e. fuerunt quidam. Similiter non deest, licet, potest. *Sil.* *It.* 6. 10. nec cernere deerat. Frustra semiorum quærentia lumina cœlum. — d) Sequenti ob Verbo; scilicet — Particula quomodo cum Conjunctivo. *Cic.* 3. *de repub.* 30. Duas sibi res deesse, quomodo in vulgo et in foro dicere. *Tac.* 14. *Ann.* 39. Nec defuit Polycletus, quomodo ingenti aegmine Italæ gravis incideret. — Cum part. quin et Conjunctio, precedente tam alia particula negativa. *Sueton.* *Ner.* 45. Nihil contumeliarum defuit, quin subiret. — Cum Infinito. *Propriet.* 1. 16. 7. Et mihi non desunt turpes pendentes corollæ Semper, et exclusi signa jaceret fæces. *Sil.* *It.* 11. 50. nec desunt depositare primi homines. *Tac.* 4. *Hist.* 11. Egentissimus quisque profere oltro dites dominos defuit. — Cum part. ut et

Conjunct. *Capitolin.* *Gordian.* III. 31. Nec defuit, ut senatus de his rebus falleretur. h. e. accidit hoc quoque, ut etc. ¶ 2. Latior sensu — a) *Deesse* alicui est non opitulari, non defendere quam possis aut debeas, deserere. *Cic.* *Mur.* 4. 10. Ipse me existimarem nefarium, si amicq; crudelem, si misero: superbum, si consuli desuisse. *Id.* 4. *Att.* 15. Brutus certe meo nullo loco deero. *Id.* 1. *Fam.* 9. 17. Ut neque amicis, neque etiam alienioribus opera, consilio, labore desim. *Nepos Timoth.* 4. Timotheo de fama dimicant non defuit. — b) Eodem sensu non deesse communis saluti, officio suo, etc. est sufficiare. *Cæs.* 5. *B. G.* 33. Communis saluti nulla in re defuit. *Cic.* 7. *Att.* 17. 4. Siu bellum geretur, non deero officio, neque dignitati mea. *Liv.* 3. 50. Nec illius dolori, nec sua libertati defuit. *Cæs.* 2. *B. C.* 41. Non deesse negotio. Cf. *Cic.* 2. *Phil.* 29. 71. Cor ei bello propter timiditatem tuam defusti? *Id.* dixerat 2. ad *Q. fr.* 6. Huic convivio puer tuus defuit. — c) Similiter non deesse sibi, non deesse occasioni, est opportunitatem rei bene gerenda non praetermittere. *Cic.* *Rosc.* *Am.* 36. 104. Mihi auscultavisse, ne tibi desis. Adde eund. 5. *Fam.* 12. post init. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 56. Haud mihi deero. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 25. 30. (87). Nullo momento meditari cessat, ne quando desit occasio. — d) Et omisso Dativo. *Cic.* *Brut.* 34. 130. Non deerat in causis. Homonymi. De discrimine inter *absum* et *desum* ita *Cic.* *Brut.* 80. 276. Hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat, absuit; si opus erat, defuit.

DÉSUMO, stūm, sumpsi vel sunsi; sumptum vel sumtum, sumrē, a. 3. (de et sumere) idem quod sumo, assumo, suscipio. *Liv.* 4. 55. Duo singuli singulos sibi consules asservandos desumunt. *Id.* 7. 20. et 38. 45. Populum R. sibi hostem desumere. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 81. Ingenuum, sibi quod varcas desumit Athenas. Et studiis annos septem dedit. *Plin.* 8. *Ep.* 20. 8. Desumere cursum certamenque. *Tac.* *Dial.* de orat. 37. sibi pugnas.

DÉSUO, is, ere, a. 3. (de et suo). *Cato R. R.* 21. Cupam, qua fini in modiulos erit, utrinque secus imbricibus ferreis quatuor desues. h. e. colligabis; adstringes, firmabis.

DÉSUPER, adverb. e loco superiore. *Cæs.* 1. *B. C.* 79. Suos desuper ascendentes protegebant. *Id.* 1. *B. G.* 52. Qui phalanges insilirent. et desuper vulnerarent. *Virg.* 1. *Aen.* 420. adversas adspicat desuper urbes. *Id.* 2. *ibid.* 47. ventura desuper urbem. *Id.* 4. *ibid.* 122. migrantei commissa granitæ nimbus Desuper infundam. *Id.* 1. *ibid.* 169. tum silvis scena coruscis Desuper horrentique atrium nemus limminei umbra. *Id.* 3. *Fast.* 530. ubi pro rigidis calamos statuere columnis. Desuper extentas impo-suere togas. *Colum.* 12. *R. R.* 16. 4. Terram congerit et modice desuper calcato. *Tac.* 2. *Ann.* 16. Ut prælianibus Romanis desuper incurserent. *Sueton.* *Tib.* 72. Apruni jaculis desuper petiti. *Id.* *Ner.* 31. Ut unguenta desuper spargerentur. *Flor.* 3. 2. 6. Desuper exornata armis hostilium tropæ fixere. *Lucan.* 1. 688. nunc desuper Alpis Nubiferæ colles atque aeriam Pyreneum Abrispirim.

DÉSUPERNE, adverb. idem quod desuper. *Vitr.* 10. 16. 10. *Schneid.* Temperavit aliena aquæ ferventis, et picis, desuperne contra capita hostium cadentis. *Prima*, *altera*, *tertia* editio habent desuperne.

DÉSURGO, sis, gere, n. 3. (de et surgo) idem quod surgo. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 5. 702. Qui faciant solem certa desurgere parte. *Vulgat.* libri habent certa de surgere parte. *Horat.* 2. *Sal.* 2. 77. videt, ut pallidus omnis Cœna desurgat dubio? ¶ 2. Specialem apud *Scribon.* *Compos.* 142. sumitur pro ventris exonerandi causa surgere ac seterum petere. Ejus verba sunt: Tenesmus est irritatio ultimæ partis intestini directi, in quo sæpius lubet desurgere. *Id.* *ibid.* 140. Cum cœperit desurgere, aqua calda supponatur.

DÉSURRECTIO, ônis, f. 3. actus surgendi de lecto, ventris exonerandi causa. *Marcell.* *Empir.* 27. Si toruinosi, vel cœliari proprie frequentes desurrectiones viribus deficientur. Adde *Scribon.* *Compos.* 37. et 142.; et *V.* voc. præred. 2.

DÉSURSUM, adverb. de parte superiori. *Tertull.* *Prescript.* 46. Quia splendor quidam luminis desursum in inferioribus refutisset. *Hieronym.* *Ep.* 22. n. 19. Conuani tunicos, qui inconsultam desursum tunicam perdidenter. *Vulgat.* *Interpr.* *Joann.*



mundi. *Id.* f. *Invent.* 52. 98. Exitus et determinatio totius orationis. — Item sententia, qua fines inter populos constituuntur. *Inscript.* apud *Murat.* 598. VOCABULA REGIONVM, QVAE HIERONIMONYM DETERMINATIONE CONTINEBANTVR, VIX JAM NOTA PROPTER TEMPORIS SPATIVM.

DETERMINATIVÉ, adverb. definite. *Boeth.* in *Aristot.* libr. de *interpri.* ed. pr. p. 240. Sicut ipsa natura rerum evenientium est varia, ita quoque altera pars contradictionis habet variabilem veritatem, et semper quidem vera vel falsa est, non tamen una definita, ut hoc verum sit determinative aut illud, sed utrumlibet. *Ab leg.* determinate.

DETERMINATOR, óris, m. 3. qui determinat et definit. *Tertull.* *Pudic.* 11. *Spiritus* S. disciplinae determinator.

DETERMINATUS, a, um. *V.* voc. seq.

DETERMINO, as, avi, stum, are, a. 1. (de et termino). Part. *Determinatus* I. et II.; *Determinatus* II. — Determino est terminos assigno, definitio (It. porre, o prescrivere i termini, determinare; Fr. borner, limiter, marquer les limites; Hisp. alindar, terminar, poner límites; Germ. abgrenzen, begrenzen, die Gränzen bestimmen; Angl. to determine, limit, appoint or prescribe limits or bounds).

1.) Proprie. *Plaut.* *Pæn.* prol. 48. Determinare regiones, limites, confinia aliquus rei. *Liv.* 1. 18. Augur regiones ab oriente ad occasum determinavit. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 28. (102). Asianus determinavit ab oriente Armenia minore, ab occidente Phrygia. *Id.* 4. *Ibid.* 12. 24. (77). Mensuram Ponti affi quatuordecim centena septuaginta octo millia quingenta determinavera. *Id.* 28. *Ibid.* 2. 4. (15). Imago templi scipione determinata in solo.

II.) Translate. *Lucr.* 6. 403. ut hinc teli determinaret ictus. *Cic.* 3. *Orat.* 44. 175. Imperitus dicens incondite fundit, quantum potest, et id quod dicit, spiritu, non arte determinat. *Tac.* *dial.* de *orat.* 16. Etiam oratorum significatio ista determinavit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 25. 39. (95). Depascitur segetes destinatione ante determinatas in dies. *Sueton.* *Galb.* 15. Officia senatoria biennal spatio determinatur. *Tertull.* *advers. Psychom.* 2. Diles lejuniis determinati. Cf. *Cic.* 1. *Divin.* 12. *Pseudo-Ascon.* ed *Cic.* *Divin.* in *Q. Cæcil.* 4. 12. p. 104. Boit. Judicium est res, que causam itemque determinat. *Inscript.* apud *Murat.* 598. 1. qvam (sententia) REGIONES EX AVCTORITATE MANII ACULI DETERMINATAVERINT SECVNDAM ESSE. h. e. judicaverant.

DETERRO, tēris, trivi, tritum, tērere, a. 3. (de et terro). Part. *Deterens* 1. 1.; *Detritus* in omnibus paragr.; *Deterendus* I. 1. — Deterro est terendo diminuo, usu consumo (It. logorare, consumare; Fr. user, broyer, écraser; Hisp. usar, gastar, consumir, machacar; Germ. abreissen, zerreißen, abtreten, zerstossen; Angl. to wear, consume by wearing).

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est terendo diminuere, abradere, adeoque consumere. *Plaut.* *Merc.* 5. 2. 111. Clementer, quæso: calces deteris. *Lucr.* 1. 315. Strata viarum vulgi pedibus detrita. *Tibull.* 1. 10. 16. Detero invalidos et via longa pedes. *Phœdr.* 3. 7. Collum canis a catena detritum. *Ovid.* 13. *Met.* 792. Lævior assiduo detritis æquore concbis. *Tac.* 1. *Ann.* 18. Hi verberum notas, illi canitatem, plurimi detrita tegmina et nudum corpus exprobantes. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (101). Vestis usu detrita. *Id.* 33. *Ibid.* 3. 19. (60). Aurum quam minimum usu deteritur. *Id.* 27. *Ibid.* 3. 2. (10). Vis, quæ contibus (est) in ferri acie deterenda. *Id.* 17. *Ibid.* 22. 35. (188). Oculos vitis decuti, tractuque intrantium detersi. *Id.* 6. *Ibid.* 22. 24. (87). Jubas arborum gubernaculis deterrentibus. — Huc referri possunt et illa, in quibus deterere ponitur pro terendo austerre. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 65. (190). Fluctibus voluntate nitescunt, detritis sordibus. *Nigidius* apud *Gell.* 10. 5. Avarus appetitur, qui avidus viris est: sed in ea copula e littera detrita est. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro tundere. *Colum.* 1. II. R. 6. 23. Area optima est silice constrata, quod celeriter frumenta deteruntur. *Id.* 2. *Ibid.* 20. 5. In area detrita frumenta. *Id.* 6. *Ibid.* 12. 4. Milium detritum conspersumque aqua mulsa imponendum est. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 13. t10. (137). Herba quam inaruit, deteritur.

II.) Translate est vires immiscentes, austerre. Ho-

rat. 1. *Od.* 6. 10. Musa vetat Laudes egregii Cæsaris et tuas Culpæ deterere ingenii. Cf. *Sil.* It. 7. 247. Quantum detritum est laus! Rursus Horat. 1. Sat. 10. 78. de *Lucilio*. Si foret hic nostrum fato dilatus in ævum Detereret sibi multa, recideret, etc. *Tac.* 2. *Hist.* 76. ad fin. Si quid ardoris ac ferocia habuit (miles), popinis et commissionibus deteritur. *Quintil.* 2. 4. 7. Aliiquid velut usu ipso deteretur. *Plin.* 9. *Ep.* 35. Nimia cura deterit magis quam emendat. — Hinc etiam Part. præter. pass. *Detritus* translate usurpatur. *Gell.* 15. 30. Qui ab alio vita genere detriti jam et retrorridi, ad litterarum disciplinas serius adeunt. *Quintil.* 7. 6. 51. Illa in agendis causis jam detrita. h. e. ab omnibus usurpata. — NB. Apud *Plaut.* *Merc.* 1. 1. 56. Ea, quæ ipsu optima omnes labores invenerit perferens amoris vi diffunditari ac deteri. nonnulli exponunt absumi: at plerique alii pro deteri legitur didier.

DETERREO, terres, terrū, territum, terrere, a. 2. (de et terreo). Part. *Deterrens* sub f.; *Deterritus* sub a. d. e. et f.; *Deterrendus* sub e. — Deterro est terendo, vel dehortando revoco, avoco, deduco, avertio (It. distogliere col timore, sconsigliare, dissuadere, rimuovere, sgomentare; Fr. écarter, éloigner, détourner en intimidant, dissuader; Hisp. alejar, desviar, disuadir intimidando; Germ. jemunden zurückschrecken, abschrecken, abbringen, abwehren, abhalten; Angl. to deter, frighten, scare, dismay, discourage). Usurpatur — a) Cum Accusativo personæ et Ablativu cum præpos. ab rei, a qua quis deterretur. *Cic.* 1. ad *Brut.* 15. ad fin. Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterre. *Id.* *Harusp.* resp. 9. 18. Littera, quæ nostros animos deterret atque avocant a religione. *Id.* 1. ad *Brut.* 9. Autoritas tua me a nimio merore deterruit. *Id.* 1. *Fam.* 7. ante med. Te ut ad certam laudem adhortor, sic a dimicazione deterro. *Id.* *Brut.* 75. 262. Deterre sanos homines a scribendo. *Id.* 1. *Orat.* 25. 117. adolescentes a dicendi studio. *Id.* 1. ad *Brut.* 11. Nulla re o proposito deterrei. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 6. Nemo necessitudine et amicitia te deterrit ab officio dicit. *Liv.* 22. 42. Deterre amicos a cupiditate. *Quintil.* 2. 2. 3. ferociores annos a licetia. — Et omissu Accusativo personæ, qui tamen facile subaudiatur. *Horat.* 1. Sat. 4. 112. a turpi meretricis amore Quum deterretur. — b) Cum Accusativo personæ et Ablativu rei cum præpos. de. *Plaut.* *Trin.* 2. 4. 159. De agro hunc senem deterrui. *Cic.* 2. *Divin.* 39. 81. Deterre Stoicos de sententia. *Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 11. maledictis quædam de suo statu. — c) Cum Accusativo personæ et Ablativu rei sine præpos. *Horat.* *Art.* P. 391. Silvestres homines sacer interpres deorum Cædibus et victu fredo deterruit Orpheus. Adde *Lucan.* 10. 375. Cf. *Claudian.* B. *Get.* 140. Puum Compressit Fabius: campo post ausus aperte Marcellus vinci docuit: sed tertia virtus Scipiæ Latii tandem deterruit oris. h. e. ejecit, expulit. — d) Addita re, a qua quis deterretur, per Conjunctionem et partic. ne vel quominus, vcl etiam, si tame negatio præcedat, partic. quin. *Plaut.* *Amph.* 2. 1. 9. Quin loquar haec, numquam ullo modo me potes detergere. *Id.* *Mil.* glor. 2. 3. 61. Ne nemo deterret, quia ea sit in his ædibus. *Id.* *Truc.* 5. v. 37. Deterre aliquem, ne amet. *Ter.* *Phorm.* prol. 3. Maledictis deterre, ne scribat, patrat. *Cic.* 11. Att. 8. Neque te deterreo, quominus id disputes. *Id.* 1. *Trusc.* 38. 91. Non deterret sapientem mori, quominus in omne tempus reipublicæ suisque consulat. *Id.* *Quintil.* 4. 16. Hominem multis verbis deterret, ne auctionetur. *Cæs.* 2. B. G. 3. Ut ne Suessiones quidem deterre potuerint, quin cum his consentirent. *Liv.* 26. 48. Non munissime arx deterruisset, quominus transcenderent. *Tibull.* 1. 3. 13. Cuncta dabani redditus; tamen est deterrita nunquam, Quin fieret, nosiras respiceret que vias. — e) Cum Accusativo personæ tantum. *Cic.* 10. Att. 15. Se pudore deterritum ad me non venisse. *Cæs.* 3. B. C. 8. Deterre reliquos magnitudine poenæ. Sic *Auct.* B. G. 8. 41. Exemplo superpliici deterrendos reliquos existimat. *Liv.* 10. 9. Deterritis tribunis. *Ovid.* 14. *Met.* 296. Deterre pavidam esse. *Id.* 10. *Ibid.* 500. Deterritus evenit. *Justin.* 14. 1. 13. Lebantum animos deterrere. *Cic.* 2. *Off.* 18. 63. In deterrenda liberalitate. h. e. abs tractum pro concreto, uti ajunt, μετονυμία, sive in deterrendo liberali homine, ne benigne largiatur.

Al. minus recte leg. deterenda. — ¶ Absoluta omnibus. *Ter.* *Adelph.* 1. 2. 64. Adversor sedulo et deterreo. *Cic.* 2. *Legg.* 4. 8. Lex est ratio ad jubendum et deterrendum idonea. *Sueton.* *Cæs.* 70. Neque adire cunctatus est, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere. — g) Denique cum infinito tantum, eamdemque vim habet, quam v. prohibere, defendere. *Cic.* 2. *Verr.* 5. 14. Nefarias ejus libidines commemorare pudore deterreor. *Liv.* 4. 24. extr. Populi tanta indignatio coorta dicitur, ut vis a censoribus nullius auctoritate, præterquam ipsius Mamerici, deterri quiverit. — Et cum Accusatio rei pro impedire, overtere. *Ovid.* 8. *Met.* 765, aliquis ex omnibus audet Deterre nefas saevias inhibere bipinem.

DETERRIME, adverb. *V.* DETERIOR in fin.

DETERRITUS, a, um. *V.* DETERREO.

DETESTERUS, a, um. *V.* DETERGEO.

DETESTABILIS, e, adject. Comp. *Detestabilior.* — Detestabilis est abominabilis, detestatione dignus, et dicitur tum de personis, tum de rebus. *Cic.* 2. *Phil.* 26. 65. Non te execratum populo Romano, non detestabilem, non omnes tibi deos, non omnes homines et esse inimicos et futuros sciatis! *Id.* *Amic.* 8. 27. Caritate, quæ est inter natos et parentes, quæ dirimi nisi detestabili acelere non potest. *Id.* *Senect.* 12. 41. Nihil esse tam detestabile tamque pestiferum, quam voluntatem. *Id.* 2. *Off.* 5. 16. Nulla tam detestabilis pestis est, qua non homini ab homine nascatur. *Id.* 1. *Ibid.* 17. 57. Quo est detestabilior istorum immanitas, qui etc. *Id.* 1. *Phil.* 14. 33. Laudari, colli, diligi gloriosum est; metu vero et in odio esse, invidiosum, detestabile. *Liv.* 31. 44. Loca quæque, in quibus positum aliiquid inscriptum honoris ejus causa fuisset, detestabilia esse. *Id.* 26. 48. Detestabile exemplum. *Sueton.* *Vitell.* 10. voce. *Fulgat.* *Interpr.* *Sapient.* 19. 13. Detestabilior in hospitalitatem instituerunt.

DETESTABILITER, adverb. detestabilis ratione. *Lactant.* 5. 10. Quod nefarie, quod detestabiliter fecit.

DETESTATIO, ónis, fem. 3. duo diversa significat, prout A) Est a de et v. testari, aut B) A de et nomine testes.

A) Detestatio a præpos. de et v. testari ¶ 1. Est invocatio Dei in testim cum execratione et imprecatione malorum, ni fiat quod promittitur. *Liv.* 10. 38. Primoribus Sannitum ea detestatio obstrictis. *Id.* *Ibid.* 41. vocat hoc idem diram execrationem, ac furiale Carmen detestandæ familiæ compitum. Huc pertinent quæ habet *Paul.* *Diæc.* p. 184. 15. Null. Obtestatio est cum Deus testim in meliore partem vocatur, detestatio cum in deterorem. Sic apud *Senec.* *Ep.* 117. a med. dicitur detestatio qua sibi quis mortem imprecatur. Cf. *Horat.* *Epid.* 5. 89. Viris agam vos! dira detestatio Nulla expiatur victimæ. ¶ 2. Item execratio, abominationis. *Cic.* *Dorn.* 55. 140. Detestatio scelerum. *Gell.* 2. 7. Ea tamen quæ obsequi non oportet, leniter ac verecunde ac sine detestatione nimia declinavit. *Id.* *Ibid.* 6. Detestatio execrationeque totius generis humani dignus esset. *Id.* 12. 1. Publica detestatio communique odio dignus. *Id.* 2. 6. Hominis seculati detestationem facere. ¶ 3. Item actus averni malo precondit aoyendo. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (135). Laurus manifesto abdicat ignes crepitum et quadam detestatione. ¶ 4. In iure est denunciatio facta cum testatione, ut *Ulp.* *Dig.* 50. 16. 40. definit. — Illic detestatio sacrorum (cuju meminit *Gell.* 15. 27. ubi eam olim comitis calatis fieri solitam fuisse docet) alii dicitur denunciatio facta heredi, ut ea sacra suscipiat, quæ hereditati adnexa sunt: alii enumeratur inter modos intermeidi sacra, hoc est quibus liberabatur heres a sacris iis suscipiantur, quæ alligata essent hereditati, quæ ipsi obveniantur: alii creditur esse consecratio alicujus rei, vel loci rite et solemniter facta, teste et adsentiente populo et pontificibus approbantibus. Illarum trium opinionum autores quibusdam tantummodo conjecturam ducentur, neque certum ullum habent idonei scriptoris locum, quo suam quisque certo confirmant. Hucusque *Forcellinus*. Recentiores tamen philologi alteram tenuerunt sententiam, ac detestationem enumerant inter modos intermeidi sacra, hoc est quibus aliquis a privatis suæ gentis sacris, auroque ab ipsa gente liberabatur. V. *Faulys Realencyclop.* in v. *Sacra*.

*B)* Detestatio a præp. de et nomine testes est testimoniū abscisio. *Apul.* 7. *Met.* Multos ego scio equos ferociissimos, adhibita tali detestatione, mansuetos factos. *V. INTESTABILIS.*

**DÉTESTATOR**, ὁρις, m. 3. qui detestatur. *Tertull.* 4. *advers.* *Marcion.* 27. Detestator legis. Addendum. *advers.* *Psychom.* 2. et *Spectac.* 15. *Cassiod.* 1. *Variar.* 4. Detestator sceleris.

**DÉTESTATŪS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DÉTESTOR**, ἄρις, atus sum, ari, dep. 1. (de et testor). Part. *Detestans* 1.; *Detestatus* 1. et 2.; *Detestaturus* 1.; *Detestandus* 2. et 3. — Detestari ¶ 1. Est malum alicui impetrari, deos testes ciendo, adeoque universim execrari, vel potius abominari (It. *detestare*, *abominare*, *maledire*; Fr. *détester*, *exécrer*, *maudir*; Hisp. *detestar*, *abominar*, *maldecir*; Germ. *unter Anrufung e. Gottheit verwünschen*, *verabscheuen*; Angl. *to curse, execrate, detest, abominate*). Occurrit — a) Activa significatio. *Liv.* 10. 41. Araeque sanguine conspersæ et dira execratio ac suriale carmen detestandæ familiæ stirpique compositum. *Cœs.* 6. *B. G.* 30. Omnibus precibus Ambiorigem detestatus, qui etc. *Cic.* 8. *Phil.* 2. 7. Proximi belli civilis ignoro causam, detestor exitum. *Id. Vatin.* 16. 30. Quum viderunt (*te*), tamquam auspicio malum detestantur. *Nepos Timol.* 1. Eum fraticidam impiumque detestans. Cf. *Hieronym.* 1. in *Rufin.* 8. Qui Arianorum principem detestatur erant. *Liv.* 39. 10. In caput alicujus detestari minas et pericula. Similiter *Plin.* 2. *Ep.* 20. iram deorum in caput infelici pueri. *Ovid.* 15. *Met.* 505. Hostilique caput prece detestatur euntis. *Sueton. Claud.* 3. Tam iniquam sortem populi Romani detestari. *Tac.* 2. *Hist.* 35. Detestari causam et auctorem cladi. — b) Passive occurrit Part. *Detestatus* apud *Cic.* 2. *Legg.* 11. 28. Araque — Febris, et altera — Malæ Fortunæ, detestataque omnia ejusmodi repudianda sunt. *Horat.* 1. *Od.* 1. 24. Bella matribus detestata. — Et Infinitum detestari apud *Apul.* de *Mag.* Neque gravius est in cubiculo despui, quan in splendidissimo cætu detestari. Addo *Augustin.* *Ep.* 255. *ad Macrobi.* ¶ 2. Item est amoliri, avertire, deos invocando; idem quod deprecari, quo cum interdum conjungitur, ut apud *Cic.* 1. *Cat.* 11. 27. Ut a me quandam prope justam patria querimoniam detester ac deprecari. *Id.* 4. *Phil.* 4. 10. Odi immortales, avertite et detestamini, quæso, hoc omen. *Id. Pis.* 40. 96. Omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen a republica detestantur. *Id.* 1. *Nat. D.* 44. 123. Quæque dixerit de die immortibus, invidiæ detestandæ gratia dixisse. ¶ 3. Apud JCTos detestandi actus enumerabatur inter modos interimidi sacra, hoc est quibus liberabatur heres a sacrâ iis suscipiendis, quæ alligata essent hereditati, quæ ipsi obvenerat. *V. DETESTATIO.* 4. Hoc sensu de sacris detestandis librum scripsit *Servius Sulpic.*, teste *Gell.* 6. 12. ¶ 4. Item apud JCTos detestari est absenti, testibus adhibitis, denunciare. *Paul. Dig.* 50. 16. 39.; ubi alii legunt attestari. Certior videtur locus *Caj.* ibid. 50. 16. 238., ubi docet. *detestatum* esse testimonia denunciatum. — NB. Detestari pro testari, aut valde testari, obtestari, accipiunt nonnulli in illo *Plaut. Men.* 5. 2. 61. Summum Jovem deosque detestor. At recentiores plerique pro detestor leg. do testes.

**DÉTEXO**, xis, tui, atum, zero, a. 3. (de et texo). Part. *Deterens* II.; *Detextus* I. et II.; *Detexendus* I. — Detero est idem quod pertexo, vel texendo absovio (It. *tessere*, *finir di lessere*; Fr. *faire ou ocherer un tissu*, *tisser*, *tresser*; Hisp. *texer*, *acabar un tenido*; Germ. *etwas fertig weben oder flechten, abweben*; Angl. *to weave, plait*).

*I.) Proprie.* *Titinius* apud *Non.* p. 406. 18. *Merc.* Quæ inter decem annos nequisti unam logiam detestore. Allegorice *Plaut. Pseud.* 1. 4. 6. Neque exordi primum, unde occipias habes, neque ad detexundam telam certos terminos. *Id. Amph.* 1. 1. 138. Illic hos homo denuo vult pallium delexere. allegorice *pro a textrino auferre*, *furari*. *Virg.* 2. *Ecl.* 72. Vimisibus ei molli junco aliquid detextere. *Tibull.* 2. 3. 15. fiscella levi detexta est vimine junci. *Hygin. fab.* 126. Cum telam detexero, nubam. *Ulp. Dig.* 32. 70. § 11. Lino legato tam factum, quam infectum continebitur, quodque netum, quodque in tela est, quod est nondum detextum. *Id. ibid.* 34. 2. 22. Vestimentum id est, quod detextum est, eis de-

sectum non sit; id est si sit consummatum. Quod intela est, nondum pertextum, vel detextum, contextum appellatur. Quiquis igitur vestem legaverit, neque stamen, neque subtem legato continebitur.

*II.) Translate.* *Cic.* 2. *Orat.* 38. 158. Reperiunt ea, quibus ante exorsa, et potius detexta prope retentur. h. e. perfecta. *Id. Art.* 250. Ille non perpetuum detexens conficit orben. *Vetus Poeta* apud eundem. 2. *Herenn.* 27. 42. Nunc ego te ab summum jam detexam exordio. h. e. describami verbis te et mores tuos. *M. Aurel.* apud *Fronton.* ad *M. Cæs.* 1. 3. Vespere haec ad te detexui. h. e. scripti, elucubravi. *Sulpicia Satyr.* 2. Fabellam permitte mihi detexere paucis. h. e. narrare, describere.

**DÉTEXTUS**, a, um. *V. voc. præced.*

**DÉTINÉO**, lines, tñü, tentum, tinere, a. 2. (de et teneo). Part. *Detinens* 1. b.; *Detentus* 1. a.; *Detinendus* 1. b. — Detinere ¶ 1. Stricto sensu est idem quod tenere, morari, continere, arcere (It. *trattenere*, *ritardare*, *retinerere*, *tener lontano*; Fr. *retenir*, *arrêter*, *empêcher*; Hisp. *retener*, *detener*, *impedir*; Germ. *Jemandem oder etwas abhalten*, *zurückhalten*, *fernhalten*, *hinhalten*, *aufhalten*; Angl. *to detain, stay, keep, hold*). Occurrit — a) Cum additis. *Plaut. Cist.* 2. 1. 13. Ita pater apud villam detinuit me hos dies sex ruri contingens. *Id. Pœn.* 1. 2. 190. Ne incommodus nobis sit: nam detinet nos de nostro negotio. *Cœs.* 2. *B.* C. 17. Quum Cæsarem ad Massiliam detineri cognovit. *Id. 3. ibid.* 75. Consecutus equitus novissimos prælio detinebat. *Id. 3. B. G.* 12. Nostra naves tempestibus detinebantur. *Virg.* 2. *Æn.* 788. Sed me magna deum genitrix his detinet oris. *Horat.* 1. *Od.* 33. 14. Me grata detinuit compede Myrtale. *Liv.* 27. 12. Ut quam acerrimo bello detinerebant Iamnibalem. *Tac.* 6. *Ann.* 23. Drusus deinde extinguitur, quum se miserandis alimentis — nonnum ad diem detinuisse. *Id. 2. ibid.* 69. Abire Syria statuit: mox Germanici valetudine detinens, etc. *Sall. Cat.* 4. A quo incepto studio me ambitio male detinuerat, eodem regressus statui res gestas populi Romani prescribere. Sic *Pseudo-Sall. orat.* 1. *ad Cœs. de republ. ordin.* 7. Uti plebes habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur. *Ovid.* 3. *Art. am.* 311. Monstri maris Sirenes erant; que voce canora Quamlibet admissas detinuere rates. *Id. 1. Met.* 682. et euentum multa loquendo Detinuit sermone diem. — b) Sine additis. *Plaut. Rud.* 1. 2. 5. Eo vos amici detinui diutius. *Ter. Eun.* 2. 2. 49. Detineo te: fortasse tu profectus alio fueras. *Id. Phorm.* 4. 1. 8. Pol me detinuit morbus. *Lentulus ad consul.* etc. apud *Cic. 12. Fam.* 15. *circu med.* Detinere quempiam et demorari. *Liv.* 4. 55. Nunc detinenda, nunc concienda plebs. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 5. Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi. *Seneca Ep.* 88. Utilia, si preparant ingenium, non detinent. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (69). Detinentibus terras nivibus. ¶ 2. Latiori sensu est occupare, adeoque in re aliqua occupare: ad rem *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 3. (12). Detinere locum. h. e. occupare. — Hinc *Cic. 2. Invent.* 45. 132. Detineri in alienis negotiis. Cf. *eundem*. 3. *Herenn.* 26. 40. Quum aliquo magiore negotio detinemur. *Ovid.* 5. *Fast.* 386. Detinere manus in modis lyricis. *Id. 2. Trist.* 520. poema mea sæpe oculos detinuere tuos. *Id. 5. ibid.* 7. 39. Detineo studiis animum falloque dolores. *Id. 4. Pont.* 10. 65. Si roget hæc aliquis, cur sint narrata Pedomi, Quidve loqui certis juvent ista modis; Detinam, dicam, tempus curasque sefelli. *Sueton. Ner.* 52. A cognitione veterum oratorum Seneca precepior (eum avertit), quo diutius in admiratione sui detineret. *Tac.* 13. *Ann.* 36. Præfectos militesque teudere extra vallum jussit. Inque ea contumelia detenti, nec nisi precibus universi exercitus exsoluti sunt. *Plin.* 14. *Hist. procem.* (4). Circa alia mentes hominum detinuntur. Alter *Plin. Paneg.* 28. Mæstos sermones materia latiori detinere. *Quintil.* 10. 5. 17. Adolescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detinere; et inanibus simulacris assuescere. *Id. 9. 2. 63.* Oculi diversarum aspectu rerum magis detinuntur. *Justin.* 29. 2. 8. Itaque ne eodem tempore multis bellis detineretur, pacem cum Aetolis facit. — NB. Apud *Cic.* 10. *All.* 1. 2. Suspensus me detines. Orellius et plerique alii rectius leg. *tenes.*

**DÉTONAT**, tōnabat, tōnūt, tōnare, impers. 1. (de et tono) duo diversa significat, prout *A)* Præ-

positio de est intensiva; aut *B)* Actionis finem significat.

*A)* Quum præpositio de est intensiva, detonat est vehementer tonat.

*I.) Proprie.* *Ovid.* 2. *Trist.* 35. ubi detonuit strepitum exterrit orben, Purum discussis aera redit aquis. *Alii interpretantur* tonare cessavit. *Flor.* 1. 17. Capitque superioribus jugis, in subjectos suo jure detonuit. *Id. 2. 6.* Ac primi quidem impetus turbo valido statim fragore detonuit. Addo *eundem*. 3. 21. et 4. 2.

*II.) Translate.* *Hieronym.* in *vita Paul.* erem. Et quum persecutionis procella detonaret. *Id. Ep.* 47. ad *Furiam*. Adversus epistolam meam turba patria detonabit.

*B)* Quum præpositio de actionis finem significat, detonare est tonare cessat: quo sensu occurrit translate tantum. *Virg.* 10. *Æn.* 809. Aeneas nubem belli, dum detonet, omnem sustinet. h. e. impetum quantum sustinet, donec deserveat. *Servius Val. Flacc.* 4. 294. furentemque Ebaldilem prima refugit, dum detonet ira. *Quintil.* 12. 9. 4. Nam cum illa dicendi vitiosa jactatio inter plausores suos detonuit, resurgit vera virtutis fortior fama. *Petron.* *Satyr.* 17. Ut ergo tam ambiosus detonuit imber, reterit caput. h. e. ut cessavere lacrimæ.

**DÉTONDÉO**, tondes, tondi vel tōtondi, tonsum, tondere, a. 2. (de et tondeo). De forma *detotondi* V. infra sub I. 2. — Part. *Detonsus* I. et II. — Detondeo est idem quod tondeo, vel probe tondeo, cedo, seco (It. *tosare*, *tagliare*; Fr. *tondre*, *tailler*, *couper*; Hisp. *esquilar*, *tundir*; Germ. *abscheeren*, *scheeren*, *beschneiden*; Angl. *to clip, shear, or cut off*).

*I.) Proprie.* ¶ 1. Stricto sensu de oīibus et similibus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 10. Altera (oris) bis jam detona certo est. *Cato R. R.* 96. Postea cum detonderis oves, unguito totas. *Varro 2. R. R.* 1. 28. Oves ac capras detondent aut vellunt. *Al. leg.* detondunt. *Id. apud Non.* p. 182. 16. *Merc.* Hæc lanigeræ detonderi docuit tunicare hominum. detonderi est medial sensu accipiendum. *Colum.* 7. *R. R.* 4. *ad fin.* Considerare tempestates, quibus oīis neque frigus, si lanam detraxerit, neque aestum, si nondum detonderis, sentiat. *Id. ibid.* Ovis detona. *Ovid. 6. Fast.* 229. Detonsi crines. *Propriet.* 4. 8. 15. Detonsi manni. h. e. pexi et ornati. ¶ 2. Hinc latiori sensu de arboribus. *Varro* apud *Priscian.* 9. p. 868. *Putsch.* Detonderal forecibus viticarpiferis. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 18. Quidquid e tenero processit, parcius detondetur; quoniam fere conjunctam gerit ab latere gemmam. *Ovid.* 3. *Fast.* 237. Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes. *Nemesian.* 1. *Ecl.* 16. dum salices hædi, dum gramine vacce detondent. h. e. carpunt, depascuntur. *V. DETUNDO.*

*II.) Translate.* *Ennius* apud *Priscian.* 9. p. 868. *Putsch.* El detondit agros latos atque oppida cepit. h. e. vastavit. *Al. leg.* Et detotondit: alii rectius deponit per tmesim.

**DÉTÔNO**, es, etc. *V. DETONAT.*

**DÉTONSIO**, ūnis, f. 3. eadem fere ac tonsio. *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. Coenavit quoque capitlis detonsio. *Theod. Priscian.* lib. 2. part. 1. c. 2. Juvat interea multum et detonsio capillorum.

**DÉTONSO**, as, are, a. 1. frequentat. a detondeo. *Fabius Pictor* apud *Gell.* 10. 15. Capillum dialis, nisi qui liber homo est, non detonsit.

**DÉTONSUS**, a, um. *V. DETONATO.*

**DÉTORNATÙS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DÉTORSO**, as, avi, åtum, are, a. 1. (de et tornus). Part. *Detornatus* II. — Detorno est et materia quam torno aliud officio.

*I.) Proprie.* *Plin.* 13. *Hist. nat.* 9. 18. (62). Ligum, ex quo velares detornant anulos.

*II.) Translate.* *Gell.* 9. 8. Hanc sententiam memini a Favorino detornatam inclusamque verbis his paucissimis.

**DÉTORQEÓ**, torques, torti, tortum, torquere, a. 2. (de et torqueo). Part. *Detorsus* pro detortus habet *Cato* apud *Priscian.* 9. p. 871. *Putsch.*, cuius verba *V. insta* II. 1. — Part. *Detorquens* II. 1.: *Detortus* I. 1. et II. 1. 2. — Detorquere est deorsum, vel in aliam partem torquere, deflectere, curvare (It. *torcere*, *piegare*, *volgere*; Fr. *détourner*, *tourner d'un autre côté*; Hisp. *volver*, *dar vuelta*; Germ. *etwas ab-oder hinwegdrehen*, *verdrehen*).

hen, wegwenden; Angl. to turn aside, bend, direct).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. Cic. 5. Tusc. 20. 59. Eum ipsum ponticulum, quum forem cubiculi clauserat, detorquebat. Id. Tim. 7. Detorquere aliquid a latere in dextram partem. Absolute Plin. 28. Hist. nat. 8. 27. (93). Si hyena in lævam detorsebit, deficiens argumentum est. Ceterum Id. 8. ibid. 51. 77. (207). Cauda in dexterum, in lævum detorta. Colum. 5. R. R. 8. 9. Paullatim ramuli ejus manu detorquentur. Virg. 5. En. 832. una ardua torquent Cornua (antennarum) detorquentur. Id. 9. ibid. 745. Detorquere hastam. h. e. aliorum desletere hastam jactatam. Id. 11. ibid. 765. habenas. Id. 5. ibid. 165. proram ad undas. Id. 4. ibid. 196. cursum ad aliquem. Horat. 2. Od. 12. 25. cervicem ad oscula. Ovid. 6. Met. 515. et nasquam detorquet lumen ab illa. Val. Flacc. 1. 120. Detorquere oculos ad undas. Id. 4. 684. valido qui robore tauros Sub juga, et invito detorquet in illa cornu. ¶ 2. Speciatim detorqueri dicuntur membra, quæ a recta figura in pravam distracthuntr, vel contrahuntr. Cic. 3. Fin. 5. 17. Est nemo, quin aptas malit et integras omnes partes corporis, quam imminutas, aut detoras. Tac. 15. Ann. 34. Vatinius corpore detorto. Cf. Apul. 8. Met. Nare detorta. h. e. nares torquento.

— Hinc

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. 2., detorqueri dicuntur quæ bona quoniam slot, in mala vertuntur. Liv. 42. 42. Calunniando detorquendoque omnia, suspecta et invisa efficer. Plin. 1. Ep. 8. Recte facta detorquere et carpere. Id. Paneg. 70. Detorquere sincera rectaque ingenia. Colum. 3. R. R. 10. 22. Prave detorta et inveterata opinio rusticorum. Tac. 1. Ann. 7. Verba et vultus in crimen detorquens. Quintil. 8. 3. 44. In obscenum intellectum sermo detortus. Seneca Ep. 13. a med. Detorquere in pejus verbum aliquod dubiae significatio. — Similiter Cato apud Priscian. 9. p. 871. Putsch. Marrucini vocantur, de Marso detorsum nomen. Et Horat. Art. P. 52. Et nova fictaque nuper habentur verba fidem, si Græco sohne cadent, parce detorta. ¶ 2. Generatim est idem ac flectere, quoniam etiam conjungitur apud Cic. Cœl. 9. 22. Flectere et detorquere voluntatem. Id. 2. Off. 10. 37. Voluptates, blandissimæ dominæ, majores partes animi à virtute detorquent. Horat. 2. Sat. 2. 54. Frusca vitium vitaveris illud. Si te alio prævus detorseris. Tac. 13. Ann. 3. Nero puerilibus statim amis vividum ingenuum in alia detortis. Plin. Paneg. 52. Quem copia principales ad segniliem lungenque non detorquent.

DETORRÉO, torres, tortiti, torrere, n. 2. (de et torre) idem quod torreo, aut valde torreo. Sidon. 1. Ep. 7. Invidia super consula cuius me paullo incautiore flanuma detorruit.

DETORSUS, a, um, et

DETORTUS, a, um. V. DETORQUEO.

DETRACTIÖN, ônis. V. DETRACTATIO.

DETRACTÄTOR, ôris. V. DETRACTATOR.

DETRACTÄTUS, a, um. V. DETRACTO.

DETRACTÄTUS, us, in. 4. tractatus. Tertull. Spectac. 3. Convertamur magis ad nostrorum tractatus. h. e. tractatus de hac re.

DETRACTIO, ônis, f. 3. detrahendi actus, ablatio (It. il togliere, sottrazione; Fr. action de retrancher, retranchement, suppression; Hisp. rebazar, desficio; Germ. Abziehen, Hinwegziehen, die Entziehung, Wegnahme; Angl. a drawing or taking away, detraction). Occurrit ¶ 1. Generatim; et quidem cum Genitivo rei, quæ detrahitur. Cic. 3. Off. 6. 30. Non magis est contra naturam morbus aut egestas, quam detracio aut appetitio alieni. Id. 12. Att. 35. 1. Certiore me velim facias, — cuius loci detractionem fieri velit. Cels. 4. 4. et Quintil. 2. 10. 6. Detracio sanguinis. Cic. 3. Off. 33. 113. Detracio doloris. — b) Absolute. Cic. 2. Divinat. 21. 48. Imagines in marinore efficiuntur detractione. ¶ 2. Speciatim est medicorum verbum, quo significatur viliosi humoris excrementorumque vel vomitu, vel per alvum, vel alia ratione dejectio, aut etiam sanguinis missio. — a) Cum Genitivo. Cic. Tim. 6. Detracio confecti et consumpti cibi. h. e. per inferna dejectio. — b) Absolute. Cels. 2. 10. Facilius itaque illi detractionem ejusmodi sustinent. h. e. sanguinis detractionem. Vitruv. 1. 6. 3. Schneid. Tussis, pleuritis, phthisis,

et cetera, quæ non detractionibus, sed adjectionibus curantur. Plin. 16. Hist. nat. 44. 92. (244). et 22. ibid. 25. 64. (133). Datur in vino dulci ad detractiones. Scribon. Compos. 101. Detractione ipsa levat. ¶ 3. Item speciatim apud Rhethores est ellipsis; et inter figuræ etiam enumeratur. Quintil. 1. 5. 38. Barbarismus fit adjectione, detractione. Id. 9. 3. 18. Detractiones, quæ in complexu sermonis aut vitium habent, aut figuram. Id. 9. 3. 58. Quæ per detractionem sunt figuræ, brevitatis novitatisque gratiam petunt. Addo eum. 9. 2. 37. et alibi. ¶ 4. Item speciatim est obtractatio. Cassiod. 3. Hist. Eccl. 2. a med. Suspicata est veram esse detractionem. V. DETRAHO II. 1. c.

DETRACTO, as, avi, åtum, are, a. 1. (de et traxo). Part. Detractatus. — Detracto est idem quod traxo. Fronto 3. ad M. Cœs. Ep. 8. (edente iterum A. Maio). Non inutile erit eadem nos denuo detraetore. Tertull. Virg. vel. 8. Nec detractamus, quare non et puerum nominari. Id. 2. ad Uxor. 2. Ut detractata et exsita sententia. — Detractare spud Paul. Diac. V. in DETRECTO.

DÉTRACTOR, ôris, m. 3. qui detrahit, obtractator, maledictus. Tac. 11. Ann. 11. Ipse, haudquam sui detractor, unum omnino anguum in cubiculo visum narrare solitus est. V. DETRECTATOR.

DÉTRACTUS, a, um. V. DETRAHO.

DÉTRACTUS, us, m. 4. detractio. In Abl. casu. Seneca Suasor. 7. ad fin. Detractu aut adjectione syllabae.

DETRAHO, trahis, traxi, tractum, trahere, a. 3. (de et traho). Detraxe pro detraxisse est Plaut. Trin. 3. 3. 15. — Part. Detrahens II. 1.; Detractus in omnibus paragr.; Detracturus I. f. et II. 1.; Detrahendus I. — Detrahere est deorsum trahere, deducere, adimere, auferre, amovere (It. tirar giù, tor via, levare, detrarre, allontanare, rimuovere; Fr. tirer à bas, tirer de, amener à, retrancher, enlever; Hisp. tirar abajo, traer, llevar, cercnar, guitar; Germ. Jemanden oder etwas herabziehen, fortziehen, abnehmen, entfernen; Angl. to draw or drag down, pull or pluck away, take off, take or remove away).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu occurrit — a) Cum additis, hoc est Detrahere aliquid alicui, aliquid vel aliquem de vel ex raro ab aliqua re aut loco, aliquid aliqua re. Sic Plaut. Asin. 1. 1. 79. Detrahere alicui vestimenta. Ter. Hecyrr. 5. 3. 31. alicui anulum. Cœs. 2. B. G. 21. Ut ad tegumenta scutis detrahenda tempus desuerit. Cic. 1. Fin. 7. 23. torqueum hosti. Liv. 4. 33. frenos equis. Virg. 5. En. 260. loricam Demoleo. Similiter Colum. 12. R. R. 44. 2. uvam yiti. Petron. Satyr. 12. laciniam humeris. tò humeris potest esse et Aflat. — Et absolute. Colum. 8. R. R. 9. 3. Turtures prohibeantur volare: quoniam, si id faciant, corpori detrahunt. h. e. macrescunt. — Plaut. Truc. 3. 1. 7. sibi cruentnam de collo. Ter. Heaut. 4. 1. 38. anulum de dito. Cœs. 7. B. G. 45. stramenta e mulis. Cic. Cœl. 14. 34. patrem triumphantem de curru. Id. 1. ad Q. fr. 2. 2. aliquem ex cruce. Id. Prov. cons. 1. 1. homines ex provinciis. Cf. eum. ibid. 8. 19. Illum inimicum ex Gallia sententis suis non detrahabant. Liv. 39. 20. Spe destinaverit Hannibalem ex Italia detrahendum. Sueton. Rhet. 6. aliquem pedibus e tribunali. Gell. 2. 10. Detracta ex verbo littera. Cic. Harusp. resp. 13. 28. sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque. Liv. 22. 47. Vir virum amplexus detrabat equo. Cœs. 1. B. G. 42. Equites detracti equis. Auct. B. Afr. 10. Naves, quas potuit, Cœsar ad terram detrahit. Curt. 5. 4. sub fin. Detrahere aliquem ad terram. Sueton. Claudi. 21. tauros ad terram. Flor. 1. 24. 3. totam dominationem in carcere et catenas. Seneca Ep. 102. a med. philosopham et sua maiestate in angustias. Cic. Mil. 14. 38. aliquem in judicium. At. leg. attrahere. Id. Client. 64. 179. Ut bunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil ejus modi cogitante, ad hanc accusationem detraheret. Sic. Lir. 22. 13. Irritut etiam de industria ducem, si forte accensum tot indignitatibus cladibusque sociorum detrahere ad æquum certamen possit. Iu. can. 3. 22. Detrahere in cladem fato damnata maritos. — NB. Apud Cic. 5. Fam. 2. 6. Ego cum uore, ut eum ab illa injuria detraheret, rectius legendum est deterret. — b) Cum Accusativo tantum rei, que detrahitur. Ter. Heaut. 1. 1. 72. Accurrit servi. socios detrahunt. Cic. Brut. 75. 262. Detra-

cta vestis. Cœs. 3. B. C. 96. Detractis insignibus imperatoris. Justin. 38. 8. 12. Tunc populus statuas et imagines ejus detrahit. ¶ 2. Latiori sensu est per vim rapere, auferre; et occurrit — a) Cum additis, hoc est detrahere aliquid alicui, ab aliquo, de vel ex aliqua re. Sic Lucret. 3. 513. Detrahendis summa bilum. Cic. 5. Verr. 78. 181. de tota summa binas quinquagesimas. Cf. eum. 10. Att. 5. Rogavi, ut, si quid posset, ex ea summa detraheret. Id. Flacc. 37. 91. Dat de lucro: nihil detrahit de vivo. Cf. Nepot. Timoth. 4. Multæ novem partes detrahit. Rursus Cic. Amic. 16. 57. De suis commodi multa detrahere. Cf. eum. 3. Verr. 9. 25. aliquid de jure et commodo suo. Id. 1. Fin. 9. 30. Detrahi de homine sensus. Id. 3. Off. 7. 30. Si quid ab homine utilitas tua causa detraheris. Id. 2. Divinat. 37. 79. Cœsar Dejetaro detrahit Armeniam a senatu datum. Id. 3. Off. 5. 23. Numquam committet, ut alienum appetat, et id, quod alteri detraheret, sibi assumat. Cœs. 6. B. G. 5. Detrahere alicui auxilia. Id. 2. ibid. 25. Scutum militi detractum. Id. 3. B. C. 89. ex tercia acie singulas cohortes. Liv. 28. 47. eo roto capiti. Horat. 1. Ep. 16. 34. fasces indigno. — Et aliquando in bonam partem. Cic. 3. Tusc. 31. 76. Chrysippus autem caput esse ceaser in consolando, detrahere illam opinionem marenti, si se officio fungi putet justo atque debito. Similiter Id. post redit. ad Quir. 2. 6. Non solum calamitatem mihi detrahit, sed etiam dignitatem auxisse videbimini. Similiter Sall. orat. Philipp. in Lepid. Nobis dignitas, illi metus detrahitur. Curt. 8. 4. ad fin. Pudorem vielis, victoribus superbiam detrahere. V. infra sub II. 1. a. — b) Cum Accusativo tantum rei, que detrahitur. Cic. post redit. ad Quir. 8. 19. Mihi quod potuit vis et injurya detrahere, eripuit. abstulit, dissipavit. Lucret. 5. 978. Nec diffidere, ne terras æternæ teneret Nox, in perpetuum detraho lumine solis. — c) Absolute. Quintil. 10. 4. 1. Hujus operis est adjicere, detrahere, mutare.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. — a) Universim est auferre, diminuere. Cic. Cœl. 2. 3. Ut ad ca, quæ accusatores, deformandi bujus causa, detrahenda spoliandaque dignitatem gratia, diverunt, primum respondeam. Id. 6. Verr. 11. 25. Senatorum populi Römani si non invitaverunt, honorem debitum detraherunt, non homini, sed ordini. Quintil. 6. 5. 10. Detrahere auctoritatem Cottæ. Id. 2. 17. 15. fidem sibi. Id. 5. 7. 8. fidem dictis. Rursus Cic. 5. Fam. 2. 10. Citiusque anire tui fratrem tuum odisse desinam, quam illius odio quidquam de nostra benevolentia detraham. Id. Brut. 67. 236. Quantum detrahit ex studio, tantum amisit et gloria. — Absolute. Nepos Eumen. 1. Multum ei detrahit inter eos (Macedonas) viventi, quod alienæ erat civitatis. h. e. multum ei obsuit, nocuit, detrimento fuit. — b) Speciatim detrahere de re quampli est auferre eamque diminuere. Cic. 3. Fam. 8. Detrahere de fama alicuius. Id. 1. Orat. 9. 35. de gloria cuiuspiam. Nepos Timol. 5. de rebus gestis alicuius. — c) Item detrahere de aliquo est famam ejus obloquendo denunciare, auferre de existimatione, obtrectare, famam laedere. Cic. 4. Acad. (2. pr.) 5. 15. Socrates autem de se ipse detrahens in disputacione, plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Id. 11. Att. 11. Ille in Achaja non cessat de nobis detrahere. Adde eum. Pis. 29. 71. Nepos Chabr. 3. Ut libenter de his detrahant, quos eminere videant altius. — Et absolute eodem sensu Cic. 1. Off. 37. 134. Detrahendi causa maledice dicere. Quintil. 8. 6. 55. Laudis simulatione detrahere, et vituperatione laudare. Cf. Id. 12. 9. 7. Tornquam detraheruta sit opinione minus liberalis materia. ¶ 2. Speciatim est medicorum verbum, et significat vitioum humorem excrementaque vel vomitu, vel per alvum, vel alia ratione deficere, aut etiam sanguinem militare. Colum. 6. R. R. 14. 3. Ex suricula sanguinem detrahere. Id. 7. ibid. 5. 11. sub oculis et de auribus sanguinem. Plin. 28. Hist. nat. 9. 12. (151). Sanguis detracit. Cels. 2. 10. extr. Si sanguis rubore cœpit, satis materia detractum est. Scribon. Compos. 135. Detrahere materialiam per alvum. Plin. 27. Hist. nat. 7. 28. (48). Absinthium bilem detrahit, urinam cœl.

DÉTRAMEN, mis, u. 3. (de et trama) linamentum earptum. Pelagon. Peterin. 11. 6. Si altiora erunt ulcera, rubricam cum melle miscethis, et cum detramine paenorum vulneribus inseris.

DETRECTATIO vel detractio, ūnis, f. 3. actus detrectandi. *Liv.* 6. 38. Romani ad edictum sine detractione convenere. *Id.* 7. 23. Sine detractione se certamini offerebant. *Id.* 3. 69. Detrectatio militia. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 7. (37). hereditas. h. e. hereditatis. *Tertull.* *Patient.* 3. Detractio fidei.

DETRECTATOR, ūris, vel detractator, ūris, m. 3. qui detrectat, hoc est ¶ 1. Qui detrahit, imminuit. *Liv.* 34. 15. Cato haud sane detrectator laudem suarum. *Jac. Gronov.* testatur in MSS. esse detractor. *Auson.* *Edyli.* 2. 51. Ipse nec affectans, nec detrectator honorum. Apud *Petron.* infra cit. et *Liv.* alii leg. detractator. ¶ 2. Qui recusat, refutat, devitat. *Petron.* *Satyr.* 117. Mercenarius Corax detrectator ministerii.

DETRECTO vel detracto, as, ūvi ūtum, are, a. 1. (de et tracto). Quod ad scriptiōnem attinet, in locis *Ovidii* inferius allatis al. leg. *detracto*, quod apud *Tac.* quoque *Dial. de orat.* non semel, et apud *Zaclant. Mort.* persecut. 9. et 10., item apud *Tibull.* 1. 7. 44. et *Propret.* 2. 2. 14. eadem variatione legitur. V. *Loers ad Ovid.* 2. *Trist.* 337. — Part. *Detrectans* et *Detrectandus* sub A. Detrectare duo diversa significat, prout A) Pr̄positio de remotione significat; aut B) Actionem significat in detrectu accipiendo.

A) Quum pr̄positio de remotione significat, detrecto est tractare sive agere recuso, adeoque universim recuso, defugio, devito (It. *rifiutare*, *ricusare*; Fr. *refuser*, se *refuser à*, *repousser*; Hisp. *rehusar*, *negarse*, *rempujar*; Germ. die *Beschäftigung mit etwas ablehnen*, *verweigern*, von sich *weissen*, *sich veigern*; Angl. to decline, refuse). Occurrit — a) Fere cum Accusativo rei, quam quis tractare, vel agere recusat, aut devitat. *Ces.* 7. B. G. 14. Detrectantes militiam. Sic *Ovid.* 13. *Met.* 36. detrectavitque furore Militiam facto. Addit *Flor.* 22. 2. *Liv.* 3. 60. Consul insinuata acie ultra hostem lacescit. Ubi illi (*hostes*), conscientia quid abesset virium, detrectaveret pugnam, crevit exemplo Romanis animus. *Virg.* 3. G. 57. juvenus juga detrectans. *Ovid.* 3. *Pont.* 7. 15. taurus detrectat aratum. *Tibull.* 1. 7. 43. non ūsava recuso Verbera; detrecto non ego vincula pedum. *Curt.* 3. 8. et *Tac.* 4. *Hist.* 67. Detrectare certamen. *Justin.* 13. 5. 8. pr̄mium. *Curt.* 10. 10. imperium. *Sueton.* *Ces.* 54. imperato. *Curt.* 8. 11. manus. *Sueton.* *Aug.* 32. judicandi manus. *Quintil.* 2. 1. 5. officia sua. *Sueton.* *Tib.* 25. Quidam etiam detrectabant principem non a se datum. *Id. Aug.* 24. Causa detrectandi sacrae. *Gell.* 20. 1. circa med. Detrectare fidem. h. e. nolle pr̄stare. Et *Passive Macrobi.* 2. *Saturn.* 3. Cum Laberius in fine Iudorum anulo honoratus a Cesare, e vestigio in xiv. ad spectandum transisset, et cum detrectabat est eque Romanus, et cum minus remissus. — b) Absolute. *Liv.* 2. 45. Instruitur acies: nec Vejens hostis Etruscæque legiones detrectant. *Id.* 3. 38. Postquam citati non conveniebant, dimissi circa domos apparitoris, simul ad pignera capienda, se scitandumque, num consulto desrectarent? referunt, senatu in agris esse. Addit *eund.* 23. 41.; et *Sueton.* *Ner.* 47. — c) Sequenti Infinito, apud sequitoris ūvi scriptores. *Paul.* *Dig.* 37. 14. 19. Tuteclam administrare detrectans. Anob. 6. 13. Stupiditas que tanta est (detrecto enim dicere exigitur) rerum existimare naturas formarum qualitate mutari.

B) Quum pr̄positio de significat actionem in melam partem esse accipiendo, detrectare est detractare, obtractare, diminuere: quo sensu fortasse dicit *Paul.* *Diac.* p. 74. 2. *Hūs!* Detrectare est male tractare. — a) Fere cum Accusativo rei. *Sall. Jug.* 57. extir. Adversæ res etiam bonos detrectant. *Liv.* 38. 49. Invidia detrectat virtutes, et corrumpt bonores et præmia eorum. *Ovid.* 5. *Met.* 246. Detrectare laudes olicieus. *Id.* 4. *Trist.* 10. 123. Livor detrectat præsentia. *Id. Remed.* am. 355. Ingenium magni livor detrectat Homer. *Fronto* ad *N. Ces.* 4. 12. Si quis alius codem te convicio audiret ut detrectaret, aqua animo audire non poterit. *Tac. Dial. de orat.* 11. Fore enim arbitrabar, ut a laudatione eorum (oratorum) digressus detrectaret poetas atque carminum studium prosterret. *Flor.* 4. 2. 9. Cato, adversus potentes semper obstruxus, detrectare Pompejum actisque ejus obstruxerat. — b) Absolute. *Ovid.* 2. *Trist.* 336. El amus ensus eram (scribere, *Casar*, res a te ge-

stas), sed detrectare videbar; Quodque nefas, damno viribus esse tuis. h. e. tractando immixuere. — c) Cum Dativo, *Forcellinus* affert illud *Sueton.* in vita *Persii*. Sibi primo, mox omnibus detrectatus. At *H. Doergens* ex Codice Florent. rectius legit: Lectoque Lucili libro decimo vehementer satras componere studuit, cuius libri principium est imitatus sibi primo, mox omnibus. Inde sectans cum tanta etc.

DETribuo, is, ere, a. 3. aliiquid ex attributis detraho, seu firmiter tribuo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 86.

DETRIMENTOSUS, a, um, adject. qui affert detrimentum. *Ces.* 7. B. G. 33. Etsi a bello atque hoste discedere detrimentum esse existimat.

DETRIMENTUM, i, u. 2. (est pro detrimentum a deterso) actus deterendi, abradendi, diminuendi.

I.) Proprie. *Apul.* 6. *Met.* Curru ūmæ tenuantis detrimento conspicuus et ipsius auri damno pretiosus.

II.) Translate sæpius usurpatum pro damno, amissione, jactura: ut docet ipse *Cic.* 3. *Fam.* 21. 69. Et emolumenta et detrimenta (qua *ἀφολίπατα* et *βαρύπατα* appellant) communia esse voluerunt: quoniam altera prosunt, nocent altera. (It. *scapito*, *perdita*, *danno*; Fr. *détriment*, *dommage*, *perte*; Hisp. *deirimento*, *dano*, *perjuicio*, *menoscabo*; Germ. d. *Abbruch*, *Verlust*, *Schaden*, *Eindusse*; Angl. *detriment*, *disadvantage*, *damage*, *loss*, *harm*). Occurrit — a) Generatim. — Jungitur pluribus Verbis, quorum præcipua hæc sunt. *Nepos Att.* 2. et *Ces.* 1. B. C. 82. et 3. *ibid.* 72. affere. *Ces.* 2. B. C. 2. inferre. *Cic.* 6. *Verr.* 9. 20.; *Nepos Cal.* 2. et *Seneca Tranquill.* 11. a med. facere. *Cic.* 1. *Orat.* 9. 38. importare publicis rebus. *Ces.* 1. B. G. 44. esse alicui ornamento et præsidio, non detimento. *Cic.* 10. *Fam.* 18. 2. capere. *Id.* pro leg. *Manil.* 6. 15. et 5. *Phil.* 12. 34.; et *Ces.* 5. B. G. 52. et 6. *ibid.* 34. accipere in aliqua re. *Ces.* 1. B. C. 45. et 3. *ibid.* 67. acceptum sarcire. *Id.* 2. *ibid.* 15. reconcinare. *Id.* 3. *ibid.* 73. in bonum vertere. — Sine Verbis. *Cic.* *Brut.* 1. 4. Nostro incommode detimentoque doleamus. *Id.* 1. *Legg.* 19. 51. Propter damna, aut detrimenta. *Auct. B. G.* 8. 83. Cum detimento repulsi. *Auct. B. Alex.* 49. Jacturæ et detrimenta rei familiaris. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 121. Detrimenta, fugas servorum, incendia etc. *Augustus* apud *Sueton.* in ejus vita 71. Ex magnis detrimента præter spem paullatim retractus est. h. e. ex jacturis, quas oleis fecerat. *Curt.* 5. 18. 13. Ergastuli detimento. *Quintil.* 10. 1. 41. Detrimen- tum temporis. *Justin.* 5. 4. 16. Explicit detimento munieribus. h. e. damnæ ex bonis in fiscum relatis.

b) Speciatim in re militari detimento est clades. *Ces.* 7. B. G. 10. Edocet, quanto detimento et quot virorum fortiorum morte necesse esset constare victoriæ. Addit *eund.* 6. *ibid.* 34. et 5. *ibid.* 52. — c) Item speciatim. *Videantur Consules, Praetores, etc.* ne quid respublika detimenti capiat vel accipiat, formula sicut senatusconsulti in re subita maximique periculi, et, ut ait *Liv.* 3. 4., ultime semper necessitatis, qua magistratibus permittebatur vocare ad armis populum, exercitum conscribere, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque cives, domi militaque imperium atque iudicium summum habere, ut *Sall. Cat.* 30. doceat. *Cic.* 5. *Phil.* 12. 34., 16. *Fam.* 11. 1. *Cat.* 2. 4. et alibi; *Ces.* 1. B. C. 5. et 7.; et *Liv.* 6. 19. et alibi. V. *Göttinger rom. Staatswurf.* p. 282.

Homonym. In quo detimento differat a danno. V. in fin. v. DAMNUM.

DÉTRITUS, a, um. V. DÉTERO.

DÉTRIUMPHATUS, a, um. V. voc. seq.

DÉTRIUMPHO, as, ūvi, ūtum, are, a. 1. (de et triumpho). Part. *Detriumphatus*. — Detriumpho est idem quod triumpho; nisi quod de vim addit significacioni. *Tertull.* *Apolog.* 27. *Dæmones* numquam magis detriumphamus, quam cum pro fiduci obstipatione damnatur. Addit *Cyprian.* de spectac. ad fin. *Minuc. Fel. Octav.* 25. Quos post cladeum detriumphatos colere cœperunt. Addit *Tertull.* *carr.* 1. *advers. Marcion.* 2.

DÉTRUDO, dis, si, sum, dere, a. 3. (de et trudo). Part. *Detrudens* et *Detrusus* I.; *Detrudendus* II. — Detrudere est si deorsum trudere, depellere, decicere, deturbare (It. *cacciare giù per forza*, *respingere*, *espellere*; Fr. *pousser violement en bas*,

chasser, repousser, déloger; Hisp. *pujar violentemente abajo*, *echar fuera*, *rempujar*; Germ. *entfernen oder etwas herabstoßen*, *wegstoßen*, *wegdrängen*, *vertreiben*; Angl. *to thrust down by force*, *drive or push from*).

I.) Proprie. — a) Generatim. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 33. Quos ego Jain detrudam od molas. *Id. Merc.* 1. 2. 6. Qui adversus eunt, aspello, detrude, detrua in viam. *Id. Trin.* 2. 4. 150. Detruere istos maleficos. Cf. eund. *Aulul* 2. 3. 8. Huccine detruisti nos ad senem parcissimum. h. e. compulisti. *Cic.* 1. *Orat.* 11. 46. Detrudere et compingere in pistrinum. *Id. 2. Nat. D.* 54. 135. Stomachus agitatione et motibus linguae depulsus et quasi detrusum cibum accipit. *Id. Tim.* 14. Detrudere aliiquid in lacvam partem oculorum. *Id. 5. Fam.* 10. sub fin. Ex arce me nives, frigora, imbre detruserunt. *Auct. B. Alex.* 76. Quam in proclive detruerent hostes. *Liv.* 42. 66. a med. Detrudere impedimenta per praeceps. *Virg.* 1. *Æn.* 149. detrudant naves scopulo. h. e. totis viribus e scopulo demovent avluntque. *Id. 7. Æn.* 773. aliquem Stygius ad undas. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 27. Stygius detrusus in oras. *Id. 12. Met.* 522. corpus sub inania Tartaria detrusum. *Id. 11. ibid.* 72. Detrudere pedum digitos in terram. *Tac.* 2. *Hist.* 8. Vi tempestatum Cythnum insulam detrusus. h. e. compulsa. *Sueton.* *Cal.* 32. Aliquis scutis remisque detrudere in mare. — Huc referri potest et illud *Claudian.* *Cona. Mall.* 316. magna levè detrudens murmura tactu. — b) Speciatim in re militari detrudere est fugare, in fugam vertere. *Liv.* 2. 10. de *Horat.* *Coc.* Jam impetu combantur detrudere virum. *Id.* 22. 28. Actes præsa detrusaque. Addit *eund.* 33. 7. *Virg.* 7. *Æn.* 469. detrudere finibus hostem. Addit *eund.* 9. *ibid.* 510.; et *Tac.* 6. *Ann.* 35. Sic *Lucan.* 6. 175. Detrudere hostem muris. — c) Item speciatim in re iuridica est et possessione depellere. *Cic.* *Quinct.* 6. 28. Quinctius de agro communi vi detruditur. *Id. Cœcina.* 17. 49. Strutu detrusus. V. *Hlotz.* et *Jordan.* ad h. l.

II.) Translate. — a) Generatim. *Plaut. Men.* 1. 3. 21. Detrudere se ad mendicitatem. *Cic.* 14. *Fam.* 16. Detrudere aliquem de sententiâ. *Id.* 1. *Off.* 31. 114. Si necessitas nos ad eum detruserit, quæ nostri ingenii non erunt. *Id.* 1. *Orat.* 28. 130. Hunc ad id, quod facere posset, detrudendum patet. *Id.* 1. ad *Q. fr.* 4. 4. In luctum et laborem detrudet. *Id. Flacc.* 38. 94. Detrudere aliquem in pœnam. h. e. vi et contra leges punire. *Nepos Timol.* 2. Ut cerneretur, quem ex quanto regno ad quam fortunam detrusisset. *Sueton.* *Ces.* 29. Difficilius se a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi. *Id. ibid.* 24. Detrudere aliquem. h. e. petitio ne honoris depellere. *Tac.* 13. *Ann.* 43. Detrudi ad necessitatem belli civilis. *Id.* 14. *ibid.* 54. Me in paupertatem ipse detrusi. *Id. Dial. de orat.* 32. In paucissimos sensus et angustas sententias detrudere eloquentiam. — b) Speciatim est differre, producere, vi tame et contra morem. *Cic.* 14. *Att.* 17. 2. Putantur detrudi comitia in adventum Caesaris. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 13. 3. in mensem Martium.

DETUNCATIÖ, ūnis, f. 3. actus detruncandi. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 37. (57). Detruncatio ramorum. Addit *eund.* 17. *ibid.* 24. 37. (237). *Cassiod.* 7. *Farrar.* 13. Detruncatio membrorum.

DÉTRUNCATUS, a, um. V. voc. seq.

DÉTRUNCO, as, ūvi, ūtum, are, a. 1. (de et trunco). Part. *Detruncatus*. — Detrunco est a trunco abscondi, truncando decicio, amputo, seco. *Liv.* 21. 37. Arboribus detruncatis struem lignorum facere. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 13. Sat erit novem pedes a terra relinqui, et superiore partem detruncari. *Ovid.* 8. *Met.* 770. Detruncare caput bipenni. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 17. (54). Si quis regi apum aliam detruncet, non fugiet examen. *Liv.* 31. 34. Gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscessis, aut tota service desecta. *Flor.* 4. 12. 11. C. Martius Dalmatas, incensa urbe Delminio, quasi detruncaverat. scilicet quia Delminium eorum caput erat. *Val. Flacc.* 3. 145. presunquam manu detruncat. Amastrum. h. e. capite plectit.

DÉTRUSIO, ūnis, f. 3. actus de crudendi deorsum. *Hieronym.* 8. in *Isajam* 24. 22. Didicimus subversionem terræ, et detrusione in lacum, et eu-stodiā careeris.

DÉTRUSUS, a, um. V. DÉTRUDO.

DETUDES esse detunso, deminuto. *Paul.* *Diac.*

p. 73. 11. *Müll.* Et *Gloss.* *Zabb.* *D. etudes, præ-*  
*severg. quod prædictæ fuisse conjectit Vulcanius.*

**DETUMEO**, *as, vel rectius*

**DETUMESCO**, *mescis, mili, mescere, a. 2. (de et tumeo vel tumesco) tumorem depono, tumere desi-  
no. Occurrat translate tantum. *Stat.* 5. *Theb.* 468.  
Detumere animi maris. *Petron.* *Satyr.* 109. Odia detumescunt.*

**DETUNDÔ**, *tundis, tundum, tundere, a. 3. (de et tundo). Part. *Detunsus.** — Detundo est deorsum tundo, dejicio, decutio. *Lucilius apud Non.* p. 496.  
32. *Merc.* Proras despoliate, detundite gubernia.  
*Alii rectius leg.* et detondete. Ita *Forcellinus*; re-  
centiores tamen vulgata lectionem tuentur. *Apul.*  
2. *Mel. sub fin.* Digitis pedum detunsis ob lapides.  
Ceterum Part. *Detunsus* habet etiam *Paul.* *Diac.*  
p. 73. 11. et p. 74. 17. *Müll.*

**DETUNSUS**, *a, um. V. voc. præced.*

**DETURBATUS**, *a, um. V. voc. seq.*

**DETURBO**, *as, avi, stum, are, a. 1. (de et turbo).*  
Part. *Deturbatus I. et II.*; *Deturbandus I.* — De-  
turbare est magno impetu aut per vim detrudere,  
expellere, proprie idem ac dejicere (It. gettare o cacciare  
giù o via con impeto o per forza, abbattere;  
Fr. jeter violement à bas, emporter, renverser;  
Hisp. echar violentamente abaxo, abatir; Germ.  
stürmisch oder heftig etwas herunter werfen oder  
treiben, fortreiben, niederstürzen, umwerfen;  
Angl. to tumble, beat, cast, or throw down, over-  
throw, demolish).

I.) Proprie. — a) Generatim. — Cum additis.  
*Plaut.* *Merc.* 1. 2. 5. Eos aspellito, detruere, deturba-  
re in viam. *Id.* *Mil. glor.* 2. 3. 63. Ego illum de  
pugnaculis deturbam. *Id.* *Rud.* 1. 1. 5. Ventus om-  
nes de teco deturbavit tegulas. *Lucret.* 5. 401.  
Phaeontia repenti fulminis ictu Deturbavit equis in  
terram. *Cic.* 12. *Fam.* 25. 2. Certa re et possessione  
deturbari. *Id.* *Quinct.* 14. 47. De fortunis omnibus  
P. Quinticius deturbandus est. *Ces.* 3. *B.* C. 21. De-  
turbare aliquem de tribunali. *Liv.* 35. 35. tyraannum  
transfuso equo. *Virg.* 5. *Æn.* 175. In mare precipi-  
tem puppi deturbat ab alto. *Id.* 10. *ibid.* 555. Detur-  
bare caput orientis terræ. h. e. in terram. — Cum  
Accusativo tantum. *Cic.* 6. *Verr.* 41. 90. Statuam  
deturbare. afflizere, communire, dissipare. Adde  
et *id. Pis.* 38. 93. *Id.* 3. ad *Q. fr.* 9. 7. Deturbare  
edificium. — b) Speciatim in re militari cum Accu-  
sativo significat de loco aliquo expellere. *Ces.* 5.  
*B.* G. 42. extr. Et omni parte lapidis conjectis,  
deturbati. *Id.* 3. *B.* C. 67. Deturbare Pompejanos  
ex vallo. *Liv.* 31. 39. extr. milites ex praesidiis et  
stationibus. Adde *eum.* 10. 41., 25. 13. et alibi.  
*Auct.* *B.* G. 8. 81. hostes de vallo. *Curt.* 6. 5. De-  
turbati ex collibus Barbari profugint. Adde *eum.*  
3. 17. 7. *Sall.* apud *Non.* p. 101. 16. *Merc.* Mœni-  
bus deturbat. Cf. *Pallad.* 7. *R.* R. 7. Apes fucos a  
sedibus suis deturbant. — Et absolute omnino. *Tac.*  
4. *Ann.* 51. Miles contra deturbare telis, pellere um-  
bonibus, congestas lapidum moles provolare.

II.) Translate. *Plaut.* *Most.* 1. 2. 58. Ignavia de-  
turbavit nibi verecundiam. *Cic.* *Pis.* 20. 46. Sua  
quinq[ue] fraus, suum scelus de sanitate ac mente  
deturbat. *Id.* 5. *Fam.* 5. Ex magna spe deturbatus.  
*Id.* 12. *ibid.* 25. Deturbari spe.

**DETURGENS**, *entis, particip. ab. inusit. deturgeo,*  
detumescens. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 58. 84. (189). De-  
turgente Nilo, musculi reperiuntur etc. *Al. leg.* de-  
cedente, *Harduin.* detegente, quam lectionem reti-  
nuit et Sillig.

**DETURPO**, *as, are, a. 1. (de et turpo).* Part. *De-  
tupans*. — Deturpo est turpem ac deformem redi-  
do. *Sueton.* *Cal.* 35. Pulcros et comatos occipitio-  
raso deturpalat. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 10. 18. (59).  
Aquilonis afflatus poma rugis deturpans.

**DEUNGO**, *is, ere, a. 3. idem quod ungo.* *Plaut.*  
*Pseud.* 1. 2. 85. Tu oleum haud magni pendis: vino  
te deungis. *Al. leg.* devincis; *alii* ted ungis.

**DEUNX**, uncis, m. 3. undecim unciae: a de et un-  
cia, quasi ab asse, seu libra, dempta uncia, ut *Varro*  
5. *L. L.* 172. *Müll.* docet. Dicitur autem — a) Tum de pondere, quando ad libram uncia deest. *Rhemn.* *Fann.* de ponderib. 43. Uncia nam libræ si  
deest, dixerat deuncem. — b) Tum de toto aliquo,  
cui una ex duodecim pars denitur. *Colum.* 5. *R.* R.  
1. 12. Partes duas tertias et una quarta habent pedes  
viginti sex millia et quadringentos: hoc est deunc. Jugerum habet pedes viginti octo millia, et octin-

gentos: hoc est as. *Cic.* *Cætin.* 6. 17. Facit heredem  
ex deinceps et semuncia Cætinam. *Pers.* 5. 149. Quid  
petis? ut numini, quod hic quinque modesto Nutri-  
trieris, pergent avidos sudare deunces. h. e. introdi-  
cum tibi fænum afferre, 11 pro 100. — c) Tum de  
vase, quod undecim cyathos continet: quia si his  
unum addas, sextarius fit. Nam cyathus est sextarii  
pars duodecima. *Martial.* 12. 28. Poto ego sextantes:  
tu potas, Cinna, deunces: Et quereris, quod non,  
Cinna, bibamus idem. Adde *eum.* 6. 78.

**DEURO**, *bris, usq; ustum, frære, a. 3. (de et uro).*  
Part. *Deustus*. — Deurest est idem quod urere, vel  
penitus urere (It. abbruciare; Fr. brûler, incen-  
dier; Hisp. quemar, abrasar; Germ. verbrennen,  
abreunen; Angl. to set on fire, burn). Occurrat  
— a) De igne. *Cæs.* 7. *B.* G. 25. Deustus turrium  
plateos videbant. *Liv.* 10. 41. Vineæ cæsæ, frumenta  
deusta. *Id.* 10. 4. Vici per vastationem agrorum  
deusti. *Id.* 39. 2. Agros virosque deurere et depopu-  
lari. *Auct.* *B.* *Hisp.* 27. Deurest oppidum. *Tac.* 4.  
*Ann.* 64. montem Cælium. *Id.* 6. *ibid.* 45. Deusta  
pars Circi. *Colum.* 6. *R.* R. 18. 1. Deusti cimicis ni-  
der. *Gell.* 1. 19. Tres libros ex novem deuissit.  
— b) Tribuitur et urinæ, quæ ardorem excitat. *Colum.*  
6. *R.* R. 30. 4. Haec eadem remedia adhibentur, si  
urina genitalia deuissit. *Ita Ald.*; *Brem.* habet  
deuissint: *rulgata lectio* deuissit, sed caret sensu: Schneider ex Hippiatricis corruptum locum  
emendari posse censem omittendo v. urina, ut omitt-  
tunt optimi libri, et legendo si genitalia procedi-  
rent; quæ conjectura si est adhændenda, rectius te-  
gas si genitalia decidenter. — c) Etiam frigori ac  
vento tribuitur. *Liv.* 40. 45. Arbores, quæ obnoxiae  
frigoribus sunt, hiems deuissat cunctas. *Curt.* 8. 9.  
Quæ propiora sunt mari, aquilones maxime deuunt.  
*Al. leg.* aquiloni decurunt. *V.* *Mützell.* ad *eum.*  
7. 13. — d) Et serpentum afflatibus. *Seneca Clem.*  
15. Ubi serpens fontes potu inficit, et si afflati,  
deurit obterisque, quoacunque incessit, ballistis pe-  
titur.

**DEUS**, i, m. 2. *Θεός.* In Vocativo singularis nu-  
meri est *Deus*, *V. BONUS*: *Dee* vero rarum et ca-  
dentiis Latinatis est. *Prudent.* *Hamarlig.* 939. O  
Dee cunctiparens, anime dator, o *Dee Christe*. —  
In plur. num. habet *dii*, *diis*, et aliquanto rarius  
*dei*, *dei*. *Plaut.* *Trin.* 2. 4. 89. *Dei* sunt divites.  
*Id.* *Cas.* 2. 5. 4. Omnes mortales *deis* sunt freti.  
*Liv.* 27. 25. Certis *deis*. *Codicum* vel optimorum  
lectiones maxime variant in prosa quoque  
oratione, et *di*, *dis* frequenter exhibent. — Fere autem  
*dei* et *deis* dicunt poetæ disyllabon facturi prima  
correpta: *di* et *dis* monosyllabon. *Virg.* 2. *G.*  
101. *dis* et *meosis* accepta secundis. *Id.* 2. *Æn.* 428.  
*Dis* alter visum. *Catull.* 4. 22. Neque ulla vota littoralibus dies. *Al. leg.* *dis*. *Val.* *Flacc.* 7. 29. cas-  
pasque *deis* accendere predas. *Lucan.* 4. 519. Vi-  
ctuerosque *dei* celant. et *ibid.* 493. Constituere *di*.  
*Al. leg.* *dei*. — In Genitivo plurali pro *deorum* ha-  
bet et *deum*, tum apud poetas passim, tum apud hi-  
storicos. *Liv.* 8. 13. Deum benignitate ad finem ve-  
nit. *Tac.* 12. *Ann.* 43. Magna deum benignitate.  
*Curt.* 3. 10. *sub fin.* Deum tempia. *Sall.* *Cat.* 21.  
Pro deum atque huminum fidem' *Cic.* quoque *fragm.*  
apud *Iriscian.* 7. p. 743. *Putsch.* Deum fide. —  
*Dibus* pro *diis* occurrit in *Inscript.* tantum. *Inscript.*  
apud *Gruter.* 24. 6. *JVNONI BEGINAX, MINER-  
VAM, NEPTVNO, LIBERO PATRI, DIANAS CETERISQ[UE]  
DIBVS.* *Alia* apud *eum.* 46. 8. *HERCVLI INVICTO ET  
DIBVS OMNIVS DEABVSQ[UE]*. Adde *alia* apud *eum.*  
98. 5. et 618. 3. Etiam *diibus* legitur in alia *Inscript.*  
apud *eum.* 2. 9. Verum haec imitanda non  
sunt. — Ceterum *Deus* est supremum numen, con-  
ditor, dominus et rector rerum omnium: a voce  
Græca allata (*Θεός*), eo modo, quo perdo a *néphē* *De-*  
*us* vel ab *Æolico* *deus* pro *Zeus*. Sed plura de elymo  
*Voss.* in *Etymol.* (It. *Dio*, *Iddio*; Fr. *Dieu*; Hisp.  
*Dios*; Germ. *Gott*; Angl. *God*).

I.) Proprie. — Generatim de *Deo* multa pro ce-  
ptu suo *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5., et *Cic.* 1. *Tusc.*  
27. 1. *Nat.* D. 22. et 2. *Divinat.* 72. etc. Verum  
vix quicquam Deo dignum sentire potuere Gentiles,  
qui deos plures posuerant: *V.* mox sub 2. a. —  
1.º In singulare numero; et quidem — a) De su-  
premo numine, conditore, domino et rectorre rerum  
omnium. *Cic.* 1. *Legg.* 7. 22. Homo præclarus qua-  
dam conditione generatus a supremo deo. *Id.* 1.  
*Nat.* D. 13. 33. Modo mundum ipsam deum dicit  
esse —, tum cæli ardorem. *Id.* 1. *Tusc.* 27. 66. Nec  
vero deus ipse alio modo intelligi potest, nisi mens  
soluta quædam et libera. *Id.* 3. *de republ.* 22. Unus  
erit communis quasi inagister et imperator omnium  
deus. — b) De fato. *Grat.* *Cyneg.* 350. Nec exper-  
tos sallet deus. — c) De vi naturali indefinita. *Ho-  
rat.* 1. *Od.* 18. 3. Siccis omnia nam dura deus pro-  
positus. *Grat.* *Cyneg.* 513. juxta vitium posuit deus.  
— d) De justitia, quæ malos puniit. *Grat.*  
*Cyneg.* 455. deus ulti pone sequens. — e) De di-  
vina potentia generatim. *Virg.* 1. *Ecl.* 6. deus nobis  
haec otia fecit; Namque erit ille mihi semper deus.  
*Ovid.* 2. *Fast.* 780. audentes forsque deusque ju-  
vant. *Stat.* 2. *Theb.* 540. audiens deus et fortuna  
recessit. Sic deus aliquis viderit dicitur in re ma-  
xime obscura, aut difficilli, *Cic.* 1. *Tusc.* 11. 23. Ha-  
rum sententiarum quæ vera sit, deus aliquis viderit.  
— f) Latini poete Græcos imitati, quibus ò xai  
ñ Dec dicitur, dei nomen in singulari numero et  
iam deabus aliquando tribuunt. *Virg.* 2. *Æn.* 632.  
Descendo, ac ducente deo etc. h. e. Venere. *Calvus*  
apud *Servium* *ibid.* et *Macrob.* 3. *Saturn.* 8. pol-  
lenteum deum Venerem. *Virg.* 7. *Æn.* 497. Nec  
deutæ erranti deus absuit. h. e. Alecto. *Q. Catulus*  
apud *Cic.* 1. *Nat.* D. 28. 79. Mortalis visus pulchrior  
esse deo. h. e. Aurora. *Plaut.* *Pœn.* a. 2. v. 10.  
Deum esse indignam credidi. *Al.* alit. leg. Simile  
quiddam habet *Cic.* 6. *Verr.* 40. 107. — 2.º In  
plurali numero. — a) Gentiles, qui deos plures,  
ut diximus, posuere, in duo etiam genera divisere,  
ut alii essent *majorum gentium*, antiqui scilicet et  
semper tales; quos duobus versiculis complexus est  
*Ennius* (*V. CONSENTE* in *ONOM.*): alii *minorum*,  
quasi affecti et adscitici; quo numero complectebantur Faunos, Nymphas, cosque omnes, quos  
ex hominibus in deos referebant. *Cic.* 1. *Tusc.* 13.  
29. De his *Ovid.* 1b. 81. Vos quoque plebs Super-  
num, Fauni, Satyri, Laresque, Fluminaque, et  
Nymphæ, Semideumque genus. — Hinc excedere vel  
transgreedi ad deos dicebantur, qui post mortem in  
deorum numerum referebantur. *Vellej.* 1. 2. et 2.  
75. — b) Ceterum in plurali numero sapienti quam  
in singulari hoc nomen usurpatum est. *Cic.* 1. *Fam.*  
9. 19. Neque solum diti, sed etiam sæpe facio, dili  
hominiusque approbatibus. *Sall.* *Cat.* 15. Nam  
que animus impurus, deis hominibusque infestus,  
neque vigilis, neque quietibus sedari poterat. *Liv.*  
3. 17. Quidquid patrum plebisque est, consules, tri-  
bunos, deos hominesque omnes armatos opem ferre.  
*Id. ibid.* 19. Pudet deorum hominumque et paullo  
post. Et bi postulant, ut sacrosaucti habeantur, qui  
ibus ipsi dili neque sacri, neque sancti sunt? Adde  
*eum.* 9. 26., 40. 12. et alibi. — c) Communes  
formulae dis voluntibus, si *di* volent, etc. hue per-  
tinent. *Plaut.* *Mil. glor.* 4. 8. 41. Agite; ite cum  
deis bene voluntibus. *Id. Pers.* 3. 1. 4. Sequare hac,  
mea grata, me cum dili voluntibus. *Sall.* *Jug.* 14.  
Virtute ac deis voluntibus magni estis et opulentis.  
*Plaut.* *Pœn.* 4. 2. 88. Quin hercile collibertus meus  
faro eris, si di volent. *Id. Capt.* 2. 3. 94. Expediri  
ex servitio filium, si dis placet. *V.* infra, ubi for-  
mula si *dis* placet est ironice loquentis. Contra *Cic.*  
*Vatin.* 16. 38. Te, dis hominibusque invitis, amore  
in te incredibili quodam *C.* *Cesaris*, omnia quæ  
velis, consecuturum. Adde *eum.* 3. ad *Q. fr.* 2. 1.  
— Consimili ratione *dis* *trahit* *natus* dicitur, qui  
infelix est et cui nihil succedit. *Phœdr.* 4. 19.; *Ho-  
rat.* 2. *Sut.* 3. 8.; et *Plaut.* *Mil. glor.* 2. 3. 43. et  
*Pers.* 4. 27. — d) Exclamandi et admirandi sunt  
formulae, quæ sequuntur. *Plaut.* *Amph.* 2. 2. 190.;  
et *Ter.* *Adelph.* 3. 4. 1. et *Phorm.* 5. 8. 19. Proh  
dili immortales. *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 299., *Epid.* 5.  
1. 21. et *Pœn.* 4. 2. 101.; et *Ter.* *Eun.* 2. 2. 1. Dili  
immortales. Sic *Cic.* 2. *Fin.* 28. 93. Quos ille, dili  
immortales, cruciatus perferebat! *Ter.* *Andr.* 2. 2.  
1. et *Heaut.* 2. 3. 13.; et *Plin.* *Paneg.* 10. Dil boni.  
Sic *Cic.* 6. *Att.* 6. 4. At te apud eum, dili boni,  
quanta in gratia posui! De formula *Bone Deus!* *V.*  
in *BONUS*. *Orid.* 6. *Fast.* 187. Quam beue, dili ma-  
gni! pugna cecidisset in illa Defensor solii, Juppiter  
alte, tui! *Ter.* *Andr.* 1. 4. 3. et *Phorm.* 5. 1. 13.  
dili. Sic *Cic.* 9. *Att.* 19. Reliqua, o dili, qui coim-  
titus! *Plin.* *Hist. nat.* *præfat.* § 24. At quum intra-  
veris, dili deæque, quam nihil in medio invenies!  
*Plaut.* *Trin.* 2. 4. 190.; et *Ter.* *Eun.* 3. 1. 28. Di  
vostram fideim. Et addito obsecro apud *Plaut.* *Amph.*  
5. 1. 78. Sed quid hoc? quam valide tonuit! di ob-

secro vestram fidem! *Ter. Andr.* 1. 5. 2. et 11., et *Hecyr.* 2. 1. 1. Proh deum atque hominum fidem! Et omissio fidem apud *Ter. Phorm.* 2. 3. 4. Pro deum immortalium, negat Phanium esse hanc sibi cognitam Demiphō? banc Demiphō negat esse cognitam? — e) Formule jurantis, obsecrantis, avertentis, malum deprecantis, et meliora a diis optantia sunt fore sequentes. *Ter. Andr.* 3. 3. 6. Per te deos oro. *Cic. 2. Off.* 2. 5. Quid enim est, per deos, optabilius sapientia? *Id. 3. Phil.* 14. 34. Hanc igitur occasionem oblatam tenete, per deos immortales, patres conscripti. *Cælius* apud *Cic. 8. Fam.* 14. ad *fin.* Curre per deos atque homines. *Plaut. Trin.* 2. 4. 101. et *Ter. Phorm.* 3. 3. 19. et *Heaut.* 1. 1. 109. Di bene vortant. *Plaut. Amph.* 2. 1. 65.; *Ter. Hecyr.* 3. 2. 19. et *Eun.* 2. 3. 98.; et *Cic. 14. Fam.* 3., 7. *Verr.* 13. 33. et 5. *ibid.* 35. 81. Dil facint; Dii faciant; Utinam dii facint, ut vel ne etc. *Ter. Andr.* 3. 3. 36.; et *Cic. 9. Att.* 2. et 3. *Phil.* 14. 35. Dii prohibeant, averruncent, omen avertant. — Similia sunt *Dii melius duint, faciant, meliora ferant, velint*, etc. Sic *Plaut. Pseud.* 1. 3. 81. Di melius faciant. *Ter. Phorm.* 5. 8. 16. Uroxene duvit n. mi homo, dii melius duint. *Tibull.* 8. 4. 1. Di meliora ferant, nec sint insomnia vera. *Ovid. 7. Met.* 37. Di meliora velint. Quamquam non ista precarda, Sed facienda mihi. Et absolute di meliora vel melius eodem sensu. *Cic. 8. Phil.* 3. 9. Quid nos? namquid tale habemus? Dii meliora. Adde eundem. *Senecl. 14. 47.*; et *Liv. 39. 10. Ovid. Heroid.* 17. 29. Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset: Di melius! similis non fuit illa tui. *Id. Remed. am.* 439. Di melius, quam nos moneamus talia quemquam! Adele eundem. 3. *Amor.* 7. 19.; et *Propriet.* 4. 6. 65. *Val. Max.* 6. 1. extr. Dii melius, quod hunc animum viris earum in acie non dederunt. h. e. benignius egerunt cum populo Romano, quod etc. *Senecl. Ep. 98.* post init. Dicito, quoties aliquid alterius, quam cogitabas, eveneris, dii melius. — *Plaut. Asin.* 3. 3. 46. et *Trin.* 2. 2. 103. Di te servassint. Similiter di vel ita di me ament, amabunt, etc. saepe occurunt, ut apud *Plaut. Aulul.* 2. 2. 6. et *Pars.* 1. 3. 30. Sic *Ter. Heaut.* 2. 3. 67. Prae gaudio, ita me li ament, ubi sim, nescio. h. e. ita me dii servent. *Id. Adelph.* 4. 7. 31. Ita nu di ament, ut video ego tuam ineptiam. *Id. Hecyr.* 2. 1. 9. Ita me di bene ament. *Id. ibid.* 1. 2. 31. Ita me di amabunt, haud propterea te rogo, sed etc. Sic di te ament est salutantis apud *Plaut. Most.* 1. 4. 27., *Men.* 2. 2. 6. et *Poen.* 3. 5. 6. etc. — *Contro di te perdurint,* perdant, etc. sunt imprecati apud *Plaut. Pten.* 3. 2. 9.; *Ter. Hecyr.* 1. 2. 59., et *Cic. Dejot.* 7. 21. Similiter *Plaut. Most.* 3. 1. 153. Di te desque omnes funditus perdant. *Ter. Andr.* 4. 4. 22. et *Heaut.* 3. 3. 28. Di te eradicent. *Id. Phorm.* 2. 3. 47.; et *Cic. 11. Fam.* 21. 1. Dii tibi male faciant. Et omissio verbo *Cic. 15. Att.* 20. Dii illi mortuo, qui unquam Butibrotum! — f) Si diis placet est ironice loquenti et simul indignantis. *Ter. Adelph.* 3. 5. 30. Ille bonus vir nobis psaltriam, si diis placet, paravit. *Cic. Pis.* 16. 38. Appellatus est hic vulneribus illius provinciae, si diis placet, imperator. Ade *Liv.* 6. 40., 34. 32. 40. 13. et alibi; *Quintil.* 8. 3. 44.; et *Flor.* 4. 4. 1. Cf. *Phn. 34. Hist. nat.* 18. 50. (166). Nero, quoniam ita diis placuit, princeps. — g) In diis est, quod Graci Ev γρῳ τῷ Δεῳ τῷ τοῦτον τελοῦ νῦν, idem est atque in potestate deorum est. *Orid. 7. Met.* 24. vivat, an ille Occidat, in dis est. *Id. Heroid.* 20. 44. Exitus in dis est. — h) Qui putant Christianum hominem Latine deos de uno Deo posse dicere, afferunt illud *Taciti* de uno Deo Iudeorum loquentis, 5. *Hist.* 13. Audita major humana vox excedere deos. Verum *Tacitus* non Iudeorum, sed Latino more loquitur.

causa et responsa de. *Sat.* 11. 12. 338. vulgique  
deus pervenit ad aures. ¶ 2. Figurare hoc nomen  
tribuitur aliquando ei, qui ceteros quomodo cumque  
antecellit: hinc ei qui dives ac felix est, qui in al-  
iqua re excellens et singularis est, qui valde benefi-  
cios est et servator. *Plaut. Curi.* 1. 4. 11. Sum deus.  
*Ter. Heuyr.* 5. 4. 3. Deus sum, si hoc ita est. *Id.*  
*Adelph.* 4. 1. 19. Laudarier te audit libenter: facio  
te apud unum deum: virtutes narro. *Cic. 2. Nat. P.*  
12. 32. Platonem quasi quemdam deum philosophorum.  
*Id. 1. Orat.* 23. 166. Te in dicendo semper  
potavi deum. Adde cumd. 2. *Ibid.* 42. 179. *Id. Mar-*

*cell.* 3. 8. Non ego eum cum summis viris comparo,  
sed simillimum deo judico. V. Klotz ad h. l. *Id.*  
*Sext.* 69. 144. Lentulum deum ac parentem fortunæ  
ac nominis mei. V. Halm. h. l. *Id. post* *redit. ad*  
*Quirit.* 5. 11. Lentulus, parcos, deus, salus nostra  
vite. *Virg.* 5. *Ecl.* 392, deus ille magister Eryx.  
*Horat.* 2. *Sat.* 6. 52. deos (h. e. Cæsarem Octavianum,  
Mæcenatem, etc.) quoniam proprius contingit.  
— In *Inscriptionibus* et *Nomismis* deus dicitur imperator. *Inscript.* apud Orell. 609. et 1800. *DEO AVG.*  
T. LAPPONI DOMITIA CASSIA V. S. L. M. L. D. B. D. *Alia*  
apud eumq. 1336. NEPTVNO DEISQ. AVG. T. ABIDIVS  
VERVS POST. SVBPRÆFECTVS CLASS. RAVEN. TEMPLO  
RESTITVTO etc. Sic *Nemes.* venat. 71. Ipso pæne  
prior genitore deo. Et de imperatore adhuc vivo *Cal-*  
*purn.* *Ecl.* 7. deus ipse canatur, Qui populos urbes  
que regit pacemque togatam. — Ceterum quod ad  
*Inscriptiones* attinet, V. *Labus in Morcelli Dissert.*  
sull' *Apoteosi* p. 20.  
DEUSTUS, a, um. *V. DEURO.*  
DEUTER, ra, rum, adject. δευτέρος, secundus.  
Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 9. — *NB.* De cogn. Rom.  
*V. ONOM.*  
DEUTERIAMBUS, i., m. 2. genus pedis, apud  
*Capell.* 5. p. 169. At ibi legendum est *dithyrambus*,  
ut recte adnotat *Kopp.*; qui addit etiam, to-  
tam illam *Capellæ* phrasin a codice Monacensi  
abesse.  
DEUTERIUS, a, um, adject. δευτέρος, secundarius. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 10. 12. (86). Non possunt  
jure dici vina, quæ Græci deuterias appellant, Cato  
et nos loram, maceratis aqua vinaceis. *Id.* 14. *ibid.*  
9. 11. (81). *secundarium passum* appellat. *Har-*  
*daini* legit deuteria, ut si neutr. plur., cui subau-  
diatur vīna. Si Græco adhæreas, nos; si Latina po-  
sitione effundenter putes, illæ rectius legisse videtur.  
*Siliq.* lectionem *Harduini* retinuit.

**DEUTOR**, Eteris, uti, dep. 3. (de et utor) idem quod abutor, male utor. *Nepos Eumen.* 11. Non convenire Antigoni prudentiae, ut sic deuteretur vi- cto. *Al. leg.* se uteretur.

**DEUTERONÖMIUM**, ii. n. 2. δευτερογένεμον, secunda lex, vel potius repetitio legis. **Vox Graeca**, a **vōpos lex et δεύτερος secundus**. Est nomen unius ex libris Sacrae Scripturæ. **Laciani**. 4. 17. et **Sidon**. 9. **Ep. 9.**

**DEVAGO**, as, are. *J.* vec. seq. ad fin.

**DRVAGOR**, *aris, ari, dep. 1. quasi de via dece-  
dens vago. Justinian. praefat. 2. ad Digest. a med.  
Ne a venditionibus ulterius devagentur, et ibid. ad  
fin. Auditivimus in Alexandria et in aliis civitatibus  
quosdam imperitos homines devagari. Adde Cod.  
Theod. 1. 10. 5., et V. DIVAGOR. — Olim et de-  
vago, dictum est. *Accius apud Non. p. 467.* 26.  
**Merc.** Deinde omnes stirpe cum inclusa Cadmeiae,  
Tumultu percitatae matronæ vagant. Ita, ut versuum  
ratio constet, legit Bothe; alii *Cadmi devagant ma-  
tronæ tumultu percitatae: quod improbadum vide-  
tur, nam ibi Non. de vago, non de derago sermo-  
nem habet.**

**DÉVASTATOR**, òris, m. 3. qui devastat. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 45. Ferus sacræ vineæ **devastator** (*Julianus Aug.*) pœnas exactus est vastationis sue, ja-  
reique mortuus terroribus minisque frustratus.

DÉVASTATUS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉVASTO, as, átum, are, a. f. (de et vasto). Part. *Devastatus* et *Devastandus*. — Devasto est depopulor, deprædor. *Liv.* 2. 9. Marrucinos et Pelignos devastat. *Id.* 4. 59. Tripartito ad devastandos fines discussere. *Auct. B. G.* 8. 24. Ad devastandos depopulandosque fines Ambiorigis profiscitur. *Ovid.* 13. *Met.* 255. Agmina ferro devastata.

**DEVASTUS**, a, um, adject. valde vastus. *Apul.* 9.  
**Met.** Jamque miles, inversa vite, devastiore nodulo  
cerebrum suum diffundere. *At. leg.* de vastiore: et  
quidem recte, nam miles, inversa vite, quam manu  
tenebat, ex parte crassiore cerebrum horiliani per-  
cussit atque diffudit. Amandanda itaque est de Latio  
vot **devastus**.

DÈVECTO, as, are, a. i. frequentat. a devecho. Sedul. 5. 345. Solvere connectum, quam devectare ligatum.

**BEVECTUS**, a, um. *V.* voc. seq.  
**BEVĒHO** vabis sexi vectum

**DEVERHO**, vēhis, veri, vectum, vēbere, a. 3. (de et vaho). Part. *Devectus* I. in fin. (*V.* et **DEVEXUS**, a, um, loco suo); *Devehendus* I. — Deyehere est

**DEVENIO**  
deorsum vehere, avehers, transferre, abducere, seu navi, seu jumento, seu curru (It. portar giù, portar via, trasportare; Fr. porter, transporter, charrier, voiturer; Hisp. llevar, traer, transportar, acarrear, conducir; Germ. hinweg - oder fort - tragen, - fahren oder - bringen; Angl. to carry down, convey).

L) Proprie. *Plaut. Pten. prol.* 86. A Magaribus  
eas qui surripait, in *Anactorium* devexit. *Ces.* 5.  
*B. G.* 47. Frumentumque omne, quod eo toleranda  
hiemis causa devexerat. *Id.* 1. *ibid.* 43. Legionem  
Cesar equis devexerat. *Id.* 1. *B. C.* 54. Curribus  
junctis naves milia passuum viginti duo a castris  
devehere. *Nepos Dion.* 4. Navem ei dedit, qua Co-  
rinthum devehetur. *Liv.* 4. 52. Maximos commea-  
tus, summo Stirriæ studio, Tiberis deveyerat. *Id.* 5.  
54. Quo fruges ex mediterraneis locis devexerat. *Id.*  
36. 2. Devehere frumentum in Graeciam. *Id.* 40. 33.  
saucios in oppidum. *Id.* 21. 10. ad fin. Devehendum  
Hannibalēm in ultimas maris terrarumque oras cen-  
seο. h. e. asportandus. *Verg.* 2. G. 408. Primus hu-  
mum fodito, primus devecta cremato Sarmenta.  
*Curt.* 4. 3. Syracusis id simulacrum devexerant. *Id.*  
*ibid.* 7. Aqua, quam utribus camelli devererant. *Id.*  
10. 1. Materia devecta ad urbem. *Id.* 9. 8. In fines  
Mallorcu secundo omine devehitur. *Justin.* 12. 8.  
Devehi per fluvium in oceānum. *Val. Flacc.* 1. 114.  
Huc devecta puppis. — Uinc Part. preter. pass. *De-*  
*vectus* sepe de personis usurpatur secundo flamme  
iller facientibus: quo stetsi verbo subvehere opponi-  
tur. *Cic.* 1. *Phil.* 4. 9. Ego celeriter Veliam de-  
vectus Brutum vidi. *Sueton. Tib.* 72. Misenum usque  
devectus. *Tac.* 3. *Ann.* 9. Nare ac mox Tiberi de-  
vectus. Adde *Juvenal.* 7. 121. Rursus *Tac.* 4. *Ann.*  
72. Utrumque exercitum Rheno deveratum Frisia  
intulit.

II.) Figurate. Propriet. 4. 1. 110. Hartenius histriæ: nunc ad tua devehor astra. h. e. transeo; gradum facio.

**DÉVELLO**, vellis, velli, vulsum vel volsum, vellere, a. 3. (de et vello). Part. *Devulsus* et *Devellendus*. — Devellere est idem quod vellere, vel potius valde vellere, depilare. *Plaut. Pæn.* 4. 2. 50. Nolito edepol devellisse (*pennas*): iam his duobus mensibus volucres alæ tibi erunt hircinæ. *Fronto ad Verum Imperatorem* (edente iterum *A. Maii*) *Ep.* 1. ad fin. A sedilibus equitum pluma, quasi anseribus, devolsa. *Pallad.* 4. R. R. 10. 1. Malus punica seritur plantis de matrum radice devulsis. *Sueton. Domit.* 22. Eratque fama, quasi concubinas ipse develleret. *Capitolin. Perit.* 8. Vasa Samnitica collactandas resinx ac pici devellendis hominibus ac levigandis. Sunt qui apud *Sueton.* et *Capitolin.* loc. cit. perperam legunt develleret et devellendis.

DÉVÉLO, as, are, a. 1. velum aufero, detego.  
Ovid. 6. Met. 604. Oraque deyelat miseræ pudibunda sororis.

**DEVENÉROR.** Iris, filius sum, ari, dep. 1. (de et  
veneror). Part. *Deveneratus* et *Devenerasus*. —  
Deveneror est idem quod veneror. *Ovid. Heroid.* 2.  
18. Sæpe deos supplex, ut tu sclerate valeres, Sum  
præce turiferemis deveneratae sociis. *Tibull.* 1. 5. 13.  
Ipse procuravi, ne possent sava docere Somnia, tñ  
sancta deveneranda mola. *h. e.* precibus amolienda,  
avertenda: ubi devenerari est idem ac deprecari,  
detestari.

**DÉVENIR**, vénis, vénî, ventum, vénire, n. 4. (de et venio). Part. *Deeventurus* II. — Devenir est deorum venire, venir, pervenire (It. ascendere, giungere, pervenire; Fr. aller, se rendre, arriver; Hisp. ir, andar, hallarse, llegar, arribar; Germ. irgendwohin kommen, gelangen, gerathen; Angl. to descend, come, arrive, reach).

1.) Proprie. *Plaut. Most.* 4. 2. 52. Ne ad alias redes perperam deveneris. *Id. Hil. glor.* 2. 1. 18. ad hunc in servitutem ab eo, cui servi prius. *Id. Epid.* 3. 2. 28. ad lenonem. *Id. Pseud.* 1. 3. 53. ad damnam. *Id. Rud.* 4. 3. 17. ad furem. *Id. Asin.* 1. 1. 92. et *Men.* 1. 2. 27. in insidias. *Lucret.* 6. 1131. Nec refert, utrum nos in loca deveniamus Nobis adversa, et cæli mutemus amictum. *Cic.* 7. *Fam.* 3. 3. Devenire in victoris manus. Sic *Id.* 1. *Att.* 9. Nolebam illum nostrum familiarem sermonem in aliæ manus devenire. Et figurare pro confugere, *Id. 7. Verr.* 49. 126. Ad senatum devenient, qui de Verre supplicium sumat? non est usitatum. Ad populum

R. confugient? facilis est causa populi. *Nepos Pelop.* 3. Exsules in urbem deveniunt. *Ctes.* 2. *B. G.* 21. Quam quisque in partem ad opere easu devenit, quaque prima signa conspexit, ad hæc constitit. *Id. ibid.* Cæsar — ad legionem decimam devenit. *Liv.* 9. 31. Devenire in aliquum locum. *Ovid. 8. Met.* 796. Illa dato subiecta per acra curru, Devenit in Scythiam. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 27. Ite tamen restat, Nume quo devenit et Ancus. — Et poetice cum Accusativo sine præpos. *Virg. 4. Aen.* 165. Speluncam Dido dux et Trojanus eamdem Deveniunt. *Val. Flacc.* 1. 84. silvas et amena piorum Deveniunt.

II.) Translate. — a) Generatim. *Ter. Heaut.* 4. 5. 2. Miseret me, tantum devenisse ad eum mali. *Cic. 1. Orat.* 1. 3. Nam prima ætate incidiimus in ipsam perturbationem disciplinas veteris: et consulari devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen. *Contra Colum.* 2. *R. R.* 11. 10. *Schneid.* Omne frumentum et hordeum — his diebus post florem ad maturitatem devenit. *Al. leg.* venit. *Sueton. Vesp.* 5. Non defuerunt, qui interpretarentur quandoque rem publicam in tutelam ejus ac velut in gremium deuenturam. — b) Speciatim ponitur pro descendere, seu accommodare se ad aliquid, quod alias quis non amplectetur. *Cic. Mur.* 13. 29. Nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire. *Id. Quintil.* 17. 54. Dicil vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem devenire.

DÉVÉNUSTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉVÉNUSTO, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (de et venustus). Part. *Devenustatus.* — Devenusto est deformo, deturpo. *Gell.* 12. 1. Tamquam pulcritudinis sibi insignis devenustet. *Auson. pref. ad monosyll.* tantum in fin. posita. Quæ omnia insuavis materia devenustat. *Sidon.* 1. *Ep.* 7. ad fin. Usque ad initiorum dolorem devenustatus. Addc euind. 2. *ibid.* 2.

DÉVERBÉRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

DÉVERBERO, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (de et verber). Part. *Deverberatus.* — Deverbero est valde verbero. *Ter. Phorm.* 2. 2. 13. Quot me censes homines iam deverbasse usque ad necem? *Lactant.* 2. 7. ad fin. Deverbatur servum sub furca medio circu ad supplicium duxerat. *Al. male leg.* diverberatum.

DÉVERBIUM. *V.* DIVERBIUM init.

DÉVERGENTIA, æ, f. 1. deverxitas, declivitas. *Gell.* 14. 1. Et devergentia et convectionibus mundi.

DÉVERGO, gis, gera, a. 3. (de et vergo) idem quod vergo, deorsum inclinor. *Apul. de Deo Socrat.* Terrena devergunt pondere.

DÉVERRO, is, rere, a. 3. (de et verro). Part. *Deverrendus.* Deverro est de loco verro, sive probe verro. *Colum.* 7. *R. R.* 4. 5. Humorique omnis urina deverrendus est. *Al. leg.* diverreadus. *Augustin.* ex *Varron.* 6. *Civ. Dei* 9. Tres homines noctu circum limina demus, et primo limen securi serire, postea pilo, tertio deverre scopis. — Translate accipiendo videtur, si tamen sana est lectio, in illo *Lucili* apud *Non.* p. 420. 6. *Merc.* Devorare se omnina ac deverrere.

DÉVERSITO, as, are, n. 1. frequentat. a deverto. *Gell.* 17. 20. Ad verborum venustates deversandum. *Al. leg.* diversandum.

DÉVERSITOR, ūris, ūris. 3. Scribitor et divisor, sed minus recte. — Deversitor est idem quod deversor. *Petron. Satyr.* 79. Anus inter deversores diuitias ingurgitata, et *ibid.* 95. Deversitor cum caerulea intervenit.

DÉVERSOR, ūris, ūtus sum, ari, dep. 4. (de et vessor). Quæ sequuntur, omnia alii per di scribunt. — Ceterum divisor est in itinere hospitio utor aliquujus, de via decedens apud aliquem maneo. *Cic. 5. Tusc.* 8. 22. Cum Athenis apud eum deversarer. *Id.* 6. Att. 1. 25. Deversari Laodiceæ apud Pomp. Viadulum. *Id.* 3. *Verr.* 25. 64. Rubrum parum late deversari dicit. *Liv.* 44. 9. extr. Teeta ædificari, uti deversari portantes committas possent. — Hinc simpliciter pro habitate, manere. *Cic. 2. Phil.* 27. 68. Hac te in domo tamdiu deversari non pudet? scilicet quia domus non sua Antonii erat, sed Pompeji. *Apul. 8. Met.* Mariti mei facies in meis deversatur oculis. h. e. versatur ante oculos meos. — Figurate *Capell.* 3. p. 52. Verum in litteris gemina questio deversatur.

DÉVERSOR, ūris, m. 3. qui apud aliquem deversit itineris causa. *Cic. 2. Invent.* 4. 15. Caupo cum quibusdam deversoribus eum, qui ante exierat, consequitur. *Al. leg.* diversoribus. *V.* DEVERTO init.

DÉVERSORIÁRIUS, ii, m. 2. *Gloss.* *Cyrill.* Παρόδοχος; deversorarius, stabularius, caupo. *Ibid.* Ακαντητής, deversorarius.

DÉVERSORIÖLUM, i, n. 2. diminut. a deversorium, parvum deversorium. *Cic. 12. Fam.* 20. Siue sianum deversorium contempnsisti. Adde eund. 14. Att. 8. Utroque alii, sed minus recte, leg. diversoriorum: *V.* DEVERTO init. Deversorium ex conjectura legitur etiam apud *Sueton. Cœs.* 72.: *V.* ibi *Bremi*; et DÉVERSORIUS.

DÉVERSORIUM, ii. *V.* voc. seq. in fin.

DÉVERSORIUS, ii, um, adject. ad deversandum, seu hospiti causa commorandum pertinens. *Plaut. Men.* 2. 3. 81. et *Truc.* 3. 2. 29.; *Varro 1. R. R.* 2. 23.; et *Sueton. Ner.* 27. Deversoria taberna. Alii minus recte leg. diversoria. Juxta Codices MSS. deversorio loco legitur etiam apud *Sueton. Cœs.* 72.; ubi alli ex conjectura leg. deversoriolo. — Hinc

Deversorium, ūi, n. 2. absolute, substantivorum more, est hospitium, locus, in quem non habitandi, sed ad tempus commorandi causa devertimus (ut fil in Itinere, aut quum amicos visimus et apud eos commorarim) sive publicus sit, sive privatus; sive meritorius, sive non. *Cic. 6. Fam.* 19. Nam et villa, et armenitas illa, commorationis, non deversorii. *Id.* 2. *Orat.* 57. 234. Defessus jam labore atque itinere disputationis, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno deversorio. *Id. 7. Fam.* 23. 3. Libentius emerim deversorium Tarracine, ne semper hospiti molestus sim. *Liv.* 21. 63. Deversorium hospitale. Rursus *Cic. Rosc. Am.* 46. 134. Si domus hac habenda est potius, quam officinae negoti et deversorum flagitorum omnium. *Id. 2. Phil.* 41. 104. Studiorum, non libidinum deversorium. *Sueton. Ner.* 38. monumentorum bustorumque, Ad de *Cic. Senect.* 23. 84. et 4. Att. 12.; *Liv.* 1. 51.; *Sueton. Vitell.* 7.; et *Petron. Satyr.* 9., ubi de meritorio hospito sermo est. Ubique autem alii per de scribunt: *V.* DEVERTO init.

DEVERSUS, dicebant, deorsum versus. *Paul. Diac.* p. 71. 1. *Müll.*

DÉVERTICULUM, i, n. 2. Multis placet scribi diverticulum, ut et in DÉVERTO init. dicitur. — Diverticulum, a devertō, est semita transversa, quæ a latere est via militaris, locus, ubi iter deflectimus (It. strada, che porta fuori della maestra; Fr. chemin incaré, voie détournée, détour; Hisp. camino alejado; Germ. d. Abweg, Nebenweg, Sellenweg; Angl. a bye-road, bye-path, sideway, lane).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu, eo seilicet quem supra exposimus. *Cic. Pis.* 22. 53. Quos tu Mæandros, dum omnes soliditudines persecueris, quæ diverticula flexionesque quæsistis? *Sueton. Ner.* 48. Ut ad deverticulum ventum est, — per arundineti secutus — ad adversum vitæ paritem evasit. *Frontin. Aquæd.* 5. Concipiatur Appia via Prænestina; diverticulo sinistrorum passuum septingentorum octoginta. — Similiter diverticulum fluminis est, ubi recto alveo deflectit, vel ubi pars aquarum ejus alio derivatur. *Martian. Dig.* 44. 3. 7. et *Papinian.* *ibid.* 41. 3. 43. extr. ¶ 2. Letiori sensu diverticulum dicitur locus, in quem et via devertimus, deversorium, hospitium. *V.* Deversorium in *V.* DÉVERSORIUS. *Ter. Eun.* 4. 2. 7. Ubi ad ipsum veni diverticulum, consti. *Liv.* 1. 51. ad fin. Cum gladii abditi ex omnibus locis diverticuli protraherentur. *Paullo supra deversorium dicerat. Tac.* 13. Ann. 25. Nero itinera urbis et lupanaria et diverticula vesta servi pererabat.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphoræ sumptuæ a superiori paragi. 1. *Liv.* 9. 17. Ut plus justo al rerum ordine declinarem, et legentibus velut diverticula amena quererem. *Quintil.* 9. 2. 78. Rectum genus approbari, nisi maximis viribus non potest: hæc diverticula et anfractus suffugia sunt infirmitatis. *Id.* 10. 1. 29. Depulsi a recta via, necessario ad eloquendi quedam diverticula confugiant. *Val. Max.* 9. 1. 4. Quam nominis et animi excellentes viros in hoc prisca continentalæ ignotum diverticulum protulpos videam. h. e. in hunc errorem, sive in hanc declinationem a recta prisca continentalæ via. — Similiter est declinatio a proposito in dicendo. *Juvenal.* 15. 72. A diverticulo repeatatur fabula. *Rutil. Itiner.*

2. 61. Sed deverticulo lūmus fortasse loquaces: Cartine proposito nunc repetamus iter. — Item deverticulum significatio dicit *Gell.* 4. 9. quæ a nativa propriaque significacione ad aliam in voce quam usurpanda transitur. — Denique aquarum cūlidarum deverticula vocat *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (23). artes medicorum, qui per varias aquarum et medicamentorum vias sanitatem corporibus querunt, quæ siropi rectaque via parari potest. ¶ 2. Metaphoræ sumptuæ a superiori paragi. 2., deverticulum ponitur pro suffugio, asyllo, latibulo. *Plaut. Capt.* 3. 3. 8. Nec confidentia usquam hospitalium est, nec deverticulum dolis. *Cir. Partit. orat.* 39. 136. Ne deverticula peccatis darentur. *Id. Rose. com.* 17. 51. Hoc quum sentit Saturius esse aperatum, resistere et repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis et insidiarum in eodem vestigio deverticulum reperit. *Quintil.* 12. 3. 11. Ad deverticula desidiae confugere. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 50. 71. (140). Deverticulum inventum in fraudem legis.

DÉVERTO vel devertō, tis, ti, sum, tote, 3. (de et verto vel vorto). Quod ad scriptiōnē attinet, hæc habet *Forcellinus* in v. DÉVERTO: Malunt critici sane multi, hoc verbū ejusque derivata per de scribere, quod ita habeatur in optimis MSS. plurimis, et quod quædam deflectendī et deorsum tendendī actio significetur. Verum quia etiam separatio et disjunctio et disseccio quædam a recto itinere in eo inest, quæ rectius per di, quin per de exprimitur; per di quoque recte scribetur. Tu neutrum dumnaveris, neutrum prætuleris. Idem tamen *Forcellinus* in v. DÉVERTO hæc ait: In omnibus allatis exemplis (et sunt eu quæ hic exhibentur) alii scribunt devertō: sed deverta ex optimis MSS. plures eruditī tuerantur: quod et de ceteris eadem compositione constatis dictum puta. Postremā hanc *Forcellini* sententianē et recentiorum philologorum autoritatē sequi voluimus. — Part. *Deveriens* 1. 2. a. — Itaque deverttere

I.) Proprie, et quidem — 1.) Active, hoc est cum Accusativo rei est alio flectore, vertere, mutare. *Lucan.* 2. 489. victor cedentibus instat, Devertitque acies. *Id.* 6. 316. Arma securum socii, quacunque fugasset, Tentavere seo comites deverttere *Magnum Iloratu.* h. e. ut via deflecterent. Cf. *eund.* 6. 591. Quæcumq; suo ventura potes deverttere cursu. *Aurel. Vict. Cæsar.* 38. Arduum fatalia deverttere.

*Dextera vel dextra*, *æ*, *f. i.* absolute, substantivum more, est manus in homine aptior et commodior ad agendum (It. la mano destra, la dextra; Fr. main droite; Hisp. la mano derecha; Germ. die rechte Hand; Angl. the right hand).

I.) Proprie. ¶ 1. De manu. — a) Generatim. *Plaut.* *Pten.* 1. 2. 102. Cedo sis dexteram. *Cic.* 1. *Divinal.* 28. 59. Prehendisse eum dexteram tuam, et bono animo te jussisse esse. *Tac.* 15. *Ann.* 28. extr. Misere dextræ. *h. e.* dare sibi invicem dextræ. Eodem sensu *Justin.* 11. 15. 13. Dexteram ferre. *Paul.* *Diac.* p. 74. 5. *Müll.* *Dextrarum tibiarum* genus est quæ dextra tenet. *Sall.* *Cal.* 58. *Vos libertatem atque patriam in dextris vestris portare.* *Ovid.* *Heroid.* 10. 115. *Dextera crudelis*, quæ me fratremque peremit. *Val. Flacc.* 6. 539. *Conserere dextram.* *h. e.* præmium inire, et *Stat.* 1. *Silv.* 6. 60. *Edunt vulnera, conseruntque dextræ.* Sic *Ovid.* 1. *Fast.* 569. *Dextra collata movere prælia.* — b) Salutantes mutuo dextræ contingere mos erat, quia maxima hominis vis et virtus in dextra. *Virg.* 1. *En.* 412. cur dextræ jungere dextram Non datur? *Servius* *ibid.* ex *Varron.* et ad 8. *En.* 467. — c) Fuit etiam dextera amicitia et fiduci pigia, et Fidei dea sacra, ut frons Genio, et genua Misericordia. *Cic.* 11. *Phil.* 2. 5. *Dexteræ*, quæ fidei testes esso solebant. *Plin.* 11. *Hist.* *nat.* 45. 103. (250). *Dextera osculis aversa appetitur: in fide porrigitur.* *Virg.* 3. *En.* 610. *dextram Anchises dat juveni, atque animum præsenti pignore firmat.* Adde *eund.* *ibid.* v. 83., 8. *ibid.* 467. et 4. *ibid.* 307.; et *Servius* ad *eund.* 3. *ibid.* 607. — Hinc est insigne concordia, aut hospitii. *Tac.* 1. *Hist.* 54. *Miserat civitas Legionum, vetere instituto, dona legionibus, dexteræ hospitiū insigni.* *h. e.* duas aureas aut argentes manus. Sic *Id.* 2. *ibid.* 5. *Centurio dextræ, concordia insignia, Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferens.* — d) *Obsecrantes quoque dexteram tendere in more fuit: et jurantes obtestantesque per dextram jurare.* *Ter.* *Indr.* 1. 5. 54. *Te per hanc dextram otio.* *Cic. Deiot.* 3. 8. *Per dexteram te istam oro, etc.* *Horat.* 1. *Ep.* 7. 94. *Quod te per Genium dextramque deosque Penates Obsecro et obtestor.* *Sil.* *It.* 2. 413. *Æneam pulsum pelago, dextraque precentem Cernere erat.* — e) *Dexteram tendere, porrigitre aliquando est opem ferre, aut polliri.* *Cic.* 10. *Phil.* 4. 9. *Græcia tendit dexteram Italiae, suumque ei præsidium pollicetur.* *Id. post redit. in senat.* 9. 24. *Mihî primus afflito et jacenti consularem fidei dextramque porrexit.* — f) *Ponitur etiam pro viribus, potentia, virtute militari.* *Horat.* *Epod.* 7. 21. *ut sua Crbs haec periret dextera.* Cf. *eund.* *ibid.* 2. *Suis et ipsa Roma viribus ruit.* *Ovid.* 13. *Met.* 175. *mea concessa putate Proculibus solo Lynesia membra dextera.* *Virg.* 2. *En.* 291. si *Pergama dextera defendi possent, etiam hæc defensa suisent.* *Sil.* *It.* 1. 77. *dextra spectatus Hamilcar.* Adde *eund.* *ibid.* v. 304. — g) *Et pro copiis, seu militibus.* *Sil.* *It.* 16. 17. *proque omnibus armis.* *Et castorum opibus dextrisque rececibus unum Romib[us] sat nomen erat.* *Id.* 12. 351. *pugnæque avidas accendere dextræ.* *Id.* 15. 497. *Bebrycia populos armabat Poenus in aula, Mereandi dextræ largus.* Adde *Clauðian.* 2. in *Rufin.* 262. ¶ 2. Speciatim sæpe ponitur pro parte seu loco, quæ dextra hominum respondit. Hoc autem significatione occurrunt formulæ a) *A vel ab dextera*, ut apud *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 89. *Equites parent citi: ab dextera maximo cum clamore involant.* Adde *eund.* *Asin.* 2. 1. 12. et *Mil. glor.* 3. 1. 13.; *Ter.* *Indr.* 4. 3. 19. et *Sall.* *Cal.* 59. Sic *Cic.* 1. *Divinal.* 39. 85. *Cur a dextera corvus, a sinistra cornix ratum facial.*

Ovid. 3. Amor. 2. 21. et 2. Met. 25. Esse a dextra.  
— b. *Dexterā vel dextrā*, ut apud Plaut. Amph. 1. 1. 88. Illico equites jubet dexterā inducere. Adde cumd. ibid. v. 177. Ctes. 2. B. C. 13. Miles dextra ac sinistra muro tectus. Sall. Jug. 107. Circumventus ad equitibus dextra, sinistra. Liv. 21. 43. Dextra levaque duo maria claudunt. Curt. 4. 10. Dextrā Tigris habebat; a leva montes. — Ille Ablativus dexterā aliquando post se Accusativum habet. Vitruv. 10. 10. 3. Schneid. Regula, quae dextra ac sinistra canalem figurant. Sall. Jug. 11. Dextra Adherbalem adsedit. *Nisi malis esse casum verbi ad-* sedit: et apud Vitruv. loc. cit. *legendum esse adfi-* guntur. — c. *Ad dexteram*, ut apud Plaut. Pren. 3. 4. 1. Quid est? quid vultis, testes? Ad. Specta ad dexteram. Adde eundem. Rud. 1. 2. 67; et Ter. Andr. 4. 2. 12. et Adelph. 4. 2. 44. Cic. Tim. 13. Ante et pone; ad laevam et ad dextram. ¶ 3. Poetice ali- quando accipitur pro alterutra manu. Horat. 3. Od. 3. 52. Omnia sacrum rapiente dextra. Id. 2. Sat. 1. 34. Nil faciet sceleris pia dextera.

II.) Figurare ponitur pro foedere amicitiae. Tac. 2. Ann. 58. Inter quo ab rege Parthorum Artabano legati venere. Misericordiam ac fædus memoratores, et cupere renovari dextræ. h. e. fædus amici- tiamque instaurari, cuius jungendæ præcipuus ritus erat dextræ jungere, ut supra diximus I. 1. c.

*DEXTERA vel dextra*, *a.* *V.* voc. præced. in fin.

*DEXTERE* vel dextre, adverb. Comp. *Dexterius*. — Dextere occurrit translate tantum pro feliciter, apte, cum quadam dexteritate. Liv. 1. 34. ad fin. Liberaliter dextreque obeundo officia. Horat. 1. Sat. 9. 55. Nemo dexterius fortuna est usus.

*DEXTERITAS*, *atis*, *f.* 3. occurrit translate tan- tum, et est. ¶ 1. Virtus ejus, qui prudenter, et in tempore omnia agendo, tum rem suam agit sibi que prodest, tum aliorum in se benevolentiam conciliat. Quare comitati valde est affinis: nisi quod comitas officium præcipue spectat, dexteritas officium simul et utilitatem. Liv. 28. 18. Tanta inerat comitas Sci- piioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut hostem infestissimum, facunde alloquendo sibi concillaret. Id. 37. 7. sub fin. Multa in eo et dexteritas et humanitas visa. Gell. 13. 16. Humanitas a Græcis φιλανθρωπία dicuntur, et significat dexterita- tem quadam benevolentiamque erga homines. Au- son. Parental. 14. 7. bonus ingenio, facundus, et omni Dexteritate vigens. ¶ 2. Item prosperitas, felicitas, favor. Arnob. 7. 19. Superis diis atque o- minum dexteritate pollutibus color latus acceptus est: at vero diis laevis sedesque habitantibus inferas color furvus est gravior.

*DEXTIMUS*, *a*, *um*. *V.* *DEXTER*.

*DEXTRALE*, *is*, *n.* 3. idem quod dextrocherium. Est Isidori in *Gloss.* et *Cypriani de habitu Virgi-* nis a med. ex *Iasace* c. 3. *Fulgat.* interpr. Exod. 35. 22. Viri cum mulieribus prehuerunt armillas et inaures, annulos et dextralia.

*DEXTRALIOLUM*, *i*, *n.* 2. *de minimis* a dextrale, parvum dextrale. *Fulgat.* interpr. Judith 10. 3. Assumpsitque dextraliola et illia et inaures et annulos.

*DEXTRALIS*, *c*, *adject.* ad dexteram pertinens. Isid. 19. Orig. 19. in fin. *Dextralis* (*h. e.* secu- ris) dexteræ habilis.

*DEXTRATIÖ*, *onis*, *f.* 3. corporis circumactio a sinistra in dextram, quod in adorando usurpatatur, ut in ADORO est dictum. Solin. 45. *a med.* Tarpejum Jovem terrena dexteratione lustravit.

*DEXTRATUS*, *a*, *um*, *adject.* ad dexteram situs, ut *Dextratus ager*, pars *dextrata*, apud *Auctor.* de Limit. Goes. p. 298.

*DEXTRÖCHERIUM*, *ii*, *n.* 2. brachiale, armilla, ornaculum dextri brachii, viris et mulieribus com- mune. Est autem vox hybrida ex latino *dexter* vel *dextra*, et Græci χεῖρ manus, *brachium* constata. Capitolini. Maxin. 6. Poilice ita vasto, ut uxor dextrocherio uteretur pro amulo. Adde eundem. Max- im. jun. 1. extr. *Fetus Scholiast.* ad Juvenal. 9. 50. Dextrocheria geminata.

*DEXTRÖRSUM* et *dextrorsum*, *vel*

*DEXTRÖVERSUM* et *dextröversum*. — adverb. *dexter et versus* ad dexteram. Plaut. Curt. 1. 1. 69. Quo me vortum nescio. *ra.* Si deus salutas, dextroversum rensoe. Id. Rud. 1. 2. 87. Dextroversum aversa it in malam cruentia. Id. ib. 2. 8. 38. Nos cum capta tempesla dextroversum differt ab illis. Ac-

cius apud Cl. 1. *Divinal.* 22. 41. Dextrosum or- bem flamineum etc. Liv. 6. 31. Furios dextrosum maritimam oram atque Antium, Servilius leva ad montes Eretoram pergunt. Horat. 2. Sat. 3. 50. Ille sinistrorum, hic dextrosum abit. Lactant. 6. 7. ad fin. Semite, quae videntur dextroversum separari.

## DI

*DI* prepos., quae solum in compositione reperitur. *V.* *DIS*.

*DIÀ*, *æ*, *f.* 1. idem quod dea, Ζεῖα, Ζει. *Inscript.* apud. Gruter. 86. 4. *DIÀE SVBLAE*. — *NB.* De nom. proprie. *V.* *ONOM.*

*DIÀARTYMATON*, *ðià ãrtugatow*, medicamen- tum constans condimentis, sive iis, quae ad condien- dos cibos accommodata sunt: memoratur a Cœl. Aurel. 3. Tard. 8. 117.

*DIÀBÁSIS*, *is*, *f.* 3. *diabasis*, transitio. Occurrit tautum ut nomen proprium una cum *Conopon*, quam vocem. *V.*

*DIÀBÁTHRA*, *ðrum*, *n.* plur. 2. *diabathra* (unde Italorum *ciabatta*) est genus soleæ Græcanicæ, ut Paul. Diac. p. 74. 9. *Müll.* docet: a *ðiabætivo*, *gra-* dior. Hesych. et Eustath. ad Homeri. Odyss. 1. 5. v. 9. docent, muliebre calceamentum esse: sed per- permanit *Politus* 1. 7. c. 22. communè viris et feminis facit: nam homo effeminatus, qui muliebriter orna- tus incedebat, sugillatura a *Nero* apud *Varron.* 7. L. L. 53. *Müll.* Diabathra in pedibus habebat, et erat amictus epicroco. *V.* *SABATENUM*.

*DIÀBÁTHRARIUS*, *ii*, *n.* 2. qui diabathra facit, aut vendit. *Plaut.* *Aulul.* 3. 5. 39. *Calceolarii*, suto- res, diabathrarii, solearii adstant.

*DIÀBÁTHRUM*, *i*, *n.* 2. In sing. numero effert *Forcellinus*, nullo tamen auctore. *V.* *DIABA-* THRA.

*DIÀBÉTES*, *æ*, *m.* 1. *ðiabætiv*, siphon, fistula, per quam aqua transit. Vox Græca a *ðiabætivo* trans- eo. In multis *Columelle* editionibus Latinis littoris scriptum legitur 3. R. R. 10. 2. Quasi quedam anima per medullam trunci, veluti per siphonem, quem diabeten vocant mechanici, trahitur in sum- mun.

*DIÀBÖLE*, *es*, *f.* 1. *ðiabælivi* a *ðiabælivi* *catu-* *minor*, *crimino*: sic dicitur figura rhetorica, quam Latini *criminatioem* appellaverunt, a *Jul.* *Rufian.* de fig. p. 209. ed. *Ruhn.*

*DIÀBOLICUS*, *a*, *um*, *adject.* *ðiabælukos*, ad dia- bolum pertinens. *Paulin.* *Nolan.* Ep. 29. (al. 10.) 11. Sedatio diabolici facibus inflammata. Adde Am- bros. Ep. 82.

*DIÀBÖLUS*, *i*, *m.* 2. *ðiabælös*. Metrica necessi- tate secundum prodixit *Paulin.* *Nolan.* carm. 26. 528. ne forte Diabolus illa, Qua solet invidia. — Diabolus est columniator, criminator, a *ðiabælivi*, *calumnior*, *crimino*: aut significat ransgressorem; unde *Akem.* 2. 120. *Hujus* (*serpentis*) transgressor de cunctis sumere formam Eligit. Cognomen pro- prium est principis dæmonum. *Tertull.* *Anim.* 35. et 2. *advers.* *Marcion.* 10.; et *Lactant.* 2. 8. et 12.

*DIÀBÖRYSTHÈS*, *V.* *DALEXANDRIAS*.

*DIÀCANTHÈS*, *ðiàkantiñ*, medicamenti genus ex acantho. *Plin.* *Valerian.* 1. 3. *Trochiscus dia-* canthes ad hæmoptoicos.

*DIÀCATÓCHIA*, *æ*, *f.* 1. *ðiakatçixi*; possessio: a *ðiakatçixi* possideo, detineo. *Imp. Gratian.*, *Valentin.* et *Theodos.* Cod. 13. 58. 7. et Cod. Theod. 5. 13. 30.

*DIÀCATÓCHUS*, *i*, *m.* 2. possessor. *V.* vocem præced. *Imp.* *Valentinian.* et *Valens* Cod. Theod. 10. 16. 1.

*DIÀCECAUMENÈ*, *es*, *f.* 1. *ðiakexauçivn*, scilli- cet γῆ terra: a *ðiakatçixi* pertuso; hinc particip. præ- ter. pass. *ðiakexauçivn* perustus. Ita appellatur ea terra pars, quae alias zona torrida. *Hygin.* 1. *Astron.* 8. Itaque quæ onus est ab æstivo circulo ad hiemalem, ea terra a Græcis *ðiakexauçivn* vocatur; quod neque fruges propter exstremam terram nasci, neque homines propter nimium ardorem durare pos- sunt. *Solin.* 32. § 37. Egyptum limitem, qua ad diacecaumensem tendit, incolunt populi, qui etc. — In quibusdam editionibus etiam apud *Hygin.* litteris Latinis *diacecaumene* legitur. *V.* *CECAÜMENUS*.

*DIÀCENTAUREUM*, *i*, *n.* 2. *ðià xepaueçov*, me-

## DIACONICUS

dicamentum ex herba centaurea, seu Chironio (*V.* *CENTAUREUM*), quod memorat Cœl. Aurel. 3. Tard. 8. 11.

*DIÀCERÄSÙN*, *ðià xepazow*, malagma quoddam ex cerasi. *Plin.* *Valerian.* 4. 50. Fit ex his (cerasi) diaceerascon (*lege diacerason*), quod omnibus no- tum est.

*DIÀCERÄTOS*. *I.* voc. seq.

*DIÀCHERÄLE*, *is*, *n.* 3. nomen collyrii. *Inscript.* apud *Töchon*, *cachets des oculist.* p. 63. c. *STAT.* *SABINI* *DIACHERALE*. *Visc.* *Op.* *var.* T. 3. p. 331. putat, hec *Diacherale* scriptum fuisse pro *diaceratos* *lene*, h. e. collyrium *ðià xepazow* *lene*, scilicet ex cornu cervino compositum; aspirationem vero perperam additam esse vitio sanguini, aut ignorantia hominis, qui hujusmodi collyrium divendere possim solebat.

*DIÀCHETON*, *i*, *n.* 2. *V.* *DIAXYLON*.

*DIÀCHORTON*, *i*, *n.* 2. *ðià xepow*, medicamen- tum ex velo gramine confectum *Theod.* *Priscian.* 4. 1. p. 312. *Ald.* Chalcide trita si linteolum in cortinæ extremitate tetigeris et intra narces miseris, statuisti (*sanguinis fluxum*). Hoc et si de diachorte feceris, idem valet. *Editio Aldina* habet *diacharto*; pro quo *diachorte* *legendum* coniecti; nisi forte *diaceratos* vel *diacerato* aut quid simile præstet. Vide- rent erudit*i*.

*DIÀCHRISMA*, *atis*, *n.* 3. *ðiàxrispa*, inunetio. *Plin.* *Valerian.* 1. 50. Quod si cervix dolet, de dia- chrismate calido oportet inungere.

*DIÀCHYLON*, *ðià xylon*, genus quoddam male- gmatis, alias ignoti. *Cœl.* *Aurel.* 2. *Acut.* 18. ad fin. Appoendum malagma, quod *diachylon* vocant. *Id.* *ibid.* 29. ante med. Post cerotarium appositis, quod appellatur *diachylon*. *Id.* 3. *Tard.* 2. ante med. Utendum etiam malagmate, quod *diachylon* appelle- mus. *Id.* 5. *ibid.* 1. ante med. Tum adhibenda ma- lagmata partibus in passione constitutis, ut *diacy- lon*.

*DIÀCHÝTON*, *i*, *n.* 2. *ðiàxjutow*, hoc est *diffu-* sum: a *xw fundo*. Est genus vini, quod fit uvis in sole siccati, loco clauso per dies septem, in eratibus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defensis, octavo die calcatis: ita fit optimi odoris saporisque. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (84).

*DIÀCISSÖN*, *ðià xissow*, quod ex *xissow*, seu he- dera componitur: ita appellatur collyrii genus, quod a *Theod.* *Priscian.* 4. 1. ante med. dicitur *acopon* *diacission*. *V.* *ACOPON*.

*DIÀCITREUS* *vel*

*DIÀCITRÍUS*, *a*, *um*, *adject.* *Diacitrium* *acopum*, quod est medicamentum genus ex vitro confectum, me- morat *Theod.* *Priscian.* 4. 1.

*DIÀCITRUM*, *ii*, *n.* 2. *ðià xirçtow*, subandi *u-* *lon*, *acopum* ex *pomo citrino*, cuius conficiendi rationem tradit *Theod.* *Priscian.* 4. 1. p. 312. *ed.* *Ahl.*

*DIÀCÖCHILECON*, *ðià xçhjñow*, medicamenti geno- constans lacte et exustis cochleis, quæ Latini lapides marinos vel *luminales* appellabant: quod pluribus describit *Cœl.* *Aurel.* 4. *Tard.* 3. 56. et seqq., quodque Hippocrates vocat *diacochleon*. Apud *Cœl.* loc. cit. bis male legitur *diacochleon*, *diacocleon*: corredit *Almeier*, et prolixit *Aärchen*.

*DIÀCÖDION*, *ðià xçdion*, *h. e.* per capita pap- veris. Ex duabus Græcis vocibus facta est una, qua significatur medicamentum, in quo præter celera ini- scientur capita papaverum. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 18. 76. (200). et *ibid.* 19. 79. (207); et *Isid.* 4. *Orig.* 9. 9.

*DIACON*, *onis*. *V.* *DIACONUS*.

*DIÀCÔNA*, *æ*, *f.* 1. *eadem* que *diaconna*. *Fran-* *tuit.* *Vit. S.* *Radeg.* 12. *Consecrat* *diaconom*.

*DIÀCÔNATÙS*, *us*, *m.* 4. manus et dignitas dia-coni. *Hieronym.* *Ep.* 22. *n.* 28. *Diaconomatum* et pres- byteratum ambire. Adde *Nov.* *Majorian.* 4. 7. 1. § 7.

*DIÀCÔNICUS*, *a*, *um*, *adject.* *ðiakonikos*, ad sa- crum ministerium pertinens. *Imp.* *Ircad.* et *Ho-* *nor.* *Cod.* *Theod.* 16. 5. 30. Cuncti heretici procul dubio noverint, omnia sibi loca hujus urbis adiun- da esse, sive que diaconia appellantur, vel etiam decanica, sive in privatis domibus, vel locis privatis, fisco nostro adcorporandis. *diaconica* hoc loco suni idem ac secretarium; atque ita appellatur, quia ibi vasa sacra, vestes et alia hujusmodi sacro ministerio destinata servabantur.

**DIACONISSA**, *a.*, *f. 1.* διάκονισσα, mulier ministra. *Impp. Valentian.*, *Theodos.* et *Arcad.* *Cod. 1. 3. 9.*; *Hieron. Ep. 51. n. 2.*; *Cod. Theod. 5. 3. 1.* et alibi; et *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. p. 179.*

**DIACONIUM**, *n. n. 2.* διάκονιον, idem ac diaconatus, officium diaconi. *Sulpic. Sev. de Vit. Martin.* 5. Tentavit idem Hilarius imposito diaconi officio sibi eum arctius implicare. *Cyprian. Ep. 49.* Nicostratus vero diaconio sanctae administrationis omissio etc. *Ennod. 4. Ep. 21.* Hunc, si mereor, ad diaconi sacramenta perducere.

**DIACONUS**, *i. m. 2.* διάκονος, Jonice δέήκονος minister. — Apud *Paulin. Petroc.* 5. 659. et 669. prima syllaba producitur. — *Diaconus* per synopen dictum est a *Venant. 4. carm. 15. 3.* — Etiam diacon, onis, effertur a *Cassiod. Complex. 1. ad Timoth. 3.* Adiciens, quales episcopi, diacones, vel subdiacones esse debeant. *Vulgat. interpr. ad Philipp. 1. 1.* Qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus. — In Christiana Ecclesia diaconus locum tenet sacerdoti proximum, ejusque minister est in magno sacrificio. *Tertull. Prescript. 3.*; *Impp. Valer. Valens et Gratian. Cod. 1. 3. 6.*; et *Hieron. Ep. 51. n. 1.* et *Cod. Theod. 12. 1. 49.* et alibi. — Adde hujus vocis vetustius exemplum, in quo est cognomen Romanum. *Inscript.* apud *Gruter. 709. 6. m. TITIVS DIACONVS.*

**DIACOPE**, *es. I. διάκονει, intercisio.* ¶ 1. Punitur pro figura thimesi, seu hyperbato grammatical, ut in illo *Virg. 3. G. 381.* septem subjecta trionis. *Charis.* 4. p. 246. *Putsch. Jul. Rusinian.* p. 39. Diacope vel diastole est, quam inter duo eadem verba diversum ponitur aliquid medium, ut: *Duc age, duc ad nos.* ¶ 2. Item pro figura rhetorica, eadem quæ diastole, apud *eundem. Jul. Rusinian. 10. p. 234.*

**DIACOPREGIAS**, *n. διάκονου αἰγάς*, medicamentum vel emplastrum ex capino stercore, a Graecis vocibus aliatis, quod hydropicus utile memorat. *Cœl. Aurel. 3. Tard. 8. 115.* Vulgati libri non reche leg. diacopregias.

**DIACOPUS**, *i. m. 2.* διάκονος. Diacopi sunt in aggeribus meatus intercisi, per quos rivus transmititur in arva remota: a διάκονῳ intercedo. *Ulp. Dig. 47. 11. 10. extr.*

**DIACYMINON**, διά κυρίνον, quod ex cumino fit. Ita oxyporii genus quoddam appellatur a *Plin. Histor. 2. 3. V. OXYPORIUM.*

**DIADAPHNIDON**, διά δαφνίδων, malagina ex laureis, quod inter recorporativa recenset. *Cœl. Aurel. 3. Tard. 1. ad fin.*

**DIADEMA**, *itis, n. 3.* διάδημα. Est etiam diadema, *æ. f. 1.* *Pomponius apud Priscian. 6. p. 679.* *Putsch.* Cuiusvis leporis liber diadema dedit. *Apul. 10. Met.* Caput stringebat diadema candida: cerebæ et scæptrum. — Ceterum diadema est regium insignie capitis, candida fascia, vitta, qua regum frons præcingebatur: a διάδημα circumligo. *Cic. 2. Phil. 34. 85.* Diadema ostendit, gemitus toto foro. *Juv. 13. 105.* Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema. Adde *Cic. 3. Phil. 5. 12. et 10. ibid. 3. 7.*; *Horat. 2. Od. 2. 21.*; *Sueton. Ces. 79.* et alibi; *Quintil. 9. 3. 61.*; *Tac. 6. Ann. 37.*; *Juvenal. 8. 259.*; et *Martial. 8. 55.* — *Plin. 7. Hist. nat. 56. 57.* (191). docet esse inventum Liberi Patris. — *Ibid. 19. Orig. 31.* definit diadema, ornamentum capitinis in atronarum ex auro et gemmis contextum, quod, in se circuariis extremitatibus, retro adstringitur.

**DIADEMÄLIS**, *e.*, *adjekt.* diademat instructus. *Dracont. Satisf. 33. de Nabuchodon.* Et diadema turparum cornua frontem.

**DIADEMATICUS**, *a.*, *um.*, *adjekt.* ad diadema pertinens. *Iren. fragm.* apud *Non. p. 207. 29.* *Merc. Pisis* diadematico foro præstatur virtuti laus. *Turneb. l. 15. Adversar. c. 5.* ideo dictum putat, quod ibi victoribus in ludis diadema et corona donabantur. Ceterum verba *Pisis* diadematico ex conjectura tantum eruuntur; Codices habent *Pissiadaceum*.

**DIADEMATUS**, *a.*, *um.*, *adjekt.* diademat ornatus. ¶ 1. *Generatini. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19.* (79). Diademas Apollo. ¶ 2. *Speciatim — a)* Diademas cognominatus est L. Metellus Dalmaticus, filius Q. Metelli Macedonici, quia ulceris tegendi causa diademat diu caput cinctum habuit. *Plin. 7. Hist. nat. 44. 45.* (144). Et hoc dicebat jam Ba-

leanticus, Diadematis, jam Macedonicus ipse. Ita *Harduin.* ex consensione *Mss.*; alii *Dalmaticis.* *Silianus* *Harduini* lectionem tuerit: et quidem recte, nam ipse *Cic.* habet post red. ad *Quir. 3. 6. L. Cæcilius* Metellus Diadematus. Cf. et *Ellendt.* ad *Cic. Brut. p. LVII. edit. 1.* — b) Antonius quoque, imperator Macrini filius, primum *Diadematus*, deinde *Diadumenus cognominatus est.* *Lamprid. Anton. Diadum. 4. V. DIADUMENUS.*

**DIADICTAMNON** vel

**DIADICTAMNUM**, *i. n. 2.* διά δικτάμνον, medicamentum ex dictamno herba confectum (*V. DIADICTAMNUM*), quod memorat. *Cœl. Aurel. 3. Tard. 8. 114.* et 2. *ibid. 3.*

**DIADÖCHOS** vel *Latina positione*

**DIADÖCHUS**, *i. m. 2.* διάδοχος, gemma berylli similis: ita dicta, quasi succredens in locum berylli. Nam διάδοχος successor est. *Plin. 37. Hist. nat. 10. 57.* (157). — NB. De cogn. Rom. *V. ONOM.*

**DIADÓTA**, *æ. m. 1.* διάδοτης, idem quem Latini divisorem vocant. *V. DIVISOR.* *Cod. Theod. 7. 4. 28. pr.*

**DIADUMENUS**, *a. um.*, *adjekt.* idem quod diademas, diademate ornatus, διάδομενος: a διάδημ cingo, redimso, corono. ¶ 1. *Generatini. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19.* (55). Polyeletus diadumenum fecit molliter juvenem. ¶ 2. *Speciatim — a)* *Diadumenus cognominatus est Antoninus R. imperator, filius Opilli Macrini, quia cum natus est, pelliculam in modum pilei habebat in capite, diademati similem; vel, quod vero proprius est, a nomine avi materni, ut narrat *Lamprid. in ejus Vita 4.* ¶ 2. *DIADEMATUS* 2. b. — At in *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. 241.* 2. appellatur m. *OPELLI ANTONINVS DIADYMEIANVS*, ut et in ejus nummis omnibus, ut probat *Eckhel. D. N. N. T. 7. p. 241.* — b) Item est nomen pueri pulcherrimi apud *Martial. 3. 65.**

**DIÆRESIS**, *is. f. 3.* διαιρεῖσι, divisio, & διαιρέω dividio. ¶ 1. Apud grammaticos figura est, qua una syllaba in duas dividitur, ut aquai apud *Virg. 7. Aen. 464.* pro aquæ, et evoluunt quadrissyllabon pro evolvam apud *Catull. 66. 74.* — Vox ipsa Graeca est, et Graece adhilibenda, quod faciunt *Charis. 4. p. 249.* et *Diodem. 2. p. 437.* *Putsch.*; Latine tamen *Servius* ad loc. *Virg. rit.*, ubi hæc habet: Hanc diaresin *Tucca* et *Varus* fecerunt: nam *Virgil.* reliquerat aquæ vis, quod satis asperum fuit. Notandum quod in toto Virgilio non reperiuntur, nisi quatuor diareses hoc loco: et in tertio (v. 354.) aurai in media; et in sexto (v. 747.) aurai simplicis ignem; et in nono (v. 26.) pictai vestis. Hæc *Servius*. Adde *Istd. 1. Orig. 34. 4.* ¶ 2. Est etiam figura sententiæ, seu rhetorica, qua Latine distributio dicitur, apud *Jul. Rusinian. 21. p. 242.* ¶ 3. Altera interpretanda est vox apud *Veget. 3. Veterin. 43. 1.* Si loci conditio patitur, diaresin dabis, ut foras per plagam humor emanet. h. e. plagan per dissecatas partes interpretatur *Gesnerus* et comprobatur *Schneiderus*.

**DIETA**, *æ. f. 1.* διάτρα. Per synopen scribitur zeta vel zeta apud *Lamprid. Elagab. 29. et 30.* — Ceterum ¶ 1. Diaeta est ratio et regula in iis, quæ ad victimum pertinent, modus victimæ a medicis prescriptus: sub quo continentur non solum cibus et potus, sed etiam exercitatio, somnus, cetera, quæ ad valetudinem conferunt. Allegorice *Cic. 4. Att. 3. 3.* in v. **DIETA** 1. *Scribon. Compos. 200.* Neque chirurgia sine diaetica, neque hæc sine chirurgia perfici possunt. *Cœl. Aurel. 1. cit. Dieteticæ scriptores libris, quos dieteticos vocant, etc. Celsus præfat. lib. 1., diaeteticam distinguunt ab ea, quæ medicamentis curat: ipsa tamen voce Graece utilit.*

**DIETETICI**, *orum*, *m. plur.* absolute, substantivorum more, est ea medicinæ pars, quæ tum medicamentis, tum ratione victimæ præscribita morbos curat: rui respondet chirurgia. Cf. *Cic. 4. Att. 3. 3. in v. DIETA 1. Scribon. Compos. 200.* Neque chirurgia sine diaetica, neque hæc sine chirurgia perfici possunt. *Cœl. Aurel. 1. cit. Dieteticæ scriptores libris, quos dieteticos vocant, etc. Celsus præfat. lib. 1., diaeteticam distinguunt ab ea, quæ medicamentis curat: ipsa tamen voce Graece utilit.*

**DIETETICA**, *es, v. f. 1.* διαιτητική, Graeca vox, que arbitrium significat: et occurrit in *Cod. 2. 13. 27.* et *7. 62. 36.*; et apud *Julian. epit. nov. 76. § 285.*

**DIETETICE**, *es, f. 1.* *V. voc. seq. in fin.*

**DIETETICUS**, *a. um.*, *adjekt.* διαιτητικός, ad diaetam, seu rationem victimæ pertinens. *Cœl. Aurel. 2. Tard. 12. a med.* Dieteticæ libri. et *ibid.* Dietetica curatio. — Hinc

**DIETETICE**, *es, vel Latina positione*

**DIETETICA**, *æ. f. 1.* διαιτητική, absolute, substantivorum more, est ea medicinæ pars, quæ tum medicamentis, tum ratione victimæ præscribita morbos curat: rui respondet chirurgia. Cf. *Cic. 4. Att. 3. 3. in v. DIETA 1. Scribon. Compos. 200.* Neque chirurgia sine diaetica, neque hæc sine chirurgia perfici possunt. *Cœl. Aurel. 1. cit. Dieteticæ scriptores libris, quos dieteticos vocant, etc. Celsus præfat. lib. 1., diaeteticam distinguunt ab ea, quæ medicamentis curat: ipsa tamen voce Graece utilit.*

**DIETULA**, *æ. f. 1.* parva diaeta. *Plin. 5. Ep. 6. ad fin.* Mor diaetula refutat quasi in cubiculum idem, atque aliud. *Ab. leg. zetecula, al. zothecula.*

**DIÆPHORBIUM**, *vi. n. 2.* vox composita ex Graeco διά et Lat. euphorbia, malagma ex euphorbia herba confectum, quod inter recorporativa recenset. *Cœl. Aurel. 3. Tard. 1. ad fin.*; ubi ed. Aldina pro diaeuphorbius legit diaeuphorbio.

**DIÄGINGIBERÉOS**, διά γιγγιβέρεος, medicamentum ex gingibere. *Cœl. Aurel. 4. Tard. 7. Itero Cassii ex gingipere confectum, quod diagingiberēos appellatur.*

**DIAGLAUCION**, διά γλαυκίων, et Latina positione

**DIAGLAUCIUM**, *ii. n. 2.* duabus vocibus in unam coalescentibus, ut de *Diacodium* dictum est. Significat autem collyrium, quod glaucii herbae succo et fulvis temperatur. *Plin. 27. Hist. nat. 10. 59.* (83).

at Scriptor. Compos. 22. et Cael. Aurel. 2. Tard. 3. diaclauacum Latina positione habent.

DIAGÖNALIS, *e*, *adject.* ut *Diagonalis linea*, de qua *V.* in *DIAGONIOS*. *Vitruv.* 9. *præsat.* § 5. *Schneid.* Ad linea diagonalis longitudinem, locus quadratus describatur. *Frontin.* de colon. p. 167. *Goes.* Termīni ab oriente et occidente diagonales appellantur.

DIÄGÖNİCUS, *a*, *um*, *adject.* idem quod diagonalis. *Vitruv.* 9. *præsat.* § 5. *Schneid.* Duo trigona linea – diagona fuerint designata. At Schneiderus rectius legit *diagonio*.

DIÄGÖNİOS, *on*, *adject.* διαγωνιος, dicitur de linea, que in quadrato figura διαγωνιας, *h. e.* per angulos, seu ab angulo ad angulum ducitur. *Vitruv.* 9. *præsat.* § 5. *Schneid.* Linea ab angulo ad angulum diagonos perducatur. *Id.* 4. 1. 11. *Schneid.* Ab ea latitudo ita habeat rationem, ut quanta fuerit altitudo, tantæ duæ sint diagoni (*al. leg. bis tanta sit diagonios*) ab angulo ad angulum. *Id.* 6. 3. 3. *lineam diagoni appellat.* – *Id.* 6. 8. 7. *Diagonios* structura. *h. e.* que secundum diagonalem lineam ab angulo ad angulum procedit.

DIÄGRAMMA, *atis, n.* 3. διαγραμμα, a διαγράφω describo, significat cajuscumque rei imaginem ac descriptionem. *Vitruv.* 4. 4. 1. *Schneid.* Aristoteli diagramma subscribam. Adde eundem. 5. 5. 6. et 6. 1. *Schneid.*

DIÄGRÄPHICE, *es*, *f. 1.* διαγραφικη, ars delineandi. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. Hujus auctoritate effectum est in tota Graecia, ut pueri ingenii omnia ante diagraphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, recipere turque ars ea in primum gradum liberalium. Sed MSS. omnes, ut animadvertis *Harduin*, habent graphicen, eodem tamē sensu. *Harduin* lectionem retinuit *Silius*.

DIÄGRÖDUM, *ii, n. 2.* succus seamanonis: ita sortasse vocatus a διακριδαι lacrimula, deminut. a διξον lacrima: rectius tamen affirms, vocem esse corruptum ex Graeco διακριδων, quod valet seamanonia: probe igitur dacyrdium dictum scriptumque esset. *Cael. Aurel.* 2. *Acut.* 12. Si venter non fuit, diagyrdii obolum dabimus. *Id. ibid.* 29. *a med.* Adit etiam succum seamanonis, quam diagrydium appellamus. *Id.* 3. *ibid.* 16. Alii diagrydio potandos jument, ali elaterio, ali lacte. *Veget.* 5. *Veterin.* 32. 3. *Schneid.* Diagrydil uncia una.

DIÄHELLESPONTE. *V.* DIALEXANDRIAS.

DIÄHERPYLLÖN vel

DIÄHERPYLLUM, *i, n. 2.* δια ἑρπολιων, acopum serpylo constans. *Theod. Priscian.* 4. p. 312. *Ald.* Diaherpyllum acopum. Serpyllum, sennum græcum, junci radices, roris marini libras singulas etc. *Et paulo post.* Facit ad ea, ad quæ et diaherpyllon, id est podagratis, arthritis, spinæ dolori et ischiadicis.

DIÄITEÖN, δια ιτεον, genus emplastri et succo salicini; nam Græce ιτεα est salix. *Cael. Aurel.* 2. *Tard.* 13. § 170. Si soluto perseverarit, addendum diaeteon (lege diaiteon) emplastrum quod vehementer stringit, superimpositis spongis aqua posca infusis.

DIÄLECTICA, *æ, f. 1.* *V.* DIALECTICUS in fin.

DIÄLECTICA, *ōrum, n. plur.* 2. *V.* DIALECTICUS in fin.

DIÄLECTICE, adverb. διαλεκτικως, more dialecticorum. *Cic.* 1. *Acad. (post.)* 2. 8. Multa admixta et intima philosophia, multa dicta dialectice. *Id.* 2. *Fin.* 6. 17. Rhetorice nos mavis, quam dialectice disputationes. *Quintil.* 1. 10. 37. Probare aliquid dialectice.

DIÄLECTICE, *es, f. 1.* *V.* voc. seq. in fin. DIÄLECTICUS, *a, um*, *adject.* διαλεκτικος, ad dialecticam pertinens. *Cic.* 2. *Divinat.* 122. Si velim physiscum quiddam, aut dialecticum explicare. *Id.* 2. *Fin.* 6. 17. Dialecticæ captiones. *Quintil.* 12. 2. 13. Haec pars dialectica, sive illam dicere malumus disputatricem. *Id.* 5. 14. 27. Dialectica disputationes. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (180). Dialectice sapientia professor. *Senera Ep.* 82. Redigere aliquid ad legem dialecticam. *Id. Ep.* 121. Omnia animalia dialectica nasci oportaret, ut etc. *h. e.* peritierum dialecticarum. – Dialecticus mordaci et obscuræ sensu accipitur de cumilingo apud *Cic. Dom.* 18. 41., ubi Scrit. Clodius acerbe carpitor: *V.* integrum locum, ibique a *Manut.* adnotata. – Hinc

Dialectrus, *i, m. 2.* absolute, substantivorum more, est peritus in dialectica, dialecticæ professor.

*Cic.* 2. *Fin.* 6. 17. Latius loquuntur rhetores, dialectici autem compressius. *Cf. Id. Fin.* 6. 12. Diodorus valens dialecticus. *Quintil.* 2. 4. 41. Assumpta a dialecticis argumentandi ratione. *Id.* 7. 3. 41. Ad morem dialecticorum formata conclusio. Adde *Cic.* 3. *Orat.* 15. 38., *Orat.* 32. 113. et 2. *Divinat.* 4. 11.; *Gell.* 18. 13.; et *Dig.* 35. 2. 88. pr.

Dialectica, *æ, vel* Graeca positione

Dialectice, *es, f. 1.* (subaudi ars) διαλεκτικη, absolute, substantivorum more est ars disserendi, cuius finis est verum a falso discernere: que, ut ait *Cic.* 5. *Tusc.* 25. 72, per omnes partes sapientia manat et funditur, rem definit, genera disponit, sequentia adjungit, perfecta concludit, vera et falsa dijudicat: a διαλεκτηρια dissero. *Id.* 4. *Acad. (2. pr.)* 28. 91. Dialectica veri et falsi quasi disceptatrix et iudex. *Id.* 2. *Fin.* 6. 15. Rhetoricae palma, dialecticam pugno similem esse dicebat Zeno. – De bujus studii ratione *V.* *Gell.* 16. 8. – Ceterum dialectica Latina positione occurrit, præter loc. cit. apud *Cic.* 3. *Fin.* 12. 41.; et *Quintil.* 1. 10. 37. et alibi: dialectice vero Graeca positione apud *Quintil.* 1. 10. 42., 2. 17. 14. et alibi. Et *Capell.* 4. p. 97. (loquitur ipsa Dialectice). Ac prius illud compertum volo, mihi Romanos togatamque gentem vocabulum nondum notare potuisse, ac dialecticen, sicut Athenis sum solita, nuncupari.

Dialectica, *ōrum, n. plur.* 2. absolute, substantivorum more, τα διαλεκτικα, sunt ipsæ res dialectice. *Cic.* 14. *Illi.* 12. *extr.* Homo remotus a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus. Adde eundem. *Brut.* 31. 119. et 3. *Fin.* 12. 41.

DIÄLECTOS, *vel* Latina positione

DIÄLECTUS, *i, f. 2.* διαλεκτος, forma quadam et peculiaris ratio loquendi apud varios populos una eademque lingua utentes. Sic in Graeca quinque sunt celebres dialecti, communis, Attica, Dorica, Jonica, Aeolica. *Sueton.* *Tib.* 56. Cum interrogasset, quemam illa tam molesta dialectos esset; et ille respondisset, Doridem.

DIÄLEMMÀ, *atis, n.* 3. διαλεμμα et διαλημμα, intermissio, intervallum. *Theod. Priscian.* 2. 21. Tunc, velut per dialemmam, dropacibus, sinapismis et ceteris causticis imminentem est.

DIÄLEPIDOS, vox composita ex δια per, et λεπις, δισ, squama: ita appellatum collyrium quoddam, in quo præter cetera miscetur squama æris, quam, ut ait *Celsus* 2. 12. λεπιδα καλλον Graeci vocant. *Marcell.* *Empir.* 9. Collyrium dialepidos accipiet hæc: croci x. iii. etc. Inscript. apud *Töchon*, cæchets des oculist. p. 22. ti. IVLII CLARI DIALEPIDOS AD ASPERITUDINES. Alia *ibid.* p. 56. L. IVNII PHILINI DIALEPIDOS AD ASPERITUDINEM ET CICATRICES. Alia apud *Murat.* 507. 2. 6. SYLPICII HYPNI CROCODES DIALEPIDOS AD ASPERITUDINES. Adde alias apud *Orell.* 4233. et 4234., et apud *Henzen.* 7248. Alia apud *Henzen.* 7250. Dialepidos balsamatum AD OMNE VITIUM oculorum EX OVO.

DIÄLEXANDRIAS, δι' Αλεξανδριας, ita vocatur unum ex octo climatibus, que hisce verbis memorat *Capell.* 8. p. 296. Minimus autem anni dies brumalis est, qui habet horas novem; maximus autem solstitialis habet horas quindecim, licet hoc pro climatum rationibus varietur. Nam clima octo sunt: sed proximum solstitiali Dianeroes; deinde alterum Diasyenes; tertium Dialexandrias, quod dicitur per Cyrenas in Africam Carthagini ab austro adiacenter; quartum et medium ex omnibus Diaphorod, quod per medium Peloponnesum Siciliamque ductum ad ostium Bætis pervenit; quintum est Dialexanes per Macedoniam et alteram partem per Galilias et Lusitaniam ad Tagum descendens; deinde settum per Hellespontum Thraciamque et confinem Germanie Galliam; septimum Diaborysthenis per Ponticum mare et ab altera parte Germaniam Britanniamque præcedens; ultimum est ultra Maeotis paludes et intra Riphæos montes. *Id. ibid.* p. 296. in fin. sextum clima vocat Dichellesponi, octavum Diaphipheon. Cf. eundem. *ibid.* p. 200., ubi pariter memorantur climata Dianeroes, Diaborysthenis et Diaphorod.

DIÄLEUCOS, *on*, *adject.* διαλευκος; albo colore intermixtus: α λευκος albus. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 6. 17. (32) de croco. Est per se genus salivi blandissimum vulgo, cum sit mediocre; dialeucon vocant.

DIÄLIBANUM, *i, n. 2.* δια λιβιζιον, collyrium ex libano, hoc est ture confessum, quod oculorum

morbis utile memorat *Theod. Priscian.* 1. 10. Idem non multo post, de sanguineis oculorum maculis depurgandis quum agit, haec ait: Postea ture masculo et aphita æquis ponderibus, carbonibus impositis, sumigandi sunt.

DIÄLION, *ii, n. 2.* διαλιον vel διηλιον, heliotropium. *Apul. Herb.* 49.

DIÄLIS, *c, adject.* qui aut est *A* A Διος Jovis, aut *B* A die.

*A* Dialis a Genit. Διος Joris (quocum cf. *Dius*, *Durus*) est ad Jovem pertinens. ¶ 1. Generatim.

*a* a Dialis est ad Jovem pertinens fulminum calculatorum. *Apul.* 8. *Met.* Dialis fulmen. — *b* Sigillificat etiam ætherium, aerium, quia Jupiter est aer. *Apul.* 8. *Met.* Aquila alti culmisi dialis vias deserit. ¶ 2. Speciatim Dialis flamme apud *Farnon.* 3. *L. L.* 84. et 6. *ibid.* 16. *Müll.*; *Cic.* apud *Macrob.* 7. *Saturn.* 3.; *Liv.* 5. 52. *extr.* et 31. 50.; *Vellej.* 2. 34.; et *Caj.* 1. *Instit.* 112.: et dialis sacerdos apud *Sueton.* *Domit.* 4.: et denique dialis, *is*, *m. 3.* absolute apud *Ovid.* 3. *Fast.* 397.; *Tac.* 3. *Ann.* 58.; et *Fubium* *Pictorem* apud *Gell.* 10. 15. erat flamme, qui Jovis sacro ministerio a Numa regi assignatus est. Hic maxime dignationis erat inter quindecim Flamines, ut *Festus* docet p. 154. 26. *Müll.* Multa de cæremoniis ad eum pertinentibus *Gell.* loc. cit. — Hinc ¶ 3. Dialis est etiam ad flaminem dialem pertinens. Sic dialis sancta conjux est utror flaminibus dialis apud *Ovid.* 6. *Fast.* 226. — *Dialis apex* erat gestamen capitis flaminis dialis. *Liv.* 6. 41. ad fin. Cuilibet apicem dialem, dummodo homo sit, imponeamus. — *Dialia sacra* erant ea, que a flamine diali sebant. *Tac.* 3. *Inn.* 58. Sæpe pontifices dialia sacra fecisse, si flamme valitudine aut munere publico impediretur. — *Diale Flaminum* apud *Sueton.* *Aug.* 31. F. FLAMINUM. — *Dicli* cœna laetissima erat, que præbebatur a flamme diali, quo die sacerdotium inibat. *Seneca Ep.* 123. Hæc qualisunque cœsa, diali jucundior erat. Alii tamen leg. aditiali. ¶ 4. ADITALIS.

*B* Dialis potest etiam a die derivari (Cf. tamen *Dis*, *Dies* et *Diespiter*). Hinc jocus *Cic.* in eum, qui uno tantum die consul fuerat, apud *Macrob.* 7. *Saturn.* 3. (quem tamē *Id.* 2. *ibid.* 2. M. Otaclio tribuerat). Solent esse flamines diales: modo consules diales habemus. *Inscript.* apud *Cajetan.* *Higliore*, *Curse poster.* ad *M. Junii Pudentis inscript.* p. 21. *Bæbiolo filio Diale.* *Bæbius* negotiator *Histrianus* pater. nempe Q. Bæbius pater filiolum suum Bæbiolum dialem appellat, quod is uno eodemque die et in lucem prodierit et fate concesserit.

DIALLÄGE, *es, f. 1.* διαλλαγη conciliatio, figura est, cum multa argumenta ad unum effectum deducantur. *Quintil.* 9. 2. 103. sed Graece. Latine enim consummatum vocat.

DIÄLOES, δι' αλος, malagma et aloë, quod inter recorporativa recenset *Cael. Aurel.* 3. *Tard.* 1. *ad fin.* et 2. *ibid.* 1.

DIÄLOGISMUS, *i, m. 2.* διαλογος; sermocinatio. Enumeratur inter figuræ sententiarum, cum orator vel se ipse cum alio, vel alios inter se colloquentes inducit: cujus habet exemplum apud *Cic.* 9. *Att.* 18. et 13. *ibid.* 42. Ipsa vox Graeca est, et Graeca positione, Latinis tamen litteris legitur apud *Jes. Rufian.* de figur. 20. p. 211.

DIÄLOGISTA, *æ, m. 1.* διαλογοτης, disserendi peritus, disputator. Vulcat. in *Avid.* *Cass.* 3. Adde, futurum se *Sergium* (scilicet *Catilinam*), si dialogistam occidisset: Antoninum (h. e. M. Aurelium) hoc nomine significans, qui tantum enituit in philosophia, et in pueritia dialogos scriperat.

DIÄLOGUS, *i, m. 2.* διαλογος, disputatio, colloquium duorum, vel plurium inter se. Cf. *Cic. Brut.* 60. 218. Cum disputatio esset inter eos, ut est consuetudo dialogorum. *Id.* 1. *Flam.* 9. *ad fin.* Scripti etiam tres libros in disputatione ac dialogo, de Oratore. Adde eundem. 13. *Att.* 42., ubi et dialogi familiaris exemplum habet; *Quintil.* 5. 14. 27. et alibi; et *V.* voc.

DIÄLOTENSIS, *e, adject.* ut purpura dialutensis ex genere pelagiæ. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 37. 61. (131). Est longe optimum purpuris dialutense, id est vario soli genere pastum. *Salmas.* legit dislocense; *Siltig.* vulgariter lectionem tuetur. *Forcellinus* vocem deducit ex Gr. διαλυτος dissolutus: sed videtur potius esse vox hybrida ex διαι et lutenis, ita ut dialutense purpureum genus sit medium inter luten-

se et algense, quæ a Plinio ibid. memorantur. V. integrum locum.

DIÄLÝSIS, is, f. 3. διαλύσις dissolutio. Ita appellatur species hyperbati, cum ordo orationis, interposita sententia, diducitur, ut (Virg. 11. En. 12.). Tum socios (namque omnis eum stipata tegebat Turba ducum) sic incipiens hortatur ovantes. V. HYPERBATON. Rutil. Lup. p. 5. Hoc schema contrarium est superiori (scilicet polysyndeto). Nam, deinde omniā articolis, sententia dividit (rectius fortasse divisa) pronunciantur.

DIÄLYTON vel dialuton, i. n. 2. διαλύτον, est species hyperbati, qua conjunctiones omittuntur, ut (Virg. 4. En. 12.) ite, Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. Hæc Chartis. 4. p. 246. et 251. Putsch. et Diomed. 2. p. 442. et Donat. de schematib. p. 1774., omnes tamen Graecæ. Latine occurrit apud Isid. 1. Orig. 25. 2o. Dialytone, vel asyndeton figura est, quæ e contrario sine conjunctionibus solute ac simpliciter effertur, ut: Venimus, vidimus, placuit. Adde Jul. Rusinian. de figur. p. 240.

DIAMANNE, διά μάνης, malagma ex manna compositum. Cœl. Aurel. 1. Acut. 18. in fin.

DIAMASTIGÓSIS, is, f. 3. διαμαστιγώσις flagellatio, a præpos. διά ei μάστιγις, τόξο, flagrum, scutica, vibex, unde μάστιγων flagello. Est vox Terrelli ad Martian. 4. Cf. eund. Apolog. 50.

DIAMELITON, διά μελίτον, h. e. medicamentum ex melle præcipue compositum. Theod. Priscian. 4. 1. sub init. Postea diameliton solves cum ceroto, et ponens: deinde junges in ipsa diameliton etiam aliquantum diaspermaton, et, quum melius habere coepit, das potionem athanasiam in aqua calida et cochlear unum mellis.

DIAMÉLILOTON, διά μελιλέτων, malagma ex melilito. Cœl. Aurel. 1. Tard. 3. Tum malagmata apponenda, ut diaclytum, aut diamelilotum (lege diameliton), aut diasampsicum. Id. 2. ibid. 1. Utinam etiam acopis, ut est diasampsicum et diameliton (lege diaclytum).

DIAMÉRÖES. V. DIALEXANDRIAS.

DIAMÉTER vel

DIAMÉTROS, on, adject. διαμέτρος, ad diametrum pertinens. Firmic. 4. Mathes. 1. a med. Si luna istum cursum diametra radiatione respererit. Boeth. Aristot. Analyt. pr. 1. 23. p. 487. Quoniam diameter est asymmetri. Id. ibid. p. 869. Diameter incommensurabilis. Adde eund. ibid. p. 494., 515., et alibi sive. — Sic Capell. 7. p. 240. Hunc numerum (quinkue) quis neget esse diametrum? Nam de cadi processu circuusque hujus hemisphærii dissecat. h. e. quinkue est pars dimidiis numeri decimali. — Hinc

Diämētros, i. f. 2. διαμέτρος, scilicet γράμμη, est recta linea figurata et sequo secans; ut diämētros orbis est linea, quæ sic a summo ad imum tenditur circum, ut per centrum eat, a διαμέτρῳ diæmeter. Colum. 5. R. R. 2. 7. Esto area rotunda, cuius diämētros habeat pedes septuaginta. Vitruv. 10. 9. 1. Schneid. Per medium diämētron. Adde Macrob. 1. Somn. Scip. 20., ubi diämētron diligenter describit. Firmic. 4. Mathes. 1. De diämētro respicere.

Diämētrum, i. n. 2. absolute, substantivorum in ore, dicitur id, cui ad justam mensuram aliiquid deest τὸ ἀλλεποτὸν τὸν διαχωριστὸν, v. gr. cum aliqua species certa mensura tradita in minori quantitate redditur. Hoc sensu est quod τὸ μέτρων abest, ut epimētrum quod supra mensuram additur, symmetrum quod secundum mensuram datur, et usurpat Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 13. 5. 38. et ibid. 9. 5.

DIAMÉTRALIS, e, adject. qui ad diämētrum pertinet. Lib. Colon. in Grom. vet. p. 225. Ab oriente ad occidentem qui in groma sunt designati, quædi diämētrum appellatur.

DIAMÉTRUS et

DIAMÉTRUM. V. voc. præced.

DIAMICTON, διά μικτὸν, h. e. per res admixtas; tot ejus generis, quo diacodon, etc. Architecti inde paries farcire fractis camentis, diamicton vocant, Plin. teste 36. Hist. nat. 22. 51. (172.), ut quidem legendum esse contendit Harduin. Itali dirunt murare a cassa, nostrates vulgo a cassella. V. EMPLECTON. Ceterum Schneiderus in adnot. ad Vitruv. 3. 8. init. in loco Plinii mot. cit. pro dialectione legendum putat Graecis litteris διαυτοτόν; at

Sillig. legit diautochon, διά τοῖς γεν., h. e. ex parteibus vel muris.

DIAMIRTON, διά μύρτων, decoctio myrti. Kärcherus recte putat diamirton legendum esse pro diamirrion (quod exhibent vulgati libri) apud Cœl. Aurel. 3. Acut. 3. 18.; namque ipse Cœl. ibid. § 17. rem ita esse aperte declarat.

DIAMÍSYOS et minus recte

DIAMÍSUS, διά μύρου. Vox composita ex διά per et μύρον, i. o. V. DIALEPIDOS. Ita appellatur collyrium, de quo ita Marcell. Empir. 9. Collyrium diamisys quod facit ad aspiritudines oculorum tollendas, et ad lacrimas substringendas, componit unctionis: misy combures hoc more cit. Inscript. apud Töchon, cachets des oculist. p. 22. t. IVLI CLARI DIAMISYS AD VETERES CALGINES. Alia ibid. p. 55. L. IVNNI PHILINI DIAMISYS AD DIATHESSES TOLLENDAS.

DIAMÆRÍE, es, f. 1. διαμορφία, divisio, sedatio, factio. Plin. 10. Ep. 117. et Trajanus apud eund. ibid. 118., ubi alii legunt dianome, quæ vox distributionem significat, Graecæ διανομή, ut notet largitionem seditionis movendæ causa institutam, quæ alias sportularum distributio appellatur. Recentiores philologi posteriore lectionem, h. e. dianome, tuentur.

DIAMÓRON et minus recte

DIAMÓRON, i. n. 2. διά μύρων (V. DIACODION) compositio ex succo mori agrestis et melle concocto: ut docet Theod. Priscian. 1. 15. sub init. Similiter et diamoron juvat, quod sic confidere consuevimus, ut ad duas partes succi mororum una melis adhibeatur. — Ceterum diamoron indec. occurrit apud eund. Theod. Priscian. 1. 14. et Isid. 1. Orig. 9. 9.; et diamoron, i. 2. apud Pallad. 10. R. R. 16.

DIAMYGDALON, διά αμυγδαλῶν, malagma ex amygdalæ. Plin. Valerian. 4. 51. Fit medicamentum ex amaris amygdalæ, quod Dioscorides diamygdon appellat. Rectius fortasse Graecæ scribenda est vox.

DIANA, æ, f. 1. Jovis filia, quæ venando silvas incoluisse fertur. V. ONOM. — Hinc metonymice ponitur pro venatione. Martial. Spectac. 12. Inter Cæsareas discrimine sive Diana fitisset gravidam cum levis hasta suem.

DIANARIUS, a, um, adject. ad Dianam pertinens. Veget. 2. Veterin. 67. Caput ejus purgabis radice Dianaria, quam Artenisiam dicimus. Id. 3. ibid. 33. extr. Radicem Dianariam, id est herba Artemisia; in pulvere rediges.

DIANATICUS, i. n. 2. sacerdos Diana cultui addictus. Maxim. Taurinensis. qui obiit post ann. a Chr. n. CCCCLXV., apud Mural. Anecd. Lat. T. 4. p. 100. Cum videris saurium vino rusticum, scire debes, quoniam, sicut dicunt, aut dianaticus, aut haruspex est: insacrum enim numen amentem solet habere pontificis; talis enim sacerdos parat se vino ad plagas dea sive, ut, dum est ebrios, pœnam suam miser ipse non sentiat.

DIANITIS, idis, i. 3. myrræ genus. Plin. 12. Hist. nat. 16. 35. (69). Tertia myrra Dianitis. Harduin. ibid. putat ita appellatum a Dia insula: alii leg. Tamnatis a Tamna oppido Sabæorum in Arabia, de quo Plin. 6. ibid. 28. 32. (153). Sillig. vulgariter lectionem refutavit: in postremo autem loco pro Tamna legit Thomma.

DIANITRUM, i. n. 2. διά νῖτρων, medicamentum, de quo ita Cœl. Aurel. 3. Tard. 8. 113. Et similis virtutis (h. e. recorportaria curationis) epithema, ut est quod appellatur dianitrum, et sic atque nitro atque absinthio confectionum.

DIANIUM, ii. n. 2. locus Diana sacer, Diana templum, apud Liv. 1. 48. et Paul. Diac. p. 74. 12. Mül.

DIANCEA, æ, f. 1. διάνοια cogitatio, apud Rhetores est figura, quum factum vel eventus ad mentis cogitationem significandam proponitur. Jul. Rusinian. de figur. 18. p. 210.

DIANOME, es, f. 1. διανομή. V. DIAMERIE.

DIÄORIGANUM vel dioriganum, i. n. 2. διά οριγάνων, medicamentum et origano herba (V. Origanum) memoratum a Cœl. Aurel. 3. Tard. 8. 114.

DIÄPANTON, διά πάντων, per omnia, in omnibus. Inscript. apud Mural. 759. 1., que est apud Orell. 2627. M. AVRELIO AVGG. LIB. ACILIO SEPTENTRIONI PANTOMIMO SVI TEMPORIS PRIMIO, HIERONICAS SOLO IN YBBE CORONATO DIAPANTON AB IMPF. DD. NN.

SEVERO ET ANTONINO AVGG. h. e. qui in omnibus certominibus coronam accepit. Alia apud Orell. 2628... .

AVREL. APOLAVSTO HIERONICO BIS CORONATO ET DIAPANTON PARASITO ET SACERDOTI APOLLINIS AVGVST. CAPVÆ MAXIMO. Hic a Mommsenio refertur inter paucos lapides Amerinos certo genuinos (Ber. d. S. Ger. d. Wissensch. 1849. p. 269.); nihil tamen minus Henzenio certe suspicionem moveat nonnulla verba, quæ ibid. leguntur. Alia apud Gruter. 313. 8., que est apud Orell. 2160. L. AVRELIO APOLAVSTO MEMPHIO AVGG. LIB. HIERONICAS CORONATO ETTON DIAPANDON, nempe τῶν διαπαντῶν (Graeci enim vulgo in hac voce alliisque ἐπὶ τὸ pronunciabant), h. e. pentathlus. V. Schiassi, Lex. Morell. cl. 1. p. 385.

DIAPASMA, ælis, n. 3. διαπάσια, flus, aut herba, aut quipplum aliud odoriferum siccatum, tritumque in pulverem, aut in pastillos redactum, quod corpori inspergitur, aut ore manditur ad varios usus seu medicinae, seu luxus: a διαπάσιοι inspergo. Plin. 13. Hist. nat. 2. 3. (19). Sicis odoribus constant, quæ diapasma vocantur. Id. 21. ibid. 19. 73. (125). de rosis. Diapasma inde fluit ad sudores coercendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. Id. ibid. 19. 77. (133). Bacchar tunditur in diapasma: vestibus odoris gratia inseritur. Hartiat. 1. 88. Quid, quod elet gravius mixtum diapasmate virus? etc.

DIAPASÓN, διά πασῶν, h. e. per omnes vel ei omnibus. — a) Sunt duæ voces ejusdem generis, acuta et gravis, symphoniam constituentes, quæ septem tonis constat, seu sex integræ vocibus et duabus dimidiatis, ita dicta, quia complectitur universitatem concentus, ut Plin. 2. Hist. nat. 22. 20. (84). loquitur. Adde Vitruv. 5. 4. ad fin. et Capell. 9. p. 316. et 322. — b) Disdiapason, διά διά πασῶν, h. e. bis per omnes, continet bis symphoniam modo diciam, seu tonos quatuordecim. Vitruv. loc. cit. — c) Diapente, διά πέντε, h. e. per quinque, seu ex quinque; est symphonie quatuor integræ vocibus constans et semitonio. Vitruv. loc. cit. Hanc Capell. 9. p. 316. symphoniam quinariam, et ibid. p. 325. pentachordum vocat, et Censorin. de die nat. 10. n. 9. cum inventi ait, ubi ponderum chordarum discriminem in sesquitertia est proportione, quam duo facient ad tria collata, quod τριπλοῦ appellant. Cl. et Capell. 9. p. 322. — d) Dictessaron διά πέντε πασῶν, h. e. per quatuor, seu ex quatuor, complectitur tonos tres et dimidium. Vitruv. ibid. V. etiam Macrob. 1. Somn. Scip. 6. et 2. ibid. 1. et Capell. 9. p. 321. — Haec voces ejus generis sunt, cujus diactionem, diaulauction, etc.

DIAPEGANON, διά πηγάνον, antidotum e ruta confectione. Plin. Valerian. 4. 3. Unum (antidotum) albus diapeganon dictum.

DIAPENTE. ¶ 1. V. DIAPASON sub c. ¶ 2. Diapente est etiam potio apud Veget. 1. Veterin. 10. 6. Schneid., quæ ex quinque rebus constat, myrra nempe, gentiana, aristolorchis, baccis lauri, rura erborum. Adde eund. 1. ibid. 3. 36. et 6. ibid. 8. 6. et 8.; et Pelagon. Veterin. 1. 1. et 31. 1.

DIAPHÖNIA, æ, f. 1. διαφωνία. Isid. 3. Orig. 19. 3. Cujus (symphonie) contraria est diaphonia, id est voces discrepantes et dissonae.

DIAPHÖRA, æ, f. 1. διαφορά, differentia: a diaφore différo. Est hoc nomine schema rhetoricum, quod sit, cum verbum iteratum aliud significat, ac significavit primo dictum. Hæc Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc. 1. 11. Cujus ærumnæ quævis extriorum hominum, modo hominem, commovere possunt. Est vero correctionis affinis. V. Correctio. Vox Graeca est, et Graecæ scribenda.

DIAPHÖRESIS, is, f. 3. διαφορῆς, apud Medicos ¶ 1. Est evacuatio, seu evaporatio, quæ fit per poros corporis; a διαφορέω dissipatur. Theod. Priscian. de dicta t. ¶ 2. Item solutio, defectio virium. Cœl. Aurel. 1. Acut. 15.

DIAPHÖRETICUS, a, um, adject. διαφορητικς, discutiendi, evaporandi, digerendi vim habens. Cœl. Aurel. 1. Acut. 17. Diaphoretica solutio. et 2. ibid. 10. Effectus diaphoreticus. — Hinc

Diaphoreticus, i. m. 2. est idem ac cardiacus. Cœl. Aurel. 2. Acut. 32. Est etiam gravius diaphoreticum delitare. Theod. Priscian. I. 2. part. 1. c. 13. Cataplasma vero omnia adhibenda sunt. quæ diaphoreticus ordinata sunt.

DIAPHRAGMA, ælis, n. 3. διάφραγμα: a διά in-

ter et *περίμητρα septum*; membrana que cor et pulmones a jecore et liene distinguit, *septum transversum*. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 12. Et magis si ex diaphragmate, quod nos jamdudum discretorium dicimus. *V. INTERSEPTUS.*

**DIAPORESIS**, is, f. 3. dubitatio, *διαπορεια*: a *diaposeis dubito*. *V. ADDUBITATIO.*

**DIAPORETICUS**, a, um, adjecit. ad diaporesin, hoc est dubitationem pertinens, in quo dubitatio est. *Cur. Fortun. Art. rhet. schol.* 1. p. 59. Diaporeticum genus.

**DIAPRASON**, διά πράσινος, medicamentum ex porris, quae Graece πράσινα; cuius meminit *Theod. Priscian.* lib. 2. part. 2. cap. 8. Ita pro diapresion legendum esse coniect. *V. DIAPRISON.*

**DIAPSALMA**, atis, n. 3. διάψαλμα. *V. PSALMA.*

**DIAPSORICUM**, i, n. 2. ex διά per et φραγμός πσωρικός. *V. DIALEPIDOS*: collyrium ex oculorum caliginine dissipandam, cuius meminit *Marcell. Empir.* 9. *Inscript.* apud *Tôchon* *cachets des oculist.* p. 56. I. *JVNII PHILINI DIAPSORICVM AD GENARVM SCISSYRAM ET CLARITATEM.* *Alia* apud eum. *ibid.* p. 61. I. *CAP. SABINIANI DIAPSORICVM AD CALIGINEM.* et p. 66. *THRONIMI DIAPSORICVM OPOBALSANATVM AD CLAR.*

**DIAPSÝCHON** epithema, διαψύχων ἐπίθετα, apud *Plin. Valerian.* 1. 6. (obi perperam diapsicon scribitur) est medicamentum refrigerans: ex διά per et φραγμός refrigerans.

**DIARHÖDUS**. *V. DIALEXANDRIAS.*

**DIARHÖDON**, i, n. 2. διαρρέοδος, collyrium a Galeno aliisque vetustis Graecis medicis memoratum: a διά per et πόδιν rosa, quia ex rosis praecipue componitur. *V. DIALEPIDOS.* *Inscript.* apud *Tôchon, cachets des oculist.* p. 22. II. *JVLII CLARI DIAPHODON POST IMPERATVM.* *Alia* apud *Moss. Antiq. Gall.* p. 81. M. *JVLII CHARITONIS DIARRHODON AD FERTREM.* Adde *Marcell. Empir.* 8. n. 3. et *Theod. Priscian.* I. 1. — *NB.* De alia hujus vocis significazione. *V. ONOM.*

**DIARICES**, is, n. 2. collyrii nomen: ex διά per, et οὐρανοῦ erice, compositeum. *Tôchon, cachets des ocul.* p. 61. II. *VLPFI HERACLETIS DIARICES.* *V. Spon. Miscell. ant.* p. 237.

**DIARIPHEON**. *V. DIALEXANDRIAS.*

**DIARHOÖN**, διά ροῶν, medicamentum ex malis puris (a ποτὶ ματινός punica) constans. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. Dandum quoque medicamen confectum, quod diaporon appellamus: item diamoron, sive diarhoon, et lis similia. *Vulgatis libri* habent dia-roos vel diarhoos: ipse diarhoon legendum conjecti, precipue quod *Cœl. Aurel.* ibid. paullo ante dixerit sive malo punici dulcis, vel acidi succus. Adde eund. 2. *ibid.* 4. ad fin.

**DIARIUM**, ii, n. 2. De num. sing. *V. que dicta sunt infra sub 2.* — Ceterum ¶ 1. *Diaria*, crum, sunt virtus quotidiana, id est quod in unius diei cibum servis et ancillis demensum datur. *Horat.* 1. Ep. 11. 40. Cum servis urbana diaria rodere movis. *Martial.* 11. 108. puerique diaria poscent. *Petron. Satyr.* 136. Anseres, qui medio die solebant ab anno diaria etigere. Adde *eum. ibid.* 75. *Cic.* 8. Att. 14. Cesar lis diariis militum celeritatem incitat, ut timet, ne citius ad Brundisium, quam opus sit, ac cessorit. *nempe stipendia majora in singulos dies militibus promittendo.* — Etiam alimenta, quae quotidianie dabantur carcere inclusis, diaria dicuntur. *Seneca* i. *Controv.* 27. ad fin. Cum introductus esset ex carcere in senatum, postulaturus ut diaria acciperet. — Post asellum diaria non sumo proverbium est apud *Petron. Satyr.* 24. estr., de quo *V. in ASELLUS.* ¶ 2. *Charis.* 1. p. 21. *Putsch.* re-senserit inter ea nomina, quae singulari numero carrent. Alio tamen sensu habet singulare, nempe cum significatur libellus, in quo acta singulorum dierum prescribuntur. *Sempson. Asell.* apud *Gell.* 5. 18. Annales libri, quod quoque anno gestum sit, id demonstrant, quasi qui diarium scribunt, quam Graeci επειρώδη vocant. Adde *Isid.* 1. *Orig.* 43. 1.

**DIARRHÖEÀ**, æ, f. 1. διαρροία, ex διά et ρόω, producere ventris. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 19. Huius passionis (rheumatismo) similis ac vicina est diarrhoea, in qua ultimarum partium est prostruviun. *Tard.* *Priscian.* I. 2. part. 1. c. 13. Est etiam hoc simile in diarrhoea periculum. Adde *Isid.* 5. *Orig.* 7.

**DIARRHÖICUS**, i, m. 2. qui diarrhoea laborat.

*Theod. Priscian.* lib. 2. part. 1. cap. 13. init. Est etiam hoc simile in diarrhoea periculum. Sed eo dictat, quod diarrhoei sola ventris molestia — fatigatur. In edit. Ald. legitur diarrhoei; pro quo diarrhoei legendum putavi ex analogia cum v. haemorrhœicis.

**DIAS**, adis, f. 3. *V. DYAS.*

**DIASAMPSUCUM**, i, n. 2. διά σαμψύκου, medicamentum ex majorana herba, vel amaraco, memoratum a *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. 117. Sic *Id.* 3. *ibid.* 2. ante med. Si ventositas fuerit stomachus affectus, adhibendum diasampsucum, sive diaspermatum. Ad locc. ex eodem *Cœl. Aurel.* cit. in *DIAMELITON.*

**DIASCILLES**, διά σκιλλῆς, electarium e sella confectum, cuius mensinit *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 1.

**DIASCILLIŪ**, quasi διά σκιλλῆς, a σκιλλα. *Marcell. Empir.* de Medic. p. 116. Ald. et 20. a med. in aliis edit. Confectio acetii diascilliu ad digestioinem et stomachi vitia. Est acetum scillicimum, ut voratur a *Plin. in Hist. nat.* *V. SCILLINUS.*

**DIASCHISMA**, atis, n. 3. διάσχισμα; vox ad muscram pertinens, cuius de significatione *Boeth.* 3. *Music.* 8. p. 1115. Schisma est dimidium communis: diaschisma vero dimidium dieros, id est semitonii minoris. Adde *eum. ibid.* s. p. e.

**DIASMYRNES**, διά σμυρνῆς, vel

**DIASMYRNON**, i, n. 2. διασμυρνεν, ex διά per, et σμυρνα, ης myrrha. *V. DIALEPIDOS.* Collyrium diasmynras a *Marcell. Empir.* 9. et *Scribon. Compos.* 26. memoratum. *Inscript.* Huius in Gallia reperta prope Châlons — sur — Saône, edita vero in *Magaz. Encyclop.* an. 1809. Mars. p. 105. REGINI DIASMYRNES POST LIPPITYDINES EX OVO PRIMUM. *Alia* apud *Tôchon, cachets des oculist.* p. 31. Q. *JVNII TAVRI DIASMYRNVM POST IMPETVM.* Ade aliam apud *Murat.* 508. 3.

**DIASOSTES**, æ, m. 1. διαστόστης, a præpos. διά et τοξεια custodio, tueor, fuit militum genus, cui civitatum custodia tradita erat, ne quis contra principem aliquid conaretur. *Julian. Epit.* nov. 123. § 532. et 537.

**DIASPERMATIÖN**. *V. voc. seq.*

**DIASPERMATÖN**, διά σπερματῶν, medicamenti geni, a διά per et σπερμα semen, quia, ut ait *Isid.* 4. *Orig.* 9. 9. ex seminibus componitur. *V. DIAMELITON* et *POLYARCHION.* — Apud *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. ante med. legitur et diaspermatum, nisi forte mendum sit. *V. locum* cit. in *DIASAMPSUCUM.*

**DIASTACÖN**, διά στραχεῶν, eclegmatum stypticum ex astacia, h. e. canceris marinis. Memoratur a *Theod. Priscian.* lib. 2. part. 2. cap. 9. a med. ed. Ald., qui dasiastacon legit: ipse vero diastacon legendum conjecti: viderint erudit.

**DIASTEMA**, atis, n. 3. διαστῆμα. Corripuit pa-nultimam, sed non est imitandus *Sidon. carb.* 15. 64. Sic placidam Paphien servare diastema quintum. — Ceterum diastema est spatium, intervallum, di-stantia: a διστορπαι disto, separor, seorsum sto. — a) Verbum est mensorum. *Frontin. in exposit. formar.* p. 33. *Goes.* Quoties ex uno duorum punctorum diastemate duo pares circuli erunt. et mox. Si tres circuli pares fuerint inter se æquali diastemate connecti. — b) Item astronomicum. *Sidon. 8. Ep.* 11. post med. In diastemate Zodiaco. *Id. epist.* pre-fixa carb. 14. Menthio crux, proportionis, diastemati, claram. — c) Iten musicorum. *Capell.* 9. p. 321. de *Music.* Diastema est vox spatium, quo acuta et gravior includitur. et *Isid.* 2. *Orig.* 19. 5. Diastema est vox spatium, ex duobus, vel pluribus sonis aptatum. *Censorin. de die nat.* 13. Intervalla musicis diastematis congrua. — d) Item medicorum. *Veget.* 1. *Veterin.* 22. 3. Pridie quam rena pulsetur, sustentetur jumenta levioribus et par-tioribus eis, ut per diastema composito corpore sint, non turbata per indigestione.

**DIASTEMATICOS**, e, o, vel *Latina positione*

**DIASTEMATICUS**, a, um, adjecit. διαστημαticós ñivis, ut diastematica vox apud *Capell.* 9. p. 318., cui opponitur continua. Sic *Boeth. Music.* 1. 12. p. 1379. Diastematica autem est ea (vox), qualis canendo suspendimus.

**DIASTOLE**, es, f. 1. διαστολή dilatatio, a διαστέλλω diduco, laxo, aperio. — Diastole ¶ 1. Dicitur dextera pars circuli ad imas litteras apposita (quam nos Itali virgola vocamus) quia nota male

coherentia scribendo discernuntur, ut in illo *Virg.* 2. *Æn.* 413. Tom Danai, gemitu, atque erepte virginis ira et *s. ibid.* 83. Procubuit, viridique in litora conspicitur sus. *Hæc Diomed.* 2. p. 430. *Putsch.* *Priscian.* de accentib. p. 1287.; et *Isid.* 1. *Orig.* 18. 7. ¶ 2. Item diastole est, cum epitheton aliquod nomini apponitur distinguendi causa, ut si dias dolum malum, ut distinguas a bono. *V. in* hanc rei verba *Dönati* in voce *DOLUS.* — *NB.* Diastole Graeca quoque vox est, Grammaticis familiaris; et ita dici solet figura, quo syllaba natura brevis producitur, vel simpliciter, vel geminatione ejusdem consonantis; quæ etiam *ectasis* dicitur. *Virg.* 1. *Æn.* 6. Italiam fato profugus, Lavinaque venit Litora. *Id.* 2. *ibid.* 713. Religione patrum malitos servata per annos.

**DIASTOLEUS**, ei, m. 2. διαστολεῖς. Idem quod diasostes; a præpos. διά et στέλλω mando, mitto. Occurrat in Cod. 4. 69. 4.

**DIASTYLOS**, ou, adjecit. διαστυλος, columnas habens rariores: a διά (quod separationem aliquando significat) et στύλος columnæ. Species sedium sunt quinque: *Pycnostylos*, idest crebris columnis (a πυκνός dense, spissus). *Systylos*, paullo remissioris (a οὐ, cum, simul). *Diastylos*, amplius spatiis intercolumniorum patentibus: rarius quam oporteat inter se diductis, *Arestylos* (ab αραιός rarus). *Eustylos*, intervallorum justa distributione (ab εὖ bene). Ergo *Pycnostylos* est, cuius intercolumnio unus ei: dimidiatus columnæ crassitudo interponi potest: *Systylos*, in qua durum columnarum crassitudo: *Diastylos*, in qua trium: *Arestylos*, in qua plurium. *Eustylos* eam habet rationem, ut in intervallis spatia durarum columnarum et quartæ partis crassitudo interseit, etc. *Hæc Vitruv. 3. 3. 1. et seq.*, et 3. 4. 3. et seq. *Schneid.* — De quantitate pœnultime in his vocibus, *V. in STYLUS.*

**DIASYCÄMINON**, vel

**DIASYCÄMINUM**, i, n. 2. διά συκαίνεν, medicamentum et sycomoro, apud *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. 115., et 2. *ibid.* 7. et 13., quibus postremis locis diasycamon legitur.

**DIASYNES**. *V. DIALEXANDRIAS.*

**DIASYBROS**, i, m. 2. διασυρπος elevatio, h. e. depressione: est figura sententiarum, in qua laudentes, quæ dicuntur ab adversariis dissolvimus; qualis est in Muræniana totus ille in Sulpicium locus de jure civili. Ita *Capell.* 5. p. 172. Adde *Aquitam Rom.* p. 10. *Capper.*; *Jul. Rusinian.* de fig. 5.; et *Isid.* 2. *Orig.* 21. 42.

**DIASYRTICE**, per diasyrnum, seu irrisio. *Servius ad Virg.* 2. *Æn.* 193.

**DIASYRTICUS**, a, um, adjecit. διασυρπος; ad diasyrnum pertinens. *Diasyrticum dictum* est, quo laudentes aliquid simul elevamus et carpimus. *Spartian. Carac.* 10. Non ab re est, diasyrticum quidam in eum dictum addere. Nam cum Germanici, et Parthici, et Arabici nomine adscriberet, Pertinax dicitur joco disesse: Adde, si placet, etiam Geticus Maximus: quod Getas occiderat fratrem, et Gotti Getas dicerentur. *Heronym.* 1. aduers. *Rufin.* n. 1. Diasyrtice prædictio.

**DIATESSARON**, διά τεσσαρεν. Xeron diatessaron est medicamentum ex quatuor speciebus coctans. *V. XERON.* — De alia significatione, *V.* DIAPASON.

**DIATHHECA**, örüm, n. plur. 2. a διατήξην: testementum, vel hereditas et testamento protiens. *Martial.* 12. 2. O quantum diatheca valent, et quinque comati! *Al. melius leg.* diatreta.

**DIATHERIACÖN**, διά θηριακῶν, medicamentum ex theriacis coctans, memoratum a *Theod. Priscian.* lib. 2. part. 1. cap. 8. *V. THERIACUS.*

**DIATHESIS**, is, f. 3. διαστῆμα, oculorum morbus. *Inscript.* apud *Tôchon, cachets des oculist.* p. 55. *JVNII TAVRI CROCOD. DIAMISVS AD DIATHESIS ET R. E. V. illam in DIAMISUS.*

**DIATHYRUM**, i, n. 2. διατήρηση idem ac προστήρηση prophyrium: a præpos. διά per, vel πρό ante, et δύπα janua. Sunt qui putant esse repagulum lignum versatile, quod janua præfigitur ad arcenda vehicula et jumenta, Italice *sbarrà*: alii rectios arbitrantur, hoc nomine significari parvum illud tectum quadratum, vel rotundum, arcuatum, vel pyramidatum, binis, vel quatuor columnis suffultum, quod etiam extat Romæ, et alibi ante januam quatundam basilicarum. *Gull.* vero *Bechi* in *Mus.*

*Borb. T. S. Scavi di Pomp. p. 4.* probat, diathyrum fuisse spatium illud domus, quale in monasteriis inter linae januae positum Itali nunc vocant porteria, et in quo morantur adeuntes eadem monasteria, antequam interius admittantur. Graece legitur apud *Vitr. 6. 7. 5. Schneid.* Prothyra Graece dicuntur, quae sunt ante januas vestibula: nos autem appellamus prothyra, quae Graece dicuntur διαθύρα. — Ali quando prothyra dicuntur vela ante januas cubiclorum in ædibus, Italice portiere. *Pompon. Dig. 50. 16. 245.* Labeled sit, prothyrum, quod in ædibus interius fieri solet, ædium esse. *Ulp. ibid. 33. 7. 12. § 23.* Prothyrum domus, si velamen est, instrumento domus continetur.

DIATOICHON, i, n. 2. διατοίχον. V. DIAMICTON.

DIATÖNICUS, a, um, adject. ut *Modulatio dia-tonica*, apud *Capell. 9. p. 321. et 325.*

DIATÖNUM. V. voc. seq. in fin.

DIATÖNUS, a, um, adject. διάτονος distentus, extensus: a διάτονον extendit. In architectura latentes διάτονοι dicuntur a *Vitr. 2. 8. 7. Schneid.* (quas Latine frontatos dici ait ibidem) qui duplice fronte totam muri crassitudinem complectuntur. Al perperam leg. διάτονοι, hoc est penetrantes, a διάτονος perforo, penetro. — Hinc

Diatonum, i, n. 2. absolute, substantiiorum more, in musicis est genus modulationis, quod διά τόνον per tonos procedit: et distinguuntur ab harmonicis et chromatico. In eo intervalla faciliori habent, quam in ceteris, distantiam. Tetrachordon diatoni duos habet continuos tonos cum hemitonio. *Vitr. 5. 4. 3. Schneid;* et *Macrobi. 2. Somin. Scip. 4. ad fin.* — Definitur a *Capell. 9. p. 323.* quod tonis copiosum est: ejusque tetrachordis constare ait hemitonio duobus tonis subsequentibus. V. Petr. *Gastend in manuacut. ad Theor. Musices c. 3.*

DIATRÉTARIUS, ii, m. 2. qui diatreta facit, seu perforat margaritas, gemmas, lapillos. *Imp. Constantini. Cod. 10. 64. 1; et Cod. Theod. 13. 4. 2.*

DIATRÉTUS, a, um, adject. διάτρητος torno factus, tornalus, vel in quo lessellato opere aurum, argenteum, aut gemmas insertae sunt: a διάτρητῳ perforo, terebro. *Ulp. Dig. 9. 2. 27. ad fin.* Si calidam diatretum faciendum dedisti; si quidem imperfite fregisti, danni injuria tenetibus, etc. — Hinc

Diátrēta, trum, a. plur. 2. absolute, substantiiorum more sunt vase affabre facta, toremata. *Martial. 12. 71.* O quantum diatreta valent! *Al. leg. diatreta.*

DIATRIBA, æ, f. 1. διατριψή, locus in quo disputantes, et scholam agentes versantur: itemque ipsa disputatio, dissertatio. *Gell. 17. 20.* Recens in diatribam accepimus. *Id. 1. 26.* Interrogavi in diatriba Taurum, an sapientis inscereatur. *Id. 18. 13.* Quidam Dialecticus ex Platonis diatriba.

DIATRITÆUS, a, um, et

DIATRITOS, e, op, adject. διατριπτος et διατριπτος, tertianus. *Cœl. Aurel. 1. Auct. 3.* Alienatio intra diatritum, vel post diatritum tempus. — Et absolute *Id. 3. ibid. 16.* In diatribo (h. e. in febre tertiana) vero erunt primo perungendi. Cf. *Id. 1. Tard. 4.* In tertium diem, sive, ut Graeci vocant, diatriton differantur. Adde eum. *1. ibid. 1. et 3. et 2. ibid. 1.*

DIATRITOS vel Latina positione

DIATRITUS, i, f. διατριπτος. V. voc. præced. in fin.

DIATYPOSIS, is, f. 3. διατύπωσις, figura oratoria: a διατυπωσι informe, instituto. *Capell. 5. p. 172.* Diatyposis est descriptio, vel deformatio, cum, rebus personisque subjectis, et formas ipsas et habitus exprimimus.

DIÁULA, æ, f. 1. est nomen cuiusdam plantæ, quem memorat *Apul. Herb. 93.*

DIÁULOS, i, m. 2. διάυλος, spatium duorum stadiorum in cursu Olympicō, vel Circensi, ut *Vitr. 5. 6. 7. Schneid.* docet. *Hygin. fab. 173.* His ludis vicerunt Zethus dolichodromo, Calais diaulo, Castor studio. — Ceterum qui in diaulo currebant, quum a carcerebus ad metam decurrent, iterum in carcere redibant. V. *Alberti adnotat. ad Hesych. in v. Diaulος,* et *Pausan. Eliac. c. 17. in v. Dolichus in od. notat.*

DIAXYΛON, i, n. 2. διαξύλον, lignum interius, sive optimum: a δια intra et ξύλον lignum. Ita vocatur ea planta, quæ et erysiceptrum et adipathron

dicitur, queque eadem videtur esse atque aspalathus, quam vocem vide. *Plin. et Dioscoride, 24. Hist. nat. 13. 69. (112).* Sed et frutex humillior, æque spinosus, in Nisyro et Rhodotorum insulis, quem alii erysiceptrum, alii adipathron, sive diaxylon vocant. Alii perperam legunt diacheton, vel diatiron: sed ex *Dioscoridis loco simili, ubi διαξύλον dicitur, diaxylon item dicendum probant nuperissimi editores Parisenses.*

DIAZEUGMÉNON, διαζεύγμανον disjunctum, disjunctio: a διαζεύγμανον disjungo. *Capell. 5. p. 176.* Diazeugmenon disjunctum appellamus, cum diversis redditionibus verborum cole disjungimus, sive duo, sive plura, hoc modo: (*Cic. 2. leg. Agr. 31.*) Capuanis colonis deductis occupabant; Atellan præsidio communient; Nuceriam obtinebant; cetera oppida præsidis devincient. V. ANTIZEUGMENON.

Est itaque diazeugmenon figura rhetorica vel oratoria, quam *Cic. 4. Herenn. 27. 37. disjunctionem appellat.* Porro quæ ex *Cic. 2. leg. Agr. 31.* aferuntur, memoriter tantummodo citantur, alter enim *ibid.* leguntur. Denique pro diazeugmenon legendum est diezeugmenon, quemadmodum Koppius et reliqui recentiores legunt etiam apud *Aquilam Rom. de figur. sentent. 43. p. 187. Ruhnk.* ubi eadem figura eodem vocabulo memoratur. — Porro diezeugmenon locum habet etiam in musicis, sed Graecis tantum litteris occurrit apud *Capell. p. 315.* et init. 316. Tertius decimus (sonus) τρίτη διεζεύγμανον, id est tertia divisarum; quartus decimus διεζεύγμανον διάτονος, quod est divisarum extenta; quintus decimus νητη διεζεύγμανον, id est ultima divisarum.

DIÄZEUXIS, is, f. 3. διαζεύξις dissolutio; figura est metri, eadem quam diæresis. *Valer. Prob. 1. Grammat. p. 1438. Putsch.*

DIAZOGRAPHUS, i, m. 2. διαζωρόπος, ita inscribitur liber secundus *Aggeni Urbici*, quia constat variis figuris in ære incisis, quas videre est in editione *Guil. Goesii, Amstel. 1674. 4. V. et p. 49.*

DIAZOMA, atis, n. 3. διαζώμα, cingulum, cinctus intermedius: a διαζώμη cingo, præcingulo. *Vitr. 5. 6. 7. Schneid.* Sunt res, quas in pusillo et in magno theatro necesse est eadem magnitudine fieri, propter usum, ut gradus, diazomata, pluteos, itinera, ascensus. V. BALTEUS.

DIHALO, as, are, a. 1. a halo compositum. *Cæcilius apud Varro. 7. L. L. 103. Müll.* Tantum rem dibalare, ut pro nilo (h. e. nihil) babuerit. *Scalig. in Conjectan.* Dibalare pro debiliterare, non inepte dictum videri posset. Ego puto, dibalare rem, καταφέρειν τὴν οὐσίαν, bona consumere. Haec Scalig. Sed *Cæcilius* malus est auctor Latinatus, teste *Cic. 7. Att. 3.* Ceterum dibalare rem videtur idem esse ac debiliterando rem immuniare, sive contempnare reddere.

DIHAPHUS, a, um, vel

DIHAPHUS, um, adject. διβάφος, bis tinctus: a δις bis, et βάττω tingi. Porro purpura dibaphus, nempe bis tincta, dicitur, quia prius coco, deinde purpura tingebar. *Plin. 9. Hist. nat. 39. 63. (137.) de purpura.* Successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. et mox. Dibapha tunc dicebatur quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pœne commodiiores purpura tinguntur. Adde eum. *21. ibid. 8. 22. (45.) Hanc iteratam purpuram vocal Stat. 3. Sib. 2. 140. Horatio vero hæc purpura sunt Epod. 12. 21. Muricibus Tyriis iterata vellera lanæ. et 2. Od. 16. 35. bis Afro murice tinctæ – lanæ.* — Hinc

Dibaphus, i, f. 2. subaudi vestis, absolute, substantiiorum more, est vestis bis tincta, seu purpura. Quia vero purpura utebantur magistratus, hinc allegorice *Cic. 2. Fam. 16. sub fin. Curtius noster dibaphum cogitat, sed cum infector moratur. h. e. sperat, cupit honores in republ., sed res ei non procedit. V. Guarini, Continuaz. de Fast. duorum. p. 46. — Proverbio species est in illo ejusdem 2. Att. 9. ad fin. Faciant, quos volent, consules: etiam Valentini strumani sacerdotio διβάφη vestiant. Et dici potest de his, qui turpem vitam, sceleram, aut sordes, magistratum ornamenti occultare nituntur.*

DIBATUO, is, ere, a. 3. hinc inde batuo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Nol. Tir. p. 113.*

DIKRACHIS, y, adject. δικράχης, pes metricus idem ac pyrrichius, et pariambus, duabus constans

brevibus syllabis, ut dea; a δις bis et διπάχης brevis. *Mar. Victor. 1. Grammat. p. 2486. Putsch.* et *Diomed. 3. p. 471.*

DIBRÉVIS, e, adject. idem quod dibrachys, duabus syllabis brevibus constans: vox hybrida, a δις bis, et brevis. *Diomed. 3. p. 472. Putsch.* Cipiendum hunc cursum sibi repperisse testificantur, quo nomine dibrevem pedem nuncupant.

DIBUCINO vel dibucino, as, are, a. 1. idem quod buccino, et translate divulgo, edo, in vulgus spargo. Agnoscitur ut Latinum a *Vel. Longo de Orthogr. p. 2237. Putsch.* et a *Cassiod. ibid. p. 2294.*; sed caret exemplis.

DIBUS pro diis. V. DEUS.

DICA, æ, f. 1. δίκη judicium, causa, actio: a voce Graeca allata, qua primo jus ei justitiam significat, deinde hanc etiam, de qua loquimur, significacionem habet. Usurpat autem in lingua Latina in iis tantum casibus, quos subjecta exempla demonstrant. — a) Scribere dicam alicui est actionem intentare, literam movere, in jus vocare *Cic. 4. Verr. 14. 37.* Scribatur Heraclio dica. *Ter. Phorm. 2. 2. 15.* En unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam? Ubi *Donatus:* Dice causa est Graece, quæ sit Latine dica, ut Acte Acta, Calliope Calliopa. *Ter. ibid. 4. 3. 63.* Sexcentas scribilo mili dicas, nihil do. Ade eundem *Adelph. 1. 2. 77.*; *Cic. 4. Verr. 17. 42.*; et *Plaut. Autul. 4. 10. 30.* Id *Plaut. Pæn. 3. 6. 5.* Cras subscrimbam homini dicam. *Quintil. 6. 3. 83.* eodem sensu dixit formulam scribere. — b) Dicam alicui impingere eodem sensu dicitur. *Ter. Phorm. 2. 3. 91.* Si tu illam attigeris, dicam tibi impingam grandem. — Sortiri dicam et dicas est sortiri judices, qui de causa cognoscant. *Cic. 4. Verr. 15. 37.* Quod die sese, ex instituto ac lege Rupilia, dicas sortituru iste edixerat: paratus ad hanc dicam sortitam venerat et mox. Quod lex Rupilia vetaret diebus triginta sortiri dicam, quibus scripta esset. et paulo post. Iste omnibus dieis (al. judicis) diem distulit, et eam dicim constituit, ut hanc Heraclii dicam sortiri ex lege posset. — Est autem advertendum, *Ter. Plaut.* Cic. ideo præcipue hoc loquendi generi uti a Graecis ductio, quia fere de Graecis rebus forensibus agunt. Nam hi duo poetae a Graeco sermone ac moribus Fabulas suas translulerunt: et *Cicero* de Siculis loquitur, qui Graeca consuetudine et sermone utebatur. — De dicendi ratione dicas causa vel grata etc., V. DICIS loco suo.

DICABÜLA vel dicibula, ūrum n. plur. 2. a dicax, nugamenta, fabulas pueriles. *Capell. S. p. 273.* Inter vatum tumores dicabulæ cavillantibus saeque contenta Satyra. *Tertull. advers. Valentian. 20.* Meminerat Ptolemaeus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci, et arbore pisces. — Etiam dicibile legitur in *Gloss. Philoz.* Dicibile, λεπτός, πήτερος. Hoc tamen a dico, is derivatum videtur.

DICACITAS, atis, f. 3. proprie significat sermone cum risu alios incessentem, ut *Quintil. 6. 3. 21.* docet: eminet autem maxime in quadam veluti jaculatione verborum, et inclusa breviter urbanitate, qua salte et civiliter simul tagenueque aliquip prestringitur. Ejus duo sunt genera: alterum quod modo dictum est: alterum scurrile et scœnicum. *Cic. 2. Orat. 54. 218.* Duo genera sunt facetiæ: alterum sequabiliter in omni sermone sussum, alterum percutum et breve: illa a veteribus cavillatio, hæc dicacitas nominata est, et *ibid. 60. 244.* Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est. Adde eum. *Orat. 26. 87. Sueton. Vesp. 22.* Erat dicacitas plurimæ; et sic scurrilis ac sordida, ut ne pretexatis quidem verbis abstinet. et *ibid. 23.* Affectare dicacitatem. Adde *Apul. 1. Met.*

DICACULÆ, adverb. dicacula ratione, acute, moriendo. *Apul. 1. Met.* In eam dicaculæ præbrium dierat. *Id. 8. ibid.* Sic præco lurconem tractabat dicacula.

DICACULUS, a, um, adject. diminut. a dicax, loquax, garrulus, acute mordax in dicendo. *Plaut. Asin. 3. 1. 8.* Satis dicacula es amatrix. *Apul. 2. Met.* Lepida et dicacula puella. *Id. 3. ibid.* Dicaculus sermo.

DICACÜLÖGIA, æ, f. 1. δικαῖολογία, est hoc nomine figura rhetorica, qua rei alicuius justitia plena in luce collocatur; a δικαιος justus et λέγω dico. *Rutil. Lup. 3. p. 81.*

DICASSIT dixerit. *Paul. Diac. p. 75. 45. Müll.* Est qui putat pro dixerit legendum esse dicaverit.

DICATĒ, adverb., cuius Superl. translate tantum occurrit in *Inscript.* apud *Hénier*. 3455. DICATISSIME DEVOTI NVMINI EJVS FECERUNT. h. e. omnino ad dicti ex devoti.

DICATĪO, ñnis, f. 3. actus dicandi. ¶ 1. Dicatio est actus tradendi, addictio. *Cic. Balb.* 11. 28. Durum civitatum enim esse nemo potest: non esse hujus civitatis ciuis, qui se alii civitati dicarit, potest. Neque solum dictione, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio. *V. Klotz* ad *h. l. vol. 3. p. 1053.* ¶ 2. Est etiam titulus honoris. *Imp. Licinius* apud *Lactant. Mort. pers.* 48. ante med. ad præsiderem *Bithynice*. Quare scire dictionem tuam convenient, etc. et max. Intelligit dicatio tua etc. *Cassiod.* 11. *Viar.* 7. Per dicesis dictionis tuæ, solemni moderamine custodito, possessorum te præcipimus admonere, ut etc. *Id. ibid.* 9. Quapropter dicatio tua per loca celeberrima proponi faciat destinata. Adde *Cod. Theod.* 11. 30. 1. et 21. ¶ 3. Item pro laudatione occurrit in *Cod. Theod.* 9. 34. 2.

DICATŪRA,  $\pi$ , f. 1. dicatio, dedicatio. *Plin. præf. Hist. nat.* (19). Nec fiducia operis haec est: sed in dictatura multa valde pretiosa ideo videntur, quia sunt templis dicata. *Al. rectius leg.* Haec fiducia operis, haec est indicatura. Multa valde etc.

DICATUS, a, um. *V. DICO*, as.

DICAX, scis, adject. (dico). *Comp. Dicacior* et *Sup. Dicacissimus*. — Dicax est qui risus causa, ad salsa dicta facili ac promptus est, acute mordax in dicendo, maledictus. *Plaut. Truc.* 3. 2. 14. Jam postquam in urbe cerebro commoveo, dicax sum facilius; jam sum cavillator probus. *Cic. Orat.* 26. 90. Demosthenes non tam dicax fuit, quam facetus. Est autem illud acriorius ingenii, hoc majoris artis. *Id. 2. Orat.* 60. 244. Granio nemo dicacior. Adde *Liv.* 22. 34. Rursus *Cic. 2. Phil.* 31. 78. Populum etiam in te dicacem reddidisti. *Id. Cael.* 28. 67. In conviviali faceti et dicaces. Adde *eund.* 2. *Orat.* 34. 221. et alibi. *Catull.* 22. 2. Homo est venustus et dicax et urbanus. *Petron. Satyr.* 113. Homo dicacissimus. *Horat. Art. P.* 225. Satyri dicaces. Adde *eund.* 1. *Sat.* 4. 83; *Cætium* apud *Quintil.* 6. 3. 61; *Quintil.* 6. 3. 14. et 21. et alibi. *Gell.* 12. 2. Dicax arguta. *Seneca Med.* 113. Festa dicax fundat convicia Fesceninus.

DICE et

DICÉBO. *V. DICO*, is.

DICHALCON, i, n. 2. διχαλκον, genus monetae ærae minutæ, qua valebat quartam partem, et, secundum *Plin. 21. Hist. nat.* 34. 109. (185), quintam partem oboli. *Vitruv.* 3. 1. 7. *Schneid.* Quadrantes obolorum, que ali dichalca, nonnulli trichalca, dicunt. Ex his *Vitrurii* verbis videtur obolus habuisse chalcos octo, quandoque etiam duodecim, quod postremum quidam Siculis tribuant. *V. CHALCUS.*

DICHOMENION, ii, n. 2. Ita vocat *Apul. Herib.* 64. pœniam herbam, quod ea similis sit lunæ semiplena, quæ Græce διχομενια appellatur.

DICHÖNEUTUS, a, um, adject., a διχ, bis, et χωνεύω conflo, bis conflatus, adulteratus, et adventicia etiam forte materia commixtus. *Imp. Valentinian.* et *Valens Cod. Theod.* 11. 21. 1. Es quod dichoneutum voratur, de usu penitus et conversatione tollatur, ac nemio publice hoc habere licet.

DICHÖREUS, i, m. 2. διχορεός, pes metricus ex duabus constantiachoreis, ut audiamus, civitate: qui et dirochœus appellatur. *Cic. Orat.* 64. 212. *Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit.* Hoc dirochoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Adde *Quintil.* 9. 4. 95. et 103.

DICHÖTOMOS vel

DICHÖTOMUS, um, adject. διχοτομος. *Dichotomos luna*, eadem ac mediunia, dicitur, cum dimidio appetit orbe. Græca vox, quæ aliquando latine scripta reprimit apud *Macrobi.* 1. *Somn. Scip.* 6. et *Firmic.* 4. *Mathes. præf. ad fin.*: a διχa bipartito, et τέρψω seco.

DICRÖNUS, a, um, adject. διχονος a διχ bis, et χρόνος tempus: qui duplicit teniporis, seu quantitatis est. *Dichronas* vocales appellant *Mar. Victorin.* p. 1986. *Putsch.*, quæ duo tempora habere possunt, et longæ esse, aut breves. *Terentian. de syllab.* p. 2411. *Putsch.* Ceteras tres (vocales a, i, o), quæ supersunt, dichronas cognominant (Græci). *Id. de metr.* p. 2391. *Putsch.* Omnibus sed quinque (vocabilibus) semper ultius (nostra lingua), cœdichronais.

Cf. *Pompej. Comment. art. Donat.* p. 23. Omnes vocales dichronæ sunt apud Latinos.

DICIBŪLA et

DICIBŪLA. *V. DICABULA.*

DICIMONIUM, ii, n. 2. Idem ac dica. *Varro* 6. L. 2. 61. *Müll.* Hinc antiqua illa: dicimonium et dicis causa et addictus. Ita pro mendoso dius immo, quod vulgo legitur, *Müllerus* ex conjectura edidit et ad analogiam *vv. mæchimonium* et *mendicimonium*, quibus *Laberius* gaudebat.

DICIO, ñnis, f. 3. Negant Grammatici, *Servius* ad *Virg. 1. En.* 744., *Diomed.* 1. p. 288. *Putsch.* et p. 316., *Priscian.* 11. p. 924. et alii, hujus vocis rectum casum singulararem in uso esse; adduntque occurrere tantum casus obliquos singularis numeri, dictionis, dictioni, dicionem et dictione: hinc posterioris ævi scriptores videntur, non nativam vocabuli significacionem resperisse, sed formulas tantum ac phrases ab antiquis usitatas, in quibus nullus erat Nominalis locus, usurpasse. — Ratione habita etyma, *Voss.* in *Etymol. a dite pro divate perperam derivat*, quem potius a διχη jus, judicium, quod quis alibi exercet, derivanda vox sit: hinc in *Gloss. Cyrt.* et in *Fragn. jur. Antejustin.* editis ab *A. Maio* p. 60. scribunt dicio, ut nempe sit a dica, quam vocem videsis suo loco: hoc etymon confirmat quantitas paenultimæ. Hæc *Forcellinus*; qui tamen dicitio, non dicio exhibet. Rectius vero juxta recentiores philologos dicio, ut postulio, religio etc. (quæ voces *V.*) est a verbo dicere; nihilque obstat quanta ipsa paenultimæ, quum et *maledicere* et dicere ab eodem etymo deriventur: itaque dicio, non dicio scribendum est: *Wagner. Orthogr. Vergil.* p. 432. et *Zumpt.* ad *Curt.* 4. 1. 14. — Hinc dicio est id quod quis potest vel debet dicere, præcipere, jubere; sive ad litteram est jus dicendi atque imperandi vel jubendi. ¶ 1. Stricto sensu dicio est jus dicendi atque imperandi. *Plaut. Mil. glor.* 4. 1. 8. Loquere: aures meas profecto dedo in dictionem tuam. *Cic. Quinct.* 30. 94. Si fas est respirare P. Quintium contra nulum dictionemque Nævii. *Id. 2. Legg.* 7. 15. Dictione atque nomine deorum geruntur res. *At hic cum Orellio et plerisque recentioribus legendum est judicio ac nomine.* *Plin. Paneg.* 4. Cuius dictione nutique maria, terræ, pars, bellum regerentur. *Cic. 2. leg. Agr.* 15. 39. Hoc capite — omnes gentes — regna decemvirum dictioni, iudicio potest: atque permissa et condonata esse dico. Cf. *Liv.* 4. 8. Ut decoris dedecorisque discrimen sub dictione ejus magistratus esset. *Cic. 3. Verr.* 38. 97. Itaque M. Scaurus istum in sua potestate ac dictione tenuit. Cf. *eund.* 2. *leg. Agr.* 27. 74. Ipsum populum Romauum coercetas, opprimas, redigas in istam decemviralem dictionem ac potestatem. *Id. 6. Verr.* 27. 60. Abalienati scelere istius a nobis omnes reges amicissimi, nationesque, quæ in eorum regno ad dictione sunt. *Sall. Cat.* 20. Postquam respublica in paucorum potentium jus atque dictionem concessit. *Sil. It.* 7. 506. sed enim dictione carere Virtutem, et pœnas vincetibus esse repertas. h. e. imperandi Jure. Sunt verba vulgi obtrectantis Fabio cunctatori, qui Minucium magistrum equitum pugnare, se absente, yetuerat. *Sueton. Claud.* 25. Omnes (servos) liberos esse sancti, nec redire in dictionem domini. *Gell.* 5. 19. Tutoribus in pupilos tantam esse auctoritatem — fas non est, ut caput liberum fidelis suæ commissum alienæ dictioni subjiciant. ¶ 2. Speciatim dicio est politica nationis regnive aliquius in aliam nationem vel regnum potestas, imperium, dominium. *Plaut. Amph.* 1. 1. 103. Deduntque se, divina humanaque omnia, urbem et liberos in dictionem atque in arbitratum cuncti Thebanop. *Cic. 3. Verr.* 21. 55. Qui — urbes Achæa Bæotiaque multis sub imperium populi Romani dictionemque subjunxit. *Id. Divin.* in *Q. Cæcili.* 20. 66. Ab exteris nationibus, quæ in amicitudinem populi Romani dictionemque essent. *Cæs.* 2. *B. G.* 34. Certior factus est, omnes eas civitates in dictionem potestatemque populi Romani esse redditas. *Id. 1. B. G.* 31. Neque recusatores, quominus perpetuo sub illorum dictione atque imperio essent. *Liv.* 26. 21. Civitates omnes, quæ defecerant, in dictionem redigunt. *Id. 21. 53.* Pœnum, quod inter Alpes Apenninumque agri sit, suæ dictioni fecisse. *Ovid. 14. Met.* 609. Inde sub Ascanii dictione binominis Alba Resque Latinæ fuit. *Curt.* 4. 4. extr. Tyros mare suæ dictionis fecit. *Id. 4. 1. 26.* Regionem urbì appositum dictioni ejus adjectit. — Similiter *Liv.*

21. 61. In jus dictionemque populum recipere. *Id.* 32. 31. Venit in dictionem gens. *Cic. Fontej.* 1. 3. Provinciae considerer sub populi Romani imperium dictionemque. *Id. Prov. cons.* 13. 32. Totam Galliam in nostram dictionem esse redigendam. *Curt.* 6. 5. Se permittere dictioni alicujus. *Cæs. 1. B. C.* 33. Æduos in servitute atque in dictione Germanorum teneri. *Virg. 1. En.* 240. et 626. Dictione tenere aliquam regionem, aut populum. *Liv.* 30. 7. Voluntate concedere in dictionem. *Virg. 7. En.* 737. Late dictionem premiere populos. *Sueton. Resp.* 8. Commagene, dictionis regie usque ad id tempus, in provinciarum formam redigent. h. e. quæ regia consuetudine ac legibus ab uno regebat.

DICIS causa vel gratia, est peculiaris Genitivi forma, Genitivus sui generis, ut docet *Charis.* 1. p. 23. et 73. *Putsch.*, a Genit. Græco δίχης, qui a Nom. δίχη (*V. DICA*): fallitur autem *Varro*, qui 6. L. L. 61. *Müll.* a verbo dicere deducit. Itaque dicas causa vel gratia, est νέφους Χίρων, ut *Glossa* recte interpretantur; scilicet — a) Significat primo, juris seu justitiae causa, hoc est servandi causa speciem justitiae et æquitatis. *Cic. 6. Verr.* 24. 53. Tamen, ut possit dicere emisse, Archagatho imperat, ut aliquid illis quorum argentum fuerat, nummularum dicas causa daret. nempe ut aliquis esset imago emptiovis. *Plin. 28. Hist. nat.* 2. 5. (27). Si pontifici actidat, dicas causa epulanti. h. e. rite peragendas explanationis causa. *Siliq. vero pro dicas legit Ditis.* — b) Deinde moris, consuetudinis causa, non serio, sed perfuntorie et ad speciem; neque ut officio plene fungamur, sed ad ritandam solennem reprehensionem. *Nepos. Att.* 8. Ila ut Brutus et Cassius pro violarum, que illis dicas causa date erant a Coss. desperatis rebus, in eis illum proficiscerentur. h. e. ut videnter habere justam causam disrederent Roma. *Cic. 1. Att.* 18. c med. Imminuit auctoritatem suam, quod habet dicas causa promulgatum illud idem de Clodio. *Al.* habere dicit eam sam legunt. *Ulp. Dig.* 29. 5. 1. § 34. Si finit se quis auxilium ferre, vel dicas causa tulit, nihil hoc commentum ei proderit. *Cajus ibid.* 13. 6. 4. Sæpe ad hoc commendant pecuniae, ut, dicas gratia, numerationis loco intercedant. *Id. 2. Institut.* 252. Dicas causa nummo uno venire. *Id. 2. ibid.* 103. Dicas gratia empitor adhibetur. *Arnob.* 3. 16. Alias quidem esse illis formas, sed honoris et dicas causa species vos eis accommodavisse mortalium. — *Varro quoque* 6. L. L. 61. *Müll.* his usurpat, et antiquam esse formam dicendi testatur. Porro priore loco etiam dicas imo legitur, quod idem esse videtur, si integræ teste Festo (seu rectius *Paul. Diac.* p. 70. 1. *Müll.*) delicate antiqui dicebant, que deinde dedicata. *V. DELICO.* Recte tamen verbum dico, ut duras licet ex διχαιο pro διχαιω, unicuique, quod ei debetur, tribuo, trado; ut amo est ab ajeo: quod etymon confirmat etiam quantitas syllabæ paenultima. Hucusque *Forcellinus*. Rectius vero recentiores plerique omnes dicere deducunt a dicere, ut appellare ab appellere; unde ipse *Paul. Diac.* p. 70. 15. Dicassis dixerit. Hinc *Leg. XII. Tabul.* qvi FALSVM TESTIMONIVM DICASIT, SAXO TARPEJO DEJICOA. Cf. quæ dicta sunt in *v. EXPATARE*. Quod autem ad quantitatem paenultimæ syllabæ, *V.* quæ dicta sunt in *v. DICO* init. — Hinc dicere A) Latriori sensu est rem aliquam notam facere, indicare, nunciare; et B) Strictiori sensu ac sæpius est tradere, attribuere, deferre, dedere, dedicare, consecrare.

A) Latriori sensu est rem aliquam notam facere, indicare, nunciare. *Lucilius* apud *Non.* p. 287. 30. *Merc.* sicubi ad aures Fama tuam pugnam clarans a lata dieasset. *Catull.* 64. 225. Inde infecta vago suspendam linea male, Nostros ut luctus nostraque intendit mentis Carbasus obscurata dicit ferrugine lbera. Ita leg. *Vossius* et *Vulpinus*; at melius *Döringius* obscura dicat ferrugine Ibera. h. e. ostendat, monstrat.

*B)* Strictiori sensu ac s<sup>e</sup>pius est tradere, attrahere, deferre, dedere, dedicare, consecrare (It. *dare*, *offerire*, *dedicare*, *consecrare*; Fr. *délier*, *consacrer*, *vouer*; Hisp. *ofrecer*, *dedicar*, *consagrar*; Germ. *weihen*, *widmen*, *überlassen*, *übergeben*, *hingeben*; Engl. *to give*, *offer*, *give up*, *set apart*, *dedicate*, *devote*, *consecrate*, *vow*). Occurrit ¶ 1. Generatim — a) De his fere, quæ dicantur hominibus. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 72. Ubi lubet, recita: aurum operam tibi dico. Sic *Ter. Phorm.* 1. 2. 12. Ille operam (scilicet audiendi) tibi dico. Ubi *Donatus*: Plus est dico, quam do: dicatur perpetuo, datur ad tempus. *Cœs. 1. B. G. 11.* Dicere se alicui in clientelam. *Id. 8. ibid. 12.* se alicui in servitatem. *Cic. 3. Orat.* 3. 11. Qui tam adolescentes Crasso se dicarent. h. e. dediderant disciplinas atque institutionis gratia. *Id. 2. legg.* 3. 7. Ordire igitur: nam hunc totum tibi dicamus diem. h. e. assignamus, tribuimus, tuum esse volumus. *Id. Bulb.* 11. 28. Dicere se alii civitati. et *ibid. 12. 30.* in aliam civitatem. h. e. nomen suum alii civitati dare. *Virg. 1. AEn.* 76. Deiopem Conubio jungam stabili propriamque dieabo. Adde *Val. Flacc.* 3. 535. *Plin. 19. Hist. nat.* 10. 57. (177) Dicavit librum Mæcenati. *Id. Præfat. Hist. nat.* (6). Similis est conditio publicitatem et nominativum tibi dicantium. *Id. 37. ibid. 10. 66.* (178) Carmen dicatum Veneri. *Vopisc. Prob.* 8. Dicere equum Probo. *Sil. It.* 5. 675. huic fata dicarint imperium. — b) De rebus, quibus aliquis se aut alias res dicat. *Cic. 2. Fam.* 6. 4. A te puto, ut huius mea laudi, vel prope saluti tuum studium dices. *Id. Orat.* 13. 42. Genus epidicticum pompa, quam pugnæ aptius, gymnasii et palestræ dicatum, puluis foro. *Seneca Hippol.* 231. Annos dicere vitæ cælibi. *Id. ibid. 487.* Dicere se jugis montium. *Plin. 18. Hist. nat.* 7. 15. (75) Pitisæ laudibus volumen dicavit Hippocrates. *Id. 20. ibid. 9. 33.* (78) Chrysippus brassica volumen dicavit. *Id. 12. ibid. 22. 47.* (105) Dicamus et de junco, quamvis alio herbis dicato volumine. *Id. 34. ibid. 4. 9.* Olympiæ omnium, qui viciissent, status dicari mos erat. *Id. 34. ibid. 3. 8.* (14) (*Mensæ*) Delphitæ sic dicitur, quoniam donis maxime Apollinis dicabantur. h. e. destinabantur sustinendis donis Apollini Delphico oblati. *Capitolin. Anton. Phil.* 5. Dicere Circenses natali suo. *Lamprid. Alex. Ser.* 50. uniones inauribus. ¶ 2. Speciatim ponitur pro primum adhibere, encæniare. *Tac. 5. Hist.* 16. Nova signa novisque aquilam dicaturos. ¶ 3. Item speciatim est verbum sacrum seu religiosum, et significat aliqui numini dedicare, consecrare. *Cic. 1. Tusc.* 30. 73. Cygi Apollini dicati. *Id. 7. Verr.* 72. 184. Donum Jovi dicatum atque promissum. Adde *Liv.* 1. 7. Ara condita atque dicata. *Ovid. 1. Fast.* 706. Leides templo dicata deis. Adde *eund.* 3. *ibid. 704. Curt.* 4. 4. Dicere urbem Heruli. *Plin. 34. Hist. nat.* 3. 8. (14) lynchum Apollini. *Id. 7. ibid. 26. 27.* (97) delubrum Minervæ ex spoliis. *Tac. Germ. 40. vehiculum numini.* *Plin. 7. Hist. nat.* 38. 39. (126) In templo tabellas dicaturos. *Id. 18. ibid. 4. 4.* (10) Dicandæ in templo coronæ. Alter *Plin. Paneg.* 11. Dicere caelo Augustum. — Hinc ¶ 4. Est etiam inter deos referre. *Tac. 1. Ann.* 59. Augustus dicatus inter numina. *Plin. 34. Hist. nat.* 7. 16. (33) Janus geminus a Numa dicatus. Adde *eund.* 36. *ibid. 6. 4.* (27); et *Curt. 8. 5. 11.* Kursum *Plin. 8. ibid. 48. 74.* (197) Signum Fortune ab eo dicatis. — Hinc Part. preter pass., cujus plurima in omnibus paragr. exemplia reiulimus.

*Dicatus*, a, um, adjective quoque occurrit; unde Sup. *Dicatissimus* in *Inscript.* apud *Gruter.* 258. 6. IMP. CAES. MARIO ANTONINO VERO VALERIUS JULIANVS NUMINI MAJESTATIQUE EIVS SEMPER DICATISSIMVS. Adde alias apud *eund.* 273. 5., 246. 3., 279. 4. et 271. 4.; et apud *Orell.* 1083. et alibi.

**DICO**, cis, xi, etum, cere, a. 3. Antiquæ hujus verbi formas sunt: — *Dixi* pro *dixisti* apud *Plaut. Men.* 5. 9. 39. et *Hil. glor.* 2. 4. 12.; *Ter. Andr.* 3. 2. 38. et 3. 4. 14.; et *Cic. Cœcian.* 29. 82. et apud *Quintil.* 9. 3. 22. — *Dixi* pro *dixeris* apud *Plaut. Capt.* 1. 2. 46. et *Asin.* 5. 1. 12.; et *Cœcilius* apud *Gell.* 7. 17. — *Dixi* pro *dixisse* apud *Varron.* apud *Non.* p. 451. 16. *Merc.*; *Arnob.* sub init. lib. 5.; *Auson. in VII. Sup. in Eud. de Cleobul.* 8.; et *Plaut. fragm.* apud *Non.* p. 105. 23. *Merc.* uidi tamen alii *Dixisse*. — *Dicem* futurum pro *dicam* apud *Catōnem* teste *Quintil.* 1. 7. 23. — *Dicebo*

pro *dicam* habet *Novius* apud *Non.* p. 507. 4. *Merc.* Primum quod dicebo recte; Secundum quod direbo eo melius. — *Dice* Imperativum pro *dic* apud *Plaut. Capt.* 2. 2. 109., *Curc.* 1. 2. 43., *Bacch.* 4. 4. 65., *Merc.* 1. 2. 47. et *Rud.* 1. 2. 36.; et *Quintil.* 1. 6. 21. Usus est etiam *Virg.* si fides habenda *Q. Rehmn. Palæmoni de Grammat.* p. 1382. *Putsch.*, item *Nævius* apud *Paulum Diac.* — *Dicier* paroge est pro *dict.* *Pers.* 1. 28. — Denique *dixere* penultimæ corresptta pronunciari præconem affirmat *Quintil.* 1. 5. 43. — *Part. Dicens* I. 1. 1.<sup>o</sup> a.; *Dictus* I. 4. et 5.; *Dicturnus* et *Dicendus* I. 1. 1.<sup>o</sup> a. — *Dico*, ratione habita etymi, est a ΔΕΙΚΩ pro δικυριῳ ostendo; atque hinc in tute monumentis tum ærcis, tum marmoreis dei-co, deicis, deizi (vel etiam deitati), deictum, deicere pro *dico* etc. legitur. Itaque dicere propriæ est ostendere, demonstrare; hinc verbis ostendere, verbis proferre; atque adeo loqui, narrare, referre, declarare (It. *dire*, *partare*, *riferire*, *narrare*; Fr. *dire*, *parler*, *déclarer*, *raconter*, *faire mention*, *donner avis*, *exposer*; Hisp. *decir*, *hablar*, *pronunciar*, *declarar*, *expñner*; Germ. *sagen*, *berichten*, *erzählen*, *erklären*; Engl. *to speak*, *say*, *tell*). I.) *Proprie*. ¶ 1. Generatim. — 1.<sup>o</sup> Activa forma; et quidem — a) Cum Accusativo rei, quæ dicitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 13. Mendacium dicere. Sic *Q. Cic. Petil. cons.* 12. 47. Dicere mendacium alicui. Rursus *Plaut. Amph.* 1. 1. 238. Vera dicere. *Ter. Heaut.* 5. 4. 19. Dicere verbum turpe. *Id. Adelph.* 3. 5. 32. Pro certo dicere aliquid. — *Dicere testimonium*, *salutem*, *delicias*, etc. *V.* in illis non-minibus. — *Cic. 3. Orat.* 12. 45. Ut ille, quem dixi. h. e. memoravi. — Præcipue cum pronomini. *Ter. Heaut.* 3. 2. 9. Quod dicti solet. *Id. Adelph.* 1. 1. 3. Profecto hoc vere dicunt. *subaudi* homines, sive profecto verum est quod dici solet. *Cic. 1. Parad.* 1. 6. Dicam, quod sentio. *Id. Quint.* 22. 70. Unum illud dico: si etc. *Id. Brut.* 97. 333. Cotta, Sulpicius, Hortensius: nihil dico amplius; tantum dico, si mihi etc. *Id. Divin. in Q. Cœcili.* 11. 36. Nihil dico de meo ingenio, neque est, quod possim dicere; neque si esset, dicerem. *Liv.* 21. 18. Adver-sus quod nihil ego dicturus sum. *Horat. 1. Ep.* 7. 72. Ut ventum ad eorum est, dicenda facienda locutus. *Nepos Alcibi.* 8. Id vere dictum Philocles anima-advertebat. *Liv.* 23. 22. *ad fin.* Id omnium maxime legendum, obliviscendum, pro non dicto habendum. — b) Cum Accusativo et Infinito. *Lucret.* 1. 691. Dicere porro ignem res omnes esse, neque ullam Rem veram in nomen rerum constare, nisi Igneum, etc. Adde *eund.* 1. 862., 3. 664. et alibi s<sup>e</sup>pē. *Cic. 1. Cat.* 4. 8. Dico, te priori nocte venisse inter Icariorum in M. Leccæ domum. *Id. Dom.* 36. 95. Dico igitur, et quam maxima possum voce dico: quum omnium perditorum — vis — in me impetum faceret — me vidisse etc. Adde *Sall. Cat.* 48.; et omnes ferre, præcipue prosa sciptores, passim. Sic *Nepos Miltiad.* 3. Ne conficeretur, obstinat, dicens, non idem ipsis — expedire. Part. *Dicens* occurrit etiam apud *Plaut. 4. Ep.* 9. — Huc pertinet ei illud *Plaut. Curt.* 4. 2. 27. Bene dictum id esse dico. — c) *Dictu* frequenter occurrit. *Ter. Heaut.* 5. 1. 68. Ita dictu opus est. *Liv.* 30. 34., et *Curt.* 4. 2. 10. Parva dictu res. *Liv.* 1. 23. et *Curt.* 5. 1. 8. Speciosa dictu. *Nepos Hann.* 6.: *Sall. Jug.* 64.; *Liv.* 26. 15.; *Vellej.* 2. 45. 2. Incredibile dictu. *Plin. 29. Hist. nat.* 1. 2. (1). Mirum dictu. — d) *Absolute*; et quidem — Cum additis per aliam atque integrum propositionem. *Cic. 13. Att.* 25. Etiam atque etiam dico: tuo periculo fieri. *Id. 15. ibid. 19.* Die mihi, C. Annius voluit ne etc. *Modestin. Dig.* 38. 10. 4. a med. Sic enim Helena ad Hectorem dicit: Διξει εποιο κυνικες etc. ubi nota dicere ad aliquom pro alicui. — Se-quente part. ut, vel utrum — an. *Cic. 1. Acad.* (post.) 3. 11. Dicam, ut res est. *Plancus apud Cic. 10. Fam.* 24. Utrum plus dignitas, an voluptatis sit allaturs, non facile dicterim. — Sæpi ut dico, ut ita dicum, vel dicam, etc. interseruntur. *Lucret.* 4. 1205. Quare etiam atque etiam, ut dico, est communi voluntas. *Cic. 3. Verr.* 52. 137. Venit ad Chelidonem C. Musilius etc., venit M. Junius etc., venit P. Potitius tutor etc., venient. ut dico, ad Chelidonem: domus erat plena etc. *Sall. Cat.* 58. Postquam, ut dico, se-natus in Caconis sententiam discessit. *Cic. Brut.* 70. 246. Celeriter sane verba volvens, nec hebes in causis: vel dicam, plus etiam quam non hebes. Pe-tron. *Satyr.* 2. Grandis et, ut ita dicam, pudica oratio non est. — Sine additis. *Plaut. Rud.* 1. 2. 25. Dicere inelementor homini libero. h. e. verbis eum lädere. *Ter. Eun.* 2. 3. 45. Heus, heus, tibi dico. h. e. tecum loquor. *Cic. 3. Verr.* 55. 143. Dic, dic, queso, clarus. — e) Quid enim dicam? est nolebit aliiquid gravius dicere. *Cic. 10. Att.* 11. Itaque habet hæc quoque, quæ nascuntur ex indulgentia; sed ea suot tolerabiliæ: quid enim dicam, hac juventute? *Id. 1. Nat. D.* 44. 124. Si maxime talis est Deus, valeat, quid enim dicam, propitius sit? — f) Volui dicere est se corrigit. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 6. Sorbet dormiens. FA. Quid sorbet? LV. Illud, ster-tit, volui dicere. Adde *eund.* *Pseud.* 3. 2. 55. — g) Dicet aliquis, et dices adhibentur in occupationibus. *Cic. 3. Tusc.* 20. 46. Dicet aliquis: quid ergo tu etc. *Id. Rosc. Am.* 33. 94. Dices, quid postea? — h) Diceret, dicere posset, excusando se. *Ter. Andr.* 1. 1. 111. Nec satis ad objurgandum causæ: diceret quid feci? etc. — i) Diceres, putares, crederes. *Plin. 11. Hist. nat.* 37. 45. (124). Cornua ereta, rugarumque ambitu contorta, et in lete fastigium exacuta, ut litras dicentes, strepsiceroti. — j) *Dixit*, dixerat, a Poetis passim ponuntur, quum quis dicere desit. — Præterea *dixi* formula est forensis. Moris enim fuit veterum, quum satis visum esset fluxisse verborum, hanc sibi necessitatem finiendæ orationis imponere, ut dicerent ad ultimum, *dixi*: quod etiam, ab ultraque parte oratione consumpta, ut in consilium judices dimitterentur, prætor (at. prætor) sole-ret pronunciare *dixerunt*. Hæc *Ascon. in fin. Verr.* 2. p. 152. *Bait.* et ad 3. *Verr.* 9. 26. p. 165. *Bait.* — m) Eleganter aliquando hoc verbum omittitur, et facile subintelligitur, quum aliquem loquentem inducimus. *Liv.* 1. 9. Legatos misit, qui conubium petere: urbes quoque, ut cetera, et infimo nasci, etc. *Phœdr.* 1. 29. Represist iram, et, faciliis vindicta est mihi. Adde *eund.* *ibid.* 30. et 4. 23. *Petron. Satyr.* 34. Ut audivi veterem convivam: hic nescio quid boni debet esse. Persecutus putarem manu, pinguis-simam fiduciadum inveni. — 2.<sup>o</sup> *Passive*. — a) Cum Nominativo et Infinito, quemadmodum et vi-deor, dico est habeor, putor, ceuseor. *Plaut. Rud.* 1. 2. 72. Illi socius esse diceris. *Id. Asin.* 2. 3. 2. Demænetus ubi dicitur habitat. *Ter. Phorm.* 5. 2. Dum nimium dici nos; bonos studemus. *Cic. 3. Nat. D.* 22. 57. *Escalapius*, qui speculum inveneris, primusque vulnus obligavisse dicitur. *Id. ibid.* 18. 45. Aristæus oliva dicitur inventor. *Horat. 3. Od.* 30. 10. Dicar — Princeps. *Eolicum* carmen ad Italos Deduxisse modos. *Id. Art. P.* 393. Dicetus ob hoc (*Orpheus*) lenire tigres rabidosque leones. *Dictus* et *Amphion*, *Thebanæ conditor arcis*, *Sara* movere sono testudinis. *Id. 2. Od.* 19. 26. *de Baccho*. *Choreis* aptior et jocis dictus. *Quintil.* 4. 4. 6. A quo accipisci mutuam dico. Adde *Sueton. Tit.* 9. *Her.* 32. et *Aug.* 27. et 28. — b) Interdum Nominativum et Infinitum excepti Accusativus et Infinitus. *Inst. B. Afr.* 28. *in fin.* Petuisse dicitur major Titus a centurionibus, ut si priorem, quam fratrem, interficerent: idque ab eis facile (scilicet eum) impetrasse, atque ita esse interfertos. *Sic Sueton. Oth.* 7. Dicitur et nocte per quietem pavefactus genitus maximos edidisse: — postridie quoque in angurando tempestate orta graviter prolapsum (*eum*), identidem obmurmurasque etc. — c) Impersonaliter; et quidem — Pronominibus junctum. *Cic. 1. Orat.* 33. 150. Verè enim etiam illud dicitur, perverse dicere homines perverse dicendo facilissime consequi. *Quintil.* 11. 3. 177. Verè hoc dictum est, caput esse, dicens, quod facias. — Cum Accusativo et Infinito si-ne pronomini. *Ter. Andr.* 4. 5. 1. In hac habita-tasse platea dictum' st Chrysider. Cf. *Cœs.* 1. B. G. 1. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano. *Quintil.* 6. 1. 27. Nec sine causa dictum, nibil facilius quam la-erinas inarescere. *Cœs.* 1. B. G. 46. Tamen com-mittendum non putabat, ut, pulsis hostibus, dici posset, eis o se per fidem in colloquio circumventos. *Liv.* 42. 53. Tantum jussis ad iter parare (jam enim diu, mouere custra ab Nymphis Romanos) concio-ne dimissa, etc. *Tac. 1. Ann.* 10. Dicebatur contra, pielectam erga parentem et tempora reipublicæ ob-tentui sumptu: ceterum cupidine dominandi con-citatu per largitionem veteranos, etc. *Nepos Pausan.* 5. Dicitur, eo tempore matrem Pausaniam vivisse. *Cic. 3. Fin.* 18. 60. Sed quum ab his omnia pro-

ciscantur officia, non sine causa dicitur, ad ea referri omnes nostras cogitationes. *Quintil.* 7. 2. 44. Vulgo dicitur, sceleris non habere consilium. — *Ut* dicitur, *ut dictum est* sèpius interseritur. *Cic.* 3. *Orat.* 40. 162. Quamvis sphæram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius. *Nepos Dion.* 9. Hic, sicut ante sèpe dictum est, quam invisa sit singularis potentia — cuiusvis facile intellectu fuit. — Formula etiam de quo dictum est hoc referri potest. *Nepos Epam.* 10. Hujus de virtutibus viliaque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero. *Id. Reg.* 3. De quibus quoniam satis dictum putamus, etc. Cf. *eund.* *Hann.* 5. Quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi possit, quantus ille fuerit. *Id. Att.* 2. Ita ut neque usurari unquam ab iis acceperit, neque longius, quam dictum esset, eos debere passus sit. — *d*) Hinc proverbium *dictum factum et dictum ac factum*, quod celeritatem significat et post verba rem statim secutam, Gr. ἀπὸ ἔτος, ἀπὸ ἔργου, λεγόντων καὶ πραγμάτων. *Ter. Andr.* 2. 3. 7. Dictum ac factum, invenerit aliquam causam, quamobrem ejiciat oppido. *Id. Heaut.* 5. 1. 31. Dictum factum, buc abiit Clitipho. *Id. ibid.* 4. 5. 12. Dictum ac factum reddidi. h. e. statim feci. *Inscript.* apud *Marii. Iscriz. Alb.* p. 5. AESTIVALIO DICTV ET FACTV ISOCHRYSVS. h. e. statim atque Aesculapius in somniis admonitus, Isochrysus fecit. ¶ 2. Specialiter dicere est affirmare, aliquid pro certo affirmare, certum contendere. *Ter. Eun.* 2. 2. 20. Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque. *Cic.* 3. *Fam.* 8. 5. Disputabant; ego contra disserebam: dicebant; ego negabam. *Id. 1. Tusc.* 6. 12. Quem esse negas, eundem esse dicas. *Justin.* 24. 49. Actum de Macedonia dicens. Hinc ¶ 3. Item sèpius apud Rhetores et Jurisprudentes est orationem recitare, causam agere, referre. — *a*) Cum Accusativo. *Cic. Planc.* 30. 74. Oratio — quæ dicta de scripto est. h. e. recitata. Cf. *eund.* 2. *Invent.* 48. 142. de scripto et contra scriptum. *Id. Orat.* 56. 189. Dicere versus. *Quintil.* 11. 3. 161. exordia. *Id.* 3. 8. 31. controversias. *Id. 2. 4. 41.* materias. *Cic. Rosc. Am.* 5. 12. et *Sext.* 8. 18.; et *Quintil.* 8. 2. 24. causam. *Cic. 2. Orat.* 8. 32. causas. *Id. Flacc.* 3. 6. jus. — *b*) Sine Accusativo et quidem — Absolute omnino. *Cic. Brut.* 49. 182. In tam vetere republica matiuus præmis eloquentia propositis, omnes cupisse dicere (h. e. causas), non plurimos ausos esse, potuisse paucos. — Ceterum in re oratoria aliud est loqui, aliud dicere; illud, breviter et sine ornamentiis verba facere; hoc, copiose, ornata et ex arte. *Cic. Orat.* 32. 113. Aliud videtur esse oratio, nec idem loqui esse, quod dicere: disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit; oratorum autem dicendi et ornandi. *Id. ibid.* 39. 136. Nec aliud quidquam est dicere, nisi omnes, aut certe plerasque illuminare sentientias. *Id. 1. Off.* 1. 2. Est oratoris proprium apte, distincke, ornate dicere. *Id. 1. Tusc.* 4. 7. Aristoteles quam motus esset Isocrates rhetoris gloria, dicere etiam cœpit, etc. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 43. 134. Diserte copioseque dicere. *Id. ibid.* 47. 146. eleganter. *Id. 1. Off.* 1. 4. gravissime et copiosissime. *Id. Brut.* 14. 57. Dicitur etiam C. Flaminius ad populum valuisse dicendo. *Id. 1. Off.* 1. 1. Exercitatio dicendi. *Id. Partit. orat.* 1. 3. Doctrina dicendi. Adde *Sueton. Ces.* 55., *Aug.* 36., *Gramm.* 10., *Rhet.* 4., *Gall.* 3. et *Cloud.* 4.; et *Quintil.* passim. *Sueton. Gramm.* 4. Dicere aut scribere. *Id. Ces.* 4. Dicendi magister. Adde *eund.* *Aug.* 89. et *Plin. Paneg.* 47. — Hinc ars dicendi est rhetorica. *Cic.* 1. *Acad.* (post.) 2. 5. Nullam artem esse nec dicendi, nec disserendi putant. — Cum additis. *Quintil.* 11. 3. 156. Dicere de causa. Adde *eund.* 2. 21. 8. et 7. 7. 10. Sic *Cic. Opt. gen. Orat.* 4. 10. de re privata ad unum judicem. Cf. *Cic.* 5. *Phil.* 19. 53. Dixi ad ea omnia, Coss., de quibus retulisti. h. e. dixi de omnibus, vel respondi ad omnia. — *Cic.* 11. *Att.* 12. acerbe in aliquem. *Quintil.* 11. 1. 63. et 4. 1. 11. in aliquem. Sic *Capitolin. Anton. Phil.* 25. in Marcum pro Cassio. — *Cic. 2. Orat.* 23. contra quæsiplam pro aliquo apud centumviro. *Quintil.* 11. 1. 57., 9. 3. 50. contra aliquem. — *Id. 10. 1. 22.* 4. 3. 17. et 9. 2. 88. pro aliquo. — *Cic. Dom.* 11. 27. apud populum. *Id. Brut.* 20. 80. ad populum. *Quintil.* 4. 1. 3. et 11. 3. 134. apud aliquem. *Señez 4. Controv. proem.* populo. h. e. apud populum. — *Cic. Dom.* 11. 27. senatus h. e. in senatu. *Quintil.* 5. 13. 59. in foro. *Id. 11. 3. 27.* in sole.

*Id. 12. 5. 6.* in basilica Julia. — *c*) Dicere sententiam est senatoris, in senatu de republica quid sentiat exponentis: pro quo etiam dicere absolute usurpatum legitur. *Plin. 9. Ep.* 13. Jam censendi tempus: dicit Domitius consul designatus, dicit Fabricius, Fabius, Vectius, etc. — Hinc illa formula consulis senatorum ad sententiam dicendam excitantis dic, *M. Tulli*: cujus meminit *Cic. 7. Att.* 1. et 3. ¶ 4. Item narrare, describere, laudare scriptis versibus, aut aliquando oratione. *Tibull.* 1. 3. 31. tibi dicere laudes. *Virg.* 10. *Ecl.* 6. Galli dicamus amores. *Id. 4. ibid.* 54. tua dicere facta. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 8. Ennius nunquam, nisi potus, ad arma Proslitus dicenda. *Id. 1. Od.* 21. 1. Dicere Diana. *Id. ibid.* 12. 25. Alcidem. *Id. 1. Ep.* 1. 1. Prima dicte mibi, summa dicende Camena, — Mæcenas. *Id. ibid.* 16. 26. bello. *Id. 2. ibid.* 1. 66. antiqua dure. *Id. 3. Od.* 11. 7. modos. *Id. 1. ibid.* 32. 3. carmen. *Val. Flacc.* 2. 244 non illa mea te carmine dictam Abstulerint, durent Latii modo saecula fastis. *Nemesian.* 1. *Ecl.* 22. Dicat honoratos prædulcis tibia Mæces. *Sueton. Vitell.* 11. Ut eitharædus aliquid de Domitio diceret. h. e. caneret. *Trebell. Poll. Gall.* 11. Poeta epithalamium dixisset. *Lamprid. Elagab.* 31. Ad tibias dixit. h. e. cecinit. *Plin. Hist. nat. prefat.* (19). Patrem, te, fratremque diximus opere justo, temporum nostrorum historiam orsi. h. e. de patre, te, et fratre diximus. *Id. 35. ibid.* 11. 40. (146). Sunt etiam non ignobiles quidem, in transcurso tamen dictudi, Aristocyes, Anaxander, etc. h. e. commenmorandi. *Vellej.* 2. 18. Mithridates, vir neque silentius, neque dicendus sine cura. *Vopisc. Firm.* 1. Dicitus Aureliano, Tacito, etc. *Plin. 15. Hist. nat.* 30. 49. (138). Nunc dicemus silvestrarium naturas. *Trebell. Poll. Claud.* 13. Dicere res bellicas. — Hinc ¶ 5. Quemadmodum canere et similia, etiam dicere a Poctis usurpatum pro prædicere, vaticinari. *Propriet.* 4. 1. 49. tremula cortina Sibylæ Dixit, Aventino rura pianda Remo. *Tibull.* 1. 7. 61. Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, parentes. Multa *Heins.* in banc rem concessit ad illud *Ovid. Heroid.* 5. 33. Illa dies fatum miserae mihi dixit. *Horat. Art.* 6. 403. dicta per carmina sortes. *Id. 3. Od.* 3. 57. Sed bellicosis fata Quiritibus Hac lego dico. ubi tamen dico potest etiam esse indicio, præfui. Adde *Orid.* 4. *Trist.* 8. 43. ¶ 6. Ali quando dicere est pronunciare. *Cic. 1. Orat.* 61. 260. Quum Demosthenes ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere. *Id. 2. Divinat.* 46. 96. Qurum rho dicere nequit. Adde *Quintil.* 1. 7. 21. et 12. 10. 29. *Curt.* 6. 9. 36. Sermonem dicere. h. e. dialectum: V. *Müzzel* ad h. l. ¶ 7. Item assignare, statuere, consti tuere, indicere, jubere. — *a*) Fere cum Accusativo. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 113. Bona mea morte cognatis dico. *Afranius apud Non.* p. 280. 26. *Merc.* Cui dictis dotis paululum. *Pomponius apud eund.* *ibid.* Nummos certos dicus: dico quinquaginta millia. *Cic. Flacc.* 35. 86. Dicere pecuniam omnem dotis. *Sall. fragm.* *ibid.* Pecunias dictas coegit. *Horat.* 4. *Od.* 8. 12. Dicere pretium muneri. h. e. statuere, impondere. *Nepos Eumen.* 2. Datus est Eumeni Capadoccia, sive potius dicta, nam tam in hostium erat potestate. h. e. assignata. *Plaut. Men.* 4. 2. 16. Dicere diem juris. *Cic. 3. Verr.* 57. 149. diem operi. *Ter. Andr.* 1. 1. 75. diem nuptiis. *Liv.* 36. 8. diem exerciti ad conveniendum. V. et *DIES.* *Cic. fragm.* apud *Non.* p. 438. 12. *Merc.* Quin omnes ad id tempus, quod erat dictum, postero die venissimus. *Afranius apud eund.* p. 280. 24. *Merc.* Quoniam inter nos nuptiæ sunt dicta. *Liv.* 33. 12. Dicere leges pacis. *Id. 34. 57.* leges victis. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 18. legem tibi. *Plin. 2. Ep.* 16. legem sibi. *Justin.* 2. 3. 8. et 30. 3. 9. legem parendi. *Cic. 1. Orat.* 30. 178. In mancipiis lego dicenda. *Liv.* 25. 16. Dicere locum. Similiter dicere dotem, multam, conditio nes etc. V. in illis nominibus. — Poetica sunt illa *Virg.* 6. *Æn.* 138. Ramus aureus Junoni inferna dictus sacr. h. e. sacer constitutus, adeque consecratus, dicatus. *Ovid. 4. Met.* 95. dictaque sub arbore sedit. h. e. constituta. *Id. 3. Trist.* 14. 9. Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta Camenis. h. e. indicta. — *b*) Sequentia infinita. *Pacuvius apud Non.* p. 280. 28. *Merc.* Prius data est, quam tibi dari dicta. — *c*) Absolute. *Sall. Jug.* 113. Eodem Numida cum plerisque necessariis suis inermis, ut dictum erat, accedit. h. e. ut pactum, statutum erat. Huc referri potest ei illud *Ter. Adelph.* 5. 3. 10. Dicatum inter nos fuit, ne tu curares meum, neve ego tuum. h. e. constitutum, pactum. — *d*) Dicere est etiam unum e tribus solemnibus prætoris verbis. V. ADDICO. — Hinc ¶ 8. Dicere est etiam constituere aliquem magistrorum, hoc est creare. *Cic. 9. Att.* 15.; et *Liv.* 9. 9., 7. 26. et 8. 29. Dicere dictatorem. *Liv.* 24. 9. consulem. *Id.* 6. 39. magistrum equitum. *Id.* 5. 13. Alios tribunos militum omnes sere centuriæ dixerunt. Adde *eund.* *ibid.* 19. *Horal.* 2. *Od.* 7. 26. Dicere aliquem arbitrum bibendi. Similiter *Ovid. 4. Met.* 541. Lemethoeque deum cum matre Palæmona dixit. h. e. fecit, in deum mutavit. ¶ 9. Hinc etiam ponitur pro nomine vocare, appellare. *Quintil.* 8. 1. 1. Latine dicimus elocutionem. *Virg.* 3. *Æn.* 335. Qui Chaonios cognomine — dixit. *Liv.* 1. 1. extr. Cui Ascanium parentes direxerunt. Rursus *Virg.* 2. *Æn.* 678. uxori — tua dicta. *Id.* 7. *ibid.* 411. locus Ardea quondam Dicitus avis. Cf. *eund.* 4. *G.* 335. et te crudelē nomine dixit. *Horat.* 1. *Od.* 2. 50. Dici pater atque princeps. *Juvenal.* 8. 244. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. ¶ 10. Dicere alicui, præcipue in familiari sermone, est idem atque admonere; ac — *a*) Propterea habet interdum Coniunctivum cum part. ut vel ne. *Plaut. Truc.* 4. 3. 75. Dicam, ut aliam conditionem filio inveniat suo. *Cic. 11. Att.* 7. Illum Dolabellæ dixisse, ut ad me scriberet, ut in Italiam quamprimum venirem. *Nepos Datam.* 5. Misit, qui diceret, ne discederet. — *b*) Dicebam, sequente part. ut vel ne, aut alia propositione, formula est increpantis quæsiplam, cui contigit melius, quod ne caveret, jam ante admonivimus. *Plaut. Afr.* 5. 2. 28. Dicebam pater tibi, ne matre consuleres male. *Ovid. 1. Amor.* 14. 1. Dicebam, medicare teo desiste capillos. *Seneca. Apolo.* a med. Dicebam robis, non semper Saturnalia erunt. Adde *Proper.* 1. 9. 1.; et *Stat.* 4. *Silv.* 3. 124. — *c*) Dico tibi, dixi tibi, præcipue apud Comicos, est admonitus simulque minitantis, et se ita facturum, ut minutes fuerit, confirmantis. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 61. Vigilia: tibi ego dico. au, feriatus ne sis. Cf. *eund.* *Bacch.* 4. 9. 95. Iadem istæ verba dudum illi dixi omnia. *Id. Cist.* 2. 1. 50. Dixa quæ volui. vale. Adde *eund.* *Pæn.* 5. 5. 26. et *Men.* 4. 3. 22. *Ter. Eun.* 2. 3. 45. Heus, heus, tibi dico Chæras, inquit, restitit. *Id. Phorm.* 2. 3. 89. Nisi properas mulierem abducere, ego illam ejiciam: dixi, Phormio. PHORM. Si tu illam attigeris secus, quam dignum est liberam, dicam tibi impingam grandem: dixi, Demiphon. Adde *eund.* *Hecyri.* 4. 3. 6. et *Andr.* 1. 2. 33. *Orid.* 9. *Met.* 120. Quo te fiducia, clamat, Vana pedum, violente, rapit? tibi, Nesse biformis, dicimus. Adde *Phædr.* 4. 29.

II) Translate. ¶ 1. Hoc verbum declarandum reliquando inservit, et hoc est, id est significatur. *Plaut. Afr.* 1. 1. 30. *de.* Nam quoque? li. Usque ad mortem volo. *de.* Cavesis malam rem. li. Uxor, dico, non tuam. *Cic. 1. Nat. D.* 31. 86. Nec quemquam vidi, qui magis ea, que timenda esse negaret, timaret; mortem dico et deos. *Id. 1. Att.* 19. 5. Tum autem beatos homines (hos piscinarios dico, amicos tuos) non obscure nobis invidere. Cf. *Justin.* 18. 7. 12. Quid, quod paullo ante vocatus, non dico patrem, ducent certe civium tuorum superbe sprevisisti? ¶ 2. Apud Comicos nullam causam dico, non causam dico est non reruso, non deprecior. *Plaut. Capt.* 3. 4. 92. Hoc si secus repertus, nullam causam dico, quin mihi et parentum et libertatis apud te deliquio fiet. *Ter. Phorm.* 2. 1. 40. Si est patrum, culpam ut Antiphō in se admiserit, — non causam dico, quin, quod meritus sit, ferat. — Hinc Dicitum, i. n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Generation est verbum, vox, sermo. — *a*) Universim. *Ennius 8. Ann.* 32. Haud doctis dictis certantes, sed maledictis. *Plaut. Trin.* 2. 2. 99. Multa ego possum docta dicta et quamvis facunde loqui. *Id. Ann.* 3. 1. 21. an tu tibi verba blanda esse auctum rere? dicta docta pro datis? *Lucret.* 5. 114. Multa tibi expidiam doctis solatia dictis. Rursus *Plaut. Pren.* 3. 2. 3. Pac modo ut concocta tibi sint dicta ad hanc fallaciā. *Lucret.* 1. 29. Quo magis aeternam da dictis, diva, leporem. *Plaut. Ann.* 2. 4. 1. Meum dictum magni facere. *Ter. Phorm.* 3. 3. 8. Dicatum sapienti sat est. a buon intenditor poche parole, ut Itali dicunt. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 24. ne fidos inter amicos Sit qui dicta foras climent. *Id.*

1. Sat. 4. 121. Puerum dictis formare. *Metellus* apud *Cic.* 5. *Fam.* 1. Oppugnare aliquem ob dictum. *Quintil.* 5. 7. 8. Moveri dictis aliquujus. *Sueton.* *Gramm.* 23. Dictum infactum. Adde *eumid.* *Cæs.* 76. *Aug.* 12. et 16. *Ner.* 32. et 34. et 39. *Tib.* 28. *Cal.* 12. et *Claud.* 11.; et *Juvenal.* 1. 154. — b) Dicte citius proverbium est, quo significamus aliquid quam celerrimo fieri, seu celerius quam quis idem verbis pronunciet. *Virg.* 1. *Æn.* 146. et *Horat.* 2. *Sat.* 2. 80. Sic *Liv.* 23. 47. Dicte prope citius. Cf. *Dictum factum* in v. *DICO* sub I. 1. 2. d. — c) Similiter cum dicto est statim, nulla post dictum mera interposita. *Apul.* 2. *Met.* Cum dicto facesset. Adde *Capell.* 9. p. 302. — d) Sæpe adverbii jungit. *Plaut.* *Mos.* 1. 3. 103. lepide dictum. *Ter.* *Eun.* 2. 2. 57. facete. *Plaut.* *Capit.* 1. 2. 73.; et *Curt.* 7. 1. 21. maligne. *Lucret.* 5. 1223. kede. *Horat.* *Art.* P. 449. ambiguae. *Nepos Alcib.* 8. vere. — e) Interdum dicta factis opponuntur. *Cic.* 1. *Fam.* 9. post med. Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæsare intercessit, quod illa nea illustri gratia exceperit. *Sall.* *Jug.* 52. Dicta cum factis componere. Cf. *Plaut.* *Cas.* 5. 4. 17. Feci ego istæ dicta, quæ vos dicitis. h. e. feci, quæ vos dicitis. Simile est illud *Ter.* *Heaut.* 4. 5. 12. Dictum factum reddidi. — f) Illa poetica sunt *Virg.* 4. *Æn.* 54. Inflammare aliquem dictis. et *ibid.* 219. Talibus orantem dictis etc. et *ibid.* 394. Dictis avertire curas. et 5. *ibid.* 387. Castigare dictis aliquem. Id. 1. *ibid.* 667. Dictis affari quæcumque. Id. 4. *ibid.* 92. Aggreedi dictis aliquem. h. e. quod dixit *Val.* *Flacc.* 7. 451. Compellare dictis. *Virg.* 10. *Æn.* 368. Nunc prece, nunc dictis virtutem accedit amaris. Id. 3. *ibid.* 379. Expedire dictis. h. e. narrare, docere, expondere. Id. 2. *ibid.* 790. Hæc ubi dicta dedit. h. e. postquam hæc locutus est. Sic *Ovid.* 4. *Fast.* 664. Edere dicta. Id. 8. *Met.* 717. Mutua dicta reddere. h. e. colloqui. *Val.* *Flacc.* 2. 601. Reddere aliqui dicta. h. e. referre, nunciare. *Ovid.* 2. *Fast.* 375. et 3. *ibid.* 515. Dicta facere. h. e. exequi. — g) *Forcellinus* pro convicio, maledicto, contumelia accepit apud *Plaut.* *Pseud.* 1. 3. 125. Jar ego te differam dictis meis, impudice. At illa significatio pendet a verbo differre, minime vero a nomine dictum. — h) Speciatim est proverbium, sententia. *Lucret.* 3. 12. Depasci auroa dicta e charis. Id. 6. 23. Veridicis igitur purgavit pectora dictis. *Cic.* *Flacc.* 29. 72. Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. *Nepos Dion.* 6. Non posse bene geri rempublicam multorum imperiis. Quod dictum magna invidia consecuta est. Cf. *eumid.* *Miltiad.* 2. Sic *Sueton.* *Cæs.* 56. narrat, Cæsarem, inter alia, scripsisse librum, qui *Dicta collectanea* inscribebatur, h. e. quæ ex pluribus excepta in unum collecta sunt. — i) Sæpe dictum ponitur pro facete dictum; et est brevis, faceta, salsa et acuta vox, quæ cum risu aliquem perstringimus ac pungimus: et generatim quidquid bene dicitur et urbane, ut est apud *Quintil.* 6. 3. 36., jocus, dictum, sales. *Cic.* *fragm.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 1. Nostri, quæ facete et breviter et acute locuti essemus, ex proprio nomine appellari dicta voluerunt. Id. 2. *Orat.* 54. 222. Bona dicta, quæ salsa sint, ea dicta appellantur proprio jam nomine. Id. 2. *Phil.* 17. 42. Materie facilis est in te et in tuos dicta dicere. *Trebanius* apud *Cic.* 12. *Fam.* 16. a med. Dictum, cum magno nostro honore a te dictum, conclusi et tibi infra subscripti. Adde *Liv.* 7. 33.; et cf. *Horat.* *Art.* P. 273. *Quintil.* 6. 3. 16. Potius amicorum, quam dictum perdere. Più tosto l'amicò, che la botta, ut vulgo dicunt Itali. — k) Item est responsio oraculi, vaticinatio. *Lucret.* 1. 103. Tudem nobis jam quovis tempore yatum Terrioloque victus dictis desceisse querens. *Virg.* 2. *Æn.* 115. ex adytiis hæc tristia dicta reportat. Adde *Ovid.* *Heroid.* 4. 33.; *Liv.* 8. 21.; et *Val.* *Flacc.* 2. 325.; et *V.* *DICO* et *DICTIO*. — l) Item est jussum, præceptum. *Liv.* 3. 61. Dicta dare. Adde *eumid.* 8. 34., 9. 14. et 7. 33. *Ovid.* 8. *Met.* 814. Peragere dicta. *Virg.* 3. *Æn.* 189. Parere dicto. Adde *Liv.* 9. 41.; et *Curt.* 7. 4. 9. *Cato R. R.* 142. Villicus domino dicto audiens sit. Adde *Nepot.* 1. 1., *Iphicr.* 2. *Datam.* 2. et *Ages.* 4.; *Liv.* 1. 41., 4. 28., 8. 7. et 29. 20.; et *V.* *AUDIO*. — m) Item est promissum. *Furius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Nomine quæcumque ciet, dictorum tempus adesse Commemorat. — n) Apud *Ennius* accipitur pro dicensi facultate, pro poesi. Ita enim

p. 463. — o) Speciatim apud Romanos dictator (olim *magister populi* et *prætor maximus dictus*) summus fuit magistratus, sed extraordinarius, qui periculosisimis reipubl. temporibus creabatur, et ius vita necisque habebat, sine provocacione, quemadmodum reges habuerant: a *dico*, quod a consule diceretur (*Varro* 6. L. Z. 61. *Müll.* Hinc dictator magister populi, quod is a consule debet dici. Et *Cic.* 1. de *repul.* 40. Dictator quidem ab eo appellatur, quia dicitur; sed in nostris (*auguralibus*) videt eum magistrum populi appellari. Cf. *Seneca Ep.* 108. n. 30.): vel a *dictum*, seu *edictum*, quod ejus dicto audientes omnes essent: vel fortasse ab officio magistri in scholis dictantis litteras discipulis, unde magister populi appellatur: est. Hinc jocus C. *Julii Caesaris* apud *Sueton.* 77. Sullam nescisse litteras, qui dictaturam deposuerit. et *Juvenal.* 2. 28. In tabulam Sullæ si dicant discipuli tres. — Quod sine provocacione esset, satis ostendunt duo *Livii* loca, 2. 29. sub fin. Agedum dictatorem, a quo provocatio non est, cremus. et 3. 20. extr. Dictatore opus esse reipubl. ut qui se moverit ad sollicitandum statum civitatis, sentiat, sine provocacione dictaturam esse. Adde *eumid.* 2. 13. Legimus quidem apud *eumid.* 8. 33. provocatum esse adversus L. *Papirium Cursorem*, dictatoria severitate Q. *Fabiu* *Max.* *Rullianum* magistrum equitum suum punire volentem: sed ea provocatio precaria magis fuit, quam legitima, ut colligitur præcipua c. 35. Quo sensu intelligendum videtur *Festus*, qui scribit p. 198. 5. *Müll.*, provocationem ab eo magistratu ad populum aliquando datam esse. — Quo anno, quibus consulibus, quis primum creatus sit, non satis constat. Apud veterinos autores *Elius* 2. 18. scribit se invenisse, primum dictatorem fuisse creatum T. *Lartium*, qui erat consul cum L. *Posthumio Comino*, anno U. C. 253. (Id confirmat *Cic.* 2. de *repul.* 32. His temporibus dictator etiam est institutus, decem fere annis post primos consules, T. *Lartius*. Et *Eutrop.* 1. 12. in fin. Dictator Romæ primus fuit *Lartius*, magister equitum primus Sp. *Cassius*). Alii ponunt M. *Valerium M. silius*, *Volusius* nepotem, ut *Festus* loc. cit.: quam sententiam *Liv.* ibid. rejecit. At *Morcell.* de *stil.* *Inscript.* *Lat.* T. 1. p. 262. edit. *Patav.* (ad stipulante *Barpt.* *Borghesio*, N. *Frann.* de *Fest.* rons. T. 1. p. 44.) ex inscriptione ibid. allata probat, primum Romæ dictatorem fuisse aa. U. C. 280. *N.* Valerium Volusius F. *Maximum*, ut etiam constat ex *Liv.* 2. 30.: V. hac de re insignem *Müller* locum ad *Festum* p. 389. col. 2. Prius non nisi e patriciis dictatorem legi fas fuit, postea etiam ex plebe, sed semper vir consularis eligebatur. Primus de plebe dictator creatus est C. *Marcius Rutulus* anno 398. bello cum *Falisci* et *Terquiniansibus*: qui etiam magistrum equitum primum de plebe C. *Plautium* dicit, ut *Liv.* 7. 17. narrat. — Dicebatur a consule lantummodo, nec poterat a populo creari, nisi prodictator, teste *eodem* 22. 8. et 31. V. et 27. 5. Dicebatur autem capitulis auspiciis, oriente nocte, ei silentio, ut *Id. docet* 9. 38. et 8. 23. et 4. 21. extr. Sed tamen cum aliquando Vejentes castra Romana cepissent, A. Cornelius *Cossus* tribunus militum Mamercum *Emilius* dictatorem dixit. Scil. quia tribuni militum erant protestati consulari. *Id.* 4. 31. — Duæ secures cum vii quatuor fascibus dictatorem præcedebant. — p) *LICTOR*. — Designabat sibi ministrum, qui magister equitum vocabatur, et erat dictatori, ut tribunus Celerum regi, præfectus prætorio *Cæsaribus*. — Designato dictatore, omnes magistratus, ut consules, prætores, etc., suam amitterebant potestatem, præter tribunos pl., et magistratus illos, qui regum tempore fuerant. — Hoc imperium semestre tantum esse voluerunt, ut est apud *Cic.* 3. *Legg.* 3. 9. (cujus verba sunt: AST QVANDO DVELLVM GRAVISS DISCORDIAE CIVIVM ESCIT, OENVS (h. e. unus), NE AMPLIIS SEX MENSES, SI SENATVS CREVERIT, IDEM JVRIS, QVOD DYO CONSYLES, TENET). Cf. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. § 8. Hunc magistratum (dictaturam), quoniam summa potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retinere:) et apud *Liv.* 9. 34. et 23. 23., ne in tyrannidem verteretur: nisi aliter reipubl. necessitas exigeret. Nam quod L. *Sulla*, et C. *Jul.* *Cæsar* diutius detinere, leges palam contempserunt. — Equo vehi vetabantur; idque ob eam causam, quod cum militia R. robur præcipuum esset in pedestribus cypis, debebat in legione permanere, ne locum dese-

reret: vel quod cum in ceteris maxima esset, et prope tyrannica auctoritas, in hoc voluerint, eum populo inferiorem videri. Hæc *Plutarch.* in *Fabio.* Ex *Livio* tamen colligimus, 23. 14. solitos fuisse dictatores, ad bellum excentes, ferre ad pepulum, ut liberet equum condescendere: quod ita eis concedi solitum, ut solius belli causa equo uterentur: in omni alia jurisdictione equum habere prohiberentur. — Præter immensis reipubl. grave bellum, aliae quoque fure cause dictatoris creandi, ut comitiorum consularium habendorum, *Liv.* 7. 26. et 8. 16. et 23. et 27. 5. etc.; clavi ligandi tempore pestilentiae, vel secessionis, aut seditionis causa, *Id.* 4. 13. et 7. 3. et 8. 18.; exercenda extraordinariae questionis, *Id.* 9. 26.; iudiciorum faciendorum, *Id.* 8. 40. et 27. 33.; legendi senatus, *Id.* 23. 22. et 23.; feriarum constituyendorum, *Id.* 7. 28. (*V.* etiam 30. 24); denique ut esset, qui Iudicis Romanis signum mittendis quadrigis daret, prætore ægrotante, quod tamen in dubio relinquat. *Id.* 8. in fin. Hæc fere omnia habentur etiam in *fragm. Capitolin.* apud *Gruter.* 290. et seqq., ubi dictator rei gerundæ causa dicitur, quoties gravis belli imminentis causa creatus est; — Ceterum addit. *Cic.* 8. Att. 15. et 1. de republ. 40.; *Nepot.* Hann. 5.; *Colum.* 1. R. R. prefat. 13.; *Sueton.* Tib. 2.; *Vellej.* 2. 28.; *Val. Max.* 3. 8. 17., aliasque.

II.) Translate dicitur — a) Etiam de summa magistratu apud alios populos. *Inscript. Colum.* rostr. *Duili.* apud *Orell.* 549. CVMQVE EIS NAVEBOS CLASEIS FOEMIDAS OMNEIS ET MATESYMAS COPIAS CARTACIENSIS PRAESENTED SUMOD DICTATORE OLOROM IN ALTO MARIS PVNCAD VICET. Sic *Cato* apud *Gell.* 10. 24. Igitur dictatorem Carthaginensis magister equitum monuit: Mitte mecum Romane equitatum; die quinti in Capitolium tibi cena cocta erit. Addit. *Frontin.* 2. *Strateg.* 1. 4. et *Justin.* 13. 1. 7. — b) Et generatim *Fronto* de ser. Als. (edente iterum A. Mai) ep. 1. Numa epulorum dictator, cœnorum libator, feriarum promulgator.

B) Dictator a dictando est qui scribenda dictat scribenti. *Salvian.* Ep. 9. a med. Tam imbecilla sunt judicia bujus temporis, ac pœne tam nulla, ut qui legunt, non tam considerent quid legant, quam cuius legant; nec tam dictio vim atque virutem, quam dictatoris cogent dignitatem.

DICTATORIUS, a, um, adj., ad dictatorem pertinens. *Liv.* 4. 14. Dictatoria majestas. *Id.* 6. 39. Dictatorum fulmen intentatum in aliquem, h. e. quod apud *Vellej.* 2. 68. Dictatoria animadversio. *Cic.* Cluent. 44. 123. Dictatorius gladius. *Liv.* 7. 4. juvenis. h. e. dictatoris filius. *Id.* 22. 26. Dictatoria invidia.

DICTATRIX, icis, f. 3. quæ dicit agenda, præcipit, imperat: hoc nomen joculariter a dictatore effansit *Plaut.* Pers. 5. 1. 18. Tu hic eris dictatrix nolis.

DICTATURA, a, f. 1. est A) Aut a dictatore; aut B) a dictando.

A) Dictatura a dictatore est dictatoris dignitas et potestas. — a) Apud Romanos. *Cic.* 3. Off. 31. 112. Dictatorem gerere. *Id.* 1. Phil. 2. 4. Antonius dictatoris nomen, — propter perpetuæ dictatæ recentem memoriam, funditus ex republica sustulit. Similiter *Id.* 2. ibid. 36. 91. Optimum vero, quod dictatæ nomen in perpetuum de republica sustulisti. *Liv.* 6. 39. Dictatura abdicata et inita. *Id.* 7. 3. extr. Abire dictatura. Addit. *eum.* 2. 30. et 8. 12.; *Ces.* 3. B. C. 2.; *Sueton.* Ces. 76., Aug. 52. et Tib. 3.; et *Quintil.* 3. 8. 53., 5. 10. 71. et 9. 3. 95. — b) Apud Carthaginenses. *Justin.* 19. 1. 17. Gaius (Hasdrubalis) mortem cum iustus civitatis, tum et dictatura undecim et triumphi quatuor insigne fecere. — Pro dictatoris ueste legunt nonnulli apud *Pers.* 1. 73. siveoque terens dentalia, Quinti (Cincinnatus), Quem tremida ante boves dictataram induit auctor. Et tua aratra dominum lictor tulit. At plerique pro dictatæ leg. dictatore, quod præstat.

B) Dictatura est etiam a dictando; quo sensu jocus est Cæsaris apud *Sueton.* Ces. 77. Sallam neisse litteras, qui dictataram deposuerat. Dictatara hic duplci significacione accipitur, et pro dignitate magistratus et pro ministerio magisterii.

DICTATES, a, um. V. DICTO.

DICTERIUM, ii, n. 2. δικτυός, jocus, dictum, — et acutum, breviter et acute dictum. *Mar-*

*tal.* 6. 44. Omnibus arrides, dictoria dicis in omnes. Addit. *Varro.* apud *Non.* p. 401. 3. *Merc.* Addunt illi et locum *Cic.* fragm. epist. apud *Macrobi.* 2. *Saturn.* 1., sed ibi dicta legendum est.

DICTICUS, a, um, adj., demonstrativus. Ita appellatur a *Cæl.* Aurel. 5. Tard. 1. digitus index, quia eodem solemus res aliis indicare seu demonstrare.

DICTIO, ònis, f. 3. actus dicendi (It. il dire; Fr. action de parler, de dire; Hisp. el acto de hablar, de decir; Germ. das Reden, Vortragen, der Vortrag; Angl. a speaking or uttering). Occurrat ¶ 1. Stricto sensu pro ipso dicendi actu. *Ter.* *Phorm.* 2. 1. 63. Dictio testimonii. h. e. actus, quo quis testimoniū dicit. *Cic.* 2. *Invent.* 4. 12. Dictio sententiae. — Sic dictio causæ est causa actio, ejus præsertim, qui defendit. *Cic.* *Quinct.* 10. 35. Totam causæ mæx dictiōnem certas in partes dividit. *Liv.* 7. 5. Remittere aliqui dictiōnem causæ. Addit. *eum.* 2. 34.; *Cic.* *Sexti.* 17. 40. et 2. de republ. 7.; et *Cæs.* 1. B. G. 4. Et omīssō nomine causæ apud *Cic.* *Brut.* 73. 256. Malim mihi L. Crassi. unam pro M. Curione dictiōnem, quam castellanos triumphos duos. *Id.* 2. *Orat.* 67. 270. Dictio oratoria. *Id.* 1. *ibid.* 33. 152. Hæc sunt, quæ clamores et admirations in bonis oratoribus efficiunt; neque ea quisquam, nisi diu multumque scriptitarit, etiamsi vehe-mentissime se in his subtilis dictiōnibus exercuerit, consequetur. *Id.* *ibid.* 15. 64. Is orator erit, mea sententia — qui, quacumque res incidit, quæ sit dictiōne explicanda, etc. *Forcellinus* in his duobus postremis *Cicer.* locis dictiōnem pro oratione accepit; quod improbat *Front.* 5. ad *M. Cæs.* (edente iterum A. Mai) *Ep.* 3. Unum verbum de oratione ablega, et quæso, ne unquam eo utar, dictiōnem pro oratione. At dictio in atlatis *Cicer.* locis est causarum actio; quemadmodum et apud *eum.* 2. *Tusc.* 3. 9. Dictioni operam dare. — Huc referri potest et illud *Cic.* 1. *Orat.* 6. 22. Græcos — participationem quamdam artium fecisse video, neque in universo genere singulos elaborasse, sed seposuisse a ceteris dictiōnibus eam partem dicendi, quæ in forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum versaretur, et id unum genus oratori reliquise. *Forcellinus* hoc loco accepit pro genere dicendi, ratione et forma orationis. ¶ 2. Speciatim ponitur pro declamatione seu recitatione. *Quintil.* 2. 2. 6. Dictio discipulorum. *Id.* 2. 4. 27. Extrémiales dictiones. ¶ 3. Item est vox, verbum, loquendi modus, phrasis. *Quintil.* 9. 1. 4. Tropus, ut périque grammatici finiunt, est dictio ab eo loco, in quo propria est, translati in eum, in quo propria non est. Figura est conformatio quædam orationis etc. Addunt et verba *Catonis* in *Originib.* Neque dictio Herculis est Græca, sed Egyptia. Sed *Cellar.* in *Cur.* post. non *Catoni*, sed *Anni* *Viterb.* illa esse contendit: in loco etiam *Quintiliani* lites excitati; quas refellere conatur *Andr.* *Borrich.* in *Vindic.* *Latin.* Ceterum dictiōnem hoc sensu adhibuerunt veteres grammatici. *Quintil.* 1. 5. 2. Verborum duplex intellectus est, alter, qui omnia, per quæ sermo nectitur, significat; alter, in quo est una pars orationis, lego, scribo: quam vitantes ambiguitatem, quidam dicere maluerunt, voces, dictiones, locutiones. *Id.* 9. 2. 71. Interrupta silentio dictio. h. e. phrasis. *Scaurus* apud *Diomed.* 1. p. 275. *Putsch.* Oratio est compitio dictiōnum, consummans sententiam, remque perfectam significans. *Gell.* 7. 9. post allata antiqua præterita memori, peponit, etc. Ratio dictiōnum hæc esse videri potest, quoniam Græci in quadam specie præteriti temporis secundam verbi literam in e vertunt, γράψου, γέγραψα. *Id.* 11. 3. dictiones vocat, quum dicitur pro collegio, pro testimonio, etc. *Tiro Tullius* apud *eum.* 10. 1. Cicero persuasit, ut neque tertio, neque tertium scriberetur, sed ad secundum usque fierent litteræ, ut res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret. ¶ 4. Specialiter sumitur pro oraculi responso. *Pacurius* apud *Non.* p. 237. 4. *Merc.* Non falsa autumare dictio Delphis solet. *Accius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 26. 42. Aperte fatur dictio, si intelligas etc. *Liv.* 8. 24. Alexandre occiso ab Tarentinis in Italianum date dictio erat, raveret Achærusiam aquam. ¶ 5. Dictio multæ est idem atque interrogatio, indictio multæ. *Cic.* 2. de republ. (edente A Mai) 9. Multæque dictiōne ovium et boum, — non vi et suppeditis plebem Romulus

coercebat. *Inscript.* apud *Marin.* *Frat.* *Att.* p. 70. SI SEMEL, SI SAEPIS VOLET, DICTIO ESTO A. L. h. e. libra una.

DICTIÖSUS, a, um, adj., dictiōnibus abundans, dicari, facetus. *Varro.* 6. L. L. 61. *Müll.* Hinc (h. e. a dicto) appellatum dictum in mimo, sc dictiosus.

DICTITO, as, èvi, àtum, are, 1. intensivum a dicto. — Part. *Dictitans.* — Dictito est sæpe dico (It. andar dicendo, dire expressamente; Fr. dire souvent; Hisp. decir frequentemente; Germ. etwas nachdrücklich oder oft behaupten, aussprechen, sagen; Angl. to speak or tell often, give out, say commonly). Usurpat ¶ 1. Generatim. *Ter.* *Phorm.* 5. 1. 16. Quid? non, obsecro, es, quem semper te esse dictiasti? *Id.* *Heaut.* prol. 22. Quod votus poeta dictitat. *Lucret.* 2. 658. Concedamus ut hic terrarum dictitet orbem. Essé deum matrem. Ad *Horat.* 1. *Ep.* 16. 22. et 2. *ibid.* 1. 27. *Cic.* 3. de republ. 9. Ut Lacedæmonii suos omnes agros esse dictiarent. *Id.* 2. *Ferr.* 2. 4. Qui ita dictitat, illi esse metuendum, qui quod ipsis solis satis esset, surripuerint. *Id.* *Dom.* 6. 15. Meo adventu annona vilitatem fore, boni viri dictabant. *Id.* 1. *Fam.* 9. Dictitare in sermonibus. *Cæs.* 3. B. C. 22. Cellas profectus, ut dictiarent, ad Cæsareum, pervenit Thurius. Addit. *Auct.* B. *Alex.* 58.; *Liv.* 3. 20. et 8. 31.; *Sall.* *Cat.* 22.; *Quintil.* 10. 7. 14.; *Tac.* 3. *Ann.* 16. et 1. *ibid.* 72.; *Sueton.* *Cæs.* 30.; *Tib.* 43.; *Claud.* 3., *Cal.* 8. et *Ner.* 49. — Passive imperson. *Plaut.* *Trin.* 1. 2. 62. Male dictitatur vulgo tibi in sermonibus. h. e. sæpe tibi maledicuntur. — Sæpe est ejus, qui factio suo excusationem præferit. *Cæs.* 3. B. C. 32. In singulos conventus percutit impetrantur: motuasque illas ex S. C. extixi dictabant et paulo supra. Dictabant enim, se domo expulso etc. *Liv.* 1. 49. Socerum sepultura prohibuit. Hominem quoque inseptulum periisse dictabant. Addit. *Nepot.* *Lysandr.* 1. ¶ 2. Speciatim apud juris peritores dictiare causas est agere, in foro oratores versari. *Cic.* 2. *Orat.* 13. 56. Ne hunc quidem ex numero acceperimus eorum, qui causas dictiarentur.

DICTIUNGULA, ae, f. 1. diminut. a dictio, parva dictio. *Apul.* *gramm.* *Diphthong.* p. 144. edente *Ostann.* Sunt qui dicant hanc dictiungulam a Græco esse ortam.

DICTO, as, èvi, àtum, are, frequentat. a dico, a. 1. Part. *Dictans* I. 2. et II.; *Dictatus* I. 2. et in fin.; *Dictandus* I. 2. — Dictare est dictitare, pluries vel sæpius dicere, declarare (It. dire più volte, ripetere, esprire di frequente; Fr. dire souvent, répéter, déclarer; Hisp. decir frequentemente, repetir, declarar; Germ. zu wiederholten Malen, oft sagen, behaupten, erklären; Angl. to speak or tell often, give out).

I. Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plout.* *Amph.* 2. 2. 38. Decumo post mense, ut rationem te dictare intellego. h. e. dicendo, loquendo computare. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 50. Mercemur servum, qui dices: nomina. *Gell.* 4. 1. Et hoc penus, et hac penus, et hujus peni et penetreret veteres dictaverunt. ¶ 2. Speciatim est dicere et lenta enunciare, que alius exceptio.

a) De eo præcipue, cui exceptio scribenda sunt. *Cic.* 13. Att. 9. Non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. *Id.* 7. *ibid.* 13. extr. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictavi propter littitudinem. *M. Aurel.* ad *Fronton.* 4. ad *Cæs.* ep. 7. edente iterum A. Mai. Epistoli prope ad xxx. dictiāndi spiritum insupsi. *Sueton.* *Ner.* 53. Versus dictatoe aliquæ excepti. Cf. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 49. et *Liv.* 2. 65.; et addo *Plin.* 9. *Ep.* 36. et 40.; *Quintil.* 2. 4. 12., 1. 1. 28., 10. 3. 18. et 10. 3. 22.; et *Sueton.* *Tit.* 6. et *Domit.* 13. Ille Kopisc. *Carin.* 1. Qui ad memoriam dictabat. — b) Et simpliciter pro iente enunciare. *Juvenal.* 0. 399. dictataque verba Protulit. *Id.* 11. 59. pulles Coram aliis dictiānt pueri, sed in aere placentes. *Id.* 8. 82. Dictare perjuria. Cf. *Val.* *Flacc.* 1. 665. miseri dictat pia vota sacerdos. — c) Sæpe est magistrorum proponentium pueris, quæ addiscant. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 69. detinendae carmina Livi esse reor, memini quæ plagosum mihi parvo Orbillum dictare. *Id.* 1. *Sat.* 10. 82. un tua demens Villibus in Iudis dictari carmine malis? ¶ 3. Item speciatim quoniam auctores, quæ composuerant librario ipsi de more dictabant, factum est ut dictare significaret etiam componere, facere. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 9. In hora sæpe ducentos. Ut magnam, versus dictabat (Zu-

citus) stans pede in uno. *Id.* 2. *Ep.* 1. 110. Dictare carmina. *Pers.* 1. 52. elegidia. — Hinc dictare testamentum, codicillos, et similia est facere: et dicitur tum de testatore ipso, tum de alio quovis, qui nomine testatoris tabellionis scribenti praecat. *Sueton.* *Ner.* 32. et *Plin.* 2. *Ep.* 20. 14. Dictare testamentum. *Sueton.* *Tib.* 22. codicillos. Sic *Mæcian.* *Dig.* 32. 93. Fidei ejus committo, ut det quantas summas dictavero, dedero. Et *Sueton.* *Rhet.* 2. Hunc Cælius dicitabat dictasse Atratino accusatori suo actionem. h. e. Atratino in jure petenti orationem scripsisse, qua jus suum persequeretur. — Hinc est etiam instituere, statuere. *Juvenal.* 6. 217. Non unus tibi rivalis dictabit heres, scilicet heres in testamento dictando scribentur. — Similiter *Horat.* 2. *Sat.* 3. 75. Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perilli Dicantis quod tu nunquam rescribere possis. h. e. dictando pecuniam creditis. ¶ 4. Apud JCTos dictare actionem, judicium est instituere, inferre. *Papinian.* *Dig.* 15. 1. 50.; *Særvata* *ibid.* 41. 9. 3.; et *Paul.* *ibid.* 9. 4. 22. etc. Cf. *Capitolin.* *Anton.* *Phil.* 11. Dictare iura. ¶ 5. Denique est præscribere, præcipere, itemque suadere. *Quintil.* 11. 3. 131. Nonnumquam ad librios suos ha respiciunt, ut sportulam dictare videantur. *Sil.* *It.* 10. 448. Jurare sacramenta dictata. *Id.* 6. 362. Dictare sonitum remis. *Id.* 10. 273. dolor verba aspera dictat.

II.) Translate ponitur pro suggerere, docere, velie. *Quintil.* 8. *proœm.* 26. Quibus sordent omnia, que natura dictavit. *Id.* 3. 4. 11. Et tutissimum est auctores plures sequi, et ita videtur ratio dictare. Sic *Plin.* 26. *Hist.* *nat.* 4. 9. (20). Adjictemus herbas, ut quasque ratio dictaverit. Rursus *Quintil.* 2. 15. 16. Recordatio meritorum, vel facies aliqua miserabilis sententiam dictat. Adde *eumd.* 1. 13. 16.; *Colum.* 4. *R. R.* 24. 4.; et *Pallad.* 1. *R. R.* 20. 1. *Pomp.* *Dig.* 1. 2. 2. *ante med.* Ipsis rebus dictantibus. — Hinc a Parl. præter. pass. *Dictatus*, a, um, cuius exempla superius retulimus.

*Dictata*, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt ea, quæ magistri in ludo pueris dictant ad discenda. *Cic.* 3. ad *Q. fr.* 1. 4. Orationem eam pueri omnes, tamquam dictata perdiscant. Cf. *Ascon.* ad *Cic. Divin.* in *Q. Cœcil.* 14. Dictata pueris præbere. Rursus *Cic.* 1. *Nat. D.* 26. 72. Ista n' vobis quasi dictata redduntur, quæ etc. *Id.* 4. *Fin.* 4. 10. Iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, nequa a commentariolis suis discedere. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 35. hac recinunt juvenes dictata senesque. *Pers.* 1. 29. Teo' circitorum centum dictata fuisse, Pro nihilo pendas? *Sueton.* *Cœs.* 26. Dare dictata tironibus gladiatoriibus. h. e. præcepta artis gladiatoria. *Juvenal.* 5. 122. Saltantem species, et chironomonta volanti Cœtello, donec peragat dictata magistri Omnia. h. e. omnia præcepta et gestus carpitoris magistri. Adde *Tertull.* ad *Martyr.* 1. et *Hieronym.* præf. l. 13. *commentar.* in *Ezech.*

**DICTOR**, òris, m. 3. qui dicit. *Augustin.* 4. *Doctr. Christ.* 19. Cum doctor iste debeat dicitur esse rerum magnarum. *Id.* 16. contra *Faust.* 26. O hominem se cogitantem dictorem, et alium non cogitantem contradictem!

**DICTRIX**, Icis, f. 3. agnoscitur tamquam Latina vox in *Uledon.* *Grammat.* p. 1892. *Putsch.*; nullo tamen confirmatur exemplo.

**dictum**, i, n. 2. *V.* **DICO** in fin.

**DICTURIO**, is, ire, n. 4. desiderat. a dico, dicere cupio, dicere molior. *Macrobi.* 9. *Saturn.* 2. Fortiter a se facit semper dicturiunt: et tamen tacent arrogantiæ metu. *Id.* 2. 3. extr. Ne ultra te dictucentem retardem.

**dictus**, a, um. *V.* **DICO** in fin.

**dictus**, us, m. 4. idem ac dictum, dicterum. *Sæv. Aur.* *Victor.* *Epist.* 14. Hadrianus aer nimis ad lassitudinem pariter et respondendum seriis, joco, maledictis: referre carmen carmini, dictum dictui, pro rorsus ul' meditatum crederes adversus omnia.

**DIDASCALICUS**, es, f. 1. *V.* *voc.* seq.

**DIDASCALICUS**, s, um, adject. διδασκαλικός, ad docendum pertinens: a διδασκαλος; magister, quod a διδασκαλος doceo. *Auson.* *Epist.* 17. Ut ad te didascalicum aliquod opusculum, aut sermonem pro trepticum mitterem. *Servius* ad *Virg.* 1. *G. proœm.* Illi libri didascalici sunt. — Hinc

jus philologus libros suos quosdam *Didascalicon* inscrispsit, teste *Gell.* 3. 11. et *Priscian.* 6. p. 709. *Putsch.* etc.

**DIDASCALICUS**, es, f. 1. nempe ars. *Diomed.* 3. p. 480. *Putsch.* Eregitici vel enarrativi (poematis), species sunt: tres, angelicas, historice, didascalice. — Didascalice est, qua comprehenditur philosophia; ut libri Varronis, Empedoclis et Lucretii. Item astrologia, ut *Phœnix* Arati et Ciceronis et Georgica Virgilii, et his similia.

**DIDITUS**, a, um. *V.* *voc.* seq.

**DIDO**, didis, dididi, diditum, didere, a. 3. (a die seu dis, et do, das, quasi hoc illuc do, vel a divido per syncopen). Scribitur et disdo: *V.* *Caton.* sub 1. a) — Par. *Diditus.* I. et II. — Dido est distribuo, spargo, dissemino.

L.) Proprie. — a) Cum Accusativo. *Cato* apud *Frontin.* 1. ad *M. Antonin.* *Aug.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 2. Nunquam ego argentum pro vino congiariis inter apparitoris atque amicos meos disdi- di. *Lucret.* 2. 1134. Diditur in venas cibus. *Id.* 4. 623. Inde (h. e. a cibo), quod exprimimus, per caulas omnem palati Diditur. *Id.* 3. 703. cibus in membrura. *Id.* 3. 477. cur hominem, cum viu' vis penetravit Arris, et in venas discessit diditus ardor, Consequitur gravitas membrorum? *Id.* 6. 1. Primæ frugiferos fetus mortalibus ægris Dididerunt quandam præclaro nomine Athenæ. — b) Absolute. *Cœcilius* apud *Cic.* *Cat.* 16. 37. Dide, disjice, per me licebit. Si egebis, tibi dolebit.

II.) Translate. *Plaut.* *Merc.* *prot.* 58. Amoris vi diffunditari ac didier. *Lucret.* 5. 2. Solatia didita per gentes. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 67. hic neque servis, Albuci sensi exemplo, dum munia didit, Sævus erit. *Virg.* 7. *Æn.* 144. diditur Trojana per agmina rumor. *Id.* 8. *ibid.* 132. Taa terris didita fama. *Sil.* *It.* 1. 181. Fama in populos jurati didita belli. *Tac.* 11. *Ann.* 1. Didita fama per provincias. *Al.* alter leg.

**DIDÓROS**, i, διδώσει, qui est duorum palmarum. Græca vox a διδι, et ὁρον palmus. Græci enim antiqui ita appellavit, testibus *Plin.* 35. *Hist.* *nat.* 14. 49. (171) et *Vitruv.* 2. 3., unde et munera domini nomine dixerit, quia palma manus darentur, ut *Id. ibid.* docet. Est autem didoron epitheton laterum coctilium. *Vitruv.* *ibid.* Laterum genera tria: unum quod Græce διδώσον appellatur, id est quo nostri utuntur, longum pede, latum semipede. *Plin.* eadem habet loc. cit., sed utroque loco quedam editiones Latinis litteris didoren exhibit. *Harduin.* vero apud *Plin.* quidem ex MSS. legit Lydion: eodem modo putat legendum esse in *Vitruvio*, idemque Schneiderus ita etiam edidit. — Ex eadem origine sunt pentadoron, a πέντε quinque; et tetradoron a τετράς quaternis, nempe lateres quinque, aut quatuor palmorum. *Vitruv.* et *Plin.* loc. cit. — Schelius ad *Hygin.* *Gromat.* p. 122. putat, apud *Plin.* et *Vitruv.* loc. cit. legendum longum sesquipedale, latum pede, altum semipede, scilicet ex *Verg.* 3. *Milit.* 8. Cæspes fit altus semissem, latus pedem, longus pedem semis.

**DIDRACHMA**, a, f. 1.

**DIDRACHMON**, i, n. 2. vel

**DIDRACHMA**, atis, n. 3. διδράχμων, nummus duas drachmas continens. *Sedul.* 3. 316. Hamum ferre jubet, gerulum didrachmatis aurei. *Tertull.* *Præscript.* 11. Perdiditer unam ex decem didrachmis anus illa. Sic *Vulgat.* *interpret.* 2. *Machab.* 4. 19. Portantes argenti didrachmas trecentas. *Hieronym.* 3. in *Math.* 10. Stater dicitur, qui duo habet didrachmata.

**DIDUCO**, cis, xi, etum, cere, a. 3. (dis et duco). Part. *Diductus* in omnibus paragi.; *Diducendus* I. 1. et 2. — Diducere est in diversas partes ducere, h. e. trahere, distrahere, dirimere, separare, dividere, aperire: cui contrarium est conducere, contrahere, jungere (ut trarre in parti opposte, distaccare, dipartire, separare, aprire, dividere; Fr. désunir, disjoindre, écartier, élencre en divisant, diviser, séparer; Ilisp. desunir, apartar, separar una cosa de otra, dividir, partir; Germ. auseinanderziehen, zerrennen, zertheilen; Angl. to lead or draw aside, separate, sever, part, divide, set open, stretch wide).

I.) Propria. ¶ 1. Generatim; et quidem — a) Absolute. *Lucret.* 8. 214. Nam cum ventus eas (nu- bes) leviter diducit euntes. *Cic. Orat.* 32. 113. Digi-

tos diducere et manum dilatare. *Plin.* 32. *Hist.* *nat.* 4. 17. (38). Os diductum h. e. per vim aperto: quod *Sueton.* dixit *Tib.* 53. Diducto per vim ore. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 7. risu diducere rictum auditoris. Adde *Juvenal.* 10. 230. Similiter *Sil.* *It.* 3. 194. Serpens immani fauces didicit hiatu. *Quintil.* 11. 3. 81. Labra male — et astringuntur et diducuntur. *Id.* 11. 3. 80. Diducere nares. *Cels.* 7. 7. n. 4. Diducendus quotidie oculus est, ne cicatricæ inter se paipere glutinentur. *Plin.* 11. *Hist.* *nat.* 37. 57. (157). Superclium vulnere aliquo diductum non coalescit. *Quintil.* 11. 3. 159. Status sit rectus, æqui et diducti paululum pedes. et paullo post. Stare diductum (h. e. diductus pedibus), vel rigidum, vel supinum. *Id.* 2. 15. 9. Tunica diducta. h. e. nodis solutis. *Ovid.* 13. *Met.* 264.; et *Juvenal.* 13. 132. Diducere vestem summam. *Ovid.* 2. *Met.* 560. nodos manu. *Colum.* 7. *R. R.* 4. 5. lanam. *Id. ibid.* 6. 5. lacinias. *Id.* 5. *ibid.* 11. 7. Diducere arborem cuncio. *Tac.* 12. *Ann.* 69. Foribus palati repente diductis. *Id.* 2. *ibid.* 47. Diductis terris bauriebantur, h. e. terræ motu diductis. Ade *eumd.* 12. *ibid.* 69. *Petron.* *Satyr.* 26. Rima diducta. *Ovid.* 8. *Met.* 587. fluctus continuam diduxit humum. *Virg.* 3. *Æn.* 417. et undis Hesperium Siculo latus abscondit, arraque et urbes Littore diductas angusto interclusi vestu. *Juvenal.* 10. 153. de *Hann.* Diducti scopulos et montem rumpit acetum. *Lucret.* 2. 315. Præsertim cum, quæ possimus cernere, celent Sæpe tamen motus, spatio diducta locorum. Cf. *Claudian.* *Cons. Hall.* *Theod.* 51. nostro diducta Britannia mundo. *Cels.* 2. 8. *ante med.* Quantoque magis mixtos, neque inter se diductos colores (sputum) habet. h. e. divisos adeoque discretos. *Propert.* 2. 6. 4. diducere amantes Non queat invitox Juppiter ipse duos. *Id.* 1. 13. 19. Diducere completus. — Diducere cibum *Celso* 3. 4. sub fin. est digerere et in omnes corporis partes dividere. — b) Cum præpos. in et Accusativo. *Cels.* præfat. Nihil enim concoqui, sed crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne diduci. *Id.* 8. 22. Pedem et crux in diversa diducere. *Quintil.* 11. 2. 18. Domus in multos diducta recessus. *Id.* 5. 13. 13. Si maxima flumina in rivos diducuntur. *Forcellinus* buc retulit etiam illud *Caton.* *R. R.* 155. Incilia aperire, aquam diducere in vias. At ibi rectius cum Schneider legis deducere. V) **DEDUCO**. Absolute dixit *Plin.* 6. *Hist.* *nat.* 26. 30. (120). Sunt qui tradunt, Euphrat, Gobaris præfecti opere diductum ubi eum diximus findi. ¶ 2. Speciatim in re militari est exercitum in variæ diversisque copias dividere; atque hac significacione occurrit etiam in malam partem. *Cæs.* 6. *B. G.* 33. Dimittenda plures manus, diducendæ erant milites. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 40. *Id.* 2. *E. C.* 6. Diductis nostris navibus. Rursus *Id.* 3. *ibid.* 23. Suas copias diducere. Adde *eumd.* 40. et 111. *Frontin.* 2. *Strateg.* 3. 8. Diductis in latera viribus. *Liv.* 31. 21. et 21. 55. Diducere cornua. Cf. *Lucan.* 7. 506. *Frontin.* 2. *Strateg.* 3. 12. ordines. *Lucan.* 3. 584. robur. *Liv.* 26. 41. Diduterunt exercitus. paulo ante divisorum. Duce — trifurium exercitum in diversissimas regiones distraxerunt. Adde *Frontin.* 4. *Strateg.* 7. 31. Similiter *Sall.* *Jug.* 25. Exercitu circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nixit, maxime spectans, diducta (h. e. distracta) manu hostium, aut vi aut dolis sese casum victoriae inventorum. Sic *Tac.* 2. *Ann.* 11. Distantibus locis invicti, ut hostem diducerent. h. e. ut hostium exercitum in diversas partes distrarherent. Adde *Liv.* 5. 38. et 6. 15., et *Nazar.* *Paneg.* *Constant.* 24. Rursus *Tac.* 4. *Ann.* 2. Lasclivæ diductum militem. h. e. dispersas per urbem cohortes, ut supra dixerat. Cf. *Plin.* 11. *Hist.* *nat.* 18. 20. (64). Diducta multitudo. h. e. quæ diversa abilit et dispersa est. — Poetica sunt illa *Virg.* 5. *Æn.* 580. atque agmina terni Diductis solvere choros, rurusque vocati. Convertere vias infestaque tela tulere. *Sil.* *It.* 15. 187. trinis diducunt agmina castris. *Id.* 9. 610. turmas diducere. *Id.* 9. 645. In certamina Paulo avia diducto. *Id.* 6. 468. alternasque feram diducit in iras.

II.) Translate, et quidem — a) Absolute. *Cic.* 1. *Invent.* 55. 109. Quum diducaris ab eo, quicum liberissime viteris. *Quintil.* 14. *Declam.* 6. Diducere maritos & conjugum caritate. Apud *Quintil.* 1. 4. 20. Vocabulary ab appellatione diducere. rectius legis deducere. *Cæs.* 4. *B. C.* 7. Ab iniunctis diducetur et depravatum Pompejum queritur. h. e. alienatum:

al. leg. deductum. *Tac.* 4. *Ann.* 19. Diducta civitas. h. e. in factiose divisa. *Seneca* 2. *Ira* 29. Diducere amicitias. *Sueton.* *Oth.* 3. matrimonium. h. e. dissolvere. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 12. item. h. e. dirimere. *Quintil.* 4. 2. 82. Diducta argumenta leviora sunt. *Id.* 6. 3. 17. Quæ (nomina) si diducas, suam quamdam propriam vim ostendunt. *Plin.* *Paneg.* 66. Diducere eamdem speciem. Apud *Cic.* 3. *Orat.* 6. 23. Roris est diducta oratio, non fontibus. al. leg. deducta. — b) Cum præpos. in et Accusativo. *Cic.* 2. *Invent.* 16. 50. Diducere communes locos in contrarias partes. h. e. trahere, pertrahere. *Horat.* *Art.* P. 325. Romani pueri longis rationibus esse Discunt in partes centum diducere. h. e. dividere. *Cels.* præsat. medicinam in tres partes. *Quintil.* 7. 10. 1. In duas partes diducitur intellectus nominis. et mox. Diducere causam universam in quæstiones ac locos. *Id.* 2. 14. 5. aliquid in species. *Id.* 11. 1. 53. argumenta in digitos. Sic *Id.* 4. 5. 24. Divisio diducta in digitos. *Id.* 10. 7. 9. Diducere animum in multiplex officium. *Justin.* 15. 4. 23. Diduri in duas factiones. Eodem sensu *Colum.* 9. *R. R.* 9. 6.; et *Petron.* *Satyr.* 103. Diducere turbam in partes. *Curt.* 9. 1. 20. Seditio in diversa consilia diduxerat vulgum, *Tac.* 4. *Hist.* 6. Ea ultio, incertum major an justior, senatum in studia diduverat. *Id.* 2. *Hist.* 68. Diducti in studia, qui ad spectandum convenerant. — c) Hinc etiam diducta absolute, substantivorum more. *Nazur.* *Paneg.* Constant. 27. Nam, quæ diducta ferre nequeas, his congregatis, etc.

**DIDUCTIO**, ònis, f. 3. actus diducendi, apertio. *Seneca* 2. *Quesit.* nat. 8. Ostendit intensionem spiritus velocitas ejus et diductio. *Id.* 3. *ibid.* 13. Humor in diductione rerum ad quartas redactus est. *Caper* p. 2241. *Putsch.* Si majestas scribas, stas in diductione vocis esse debet, non tas, sic in similibus.

**DIDUCTUS**, a, um, *V.* DIDUGO.

**DIECHIDNÓN**, ði ἔχθρον, idem ac theriaca: a διδ ἔχθρον ex viperis. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. ad *Dandum* medicamen theriacum bibendum, quod diechidnon appellamus.

**DIECULA**, æ, f. 1. diminut. a dies. *Ter.* *Andr.* 4. 2. 27. Non satis habes, quod tibi dieculam addo? Adde *Cic.* 5. *Att.* 21. sub fin.; *Plaut.* *Pseud.* 1. 5. 99. et *Apul.* 1. et 6. *Met.*

**DIELECTRÓN**, ði ηλεκτρόν, medicamentum ex succinis: a διδ ex ηλεκτρον succinum. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. Utendum etiam trochisca confectis et eo, quod appellatur dielectrum (leg. dielectron).

**DIENNIUM**, biennium. *Gloss.* *Ibid.*

**DIEPHEBUS**, i, m. 2. a διδ trans, et ἐφεβος ephebus, ephebicam ætatem prætergressus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 133.

**DIERECTA** et

**DIERECTE**, adverb. in malam rem, in malam crucem. *Plaut.* *Trin.* 2. 4. 56. Abin' hinc dierecte? Adde *eundm.* *Most.* 1. 1. 8. et *Pien.* 1. 2. 134., ubi pariter eadem formula est ab*i* dierecte. Ceterum *V.* voc. seq. *Id.* *Hud.* 4. 4. 126. I dierecta cum scula et cum porculis. *Plerique tamen hic leg.* I dierectus.

**DIERECTUS**, a, um, adj. *Paul.* *Diac.* p. 69. 14. *Hüll.* docet, dictum esse per antiphrasin, ad significandum malum diem: quasi sit a dies et rectus. *Salmas.* (quocum sentit et *Döderlein*, lat. *Synon.* T. 6. p. 102.) putat esse Graeco διάρρηξτον, et mutato in e. h. e. disruptus. Conſirmari videtur hoc illis *Plauti* verbis *Circ.* 2. 1. 29. Lien dierectus est. *Pa. ambulo:* id lieni optimum est. h. e. ita est instans, ut disruptus esse videatur. Quidam codi. teste *Zambin.* habent: *Lien disruptus* est: quæ videtur esse explicatio prioris lectionis. Atli ducent a *dio* et *rectus*, quasi sub die erectus, et idem esse ajunt, quod in crucem sublatus: sed etymon a Graeca lingua probabilius videtur, ut in aliis multis apud *Plautum*. Recentiore philologi dierectus accipiunt tamquam particip. præter. pass. ab inuisit. dierigo, quod a di et erigo; ut dierectus sit erectus et in contrarias partes extensus, qua ratione qui cruci fixi sunt.

1) Proprie. Quidquid sit de origine, certe Latinis eo sensu usurpatum in imprecacionibus, ut in malam rem, in malam crucem. *Plaut.* *Pien.* 1. 1. 32. et *Merc.* 4. 4. 16. Abi dierectus. *Id.* *Merc.* 1. 2. 72. I hinc dierectus a me. *Id.* *Men.* 2. 3. 87. Ducti leni-

bum dierectum navis predatoria. h. e. ducit in malum, in exitium: et est allegoria. *Id.* *Capt.* 3. 4. 103. Quin quiescet dierectum cor meum? i. ac suspende te. — Hinc per attractionem, ut Grammatici auunt, abi dierecte: *V.* DIERECTE suo loco.

II.) Translate. *Plaut.* *Circ.* 2. 1. 29. Lien dierectus est. *V.* sub init. *Varro* apud *Non.* p. 49. 26. et p. 122. 27. *Merc.* Apage in dierectum a domo nostra istam insanitatem.

**DIERYSMON**, ði ἐρυσμών, medicamentum ex erysmo (*V.* ERYSIMON) herba confectum, quod memorat *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 14.

**DIES**, di, m. et f. 5., sed in plur. num. m. tantum. — Antiqua Genitivi forma triplex occurrit, *dii*, die et dies. Olim *dies*, *dii*, declinatum suis, ut *fames*, *mi*, *acies*, *cii*, etc. *Gell.* 9. 14. docet. *Q. Cic.* apud *Auson.* *Eclorar.* 16. 2. Curriculumque Aries æquat noctisque dii. Similiter *Gell.* loc. cit. legendum putat apud *Virg.* 1. *Æn.* 640. Mūnera lāetiamque dii. Ubi ali leg. *dei*, h. e. Liberi patris; alii *die* itidem pro *diei*, ut docuit *C. Caesar.* 2. de analog. apud *Gell.* *ibid.* Sic *Sall.* *ibid.* Vis decima parte die reliqua. Cf. et *Priscian.* p. 780. *Putsch.* *Servius* ita legit et illud *Virg.* 1. *G.* 208. Libra die somoique pares ubi fecerit horas: Non est, inquiens, apocope pro *diei*, sed secundum antiquos regularis Genitivus est. *Charis.* 1. p. 101. *Putsch.* hic quoque legit *dii*. At *Gell.* loc. cit. legit *dies* pro *diet*, confirmans testimonio eorum, qui scriperunt, idiographum librum *Virgilii* sese inspetisse: et auctoritate *Cæselli*, qui *Ciceronem* quoque dixisse distatur *Sext.* 12. 28. Daturos illius dicas prenas. et *Ennius*, Postremæ longinquæ dies confecerit ætas, et *Q. Claudii*, qui facies dixit pro *faciel*. Similiter *Diomed.* 1. p. 291. *Putsch.* docet, hujus perniciis dictum a quibusdam pro pernicii. Sic scabies pro scabiet in illo *Lucili* 30. apud *Non.* p. 160. 21. *Merc.* Tristem et corruptum, scabie et porrigin' plenum. Ceterum incertum est, utrum *die*, an *dici* legendum sit apud *Cæs.* 7. *B. G.* 11. (V. *Oudendorp.* ad *Cæs.* 2. *B. G.* 23.) et *B. C.* 14. et 3. *ibid.* 76.; et *Justin.* 2. 11. 17. Cf. *Caton.* apud *Quintil.* 9. 4. 39. — Etiam in Dative casu die dixit *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 120. Neque non quoque concedit die. Cf. *Servium* ad *Virg.* 1. *G.* 208. et *Plaut.* *Amph.* 1. 3. 48. *Lucilius* quoque apud *Gell.* loc. cit. facie pro faciei in tertio casu usurpavit: primam facie quod honestas Acedit. et *ibid.* Qui te diligat, ætati facie que tua se Fautorem ostendat. — De antiqua Ablativi forma *dia*, *V.* in DIU loco suo. — Ceterum dies est spatium temporis, quo sol terras illuminat: fortasse a Διος Jovis: Juppiter enim auctor lucis habetur, ut ait *Macrob.* 1. *Saturn.* 15., unde et *Lucetius* et *Diespiter* dictus est, quasi dei pater (It. giorno, di; Fr. le jour; Hisp. dia; Germ. der Tag; Angl. a day).

1) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) Mascul. gen. *Leges XII. Tabul.* apud *Gell.* 20. 1. *REBVS JVRI INDICATIS TRIGINTA DIES JVSTI SVNTO.* *Ennius* 8. *Ann.* 78. multa dies in bello conficit unus. *Plaut.* *Capt.* 3. 3. 3. Hic est ille dies, quoniam nulla vitæ mea salus sperabilis est. *Id.* *ibid.* 3. 5. 73. Dlu ego bunc cruciabo: non uno absolvam die. *Id.* *Fæch.* 5. 2. 34. It dies. h. e. præterit. *Id.* *Trin.* 3. 3. 78. Diem conficere. h. e. quod *Cicerio* dicit 1. *Fam.* 2. consumere: *Id.* *Plaut.* *Aubul.* 1. 1. 34. Domi sedet totos dies. Cf. *Cic.* post red. in *senat.* 6. 14. Dies totos de virtute disserit. *Ter.* *Heaut.* 4. 5. 4. Etsi scio, hosce aliquot dies non sentiat. *Plaut.* *Aubul.* 2. 8. 10. Festo die. Adde *eundm.* *Cas.* 1. 49. et *Pien.* 5. 3. 14.; et *Lucret.* 5. 1166. *Id.* *Lucret.* 5. 732. dies privos. *Cic.* 2. *Att.* 11. Dies nullus erat, Antil quoniam essem, quo die non melius scirem Roma quid ageretur. (adverte cam repetitionem, quæ *Ciceroni* et *Cæsari* est familiaris. In hoc autem notande illa 3. *B. C.* 105. Repetitis diebus, quo die etc. et 1. *ibid.* 36. Diebus triginta, a qua die materia cræsa est. et 1. *B. G.* 6. Diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani conveniant: is dies erat a. d. V. Kal. Apr. Cf. *Cic.* 3. ad *Q. fr.* 1. 3. Nam mihi uno die tres sunt redditæ (itteræ): una pluribus verbis, in qua primum erat, quod antiquior dies in suis adscripta litteris, quam in *Cæsaris*. *Cæs.* 7. *B. G.* 5. Paucos dies ibi morati, neque flumen transire ausi, etc. *Id.* 2. *ibid.* 6. Exgre eo die sustentatum est. Adde *eundm.* 4. *ibid.* 11. et 5. *ibid.* 15. *Plin.* 9. *Ep.* 36. Ita variis sermonibus vespere extenuit, et, quamquam lon-

gissimus dies, cito conditur. Sic *Id.* *Paneg.* 80. Diem condere. *Id.* 6. *Ep.* 20. Præcesserat per multos dies tremor terra. — *Dies civilis* multiplici ratione accipiebatur a veteribus. *V.* CIVILIS. — *Dies atri*, *legitimi*, *fasti*, etc. quare in his adjectivis. — *Cels.* 1. 1. et 3. Et qui semel et qui bis die cibum assumit. h. e. uno die, per diem. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 3. similesque meorum Mille die versus deduc posse. Sic *Quintil.* 10. 3. 8. Paucissimos die versus facere. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 6. 6. (22). Sæpius in die. *Id.* 18. *ibid.* 7. 17. (76). Quinqales in die. *Id.* 11. *ibid.* 25. 30. (88). Medio dic. *Cæs.* 1. *B. G.* 22. Multo denique die per exploratores cognovit, etc. h. e. quum jam dies multum processisset. *Cic.* 13. *Att.* 9. Multus sermo ad multum diem. Cf. *Liv.* 23. 27. Ad multum diei ceduntur. *Cic.* 2. *Cat.* 3. 6. Hesterno die. *Curt.* 9. 10. 1. Altero die. *Cic.* 4. *Verr.* 17. 41.; *Nepos.* *Miltiad.* 5.; *Sall.* *Jug.* 39. et 59. et 112.; et *Curt.* 6. 11. 27. Postero die. *Cæs.* 1. *B. C.* 65. in posterum diem. *Id.* 1. *B. G.* 23. et 48. Postridie ejus diei. *Cic.* 3. *Att.* 7. Post diem tertium ejus diei alias litteras attulerunt. Ade *Liv.* 27. 35. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 19. (26). Tertio die, quam etc. h. e. tribus diebus post quam etc. — *Dierastini*, *quarti*, *quinti*, *septimi*, *procrastino*, *quarto*, etc. adverbii quodammodo sunt et copulate dicta, secunda syllaba correpta, atate *Cicer.* et supra eam, teste *Gell.* 10. 24., ubi plura adscribit exempla. Quin et diequarte, quinte dictum fuisse, *ibid.* docet. Consule eliam *Macrob.* 1. *Saturn.* 4., ubi more suo eadem fere descripsit. Apud *Liv.* quoque 10. 25. *dierastini* pro die *crastino*, et 22. 51. *diequinti* quidam legunt pro die *quinto*. Addunt *Gell.* et *Macrob.* discribent esse inter *dierastini* et die *quinto*. Illud enim de futuro dici, hoc de præterito. — *Leg. XII. Tabul.* apud *Gell.* 20. 1. Endo dies. h. e. quotidie. *Plaut.* *Men.* 3. 1. 10. Affatim est hominum, in dies qui singulas escas edunt. h. e. in singulos dies. *Cæs.* 5. *B. G.* 58. Quum majore in dies contemplatione induciamur ad castra accederet, etc. Adde *eundm.* 7. *ibid.* 38. *Cic.* *Topic.* 16. 62.; et *Vellej.* 2. 52. 2. Vitium in dies crescit. Adde *Sall.* *fragm.* 1. 13. *Gerlach.* et *Jug.* 74.; *Nepot.* *Att.* 21. et *Liv.* 21. 11. *Id.* *Liv.* 34. 11. Magna vis hostium, cum qua mox signis collatis dimicandum sibi in dies expectet. *Plin.* 7. *Hist.* 2. 2. (32). Singula, que facit in dies ac prope horas. h. e. in singulos dies. *Lucilius* apud *Non.* p. 496. 19. *Merc.* Cui sæpe imponit mille plagarum in diem. h. e. quotidie. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 47. subjectior in diem et horam invidit. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 17. 15. (73). In diem ex æquo convenarum turba renascitur. *Liv.* 22. 39. Hannibal nihil usquam sui videt: in diem rapto vivit. h. e. singulis diebus. Alio sensu *Ovid.* 2. *Met.* 47. Curris rogit ille paternos in diem. h. e. per uocum tantummodo diem. Similiter *Plin.* 21. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Natura flores in diem gignit. h. e. uno tantum die, seu brevi duraturos. *Trebell.* *Gallien.* 17. Layit ad diem septimo estate, bieme tertio. h. e. septiles unoquoque die. *Vopisc.* *Firm.* 4. Struthionem ad diem comedit. h. e. uno die. *Justin.* 6. 7. 7. Pauci igitur sustinuerunt sciem, cui par ante diem universa juventus esse non potuit. *Liv.* 41. 16. Latine ferire fuere ante diem tertium *Nonas Maji*, et paucis post. Comitia in ante diem tertium *Nonas Sextiles*, Latinas in ante diem tertium *Idus Sextiles* editiv. Adde 43. 16. *Id.* 43. 3. Latines edictæ a consule sunt in ante quartum et tertium et pridie *Idus Novembres*. *Id.* 43. 2. *exir.* Suppliatio Indicti ex ante diem quintum *Id. Octobr.* cum eo die in quinque dies. Adde *Cic.* 3. *Att.* 17. *Nepos.* *Hann.* 10. Classe paucis diebus erant decertaturi. h. e. post paucos dies. *Fronto* 5. ad *M. Cæs.* (edente iterum a. d. Mai) *Ep.* 46. Spero in paucis diebus me recte fore. *Jabolen.* *Dig.* 50. 16. 217. in diebus. h. e. paucis diebus. *Nepos.* *Hann.* 5. et *Att.* 21. Non ita multis diebus. *Sall.* *Jug.* 66. Milites palantes, inermes (quippe in tali die) ac sine imperio aggreduntur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 27. 67. (253). *de lamyridib.* In certis diebus ex provenient. *Liv.* 5. 48. Diem de die prospectans, e quod auxiliu appareret. *Id.* 25. 25. Diem de die differre. Adde *Justin.* 2. 13. 6. *Cic.* 7. *Att.* 26. Diem ex die expectabam, ut statuerem. *Cæs.* 1. *B. G.* 16. Diem ex die durere. Adde *Liv.* 7. 28.; et *Tac.* 6. *Hist.* 42. *Cic.* 2. *ad Brut.* 1. Omnis in diem ex die dilata. *Lip.* *Dig.* 7. 3. 1. Usu fructum ex die, et in dieu-

*h. e. post illum diem, et futuro illo die. — b) Feminin. gen. *Lucret.* 3. 902. Omnia ademit una dies infesta. *Varro* apud *Gell.* 3. 2. Una die nati. *Cic. Horac. Am.* 44. 128. Esse in lege, quam ad diem venditiones fiant, nimurum ad *Kat. Jun. Liv.* 34. 35. Ex qua die scriptae condicione forent, ea dies ut induciarum principium esset; et ut ex ea die intra decimum diem etc. *Sall. Jug.* 68.; *Curt.* 4. 3. 13., 4. 5. 20. et 10. 8. 5.; et *Plin.* 20. *Hist. nat.* 18. 76. (189). Postera die. *Cæs.* 3. *B. C.* 19. Altera die. Addo *eund.* 3. *ibid.* 26., ubi tamen alli altero legunt. *Sueton. Gramm.* 9. et *Cæs.* 73. eadem die. *Id. Domit.* 11. illa die. *Ovid. 1. Met.* 34. et 4. *Trist.* 6. 38. longa dies. *Horat. 2. Od.* 36. 10. pulcra. *Virg. 6. Æn.* 429. atra. — *Die cœca emere*, V. in *CÆCUS.* — c) Dierum computandorum ratio in epitaphiis veterum præcipue apparet ex *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 347. n. 8. L. ANNAIO FIRMI VIXIT ANNIS 7. M. II. D. VI. H. VI. QVI NATVS EST NONIS JULIVS DEFVNCTVS EST IIII. ID. SEPTEMBRIS ANNAIA FERVA VERNAE SYO KARISSIMO. Hinc porro patet, Romanos primum vitæ annos, deinde ex omnibus diebus simul junctis, si plures quam triginta fuissent, tot menses ex solis diebus triginta constantes, mox reliquos dies mensem minime complentes, quandoque etiam horas postremi vitæ diei numerare solitos fuisse. Etenim si in allata *Inscriptio* dies viginti quinque mensis Julii, unum et triginta mensis Augusti, et decem mensis Septembri simul jungas, habebis dies setaginta sex, nimilrum menses duos, dies vero sex. Hoc minime attendens *Fabrettus*, ut animadvertis *Orellius* n. 4341., falso putavit, hanc inscriptionem trium dierum erorem continere. Altera tamen se res haberi videtur in *Inscript.* apud. *Guasco Inscr. Capitol.* T. 1. p. 135. — d) Denique *Dies Saturni*, Solis qui et *Dominicus*, *Lunæ*, *Martis*, *Mercurii*, *Jovis* et *Veneris* appellati sunt vulgo a Romanis, ex Chaldaeorum et Hebreorum instituto, septem dies hebdomadis: *V.* singulas eas voces. Locus vero datus est huic appellationi, quia e septem planetis, quibus, ut ait *Tac.* 5. *Hist.* 4., mortales reguntur, altissimo orbe et præcipue potentia stella Saturni feratur; ac pleraque cœlestium vim suam et cursum septimos per numeros conficiant. *V. Aeson. Eclogar.* 5. *De nomin.* VII. dier.; *Seldenum de jure nat.* et gent. apud. *Hebr. l. 3. c. 10.* et seqq.; *Gothisfred.* ad *Cod. Theod.* 2. 8. 1.; *Pittura d' Ercolano* T. 3. tav. 50.; *Marini in Giorn. de Letter. di Pisa* T. 6. p. 3. 30., et *Lupi in Epit.* S. *Sev.* § XII. ¶ 2. Speciatim dies et nox sæpe invicem opponuntur. — a) In singulari numero. *Quintil.* 5. 8. 7. Ut dies est, nox non est. *Curt.* 4. 16. 18. Dies tempus præcepis in noctem. *Lucret.* 2. 579. Diem nox nulla secuta, quæ etc. *Horat. Epod.* 17. 25. Urget dies noctem. Cf. *eund.* 1. *Ep.* 1. 21.; et *Tibull.* 3. 6. 54. *Catull.* 61. 116. Gaudia, quæ yaga Nocte, quæ media die Gaudet! *Cic. 2. Nat. D.* 9. 24. Quin is (cibus) die et nocte concoquatur. Addo *Liv.* 25. 39. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 36. (113). Si inclusus abstincatur die ac nocte. *Cic. 11. Att.* 28. Credibile non est, quantum scribam die; quin etiam noctibus. *Nepos Themist.* 8. Diem noctemque nayem tenuit in ancoris. Addo *Cæs.* 1. *B. C.* 62.; et *Liv.* 22. 1. Similiter *Cæs.* 7. *B. G.* 42.; et *Quintil.* 9. 4. 23. diem ac noctem. *Cæs.* 5. *B. G.* 38. neque diem, neque noctem. *Auct. B. Hisp.* 38.; *Liv.* 27. 45.; et *Val. Flacc.* 5. 602. et 8. 175. diem et noctem. — b) In plurali numero. *Lucret.* 2. 12. dies atque noctes. *Nepos Datam.* 4. Dies noctesque iter faciens. Addo *Plaut. Rud.* 2. 3. 49.; et *Ter. Eun.* 1. 2. 13. *Quintil.* 6. proem. 2. diebus ac noctibus. *Id. 12.* 6. 5. dierum ac noctium. *Eumen. Paneg. Constant.* 9. Longissimæ dies – noctes. *Cic. 1. Fin.* 16. 51. Noctes atque dies exceduntur. Addo *Lucret.* 3. 62.; et *Virg. 6. Æn.* 129. Rursus *Cic. Brut.* 90. 308. et 1. *Orat.* 61. 200. noctes et dies. *Id. Arch.* 11. 29. noctes ac dies. *Ter. Eun.* 5. 8. 49. noctesque et dies. *Cic. 3. Verr.* 17. 52. et 7. *ibid.* 43. 112. noctes diesque. — c) Huc pertinent et illa *Ovid. 13. Met.* 677. Surgere cum die. h. e. oriente die. *Plaut. Asin.* 4. 2. 16.; *Curt.* 5. 7. 2. et 8. 3. 8.; et *Sueton. Cal.* 37. de die. h. e. in ipsa die luce. *Liv.* 25. 23. De die epulari. *Horat. 2. Sat.* 8. 3. De medio potare die. — *Diem aliquando dicti de tempore noctis adnotavit Servius ad illud *Virg. 1. Æn.* 736.* Hunc latum Tyriisque diem etc.; cui addunt alli locum *Ovidi* 5.*

*Justin. 19. 1. 1. Diem fungi. h. e. mori.* — c) *Dies* est etiam dies, quo quis febi corripitur. *Cic. 9. Att.* 2. Etsi Non's Mart. die tuo, ut opinor, expectabam epistolam a te longiore. — d) *Genitilis dies* est latus et voluptarius. *Juvenal.* 4. 66. — e) *Dies lucticus* erat nonus a nativitate pueri. *Sueton. Ner.* 6.; et *Macrobi.* 1. *Saturn.* 16. a med. V. *LUSTRICUS.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro tempore, quo cum interdum etiam jungitur. *Liv.* 2. 45. Diem tempusque forsitan ipsum lenitorum iras sanitatemque animis allaturum. Cf. *Turpilium*, *Ter.* et *Cic.* infra sub a. init. *Rursus Liv.* 42. 50. Si possessio haud ambigua regni maneret, multa diem tempusque afferre posse, quibus non amissa modo recipere, etc. Cf. *Cic.* post *redit.* ad *Quirit.* 9. 23. Neque æquum est tempore et die memoriam beneficii definire. — Porro haec significatio occurrit — a) Generatim, de temporis cursu. *Turpilius* apud *Non.* p. 522. 7. *Merc.* Amorem ipse lenivit dies. *Ter. Heaut.* 3. 1. 13. Dies admitt ægritudinem hominibus. *Cic. 3. Att.* 15. Dies non modo non levat luctum, sed etiam auget. *Virg. 11. Æn.* 425. Multa dies varique labor mutabilis avi Rettuli in melius. Addo *Sall. Cat.* 51.; et *Liv.* 22. 39. *Horat. 2. Ep.* 1. 34. Si meliora dies, ut vina, poenata reddit. *Id. 1. Od.* 11. 7. dum loquimur, fugerit invida ætas: carpe diem, quam inquinum credula posteru. Cf. *eund.* 2. *ibid.* 25. 22. (89). Ad hanc et ad hunc diem. h. e. usque ad hoc tempus. Similiter in eam diem est usque ad illud tempus apud *Justin.* 8. 5. 13. Miserares nunc vicem suam, quod in eam dicim viuiscent; nunc filiorum, quod non post eam diem nati essent. — *Cato R. R.* 150. Die Janam et agnos veadat. h. e. in tempore, tempore opportuno. — De tempore futuro. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 45. et seqq. Perit, excruciat me herus, dominu si venerit, quum haec facta sebit, quia sibi non diterim. Fugiam hercle aliquo, atque hoc in diem extollam malum. h. e. in futurum differam. *Ter. Eun.* 5. 7. 10. Sed in diem istuc, Parmeno, est fortasse, quod minare. *Donatus* ad h. l.: In longau dilationem; unde dilatio est dicta diel prolatio. *Id. Phorm.* 5. 5. 2. Preseas quod fuerat malum, in diem abilit. h. e. producitur, protrahitur: locum affect *Forcellinus*; ipse non inventi. *Cic. Cael.* 24. 59. Dil presentis fraudis poenas in diem reservant. h. e. in incertum diem, sed certo futurum. Q. *Cic. Peticons.* 12. 48. Id, si promittas, et incertum est in diem et in paucioribus. Cf. *Nepos Att.* 9. Fundum emere in diem. h. e. ea conditione, ut certo sed futuro tempore solveretur. — *Cic. 2. Phil.* 31. 87. Non solum de die, sed etiam in diem vivere. de die, b. e. magno luxu apparatusque cœnarum (ut ex *Catullo* in v. DE dictum est, ubi et alia in banc rem. Addo *Curt.* 8. 3.); in diem, h. e. nulla cogitatione et cura futuri, ut in illo 2. *Orat.* 40. 169. Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia sempernū tempus spartare debent. Addo *Plin.* 5. *Ep.* 5. 4.; et *Colum.* 3. *R. R.* 3. 6. — *Pseudo-Ascon.* ad *Cic. 2. Verr.* 2. et *Varro* apud *Charis.* 1. p. 85. *Putsch.* et alii multi ex grammaticis, hac significatione diem feminini generis esse voluerunt. Verum tum ex altatis, tum ex afferendis scriptorum locis falsum id appetit; vide runque *Charis.* loc. cit. et *Non.* p. 523. init. *Merc.* — Ceterum haec significatio jungitur et phribus Adjutivis. *Cic. 2. Verr.* 2. 6. Quum ego diem peregrinam postalassissem, inventi iste, qui sibi diem breviorem postularet. Sic *Liv.* 41. 10. brevis dies. *Id.* 37. 1. brevem induciarum diem. Cf. *eund.* 4. 30. et 42. 47. *Ovid. 4. Met.* 372. nulla. *Plin.* 8. *Ep.* 5. longa. *Stat.* 1. *Theb.* 638.; et *Lucan.* 3. 130. longus. *Lucan.* 7. 845.; et *Curt.* 6. 3. 8. longior. Et poetice *Stat.* 1. *Silv.* 1. 93. stabit dum terra polusque Et Romana dies. h. e. tempus Romani imperii: quod eternum futurum passim jactabant. — Hinc illa *Liv.* 25. 23.; et *Sueton. Cal.* 6. et *Aug.* 75. Dies festus. *Juvenal.* 3. 172. dierum festorum. *Sueton. Domit.* 21.; et *Lucret.* 5. 116. profest. *Sueton. Claud.* 14. diebus solemnibus. *Ovid. 2. Fast.* 569. dies feriales. *Id. ibid.* 558. dies puri. *Id.* 13. *Met.* 599. dies sacrifici. *Id. 5. Trist.* 5. 62. dies Pyli. *Sueton. Claud.* 3.; et *Tac.* 6. *Ann.* 36. Latinarum diebus. *Sueton. Aug.* 43. citra spectacu-

lorum dies. *Id. Cœs.* 81. dies cœdis. *Id. Claud.* 11. dies necis. *Pacat. Paneg.* Theod. 37. Accensis funalibus auctus dies. — b) Speciatim dies ponitur pro eventu, qui illo die locum habuit, pro actis diei. *Liv.* 6. 1; et *Sueton. Vitell.* 11. dies Aliensis. *Flor.* 4. 12. 35. Cannensis. *Cic.* 10. *Att.* 8. 7. Sullaus. *Id. Sext.* 12. 28. Equites Romanos daturos ejus diei pœnas. *Seneca* 3. *Ira* 36. Executere totum diem. et mox. Totum diem meum scrutor. *V. Duk.* ad *Flor.* 2. 6. 158. *Liv.* 42. 67. Hic dies Persea perculit. *Justin.* 36. 2. 14. Quoniam illa dies (h. e. Sabbathum) famem illis (*Judeis*) erroremque finierat. *Plin.* 10. *Ep.* 60. et 103. dies imperii. *Capitolin. Anton. Phil.* 4. dies senatus. *Spartian. Hadrian.* 5. sub primis imperii diebus. Adde *Vellej.* 2. 35. et 86.; et *Justin.* 9. 3. *Tac. Agric.* 34. Transigite cum expeditionibus; imponite quinquaginta annis magnum diem, adprobate reipublicae numquam exercitiū imputari potuisse aut moras belli, aut causas rebellandi. *Id.* 3. *Hist.* 84. Vitare diem. h. e. periculum diei. *Nepos Att.* 4. Remigravit Romanum: quem diem (h. e. discessum) sic universa civitas Atheniensium prosecuta est, ut etc. — Pro commentario seu epheméride volunt nonnulli posuisse *Arnob.* 7. 9. Quanta vix explicari decem millibus queant vel annalium, vel dierum. At *Graevius rectius putat legendum* diurorum. — c) Item speciatim dies ponitur pro mensura itinerum. *Liv.* 38. 69. Hunc regionem, dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patet, etc. *Cic.* 5. *Att.* 16. Nos in castra properabamus, quia aberant bidui et *ibid.* 17. Quom in castra proficerer, a quibus aberam bidui. Et *Justin.* 36. 2. 14. Quo septem dierum jejuniu, per deserta Arabie, — quum tandem venisset, etc. — 2. Aliquando ponitur pro luce dici, ac propter ea est etiam idem ac sol. *Ovid.* 7. *Met.* 411. contraque diem radiosque micantes. *Id.* 13. *ibid.* 601. nigrigue volumina fumi Infecero diem: veluti cum flumina natas Exhalant nebulas, nec sol admittitur infra. *Plin.* 6. *Ep.* 20. 6. Dubius et quasi languidus dies. h. e. quam nondum plene illuxit. *Id.* 9. *ibid.* 36. 2. Die admissio (h. e. scaenestris patafacili), quæ formaveram dicto. Adde *Lucan.* 4. 68. Alter *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (70). Multis mensibus dies non cernitur. *Incert. Auct. Paneg. Constant.* 22. Ipse dies noctibus acquisiebat. *Tac.* 16. *Hist.* 34. Dies vesperascit. *Id.* 4. *ibid.* 64. Quomodo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Adde *Colum.* 7. *R. R.* 3. 25. *Val. Flacc.* 3. 258. Dies orta. Cf. *Lucret.* 5. 1189. Per cœlum volvi quia nos et luna videntur; Luna, dies, et noi, et noctis signa severa. *Solin.* 1. Venire in diem. h. e. nasci. *Stat.* 1. *Theb.* 236. de *Edipo*. Ille tamen superis aeterna piacula solvit, Projecitque diem. h. e. se luce privavit eritis oculis. Et latior significatio *Id. 2. ibid.* 657. nunc arma diemque Projice. h. e. vitam. — Et metaphorâ a luce sumpta. *Id.* 1. *ibid.* 49. Ilium indulgentem tenebris etc., tamen assiduis circumvolat alis Sæva dies animi scelerumque in pectori Diræ. h. e. cognitione suorum facinorum, lumen conscientiae. — 3. Interdum et pro cœli plaga occurrit. *Lucan.* 7. 189. Sub quo cumque die, quo cumque est sidere mundi, Mæret, et ignorat causas, animumque dolentem Corripit. Adde *eum.* S. 217. *Stat.* 1. *Theb.* 200. effusa sub omni Terra atque unda die. Cf. *eum.* 4. *ibid.* 66. teretes pars vertere fundas Assueti, vacuoque diem præcingere gyro. h. e. aërem. — 4. Interdum sumit pro tempestate, seu pro aere, aut qualitate diei. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (20). de apib. Universa provolant, si dies mitis futurus est. *Id.* 2. *ibid.* 45. 44. (115). Tranquillo die. *Id.* 22. *ibid.* 23. 49. (104). Dies pestilentes. *Quintil.* 11. 3. 27. Ventoso, humido, calido die. *Val. Flacc.* 1. 845. totumque per annum Durat aprica dies. *Calpurn. Ecl.* 4. 4. Itequat diem vicini spiritus amnis. h. e. æstum et calorem diei. — 5. In fabulis Dies inter deas numeratur. *Plant. Bacch.* 2. 3. 61. et *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 56., ubi Mercurii, et *ibid.* 23. 59., ubi Veneris matrem fuisse tradit. *Hygin. prefat.* facit Iliam Chao et Caliginis, uxorem Etheris, matrem Terræ, Cœli et Maris.

DIESIS, is, f. 3. δέος, a δένειμι transmittit. In veteri musica est toni pars quarta; ita in hemitonio duæ dies sunt collocatae: quæ *Vitrivii* 5. 4. 3. Schneid. verba sunt. Confirmat *Macrobi.*, qui ait 2. *Somn. Scip.* 1. ad fin. Semitonium Pythagorici ve-

teres diesim nominabant: sed sequens usus sonum semitonio minorem diesim constituit nominandum. DIEZUGMENON, i, n. 2. διεζυγμένον. V. DIAZUGMENON.

DIFFAMATIO, ônis, f. 3. divulatio. *Augustin.* 3. *Civ. Dei* 31. Si Christianæ religionis receptionem et diffamationem vel irruptio illa Gallorum, vel cœlia bella sequerentur.

DIFFAMATUS, a, um. V. DIFFAMO.

DIFFAMIA, a, f. 1. bonæ famæ defœtio. Est *Augustin.* 3. *Civ. Dei* 31.

DIFFAMO, as, ävi, stum, are, a. 1. Part. Diffamans et Diffamatus 1. — Diffamo ¶ 1. Fere occurrat in deteriore partem, et est malam famam spargo; et quidem cum Accusativo tantum. *Ovid.* 4. *Met.* 230. Vulgar adulterium, diffamatumque parenti Indicat. *Tac.* 14. *Ann.* 22. Subtrahere se præve diffamatis. *Id.* 1. *ibid.* 72. Illustris viros procacibus scriptis diffamare. *Apul.* 1. *Met.* Diffamare aliquem probis. ¶ 2. Raro admodum simpliciter pro divulgate. — a) Cum Accusativo tantum. *Augustin. de morib. Eccles. Cathol.* 14. Deus quanto melius atque diffusus diffamatur, tanto diligitur et amatuer ardenter. — b) Cum Accusativo et Infinito. *Apul.* 4. *Met.* Diffamat, incendio repente domum suam possideri.

DIFFARREATIO. V. CONFARREATIO.

DIFFATIGO, as, are, a. 1. *Plaut. Epid.* 1. 2. 15. Clamore diffatigor, differor. h. e. ex hac illaque parte fatigor. *Al. relictus leg. defatigor.* V. DEFA TIGO.

DIFFENSUS. V. DIFFINDO II. 2.

DIFFERENS, entis. V. DIFFERO.

DIFFÉRENTER, adverb. cum differentia. *Solin. epist. ad Advent.* Inseruimus pleraque differentia congruentia.

DIFFÉRENTIA, a, f. 1. (differo) diversitas, dis crimén, et occurrit — a) Cum Genitivo. *Cic.* 1. *Off.* 27. 94. Differentia honesti et decori. *Id. ibid.* 31. 112. Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, ut etc. *Sueton. Aug.* 40. Differentia eorum, qui manu mitterentur. *Petron. Satyr.* 84. morum. *Quintil.* 12. 10. 70. personarum. *Id.* 9. 1. 4. utriusque rei. Adde *eum.* 11. 3. 16. *Tac. dial. de orat.* 33. desidiae — b) Cum præpos. in et *Ablativ.* *Cic.* 5. *Fin.* 7. 19. Ut, quanta differentia est in principiis naturalibus, etc. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (113). In candore ipso magna differentia est. Adde *Quintil.* 3. 7. 25., 3. 8. 37., 12. 10. 7. et 7. 2. 48. — c) Absolute. *Quintil.* 5. 10. 25. Etiam ciuitatum leges, instituta, opiniones habent differentiam. *Id.* 11. 3. 8. Facies infinita habet differentiam. Adde *eum.* 9. 4. 45. — In plurali numero. *Cic. Topic.* 7. 31. Genus est notio ad plures differentias pertinentes. *Quintil.* 11. 2. 50. Quinque Graeci sermonis differentias. *Gell.* 4. 1. Definire genere proposito et differentias appositis, quid sit penus.

DIFFÉRITAS, ôtis, f. 3. idem quod differentia, ejusdemque originis. *Lucret.* 4. 637. Tantaque in his rebus distantia differitasque est. *Arnob.* 2. 16. Non plurima differitate distans. et 7. 27. Sine ulla differitate. *Id.* 5. 36. Nec inest in re signum, quo differitas judicari ambiguorum possit simpliciterque dictorum.

DIFFÉRÉO, differs, distuli, dilatum, differre, 3. (dis et fero). Differier auctum per paragonem pro differri est *Lucretii* 1. 1086. — Disque tulissent per trimesin dixit *Plaut. Trin.* 4. 1. 14. — Differris pro differeris legunt nonnulli apud *Quintil.* 5. Declam. 13. sub fin. — Part. *Differens* sub A. I. et in fin.; *Dilatus* sub A. II. et 3.; *Dilatatus* sub A. II. 3.; *Differendus* sub A. II. 3. — Differre usurpat A) Active, et B) Neutrorum more.

A) Active differre est buc illuc ferre, in diversa ferre, dissipare, disjicare, dispergere, distractare (It. portare quæ e là, dissipare, lacerare; Fr. dispercer, porter en tous sens, répandre, disséminer; Hisp. espacir, derramar; Germ. auseinander tragen, bringen, trennen, verurtheilen; Angl. to carry hither and thither, carry up and down, scatter, disperse, tear in pieces).

I.) Proprie. — a) Generatim. *Lucret.* 2. 675. Scintillasque (ignem) agere ac late differre favillam. *Id.* 6. 691. Vortitque ardorem longe longeque favillam Differit. Cf. *Cœs.* 2. B. C. 14. Ignem operibus inferunt: hunc si distulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris flammam conciperent.

Lucret. 1. 272. Principio, venti vis verberat incita pontum, Ingentesque ruit naves et nubila differt. Sic *Virg.* 3. G. 197. Aquilo differt nubila. *Lucret.* 1. 108. Et calidos simal a medio differit ignes. *Id.* 6. 231. Curat item (fulmen), vasis integris vina repente diffugiant; quia nimirum facile omnia circum Conlatax — Adveniens calor ejus; et, insinuat in ipsum, Mobiliter solvens differt primordia vini. *Plaut. Trin.* 4. 1. 14. In alto distractissimique tulissent satellites tui me miserum. *Id. Rud.* 2. 3. 38. Dum illi timent, nos cum scapha temporas dextrovorum differt ab illis. *Id. Cœr.* 4. 4. 20. Te faciam, ut hic formicæ frustillatim differant. *Horat. Epod.* 5. 99. Insepulta membra differunt lupi. *Id. ibid.* 10. 5. Niger rudentes Eurus inverso mari Fractosque remos differat. *Virg.* 8. En. 642. Metum in diversa quadrigæ Distulerant. Adde *Lucret.* 2. 725. et 4. 651. *Liv.* 6. 42. Passim eos simul pavor terrorque distulerant. *Vellej.* 2. 79. 2. Classem adorta vis Africi laceravit ac distulit. *Tac.* 5. *Hist.* 23. Castra vi Oquinis differebantur. *Seneca Thres.* 8. membra celeri differunt cursu rota. — b) Speciatim in re rustica differri dicuntur plantæ, quæ hue illuc serendi causa transferuntur. *Varro* 1. R. R. 43. Cytisum seritur in terra bene subacta tamquam membra brassicæ: inde differt et in sesquipedem ponitur. Adde *Colum.* 11. R. R. 3. 30. et 31. et 38. et 42. Sic *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 11. (62). de myrti seminario. Parietem fore densitatis, ex quo virgulae differantur. Quo sensu *Virg.* 4. G. 144. in versum distulit ulmos. — Et de germinatione *Pallad.* 4. R. R. 10. 25. Steriles eraduntur (plantæ), quæ nitidae sunt et oculos suos per longa internodia distulerunt.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur fere de animo, qui vehementi aliquo affectu correptus bac et illac quodammodo fertur ac distractitur. *Plaut. Cist.* 2. 1. 5. Exanimor, feror, differor, distractor, diripior. *Id. Mil. glor.* 4. 4. 27. Differit amore alicujus. *Id. Paen.* 1. 1. 28. cupidine. *Id. Truc.* 4. 1. 3. latitio. Cf. *eundem. Epod.* 1. 2. 15. Clamore defatigor, differor. *Ter. Adelph.* 3. 5. 40. Miseram me! differor doloribus: Juno Lucina fer opem. h. e. scindor, laceror. Et paulo alter *Id. Andr.* 2. 4. 5. Orationem sperat invenisse se, qui differat te. h. e. turbet et transversum agat. ¶ 2. Differre est etiam infamare, seu malam de aliquo famam hac illac disseminare: ad rem *Plaut. Pseud.* 1. 3. 425. Te differam dictis meis. h. e. carpam, lacerabo. Hinc — a) Pro infamare; et quidem — Cum Accusativo tantum. *Plaut. Autul.* 3. 2. 32. Nisi mibi reddi vasa jubes, pipulo te differam ante ædes. *Propert.* 1. 4. 21. Et te circum omnes alias irata puellas Differat. Adde *Phœdr.* 2. 5. Rursus *Propert.* 1. 18. 48. æterna differor invidia. *Tac.* 3. *Ann.* 12. Differit etiam per exteriores, tamquam veneno interceptus esset. — Cum additis sermoni, rumore, vel similibus. *Cœcilius* apud *Gell.* 2. 23. Differor sermone miser. *Lucilius* apud *Non. p.* 284. 16. *Merc.* Et male dicendo multis sermonibus' (ista) differs. *Liv.* 34. 49. Qui male commissam libertatem populo Romano sermonibus distracterint. *Tac.* 1. *Ann.* 4. Pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus distracterant. *Sueton. Cœs.* 33. Promissum jus annullorum fama necasset. — Cum infinito. *Plaut. Trin.* 3. 2. 63. Ne mibi hanc famam differant, me sororem in concubinatum tibi dedisse. *Ter. Heaut. prol.* 16. Rumores distracterunt malevoli, multas contaminasse Græcas. *Nepos Dion.* 10. Celari rumore dilato, Dioni vix allatam. *Val. Flacc.* 1. 753. regemque fragor per mœnia differt Mille cire manus. — b) Et latiori sensu pro divulgate etiam in bona partem. *Sueton. Cœs.* 33. Promissum jus annullorum fama distulit. Et absolute *Tac.* 4. *Ann.* 25. Differunt per manipulos: Tacfarinarum omnes conseruentur. ¶ 3. Præterea sæpe significat in aliud tempus transferre, proferre, rejicare, prorogare; et occurrit — a) Cum Accusativo — Personæ. *Cic.* 5. *Fam.* 12. extr. Sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. *Liv.* 25. 25. Per frustrationem dilatus. Cf. *Justin.* 9. 6. 8. (Pausanias) quæ variis frustrationibus non sine risu differrerunt. *Ovid.* 13. *Met.* 619. Quid dili crudeles, nisi quo nova funera cernam, Vivacem differt anum? *Id. Remed.* am. 93. Sed propera, nec te venturas differ in horas. Cf. *Martial.* 13. 55. propera, caros nec differ amicos. Rursus *Ovid.* 12. *Met.* 76. Differre Hectora tu

decimum annum. *Tac.* 4. *Ann.* 19. Dilato Sabino. Adde eum. 2. *ibid.* 11. *Id.* 12. *tibd.* 20. Differre Neronem. *Id.* 2. *Hist.* 71. Valerium. Cf. eum. 3. *ibid.* 51. *Quintil.* 10. 1. 125. Senecam. *Sueton.* *Tib.* 32. venientem in septimum diem. *Id.* *Vesp.* 23. potentem. Adde eum. *Ces.* 82. *Id.* *Vitell.* 12. Dilatus ad finem munieris. Adde eum. *Aug.* 44. et *Ner.* 13.; et *Plin.* *Paneg.* 26. — Cum Accusativo rei. *Cic.* 2. *Fam.* 3. *ad fin.* Omnes disputationem in adventum tuum differo. *Id.* 8. *Phil.* 8. 23. Differre tempus. Adde *Liv.* 3. 46.; et *Ovid.* 9. *Met.* 766. Sic *Ovid.* 1. *Met.* 724. tempora ira. *Cic.* *Deiot.* 7. 21. In posterum diem (*facinus*) distulit. Cf. eum. 3. *Verr.* 32. 81. *Id.* 2. *Att.* 7. Differre vadimonium cum aliquo. *Id.* 2. *ad Brut.* 1. Omnia ex die in diem dilata. *Id.* *Rosc.* *Am.* 9. 26. Differre rem quotidie. *Id.* 10. *Fam.* 12. Res in posterum dilata. Adde eum. 2. *de republ.* 4. *Brutus* apud *Cic.* 1. *ad Brut.* 11. Differre tempus petitionis. *Cels.* 4. 5. ad fin. Ideoque viui usus in longius tempus differendus est. *Ces.* 3. *B. C.* 85. Differre iter. *Id.* 1. *ibid.* 86. aliquid in aliud tempus. Adde eum. 7. *B. G.* 11. *Nepos Pelop.* 3. reliqua in crastinum. *Liv.* 25. 25. diem de die. *Horat.* *Art.* P. 44. pleraque. Adde eum. 1. *Ep.* 2. 39. *Ovid.* 6. *Met.* 366.; et *Plin.* 1. *Ep.* 22. 7. sitim. h. e. tolerare; differre potum. *Seneca Ep.* 8. Differre aliquid in diem. *Justin.* 3. 7. 4. injuriam in tempus ultionis. Adde eum. 6. 1. 5.; *Quintil.* 10. 3. 33. et 9. 3. 58.; *Curt.* 5. 11. 8.; *Flor.* 4. 12. 25.; *Sueton.* *Ces.* 59.; *Tib.* 62.; *Ner.* 21. et 47.; *Tac.* 12. *Ann.* 66., 3. *tibd.* 52. et 2. *Hist.* 62.; *Juvenal.* 3. 213., 14. 130. et alibi; et *Val. Flacc.* 5. 400. et 4. 78. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 20. 79. (135). Res in hunc locum dilata. *Id.* 18. *ibid.* 24. 56. (201). Quiesce hic dilata. *Propert.* 4. 6. 82. Differet in pueris ista tropae suos. h. e. suis pueris reservet. — b) Cum Influito. *Horat.* 4. *Od.* 4. 21. Quærere distuli. *Liv.* 42. 2. Nec ultra ad arma ire dilatarum. *Cart.* 6. 9. 9. Metrum ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut etc. *Sueton.* *Ces.* 81. An quæ proposuerat, differret agere. — c) Cum part. quin. *Liv.* 8. 22. in fin. In aciem procedunt, nihil dilatari, quin periculum summae rerum facerent. *Sueton.* *Ces.* 4. Expositus in littore, non dilatuit, quia e vestigi classe deducta persequeretur abeuntes. — d) Cum præpos. ad. *Cic.* *Vatin.* 11. 28. Te id, quod promulgasses misericordiae nomine, ad crudelitatis tempus distulisse. *Liv.* 41. 8. Postero die legati Sardorum, qui ad novos magistratus dilatabant, etc. *Tac.* 3. *Ann.* 52. Consulti patres integrum Id negotium ad principem distulerant.

B) Neutrorum more ponitur de iis, quæ simul convenire nequeant, et est in diversa ferri, adeoque dissimilem diversamque esse, distare, dispare (It. essere differente; Fr. se distinguer, différer, être différent; Hisp. diferir, distinguise, ser differente; Germ. sich unterscheiden, von einander verschieden sein; Angl. to be different). Usurpatur — a) Cum Ablativo rei, quæ duo inter se differunt; at sæpe addito nihil, multum, etc. *Cic.* 2. *Orat.* 23. 94. Itaque et illi, Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratæ multique alii naturis differunt: voluntate autem similes sunt inter se. *Id.* *Cœc.* 14. 39. Differre ex aliqua parte. *Id.* 2. *leg. Agr.* 31. 85. paulum. *Id.* *Brut.* 40. 150. nihil. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 186. quid enim differt, barathro ne Dones quidquid habes, an numquam utare paratis? Adde *Quintil.* 12. 10. 52. *Id.* *Quintil.* 5. 11. 30. Differre estate. *Id.* 2. 4. 33. jure. *Id.* 10. 2. 16. numeris. — b) Cum præpos. ab et Ablative rei, a qua res alla differ. *Plaut.* *Truc.* 3. 2. 18. Ut (id) pauxillum differat a cavillulis. *Cic.* 8. *Phil.* 11. 32. Non differre vestitu ab aliquo. *Id.* *Orat.* 23. 76. Ab indisertis re plus, quam opinione differens. *Id.* 1. *Off.* 27. 96. Differre a reliquis animantibus. *Id.* *pro leg. Manil.* 5. 13. ab hostili expugnatione. *Ces.* 6. *B. G.* 18. ab reliquis. *Quintil.* 5. 14. 14. a syllogismis. *Id.* 2. 17. 41. ab ea specie. Adde eum. 3. 4. 13. — c) Cum Dativo rei, a quæ res alia differ. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 48. Comedia pede certo differt sermoni. *Id.* *Art.* P. 236. tragico differre colori. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 54. (107). Concha haud multum ostrearum conchis differens. *Id.* *ibid.* 8. 7. (23) *de delphinis*. Lingua est his hæris, haud differens sullæ. *Quintil.* 2. 21. 10. Vasa status differunt. — d) Cum præpos. inter. *Lucret.* 2. 348. Invenies tamen (hæc) inter se differre figuris. *Cic.* 4. *Tusc.* 11. 24. Hæc

cogitatione inter se differunt, re copulata sunt. *Id.* *Orat.* 32. 114. Hoc differunt inter se, quod hæc latior est, illa contractior. *Id.* 1. *Nat.* D. 29. 80. Nihil inter deum et deum differt. *Id.* *Divin.* in *Q. Cœc.* 19. 61. Vide, quid differat inter meam opinionem ac tuam. *Id.* 1. *Off.* 28. 99. Est quod differat inter justitiam et verecundiam. *Id.* 1. *de republ.* 43. inter privatum et magistratum. *Id.* 2. *Off.* 8. 30. inter summos et mediocres viros. Adde *Ces.* 6. *B. G.* 11.; et *Quintil.* 12. 10. 22. — e) Cum præpos. cum. *Cic.* 1. *Invent.* 27. 40. Occasio cum tempore hoc differ: nam etc. *Id.* *ibid.* 44. 82. Quid res cum re differat, demonstrabitur. Adde eum. 2. *ibid.* 30. 92. — f) Cum præpos. in et Ablativo rei, quæ quis ab alio differit, et Genitivo alterius, a quo differit. *Nepos Ages.* 7. Ut nulla in re differret cojusvis inopis. Et omissio Genit. *Lucret.* 3. 315. Inque alitis rebus multis differre necesse est Naturas hominum varias moresque sequaces. — g) Absolute. *Cic.* 2. *Divinat.* 36. 76. Di immortales, quantum differebat! ut quædam essent etiam contraria. — Hinc Part. præs., cujus et superlus exempla retulimus,

Differens, entis, adjective quoque usurpat, unde Comp. *Differentior*; et est dissimilis. *Cic.* 1. *Zegg.* 10. 30. Doctrina differens, facultate par. et *ibid.* 13. 38. Re congruentes, genere docendi differentes. *Id.* 1. *Orat.* 42. 189. Similes commuione quadam, specie autem differentes. *Id.* *Fat.* 4. 8. Has dissimilitudines et differentibus causis esse factas. *Vulgat.* *interpr. ep. Paul.* *ad Hebr.* 1. 4. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius pra illis nomen hereditavit. — Hinc

Differens, entis, n. 3. absolute, substantivorum more, est idem ac differentia. *Quintil.* 5. 10. 55. Definitione subjecta videntur genus, species, differens, proprium.

**DIFFERTUS**, a, um, particip. præter. pass. ab inus. *differcere*, fartsus, impletus. *Ces.* 3. *B. C.* 32. Provincia differta exactoribus. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 4. Forum Appi differtum nautis. *Id.* 1. *Ep.* 8. 59. Differtum trahire forum. *Tac.* 16. *Ann.* 6. Corpus differtum odoribus conditur, tumuloque infertur.

**DIFFIBULO**, as, are, a. 1. (dis et fibulo) fibulum resolve, discingo, aperio. *Stat.* 6. *Theb.* 570. Emissari, et torto chlamydem diffibulat auro. *Sidon.* 3. *Ep.* 3. a med. Alii de concavo tibi cassidis extero flexibilium laminarum vincula diffibulant.

**DIFFICILE**, adverb. Comp. et Sup. *V.* in **DIFFICULTER**. — Difficile est cum difficultate, ægre, vix. *Cic.* 2. *Invent.* 56. 169. Difficile fieri dicimus; quod etc. *Hic locus citatu a Forellino: sed* to difficile est *adjectivum: V.* integrum locum. *Vell.* 2. 63. 3. Sibi difficile consentiens. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 94. (120). Semen inter folia durum, et quod difficile vellatur. *Bibaculus* apud *Sueton.* *Gramm.* 11. Omnes solvere posse questiones. Unum difficile expedire nomen. Adde *Justin.* 27. 3. 2.; et *Pallad.* 2. R. R. 7. *Spartian.* *Hadrian.* 8. Difficile faciens senatores. *Trebell. Poll.* xxx. *Tyr.* 30. Grammatice difficile loqui.

**DIFFICILIS**, e, adject. (dis et facilis). Difficilis pro difficultate habet *Varro* apud *Non.* p. 111. 25. *Merc.* Quod utrum sit magnum an parvum, faeu alius difficultate. — Comp. *Difficilior* 1.; Sup. *Difficilissimus* 1. et 2. — Difficilis est qui non est facilis, qui facile fieri vel perfici nequit, adeoque laboriosus, operosus, arduus (It. difficile, malagevole; Fr. difficile, pénible, malaisé, périlleux; Hisp. difícil; Germ. schwer zu thun, zu vollbringen, auszuführen, daher schwer, schwierig, rauh, beschwerlich; Angl. hard, difficult). Occurrit ¶ 1. Generatim de rebus; et quidem — a) Sine additis. *Plaut.* *Trin.* 3. 2. 20. Tu scisti, ut (facilis mā) difficilis foret. Cf. *Ces.* 2. *B. G.* 27. Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. *Ter. Heaut.* 4. 6. 1. Nulla est tam facilis res, quin difficilis sit, quam invitus facies. *Cic.* 2. *de republ.* 14. Sacrorum autem ipsorum diligentiani difficilem, apparatum perficiem esse voluit. *Id.* 5. *Phil.* 13. 36. Bruti opera, consilio, virtute, reipublicæ difficillimo tempore esse subventum. Adde eum. *Cœc.* 4. 11. Sic *Ces.* 1. *B. C.* 48. Tempus anni difficillimum. *Id.* 3. *B. C.* 15. Difficilloribus usi tempestatibus. *Cic.* *Divin.* in *Q. Cœc.* 11. 36. Scopuloso difficilique in loco versari. Adde *Sall. Jug.* 83. et 92. Rursus *Cic.* 1. *Orat.* 58. 250. Contortas res et difficiles perdi-

scere. *Id.* 2. *Invent.* 54. 163. Res arduae ac difficiles. *Id.* 3. *Nat.* D. 39. 93. Natura deorum est obscura et difficiles explicatus habet. *Cœs.* 1. *B. G.* 6. Iter angustum et difficile. *Id.* 2. *B. C.* 1. Longa et difficilis oppugnatio. *Id.* 7. *B. G.* 36.: et *Horat.* 1. *Sat.* 9. 56. Difficilis aditus. *Ces.* 3. *B. G.* 44. ascensus. *Id.* 6. *ibid.* 7. transitus. *Juvenal.* 13. 213. cibus. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 13. 15. (33). venter. h. e. adstrictus. *Id.* 24. *ibid.* 5. 13. (22). partus. *Id.* 23. *ibid.* 9. 83. (185). urina. — b) *Difficile* est cum infinito. *Ter. Andr.* 1. 3. 6. Cui verba dare difficile est. *Cic.* *Amic.* 8. 26. Studiis enim generorum, præsertim in re bona, quum difficile est, tum ne æquum quidem obsistere. *Cœs.* 1. *B. G.* 14. Qui si alicujus injuria sibi conscienti fuisset, non soissem difficile carere. *Nepos Att.* 16. Ut judicari difficile sit, cui æstatu fuerit aptissimus. — c) *Difficile* est cum Accusativo et Infinito. *Plaut.* *Trin.* 3. 1. 20. Nimum difficile st reperi amicum, — cui tuam rem credideris, sine omni cura dormias. *Lucret.* 3. 360. Dicere porro, oculos nullam rem cernere posse, Sed per eos animum ut foribus spectare reclusis, Difficile est. *Cic.* 2. *Invent.* 45. 130. Non suisce si grave, nec difficile eam causam excipere. Adde *Lucret.* 1. 138.; et *Horat.* *Art.* P. 128. — d) *Difficile* cum Supino. *Cic.* *Tim.* 11. Difficile factu est: a diis ortis fidem non habere. Adde eum. 1. *de republ.* 43., 3. *Nat.* D. 1. 1. et 1. *Off.* 21. 71. *Id.* 1. *Fam.* 7. Difficile dictu est de singulis. Adde eum. *Amic.* 7. 23. *Sall. Jug.* 91. extr. Difficile aditum. *Liv.* 10. 34. migratu. — e) Cum præpos. ad et Accusativo. *Liv.* 3. 5. Difficile ad fidem est, quot reciderint, exacto affirmare numero. *Lucret.* 2. 1025. Res difficilis ad credendum. *Cic.* 1. *Off.* 35. 126. Decorum illud est difficilis ad eloquendum. *Id.* 10. *Fam.* 5. ad judicandum. *Id.* *Orat.* 55. 184. ad inveniendum. *Quintil.* 8. *procem.* 4. ad percipiendum. — f) Cum Dativo. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 79. (151). Cibus difficilis concoctioni. *V. Drakenb.* ad *Liv.* 45. 29. — g) *In difficili* esse est difficile esse. *Liv.* 3. 63. sub fin. Adeo moderatio tuenda libertatis in difficilli est. Adde *Cels.* 5. 26. n. 1.; et *Scenola Dig.* 28. 2. 29. *ad fin.* — h) Absolute. *Curt.* 6. 2. 20. Difficillima possere. *Quintil.* 2. 8. 8. Difficillora dissentit. *Id.* 11. 2. 42. Difficillora debent esse, quæ exercent, quo sit levius ipsum illud, in quod exercent. *Id.* 5. 10. 93. Exempla ex difficiliore. Et cum Genit. *Id.* 1. 1. 30. Difficillima quæque syllabarum. ¶ 2. Speciam de morali charactere ponitur; et difficilis homo dicitur, qui aspera natura est et durioribus moribus. et facile offenditur consuetudine allorum. *Accius* apud *Cic.* 3. *Nat.* D. 29. 72. Parentes illipidus, in liberos difficultis. *Ter. Heaut.* 3. 2. 24. Difficilis senectus. *Cic.* *Orat.* 29. 104. Difficile ac morosum esse. Adde eum. *Senect.* 18. 65. et 1. *Fin.* 18. 61.; et *Horat.* 2. *Sat.* 5. 90. *Id.* *Horat.* 3. *Od.* 19. 11. Difficilis Penelopes. *Ovid.* 2. *Art. am.* 566. Rusticum et difficultem esse alicui. *Id.* 2. *Pont.* 2. 20. precibus alicuius. *Horat.* 3. *Od.* 7. extr. et te sæpe vocanti Duram difficultis mane. h. e. ne sinas te exorari. *Nepos Att.* 5. Homo difficultissima natura. *Horat.* 1. *Od.* 13. 4. meum Fervens difficulti bile tumet jecur. h. e. aspera ira.

**DIFFICILITER**, adverb. Idem ac difficile. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 16. 50. Cur deinde non, ut difficulter a vero internoscatur? *Colum.* 5. *R. R.* 3. 1. Difficiliter mensuras imbibimus agrorum. Adde eum. 5. *ibid.* 7. 1.

**DIFFICUL.** *V.* **DIFFICILIS** init.

**DIFFICULTAS**, atis, f. 3. arduitas, labor, negotium (It. difficultà, malagevolezza; Fr. difficulté, obstacle, incommodité, fatigue, situation difficile, critique; Hisp. dificultad, embarazo, obstáculo; Germ. die Schwierigkeit, schwierige Lage, Noth, Mangel, d. Beschwerlichkeit; Angl. difficulty, trouble). Usurpatur ¶ 1. Generatim; et quidem — a) Absolute. *Plaut.* *Epid.* 2. 2. 105. Ne qua difficultas eveniat. *Ter. Heaut.* 4. 4. 45. Neutra in re vobis difficultas a me erit. *Cic.* *Brut.* 6. 25. Hoc habet magnam difficultatem. *Id.* 4. *Fam.* 2. *ad fin.* Intricare in magnam difficultatem. *Id.* *Fat.* 17. 39. In difficultates debili. *Id. Topic.* 25. 93. Aut omnino fieri non possunt, aut sine summa difficultate non possunt. *Id.* *Quinct.* 2. 10. Tot tantisque difficultibus affectus atque afflictus. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 11.; et *Ces.* 7. *B. G.* 10. Alterre difficultati alicui ad aliquid faciendum. *Cœs.* 3. *B. C.* 15. Res est in ma-

qua difficultate. *Id.* 7. *B. G.* 35. In magnis difficultibus esse. *Quintil.* 11. 1. 68. Difficultas et labor. *Add. Curt.* 4. 2. 9., 1. 11. 17. et alibi; *Sueton.* *Jug.* 40.; et *Plin. Paneg.* 3. et 91. Alter *Plin.* 15. *Hist. nat.* 13. 13. (45). Persicæ arbores sero et cum difficultate transire. *Id. præfat.* 5. Vincere difficultates. *Id.* 8. *ibid.* 23. 35. (87). Perrumpere omnes difficultates. *Pacat. Paneg. Theod.* 19. Difficultatis artem adhibere. scilicet in aula. — b) Cum addito — Genitivo rei, in qua difficultas inest. *Cic.* 7. *Verr.* 20. 51. Summa difficultas navium. *Id. Dom.* 5. 12. et *Sueton. Aug.* 41. Difficultas annorum. *Cic.* 5. *Verr.* 82. 190. vecturae. *Cæs.* 7. *B. G.* 56. viarum. *Id. ibid.* 17. Difficultate rei strumentaria affectus exercitus. *Auct. B. Alex.* 43. Pressus difficultatis omnium rerum. *Sall. Cat.* 57.; et *Sueton. Tib.* 21. rerum. Sic *Cic. Divin.* in *Q. Cæcil.* 12. 40. Magnitudo rerum ac difficultas. *Sall. Jug.* 98. loci. *Trebell. Poll.* xxx. tyr. 26. et *Gall. duob.* 10. locorum. *Colum.* 2. *R. R.* 4. 10. Difficultatem acceditatis infringere. *Sueton. Ner.* 41. Difficultas organi hydraulici. *Spartian. Hadrian.* 6. ærarii. — Cum eodem Genitivo refertur aliquando ad mortuum. *Cels.* 2. 2. *sub fin.* Considerandum est, num cui sèpius horum aliquid eveniat, neque ideo corporis ulla difficultas subsequatur. *Id.* 3. 1. Difficultas morbi. *Id.* 2. 1. urinæ. et *ibid.* in *fin.* spirandi. — Cum Genit. Gerund. *Cic. I. Divinat.* 47. 105. Difficultas laborque discendi. *Id. I. Orat.* 18. 82.; et *Cæs.* 3. *B. G.* 12. navigandi. *Cic. I. Orat.* 26. 120. dicendi. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. pontis faciundi. *Id.* 3. *ibid.* 10. belli gerendi. *Popisc. Carin.* 20. plumantri. — Cum Genitivo personæ, quæ difficultate premitur. *Cic. 7. Verr.* 20. 51. Quod recentibus suis officiis, integra re, nullis populi Romani difficultibus assequi non poterunt. — c) Cum Adjectivis, quæ Genitivi seu rei vicem gerunt. *Cic. I. Cat.* 6. 14. Difficultas domestica. h. e. inopia. *Id. 4. Verr.* 28. 69.; et *Sueton. Tib.* 48. Esse in summa difficultate nummaria. — d) Cum præpos. in et Ablativo rei, in qua inest difficultas. *Quintil.* 6. 3. 1. Quanta sit in ea (*virtute*) difficultas. Cf. *Id.* 11. 1. 68. In his minor est labor, illic plus difficultas. *Id.* 2. 3. 2. Difficultas in eluendis vitiis. ¶ 2. Speciam pro moribus difficultibus, asperis, duris. *Cic. Mur.* 9. 19. Sulpicius multorum stultitiam perpessus est, arrogiam pertulit, difficultatem exsorbut.

**DIFFICULTER**, adverb. Comp. *Difficillius* et Sup. *Difficillime*. — Difficulter est idem quod difficile et difficulter, sed majoris usus. — a) Posit. *Cic. 2. Invent.* 56. 169. Quid difficulter fieri, et quid facile possit. *Sic legunt optimi Codd.*; at difficile. *Cæs.* 1. *B. C.* 62. Difficulter atque ægre facere aliquid. *Auct. B. Alex.* 48. Difficulter dissimilare odia. *Sall. Cat.* 14. Dolis haud difficulter capiebantur. *Liv.* 1. 52. Haud difficulter persussum Latinis. *Tac.* 12. *Ann.* 35. Amnem haud difficulter evadit. *Curt.* 7. 6. Haud difficulter concitaverunt ad arma. *Add. Sueton. Vitell.* 1. et 4. et *Claud.* 41.; et *Quintil.* 1. 3. 3. — b) Compar. *Cæs.* 7. *B. G.* 58. Postquam id difficilius confisi animadvertisit, etc. *Plin. 22. Hist. nat.* 21. 28. (56). Difficilius econcoquitor. *Add. Sueton. Cæs.* 25., *Ner.* 49. et *Rhetor.* 1.; et *Quintil.* 1. 12. 8. et 11. 2. 28. — c) Superl. *Cic. Amic.* 17. 64. Versa amicitia difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur. *Plin. 19. Hist. nat.* 7. 35. (117). Omnia difficultissime apium nascitur.

**DIFFIDENS**, entis. ¶ **DIFFIDO**.

**DIFFIDENTER**, adverb. Comp. *Diffidentius*. — Diffidenter est cum diffidentia. *Cic. Cluent.* 1. 1. Timide et diffidenter attingere rationem beneficiorum criminum. *Liv.* 32. 21. Miramini, cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, ut pro rege arma capremus adversus Romanos, modo erigerit. *Justin.* 38. 7. 4. Timidius ac diffidentius ingredi bella.

**DIFFIDENTIA**, *æ*, *f.* 1. actus diffidendi, sive ut ait *Cic. 2. Invent.* 54. 165. Fidentia contrarium est diffidentia (lit. sconfidencia, diffidenzia; Fr. défaut de confiance, défaillance; Hisp. desconfianza, defidencia; Germ. das Fehlen des Vertrauens, Misstrauen; Angl. mistrust, distrust, diffidence). Usurpatur — a) Cum Genitivo rei. *Cic. 4. Tusc.* 37. 80. Metus quoque et diffidentia expectati et impendenti mali. *Sall. Jug.* 60. Diffidentia rei simillima. *Id. ibid.* 100. Diffidentia causæ. Sic *Plin.* 5. *Ep.* 1. Coheredes transigere cupiebant, non diffi-

dentia cause, sed metu temporum. *Sueton. Oth.* 9. Moriendi impletum cepit, magis pudore, quam desperatione ulla, aut diffidentia copiarum. *Quintil.* 11. 3. 142. Fateri diffidentiam memoriam. *Tac.* 1. *Hist.* 72. Diffidentia præsentium mutationem pavens. — b) Sine Genitivo. *Ovid. Remed.* am. 543. Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit. *Fronto 4. ad M. Cæs.* 3. Diffidentia profecto audaciam prohibet. *Quintil.* 9. 2. 72. Nec pudor videtur, quod non palam objicias, sed diffidentia. *Add. eund.* 8. *proœm.* 27. *Id.* 5. 7. 1. Pro diffidentia premitur (*Signatorum*) absentia. *Justin.* 1. 8. 10. Quippe simulata diffidentia propter vulnus accepta etc. — c) Sequentia Infinito. *Sall. Jug.* 100. Vigilias ipse circumire, non tam diffidentia futurum quæ imperavisset, quam uti etc.

**DIFFIDO**, fidis, fidis, fidum vel fidum, fidere, n. 3. (dis et fido). Præterit. *diffidi* pro *diffidus sun* est *Quintil. Declam.* 287. Causæ patris diffidit vir fortis. *Ahi leg.* diffidisset. — Part. *Diffidens* (etiam in fin.) et *Diffidus*. — Diffidere est non fidere (lit. diffidare, diffidarsi, non avere fidanza; Fr. ne pas se fier à, avoir de la défaillance, ne pas compter sur, douter; Hisp. desconfiar, rezelarse, temer; Germ. miss-trauen, kein Vertrauen haben, verzweifeln; Angl. to distrust, mistrust, despair). Recta verbo con-fidere opponitur apud *Cic. Cluent.* 23. 63. Eum potius, qui sibi aliqua ratione diffideret, quam qui omni ratione considereret. — Usurpatur — a) Se-pissime cum Dativo. *Plaut. Rud.* prol. 82. Valete, ut hostes vestri diffidant sibi. *Lucret.* 5. 1347. ipsique perire, Qui numero diffidebant armis vacabant. *Id.* 1. 268. Ne qua forte tamen cœptæ diffidere dictis. Add. *eund.* *ibid.* v. 334. *Cic. Prov. cons.* 16. 38. Homines diffisi ipsi sibi. *Id. Mur.* 30. 63. Me diffidum ingenio meo quæsisse adjumenta doctrinæ. *Id. 2. Fin.* 27. 86. Qui diffidet perpetui-tati honorum suorum, timeat necesse est. *Id.* 2. *Fam.* 10. Parthos times, quod diffidis copiis nostris. *Id. 2. Divinat.* 3. 8. Dubitans et mihi ipse diffidens. *Id. Pis.* 36. 89. Diffidens et desperans suis rebus. Add. *eund.* pro leg. *Manil.* 9. 23. Sic *Sall. Jug.* 32. et 75. Diffidere suis rebus. *Id. Cat.* 31. sibi patriæque. *Id. ibid.* 45. Diffidens vita. *Id. Jug.* 47. veteri exercitu. *Id. ibid.* 54. armis. *Cæs.* 6. *B. G.* 38. sua atque omnium salutis. *Id. 3. B. C.* 94. summaria rei. *Sulpicius apud Cic. 4. Fam.* 5. *sub fin.* Plura de hac re scribere puden, ne videat pru-dentiae tuae diffidere. *Ovid. 1. Met.* 397. monitis. Add. *Curt.* 8. 2. 27. *Tac.* 15. *Ann.* 36. Defensioni diffidit. *Id. ibid.* 55. Diffidere testamento. h. e. non sperare, locum et vim fore testamento. *Justin.* 4. 3. 4. viribus suis. *Id. 16. 4. 14.* viribus propriis. *Quintil.* 6. 1. 2. et 1. 4. 33. memoriae. *Val. Flacc.* 5. 593. comptis capillis. — b) Cum Accusativo et Infinito. *Cato R. R.* 157. a med. Quod diffidas sa-nos facere, facies. *Lucret.* 5. 1156. Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 3. 7. Invenire se posse quod cuperent, diffisi sunt. Cf. *eund.* *Orat.* 1. 3. Desperatione debilitati, ex-periri id volunt, quod se assequi posse diffidunt. Add. *eund.* *Quinct.* 24. 77. *Cæs.* 6. *B. G.* 35. Diffidens, *Cæsarem* fidem servaturum. *Quintil.* 10. 1. 426. Quum placere se in dicendo diffideret. — c) Raro et apud sequioris avi scriptores cum Ablativo. *Sueton. Cæs.* 3. Cum ingenio ejus diffidens, tum occasio-ne. Alii tamen leg. occasioni. *Tac.* 2. *Hist.* 23. Diffidere paucitate cohortium. At leg. paucitati. Certior est lectio apud *Lactant.* 5. 20. Diffidere potestate. Et *Eumen. Paneg. ad Constanti* 12. Inopinantes adortus es, non quo aperto Marte diffide-re, sed etc. — d) Passive impersonaliter. *Tac.* 15. *Ann.* 4. Annis partem inurorum ambit: et ducta ingens fossa, qua fluvio diffidebatur. zō fluvio est Dativus. — e) Absolute. *Plaut. Herc.* 5. 2. 15. Eundem ex confidente actum diffidem (facit) denuo. *Id. Epid.* 1. 2. 9. Nihil agit, qui diffidentem verbis solatur suis. *Cic. Mur.* 21. 45. Vides ne tu illum tristem? jacet, diffidit, abiecit hastas. *Id.* 1. *Divinat.* 25. 53. Ita graviter æger fuit, ut omnes medici diffiderent. — Interdum additur præpos. de cum Ablativo; et de idem est ac quod attinet ad, ut apud *Cic. 12. Att.* 43. De Othoni, diffido, fortasse quia cupio. Similiter *Auct. Paneg. ad Constanti.* 1. Cur ego in me de tuo favore diffidam? h. e. quod ad tuum in me favorem attinet, cur etc. — Illic Part. præsens, cuius plura superius exempla retulimus,

**Diffidens**, entis, adjective quoque occurrit. *Sueton. Claud.* 35. Nihil tæque, quam timidus ac diffi-dens fuit. *Id. Tib.* 65. Sic quoque diffidens tumultumque metuens.

**DIFFINDO**, fidis, fidis, fidum vel fidum, fidere, a. 3. (dis et fido). *Diffidus* pro *diffidus* legitur apud *Fronton. ad Verum Imp.* Ep. 8. — Part. *Diffidens* I; *Diffidus* I. et II. 2. — Diffindere est in diversas partes fidere (It. fender, spaccare, di-videre; Fr. fendre, séparer, diviser; Hisp. hender, dividir, rajar; Germ. zer-spalten, zertheilen; Angl. to cleave or part asunder, split).

I.) Proprie. *Ennius* 15. *Ann.* 1. Diffindere na-llos. *Lucret.* 6. 583. Ventus (subterraneus) diffidens terram. *Cato R. R.* 41. Vitea medium diffi-dito per medullam. *Varro 1. R. R.* 40. 6. Diffidus ramus. *Catull.* 97. 7. cunnus. *Horat.* 1. Sat. 8. 47. natis. *Cic. 1. Divinat.* 13. 23. satum. *Id. Senect.* 15. 51. Deinde (terre vis ac natura) tepefactum vapore et compressu suo diffidit (sernum) et elicit herbescentem ex eo viriditatem. *Alii missus recte leg.* diffidit. *Virg. 9. Æn.* 589. tempora plumbo diffidit. *Fronto ad Verum Imp.* (edente iterum A. Mai) Ep. 8. Sicut in extis diffissa plerumque minima et tenuissima maximas significant prosperitas. ¶ **FISSICULO**.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Cic. Tim.* 7. Hanc omnem conjunctionem duplice in longitudinem diffidit. *Horat.* 3. *Od.* 16. 13. Diffidit urbium portas vir Macedo munieribus. *Apul.* 9. *Met.* Rigenter servi tenacitatem diffidere. ¶ 2. Speciam diffidere diem in re forensi est actionem illius diei interrupere et in posterum differre. *Liv.* 9. 38. sub fin. Si legem curiam de imperio ferent, triste omen diffidit diem. *Gell.* 14. 2. Jussi igitur, diem diffindi, atque inde a subsellio etc. *Ulp. Dig.* 2. 11. 2. § 3. Let duodecim Tab., si judez vel alteruter ex litigatoribus morbo sonico impediatur, iubet, diem judicii esse diffidum. Hinc dies diffidus volunt non nulli legi etiam in fragm. legg. xii. Tab. apud *Festum p.* 273. 26. *Müll.* At ipse cl. Müll. recte ibi legit: *BO DIB DIFFIDVS ESTO;* et in *Suppl.* adnotat. p. 401. hæc alt: « Quod in Festi Cod. habetur diffidens, Urin. mutavit in diffidens, quia apud Ulpianum in eadem lege diffidens legitur. Quidam, sed minus boni, Digestorum libri habent diffidens, unde *Scalig.* suum diffidens duxisse videtur. Omnia autem apitissimum est illud diffidens, neque aliud quidquam in xii. Tab. suis existimo, quum significatus verbi *DIFFIDO*, unde offendo, defendo, in-fensus, infestus, confessim, festino descendunt, quibus illud ostenditur synonymum fere suis se-riendo et trudendo, melius huic rei conveniat, quam fidendi aut fundendi notio. Quod posteriorum temporum usu diceretur: *eam ob causam dies diffidet:* maiore cum vi nec sine emphasi quadam sic pronunciatatur: *BO DIB DIFFIDVS ESTO.* » ¶ 3. Metaphoræ sumptuæ a re forensi (¶ paragr. 2 proxime super.) dixit *Varro 1. R. R.* 2. 5. Diem si nou diffidenderem meo insiticio somno meridie. h. e. nisi diem meridianum tempore, interposito somno, divide-rem. ¶ **MERIDIATIO** et **MERIDIO**.

**DIFFINGO**, gis, gere, a. 3. (dis et fingo) proprie est reformare, deformare quod factum est et in aliam formam mutare. — Præter *Horat.* qui hoc verbo uteretur, inveni adhuc neminem.

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Od.* 35. 38. O ultimam nova Incide diffingas retusum in Massagetas Arabasque ferrum. *At. leg.* diffingas, sed minus recte.

II.) Translate est corrumpere, labefactare, de-struere quod factum et formatum est. *Horat.* 3. *Od.* 29. 47. Neque diffinget insectumque reddet, Quod fugiens semel hora verit. *Klotz* addit etiam illud ejusd. 2. *Sat.* 1. 79. equidem nihil hinc diffingere possum. At hic præstat legere diffidere, h. e. de-cernere: V. *Kitter* et *Bentlejum* ad h. l. *Præterea* nonnulli hoc verbum legunt etiam 1. *Sat.* 10. 37. Diffingit Rheni luteum caput. At hic certe legendum est defungit.

**DIFFINIO**. ¶ **DEFINIO** sub init.

**DIFFINITIO**. ¶ **DEFINITIO** sub init.

**DIFFISSIO**, ônis, f. 3. actus diffidendi. Transla-te *Diffissio rerum* est prorogatio actionis in dicem posterum, ut in *DIFFINDO* dictum est. *Gell.* 14. 2. In rerum diffisionibus et conperenditionibus. Est qui ait legit.

**DIFFISSUS**, a, um. ¶ **DIFFINDO**.

**DIFFISUS**, a, um. *V.* DIFFIDO et DIFFINDO.

**DIFFITEOR**, éris, eri, dep. 2. (dis et fateor) non fateor, non concedo, nego. *Plancus apud Cic.* 10. *Fam.* 8. a med. Nunquam diffitebor, multa me simulasse et dissipulasse. *Ovid.* 3. *Amor.* 14. 28. Et pudor obscenum diffiteatur opus. *Auson.* *Cæsar.* 14. Quem fateare bonum, diffiteare parem.

**DIFFLATUS**, a, um. *V.* DIFFLO.

**DIFFLATUS**, us, m. 4. actus fandi in partes diversas. *Amnian.* 15. 11. 18. Hinc Rhodanus quis advenis locupletior, vehit grandissimas naves, ventorum difflati jactari saepius adsuetae.

**DIFFLETUS**, a, um, particip. ab inusit. *difflo*, flendo corruptus. *Apul.* 1. *Met.* Uxor morere deformata, diffletis pene oculis suis, etc. Sic *Id.* 5. *Ibid.* Deslebat oculos eodem sensu dixit. Et *Quintil.* 6. *Declam.* 4. Cognita clade, uxor totos eslevit oculos.

**DIFFLO**, as, évi, étum, are, a. 1. (dis et flo). Part. *Difflatus*. — Difflo est fando disperdo, dissipo. *Lucilius apud Non.* p. 97. 12. *Merc.* Pars diffatur vento, pars autem obrigescit frigore. *Plaut.* *Mil. glor.* 1. 4. 17. Cujus tu legiones difflavisti spiritu, quasi ventus folia. *Auson.* *Ephem.* sub fin. Irrequia vagi qua difflati nubila nimbi. *Id. ibid.* n. ult. purgantibus Euris Difflatæ liquidum tenuentur in aera nubes. *Prudent.* *Hamartig.* 388. Excitus difflati pulvere ventus. *Auson.* *Edyll.* 14. 19. Forsitan unus odor, sed celior ille, per auras Diffatur. *Al. leg.* difflati.

**DIFFLUO**, is, ere, n. 3. (dis et fluo). Part. *Diffluens* in omnibus paragr. — Diffluere est in diversas partes fluere (It. scorrere quâ e là o da ogni parte; Fr. couler de côté et d'autre, se répandre en divers sens, s'étendre en courtant; Hisp. correr, distilar acá y allá; Germ. auseinanderfließen; Angl. to flow on all sides, flow or un over, overflow).

I.) Proprie. *Lucret.* 3. 436. quassatis undique vasis Diffluere humorem, et latitem discedere cernis. *Id. ibid.* 198. Ab summo tibi diffusat altus acervus. Cf. *eumd.* 6. 971. Diffusat ambrosia quasi vero et nectare tinctus. *Al. tamen rectius leg.* Effusat. *Cic.* *Brut.* 91. Fluvius extra ripas diffluens. *Cæs.* 4. *B.* 4. *Rhenus*, ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluent partes.

II.) Translate. ¶ 1. Diffluere est corrumpi, dissipari, solvi. *Lucret.* 1. 1036. privata cibo natura animantium Diffuit amittens corpus. *Phœdr.* 4. 24. Repente duo quum juvenes, sparsi pulvere, Sudore multo diffuentes corpora. Sic *Plin.* 21. *Hist. nat.* 13. 44. (75). Qui edere (hanc herbam perniciosa), abiciunt se humi, refrigerationem querentes, nam et sudore diffluunt. *Seneca Ep.* 91. Juga montium diffluent, totæ desedere regiones. — Similiter *Cic.* *Orat.* 70. 233. Si alicujus inconditi erripias aliquam sententiam, eamque, ordine verborum paulum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit ante diffluens ac solutum. ¶ 2. Ponitur et pro abundare, sed fere in malam partem. *Ter. Heaut.* 5. 1. 72; et *Cic.* 1. *Off.* 30. 106. Quam turpe sit diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere. Adde *Vulcat.* *Gall. Avid.* *Cass.* 5. *Liv.* 7. 29.; et *Colum.* 12. *R. R.* proœm. 9. Diffluere luxu. *Prudent.* 1. *Syrmach.* 125. In luxum. *Rursus Cic.* *Amic.* 15. 52. Diffluere delicia. *Id.* 3. *Orat.* 32. 131. Græci diffuentes otio. *Apul.* 3. *Met.* Totus populus risu cachinnabili diffluens. *Gell.* 1. 15. Diffluere verbis humidis. *Capitolin.* *Anton.* *Phil.* 23. Diffuentes matronarum mores. h. e. effrenati. *Spartian.* *Æl.* *Ver.* 5. Voluptates aliquatenus diffuentes.

**DIFFLUVIO**, as, are, a. 1. dividio in duas partes, diffundo. *Colum.* *Arbor.* 7. 5. Sin autem vitis exiguae materiam habebit, et in diversos ordines discendenda erit, neque alter potuerit palos, ad quos perducitur, pertingere, quam ut diffluviet, curabis, ut quam acutissima falce ab ea parte, qua bifurca est, findas eam, et eodem ferro acuto plagam emenes. *Alii perperam legunt diffluat vel diffluetur.* *J. Schneid.* ad *Pallad.* 12. *R. R.* 15. 3.; et cf. *FLUVIATUS* et *QUADRIFLUVIVUM*.

**DIFFLUUS**, a, um, adject. diffluens. *Mattius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 16. Sumas ab alio lacte diffluos grossos.

**DIFFLUXIO**, ônis, f. 3. fluxus. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 18.

**DIFFORS**, ortis, adject. (dis et fors). *C. Jul.* *Vi-*

ctor

(editus ab *A. Mai.*) *Art. rhet.* 3. § 3. Si neque de facto, neque de persona negamus, superest, ut confessi communis nos, quod objicitur, negemus id, quo accusator vult nomine vocandum, ut sit finis. Ut, dives inimici pauperis statuan verberavit; reus est injuriarum. Hic enim non negat a se dives, quod intenditur, factum; sed difforte se tuerit, id est non hanc esse injuriam. Diffors enim est oratio, que id, quod diffinit, explicat, quid sit; et ideo in hoc nomine controversia est, quia quum de facto conveniat, queritur, quo id, quod factum est, nomine appelletur. Infirmatur diffors eo, quod deest. *Id. ibid.* § 5. Pragmatica controversia fit modis pluribus. Nam et deliberativum est questionis genus. Sed si modo res apud judicem agatur, persuasoria est controversia negotialis; quo in genere sunt omnes diffortes.

**DIFFRACTUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DIFFRINGO**, fringis, fractum, fringere, a. 3. (dis et frango). Part. *Diffractus*. — Diffringo est in variæ partes frango. *Plaut.* *Ast.* 2. 4. 68. Crura hercule diffringentur, ni etc. *Sueton.* *Aug.* 17. Diffringere gubernaculum. *Id. Cæs.* 37. Pæne curru excusus est, axe diffracto. *Vitriv.* 10. 6. Colossici Apollinis basis a vetustate diffracta.

**DIFFRIGO**, fugis, fugi, fugere, n. 3. (dis et fugio). Part. *Diffugiens*. — Diffugere est in diversas partes fugere; et ponitur etiam pro simplici fugere, aut profugere (It. fuggire chi in qua, chi in là; Fr. fuir ça et là, se disperser en désordre, se dissiper; Hisp. huir acá y allá; Germ. auseinanderfließen, auseinandersteiben, verschwinden; Angl. to fly different ways, flee or run away). Usurpatur — a)

Stricto sensu de animalibus; et quidem — Absoluto. *Lucret.* 5. 1337. Diffugiebat enim varium genus omne ferarum; Ut nunc saepè boves Luce ferro male mactæ Diffugiunt. *Virg.* 3. G. 150. silvis diffugunt armenta. *Cic.* 2. *Phil.* 42. 108. Metu perterriti repente diffugimus. *Horat.* 1. *Od.* 34. 26. diffugunt cadis Cum lære siccati amici. *Virg.* 4. *Æn.* 123. Diffugunt comites, et nocte teguntur opaca. *Ovid.* 7. *Met.* 257. Diffugunt jussi. *Sueton.* *Cæs.* 82. Diffugientibus omnibus. Adde *eumd.* *Ner.* 47., *Cal.* 57. et *Claud.* 10. *Claudian.* *Epith. Pall.* et *Celer.* 110. et raucae stagna Padusæ Diffugiebus nudavit olor. — NB. Apud *Ces.* 1. *B.* C. 82. Videri prælium diffusisse, magnum detrimentum afferebat. al. rectius leg. defugisse. Eadem lectionis varietas est etiam apud *Cic.* 3. *Off.* 32. 114., ubi V. *Orell.* — Cum addito, quo quis diffugit. *Auct. B.* G. 8. 35. Perterriti diffugunt ad sua præsidia. *Virg.* 2. *Æn.* 399. ad naves. *Liv.* 28. 2. Celtiberi in proximas dilapsi silvas, inde domus diffugerunt. *Id.* 21. 28. Diffugere in vicos suos. Adde *eumd.* 5. 38. et 24. 36. *Virg.* 5. *Æn.* 676. Ast illæ diversa metu per littora passim Diffugiunt. *Val. Flacc.* 3. 255. versi per agros diffugunt. — b) Poetice ponitur etiam de abstractis et inanimis, quæ cessant, aut ab oculis evanescunt. *Lucret.* 3. 46. Diffugunt animi terrores. Adde *eumd.* 1. 1096. et alibi. *Horat.* 1. *Od.* 18. 3. neque Mordaces aliter diffugunt sollicitudines. *Id. ibid.* 7. 1. Diffugere nives. *Ovid.* 2. *Met.* 114. stellæ. *Val. Flacc.* 4. 644. maria ante ratem, maria ipsa repente Diffugere. — Et cum additis. *Lucret.* 3. 223. Spiritus unguenti suavis diffugit in auras. Et *Id.* 4. 566. In multis igitur voces vox una repente Diffugit, in privas quoniam se dividit aures. h. e. dispertit.

**DIFFUGIUM**, xi, n. 2. fuga. *Tac.* 1. *Hist.* 39. Proximum diffugia languentibus jam studiis.

**DIFFULGÜRO**, as, are, a. 1. fulgura spargo. *Sidon. carm.* 11. 20. Postes chrysolithi fulvus diffugatur ardor.

**DIFFULMINO**, as, are, a. 1. fulmine disjicio. *Sil.* *It.* 5. 276. diffulminat omnem Obstantum turbam.

**DIFFUMIGO**, as, are, a. 1. idem fere ac sumigo. *Theod.* *Priscian.* 4. 1. Primo diffumigatur mulier sedens de storace.

**DIFFUNDITO**, as, évi, étum, are, a. 1. frequenter a diffundo. Part. *Diffunditans*. — Diffundito est vehementer, aut saepè diffundo. *Plaut.* *Merc.* prol. 56. Rationem pessimam esse, ea, quæ ipsus optima omnes labores invenisset perfserens, amoris vi diffunditari ac deteri. h. e. prodige profundi atque absumi. *Amnian.* 18. 5. Diffunditare pretium per domos. *Id.* 16. 12. Ubique sese diffunditans. *Id.* 21. 1. Sol mens mundi nostras mentes velut scintillas ex sese diffunditans.

**DIFFUNDO**, fundis, fudi, fusum, fundere, a. 3. (dis et fundo). Part. *Diffusus* in omnibus paragr. et in fin. — Diffundere est in diversas partes fundere, spargere, effundere (It. diffondere, versare o spargere qua e là; Fr. étendre in versant, verser, répandre; Hisp. echar, verter, vaciar acá y allá; Germ. durch Ausgiessen verbreiten, auseinander-giessen, ergiessen; Engl. to pour out or scatter all over, pour out, spread, scatter, disperse, diffuse).

I.) Proprie dicitur de liquidis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 10. 26. Nisi eadem (aqua in glaciem concreta) se admixta calore liquefacta et dilapsa diffundet. *Ovid.* 1. *Met.* 36. Tum fræta diffundi rapidisque tumescere ventis Jussit. *Catull.* 61. 354. Unda quæ diffunditur Hellesponto. *Curt.* 8. 13. 8. Flumen quatuor in latitudinem stadia diffusum. Adde eumd. 6. 4. *Id.* 3. 1. 3. Annis diffusus. *Lucan.* 1. 654. Diffusum æquor. — Et cum additis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. Sic *Ovid.* *Ib.* 607. Cruor diffusus in artus. Similiter *Juvenal.* 3. 226. Hortulus hic, puteusque brevis, nec reste movendus, In tenues plantas facili diffunditur haustu. *Pallad.* 1. *R. R.* 18. 2. Ut etiam si ignorata se cupa diffuderit, lacu subditu exelpiantur non peritura vina quæ fluerint. h. e. vitium fecerit et vinum effuderit. — *Diffundere vinum* quid sit, *V.* in **DEFUNDO**. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 4. Vina bibes iterum Tauro diffusa. *Juvenal.* 5. 30. Ipse capitulo diffusum consule potat. Adde *Lucan.* 4. 379.; et *Colum.* 12. *R. R.* 28. 3. et 3. *ibid.* 2. 26.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de rebus physicis, quæ non sunt liquidæ, et facile in varias partes disperguntur. *Lucret.* 1. 9. Placatumque nitet diffuso lumine cælum. Adde *eumd.* 3. 22. *Cic.* 2. *Nat. D.* 37. 95 Lux toto cælo diffusa. *Val. Flacc.* 6. 56. Diffundere radios fulminis. *Id.* 3. 559. Phœbus jubar diffundit equis. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 9. jam nocte inducere terris Umbras, et cælo diffundere signa parabat. *Ovid.* 9. *Met.* 239. Flamma in omne latus diffusa. *Val. Flacc.* 6. 745. Diffundere nebula. *Martial.* *Spectac.* 2. Diffusæ umbrae. Sic *Petrion.* *Satyr.* 131. aestivas platanus diffuderat umbras. *Lucret.* 5. 470. Ether late diffusus in omnes undique partes. *Virg.* 10. *Æn.* 908. Undantique animam diffundit in armæ cruento. *Lucret.* 4. 570. pars vocum diffusa per auras. Sic *Sil.* *It.* 13. 283. vox. *Cic.* 3. *Orat.* 52. 199. Color diffusus sanguine. *Ovid.* 10. *Met.* 24. in quam calcata venenum Vipera diffudit. *Id.* 9. *ibid.* 162. vim mali per artus. *Veget.* 1. *R. R.* 45. 4., 2. *ibid.* 6. 9. et 3. *ibid.* 15. 14. medicamentum per nare. *Sil.* *It.* 17. 93. pestem. *Plin.* 4. *Ep.* 22. extr. Gravissimus morbus est, qui a capite diffunditur. *Lucret.* 1. 353. Quod cibus in totas usque ab radicibus imis Per truncos ac per ramos diffundit omnes. *Virg.* 1. *Æn.* 323. dederatque comes diffundere ventis. *Ovid.* *Heroid.* 10. 47. Diffusi capilli. Adde *eumd.* *ibid.* 5. 114. *Cæs.* 6. *B.* *G.* 25. Rami quam late diffunduntur. *Colum.* 5. *R. R.* 5. 10. Vitæ totam omni parte in orbem diffundi. *Varro* 1. *R. R.* 37. 5. Alia enim (arbores) radices angustius diffunduntur. *Val. Flacc.* 2. 104. Venus sidereo diffusa sinus. h. e. soluta ad sinum veste. *Lucret.* 4. 202. Per totum cæli spatium (corpuscula rerum) diffundere sese. Adde *eumd.* *ibid.* v. 53. *Sueton.* *Cal.* 42. Per immensos aureorum acervos patentissimo diffusus loco. *Virg.* 11. *Æn.* 465. Diffundere equitem latius campis. Sic *Val. Flacc.* 6. 388. juga sociorum. *Plin.* 2. *Ep.* 17. Via modo coaretatur, modo diffunditur. h. e. dilatatur. Sic alter *Plin.* 16. *Hist. nat.* 6. 8. (25). Glans lignæ suæ angustum, nitidum facit, querna diffusus. h. e. pinguedine tumentem. Similiter apud *Aurel. Vict.* *Epit.* 45. extr. Intemperantia cibi diffundere artus. h. e. distendere nimio cibo et obrucere. *Pucat.* *Paneg.* *Theod.* 20. Diffundere imperium. — Apud *Cic.* *Senect.* 15. 51. Terra semen compressum suo diffundit. rectius legas diffundit. *V.* **DIFFINDO**. ¶ 2. Item de abstractis et similibus. *Cic.* 1. *Divinat.* 36. 79. Dii vim suam longe lateque diffundunt. *Id.* 1. *Legg.* 12. 34. Quum hanc benevolentiam tam late longeque diffusam vir sapientis in aliquem pari virtute predictum contulerit. *Id.* 2. *Fin.* 34. 115. Error longe lateque diffusus. *Horat.* *Epod.* 14. 1. Diffundere oblivionem sensibus. *Ovid.* *Heroid.* 8. 61. Nendo diffundimus iram. *Id.* 9. *Met.* 142. Nendo dolorem diffundere. *Lucret.* 3. 438. animam. *Id.* 3. 582. animæ vim. *Cic. Balb.* 5. 13. Pompeji longe lateque diffusa laus. *Horat.* 1.

*Ep.* 3. 8. Bella quis et paces longum diffundit in ænum? *Virg.* 4. *Æn.* 195. Hæc passim dea fæda (*h. e.* Fama) virūm diffundit in ora. *Curt.* 6. 11. Terror diffusus per tota castra. *Plin. Paneg.* 56. In immensum diffunditur oratio. *Quintil.* 7. 10. 12. Per totam orationem diffundere affectus. *Ovid.* 3. *Art. am.* 9. Parcite paucarum crinea diffundere in omnes. *Cic. Sext.* 45. 97. Numerus optimatum late et varie diffusus. *Virg.* 7. *Æn.* 708. Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et genis. *h. e.* descendit ac propagatur. ¶ 3. Speciatim dicitur de animo, et est recreare, solvere a curis, hilarem ac letum reddere. *Cic. Amic.* 13. 49. Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram et quasi ferream quandam volunt: quæ quidem est quam multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, ut et bonis amici quasi diffundatur et incommodis contrahatur. *V. Klotz.* ad *h. l. Petron.* *Satyr.* 10. Diffusus in risum. Adde *eumd.* *ibid.* 71. *Arnob.* 7. 4. Diffundi lætitia. *Ovid.* 3. *Met.* 318. Jovem memorant, diffusum nectare, curas Seposuisse graves. *Id.* 4. *ibid.* 764. epulis functi generosi munere Bacchi Diffudere animos. *h. e.* hilaritatem solverunt. *Id.* 14. *ibid.* 272. et 4. *Pont.* 4. 9.; et *Seneca Ep.* 106. Diffundere vultum. *h. e.* explicare frontem, quod sit in lætitia. Sic *Stat.* 4. *Silv.* 2. 34. sacro diffusus nectare vultus. Et *Id.* 2. *Theb.* 213. diffruderat Argos Expectata dies. — Ille Part. præter. pass., cuius plura superius exempla retulimus,

*Diffusus*, *a, um*, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Diffusissimus*. 1. et 2. — Translate ¶ 1. De rebus physicis, que non sunt liquidæ, et disperguntur, vel extenduntur. *Cic. I. Orat.* 7. 28. Platanus patulis diffusa ramis. *Sic Plin.* 16. *Hist. nat.* 16. 28. (70). Genus buxi diffusus. *Colum.* 1. *R. R.* 4. 7. Diffusiora consæpta. *h. e.* latiora. *Martial.* 3. 31. Diffusus campus. *h. e.* patens, latus. *Plin.* 7. *Ep.* 17. 9. Corona diffusior. *h. e.* auditorum turba numerosior. ¶ 2. De abstractis et similibus. *Cic. 2. Orat.* 33. 142. Jus civile diffusum et dissipatum in certa genera cogere. *Plin. Paneg.* 53. Amplius ac diffusus meritum. *h. e.* ad plures pertinens. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 10. Rusticationis magna et diffusa materia est. *Plin.* 3. *Ep.* 5. 6. Naturæ historiarum tringita septem (*scriptis libros*), opus diffusum, eruditum, nec minus varium, quam ipsa natura. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 10. Diophanes – Dionysium, Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit.

**DIFFUSÉ**, adverb. Comp. *Diffusius*. — Diffuse est disperse, fuse; et occurrit translate tantum. *Cic. 1. Invent.* 52. 98. Enumeratio est per quam res disperse et diffuse dictæ unum in locum coguntur. *Id. 3. Tusc.* 10. 22. Hæc dicuntur a Stoicis contortius, sed latius aliquando dicenda sunt et diffusius. *Avien. Perieg.* 239. Latus hoc terræ diffusius explicat agros.

**DIFFUSILIS**, *e*, adject. qui se diffundit. *Lucret.* 5. 468. levus ac diffusilis æther.

**DIFFUSIO**, onis, *f. 3.* dispersio, dilatatio.

L) Proprie. *Boeth.* in *Cic. Topic.* 2. *p.* 787. Solu quod tecti diffusione tegetur.

II.) Translate. *Seneca Vita beat.* 5. Comitasque et diffusio animi. *Arnob.* 7. 4. Voluptatum diffusio mollescere. — Et de oratione *Boeth.* in *Aristot. lib. de interpr. edit. sec. 4.* *p.* 379. Ut quasi inter tatus brevitatem commentationisque diffusionem mediocris ingrediatur stilus.

**DIFFUSOR**, òris, *m. 3.* qui diffundit. *Inscript.* apud *Gruter.* 466. 7., quæ est apud *Orell.* 4077. REGULANDO EQ. R. DIFFVS. OLEARIO etc. *h. e.*, ut opinor, qui oleum in cados diffundit servandi causa.

**DIFFUSUS**, *a, um*. V. **DIFFUNDO**.

**DIFFUTUTUS**, *a, um*, particip. ab inuisit. *diffusuo*, fatuendo exhaustus. *Catull.* 29. 14. — Affertur et alius locus ejusdem *Catull.* 41. 1.; sed ibi rectius legendum est *defutata pro diffutata*.

**DIGAMIA**, *æ*, *I. 1.* διγάμη, conditio ejus, qui duos uxores vel simul, vel unam post mortem alterius duxit. *Tertull. Monog.* 6.; et *Hieronym.* 1. *advers. Juvinian.* *n.* 37.

**DIGAMMA**, *atis, n. 3.*, *vel*

**DIGAMMON**, *i*, *n. 2.*, *vel* denique

**DIGAMMOS**, *i*, *f. 2.* διγάμμη, διγάμπης, est ¶ 1. Stricto sensu nota aspirationis, que ab Ἀεolis tum præponchatur vocalibus incipientibus a vocali, tum ipsis vocalibus inseretur in medio di-

ctionis, ad biatum vitandum. Quod et Latini aliquando sunt imitati, a quibus olim, teste *Paul. Diacon.* p. 84. 5. *Müll.*, *fedum* pro *hedum*, et *fostram*, *fostem* pro *hostiam*, *hostem* dictum est: et *Formice* oppidum olim *Hormiae* fuit, teste *Plin. 3. Hist. nat.* 5. 9. (59). Est a δι<sup>τ</sup>; bis, et γαμμα, quia ex duplice Γ confusa erat, referebatque figuram Latini f. Itaque Aeoles scribebant Φοῖνος pro οἶνος, et ταῦνος pro ταῦνος, et ωφέλιον pro ωφέλιον, et διόνος: quos Latini imitari, *vinum*, *pavo*, *ovum*, *davus* dicere. Quare usum litteræ V consonantis paulatim præstare coepit, βαῦ, seu φαῦ, vau etiam appellata, teste *Varro.* et *Diodymo* apud *Priscian.* 1. p. 345. *Putsch.*; et a quibusdam grammaticis credita est necessaria ad exprimentum crassiorem illum sonum, qui bodeque a Germanis exprimitur in ea dem u consonante pronuncianda; qui simplici illa v non satis exprimi a Romanis videbatur. Et Claudius quidem imperator, qui tres Latino alphabeto litteras addecerat (*V. H. litt.*), ut *Tac.* 11. *Ann.* 14. et *Sueton.* in *ejus Vita* 41. narrant, ex illis unam hoc digamma invenierat, teste *Quintil.* 1. 4. 7., atque passim usurpari appingue jusserat, figura tamem inversa, hoc modo J. Scribi itaque volebat σεργίς, ιγλυς pro σεργίς, *vulgus*: et similiter in quibusdam antiquis inscriptionibus ex vivo exaratis, ut videtur, apud *Gruter.* 119. 2. legitur ιτελλίος Vitellius, 194. 4. *amplia fit termina fitque*, ampliavit terminavitque, 236. 9. *Digi*, et *XV AIR*, Divi et *XV VIR*, etc. Verum post Claudiu mortem obliterata est, ut *Tac. loc. cit.* scribit, et Latini ad suam v consonantem redierunt. Sed etiamsi forma (inquit *Quintil.* 12. 10. 29.) a nobis repudiata est, vis tamen nos ipsa perseguitur. Durus et illa syllabas facit, que ad conjungendam demum subjectas sibi vocales est utilis, etc. Hæc *Quintil.* Grammatici quoque vel litteram ipsam, vel ejus nomen (v consonam intelligentes) usurpare aliquandiu non destinerat, ut *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 455. Quartæ conjugat, præteritum perfect, vel in iiii exit, vel sublata digamma, in ii, pro nostro arbitrio, ut leniui lenii, audiui audiui. V. plura apud *Voss.* 1. *de Gramm.* c. 16. et 17. et *Lips.* de recta pronuncia. L. L. c. 12. — Ceterum forma digamma occurrat apud *Priscian.* p. 342. et 709. *Putsch.*; forma digammon apud *Quintil.* 1. 4. 7. *Donat.* p. 1736. *Putsch.* et *Cassiod.* p. 2292. *Putsch.*, necnon apud *Cic. loc. cit. sub 2.*; forma digammos apud *Servium* loc. cit., *Terentian.* p. 2387. *Putsch.*, et *Pompej.* ad *Donat.* p. 21. *Lind.* ¶ 2. Latiōri sensu et joculariter legitur apud *Cic.* 9. *Att.* 9. Tuum digamma ridentam. ubi ali fundum significari putant, figura ejus litteræ: ali fenus, ali rectius codicem, in quo præscriberentur fundorum redditus.

**DIGAMUS**, *a, um*, adjct. διγάμος, qui bis uxorem duxit, vel simul ambas, vel alteram post mortem prioris: a δι<sup>τ</sup>; bis, et γαμμας μετιοῖς. *Tertull. Monog.* 6. Abraham digamus. *Hieronym.* *Ep.* 52. *n.* 16. Vidiām hortat, ut digama sit.

**DIGERIES**, *ēi*, *f. 5.* (digero). ¶ 1. Generatim est in ordinem digestio. *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. *post med.* Si digeries (annī et dierum) morsum reprehensionis evasit. *Id. præfat.* 1. 1. Quæcumque hausimus, non patiamur integra esse, sed in quamdam digeriem concoquantur. ¶ 2. Speciatim est ciborum concoctio. *Impp. Valent.* et *Valens Cod. Theod.* 14. 4. 4. § 2. Animal (*porcus*) a possessore tradendum, ob digeriem prius unius noctis tantum, jejunitate vacuetur.

**DIGERO**, gérīs, gessi, gestum, gérere, a. 3. (dis et gero). Part. *Digestus* in omnibus fere paragr. et in lin.; *Digerendus* II. 1. et 2. — Digerere est quasi in diversas partes gerere (unde *Cels.* 4. 7. Quod si satis valet, (oporet) gestando ægrum digerere: si parum, intra domum tantum dimovere. digerere est hoc illuc in diversa loca gestare), adeoque suo quanquam rem loco disponere ac distribuere (It. trarre o portare in parti opposite, distribuire, disporre; Fr. porter en et là, distribuer; Hisp. traer acá y allá, distribuir, disponer; Germ. auseinan-dertragen, – bringen, vertheilen; Engl. to carry hither or thither, distribute, dispose).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 18. Stercus in prata digerere. *h. e.* hic illuc per prata gerere ac distribuere. *Veget.* 1. *Veterin.* 14. 5. Humor per ventrem digeritur. *Plin.* 2. *Ep.* 17. Concepsum vaporem hic illuc digerit et ministrat. *Id.* 8. *ibid.* 20. 6. Interdum juncta copulatæque sunt (*nubes*); interdum discordantibus ventis digeruntur. Sic *Seneca* 7. *Quæst. nat.* 22. Nubes modo congregantur, modo digeruntur. Apud *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 41. (101). digerere uvam dicitur vitis, quæ in grana dividit. *Id.* 24. *ibid.* 17. 102. (161). Radix digesta in pastillos. Sic *Id.* 12. *ibid.* 27. 60. (131). Uva immatura teritur, siccataque in sole postea, digeritur in pastillos. *Pallad.* 7. *R. R.* 7. 4. Digerere mel in furnas. *Ovid. Heroid.* 9. 93. Inque canes totidem truncu digestus ab uno Cerberus. *h. e.* in totidem capita canina. *Id.* 9. *Met.* 773. Nilus in septem cornua digestus. Cf. *eumd. Heroid.* 10. 67. Crete centum digesta per urbes. *h. e.* distributa, divisa. *Flor.* 1. 6. 4. Populus Romanus digestus in classes. Cf. *Ovid. 8. Fast.* 83. populum digestum ab annis Romulus. *h. e.* distribuit, divisit ratione etatis. — Huc pertinet et illud *Veget.* 5. *Veterin.* 65. 5. *Schneid.* Occisum pullum palpitantem aperies, et tollis ejus ventriculum, quem – in melle convolves et per canalem digeres. *Al.* degeres. — In illo *Nemesiani Cyne* 303. Linea quid etiam, magnos circum dare saltus. Quæ possit, volucresque metu concludere prædas, Digerat inæcas non una et alite pinnas. *Digerat* est gerat, habeat pinas hic illic inætas et dispositas ad terrendas feras. — *Digerere senium*. *h. e.* senectutem agere, dies senectutis unum post alium transigere, est *Val. Flacci* 8. 102. Alii alter interpretantur: ali aliter legunt. ¶ 2. Speciatim est rumpendo in diversas partes gerere, adeoque dissecare, dividere. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 61. (160). Continuorum dentium qui digerunt: cibum, lati et acuti; qui coadjuvent duplices. — Hinc digerere cibos est stomacho exceptos in veas artusque distribuere alimenti causa. *Quintil.* 10. 1. 19. Cibos mansos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur. *Id.* 11. 2. 35. Illud ediscendo scribendoque commune est utrique conferre bonam valetudinem, digestum cibum, etc. Adde *Senec. proœm.* 1. *Controv. a med.* ¶ 3. Item speciatim est verbum medicorum. *Digerere malum* aliquod est ita dividere, resolvere, discutere ac dissipare, ut paullatim absumatur et evanescat. *Cels.* 5. 18. *n.* 1. Quedam digerunt materiam, quædam extrahunt. et *ibid.* *n.* 21. Abscedent digerit muret combustus. *Id.* 2. 17. Quoties humor intus nocet, isque digerendus est. *Id. præfat.* prope fin. et 1. 9. extr. Sudore digerere aliiquid. *Id. præfat. a med.* Si corpus adstrictum est, digerendum esse; si profluvio laborat, continentum. *h. e.* solvendum, molliendum. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 25. (41). Digerere cruditates. *Id.* 20. *ibid.* 7. 26. (64). Lactucae lentilias pituita digerunt. *Cels.* 3. 4. In morbo, qui plus virium aufert, celerius cibus dandus est; itemque eo cælo, quo magis digerit. *h. e.* absunit, ut *Forcellinus* interpretatur; ali tamen aliter. *Id.* 2. 15. Genera gestationis plura sunt: quæ adhibenda sunt pro viribus ejusdemque, et pro opibus, non aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili desint. *h. e.* solvant infirmumque. *Veget.* 1. *Veterin.* 24. et *ibid.* 14. 6. Digerere morbum. ¶ 4. Item est ordinando distribuere, adeoque in ordinem disponere, ordinare. *Cic.* 3. *Verr.* 23. 80. Tabulas accepti diligentissime legere atque digerere. *Id. Rosc. com.* 3. 9. Cetera nomina in codicem accepti et expensi digesta habes. Cf. *Id. 1. Orat.* 41. 186. Res artificios digestas compondere. *Sueton. Cæs.* 44. Comparare et digerere bibliothecam. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 3. (18). Digerere linum. *h. e.* crassum a subtiliori dividere, quod pectendo sit, atque ita in ordinem disponere. *Virg.* 3. *Æn.* 446. Digerere aliiquid in numerum. *h. e.* illa disponere, ut secunda primis, tertia secundis, ac deinceps protinusque collocentur. *Plin.* 9. *Ep.* 18. 2. Digerere libellos. *Quintil.* 10. 4. 1. Inordinata digerere. *Id.* 11. 1. 6.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (15). aliiquid in partes. *Ovid. 5. Fast.* 213. Digesti coloris. *Id. 1. Amor.* 7. 11. Capilli digesti. Sic *Colum.* 10. *R. R.* 186.; et *Martial.* 3. 63. crines ordine digerere. — Dicitur et de plantis. Sic digerere asparagum est ad lineam atque ordine serere. *Cato R. R.* 161.; et *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 42. (149). — Huc referri possunt et figurata illa *Cic. Rabir. Post.* 9. 23. Optime digerere rem publicam. At levio haec non sine causa est suspecta. V. *Orell.* ad *h. l. Id.* 2. *ad Q. fr.* 14. Mandata alicujus digerere, persequi, confondere.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim digerere est ali-

quid distribuere, dividere. *Ovid.* 12. *Met.* 21. Atque novem volucres in novem digerit annos. h. e. volucrem in unumquemque annum distribuendo, novem annos nit significari. *Id.* 14. *ibid.* 469. Digerere ponam in omnes. h. e. ita distribuere, ut omnes luant. *Virg.* 2. *Aen.* 182. Sic digerit omnia Calchas. h. e. disponit, distribuit atque interpretatur. Rursus *Ovid.* 1. *Fast.* 27. Digerere tempora. *Id.* 1. *Pont.* 4. 9. male per annos longos. h. e. distribuere, dividere. *Tac.* *Germ.* 26. annum in totidem species. h. e. tempestates. ¶ 2. Speciatim in re litteraria ponitur pro distribuere, disponere, ordinare. *Cic.* 1. *Invent.* 30. 49. In praesentia tantummodo numeros et modos et partes argumentandi confuse et permixte dispersimus, post discrete et electe in genus quodque caue, quid cuique conveniat, ex hac copia digeremus. *Id.* 1. *Orat.* 42. 190. Omne jus civile digerere in genera. Sic *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 18. (65). Res digesta in genera, et 29. *ibid.* 1. 8. (15). Digerere commentarium per genera usus sui. *Id.* 18. *ibid.* 24. 56. (202). Siderum exortus et occasus digerendi in suos dies. h. e. distribuendi, demonstrando dies, quibus eorum quodque exoritur atque occidit. *Liv.* 2. 21. Tanti errores implicant temporum, ut nec qui consules, nec quid quoque anno actum sit, digerere possis. h. e. ordine enarrare. Sic *Plin.* 29. *Hist. nat.* 2. 10. (37). Refiquos usus ejus suo loco digeremus. h. e. ordine enarrabimus, traecabimus. *Trebell.* *Poll. Claud.* 1. In litteris digerendus. h. e. litteris enarrandus. *Vopisc.* *Aurel.* 1. Bella charactere historico digesta. h. e. historicis coloribus descripta, enarrata. *Justin.* *præf.* 3. Digesta rerum serie. h. e. secundum ipsorum eventuum ordinem disposita. *Quintil.* 11. 2. 37. In digerendis questionibus. *Id.* 10. 7. 30. In libris digesti. *Id.* 11. 3. 114. Digerere argumenta in digitos. *Id.* 7. *proœm.* 1. res in ordinem. ¶ 3. Denique metaphora sumptuosa superiori paragr. 3., sive et re medica. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 30. (53). Silva continet nimbus ac digerere consuevit. h. e. in plures parvos rivos diducere, nec pati, ut aquæ in torrentem colligi et confluere possint. *Lucan.* 6. 88. Corpora dum solvit tubas et digerit artus. h. e. dissolvit, corrumpt, labefactat. *Id.* 10. 260. undæ plus, quam quod digerat acri, tollit. h. e. exsecando consumat, absumat, dissipat. *Seneca Thyest.* 286. Nec luna graves digerit umbras. h. e. dissipat. — Hinc Part. præter pass., cujus plurima superius exempla retulimus,

*Digestus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Digestissimus* apud *Marcell.* *Empir.* 22. a med. Observet, ut illo triduo purissimus et digestissimus sit. *Id.* *ibid.* non semel digestum vocal hominem qui cibum digestis. — Hinc

*Digesta*, örüm, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, appellantur libri Pandectarum, quia legum habent divisiones et decisiones, ut *Justinian.* loquitur *Cod.* 1. 17. 1. Cæterum haec appellatione usi fuerant ante *Justinian.* multi JCTI, ut *Julian.*, *Alphen.*, *Varus* (teste *Gell.* 6. 5.), *Jubentius*, *Celsus*, *Ulpitus*, *Marcell* et alii, qui suos de Jure libros *Digesta* inscriperunt.

*DIGESTA*, örüm. *V.* voc. præced.

*DIGESTIBILIS*, e, adject. qui digeri et concoqui potest, ut *Cibus digestibilis* apud *Cæl.* *Aurel.* 1. *Tard.* 5. ante med. *Apic.* 1. 34. in *lemmate*. Ovygarum digestibile. h. e. digestionem adjuvans. *Theod.* *Priscian.* 1. 32. Cibis digestibilibus et dulcioribus frequenter juvantur. Adde *eumid.* alibi sepe.

*DIGESTILIS*, e, adject. qui egestioni inservit: *V.* *EGESTIO*. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 32. Fimur non per incutus digestiles emittebat, sed sceleratum os, quod blasphemis ministraverit, organum hujus egestionis est factum.

*DIGESTIM*, adverb. Occurrit translate tantum, et est ordinata, disposita. *Prudent.* 3. *rep. cts.* 129. Digestim aliiquid scribere.

*DIGESTIO*, önis, f. 3. actus digerendi. ¶ 1. Generalem est distributio, dispositio. *Cic.* 5. *Phil.* 7. 16. Ut digestio potius, quam declamatio videretur. h. e. nudus quidam ordo rerum dicendarum. Sunt qui merito haec verba *Ciceroni* abjudicant. — *Digestio ciborum* non est quidem concoctio, sed distributio cibi stomacho excepti in venas et meraula corporis, sive concoctus fuerit, sive non. *Cels. præf.* a med. Neque ad rem pertinere, quomodo, sed quid optime digeratur; sive has de causa concoctio inter-

cidal, sive de illa; et sive concoctio sit illa, sive tantum digestio. *Quintil.* 11. 3. 19. Facilis ciborum digestio. *Capitolin.* *Fer.* 4. Somni fuit permodici, digestonis facilissima. V. *Macrobi.* 7. *Saturn.* 4., ubi quatuor digestiones posuit et erexit. Adde *Pallad.* 8. *R. R.* 6. 2.; et *Veget.* 2. *Veterin.* 12. 1. ¶ 2. Speciatim est ordinata series. *Vellej.* 2. 53. extr. Digestio annorum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. *Italiae* (46). h. e. ordinata descriptio. ¶ 3. Item speciatim. *Cic.* 3. *Orat.* 53. 205. enumerat digestiones inter figuras rhetoricas sententiarum, et videtur intelligere partitionem ac distributionem, qua pluribus positis, suum singulis redditum membrum, Græco μεμπονον, vel διατετρικον. Hanc designare videntur *Id.* *Orat.* 40. 137., ubi ait, ut dividat in partes. Cf. *Quintil.* 9. 1. 31. et 9. 2. 2.

*DIGESTIVUS*, a, um, adject. ad digestionem pertinens, digestione inserviens. *Macer carm.* 1. 18. Vis digestiva. Adde *Constant.* *Afrum* 7. 1.

*DIGESTORIUS*, a, um, adject. digerendi, discutiendi et dissipandi vim habens, ut in *DIGERO* I. 3. dictum est: ut *Digestorium medicamentum* apud *Plin.* *Valer.* 2. 8.; et *Digestorium embamma* apud *Marcell.* *Empir.* 20.; et *Digestorice viæ* apud *Theod.* *Priscian.* 4. sub fin.

*DIGESTUS*, a, um. *V.* *DIGERO*.

*DIGESTUS*, us, m. 4. distributio, dispositio. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 86. jam creditur uni *Sanctorum digestus opum*, partaque per omnes Divitiae populos. h. e. administratio et distributio fisci principis. *Macrobi.* 7. *Saturn.* 4. Quæro, simplex, et multiplex cibus digestus sit facilior.

*DIGITABULUM*, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

*DIGITALIS*, e, adject. qui habet mensuram digitum. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 20. 23. (48). Anchusa radix in usu est, digitalis crassitudine. *Id.* 14. *ibid.* 3. 4. (40). Digitalis gracilis. — Hinc

*Digitalis*, is, n. 3. absolute, substantivorum more, est digestorum tegumentum. *Varro* 1. *R. R.* 53. Olea, qua digitis nudis legitur, melior, quam illa, qua cum digitalibus. *Schneiderus* et alii melius leg. *digitabulæ*, nempe instrumentis ligneis, in effigie digestorum divisis, quibus comprehensæ bacchæ stringerentur. Sic *Gloss.* *Philox.* *Digitabulum*, δάκτυλη Σάρα. Parro vocem δάκτυλη Σάρα habet *Xenophon Cyrop.* 8. 8. 17.

*DIGITATUS*, a, um, adject. qui digitos habet. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 47. 107. (256). Avium aliae digitatae, aliae palmipedes.

*DIGITELLUM*, i, n. 2. diminut. duplex a digitus. Hoc nomine dicitur herba quedam, quæ alio nomine sedam, alzoon, sive sempervivum majus appellatur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 45. (159), 25. *ibid.* 13. 102. (160)., 26. *ibid.* 15. 92. (161).; et *Colum.* 12. *R. R.* 7. 1. De synonymia *V.* *AIZOON*.

*DIGITULUS*, i, m. 2. diminut. a digitus, parvus digitus.

I.) Proprie. *Plaut.* *Rud.* 3. 4. 15. Agedum ergo, tange utramvis digitulo minimo modo. Adde *eumid.* *Pren.* 3. 1. 63. *Ter.* *Eun.* 2. 2. 53. Qui mihi nunc uno digitulo fortes apertis fortunatus. *Turpilius* apud *Non.* p. 427. 28. *Merc.* Sandalo innixa digitalis primoribus. *Cic. fragm. orat.* *Scaur.* (edente *A. Peyronio*) p. 76. Ut illi antulæ non illi quidem vim adferret, sed collum digitalis duobus obliteret, resticula cingeret, ut illa periisse suspedio putaretur. *Varro* apud *Non.* p. 135. 22. *Merc.* Sigilla impressa in mento Amoris digitato Vestigio demonstrant molitudinem. *Hieronym.* *Ep.* 125. n. 18. Testudineo Grunnius incidebat et loquendum gradu, adducto supercilie, contractisque naribus, ac fronte rugata duobus digitalis concurrebat, hoc signo ad audiendum discipulos provocans.

II.) Improprie. *Apul.* 2. *Florid.* n. 12. Cujus (*psittaci*) in pedibus, ut hominis, quini digitali numerantur.

*DIGITUS*, i, m. 2. est A) Membrum manus, et B) Nomen sacerdotum.

A) Digitus, ratione habita etyma. videtur esse a δίγονος (διστύπος) dico. ostendo, monstruo, indico (unde fortasse et διατέτρικος), ita ut dicitur sit membrum manus, quo aliquid ostendimus et indicamus (It. dito; Fr. doigt; Hisp. dedo; Germ. d. Finger; Engl. a finger).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu usurpatur de membro manus: et quidem — 1.º generati. *Plaut.* *Stich.* 5. 4. 24. Quot digitis tibi sunt in ma-

nu. Adde *eumid.* *Most.* 5. 1. 69. et *Mil.* glor. 4. 2. 57. *Lucret.* 2. 312. Nec Musæ mole, per chordas organicae que Mobilibus digitis expergefacta figurant. *Cic.* 2. *Nat.* D. 60. 150. Digitorum enim contractio facilis facilisque porrectio propter molles commissuras et artus nullo in motu laborat. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 47. 145. Quum paullum digitos constringerat. Adde *Cels.* 6. 19.; et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 17. 17. (77). et 11. *ibid.* 43. 99. (24). et alibi. — Digitorum prius *pollex* dicitur, quod eo maxime pollet manus; secundus *index*, quod eo utimur ad aliquid ostendendum, qui et *salutaris*; tertius *medius*, qui et *summus* et *infamis* et *impudicus* (*V.* singulas has voces); quartus *minimus proximus* et deinde *anularis* a ferendo anulo nomen habuit (qui et *medicinalis*; *V.* hanc vocem); quintus *minimus* dicitur. — 2.º Speciatim hoc vocabulum locum habet in quanplurimi dicendi formulis, quorum principes sunt que sequuntur. — a) Attингere aliquem digitum est vel leviter attingere. *Plaut.* *Pers.* 5. 2. 15. Ne sis me uno digito attigeris, ne te ad terram, scelus, affligam. *Ter.* *Eun.* 4. 6. 2. Atqui si illam digito attigerit uno, oculi illico effundentur. *Cic.* 5. *Tusc.* 19. 55. Lælius, si digito quem attigisset, pœnas dedit. Adde *Iacinium* apud *Gell.* 19. 9. ad fin. Eodem sensu tangere dixit *Plaut.* *Rud.* 3. 5. 30. Si hercile illic filos bodie digito tetigerit invitatis — peritis ambo. Et *Cic. Cœt.* 12. 28. Primoribus labris gustare, et extensis, ut dicitur, digitis attingere aliquid. h. e. vel leviter gustare. — Contra tangere aliquem digitum est puerum aliquem mediis digitis ostentatione ad stuprum sollicitare, apud *Martial.* 1. 93. Sæpe mihi queritur non siccis Cestus ocellis, Tangi se digito, Mamuriane, tuo. Non opus est digito etc. — b) *Digitum cœcum attingere* est summe beatum ac velut diis proximum se putare. *Cic.* 2. *Att.* 1. 7. — c) *Summis digitis colere modus* est loquendi a Gentilium more ductus, qui quas res sacrificari erant, summis digitis, quantum res patiebatur, accipiebant offerebantque. *Lactant.* 1. 20. Colunt enim ture ac summis digitis, quæ sensibus intimis colere debuerunt. *Id.* 5. 19. ad fin. In qua (*superstitione*) nihil aliud video, quam ritum ad summos digitos pertinente. Hinc illa *Ovidii* 2. *Fast.* 573. Et digitis tria tura tribus sub limine ponit. Et *Prudent.* 3. *rep. cts.* 122. Exiguum turis eminulus digitis tangere. — d) *Liceri digito* est ejus, qui in auctione licet. Nam manu subtala et elato digito significabat quis, se exemptionis, aut redemptionis auctorem esse, ut docet *Paul.* *Diac.* p. 151. 9. *Müll.* *Cic.* 5. *Verr.* 11. 27. Utrum æquius sit — eum, qui manu quæserit, non eum, qui digito licitus sit, possidere? — Idem dicitur etiam *digitum tollere*, ut apud *Cic.* 3. *Verr.* 54. 141. Accurrunt tamen ad tempus tutores: *digitum tollit Junius patruus*. Confer *Vet.* *Scholiast.* ad *Horat.* 2. *Sat.* 8. 26. — e) *Digitum etiam tollere* dicuntur, qui se victos fatentur; tractum a gladiatoriis, qui victi, ostensione digiti, veniam a populo postulabant, ut ait *Vet.* *Scholiast.* ad *Pers.* 5. 119. Hinc *Sidon.* 5. *Ep.* 7. Hi sunt, quorum comparatione *digitum tollerent* Narcissus, Ascanius, Massa, etc. Hinc pugnare ad *digitum* apud *Martial.* *Spectac.* 29. est sine spe missionis, donec alter e gladiatoriis *digitum tollat* et *victum se fatet*. Alii exponunt, donec præses certaminis *digitum pollicem* veriat et mori alterutrum jubeat. *V.* *insta* sub q. — f) *Digitum monstrare* aliquid est significare, notare, designare. *Lucret.* 5. 1029. atque ipsa videtur Protrahere ad gestum pueros infantia linguae, Quæni facit, ut digito, quæ sint præsentia, monstrant. *Cic.* 6. *de republ.* 24. Mens cujusque est is quisque, non ea figura, que digito monstrari potest. *Orelli* legit demonstrari. Similiter *Sueton.* *Aug.* 45. Et Pyladem urbe atque Italia submovert, quod spectatores — monstrasset digito conspicuumque fecisset. *Hic quoque alii leg.* demonstrasset. *Nepos Dam.* 10. in fin. Quem (*locum*) quum digito monstraret, et ille conspicret, etc.

— g) Contra *digito monstrari* dicitur, qui aliqua re insignis est. *Horat.* 4. *Od.* 3. 22. Totum muneris est tui, quod monstror digito prætercium, Romane fidicen lyrae. Adde *Pers.* 1. 28. Eodem sensu *Tac.* *Dial. de Orat.* 7. Quos (*oratores*) saepius vulgus quoque imperitum — transeuntes nomine vocat et digito demonstrat. — h) *Digitis etiam computare mos* fuit, varia eorum positione, inflectione, aut

neu omnia numerum distincte significando, a manu sinistra initio facto: quam rationem fusiis *Beda* in lib. de loquela per gestum digitorum persecutus est; et ab eo exscriptis *Marian.* in *Schol.* ad lib. 1. *Hieronym.* contra *Jovinian.* *Hinc Auson.* 7. *Epist.* 6. Quot ter luctatus cum pollice computat index. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 16. (33) Janus geminus digitis ita figuratis, ut *cclxv.* dierum nota se temporis deum indicaret. *Apul.* de *Mag.* Posset videri pro computationis gestu errasse, et quos circulare debueris digitos, aperiusse. Quum vero quadraginta, que facultus ceteris purrecta palma significantur, dimidio auges, non potes gestu digitorum errasse. *Juvenal.* 10. 248. tot per saecula mortem distulit, atque suos jam dextra computat annos. scilicet sinistra numerabant usque ad centum; majorem illo numerum dextra supputabant. — Hinc illa *Plaut.* *Mil. glori.* 2. 2. 51.; et *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (88). Computare digitis. Sic alter *Plin.* 2. *Ep.* 20. 2. Digitos agitat, computat. *Sueton.* *Claud.* 21. Digitis numerare. *Ovid.* 3. *Fast.* 123. Numerare per digitos. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 23. 21. (37) Venire ad digitos. h. e. quod *Id.* dixit 6. *ibid.* 33. 38. (209). venire in computationem. *Ubi tamen Sillig legit in comparationem.* *Cic.* 5. *Att.* 21. 13. Hoc quid interstit, si tuos digitos novi, certe habes subductum. h. e. si tuam in computando dexteritatem celeritatemque novi. — Huc referri potest et illud *Quintil.* 11. 3. 114. Digerere argumenta in digitos. — i) *Digitum caput scalpare* est mollis et delicata hominis indicium. *Juvenal.* 9. 133; *Seneca Ep.* 52. ad fin.; et *Ammian.* 17. 11. qui dicit, ita notatum fuisse Pompejum. Hinc vel. *Poeta (Calvus)* apud *Scholiast.* *Lucani* 7. 726. Magnus, quem meliunt homines, digito caput uno Scalpit: quid dicas hunc sibi velle? virum. Ipse autem *Scholiast.* docet esse indicium superbiae sed melius dicas luxus et deliciarum, quasi qui ita scalpebant, mactuerent turbare commam diligentius compositam. — l) *Percogere aliquid digitis* proverbii genus de re, quae fieri nequit, apud *Plaut.* *Iud.* 4. 1. 10. Ut tempestas est nunc, atque ut noctu fuit, in digitis hodie percoquam quod cepit. h. e. nulla erit piscium preda, quam percoquam. — m) *Concrepare digitis* vel *digitos* est pollice et medio inter se collisis crepitum edere, Itali dicunt *far iscoccare le dita*, quo signo laetiores homines apud Romanos ad villora ministeria servos vocare solebant. *Cic.* 3. *Off.* 19. 75. Si vir bonus habeat banc vim, ut si digitis concrepuit, possit in locupletum testamenta nomen ejus irrepreire, hac vi non utatur. h. e. metaphorice nullo labore, nullo negotio, facillime. Cf. *eumd.* *ibid.* §. 78. Si dares hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres possit scriptus esse, qui te vera non esse heres; in foro, mihi crede, saltaret. Ceterum *concrepare digitis* vel *digitos* habet *Petron.* *Satyr.* 27.; et *Plaut.* *Mil. glori.* 2. 2. 53. V. *DIGITULUS* I. et *CONCREPO*. Eodem sensu *Martial.* 3. 82. *Digitus crepans.* *Id.* 14. 119. *Digitorum crepus.* *Quintil.* 9. 4. 55. Ad strepitudinem digitorum. — *Concrepare digitis* nonnulli falso putant illud etiam significare, quod Itali dicunt *far iscosciare le nocca*. V. *CONCREPO* et *CONTERO*. — n) *Digitum porrige-re, esserere, proferre, etc.* dicitur de re, aut actione minima. *Cic.* 3. *Fin.* 17. 57. Chrysippus ne digitum quidem ejus causa porrigidum putabat. *Pers.* 5. 119. *digitum exere*, peccas. *Cic.* *Cæc.* 25. 71. Quid agat, quomodo aggreditur judicem, qui denique digitum proferat, non habet. — o) *Digitum intendere ad aliquid est proferre ac porrigeare ad aliquid ostendendum.* *Cic.* 1. *Orat.* 46. 203. Ut com-monstrarem viam, et, ut fieri solet, digitum ad fontes intenderem. — p) *Loqui digitis nutuque*, hoc est gestu, dixit *Ovid.* 2. *Trist.* 453. Utique resert, digitis sape est nutuque locutus. Et tacitum mensa duxit in orbe notam. *Tibull.* 3. 4. 41. Sed postquam fuerant digitis cum voce locuti, etc. Eodem pacto *Cassiod.* 4. *Variar.* 51. vocat gesticulatorum *loquacissimas manus, linguis digitos.* *Bursus Tibull.* 1. 2. 31. Non labor hic laetet, reseret modo Della postes. Et vocet ad digitum ne tacitura sonum. — Similiter *Lucret.* 4. 588. et 5. 1383. querelas, Tilia quas fundit digitis pulsata canentum. — q) De digitis in oratorio gestu plura disserit *Quintil.* lib. 11. 3. Inter alia, duobus inflatis digitis conclusis, veteris vero explicatis et erectis exprimebatur gestus illi oratorum proprius loqui incipientium, qui et

pacificator a *Quintil.* 11. 3. 119. vocatur; hoc vero utuntur, qui apud nos jusjurandum publice dant. *Quintil.* loc. cit. Fit et ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet, qui, inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit. *Apul.* 2. *Met.* Subrectus in torum porrigit dexteram, et ad instar oratorum conformat articulum, duobusque iofimis conclusis digitis, ceteros eminentes (al. leg. eminentes) porrigenis et infesto pollire elementer subridens infit. *Fulgent.* *Contin.* *Virg.* ante med. Itaque compo-situs in diecind modum, erectis in notam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verbis exor-sus est. *Viscont.* *Mus.* *Pio-Clem.* T. 4. p. 108. edit. *Mediol.* legendum putat pollice, ita ut ille gestus significetur, qui proprius est pontificum, domi populo benedictionem impertinunt. V. *POLLEX*. — Similiter *Quintil.* 11. 3. 80. Digitum nares inquietare. *Id.* 11. 3. 420. Qui sententias vibrantes digitis jaculantur. *Id.* 8. 5. 20. Ad digitum pugnare. h. e. *Xenopoei*; V. *Brakenborg.* ad *Liv.* 2. 7. 10. Cf. *Fur-Netto* in prima *Append.* hunc *Quintili* locum cum *Martialis* loco superioris cit. sub a conjuncti; haec tamen addidit: at utrobique incerta admodum est hujus locutionis interpretatione, ut probat *Spaldingius* ad *Quintil.* loc. cit. — *Micare digitis.* V. *MICO*. — r) Proverbii genus est illud *Plauti* 2. 2. 5. Equidem si scis tute, quot habeas hodie digitos in manu, eo dem pignus tecum. scilicet de eo, qui illa quoque ignorat, qua ceteri omnes sciunt. — Simile est illud *Juvenal.* 7. 231. Ut legat historias, auctores noverit omnes, Tamquam unguis digitos que suos. ¶ 2. Latiori sensu etiam pedum digitum dicuntur. *Lucret.* 3. 653. Quum digitos agitat propter moribundus bumi pes. *Id.* *ibid.* v. 527. In pedibus primum digitos livescere et unguis. *Virg.* 5. *Aen.* 426. Constitit in digito extenso arrectus uterque. Cf. *Quintil.* 2. 3. 3. Statura breves in digitos eriguntur. *Seneca Ep.* 111. Ambulare summis digitis. Adde *Cels.* 2. 7.; *Sueton.* *Domit.* 18.; *Petr.* *Satyr.* 132.; et *Quintil.* 11. 3. 125.

II.) Translate. ¶ 1. Tribuitur *digitus* etiam pedibus avium. *Lucilius* apud *Non.* p. 427. 26. *Merc.* Gallinaceus quum victor se gallus honeste Sostulit in digitos primoresque erigit unguis. *Varro* 3. *H.* R. 9. 4. Gallina nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 42. 59. (119). Quini digitus in pedibus picarum. Adde *Colum.* 8. *R.* R. 2. 8. ¶ 2. Et per similitudinem ramulis quoque arborum. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 3. (12). Vites puro perdutae draconis in palmanum ejus, inde in subrectos ramorum digitos flagella dispersunt. Adde *eumd.* 17. *ibid.* 24. 37. (221). ¶ 3. *Digitus Veneris* appellatur ab *Apul.* *Herb.* 67. *nymphæa* herba. ¶ 4. Est etiam mensuræ nomen, h. e. sextadecima pars pedis. Alius est quadratus, aliis rotundus: quadratus tribus quartis suis rotundo est major: rotundis tribus undecimis suis quadrato minor est, scilicet quia anguli deteruntur. Hec *Frontin.* de *Aquaduct.* 24. Consule ibi *Polenum*, qui figuram exhibet p. 73. *Inscript.* apud *Gruter.* 475. 3. *vr aquæ digitis in domo ejus flueret.* *Alius* apud *eumd.* 917. 1. IN PRONT. LATVM PED. XX. ET DIGIT. II. — Ceterum Cf. *Lucret.* 4. 416. At conlectus aquæ, digitum non altior unus, Qui lapides inter sisisti per strata viarum, etc. *Cæs.* 2. B. C. 10. *Digitus patens.* h. e. *digitus latitudo.* Contra *digitus transversus* est *digitus crassitudo:* *Cato R.* R. 45. Talez ne plus quatuor digitos transversos emineant. *Id.* *ibid.* 48. Terram altam digitum transversum. Cf. *Plaut.* *Iulul.* 1. 1. 17. Si hercle tu ex istoc logo digitum transversum aut unguem latum excesseris, etc. — *Digitus crassus*, V. *GRASSUS*. — Similiter *Cato R.* R. 21. Inter cupam dextra sinistra pertundito late digitos primores IIII, alte digitos primores tres. primores tenues et crassis oppositos interpretatur *Turnebus* XI. 13. hic et infra c. 40.: summos, eminulos, primas partes digitorum *Popma*. Galli: larges de quatre points de doigts. — Hinc proverbii genus apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 18. 58. Ab hac (*regula*) mihi non licet transversum, ut ajunt, digitum discedere, ne confundam omnia. Item *Id.* 6. *Verr.* 15. 33. Oculos de isto numquam dejicere, ne que ab argento digitum discedere. Et omissio per ellipsis verbo. *Id.* 7. *Att.* 3. 11. Mihi certum est, ab honestissima sententia digitum nusquam *supple* discedere. Cf. *Juvenal.* 12. 58. digitis a morte remo-

tus Quattuor aut septem. — *In digito mori* est levi vulnere aut morbo. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 2. 2. (4). Hinc atroc illa peroratio ejus: in digito eas mortuas. Ita resert et explicat hæc verba *Cæl. Rhod.* L 23. c. 13., atque ex eo plures lexicographi. At *Har-duin.* et alii leg. peroratio ejus in *digitum*. V. apud *Plin.* reliqua, unde colliges diversum omnino sensum; ac præcipue ibi adnotata a *Siliq.*

B) *Digi* *Idæi* sunt iidem qui *Dactyli Idæi*, h. e. sacerdotes Cybelis, de quibus *V.* in *CORY-BANTES.* *Cic.* 3. *Nat. D.* 16. 42.

**DIGLADIABILIS**, e, adject. de quo gladiis certare possumus, ideoque translate de quo contendere possumus. *Prudent.* 3. *Cathemer.* 147. Hoc erat aspidis atque hominis Digladiabile dissidium.

**DIGLADIOR**, aris, atus sum, ari, dep. 1. (dis et gladius) gladiis vel armis certare.

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Legg.* 9. 20. Iis sicis, quas Graecus se projectisse in forum dixit, quibus digladiarent inter se cives.

II.) Impropiæ ponitur pro verbis contendere. *Cic.* 1. *Off.* 9. 28. De quibus inter se philosophi gladiari solent. Adde *eumd.* 4. *Tusc.* 21. 47. *Id. fragm.* apud *Non.* p. 65. 14. *Merc.* Quid Antipater gladiatur cum Carneade tot voluminibus. *Id.* *ibid.* Di-gladiari et depagnare cum facinorosis.

**DIGLOSSOS**, i. 2. διγλωσσος, herba eadem atque hypoglossa. *Apul.* *Herb.* 58.

**DIGLUBO**, as, pro *Deglubo*, is, quidam legunt apud *Tertull.* *Pall.* 3. Mercurium ausumant molli-tate delectatum diglubasse oviculam. *frui rectius leg.* deglasse, *nempe* detondisse. V. *DEGLUBO*.

**DIGMA**, ahs, n. 3. δίγμα, indicum, specimen: a δείκνυμι ostendo. *Impo.* *Honor.* et *Theodos.* *Cœs.* *Theod.* 14. 4. 9. Eligatur qui custodiam portu-sumus suscipiat conditorum, clandestinum ad colle-gas digna missurus, ne quid ex specie fraus occulta vectorum iniminet. Adde *Veget.* 2. *Milit.* 18., ubi tamen Graecæ scribitur.

**DIGNABILIS**, e, adject. qui dignatur, benevolus. *Aelim.* *Ep.* 10. ad fin. Obsecro, ut dignabilis beatitudinis vestram rescripto desiderantibus scribendi aditum doceatis esse communem. *Id.* *Ep.* 72. Prospexitatem plissimi domini nostri dignabili alloquo præstolam agnoscere.

**DIGNABILITER**, adverb. dignanter, non fastidiose. *Eenant.* *Vit.* S. *Rudeg.* 38. Quod sancta in vicem ejus dignabiliter accessisset.

**DIGNANTER**, adverb. Sup. *Dignantissime*. — Dignanter est comiter. *Vopisc.* *Tacit.* 8. Loquenter dignanter audite. *Symmach.* 5. *Ep.* 63. Dignanter impertias. *Auct.* *Ilin.* *Alex.* *M.* (edente A. *Majo*) 24. Ab eaque se filium dici dignantissime patratus est.

**DIGNATIO**, onis, f. 3. dignandi actus.

I.) Proprie est actus existimandi aliquem honore dignum. *Sueton.* *Cal.* 24. Aliquem magna dignatio-ne diligere. h. e. honores ei impertiendo. *Justin.* 28. 4. 10. Ad Ptolemaeum proficisciatur, a quo honorifice susceptus, diu in summa regni dignatione vixit. *Plin.* *Paneg.* 77. Tantum dignationis in honore posse. *Id.* *ibid.* 47. Quam dignationem sapientie doctribus habes. *Eumen.* *Paneg.* *Const.* 23. 1. Tua dignatione.

II.) Translate est qualitas, qua quis dignus habetur, honor, amplitudo, existimatio, gloria, decus et virtutum ornamenti, honoribus, magistratibus, oris majestate, rerum peritia nascens: unde gratia et favor oritur. Differre videtur a dignitate, quod dignitas prior est, et in eo sita, qui habet: dignatio re-spirit opinione aliorum. Quare illa in eo tantum, qui revera habet; hec etiam in indigno, dummodo vulgo dignus esse credatur, esse potest. Confunduntur tamen non raro. *Cic.* 10. *Att.* 9. a med. Nec quidquam nisi de dignatione laborat. *Est qui ma-lit dignitate.* *Liv.* 2. 16. Appius inter patres lectus, baud ita multo post in principum dignationem per-venit. *Al.* leg. dignitatem. *Id.* 10. 7. extr. Eos non esse spero, qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus. *Vellej.* 2. 69. 3. M. Brutus Vatinium dignatione obruerat. *Id.* 2. 59. 2. Cum ei dignatio Atlam conciliasset utorem. h. e. honor ac dignitas præture. *Curt.* 7. 1. 27. Parmenonis filium omnes pene amicos tuos dignatione viorentem. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (88). Apelles dignationem primus Rhodi constituit. *Id.* 34. *ibid.* 8. 19. (93). Tot certamnum, tanta

dignationis simulacrum id fuit. *Id.* 36. *ibid.* 5. 4. (26). In maxima dignatione est Neptunus et Thetis. scil. duo signa Scopae. *Id.* 33. *ibid.* 11. 53. (150). Petere dignationem ex aliqua re. *Tac.* 4. *Ann.* 52. Is recens prætura, et modicus dignationis, et quoquo facinore properus clarescere. *Id.* 3. *ibid.* 75. Dignatione præterire aliquem. *Sueton.* *Vesp.* 4. Sortitus Africam, integerrime, nec sine magna dignatione administravit. *Id.* *Gramm.* 5. Dicendo ad famam et dignationem pervenire. Adde *eum.* *Gall.* 7., *Domit.* 2. et *Aug.* 46.; *Vellej.* 2. 52.; *Tac.* 1. *Hist.* 52. et 3. *ibid.* 80. et *Germ.* 13. et 26.; *Pacat.* *Paneg.* *Theod.* 20.; *Mamertin.* *Gen.* *Max.* 1. 2.; et *Eumen.* *Restit.* *Schol.* 6. 2.

DIGNATUS, a, um. *V.* DIGNO et DIGNOR.

DIGNE, adverb. Comp. *Dignius* et Sup. *Dignissime*. Digne est honeste, pro meritis, ut decet. *Plaut.* *Mil. glori.* 3. 2. 58. Quam digne ornata incedit, haud mereetricie! *Cassius* apud *Cic.* 12. *Fam.* 13. Malleum tuo judicio digne, ac merito, commendatus esse. *Cic.* *Senect.* 1. 2. Nunquam satis laudari digne poterit philosophia. *Id.* post redit. in *Senat.* 8. 49. Quis de tali eive satis digne unquam loquetur? *Horat.* 2. *Sat.* 7. 47. Peccat uter nostrum cruce dignius? Adde *eum.* 1. *Od.* 6. 14. et 2. *Ep.* 1. 64.; *Vellej.* 2. 67.; *Quintil.* 2. 13. 13.; et *Sueton.* *Aug.* 66. *Cassioid.* 8. *Variar.* 92. Ut nos augmentatores dignissime reperiunt.

DIGNITAS, atis, f. 3. *Id.* quo quis re aliqua dignus est, meritus (It. merito; Fr. dignité, capacité, mérite; Hisp. dignidad, mérito; Germ. das Würdigkeits, die Würdigkeit; Engl. merit, deserve).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Invent.* 53. 160. Justitia est habitus animi, suum cuique tribuens dignitatem. h. e. suum cuique tribuens, prout quisque dignus est. *Id.* 2. *leg. Agr.* 2. 3. Vester bonus non ad alienæ petitionis occasionem interceptus, nec precibus efflagitatus, sed dignitate imperatus. h. e. meritus impetratus. *Id.* 11. *Fam.* 17. Intelligent nec dignitatem ei deesse, nec gratiam. *Id.* *Rosc.* *Am.* 12. 33. Quem pro dignitate ne laudare quidem satis possit. h. e. prout dignus est, pro meritis. *Id.* *Brut.* 1. 1. Juratus judicium dignitatis mea fecerat. h. e. me dignum duxera. *Id.* *Mur.* 13. 28. Dignitas consulris. h. e. merita ad consulatum oblinendum. *Sueton.* *Ces.* 13. Competitores multum – dignitate antecedentes.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, quum agitur de personis, dignitas est — a) Honestas, honorabilis conditio, amplitudo, splendor vitæ, quo quis communis opinione dignus habetur existimationis et observantiae. *Cic.* ita definit 2. *Invent.* 55. 166. Dignitas (est) alicujus honesta auctoritas et cultus et honoris et verecundiae digna. *Id.* 4. *Fam.* 14. Si dignitas est, bene de republica sentire et bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficerre, si possis, aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem ullum reliquum est nobis dignitatem. *Id.* 3. *ibid.* 9. Tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se. *Id.* 10. *ibid.* 6. Adeptus es amplissimos dignitatis gradus. *Id.* *Sull.* 2. 5. Ascendere in celssissimam sedem dignitatis atque honoris. h. e. consulatum. *Id.* 1. *Off.* 34. 124. Sustine dignitatem et decus civitatis. *Id.* *Dom.* 35. 94. Alicujus facti egregii splendorem verbis dignitatemque retinere. *Id.* *fragm.* pro *Cornel.* apud *Ascon.* C. Cornelii virtus ac dignitas. *Id.* *Mur.* 9. 21. Summa est in utroque honestas, summa dignitas. *Sall.* *Cat.* 36. Obtinere statum dignitatis. *Phœdr.* 1. 21. Amittere dignitatem pristinam. *Cic.* 1. *Fam.* 2. Tueri dignitatem suam. *Id.* 2. *Orat.* 54. 221. Servare dignitatem. *Id.* *Amic.* 19. 70. Esse honori et dignitati alicui. *Id.* *ibid.* 3. 12. Et tam alto dignitatis gradu. *Id.* 1. *Orat.* 31. 142. Agere cum dignitate et venustate. *Ces.* 1. *B. G.* 43. Gratia, dignitate, honore augere aliquem. *Id.* 7. *ibid.* 39. Aliquem ex humili loco ad summam dignitatem perdurre. *Id.* 6. *ibid.* 11. Amplificare dignitatem alicuius. et *ibid.* 12. Excellere dignitate. *Id.* 7. *ibid.* 66. spoliare. *Id.* 6. *ibid.* 12. Secundum locum dignitatis Reni obtinerent. *Quintil.* 11. 3. 153. In senatu conservanda auctoritas, apud populum dignitas. *Flor.* 1. 26. Dignitas natalium. *Id.* 3. 19. Ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret. — b) Item honestum, honestas, virtus, rectum. *Cic.* 3. *Fin.* 1. 1. Voluptate in equi-

dem, Brute, si ipsa pro se loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, concessuram arbitrator, convictam superiori libro, dignitatem: etenim sit impudens, si virtuti diutius repugnet etc. — c) Item honestas, decorum. *Ces.* 4. *B. G.* 17. Navibus transire, neque suæ, neque populi Romani dignitatis esse statuebat. *Id.* 6. *ibid.* 7. Neque suam pati dignitatem, ul tantis copiis tam exiguum manum adoriri non audeant. *Cic.* *Orat.* 42. 144. Docere non habet dignitatem. *Nepos.* *Att.* 2. Vivere pro dignitate. *Id.* *ibid.* 6. Servire dignitati. h. e. honori atque existimationi consulere. *Quintil.* 6. 3. 35. Salva dignitate ac verecundia. *Cic.* 5. *Fam.* 8. a med. Stature aliiquid ex dignitate. *Quintil.* 4. 2. 63. et 5. 10. 54. cum dignitate. *Id.* 2. 13. 12. pro dignitate. *Id.* 12. 7. 6. contra dignitatem. — d) Item pulchritudo, sed digna viro, h. e. non quæ libidinem ciet, sed que admirationem parit et auctoritatem conciliat. *Cic.* 1. *Off.* 36. 130. Quum pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas; venustatem mulierem ducere debemus, dignitatem virilem. *Id.* 2. *Invent.* 1. 2. Ei pueros ostenderunt multis, magna prædictis dignitate: etenim multum omnibus Crotoniæ corporum viribus et dignitatibus antesteterunt. *Vellej.* 2. 29. Forma fuit excellens, non ea, qua flos commendatur etatis, sed ex dignitate constanti. *Plin.* *Paneg.* 4. Dignitas oris. *Laberius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 7. quid od scenam affer? Decorem formæ, an dignitatem corporis? μορφὴς ἀξίας. — Ceterum adde *Nepot.* *Themist.* 8. *All.* 19. et 21.. *Alcib.* 11. *Eumen.* 11. et *Dion.* 1.; *Liv.* 2. 2. et 33. 47.; *Sueton.* *Claud.* 30. 5. et 24. et *Gall.* 3.; *Quintil.* 7. 4. 48.; *Tac.* 12. *Ann.* 51. et 13. *ibid.* 31.; et *Justin.* 5. 3. 4. — e) De brutis. *Varro.* 2. *R. R.* 5. 10. Qui (boves) sine dubio ad res divinas propter dignitatem amplitudinis et coloris præponendi. *Id.* 1. *ibid.* 21. init. Canes potius cum dignitate et acres paucos habendos, quam multis. *Id.* 2. *ibid.* 6. 3. Eligandi et mas et femina (onagrus), cum dignitate ut sint. ¶ 2. Speciatim usurpatur de magistratibus, officiis. *Cic.* apud *Quintil.* 7. 3. 35. Majestas – in omni populi Romani dignitate. *Justin.* 2. 9. 15.; *Mamertin.* *Gratiar.* act. 2. 1.; et *Capitolin.* *Pertin.* 1. Dignitas imperatoria. *Nepos.* *Miltiad.* 2. regia. *Tac.* 16. *Ann.* 17. et 1. *Hist.* 1. senatoria. *Nepos.* *Att.* 1.; et *Sueton.* *Aug.* 27.; *Claud.* 24. et *Ner.* 15. equestris. *Sueton.* *Vesp.* 1. prætoria. *Id.* *Aug.* 31. sacerdotum. *Cic.* 2. *Fam.* 9. Lætor cum presenti, tum sperata tua dignitate. *Id.* 3. *Phil.* 9. 22. Esse cum dignitate. h. e. magistratu fungi. *Nepos.* *Phoc.* 1. Ad hanc dignitatem perdidit. *Synmach.* *orat.* pro *Synes.* (edente iterum *A. Maior.*) 3. Pater huic juveni est Julianus adscitus senator, que res de merito venit: siquidem dignitas innata felicitatis est, delata virtutis. — In plurali numero dignitates apud *Quintil.* 1. 11. 67., *Plin.* 21. *Hist. nat.* 7. 21. (44). et alterum *Plin.* *Paneg.* 61. sunt honores, magistratus. Sic *Lampi* id. *Alex. Sev.* 26. Omnibus dignitatibus genus vestrum proprium dare. — Et abstractum pro concreto dignitates dicuntur etiam ipsi illi, qui in magistratu sunt. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (12). Dignitatem, quum indagare vera pīget, ignorantia pudore mentiri non piget. ¶ 3. Item speciatim usurpatur de rebus *Plaut.* *Bacch.* 1. 2. 23. Satis ut commode pro dignitate obsonii hæc concurret cocus. *Cic.* 3. *Orat.* 46. 180. Columnæ et templo et porticus sustinent: tamen habent non plus utilitatis, quam dignitatis. *Id.* 1. *Off.* 39. 138. Plena dignitatis domus. *Id.* 3. ad Q. fr. 1. 1. Summam dignitatem pavimentata porticus habet. *Nepos.* *Themist.* 6. Portus Piræci urbem ipsam dignitate æquiparabat. *Sueton.* *Cal.* 41. Dignitas loci. *Quintil.* 12. 1. 8. debita rerum. *Gell.* 17. 20. Rerum pondera et dignitates. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 5. 11. (29). Dignitas artis. *Id.* 37. *ibid.* 1. 3. (6). gemmæ. *Id.* 33. *ibid.* 3. 12. (39). Qui primus auro dignitatem per anulos fecit. *Id.* 14. *ibid.* 2. 4. (23). Principatus datur ammineis uis: proxima dignitas Nomentanis. *Cic.* 3. *Herenn.* 13. 23. Dignitas est oratio cum aliqua gravitate et vocis remissione. *Id.* 4. *ibid.* 13. 18. Dignitas est, que reddit ornatum orationem varietate distingue. et *ibid.* 11. 16. Omne genus orationis dignitate afficiunt et ornationes. *Id.* *Prov. cons.* 11. 27. et *Quintil.* 11. 3. 46. et 8. 3. 24. Dignitas verborum. *Tac.* 1. *Ann.* 11. Plus in oratione dignitatis, quam fidei erat. *Petron.* *Satyr.* 108. extr. Dignitas pudoris.

DIGNITOSUS, a, um, adjec. ἀξιωματικὸς et *Gloss.* *Philox.* exponit *Petron.* *fragm.* *Tragur.* 57. sub fin. Homo dignitosus, cui pluris erat unguis, quam tu totus es, h. e. in dignitate constitutus, vel multa dignitate prædictus.

DIGNO, as, àvi, stum, are, a. 1. Part. *Dignatus* et *Dignandus* sub 2°. — Digno est dignum judico: et usurparū — 1.) Activa forma, et quidem —

a) Cum Accusativo tantum. *Pacuvius* apud *Non.* p. 98. 15. *Merc.* Quis deos infernos, quibus cælestes, dignet decorari honoribus? — b) Cum Accusativo et Ablativo. *Calvus* apud *Servium* ad *Virg.* 11. *Æn.* 169. Hunc tanto munere digna. *Cic.* *Arat.* 34. Æternō cunctas ævo qui nomine dignant.

— c) Cum Infinito. *Pacuvius* apud *Non.* p. 470. 20. *Merc.*, et apud *Serv.* loc. cit. et apud *Diomed.*

1. p. 395. *Putsch.* Cum neque me aspicere æquales dignarent meæ. *Accius* apud *Non.* p. 470. 19. *Merc.* Exuvias dignavi Atalantæ dare. — 2.) Passive. —

a) Cum Ablativo. *Accius* apud *Non.* p. 281. 7. *Merc.* Ego ne Argivum imperium attinam, aut Pelelopis digner domo! *Cic.* 3. *Orat.* 7. 23. Naturam nullam est, que non habeat in suo genere res complures dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur. *Id.* 1. *Acad.* (post.) 10. 36. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, et quadam aestimatione dignaria docebat. *Id.* 2. *Invent.* 2. 39. Qui apud maiores nostros tali honore dignati sunt. *Virg.* 3. *Æn.* 475. Conjugio Anchissæ Veneris dignite superbo. — b) Cum Infinito. *Lucret.* 5. 51. nonne decebit. Hunc hominem numero divum dignarier esse? *Sil.* *It.* 19. 569. Styx divis regique deorum Jurari dignata palus.

DIGNOR, aris, åtus sum, ari, dep. 1. Part. *Dignans* sub b. et in fin. *Dignatus*. — Dignor est dignum duco, judico: et usurparū — a) Cum Accusativo persone et Ablativo rei. *Virg.* 1. *Æn.* 339. haud equidem tali me dignor honore. *Id.* 4. *Ecl.* 63. Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. *Ovid.* 3. *Trist.* 14. 51. venia dignare libellum. Adde *eum.* 1. *Met.* 194. 8. *ibid.* 569. et 14. *ibid.* 130. *Sueton.* *Vesp.* 2. extr. Dignari aliquem honore cœne. Adde *eum.* *Aug.* 45. *Lucan.* 8. 113. sociosque lares dignare vel una Nocte tua. h. e. dignos puta, in quibus semel pernoctes. *Val. Flacc.* 1. 57. tantis temet dignare perilis. Adde *eum.* 4. 168. 1. 811. et 2. 50. — b) Cum Infinito. *Lucret.* 2. 1030. Jam nemo – suspicere in cœli dignatur lucida tempora. *Virg.* 10. *Æn.* 732. fugientem haud est dignatus Orodem Sternere. *Id. ibid.* 866. neque enim fortissime, credo, Jussa aliena pati et dominos dignare Teucros. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 86. Verba lyre motu sonum connectere digner? h. e. congruum putem? *Id.* 1. *ibid.* 19. 39. Non ego nobilium scriptorum auditor et utor. Grammaticas ambire tribus et pulpitæ dignor. *Curt.* 6. 5. sub fin. Quos eximia specie donare natura dignata est. *Flor.* 1. 13. Nihil respondere dignantes maectant. *Sueton.* *Vesp.* 13. Neque assurgere, neque salutare se dignantem, satis habuit canem appellare. — c) Cum altero Accusativo. *Ovid.* 8. *Met.* 326. et: O felix, si quem dignabitur, inquit, Isia virum! *Curt.* 6. 10. 28. Interim, qui regem nostrum dignatus est filium, etc. Similiter *Id. Curt.* 6. 11. 23. Dredignavi Philippum patrem. — d) Cum uno tantum Accusativo. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 46. Dignarique manus humiles et verba precatum. *Id.* 12. *Theb.* 785. Dignarique domos. subaudi visere. Sic *Justin.* 41. 4. 1. Nullo Macedonum diuante Parthorum imperium, eterno socio traditur. subaudi acipere. — Hinc Part. præs.

*Dignans*, antis, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Dignatissimus* apud *Satian.* 1. *Gub.* D. 1. Munus dignatissimæ visionis.

DIGNORANT, signa imponunt, ut fieri solet in pecoribus. Ita *Paul.* *Diac.* p. 72. 16. *Müll.* Quore quod legitur in *Gloss.* *Philox.* Dicorat, διαγνωσκει: corrigendum censem erudit, dignorat, seu dignorat. Ad confirmandum hujus verbi usum facit et illud, quod legitur in iisdem *Gloss.* *Dignorat*, διαγνωσκει: h. e. explicat, declarat.

DIGNOSCENTIA vel dinoscencia, æ, f. 1. discernendi scientia. *Augustin.* de mor. *Eccl. Cathol.* 24. Ad prudentiam dinoscencia pertinet appetendorum et vitandorum. *Id.* 2. de Gen. contra Manich. 9. extr. Et ligno, ex quo est dinoscencia mali et boni, non ejat. *Id.* 14. Civ. Dei 17. Unde et ipsum lignum, ex quo istam saceret dinoscenciam, si alii vescen-

dum contra velutum tangeretur, ex ea re nomen accepit, ut appellaretur lignum scientie boni et malorum. — Scribitor et dinoſcitor apud *Jul. Val.* res gest. *Alex. M.* (edente *A. Mai*) 1. 21.

**DIGNOSCIBILIS**, e., adject. qui dignosci potest. *Itiner. Alex. M.* (edente Rom. *A. Mai*) 20. *Arenis* equalibus diu non dignoscibile est. *Codex* habet dinoſcibile.

**DIGNOSCO** vel **dinoſco**, noscere, noscere, a. 3. duas diversas res cum suo discriminē cognoscere, discernere; a *dis* et *nosco*: unde et *dinoſco* alicubi (ut apud *Tertull. advers. Hermog.* 15. ext. et 39. et *Resurr. carn.* 15.) scriptum legitur. — Usurpatur — a) Cum addito Ablativo et præpos. *ab*, vel sine præpos. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 29. non qui cīem dignosceret hoste. *Id.* 2. *ibid.* 2. 44. curvo dignoscere rectum. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 20. Dignoscere aliquid sapore. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 30. (72). Vix ut dignosci possit a vera. *Quintil.* 11. 3. 31. Sonis homines, ut æra tinnitu, dignoscimus. *Tac.* *Germ.* 20. Dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas. *Lamprid. Alex.* *Sev.* 26. Dignoscere aliquem a vestitu. — b) Cum Accusativo tantum. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 7. Dignoscere suos. *Pers.* 5. 105. speciem veri. *Juvenal.* 10. 2. pauci dignoscere possunt Vera bona, atque illis multum diversa. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 30. (119). Dignoscere differentiationem. — c) Absolute. *Ovid.* 13. *Met.* 834. Inveni geminos — Inter se similes, vix ut dignoscere possis. *Sueton.* *Oth.* 12. Ut nemo dinoſceret. — d) Sequenti relativo. *Pers.* 5. 24. Dignoscere cautus, quid solidum crepet.

**DIGNUS**, a, um, adject. Comp. *Dignior* et Sup. *Dignissimus*. — Ratione habita etyma, *Forcellinus* ait esse a participi. δέκτης verbi δέκτημα, nenippe qui ostendi potest: contra recentiores philologi *dignus* quasi δικ-νυς cum gr. δικαος conjungunt; et fortasse rectius, dignus enim est is, cui aliquid debetur stte boni, sive mali, sive is qui sui pretii ratione aquos est, convenientis, decens, justus: et usurpatur etiam de rebus (It. *digno*, *condegnō*, *conveniente*, *giusto*; Fr. *digne*, qui *mérite*, *convenable*, *juste*; Hisp. *digno*, *conveniente*, *justo*; Germ. *gleichmässig*, *hinsichtlich* seines *Werthes*, *daher würdig*, *werth*, *entsprechend*, *angemessen*; Angl. *worthy*, *convenient*, *meet*, *fit*, *suitable*, *proper*). Usurpatur — a) Cum Ablativo. *Plaut. Amph.* 2. 2. 227. Dignus domino servus. *Id. Mil. glor.* 2. 3. 71. verberibus multis. *Id. Bacch.* 4. 3. 9. Quæ (probra) improbis viris digna sunt. *Id. Pæn.* 5. 4. 4 venustissima Venere. *Id. Aulul.* 1. 1. 4. et *Rud.* 3. 2. 23. te. *Ter. Andr.* 5. 4. 37. odio. Adde *eund.* *Eun.* 5. 2. 27. *Lucret.* 3. 323. Ut nil impedit dignam dis degere vitam. Adde *eund.* 5. 1. 3. 13. et 3. 421. *Cic. Arch.* 3. 5. Eum omnes cognitione et hospitio dignum existimatur. *Id. Dom.* 5. 11. Omni laude dignus. Adde *Horat.* 4. *Od.* 8. 28. *Cic. 3. Phil.* 10. 25. Vir patre, avo, majoribus suis dignissimus. *Id. 2. Fam.* 18. Praebere se dignum majoribus suis. *Id. Amic.* 1. 4. omnium cognitione. *Id. ibid.* 19. 57. amicitia. *Id. 3. de repub.* 17. omni fortuna. *Id. ibid.* 13. auribus. *Id. 7. Att.* 8. Quid doctio homine et amico dignum fuerit. *Id. 1. Divinat.* 52. 118. Quod nec decorum est, nec dis dignum. *Id. 2. Fam.* 11. Negotium non est dignum viribus nostris. *Nepos* prefat. Genus scripture leve, et non satis dignum summorum virorum personis. *Id. Epam.* 1. Res digna memoria. Adde *Cæs.* 7. *B. G.* 25. *Nepos Arist.* 1. Dignus pena. Adde *eund.* *Timoth.* 4. et *Chabr.* 1.; et *Sall. Cat.* 51. et 54. *Horat.* 1. *Od.* 27. 20. flamma. *Id. 1. Ep.* 9. 4. mente domoq. Neronis. *Id. 1. ibid.* 4. 5. sapiente bonoque. *Id. 3. Od.* 13. 2. mero. Adde *eund.* *Art. P.* 191. 2. *Sat.* 3. 4., 1. 85. et 2. 40., 1. *Ep.* 6. 63. et 2. *Od.* 13. 29. *Ovid.* 14. *Met.* 828. pulvinaribus altis. Adde *eund.* 3. *ibid.* 254. et 5. *ibid.* 345. *Petron.* *Salyr.* 81. Sua quoque confessio ne dignus exilio. *Id. ibid.* 91. Dignus hac injuria sui? *Fal. Flacc.* 5. 473. prima carina. Adde *eund.* 5. 638. *Quintil.* 11. 1. 40. eo viro. *Sil. It.* 12. 81. fama. *Tac.* 13. *Ann.* 14. suscipiendo imperio. Adde *Curt.* 9. 5. 23. et 4. 4. 11.; *Fal. Max.* 9. 2.; *Sueton.* *Aug.* 43. *Oth.* 4., *Ner.* 19. 22. et 23.; et *Juvenal.* 7. 29. *Inscript.* apud *Smet.* 44. 5. **MVLIER DIGNISSIMA VITA QUAEQUE TVIS OLIM PERFRVERERI BOXTS.** — b) Cum Genitivo. *Plaut. Trin.* 5. 2. 29. Dignus salutis. *Balbus* apud *Cic.* 8. *Att.* 15. A. Suscipere curam et cogitationem dignissimam tue virtutis.

*Liv.* 4. 37. memoria. Adde *eund.* 36. 17.; et *Phœdr.* 4. 20. Plura ex *Ovid.* *Sil. It.* *Tac.* *Senec.* *Trag.* etc. congerunt eruditii, et præsertim *Heins.* ad *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 57.; que omnia sunt dubiae lectionis. — c) Singulare est illud cum Dativio *Plaut. Pæd.* 1. 2. 44. Diem pulchrum et celebrem, dignum Veneri pol. nisi forte Veneris legendum sit. — Item illud ejusdem. *Mit. glor.* 4. 1. 21. Ad tuam formam illa una digna est. — d) Cum Accusativo communis. *Plaut. Capt.* 5. 2. 6. Non me censes scire, quid dignus siem? Cf. *Ter. Phorm.* 3. 2. 34. Di tibi omnes id, quod est dignum, duint. Rursus *Plaut. Pseud.* 4. 1. 25. Tantum tibi boni di immortales duint, quantum tu tibi optes. Nam si exceptem, quantum dignus, tantum dent, minus nihil est. — e) Cum Relativo. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 17. Dignus, qui liber sics. Adde *eund.* *Rud.* 2. 6. 38. *Ter. Heaut.* 4. 4. 19. Dignum me putas, quam illudas. *Id. Hecyr.* 2. 1. 15. Dignum decererunt, cui liberos suos committerent. *Id. Eun.* 5. 9. 22. Nihil est hoc dignius, quod amet. Cf. *eund.* *Eun.* 2. 3. 20. Digna res est, ubi tu nervos intendas tuos. *Cic.* 3. *Legg.* 2. 5. Qui aliquando imperet, dignus esse. *Id. 4. Acad.* (2. *pr.*) 6. 18. Homines digni, qui buscum dissenserunt. *Id. 1. Tusc.* 1. 1. Quæ quidem digna statuisserunt, in quibus elaborarent. *V. Klotz* ad h. l. *Liv.* 4. 3. Dignus, qui viveret. *Curt.* 6. 5. 30. Dignam, ex qua generaret. Adde *eund.* 5. 8. 9., 3. 12. 24., 9. 2. 27., 10. 2. 22. et 10. 5. 17. *Petron.* *Salyr.* 20. Dignus non sum qui bibam? *Quintil.* 10. 1. 131. Digna natura, quæ mellora vellet. Adde *eund.* 6. 2. 3. et 10. 1. 115.; *Justin.* 38. 3. 11.; et *Juvenal.* 4. 117. — f) Sequenti part. ut *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 4. Non sum dignus præ te, ut figam palum in parietem. *Liv.* 24. 16. in fin. Digna res visua, ut simulacrum celebrati ejus diei Gracchus — pinguji jubaret in æde Libertatis. *Quintil.* 8. 5. 12. Eras dignus, ut haberet integrum manum. Adde *eund.* 12. 11. 24. — g) Cum Infinito; et quidem — Acti. *Catull.* 68. 131. concedere digna. *O. id. 4. Trist.* 8. 14. ponere annos. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 48. digna sequi. *Ovid.* 1. *Met.* 241. perire. Adde *Tibull.* 2. 6. 43.; *Ovid.* 2. *Pont.* 3. 32. et 10. *Met.* 633.; et *Juvenal.* 6. 50. — Sæpius passive. *Virg.* 5. *Ecl.* 54. Et puer ipse fuit cantari dignus. *Id. ibid.* v. 89. dignus amari. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 3. describi. *Id. ibid.* 10. 72.; et *Quintil.* 10. 1. 96. legi. *Liv.* 8. 26. extre. credi. Adde *Horat.* 3. *Od.* 21. 6., *Art. P.* 183. et 285. et 1. *Sat.* 4. 25.; et *Ovid.* 2. *Met.* 42., 4. *ibid.* 320. et 10. *ibid.* 336. *Fal. Flacc.* 2. 121. digna tuis adjungit armis. — Acti. et passive. *Plin. Paneg.* 7. Dignus alter eligi, alter eligere. — h) Absolute. — *Dignus homo* absolute est qui meretur aliquid, in utramque partem. *Plaut. Cœrc.* 4. 2. 27. Si dignis maledicitur, bene dictum est. *Id. Pæn.* 4. 2. 39. Nostrorum nemo dignus est. *Cic. fragm.* apud *Serviūna* ad *Virg.* 6. *En.* 611. Dignis largendum est. *Sall. Cat.* 35. Quod non dignos homines honore honestatos videbam. *Horat.* 2. *Od.* 14. 25. Absument heres Cæcuba dignior. *Justin.* 6. 2. 3. Tanto exercitu deerat dignus imperator. Adde *Trebell. Gallien.* 11. Rursus *Justin.* 12. 15. 8. Dignissimo imperium reliquit. Adde *Plin. Paneg.* 2. *Fal. Flacc.* 7. 280. hospitibus succurrere dignis. *Plaut. Asin.* 1. 3. 94. Dignos indignos adire, atque experiri certum est mihi. Similiter *Liv.* 24. 16. med. Omnes, alt, malle laudatos a se, dignos indignosque, quam quemquam eo die castigatum esse. Cf. *Sall. Cat.* 51. Novum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. *V. Kritz* ad h. l. — *Cic. 3. Phil.* 9. 22. reprehendit *M. Antoniūm*, qui diverat: *Nulla contumelia est, quam facit dignus.* Dignus? (inquit) nam etiam malo digni multi, sicut ipse. At quæ facit is, qui cum dignitate est? *Antonius* hoc intelligebat: non est habenda contumelia, quam facit is, qui ita facere debuit, sive quia lassitus, sive quia jure potuit, sive quia illi est moribus, ut nihil aliud ab eo expectandum fuerit. Confirmat hoc quæ sequuntur: nec timor, quem denunciat inimicus. Badeni ratione *Seneca* 3. *Ira* 18. Dignus erat Marius, qui illa (crudelias et nefanda) pateretur; Sulla, qui jubaret; Catilina, qui faceret: sed indigna res publica, quæ etc. Et in *Senatus consulto* apud *Gruter.* 499. 12. *NEQVVS VOS DIGNOS ESSE QVI EA FACERETIS.* Plura leges apud *Gronov.*, cuius hæc interpretatio est. *lib.* 3. *Observation.* c. 8. sub fin. *Natio Quintil.* 0. 3. 13. aliter accepisse vi-

detur, ut in *CONTUMELIA* dictum est. — *Dignum habere* est dignum putare. *Plaut. Merc.* 1. 2. 7. Properanti haud quisquam dignum habet decidere. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 12. Posteaquam illum, ne cui satis faceret quidem, me dignum habere, sensi. — De rebus. *Cic. Quinct.* 30. 94. Qui maior dignus inveniri in tanta calamitate potest? *Auct. B. Alex.* 32. Dignum fructum virtutis tulit. *Sall. Cat.* 51. Dignum pœnam pro factis eorum reponere. *Id. Jug.* 66. Ex mala conscientia digna timere. *Liv.* 21. 6. Digna causa. *Virg.* 1. *En.* 604. grates persolvere dignos. Adde *Liv.* 5. 23. et 4. 49. Rursus *Virg.* 1. *En.* 609. Præmia digna. *Quintil.* 12. 6. 7. Dignum operæ pretium. *Parat. Paneg.* *Theod.* 6. Dignum hospitium. — *Dignum* est, fas est, pars est, conveniens est, docet. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 129. Huic homini dignum est divitias esse, qui rem servat. *Ter. Phorm.* 2. 3. 55. Cujs de stultitia dici, ut dignum est, non potest. et 91. Si illam attigeris securus, quam dignum est liberam. *Cic. 6. Phil.* 7. Venit tempus, serius omnino, quam dignum populo Romano fuit. *Virg.* 3. *G.* 391. Munere sic niveo lanae, si credere dignum est, Pan deus Arcadiæ captam te, Luna, sefellit. — Ceterum adde *Horat.* 1. *Ep.* 7. 22. et 18. 78.; *Virg.* 1. *G.* 507.; *Ovid.* 10. *Met.* 356.; *Curt.* 10. 8. 20.; *Quintil.* 11. 3. 48., 1. 5. 6. et 7. 4. 39.; *Fal. Flacc.* 1. 6., 4. 588., 8. 345. et 7. 280.; *Tac.* 1. *Ann.* 3. et *Germ.* 13.; et *Sil. It.* 15. 33.

**DIGREDIOR**, grēdēris, gressus sum, grēdi. dep. 3. (dis et gradior). Part. *Digrediens* 1.; *Digressus* in omnibus paragr. — Digredi est in diversa abire, alico abire, discedere (It. dividendi andare in parti opposite, andar altrove, partirsi, scostarsi; Fr. s'éloigner, s'écarter, s'en aller, se séparer; Ital. apartarsi, alejarse, desviarse; Germ. durch Trennung auseinandergehen, sich trennen, weggehen; Engl. to go somewhere, else, go or step aside, turn aside, depart).

I.) Proprie, et quidem — a) Universim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 40. 103. Luna tum congregiens cum sole, tum digrediens. *Sall. Jug.* 22. Ita utriusque digreditur. *Virg.* 4. *En.* 80. Post, ubi digressi, etc. *Auct. B. Afr.* 37. Parvulam proclivitatem digressus, sinistra parte campi regiones ducit. — b) Sæpius cum præpos. ab vel ex et Ablativo persone aut loci, a quo quis digreditur. *Cic. Sull.* 12. 34. Omnibus rebus illis interficit: numquam est a me digressus. *Al. leg. degressus.* *Id.* 12. *Fam.* 18. Etsi perinquo patiebar animo te a me digredi, tamen eo tempore me consolabar, quod et in summum otium te ir arbitrabar et ab impenitibus magnis negotiis discedere. Similiter *Cæs.* 1. *B. C.* 57.; *Sall. Jug.* 18.; et *Sueton.* *Cæs.* 43. Digredi ab aliquo. *Auct. B. Afr.* 7. *Cæsar* non digredit a mari, neque mediterraneo petere. *Liv.* 39. 35. Digredi a colloquio. *Curt.* 5. 12. 8. a rogo. *Id.* 6. 10. 12. a mensa. *Cæs.* 1. *B. C.* 72. Paullulum ex eo loco digreditur, ut timorem adversarii minuat. *Liv.* 35. 38. Digredi ex colloquio. — c) Cum Ablativo sive præpos. *Sall. Jug.* 79. Digredi domo. *Liv.* 38. 13. via. *Al. leg. degressi.* *Sueton.* *Ner.* 43. triclinio. *Fal. Flacc.* 6. 754. muris. *Spartian.* *Hadrian.* 5. Antiochla digressus est. — d) Cum Adverbio inde. *Auct. B. Afr.* 86. Statim inde digressus. Adde *Sueton.* *Tib.* 6. — e) Cum Accusativo loci, quo quis digreditur, aut finis. *Sall. Jug.* 109. Digredi in sua castra. *Liv.* 2. 31. et 38.; et *Tac.* 2. *Ann.* 30. domum. *Curt.* 3. 8. 3. in diversa. *Tac. Agric.* 6. in urbem. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (43). Obligatis in iatus digni videtur. *Id.* 19. *ibid.* 29. 68. (264). Sol digreditur ad Austrum. At rectius legas degreditur. *Ovid.* 10. *Met.* 2. per aera digreditur. *Al. leg. degreditur.* *Tac.* 4. *Ann.* 73. ad sua tutanda. — f) Absolute. *Sall. Jug.* 94. Quæ dubia nisi videbantur potissimum tentare, ac sæpius eadem escendens descendensque, dein statim digreditur, ceteris audaciæ addere. Adde *Tac.* 1. *Ann.* 27. et 3. *Hist.* 69.; et *Nepot.* *Datam.* 11. *Justin.* 2. 9. 13.; et *Sueton.* *Aug.* 74. Eo digresso. Juvenal. 16. 47. Digredimus parati.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro abire in diversa, sed metaphorice sumptum; ac præcipue de oratione usurpatur. — a) Cum additis. *Ter. Phorm.* 4. 5. 10. Digredi officio. *Cic. Brut.* 93. 322. parumper a causa. *Orellius* vero, nulla variante lectione protata, leg. degredi. *Id.* 5. *Ferr.* 69. 163. Ille longius,

quam voluntas fuit, ab epistola Timarchidis digressa est oratio mea. *Al. leg.* degressa. *Id. 3. Orat.* 77. 311. Digradi ab eo, quod proposueris. *Rectius legas degredi. et nox* §. 312. Sæpe datur ad commovendos animos digrediendi locus. *Hic quoque rectius legas degrediendi. Similiter degredi de causa, non degredi legendum est apud eum.* 1. *Invent.* 51. 97. *Quintil.* 10. 6. 5. Digradi ex aliquo, et in id redire. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 60. Sed eo, unde huc digressi sumus, revertamur. *Sic Quintil.* 2. 4. 15. Ut eo revertar, unde digressus sum. *Al. leg.* egressus. *Id. 11. 2. 11.* Digrassis in laudes Castoris ac Pollucis exierat. *Al. leg.* degressus. — b) Absolute. *Cic. Harusp.* resp. 2. 3. Dolore elatus et iracundia longius prope digressus. *Orellius legit* progressus. *Quintil.* 3. 11. 26. Ut intueamur semper (*causam*), aut certe, si digressi fuimus, saltem respiciamus. *Id. 4. 3. 17.* Ciceroni in procunio digredi fuit necesse. ¶ 2. Letra de muliere, quæ divertit. *Sueton. Cæs.* 43. Digressam feminam a marito post biduum statim duxerat.

**DIGRESSIO**, ônis, f. 3. actus digrediendi, discessus.

I.) Proprie. *Cic. 1. ad Q. fr. 3. 4.* Congressio et discessio nostra.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Gell.* 1. 3. ante med. Cujusmodi declinatio ista esse debeat, qualisque ad adjuvandum digressio, non dicit. h. e. discessus a recto, ab honestate, ab æquo. ¶ 2. Sæpe adhibetur in re oratoria; et inter figuræ sententiarum a *Cic. 3. Orat.* 53. et 54. enumeratur. V. **DEGRESSIO**. *Cic. Brut.* 85. 292. Ista mihi tua fuit perjuranda a proposita oratione digressio. Adde *eum.* 2. *Orat.* 77. 312.; sed utroquinque al. leg. **degressio**. *Quintil.* 10. 1. 33. Licit tamen nobis in digressionibus uti vel historicæ nonnunquam nitore. Adde *eum.* 4. 2. 19. et 9. 3. 90.

**DIGRESSIVUS**, a, um. V. **DIGREDIOR**.

**DIGRESSUS**, us, m. 4. idem quod **degressio**.

I.) Proprie. *Cic. 1. ad Q. fr. 3. 4.* Congressus nostri lamentationem pertinui; digressum vero non talissem. *Id. Senect.* 23. 85. Non longinquum inter nos digressum et discessum fore. *Id. 1. Att.* 5. 4. Ut primus a tuo digressus Romam veni. *Id. 2. Nat. D.* 19. 50. Luna tenuissimum lumen facit accessus ad solem, digressus plenissimum. *Id. Pis.* 26. 63. Digressum meum, et absentiam, et redditum etc. *Al. leg.* degressum eodem sensu. *Sueton. Ner.* 34. Matriam in digressu exosculatus. Adde *eum.* *Tib.* 10. *Juvenal.* 2. 1. Digressu amici. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 29. 35. (107). Tardus digressus. — In plur. numero. *Val. Flacc.* 3. 4. Euidem caris socium digressibus haberent.

II.) Translate pro digressione oratoria. *Quintil.* 10. 1. 47. Similitudines, amplificationes, exempla, digressus. Adde *eum.* 4. 3. 14. et 10. 5. 17.

**DIGRUNNIO**, is, ire, n. 4. idem quod **grunnio**. *Phœdr.* 5. 5. 27. Scurra digrunnit filior. *Alii rectius leg.* degrunniunt.

**DIGUSTO**, as, are, a. 1. hinc inde gusto. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 169.

DI, deorum. V. **DEUS**.

DI, deorum. V. **DEUS**.

DI pro diei. V. **DIES** sub init.

**DIAMBUS**, i, m. 2. δάιμβος, pes metricus ex duobus iambis constantis, ut *amænitas*, quiescerent. *Dioned.* 3. p. 477. *Putsch* & *Donat.* edit. 1. p. 1739. Sic *Terentian.* p. 215. Hunc rite vocant, quia geminatur, diambus. I. *Boechium* in *Pind.* T. 1. Part. 1. p. 41., ubi afferunt locus *Capell.* 9. p. 334. Sunt autem numero duo, quorum alter diambi liguram respicit, etc.

**DIJUDICATIO**, ônis, f. 3. actus dijudicandi. *Cic.* 1. *Legg.* 21. 58. Nam ista quideam magna dijudicatio est.

**DIJUDICATRIX**, icis, f. 3. quæ discernit et dijudget. *Apul.* 2. *Dogn.* *Plat.* Virtus spectatrix et dijudicatrix omnia rerum, prudentia.

**DIJUDICATUS**, a, um. V. **DIJUDICO**.

**DIJUDICUM**, il, n. 2. Idem ac dijudicatio. *Cic.* fragm. *orat.* pro *Tull.* (ab J. Mai. edit. in *Class.*

*Juct. T. 2. p. 329.*) 1. Itaque tum vestrum difficultus dijudicium, mea facilis defensio fore videbatur. *Cod.* habet dijudicium. Sed *Orellius* legendum putat dijunctum.

**DIJUDICO**, as, 5vi, stum, arc, a. 1. (dis et judico). Part. *Dijudicatus* et *Dijudicaturus* sub A. — Dijudicare duo diversa significat, prout A) Verbi, aut B) Præpositionis vis præstat.

1) Quam verbi vis præstat, dijudicare est judicando decernere, certo judicio definire; et occurrit — 1.) De judicio, quod ratione, aut verbis sit; et quidem — a) Cum Accusativo rei, quæ dijudicatur. *Ter. Heaut.* 5. 2. 33. Ego dicam quod mihi in mentem venit, tu dijudica. Adde *eum.* *ibid.* 2. 2. 8. et 3. 1. 98. *Quintil.* 7. 1. 37. Ultra pars deberet prior dicere? quod in foro vel atrocitate formulatum, vel modo petitionum, vel novissime sorte dijudicatur. *Id.* 12. 7. 8. Quod ex prima statim fronte dijudicare, imprudentum est. *Cic. Cæc.* 17. 49. Verbis controversias, non æquitate dijudicare. Adde *eum.* 3. *Fin.* 2. 6. *Liv.* 40. 16. Pronunciavit, se causam eorum dijudicaturum. *Horat.* 3. *Od.* 5. 54. Dijudicata lite. *Sueton. Vesp.* 10. Qui judicia — dijudicarent. *Al. leg.* judicarent. — b) Cum Accusativo et Infinito. *Plaut. Amph.* 2. 2. 44. Amphitruo uxori salutat letus speratam suam, quam omnium Thebis vir unam esse optimam dijudicat. — c) Sequenti Relativo. *Cæs.* 5. *B. G.* 43. extr. Neque dijudicari posset, utr utri virtute anterendus videretur. — 2.) De judicio, quod arms sit. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Dijudicata belli fortuna. *Vellej.* 2. 3. 3. Discordia rivium ferro dijudicata.

B) Quam præpositionis vis præstat, dijudicare est duas vel plures res diversas judicando discernere, distinguere. *Cic. 3. Orat.* 50. 195. Tacito quadam sensu, quæ sint in artibus recta ac prava, dijudicare. *Id. 1. Legg.* 16. 44. Dijudicare jus et injuriam. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 33. 107. vera et falsa. *Id. 9. Fam.* 16. Non facile dijudicatur amor verus et fictus. *Id. Partit. orat.* 40. 139. Vera a falsis dijudicare et distinguere. *Gell.* 2. 7. Tres sententias subtilissime dijudicare. *Cic. 1. Tusc.* 11. 23. Dijudicare inter duas sententias. — Et sequente Relativo. *Plin.* 9. *Ep.* 26. 6. Acer intentione dijudicandum est, immodicum sit, ac grande, etc.

**DIJUGATIO** vel disjugatio, ônis, f. 3. separatio. *Arnob.* 2. 11. Animarum a corporibus dijugatio.

**DIJUGATUS** vel disjugatus, a, um. V. voc. seq.

**DIJUGO** vel disjugo, as, are, a. 1. (dis et jugo). Part. *Dijugatus II.* — Dijugo est duo jugo copulata sejungo, separo.

I.) Proprie. *Serer. Sanct.* 47. Tristem continuo dijugo conjugem. h. c. bovem cum altero jugo junctum.

II.) Translate. *Arnob.* 5. 9. Quem pietas dijuga re ab infando non valuit appetitu, effusa libido dijunit. *Id.* 7. 1. Aut eis existimet dandas (*hostias*), qui sunt ab his longe natura et beatitudine dijugati.

**DIJUNCTA** vel disjuncta, adverb. separatim. *Festus* p. 293. 4. *Müll.* Nec (*conjuncte*) appellari debere ait Verrius, sed dijuncte, ut ceteras vias Flaminianam, Appianam, Latinam: ut ne Novamiam quidem, sed Novam viam.

**DIJUNCTIBILIS** vel disjunctibilis, e, adject. qui dijungi potest. *Simplicius* in *Gronat.* vet. p. 84. *Goes.* Dijunctibilis est effectus, quem etc.

**DIJUNCTIM** vel disjunctum, adverb. separatim, seorsum. *Modestin.* *Dig.* 35. 1. 49. Sub diversis conditionibus disjunctum positum liber esse jussus. Adde *Paul.* *ibid.* 28. 7. 5. et alibi. Apud *Cajum* 2. *Instit.* 199. et 205. et 223. disjunctum *opponitur* conjunctum. — Ceterum in omnibus locis bucusque citatis disjunctum, non dijunctum legitur.

**DIJUNCTIO** vel disjunctio, ônis, f. 3. Quod ad scribendi rationem attinet, V. DIJUNGO init. — Dijunctio proprie est actus dijungendi, sive separatio: sed occurrit translate tantum; et quidem ¶ 1. Generatim. *Cic. Sext.* 21. 47. An erat mihi in tanto iuctu meorum, tanta dijunctione, tanta acerbitate, tanta spoliacione omnium rerum — vita refinenda? *Id. Amic.* 21. 76. Ut — nec fieri possit, ut non statim alienatio dijunctione facienda sit. *Id. Procons.* 17. 40. Postea — ita dissensi ab illo, ut in dijunctione sententiae conjuncti tamen amictia maneremus. *Id. 2. leg. Agr.* 6. 14. Animorum dijunctio dissensionem facit. *Arnob.* 3. 35. Dijunctionis differentia conservata. ¶ 2. Speciatum apud Dia-

lecticos est enunciatio, in qua membra disjunctive ponuntur: quæ et disjunctum dicitur. Cic. 1. *Nat. D.* 25. 70. In omnibus disjunctionibus, in quibus aut etiam, aut non ponetur, alterum verum esse. Adde *eum.* *Topic.* 14. 56., 4. *Acad.* (2. pr.) 30. 97. et *Fat.* 16. 37. Sic *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 28. 91. Quæ conjunctio, quæ dijunctio vera sit, quid ambigue dictum sit, etc. h. e. quæ propositione duo quædam conjungens, quæ dijungens; quam vocant propositionem dijunctivam. ¶ 3. Item speciatum apud Rhetores est figura verborum ἀντίστροφα Græcis, quia opponitur τῷ σεμνῷ: item sepius διεξυγένεται, et Latine disjunctionem: V. DIJUNGO in fin., in qua eorum, de quibus dicimus, aut utrumque, aut unamquodque certo concluduntur verbo, sic: Populus Romanus Numantiam delevit, Carthaginem sustulit, Corinthum disjecit, Fregellas evictum. Ita Cic. 4. *Herenn.* 27. 37. V. Klotz ad h. l. in *procœm.* p. xiii. *Id. Cic. 3. Orat.* 51. 207. inter ornamenta verborum disjunctionem recenset, quemadmodum et *Quintil.* 9. 1. 35. Huc pertinet et illud *Gell.* 2. 7. extr. Deest dijunctionis isti tertium. ¶ 4. Item pro συνωνυμίᾳ. *Quintil.* 9. 3. 45. Hoc alli συνωνυμία, alli disjunctionem vocant.

**DIJUNCTIVUS** vel disjunctivus, a, um, adjekt. qui disjungendi vim habet; sed occurrit translate tantum in artibus; scilicet ¶ 1. In Dialectica disjunctivum prologatum apud *Gell.* 5. 11. ad fin. est enunciatio ipsa, quæ dijunctio dicitur a dialeticis: V. DIJUNCTIO 2. Similiter *African.* *Dig.* 45. 1. 63. Disjunctivæ conditions. h. e. disjunctivo modo adscriptæ. ¶ 2. In re grammatica, disjunctivæ conjunctiones sunt *aut*, *vel*, *nec*, *sive*, etc. *Ascon.* in *orat.* *Cic. pro Scavo* p. 23. 17. *Bait.* Næque est conjunctio disjunctiva, et semper postulat, ut rursus inferatur. *Charis.* 2. p. 199.; et *Diomed.* 1. p. 409. *Putsch.* et alibi. Conjunctiones disjunctivæ. Sic *Papinius.* *Dig.* 35. 1. 76. Disjunctivo modo conditiones adscriptæ. h. e. cum particulis *aut* *si*, *vel* *si*, etc.

— Et absolute *Procul.* *ibid.* 50. 16. 121. Disjunctivum est, veluti quum dicimus, *aut dies*, *aut nox* est: quorum posito altero, necesse est tolli alterum; item sublatu altero, ponit alterum.

**DIJUNCTUM** vel disjunctum, i, n. 2. V. DIJUNGO in fin.

**DIJUNCTUS** vel disjunctus, a, um. V. voc. seq.

**DIJUNGO** vel disjungo, gis, xi, et, etum, gere, u. 3. (dis et jungo). Quod ad scriptorium attinet, veteres Grammatici, qui in orthographia statuendi rationem etymi semper habebant, plerique ducunt scribendum esse dijungo: in multis tamen Codicibus antiquis et recentioribus, hisque optimis etiam dijungo legitimi. — Scribunt et dijungo prima syllaba longa. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv.* p. 712. NEVVE VLVS VNQVAM XOS DIVNXISSET NISI HIC TVVS FATALIS DIES. — Part. *Dijungens* I. 1. *Dijunctus* in omnibus paragr. et in fin.; *Dijungendus* II. — Dijungere, cui recte opponitur *conjugere*, est in diversa separare, sejungere (It. *disjungere*, *disunire*, *separare*: Fr. *disjoindre*, *détacher*, *détier*, *éparer*; Hisp. *desunir*, *separar*; Germ. *losbinden*; Augl. *to separate*, *part*, *divide*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de armentis dicitur, et est a jugo solvere. — a) Absolute. Cic. 2. *Divinat.* 36. 77. Dijungere jumenta. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 28. bovemque disjunctum curas et strictis frondibus exples. *Ovid.* 14. *Met.* 628. Dijungere fessos juvencos. *Juvenal.* 5. 119. boves. *Colum.* 6. R. R. 14. 7. disjungere absolute omnino usurpavit. — b) Cum adultis. *Varro* 2. R. R. 6. 4. Marem (*agnum*) non dijungunt ab opere, quod remissione latibus sit deterior. *Colum.* 2. R. R. 3. 1. Boves quin ab opere disjungent, substrictos conseruent. *Id.* 6. *ibid.* 14. 5. Quum bos dijungitur ab opere. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 27. 67. (251) Dijungenti boves ab opere. — Et omissa prepos. *Colum.* 6. R. R. 15. 2. Armenta opere disjungunt. — c) Huc referri potest et illud *Varro*. 2. R. R. 1. 20. Agnas dijungere a mamma matris. h. e. ablactare. *Id. ibid.* 7. 12. Pulli dijungere a matribus. Adde *eum.* *ibid.* 9. 12. ¶ 2. Latiori sensu præpositionis vis præstat, et disjungere ponitur de personis et rebus inanimis, quæ spatio in diversa separantur. — a) Absolute; quia sermo est de pluribus. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 18. Quum ego servus, quando aspicio hanc, lacrumea quia dijungimur. Cic. 1. *Fam.* 7. 1. Quoniam inter intervallo locorum et temporum dijuncti sumus. *Sall.*

*Jug.* 47. Quod (*flumen*) *Jugurtha* Bocchique regnum disjungebat. *Val. Flacc.* 2. 562. Quamquam longis disjungimur oris. — b) Cum addito, a quo quis vel quid disjungit. — Per Ablativum et praepos. ab. *Cic.* 3. *Verr.* 59. 154. Quum ab Italia fredo disjunctus essem. *Id. 6.* *tibid.* 53. 118. Nisi munitio ne ac mole lapidum disjunctus esset (*fons*) a mari. *Id. 16.* *Att.* 3. 4. Multa me inovent in discessu, in primis mebercule, quod dijunger a te. *Sall.* apud *Non.* p. 535. 17. *Merc.* Qua in parte Cappadocia ab Armenia disjungitur. *Liv.* 42. 59. Equitatus a levo cornu brevi spatio disjunctus. — Per Ablativum sine praepos. *Virg.* 1. *En.* 256. Italis longe disjungiunt oris.

II.) Translate est personas aut res, quæ aliquo inter se vinculo conjugebantur, alteram ab altera alienare, separare. — a) Absolute. Cic. 3. *Orat.* 35. 143. Si eos (*oratorem et philosophum*) dijungent. *Id.* 7. *Verr.* 72. 182. Quasi natura et genere disjuncti sint, ita dissident a nobis animo et voluntate. Adde eund. 2. de *republ.* 37. — Speciatim apud Dialecticos disjungi dicuntur ea, que efteruntur per *dijunctionem*, ut in ea voce § 2. explicatum est. *Gell.* 16. 8. a *med.* Ex omnibus, quæ disjunguntur, unum esse verum debet, cetera falsa. *Addo cund.* 5. 11. — b) Cum addito, a quo quis aut quid disjungitur. — Per Ablativum et præpos. ab. *Ter. Hecyrr.* 1. 2. 85. Atque ea res multo maxime disjunxit illum ab illa. *h. e. alienavit.* *Cic.* 2. *Phil.* 10. 23. Opera mea Pompejum a Casar's amicitia esse disjunctum. *Id. Amic.* 12. 41. Populus a senatu disjunctus. *Id. Sull.* 21. 60. Disjungere Pompejanos a colonis. *Liv.* 42. 48. Quod veterem amicitiam sibi disjungeret ab Romanis. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 23. Ab orationibus dijungo me fere, referoque ad manusstiores Musas. *Id.* 1. *Tusc.* 31. 75. Disjungere se a corporibus. *Id.* 1. *Nat. D.* 7. 16. Qui honesta a commodis non nomine, sed genere toto disjungent. *Id.* 3. *Tusc.* 5. 11. Disjungere insaniam a furore. *Varro* 1. *R. R.* 2. 21. Dijungamus igitur passionem a cultura. *Id. ibid.* 3. 1. Quæ dijungenda essent a cultura. *Id. ibid.* 23. 4. Quæ ab agri utilitate sunt dijuncta. *Quintil.* 2. 15. 2. Disjungere artem a scientia. — Per Dativum, *Aeson. Epist.* 24. 34. Pirithoo disjungere Thesea posses. — Hinc Part. præter. pass., cuius plura superius exemplia retulimus,

*Dijunctus* vel *disjunctus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Disjunctior* sub II. 1.; et Sup. *Disjunctissimus* sub I.; et est separatus, divisus, sejunctus, remotus.

I.) Proprie et quidem latiori sensu. — a) Absolute. *Cic. 6. Ferr.* 53. 117. Insula mari disjuncta angusto. *Id. pro leg. Manil.* 4. 9. Duobus in locis disjunctissimis maximeque diversis. *Id. pro Maccell.* 2. 5. Nec vero disjunctissimas terras citius possibus ejusquam potuisse peragrari. Cf. *Plin. Paneg.* 15. Disjunctissimas terras lustrare. — b) Cum addito, a quo quid disjunctum est, per Ablativum et praepos. ab. *Cic. Pis.* 37. 91. Etolia procul a barbaris disjuncta gentibus.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 3. 802.  
Quid enim diversius esse putandumst. Aut magis in-  
ter se disjunctum discrepitansque. Quam mortale  
quod est immortali - junctum etc. *Cic.* 4. *Iscad*.  
(2. pr.) 20. 66. Nihil est enim ab ea cogitatione -  
ettore, levitate, temeritate disjunctius. *Id. Pis.* 1. 3.  
Ac tamen ea, que sunt longissime disjuncta, com-  
prehendam. *Id. 3. Orat.* 15. 37. Neque disjuncti do-  
ctores, sed idem erant vivendi praecceptores ac di-  
cendi. *Id. Sext.* 67. 141. Homines Græci longe a  
nostrorum hominum gravitate disjuncti. *Id. Cœl.*  
21. 53. Mores aliecuus longissime a tanti sceleris  
atrocitate disjuncti. *Id. Rosc. Am.* 14. 39. Vita ma-  
xime disjuncta a cupiditate et cum officio conjuncta.  
*Id. fragm.* apud *Hieronym.* *Ep.* 52. n. 8. Quorum  
estates non annis, sed sæculis scimus esse disjunctas.  
*Id. Harusp. resp.* 25. 53. Quorum mentes et res  
sunt perditæ, longeque a communii salute disjunctæ.  
*Id. 1. Orat.* 3. 12. Quod sit longissime ab imperi-  
torum intelligentia sensusque disjunctum. ¶ 2. Spe-  
cialiter *disjuncta* dicitur oratio, quæ non est colligata  
et connecta. *Cic. Pariti. orat.* 6. 21. Concursum  
disjuncti atque hianteas. — Hinc *disjunctus orator*  
apud *Tac. Dial. de orat.* 18. est is, qui conciso di-  
cendi genere uititur, neque longis comprehensionibus  
colligato et connevo. Sic enim ibi loc. cit. Cal-

rum quidem Ciceroni visum exsanguem et attritum, Brulum autem obiosum atque disjunctum. *Ahi leg.* disjunctum. ¶ 3. Item speciatim apud Dialecticos disjuncta dicuntur, que sibi iovicem opposita sunt. *Cic. 2. Fin. 14. 45.* Disjuncta conjungere. — Hinc enunciatio disjuncta, qua et disjunctio dicitur, apud eosdem Dialecticos est, qua effertur per particulas disjunctivas aut, vel, etc. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 30. 97. Omne, quod ita disjunctum sit quasi aut etiam, aut non, etc. — Eadem dicitur etiam disjunctum apud Gell. 5. 11. Non ratum id, neque justum disjunctum esse ait. — Hinc etiam apud JCtos disjuncti dicuntur, quibus eadem res separata et diversa oratione relicita fuit, hoc modo: *Titio hominem Stichum do, lego: Sejo Stichum lego, ut Justinian. Institut.* 2. tit. 20. docet. His opponuntur conjuncti, quibus eadem oratione eadem res legatur. *Ulp. Dig.* 30. 34. Si conjuncti disjunctive committuntur sint, conjuncti unius personæ potestate funguntur. — Hinc

*Dijunctum vel disjunctum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, apud Rhetores est ea dicendi figura, que Graece διστύχων, Latine vero *dijunction* appellatur. *Cic.* 4. *Herenn.* 27. 37.; et *Capell* 5. p. 167. *V. DIJUNCTIO 3.*

DILABIDUS, a, um, adject. qui facile dilabitur, dissolvitur. *Flin.* 8. *Hist. nat.* 55. 81. (219). Veste leporini puto favere tentatum est, tactu non perinde molli, ut in cuto, propter brevitatem pili dilabidas. *Siliq.* vulgatam hanc lectioinem tuerit: alii alter legunt.

DILABOR, labéris, lapsus sum, labi, dep. 3. (dis et labor). Part. *Dilabens* 1. 1. et 3.; *Dilapsus* in omnibus paragr.; *Dilapsurus* 1. 2. — Dilabi est in diversas partes labi, diffundi, disfluere (It. scorrere in parti opposte; Fr. s'écouler de côté et d'autre, se fondre; Hisp. correr, colar acá y allá; Germ. auseinandersfallen, zerfallen, zerfliessen.; Angl. to slip or glide different ways).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu ac generatim. Cic. 2. *Nat. D.* 10. 25. Glacies admittit calore liquefacta et dilapsa se diffundit. *Liv. 21. 36.* Ut vero totum hominum jumentorumque incessu (*nix*) dilapsa est, per nudam infra glaciem fluctuante habemus liquefientis nivis ingrediens. *Plin. 2. Hist. nat. 65. 65.* (163). Umor in poculis repletis cumulo eminentie infusus dilabitur. *Liv. 41. 2.* Quia nebula dilabente ad primum tempore solis. *Tac. 14. Anna. 32.* Jam Oceanus cruento aspectu, in sicco dilabente testo humanorum corporum effigies relicta. *Plerique tamen hic leg. labente. Virg. 4. Aen. 703.* omnis Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

Ovid. 1. Met. 742. Ungulaque in quizos dilapsa absuntur ungues. — Dicitur et de fluminum cursu.  
Cic. 2. Legg. 3. 6. Amnis divisus æquilaterus in duas partes latera haec alit, rapideque dilapsus, citè in unum confluit. Curt. 5. 4. 8. Quippe obumbratus amnis presso in selum dilabitur alveo. V. Müttrell ad h. l. Plin. 37. Hist. nat. 2. 11. (32). Padus dilabitur ad insulas. At Sillig. ex Cod. Bamberg. relictus leg. delabitur. ¶ 2. Item stricto sensu, sed specialim, dilabi dicuntur milites, qui hac illac pavientes abeunt seu domum redeundi, seu fugiendi, seu depopulandi causa. — a) Absoluti. Salt. Jug. 18. Exercitus ejus, compositus ex variis gentibus, amissio doce —, brevi dilabitur. Id Cat. 57. Sed postquam in estra nuncius pervenit, Roma conjuratiō nem patesfactam, de Lentulo et Cethego — supplicium sumptum, plerique, quos ad bellum spes rapinarunt — illeversat, dilabuntur. Nepos Eumen. 3. Intelligebat, copias suas sinal cum nuncio dilapsuras. Adde eund. Lysand. 2.; et Liv. 9. 45. Curt. 5. 12. 9. Tum vero custodiæ ejus assueti, quos regis salutem vel periculo vite tueri oportebat, dilapsi sunt. Sic Id. 3. 11. 14. Jamque una alia ipso impetu proculata erat: quam Thessali strenue circumactis equi dilassi, rursus in prælium redeunt. Adde eund. 7.

2. 31.; *Sueton. Vitell.* 16.; *et Frontin.* 2. *Strateg.*  
5. 18. — b) Cuna additio, a quo quis dilabitur, per  
Ablativum et præpos. ab vel ex. *Liv.* 23. 18. Per  
omne aestivorum tempus magna pars sine connœpta  
tibus ab signis dilabebantur: neque aliae latebrae  
quam Capua, desertoribus erant. Adde *eund.* 35.  
*Id.* 24. 46. Imber, ab nocte media coortus, cu  
stodes vigilesque, dilapsos et stationibus, subfugere  
in tecta coegerit. Cf. *eund.* 6. 17. — c) Cuna additio,  
quo quis dilabitur, per Accusativum et præpos. in  
*Liv.* 38. 34. Auxiliare in agros dilapsi. *Id.* 40. 33.

Extemplo in vicos castellaque sua omnes dilapsi. Adde cumd. 41. 5. et 44. 43.; *Justin.* 13. 5. extr. et 16. 4. 17.; et *Curt.* 7. 4. 20. — *d)* Cum addito, quem ad finem quis dilabitur, per Accusat. et prepos. ad *Liv.* 4. 55. Dilapsis ad prædam militibus, qui in præsilio erant. *Sueton.* *Cal.* 48. Dilabi ad arma resumenda. *Justin.* 2. 12. 19. ad sua tuenda. — Poetice de feminis *Val. Flacc.* 3. 357. Jamque solutus honos cineri: jam passibus ægris Dilapsa cum prole nurus. — Huc referri possunt et illa, in quibus *labil* ponitur pro effugere. *Val. Flacc.* 7. 399. inde Venus dextræ dilapsa tenenti. *Justin.* 2. 12. *in fin.* In qua tropidatione multæ capite nave, multæ merse; plures tamæ minus seculâria regis, quam bostem timentes, domum dilabuntur. ¶ 3. Latitior, seu pregnante, uti ajunt, significatione, est corrumpi, dissolvi, destrui, absumi. *Lucret.* 5. 312. Denique non monumenta virûm dilapsa videmus Cedre proporro subitoque senescere casu? *Liv.* 35. 26. Navis putris et vetustate dilabens. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 6. Ne supplex condita situ dilabatur. *Virg.* 3. *G.* 557. dilapsa cadavera tabo. — Et de ædificiis. *Liv.* 4. 20. Edem Jovis Feretrii vetustate dilapsam recessit. Sic *Tac.* 4. *Ann.* 43. Segetiani, sedem Veneris - vetustate dilapsam restaurari postulavere. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 414. n. 365. *Imp. CAES. T. AELVI HADRIANI ANTONIUS AVG. FIVS VIAN. AENILIAM VETUSTATE DILAPSAM OPERIBVS AMPLIATIS RESTITVENDAM CYRAVL A ROMA M. P. CLXXXVIII. Serenca Ep.* 12. Ædificium dilabens. *Tac.* 1. *Hist.* 86. Coitupia stagnantibus aquis insularum fundamenta, deinde remeante flumine dilapsa. *Inscript.* apud *Orell.* 56. *IMP. T. CAESAR DIVI F. VESPASIANVS AVGVSTVS - AVQVAS CÆTIVAN ET CAERVELIAN - CTM A CAFTER AVGVSTI A SOLO VETUSTATE DILAPSAS ESSENT NOVA FORMA REDUCENDAS STA IMPENSAS CYRAVL.*

11.) Translate. ¶ 1. Dilabi ponitur pro in pupus, vel in extum ruere, evanescere, dissipari, disperdi. Cic. 2. Phil. 27. 66. Ut est apud poetam nescio quem: *Male parta, male dilabuntur* (proverbium), pro quo Italorum quidam vulgo dicunt: *cùd che vien di russa in raffa, se ne va di buffa in bafra.* ¶ Partus in v. PARVO. Rursus Cic. 2. Off. 18. 64. Rem familiarē dilabi sincere flagitosum est. Id. 7. Fam. 28. ad fin. Ita rem communem esse dilapsam, ut ne spes quidea, melius fore aliquando, relinquatur. Sall. Jug. 2. Praeclara facies, magnæ dixitiae, vis corporis et alia bujuscemodi brevi dilabuntur. Liv. 33. 46. Vinctigilia partim negligenter dilabebantur, partim etc. Cic. 4. Herenn. 17. 24. Signum ac fortuna dilapsa est, devolant omnes. Id. 2. Off. 23. 80. Praeclarissime constituta res publica dilabitur. Id. Marcell. 8. 23. Omnia, quæ dilapsa jam. suixerunt, sevris legibus vincienda sunt. Sall. Jug. 10. Concordia res parvae crescent, discordia maxima dilabuntur. Cic. 13. Phil. 5. 11. Sunt illi plures fortasse; sed memoria mea dilabuntur. Id. 4. Tusc. 5. 10. Intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquid effugerit. Sall. Jug. 28. Sed postquam dilapsus tempore coniunctum dies levantabat, etc. Id. ibid. 29. Oionis invidia, prelatandis consultationibus, dilapsa foret. Ovid. 4. Fast. 4. 21. Dilapsa cura inter nova gaudia. Claudian. 1. Eutrop. 75. Cum forma dilapsus amor. Justin. 6. 2. 14. Queritur opulentissimi regis bella inopis dilabi. Lamprid. Alex. Sev. 52. Dilapsa disciplina. ¶ 2. Item dissolvi. Virg. 4. G. 410. de Proteo. aut in aquas tenues dilapsus abicit. Cf. Horat. 1. Sat. 5. 73. Nam vaga per veterem dilapsa flamma culicam Vulcano sumum properabat lambere tectum. — NB. Pro descendere, devenire, transire. Cic. 1. Off. 29. 104. In aliquam turpititudinem dilabi. Id. Amic. 21. 76. A sapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio dilabitur. Rectius tamen in melioribus libris delabi legitur his et similibus locis, in quibus descendendi ratio aliqua subest.

DILACERATIO, ōnis, f. 3. actus dilacerandi.  
Arnob. 2. 45. Morbi, quos infelix mortalitas di-  
versarum sustinet dilaceratione pœnarum.

DILÄCRÄTUS, a, um. *V.* voc. seq.  
 DILÄCERO, as; *hi*; atum, are, a. 1. (dis et lace-  
 re). Part. *Dilaceratus* I. et II.; *Dilacerandus* I. —  
 Dilacero est idem quoil in diversas partes lacero,  
 dilanio, dispergo (*It. lacerare*; *Fr. déchirer, met-  
 tre en pièces*; *Hisp. desgarrar, rasgar, despeda-  
 zar*; *Germ. zerreißen, zerfleischen*; *Angl. to tear  
 or rend in pieces, dilacerate*).

I.) Proprie. *Catull.* 64. 152. Dilaceranda feris dabor. *Ovid.* 3. *Met.* 249. mersisque in corpore rotis Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi. *Id. Heroid.* 11. 111. Nata, dolor matris, rapiderunt preda ferarum, Hei mihi! natali dilacerare tuo. *Tac.* 15. *Ann.* 57. Tormentis dilacerare aliquem. *Cels.* 7. 5. n. 2. Spicula, ne quid dilacerent, sic e-veilenda sunt.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Nat. D.* 11. 27. Non vidit distinctione humanae animorum discripsi et dilacerari Deum. *Pleriq. omnes leg.* lacerari. *Id. Mil.* 9. 24. Dilacerare reipublicam. *Sall. Jug.* 41. Res publica dilacerata. *Ovid. Heroid.* 1. 90. Viscera nostra, tuæ dilacerantur opes. *Al. leg.* dilaniatur. *Tac.* 6. *Ann.* 6. Ut corpora verberibus, ita saevitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur. *Id.* 2. *tibid.* 71. Acerbitibus dilaceratus.

DILACRYMO, as, are, n. 1. idem ac lacrymo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 121.

DILAMINO, as, are, a. f. (dis et lamina) in duas laminas divido. *Ovid. de Nuce* 73. Has (nuces) puer aut certo rectas dilaminat iecu. h. e. in duas partes dividit. Alii aliter legunt.

DILANCINATUS, a, um. particip. a dilancino, dilaniatus, discriptus. *Prudent.* 5. *nepi orat.* 155. Cum membra morti obnoxia Dilancinata interfici. *Ammian.* 22. 15. Oris aditum penetrat alite prævia patet factum, et populo ventre vitalibus dilancinatis erumpit.

DILANCINO, as, are, a. f. hinc inde lancino, in frusta disseco. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 117. Ceterum *V.* voc. prædicta.

DILANIATUS, a, um. *V.* voc. seq.

DILANIO, as, avi, stum, are, a. f. (dis et lanio). Part. *Dilaniatus* I. et II.; *Dilanandus* I. — Dilanio est in diversas partes lanio.

I.) Proprie. *Cic. Mil.* 13. 33. Tu P. Clodii cruentum cadaver nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. *Id. vertens carmen Aschyli,* 2. *Tusc.* 10. 24. aduncis lacerans unguibus Jovis satelles, pastu dilaniati fero. *Tac.* 11. *Ann.* 22. Tormentis aliquem dilaniare. *Id. ibid.* 36. Dilaniata vestis. *Claudian.* 2. *Rufin.* 407. fodunt hastis, artusque trementes Dilaniant. *Prudent. Psychom.* 424. Lingua dilaniana. — Part. præter. pass. cum Accusativo Græcorum more. *Ovid. 3. Amor.* 9. 52. inornatas dilanianta comas.

II.) Translate. *Lucret.* 3. 540. Dilaniata (anima) foras dispergitur.

DILAPIDATIO, ònis, f. 3. actus dilapidandi. Translate *Inapp. Gratian.* *Valent.* et *Theodos. Cod. Theod.* 4. 20. I. Dilapidatio bonorum.

DILAPIDO, as, ñum, are, a. 1. Vetusissimi, teste *Cæpo*, dixerit dilapidator, aris, deponentes forma. *Priscian.* 8. p. 706. *Putsch.* — Part. *Dilapidans* et *Dilapidatus*. — Dilapido est desperdo, dissipo, diecio, quasi more lapidum hoc illuc temere jacio: vel quasi jactis lapidibus decutio, discutio, corrumpo. Pro priori etymologia store videtur *Donatus* mos citandum. Ad posteriorem adludere videtur *Colum.* 10. *R. R.* 329. Sæpe ferus duros jaculator Jupiter imbræ, Grandine dilapidans hominumque bo-umque labores. — Translate. *Ter. Phorm.* 5. 7. 4. Priusquam dilapidat nostras tringita minas. *Donatus:* dispersat. *Firmic.* 6. *Mathes.* 10. Dilapidare paternæ substantiae facultates. *Cod. Theod.* 14. 3. 14. Si postea is eamdem (uxorem) dilapidatis facultatis consortio putaverit eximendam.

DILAPSO, ònis, f. 3. actus dilabendi; et translate consumptio, absumptio. *Augustin.* 22. *Civ. Dei* 12. Corruptiones et dilapsiones corporum mortuorum.

DILAPSUS, a, um. *V.* DILABOR.

DILARGIOR, Iris, Itas sum, iri, dep. 4. (dis et largior). Part. *Dilargitus* sub 1.<sup>o</sup> et 2.<sup>o</sup> — Dilargiri est varie, aut diversis largiri, vel valde largiri. — 1.<sup>o</sup>) Activa significatio. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 29. 81. Qui omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus. *Tac.* 3. *Hist.* 55. Fœdera sociis, Latium externis dilargiri. *Id.* 16. *Ann.* 30. Pecuniam Magis dilargita. Adde *Sueton. Cæs.* 20. — 2.<sup>o</sup>) Passiva significatio. *C. Gracchus* apud *Priscian.* 8. p. 703. *Putsch.* Ærarium dilargitur populo R. *Al. leg.* dilargitur. *Sall. apud Gell.* 15. 13. Dilargitis proscriptorum bonis.

DILARGUS, multum donans. *Gloss. Isid.*

DILASSO. *V.* DELASSO.

DILATATIO, ònis, f. 3. actus dilatandi. *Tertull. Anim.* 37. sub fin. Lamina major efficitur per dilatationem. Adde eundem *Prescript.* 47.

DILATATOR, òris, m. 3. qui dilatat. *Cassiod. Inst. div. litt.* 21. Beatus etiam Hieronymus Latinus lingue dilatator eximus.

DILATATUS, a, um. *V.* DILATO.

DILATE, adverb. latè. *Gloss. Cyrill.* Διά πλάτων, dilate.

DILATIO, ònis, f. 3. temporis prorogatio, sive extensio (It. dilazione, prolungazione; Fr. délai, remise, ajournement; Hisp. plazo, dilacion; Germ. Verschiebung, Verzögerung; Angl. a putting off, delaying, deferring, a delay). Occurrit — a) Cum addito Genitivo. *Cic.* 3. *Phil.* 1. 2. Quæ est igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis? *Id. pro leg. Manil.* 1. 2. Dilatio comitorum. *Liv.* 9. 4. belli. *Tac.* 6. *Ann.* 4. Quærrere alicui dilatationem exitii. — b) Absolute. *Cato R. R.* 5.; et *Colum.* 1. *R. R.* 8. 14. et 11. *ibid.* 1. 28. Dilatio in re. *Liv.* 7. 14. Res dilationem non recipit. *Id.* 35. 23. extr. Metuens, ne dilationem res non patetur. *Vellej.* 2. 50.; *Eumen. Paneg. Const.* 5.; et *Curt.* 6. 7. 18. Sine dilatione. *Sueton. Gramm.* 22.; et *Plin.* 1. *Ep.* 18. Peterre dilationem. h. e. in re forensi. *Rur. Plin.* 10. *Ep.* 85. 5. et *Quintil.* 3. *Declam.* 19. Dilationem dare alicui. Adde *Senec.* 3. *Ira* 12. et *Sueton. Ner.* 15. — c) In plurali numero. *Liv.* 5. 5. Molliter, et per dilationes bellum gerere. *Vellej.* 2. 79. Vir per omnia extra dilationes positus, consultisque facta congens.

DILATO, as, avi, ñum, are, a. 1. (dis et late). Part. *Dilatans* I.; *Dilatatus* I. et II.; *Dilatandus* II. — Dilato est latum facio (It. allargare, dilatare; Fr. élargir, étendre, dilater; Hisp. dilatar, extender, alargar; Germ. ausbreiten, erweitern; Angl. to dilate, make broad or wide, extend, enlarge).

I.) Proprie. *Varro* 5. *L. L.* 107. *Müll.* Globus farinæ dilatatus. *Cic. 2. Nat. D.* 54. *Ibid.* Ipsius autem partes eæ, quæ sunt infra, dilatantur, quæ autem supra, contrahuntur. *Id. Orat.* 32. 113. Dilatare manum. *Id.* 3. *Fin.* 15. 48. fundum. *Ovid.* 6. *Met.* 378. patulos rictus. *Liv.* 27. 46. castra. *Id.* 31. 21. aciem. *Colum.* 12. *R. R.* 15. 5. Ficu arundine vel digitis divisam dilatate. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (141). Propontis, ubi se dilatat mare. *Id.* 11. *ibid.* 24. 28. (81). Araneus tevere a medio incipit, maculas ex angusto dilatans. *Id.* 17. *ibid.* 27. 42. (128). Dilatata cœtriv. *Id.* 33. *ibid.* 9. 45. (251). Dilatari in immensus. *Kopisc. Aurel.* 21. Dilatare muros urbis Romæ. *Id. Prob.* 21. solium patrium.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Legg.* 14. 32. Hæc lex dilata in ordinem cunctum, coangustari etiam potuit. *Id. Brut.* 90. 309. Eloquenti, quam dialecticam dilatatum esse putant. *Id. 1. Off.* 22. 76. Dilatum imperium. *Plerique tamen leg.* datum. *Id. Brut.* 71. 259. Se valde dilatandis litteris a similitudine Græca locutionis abstraxerat. h. e. dilatanda pronunciatione, tum vores ipsas, tum litteras late et distinete proferendo. *Id. Flacc.* 5. 12. Sed non dilatabo orationem meam, etenim possit esse infinita. *Id. Pa. tit. orat.* 7. 23. Ut aut et verbo dilatetur, aut in verbis contrahatat oratio. h. e. ex verbo in plura verba diludatur. *Id. 2. D.* 7. 20. Hæc, quæ dilatantur a nobis, Zeno sic premebat. *Id. Parod. proem.* § 2. Nullum sequitur florem orationis, neque dilatati argumeotum. *Id. 6. de republ. in fin.* Censis quantis in angustia vestra gloria se dilatari velit. *Quintil.* 2. 3. 8. Quo quis ingenio minus vallet, hoc se magis attollere et dilatare conatur. Adde eundem. 8. 4. 14.

DILATOR, òris, m. 3. qui differt. *Horat. Art.* P. 172. Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri (sexus). DILATORIUS, a, um, adject. ad differendum et procrastinandum pertineus. *Cajus Dig.* 44. 1. 3. Exceptiones aut perpetue sunt, aut dilatoria. *Id.* 4. *Instit.* 120. Dicuntur exceptiones aut peremptoriae, aut dilatoria.

DILATUS, a, um. *V.* DIFFERO.

DILAUDIO, as, are, a. 1. varie, vel valde laudo. *Cic. 6. Att.* 2. 9. Aut attingere eos libros, quos tu dilaudas. *Orellius* ita edidit ex *Cod. Medic.*; alii quos studi laudas; al. quos studiose laudas; denique *Cod. Medic.* secund. m. quos tu laudas.

DILAXO, as, are, a. f. idem quod laxo, dilato. *Lucilius* apud *Porphy.* ad *Horat.* 1. *Sat.* 2. 125. crux eruta Dilatata.

DILECTIO, ònis, f. 3. amor. *Quintil. Declam.* quæ inscribitur *Tribunus Marianus* 3. *Corlibatus* sancti pura dilectio. *Tertull.* 4. *advers.* *Marcion.* 27. *Dilectio Dei.*

DILECTOR, òris, m. 3. amator. *Apul. Florid.* n. 9. Atque ego me dilectorem tuum profiteor. *Tertull.* 4. *advers.* *Marcion.* 23. *Parvulorum dilector.* Adde *Augustin. Ep.* 32. et 114. a med. et 3. de consens. *Evangelist. c. ult.* ad fin.

DILECTUS, a, um. *V.* DILIGO.

DILECTUS, us, m. 4. delectus. *Paul. Diac.* p. 73. 16. *Müll.* Dilectus militum, et is, qui significatur amatus, a legendi dicti sunt. *Id. p.* 121. 15. *Müll.* Ut in dilectu, censuve primi nominantur *Valerius, Salvius, Statorius. Fronto* 2. ad amic. 7. Quos ego non temere, nec sine dilecta audio. *Müllerus* ad priorem *Paul. Diac.* loc. hæc et A. Aug. retulit: *Dilectus.* Ita semper, non delectus in veteribus libris est. Sic in *Pandect. Florent.* titulus de militari, cap. 4. Ita enim scribendum est, titulo communis divid. cap. 20., ubi *delictum* scripserunt. (Plura exempla e Digestis assert *Goth.*) Vide *Lacus Lucrinus* (apud *Paul. Diac.* altero loco superius cit.); sed ibi res incerta est; et *Neclegens* apud *Festus* p. 162. 12. *Müll.* Ipse *Müllerus* hæc addit: Etiam apud *Varron.* 6. *L. L.* 66. p. 243. ed. Speng. boni libri habent dilectus. *Glossar. Labb.* *Dilectus*, αγαπησαι καὶ σπασθεῖν, plane ut *Festus*. *Ter.* *V.* DELECTUS, us.

DILEMMA, atis, n. 3. (διλημμα) est argumentatio, in qua utrumque adversarius capit, sive in qua utra pars ab adversario concessa fuerit, reprehenditur: ut *Si implacabiles sunt iracundie, summa est acerbitas; sin autem exorabiles, summa lenitatis.* A *Cic. 1. Invent.* 29. 45. appellatur *complexio*, ab *Hieronym.* *Ep.* 69. n. 2. dicitur *syllogismus cornutus*, quia sic argumentationis cornua in eo disponuntur, ut qui alterum efflingerit, in alterum incurat. Est autem a δις bis, et λῆμψι, quod apud dialecticos propositionem significat. Nam in dilemmate duæ sunt propositiones, quarum alterutra rem conflcit. Utitur Latine *Servius* ad *Virg.* 2. *En.* 675. et ad *enam.* 10. *ibid.* 449.

DILENIMENTUM. *V.* DELENIMENTUM.

DILENIS, e, adject. multum lenis: di enim in compositione sæpe augendi vim habet. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 129.

DILIBERO, as, are, a. 1. rebus omnibus hinc inde persens statuo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 57.

DILIGENS, entis, adject.; sed proprie Part. præs. a dilig. — Vult *Charis.* 1. p. 101. *Putsch.* rectius in sexto eas singulari in e terminari, quam in t. — Consp. *Diligentior* I. 1. et II.; Sup. *Diligentissimus* I. 1. et 2. — Diligens propriæ est qui diligat, amans: sed quia qui diligat, libenter curam impedit, diligens dictus est studiosus, accuratus, sedulus (It. diligente; Fr. attentif, soigneur, diligent; Hisp. cuidadoso, despachado; Germ. sich e. Sache befeissigend, aufmerksam, sorgfältig darin, oder in Beruq darauf; Augl. attentive, diligent, mindful, heedful, careful, studious, industrious, earnest).

I.) Proprie usurpatur de hominibus. ¶ 1. Generatim; et quidem — a) Absolute. *Cic. 3. Verr.* 21. 53. Homo navus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. *Cæs.* apud *Charis.* 1. p. 101. *Putsch.* Neque pro cauto ac diligente se castris continuit. *Quintil.* 1. 4. 24. Nec diligenter cum putare, qui promiscua ostenderit. *Id.* 2. 15. 10. Diligentiores sunt visi sibi. *Id.* 8. 3. 55. Ut a diligenti curiosus distat. — b) Cum Genitivo. *Cic. Cœl.* 30. 73. Castissimus vir atque omnis officii diligentissimus. *Nepos Epam.* 3. Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. *Id. Con.* 1. Diligens imperii. *Vellej.* 1. 6. Cujus discipline quādū Sparta diligens fuit, excelsissima floruit. *Plin. Paneg.* 79. Tam diligens temperamenti, ut nec consulis officium princeps, nec principis consul appetret. Alter *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 7. (31). Arboribus utrumque serum esse, diligentissimi naturæ tradunt. h. e. qui diligentissime scrutantur naturas rerum. *Id.* 32. *ibid.* 3. 13. (26). Secutus diligentissimus me-

dicines. *Id.* 25. *Ibid.* 2. 3. (5). Mithridates diligentissimus vita. *h. e.* servanda et producenda. *Quintil.* 9. 4. 77. Diligens compositionis. *Gell.* 4. 11. Vir litterarum veterum diligentissimus. *Id.* 2. 26. et 13. 24. Cicero verborum diligentissimus *h. e.* magnam adhibens curam in verbis seligidinis et usurpandis. Adde *Liv.* 7. 3.; *Nepot.* *Att.* 1.; *Phœdr.* 5. *prol.* 4.; et *Quintil.* 5. 10. 61. et 8. 5. 19. *Fronto Laud.* negl. p. 329. edente *A. Mai.* Texendi araneas diligentiores esse, quam Penelope ullam, vel Andromacham. — c) Raro admodum cum *Dativo.* *Cic.* 2. de *republ.* 20. Publicis equis assignandis diligentes. — d) Cum præpositione *ad* et *Accusativo.* *Cic.* 1. *Cat.* 8. 19. Quem tu et ad custodiendum te diligentissimum, et ad suspicendum sagacissimum fore putasti. *Id.* 6. *Verr.* 3. 6. Ut illis benignis usus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. *Quintil.* 1. 1. 7. Diligens ad cætera. — e) Cum præpositione *in* et *Ablativo.* *Cic.* 12. *Att.* 33. Et medici assiduitas, et tota domus in omni genere diligens. *Id.* *Amic.* 17. 62. Diligens in rebus omnibus. *Id.* 1. *Divinat.* 42. 94. in ostentis animadvertis. *Id.* 2. de *republ.* 14. in exquirendis temporibus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (58). Myron numerosior in arte, quam Polycletus, et in symmetria diligentior. *Quintil.* 10. 1. 63. Diligens in eloquendo. *Id.* 3. 1. 18. in tradendo Latine. — 2. Specialiter dicitur de eo, qui curam habet rei familiaris, parcus, studiosus rei servandæ. *Cic.* 6. *Verr.* 18. 39. Homo frugi ac diligens, qui sua servare vellet. *Id.* 4. *Herenn.* 34. 46. Si quis hominem prodigum et luxuriosum, parcum et diligentem appellat. *Plin.* 4. *Ep.* 13. a *med.* Qui de alieno negligentes, carte de suo diligentes erunt. *Quintil.* 9. 3. 65. Cum te pro asluto sapientem appelles, pro confidente fortis, pro liberali diligentem. *Sueton.* *Gramm.* 23. Rei familiaris diligentissimus. Adde *Nepot.* *Att.* 1.; *Plin.* 2. *Ep.* 6. 1.; et *Capitolin.* *Anton.* *Phil.* 5.

II.) Translate ponitur de rebus. *Cic.* 1. *Orat.* 33. 150. Assidua ac diligens scriptura. *Id.* 5. *Att.* 4. extr. Litteras Pompætini de omnibus rebus diligentes dabis. *Vellej.* 1. 4. Diligentior ritus patrii custodia. *Seneca* *Ep.* 95. ante *med.* Ne opus quidem adhuc erat remedii diligentibus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (45). Si quis id diligenter subtilitate exigit. *Id.* 6. *ibid.* 22. 24. (84). Diligentior notitia. — NB. De nom. prop. *V. ONOM.*

**DILIGENTER**, adverb. Comp. *Diligentius* et Sup. *Diligentissime*. — Diligenter est cum amore et cura, sedule, accurate, studiose, sollicite; adeoque cum delectu (It. *diligentemente*, *accuratamente*, *con scelta*; Fr. *attentivement*, *soigneusement*, *avec circonspection*; Hisp. *atentadamente*, *cuidadosamente*; Germ. *sorgfältig*, *genau*; Angl. *diligently*, *carefully*, *attentively*, *earnestly*, *with nice distinction*). *Plaut.* *Capt.* 2. 1. 30. Accurate hoc agatur, docte et diligenter. *Ter.* *Eun.* 2. 3. 47. Ut diligenter nuncies patri. *Cic.* ad *Planc.* post *Ep.* 16. *Att.* 16. extr. Studiose diligenterque curare aliquid. *Id.* 6. *Fam.* 5. Legere librum diligenter, et diligentissime custodire. *Id.* *Brut.* 22. 56. Multo diligentius meliusque dixit. *Id.* 1. *Phil.* 15. 38. Benigne ac diligenter audire. *Id.* 1. *Divinat.* 4. 7. Diligenter etiam alique etiam argumenta cum argumentis comparemus. *Id.* 1. *Orat.* 26. 118. Diligenter et prope fastidiose judicare. *Forcellinus* hoc in loco et quatuor proxime sequentibus *diligenter* interpretatus est *cum delectu*. *Id.* 2. *Off.* 15. 9. Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiaris impertiendum, sed diligenter atque moderate; multi enim patrimonia effuderunt, inconsulto largiendo. *Id.* *Brut.* 45. 166. Latine et diligenter loqui. *Id.* 2. *Divinat.* 72. 148. Nec vero (id enim diligenter intelligi volo) superstitione tollenda religio tollitur. *Varro* 6. *L. L.* 78. *Müll.* His magis promiscue, quam diligenter consuetudo est usa. *Nepot.* *Con.* 5. Diligenter celare. *Id.* *Thrasib.* 4. agere vigilias. *Id.* *Datam.* 11. notare. *Ces.* 5. *B. G.* 33. Diligentissime observare præceptum. *Id.* 6. *ibid.* 12. Diligentius cognoscere aliquid. — Diligenter errare, apud *Martial.* 7. 31., est graviter errare et quasi data opera. — Ceterum addo Positiv. apud *Cic.* 2. *Off.* 15. 51. et 16. *Att.* 16.; *Ces.* 2. *B. G.* 5. et 5. *ibid.* 49.; *Nepot.* *Eumen.* 9. et *Att.* 18.; *Sueton.* *Ces.* 48. et *Gramm.* 4.; et *Quintil.* 12. 3. 3.: Comparat. apud *Cic.* 1. de *republ.* 22.; *Ces.* 6. *B. G.* 13. et 3. *B. C.* 8.; *Quintil.* 6. 2. 23.; et *Facat.* *Paneg. Theod.*

29.: Superl. apud *Cic.* *Amic.* 2. 7. et 2. de *republ.* 34.; *Ces.* 2. *B. G.* 28.; *Quintil.* 2. 2. 2.; et *Poplic.* *Aurel.* 28. et *Car.* 4.

**DILIGENTIA**, æ, f. 1. studium, cura, sedulitas. Differt ab *opera*, et *cura*, quia *diligentia* ad corpus et ad animum referatur, *cura* ad animum tantum, *opera* ad corpus. Præterea *diligentia* est ejus, qui sponte et cum amore facit; *opera* et *cura* etiam inviti et coacti. Denique *diligentia* latius patet et reliqua complectitur. *Cic.* 2. *Orat.* 35. 150. Ars demonstrat tantum, ubi quereras, atque ubi sit illud, quod studeas invenire: reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilancia, assiduitate, labore: complectar uno verbo, quo sæpe jam usi gomus, diligentia, qua una virtute omnes virtutes reliqua continentur. (It. *diligenza*, *accuracy*; Fr. *soin*, *attention*, *empressement*, *exactitude*, *zèle*; Hisp. *cuidado*, *apresuramiento*, *zelo*; Germ. d. *Aufmerksamkeit*, *Sorgfalt*, *Umsicht*; Engl. *diligence*, *carefulness*, *attention*, *earnestness*). Usurpatur. — 1. Generatim; et quidem — a) Cum pluribus Verbis. *Plaut.* *Rud.* 3. 5. 40. Curare aliquid magna diligentia. *Id.* *Capt.* 1. 2. 6. asservare. *Ter.* *Hecyr.* 2. 2. 1. Laches, et diligentiam vestram et benignitatem novi. *Cic.* 1. *Orat.* 61. 260. Impedimenta naturæ diligentia industriaque superare. *Id.* 1. *Invent.* 39. 70. Magna cum cura et diligentia scribere aliquid. *Id.* 2. *Att.* 15. ad fin. Assiduitas tua et diligentia Terentia est pergrata. *Id.* 10. *Fam.* 1. 3. Ut omne nostrum consilium, studium, officium, operam, labore, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. *Id.* *Amic.* 24. 89. Hac in re habenda ratio et diligentia. *Id.* 1. *Off.* 29. 103. Excitanda est animadversio et diligentia, ut ne quid temere agamus. *Id.* *Cæcina.* 2. 5. Præstare fidem et diligentiam. *Id.* *Quinct.* 1. 4. Comparare sibi diligentiam. *Id.* 16. *Fam.* 9. Attribuire diligentiam ad aliquam rem. Cf. *Id.* *ibid.* in aliqua re. *Colum.* 3. *R. R.* 4. 3. alicui rei. Q. *Cic.* *Petit.* cons. initio. Diligentia consequi aliquid. *Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 13. sub fin. Nihil de diligentia remittere. *Ces.* 1. *B. G.* 40. Aut cur de sua virtute, aut de ipsius diligentia desperare? Adde *eumid.* 3. *ibid.* 23. *Nepos Att.* 13. Potius diligentia, quam pretio parare, non mendicris est industria. Adde *eumid.* 9. et *Cat.* 3.; *Colum.* 11. *R. R.* 1. 13.; *Sueton.* *Aug.* 33.; et *Quintil.* 2. 5. 14., 10. 3. 11. et alibi. — b) Junghetur et nonnullis Adjectivis. *Cic.* 2. *Divinat.* 6. 6. et 1. *Off.* 6. 19.; et *Ces.* 6. *B. G.* 34. magna. *V.* et supra sub a. *Quintil.* 10. 1. 113. summa. *Id.* 3. 11. 22. et 12. 1. 6. nimium sollicita. *Id.* 5. 11. 30. inanis. — Hinc aliquando in malam partem sumitur cum addito tamen. *Ter.* *Andr.* prot. 21. Obscura diligentia. *Plin.* 7. *Ep.* 28. Sinistram hanc diligentiam ad alios conferant. — c) Cum addita re, cui diligentia adhibetur, — Per Genitivum. *Cic.* *Topic.* 1. 5. Ut mea diligentia mandatorum tuorum te quoque excitarem. *h. e.* in mandatis tuis perficiendas. *Id.* 1. *Off.* 39. 138. Diligentia dignitatis. *Id.* 2. de *republ.* 14.; et *Liv.* 7. 3. *sacerorum*. *Quintil.* 4. 5. 6. divisionis. *Id.* 8. *procem.* 18. *rerum*. *Id.* 10. 1. 3. et 10. 3. 27. scribendi. *Id.* 4. 5. 24. partendi. — Per Præpos. in, erga, circa. *Nepos Att.* 21. Quantam curam diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim etc. *Quintil.* 4. 2. 117. In verbis summa diligentia. *Id.* 10. 1. 86. Cura ac diligentia in hoc plus est. *Tac.* 4. *Ann.* 20. Ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. *Quintil.* 1. 8. 15. Circa glossam non ultima ejus professionis diligentia est. *Id.* 8. 3. 87. Diligentia circa proprietatem significacionemque. — 2. Specialiter ponitur pro frugalitate, seu cura servandi rem familiarem. *Cic.* 2. *Off.* 24. 87. Res familiaris conservatur diligentia et parimoniam. *Id.* 4. *Herenn.* 20. 28. Diligentia comparat divitias. *Id.* *ibid.* 25. 35. Diligentia est accurata conservatio suorum. Adde *Sueton.* *Gaub.* 12. sub fin. — NB. *Forcellinus* haec quoque addit: Pre amore. *Synnach.* 1. *Ep.* 31. (al. 37.) In amicitia stabili diligentia perseveras. et *Ep.* 35. (al. 41.) Ut in nostri diligentia perseveres. *Id.* alter leg. Huc quis fortasse trahat illud *Cic.* *Mur.* 40. 86. Pro mea summa in rem publicam diligentia. — Videlicet etiam sumi pro deleteri, discrimine, in illo *Cic.* *Plane.* 4. 9. Non est consilium in vulgo, non ratio, non disserimen, non diligentia. At hoc omnia aut dubia sunt lectionis, aut incerte interpretationis, ut ex ipsius *Forcellini* verbis

aperite patet, aut saltem facile ad eam significacionem referri possunt, quam superiori § 1. exhibuitus.

**DILIGO**, ligis, lexi, lectum, ligere, a. 3. (di et ego). Part. *Diligens* vide loco suo; *Dilectus* I., II. et in fin.; *Diligendus* II. in fine. — Diligere, a di et lego, quasi sit eligere aliquem e multis, quem benevolentia prosequaris: quod *Cic.* 1. *Fam.* 9. *judicio diligere* dixit (It. *amare*, *stixare*; Fr. *aimer*, *estimer*; Hisp. *amar*, *estimar*; Germ. *heben*, *achten*, *vereihen*; Engl. *to love*, *esteem highly*).

I.) Proprie dicitur de personis. — a) Generatini. *Cic.* *Amic.* 8. 28. Nihil est enim amabilius virtutis; nihil, quod magis alliciat ad diligendum: quippe quam propter virtutem et probitatem eos etiam, quos numquam vidimus, quodam modo diligamus. *Id.* *ibid.* 14. 56. Bonos boni diligunt. Adde *eumid.* *ibid.* 20. 74. *Id.* 1. de *republ.* 15. Et ipse hominem diligebam, et patri meo Paulo probatum et carum fuisse cognoveram. *Id.* *Balb.* 26. 59. Diligere aliquem et carum habere. *Id.* 5. *Fam.* 8. Me sicut alterum parentem et observat et diligunt. *Id.* 3. *Legg.* 2. 5. Aliquet colere et diligere. *Id.* 1. *Fam.* 9. post init. Eum non solum beneficio, sed amore etiam et perpetuo quodam iudicio meo diligebam. *Id.* 1. *Nat.* D. 44. 122. Dil inter se diligunt, et hominibus consulunt. pro diliguntur, ut et in AMO observatum est. *Ces.* 1. B. C. 61. Quæ in amicitia manserant (civitates), Pompeji magnis affectis beneficiis eum diligebant. *Virg.* 9. *Æn.* 430. Tantum infelicem nimium dilexit amicum. *Id.* 4. *ibid.* 31. o luce magis dilecta sorori. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 247. Dilecti tibi Virgilius Variusque poetæ. *Id.* 2. *Od.* 20. 7. Dilecte Mæcenas. *Cic.* *Orat.* 1. 1. Aliquam unice diligere. *Id.* 12. *Att.* 33. mitifice. *Plin.* *Paneg.* 84. effusissime. *Curi.* 3. 6. 1. eximia caritate. *Id.* 5. 5. 12. indulter. *Plin.* 2. *Ep.* 13. arte familiariterque. *Juvenal.* 11. 139. Quantus erat patriæ (amor) Deciorum in pectore, quantum Dillexit Thebas, si Græcia vera, Menœceus. *Val. Flacc.* 7. 208. fas tunc mihi manes Dillexisse viri, tumuloque has reddere curas. *Virg.* 12. *Æn.* 391. Phœbo ante alias dilectus Iapix. *Ovid.* 10. *Met.* 107. puer ante deo dilectus ab illo. *Val. Flacc.* 2. 316. Tunc etiam vates Phœbo dilecta Polyrio. Adde *Nepos Hamilc.* 3., *Dion.* 2. *Att.* 16. et 5., *Epam.* 4. et *Alcib.* 7.; *Liv.* 2. 33. et 37. 51.; *Sueton.* *Ces.* 67, *Aug.* 57. et *Cal.* 4.; et *Pacat.* *Paneg. Theod.* 17. — b) Speciatim de amore virorum in mulieres et mulierum in viros. *Plaut.* *Amph.* 1. 3. 11. Satin' habes, si seminarum nulla est, quam æque diligam? *Virg.* 1. *Æn.* 348. magno misera dilectus amore. *Horat.* *Epod.* 12. 23. Ne foret æquales inter conviva, magis quem diligere. *h. e.* multier sua, quam te. Adde *eumid.* 2. *Od.* 4. 18. et 5. 17., et 2. *Ep.* 1. 60.; *Sueton.* *Ces.* 50., *Aug.* 62., *Cal.* 24. et *Oth.* 2.; *Juvenal.* 6. 72. et 10. 318.; et *Mamertin.* *Grat. act.* 24. — Similiter de amore in pueros. *Nepos Pausan.* 4. Quem puerum Pausanias amore veareo dilexerat. — c) Item speciatim quem di diligunt est modus bona verba dicendi, quum de florenti statu, et bona valitudine alicujus loquimur, usurpatus. *Plaut.* *Bacch.* 4. 7. 19. Quem di diligunt, adolescens moritur, dem valet, sentit, sapit, hunc senecte etc. *Ter.* *Andr.* 5. 6. 8. r. Tum de puer, Dave? D. Ah! desine: solas est, quem diligunt illi. *Id.* *Phorm.* 5. 6. 14. Nam sine controversia, a dis solitus diligenter, o Antiphon. — d) Denique ponitur etiam aliquando de brutis animalibus. *Cic.* 2. *Orat.* 40. 107. Feræ partus suos diligunt. Similiter *Plin.* 10. *Hist. nat.* 42. 59. (118). de picis. Adamant verba, quæ loquantur: nec discunt tantum, sed diligunt.

II.) Translate — 1. Generatim usurpatur — a) De amore hominum in res inanimas. *Horat.* 1. *Od.* 30. 1. O Venus regina Cnidi Paphique Sperme dilectam Cypron. *Val. Flacc.* 3. 342. galcam dilecta que cingula regi Injicit. *Id.* 6. 593. Thessalæ felices opes dilecta que Phœbi Rura petens. *Sil.* *It.* 1. 167. Diligere easem. Similiter *Pallad.* 1. *R. R.* 6. 11. Vitis novella, ut facile incrementum dilecta consequitur; ita interitum celeriter, si negligatur, incurrit. *h. e.* culta matimo studio curaque. — b) De amore hominum in abstracta. *Cic.* *Prov.* cons. 10. 25. Diligere consilia alicujus in republica. *Id.* *Balb.* 28. 63. alicujus officia observantiamque. *Horat.* 2. *Od.* 10. 6. Auream quisquis mediocritatem Diligit, etc. *Sueton.* *Yesp.* 2. avia memoriæ. — c) De

inaninis in inanima. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 18. 30. (74). Montes et valles diligit abies, robur, castaneæ. ¶ 2. Speciatim pro curare cum infinito occurrit apud *Pallad.* 3. R. R. 25. 1. Nasci (*pira*) tali solo maxime diligunt, quale vinetiæ diximus convenire. — NB. Pro eligere. *Nepos Att.* 12. Ut potissimum ejus diligenter affinitatem. *Cic.* 2. de republ. (edente A. *Maio*) 12. Lycurgus regem non diligendum duxit, sed habendum qualiscumque est foret. *Utrōque tamen pro diligere rectius legas diligere.* — Pro dividere, ut *Non.* p. 290. 5. *Merc.* docet hisce verbis: Diliger e manifestam habet significationem, ut plerumque. Diligit, dividit. *Plaut.* in *Circ.* (a. 3. v. 54). Clipeatus elephantum ubi machæra diligit. *Titinius Praet.* Pernam totam diligit. At apud *Non.* ubique pro diligere legendum est dirigere: V. DIRIGO I. 2. — Ceterum Part. præter. pass., cuius plura superius exempla retulimus,

*Dilectus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Dilector* I et II; et Sup. *Dilectissimus* I.

I.) Proprie. *Stat.* 8. *Theb.* 99. Augur Apollineis modo dilectissimus aris. *Id.* 2. *Sib.* 4. 32. quo tu, Melior dilecte, recluso Numquam solus eras. *Macrobi.* 2. *Somn. Scip.* 1. Luce mihi dilector fili.

II.) Translate. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 74. Laurus luce dilector omni. — Hinc etiam

*Dilectus*, i, m. 2. absolute, substantivorum more, ὁ ἀπεργός, amans. *Sueton. Aug.* 98. Unus ex dilectis.

*DILÓGLIA*, æ, f. 1. διλογία, figura, cum ambiguum dictum duas res significat: a δις bis et λόγος sermo. *Pseudo-Ascon. ad Cic.* 2. *Verr.* 9. 26. p. 139. *Bast.*

*DILÓPHOS*, i, m. et f. 2., ut *Forcellinus* effert; at rectius

*DILÓPHOS*, a, on, adject. διλέφω, duplēcio, seu bipartitam cristam habens. *Capell.* 2. p. 22. Sed dilofen (*lege dilophon*) alitem, que sit oscinum mitior, in certaminis tentamenta (*Mercurius*) pulsabat, nempe gallum gallinaceum, qui, quod ejus cantu quisque ad negotia peragenda excitatur, apte Mercurio lucrorum potenti consecratur. V. *Fulgent.* 1. *Mythol.* 21. et *Albir.* 6.

*DILÓRÍCATUS*, a, um. V. voc. seq.

*DILÓRICO*, a, åtum, are, a. 1. (dis et lorica). Part. *Diloricatus*. — Diloricare proprie est loricam ante pectus dñducere, et translate vestem aperire, lezare, solvere. *Cic.* 2. *Orat.* 28. 124. Diloricare tunicam, et cicatrices adversas ostendere. *Apul.* 7. *Met.* Diloricatis statim pannulus, in medium profudit duo millia aureorum. et o. ibid. Involat eam, vestemque plurifariam diloricat.

*DILÓRIS*, e, adject. duo lora habens: vox hybrida a Greco δις bis, et Latino lorum. Tunicae dilores sunt virgatis similes, que duo lora, seu segreinta lorum referentes intexta habent, quemadmodum clavatae, que clavos: Monolores eadem dictæ, que unum tantum haberent adsutum lorum, a pœnis solus: Tridores que tria: Pentelores que quinque, a cœpta quinque. *Vopisc. Aurel.* 46. Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, cum ante non nisi rectas purpureas accepissent: et quidem alii monolores, alii dilores, tridores alii, et usque ad pentelores, quales hodie linea sunt. V. ibi plura disserent *Salmas.*; et addit *Vopisc. Bonos.* 15.

*DILUCRO*, es, ere, n. 2. (dis et luceo) idem quod lucere, seu distincte lacere: sed occurrit translate tantum, et est apparere,clare videri. *Liv.* 8. 27. Dilucere fraus coepit. Addit *eum*. 25. 29. *Id.* 3. 16. Dilucere res magis patribus atque consulibus. *Id.* 25. 29. extr. Dilucere id quod erat, capit. *Gell.* 7. 10. Per quod satil dilucet, hanc capionem dici posse. *Id.* 16. 8. sub fin. Tum denique et emolumenum ejus in animo tuo dilucet.

*DILUCESCO*, lúcescere, luxi, lúcescere, n. 3. inchoat. a diluceo, distincte lucere incipio; et fere refertur ad lucem dei.

I.) Proprie. — a) Personal. *Lucret.* 5. 175. An, credo, in tenebris vita ac morte jacebat, Donec diluxit rerum genitalis origo? *Horat.* 1. Ep. 4. 13. Omnes crede diem tibi diluxisse supremum. (Alii leg. r̄ibid illarisse. V. dicta ad litteram D). *Gell.* 3. 2. Eo die, qui post eam noctem diluxerit. — b) Imperson. dilucescit est lux incipit, dies oritur. *Cic.* 3. *Cat.* 3. 6. Ad me cum iam dilucesceret, deducuntur. *Liv.* 36. 24. Jam dilucescebat, cum signum consul dedit.

II.) Translate. *Cic.* 12. *Phil.* 2. 5. Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi: diluxit, patet, videmus omnia.

*DILUCIDATIO*, ônis, f. 3. illustratio. *Cassiod.* Complex. 1. ad *Corinth.* 6. Quando in Judicio Dei cuncta sint posita, ubi actus omnium manifesta dilucidatione cognoscitur. *Id.* de anim. 19. a med. Ut ad animæ dilucidationem haec supputatio adhibetur.

*DILUCIDE*, adverb. Comp. *Dilucidis*. I. et II.; Sup. *Dilucidissime* II. — Dilucide est lucide, clare, perspicue.

I.) Proprie. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 12. (48). Succina flagrant dilucidus diutiusque.

II.) Translate est aperte, plane. *Ter. Phorm.* 2. 3. 52. Dilucide expedire. *Cic.* 2. *Herenn.* 20. 31. Dilucide intelligere. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 14. 44. et *Quintil.* 8. 6. 52. Dilucide perspicere. Rursus *Cic.* *Vatin.* 15. 37. Lex dilucide vetat. *Id.* *Orat.* 23. 79. Dilucide planeque dicere. *Id.* 1. *Divinat.* 51. 117. Aliiquid explicare dilucide. *Liv.* 37. 47. Dilucide docere. *Cels.* 2. 4. Latius et dilucidus Asclepiades præcepit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (274). Dilucide atque perspicue. *Quintil.* 8. 6. 52. Dilucide judicare. *Gell.* 1. 10. Dilucide fabulari. et 11. 16. demonstrare. *Augustin. ad Hieronym.* Ep. 29. 2. Dilucidissime convincere.

*DILUCIDITAS*, atis, f. 3. idem ac dilucidatio. *Boeth.* *Aristot.* *Topic.* 1. 14. p. 671. Utile ipsum quidem, quod quotupliciter dicitur, considerasse, ad diluciditatem autem maxime quis sciit, quid ponatur, manifesto facto quotupliciter dicitur. *Id.* *ibid.* 8. 2. p. 725. Ad diluciditatem autem exempla et similitudines afferendum.

*DILUCIDO*, as, avi, are, a. 1. (dis et lucidus). Part. *Dilucidandus*. — Dilucido est illustrare: et translate planum facio, declaro. *Cic.* 3. *Herenn.* 4. 8. Rei dilucidanda causa dolum appellavimus. *Cassiod.* Institut. div. litt. 26. Quod forsitan priores nostri in commentis suis minime dilucidaverunt.

*DILUCIDUM*, i, n. V. voc. seq. in fin.

*DILUCIDUS*, a, um, adject. Comp. *Dilucidior* II. — Dilucidus est lucidus, perspicuus.

I.) Proprie. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 18. (70). Smagragdi in sole dilucidi ac liquidi.

II.) Translate est planus, apertus. *Cic.* 3. *Fin.* 1. 3. Dilucida oratio. *Id.* *Orat.* 5. 20. Omnia docere et dilucidiora facere. *Id.* 1. *Invent.* 20. 29. Dilucidis verbis uti. *Id.* 2. *Herenn.* 2. 3. Simplet et dilucida expositi. *Quintil.* 8. *procœm.* 26. verba. *Id.* 11. 1. 53. et 5. 14. 33. sermo. *Id.* 9. 2. 44. de scriptio. *Id.* 11. 3. 33. pronunciatio. Addit *eum*. *ibid.* 7. 3. 2. et 7. 1. 6. *Gell.* 2. 26. Color dilucidior. *Priscian.* 1. p. 535. *Putsch.* Tibi ergo hoc opus devore, ut te comite, quasi sole, dilucidius crescat. — Hinc

*Dilucidum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est idem quod diluculum apud *Boeth.* *Aristot.* *Topic.* 7. 4. p. 714. Nam primo dilucidio facto, et reliqua quodammodo dilucida sunt. *Mendum* tamen esse videtur.

*DILUCULAT*, abat, impers. dilucescit. *Gell.* 2. 29. Die crastini, ubi priuanum diluculabit. *Id.* 7. 1. Priusquam dilucularet.

*DILUCULO*. V. voc. seq.

*DILUCULUM*, i, n. 2. (dis et lux) prima lux diei, aurora, crepusculum matutinum. — a) In sexto casu (nam in aliis raro est). *Plaut.* *Amph.* 2. 2. 111. Abs te ab illo hunc hodie cum diluculo. *Cic.* *Rosc.* *Am.* 7. 19. Primo diluculo nuncius Amerian venit. *Sueton.* *Vitell.* 15. Primo diluculo. — Duplex est, inquit *Censorin.* de die nat. 24. primum, cum, sole nondum orto, jam lucet: secundum, quod et mane vocatur, cum lux videtur solis. Præter *Censorin.* etiam *Macrobi.* 1. *Saturn.* 3. ad fin. habet diluculum in recto casu. — b) Absoluto in sexto ad verbis vicem præstat. *Cic.* 16. *Att.* 13. Cum ante lucem surrexissem, venissemque diluculo ad pontem, etc. — c) In plur. num. *Fronto* 1. ad *Antonin.* *Imp.* 5. (edente iterum A. *Maio*). Tu me ad pristinam illam mensuram luciscentis auroris tui revocas, et jubes matutina dilucula lucere meridie.

*DILUCIUM*, ii, n. 2. intermissione et dilatio ludi. *Horat.* 1. Ep. 19. 47. Displacet iste locus, clamio, et dilucia posco. Ubi *Acron*: Dilucia tempora sunt, que gladiatori concudentur, ut intra quinque dics pugnant. Haec ille, cui si fides est habenda,

translate Horat. pro quaeroque ludorum intermissione posuit.

#### DILUBATVS. V. DELUMBATUS.

*DILÙO*, lōis, lōtu, lōtum, lōtere, a. 3. (dis et luo). Part. *Diluens* I. 1. et 2.; *Dilutus* I. 1., 2. et in fin.; *Diluendus* II. 2. — Diluere est idem quod luere, h. e. lavare, eluere, lavando madefacere, lavando auferre, abstergere, purgare (It. lavare, bagnare, lever via lavando; Fr. laver, détrempere, dissoudre; Hisp. lavar, limpia con aqua, remojar, empapar, embeber, disolver; Germ. auseinanderwaschen, spülen, abwaschen, auflösen; Engl. to wash, wash off or away, cleanse, purify).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu et generatim. *Cæs.* 3. *B. C.* 10. Supra lateres cotia inducuntur, ne canalibus aqua innissa lateres diluere posset. *Virg.* 1. G. 325. ruit ardus æther. Et pluvia ingenti sala leta bouisque labores Diluit. *Furius Antias* apud *Gell.* 18. 11. Sanguine diluitur tellus. *Curt.* 8. 10. Terra humore diluta considit. *Catull.* 99. 7. multis diluta labella gattis. h. e. saliva aspera. Cf. *Val. Flacc.* 3. 556. artus et pectora sudor Diluerat. *Petron.* *Satyr.* 136. Diluere vulnus eritis aceto. Cf. *Caton.* *R. R.* 69. *Scribon.* *Compos.* 24. Diluere ulcus ovi albore. *Pallad.* 6. *R. R.* 8. 2. Si in mediis terris pacimus, aqua cælestis cum sale paullulum decocta sub dio debet pecorum tonsa et uncta membra diluere. *Id.* 12. *ibid.* 22. 5. Legis olivas ex arbore nigras et compositas maria diluuntur. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 42. (91). Qui fucus aqua deprehenditur, diluente tacticum colorem. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 62. Caruleus vit est diluiturque color. *Gell.* 17. 15. Helleboro alvum diluere. ¶ 2. Latiori sensu et speciatim est miscere, temperare; diluunturque fera de lis, quæ humore addito solvuntur, liquefunt et macerantur. *Lucret.* 6. 929. diluante contra Cum tuum miscebi absinthio, tangit amarum. Addit *eum*. 4. 224. *Liv.* 40. 4. ad fin. Diluere venenum. *Martial.* 1. 107. Diluti bibis unciam Falerni. h. e. aqua mixta. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 15. mella diluta Falerno. *Virg.* 1. G. 344. Cui tu lacte favos et miti dilue Baccho. Rursus *Horat.* 2. *Sat.* 3. 241. aceto Diluit insignem baccam. *Cels.* 5. 20. Diluere medicamentum aceto. Addit *Curt.* 3. 6. 8.; et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 16. 56. (194). *Scribon.* *Compos.* 247. medicamentum et aqua. *Colum.* 6. *R. R.* 4. 2. ruitur cum mero. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 8. 38. (60). Diluitur circa in vino. *Id.* 32. *ibid.* 9. 30. (93). Conchæ diluuntur in vini sextariis duobus. *Id.* 30. *ibid.* 14. 43. (124). Fimūnum murinum aqua pluvia diluitur. *Id.* 25. *ibid.* 12. 91. (143). Diluere aliquid in pastilio. *Id.* 15. *ibid.* 17. 18. (64). Diluentes cretam. Pers. 5. 100. Diluere helleborum. h. e. potandum preparare.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1., diluere est discutere. *Sil. It.* 5. 57. Diluerat nebulae Titan. h. e. discusserat. Huc referri potest et illud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 29. (52). Mutant saporem (annuum) et influentes rivi, victi que diluuntur. h. e. majore aquarum copis superati, gustum suum amittunt. ¶ 2. Sæpius morali significatio de malis dicitur ac præcipue de criminibus et est refellere, refutare. — a) Generatim. *Cic.* 1. *Invent.* 42. 78. Reprehensio est, per quam argumentando aliorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut elevatur. *Id.* *Rosc.* *Am.* 15. 42. Ego restam leves qua ratione infirmi ac diluam, reperire non possum. *Quintil.* 9. 2. 80. Confirmare id ipsa defensione, quod diluendum est. *Gell.* 12. 12. Cicero id, quod iniusti non poterat, urbano factoque dicto diluit. *Id.* 2. 7. Refutare ac diluere aliquid. *Id.* 18. 13. Diluere ac refellere sophismia. — b) Speciatim diluere crimen est purgare, refellere, criminibus respondendo et accusations refutando. *Cic.* *Mil.* 27. 72. Si nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen etc. *Id.* *Cæl.* 15. 35. Quæ (crimina) tu aut diluas oportet et falsa esse doceas. *Id.* 6. *Verr.* 20. 43. Dilue sane crimen hoc Calidianum, dum ego tabulis adspicerem possum. Addit *eum*. 7. *ibid.* 30. 77. et *Brut.* 80. 278. *Liv.* 4. 14. Serviliusque causam dicendam esse proponeret, crimenque, a Minucio detatum ad senatum, diluendum. Addit *eum*. 45. 10. *Curt.* 3. 6. 11. Crimen parvicidii, quod mihi objectum est, tua salus diluet. Addit *eum*. 7. 1. 31. et 7. 2. 12. *Plin.* 2. *Ep.* 11. Commune crimen ab utroque defendi, et, si dilui nou posset, in utroque puniri. Addit *eum*. 3. *ibid.* 9. 32.; et *Quintil.* 9.

2. 53. Similiter Quintil. 4. 2. 26. Cause criminis faciles ad diluendum. *Id. ibid.* et 9. 2. 93. Objecta diluere. Et *Ovid.* 2. *Amor.* 2. 37. Tu contra obiectum, quae tuto diluat illa, In verum falso crimine deinceps fidem. *Id. Remed. am.* 695. Nec peccata referre diluat: ipse favebis. Ut melior causa causa sit illa tua. Ceterum *Drakenborg.* ad *Liv. loc. cit.* 4. 14. multis disserit, utrum hoc sensu diluere, an diluere scribendum sit. — c) Item et de abstractis dicitur pro minuere, auferre, abstergere. *Cic.* 3. *Tusc.* 16. 34. Quae cogitatione molestias omnes extenuat et diluit. *Propert.* 3. 15. 6. Tu vitium ex animo dilue, Bacche, meo. *Ovid.* 1. *Art. am.* 238. Cura fugit, multo diluiturque mero. *Id. Heroid.* 19. 14. Diluitur posito senior hora mero. h. e. tedium more abstergetur. *Sueton.* *Vesp.* 23. Diluere invidiā aliquā cavillationē. *Seneca Ep.* 29. auctoritatē. h. e. minuere. *Quintil.* 11. 1. 52. vires affectuum. h. e. infirmare, extenuare. *Val. Max.* 9. 2. 1. memoriam. h. e. delere. *Spartian.* *Carac.* 8. facinus. Et *Clardian.* 2. in *Eutrop.* 22. quis vos lustrare valebit Oceanus? tantum crimen quae diluit aetas? Similiter *Gell.* 29. 1. post med. Injurias aere paucō diluere. h. e. solvere, satisfacere. *Forcellinus* hunc locum singulari paragr. distinxit. ¶ 3. Item pro dissolvere, hoc est declarare, explicare. *Plaut.* *Rud.* 4. 4. 64. Abstine inaedictis, et mihi, quod rogavi, dilue. — Hinc Part. praefer. pass., cujus plura superius exempla re-tulimus.

**Dilutus**, a, um, adjective quoque usurpatum, unde Comp. *Dilutior* I. et II.; et Sup. *Dilutissimus* I.

I.) Proprie, et quidem speciatione (*V.* **DILUO** I. 2.) dilutus est mixtus, temperatus. *Cels.* 1. 3. Aqua, vel certe diluta potionē esse contentus. (cui potio merita opponitur *ibid.* paulo post). *Id. ibid.* ad fin. Vinum dilutus pueris, senibus mericiis, et mox. Potio quam dilutissima. *V.* et *Dilutum*, i, infra. — Sic pro liquido. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 8. 44. (95). Garum ad colorem mulsi veteris, adeoque dilutam suavitatem, ut bibi possit. — Similiter dilutus color dicitur, qui velut aqua admixta, minus intensus est. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 46. (92). Rubor dilutus. *Id.* 37. *ibid.* 9. 41. (125). Fulgor dilutus in hyacintho. *Id. ibid.* 9. 40. (122). Amethystus dilutior. *Pers.* 4. 14. Dilutus queritur geminet quod fistula guttas. *Cels.* 2. 6. Urina diluta. — Similiter odor dilutus est tenuis, levis, remissus: cui opponitur acutus, gravis. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 28. 33. (110). Malis odor est acutus, persicis dilutus.

II.) Translate. ¶ 1. *Dilutum* de homine, qui vino madet, dixit *Auson.* *Epist. præfixa Griffo* (quod est *Edyll.* 11.). Sed tu quoque hoc ipsum paulo hilior et dilutior lege: nanoque injurium est, de poeta male sobrio lectorem abstemiuum judicare. ¶ 2. Metaphorā sumptā a coloribus (*V. Dilutus* sub I.), ponitur pro claro, evidente. *Ammian.* 20. 3. Et si contigua iisdem juncturnis præstrinxerint spathia, dilutior erit (solis) defectus. ¶ 3. Denique pro remissio, levī, parum austerritatis habente dixit *Cell.* 20. 1. Nonne tibi quoque videtur nimis esse dilutum, quod ita de injurya punienda scriptum est? — NB. Translate non dilutus homo, apud *Senec.* 1. *Brae.* 13., est non immunitus, non obsoletactus vulgando. Al. tamē rectius leg. *dilatum* sine parte. non. — Hinc etiam

*Dilutum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est liquidum illud, in quo aliquid dilutum et maturatum fuit. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 7. 28. (46). Bibitur et madefacti absinthii dilutum. — Et generatim pro liquido *Cels.* 2. 29. Alvum invenit tepida, dulcia, pinguis, elixa, juxta, salsa, diluta.

**DILUTE**, adverb, diluendo, lavando. *Macrobi.* 7. *Saturn.* 13. Sordidatum pallium in mari dilute tavi. Plerique alii, et quidem rectius leg. dilutile. — Comp. *Dilutus* certa lectione habet *Cic. fragm.* apud *Ammian.* 15. 12. 4. Gallos post hæc dilutius esse poturos. h. e. minus acriter; sive, ut alii putant, vinum aqua miscendo. Porro si vinum subaudias, dilutus erit adjectivum: *V. Dilutus* sub I. in fine v. **DILUO**.

**DILUTUS**, a, um. *V.* **DILUO**.

**DILUVIALIS**, e, adject. ad diluvium pertinens. *Solin.* 9. Quas solas (*montium altitudines*) diluvialis interruptu inaccessas reliquit. *Capell.* 8. p. 274. Post diluvialis conseruationis concursum.

**DILUVIUS**, ei, f. 5. idem quod diluvium. inundatio. *Horat.* 4. *Od.* 14. 27. Aufidus horrendam cultis

Diluvium minutatur agris. Adde eund. 3. *ibid.* 26. 40.; *Lucret.* 6. 291.; et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 4. 3. (8).

**DILUVIO**, as, are. a. 1. diluvie, seu aquarum inundatione obruerū. *Lucret.* 5. 387. Tantum suppedant omnes. ultraque minantur Omnia diluviare et alto gurgite ponti.

**DILUVIO**, ónis, f. 3. diluvium. *Censorin.* de die nat. 18. a med. *Kazaxpæz*, quam nostri diluvium vorant. Adde *Tertull.* *Anim.* 46.

**DILUVIUM**, ii, n. 2. inundatio aquarum ab immodicis imbris, marisque, aut fluviorum incrementis terras operiens: diluo, lavo.

I.) Proprie. *Virg.* 12. *Æn.* 205. si tellurem effundat in undas Diluvium miscens, caelumve in tartara solvat. *Seneca 3. Quæst. nat.* 39. Ut conflagratione et diluvio tempus assignet. *Plin.* 8. *Ep.* 17. Hic assidue tempestes et crebra diluvia. *Juvenal.* 6. 411. Diluvio magna arva teneri. Adde *Flor.* 4. 2. 3. *Mamerlin.* *Paneg.* ad *Maximian.* 7. Diluvia Rheni. — Diluvii universalis descriptiōnē habes apud *Ovid.* 1. *Met. a. vers.* 262. et *Senecam* 3. *Quæst. nat.* 27. et 29. Ejusdem mentio fit bis verbis apud *Tertull.* *Pall.* 2. Mutavit et totus orbis aliquando aquis omnibus obsitus: adhuc maris conchæ et buccinae peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fuitasse.

II.) Translate. *Virg.* 7. *Æn.* 328. Diluvio ex illo diversa per aquora vecti. h. e. vastitate et excidio Trojæ. *Flor.* 4. 2. Cæsaris furor atque Pompeji Urbe, Italiani, gentes, quodam quasi diluvio et inflammatione corripuit. *Val. Flacc.* 6. 394. Diluvio tali, paribusque Ariasmenus urget Excidiis. h. e. numero atque impetu copiarum suarum et curruum falcatorum. *Pacat.* *Paneg.* *Theod.* 3. 3. Barbaris nationibus Romano domini velut diluvio quadam superfusis.

**DIMACHÆ**, órum, m. plur. 1. διμάχαι, oi, genus equitorum apud Macedonas, qui gravi armatura instructi, cum opus erat, etiam pedites pugnabant, ut qui apud nos dragoni appellantur: a δις bis, et μάχη pugna, quasi duplarem pugnam ineuntes. *Cujt.* 5. 13. 8. Y. *Salmas.* ad *Vopisc. Car.* 19. et c. *Val. Flacc.* 6. 160. et seqq.

**DIMACHÆRUS**, i, m. 2. διμάχαιρος, gladiator, qui duobus ensibus in pugna utitur. *V. Lipsium Saturn.* 1. 2. c. 12. *Inscript.* apud *Murat.* 613. 3., quæ est apud *Orell.* 2581. D. M. ET MEMORIAE ASTERNAE HYLATIS DYMACHERO (lege dimachæro), sive ASSIDARIO (lege essedero) PYGAARVM VII. Vide vocem præced., et *RUDIS*.

**DIMADEO**, es, a. 2. vel rectius

**DIMADESCO**, madescis, mädæti, mädescere, n. 3. Idem quod madesco, aut valde madesco. *Lucan.* 6. 478. Solibus et nullis Scythicæ, cum bruma rigeret, Dimaduere nives h. e. solute sunt et diffusore.

**DIMANO**, as, are, n. 1. (dis et mano) diverse, sive diversim mano, diffundor. *Catull.* 51. 8. tenuis sub ortus flamma diinanat. h. e. ignis amoris permanat.

**DIMENSIÓ**, ónis, f. 3. actus dimetiendi, mensura.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Tusc.* 24. 57. Diuenis quadrati.

II.) Impropprie. *Quintil.* 9. 4. 46. Dimensio volumen. *Id.* 48. 52. 85. versuum.

**DIMENSTRŪUS** vel dismenstruus, a, um, adjct. bimensurus. Occurrit, si sana est lectio, in *Cod. Theod.* 11. 5. 3. Per dismenstruum tempus.

**DIMENSUS**, a, um. *V.* **DIMETIOR**.

**DIMERSUS**, a, um, particip. apud inusit. dimergo, demersus. *Tertull. Cult. fém.* 13. Extate inter dimersos. *Rectius tamē leges* dimersos.

**DIMETER** iei dimetrus, tra, trum, adjct., qui duo diversa significat, scilicet

A) Aut est Graeca vox διμέτρος (*V. SIMETER*) et est duo habens metra. *Sidon.* 9. *Ep.* 13. in *carrn.* Opus editum tenemus, Dimetra quod arte texens, etc. *Diomed.* 3. p. 506. *Putsch.* Dimeter versus. — Scribitur et dimetrus in nominat. *Terentian.* de metr. p. 2437. *Putsch.* Nec non dimetrus ex trimetro redditur.

B) Aut est vox hybrida, ex particula dis, quæ divisionem seu dimidium significat, et metrum; hoc est dimidium versus, sive hemistichium. *Mar. Victorin.* 1. p. 2498. *Putsch.* His quidam adjungunt stichum, id est versum, sub hujusmodi differentia, ut sit versus qui excedit dimetrum, unde et hemistichium: colon autem et comma intra dimetrum.

DIMETIENS vel demetiens. *V.* voc. seq. in fin.

**DIMETIOR**, mētris, mensus sum, mētiri, dep. 4. (dis et metior). Part. *Dimetiens* in fin.; *Dimensus* sub b., c. et in fin. — Dimetior est metior, mensura capio, adeoque metiendo dispono (It. misurare, misurando distribuire; Fr. mesurer; Hisp. medir; Germ. etwas messen nach der Entfernung seiner Theile, ausmessen; Angl. to measure). Usurpat — a) Active. *Cic.* *Senect.* 14. 49. Studium dimetandi cœli atque terre. *Id. ibid.* 17. 59. Mirari solertia ejus, a quo essent illa dimensa atque scripta: et ei Cyrus respondisse: atqui ego omnia ista sum dimensus, etc. *Id. Orat.* 43. 147. Dimetiri et dinumerare syllabas. *Virg.* 12. *Æn.* 116. Campum ad certamen Dimensi Ratulique viri Teuerique parabant. *Quintil.* 12. 11. 10. Dimetiri mundum. Adde eund. 9. 4. 112. *Sueton.* *Cal.* 21. Ad dimetendum opus. *Id. Nær.* 49. Dimensus ad corporis sui modulum. — b) Passive. *Cic.* *Senect.* 17. 59. A quo essent illa dimensa. *V.* integrum locum superius sub a. *Virg.* 1. G. 231. certis dimensis partibus orbis Per duodenā regit mundi sol aureus astra. *Cæs.* 4. *B.* G. 17. Tigna dimensa ad altitudinem summis. *Plin.* 4. *Ep.* 30. 2. Dimensio momentis. *Vi-tru.* 3. 3. Columnæ altitudine dimetiat in partes duodecim. Adde eund. 5. 9.; et *Quintil.* 8. procem. 27. et 9. 4. 27. — c) Part. præter. pass., cujus exempla superius attulimus sub b,

*Dimensus*, a, um, occurrit etiam apud *Virg.* 2. G. 284. Omnia sint paribus numeris dimensa vla-rum. Adde *Cæs.* 2. *B.* G. 19. — Hinc

**Dimensum**, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *Spartian.* *Hadrian.* 7. sub fin. Senatoribus plerisque in diem viæ sue dimensum sine dilatione præstisti. Adde *Pacat.* *Paneg.* *Theod.* 13.; et *V.* *Dimensum*, i, in fin. v. **DEMETIOR**.

*Dimetiens* vel *demetiens*, entis, 3. subaudi *Knea*, absolute, substantivorum more, est diametros medium circulum recta secans. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 23. 21. (86). et (87).

**DIMETITUS**. *V.* **DEMETITUS**.

**DIMETO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. metas, seu fines describo, dimetior. *Cic.* 2. *Nat. D.* 43. 110. Atque ita dimetata signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia appareat. *At.* leg. demetata, ali⁹ demetita. *Id. ibid.* 62. 155. Siderum cursus dimetati. *Hic quoque eadem est lectionis varietas.* *Liv.* 8. 38. Tum dictator postquam sine magno incommodo progredi non potest, eum ipsum, in quo constiterat, locum castris dimetari jussit.

**DIMETRIA**, æ, f. 1. carmen ex iambis dimetris compositum. *Auson.* *Epist.* 16. 104. Volueripes dimetria. *V.* **TRIMETRIUS**.

**DIMICATIÖ**, ónis, f. 3. actus dimicandi, præ-lium, pugna, certamen; adeoque discrimen, periculum, quod prælio subitur (It. battaglia, combattimento, pericolo nel combattere; Fr. combat, bataille; Hisp. combate, batalla; Germ. der Kampf, bes. der heftige; Angl. a fight, skirmish, struggle).

I.) Proprie. — a) Sine addito. et quidem — In singulare numero. *Cæs.* 3. *B C.* 111. Longe matiam ea res attulit dimicationem. *Auct.* *B.* G. 8. 18. Nullam dimicationem recusas. *Id. ibid.* 11. Oppugnare castra dimicatione perniciose. *Auct.* *B.* *Alex.* 25. Dimicatio maritima. *Liv.* 2. 13. Subcunda dimicatio toties, quot conjurati superercent. *Sueton.* *Aug.* 17. In serum dimicazione protracta. *Id. ibid.* 10. In media dimicazione. Adde *Liv.* 25. 6. 31. 35. et 22. 32.; *Curt.* 9. 1. 1.; *Sueton.* *Domit.* 6. et *Frontin.* 2. *Strateg.* 2. 9. — In plur. numero. *Cæs.* 7. *B.* G. 86. Omnium superiorum dimicacionum fructum in eo die docet consistere. Adde *Auct.* *B.* *Alex.* 11. 3.; et *Frontin.* 1. *Strateg.* 11. 12. — b) Cum Genitivo. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. § 5. Nullas insidias hostium, nullam prelii dimicationem pertimescimus. *Liv.* 1. 38. Dimicatio universæ rei. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (18). Dimicacionem deorum et gigantum easlavit Phidias.

II.) Translate dicitur de quacumque contentione et discrimine. — a) Sine addito. *Cic.* 2. *Fam.* 6. 5. Quanto opere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modo contentione, sed etiam dimicacione elaborandum. *Id. Orat.* 13. 42. Jam in aciem dimicationemque veniamus. *Quintil.* 5. 7. 3. Ingens dimicatio est. Adde eund. 6. 4. 4. et 8. 3. 13.; et *Liv.* 10. 24. — b) Cum Genitivo. *Cic.* *Sull.* 28. 77. In extremo discrimine ac dimicacione fortunæ

descrere aliquem. *Id. Planc.* 32. 77. Nullas sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ diaconates pro me defugiendas putavit. *Id. Rabir. perdwell.* 2. 5. In tanta dimicazione capitis, famæ fortunarumque omnium. *Id. Prov. cons.* 9. 23. Subvenire impudentibus periculis cum dimicazione capitis.

**DIMICO**, mīcas, mīcū vel mīcū, mīcātum, mīcare, n. 1. (dis et mico). Præter. dimicari est *Nepotis*, *Cæsar*, *Velleji*, etc.; alterum dimicui habet *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 28. Hac tibi sit pugna dimicuisse satis. — Part. *Dimicans* II.; *Dimicaturus* I. — Dimicare est prælieri, pugnare, certare, contendere: a dis et mico, quia sicut micando digitis controversiæ dirimi solent, ita micando fulgentibus gladiis; qua ratione cernere ferro dixit *Virg.* V. *CERNO* (It. combattere, far battaglia; Fr. combattre, lutter, se battre; Ital. combattir, pelear; Germ. mit geschwungenen, leuchtenden Waffen kämpfen, streiten; Angl. to fight, skirmish, encounter, contend, struggle).

I.) Proprie. — 1<sup>o</sup>) Generatim de prælio inter duos populos vel inter duas partes. — a) Cum additis armis, acie, etc. *Cæs.* 1. *B. C.* 20. Tantaque inter eos dissensio extitit, ut manum conserere atque armis dimicare conarentur. *Nepos Miltiad.* 1. Dimicare armis cum aliquo. *Liv.* 2. 49. ad fin. acie cum hoste. *Cæs.* 7. *B. G.* 64. in acie. *Id.* 5. *ibid.* 16. et 7. *ibid.* 6. et 3. *B. C.* 43. prælio. Sic *Cic.* 2. *Nat. D.* 2. 6. Quum Postumius dictator cum Manilio Tusculano prælio dimicaret. *Auct. B. Alex.* 28. Dimicare navibus in flumine. *Nepos Eumen.* 3. equita. *Id. Miltiad.* 4. exiguus copias. — b) Absolute. *Cæs.* 3. *B. G.* 24. Se tuto dimicatores existimabant. Adde *eund.* 3. *ibid.* 17., 6. *ibid.* 7. et 5. *ibid.* 49. *Sueton. Cæs.* 60. Nec nisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est. *Nepos Miltiad.* 4. et *Heg.* 3.; et *Justin.* 6. 1. 2. Dimicare adversus aliquem. *Curt.* 7. 4. ad fin. virilim. *Cæs.* 5. *B. G.* 16. magno cum periculo. *Auct. B. Alex.* 48. magno periculo. *Auct. B. G.* 29. cum summa contentione. *Cæs.* 5. *B. G.* 47. iniquo loco. *Curt.* 4. 4. 11. ex turre. Cf. *eund.* 7. 6. 3. — Et addite causa. *Cic.* 4. *Tusc.* 19. 43. Convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria. *Curt.* 4. 3. 19. et 4. 7. 33. pro imperio. *Nepos Hann.* 8. de summa imperii. *Curt.* 4. 14. 1. de victoria. *Vellej.* 2. 85. in ruinam orbis terrarum. — Latiore sensu est bellum sacrum. *Nepos Agest.* 2. Satius esse in Asia, quam in Europa dimicare. *Flor.* 2. 17. In Hispania prope ducentos per annos dimicatum est. — c) Cum Accusativo. *Colum.* 9. *R. R.* 9. 7. de apibus. Sia autem aciem dimicantes notaveris, duces seditionum interfiscere curabis. Schneider. tamen et alii leg. acie. — d) Passive impersonaliter. — Cum additis. *Cæs.* 3. *B. C.* 63. Duplicem eo logo fecerat vallum, ut si anticipi prælio dimicaretur, posset resisti. *Id.* 1. *ibid.* 41. Caesar, ubi cognovit per Afranium stare, quo minus prælio dimicaretur etc. *Justin.* 2. 7. 7. Dimicari armis prope usque interitum. — Absolute. *Cæs.* 5. *B. G.* 16. Toto hoc in genere pugnae quam sub oculis omnium ac pro castris dimicaretur. Adde *eund.* 3. *C.* 85. *Cic.* 1. *Off.* 12. 38. Cum Latinis de imperio dimicabatur. *Nepos Themist.* 3. In terra dimicari in agri placebat. Adde *eund.* *Eumen.* 10. *Vellej.* 2. 85. 4. Desperatae victorie dimicatur in mortem. h. e. ut morerentur quidem, at non inulti. Adde *Curt.* 4. 14. 1. et 5. 3. 8.; et *Sueton. Domit.* 6. — e) Cum Nominativo rei. *Plin.* 7. *Hist. nat. procem.* (5). Leonum foritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petit serpentes. — 2<sup>o</sup>) Speciatim de gladiatoriis pugnis. *Sueton. Cæs.* 26. Gladiatores notos, sicuti infestis spectatoribus dimicarent, vi rapidos reservandoque mandabat. Adde *eund.* *ibid.* 39. *Cat.* 27. et 30. et *Claud.* 21.

II.) Translate. — 1<sup>o</sup>) Generatim — a) Ponitur pro contendere. *Liv.* 6. 46. a med. Inter dimicantes competitores. *Cic.* 2. *Fins.* 17. 56. Sic uester sapiens magno aliquo emolumento commotus, cum animi causa, si opus fuerit, dimicabit. *Illi, ut Orell.* leg. animi causa. — b) Sæpius de periculo ponitur, et est discrimin subire. *Nepos Timoth.* 4. Dimicare de fama. h. e. judicio contendere pro fama servanda. *Cic. Arch.* 10. 23. et 11. 29. de vita, glorie causa. *Id.* 1. *Off.* 24. 83. de vita. Cf. *Liv.* 21. 26. Rursus *Cic. Sext.* 1. 1. de capite, de fama, de civitate. *Copætus ad Domit.* apud *Cic.* 8. *Att.* 13. d. Ne-

descere aliquem. *Id. Planc.* 32. 77. Nullas sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ diaconates pro me defugiendas putavit. *Id. Rabir. perdwell.* 2. 5. In tanta dimicazione capitis, famæ fortunarumque omnium. *Id. Prov. cons.* 9. 23. Subvenire impudentibus periculis cum dimicazione capitis.

**DIMINUO**, 6. *B. G.* 31. *Curt.* 8. 8. 10. Veni enim in Asiam, non ut funditus evertere gentes, nec ut diuidiam partem terrarum solitudinem facerem. *Ovid.*

1. *Trist.* 2. 43. At nunc, ut peream, quoniam caret illa pericolo, Dimidia certe parte superstes ero. Adde *Sall. Jug.* 64.; et *Sueton. Ces.* 42., *Aug.* 101. et *Tib.* 23. — b) Quomodo dimidiis a dimidiatus

differat, in quo DIMIDIO ad fin. dictum est. Illud tamen discrimin non ab omnibus est observatum

scriptoribus, iis præsertim, qui post auream atatem

fueru. Dimidiatus enim in locis mox citanis dicen-

tum fuit ex sententia *Varromis*, vel dimidium cum

Genitivo, dimidium clepsydrae, dimidium formæ,

etc. *Nepos Eumen.* 9. Dimidium spatium. *Manil.* 3. 393. annus. *Juvenal.* 8. 4. Dimidios Curios. *Id.* 13. 95. crux. *Id.* 15. 5. Memnone. *Id.* 14. 132. silu-

ro. *Plin.* 6. *Ep.* 2. clepsydrae. Alter *Plin.* 2. *Hist. nat.* 59. 60. (150). Dimidia circull forma. *Martial.* 2. 37. nullus. — c) Dimidio labro basia dare apud *Martial.* 2. 10. et 22. est summis tantum la-bris basiare; Itali dicunt a fori di labbro. — d)

Dimidiis, quin de statu sermo est, effigiem indi-

citat hominis umbilico tenus, quam Itali busto vocant.

*Martial.* 11. 19. Vix est dimidio locus Priapo. Huc etiam pertinet jocus *Ciceronis*, qui, teste *Macrobi.*

2. *Saturn.* 3., quum vidisset clipeatam imaginem

Quinti fratris ingentibus lineamentis usque pectus

ex more pictam, (erat enim Quintus ipse statura parva) ait: Frater meus dimidiis major est quam totus. — e) De natis ex promiscuis plebis patrumque connubis, *Liv.* 4. 2. Ut, qui natus sit, ignoret,

cujus sanguinis, quorum sacrorum sit; dimidiis patrum sit, dimidiis plebis, ne secum quidem ipse con-

cors. — Hinc

*Dimidia*, 1<sup>o</sup>, f. 1. subaudi pars, absolute, substantivorum more, occurrit tantum apud *Plin.* 26. *Hist. nat.* 12. 73. (120). Verbenaca decocta in aqua ad dimidiis. h. e. usque ad dimidium. — Sæpius

*Dimidium*, 1<sup>o</sup>, n. 2. absolute, substantivorum

more usurpat, et est pars altera alicuius rei in

duas aequales divisæ (It. la metà; Fr. la moitié; Hisp. la mitad; Germ. die Hälfte; Angl. the half).

Occurrit — a) Cum addito Genitivo rei. *Lucilius* apud *Gell.* 3. 14. Dimidium horæ. *Plaut. Anph.* 5.

1. 73. boni. *Id. Aulul.* 2. 4. 12. obsonii. *Id. Bacch.* 5. 2. 67. auri. *Cato R. R.* 108. acetabuli. *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 4. pecuniae. *Id. 2. Orat.* 86. 352. Sc dimidiis ejus, quod pactus esset, pro eo carmine datum.

*Liv.* 35. 1. Vix dimidium militum, quam quod

aceperat, successori tradidit. *Horat.* 1. *Od.* 3. 8.

Et serves animæ dimidium meæ. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 72. (150). Cicer nigrum cum gallæ dimidio tritum. — b) Absolute. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 85. cn. Eo ego nescio quantum attulerit; verum haud permultum attulit. n. Etiam dimidium censes? cn. Non edocel scio. *Id. Pers.* 1. 2. 17. Sed legirupum qui damnet, det in publicum dimidium. Cf. *eund.* *Pseud.* 4. 7. 68. Dare alicui dimidium de præda. Sic *Quintil.* 5. 10. 105. Dimidium ex eo, quod debet. — c) Sæpissime occurrit Ablat. dimidio cum Comparativo. *Plaut. Asin.* 2. 4. 35. lx. Dromo mercedem retulit? lt. Dimidio minus opinor. *Cic. Dom.* 44. 115. Emit domum prope dimidio carius, quam ostiinabat. *Id. 13. Att.* 29. Dimidio minoris constabit. *Id. 9. ibid.* 9. Recte non credis de numero militum: ipso dimidio plus scriptis Clodia. *Id. Flacc.* 20. 46. Habebat rhetor iste discipulos, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat. Adde *eund.* 5. *Verr.* 33. 77. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. Hibernalia dimidio minor, quam Britannia. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 318. Dimidio maior. *Curt.* 4. 9. 3. Dimidio major exercitus. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 16. Dimidio matruius. *Juvenal.* 14. 200. pares quod vendere possis pluris dimidio. — Et sine Compar. *Quintil.* 1. 10. 42. Jugeri mensuram ducentos et quadraginta longitudinis pedes esse, dimidiisque in latitudinem patere. — d) Γνωμη est illud *Plaut. Pseud.* 1. 5. 37. Bonus animus in male re dimidium est malus. — Proverb. est illud *Horat.* 1. *Ep.* 2. 40. Dimidium facti, qui coepit, habet. Itali dicunt: chi ben comincia è alla metà dell'opra. Sic *Asin.* *Epigr.* 81. Dimidium facti est cœpisse. *Forcellinus* affert etiam proverb. Græcum, quo mediocritas laudatur: πλευρας παραστησι, h. e. dimidium plus toto.

**DIMINORO**, as, etc. *V. DEMINORO.*

**DIMINUO**, minuīs, minuere, a. 3. (dis et minuo) in varias partes minuere, communuere, h. e. frange-

re, secare. *Lucret.* 1. 607. Unde neque avelli quidquam, neque diminui jam Concedit natura reservans semina rebus. *Plaut. Men.* 2. 2. 36. Illi homini diminuam caput, h. e. in frusta concidam. Adde *eund.* *Hort.* 1. 3. 109; et *Ter. Eun.* 4. 7. 33. Eodem sensu *Ter. Adelph.* 4. 2. 32. Diminuetur tibi quidem jam cerebrum. — Ceterum *V. DEMINUCIO.*

**DIMINUTIO**, ónis, f. 3. pro **diminutio** legitur tantum apud *Hygin.* fab. 30. ed. *A. Mai.* in *Auct. Class.* T. 3. p. 13. Ceterum *V. DEMINUTIO.*

**DIMINUTIVE**. *V. DEMINUTIVE.*

**DIMINUTIVUS**, a, um. *V. DEMINUTIVUS.*

**DIMINUTUS**, a, um. *V. DEMINUTUS* in **DEMINUO.**

**DIMISSIO**, ónis, f. 3. actus dimittendi. ¶ 1. Generatim est actus aliquem hoc illic mittendi. *Cic.* 6. *Parad.* 2. 46. Dimissiones libertorum ad fenerandas diripiendasque provincias. — *Dimissio sanguinis*, h. e. detracatio, legitur apud *Gell.* 10. 8. in lemma te. ¶ 2. Speciatim est actus, quo abeundi copia datur. *Cic.* 7. *Verr.* 33. 86. Propter dimisionem propugnatorum atque remigum.

**DIMISSOR**, óris, m. 3. qui dimittit; et translate qui veniam dat. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 10. sub init. Dimissorem peccatorum Christum recognoscere. Adde *Augustin.* serm. 23. ex *Hom.* 50. 4.

**DIMISSORI** litterae, inquit *Modestin.* *Dig.* 50. 16. 106., sunt, quæ vulgo apostoli dicuntur, quod per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur. Adde *Dig.* 49. 6. 1.; et *V. APOSTOLUS.*

**DIMISSUS**, a, um. *V. DIMITTO.*

**DIMISSUS**, us, m. 4. dimissio: quod apud Latinos in usu fuerit, ostendunt illa *Charisi* verba 2. p. 170. *Putsch.* Inter adverbia, quidam hæc posuerunt, quæ etiam apud veteres observata sunt, *translatu*, *dimissu*, *receptu*, *ostentu*, etc. Hinc *Madrig.* hanc vocem legit in *Cic. Rosc. Am.* 5. 21. Omnes hanc questionem te prætore e manifestis maleficiis cotidianis sanguine dimissi sperant futuram. *Orell.* leg. remissius; alii aliter.

**DIMITTO**, mitis, misi, missum, mittere, a. 3. (dis et mitto). Part. *Dimittens* II. 3.; *Dimissus* I. 1. et in omnibus fere paragr.; *Dimissurus* I. 1.; *Dimittendus* II. 2. — Dimittere est in diversas partes mittere (It. *mandare in diverse parti*, *spedire*; Fr. *envoyer de divers côtes*, *envoyer dans toutes sens*, *dépêcher*; Hisp. *enviar en todas partes*, *por todas partes*; Germ. *auseinanderschicken*, *sotschicken*, *nach verschiedenen Seiten hin*, *wegschicken*; Angl. *to send different ways*, *send off or away*, *dis patich*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu seu generatim est in diversas partes mittere. a) Cum Accusativo personæ, aut rei, quæ dimittitur. *Lucret.* 6. 494. Nunc age, quo pacto pluvius concrecat in altis Nubibus humor, et in terras dimissus ut imber Decidat, expediā. *Cic. Quinct.* 6. 25. Nævius pueros circum amicos dimitti. *Ces.* 3. B. C. 42. Dimittere litteras circum municipia. Cf. *Sueton. Aug.* 40. *Ces.* 4. B. G. 19. et 34. nuncios in omnes partes. *Id.* 5. *ibid.* 49. speculatores in omnes partes. Cf. *Ovid.* 3. *Met.* 381. aciem (*oculorum*) partes dimisit in omnes. Rursus *Ces.* 3. B. G. 7. prefectos in finitimus civitates. *Sall. Cat.* 28. Mallium Fæsulas, Septimum in agrum Picenum, Julianum in Apulianum dimisit. *Liv.* 37. 45. Dimittere milites in hiberna. *Id.* 38. 1. litteras passim in alias urbes. *Id.* 27. 10. Alias naves in propinquos portus se dimissurum. *Ces.* 5. B. G. 39. nuncios ad Centrones. *Id.* 3. B. C. 102. Nuncii dimissi ad eos, qui etc. *Id.* 3. *ibid.* 79. Ut pluribus dimissi itineribus a Cæsare ad Domitium, a Domitio ad Cesarem, nulla ratione iter confidere possent. Adde *eund.* 1. *ibid.* 52.; et *Sueton. Ces.* 4. *Ces.* 3. B. C. 79. Dimittere litteras per provincias. *Sueton. Galb.* 10. edicta per provincias. *Plin.* 4. *Ep.* 7. Librum in exemplaria transcriptum mille, per totam Italiam dimisit. *Virg.* 1. *En.* 580. per littora certos Dimittam, et Lybia iustrare extrema jubebo. *Ces.* 3. B. G. 23. Dimittere legatos quoquaversus. *Id.* 5. *ibid.* 45. litteras aliqui. h. e. alicui perferendas. *Id.* 7. *ibid.* 38. nuncios tota civitate. *Id.* 1. B. C. 80. Equites dimissi pabulandi causa. Adde *Sueton. Ces.* 81. Rursus *Ces.* 7. B. G. 71. Dimittere equitatum ab se. Adde *eund.* 6. *ibid.* 31. et alibi; et *Sueton. Aug.* 64. — NB. Apud *Ovid.* 2. *Met.* 310. imbre dimittere rectio. alii *rectius leg.* demittere. — b) Sine Accusativo. *Liv.* 29. 37. Per pro-

vincios: dimiserunt censores, ut civium Romanorum in exercitibus, quantum ubique esset, referretur numerus. *Ces.* 6. B. G. 43. Cæsar, ad vexados rursus hostes profectus, magno coacto numero ex finitimis civitatibus, in omnes partes dimittit. *Id.* 3. B. C. 112. Quibus est rebus effectum: ut tuto frumentum auxiliisque navibus ad eum supportari possent: dimisit enim circum omnes propinquas regiones; atque inde auxilia evocavit. *Curt.* 4. 11. 22. Dimissi nunciant etc. Adde *eund.* 7. 11. 13. ¶ 2. Latiori sensu, seu speciatim pro abire permitto usurpatur de pluribus, sive de conuentu senatus aut populi, de exercitu, de convivis et similibus; in quibus particula dis vim suam retinet. *Plaut. Rud.* 4. 8. 15. Dimittere delectum. *Ces.* 3. B. G. 18. Non prius duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concussum etc. *Cic.* 6. *Verr.* 65. 146. Dimittere senatum. *Ces.* 1. B. G. 18. et 31. et 2. *ibid.* 32.; et *Cic.* 2. *Legg.* 12. 31. et 4. *Verr.* 30. 73. Dimittere concilium. *Sall. Cat.* 21. convention. *Liv.* 21. 5. prætorium. V. *Drakenborg* ad h. l. *Ces.* 1. B. G. 2. et 11.; *Justin.* 2. 4. 15.; *Vellej.* 2. 52. 4.; et *Sueton. Ces.* 29. et 70. et *Aug.* 24. et 99. legiones. *Sueton. Ces.* 18. lictores. *Liv.* 38. 29.; *Sueton. Aug.* 76.; et *Tac.* 15. *Ann.* 30. convivium. ¶ 3. Item speciatim pro abire permitto usurpatur etiam de singulis, aut de pluribus, quæ tamen tamquam totidem unius corporis partes putentur: qua significatio plurimos eosque varios habet usus. *Plaut. Rud.* 3. 5. 10. Verum, senet, si te unquam in urbe offendero, numquam hercile quisquam me lenonem dixerit, si non te ludos pessimos dimisero. h. e. nisi te pessime iudicatum dimisero. *Cic. Orat.* 28. 100. Manu si prehendisset, ne ipse quidem sua eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem. *Id.* 12. *Att.* 18. Descedentes te non sine magna dolore dimittam. *Id.* 1. *Orat.* 28. 126. Non patiebatur eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere dimittebatque. h. e. abire jubebat. Sic *Id. Sall.* 20. 57. Familiarissimum suum ab se dimittere et mandare in ultimas terras. *Id.* 3. ad *Q. fr.* 9. *sub fin.* Ciceronem dimitto a me, ut magistris ne abducam. *Nepos Att.* 3. Aliquem ab se numquam dimittere. *Sueton. Oth.* 10. Ab amplexu ei osculo suo dimisit omnes. Adde *eund.* *Tib.* 63. et 66. — Similiter dicitur *febris*, *dolor* *hominem dimittere*, quum desinit. *Cels.* 2. 7. et 4. 22. — *Ces.* 1. B. C. 21. Dimittere milites in oppidum. *Justin.* 3. 6. 3. milites a bello. Sic *Ces.* 3. B. C. 4. Milites veterani dimissi ubi imperatoribus. Eodem sensu *Cic. Pis.* 20. 47. Dimittere exercitum. et § 48. familiam. *Curt.* 4. 1. 35. Qui (*prætor*), quamquam plerosque militum ad regem dimiserat; tamen, barbaris spretis, in aciem suos eduxit. Adde *eund.* 9. 7. 10. Sic figurate *Cic. Acad.* (2. pr.) 4. 11. Philosophia, quæ nunc prope dimissa revocatur. Cf. *Quintil.* 11. 2. 44. Memoria tamquam dimissa dicit. *Curt.* 6. 7. 16. Ab hoc sermone dimissus Nicomachus etc. *Cic. Orat.* 30. 105. Demosthenem totum diligentissime cognovisti, neque eum dimisisti et manibus. h. e. Demosthenis orationes. *Ces.* 1. B. C. 64. Totis vero castris milites conturbari, et dolere, hostem ex manibus dimitti, bellum necessario longius duci. *Virg.* 10. *En.* 366. Aspera queis natura loci dimittere quando Suasit equos. h. e. ab equi descendere et peditem more pugnare. Sic *Sueton. Ces.* 60. Ancipiuti prælio equos dimittebat, et in primis suum, quo major permanendi necessitas imponeretur, auxilio fugæ excepto. At ad fugam capiendum *Ces.* 3. B. C. 69. Quum Caesar signa fūgentium manu prehenderet, et consistere juberet, alii, dimissis equis, eundem cursum conficerent; alii etc. (*Contra Id.* 2. *ibid.* 34. Quorum impetu equites hostium non tulerunt; sed, admissis equis, ad suos refugerunt. h. e. quum equos adscendissent). *Nepos Themist.* 7.; et *Frontin.* 1. *Strateg.* 1. 62. Dimittere legatos. *Liv.* 4. 52. legationes. Cf. *eund.* 38. 13.; et *Curt.* 7. 0. 2. et 4. 2. 6. *Sueton. Aug.* 97. Tiberium. *Id. Tit.* 8. aliquem sine spe. *Cic. Fat.* 4. 7. Posidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. *Id. Orat.* 10. 34. Ut eos ipsos, quos contra statuas, æquos placatosque dimittas. *Nepos Hann.* 3. Cum omnibus incolis confixit: neminem nisi victimum dimisit. *Id. ibid.* 4. Cum Scipione decernit: saucium ac fugatum dimisit. *Sall. Cat.* 51. Dimittere aliquem impunitum. *Sueton. Domit.* 11. occursum bilareisque. Cf. *eund.* *Ver.* 2.

et *Aug.* 26. *Ces.* 1. B. C. 23.; et *Justin.* 7. 6. 6. incoluncs. *Vellej.* 2. 74. 4. inviolatum. *Capitolin. Maxim.* duob. 11. privatum. — Similiter *dimittere* debitorem est debitum ei remittendo ab onere solvendi liberare. *Ulp. Dig.* 50. 9. 4. Ambitiosa decreta decurionum rescindit debent, sive aliquem debitorem dimiserint, sive largiti sint. Neque aliter *Papinian. Dig.* 38. 1. 41. Libertus dimissus obligatio operarum. h. e. liberatus, obligari desitus. — *Dimittere creditores* apud JCtor est, soluta pecunia illa debita, dimittere uno verbo solvere. *Papinian. Dig.* 31. 73. Si proprios creditores ex ea pecunia dimiscrit. *Scaevola ibid.* 32. 36. Dimissus creditor. h. e. cul pecunia debita persoluta fuit. Adde *Plin.* 2. *Ep.* 4. 2. — *Quintil.* 5. 7. 21. Est oratoris suspectum testem, quem prodest, dimittere. *Justin.* 11. 11. 5. Olympiadem repudio dimiserat. *Id.* 39. 3. 3. Utorem divortio dimittere. *Sueton. Aug.* 62. Coegerit pregnantem uxorem dimittere. Adde *eund.* *ibid.* 63. et 69.; *Ces.* 1. *Ner.* 35. *Domit.* 8. et *Tib.* 7. et 33. *Id. Tib.* 49. Femina dimissa et matrimonio. — Absolute sine Accusativo. *Quintil.* 11. 3. 86. His (*manibus*) vocamus, dimittimus, etc. Adde *Plaut. Trin.* 4. 2. 106.; et *Juvenal.* 1. 125. ¶ 4. Speciatim dimittere est aliquem magistratu, vel officio privare. *Sueton. Claud.* 11. Quoniam decurias rerum actu expungeret, eum qui dissimulata vacatione quam beneficio liberorum habebat, responderet, ut cupidum judicandi dimisit. Adde *eund.* *Cal.* 14.; et *Lamprid. Alex. Sev.* 52. ¶ 5. Apud senioris ovi scriptores ponitur etiam pro reliquo. *Lamprid. Elagab.* 30. Facultates dimissæ h. e. post mortem relictae. *Capitolin. Ver.* 9. Dimittere Lutum in urbe. *Pallad.* 9. *H. R.* 5. 3. Majores (*ratiphant*) fieri creduntur, si sublati omnibus foliis, et soli tenui caule dimisso, sæpe terris operiantur. Adde *eund.* 6. *ibid.* 7. 2. et 3. *ibid.* 9. 9.

II.) Translate. ¶ 1. Dimittere est facere, ut quis vel quid in diversa feratur, penetret, vel etiam mitatur. *Ovid.* 8. *Met.* 188. ignotus animum dimittit in artes. V. *Bach* ad h. l. *Val. Flacc.* 1. 396. de *apibus*. dum plena nectare cellas Pandit, et in dulcem reges dimittit Hymeton. *Seneca Ep.* 31. et med. In populis nominis dimissa notitia. *Sil. It.* 7. 257. murmura venti Dimitunt. *Quintil.* 11. 3. 81. Vocem tantum altera parte (*labra*) dimittunt. *Sil. It.* 12. 406. Dimittere tela in ventos. *Val. Flacc.* 5. 692. noctem Olympo. — NB. Illa quoque a *Forcellino* afferuntur. *Ovid.* 12. *Met.* 491. ferrum capulo tenus dimisit in armos. *Id.* 4. *Pont.* 16. 51. extinctos ferrum dimittere in artus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 17. (62). Manus in serventem aquam dimittere. *Cic.* 7. *Att.* 12. Dimittere se penitus in causam. *Sueton. Rhet.* 6. In comparationem alicujus dimittere. *At in his omnibus locis, ut monet ipse Forcelli*, alii et quidem rectius leg. demittere. — Et in varias partes emittere. *Lucret.* 3. 340. Non enim (*corpus*), ut humor aque dimittit sepe vaporē. *Id.* 6. 841. Rarescit quia terra calore, et semina, si quia Forte vaporis habet, propere dimittit in auras. *Id.* 2. 924. Quod si forte suum dimittunt corpora sensum, Atque alium capiunt, etc. *Id.* 5. 757. Solque suos etiam dimittere languidus ignes Tempore cur certo nequeat, etc. h. e. diffundere. *Id.* 5. 669. florescent tempore certo Arbusta, et certo dimittunt tempore florem. Similiter *Pallad.* 2. *R. R.* 19. Et ubi diu feruerint (*bacca*), olei, quod ex se dimiserint, undam etc. *Id.* 3. *ibid.* 23. 12. de *liquamine ex pirus*. Suspense eæ carnes liquorem dimittunt saporis jucundit. *Est qui legit dimittunt.* Item *Varro* 2. *R. R.* 1. 23. Dimitti sanguinem, maxime e capite. Adde *Gell.* 10. 8.; et *V. DIMISSIO.* ¶ 2. Dimittere est etiam sponte aliquid omittere, non arripere; et occurrit præcipue de occasione, et animi affectibus. *Ces.* 1. B. C. 26. Ita sapienti rem frusta tentatam (h. e. pacem) Cæsar aliquando dimittendam sibi judicabat, et de bello agendum. *Id.* 7. B. C. 52. Exploratum victoriam dimittere. *Nepos Militiad.* 3. A fortuna datam occasionem liberandæ Greciæ dimittere. Adde *Ces.* 5. B. G. 57. et 3. B. C. 25. *Curt.* 4. 4. 1. Maximarum rerum dimissa opportunitas. *Cic.* 2. *Orat.* 21. 89. Dimittere tempus. *Ces.* 3. B. C. 97. rei gerendæ facultatem. *Id.* 1. *ibid.* 73. spen. *Id.* 1. *ibid.* 26. condicione pacis. *Nepos Timol.* 2. imperium. *Id. Hann.* 12. vitam alieno arbitrio. *Lucret.* 3. 397.; et *Martial.* 1. 78. animam. *Val. Flacc.* 6. 19. ex-

viās. *Id.* 8. 104. moras. *Juvenal.* 5. 20. ligulas. *Tac.* 3. *Hist.* 55. Ilii tributa dimittere, alios immunitibus juvare. *Plin.* 9. *Ep.* 18. 2. priora debitoribus. *Val. Flacc.* 7. 240. timorū. *Id.* 5. 173. Vota dimissa retentare. *Cic. Planc.* 39. 94. Libertatem neque dimisi unquam, neque dimittam. *Id.* 4. *Ferr.* 30. 74. Si dimisisset eo tempore quæstionem, post illis adhibitis, quos ablegarat, absoluū iuri Sopatrum videbat. *Id. Rosc. Am.* 5. 11. Omnes hanc quæstionem te prætore, manifestis maleficiis cotidianaque sanguine dimissam, sperant futuram. *Ita legit Klotz; aliī aliter.* *Id.* 3. *Off.* 26. 99. Sed dimittamus fabrias et externa: ad rem factam nostramque veniamus. *Ita cum veterib. editionibus Forcellinus:* at Orellius: *leg.* omittamus. *Id.* 9. *Fam.* 1. 2. Dimittere usum librorum. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 96. Qui semel aspergit, quantum dimissa potis Præsent, mature redeat repetatque relicta. *Cic. Cæc.* 26. 75. Dimittere patrimonium. *Virg.* 11. *Æn.* 706. et *Sil.* *It.* 7. 108. fugam. *Cic.* 14. *Att.* 11. Non dimitto istam curam. *Tac. Dial. de orat.* 3.; et *Sueton. Tib.* 11. curam. *Liv.* 30. 3. Dimittere curam ex animo. *At plerique leg.* mittere. *Cæs.* 3. *B. C.* 73. opugnationem. *Cic. Balb.* 13. 31. Sui quæcumque juris et retinendi et dimittendi esse dominum. *Id. Amic.* 21. 76. Dimittere amicitias. *Id.* 9. *Fam.* 12. Cælum et terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere. *Id.* 13. *Phil.* 1. 2. Si quid de summa gravitate Pompejus, multum de cupiditate Cæsar dimisisset. *Ita Forcellinus cum veterib. editionibus:* at Orellius legit remisisset. Sic corrigendum videtur et apud Senec. 1. *Controv. proœm.* Dimittere (lege remittere) se. h. e. remittere animum et ab operc laxare. *Sueton. Cal.* 35. Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, non est facile discernere. *Quintil.* 11. 2. 24. Dimittere auctionem. *Id.* 3. 11. 16. Causam in aliquam rem dimitti, quæ non sit propria quæstionis. *Id.* 12. 7. 6. item. *Sil. It.* 10. 330. Martem. h. e. prælium. *Ovid.* 11. *Met.* 446. cursus. *Cæs.* 1. *B. C.* 8. Cæsarem quoque pro sua dignitate debe re studium et iracundiam suam reipublicæ dimittere. *Id.* 6. *B. G.* 37. fortuam. *Liv.* 33. 33. ludos. *Tac.* 3. *Hist.* 36. Præterita, instantia, futura pari obliuione dimiserat. *Vellej.* 2. 52. Neque prius, neque antiquius quidquam habuit, quam omnes partes (militari et verbo et consuetudine utar) dimittet. h. e. missas faceret, deponeret, odium partium ex animo ejiceret, factiones oblitisceretur: militare verbum est dimitti, qua significat missionem dare militibus, quum vel bello, vel stipendiis exactis, domum dimittuntur. *¶ 3.* Item dicitur de locis, possessionibus, armis etc., et est alteri cedere, relinquere, sed iniquo animo ac per vim. *Cæs.* 1. *B. C.* 44. Ipsi autem suos ordines servare, neque ab signis discedere, neque sine gravi causa eum locum, quem ceperant, dimitti censuerant oportere. *Id.* 5. *B. G.* 18. Ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent, ripasque dimitterent. *Auct. B. G.* 8. 5. Devicti compitura oppida dimiserant. *Ovid.* 13. *Met.* 226. Dimittere Trojam. *Justin.* 38. 5. 6. Phrygiam. *Seneca Ep.* 66. sub fin. Succisis poplitibus in genua se excepit, nec arma dimisit. Sic *Lucan.* 3. 367. dimissis degener armis. Similiter *Plin.* 13. *Hist. nat.* 10. 19. (64). Ibi et prunus Egyptia, — maturescens bruma, nec folia dimittens. *Cæs.* 3. *B. C.* 69. Dimittere signa ex metu. *Id.* 6. *B. G.* 11. principatum. *Lucan.* 9. 290. sumpta et dimissa potestas. *Liv.* 40. 43. provinciam. *Sueton. Cæs.* 18. extr. Coactus est triunphum, ne consulatu excludeatur, dimittere. *Val. Flacc.* 5. 540. decus belli. *Cæs.* 6. *B. G.* 8. prædam. *¶ 4.* Pro liberare hac a Forcellino afferuntur. *Paul. Dig.* 48. 19. 31. Ad bestias damnatos favore populi præsides dimittere non debent. *Id. ibid.* 3. 10. Ne quis receptam custodiā sine causa dimittat. *Petron. Satyr.* 13. Fortuna me a turpissima suspicione dimiserat. *Cajus Dig.* 1. 7. 28. Dimittere filium potestate. h. e. potestate patria liberare. *Al. leg.* de potestate. Hæc tamen omnia commode ad superiora referri possunt.

**DIMICERUS**, a, on, adjet. *διμίκεος*, duas partes habens. *Mar. Victorin.* p. 2610. *Putsch.* Quod metrum vocatur dimicron epicon, ideo quod duos pedes heroos accipiat, dactylum, spondeum. Quidam pentasyllabon epodon dixerunt a numero syllabarum; alii trimeron epicon: est pars tertia epicis versus, ut *Arria virumque cano*, *Trojæ qui terruit*

urbem. Ita *Gaisford.*; at *Putsch.* dimetron et trimetron. Adde p. 2616, ubi eadem lectionis varietas. **DIMOTUS**, a, uni. *V.* vor. seq.

**DIMÖVÉO**, mōves, mōvi, mōtum, mōvere, a. 2. (dis et moveo). Part. *Dimotus* I. 1. et II. 1.; *Dimovendus* I. 2. — Dimovere est hinc inde movere. in diversas partes movere, separare (It. *movere qua e lá, separare di qua e di lá*; Fr. *separer, divisor, fendre*; Hisp. *separar, dividir, hender*; Germ. *aus einanderbewegen, - trennen, zertheilen*; Engl. *to move, move about, stir*).

I.) Proprie. *¶ 1.* Stricto sensu est hinc inde movere, in diversas partes movere, adeoque separare, dividere. *Virg.* 2. *G.* 513. Agricola incurvo terram dimovit aratro. Sic *Ovid.* 5. *Met.* 341. Prima Ceres uno glæbam dimovit aratro. *Virg.* 9. *Æn.* 644. ab alto Æthere se mittit, spirantes dimovet auras, Ascaniumque petet. *Lucret.* 6. 890. Quod genus endo mari spirat fons, dulcis aqua Qui scatet, et salsa circum se dimovet undas. Cf. *Ovid.* 4. *Met.* 707. Sic fera dimotis impulsu pectoris uadis etc. Et *Id. Heroid.* 18. 80. murmur aquæ corpore dimotæ. *Id. Halieut.* 23. dimotæ cauda arenæ. *Id.* 8. *Met.* 641. Inde foco tepidum cinerem dimovit, et ignes Suscitat hesternos. *Horat.* 1. *Od.* 23. 6. seu virides rufum dimovere lacerta. — *Dimovere os* est hinc inde motis labiis os aperire et loqui. *Ovid.* 5. *Fast.* 638. Raucaque dimovit talibus ora sonis. — Poeticæ *Lucret.* 6. 869. Inde ubi sol radiis terram dimovit obortis. h. e. aperuit et calore suo penetravit. *¶ 2.* Latiior sensu est ad diversas partes movere. *Cels.* 3. 27. n. 3. Pila similibusque superioris partes dimovenda. *Id.* 2. 14. ad fin. Dimovere manus. *Id.* 4. 24. Inambulatione leni se dimovere.

II.) Translate. *¶ 1.* De inanimis est aliquid ex pluribus constans loco hinc inde movere, dispellere, removere: (quomodo autem a dimovere distinguatur, in eo verbo adnotavimus). *Virg.* 3. *Æn.* 589. et 4. *ibid.* 7. Humentemque Aurora polo dimoverat umbram. Sic *Id.* 5. *ibid.* 838. delapsus Somnus ab astris Aera dimovit tenebrosum et dispulit umbras. *Horat.* 3. *Od.* 5. 51. Dimovit obstantes propinquos Et populum redditus morantem. *Tac.* 3. *Hist.* 31.; et *Sueton. Galb.* 19. Dimovere turbam. *Tac.* 2. *Hist.* 49. Dimotis omnibus, paulum requievit. Sic *Zacrat.* 6. 1. ad fin. Stipati familiarium gregibus per dimotum populum incendant. h. e. iactore turbam submoveente. *V.* **SUBMOVEO**. Et *Senatusconsultum Bacchan.* ad fin. **BACANALIA** — **DIMOTA SIENT**. *Horat.* 3. *Od.* 8. 10. Corticem adstrictum pice dimovet. *Amphoræ* surnum bibere institute. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (23). Elephanti tanta narratur elemenitia contra minus validos, ut in grece peculum occurrentia manu dimoveat, ne quod obterat imprudens. — *Forcellinus* hoc retulit et illa *Ter. Adelph.* 2. 1. 16. Cave, oculos a meis oculis quoquā dimovetas tuos. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 29. 81. Dimovere aliquem ex possessione. *At utrobique legendum est* dimovere, ut monuit ipse Forcellinus; *V.* *Criticos.* *¶ 2.* Cum Ablativo et præpos. ab, vel cum Ablat. sine præpos., vel denique absolute, dimovere ponitur pro removere, amovere. *Tac.* 6. *Ann.* 24. Ut tamquam dimotis parietibus ostenderet nepotem sub verbere centurionis. *Al. leg.* demotis. *Sueton. Tit.* 10. Suspexisse dicitur dimotis plagulis cæluni. *Plin. Paneg.* 49. Dimovere custodias. *Sall. Jug.* 42. Quos spes sociatatis a plebe dimoverat. h. e. alienaverat. *Horat.* 1. *Od.* 1. 11. Gaudentem patrio findere sarculo Agros, Attalicis conditionibus Numquam dimovetas, ut etc. *Id.* 1. *Sal.* 1. 38. quum te neque servitus astus Dimovet lucro, neque biems, ignis, mare, ferrum. *Alii leg.* dimovet. *Capitolin. Maxim.* duob. 4. Quod virum fortissimum ab exercitu dimoveret. *Trebell. Poll. Gall.* duob. 14. Ut labem improbissimum — a gubernaculis humani generis dimoveret. *Id. XX. Tyr.* 12. Pestem illam a legum gubernaculis dimovere. *In postremis hisce duobus locis rectius fortasse legas dimovere.* — Similiter dimovere pro dimovere Critici legunt in sequentibus, que a Forcellino, lectionis tamen varietate adnotata, afferuntur. *Cic. Sert.* 47. 101. De civitate maluit, quam de sententia dimoveri. et mox. Quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit unquam de suo cursu aut spe, aut metu dimovere. *Id. Planc.* 22. 53. Dimovere aliquem loco suo. h. e. a constantia removere. *Id. Parad.* 1. 3. 15. Voluptas mente in sua sede et statu dimovet.

## DIOBOLARIS

*Id.* 3. *Orat.* 51. 208. Odium in alios struere, atque a nobis dimovere. *Id.* 2. *Invent.* 29. 86. Remotio criminis est, quum ejus intentio facti in alium dimovetur. h. e. transfertur. — Denique dimovere moras apud *Senec. Hippol.* 587. est removere, tollere, rumpere; si tamen salva est lectio. *¶ 3.* Pro distinguere, separare. *Pseudo-Sall. oral.* 1. ad *Cæs.* de republ. ordin. circa med. Considera, quale sit id, de quo consultas: ita, bonis malisque dimotis, patentia via ad verum perges.

**DIMUS**, bimus. *Gloss. Isid.*

**DINGUA**, æ, f. 1. lingua. *Mar. Victor.* p. 2470. *Putsch.* Communionem habuerunt litteræ hæ (l et d) apud antiquos, ut *dīnguan* et *linguam*, *dacrimis* et *lacrimis*. *V. litt.* D et L.

**DINDYMARIUS**, ii, m. 2. qui Cybelen Dindymi dominam colunt. *Commodian.* 17. 6. Vidistis sæpe Dindymarios, quali frangere luxurias ineunt, dum furias fingeret quærunt. *Imp. Honor. et Theodos.* *Cod. Theod.* 14. 7. 2. Collegatos et viluriarios (*lege Dindymarios*) et Nemesiacos, signiferos, cantabriacos, et singularum urbium corporatos simili forma præcipuum revocari.

**DINE**, es, f. 1. Græca vox *δίνειν*, instar vorticis circumago. *Pelagon. Veterin.* 25. a med. Ad vulnera, item ad scabiem clausani æruginem Campanam cum acetato decoquitis, quam dinezus et teris diligenter et uteris. *dinezis* legitur in *Cod.*, quæ vox videtur esse futuri secunda persona pro *δινεσθαι*; Græcorum, vel *dinezis* pro *δινέσθαι* circumages.

**DINUEO**, is, ere, a. 2. Græca vox *δίνειν*, instar vorticis circumago. *Pelagon. Veterin.* 25. a med. Ad vulnera, item ad scabiem clausani æruginem Campanam cum acetato decoquitis, quam dinezus et teris diligenter et uteris. *dinezis* legitur in *Cod.*, quæ vox videtur esse futuri secunda persona pro *δινεσθαι*; Græcorum, vel *dinezis* pro *δινέσθαι*.

**DINOSCENTIA**,

**DINOSCIBILIS**,

**DINOS**, *V.* **DIGNOSCENTIA**, **DIGNOSCIBILIS**, **DIGNOSCO**.

**DINUDO**, *V.* **DENUDO**.

**DINUMERATIO**, ònis, f. 3. actus dinumerandi. *¶ 1.* Generatim. *Cic.* 3. *de republ.* 2. *Dinumeratio noctium* ac dierum. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. § 16. Eadem dinumeratione hic quoque octo personas computabimmo. *Id.* 5. *Sentent.* tit. 33. *Dinumeratio dierum*. *¶ 2.* Speciatim inter figuræ verborum reconsentur a *Cic.* 3. *Orat.* 54. 207., fitque cum multa singillatim enumerantur. *Quintil.* tamen 9. 3. 91. et 9. 3. 35. omnino figuram non esse docet. Græce *απαριθμητικ*, et *κυριαρχομενος* dici videtur.

**DINUMERO**, as, àvi, àlum, are, a. 1. (dis et numero) Part. *Dinumeratus* 1. — Dinumero est distincte numero. *¶ 1.* Generatim. *Cic.* 1. *Off.* 43. 154. *Dinumerare stellas*. *Id.* 2. *de republ.* 15. annos. *Virg.* 6. *Æn.* 691. tempora. *Ovid.* 11. *Met.* 574. noctes. *Id. Heroid.* 14. 80. generos. *Id.* 2. *Fast.* 622. generis gradus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 73. 75. (185) horas. *Quintil.* 6. 1. 8. spoliata templum. *Capitolin. Gord.* tert. 25. Ne omnia dinumerem. Boeth. in *Porphyri* 2. p. 59. Illam prius a se dinumeratam significationem dicere videtur. *¶ 2.* Speciatim apud *Comicos dinumerare* dicitur de pecunia, et est numerando persolvere. *Plaut. Epid.* 3. 1. 31. *Dinumerare argentum*. *Ter. Adelph.* 5. 7. 17. minas. Adde *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 74. et *Epid.* 1. 1. 68.; et *Cic. 7. Ferr.* 45. 120., ubi tamen rectius legas numerare.

**DINCMIUM** vel dinummiū, ii, n. 2. vox hybrida a Græco δῖς et Lat. *nūnnus*, duo nummi, seu duo ceratia, h. e. denarius. *Imp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 14. 27. 2. Quingentos solidos et dinummiū vectigali, etc.

**DINUPTILA**, æ, f. 1. herba eadem, quæ bryonia. *Apul. Herb.* 66.

**DIÖBOLARIS**, e, adjet. Diabolares meretrices, que doobus obelis conducuntur, inquit *Paul. Diac.* p. 74. 6. *Müll.* et *Farrer* 7. *L. L. Müll.*, a δῶ-

βοῖον, pars tertia drachmæ Atticæ. Hinc *Plaut.* *Poen.* 1. 2. 58. Servorum sordidorum scorta diobolaria. *Id. Pseud.* 2. 2. 64. Apud anum illam diobolarem, cludam, crassam. *Id. apud Varro.* loc. cit. Diobolares, scheniculæ, miraculae.

DIOCMITÆ. *V. DIOGMITE.*

DIOCESANUS, a, um, adject. ad diocesin pertinens. *Cod. Theod.* 16. 2. 23. Convocatis ab episcopo diocesanis presbyteris.

DIOCESIS, is, f. 3. διοίκησις. ¶ 1. Est gubernatio, administratio, iurisdictionis: a διοικέω *administro, rego, gubernio.* Item locus, in quo quis jurisdictionem exercet. Græca quidem vox est, et non sene Graecæ a Cicer. usurpata, ut 13. *Fam.* 53. et 67. Aliquando tamen etiam positione Latina, cum de Græcorum provinciis loqueretur, ut 3. *ibid.* 8. *circa med.* Ut me omnium illarum diocesis, quæ cis Taurum sunt, omniumque earum civitatum magistratus legationesque convenienter. *Diocesis* vero dicitur portio quædam provinciæ, cuius administratio et iurisdictionis prætori permissa est. Ita Cicer. præter Ciliciam tres dioceses in Asia habebat, Cybariticam, Apamensem, et Synnadiensem. — Posterioribus temporibus diocesis dicta est plurimæ provinciarum administratio, quæ simul collectæ parebant prefecto prætorii, vel ejus vicario. *Annian.* 17. 7. Aristænetus affectatam recens diocesim curans vicaria potestate. *Impep. Valens, Gratian. et Valentian.* *Cod. Theod.* 7. 6. 3. Per Asianam et Ponticam diocesim. — Latine *jurisdictionis, et præfectura* dici potest. ¶ 2. Apud Ecclesiasticos scriptores — a) Est locus jurisdictionis, episcopalis. *Sidon.* 7. *Ep. 6. a med.* Nulla in desolatis cura diocesis parochialis. *Sever. Sulpic. dial.* 2. 3. Visitare dioceses. — b) Aliquando sumitum pro parochia. Ex multis autem parochiis diocesis episcopalis constat. *Sidon.* 9. *Ep. 16.*

DIOCETES, a, m. 1. διοικητής, dispensator, seu qui curationem et quasi dispensationem rerum ac bonorum regis, vel aliecius et magnatibus ac ditioribus suscepit: a διοικέω *administro, rego.* Græca vox, quæ Latinæ scripta reperitur apud Cic. *Rabir.* *Post.* 8. 22. et 10. 28. cum de rebus ad Ægypti regem pertinentibus (ubi hoc nomen munieris erat in usu) verba facit. Adde *Cod. Theod.* 14. 17. 1.

DIOGMITE, ἄριμ, m. plur. 1. levis armaturæ militis, quos maxime ad infrenandas latrocaum incursionses in provinciarum finibus constituebant imperatores. *Annian.* 27. 9. Adhibitis semiermisibus paucis, quos diognitas appellant. *Capitolin. Anton. Phil.* 21. Armavit et diognitas. — Scribunt aliqui diocmitæ. Dicti sunt autem à διωρύξ persecutio, quod a διώρυξ persequor, quia armaturæ levi instruti, ad persequeundos hostes idonei erant.

DIOPHACIOU, δι οὐδακίου, medicamentum ex omphacio (*V. OMNPHACIUM*) oleo, quod memorat *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. in fin., ubi pro diomphaciu legendum est diomphaciou.

DIONYMA, ὄρυμ, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt quæ duplet nomen habent, διώρυξ. *Priscian.* 2. p. 580. *Putsch.* Synonyma sunt quæ, sicut diximus, diversis nominibus idem significant, ut ensis, mucro, gladius. In propriis quoque banc vim habent dionyma, vel trionyma, vel tetraonyma, ut *Publius Cornelius Scipio Africanus.*

DIONYSLA, a, f. 1. *V. DIONYSIUS.*

DIONYSLIA, ὄρυμ, n. plur. 2. Διονύσια, τὰ, festa in honorem Dionysii, seu Bacchi, quæ in plenis que Græcia urbibus triennio quoque celeabantur, ut docet *Donatus* ad illud *Ter. Heaut.* 1. 1. 110. Dionysia hic sunt hodie: apud me sis volo. Adde *Plaut. Cœr.* 5. 2. 45. et *Pseud.* 1. 1. 57. *V. TRIETERICUS.*

DIONYSIAS, adis, f. 3. διονυσίας, nomen gemmæ nigrae ac duræ, mirtis rubentibus maculis: quæ ex aqua trita saporem vini facit, et ebrietati resistere putatur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 57. (157). *V. voc. seq.* — NB. De cogn. Rom. *V. ONOM.*

DIONYSIUS LAPIS fuscus et rubentibus notis sparsus. Vocatur autem ita, quia, si aquæ mixtus conteratur, vinum flagrat; et quod in illo mirum est, ebrietati resistit. Hæc *Isid.* 16. *Orig.* 4., qui *ibid.* 11. hunc euodem lapidem vel gemmam dionysiam absolute appellat.

DIONYSYMPHIAS, adis, f. 3. διονυσιούμφας, herbae genus apud *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (165). *V. CASINETE.*

se diphthongi soni. *Isid.* 1. *Orig.* 16. Diphthongæ syllabe Græco nomine dictæ, quod in eis binæ vocales jungantur. — Haec vero binæ vocales divisim pronunciantur, nam *Martial.* 7. 72. Nævia sex cyathis, septem Justina bibatur. *V. BIBO.*

DIPHYES, is, f. 3. διφύης, duplē naturam habens: a δις bis, et φύη nascor, sum: unde *Hieronym.* in *Chronic.* ad ann. CCCCLX. Dicebatur Cecropis diphyses, id est duabus naturis, sive ob longitudinem corporis, sive idecirco, quod, quem esset Ægyptius, utramque linguam sciebat, Græcam et Ægyptiacam. Apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 57. (157). (ut quidem legit *Harduin.*) nomen est gemmæ duplicitis, candidæ et nigrae, maris et feminæ, genitale utriusque sexus distinguate linea.

DIPLANGIUM, l, n. 2. διπλαγγεῖον a διπλοῦ duplex, et ἀγγεῖον vas, h. e. vas fictile quoddam, in aliud æneum immisum, quo prunis imposito, liquore calore vaporatus, mox frigescens stillatum defuit, quod vulgo Itali dicunt *bagnomaria*, Græci vero etiam διπλωμα. Hinc *Scribon. Compos.* 73. Deinde per duplex vas coquunt, donec mellis habeat spissitudinem. *Reines. Variar. lect.* l. 3. c. 11. haec verba citat *Theod. Priscian.* 1. 19. Amurca diplangio cocta. Adde *eund. Theod. Priscian.* l. 2. part. 2. c. 18., ubi male legitur *diplongio*, et *V. DUPLEX.*

DIPLASIS, is, f. 3. ratio dupli. *Capell.* 9. p. 322. Quod diastema ex omnibus et ex quatuor dicitur, est in diplasi et diametri regula, ut sunt octo ad tria. Fortasse hic legendum diplasia pro diplasi. *Hæc. cl. Furlanetto. At Kopp vulgatam lectionem diplasi retinuit.*

DIPLASIUS, a, um, adject. διπλασίος, duplex, duplex major. *Capell.* 9. p. 330. Per genus, cum diplasium, aut hemiolium simul jungimus, vel quod ex pluribus æqualiter copulatur. *Id. ibid.* p. 322. Diapason autem sonos habet octo, spatia septem, tonos sex; hemitonias duplex, diensis quadruplicat, atque in diplasia ratione versatur, quæ est unus ad duo. *Id. ibid.* p. 316. Constat ex ratione diplasia, id est dupli. Adde *eund.* 2. p. 26.

DIPLE, es, f. 1. διπλῆ, scilicet γραμμὴ, linea: ita appellatur signum criticum, duplice linea formatum sic >, vel <, in margine apponi solitum, ad aliquid majoris momenti legentibus indicandum, de cuius signi forma et significatio multa habet. *Isid.* 1. *Orig.* 21. Græca vero scribit Cic. 8. *Att.* 2. Vibalili res gestæ sunt adhuc maxima. Id ex Pompeji litteris cognoscere: in quibus animadvertis illum locum, ubi erit διπλῆ.

DIPLINTHIUS, a, um, adject. διπλίνθιος, constans duorum laterum ordine, ut diplinthus paries, apud *Vitruv.* 2. 8. *Schneid.* a δις bis, et πλίνθος later. Sic triplinthus paries. *Vitruv. ibid.*

DIPLOIS, idis, f. 3. διπλοῖς. ¶ 1. Est vestis genus amictus aptum, non indutum. Videtur autem esse pallium ita involutum corpori, ut altera ejus pars aitri super injecta duplice amictu tegat: a διπλοῖς duplex: quamquam et universim pro quocumque superiori vestimento accipi potest. *Sulpic. Sev.* 1. *Hist. sacr.* 35. David diploide ejus (*Saulis*) absulit. *Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 24. 5. de eodem præcedit oram chlamydæ habet. *Norius apud Non.* p. 316. 5. *Merc.* Cretanus si me diploide a recta grassatur via. Hic *Bolke* conjicit legendum si me dediploidal, recta, etc. h. e. si me diploide spoliat. *Aeron.* ad illud *Horat.* 1. *Ep.* 17. 25. Quem dupli panno patientia velat; haec habet: Cum Plato invenisset illum naufragum diploide, id est panno dupli, involutum etc. Ex his patet, pallium philosophorum, et chlamydem regiam, diploide appellari. Ceterum hanc vocem habet etiam *Vulgat. interpr.* *Psalm.* 108. 29. Induantur, qui detrahunt mihi, pudore; et operiantur, sicut diploide, consuptione sua. *et Baruch.* 5. 2. Circumdabit te Deus diploide justitia, et imponet mitram capiti honoris æterni. ¶ 2. Est etiam id, quod *Cato R. R.* 76. solum placenta appellat, nempe la sfoglia seu cresta di sotto, ita vocata, quia ceteris tractis crassior esset debet. *Apic.* 4. 2. Ita ut per singula coria substeretas diploide in (lege, inde) lagunam.

DIPLOMA, atis, n. 3. διπλωμα. Est qui scribit duplē, quod a διπλοῦ sit duplus. — Diploma sunt litteræ senatus, magistratus, aut principis, quibus aliquid alicui conceditur (*V. discrimen* in fine hujus voc.): ita dictæ a forma, quia formabantur in

modum tabellarem dupicum, de quibus *V. DUXPLEX*. Est etiam vox Graeca διπλόματα duplico. *Cic.* 6. *Fam.* 12. 3. Diploma statim non est datum. et mox. Perceperiter se ablaturum diploma. h. e. quo Cæsar Balbo, qui a Pompejo steterat, redditum concedebat. *Id.* 10. *Att.* 17. De diplomate admiraris. h. e. facultate excedendi Italia. *Modestin.* *Dig.* 48. 10. 27. Qui falso diplomate usus commeavit. h. e. facultate discedendi et castris. *Sueton.* *Ner.* 12. Quibus post editam operam diplomata civitatis R. singulis obtulit. h. e. litteras, quibus jus civitatis conce-debat. *Plin.* 10. *Ep.* 121. Neque cuiquam diplomata commodavi, neque in rem ullam, nisi tuam. h. e. facultatem utendi in itinere cursu publico; quæ et erectio dicitur. *Id.* *ibid.* 14. Festinationem tabellarium diplomate adjuvi. Sic *Venulej.* *Dig.* 45. 1. 37. post init. Diplomate diebus et noctibus iter con-tinuare. et paullo post. Si diplomate usus, aut felici navigatione, maturius perverterit Ephesum. Eod. sensu a *Seneca* 1. *Clem.* 10. *extr.* usurpatatur. *Sueton.* *Aug.* 50. In diplomatis, libelliisque, et epistolis signandas sphinge usus est. — *A diplomatis* est inter officia domus Augustæ: cajus manus erat diplomata scribere. *Inscript.* apud *Murat.* 885. 4, quæ est apud *Orell.* 2795. t. *AELEI AVG LIB SATVRNIVS A DIPLOMATIS.* *V. DUPLOMUM.* — Hucusque *Forcellinus*. Interest tamen discrimen inter diplomata senatus, et diplomata principis vel magistratus: illa erant litteræ, quibus aliquis iter faciens commendabatur; hæc vero decreta, quibus aliquid concedebatur: ad priora pertinent loca omnia *Cic.* et *Plin.*, quibus adde *Capitolin.* *Pertin.* 1.; ad posteriora vero pertinent loca omnia *Sueton.* et *Senec.*, quibus adde *Tac.* 2. *Hist.* 54.

**DIPLOMARIUS**, a, um, adject. ad diploma pertinens, ut tabellaris *diplo-marius*, qui nempe principis diplomata ferebat ad cursum publicum usur-pandum. *Inscript.* in tessera aenea apud *Morell.* de stil. *Inscr. Lat.* T. 1. p. 421. edit. *Pat.*, que est apud *Orell.* 2917. *THOANTIS TI CAESARIS AVG DIS-PENSATORI* (pro dispensatori) *AB TOBIS* (pro tubis) *DE STATIONE CAESARIS AVG TABELLARIS DIPLO-MARI DISCIDE*. *Id.* *ibid.* hæc addit ad inscriptionem illustrandam. *Tabellare* et *tabellarium* dixisse veteres, verisimile est, ut *tabularem* et *tabularium* dixerunt. *Diplomari* vocativo casu scriptum vel ex usu, vel quod littera e deest, ut *s* in *dispensatori*. Extremo verbo *descende* viam tabellarium iure jube-batur. Hic vero Thoans *tabellaris de statione Caesaris* dicitur, quod fortasse in ea statione maneret, in qua princeps morabatur, et, tuba signo dato, ubi ad municipia ls stationesque appropinquaret, se ex tabellariorum principallum numero esse prænun-ciat. *V. DIPLOMATARIUS* in *Verb.* *Barb.*, h. e. qui diplomata conficit et vendit.

**DIPÓDIA**, æ, f. 1. διποδία, conjunctio duorum pedum parium. *Mar. Victorin.* *art. gramm.* 1. p. 248. *Putsch.* Graeco sermone duorum pedum co-pulatio basis dicitur, veluti quidam gressus pedum; qui, si ejusdem generis, id est pares jugati fuerint, dipodian, aut, ut quidam, taupodian; sin dispares, ut trochæus cum iambo, syzygian efficiunt, in qua arsis vaenum, alterum thesis pedem obtinebit: quamquam in his nonnunquam syllaba pro integro pede, in ultima dumtrata versus parte accepta, propriam impletat thesis. *Id.* 2. p. 2514. Dactylicum hexa-metrum recipit pedales figuræ tres: nam aut in sex partes dividitur per monopodian, aut in tres per di-podian et fit trimetrum, aut in duas per ριλα duo, quibus omnis versus constat, dirimitur. *Id.* *ibid.* p. 2521. Percutitur versus ἀναπæsticus præcipue per dipodian, interdum et per singulos pedes. *Diomed.* 3. p. 501. *Putsch.* Basis, syzygia, dipodia in tetra-syllabis; sed basis in epitrithis et paenibus fit, syzygia in contraribis, sed dipodia in paribus. *Plot. de metr.* p. 2641. *Putsch.* Notandum, cetera omnia metra, excepto dactylico et ejus speciebus, per dipodian et syzygian scandi.

**DIPONDIARIUS** vel dupondiarius vel dispondiarius, a, um, adject. De scriptione *V.* voc. seq. sub init. — *Dipondiarius* est ad dipondium perti-nens.

I.) Proprie. *Colum.* 4. *R. R.* 30. 4. Pertinet cacu-minum, modice plenitudinis, quæ tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedat, optimè pan-guntur. h. e. circuli tam lati, quam est pioneta duo-rum assium, quam dipondium vocabant. — *Dupon-*

*darius* as idem est, quod dupondius. *Plin.* 34. *Hist.* nat. 2. 2. *Ex* Marianum aurichalci bonitatem imi-tatur in testertiis dupondiariisque.

II.) Translate. *Dupondiarius dominus* apud *Petr.* fragm. *Tragur.* 58. *Burmann.* et dupondiarius homo *ibid.* 74. est dominus et homo diobolariis, nullus pretii, qui dupondii est aestimandus. Hinc *Id.* *ibid.* 58. ait: Dupondi non facio matrem.

**DIPONDIUS** et dipondium, vel dupondius et dipondium, vel dispondius et dispondium, m. aut n. 2, sed m. usitatus. — Ad scriptio-nem quod attinet, magis Latinum videtur si per di scribatur, nempe a duo, quam si per di, quod Graeco δις bis, proxime accedit. — Ceterum dipondius

I.) Proprie ¶ 1. Est moneta Romana duos va-lens asses. Pondo enim libram significat: porro asses initio libra pondo facti sunt, et assipondia dicti: eusa est etiam moneta, quæ duos asses valeret; hæc est *dipondius*: quæ, procedente tempore, ad de-minutionem assis ipsa quoque diminuta est. *Varro* 9. L. L. 81. *Müll.* Dicitur a multis duobus modis, hic dupondius, et hoc dupondium. et paullo post 83. Dupondius fictus, quod duos asses pende-bat. Adde eund. 5. *ibid.* 169. *Müll.* *Petr.* *Satyr.* 14. Præter unum dupondium, nihil ad manum erat. ¶ 2. Per catachresim sumitur pro mensura duorum pedum. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 17. Solum desiderat in altitudinem dipondii semissis, operis quinquaginta. *Id.* 3. *ibid.* 13. 5. Sulcus altus dupondio ei do-drante. Adde eund. 4. *ibid.* 1. 3. ¶ 3. Item pro simplici numero binario. *Capell.* 7. p. 241. Sexies septuagesies dipondius facit quadrigentos tricies dipondius. Similiter octies septuagesies dipondius quingentos septuaginta sex. h. e.  $6 \times 72 = 432$ . et  $8 \times 72 = 576$ .

II.) Figurate *dipondius* dicebatur ridiculi causa auditor seu discipulus jurisprudentia anni primi, quemadmodum etiam nunc apud nostrates vulgo matricolino appellatur. *Imp. Justinian.* In epist. 2. præmissa libris *Digestor.* § 2. Cujus (anni pri-mi) auditores non volumus vetere tam frivo-lo, quam ridiculo cognomine dupondios appellari, sed Justinianeos novos nuncupari. Cf. *Petroni* locum cit. in voc. præced. sub II.

**DIPSACOS** vel *Latina positione*

**DIPSACUS**, i, f. 2. δίψαξ, herba est folia ha-bens lactucæ, bullasque spinosas in dorsi mediū, caulem dumum cubitorum, lisdem spinis horridum, genicula ejus binis foliis amplectentibus, concavo alarum sinu, in quo subsistit ros salsus. Hæc *Plin.* 27. *Hist. nat.* 9. 47. (71). Inde nomine traxit a δίψαξ, quia tamquam sitibunda humorem in ejus foliis colligit. Eadem ab eod. 25. *Hist. nat.* 13. 108. (171). labrum Veneris, ab Italis labbro di *Ve-nere* appellatur. Cf. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 371.) hanc exhibet synonymiam: Αἴψαξ Dioscor. 3. 13.; Σκολάραχ η μερωχράτης Girær. recent.; *Dipsacus* et *Labrum venericum* Plin. locc. citt.: *Car-dones* Carol. Mag. Capitul.; et *Labrum*, *lavacrum* et *concha* *Veneris* Latinor. sunt *Dipsacus fullo-num* L. *Sper. plant.* 140. *V. plura ibid.*

**DIPSAS**, adis, f. 3. δίψαξ, genus viperæ, cuius morsu iti siti periire dicuntur, quod ipsa quoque semper sitire creditur: a δίψα sitis. *Lucan.* 9. 610. in mediis sibiabat dipsades undis. et *ibid.* 718. tor-rida dipsas. et *ibid.* 754. fatique minorem Fama-n dipsas habet, terris adjuta perustis. *Sil. It.* 3. 312. rabidas effervescente veneno Dipsadas innuensis horrent Garamantes arenis. Adde *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 80. (132). — *NB.* De nom. prop. *F. ONOM.*

**DIPTEROS**, on, adject. δίπτερος, duas alas ha-bens: a δις bis, et πτερον ala. A *Vitruv.* 3. 2. 7. *Schneid.* dicitur ædes dipteros, quæ duas habet ve-luti alas columnarum, quibus aspectus ipse ædis for-matur. Dipteros, inquit, ortostyllos et pronao ei po-stico, sed circa ædenas duplex habet ordines colu-mnarum, uti est ædes Quirini, etc. — *NB.* De co-gnom. Rom. *F. ONOM.*

**DIPTOTA**, ōnum, n. plur. 2. δίπτωτα, dicuntur nomina duos tantum casus habentia, ut *suppetias*, *suppetias*. Sic triptota, tetraptota, pentaptota, quæ tres, quatuor, quinque casus habent: a δις bis, et πτερος casus. *Diomed.* 1. p. 288. *Putsch.* et *Pri-scian.* 5. p. 672. — In singulari numero diptotos, triptotus, tetraptotus forma, dicitur a *Consent.* in arte, *ibid.* p. 2034. *V. HEXAPTOTA.*

**DIPTICHUS**, a, um, adject. διπτυχις plicatus, duplicitus: a πτυχις plicatura. — Qui dypticus scribunt, male scribunt. — Ceterum ¶ 1. *Diptychum* absolute dicitur, quod duas valvas habet. *Ambros.* 5. *Hexam.* 8. Explorat (cancer) si quando ostreum remotis in loris ab omni vento contra solis radios dyptichum illud suum aperiat. ¶ 2. *Dipticha*, διπτυχα, absolute, substantivorum in ore (qua forma saepius occurrit), sunt tabella plicatiæ, quæ panduntur et clauduntur, habentque usum litteris, præsertim amatoriis, conscribendis: et Latina appellatione *duplices* appellari possunt. *Vet. Scholast.* ad *Juvenal.* 9. 36. Quamvis blandis te epistolis et dyptichis sollicit. — *Dypticha* consulim, quæstorim, etc. erant tabellæ eorum nominibus inscriptæ, et imaginibus adornatae, quas ipsi ad amicos mittebant apophoreti vice, et in vulgus spargebant ipso die missus initi. *Symmach.* 2. *Ep.* 80. (al. 81.) et 5. *ibid.* 54. (al. 56.) et 9. *ibid.* 109. (al. 119.) et *Cod. Theod.* 15. 9. 1. — Ea tacito nomine designare videtur *Clau-dian.* III. *Laud. Stichich.* 346. et seqq. — Fuerunt et episcoporum dypticha, de quibus *Venant.* 10. *carm.* 7. 35. Nomina vestra legat patriarchis atque propheticis, cui hodie in templo dyptichus edit ebur. — *Dyptichon* inserbitur libellus *Prudentii*, quo tetrastichis retus et novum testamentum ille complectitur: quæ sunt veluti due tabulae, quibus universa divina let et institutio continetur.

**DIPYROS**, on, adject. διπυρος, bis ustus: a δις bis, et τύρη ignis. *Martial.* 4. 47. Encaustus Phae-ton tabula depictus in hac est. Quid tibi vis, dipylon qui Phaeonta facis? — *NB.* De nom. prop. *F. ONOM.*

**DIRADIO**, as, are, a. 1. radios hinc inde emitto. Translate *diradiare* vitem apud *Colum.* 5. *R. R.* 6. 36. est eam in ramos diudicare, et traducibus dis-pergere in modum radiorum. Al. melius leg. *dis-rarare*.

**DIRADO**, r̄dis, r̄si, r̄dere, a. 3. (dis et rado) vix leviter tango. *Cassiod.* 11. *Variar.* 40. Cujus (ini) ut superducta retia ejus (piscis) tergum frustra diraserint, alacer in undas exsilii, et vitati per-ricitatio gaudia liberator agnoscit.

**DIRE**, arum. *V. DIRUS* in fin.

**DIRAPIO**, r̄apis, pro *diripio*, dixit *Apul.* de *Deo Socrat.* sub fin. De quo quidem nescio qua ratione diripimus. h. e. distrahitur, avellimur. Al. leg. *dis-rapimus*.

**DIRARO** vel *Dirararo*, as, ēvi, ētum, are, a. 1. (dis et raro). Part. *Dirararo* sub b. — Dirararo est ca-strare, et diversis modis, quod densum erat, rarum facere. — a) Speciatim in re agraria. *Colum.* 4. *R. R.* 32. 4. de arundineto. Potest intercidere et dis-rarari, quod opus rustici castrationem vocant. *Id.* 5. *ibid.* 6. 36. *Dirarare* vitem. Al. leg. *diradiare*. — b) Generatim. *Cæt. Aurel.* 3. *Acut.* 15. Non aliter et vinum plurimam nutrimenti partem resolvere ac dirarare et tenuem facere. *Id. ibid.* Aliqui phreniticorum, dirarato corpore motus causa, deficiunt. h. e. dinis inspirante. Adde eund. *ibid.* 11.

**DIRE**, adverb. sive. *Seneca Thyest.* 315. Agi-que dire credis et nimium impie. Al. aliter leg.

**DIRECTA**, adverb. (subaudi via) recta, directo. *Lucret.* 2. 197. nam quam magi niversum altum Directa, et magna vi multi pressimus ægre, etc.

**DIRECTARIUS**, ti, m. 2. qui furandi causa in alienos domos se dirigit, idest ingreditur. *Ulp. Dig.* 47. 11. 7. Item qui directarii appellantur, hoc est ii, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt. *Paul.* 5. *Sentent.* tit. 4. Quoties alicuius domus introitum ab iis, qui vulgo directarii appellantur.

**DIRECTE**, adv. Comp. *Directus* *V.* in *DIRECTO*. — Directe est recta, directo: et occurrat translate tantum. *Cic. Partit. orat.* 7. 24. Ut cum semel dictum sit directe, scilicet natura ipsa tulerit, inventaria ordo, et idem quasi sursum versus retroque di-catur.

**DIRECTIANGULUS**, a, um, adject. directum ha-bens angulum. *Capell.* 6. p. 230. Euδιπτυχας item τετραπτυχας quinque species habet: primam, quæ quatuor æqualibus lineis et directis angulis sus-tentatur, quod scheina tetragonum dicitur; secunda species, quæ directiangula est, non æquilatera, et dicitur επεπτυχας; tertia æquilatera est, non tam eu-diptichus, et dicitur φορμα;

**DIRECTILINEUS**, a, um, adjekt. directam habens lineam. *Capell.* 6. p. 229. Quando autem æque intra se tenent angulum lineas et directe fuerint, directilineus dicitur angulus et Graece σύνθετος.

**DIRECTIM**, adverb. directe, recta.

I.) Proprie. *Macrobi.* 7. *Saturn.* 14. circa med. Oculorum prosluvium per lucem directum pergit, quamdiu corpus offendat. et *ibid.* 12. ad fin. Maris inundatio directum in Egeum pergit. *Apul. Florid.* n. 23. Lapis directum cæsus. *Auct. de lumen.* p. 315. Goes. Cardo nominatur, quod directum ad cardinem cæli est.

II.) Translate. *Apul.* 3. *Dogm. Plat.* Directum directo inferri, cum eadem particula subjecta est tam in conjugatione, quam in ipsa illatione: reflexum vero, cum hoc sit viceversa.

**DIRECTIO**, ònis, f. 3. actus dirigendi.

I.) Proprie. ¶ 1. Abstracte. *Vitruv.* 7. 1. 4. *Schneid.* Coagmentorum compositione planam habeant inter se directionem. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu est linea directa. *Apul. de Mundo.* A polis, veluti a cardinibus, directio quædam profecta, axis est dictus. *Al. perperam leg.* discretio.

II.) Translate. *Quintil.* 3. 6. 30. Conjectura dicta est a conjecta, id est direccione quadam rationis ad veritatem.

**DIRECTO**, adv. Comp. *Directius.* — Alias formas directa, directe, directum V. loco suo. — Directo est idem quod directe, recta (It. direttamente, a dirittura; Fr. directement, en ligne droite; Hispan. directamente, en derechura; Germ. gerade; Angl. directly, straightway).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Nat. D.* 25. 69. Atomum pondere et gravitate directo deorsum ferri. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 20. 66. Phœnices eo directio gubernant, quod eam tenent. Quæ cursu interiore, brevi convertitur orbe. h. e. Ursam minorem. *Cæs.* 2. *B. C.* 9. Supra ea tigna directo transversas trabes ioececent. *Auct. B. Alex.* 64. Quam neque flectere navem propter vim fluminis, neque directo tantis fluentibus tenere posset, demersa navi periret. *Vulgat.* libri habent directam.

II.) Translate. *Cic.* *Partit. orat.* 13. 46. Argumentandi duo sunt genera, quorum alterum ad fidem directo spectat, alterum se inficit ad motum. *Seneca Ep.* 66. post init. Quædam prima bona sunt, tamquam gaudium, pax, salus: quædam secunda, tamquam tormentorum patientia, etc. Illa directo optamus nobis; haec si necesse erit. h. e. illa absolute, haec sub conditione, uti loquuntur Scholæ. *Martian.* *Dtg.* 40. 5. 55. Directo libertas data ancillæ. h. e. immediate, et non per alium. *Scævola* *ibid.* 32. 1. 103. Non directo, sed per successionem ad filium hereditas patris pervenit. *Paul.* *ibid.* 9. 4. 28. Directo agere cum aliquo. *Liv.* 1. 11. extr. Directo arma petuisse. h. e. plane explicitis verbis. Alii faciem aliter legunt: *V. Drakenb.* ad h. l.

**DIRECTORIUS**, a, um, adjekt. Directoriae litteræ sunt, quibus quippiam aliquo diriguntur mittunturque. *Imp. Arcad.* et *Honor. Cod. Theod.* 14. 15. 3. Frumenta ottingere nullus audeat, aut mutatis directoriis, quoquin, præter sacram urbem, transmittere.

**DIRECTORA**, æ, f. 1. directio, opus directe strumentum. *Vitruv.* 7. 3. 5. *Schneid.* Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii.

**DIRECTUM**, i, n. 2. et adverb. et

**DIRECTUS**, a, um. V. **DIRIGO**.

**DIREMPTIO** vel directio, ònis, f. 3. divisio, separatio: item productio temporis, vel rei in aliud tempus, etc. a dirimo. *Cic. Planc.* 6. 14. Nihil est, quod populo supplicetur, nihil, quod diremptio, nihil, quod supplicatio magistratum expectetur. V. **DIRIBEO** 1. *Oretlius* pro diremptio legit diribitio. Certior est lectio apud *Val. Max.* 4. 7. init. Itaque celierius est sine reprehensione propinquum avertire, quam acrius: quia altera diremptio iniquitatis, altera utique levitatis criminis subjecta est.

**DIREMPTUS** vel directus, a, um. V. **DIRIMO**.

**DIREMPTUS** vel directus, us, in. 4. diremptio. *Cic.* 1. *Tusc.* 29. 71. Est enim interitus quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenentur. *Id. leg.* direptus.

**DIREPO**. V. **DEREPO**.

**DIREPTIO**, ònis, f. 3. actus diripiendi. *Cic.* 4.

*Fam.* 1. 2. Urbem sine legibus, sine judiciis, sine iure, sine fæcile reliquat direptioni et incendiis. *Id.* *ibid.* 13. *Dirigentes bonarum.* *Id.* 1. *Cat.* 7. 18. Veratio direptioque sociorum. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 4. 52. *Syracusum.* *Sueton. Claud.* 21. a med. *Ex-pugnatio et direptio oppidi.* *Flor.* 1. 12. *urbis Quintili.* 8. 3. 69. *sacerorum.* Adde *Cæs.* 2. *B. C.* 12.; et *Liv.* 44. 1.

**DIREPTOR**. Cris, m. 3. qui diripit. *Cic.* 3. *Phil.* 11. 27. *Urbis* direptor et rexator Antonius. *Id.* 2. *Cat.* 9. 20. *Predatores* et direptores. Adde *Tac.* 3. *Hist.* 33.

**DIREPTUS**, a, um. V. **DIRIPIO**.

**DIREPTUS**, us, m. 4. direptio. *Spartian. Sever.* 19. *Invasionibus multis rempuli* res Romanae predonibus direpti fuit. V. etiam **DIREMPTUS**, us.

**DIRIBEO**, bes, bti, bitum, bere, a. 2. dividio, distribuo. De etymo alii alia: V. *Foss.* in *Etymol.* Ceterum videtur esse a *dis*, et *ribo*, quod a *πιβω*, unde *πιβω*, mori *πιπτω* jacio. P. *Manutius:* *Diribere*, et *dirimere*: illud tabellarum, hoc suffragiorum video proprium verbum suis, neutrum autem satis fuisse manifestum. At juxta recentiores philologos *diribeo* est a *dis* et *habeo*, mutato *dis* in *dīr*, ut in *diribere* a *dis* et *emo*, allisque.

I.) Proprie. Diribere tabellas significat distribue-re. Diribebant autem illi, qui suffragium latiunt es-sent. Nec dubito quin legendum sit *diribeantur*, non *diripiantur*, apud *Cic. Pis.* 40. 96. At exspectas, dum te quinque et septuaginta tabellæ diripiunt? Ita hoc verbum non in comitis solum, verum etiam in judiciis usurpatum patebit. Nam hoc protimum exemplum satis plane judicium, quod *Pisoni Cicero* minatur, significat. *Plinius* autem ad alias res translit. hoc verbum. Ait enim 36. *Hist. nat.* 15. 24. (118). *Hic est ille dominus orbis populus, qui gentes et regna diribet.* Quod autem in oratione pro *Planc.* 6. 14. vir diligens et eruditus legendum putat pro direptio, diribitio, rectius, opinor, sensisset, si diremptio reponere maluisset. Cum enim populus, aut judices tabellas, voluntatis indices, in cistas deposuerant, tum, ut intelligeretur, quæ tabellas legem probarent, quæ rejicerent, aut quæ reum absolverent, quæ condemnarent, omnes dinumerari et separari necesse erat. Id autem diri-mere, eaque actio diremptio vocabatur. Id ita esse plane demonstrat *Varro* 3. *R. R.* 2. 1. *Comitiis*, inquit, *redicitiis*, cum ego atque *Axius suffragium tulisseimus*, *Axius mihi*, *Dum dirimuntur*, inquit, *suffragia*, vis portis *Ville* publicæ utamur *umbra*? Sic enim scriptum est in veteribus libris, non, ut a quibusdam hujus verbi vim ignorantibus nimis temere est intrusum, diribentur. *Cic.* quoque 3. ad *Q. fr.* 4. 1. *Cato*, inquit, *diruptis tabellis de circulo se subduxit*, ubi *dirempta* legi malim. Perspicue autem hujus verbi sententiam demonstrat *Lucan.* 5. 392. *singit solemnia campus, Et non admisso dirimit suffragia plebis, pro di- numerari et discernit.* Hæc *Manut.*, cuius sententia confirmande facit et illud *Cic. fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Dum tabellæ diribentur, dum stella differtur, dum sequantur sortes, etc. Et absolute *Varro* 3. *R. R.* 5. 18. Narrat, ad tabulam, cum diriberent, quemdam deprehensem tessellam conjacentem in loculum. Alii leg. *cum dirimerent*. Et *Val. Max.* 9. 12. n. 7. Licius Macer repetundarum reus, dum sententia diriberentur, in Menianum concendit. Hic quoque rectius alii leg. *dum sententiae dirimerentur*. Itaque, ut *Garatonius* ad *Cic. Planc.* loc. cit. dicit, diribere tabellas est eas distribuere judicibus suffragium latiuri; dirimere sententias, vel suffragia est ea separare, et ad candidatos numerum dispersi, ut quot ad quenque pertineant, innoscant. Diribitorum vero proprium fuit munus utrumque. — *Hucusque Forcellinus.* At *Wunder, Var. Lect.* e cod. *Erf. enot.* etc. in omnibus prorsus superius citatis diribere, non dirimere, legendum esse contendit; atque ait *diribere* proprio significare id, quod *Forcellinus* ad verbum *dirime* transtulit. Quin enim populus aut judices tabellas, voluntatis indices, in cistas deposuerant, tum, ut intelligeretur, quæ tabellas legem probarent, quæ rejicerent, aut quæ reum absolverent, quæ condemnarent, omnes dinumerari et separari necesse erat. Id autem diribere vocabatur, hoc est, a *dis* et *habeo*, in varias partes habere ac tribuere, adeoque diredere.

II.) Translate *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (118), cuius verba superius retulimus sub I.

**DIRIBITIO**, ònis, f. 3. distributio. Assertur locus et *Cic. Planc.* 6. 14. Sed dubia est lectio. V. vocem praeced. et **DIREMPTIO**. *Gruterus* quoque et omnibus MSS. et vett. editionib. reponit *direptio*. At certa est lectio apud *Syrmach. Laud.* in patres (edente *A. Mai*) 3. Abest cera turpis, diribitio corrupta clientelarum cuneis, sitella venalis.

**DIRIBITOR**, ònis, m. 3. distributor.

I.) Proprie. Diribidores in comitiis et in judicis erant, qui tabellas dividebant, id est singulis civibus, vel judicibus distribuebant, deinde peractis suffragiis tabellas omnes secernebant ex. gr. in tres ordinis, ut constaret, ex. gr. plures ne absolverent, an condemnarent, an ampliandum putarent. *Cic. post red. in Senat.* 11. 28. Quando illa dignitate tot rogatores, diribidores, custodesque vidistis? Cf. *eund. Pis.* 15. 36. Hoc certe video, quod indeant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos diribidores, vos custodes fuisse tabellarum. *Alii habent* distributores, *qui a parte glossema est.* *Ascon. Grat.* act. 5. Nihil cum sequestre depositi, cum diribitore nihil pepigi.

II.) Translate. In convivis dicti sunt, qui scutulis disponenter, et cibos distribuerent carperent. *Apul.* 2. *Met.* Diribidores plurimi, splendide armati, ferula copiosa. — Alio sensu *Anonym.* 18. 5. Dum haec in castris Constantii quasi per lustra a-guntur et securam, et diribidores venundatæ subito potestatis premium per potiores diffundunt domos, etc. Diribidores hic videntur esse fere iidem qui di-visores, scilicet qui pecunia inter tribules divisa susfragia emebant candidatis.

**DIRIBITORIUM**, II, n. 2. videtur fuisse locus, in quo recensetur exercitus, et stipendia numerabantur: a *diribendo*, id est distribuendo. *Sueton. Claud.* 18. et *Plin.* 16. *Hist. nat.* 40. 76. (201). Hujusmodi diribitorum ab Agrippa fuit inchoatum, ab Augusto autem perfectum, ut narrat *Dion.* 1. 55. c. 8. V. a-nnotat. ad *Sueton. loc. cit.*, et *Nardini Rom. ant.* T. 2. p. 119. Ceterum *Dion. Cass.* 59. 7. *despiciens* auctor ait Caligulam usitasse pro theatro tempore æ-stivo, ne sedentes ardore vexarentur.

**DİRİGE**ō, ges, gñi, gerc. V. **DERIGESCO**.

**DIRIGO**, r̄gis, rex, rectum, rigere, a. 3. (dis et rego). *Directi* syncope pro *dirixisti* est apud *Virg.* 6. *Æn.* 57. — In *Inscript.* allata in V. **DERIVO** derexerat legit pro *direxisti*. — Part. *Dirigens* I. 1. b.; *Directus* I. 1. et 3. et in fin.; *Dirigendus* II. 1. — Dirigere est rectum aliquid collucere, recta linea stiuerere (It. *dirizzare*, porre a *dirittura*, disporre in linea retta; Fr. aligner, mettre, placer, éllever en ligne droite, dresser; Hisp. *linear*, tirar, poner las cosas de modo que estén sobre una misma linea, enderezar; Germ. *auseinander*, d. i. gerade richten, in oder nach gerader Linie rich-tten, errichten; Engl. to direct, place straight).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu ac generatum est rectum aliquid collucere, recta linea stiuerere. — a) *Cum Accusativo.* *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 10. Coro nam si divisoris, arcus erit; si direxeris, virga. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Tigna — non subli-*ce modo directa* ad perpendicularium, sed prona. *Id.* 3. *B. C.* 46. Quibus ad recipiendum crates directæ longuirique obiecti et institutæ fossa magno impedimento fuerunt. *Id.* 7. *B. G.* 72. Fossatu ducere directis lateribus, ut ejus solum tantumdem patet, quantum summa la-bra distant. *Catull.* 22. 7. Membrana directa plumbi. *Quintil.* 5. 13. 11. Toto corpore obrniti, et, ut sic divisoris, directa fronte pugnare. Adde *eund.* 2. 13. 3. *Liv.* 37. 23. Directæ in frontem naves. *Id.* 31. 27. extr. *Dirigere aciem.* h. e. rectis ordinibus instruere. *Auct. B.* 1*fr.* 13. aciem mirabilis longitudine. Adde *Cæs.* 6. *B. G.* 8.; *Liv.* 21. 47. et 34. 28.; *Virg.* 2. *G.* 281.; *Quintil.* 2. 13. 4.; *Tac.* 2. *Ann.* 45.; et *Frontin.* 1. *Strateg.* 12. 3., 2. *ibid.* 2. 7. et 2. *ibid.* 3. 1. Sic *Vellej.* 2. 47. Sæpe directa acie, sæpe in agminibus, sæpe crutionibus h. e. acie instructa et versa in hostem et signis justo prælio collatis. *Liv.* 37. 31. *Dirigere naves ante portum.* *Id.* 22. 19. et 37. 27. *Dirigere naves in pugnam.* *Cic.* 1. *Divinat.* 17. 30. Romulus tituo regiones di-rexit tum, cum urbem condidit. h. e. descripti. *Liv.* 39. 27. *Dirigere fines.* h. e. recta linea duce-re vel signare. *Liv.* 6. 55. Festinatio curam exemit vi-cos dirigendi. h. e. recta linea extrudiendi. *Cæs.* 7. *B. G.* 27. Postero die Cæsar promota turri, dire-

ctisque operibus, quæ facere instituerat, etc. *Flor.* 4. 12. Per Rheni ripam quinginta amplius castella direxit. *Val. Flacc.* 2. 49. Dirigere pinum. h. e. navem. — b) Absolute. *Auct. B. Hisp.* 20. Hinc dirigens proxima planities aquabatur. h. e. recta se extendens et dilatans. *Tac.* 4. *Hist.* 58. ad fin. Quum Romana legiones contra directerent, supple aciem, vel se, et steterint acie instructa, paratae ad pugnandum. ¶ 2. Ratione præcipue habita præpos. *dis*, quæ divisionem significat, dirigere est dividere, diffundere, in duas partes dividere. *Plaut. Curi.* a. 3. v. 54. Clipeatus elephantum ubi machæra dirigit. h. e. ictu discindit, ut effuso sanguine bellua moles dissolvetur. Quo resipuisse videtur *Paul. Diac.* p. 69. 45. *Müll.* Dirigere apud Plautum inventur pro discidere. Locus tamen *Plauti* valde a criticis vexatus est, ut et illud *Nigidii* apud *Gell.* 7. 9. Gallina dirigitur. et *Albinus*. 2. 109. Directus aries. Sic ubi *Non.* p. 290. 6. *Merc.* babet: Diligit, dividit. Titianus: Pernam totam diligit; critici utroque loco legunt dirigit. ¶ 3. Speciatim cum addito loco vel fine, importat motum aliquem et progressionem rei, quæ contra aliud recta tendit. — a) Generativum. *Cœs.* 3. *B. C.* 25. Dirigere cursum ad littora. *Vellej.* 2. 19. cursum in Africam. Adde *Justin.* 22. 5. 1. *Nepos Miladi.* f. Cursum directus, quo tendebat. Adde *Vellej.* 1. 4. *Justin.* 32. 2. 5.; et *Val. Max.* 7. 4. 5. cursus ad aliquem. *Virg.* 6. *Æn.* 195. cursum per auras. Cf. *Cic.* 2. *Nat. D.* 53. 131. Ab Etesiis maritimi cursus celeres et certi diriguntur. h. e. recto cursu naves impelluntur. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 11. Quum iter ad Mutinam dirigerem. Adde *Liv.* 35. 31.; et cf. *Cœs.* 3. *B. C.* 30. Dirigere iter terra secundum naves hostium. *Virg.* 1. *Æn.* 405. qua te ducit via, dirige gressum. Adde *eund.* 5. *ibid.* 162.; et *Curt.* 10. 1. 17. *Liv.* 2. 6. Dirigere equum in consulem. *Frontin.* 1. *Strateg.* 6. 1. cohortes in extram partem. *Nepos Chabr.* 4. navem aliquem. *Sueton. Claud.* 20.; et *Frontin.* 3. *Strateg.* 13. 6. navigia. *Cœs.* 2. *B. C.* 25. vela ad castra Corneliana. *Catull.* 63. 56. aciem oculorum ad aliquem. *Gell.* 2. 1. Ore atque oculis eudem in locum directis. *Ovid.* 8. *Met.* 400. Aper directus in inguina dentes. *Juvenal.* 1. 89. brachia contra torrentem. *Quintil.* 11. 3. 105. In posteriora gestus non diriguntur. *Gell.* 2. 22. Ventus directus in Austrum. *Sueton. Cal.* 19. Aggere directo in Appie via formam. *Curt.* 4. 3. Molam in adversum ventum, non latere, sed recta fronte directus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 8. (47). Occidere fossas, et in alias majores pateniioresque dirigere. *Id.* 4. *ibid.* 23. 37. (122). Certior measura ad occasum solis aestivi, per castra legionum Germaniae ab iisdem dirigitur Alpibus. *Id.* 11. *ibid.* 37. 45. (123). Cornua in terram directa. — Dirigere se in aliquem locum est contendere, ire. *Apul.* 6. *Met.* Sume istam pyxidem, usque ad Inferos te dirige. Adde locum *Ulpiani* in V. DIRECTARIUS. — Absolute. *Seneca Ep.* 53. Protinus per altum ad Nesida directi. subaudi cursum, aut navem. *Apul.* 2. *Met.* Communis, si vir es, dirige. subaudi te. — b) Speciatim de telis. *Horat.* 4. *Od.* 9. 18. Arcu tela dirigere. Adde *Quintil.* 9. 4. 8. *Sueton. Domit.* 19. sagittas. *Virg.* 11. *Æn.* 654.; *Ovid.* 12. *Met.* 606.; et *Sil. It.* 3. 273. spiculae. *Ovid.* 8. *Met.* 66. hastam. *Virg.* 12. *Æn.* 490. hostile. *Val. Flacc.* 6. 544. misericordia. *Virg.* 10. *Æn.* 140.; *Sil. It.* 2. 92.; et *Tac.* 2. *Hist.* 35. vulnera ferro. *Val. Flacc.* 1. 568. faciem per inane. *Sil. It.* 4. 678. vires (ignis). *Curt.* 4. 9. 25. Praefectum directa in gutture hasta transfixit. V. Mützeli. ad h. l. *Virg.* 8. *Æn.* 57. qui Paridis directi tela manusque Corpus in Macidæ. *Curt.* 7. 4. 37. Dirigere bastam in os adversarii. *Id.* 3. 11. 5. mucrones in ore. *Seneca Herc.* *Cet.* 160. vulnera alicui. h. e. in aliquem. ¶ 4. Item speciatim usurpat in re rustica de plantis. *Cic. Senec.* 17. 59. Ordines arborum in quincunx directi. Sic *Id. Cœc.* 8. 22. Oleæ directo ordine desinunt. Et *Colun.* 3. *R. R.* 15. 2. Ita paribus spatii (vitium) ordines diriguntur. Similiter *Pallad.* 3. *R. R.* 13. 2. Ne alter ramus sub alterius linea dirigatur. Cf. *Varro* 1. *R. R.* 40. 6. Ejus ramuli, quem inseret, cacumen ut directum sit ad cælum, curat. — Sic figurae *Id. Varro* 1. *ibid.* 4. 1. Hinc prolecti agricultæ ad duas metas dirigere debent (subaudi operam), ad utilitatem et voluntatem. Adde *eund.* *ibid.* 18. 1.

II.) Translate. ¶ 1. Generativum est in ordinem

distribuere. *Quintil.* 2. 6. 1. Materias, quas discolpis ad dicendum dabant, non contenti divisione dirigere, latius dicendo prosequerantur. ¶ 2. Speciatim est recta convertere; et occurrit — a) Cum addito Accusativo et præpos. *ad*, qua versus significat. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 20. 66. Meas cogitationes dirigo ad rationes has latiore specie, non ad tenues elimitas: eo fit, ut errem et vager latius. *Colun.* 3. *R. R.* 12. 4. Ad quæ contemplationem suam dirigat, qui vineas instituet. *Quintil.* 10. 2. 1. Ad exemplum virtutum omnium mens dirigenda. Rursum *Cic. Topic.* 23. 89. Ad animi bona vel mala omnis dirigenda oratio est. *Quintil.* 4. 1. 68. Directo ad Ciceronem principio. Adde *eund.* 2. 13. 5. et 4. 1. 64. *Id.* 10. 1. 127. Seneca placet propter sola virtus: et ad ea se quisque dirigebat effingenda, que poterat. h. e. forebatur, conabatur accedere ad ea imitanda. — Absolute sine Accusativo. *Cic.* 1. *Divinat.* 14. 25. Divinatio fallit nonnunquam; sed tamen ad veritatem sæpius significativa dirigit. — b) Cum præpos. *in* et Accus. *Curt.* 8. 5. Haud perplexe in Callisthenem dirigebatur oratio. *Quintil.* 10. 3. 28. Si tota mente in opus ipsum (intentionem) directris. *Id.* 2. 1. 11. Communes loci, qui sunt in vita directi. Adde *Frontin.* 3. *Strateg.* 2. 2. — c) Cum Adverbis motus. *Cic. Orat.* 71. 237. Nec quidquam adduc inveni firmius, quo judicium meum dirigerem, quam etc. — d) Cum Accus. et præpos. adversus. *Quintil.* 5. 7. 6. Adversus singulos diriguntur actio. — e) Cum Ablat. et præpos. *in*. *Brutus* apud *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. sub fin. Si flexerit adversus alios judicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine directit in extirmando Antonio. — f) Sine additis. *Ovid.* 6. *Fast.* 184. Bacche, dirige vatis opus. *Id.* leg. navis iter. *Id.* 1. *Amor.* 6. 7. Ille (*Amor*) per excubias custodum leniter ire Monstrat: inoffensos dirigit ille pedes. h. e. regit. ¶ 3. Item est conformare, disponere, regere, metiri; et occurrit — a) Cum Accusativo et præpos. *ad*, qua secundum significat. *Cic. Mur.* 2. 3. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens. *Id.* 2. *Legg.* 5. 13. Illa antiquissima et rerum omnium princeps expressa natura, ad quam leges omnes diriguntur. *Id. Brut.* 37. 140. Nihil non ad rationem et tamquam ad artem dirigebat. *Id. Orat.* 2. 9. Ad similitudinem aliquius rei arteum et manum dirigere. *Liv.* 8. 32. Dirigere sententiam suam ad voluntatem alterius. *Curt.* 8. 9. extr. Idecirce breviores habent menses, qui spatium eorum ad hunc lunæ modum dirigunt. *Antonius* apud *Cic. post ep.* 13. *I. 14. ad Att.* Me sine ad hanc opinionem dirigere puerum, et tenero ejus animo persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. *Quintil.* 12. 3. 8. Dirigere se ad id, quod est optimum in natura. *Tac.* 4. *Ann.* 40. Principi diversum esse votum, quibus præcipua rerum ad tamam dirigenda. — b) Cum Ablativo sine præpos. *Cic. 3. Orat.* 190. Non sunt hec rhytmorum et musicorum acerrimæ normæ dirigenda. *Id.* 5. *Fin.* 20. 57. Quos utilitate, aut voluptate dirigunt. *Id.* 2. *ibid.* 22. 71. Voluptate omnia dirigentes Epicurei. *Id.* 3. *Off.* 21. 83. Honestate dirigenda utilitas est. ¶ 4. Apud sequioris avi scriptores dirigere aliquid occurrit pro mittente. *Aurel. Vict.* Epit. 34. Ad quem Ticini positum, per Gallonium Basitium, indumenta regia direxerat. *Claudian.* epist. ad Olybr. 1. Quid rear, affatus quod non mihi diriges ullos, Nec redit alterno pollice ducta salus? Adde Sidon. 7. *Ep.* 9. Et absolute *Capitolin. Clod. Alb.* 2. Epistolam dirigere. subaudi ad te. — Hinc Part. præter. pass., cuius plus superius exempla retulimus,

*Directus, a, um*, adjective quoque usurpat, unde Comp. *Directior* I.

1.) Proprie est recto ordine positus, rectus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 144. Auditus flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex et directum patet. *Id.* 6. *Verr.* 48. 107. Enna urbs directa. *Klotz* ita legit: *Orellius* vero et alii *direpta*. *Cœs.* 7. *B. G.* 23. Directa tribus. *Id.* 2. *B. C.* 24. jugum. *Ovid.* 1. *Met.* 98. Non tuba directi, non æris cornua flexi. *Id.* 2. *ibid.* 129. arcus. *Sil. It.* 6. 228. directo pectori. h. e. recto corpore. *Cœs.* 3. *B. C.* 79. A directo itinere. *Tibull.* 4. 1. 93. Directo cursu contendere. *Quadrigarius* apud *Gell.* 9. 1. Ut ictus directiores fluit. — *Directus* paries est, qui partem communem extremæ sui parte ita subdaret, ut figuram referat litteræ sive prostratae; ita ut linea transversa

sit paries communis, recta vero directus, qui cum communi angulis rectos faciat. Ita *Holoman. in Lex. Juris. Cic. Topic.* 4. 22. Omnibus est jus patrem directum ad partem communem alijugere. — *Directus locus* est in rectum abruptus et preceps. *Cœs.* 1. *B. C.* 45. Præripus locus erat, atque ex parte directus. — Hinc *directum*, i., absolute, substantivum more in quibusdam formulis usurpatum. *Varro* 7. *L. L.* 15. *Müll.* In directo pedum octo esse, in anfracto sexdecim. Adde *Cic.* 2. *Divinat.* 61. 127. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 22. 18. (80). Altitude montis per directum quatuor millia passuum est. *Seneca 6. Quæst. nat.* 20. Cadere in directum. — Hinc etiam *directum* adverb. pro directe. *Capell.* 5. p. 297. *Zodiacus* circa *Cancerum Capricornumque flexior æquinoctiale pene directum secut.*

II. Translate. ¶ 1. Generativum. — a) Universum. *Cic.* 1. *Fin.* 18. 57. O præclarum beate vivendi et apertam et simplicem et directam viam! *Id. Cœl.* 17. 41. Iter directum ad laudem. et *ibid.* 18. 42. Non semper supererat vera illa et directa ratio: vincat aliquando cupiditas, etc. — b) Speciatim directa actio apud JCtos dicitur, quæ legitima est, et recta ex verbis legis descendit: item quæ in solidum alicui competit: item quæ contraria opponuntur. *Paul. Dig.* 3. 5. 46. Nec refert, directa quis, an utili actione agat. Adde *eund.* *ibid.* 19. 4. 26.; et *Ulp. ibid.* 3. 5. 19. etc. — c) Item directa oratio dicitur a Justino 38. 3. 11., quæ directa loquendi ratione tribuit illi, qui loquens inducit: cui opponitur quæ per infinitum modum perpetuo effertur. Utriusque exempla passim apud *Livium. V. OBLIQUUS.* — d) Directa verba sunt, quæ missis ambagibus, directo et simpliciter aliquid significant. *Liv.* 21. 19. Hæc directa percutatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate populi Romani visa est. quam etc. — Apud JCtos directa verba sunt *heres esto, do, lego, præcipio* et hujusmodi: quibus opponuntur verba fideicommissi, vel precaria et inflexiva. *Imp. Constant. Cod.* 6. 23. 15. etc. Sie directe et fideicommissarie libertates opponuntur. *Ulp. Dig.* 29. 4. 12. et *Terent. Clem.* *ibid.* 28. Sie institutio directa et precaria apud *Ulp. Dig.* 29. 1. 19. ¶ 2. Ali quando ponitur pro rigido, severo, et qui nulla ratione flecti potest. *Cic. Cœl.* 16. 38. Huic tristi ac directo seni responderet. *Ita ex epitisis Codicibus legit Orell.; al. leg. decrepito.* *Id. Rosc. Com.* 4. 11. Quid est in judicio? directum, asperum, simplex. Quid est in arbitrio? mite, moderatum. — Hinc

*Directum, i. n. 2. absolute, substantivorum more, V. Directus, a, um, I. in fin.*

*Directum, adverb. V. Directus, a, um, I. in fin.*

DIRIMO. imis, ëmis, emptuni vel emtum, imere, a. 3. (a dis el emo, mulata s in r, ut a *Fusius Furius*, ut *Voss.* docet). Part. *Dirimens* I. 1.: *Diremptus* I. 1. et II. 2.; *Dirempturus* et *Dirimentus* II. 1. — *Dirimere* est rem unam separatis ab aliaprehendere, adeoque separare, dividere (lt. separare, spartire; Fr. désunir, diviser, séparer, partager; Hisp. desunir, apartar, separar; Germ. auseinander nehmen, trennen, theilen; Angl. to part, divide, separate).

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est separare, dividere. *Lucret.* 6. 1072. color conchyli (h. e. purpureus) mergitur una Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat unquam. h. e. elni et a lanæ corpore separari. *Cic. 3. Nat. D.* 12. 29. Individuum corpus, quod dirimi distractio non potest. *Liv.* 22. 15. Urbs Vulturne flumine dirimitur. *Id.* 32. 10. Quia directi medio amne fuerant. *Id.* 42. 39. Postquam in congressu steterunt, dirimenter amne, paulisper intertuncinatio cunctatio fuit, utri transgrederentur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (53). Tiberis agram Fidem Latinumque a Vaticano dirimens. *Lucan.* 4. 33. qui — castris dirimebat Herdum. *Plin.* *Paneg.* 32. *Dirempta* mari gens. *Id.* 6. *Ep.* 8. Oppida nostra unius diei itinere dirimuntur. *Val. Flacc.* 7. 540. nox una dirimit undis. *Esonidem.* Adde *eund.* 1. 284. 8. 365. et 3. 188. (quo postremo loco atque directam lez. direptam): et *Justin.* 4. 1. 1. *Claudian.* 2. in *Hufin.* 477. pertinet criminis Minos, Et justis dirimit sonces. *Colum.* 4. *R. H.* 18. 4. Omnimodum agri in semijugera dirinere. *Stat.* 5. *Theb.* 482. Spinaea portrecti dirimentes terga profundi. h. e. nave mare secantes. ¶ 2. Latiori

sensu pro coercere dixit *Sil. It.* 4. 101. Dirimere aliquem ab ictu.

II.) Translate. ¶ 1. Dirimere est impedire, ne qua res progrediatur, adeoque interrumperet, abrumperet, dissolvere; et occurrit — a) Generatim. *Val. Flacc.* 4. 664. lux noctem dirimit. Cf. *Plin. Ep.* 9. 9. *Id. Plin. 8. ibid.* 14. 19. Dirimere sententias occidentis et elegantis. *Tac. 2. Hist.* 53. Dirempti moderatione meliorum. *Id. 3. ibid.* 57. Dirimere simulationem. *Id. 4. ibid.* 76. diversitatem consiliorum. — b) De actionibus, que interrumputur. *Plaut. Amph.* 1. 9. 99. Prælum dirimit nos. Sic *Liv. 31. 17.* Cum nos prælum dirempta esset. *Cæs. 1. B. C. 40. extr.* Legionum adventu prælum dirimitur. *Sall. Jug. 60.* Prælum non dirimit. Adde *Frontin. 2. Strateg. 10. 1. Liv. 27. 30.* et *40. 52.* Dirimere bellum. Adde *Juvenal. 6. 164. Ovid. 5. Met. 314.* certamina. *Tac. 3. Hist. 81.* belli commercia. *Liv. 1. 13.* infestas acies. *Frontin. 1. Strateg. 8. 6.* seditionem. — c) Item de colloquio aut concilio. *Cic. 1. de republ. 11.* Num sermonem vestrum aliquem diremit noster interventus? *Cæs. 1. B. G. 46.* Dirimere colloquium. *Liv. 1. 26. ad fin.* Ut concilia populi, exercitus votati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimentur. *Id. 40. 49.* Dirimere concilia. *Varre 3. R. R. 2. 1.* et *5. 18.* suffragia. *Quid autem sit dirimere suffragia, V. in DIRIBEO.* — Absolute *Cic. 2. ad Q. fr. 13. 2.* Actum (in senatu) eo die nihil: nov diremit. — d) Item de societate, amicitia, etc. *Cic. 3. Off. 5. 23.* Dirimere conjunctionem ciuium. *Id. Sull. 2. 6.* omnium officiorum societatem. *Liv. 8. 23.* hostibus societatem auxiliū mutui. *Cic. Cat. 14. 34.* Appius pacem Phyrbi diremit. Adde *Liv. 9. 8.* et *Quintil. 2. 16. 7. Liv. 4. 6.* Dirinere connubium. *Juvenal. 7. 79.* coepitum conjugium. *Sueton. Cæs. 43.* Diremit nuptias prætorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat. *Tac. 12. Ann. 4.* Dirimere affinitatem. *Id. 6. ibid. 29.* amicitias. — e) Item de lite, controversia, etc. pro decidere, terminare. *Cic. 3. Off. 33. 119.* Dirimere controversiam. *Ovid. 1. Met. 21.* Hunc Deus et melior litem natura diremit. *Id. 6. Fast. 98.* Res est arbitrio non dirimenda meo. Adde *Liv. 6. 36.* — ¶ 2. Item ponitur pro abolere, delere, irrimu reridere. *Lucret. 1. 114.* an anima nascentibus insinuator, Et simul intereat nobiscum morte direpta. *Sall. Cat. 18. extr.* Ea res consilium diremit. *Cic. 2. Legg. 12. 31.* Quid gravius, quam rem suspectam dirimi, si unus augur alivm dixerit? *Id. 1. Divinat. 39. 85.* Quid habet haruspex, quum pulmo incisus, etiam in bonis extis, dirimat tempus et proferat diem? h. e. diem disfundat et in aliam diem proferet. *Liv. 8. 23. ad fin.* Vide, aut audire aliquid, quod auspicio dirimit. — NB. De illo *Cic. 3. ad Q. fr. 4.* Cato diremptis tabella etc. V. DIRIBEO.

**DIRIPIO**, ripis, ripiū, reptum, ripere, a. 3. (dis et rapio). *Diratio* aut *Disratio* leg. quidam apud *Apul. de Deo Socrat.* V. suo loco. — Part. *Diripiens* I. 3.; *Direptus* I. 1., 2., 3. et 4. *Direpturus* et *Diripiendus* I. 2. — Diripere est in diversis partibus rapere, discindere, distrahere, lacerare (It. rapire quæ & là, stracciare, lacerare; Fr. tirer de différents côtés, mettre en pièces; Hisp. tirar acá y allá, desgarrar, rasgar; Germ. auseinander-zerrisen; Angl. to snatch or tear different ways, tear asunder or in pieces).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu ac generatim. *Plaut. Cist. 2. 1. 5.* Exanimor, feror, differor, distractabor, diripior. *Id. Merc. 2. 4. 1.* Pentheum diripiisse ajunt *Bacchus. Lucret. 5. 1318.* adversum venientibus ora petebant, Et nec opinantes a tergo diripiebant — Morsibus adfixæ validis atque unguibus uncis. *Ovid. 5. Fast. 310.* et *1. Art. am. 339.* Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem, Quum consternatis diripereris equis. *Id. Ib. 601.* Diripiuntque tuos insanis unguibus artus Strimonæ matres Orpheos esse rate. *Id. 3. Met. 371.* membra viri manibus direpta nefandis. h. e. lacerata. *Val. Flacc. 1. 813.* Diripere senem. *Id. 2. 240.* Thressas. *Virg. 12. Ann. 283.* Diripuere aras. h. e. disjecerunt, diruerunt, everterunt. Al. tamen leg. deripierunt, diruerunt, everterunt. *Plaut. 3. 6. 28.* venti temeraria vota, Aerice et nubes

diripienda ferant. ¶ 2. Latori sensu et specialiter ponitur pro auferre, detrahere, demere. *Curt. 7. 5. 24.* Direpto regio insigni. *V. Mützell. ad Curt. 4. 2. 6.* *Forcellinus* addit etiam figuratum illud *Val. Max. 3. 3. n. 2. extern.* Ut speraverit, et tyranno et Phalaridi resonæ mentis feritatem a se diripi posse. *Al. vero rectius leg. deripi.*

¶ 3. Item in re militari est prædari, auferre, depopulari, quem plures simul hinc inde rapiunt et asportant. — a) De rebus et locis. *Cic. pro leg. Manil. 9. 22.* Res bello ex tota Asia direptas in suum regnum congeressat. *Sall. Jug. 41.* Diripere prædas bellicas. Sic *Lamprid. Alex. Sev. 34.* Præda, quam Persis diripiuit. Cf. *Vopisc. Prob. 5. Trebell. Pol. XXX. Tyr. 2.* Magna pars auri direpta. *Sueton. Aug. 98.* Diriendi plenilicentia. *Lucan. 6. 116.* plurima miles diripiens. *Cæs. 7. B. G. 3.* Diripere bona. Adde *eum. ibid. 42. et 43.* *Id. ibid. 38.* magnum numerum frumenti. *Id. 2. ibid. 17.* Legio pulsa et impedimenta direpta. *Liv. 23. 16.* Diripere impedimenta et sarcinas. *Sil. It. 17. 500.* Ire direptum aliqui aliquid. *Cic. post redit. in senat. 7. 18.* Domus mea diripiebatur, ardebat. *Virg. 2. Ann. 563.* Direpta domus. *Liv. 5. 41.* Diripere tecta. *Id. 32. 12. et 2. 14. castra. Id. 6. 4.*; *Cres. 3. B. C. 80.*; et *Sueton. Cæs. 54.* et *Ner. 39.* oppidum. *Cic. 5. Att. 20. ante med.* Direpto et vastato Amano. *Liv. 24. 2.* Urbes direpturas se destinaverant. Adde *eum. 37. 32.* *Cic. pro leg. Manil. 19. 57.* Explare socios, diripere provincias. *Sueton. Ner. 43.* Gallæ diripienda. *Cic. 8. Att. 2.* Patriam diripiendam et inflammandam reliquimus. *Cæs. 3. B. G. 31.* Diripere civitates. — b) De personis. *Nepos Cat. 3.* diripere Lusitanos. *Cæs. 6. B. G. 34. et 35.* Eburones. *Id. 7. ibid. 8.* Obscurant, ut suis fortunis consulat, neu se ab hostibus diripi patiatur. *Id. 2. B. C. 42.* Quo minus, quam venisset, si imperata non facerent, ad nutum e vestigio diriperentur. *Tac. 13. Ann. 43.* Diripere socios. — c)

Paetice diripi amnis dicitur a *Stat. 4. Theb. 817.* ex quo ab exercitu siti jamdiu laborante avide hauritur et bibitur. ¶ 4. Item aliquando pro furari, per vim auferre. *Virg. 3. Ann. 227. de Harpyis.* Diripiuntque dapes, contactaque omnia sedant. *Val. Flacc. 4. 454. de iisdem Harpyis.* Diripiunt veruntaque dapes, sedataque turbant Pocula. *Sueton. Ner. 11.* Concessumque, ut scienci ardentes domus supellectilem diriperent. *Id. Cæs. 17.* Direpta supellecile. *Id. Ner. 47.* Unde (a cubiculo) jam et custodes disfigerant, direptis etiam stragulis. — Poetice *Sil. It. 15. 730.* colla diripit euse Mose. h. e. credit; ubi rectius fortasse legas deripit. — NB. Pro extrahere, educere assertur a nonnullis illud *Ovid. 10. Met. 475.* Pendenti nitidum vagina diripit ensim. Al. leg. deripit rectius: quod idem dicit de simili loco *Virg. 10. Ann. 475.* item 3. *ibid. 267.*, ubi deripere funem litorum rectius est quam diripere. Item de illo 4. *Ann. 593.* Deripiuntque rates alii navalibus. h. e. deducunt. His enim locis deorsum trahendi significatio aliqua inest, quæ per de, non per di exprimitur, ut et in **DERIPIO** dictum est. Similiter apud *Cic. Sull. 1. 2.* Quantum de mea auctoritate deripuisse: non diripuisse legendum est. Et *Prov. cons. 6. 13.* Hos vos de provinciis deripiendos non putaretis? non diripiendos.

II.) Translate diripi dicuntur, quæ cara omnibus sunt et quæsita, quæque omnes propterera sibi adipisci contendunt. — a) De rebus. *Quintil. 6. 1. 47.* Talos —, quos illi diripere cœperunt. *Sueton. Vit. Pers. sub fin.* Editum librum continuo mirari homines et diripere cœperunt. — b) De hominibus. *Seneca 3. Ira 23.* Timagenes historiarum scriptor in contubernio Pollioñis Asinii consenuit ac tota civitate direptus est. *Alii leg. dilectus; ali aliter.* Rursus *Seneca Brevit. vitæ 7.* Diripitur ille toto foro patronus. h. e. omnes cum sibi patronum adsciscunt. Est qui malit dirumpitur. *Sic Martial. 7. 76. ad Philomusum scurrum.* Quod te diripiunt potentes Per convivia, porticus, theatra. *Stat. 5. Silv. 3. 139. de Homero.* aliae quem alii natalibus urbes Diripiunt, cunctaque probant. (V. *Cic. Arch. 8. 19.*) *Id. 5. Theb. 722.* matremque avildis complexibus ambo diripiunt flentes.

**DIRITAS**, atis, f. 3. abstracta qualitas, qua aliquid terrible est. seu terrorem injicit; et occurrit ¶ 1. De fato, et est calamitas, infortunium. *Cic. convertens locum Euripiðis 3. Tusc. 14. 29.* Ut si

qua inventa diritas casu foret, Ne me imparatum cura laceraret repens. *Gell. 4. 9. a med.* Dies religiosi dicti, quos propter omnis diritatem relinquimus. — Sic *diritas diei* est dies improsperus et malus omnis auspicio captantibus et grande oliquid aggreditibus. *Sueton. Ner. 8.* Inter horam sextam septimamque processit ad excubitores, quum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatus videbatur. V. *Tac. 12. Ann. sub fin.* unde *Sueton. illustratur.* ¶ 2. De hominam, uti ajuunt, charactere, et est saevitia, crudelitas, feritas. *Cic. Vatin. 3. 9.* Quamquam sic omni diritate atque immanitate teterimus. *Id. Senect. 18. 65.* Quanta in altero diritas, in altero comitas. Ita legit *Non. p. 100. 27.* et *p. 30. 20.* *Merc.* alii *diritas.* *Sueton. Tib. 21.* *Diritas morum ejus. Mamertin. Grat. act. 26.* *Diritas hilaris. Id. ibid. 4. accusatoria.*

**DIRODIUM**, ii, n. 2. rota, ex duobus raduis invicem decussatis constructa: vox hybrida, a *dis* et *rotum* pro *radius*. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 81. hisce verbis: Rota, radius, dirodiun, birodiun, trirodiun, quatrirodiun.

**DIRRHITHMUS**, a, um, adject. *dirrithmus*, qui duobus rhithmis constat. *Mar. Victorin. p. 2543.* *Putsch. Bacchiacum dirrithmus, sive dimetrum catalecticum bujusmodi est: Amicos vocantis, trirrhithmum quoque catalecticum ita: Ut Echo sub antris canebat; tetrarhithmum etiam catalecticum tale est: Volabat superbas per auras Cupido.*

**DIRUDIS**, e, adject. valde rudit. Vox a Letico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 123.

**DIRUMPO** vel *disrumpo*, rumpis, rumpi, ruptum, rumpere, a. 3. (dis et rumpo). In multis et aliatis exemplis plerique legunt *disrumpo*. — Part. *Dirumptus* in omnibus paragr. et in fin. — Dirumptus est in diversas partes rumpere, diffundere, scindere (It. *rompere* in *brisant, déchirer, rompre;* Hisp. *romper, rasgar;* Getu. *auseinanderreissen,* zerren, zerbrechen; Angl. *to break, break in pieces*).

I.) Proprie. *Plaut. Cist. 2. 1. 6.* Geminos in ventre habere videor filios: nihil metuo, nisi ne mediis dirumpar miser. *Id. Bacch. 3. 3. 37.* Puer pædagogo tabula dirumptus caput. *Cic. 2. Divinal. 9. 44.* Quum autem (renti) se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere atque dirumppere, etc. *Petron. Satyr. 96.* Fornamen valvæ, quod ansa ostii disrupta laxaveret. *Apul. 1. Met. Putris et vetus funus dirumptus.* *Tac. 1. Hist. 55.* Quarta ac duoeycima legiones — dirumpti imagines Galbae. (Hinc nonnulli apud *eum.* *Tac. 1. Hist. 41.* Dirumpti Galbae imaginem solo affixit. leg. pro *dereptam*). *Inscript.* apud *Gruter. 163. 6. PONTEM BELLORVM INJURIA ET AMNIS VIOLENIA DIRUPTVM RESTITIVIT.* — Similiter *Cic. 13. Phil. 12. 26.* Homo dirumptus dirutusque *Q. Cælius.* h. e. cui intestina rupta sunt, herniosus, aut saltum morborum vi fractus.

II.) Impropri. ¶ 1. Generatim ponitur de societate vel conjunctione aliqui pro abrumper, dirimere, dissociare. *Cic. 3. Off. 21. 21.* Dirumptus humani generis societatem. *Id. Amic. 22. 85.* Reptile in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumptus. — Huc aliqua ratione pertinet et illud *Plauti Pax. prol. 117.* Cave dirumptus. scil. metaphorâ ducta a ludo puerorum, qui ducebant spartean restem, et tardiu trahabant, donec aut rumpent, aut alteruter, omissa funis prehensione, in nates caderet. *V. integrum locum, ibique Interpr.* ¶ 2. Speciatim in familiari sermone *dirumpi* dicitur, qui nimio gaudio aut dolore ita affectior, ut medium crepare videatur. — a) Hac significatione fere passive usurpatur. *Ter. Adelph. 3. 4. 4. sv.* Collaudavit filium: mihi, qui id dedicsem consilium, egit gratias. *de. Disrumpor.* h. e. ira, indignatione, dolore. *Cic. 12. Fam. 2. 2.* Infinito fratris tui plausu dirumptus. h. e. invidia rumpitur. *Sic Id. 4. Att. 16. a med.* Unum omnia pesse, dirumputur ille, qui me aliquid possit doluerit. *Adde eum. Dom. 37. 99.* *Id. 7. Att. 12.* Dirumptor dolore. *Apul. 3. Met. sub init. risu.* — b) Active. *Cic. 7. Fam. 1. 4.* *Diripi me peine in judicio Canini.* (sic *Horat. 1. Ep. 19. 15.* Rupit larbitam Tigris *templa lingua.* V. et *Phœdr. 1. 24.*) *Ceterum juxta Forcellinum apud Cic. 7. dirupi me est*

fere medius crepus, vel pæne herniosus factus sum. ¶ 3. Item obscenam latenter sententiam habet apud Plaut. *Cas.* 4. 3. 10. (Perit, herc, ego miser, dirumpi cantando Hymenæum: licet, illo morbo, quo dirumpi cupio, non est copia. h. e. coendo: nam hic nondum advenit sponsa, quicum latera dirumpam.), et fortasse etiam *Pren. prol.* 117., quem locum etiam supra sub II. 1. citavimus. V. RUMPO. Aperte autem obsceno sensu *Apol.* 7. Met. Mulier misera illa compatis atque dirupta. scil. ab asino proculata et vehementer stuprata. *Id.* 9. *ibid.* Puer natus candidas illas diu noctuque dirupiuit, inerens profugit. Græca constructio: *natus dirupitus*, h. e. referens natus noctu quidem a stupratoris sui mentula divisus, diu vero seu mane ab eodem ferula obverberatas. — Hinc Part. præter. pass., cuius plura superius exempla retulimus,

*Diruptus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Diruptus* apud Liv. 38. 2. ad fin. In altiorem diruptoremque tumulum concessere. At ibi rectius *legas* deruptorem: V. *Drakenborg*. ad b. l. et DERUMPO.

DIRUNCIUNT depurgant. *Paul. Diac.* p. 69. 16. Müll., qui leg. *deruncunt*. Ceterum *deruncinant* in Comment. ut legatur jubet Lind.; recte fortasse, addit. Müller., quum minus credibile sit, præter verba runcare et runcinare, suis etiam tertium aliquod runcire.

DIRÜO, rüli, rüli, rüüm, rüere, a. 3. (dis et ruo). Part. *Diruens* et *Diruendus* I.; *Dirutus* I. et II. — Diruere est rem alteram ab altera avelliendo de jicere, evertere, destruere (It. rovinare, disfare, demolire; Fr. défaire, renverser, détruire, démolir; Hisp. deshacer, derribar, abatir, demoler; Germ. auseinanderreissen, durch Einstürzen zertrümmern, zerstören; Angl. to pull down, overthrow, destroy, demolish).

I.) Proprie occurrit — a) Cum Accusativo tantum rei, quæ diruitur. *Ter. Adelph.* 5. 7. 10. Diruere maceriam in horto. *Nepos Com.* 4. Muros dirutus reficiendo curat. *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 1. 8. § 25. Urbes dirutæ ac pæne deserta. Sic *Id.* 1. *Invent.* 40. 73.; *Liv.* 4. 61.; *Ovid. Met.* 461.; et *Sueton. Cas.* 51. Diruere urbem. *Vellej.* 1. 13. M. Cato perpetuus diruendæ Carthaginis auctor. *Juvenal.* 4. 60. Diruta Alba. *Id.* 14. 196. Diruere castella. *Auct. B. Afr.* 20. atque delere oppida. *Liv.* 1. 29. Fragor tectorum, quæ diruebantur. *Id.* 42. 3. Eum diruentem tempora vagari dixerunt. Adde *Sueton. Cal.* 6. *Liv.* 4. 60. Diruere domum. *Auct. B. Hisp.* 16. casas. *Horat.* 3. Od. 30. 4.; et *Sueton. Domit.* 8. monumentum. *Sueton. Cas.* 46. villam. *Id. Ner.* 25. arcam. *Spartian. Hadrian.* 9. cryptas et topia. *Propert.* 4. 9. 14. fores. *Id.* 2. 21. 54. Priani diruta regna sensi. — b) Cum additis. *Sueton. Aug.* 72. Diruere prætoria ad solum. *Curt.* 3. 10. 7. urbem ad solum. Cf. *Seneca I. Ira* 16. Tecta diruere et solo exquære. — c) Absolute. *Horat.* 1. Ep. 1. 100. Diruit, edificat, mutat quadrata rotundis. Cf. *Sall. Cat.* 20. Nova diruunt, alia ædificant.

II.) Translate. — a) Generativum. *Horat.* 4. Od. 14. 29. Ut barbarorum Claudio agmina Ferrata vasto diruit impetu. h. e. perrupit. *Liv.* 39. 18. Diruere omnia Bacchanalia. h. e. aras atque aedes Bacchanalibus destinatas, ut *Forcellinus* interpretatur, vel potius Bacchanalia tollere. *Id.* 7. 41. Postulatum fuit, ut de stipendio equitum (inerebant autem triplex ea tempestate) æra diruerentur, quod adversati coniurationi fuissent. *Alii tamen leg.* deinerentur. Hyperbole est in illo *Auctoris B. Hisp.* 42. Decem habere legiones populum Romanum, quæ non solum vobis obsistere, sed etiam cælum diruere possent. — b) Speciatim ære dirutus dicebatur miles, cui stipendium esset ademptum ignominia causa, vel quod, ut ait *Paul. Diac.* p. 69. 17. Müll., se diruebatur in fiscum, non in nullis sacculum: vel quod ære deciderat, ut diruo hic pro simplici ruo, cado, sumatur: vel simplicius ære eversus et spoliatus, quemadmodum dicitur fortunis aliquem evertere etc. *Varro apud Non.* p. 532. 4.; *Cic.* 7. *Verr.* 13. 33.; et *Liv.* 24. 18. et 40. 41. — Hinc omissæ ære et generativum de eo, qui ære alieno oppressus solvendo non est. *Cic.* 13. *Phil.* 12. 26. Hoc dirutus dirutusque Q. Cælius.

DIRUPTIO, ònis, f. 3. fractura, dissessio. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 15. Aer necessario rastum, in tam magnorum corporum disruptione, reddit sonum.

## DIRUPCUS, a, um. V. DIRUMPO.

DIRUS, a, um, adj ect. Comp. *Dirius* I.; Sup. *Dirissimus* II. a. — Ratione habita etyma, *Voss.* deducit a deoꝝ gravis. *Paul. Diac.* vno p. 69. 12. Müll. ita dictum putat, quasi *Dei ira natus*: et *Servius ad Virg.* 3. *Æn.* 235. Sabini, inquit, et Umbri, quæ nos mala, dira appellant. Ceterum dirus est horribilis, terribilis, visu vel auditu horrendus, quidquid horrorem incutit et a quo oculi abhorrent (It. orribile, terrible, dal cui aspetto noi rifugiamo; Fr. terrible, affreux; Hisp. terrible, que causa miedo, horror, espantoso; Germ. furchtbar, schrecklich, Grausen, Entsetzen erregend; Angl. horrible, terrible, dreadful, ghastly).

I.) Proprie locum habet in auguriis, et est ominosus, tristis, gravia atque ingentia mala portendens. *Cic.* 2. *Legg.* 8. 21. Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dira deficerit, irrita insectaque sunt. *Id.* 2. *Divinat.* 15. 36. Tristissima exta sine capite, quibus nihil videtur esse dirius. *Ovid.* 5. *Met.* 550. *Bubo*, dirum mortalibus omen. *Tac.* 3. *Hist.* 56.; et *Sueton. Aug.* 92. et *Tib.* 1. et 3. et 17. *Dirum* omnem. *Sueton. Claud.* 22.; *Val. Flacc.* 4. 79.; et *Tac.* 12. *Ann.* 43. aves. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 1. 1. (4). alites. *Virg.* 1. G. 438. cometæ. *Val. Flacc.* 3. 59. somnia. *Cic. carm. de sua consul.* 1. *Divinat.* 11. 18. dirum in tempus cecidere Latinæ. Sic *Juvenal.* 4. 80. et 10. 15. Dira tempora. *Horat.* 3. *Od.* 24. 6. necessitas. Cf. *Virg.* 8. *Æn.* 349. Jam tum religio pavidos terrebatur agrestes Dira loci: jam tum silvam saxonumque treinebant. h. e. religio vel supersticio magna, venerabilis, horrore incutiens et timore animos percellens. *Ovid.* Ib. 85. Carinandum capitum malefido dira canuntur. h. e. dirum malum inprecantia. Sic *Horat. Epod.* 5. 89. Dira testatio. *Liv.* 40. 56.; et *Sueton. Claud.* 12. execrationes. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (19). Diris pæcrationibus aliquem defigere. *Tac.* 16. *Ann.* 8. diri sacrorum ritus. *Juvenal.* 15. 101. dira atque immania. V. integrum locum. — Hinc — a) *Diræ, arum*, f. plur. 1. (subaudi res) absolute, substantivorum more dicuntur obsecnæ volvures, vel potius generativum omnia tristia signa mali omnis. *Cic.* 1. *Divinat.* 16. 29. M. Crasso quid acciderit, videamus, dirarum obnubicatione neglecta. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (17). In augurum disciplina constat, neque diras, neque illa auspicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes, observasse ea negaverint. *Id. ibid.* 2. 5. (26). Sternutamento revocari sirculum, inter diras habetur. *Servius* quoque hoc sensu dixit, in singulari numero, si tamen salva est lectio, ad *Virg.* 5. *Æn.* 7. — Hinc *diræ, arum* sunt etiam execrations et imprecations, quæ horrende in aliquem effundebantur, deos quosdam inauditos compellando, quibus quisquis devotus erat, credebatur maximo affici infortunio: in quo diræ nihil omnino differunt a significacione proxime superiori. *Tibull.* 2. 7. 35. Tunc tibi, Iena, precor diras. *Horat. Epod.* 5. 89. Diris agere aliquem. *Tac.* 6. *Ann.* 24. Meditantes compositaque diras imprecari. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (21). Ut diras Pompejo, quas ille mox luit, imprecaretur. *Flor.* 2. 6. Sanguinitorum ultimæ diræ. Sic *Diræ ad Batterum* est titulus carminis execratorii *Valerii Catonis*, de quo vide *Indic. scriptor. Latin.* huic Lexico præmissum. — b) Denique *Diræ, arum*, absolute sunt etiam deæ, Noctis filiæ, eædem quæ Furiae et Eumenides Jovis ministriæ, quarum opera inorbius, letum, bellum et cetera mala mortalibus immitti. Sed priori vocabulo vocantur in cælo, altero in terris, tertio apud inferos: quamvis hoc perpetuum non est. *Virg.* 12. *Æn.* 845. Dicuntur geminæ pestes cognomine *Diræ*, Quas, et *Tartaream* Nox in tempesta Megæram, Uno eodeinde tulit partu etc. V. ibi quæ sequuntur. *Val. Flacc.* 1. 803. mors sera viam tentaque claudit Effugia, et nostras ne quest precurrere *Diras*. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (31). de *Orco amne. Pœnales aquæ* dirisque genitæ. *Virg.* 7. *Æn.* 324. et 454. *Diræ* sorores. *Id.* 4. *ibid.* 473.; *Val. Flacc.* 5. 446.; et *Pacat. Paneg. Theod.* 42. Ultrices *Diræ*. *Aurel. Vict. Epit.* 21. Fratrem suum interemit: ob quam causam furor penas dedit Dirarum insectatione; quæ non imminiter ultrices vocantur. — c) *Diræ* quoque absolute sunt mala, infortunia. *Tibull.* 2. 5. 115. *Diræ* precari aticui. *Seneca Troad.* 423. prosperis rebus locus creptus omnia: *dira*, qua veniant, babent.

II.) Translate est sævus, crudelis, atroc, infestus, et similia. Usurpator autem — a) De personis. *Varro apud Non.* p. 100. 30. *Merc.* Scæna, quæ nem Latinæ vidit dirissimum. *Non. ibid.* exponit severum, asperum, rigidum. *Virg.* 3. *Æn.* 235. dira bellum cum gente gerendum. *Id.* 2. *ibid.* 261. dirus Ulixes. *Horat.* 3. *Od.* 6. 36.; et *Juvenal.* 7. 161. Hannibal. (Nonnulli dirum Hannibalem legunt etiam apud *Horat.* 2. *Od.* 12. 2.; sed ibi durum legendum est: V. *Ritter ad b. l.*). *Rursus Horat.* 4. *Od.* 4. 42. (ut legit etiam *Quintil.* 8. 2. 9.). Afer. *Id.* 2. *Epf.* 1. 10.; et *Val. Flacc.* 7. 623. Hydra. *Ovid.* 4. *Fast.* 53. Amulius. *Id.* 14. *Met.* 278. dea. h. e. Circe. *Id.* 1. *Art. am.* 334. victimæ. *Id. Heroid.* 12. 188.; et *Val. Flacc.* 3. 610. noverca. *Id.* 2. *Met.* 651. serpens. *Val. Flacc.* 4. 148. Amycus. *Id.* 6. 151. Chaotæ. *Id.* 2. 237. conjui. *Juvenal.* 4. 116. satelles. — b) De inanimis et abstractis. *Lucret.* 4. 1040. Dira cupidus. Cf. *eum* 4. 1083. Sic *Virg.* 1. G. 37. Nec tibi regnandi veniat tam dira cupidus. h. e. magna et vehemens, ut etiam *Servius* exponit, adeoque seva. Adde *eum* 6. *ibid.* 721. *Lucret.* 5. 942.; et *Val. Flacc.* 4. 106. Dira pavula. *Virg.* 2. *Æn.* 519. quæ mens tam dira, miserrime conjui, Impulit his cingi telis? Inepte *Servius*: modo proprie, dira enim deorum ira, ergo quæ mens dira, infusa ex deorum ira. *Id.* 11. *ibid.* 217. Dirum bellum. *Id.* 8. *ibid.* 194. de speluncæ *Caci*. facies quam dira tenebat. Cf. *Ovid.* 1. *Fast.* 553. de *Caco*. Dira viro facies. *Rursus Virg.* 3. *Æn.* 228. Dira vox. *Id. ibid.* 593. illuvias. h. e. tætra. *Servius.* *Id.* 4. *ibid.* 563. nefas. *Catull.* 25. 5. hiems. *Horat.* 2. *Od.* 2. 18. hydrops. *Id. Epop.* 5. 61. et 1. *Sat.* 9. 31. venena. *Id.* 1. *Od.* 2. 2. grandio. *Id. Epop.* 13. 10. sollicitudines. *Ovid.* 9. *Met.* 179. cruciatus. *Id.* 3. *ibid.* 625. cædes. *Id.* 11. *ibid.* 371. famæ. *Id.* 10. *ibid.* 300. Dira canam, nempe dicturus de anribus Myrræ, quos *ibid.* 426. diros amores vocat. *Id.* 2. *ibid.* 590. Dirum crimen. h. e. Nyctimenes, quæ cum patre coit. et 6. *ibid.* 664. Dira dapes. h. e. Terei, qui suos natos comedit. *Id.* 3. *Trist.* 3. 5. Dira regio. h. e. aspera, horrida. *Id.* 3. *ibid.* 354. superbia. *Sueton. Claud.* 23. immanitas. *Tac.* 4. *Hist.* 62. os. *Id.* 1. *Ann.* 62. quies. *Seneca Hippol.* 131. spes. h. e. quæ res diræ et nefandæ sperantur, qualis fuit Phædræ insaniens amore Hippolyti. *Val. Flacc.* 2. 235. tæde. *Id.* 7. 552. cruores. *Id.* 8. 352. lingua. *Id.* 2. 291., 4. 426. et 6. 399. lues. *Id.* 3. 132. lumen. *Id.* 7. 206. arva. *Id.* 2. 172. conjugia. *Id.* 5. 660. jussa tyrañi. *Id.* 3. 172. scelus. *Id.* 6. 591. fraudes. *Id.* 6. 683. vis ducum. *Sil. It.* 3. 315. crudor. *Id.* 8. 834. laus. *Juvenal.* 4. 14. persona. *Id.* 15. 32. feritas. *Id.* 15. 96. egastas. *Id.* 13. 193. fatuus. *Id.* 8. 119. et 13. 106. culpa. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 11. 12. (30). et 7. *ibid.* 13. 15. (64). Dirus odor. h. e. tæter. *Id.* 5. *ibid.* 15. 15. (71). Asphalites lacus natura dirus. h. e. noxius. Sic *Id.* 11. *ibid.* 29. 35. (104). Diræ messibus locustæ. *Id.* 4. *ibid.* 11. 18. (51). Scopulus dirus ac pestifer. h. e. periculosus, infestus. Sic *Id.* 5. *ibid.* 4. 4. (26). Simum syrtibus et vadiso mari dirus. *Id.* 37. *ibid.* 11. 73. (192). Dira mendacia. h. e. monstrosa et portentí similia. — Sequentie Infinito. *Sil. It.* 4. 284. Con torquat nodis et obusto robore diram Vei portas quassare trahem. Sic Græci δενδρές λέγουσι, δενδρός γραφεῖν. — Hinc

*Diræ, arum*, f. plur. 1. absolute, h. e. res diræ, sive omnia tristia signa mali omnis, vel etiam execrations et imprecations, V. supra sub I. a.

*Diræ, arum*, f. plur. 1. absolute pro *Furillis*, V. supra sub I. b.

*Diræ*, n. plur. 3. pro malis, infestunis, V. supra sub I. c.

*Diræ*, adverbii more ponitur. *Seneca Cœdip.* 961. et *Herc. Cœt.* 1679. Dirum fiemens.

DIRUTIO, ònis, f. 3. ruina. *Inscript.* apud *Grueter.* 3. 9. DOMIVM TERTIANAM EX DIRUTIONE RESTITVVRN DEDICARVNTOVE. *Fetus Scholiast.* ad *Lucan.* 1. 379. Senones Galli paullatim ingressi oninia vastarunt octo integris diebus dirutione et incendio, solo remanente Capitolio.

DIRUTUS, a, um. V. DIRUO.

DIS est præpositio vel particula, quæ solum in compositione reperitur: et per apocope facta videatur a diræ, quæ composita idem significat, ut in *dati* p. diffuso. — a) Quod ad compositionem attinet, dis præponitur verbis incipientibus per c, p, q,

*t. et s. ut discepto, dispono, disquirro, disternino, dissolvo; excipe tantum disertus pro dissertus: ante fin' aliud f' mutatur, ut disfundio: alias consonantibus d' et quidem longa pro d' præponitur, ut dirigo, digredior, diluo, dimitto, dinumero, dirigo, discendo, diverto: d' et quidem brevis pro d' præponitur in d'rimo et d'ribus, sed d' inmutata manet in d'hisasco: denique ante i' loco consonantis modo d', modo d' legitur, ut disjicio, disjungo et contra disjugo, disjudico. Hæc fere omnia Priscian. in fin. l. 14. — b) Quod ad significationem attinet, d' significat divisionem totius in partes, ut diduco, distraho, diffugio, dirumpo, disjicio: aliquando etiam divisionem alterius rei ab altera, ut digredior: interdum etiam habet vim augendi, ut in discipio: denique aliquando vim habet negandi, præcipie si jungatur verbis, que cum particula cum composita contrarium significant, ut discors, disfiteor, quibus opponuntur concors, confiteor; quamquam interdum composita ex part. d' ipsi quoque simplicibus opponuntur ut difficultis, disingo, qua' facili' et cingo opponuntur.*

**DIS**, dite, adject. *V. DIVES.*

**DIS**, ditis, idem quod dives. *V. DIVES.* — De Plutone *V. DIS* in ONOM.

**DISAMO**, as, are, a. 1. valde diligo, a d' et amo, ut discipio et dispereo. *Fronto* 3. ad *M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Ego vero etiam litterulas tuas disamo; quare cupiam, ubi quid ad me scribes, tua manu scribas. *Cod.* habet *d' amo*, at *Haius* legendum putat *dissuari* *cupiam*. *Ubi* etc. Fortasse nihil mutandum.

**DISCALCRATUS**, a, um. *V. vocem seq.*

**DISCALCEO**, as, åtum, are, a. 1. calceos detraho. *Gloss.* *Philox.* Discalceor, απολυματι. — Ceterum occurrit tantum Part. *Discalceatus* apud *Sueton. Ner.* 51. Ut prodierit in publicum sine cinctu et discalceatus. — Scribitur et *discalciatus*. *V. CALCEAMEN.*

**DISCAPEDINO**, as, åvi, are, a. 1. disjungo, la-  
to: a capedo. *Apul. Florid.* 3. *Primus Hyagnis* in canendo manus discapedinavit: primus duas tibias uno spiritu azimavit. h. e. manus et digitos alterum ab altero disjunxit, claudendo et aperiendo foramina inter se distantia: vel quod est veri similius, manus alteram ab altera disjunxit, duas simul tibias inflando, quarum unam dextera, sinistra alteram tenebat et moderabatur.

**DISCARICANS**, antis, particip. ab inus. discari-  
co, Italis nunc discaricare: a præpositione separativa d' et *carrus*, cui altera ex duabus consonis, ut solet vulgus, adeiuia est. *Venant. Vit. S. Menard.* 7. Et data oratione discaricantes, que' tulerant, lati-  
xi pergit itinera. Hucusque cl. *Furlanetto* in Append. Nihil tamen obstat, quominus legamus *discaricantes*, h. e. onera e' carro detrahentes.

**DISCAVEO**, es, ere, n. 2. diligenter cavo. *Plaut. Men.* 2. 1. 24. Dictum facessas doctum, et discaveas malo.

**DISCEDO**, cedis, cessi, cessum, cedere, n. 3. (dis et cedo). *Discessi* pro *discessisti* syncope est apud *Plaut. Asin.* 2. 1. 3. — Part. præter. pass. *Discessus* habet *Cæl.* vel *Cæcili.* apud *Priscian.* 8. p. 869. *Putsch.* Custodibus discessis, multi interficiuntur. Part. *Discedens* sub *B. a.* et *b.*; *Discessurus* sub *C. 1. 4. c.* — Ceterum discedere tria præcipue si-  
gnificat, scilicet

*a)* Est hinc inde cedere, in diversas partes cede-  
re; et dicitur proprie de iis, que' in partes dividun-  
tur.

*I)* Proprie. — *a)* De hominibus; et quidem —  
Absolute. *Senatuscons.* apud *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 3. 5. *Senatusconsultum* factum est, ut sodalitates decu-  
riaticae discederent: lexque de iis feretur, ut qui non discessissent, ea pena, que' est de vi, teneren-  
tur. h. e. dissolventur, dirimerentur. *Sall. Jug.* 34. Ita populus ludibri' habitus ex contione disces-  
sit. *Sic Liv.* 3. 11. Initium erat rixæ, quum discede-  
re popularum jussissent tribuni. *Sisenna* apud *Non.* p. 99. 6. *Merc.* Armati dextera ducti magisque in latitudinem discedunt. *Sueton. Oth.* 11. Ut eos qui discedere et abire coptabant, corripi quasi desertores detinerique sensit, etc. Ille pertinet locus *Asco-  
nius* ad *Cic. orat. pro C. Corn.* circa med. de discedentibus ad suffragium ferendum. — Cum additis. *Sall. Jug.* 13. In duas partes discedunt Nunuidæ: plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum

belli' meliores. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 49. Non prælio, non adversis e' castris, sed iisdem e' cubilibus, quos simul vescentes dies, simul quietos non habuerat, discedunt in partes, ingerunt tela. *Id. ibid.* 34. Ad-  
sistente coitionem, quia permitta videbatur, dis-  
cedere in manipulos jubet. *Nepos Eumen.* 8. Hi-  
berna sumperant non ad usum bellii, sed ad ipsorum luturiam, longeque inter se discesserant. *Id. Datam.* 11. Hic quum aliquandiu in colloquio fuis-  
set, et diversi discesserant, etc. — *b)* De rebus inaniis. *Lucet.* 3. 437. Et nebula ar fumus quo-  
niam discessit in auras etc. *paullo* post est dissolvi.  
Addo *eund.* 2. 832. Similiter *Id.* 3. 401. anima dis-  
cedit in auras. Et gelidos artus in leti frigore lin-  
quit. *Id.* 2. 711. cibis ex omnibus intus in artus Corpora discedunt. *Cic.* 3. *Off.* 9. 38. Quum terra discessisset magnis quibusdam imbris, in illum biatum descenuit. *Id.* 1. *Divinat.* 43. 97. Quum cæ-  
lum discessisse visum est. Addo *eund.* *ibid.* 44. 99.; et *Senec.* 7. *Quæst. nat.* 20. Similiter *Virg.* 9. *Æn.* 20. medium video discedere cælum, Palantesque polo stellas. Sequor omnia tanta. *Lucan.* 6. 380. di-  
scedit vomere sulcus. Poetica sunt illa *Virg.* 3. *G. 24.* Vel scæna ut versis discedat frontibus. *Val. Flacc.* 4. 644. maria ipsa repente Diffugere, adversosque vident discedere inontes. *Id.* 1. 284. dirimique pro-  
cul non æquore visa Cœperat a gemina discedere Sestos Abydo. *Justin.* 4. 1. 16. Credentibus (anti-  
quis), coeuntibus in se promotoriis, ac rursum dis-  
cedentibus, solida intercipi absümque navigia. *Sit.* *It.* 6. 37. faciem discedere terram. h. e. aperiri at-  
que hiscere ad homines sepeliendos. Huc referri pot-  
est et illud *Propert.* 2. 6. 7. citius paterer caput hoc  
discedere collo.

*II)* Translate. *Quintil.* 12. 10. 58. Altera est di-  
visio, que' in tres partes et ipsa discedit. *Id.* 3. 6.  
86. Hæc quatuor velut proposita — in duo genera  
discedunt. *Al. leg.* descendunt.

*B)* Discedere, quum particula vis præstat, est se-  
jungere vel separare se ab aliquo et in diversa abi-  
re. — *a)* Generatim. *Cic. Amic.* 20. 75. Et saepe  
incident magna res, ut discedendum sit ab amicis. *Cæs.* 1. *B. C.* 12. Diffusis municipi voluntati Ther-  
mus cohortes ex urbe educit ac profugit: milites in  
itinere ab eo discedunt ac domini revertuntur. *Id.* 3. *ibid.* 60. Discedere a nobis, et novam tentare for-  
tunam novasque experi' amicitias constituerunt. *Liv.* 43. 6. Discedere a Perseo. *Nepos Alcibi.* 8. Ab  
hoc discedens Alcibiades etc. Cf. *eund.* *ibid.* 10.  
*Horat.* 1. *Ep.* 7. 25. Quod si me noles usquam dis-  
cedere, etc. *V. integrum locum.* — Et passive im-  
personaliter. *Tac.* 6. *Ann.* 44. Fugæ specie disces-  
sum: — donec Tiridates cum paucis in Suriam rever-  
tus pudore præditionis omnes exsolvit. — *b)* Speciati discedere dicitur utror, que' a viro sejungitur  
seu divortium facit. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 6. 1.  
Inter postulationem et nominis delationem utror a  
Dolabella discessit. Cf. *Val. Flacc.* 7. 107. Visus et  
heu miseræ tunc pulchrior hospes amanti Discedens.

*C)* Discedere, quum vis verbi cedere præstat, si-  
gnificat ab uno loco abire, proficisci.

*I)* Proprie. — *1.* Generatim. — *1.)* Cum addito, a quo quis discedit — *a)* Per Ablat. et præpos. ab. *Plaut. Asin.* 3. 3. 13. Næ iste hercle ab ista non pedem discedat, si licet, qui nunc festi-  
nat atque ab hac minatur sese abire. *Cic.* 6. *Ferr.* 15. 33. Pueri Sisennæ ab argento digitum non dis-  
cedere. *Id.* 7. *Att.* 2. ad *fin.* Chrysippus discessit a  
puero, insciante nie. *Id.* 7. *Att.* 21. Eo die Capua  
discessi. *Cæs.* 4. *B. G.* 12. Discedere a Cæsare. *Id.* 7. *ibid.* 9. ; *Nepos Datam.* 5. et *Sueton. Cæs.* 29.  
ab exercitu. *Cæs.* 5. *B. G.* 3. ab suis. *Id.* 5. *ibid.* 8.  
a littore. *Id.* 3. *B. C.* 37. a vallo. *Id.* 5. *B. G.* 1.  
ab hibernis. *Nepos Dion.* 9. a foribus. *Quintil.* 3.  
11. 9. ab urbe. Addo *Justin.* 29. 5. 1. — Et passive im-  
personaliter. *Cæs.* 7. *B. G.* 2. Ab concilio discedi-  
tur. — *b)* Per Ablat. et præpos. e vel ex. *Cic.* 8.  
*Phil.* 7. 21. Ille et Gallia non discessisse. *Cæs.* 2.  
*B. C.* 33. ex contione. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 85. e pa-  
tria. *Al. leg.* a patria. *Sueton. Cæs.* 1. e medio. h.  
e. ex urbe, seu civium aspernum vitare. Addo *Am-*  
*mian.* 14. 6. med. — *c)* Raro per Ablat. et præpos.  
de. *Cic.* 6. *Ferr.* 65. 147. De foro, quum iam  
adverseraretur, discessimus. — Et passive imperso-  
naliter. *Liv.* 32. 10. De colloquio discessum. — *d)*  
Per Ablativum sine uila præpos. *Ovid.* 1. *Met.* 381.  
discedere templo. *Id.* 1. *Trist.* 3. 5. inibus Auso-

nia. Sic *Sil. It.* 7. 93. signis. Et *Id.* 3. 88. periclis.

— *e)* Per Adverbia. *Ovid.* 4. *Fast.* 365. procul  
hinc discedite. — *2.)* Absolute. *Cæs.* 1. *B. G.* 39.  
Petebat, ut ejus voluntate discedere licet. *Id.* 2.  
*B. C.* 14. Meridiano tempore, quum alius discessis-  
set, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti  
se dedisset, etc. *Virg.* 10. *Æn.* 246. et dextra dis-  
cedens impulit altani Puppim. Addo *Cic.* 6. de repub.  
26.; et *Horat.* 1. *Sat.* 9. 8. — *3.)* Cum addito lo-  
co, ad quem quis discedit — *a)* Per Accus. sine  
ulla præpos. ratione habita nominum. *Cæs.* 5. *B. G.*  
7. et 1. *B. C.* 13. ex castris domum. *Nepos The-  
mist.* 4. domos suas. *Tac.* 6. *Ann.* 20. Capras. —  
*b)* Per Accus. et præpos. in. *Cæs.* 1. *B. C.* 83. Inde  
utrique in castra discedunt. *Sall. Jug.* 54. in colles.  
Cf. *eund.* *ibid.* 56. *Cæs.* 7. *B. G.* 88. in civitates.  
*Id.* 5. *ibid.* 1. in Italianum. — *c)* Per Accus. et præ-  
pos. ad. *Virg.* 12. *Æn.* 184. Convenit Euandri vi-  
etos discedere ad urbem. Sic *Amian.* 14. 6. ad  
tranquilliora vita. *Id.* 25. 5. ad Persas. h. e. ad Per-  
sarum partes transire. *Curt.* 4. 13. 20. ad oppri-  
enda impedimenta. — *d)* Cum Supino. *Cic.* 6. de re-  
publ. 10. Discedere cubitum. ¶ 2. Speciatim in re  
militari discedere est castra movere, una cum exer-  
citu abire atque alio proficisci. — *a)* Cum additis. *Cæs.* 7. *B. G.* 43. Consilia inibat, quemadmodum  
ab Gergovia discederet, ac rursus omnem exercitum  
contraferret. *Sall. Jug.* 61. ab Zama. *Cæs.* 2. *B. C.*  
1. Tarracone. *Id.* 3. *ibid.* 24. a Brundisio. *Nepos Chabr.* 2. inde. *Id. Themist.* 3. ab Artemisio. *Cæs.* 3. *B. C.* 44. a mari. *Id.* 5. *B. G.* 28. ex hibernis.  
*Id.* 3. *B. C.* 30. ex eo loco. — *b)* Absolute. *Cæs.* 6. *B. G.* 35. Quibus in locis sit Cæsar, ex capti-  
vis quærunt: profectum longius reperiunt, omnineque  
exercitum discessisse cognoscunt. Addo *eund.* 6.  
*ibid.* 33. et 5. *ibid.* 58.; *Nepot. Datam.* 5.; et *Auct.*  
*B. G.* 8. 49. ¶ 3. Item speciatim in re militari dis-  
cedere ab armis est bell'i finem facere, arma depo-  
nere. *Cæs.* 5. *B. G.* 41. Non esse consuetudinem po-  
puli Romani ullam accipere ab boste armato conditionem: si ab armis discedere velint, se adjutore ut-  
tantur, legatosque ad Cesarem mittant. *Id.* 3. *B. C.* 10. Debere utrumque (h. e. Cæsarem et Pompejum)  
pertinaciam finem facere et ab armis discedere, neque  
amplius fortunam periclitari. Addo *Cic.* 8. *Phil.* 11.  
33.; *Liv.* 9. 14.; *Sall. Cat.* 34. et 36.; et *Justin.* 6.  
6. 1. — Passive impersonaliter. *Cæs.* 1. *B. C.* 26.  
Ut æquis conditionibus ab armis discedatur. — Si-  
militer discedere ab signis est signa deserere, pro-  
fugere. *Cæs.* 5. *B. G.* 16. Propter gravitatem armo-  
rum, quod neque insequi cedentes possent, neque ab  
signis discedere auderent. Addo *eund.* 1. *B. C.* 44.;  
et *Liv.* 25. 20. Eodem sensu *Frontin.* 1. *Strateg.*  
3. 3. Discedere ab ordinibus signis. Et *Liv.* 3.  
17. a statione. ¶ 4. Denique in re militari dis-  
cedere est etiam a pugna desistere vel abire, quod se-  
re additis innoteſcit; et occurrit — *a)* Simpliciter  
pro a pugna desistere vel abire. *Nepos Miltiad.* 7.  
Accusus ergo præditionis, quod, quum Parum ex-  
pugnare posset, a rege corruptus, infectis rebus a  
pugna discessisset. *Id. Themist.* 3. Pari prælio dis-  
cedere. *Liv.* 2. 40.; et *Justin.* 3. 6. 9. æquo Marte.  
*Cæs.* 3. *B. C.* 112. æquo prælio. *Sall. Cat.* 39. æ-  
qua manu. *Cæs.* 3. *B. C.* 46. sine detimento. — Et  
passive impersonaliter. *Justin.* 6. 7. 12. A prælio disceditur. — *b)* Interdum cum addito adjectivo  
discedere dicitur, qui prælio confecto quidquam aut  
obtinuit, aut perdidit; adeoque discedere pro esse  
poni videtur. *Sall. Cat.* 49. Discedere victimum. *Id.* 61. vulneratum. (Cf. *eund.* *Jug.* 110. Repul-  
sus abibis.) *Id. Cat.* 39. superiore. *Cæs.* 3. *B. C.* 47. victorem. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 37. victorem ab he-  
ste. Cf. *Nepot. Eumen.* 10. — *c)* Hinc extra rem  
militarem, præcipue in re forensi. — Cum *Adjectivi-*  
*Nepos Phoc.* 2. Ab eodem in judiciis, quum ca-  
pitis causam dicere, defensus aliquoties, liberatus  
discesserat. *Cic. Cæc.* 1. 2. Se, quo impudentius  
egrit, hoc superiore discessurum. *Id. Brut.* 64.  
229. Eorum, qui affuerunt, judicio discessit probata-  
tus. *Id.* 6. *Ferr.* 30. 68. Si istius hæc tanta injuria  
impanita discesserit. Cf. *eund.* 4. *Fin.* 19. 52. Hæc  
qui audierit, discedet tamen nihil firmior, quam  
venerat. Et *Curt.* 4. 4. 2. Ceterum tam discedere ir-  
ritum, quam morari pudebat. — Cum *Adverbii.*  
*Plaut. Stich.* 2. 2. 70. Hercules sane, qui deus sis,  
discessisse non male. *Ter. Phorm.* 3. 8. 58. Satin'  
tibi est? p. Inimo vero palere discedo et probe. —

Gum adverbialibus locutionibus. Cic. 2. Att. 21. in fin. Spero nos aut certe cum summa gloria, aut sine molestia etiam discessuros. Neps Epam. 8. extr. Sic a judicio capitis matina discessit gloria. — Absolute. Cic. 2. Att. 16. sub fin. Si possum discedere, ne causa optima in senatu pereat, ego satisfaciam publicanis.

II.) Translate. — a) Generatim ab aliqua re discedere est eam descrever, ab ea removeri. Accius apud Cic. 13. Att. 20. In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unquam non oportet discedere. Cic. 3. Off. 20. 79. Discedere a fide justitiae. Id. 1. ibid. 20. 67. nihil a naturae statu, nihil a dignitate sapientis. Id. 2. Divinat. 55. 114. Magnitudine timoris a constantia atque a mente atque a se discedere. Adde eund. 5. Fin. 11. 33. et Brut. 79. 273. Id. Fontej. 1. 2. A consuetudine et cautione et diligentie longe discedere. Cf. Cœs. 1. B. C. 2. a sua sententia. (Apud Cic. 4. Fin. 19. 52. pro discedere de sententiis plerique rectius leg. decedere). Cœs. 2. B. C. 31. ab oppugnatione castrorum. Cic. 2. Orat. 33. 144. a judiciis cauisque. Id. Orat. 19. 65. a re. Quintil. 12. 2. 26. a suscepta persuasione. Adde eund. 8. 6. 23. et 28. Id. 12. 2. 14. a cavillatione. Colum. 3. R. R. 2. 30. a qualitate. Tac. 1. Ann. 43. a contactu. — Passive impersonaliter. Ter. Phorm. 5. 2. 8. Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat. Cic. 9. Fam. 16. Omnia sunt incerta, quum a jure discessum est. — Huc pertinent et illa Plin. 11. Hist. nat. 23. 27. (78). In tantum discessere mores a locrica gerenda, ut oneri sit etiam vestis. Tac. Agric. 21. Paullatum discessum in delimitatione vitorum, porticus, balnea. — b) Speciatim discedere in sententiam alicuius est verbum curiae, et significat in alicuius senatoris sententiam ire, alia relicta. Unde et discessionem facere eodem sensu, et discedere in alia omnia, h. e. alias omnes amplecti sententias praeter eas, quæ dicta ab aliquo est. Mos enim fuit, ut, quum nimis longum esset singulorum senatorum sententias audire, duabus tribus dictis, reliqui a subsellis suis discedentes, in iliorum, quorum sententiae assentientur, subsellia transirent. Liv. 3. 41. et 28. 45. V. PEDARIUS. Similiter Cœs. 1. B. C. 5. Dicurrit ad istud extremum atque ultimum SC., quo (h. e. ad quod), nisi pœnæ in ipso urbis incendio atque desperatione omnium salutis, — numquam ante discessum est: Dent operam consules, — ne quid resp. detrimenti capiat. Cic. 6. Fam. 14. Ex oratione Cœsari in hanc opinionem discessi, ut mibi salus tua dubia non esset. — Contra dissentire, discedere apud Plin. Paneg. 76. Interrogavit quisque quod placuit: dissentire, discedere et copiam judicii sui respublicae facere, lutum fuit. V. integrum locum. — c) Item speciatim et eleganter discedere ab aliquo ponitur pro recipere. Cic. 1. Fam. 9. Sic enim te existimare velim, quum a vobis salutis meæ auctoribus discesserim, neminem esse, cuius officiis me esse devinctum constear. h. e. exceptis robis etc. Id. 1. Att. 17. 5. Amoris erga mo, quum a fraterno amore domestico discessi, primas defer. Adde eund. 6. Fam. 12. et 1. Orat. 43. 191. — d) Item ponitur interdum præcipue de abstractis pro cessare. Cic. 8. Att. 6. Modo audi vi quartanam (scil. febrem) a te discessisse. Similiter Id. 6. de republ. 9. Numquam ex animo meo discedit illius optimi viri memoria. Liv. 4. 52. Præterquam ab morbo aponaque, nihil eo biennio intestini externi incommodi fuit. At ubi haec sollicitudines discessere, etc. Justin. præfat. 6. Sufficit enim mihi in hoc tempore judicium tuum, apud posteros, quum obrectationis invidia discesserit, industria testimonium hab' tu. Al. leg. decresserit. Cœs. 2. B. G. 7. Et Remis cum spe defensionis stadium propugnandi accessit, et hostibus eadem de causa spes potundi oppidi discessit. V. Herzog ad h. l. — e) Pro decedere e vita, h. e. mori, occurrit quidem cum additis apud Cic. Senect. 23. 84. Ex vita, tamquam ex hospitio discedere. Et apud eund. 1. Tusc. 34. 84. et 2. Fam. 2. A vita discedere. In hoc tamen postremo loco al. leg. e vita decedere. Absolute vero Ammian. 29. 5. Dilatato vulneris hiatus discessit.

## DISCENS, entis. V. DISCO.

DISCENTIA, æ, f. 1. actio discedendi. Tertull. 4. n. 24. Discentias reminiscuntur fiant. Adde eund. ibid. 23.

DISCEPΤATIΟ, ònis, f. 3. disputatio, contentio, lis, causa (It. disputa, contesa; Fr. dispute en pa roles, discussion, débat, contestation; Hisp. disputa, contienda, debate; Germ. der Streit mit Wörtern, Wortstreit, d. Discussion; Angl. a disputation, debate, discourse, contending, reasoning). Occurrit ¶ 1. Generatim. — a) Absolute. Cic. 2. Divinat. 72. 150. Cum quibus omnis sere nobis disceptatio contentioque est. Id. Dejot. 2. 5. Tantam causam, quanta nulla unquam in disceptatione versata est. Adde eund. 2. leg. Agr. 21. 57. Liv. 38. 32. Magna ibi non disceptatio modo, sed etiam alteratio fuit. Id. 38. 13. Disceptationem discutere. Adde eund. 32. 40. 37. 36. 41. 22. et 21. 31. Quintil. 7. 5. 2. Duplex ejus disceptationis conditio. Sidon. 2. Ep. 7. In disceptationem venire. — b) Cum addito Adjectivo. Quintil. 7. 4. 31. Domestica disceptatio. Id. 5. 11. 44. Præsens disceptatio. Gell. 20. 5. Disceptationes dialecticas. Adde Ammian. 15. 5. — c) Cum Genitivo. Cic. Flacc. 10. 24. Disceptatio et cognitio veritatis. h. e. disceptatio instituta ad veritatem investigandam. Id. 1. Orat. 6. 22. Forenses disceptationes judiciorum aut deliberationum. Sic Quintil. 2. 4. 24. Disceptatio judiciorum. Id. 3. 6. 82. Neque ulla juris disceptatio, nisi finitione, qualitate, conjectura potest explicari. Liv. 21. 19. Disceptatio verborum. — d) Disceptatio est etiam judicatio, h. e. quæstio, qua oritur ex ratione rei, et confirmatione accusatoris. Cic. Partit. orat. 30. 104. V. JUDICATIO. ¶ 2. Speciatim apud Ictos est cognitione, judicium. Ulp. Dig. 2. 15. 8. § 24. Haec omnia habent disceptationem pretoris. Quintil. 11. 1. 43. Nec eodem sono publica judicia et arbitrorum disceptationes aguntur.

DISCEPΤAΙUNCULA, æ, f. 1. diminut. a disceptatio. Gell. præfat. sub fin. Tempus ad colligendas memoriarum disceptatiunculas conferre. Alii aliter leg.

DISCEPΤATOR, òris, m. 3. qui de re, de qua disceptatur, sententiam fert. Cic. 3. Legg. 3. 8. Juris disceptator, qui privata judicet, judicarique jubeat, prætor esto. Id. Partit. orat. 3. 10. Aut auscultator est qui audit, aut disceptator, id est rei sententiae moderator. Id. Cœl. 15. 35. Severissimi disceptatores. Id. 13. Fam. 26. 2. Ut omibus in rebus, quæ in aliquam controversiam vorarentur, te arbitrio, et, quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur. h. e. ut tu suas controversias cognosceres, non ad alium rejiceres. Adde eund. 3. de republ. 2. Liv. 35. 45. Reconciliatore paris, et disceptatore de iis, quæ in controversia cum populo Romano essent, utendum censebat. Cf. Val. Max. 2. 10. n. 4. Disceptator de pace. Russus Liv. 1. 50. Disceptator sumptus inter patrem et filium. Quintil. 11. 1. 144. Dicere de re aliqua apud disceptatorem. Adde Cœs. 7. B. G. 37.; Liv. 9. 23. et 42. 42.; Quintil. 9. 4. 132.; et Tac. 16. Ann. 22. Id. Tac. 14. ibid. 18. Disceptator agrorum.

DISCEPΤATRIX, icis, f. 3. que disceptat, judit. I.) Proprie. Cic. 4. scad. (2. pr.) 28. 91. Dialecticam inventam esse dicitis veri et falsi quasi disceptatricem et judicem.

II.) Translate. Læmid. Commod. 5. Cum trecentis puberibus excolitis, quos æque ex plebe ac nobilitate nuptiisque, forma disceptatrix, collegat, in Palatio per convivia et balneas banchabatur.

DISCEPΤO, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (Vis et capto, quod a capio). Part. Disceptans 1.; Disceptaturus II. a. — Disceptare ad literam est eos, qui item inter se agunt, sejungere; ideoque proprie est verbum judiciale, quod significat pensatis utriusque partis rationibus cognoscere, judicare (It. giudicare, decidere, dar sentenza; Fr. décider, juger un process; Hisp. decidir, juzgar, sentenciar; Germ. eine Rechssache entscheiden; Angl. to judge, decide, determine).

I.) Proprie. — a) Stricto sensu. Liv. 11. 20. Sel la eburnea posita jus dicebat disceptabatque controversias. Adde eund. 38. 38. Cic. Dejot. 2. 6. Hanc, C. Cœsar, causam si in foro agerem, eodem audiuerit et disceptante te. Id. Mil. 9. 23. Et electi judices, et isti præpositus questioni, qui haec juste sapienterque disceptet. Id. 2. Legg. 9. 21. Feriales bella disceptant, h. e. cognoscant de justitia, aut injuria bellorum suscipiendorum. Liv. 34. 62. 15. Missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginensem

et regem in re præsenti disceptarent. Adde eund. 1. 50. et 39. 24.; Plin. 7. Ep. 15.; et Ammian. 15. 7. — b) Generatim. Cic. 4. Tusc. 3. 6. Quam Academic Stoicorum controversias disceptarent. V. Künck ad h. l.

II.) Translate de litigantium partibus ponitur pro disceptare, contendere: V. Herzog ad Sall. Cat. 5. (unde Foss. disceptare, inquit, est a dis et capio, quia utraque contendentium pars aliquid capiat ad sui defensionem). Hoc sensu occurrit — a) Cum Ablat. rei et præpos. de. Sall. Jug. 21. Velle et censere, eos ab armis discedere, de controversiis suis jure potius, quam bello disceptare. Sic Cœs. 3. B. C. 107. Ostendit sibi placere —, de controversiis jure apud se potius, quam inter se armis, disceptare. Cic. 4. Fam. 14. Disceptare armis de jure publico. Liv. 21. 19. Disceptare de fœderum jure. Cœs. 7. B. G. 37. Edui de legibus ad Cœsarem disceptaturi. Sall. Jug. 11. Disceptare de runctis negotiis Inter se. Cic. Balb. 28. 64. de crimine. Liv. 21. 19. de jure verbis. Cic. Brut. 85. 292. de sapientia. Liv. 34. 62. 5. de jure vestigialium. — Et passive impersonaliter. Cic. 6. Fam. 1. 5. Dolebamque pilis et gladiis, non consiliis et auctoritatibus nostris de jure publico disceptari. Cœs. 1. B. C. 24. Quum per alios conditiones ferantur, ac si coram de omnibus conditionibus disceptetur. Liv. 34. 62. 8. De agro deinde cum regis legatis disceptari ceptum. — b) Cum Accusativo rei et præpos. ob. Tac. 6. Ann. 5. Cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat. — c) Cum Genitivo rei. Callistrat. Dig. 48. 19. 28. ad fin. Disceptari damni, supple actione de damno, ut surti agere. — d) Cum Accusativo personæ et præpos. ad. Liv. 8. 23. Quum Romanus legatus ad disceptandum eos ad communes socios atque amicos vocaret, etc. h. e. apud communis socios. Sic Id. 38. 35. Ad consulem inter Archæos Lacedæmoniosque disceptatum est, ubi tamen vulgo editur apud consulem. Ita ad prætorem reus fieri, accusari scipius occurrit apud Liv. — e) Absolute. Cic. 4. Verr. 15. 38. Disceptare æquo jure cum aliquo. Id. Planc. 36. 87. Sed erat nou jure, non legibus, non disceptando decertandum: armis fuit dimicandum. Auct. B. G. 8. 55. Disceptare jure potius quam bellum gerere. Tac. 2. Ann. 65. armis. Adde Sueton. Aug. 54. et 93.; et Quintil. 12. 7. 6. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (23). Tarracone disceptant populi XIII. h. e. eo conveniunt ad jura petenda et iudicio experientum. Sic Id. 5. ibid. 29. 29. (109). Longinquiores eodem disceptant furo Orthronenses, Alindenses etc. — Et passive impersonaliter. Liv. 26. 33. Inter Marcellum Siculolesque disceptatum fuerat. — f) De rebus. Cic. 10. Fam. 10. Quamquam in uno prælio omnis fortuna respublice discepit.

DISCERNENTER, adverb. cum discriminé. Cœl. 1. aurel. 1. Tard. 4. n. 81. Alii vero discernente a junt hoc adjutori genis sic adhibendum etc.

DISCERNIMILLIS, adj. qui discerni potest. Iustini. Enchir. 90. Et in effigie sua cujusque proprietas et discernibilis similitudo servetur.

DISCERNICULUM, i, n. 2. a discerno,

I.) Proprie est arca que capillos mulierum ante frontem dividit. Lucilius apud Non. p. 35. 31. Merc. Euplocamo digitos, discerniculumque capillo. Varro 5. L. L. 120. Müll. Discerniculum quo discernitur capillus.

II.) Translate est discernen. Cell. 17. 15. Duas species bellchori esse, discerniculo coloris insignes, candidi et nigri.

DISCERNO, cernis, cr̄vi, cr̄tum, cernere, a. 3. (dis et cerno). Part. Discernens I.; Discrētus I. et II.; Discrētus II.; Discernendus II. — Discernere est rem unam ab alia separare, dividere (It. separare, dividere; Fr. séparer, diviser, distinguer; Hisp. separar, apartar una cosa de otra; Germ. verschiedene Dinge von einander sondern, scheiden, dñher absondern, trennen, scheiden; Angl. to separate, divide).

I.) Proprie. Varro 2. R. R. 7. 10. Inter singulas (equas) a præsepiibus interjeccere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Sall. Jug. 79. Mons, qui fines eorum discerneret. Virg. 12. En. 898. Limes agro positus, item ut disceraeret arvis. h. e. ut arva separando, lites dirimeret. (Absolute Neñesian. Ecl. 1. 52. ruricolum discernere lites. h. e. dirimere et compone). Plin. 1. Ep. 8. sub fin. Quin piebem ipsam limine curia parieti-

busque discreverim. Alter *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (116). Ana fluvius, quo Lusitaniam a Baetica discrevimus. *Id.* 13. *Ibid.* 4. 7. (33). Multis liguum hoc a carbibus discernuntur tunicis. *Ammian.* 29. 5. Manibus repens et pedibus longius sese discrevit. *Liv.* 34. 51. Omnia discrimina talia, quibus ordinis discernentur, et concordia et libertatis eque minuenda esse. *Tac.* 1. *Ann.* 34. Jubet — vexilla praeserri; ut id salem discernet cohortes. *Claudian.* VI. *Cons. Honor.* 364. Spatii discernens gaudia parvis. *Cels.* 7. 3. Sed ut haec ipsa fortuna huc illeve discernit, sic medici partium est erit ad reperiendam sanitatem. h. e. dividit et alia in aliis leviti distribuit. — Hoc sensu occurrit praecipue Part. praeter pass. *Liv.* 29. 39. ad fin. Due urbes magno inter se mari terrarumque spatio discrete. *Curi.* 4. 11. 13. Terræ ingeni spatio intervalloque discrete. V. *Müttzell.* ad h. 1. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 11. 8. (50). Sol tanto discretus intervallo. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 16. 30. (103). et 13. 27. (92). et 2. *ibid.* 6. 4. (12); et *Ammian.* 19. 11. et 14. 8. Rursus *Plin.* 5. *Hist. nat.* 14. 15. (70). Peræa a ceteris Judæis Jordane amne discreta. *Stat.* 5. *Theb.* 539. satum, quo discretus ager. *Plin.* 4. *Ep.* 19. Eadem (uxor), si quando rectio, in proximo, discreta velo, sedet. *Ovid.* 5. *Met.* 324. septem discretus in ostia Nilus. Sic *Quintil.* 6. 1. 1. Partitio est singulorum in partes discretus ordo. *Plin.* 2. *Ep.* 6. Quæ cum sint turpissima discreta ac separata, turpus junguntur. *Id. Paneg.* 32. Discretis bonis omnium. *Lucret.* 5. 1440. Et divisa colebatur discretaque tellus. *Horat.* 2. *Od.* 13. 23. Sedes discreta piorum. *Ovid.* 2. *Fast.* 194. discretas insula rumpit aquas. *Tac.* 13. *Ann.* 41. Quod monibus eingebatur, ita atra nube coopertum fuligibusque discretum est, ut etc. *Id.* 3. *Hist.* 27. Mox vallum portasque legionibus attribuit, ut discretus labor fortes ignavosque distingueret. *Sueton.* *Gramm.* 4. Jam discreti professionibus. h. e. grammaticorum et rhetorum. *Ammian.* 17. 12. Discretum consortium. — Etiam de hominibus. *Curi.* 10. 10. 7. Regis ministri — a ceteris sui quisque imperii regione discreti. Adde *eumd.* 10. 9. 18. *Val. Flacc.* 7. 12. Quos ego cur iterum demens iterumque recordor, Tam magno discreta mari. *Tac. Germ.* 16. Nullas Germanorum populis urbes habilitari satis notum est; ne pati quidem inter se junetas sedes. Culunt discreti ac diversi. Cf. *Ammian.* 14. 9. Miles que semper et militum duxor, sed forensibus juriis longe discretus.

II.) Figurare est rem unam ab alia internoscere, distinguere, dijudicare: quo sensu sæpe refertur ad animum; et occurrit — a) Cum Accusativo duarum rerum, quæ internoscuntur. *Cic.* 5. *Tusc.* 39. 114. Democritus, luminibus amissis, alba et alia discernere non poterat. *Horat.* 1. *Od.* 18. 10. Fas atque nefas erigo fine discernere. *Liv.* 40. 10. insidiaterem et petitum injuriis. *Quintil.* 2. 2. 11. probanda atque improbanda. *Tac.* 2. *Ann.* 66. Jus et injuriam discreturi. — b) Cum Accus. unius rei, et Ablat. alterius cum præpos. ab. *Cic.* 5. *Ica.* (2. pr.) 8. 25. Quod fieri non potest, si id, quod visum erit, discerni non poterit a falso. *Id. Fonte.* 6. 13. Stultum auditorem a sapienti judice discernere. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 23. (63). Panthers a pandis solo candore discernunt. *Quintil.* 8. 6. 35. Distinguendum est hoc a ceteris. *Id.* 1. 4. 6. Consonantes a vocalibus discernunt. *Ammian.* 14. 7. ad fin. Nec discernente a societate noctiorum insones. Cf. *Pauzin.* *Nolom.* *cavm.* 23. 204. inter iniquos Condemnatus (Christus) obit, nos ut discernat iniquis. — c) Cum addito Ablativo modi. *Quintil.* 2. 4. 39. Utilitas interim natura discernitur, interim tempore. *Id.* 10. 2. 10. Res simplicissimæ, quæque parres maxime videantur, utique discriminare aliquo discernantur. *Id.* 11. 2. 13. Ut membra — nullæ notæ possent discernere. Adde *eumd.* 8. 3. 18., 9. 3. 65. et alibi. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 18. (46). Discernere aliud visu. *Id.* 33. *Ibid.* 2. 7. (31). Decuriae pluribus discreta nominibus. *Filtrov.* 5. 8. sub fin. Vox ingreditur ad aures discreta verborum claritate. Sic per Adverbium *Lucret.* 4. 556. verba quoque ipsa plane exaudiri discernique articulatum. — Huc referri potest et poetum illud *Virg.* 4. *En.* 284. et teuui telas disreverat auro. h. e. distinxeral, ornaverat, aurum telæ intexendo. Item illud *Calpurn.* *Eccl.* 2. 27. Nec mora, discernunt digitis: prior incipit Idas h. e. digitorum sorte dijudicant, qui pri-

mus logui debeant: nisi forte pro discernant legendum sit discernunt. — d) Absolute. *Cic.* *Sext.* 34. 74. Ne, tanta multitudine confusa, nec moderari, nec discernere suos — possent. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 19. (45). Nec facile discernuntur in fronde etiam a peritis. *Tac.* 2. *Ann.* 83. Neque enim eloquentiam fortuna discerni. *Quintil.* 3. 8. 3. Apud impertos haec discernenda sunt. Adde *eumd.* 8. 3. 11. — e) Seconde Conjunctivo. — Cum Relativis. *Cic.* 8. 3. Animus discernit, quid sit ejusdem generis et alterius, et cetera dijudicat. *Liv.* 7. 9. Praeterea occupando ponte crebra erant; nec qui potirentur, incertis viribus, satis discerni poterat. Adde *eumd.* 21. 4. *Quintil.* 2. 8. 3. Discernat, cui sit quisque certamini preparandus. *Ces.* 1. *E.* C. 35. Neque sui iudicii esse discernere, uira pars justiorum habeat causam. — Cum parti. *utrum* — *an.* *Sall. Cat.* 25. Pecunia, an famæ minus parceret, haud facile discernentes. *Sueton.* *Cal.* 25. Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenerit, non est facile discernere. *Tac.* 3. *Hist.* 28. Flormine id ingenium; ut Messala tradit, an potior auctor sit C. Plinius qui Antonium incusat, haud facile discernere. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (133). Non satis discernitur, an etc. — Et omissa dubitandi particula. *Liv.* 8. 34. ad fin. Neque discernuntur, interdiu nocte, æquo iniquo loco, jussu injussu imperatoris pugnant.

DISCERPO, pis, psi, ptum, pere, a. 2. (dis et carpo). Part. *Discerpitus* I. et II. 2.; *Discerpendus* I. — Discerpo est in diversas partes carpo, dilatio, diripio (It. *squaciare*, *sbranare*, *stracciare*; Fr. *déchirer*, *mettre en pièces*; Hisp. *desgarrar*, *rascar*; Germ. *zerplücken*, *zerstückeln*, *zerreissen*, *auseinanderplücken*; Angl. *to pluck or tear in pieces*, *rend*, *mangle*).

I.) Proprie occurrit — a) Cum Accusativo tantummodo rei, quæ discerpitur. *Lucret.* 4. 93. At contra, tenuis sunimi membrana coloris. Dum jacitur, nibil est, quod eam discerpere possit. *Cic.* 4. *Tusc.* 29. 71. Animus nec secerni, nec dividii, nec discarpa, nec distrahi potest. *Id.* 1. *Nat. D.* 11. 27. Pythagoras, qui censuit, nimum esse per naturam rerum omnium conuentem, et quo nostri animi carperantur, non vidit distinctione animalium discerpi et lacerari Deum. *Id. fragm.* apud *Augustin.* 3. *contra Acad.* 7. Quem incompatis unguibus bacthantes discerpant. Cf. *Virg.* 4. *G.* 522. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 86. Mazonomo pueri magno discarpa ferentes Membra gruis. *Liv.* 1. 16. Qui discerptum regem patrum manibus arguerent. *Curt.* 6. 11. Clamat discerpendum esse parricidam manibus eorum. *Sueton.* *Domit.* 15. Ut semiustum cadaver discerperent canes. Adde *eumd.* *Ces.* 17. et *S.*, *Cal.* 2. et 28., et *Ner.* 47.; *Flor.* 1. 1. 17., et *Ammian.* 14. 7. et 11. — b) Cum Accusativo et præpos. in dixit *Lucret.* 2. 828. in parvas partes discerptur aurum.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro dissipare, disjicere. *Virg.* 9. *En.* 312. Multa patri portanda dat mandata, sed aura Omnia discerpunt. *Catull.* 61. 142. Que cuncta aeris discerpunt irrita venti. ¶ 2. Per metaphoram pro dividere. *Cic.* *Topic.* 3. 28. Cum res, quæ proposita est, quæ si in membra discerptur. *Id.* 3. *Orat.* 6. 24. Quæ complicit tota nequeunt, haec facilius divisa et quasi discarpa correctant. ¶ 3. Speciatim. *Catull.* 66. 73. Discerpare aliquem dictis. h. e. maledictis proscindere, lacerare.

DISCERPTIM, adverb. disjuntem. *Boeth.* in *Aristot.* *libr. de interpr. edit.* pr. p. 260. Homo plurima significat, sed ita, si ea, quæ significantur, discerptum dicantur.

DISCERPTUS, a, um. ¶ DISCERPO.

DISCESSIO, Onis, f. 3. actus discedendi. ¶ 1. Stricto sensu est actus in duas diversas partes abscondi, adeoque partium discidium. — a) Generatum. *Gell.* 2. 12. Seditio et discessio populi in duas partes. — b) Speciatim est divertium. *Ter. Andr.* 3. 3. 36. Incommoditas hic omnis reddit, si eveniat, quod dñi prohibeant, discessio. ¶ 2. Latior sensu est discessus, abitus. *Tac.* 1. *Ann.* 30. Desolatus aliquorum discensione, necessitate prevenit. Similiter *Gell.* 14. 1. Stellarum innotus et vias et discensiones et cœtus intuentes. ¶ 3. Facere discessionem frequens est curia dictum, cum senatores alicuius sententiam secuti ex suis in ejus subsellio discedebant, ut in DISCEDO dictum est. *Gell.* 14. 7. Varro dicit, senatusconsultum fieri duobus modis, aut per

discessionem, si consentitur; aut si dubia res esset, per aliorum sententias exquisitas. *Cic.* *Sext.* 34. 74. Cum omnes certam alius alio gravius atque ornatus de mea salute dixisset, fieretque sine illa varietate discessio. *Id.* 14. *Phil.* 7. 21. Has in sententias meas si consules discessionem facere voluiscent, istis latronibus arma cecidissent. *Auct. B.* G. 8. 53. Sententiis dictis, discessionem faciente Marcello, senatus frequens in alia omnia transit. *Sueton.* *Tib.* 31. Cum senatusconsultum per discessionem forte fieret, transeunte eum in alteram partem secessus est nemo. Adde *Tac.* 6. *Ann.* 12. et 3. *Ibid.* 80. *Plin.* 9. *Ep.* 13. 20. Discessionem peragere. *Seneca Vita beat.* 2. Non est, quod mihi illud discessionum more respondeas; haec pars major esse videtur.

DISCESSUS, a, um. ¶ DISCEDO.

DISCESSUS, us, m. 4. discedendi actus: se duo præcipue significat, scilicet

A) Stricto sensu est hiatus, apertio: ¶ DISCEDO sub A. *Cic.* 2. *Divinat.* 28. 60. Terra frumentis, cœli discessus, lapideus imber etc. Cf. *eumd.* 1. *Tusc.* 29. 71. Est enim interitus quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, que ante interitum junctione aliqua tenebantur.

B) Quum verbi cedere vis eminet, ¶ 1. Generatum discessus est abiatio, recessio. — a) In singulari numero. *Cic.* 12. *Att.* 50. Ut me levaret tuus adventus, sic discessus affixit. Atticus apud *eumd.* 9. *Ibid.* 10. a med. Subitus discessus et præcepit prefatio. Rursus *Cic.* *Senect.* 23. 84. Existimans non longinquus inter nos digressum et discessum fore. *Id.* 5. *Phil.* 11. 30. Discessus latronis. *Ces.* 7. *B.* G. 5. legatorum. *Justin.* 2. 11. 1. Xersis. *Id.* 23. 2. 7. suus. *Virg.* 5. *En.* 215. Discessu fugitives. *Cic.* 8. *Att.* 3. Discessus ab urbe. *Id.* 1. *Divinat.* 23. 47. e. vita. — b) In plurali numero. *Cic.* 2. *Nat. D.* 7. 19. Solis accessus discessusque solstitialis brumisque cognosci. ¶ 2. Speciatim in re militari est receptus, sive actus recipiendi et subducendi exercitum ex aliquo loco. *Ces.* 5. *B.* G. 53. in fin. Sed, nuncio allato de victoria Cæsar, (Gallorum copias) discessisse, adeo ut fuga similes discessus videretur. Adde *eumd.* 4. *Ibid.* 4. et 7. *Ibid.* 41; *Frontin.* 1. *Strateg.* 5. 25; et *Tac.* 2. *Ann.* 44. ¶ 3. Item speciatim pro exilio. *Cic.* 2. *Legg.* 17. 42. Omnis tum perditorum civium scelere, discessu meo, religionum jura polluta sunt. Adde *eumd.* *Sext.* 29. 60. et *Dom.* 32. 85.; qui tamen unus discessum pro exilio usurpavit de se ipse locatas, ut ipse ab Urbe discessisse sponte sua, non exilio multatus videretur: ¶ Klotz ad *Cicer.* *Oration.* vol. 3. p. 959.

DISCELES, ei, m. 2. disyllab. δισκελός, genus come-tæ late rotundatis et disco similis. Nam δισκος discessus significat. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 22. (89).

DISCIBILIS, e, adject. Comp. DISCIBILITER. — Discibilis est qui discei potest. *Boeth.* in *Aristot.* *Categ.* 4. p. 201. Hujus philosophi (*Aristotelis*) sententia est virtutes non esse scientias, ut Socrates ait, neque, ut Stoici, naturaliter eas esse, sed discibilis, et per quamdam boni consuetudinem hominum mentibus inseri. *Id. de Syllog. categor.* 1. p. 580. Græci veteres priusquam ad res densa caligantes obscuritate venirent, quasi quadam intelligentie letatione præluduerunt, hinc per introductionem est facilior discibiliorque doctrine.

DISCIDIUM, d, n. 2. a discindo, ut excidium ab excido, est durarum vel plurium rerum ante inter se conjunctarum dilaceratio, direptio, atque adeo violenta separatio ac disjunction (It. *violenta separazione* e *disgiunzione*; Fr. *dichirement*, *divisione violente*; Hisp. *desgarro*, *violenta divisione*; Germ. *d. gewaltsame Trennung oder Zertheilung*; Angl. *a separation*, *d'sjunct'ion*).

I.) Proprie. — a) Absolute. *Lucret.* 3. 851. Sic ubi non erimus: ubi corporis atque animæ Discidium fuerit, quibus e sumus uniter apti. Adde *eumd.* 3. 343., 348. et 580. *Id.* 1. 220. Nulla vi foret usus enim, quæ partibus ejus (corporis) Discidium parere et nexus exsolvere posset. Adde *eumd.* 1. 250. — Sic concilia et discidia opponuntur apud *eumd.* 2. 119. Concilia et discidia exercita (corpora) crebris. — b) Cum Genitivo. *Lucret.* 6. 292. Tantus discidio nubis ventique procella Mittitur ardenti sonitus quum provolat ietu. *Solin.* 1. a med. Quum elata flumina vi terras rupissent, post discessum fluctuanti

inter plurima humi discidia corpus repertum etc. *Ammian.* 27. 4. Cui (*fretō*) undosius ab Euxino Ponto labenti, pergentique fluctibus reciprocis ad *Egaeum*, discidium pandit terrarum angustiūn. *Id.* 31. 4. Discidium maris. *Symmach.* 6. *Ep.* 70. Domi corruptorum parietum discidia sarcinuntur.

II.) Translate est discordia et dissensus animorum: qua significazione plerique pro *discidium* maiuerunt scribere *dissiditum*, quod a *dissideo* derivatum putabant; non tamen recte, ut jamdiu demonstraverat *Faeni* ad *Ter. Andr.* 4. 2. 14., cujus verba nemo animadvertisit, et ouper demonstrarunt *Madvig* et *Wesenberg* in *Excurs.* 11. ad *Cic. Fin.* p. 812. 815. ed. *Madvig*: itaque recentiores plerique omnes *dissiditum* tamquam monstruosum vocabulum rejecerant, et *discidium* ubique receperunt pro morali animorum disjunctione, quam agitur de civili societate, sanguinis vinculis, amicitia, ac præcipue de matrimonio et amore. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 59. Neque per *vipum* unquam a me oritur *discidium* in convivio. *Id. Pseud.* 1. 1. 68. Harum voluptatum omnium atque itidem tibi distractio, *discidium*, vastities venit. *Ter. Andr.* 4. 2. 14. Valeant qui inter nos discidium volunt. Adde *eumid. Hecyra.* 3. 5. 26. *Cic. i. Att.* 17. 7. Ut quod una non estis, non dissensione ac *discidio* vestro, sed voluntate ac judicio tuo factum esse videatur. Sic *Id. Sull.* 21. 60. Disjuncti, inquit, eos a colonis, ut hoc *discidio* ac dissensione facta, oppidum in sua potestate posset ac Pompejanos habere. *Id. i. Nat. D.* 16. 42. Deorum – odio præterea, discidia, discordias. *Id. Balb.* 13. 30. Nullam esse gentem – neque tam dissidentem a populo Romano odio quodam atque *discidio*, neque tam fide benevolentiaque conjunctam etc. Adde *eumid. i. Fin.* 13. 44. *Amic.* 8. 23., 2. *leg. Agr.* 6. 14. et *Cæl.* 13. 31. *Id. Ligar.* 6. 19. Hostile odium, civile *discidium*. *Id. Amic.* 21. 78. Ne qua amicorum *discidia* sunt. *Id. Client.* 67. 100. Divortia atque adhænitatum *discidia*. Cf. *Sueton. Domit.* 3. Utorem repudiavit: intraque breve tempus, impatiens *discidii*, reduxit. Adde *Cic. Dom.* 36. 96., 11. *Att.* 22. et 15. *ibid.* 29.; *Propriet.* 1. 11. 8. et 2. 24. 32.; *Ovid. 5. Met.* 530. et 14. *ibid.* 79.; *Tac. 2. Ann.* 86., 12. *ibid.* 2. et 46., et 14. *ibid.* 1. et 60.; et *Justin. 23. 2. Rursus Cic. 4. Att.* 1. 1. Eumdem te acerbissime *discidium* nostrum tulisse. *Id. 2. Phil.* 18. 45. Quod desiderium tui *discidii* ferre non posset. Et de philosophorum scholis *Id. 1. Acad. (post.)* 12. 43. Quod et qua de causa *discidium* factum sit. *Seneca Constant. Sap. 8. sub fin.* Locorum commutations, orbitates, *discidia*. *Liv. 25. 18. Ratus colloquium amicum ac familiare queri, manente memoria, etiam in *discidio* publicorum *federum*, privati juris, paulum a ceteris processit.*

**DISCIDO**, cids, cldere, a. 3. (dis et cedo) in diversas partes cedere, dividere. *Lucret.* 3. 658. Serpentis caudam procerò corpore, utrumque sit libellum in multis partes discidere ferro. *Vulgati libri* plerique haud recte *leg.* discindere. Sic *Id. 3. 663.* quapropter mortale utrumque putandum est, In multis quoniam partes disciditur æque. *Forcellinus* addit otium illud *Lucillii*: Zopyrion labias discidit utrumque secutus. A *Nonio* p. 210. 29. *Merc.* hic versus corrupte refertur.

**DISCINCTUS**, a, um. *V. DISCINGO.*

**DISCINDO**, scindis, scidi, scissum, scindere, a. 3. (dis et scido). *Discissus* pro *discidisset* legunt nonnulli apud *Sil. It.* 11. 455., ubi alii aliter. — De loco *Lucret.* 3. 678. *V. DISCIDO.* — Part. *Discindens I.*; *Discissus I.* et *II.*; *Discissurus I.*; *Discindendus II.* — Discindo est aperio, findo, dilacerō (It. aprire, fendere, squarciare, stracciare; Fr. déchirer, fendre, couper; Hisp. desgarar, rasgar, hender; Germ. aus-, von einandertheilen, reissen, zerspalten, zerreissen; Angl. to rive or cleave open, hew or cut asunder, rend in pieces, tear, cut).

I.) Proprie. *Lucret.* 6. 436. Quam (nubem) quum discidit, hinc prorumpitur in mare venti Vis. *Cato R. R.* 40. Salicem Græcam discindito. *Ter. Adelph.* 4. 2. 20. Istam psaltriam usque occidit: vide, ut discidit labrum. *Asper gramin.*, teste *Donato*, pœnitiam hic longam accipit a cœdendo. *Rursus Ter. Adelph.* 1. 2. 39. Fores effregit? restituentur: discidit vestem? resarcietur. Adde *eumid. Eun.* 4. 3. 4.; et *Sueton. Ner.* 42., *Cæs.* 84. et *Vitell.* 17. *Cic.*

neque ego discingor. h. e. non abjicio, non negligo, dilabi non patior. Hic *Cicer* loquitur de Cæsare, et fortasse per jocum tangere videtur laxorem, qua Cæsar uti solebat (*Sueton. Cæs.* 45.), cincturam. — Hinc *discinctus* est negligens, segnis, mollis, otiosus, dissolutus, luto diffusus, sive quia molles demissis discinctisque vestibus nli solent; strenui vero et industrii, quo sint ad opus paratores, succinctis: seu potius alludendo ad eos, qui ob segnitiam militiæ privatim. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 71. ubi se a vulgo et scæna in secreta remorant, Nugari cum illo et discincti ludere, donec Decoqueretur olus, soliti. h. e. otiosi atque omni cura liberi. *Forcellinus* hoc loco propria significazione accepit. *Id. Epod.* 1. 34. Discinctus nepos. *Ovid. 1. Art. am.* 421. Institor ad dominam veniet discinctus emacem. h. e. vestitus et ornamentorum muliebrium venditor, qui ideo discinctus dicitur, quia, ut matronis puellisque suas vestes divenderet, tunica molliter eleganterque dimissa esse solebat. *Pers.* 3. 31. Non pudet ad modum discincti vivere Nattæ? *Id. 4. 21.* Verna discinctus. *Seneca Ep.* 114. de *Mæcenate*. Non oratio ejus æque soluta est, quam ipse discinctus? *Id. Ep.* 92. in fin. Diserte Mæcenas ait: *Nec tumulū curro: sepelit natura relictos*. Alte cinctum putes dixisse: habuit enim ingenium et grande et virile, nisi illud secum discinxisset. h. e. molle et dissolutum reddidisset. *Ovid. 1. Amor.* 9. 41. Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus. ¶ 2. Ponitur etiam pro dissolvere. *Sil. It.* 7. 153. Discinctus ratione dolos fraudesque resolvit. h. e. detexit dissolvitque. Sunt qui malunt alter legi. *Sidon. 2. Ep.* 7. Obsecro, ut inter Afethium et Paulum, quæ veniunt in disceptationem, discingas. h. e. solvas, dirimas, dijudices. *Inscript. apud Gruter.* 361. 3. *TRA VICE QVI SACRA DISCINXIT JVRCIA JVDEX. Fragm. Cod. Theod.* 1. 16. 3. (edita a *Clossio*). Pandatur, quis judicium, et in quibus discingendis causis fidetem operam præstitit. *V. Zirardini, Leg. Novell.* p. 80.

**DISCIPILINA**, a, f. 1. Est syncope a *discipulina*; qua vox legitur in quadam nummo Hadriani apud *Eckhel. D. N. V. T.* 6. p. 503., ubi de disciplina militari sermo est: item in *Inscript. ann.* 1825. in ruinis Lororum in Italia reperta, et cum cl. *Furlanetto* communicata a *Mich. Aug. Macri. D. M. S. ALIMINA QVAE IN VITA SVA SVNIMAM DISCIPULINAM SERVAVIT VIXIT ANN. XXI. etc. Videtur autem vox composita a verbo *discere* et *plenus* a *pleo*. — Ceterum occurrit *A) Objective*, uti vulgo ajunt; et *B) Subjective*.*

*A) Objective*, uti vulgo ajunt, et quidem *L.) Proprie disciplina* est ratio vivendi et discendi, quæ *discipulis* traditur, institutio, educatio (It. *disciplina*, *institutione*, *scuola*, *educazione*; Fr. *instruction recue, apprentissage*, *éducation*, *discipline*, *école*; Hisp. *instrucción*, *educación*, *amaestramiento*, *disciplina*, *escuela*; Germ. d. *Unterricht*, *Lehrung*, d. *Unterricht*; Angl. *discipline*, *instruction*, *learning*, *education*). *Cic. pro leg. Manil.* 10. 28. E ludo atque pueritie disciplina. *Sic Cæs. 6. B. G.* 13. Ad hos (*Druidas*) magnus adolescentium numerus discipulos causa concurrit. *Id. ibid.* 14. Sua sponte multi in disciplinam convenient, et a propinquis parentibus mittuntur. *Magnus* ibi numerum versum ediscere dicuntur: itaque nonnulli annos vicenos in disciplina permanent. *Rursus Cic. 1. Divinat.* 41. 92. Tradere filium sicuti in disciplinam. *Id. 2. Phil.* 2. 3. Tradere se in disciplinam alicujus. *Id. 5. Verr.* 69. 161. In alicujus disciplina educatus. *Id. Cæl.* 17. 39. Dicit aliquis: Hæc est igitur tua disciplina? sic tu in instituis adolescentes? *Id. Brut.* 67. 236. Piso quidquid habuit, habuit ex disciplina. *Id. Orat.* 59. 200. Bona disciplina exercitatus. *Id. 4. de republ.* 3. Principio disciplinam puerilem ingenuis nullam certant aut destinatam legibus, aut publice expositam, aut unam omnium esse (*majores nostri*) voluerunt. *Id. 1. Fam.* 7. 11. Lentulum eximia spe sursum virtutis adolescentem quum ceteris artibus, quibus studiisti semper ipse, tum in primis imitatione tu fac eruidas: nulla enim erit hac præstantior disciplina. *Adde Liv.* 24. 14.; *Quintil.* 12. 9. 20. et 12. 2. 2.; *Sueton. Cæs.* 26.; *Ner.* 7. et *Gramm.* 15.; et *Column.* 7. *R. R.* 12. 6. et 1. *ibid.* 8. 20.

*II.) Impropriæ*, seu per metonymiam est ipsa facultas, doctrina, scientia, uno verbo quidquid educando ac docendo traditur. — a) Generativ sine additis.

**Cato R. R.** 1. Caveto, alienam disciplinam temere contemnas. Cum præceptis jungitur apud Cœs. 3. **B. C.** 10. Satis esse magna utrumque incommoda accepta; quæ pro disciplina et præceptis habere possent, ut reliquos casus timerent. Cum præceptis et institutis jungitur apud Cic. 5. *Verr.* 68. 157. Neque ego hujus fugitivi, judices, epistolam recitassem, nisi ut ex ea totius familia præcepta et instituta et disciplinam cognosceretis. Cum artibus jungitur apud eund. *Cœl.* 30. 72. Cujus prima aetas dedita disciplinis fuit, hisque artibus, quibus instruimur ad hunc usum forensem, ad capessendam rem publicam, etc. Cum scientia jungitur apud eund. 1. *Divinat.* 41. 91. Magorum disciplinam scientiamque percipere. *Nepos Epam.* 1. Quare dicimus primum de genere ejus, deinde quibus disciplinis et a quibus sit eruditus. *Edictum censorium* apud *Sueton. Rhet.* 1. Renunciatus est nobis, esse homines qui novum genus disciplinae insisterant, ad quos juventus in ludum conveniat. Eos sibi nomen impossumus Latinos rhetores. *Justin.* 11. 7. 7. Ex disciplina parentum. *Cic.* 2. *Divinat.* 3. 10. Res, quarum est disciplina, ut litteræ. *Liv.* 1. 28. ad fin. Adhibere aliqui disciplinam. *Plaut. Most.* 1. 2. 75. Parsimonia et duritia disciplinæ alii eram; optimi quique expectabant eam doctrinam sibi. h. e. alii eram exemplo et doctrinæ. *Auct. B. Alex.* 24. Disciplinis fallacissimis eruditus. h. e. falsis principiis ac sententiis imbutus. — b) Cum additis actionibus, vel Genitivis, quæ disciplinam ipsam definunt. *Sueton. Cal.* 53. Disciplina liberates. *Cic. pro lege Manil.* 18. 54. Disciplina navalis. *Amian.* 27. 6. Studii disciplinarum solerium poliri. *Quintil.* 1. 10. 15. Disciplina musices. *Colum.* 1. R. R. præf. 6. ruris. h. e. studium rei rusticae. *Nepos Iphicr.* 1. et 2. militaris. h. e. disciplina τῶν στρατηγμάτων, quæ imperatoriae artes dicuntur a *Justin.* 6. 5. 5. Addit eund. *Justin.* 12. 11. 9. et 19. 1. *Cic.* 2. *Nat.* D. 64. 161. bellica. *Id. pro leg. Manil.* 10. 28. militia. *Id. Mur.* 10. 23. et 1. *Orat.* 39. 180. juris civilis. *Id. Brut.* 44. 163. dicendi. *Id.* 5. *Fin.* 1. 2. memorie. *Gell.* 15. 17. tibis cauendi. *Amian.* 21. 1. Cujus disciplinæ. h. e. haruspicio. *L. Verus imp.* apud *Fronton.* ad *L. Ver. imp.* 2. p. 186. A quo ego prius multo simplicitatem verumque amorem, quam loquendi politi disciplinam didicisse me prædicto. (*Ceterum addit. Varron.* 3. R. R. 2. 18; *Colum.* 4. R. R. 3. 2. 1. *Ibid.* 1. 16. et 5. *Ibid.* 5. 15.; *Pallad.* 7. R. R. 5. 2.; *Quintil.* 8. 3. 75. et 2. 17. 38.; *Tac. Agric.* 16. et *Sueton. Aug.* 89. et *Gramm.* 11., ubi plurimal numerus occurrit). *Bursus Cic.* 1. de republ. 33. et 2. *Ibid.* 38. et 1. *Orat.* 34. 159. Disciplina reipublicæ. h. e. reipublicæ administrandæ atque ordinanda. — c) Hinc disciplina dicitur etiam specialis ratio et modus, quo aliquid alicui traditur. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 3. 7. Quod gravius fererem, si quisquam ullam disciplinam philosophia probaret, præter eam, quam ipse sequetur. h. e. specialia philosophia placita, vel, ut vulgo ajunt, sistema. Addit eund. 3. *Off.* 4. 20., *Brut.* 25. 94. et 5. *Tusc.* 32. 90. *Id.* 1. *Nat.* D. 7. 16. Tres enim trium disciplinarum principes conveniunt. *Id. Brut.* 76. 263. Hermagoræ disciplina inops ad orandum, sed ad inveniendum expedita. Addit eund. 3. *Fin.* 11. 36. — d) Speciatim accipitur pro legibus et ratione vivendi, cui subjiciuntur militæ. *Liv.* 8. 7. ad fin. disciplinam militarem solvere. et paullo post. restituere. Addit eund. *Ibid.* 32. 34. et 35. *Auct. B. Alex.* 65. Dissolvere disciplinam et severitatem. Addit *Curt.* 3. 2. 15. 4. 6. 6. et alibi sæpe; *Sueton. Cœs.* 65.; *Tac. Germ.* 35., 1. *Ann.* 16. et 35. et 1. *Hist.* 60.; et *Flor.* 1. 3. 2. Eodem sensu *Plin. Paneg.* 8. Disciplina castrorum. Et per similitudinem *Sueton. Cœs.* 48. Domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeo severeque rexit, ut pistoreum, alium quam sibi panem convivis subjicieant, compedibus vinerit. — *Forcellinus* in fine hujus vocis hæc addidit: Hæc, quæ varia significatio claritatis gratia distinximus, adeo inter se affinia sunt, ut ad unum omnia facile referri possint. Omnis enim institutio et educatio, quatenus est in puer et discipulo, disciplina dicitur; quatenus in docente et educante, doctrina, facultas, etc.: idem tamen ubique est.

B) Subjective, uti ajunt, disciplina est consuetudo, qua quis ex disciplina imbutus est. *Plaut. Asin.* 1. 3. 48. Quanta a pistore panem petimus, viuum es-

senopolio, si es habent, dant mercem. Eadem nos disciplina utimur. *Id. Merc.* 1. 2. 6. Haec disciplina pessima est: curreanti, properanti, haud quisquam dignum habet decidere. *Ter. Heaut.* 2. 3. 59. Disciplina est eisdem, munierarier ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. *Curt.* 6. 2. 3. Tenaces disciplinæ suæ. *Cic.* 5. *Verr.* 69. 161: Instituere atque erudire liberos ad disciplinam civitatis. h. e. ad consuetudinem vitæ civilis. Hinc cum consuetudine jungitur apud eund. *Rabir. perduell.* 10. 28. Ignarus disciplinæ et consuetudinis nostræ. *Et* 5. *Verr.* 68. 159. Ut eliamsi natura puerum a paternis vitis abducere, consuetudo tamen eum et disciplina degenerare non sineret. Et cum moribus jungitur apud eund. *Dejot.* 10. 28. Imitari mores et disciplinam avi.

**DISCIPULINABILIS**, e, adject. qui disciplina percipi potest. *Cic. 3. Herenn.* 3. 4. Cujus rei aliquam disciplinasbiem scientiam poterimus habere. *Alli vero leg.* disciplinam, aut scientiam. Certa est lectio apud *Cassiod.* 4. *Variar.* 33. Quid enim melius, quam ut conventus multorum disciplinabilium sit adunatio voluntatum?

**DISCIPULINABILITER**, adverb. ex arte et disciplina, artificiose. Est *Cassiodori* præf. in *Psalter.* 4. Chordarum fila religata, disciplinabiliter plero percussa, suavissimam dicuntur reddere cantilenam.

**DISCIPULINARIS**, e, adject. ad disciplinam pertinens. *Boeth. Aristot. Topic.* 1. 1. p. 682. Non enim oportet in disciplinaribus principiis inquirere propter quod, sed secundum unumquodque principiorum ipsam per se esse fidem.

**DISCIPULINARITER**, adverb. ex disciplina. *Boeth. de Trinit.* p. 258. In naturalibus igitur rationaliter, in mathematicis disciplinarter, in divinis intellectualiter versari oportet.

**DISCIPULINATUS**, 2, um, particip. ab inusit. disciplino quod adjective occurrit, unde Comp. *Disciplinatior*; et est bonis moribus per disciplinam præditus. *Alcim. Avit.* 4. 46. de arbore degenerante. Disciplinatus dissuescit promere fructus. *Tertull. Fuga in persecut.* 1. ad fin. Disciplinatior in jejunio.

**DISCIPULINOSUS**, a, um, adject. qui facile discit. Vox est *M. Catonis*, teste *Gell.* 4. 8. ad fin. et *Nom.* p. 463. 5. *Merc.* similis allis ejusdem auctoris, consiliösus, victoriosus.

**DISCIPULA**, a, f. 1. que discit.

I.) Proprie. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 20. Si respergis, dedam te disciplulam cruci. h. e. ut ab ea castigere, ut a magistris discipluli. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 91. Discipularum inter jubeo plorare cathedras. *Plin. Hist. nat.* 11. 40. (43). Irene Cratini pictoris filia et discipula.

II.) Translate. *Quintil.* 12. 10. 27. Latina facundia similis Graecæ ac prorsus disciplula ejus videtur. *Plin. Hist. nat.* 29. 43. (83). de luscinia. Aut discipula intentione magna, et reddit.

**DISCIPULANS**, antis, particip. ab inus. discipulo, qui docet, vel præcedit. *Dracont. Satisf.* 154. Cinctus apostolica disciplinata manu. — Sic

**DISCIPULATI**, edociti. *Gloss. Isid.*

**DISCIPULATUS**, us, m. 4. ideam fere quod disciplina. *Tertull. Præscript. Hæret.* 22. In disciplinatu, in convictu. *Cassiod.* 5. *Variar.* 40. Ita, quod efficacissimum disciplinatus genus est, agendo potius instructus es, quam legendo.

**DISCIPULUS**, i, m. 2. qui disciplinata ab alio percipit.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de litteris ac scientiis. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 4. Magistrorum quemque disciplulum minitarier? Nihil moror disciplulos mihi esse jam plenos sanguinis. *Cic.* 1. *Off.* 1. 3. Orator ducis, ut Teophrasti disciplulum possis agnoscere. Addit eund. 1. *Divinat.* 3. 6. et alibi. *Liv.* 37. 20. Ipse dur summi imperatoris disciplinus. Addit *Sueton. Domit.* 10., *Ner.* 33., *Gramm.* 9. et *Rhet.* 4.; *Juvenal.* 11. 137.; et *Quintil.* 2. 2. 6. ¶ 2. Latiori sensu discipuli etiam dicuntur, qui in tabernis, vel officiis mercatorum serviant, et eorum disciplinam addiscunt. *Cic.* 3. ad *Q. fr.* 1. 2. 3. *Chilonem* (archilectum) arcesserant Vénafro: sed eo ipso die quatuor ejus conservos et discipulos Venafri cuniculus oppresserat. *V.* et *Inscript.* in *TRALLIS*. Hinc discipulos coquorū *Plaut.* memorat *Pseud.* 3. 2. 76. et 96. et *Aulul.*

3. 1. 4. Ille *Paul.* 2. *Sentent.* tit. 8. Quod cum disciplinis eorum, qui officiis et tabernis præsunt, contractum est, in magistros vel institutores actio datitur.

II.) Translate. *P. Syrus in Mm.* Discipulus est prioris posterior dies.

**DISCISSIO**, ūnis, f. 3. discidium, disjunctio. *Augustin. de fide et Symbolo* 10. Schismatici discissionibus iniqui a fraterna caritate dissiliunt. *Id. Epist.* 261. Plebis dissidence.

**DISCISSURA**, æ, f. 1. disjunctio. *Ambros. Serm.* 13. Maria ita concepit Dominum, ut toto corpore hauriret, nec ejus dissessorum corporis pateretur.

**DISCISSUS**, a, um. ¶ **DISCINDO**.

**DISCITO**, frequent. a disco, agnoscitur a *Priscian.* de xii. vers. *En.* 1. p. 1224. *Putsch.*; sed nullo confirmatur auctore.

**DISCLUDO**, dis, si, sum, dere, a. 3. (dis et cludo). *Macrobius*, qui 6. *Saturn.* 4. hoc verbum novum esse et ferire aures scribil, post tantos scriptores, qui illo usi sunt, nihil moror. Haec *Forcellinus*. Videtur tamen *Macrobius* tempore hoc verbum obsoletuisse. — Part. *Disclusus* in omnibus paragr. — Discludere est seorsim claudere, alias ab aliis separatos claudere (It. chiudere separatamente, chiudere in luoghi separati; Fr. enfermer, serrer à part; Hisp. encerrar, cerrar a parte, separadamente; Germ. aus-von einander schliessen; Angl. to shut up apart).

I.) Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 17. 4. Ubi disperas disclusos haheant pisces. h. e. in piscinis clausos ac separatos.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro separare, disjungere in partes. *Lucret.* 5. 438. Disfigere inde loci partes cœpere, paresque Tum paribus jungi res, et discludere mundum. Membraque dividere et manus disponere partes. *Virg.* 6. *Ecl.* 35. Tum durare solum et discludere Nerea ponto. Rursus *Lucret.* 3. 171. Si minus offendit vitam vis horrida teli, Ossibus ac nervis disclusis intus adacta etc. h. e. discisis, diffisis. Sic *Id.* 6. 238. de fulminibus. et impetu tanto Fiant, ut possint ictu discludere turres, Disturbare domos, avellere tigna, etc. h. e. diffundere turres. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Quibus (tignis) discisis atqua in contrarium partem revinctis etc. h. e. disjunctis etc. ¶ 2. Hinc est etiam dividere, locum a loco distingui. *Varro* 5. *L. L.* 14. *Müll.* Aventinus (mons) olim paluitibus ab reliquis disclusus. *Cœs.* 7. *B. G.* 8. Mons, qui Arvernos ab Helyibus discludit. — Similiter de rebus *Cic.* 1. *Tusc.* 10. 20. Duas separare voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. *Id. ibid.* 33. 80. Quas (perturbationes) is (*Plato*) — semotas a mente et disculas putat. *Virg.* 12. *En.* 782. valuit discludere morsus Robertis *Æneas*.

**DISCLUSIO**, ūnis, f. 3. separatio, disjunctio. *Apul. de Deo Socrat. initio.* Non modo loci disclusione, verum etiam etc.

**DISCLUSUS**, a, um. ¶ **DISCLUDO**.

**DISCO**, discis, dñdici, discitum, discere, a. 1. Discifurus est *Apuleji fragm.* apud *Priscian.* 10. p. 887. *Putsch.* — Part. *Discens* I. e. et II. 3.; *Discendus* I. a. — Ratione babita etym, recentiores plerique volunt esse a dic, unde dic-sco, quasi dicere incipio; quidam conjungunt cum Gr. διδάσκω. — Ceterum dicere est rem ignoram, aliquo doceare, percipere, vel etiam meditando assequi (It. imparare; Fr. apprendre; Hisp. aprender; Germ. lernen, erfahren, einsehen; Angl. to learn, acquire the knowledge of a thing). Occurrunt autem A) Stricto, et B) Latiori sensu.

A) Stricto sensu — 1.) De hominibus; et quidem — a) Cum Accusativo rei, qua discitur, ad dicta interdum persona, a qua discimus. *Plaut. Truc.* 4. 2. 22. Litteras didicisti: quando scis, sine alio dicere. *Lucret.* 5. 1041. Discere vocabula prima. *Ter. Eun.* 2. 2. 30. Capit me obsecrare, ut sibi licet dicere id de me. *Cic. Senect.* 8. 26. Qui Graecas litteras senex didici. *Id.* 9. *Fam.* 10. Discere litteras apud aliquem. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 30. 96. dialecticam ab aliquo. *Id.* 2. de republ. 21. artes. *Id.* 3. *Verr.* 45. 115. jus civile. *Virg.* 12. *En.* 435. Discere, puer, virtutem ex me, fortunam ex aliis. *Quintil.* 5. 10. 121. Discere palæstram. *Id.* 3. 1. 10. A quo didicisse artem dicitur. *Id.* 2. 4. 1. Cujus aliquid simile apud grammaticos puer didicerit. *Id.*

12. 8. 6. Causam discere ex suis litigioribus. Adde eund. 12. 11. 20; Sueton. Gramm. 23. et Rhet. 1.; Juvenal. 14. 209.; et Val. Flacc. 1. 77. et 6. 291. Veget. 1. Milt. 1. Nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. — Discere dicuntur actores fabularum, sicut poetae ipsi comici docere, aut scribere fabulas. Ter. Hecyr. prol. 48. Date silentium, ut luceat scribere alius mihi que ut discere novas expediat. — Passive. Plaut. Mil. glor. 4. 8. 49. Mulieres mores discendi, obliviscendi strationici. Quintil. 12. 11. 9. Tot artibus discendi. Adde eund. 12. 11. 20. Id. 12. 3. 9. Discendum jus. Cic. 2. Orat. 33. 143. Haudquaque id est difficile Crasso, qui et, quod disci potuit de jure, didicit; et etc. Nepos Epam. 3. Studiosus audiendi; et hoc enim facilissime disci arbitrabatur. — b) Cum Accusativo et Infinito. Plaut. Pseud. 2. 3. 15. Bene ubi quo consilium discimus accidisse, hominem catum eum esse declaramus. Cic. 3. Fam. 5. 1. Didici ex tuis litteris, te omibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres. Horat. 1. Sat. 5. 101. Deos didici agere ærum. Phœdr. 1. 2. Exemplis discimus, a feminis spoliari viros. — c) Cum Infinito tantum. Plaut. Aulul. 4. 1. 9. Quasi pueri qui nare discunt. Cic. 4. de republ. 5. Ut Sparte, rapere ubi pueri et elepere discunt. Sall. Jug. 107. Didicerat Latine loqui. Virg. 3. G. 414. Disce et odoratom stabulis accendere cedrum. Horat. 3. Od. 27. 74. bene ferre magnam Disce fortunam. Adde eund. 2. Sat. 3. 299. et Art. P. 326.; et Colum. 3. R. R. 8. 5. Phœdr. 4. 18. Ne quis discat prodesse improbis. Ovid. 3. Art. am. 315. Discant cantare puellæ. Quintil. 11. 2. 45. nobis ignoscere. Val. Flacc. 1. 410. concendere naves. Sueton. Galb. 6. militare. Id. Rhet. 5. nihil sapere. Adde Juvenal. 5. 154. Similiter Plin. 11. Hist. nat. 24. 28. (33). Araneus discit texere. — Huc pertinet et illud Virg. 5. En. 222. et fractis discentem currere remis. Non. p. 387. 2. Merc. interpretatur tentare; et sane qui discit, tentat, seu conatur. — Hinc didici aliquando est soleo, assuetus sum: nam quod didicit quis, sepe facere consuevit. Plaut. Amph. 2. 2. 55. Vera dicere didici. Lucan. 4. 239. Fere hominem didicere pati. Parens assert etiam fragm. Q. Hortensi. Contra caput non didici dicere. — d) Cum Relativis. Ter. Heaut. 5. 2. 18. Disce, quid sit vivere. Cic. Attic. 12. 41. Plures discent, quemadmodum haec fiant. Liv. 10. 25. A quo disceret senatus, quantum bellum esset. Horat. 2. Sat. 2. 1. Quæ virtus et quanta, boni, sit vivere parvo — Discite. Adde eund. 1. Ep. 17. 3. Phœdr. 4. 3. Didici, quam sis utilis. Adde Colum. 11. R. R. 1. 27.; et Quintil. 12. 1. 45. — Huc referri potest et illud. Cœs. 1. B. G. 13. Se ita a majoribus didicisse, ut magis virtute, quam dolo contendenter. — e) Absolute. Cœs. 6. B. G. 14. Neque eos, qui discunt, litteris confisos, minus memoriam studere (volunt). Cic. 2. Off. 1. 4. Cui (philosophiae) quam multum adolescens discendi causa temporis tribuisse. Id. 1. ibid. 1. 2. Quam ob rem disces tu quidem a principe hujus aetatis philosophorum, et disces quādū vides. Id. Brut. 71. 249. Vehementer placet, nec vero sine causa. Nam et didicit, et, omissis ceteris studiis, id unum egit. h. e. didicit litteras et artem orationis. Adde eund. 1. de republ. 3.; Curt. 3. 8. 13.; et Tac. 1. Ann. 11. Quintil. 3. 1. 6. Nemo non didicisse mavult, quam disce. Adde eund. 10. 1. 15., 8. proœm. 12. et alibi saepe. Sic Id. 1. 2. 3. Optime discendi ratio. Id. 1. 1. 1. Promptus ad discendum. Id. 12. 3. 2. In discendo. — Hinc Part. præs. Horat. 2. Od. 19. 1. Bacchum in remotis carmina rupibus Vidi docentem (credite posteri) Nymphasque discentes. — Porro discessus absolute est discipulus seu litterarum, seu artis cuiuspiam illiberalis. Quintil. 1. 3. 14. Cœdi vero discontes, quamquam receptum sit, minime velim. Id. 2. 3. 7. Submittere se ad mensuram discentis. Id. 2. 5. 1. Discentium profectus. Id. 11. 1. 5. Non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus. Adde eund. 7. 10. 9. et alibi saepe; et Sueton. Gramm. 7. Inscript. apud Murat. 940. 3. M. AVRELIO JANVARIO CONVVA ET DISCENTES FACERVNT. et ibid. 4. AVRELIO SARI AVRELIA ALIISTIBI ET AVRELIO CARABO DISCENTI SYO FECERVNT. h. e. discipulo in re coquinaria; nam in eo lapide infra inscriptionem quatuor instrumenta cocorum propria insculpta sunt. V. DISCIPULUS I. 2. Adde aliam apud eund. 968. 7. Alia in Bullet. dell'Insti. ar-

cheol. a. 1847. p. 25. DISCENS AUGUSTIANI STUDII AMOR REPLETVS. — f) Per ellipsis. Cic. Senect. 8. 26. Discabant enim fidibus. h. e. discabant canere fidibus. — 2.) De rebus inaniis Plaut. Anph. 1. 1. 159. Nequiter ferire mala male discit manus. Virg. 4. Ecl. 42. varius discepit mentiri lana colores. Plin. 16. Hist. nat. proœm. 1. (1). Arboribus sive ulti- tro, sive ab homine didicere blandos sapores.

B) Latiōni sensu. ¶ 1. Ponitur pro cognoscere, intelligere, rescire: quæ cum priore significacione tam arcē coherent, ut quædam superius aliata hic ab aliis referantur, et vice versa. Cic. 2. Orat. 24. 100.; et Quintil. 12. 9. 21. Discere causam. Nepos præfat. Hi si didicerint, non eadem omnibus esse honesta, — non admirabuntur, etc. Virg. 2. En. 66. criminis ab uno Disce omnes. Id. 6. ibid. 755. et venientum discere cultus. Horat. 2. Od. 20. 19. Me ultimi noscent Geloni, me peritus Disce Iber. Id. 4. ibid. 14. 7. Quem legi expertes Latinae Vin delici didicere nuper Quid Marte posses. Ovid. Heroid. 21. 228. Et distas sponsa languida membra tua. h. e. cognoscas, videoas. Justin. 14. 2. A quo quum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset, ab obsidione recessit. Flor. 2. 10. 3. Captum se didicit. Ammian. 16. 4. Ideo confidentes, quod ei nec Secutarios adesse, et quidem monentibus perfugis dicerant, nec etc. Id. 27. 2. Rector eximus speculatio didicit fidia, direptis propriis villis vastatoriam manum quiescere prope flumen. ¶ 2. Occurrit et pro docere, quemadmodum etiam Gr. παράδειγμα. Ammian. 14. 1. Falsa discentes. Visi forte mendum sit pro dicentes. V. integrum locum. — Hinc Part. præs.

Discens, entis, m. 2. absolute quoque occurrit, substantivorum more, pro discipulo. V. sub A. t.º e.

DISCÖBÖLUS, i, m. 2. δισκοβόλος, qui discum jacit: a δίσκος discus, et βάλλω jacio. Fuit hoc nomine sigoum Myronis celebri statuarii, ex statu positiuque corporis, quem describit Stat. 6. Theb. 680., cujusque figuram habes spud Visc. Mus. Pio-Clem. T. 1. tab. A. III. edit. Mediol., memoratum vero a Quintil. 2. 13. 10. et Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (57). — Item Naucydis. Plin. ibid. (80.), cujus figura extat apud Visc. ibid. T. 3. tab. XXVI., accuratam vero habes illustrationem ibid. p. 119. — Item tabula Taurisci. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (144).

DISCOCTUS, a, um. V. DISCOQUO.

DISCÖIDES, e, adjekt. δισκοειδῆς, qui disci figuram habet: a δίσκος discus et εἶδος figura. Theod. Priscian. 4. 2. ad fin. Quum ex corde sensitiva virtus, limpida atque splendens ad oculos provenit infuse per humorem vitreum, quem Græci hyaloïdem vocant, exinde rursus reddit ad sphæram, hoc est oculi ultimum inferius tunicam, quam Græci crysalloidem vocant, seu phacoïdem, aut disaïdem (λεγε discoidem): tunc tenuans atque splendificans sphæram, ad ejus centrum ac medium partem, quam appellamus phacoïdem, configit.

DISCOLIUS, ii, m. 2. pes metricus, idem ac duplex scolius: a δίς bis et σκολίς. V. SCOLIUS. Illejusmodi pedis, qui et amphibrachys appellatur, et constat iambo pyrrhichio et trochæo, mentio est apud Ait. Fortunat. p. 2687. Putsch.

DISCOLOR, öris, adjekt. (dis et color). Recentiores formæ sunt discolorius et discolorus, que V. suis locis. — Discolor, cui recte opponitur concolor, est qui est diversorum colorum, colore differens, dissimilis (It. di diversi colori; Fr. de couleur différente, diversement coloré; Hisp. diferenteente colorado; Germ. verschiedenfarbig; Angl. of various colours).

I.) Proprie. — a) Absolute. Varro 3. R. R. 17. 4. Arculas, ubi discolores sint ceræ. Cic. 2. Verr. 13. 40. Ut discoloribus signis juratorum hominum sententiae notarentur. Ovid. 2. Twist. 477. Discolor ut recto grassetur limite miles, Quum medius gemino calculus hoste perit. h. e. calculus tuus diversi coloris. Nam calcius seu latrones olim siebant ex vitro, et in duas partes diversi coloris divisi, alii milites, alii hostes appellabantur. Sic Martial. 14. 17. Discolor hic gemino calculus hoste perit. Rursus Ovid. 3. Amor. 2. 78. Evolat admissis discolor agmen equis. h. e. aurigæ quatuor, quorum tunicea diverso erant colore. V. FACTIO. — b) Cum addito Dative. Ovid. 5. Twist. 5. 8. Vtatis alba discolor fatis meis. scil. quæ nigra ac tristia sunt. Colum. 7. R. 1

H. 3. 2. Una eademque ratio est in erythris et nigris arietibus, quorum similiter, ut dicti, neutra pars esse debet discolor lance.

II.) Improrie. ¶ 1. Discolor est multis coloribus præditus. Virg. 6. En. 204. Discolor unde auri per ramos aura resulxit. Val. Flacc. 5. 565. variis floret via discolor armis. Flor. 1. 12. 7. Fidenæ, quia parés non erant ferro, ad terrorem movendum facibus armatae, et discoloribus, serpentum in modum, virtus, suriali more processerunt. Id. 1. 16. 7. Discolori ueste. Id. 2. 3. 5. Reip ipse — discoloribus in armis argenteoque carpento. Plin. 10. Hist. nat. 2. 2. (3). Discolores aves. ¶ 2. Translate est differens, diversus. — a) Cum Dative. Horat. 1. Ep. 18. 3. Ut matrona meretrici dispar erit atque Discolor, infido scurræ distabat amicus. Stat. 9. Theb. 338. pelago nec discolor ammis. — b) Absolute. Pers. 5. 52. Mille hominum species et rerum discolor usus: Velle suum cuique est etc. h. e. varius. Val. Flacc. 6. 120. Discolor hastatas effudit Hibera turmas.

DISCÖLÖREUS et

DISCÖLÖRIUS, a, um, adjekt. idem quod discolor. Petron. Satyr. 97. Discoloria vestis. Cassiod. 1. Varia. 6. Discolorea crusta marmorum graffissima picturarum varietate teratur.

DISCÖLÖRUS, a, um, adjekt. idem ac discolor. Capell. 4. init. Discolora venustate florentibus. Prudent. 10. nepli ὥτη. 302. Quos lana terret discolora in stipe. Al. leg. discolor. Adde Symmach. laud. in Valent. 2. 1.

DISCOLUS. V. DYSCOLUS.

DISCONCINNUS, a, um, adjekt. idem atque inconcinnus. Fronto de Orat. (edente iterum A. Maio) Ep. 2. Straboni oculi dispares sunt: potuisse te parés aut impares dicere; discocinnohos hos, illos inconcinnos dici potuisse; convenientes multo melius.

DISCONDUCIT, impers. non conductit, non prodit. Plaut. Trin. 4. 2. 85. Sed nihil disconducit huie rei.

DISCONVENIENS, entis. V. DISCONVENIO.

DISCONVENIENTIA, æ, t. 1. quod convenientias contrarium est vel opponitur, ut apud Tertull. Testim. anim. 6. Suspectam babe convenientiam prædications in causa disconvenientia conversationis.

DISCONVENIO, nis, nire, n. 4. (dis et convenio). Part. Disconveniens. — Disconvenio est non convenio, dissentio; et occurrit — a) Personaliter. Horat. 1. Ep. 1. 99. Æstuat et vita discovet ordinem lotu. — b) Impersonaliter. Horat. 1. Ep. 14. 18. Disconvenit inter me et te. Adde Frontin. de limit. p. 43. Goes. — c) Particip. Disconveniens apud Lactant. Ira D. 3. Est disconveniens Deo, ut ejusmodi potestate sit prædictus.

DISCÖPÖRIO, öpēris, öpēri, öpertum, opērire, a. 4. (dis et cooperio). Part. Discooperitus. — Discooperio est aperio, quod apertum est resero. Vulgat. interpr. Levit. 18. 7. Turpitudinem patris tui et turpitudinem matris tuæ non discooperies: mater tua est. Adde ibid. Num. 5. 18., 2. Reg. 6. 20., Isai. 47. 2., Ezch. 22. 10. et alibi saepe. Hieronym. in Isaiam 7. 20. 4. Tunc discooperis sunt eorum. Adde Vet. Scholiast. ad Lucan. 8. 789.

DISCÖPHÖRUS, i, m. 2. δισκοφόρος, discum ferens. Hieronym. præfat. in Daniel. ad fin. vocat discophorum Habacuc, qui prandium Danieli, per sera ab Angelo sublatum, portavit, ut habetur Dan. 14. 32. Discus enim etiam vas escarium significat. Adde Hieronym. 2. in Jovinian. 15.; et V. DISCUS.

DISCOQUO, cōquis, cōxi, cōctum, cōquere, a. 3. (dis et coquo) Part. Discoctus. — Discoquo est val de diu coquo; hinc est plusquam decoquo. Significat enim aliquando coquendo resolvere. Plin. 22. Hist. nat. 25. 72. (150). Discoquere cicer in aqua cum sale. et ibid. 74. (156). lupinos aqua cœlesti. Id. 32. ibid. 7. 26. (81). Ranarum corda in olei veteris sextario sub æreo testo discoquere, ut infunderent per aurem. Cf. Plin. Valer. 3. 14. a. med. Mittes ranas in sportellam palmiceam, et coques in oleo, donec discoquunt ossaque pura remaneant. Plin. 23. Hist. nat. 6. 60. (113). Radix decocta succini emilit etc., eadem discocta in aqua etc. h. e. ita cocta, ut resolvatur et deliquescat. Id. 22. ibid. 25. 70. (142). Lens alvum sistit in cibo, ma-

gisque discorta caelesti aqua; eadem solvit minus percota. et mor (143). Lens ex aceto discorta. Adde Cels. 6. 9. Pallad. 4. R. R. 10. 34. Ubi discordia fucus fuerit in vas fisticle conditur. et i. ibid. 29. 2. Discocito farre pascentur pulli. Al. leg. decocito. Theod. Priscian. 4. 1. post init. Succus ptisanæ fortiter discocita. Vulgar. interpr. Ezech. 24. 1. Effebuit coctio ejus et discocita sunt ossa illius.

**DISCORDABILIS**, e, adject. discors, dissentiens. Plaut. Capt. 2. 3. 42. Inter nos luisse ingenio haud discordabili.

**DISCORDATÉ**, adverb. cum discordia. *Gloss.* Philox. Discordale (*lege discordate*), διχοντίκας.

**DISCORDIA**, æ, f. 1. (dis et cor, cordis) cordium seu voluntatum discordium, dissensio, odium (It. discordia, dissensione; Fr. discorde, désaccord, désunion; Hisp. discorde, dissención, desunión; Germ. d. Zwietracht, Uneinigkeit sein, uneinig sein, nicht übereinstimmen; Angl. to be at variance, disagree).

I.) Proprie. Plaut. Truc. 2. 4. 65. Facile inventiam, quomodo divortium et discordiam inter nos parem. Cic. 4. Tusc. 9. 21. Discordia est ira acerbior, intimo odio et corde concepta. Id. 1. Fin. 13. 44. Ex cupiditatibus odia, discordia, discordiae, seditiones, bella nascuntur. Id. Amic. 7. 23. Dissensiones atque discordiae. Id. 1. Off. 25. 86. Inducere seditionem atque discordiam in civitatem. Id. Mur. 39. 83. Seditionem ac discordiam concitare. Id. 1. Phil. 1. 1. sedare. Id. Amic. 7. 24. Amicitia res contrahit, discordia dissipat. Sall. Jug. 10. Concordia res parva crescunt, discordia maxima dilabuntur. Horat. Epod. 4. 2. Tecum mibi discordia est. Vellej. 2. 3. Sanare discordias. et ibid. ferro dijudicare. et ibid. 126. suumovere discordiam. Tac. 4. Hist. 50. Componere discordias. Flor. 4. 9. 3. Discordiae civiles. Adde Cic. Mur. 23. 47. et 1. de republ. 32.; Sall. Cat. 5.; Liu. 4. 26.; Curt. 10. 8. 14. et 10. 9. 11.; Virg. 7. En. 545.; Horat. 1. Sat. 4. 60. et 7. 15.; Sueton. Aug. 62. et 90.; Cæs. 5.; Tib. 37.; Cal. 26. et Claud. 25.; Justin. 8. 4. 8. et 5. 10. 11.; Tac. 1. Hist. 89. 4. ibid. 37. et 43., et 12. Ann. 44.; Flor. 3. 22. 8. et 4. 2. 62.; Val. Flacc. 7. 468.; et Ammian. 15. 4. et 26. 10. — De sententiarum discrepantia. Plin. 18. Hist. nat. 25. 57. (213). Eorum (auctorum) unam discordiam possumus exempli gratia.

II.) Translate. ¶ 1. De inanimis. Lucret. 6. 366. Discordia rerum. Ovid. 1. Met. 60. Discordia ventorum. Id. 9. ibid. 629. Discordia incertæ mentis. h. e. pugna et discordium variorum affectuum. Lukan. 5. 646. Discordia ponti. Manil. 1. 140. Discordia concors. (qua Ovidio 1. Met. 433. est discors concordia). ¶ 2. In fabulis est Dea, Noctis et Erebi filia, ut Hygin. docet præfat. fabular. Bellona et Maris comes, bellii, rivæ, seditionis, et simillimum præses. Narrat Servius ad Virg. 1. En. 31., cum ad nuptias Pelei di plurimi convenissent et Discordiam secum non admisissent, irata omnia pomum aureum jactavisse, in quo scriptum erat: *hoc est dominus deæ pulcherrimus: ex quo jurgium ortum inter Junonem, Minervam et Venerem cum sibi quæque postularet; causamque bellii Trojani multorumque malorum extitisse.* Virg. 8. En. 702. Et scissa gaudens vadit Discordia palla. Petron. Satyr. 124. sciso Discordia crine Extulit ad Superos Stygium caput; hujus in ore Concretus sanguis, contusaque lumina levabant. Stabant ærati secura rubigine dentes, Tabo lingue fluens obessa draconibus ora, Atque inter toto laceratam pectora vestem Sanguinem tremula quiebat lampada dextra. Adde Val. Flacc. 6. 401. et 2. 204.; et Stat. 5. Theb. 74. Justin. 12. 15. 11. Ilac voce veluti bellicum inter amicos cerinisset aut malum Discordie misisset, ita omnes in emulacionem consurgunt. h. e. πάλον τῆς Ἐρήμης. Augustin. 3. Civ. Dei 25. Eo igitur modo non tantum Concordia, verum etiam Discordia templum constitui debuit. F. totum caput.

**DISCORDIÆLIS**, e, adject. discordiam pariens, discordiosus. Plin. 37. Hist. nat. 10. 54. (142). Hrenæ pelli similene achatem abominantur, discordiam domibus. Silig autem rectius legit: Ηρεναι (γύρα) solidæ (achates) abominantur discordiam domibus. h. e. avertunt discordiam.

**DISCORDIÖSUS**, a, um, adject. qui discordias et hres scribit. Sall. Jug. 70. Vulgar. Numidarum seditionum atque discordiosum erat. Sidon. 6. Ep. 2. in fin. Discordiosa domus.

### DISCORDIS. V. DISCORS sub init.

**DISCORDITAS**, ætis, f. 3. idem ac discordia, apud veteres. *Pacuvius apud Non. p. 97. 1. Merc.* Et discorditate cladem importare familiae.

**DISCORDO**, ss, èvi, stum, are, n. 1. (dis et cor). Part. *Discordans* in omnibus paragi. — Discordare est discordem esse, dissidere, dissentire, dispreparare (It. essere discordo o in discordia: Fr. être en désaccord, ne pas s'accorder; Hisp. estar desacordado; Germ. in Zwietracht, Uneinigkeit sein, uneinig sein, nicht übereinstimmen; Angl. to be at variance, disagree).

I.) Proprie, seu stricto sensu. — a) Cum Accusativo se et præpos. inter. Ter. Andr. 3. 3. 43. Qui scis eos nunc discordare inter se? Cic. 1. Fin. 13. 44. Intus in animis cupiditates inclusæ, inter se dissident atque discordant. — b) Cum Ablativo et præpos. ab. Quintil. 81. 3. 18. A sermone tenui sublimi (verbū) discordat. Id. 11. 3. 45. Ne ab oratione (vox) discordet. Vellej. 2. 53. 3. Fortuna a se discordans. h. e. conversa et mutata, ac priori dissimilis. *Forcellinus* postrema hæc cum præpos. ab translate accepit. — c) Cum Accus. et præpos. aduersus. Quintil. 5. 11. 19. Nota illa de membris humanis adversus ventrem discordantibus fabula. — d) Cum Ablat. et præpos. cum. Cic. 1. Fin. 18. 58. Animus a se ipse dissident secumque discordans. Tac. 12. Ann. 28. Ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quis aeternum discordant, etc. Ammian. 22. 9. Inimicum quidam sum, cum quo discordabat aspernime, etc. — e) Absolute. Plaut. Merc. 2. 1. 7. Ne discordarent, si ambo in uno essent loco. Horat. 2. Ep. 1. 184. et depugnare parati si discordet eques. Auct. B. Hisp. 34. Oppidanæ - discordare ceperunt usque eo, ut etc. Tac. 1. Ann. 9. Non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab uno regerentur. Plin. 25. Hist. nat. 7. 35. (72). Jumenta discordantia. Adde Pallad. 9. R. R. 5. 3.; et Sil. It. 16. 20. Plin. 8. Ep. 20. 6. Discordantibus ventis. Adde Ammian. 26. 1. et 27. 3. — Hinc discordantia absolute sunt que recti invicem opponuntur apud Colum. 2. R. R. 2. 3. Qualitatum inter se dissidentium conjunctiones, quas Graeci αὐγεῖαι ἐπαντοῦσι, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus.

II.) Improprie, seu latiori sensu ponitur pro dif- ferre, distare, dissimilem esse. Horat. 2. Ep. 2. 193. Scire volam, quantum simplex hilarisque nepoti Dis- crepet, et quantum discordet parcus avaro.

**DISCORS**, cordis, adject. (dis et cor). In gen. fem. discordis pro discors dixit Pomponius apud Priscian. 6. p. 726. Putsch. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis. — Discors est qui corde, h. e. voluntate dissidet, dissentient, contrarius (It. discordare, diverso; Fr. qui est en désaccord, en désintelligence, qui ne s'accorde pas; Hisp. discordar; Germ. zwieträchtig, nicht übereinstimmend, uneinig, disharmonisch; Angl. discordant, jarring, disagreeing).

I.) Proprie. — 1.) De personis. — a) Absoluto. Cic. 2. leg. Agr. 33. 91. Homines contentione et ambitione discordes. Tac. 2. Hist. 10. In civitate discordi - parvae quoque res magnis motibus agebantur. Liu. 21. 31. Discors gens. Curt. 3. 8. 26. exercitus. Ovid. 4. Fast. 788. discordes ignis et unda dei. Tac. 1. Ann. 38. legiones. Id. 1. Hist. 11. Provincia superstitione ac lascivia discors et mobilis. Id. 3. Ann. 38. Thracia discors agebat. Adde eund. 2. Hist. 5.; Senec. Med. 774; et Sil. It. 4. 773. Huc pertinet et illud Horat. 3. Od. 29. 28. Discors Tanais. h. e. acrole Tanais ad discordias et bellum propensi. — b) Cum addito Ablativo et præpos. cum. Liu. 2. 23. Civitas secum ipsa discors. — c) Cum Dativo. Vellej. 2. 37. 2. Filius discors patri. Tac. 11. Ann. 6. Discors Suillio Silius. Adde eund. 14. ibid. 38. — d) Singulare est illud Liu. 4. 26. Ad alia discordes, in uno consenserit, ne etc. — 2.) De rebus. Lucret. 5. 891. Centauros -, Scyllas, et cetera de genere horum, Inter se quorum discordia membra videbimus. Tibull. 2. 3. 37. et Virg. 2. G. 459. Discordia arma. Ovid. 9. Met. 403. bellia. Horat. 2. Sat. 3. 174. vesania. Id. 1. Ep. 22. 19. et Ovid. 1. Met. 433. rerum concordia discors. h. e. quatuor elementorum, ex quibus res cuncta constant. Virg. 10. En. 356. et Ovid. 4. Met. 620. venti. Tac. 1. Hist. 2. opus. Lucan. 1. 589. natura. Sil. It. 8. 295. Irena. Plin. 23. Hist. nat. 1. 19.

(32). Discordes medicorum sententia. — Et cum Dativ. Paulin. Nolan. 28. 485. discors agno lupus, et tenebris lux.

### DISCREPO

(32). Discordes medicorum sententia. — Et cum Dativ. Paulin. Nolan. 28. 485. discors agno lupus, et tenebris lux.

II.) Translate est diversus, dissimilis, non conveniens, discrepans. Curt. 4. 13. Homines discordes moribus et linguis. Plin. 3. Hist. nat. 5. 6. (39). Discordes tot populorum lingua. Id. 2. ibid. 97. 99. (218). Æstus marini tempore discordes. h. e. qui non statis, sed incertis temporibus sunt. Id. 17. ibid. 22. 35. (187). Mixtura generum vini discors. Horat. Art. P. 374. Symphonia discors. h. e. dissona.

**DISCRÈBILIS**, e, adject. qui discerni potest. Jul. Val. res gest. Alex. M. (edente A. Maio) 3. 42. Acuta quedam vox; sed enim discreibilis et intelligenda.

**DISCRÈDO**, dis, dere, n. 3. non credo. Jul. Val. res gest. Alex. M. (edente A. Maio) 3. 58. Quos et cursum agere opinare et moveri omnia non discrèderes. *Commodian. præsat.* 3. quod discrèdunt inscia corda. Id. Instr. 23. Aut quia discrèdis, Deum judicare defunctos. Adde eund. 25. 17. et 29. 15.

**DISCRÈPANS**, antis. V. DISCREPO.

**DISCRÈPANTIA**, æ, f. 1. dissensio, discordia. Cic. 3. Fin. 12. 41. Majorem multo inter Stoicos et Peripateticos rerum esse discrepantiam, quam verborum. Adde eund. 1. Off. 11. 31. Id. Topic. 25. 95. Discrepantia scripti et voluntatis.

**DISCRÈPATIO**, ônis, f. 3. idem quod discrepantia. Liu. 10. 18. Ea ipsa inter consules discrepatio fuit. Justin. 32. 2. Romæ, quam multæ Graecæ rivitates questum de injuriis Philippi regis Macedonum venissent, et discrepatio in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem pater ad satisfaciendum senatu miserat, et legatos citratum esset, etc. Vulgati libri plerique omnes habent discrepationem: sed rectius discrepatio legendum esse videtur, quoniam id totius capituli sententia postulat, præsentem quum discrepatio et discrepatio in MSS. saepissime confundantur. V. Criticos ad Liu. 21. 31. 7. et ad Tertull. 5. advers. Marcion. 10.

**DISCRÈPITO**, as, are, a. 1. frequentat. a discrepo. Part. *Discrepitans* — Discrepitare est saepè aut valde dissonum esse: sed occurrit translate cantum epud Lucret. 2. 1016. Verum positur discrepitans res. Id. 3. 804. Qui anim diversius esse putandum est, Aut magis inter se disjunctum discrepitansque quam etc.?

**DISCREPO**, crēpas, crēpī (el crēpīv) crēpītū, crēpare, n. 1. (dis et crepo). Part. *Discrepans* I. et II. — Discrepare est diverso modo sonare, dissimilis, superba, discordis. — Discors est qui corde, h. e. voluntate dissidet, dissentient, contrarius (It. discordare, diverso; Fr. qui est en désaccord, en désintelligence, qui ne s'accorde pas; Hisp. discordar; Germ. zwieträchtig, nicht übereinstimmend, uneinig, disharmonisch; Angl. discordant, jarring, sounding differently).

L.) Proprie. Cic. 1. Off. 40. 145. In fidibus, aut in tibilibus, quamvis paulum discrepet, tamen id a scientie animadverti solet. Sic Id. 2. de republ. 42. Ut enim in fidibus, aut tibilibus, atque ut in canto ipso ac vocibus conceatus est quidam tendens et distinctus sonis, quem immutatum aut discrepantem aures eruditæ ferre non possunt, etc.

II.) Translate est non convenire, discordare, dissidentem, dissimilem, diversum esse: ad rem Cic. 3. Off. 21. 85. Ut hæc duo verba inter se discrepare, re tamen unum sonare videantur. — Occurrat — 1.) Cum Nominativo rerum discrepantium — a) Addito interdum inter se, et sibi Ablativo rei, qua ipsæ inter se discrepant. Cic. 4. Fin. 27. 75. Sic peccata, quia discrepant, aque discrepant. Liu. 26. 41. Tres duces discrepantes, prope ut defecrint alli ab aliis. Virg. 10. En. 484. nec multum discrepat ætas. h. e. sunt fere æquales. Adde locum Cic. 3. Off. 21. 85. paullo ante alatum. Id. Cic. 1. Legg. 10. 30. Oratio verbis discrepans, sententia congruens. Id. 7. Ferr. 46. 122. Eadem dicit, nulla in re discrepat. Id. 4. Tusc. 28. 61. Philosophi de ceteris rebus discrepantes. — b) Cum addito Ablativo rei, qua altera discrepat, et præpos. ab. Cic. 3. de republ. 9. Ut intelligatis, discrepare ab æquitate sapientiam. Id. 3. Orat. 30. 118. Si qua in re discrepuit ab Antonii divisione nostra partitio. Non. p. 480. 9. Merc. legit discrepuit; plerique codices

discreparit. Et *Id. initio Parad.* Quæ non multum discrepant ab opinione populari. *Plancus apud Cic.* 10. *Fam.* 4. ad fin. Neque unquam a tuis consiliiis discreparem. *Ammian.* 14. 6. med. A gregariis militibus discrepantes. — c) Cum Dativi. *Cic.* 3. *Orat.* 50. 196. Ipsa sibi singuli discrepantes. *Horat.* 1. *Od.* 27. 5. Viro et lucernis Medus acinaces Immame quantum discrepat. *Id.* 1. *Sat.* 6. 92. longe mea discrepat istius. Et vox et ratio. *Id.* 2. *Ep.* 2. 193. quantum simplex hilarisque nepoti Discrepet. *Id. Art.* *P.* 219. Sortilegus non discreput sententia Delphis. *Id. ibid.* 152. Primo ne medium, medio ne discrepet imum. Adde *Pers.* 6. 18. — d) Cum Ablativo et prepos. cum. *Varro* 9. L. L. 102. *Milit.* Quo circa non si genus cum genere discrepat, sed in suo eusquaque genere si quid deest requirendum. *Cic.* 2. *Fin.* 30. 96. Facta cum dictis discrepant. *Id.* 4. *ibid.* 22. 60. Quid attinuit cum illis, quibus cum re concinebat, verbis discrepare? *Colum.* 1. R. R. 1. 6. Quæ propter disciplina turis nostrorum temporum cum priscis discrepat. — 2<sup>a</sup>) *Iles* discrepat est idem ac dubia, incerta est. *Ovid.* 6. *Fast.* 571. *Servius* est; hoc constat enim: sed causa latendi Discrepat, et dubium me quoque mentis habet. *Vellej.* 1. 7. 2. Res multum discrepans auctorum opinionibus. — 3<sup>a</sup>) *Discrepat* impersonaliter est idem ac non constat, dubium atque incertum est, ambigitur. — a) Absolute. *Liv.* 9. 46. Ceterum (id quod haud discrepat) contumacia adversus contumines humilitatem suam nobiles certavit. *Sueton.* *Vitell.* 2. Sed quod discrepat, sit in medio. Rursus *Liv.* 3. 31. Quum de legibus conveniret, de latore tautum discreparet; missi legati Athenas etc. Sic *Sueton.* *Claud.* 44. Et veneno quidem occisum convenit: ubi autem et per quem dato, discrepat. — b) Cum addito inter auctores. *Liv.* 22. 61. Mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quam, quid veri sit, discernere quæcas. Adde *eum*. 38. 56. — c) Sequent part. quin. *Liv.* 8. 40. Nec discrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit. Id ambiguit, belline gerendi causa creatus sit, an etc. *Id.* 23. 28. Quum haud ferme discreparet, quin, quæ uique regum fuissent, Romanorum essent, etc.

**DISCRESCO**, crescis, cr̄vi, cr̄tūm, crescere, n. 3. valde cresco: *dis* enim auget, ut in *dåsamo*, *discrētio*, *discrēpia*, *discrēdēt*. *Lectant.* *Mort.* *persecut.* 33. sub fin. Inferior corporis pars, sine uila pedum forma, in utrum modum indata discreverat. h. e. circumspecte.

**DISCRĒTÈ**, adverb. separate, distincte. *Cic.* 1. *Invent.* 30. 49. Post discrete et electe in genere quodque causæ, quid cuicunque conveniat, ex copia hac digeremus. *Al. rectius leg.* descripte. *Priscian.* 16. p. 1029. *Putsch.* Subdisjunctivæ (conjunctiones) sunt, quæ voce disjunctivaram, utrumque tamen esse significant, vel simul ut copulativa, vel discrete. — Discrete, utrumque tamen esse significant, ut tota die vel legit iste, vel cogitat. — *Cassiod.* *Annic.* 9. Vir prudens discrete in affectum transeat. h. e. circumspecte.

**DISCRĒTIM** adverb. separatim, distincte.

1.) Proprie. *Varro* 1. R. R. 3. Quoniam discretum de his rebus dicendum est. *Scaliger* tamen legit *discretum*; quod rectius videtur si ejus interpunctionem sequamur. Habet autem *Apul.* 6. *Met.* initio. Singula Psyche curiose dividit et discretum remota rite componit. *Id.* *Florid.* n. 9. Sigillatim ac discretum.

II.) Impropræ ponitur pro discordi animo. *Ammian.* 29. 6. Sed dum discretum grassatores adoriri festinant, ortis inter se discordis de honore certabant et dignitate. *Id.* 28. 1. med. Murianum Barbarumque apparatoles aliquoties discretum trudi jubebat. *V.* integrum locum.

**DISCRĒTIO**, ônis, f. 3. (discerno). ¶ 1. Est separatio. *Lectant.* 7. 12. Quæ discretio mors vocatur. *Triphonin.* *Dig.* 7. 1. 62. Ne per singula animalia facultatis fructuarii, propter discretionem difficultem, jus incertum sit. Adde *Prudent.* *Hamarlig.* 26. ¶ 2. Item discrimen, delectus. *Ammian.* 19. 9. Quæ (mortuorum corpora) paullo postea per Discenem tribunum et Notarium numerata sunt hoc discretione facilius, quod nostrorum cadavera mox casorum fatiscunt et defluunt: — intersectorum vero Persarum inarescant in modum stipitum corpora. *Pallad.* 8. R. R. 4. 5.; et *Ammian.* 17. 1., 23. 6. et 26. 6. Sine discretione. *Ammian.* 30. 5. Absque discretione. *Jul.* *Exsuperant.* 4. Legem tulit, u-

novi cives cum veteribus nulla discretione suffragium ferrent. *Terentian.* p. 2385. *Putsch.* Nea discretionis falsa sit rerum. ¶ 3. Item signa discernendi. *Feget.* 1. *Veterin.* 16. 1. *Schneid.* Elephantiasis morbi discretio superioris est indicata, cui talis est adhibenda medicina. ¶ 4. Item moderationis. *Auct.* *declam.*, quæ inscrib. *Trib.* *Marian.* 5. Patere, C. Mari, patiatur tua divina virtus, et Romane ceterum militiae pia discretio.

**DISCRĒTIVÉ**, adverb. cum discretione et separatione. *Donatus* ad *Ter.* *Eun.* 1. 2. 43. Nunc discretionis dictum est.

**DISCRĒTIVUS**, a, um, adjekt. discernendi et separandi vim habens. *Priscian.* 15. p. 1021. *Putsch.* Discretiva adverbia, seorsum, secus, etc. *Id.* 17. p. 1061. et 1062. Discretiva pronomina. *Id.* 16. p. 1030. Discretivæ conjunctiones. *Id.* 18. p. 1165. Discretiva verba.

**DISCRĒTOR**, ôris, m. 3. qui discernit, seu judicat. *Vulgat.* *interpr.* *Paul.* *ep.* ad *Hebr.* 4. 12. Est enim sermo Dei discretor cogitationum et intentiōnum cordis.

**DISCRĒTORIUM**, ii, n. 2. discrimen, id quo discernit et separat. *Cæl.* *Aurel.* 2. *Tard.* 12. Fluores difficiles curatione judicantur, et magis, si ex diaphragmate, quod nos jamdudum discretorum dicimus.

**DISCRĒTUS**, a, um. *V.* **DISCERNO**.

**DISCRIBO** pro describo scribi volunt nonnulli apud *Cic.* *Senect.* 2. etc. quoties distributionem ac divisionem notat. Ita etiam legitur in *Not.* *Tir.* p. 10.; et in *Inscript.*, quæ pertinet ad Augusti Cæsaris tempora, quæque Venafri reperta habetur in *Bullett.* dell' *Instit.* di corr. archeol. a. 1846. p. 165. EAM *AQVAM DISTRIBUERE*, *DISCRIBERE* TENDVNDI CAUSA CONSTITVERE.

**DISCRIMEN**, ônis, n. 3. quasi *discernimen* vel potius *discrimen* a *discerno*, est id quo res una ab alia discernitur, divisio, separatio (It. ciò che serve a separare, intervallo, divisione, separazione; Fr. ce qui sépare, ce qui divise, intervalle, distance, ligne de démarcation; Hisp. intervalo, distancia, separación; Germ. d. Sondernde, Scheidende, ausscheidende oder Ausgeschiedene, d. Unterscheidende, d. gemachte Unterschied, d. Spalte, d. Zwischenraum; Engl. a division, separation).

1.) Proprie. — a) Generatim. *Lucret.* 5. 688. Nam medio cursu flatus aquilonis et Austri Distinet sequato cælum discrimine metas. *Cic.* 2. *leg.* *Agr.* 32. 37. de *Corinþo*. Ut duo maria pene conjungeret, quum pertinui discrimine separarentur. h. c. brevi intervallo Isthmi, quo Ionium ab Ægæo mari separatur. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 61. minimum quos inter et hostem discrimen murus clausaque porta facit. *Lucan.* 5. 75. de *Parnasso*. Hoc solum, fluctu terras mergente, cacumen Eniuit, pontoque fuit discrimen et astris. *Virg.* 5. *En.* 154. post hos aquo discrimine Pisistris Centaurusque locum tendunt superare priorem. h. e. pari intervallo et spatio, atque adeo æquale celeritate. *Id.* 3. *ibid.* 684. Contra jussa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim Inter utramque viam, leti discrimine parvo, Ni teneant cursus. Sic *Ovid.* 7. *Met.* 426. Attonitus tantum leti discrimine parvo Connicti potuisse nefas. Adde *eum*. 8. *ibid.* 578. et 1. *ibid.* 291.; *Senec.* 3. *Quest.* *nat.* 29.; et *Claudian.* *Giganl.* 62. — b) Speciatim dicitur de intervallis dentium. *Quintil.* 12. 10. 29. de *F littera*. Inter discrimina dentium efflanda est. — c) Et de fissura unguile in quadrupedibus. *Colum.* 5. R. R. 15. *extr.* et 7. *ibid.* 5. 11.; et *Plin.* 11. *Hist.* *nat.* 45. 103. (254). — d) Item de divisione capillorum. *Ovid.* 2. *Art.* *am.* 302. Compositum discrimen erat, discrimina lauda. *Claudian.* *Nupt.* *Honor.* et *Mar.* 102. hæc morsu numerosi dentis eburno Multifidum discrimen arat. — e) Et de sulcis et areolis, quibus terra culta dividitur. *Colum.* 10. R. R. 95. puro discrimine petita tellus, Deposito squalore nitens sua semina poscit. — f) Medium discrimen luci apud *Grat.* *Cyneq.* 496. est medium in luce spatium arboribus vacuum, quo una veluti pars silvæ ab altera dividitur. — g) Et de divisionibus acri. *Curt.* 4. 12. 20. Caligo agminum discrimina atque ordinem prohibuit perspicci. — h) Et de variis lyra chordis, quæ singulæ diversum sonum edunt. *Virg.* 6. *En.* 646. Obloquitur numeris septem discriminâ vorum. — i) Denique de diaphragmate. *Cæl.* *Aurel.* 2.

*Tard.* 11. Ex diaphragmate, quod jamdudum discrimen vocavimus. Adde *eum*. 5. *ibid.* 10. ad med.; et *V.* **DISCRETORIUM**.

II.) Translate occurrit A) Generatim, et B) Speciatim.

A) Generatim ponitur pro quacumque diversitate ac differentia. — a) Sinc additis. *Lucilius* apud *Non.* p. 282. 27. *Merc.* Et amabat omnes; nam discrimen non facit. Sic *Quintil.* 7. 2. 14. Ætas discrimen facit. *Cic.* 4. *Fin.* 25. 69. Officia autem tollabantur, delectu omni et discrimino remoto; quæ enim esse poterant rebus omnibus sic exæquatatis, ut inter eas nihil interesset? Sic *Id.* 4. *Verr.* 50. 123. Omnia jura pretio exæquavit, omniumque rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. *Id.* *Planc.* 4. 9. Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia. *Virg.* 1. *En.* 578. Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. *Sueton.* *Aug.* 32. Rapti per agros sine discrimine. *Quintil.* 5. *Declam.* 13. Faceri aliquod discrimen de liberis. *Ovid.* 6. *Met.* 61. Illic et Tyrium quæ purpura sensit aenum Textur, et tenues parvi discriminis umbrae. h. e. umbrae gradatim per colorum varia discrimina declinantes. — b) Cum addito Accusativo et prepos. *inter.* *Cic.* *Balb.* 21. 49. Sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortis, ut illi vivi fruantur opibus suis, horum etiam mortuorum vivat auctoritas. Cf. *Curt.* 4. 1. 40. Sed leviora inter illos fuere discrimina. — c) *Sæpius* cum Genitivo. *Sall.* apud *Non.* p. 282. 22. Nullo, ut in terra solet, generis aut imperii discrimine. *Liv.* 5. 46. Adeo regebat omnia pudor, discrimina rerum, prope perditis rebus, servabant. *Id.* 5. 40. Salvo etiam tum discrimine divinatum humanarumque rerum. *Id.* 5. 55. Omnis sui alienique discrimine. *Sueton.* *Cal.* 8. Sine ullo sexus discrimine. *Quintil.* 12. 10. 44. Servare discrimen personarum. *Id.* 12. 3. 7. Discrimina recti pravique. *Plin.* 37. *Hist.* *nat.* 13. 77. (201). Facere discrimen rerum. *Flor.* 1. 6. 3. Parmonii, dignitatis, ætatis discrimina. — d) Sequent part. an. *Liv.* 28. 3. Timor inde oppidanos incessit, ne, si hostis urbem intrasset, sine discrimine, Pœnus an Hispanus esset, obvii passim caderentur.

B) Speciatim. ¶ 1. Discrimen dicitur actus, quo inter duas res controversas decernitur, adeoque decernendi actus, decernendi tempus, deliberatio. — a) Sequentibus particulis *utrum*, an. *Cic.* *Quincl.* 30. 92. Res in discrimine versatur, utrum ne possit se defendere, an etc. *Al. leg.*, sed minus recte, discrimen. *Id.* 3. *Phil.* 11. 29. Res in id discrimen adducta est, utrum ille pœnas latal, an nos serviamus. *Liv.* 29. 17. In discrimine est nunc humanum genus, utrum vos, an Carthaginenses principes orbis terrarum videat. *Id.* 8. 33. Disciplina, — majestas, que in discrimine fuerunt, an illa post hanc diem essent. Cf. *Id.* 10. 28. Nec dum discrimen fortuna fecerat, qua datura vires esset. *Curt.* 4. 9. sub fin. Audacia quoque ratio minui potest, quia numquam in discrimen venit, an temere fecisset. Cf. *Tac.* 11. *Ann.* 28. Sed in eo discrimen verti, si defensio audiretur, utque clausæ aures etiam confitent forent.

— b) Cum Genitivo rei. *Liv.* 44. 23. Postquam intrasse saltum Romanos, et adesse discrimen ultimum bellum animadverit. *Justin.* 29. 2. *extr.* Facere bello discrimen imperii. h. e. bello id efficere, ut videatur, utrum imperium majus ac potentius sit. *Curt.* 4. 16. 28. Quam in ipsa acie summum rei videtur esse discrimen. *Tac.* 5. *Hist.* 13. Ejus prælli eventus utrumque ducem, diversis animi motibus, ad maturandum sumnum rei discrimen erexit. Adde *eum*. 11. *Inv.* 28. *Vul.* *Flacc.* 6. 545. In medio duri discrimine bellum. *Id.* 7. 500. Atque per has nostri iuro discriminis horas. Sic *Id.* 5. 312. certi tandem discriminis horæ. Adde *Lucan.* 4. 770. — Huc referri potest et illud *Inscript.* apud *Gruter.* 823. 8. L. JVNVS AVITVS OPTYMAE CONVCI CVM QVA VIX. AN. IX. DVLCITER SINK VILLO DISCRIMINE. h. e. dissensione. ¶ 2. Hinc expissime ponitur pro periculo: nempe, ait *Forcellinus*, quia illud omne significat, quo ab exitio, morte, gravi domino exiguo intervallo dividitur; vel quia quidquid in deliberationem venit, in periculum quoque additur. Hinc etiam cum periculo conjugitur. *Liv.* 8. 24. a. med. Quid in tanto discrimine periculi cunctaretur, interrogans. *Cic.* 1. *Off.* 43. 154. Periculam discrimenque patriæ. *Id.* 7. *Phil.* 1. 1. Adducta est res in maximum periculum et in extrellum pene discrimen.

*Id. pro leg. Manil.* 5. 12. Salus sociorum sumnum in discrimen ac periculum vocatur. Adde *Liv.* 3. 18. Sic *Tac.* 1. *Hist.* 68. Ante discrimen feroce, in pericolo pavidi. — a) Cum additis nominibus. *Cic.* *Sull.* 28. 77. In extremo discrimine ac dimicione fortunæ. *Id. Dom.* 9. 24. Summus vir, sepe ad extrema reipublicas discrimina delectus. *Curt.* 3. 8. 20. Ceterum, ut fieri solet, quam utimi discriminis tempus adventat, in sollicitudinem versa fiducia est. *Id.* 4. 9. 4. Sine ullo Martis discriminis, sine sanguine orbem terræ ab illis capi. *Sueton. Cœs.* 4. In discriminis sociorum. *Quintil.* 7. 2. 9. Quæ (persona) extra discriminis judicium est. *Id.* 6. 1. 47. Discriminis sui ignorantia. *Id.* 7. 2. 51. Quid plerumque duorum discriminis est. *Id.* 10. 5. 17. Ne ab illa umbra vera discriminis reformident. *Val. Flacc.* 1. 714. Jamque dolos circumque truci discrimina leti Mille vides. *Id.* 1. 37. Ira maris vastique placent discriminis ponti. *Id.* 5. 689. Hic labor, amborumque hæc sunt discriminis fratrū. *Id.* 2. 579. miserae fabant discriminis Trojæ. — b) Cum verbis. *Cic. Rosc. Am.* 6. 16. Quum omnium nobilium dignitas et salus in discriminis veniret. *Id.* 1. *Orat.* 1. 3. Devenimus in medium rerum omnium certamen atque discriminis. *Id.* 7. *Att.* 1. circa med. Incidere in discriminis. *Id.* 7. *Fam.* 2. Quam omnis res publica in meo capite discriminis esset habitura. *Id.* 14. *Phil.* 1. 3. Totius belli discriminis in hujus viri fortissimi vita positum est. *Id. Sext.* 1. 1. Se et salutem suam in discriminis offerre pro aliquo. *Cœs.* 6. *B. G.* 37. Reris est in summo discriminis. *Brutus* apud *Cic.* 1. ad *Brut.* 12. Matimo in discriminis res publica versatur. *Liv.* 29. 7. In majori discriminis rem verti. *Id.* 8. 32. Committere rem in discriminis. *Justin.* 41. 2. 9. et *Curt.* 8. 11. Discrimen subire. *Curt.* ibid. 10. tentare. *Id.* 5. 4. experiri. *Id.* 8. 14. Ruere in medium discriminis. *Sueton. Cœs.* 17. In discriminis cecidit. *Id. Tit.* 6. Discrimen urget. *Tac.* 2. *Hist.* 60. Adire discriminis. *Id. ibid.* 40. mittere. *Id.* 2. *Ann.* 11. Dare in discriminis. — Similiter *Cic. Dejot.* 1. 2. Adducere aliquem in discriminis capitulis. et *Tac. Germ.* 12. Discrimen capitulis intendere. h. e. capitulis reum facere. Rursus *Cic. Sext.* 20. 45. Adducere aliquem in discriminis vita. *Id. Divin. in Q. Cœcil.* 21. 71. existimationis. Adde *Quintil.* 11. 1. 49.; *Plin. 2. Ep.* 9.; *Sueton. Tib.* 6. et *Cal.* 4.; et *Juvenal.* 14. 258. — Generatim vero adde *Nepot. Datam.* 5. et *Ages.* 6.; *Sueton. Oth.* 9., *Domit.* 9., *Tib.* 2., *Cal.* 45., *Claud.* 1. et alibi saepe; *Plin. 8. Ep.* 11.; *Juvenal.* 6. 500. et 10. 311.; et *Ammian.* 17. 4. 19. 9. 15. 10. et 31. 6.

**DISCRIMINALIS**, e, adjekt. *Discriminalis acus* apud *Hieronym.* 3. in *Rufin.* 42. est discerniculum. — Hinc

*Discriminalia*, ūm, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt discernicula. *Vulgar. interpr. Isai.* 3. 20. Auferet Dominus armillas et mitras et discriminis et periscelidas.

**DISCRIMINATIM**, adverb. cum discriminis. *Varro* 1. *R. R.* 7. 7. Sunt quæ non possunt vivere nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua: et id discriminatim, ut alia in laeibus, alia in fluminibus, alia in mari.

**DISCRIMINATIO**, ūnis, f. 3. discretio, divisio. *Diomed.* 1. p. 306. *Putsch.* Nomen est, quo Deus, aut homo propria discriminatione pronunciatur.

**DISCRIMINATOR**, ūris, m. 3. qui discernit. *Augustin. Tract.* 20. in *Joann.* 12. Ipse (*animus*) considerator isterum omnium, discriminator, distincor, et quadammodo appensor in libra sapientie. *Apul. de Mundo.* Axis divisor et discriminator mundi. *Alii rectius leg.* determinator. *V. DISTERMINATOR.* — Idem esse videtur ac criminis. *Tertull.* 1. ad *Nation.* 10. ad fin. Nam etsi idcirco damnatus est Socrates, cum paenitentia Atheniensis damnationis, discriminatores quoque impenderit (corrige impenderint): restituitur testimonium Socratis. Ilæc eadem aliis verbis habet *Id. Apolog.* 14. Tamen cum paenitentia sententia Atheniensis criminatores Socratis postea afflixerint, etc. At posterior Tertulliani locus, nisi fallor, docet priore quoque criminatores legendum esse, et discriminatores librari errorum fuisse.

**DISCRIMINATRIX**, ūis, f. 3. quæ discriminat et discernit. *Nazar. Paneg.* ad *Constantin.* 7. Illa vis santiæ de nefandi discriminatrix, quæ omnia miseris moimenta perpendit.

Tom. II.

### DISCRIMINATUS, a, um. *V. voc.* seq.

**DISCRIMINO**, as, avi, atum, are, a. i. (discrimen). Part. *Discriminatus* et *Discriminandus*. — Discrimino est discrimine separo, discriminis facio, distinguo. *Varro* 9. *L. L.* 104. *Hüll.* Cum analogia sui cujusque temporis verba debent discriminare. *Id.* 1. *R. R.* 23. 4. Nec minus ea discriminanda in conserundo, quæ sunt fructuosa, propter voluptatem, ut quæ pomaria ac floralia appellantur. *Cic.* 12. *Phil.* 9. 23. Cassia via Etruriæ discriminata. *Virg.* 11. *Æn.* 144. late discriminat agros. *alleg.* determinat. *Liv.* 21. 4. Vigilarum somnique nec die, nec nocte discriminata tempora. *Seneca Ep.* 95. ad fin. Notæ, quibus inter se similia discriminantur. *Plin. 11. Hist. nat.* 37. 61. (160). Continuum dentium qui digerunt cibum, lati et acuti; qui conficiunt duplex; qui discriminant eos canini. h. e. separant duplex a lati. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 89. nodus qui sublevat ensim, Albus puniceus pectus discriminat ostro. *Ammian.* 28. 5. Ordines discriminare. *Id.* 18. 8. Capite discriminato.

**DISCRIMINOSÉ**, adverb. cum discriminis. Occurrit tantum Comp. *Discriminosius* apud *Jul. Val. Res. gest.* *Alex. M.* (edente A. *Maio*) 2. 31. In Cydoniæ una cum armis præcipitat ponte, ac natabundus exit; valetudinem tamen discriminosius vicerat.

### DISCRUCIÁTUS, a, um. *V. DISCRUCIO.*

**DISCRUCIÁTUS**, us, m. 4. cruciatus. *Prudent. Hamartig.* 836. Vermibus et flammis et discruciatibus avum Immortale dedit.

**DISCRÜCIO**, as, avi, atum, are, a. i. (dis et crucio). Part. *Discruciatus* 1. — Discruciare est valde cruciare, torquere (It. tormentare, cruciare; Fr. tormenter, torturer à outrance; Hisp. atormentar, martirizar; Germ. zermartern, daher heftig peinigen, quälen, martern; Angl. to torment grievously, torture, distract).

I.) Proprie de corpore: *Cic. 13. Phil.* 18. 37. Si posset, etiam Brutum, Cassium discruciatos necaret. *Ammian.* 29. 12. sub init. Discruciatus cecidit ferro pœnali.

II.) Improprie de animo. — 1.º Activa forma *Plaut. apud Non. p. 143. 3. Merc.* Quid murmurillas tecum et te discrucias? — 2.º Sæpius tamen passive usurpatum discrucior modiorum significative; et quidem — a) Cum addito animi *Plaut. Atul.* 1. 2. 27. Discrucior animi, quia ab domo abundum est mihi. *Ter. Adelph.* 4. 4. 1. Discrucior animi, hoccin: de improviso mali mihi objici. — b) Cum addito miser. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 155. Mene ego illæc patiar præsente dici? Discrucior miser. *Id. Cas.* 2. 3. 58. Ego discrucior miser amore. Adde eum. *Bacch.* 3. 3. 31. — c) Cum Accusativo et Infinito. *Cic. 14. Att.* 6. Discrucior, Sextili fundum a verbo reverberante Curtilio possideri. *Catull.* 65. 78. Ab fore me a dominæ vertice discrucior. Adde *Ter. loc. cit.*; et *Plaut. Bacch.* 3. 3. 31. — d) Sine additis. *Cic. Rosc. Com.* 11. 31. Quod enim ipse celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt, discruciatur.

**DISCUBITIO**, ūnis, f. 3. locus, in quo discubuntur epulandi causa, idem atque accubitum. *Inscript.* apud *Murat.* 1985. 2., quæ est apud *Orell.* 2106. PRO SALVTE DOMINI NOSTRI IMP. L. SEPTIMII SEVERI AVG. TOTIVSQUE DOMVS EIVS AFFANIS MATRONIS ET MATERIBVS PANNONIORVM ET DATIMATARVN TI CLAUDIUS POMPEJANVS TRIB. MIL. LEG. 1. MIN. LOCO EXCVLTO CVM DISCUBITIONE ET TABVLÀ rotum solvit. V. ACCUBITUM et STIBADIUM.

**DISCUBITUS**, us, m. 4. discubendi actus. In sexto casu singulari. *Val. Max.* 2. 1. n. 9. Ne senioris adventum discubitu præcurrerunt.

**DISCUBO**, as, ui, itum, n. f. legitur apud lexicographos, sed exemplia, que afferuntur, ad discubito referri possunt, cum quo commune habet præteritum.

**DISCULPTUS**, a, um, particip. ab inusit. disculpo, laceratus. *Tertull. Pall.* 4. de *Alex. M.* Pectus squamarum signaculus disculptum, tertu pellucido tegendo, nudavit. *Alii leg.* discalptum.

**DISCUMBO**, cumbis, cùbui, cùbitum, cumbere, n. 3. (dis et cubo). Particip. *Discumbens* 1.º — Discumbere ¶ 1. Est mensa accumbere; quo de more in ACCUMBO dictum est: et occurrit: — 1.º Activa forma; et quidem — a) De pluribus. *Zucret.* 3. 925. Hoc etiam faciunt, ubi discubuerere, tenentque pocula sepe homines et inunbrant ora co-

### DISCURRO

ronis. *Cic.* 5. *Att.* 1. 4. Discubuimus omnes præter illam, cui tamen Quintetus de mensa misit. *Virg.* 1. *Æn.* 712. toris jussi discumbere pictis. *Ovid.* 12. *Met.* 211. positis ex ordine incensis, Arboribus tecto discumbere jusserat antro. *Stat.* 4. *Sile.* 2. 33. Discumbere mensis. *Tibull.* 2. 5. 95. in herba. *Petron. Satyr.* 22. Alii circa pedes discumbenium sparsi jacebant. Adde *Ovid.* 6. *Met.* 566.; *Quintil.* 11. 2. 13.; et *Sueton. Cœs.* 48., *Aug.* 70. et *Cal.* 45. — b) De una tantum persona, quæ tamen cum aliis vel inter alios accumbat. *Curt.* 8. 5. 9. Cum quibus quum discubuisse rex, paulisper epulatus, convivio excessit. *Tac.* 3. *Ann.* 14. Quum in convivio — Piso discumberet. *Id.* 6. *ibid.* 50. Ultra solitudinem discubere. Adde *Sueton. Aug.* 74. et *Vit. Terent.* 3.; et *Juvenal.* 5. 12. Huc pertinet et illud *Nepot. fragm.* 6. 2. *Staver.* Temperius discumbere. 2.º Passive impersonaliter. *Cic.* 3. *Verr.* 26. 66. Discumbitur: fit sermo inter eos et invitatio, ut Graeco more biberetur. *Virg.* 1. *Æn.* 704. stratoque super discumbitur ostro. *Gell.* 3. 19. Apud cœnam Favorini cum discubuit fuerat etc. ¶ 2. Item dormiendi causa decumbere. *Plaut. Merc.* prol. 99. Discubitus noctu ut imus, ecce etc. *Cic.* 2. *Invent.* 4. 14. Simul cœnare et in eodem loco somnum capere voluerunt; cœnati discubuerunt ibidem.

**DISCUNÉATUS**, a, um, adjekt. apertus ac patens: a cuneus. *Plin. 9. Hist. nat.* 30. 49. (190). Conchæ se contrahunt, sed frustra, discuneata. h. e. quasi immisso cuneo diducit et patascat. Loquitur de conchis quæm polypi illis insidiantes lapillum injiciunt, quo carnes securi extrahant.

**DISCUPÍO**, pis, pere, a. 3. (dis et cupio) valde cupio. *Plaut. Trin.* 4. 2. 87. Discupio dicens. *Catullus* apud *Cic.* 8. *Fam.* 15. 2. Te videre et omnia intima conferre discupio. *Catull.* 103. 2. Discupio vendere.

**DISCURRO**, curris, curri vel cœcurri, cursum, currere, 3. (dis et curro). Præter. pers. discurrerant habet *Liv.* 25. 25. et discurrisse habet *Curt.* 4. 15. 10.; discurrexit habet *Sueton. Cal.* 32. — Part. *Discurrent*, *Discursus* et *Discursurus* I. — Discurrere est hoc illuc currere, in diversas partes currere, palantes hoc illuc currere (It. correre qua e là, discorrere, correre in diverse direzioni, sparpagliarsi correndo; Fr. courir de différents côtés, courir là et là, courir en différents sens, se disperser; Hisp. correr acá allá, esparcirse; Germ. nach verschiedenen Richtungen auseinanderlaufen, sich zerstreuen, zerstreut umherreilen, laufen; Angl. to run different ways, to and fro, this way or that, up and down, hither and thither).

I.) Proprie. — 1.º De personis. — a) Cum præpos. circa. *Liv.* 26. 9. Circa deum delubra discurrent. *Id.* 25. 9. circa vias. — b) Cum præpos. per. *Ovid.* 14. *Met.* 418. famuli populusque per omnes Discurrent silvas, atque obvia lumina portant. *Sueton. Cal.* 19. per Bajanum sinum. *Ammian.* 24. 4. per vario. Adde eum. 16. 3. *Id.* 25. 5. med. per agmina. — c) Cum præpos. in ei. *Ablat. Cœs.* 3. *B. C.* 105. Ut in muris armata civiles discurreret. *Ovid.* 2. *Fast.* 285. in montibus altis. — d) Cum *Ablat.* sine præpos. *Sueton. Ner.* 57. Tantumque gaudium publice præbuit, ni plebs pilata tota urbe discurreret. — e) Cum præpos. ad vel in fere ad Enem significandum. *Curt.* 9. 7. 8. Graeci milites, incertum ob quam causam, lymphatis similes ad arma discurrent. Cf. *Liv.* 26. 36. istra sub g. *Virg.* 12. *Æn.* 577. Discurrent alii ad portas. Adde *Liv.* 25. 37. *Id.* *Liv.* 1. 9. Signo dato, juventus Romana ad rapientes virginis discurrerit. *Curt.* 4. 15. 10. Vietores Persas ad prædam discurreris. *Petron. Satyr.* 114. Discurrent nautæ ad officia trepidantes. *Apul.* 7. *Met.* Arbitror puelam istam nec in similem fugam discurreram. *Auct. B. Alex.* 34. Trepidantes in omnes partes discurrere ceperunt. Et in re militari *Curt.* 3. 2. 14. Obsistere, circumire, discurrere in cornu, mutare pugnam. *V. Müntz.* ad h. 1. Similiter *Liv.* 28. 14. Neque in cornua, ut adjuvarent pugnantes, discurrere audent. Adde eum. 7. 33. Sic *Frontin.* 2. *Strateg.* 3. 10. Discurrere in latera. Alio sensu *Justin.* 13. 6. 17. Sic Macedonia, in duas partes discurrentibus dueibus, in sua viscera armatur. — f) Part. *Discursus* pass. *Ammian.* 29. 5. Discursis magnis illeribus. *Id.* 25. 10. Tramite discurso. Sic *Id.* 28. 4. Negotiis discursis. — g) Passive impersonal. *Virg.*

11. *En.* 468. Illicet in muros tota discurrexit urbe. *Liv.* 23. 36. Accensis utrimque animis ad arma discurrexit et prælium conseruit. *Id.* 27. 16. Tum ab eædæ ad diripiendam urbem discursum. *Seneca Ep.* 95. ante med. Turba ministrorum, per quos signo dato, ad inferendam cenam discurrexit. — b) Absolute. *Liv.* 21. 31. Perversis rupibus juxta invia ac devia adsueta discurrunt. *Curt.* 3. 8. 25. Festinatio discurrentium. *Sueton. Cal.* 32. Victor cum pulma discurrit. Adde *eund.* *Cloud.* 10. et *Tib.* 75. *Val. Flacc.* 6. 203. Viderat Hyrcanos paribus discurrere fratres Castor equis. — 2.) De rebus, et quidem — a) Corporeis. *Val. Maz.* 3. 1. n. 1. Discursus telorum. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (13). Vites improbo reptatu, pampinorumque projecta in secunda discursu atria media compentes. *Id.* 17. *ibid.* 20. 33. (144). Inter se radices serpenti matu quoque discursu necantur. *Id.* 34. *ibid.* 12. 29. (118). Lapis gracilis venarum discursu. *Id.* 16. *ibid.* 15. 26. (66). Acer arbor crasso macularum discursu. Alter *Plin.* 6. *Ep.* 20. 9. Ab altero latere nubes atra et horrenda ignei spiritus tortis vibratisque discursibus rupta. — b) De anima. *Lucan.* 3. 640. Discursus animæ diversa in membra meantis.

II.) Improproprie ponitur pro sermone, dissertatione: V. DISCURRO II. *Macrobi.* 7. *Saturn.* init. Mensis post epulas iam remotis, et discursum variantibus poculis. *Al. leg.*, et quidem rectius, discursus. Certior est lectio apud *Cad. Theod.* 9. 24. 1. Redempti discursus. h. e. colloquitiones cum pueris.

DISCUS, i, m. 2. δίσκος.

I.) Proprie est orbis rotundus, lenticulari forma, lata et plana figura (et, ut quidam falso docent, in medio perforatus) ferreus vel æneus, aut lapideus, gravis ponderis, quem in altum manibus jactantes, se exercebant, ludebantque victore, qui altius, seu potius longius projectisset: quod genus exercitationis a Græcis et præcipue Spartanis Latini sumperficiunt. V. *Hieron. Mercurial.* l. 2. art. *gymnast.* c. 12. et *Petr. Fabri Agonist.* l. 2. c. 1. *Horat.* 1. *Od.* 8. 11. sæpe disco, sæpe trans lumen jaculo Nobilis expedito. Adde *eund.* 2. *Sat.* 2. 13. *Propert.* 3. 12. 10. Missile nunc disci pondus in orbe rotat. *Ovid.* 19. *Met.* 177. Inire certamina disci. *Martial.* 14. 164. Splendida cum volventi Spartani pondera disci. Este procul pueri: sit semel ille nocens. Adde *eund.* *ibid.* 173. Inuit autem utroque loco fatum Hyacinthi pueri, ab Apolline imprudente, jactu disci interempti: de quo *Ovid.* 10. *Met.* 162. et seqq. Certamen disci describit *Stat.* 6. *Theb.* a. vers. 646. V. DISCOBOLUS. — Discum audire malle quam philosophum, proverbiū est apud *Cic.* 2. *Orat.* 5. 21. de iis, qui ludum et levia rebus gravissimis anteponunt. V. infra sub II. 5.

II.) Improproprie. ¶ 1. Est tintinnabuli genus, quod ligneus est discus duobus ferreis atque versatilibus pessulis hinc inde instructus. M. *Aurel.* inter epist. *Fronton.* ad *M. Cœs.* 4. *Ep.* 6. (edente iterum *A. Mai*). Dum ea fabulamur, discus creput, id est pater meus in balneum transisse nuncius est. Huc spectat locus cit. *Cic.* sub I. in *flu.*, in quo hæc habentur: Quam omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quam philosophum inlidunt, qui simul ut inreput, in media oratione de maximis rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relingunt. Hæc cl. *Furlanetto* in *Append.* Ne quis vero putet, discum apud *M. Aurel.* et apud *Cic.* idem omnino significare. ¶ 2. Item a figura similitudine discus est apud *Vitruv.* 9. 8. 1. *Schneid.* id, quod Franci dicunt *cadrans*. ¶ 3. Item latus disci figura similis, cibis continendis. *Apul.* 2. *Met.* Cœnarum reliquis discus ornatus. *Augustin. enarr.* in *Psalm.* 96. discus appellat hincum illud, quod per visum Petro oblatum fuit, variis animalibus refertur.

DISCUSSE, adverb. (discussus) cum examine. Occurrit tantum *Comp. Discussus* apud *Capell.* O. p. 302. Ab ipsa virgine explorandæ discussus.

DISCUSSIO, ūnis, f. 3. actus discutiendi, con-

sumptus. *Al. rectius leg.* discursione. DISCURSITATI<sup>O</sup>. V. DISCURSATIO.  
DISCURSO, as, are, 1. frequentat. a discurso. Part. *Discursans*. — Discursare est sæpe hoc illuc currere. *Flor.* 3. 18. 10. Duce et auctore beli discursante Popedio. *Quintil.* 11. 3. 126. de oratori gestu et actione. Discursare ineptissimum. *Id.* 6. 3. 54. Multum in agendo discursans. *Ammian.* 14. 4. Saraceni — ultra citroque discursantes, quidquid inventari poterat, momento temporis parvi vastabant. — Et cum Accus. *Ammian.* 15. 5. Memorato itaque duce Gallias ex re publica discursante Barbarosque propellente. etc.

DISCURSUS, a, um. V. DISCURRO.

DISCURSUS, us, m. 4. actus discurrendi, discursatio (It. *il correre qua e là*, discorrimento; Fr. action de courir *ça et là*; Hisp. *el acto de correr *acá allá**; Germ. d. *Hin- und Herlaufen, Umherieren, -schwärmen*; Engl. *a running to and fro*).

I.) Proprie. — 1.) De personis. — a) Generatim. *Auct. B.* G. 8. 20. Magno clamore discursuque passim se fugæ mandant. *Ovid.* 2. *Fast.* 223. Sic Fabii latis valvis discursibus implent. *Val. Flacc.* 5. 428. discursibus et iam deficit. h. e. nimium caracentem vires deficiunt. *Quintil.* 8. 3. 69. Efferentium prædas repetentiumque discursus. *Id.* 2. 12. 9. Declinantes multo discursu, anhelitu etc. furentes. Adde *eund.* 1. 12. 10. et 4. 2. 3. *Ammian.* 14. 7. Erosque conjunctos per ampla spatiis civitatis acri raptavere discursu. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 5. (13). Lupus piscis ut hæsit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera. — b) Specialiter in re militari. *Liv.* 25. 25. Timens, ne, si frequenter intrasset loca, contineri ab discursu miles avidus præde non posset. *Ammian.* 27. 10. et 25. 8. Hostiles discursus. — c) Item specialiter ponitur pro discursione, conatu, labore ad opes aut dignitates adipiscendas. *Juvenal.* 1. 85. Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. *Plin.* 8. *Ep.* 23. 5. Quo discursu, qua vigilantia

hanc ipsam ædilitatem, cui præceptus est, petuit! Adde *eund.* 1. *ibid.* 9. — 2.) De rebus, et quidem — a) Corporeis. *Val. Maz.* 3. 1. n. 1. Discursus telorum. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (13). Vites improbo reptatu, pampinorumque projecta in secunda discursu atria media compentes. *Id.* 17. *ibid.* 20. 33. (144). Inter se radices serpenti matu quoque discursu necantur. *Id.* 34. *ibid.* 12. 29. (118). Lapis gracilis venarum discursu. *Id.* 16. *ibid.* 15. 26. (66). Acer arbor crasso macularum discursu. Alter *Plin.* 6. *Ep.* 20. 9. Ab altero latere nubes atra et horrenda ignei spiritus tortis vibratisque discursibus rupta.

— b) De anima. *Lucan.* 3. 640. Discursus animæ diversa in membra meantis.

II.) Improproprie ponitur pro sermone, dissertatione: V. DISCURRO II. *Macrobi.* 7. *Saturn.* init. Mensis post epulas iam remotis, et discursum variantibus poculis. *Al. leg.*, et quidem rectius, discursus. Certior est lectio apud *Cad. Theod.* 9. 24. 1. Redempti discursus. h. e. colloquitiones cum pueris.

DISCUS, i, m. 2. δίσκος.

I.) Proprie est orbis rotundus, lenticulari forma, lata et plana figura (et, ut quidam falso docent, in medio perforatus) ferreus vel æneus, aut lapideus, gravis ponderis, quem in altum manibus jactantes, se exercebant, ludebantque victore, qui altius, seu potius longius projectisset: quod genus exercitationis a Græcis et præcipue Spartanis Latini sumperficiunt. V. *Hieron. Mercurial.* l. 2. art. *gymnast.* c. 12. et *Petr. Fabri Agonist.* l. 2. c. 1. *Horat.* 1. *Od.* 8. 11. sæpe disco, sæpe trans lumen jaculo Nobilis expedito. Adde *eund.* 2. *Sat.* 2. 13. *Propert.* 3. 12. 10. Missile nunc disci pondus in orbe rotat. *Ovid.* 19. *Met.* 177. Inire certamina disci. *Martial.* 14. 164. Splendida cum volventi Spartani pondera disci. Este procul pueri: sit semel ille nocens. Adde *eund.* *ibid.* 173. Inuit autem utroque loco fatum Hyacinthi pueri, ab Apolline imprudente, jactu disci interempti: de quo *Ovid.* 10. *Met.* 162. et seqq. Certamen disci describit *Stat.* 6. *Theb.* a. vers. 646. V. DISCOBOLUS. — Discum audire malle quam philosophum, proverbiū est apud *Cic.* 2. *Orat.* 5. 21. de iis, qui ludum et levia rebus gravissimis anteponunt. V. infra sub II. 5.

II.) Improproprie. ¶ 1. Est tintinnabuli genus, quod ligneus est discus duobus ferreis atque versatilibus pessulis hinc inde instructus. M. *Aurel.* inter epist. *Fronton.* ad *M. Cœs.* 4. *Ep.* 6. (edente iterum *A. Mai*). Dum ea fabulamur, discus creput, id est pater meus in balneum transisse nuncius est. Huc spectat locus cit. *Cic.* sub I. in *flu.*, in quo hæc habentur: Quam omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quam philosophum inlidunt, qui simul ut inreput, in media oratione de maximis rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relingunt. Hæc cl. *Furlanetto* in *Append.* Ne quis vero putet, discum apud *M. Aurel.* et apud *Cic.* idem omnino significare. ¶ 2. Item a figura similitudine discus est apud *Vitruv.* 9. 8. 1. *Schneid.* id, quod Franci dicunt *cadrans*. ¶ 3. Item latus disci figura similis, cibis continendis. *Apul.* 2. *Met.* Cœnarum reliquis discus ornatus. *Augustin. enarr.* in *Psalm.* 96. discus appellat hincum illud, quod per visum Petro oblatum fuit, variis animalibus refertur.

DISCUSSE, adverb. (discussus) cum examine. Occurrit tantum *Comp. Discussus* apud *Capell.* O. p. 302. Ab ipsa virgine explorandæ discussus.

DISCUSSIO, ūnis, f. 3. actus discutiendi, con-

sumptus. *Al. rectius leg.* discursione. *Id.* 1. *Generat.* *Lucilius* apud *Non.* p. 455. 18. *Merc.* atque in *Perccatio dentesque* adversos discutio omnes. h. e. exercitio, huc illuc disjicio. *Lucret.* 6. 417. de Jove, delubra suaque Discutit infesto præclaras fulmine sedes. Sic *Liv.* 42. 20. Columna rostrata fulmine discussa est. *Ovid.* 15. *Met.* 70. Discussæ nubes. *Id.* 5. *ibid.* 292. ossa oris. *Id.* 2. *ibid.* 625. dextra liberatus ab aure Tempora discussit clara cava malleus ictu. *Cœs.* 2. B. C. 9. Ne saxa ex catapultis latericium ourum discuterent. Sic *Liv.* 21. 12. Tribus arietibus aliquantum muri discussit. *Juvenal.* 10. 145. sterilis mala robora febus Discutunt sata. h. e. diffundunt, latant et disjicunt. *Auct. B.* *Alex.* 46. Naves adversæ rostris concurrunt adeo vehementer, ut navis Octaviana, rostro discusso, ligno contineretur. *Virg.* 9. *En.* 810. Discussæque jubæ copiti. *Sil.* It. 6. 280. Discutere caput. Huc perficit et illud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 84. (338). Contextus ignis e se favillam discutit. ¶ 2. Speciatim frequenter est usus apud Medicos, quibus discutere est collectum aliquid in corpore digerere, dissolvere, exinanire, antequam ad suppurationem veniat. *Cels.* 5. 11. Ad discutienda ea, quæ in corporis parte aliqua coierunt, maxime possunt abrottonum, bolentum, etc. *Scribon. Compos.* 264. Malagma discutit vomicas, aut appetit. *Id.* *ibid.* 43. Discutere parotidas. et 214. duriem. et 263. strumas. Adde *Plin.* qui *Hist. nat.* mille pæne locis hoc sensu usurpat. Huc et illa pertinent *ejusdem* 20. *ibid.* 6. 21. (47). Discutere ebrietates. *Id.* 23. *ibid.* 1. 27. (54). fastidia. *Id.* 35. *ibid.* 15. 51. (181). concretum sanguinem. *Id.* 30. *ibid.* 15. 47. (135). corrugationem faciis. *Id.* 23. *ibid.* 4. 40. (82). sudores. *Cels.* 3. 15. ad fin. febrem. *Id.* 2. 17. Discussæ febres. Sic *Id.* 4. 2. dolorem.

B) Est etiam dispellere, removere, dissipare separando in duas vel plures partes: ad rem *Lucret.* 4. 342. nigras discutit umbras. Sic *Virg.* 3. G. 357. sol discutit umbras. et 12. *En.* 669. Discussæ umbras. Ad rem etiam *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 29. (118). Percussam aquam discuti, ut, quæ intus sint, omnia apparent.

I.) Proprie. — a) De rebus. *Cic.* 12. *Phil.* 2. 5. Discussa est illa caligo, quam paullo ante dii: diluxit. Adde *Liv.* 22. 6. et 26. 17.; et *Curt.* 4. 12. 23. *Ovid.* 11. *Met.* 522. Discutere tenebras. *Lucan.* 3. 700. noctem. *Val. Flacc.* 5. 175. nivem. *Cic.* 3. *Orat.* 57. 215. Discutenda sunt ea, quæ obscurant; et ea, quæ sunt eminentia et prompta, sumenda. — b) De personis. *Liv.* 2. 28. Momento temporis discussurum illos crevis fuisse. Cf. *eund.* 42. 44. Discutere consilium Bæticum. *Fellej.* 2. 12. Gladiis quoque et ræde comitia discutientes. *Flor.* 3. 18. 13. Cato discutit Etruscos. Gabinius Marsos. *Ammian.* 25. 1. Hostiles turnis discussæ. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 282. Discussa plebs.

II.) Translate elegantes habet usus dispellendi. *Propert.* 3. 8. 13. pura seminum

tibi discute lympha. Adde *Ammian.* 19. 6. *Curt.* 6. 8. 22. et 8. 6. 26. Animi corporisque sopore discussus. *Apul.* 8. *Met.* crapulam. Cf. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 34. (84). *Curt.* 8. 2. 1. ebrietatem. Adde *Petron.* *fragn.* *Tragur.* 73. *Burmann.* *Propert.* 2. 18. 20. nibi discussit talia visa metus. *Lucret.* 1. 148. Discussere terrorem animi. *Id.* 4. 99. Discussi terrores. Adde *eum.* 3. 93. et 6. 41. *Val. Flacc.* 4. 700. Discussa formido. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. (84). Discussere metum. *Cels.* 3. 18 med. tristes cogitationes. *Quintil.* 6. 1. 46. miseracionem. *Colum.* 6. *R. R.* 35. 2. mentis errorem. *Quintil.* 8. 2. 23. obscuritatem. Cf. *eum.* 6. 1. 49. *Ammian.* 13. 5. fallaciarum omen. *Cic. Mur.* 39. 84. Periculum consilio discussere et compromovere. Adde *Liv.* 2. 52. et *V. Drakenberg* ad h. l.; et *Frontin.* 2. *Strateg.* 11. 4. *Cic.* 2. *Att.* 24. ad fin. Modo cadem timereramus, quam oratio fortissimi sensis discusserat. *Liv.* 35. 45. Discussere apparatus belli. *Vellej.* 2. 75. 1. Bellum sepelire atque discussere. *Id.* 2. 81; *Liv. epit.* 28.; et *Frontin.* 1. *Strateg.* 9. 1. Discussere seditionem. *Frontin.* 4. *Strateg.* 7. 31. consilia hostium. *Justin.* 2. 15. 16. consilia proditionis. *Flor.* 3. 18. 9. Nefas proditione discussere. h. e. detegere et irritum reddere. *Quintil.* 4. 2. 18. crimen. *Curt.* 3. 8. extr. Destinata salubriter, omni ratione potenter fortuna discussit. h. e. turbavit, impediit, irrita reddidit. *Vellej.* 2. 48. Coalescentis conditiones pacis discussere ac rumpere. *Tac.* 2. *Hist.* 9. Gliscentem in dies famam fors discussit. *Val. Max.* 5. 6. *extern.* 4. Discussere injuriam. *Sueton.* *Ces.* 79. infamiam affectati regii nominis. *Curt.* 7. 1. 4. et *Seneca Ep.* 56. otii vitia. *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 33. 2. Si ad Lepidum venissem, omnem ejus cunctationem discussisse. *Cic. Dom.* 21. 54. Eorum adovationem manibus, ferro, lapidis discussisti. *Liv.* 39. 10. Orare deinde atque obsecrare, ut eam rem quoquaque discusseret modo. h. e. removeret. Adde *eum.* 42. 12.; et *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 12. Sic *Sueton. Domit.* 2. Discussa res est. h. e. evanuit, irrita fuit. Similiter passive impersonaliter. *Liv.* 4. 49. Tentatum ab L. Sertio tribuno plebis, ut rotagionem ferret, qua Bolas quoque, sicut Lavicos, coloni mitterentur, per intercessionem collegarum discussum est. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 18. (58). Dicimatum apum injectu pulveris, aut fumo discussit. h. e. dirimitur, separatur. *Liv.* 38. 13. Discussa ea quoquaque disceptatio est constantia ducis. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 15. 46. Ut occurriere possimus interrogationibus eorum captionesque discussere. *Id.* paulo ante captiones dissolvere dicerat. *Paul. Dig.* 24. 1. 2. Discussere matrimonia. h. e. dissolvere. *Altam* leg. distractere. *Cajus* *ibid.* 2. 2. Discussere sponsalia. *Lucan.* 1. 119. Morte tua discussa fides. h. e. dissoluta. *Paulin. Nolan. Ep.* 41. Nec carnos tactus et amplexus illicitos delictatis male palpata tegminibus membra discussant. *Atti leg.* disquistant. — *NB.* *Forcellinus* in *fin.* addidit: Si quis velit ut hoc verbo pro examinare, habet aliquid, quo se tueatur, in *Discussus*, *Discussio* et *Discussor*.

DISDIAPĀSÖN. *V. DIAPASÖN.*DISDO, dis, etc. *V. DIDO*, dis.

DISDÖÑO, as, are, a. 1. diversa diversis dono, ut *distrigitor*, *dispertior*, *distribuo*. *Isid. Gloss.* Disdonat, diversa distribuit. Legitur et in *Not. Tir.* p. 69.

DISÉMUS, a, um, adject. δισέμος, duo signa, seu duo tempora habens. *Capell.* 9. p. 330. Disemus appellatur pes, qui per arsim et thesim primus constare dicitur, ut est *leo*. *Id. ibid.* p. 331. Pes disemus, id est qui duobus temporibus impletur, proleusmaticus quidem, sed brevior nominatur. — *Hinc trisemus*, *tetrusemus*, *pentasemus*, tres, quatuor, quinque tempora habens. *Id. ibid.* p. 330.

DISERTÉ, adverb. Comp. *Disertissim.* 2.; Sup. *Disertissime* 1. — Diserte ¶ 1. Generatim est distincte, expresse, plane. *Plaut. Amph.* 2. 1. 30. Satin' hoc plane, satin' diserte, here, nunc videor tibi locutus? *Liv.* 21. 19. In Lutatii feedere diserte additum est, id ita ratum fore, si etc. *Id.* 39. 28. ad fin. Disertissime planissimeque in eo scriptum est. Adde *eum.* 34. 59.; et *Afranius* apud *Non.* p. 509. 23. *Merc.* ¶ 2. Speciatim apud Rhetores est fas, funde, eloquenter. *Cic.* 1. *Orat.* 10. 44. Ut prudentibus diserte, stultis etiam vere dicere vinearisi. Adde *Nepot. Epan.* 3. *Martial.* 3. 38. Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso. *Quintil.* 6. 2. 26. Disertissime quædam etiamare. *Id.* 12. 1. 30.

Nec quædam non diserte, quod honeste, dicitur. Adde *eum.* 12. 8. 3.; et *Tuc. Dial.* de orat. 9. DISERTIM, adverb. idem quod diserto, plane, expresso: seu vocabulum antiquorum proprium, teste *Paul. Dia.*, qui p. 72. 17. *Müll.* ait: Disertim pro diserte dixerunt antiqui. *Livius Andronicus* iqui *Non.* p. 509. 25. *Merc.* Mihi narrato omnia disertim. *Plaut. Stich.* 1. 3. 87. Disertim id sicut nomen tibi. Adde *Titinium* et *Accium* apud *Non.* loc. cit.

DISERTIÓNES, divisiones patrimoniorum inter consortes. *Paul. Dia.* p. 72. 8. *Müll.*, ubi notat *Scatiz* antiquum dictum esse pro dissertiones.

DISERTÍTIO. inis, f. 3. facultas diserti hominis, facundia, eloquentia. *Hieronym.* *Ep.* 50. n. 5. De nobis occasionem respondentis disertitudini sua. *Id. advers.* *Joann. Jerosol.* 13. Nisi tibi disertudinis tua siuius inundasset. Adde *eum.* 3. in *Hufl.* n. 6. Ubique autem per irrisiōnē et contemp̄tu usurpatū a *Cassiod.* 8. *Kariar.* 12. ante med. Sicut perniciosem est, doctos prava suadere; sic salutare munus, quoꝝ veritatis terminos disertudo nescit excedere. *Id.* 9. *ibid.* 21. Hinc cunctos processores nobilissima disertitudo commendat. *Id. ibid.* 25. Trahebat regnantis animum disertitudo dictorum, et max. Patrem quoque clementiae nostrae in ipsa curia libertatis qua disertitudine devotus asseruit'

DISERTUS, a, um, adject. Proprie est particip. præter. pass. pro *disertus* a *dissero* (V. DIS), teste *Paul. Dia.* p. 72. 15. *Müll.* Disertus a disserendo dictus. Et *Varro* 6. L. 64. *Müll.* Quod dicimus *disserit*, item translatio atque ex agris verbo; nam ut olitor disserit in area sui cujusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus. — Comp. *Disertor* et *Sup. Disertissimus* I. et II. — Disertus est facundus (It. facondo, eloquent, chiaro nel dire; Fr. habile a traiter un sujet, disert, eloquent; Hisp. discreto, eloquent; Germ. wohlbredend; Angl. eloquent, copious, clear, expressive).

I. Proprie. — a) Disertus differt ab eloquente. Nam disertus est ille (inquit *M. Anton.* apud *Cic.* 1. *Orat.* 21. 94.) qui potest satis acute atque dilucide apud mediocrem hominem et communem quadam hominum opinione dicere; eloquens vero, qui mirabilis et magnificens augere potest atque ornare quæ velit, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum pertineant, fontes animo ac memoria continent. Ille *M. Antonius* in quodam suo libello scriptis, disertos se cognosce nonnullos, eloquentem adhuc neminem, ut *ibid.* et *Orat.* 5. 18. habetur. *Quintil.* *procem.* 1. 8. disertis satis putat dicere quæ oporet; ornate autem dicere proprium esse eloquentissimi. *V.* et *Kritz.* ad *Sall. Jug.* 85. — b) Neque tamē semper id servatur religiose discrimen: sed non raro universum pro facundo, copioso, eloquenti, eleganti ponitur. *Cic.* 2. *Phil.* 43. 111. Disertissimum novi avum tuum, at te etiam apertiorem in dicendo. *Cic.* hic loquitur de *M. Antonio*, qui suo ipsius judicio summus orator fuit; et simul significat propriam notionem verbi (qua notat eum qui plane et aperte et dilucide loquitur, ut dictum est) subiendo apertorem. Sic *Id.* 1. *Orat.* 54. 231. Disertissimus orator *Lysias*. Ita *Catull.* 49. ad *Cicer.* Disertissime Romuli nepotum, Quot sunt quotque suæ, Marce Tulli. — c) Promiscue sæpe usurpatur. *Cic.* 1. *Orat.* 9. 38. Diserti et ornate dicentes. *Id.* 3. *ibid.* 32. 129. Eloquentior fuit et disertior Socrates et copiosior et melior orator. *Id.* 1. de *republ.* 3. Illo vero se loco copiosos et disertos putant, quum calamitates clarissimorum virorum injuriæsque iis ab ingratis impositas civibus colligunt. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 19. Fecundi calices quem non fecere disertum? Adde *eum.* *ibid.* 19. 16. et *Art. P.* 370. *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 21. In causa facilis cuivis licet esse diserto. Adde *eum.* 13. *Met.* 228. *Nepos Alcib.* 2. Hippónicus omnium Græce linguae eloquentia disertissimus. Adde *eum.* *Timoth.* 1.; *Quintil.* 2. 3. 7., 6. 2. 3. et alibi sæpe; *Plin.* 6. *Ep.* 17.; et *Juvenal.* 7. 31. — d) In illo *Terentii Eun.* 5. 6. 10. At etiam primo callidum et disertum credidi hominem. disertum ingeniosum. astutum: neque enim eo loco facundus, aut dilucide loquens ad rem facret. — e) Cum Genitivo. *Catull.* 12. 8. ad *tsin.* est euin leporum Disertus puer ac faciliaturi.

II.) Translate dicitur — a) De ipsa oratione. *Cic.* 1. *Orat.* 54. 231. Illam orationem disertari sibi et oratoriū videri; forte et virilem non videni. *Id. Brut.* 26. 101. Historia non ineleganter scripta, que neque nimis est infusa, neque perfecte diserta. Adde *Quintil.* 1. 3. 4.; 2. 11. 5. et 8. 2. 21. Rursus *Cic.* 7. *Att.* 2. extr. Tuæ disertissima epistolæ non rescripti. *Ovid.* 3. *Pont.* 5. 8. Dicta tibi pleno verba diserta foro. *Martial.* 6. 14. Versus disertos scribere. h. e. elegantes. *Seneca Ep.* 24. Aperi tor ista sententia est, quam ut interpretanda sit; et disertor, quam ut iuvanda. h. e. copiosior. — b) De aliis, quæ tamē ad orationem referuntur. *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 19. Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet, Solvat et in mores ora diserta meos. *Martial.* 4. 55. Arpos vocat disertos, quia in ejus urbis flībus natus est Horatius.

**Homonym.** In quo disertus differat ab eloquente, V. sub I. a.

DISFATIGABILIS, e, adjct: in diversa fatigabili: et

DISFATIGO, as, are, a. 1. in diversa, vel diversis modis fatigo. Voces a Lexico expungendas; occurruunt eum tantummodo in *Not. Tir.* p. 118.

DISGLUTINO, as, are, a. 1. (dis et glut) dis jungo, dissoluo. *Hieronym.* *Ep.* 66. n. 12. Con juncta diglutinamus, unita dissimus.

DISGRĒDIOR, grēderis, grēdi, dep. 3. (dis et gradior) idem ac *digredior*. *Boeth.* *Aristot. Analyt.* post. 2. 11. p. 551. Contingit id et gratia cuius esse, et ex necessitate, ut per lucernæ pellem lumen egredi, etenim ex necessitate disreditur, quod in parva est partibilia, et per maiores poros, si quidem lumen fit disgregando, et gratia cuius, ut non offendamus.

DISGRĒGĀTIO, ônis, f. 3. separatio. *Boeth.* de divis. p. 643. Oportet secundum naturam divisionis et secundum definitionem in proprias species semper fieri generis disgregationem. Adde *eum.* *ibid.* p. 570.

DISGRĒGĀTIVUS, a, um, adjct. qui disgregatur, vel disgregari potest. *Boeth.* in *Porphy.* 3. p. 96. Omnia individua disgregativa sunt et divisiva. *Id. Aristot. Topic.* 7. 2. p. 721. Ut de aibō et nigrō; nam illud quidem disgregativum, hoc autem congregativum visus est.

DISGRĒGĀTUS, a, um. V. voc. seq.

DISGRĒGO, as, are, a. 1. (dis et grex). Part. *Disgregatus.* — Disgrego est quæ congregata sunt separo, sejungo, dividio. Translate *Capell.* 3. p. 71. probabilis Hic ordo rebus, quicque disgregabitur. In hina demum. *Boeth.* de *syllog. hypoth.* p. 607. Ita igitur propositionibus disgregatis, ex enunciationum proprietate syllogismi quoque vocabulum perceperunt. *Id.* 5. *Music.* 5. Unisonarum vocum aliae sunt continuæ, aliae disgregatae.

DISGRĒGUS, a, um, adjct. dissimilis, dispar. *Capell.* 6. p. 302. Pueræ nec disparæ numero, nec disgregæ venustate.

DISGREX, segregus. *Gloss. Isid.*

DISHIASCO, is, ere, n. 3. bio, sñdor, scindor. *Cato R. R.* 12. Confibus lignæs, qui arbores comprimat, si dishiascent.

DISJECTO, as, are, a. 1. frequenat. a disjicio. in varias partes totis viribus jario. *Lucret.* 2. 553. Disjectare solet magnum mare transtra, gubernat. Antennas, proram, etc. *Id.* 2. 560. Sic tibi si finita semel primordia quædam. Constitutes, ævum debent sparsa per omne. Disjectare ævum diversi materiali. *Id.* 3. 498. vis animi atque animali conturbatur, et, ut docui, divisa seorsum disjectatur, eodem illo distracta veneno. *Ammian.* 16. 3. Ut conspiratas gentes in noctem Romani nominis disjectaret. *Id.* 19. 7. Quorum in verticibus celsis aptatae ballisticæ propugnatores agitantes humilijs disiectabant.

DISJECTUS, a, um. V. DISJICIO.

DISSECTUS, us, m. 4. dissipatio. *Lucret.* 3. 941. Major enim turbæ disjectus materiali consequitur leto.

DISJICIO, jcis, jeci, jectum, jctere, a. 3. (dis et jacio). Part. *Disjectus* in omnibus paragr.; *Disjectus* I. 1. b. — Disjicere est in diversas partes jicare, dispergere, dissipare (lt. gettare qua e là, dissipare, sbaragliare, dispergere; Fr. jeter ça et là, disperser; Hisp. echár aca alla, esparrir; Germ. auseinanderwerfen, streuen, zerstreuen, auseinanderjagen, zertheilen; Angl. to cast asunder, overthrow, disperse, discomfit, put to flight).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu, et quidem — a) Generatim. — De rebus. *Lucret.* 1. 651. Aerius ardor enim conductis partibus esset; Languidior porro disjectis. Cf. *Cic.* 4. *Herenn.* 2. 3. Iles varias et disparas in tot poematis sparsas et vase disjectas. Rursus *Lucret.* 2. 939. Materies disjecta. *Id.* 5. 404. Disjectosque rededit (*Phœbus*) equos juntique trementes. h. e. post Phætonis casum. *Ovid.* 16. *Met.* 170. oppositas (*Phœbus*) disjecit pondere nubes. *Id.* 1. *ibid.* 328. Disjicere nubila. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 49. 50. (134). Procella fit, disjecta nube verius, quam rupta. *Ovid.* 12. *Met.* 252. disjectisque ossibus oris, Acta retro naris medioque infixa palato est. *Id.* 3. *ibid.* 724. Trunca sed ostendens disjectis corpora membris. *Al.* aliter leg. Adde *Val. Flacc.* 4. 167.; et *Senec. Hippol.* 1257. Sic *Virg.* 12. *Æn.* 306. Ille securi Adversi frontem medium mentumque reducta Disjicit et sparso late rigat arma crux. *Varro* apud *Gell.* 3. 14. Scyphus in duas partes disjectus. *Val. Flacc.* 4. 412. Apparent sparsaque faces, disjectaque longe Verbera, et abruti excussi crinibus hydri. h. e. Tisiphones flagella. *Liv.* 30. 24. Ventus — passim naves disjecit. Sic *Tac.* 2. *Ann.* 23. Auster rapuit disjectaque naves in aperita oceanus. Et *Virg.* 1. *Æn.* 47. Disjectaque rates evertique æquora ventis. et 74. disjicere corpora ponto. *Ovid. Heroid.* 12. 63. Disjecta comas. Sic *Sil. It.* 5. 203. crinem disjecta Venus. Adde *eund.* 2. 558. Rursus *Ovid.* 11. *Met.* 386. Disjicere capillos. *Liv.* 24. 2. Menia disjecta. h. e. in varia admodum partes hue illuc procurentia. *Tac.* 2. *Ann.* 61. Disjectaque inter et vir pervias arenas instar montium eductæ pyramides. *Sil. It.* 6. 185. disjecta tellure (*serpens*) extulit caput. h. e. tellurem hue illuc jacens, spargens. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 38. Si qua preterea in vineis fessor disturbavit, — diligens vinitor restituere debet, — disjectos palos reponere etc. — De hominibus. *Ovid.* 3. *Fast.* 525. Plebs venit, ac virides passim disjecta per herbas Potat et accumbit. *Pompejus ad Domit.* post *Cic.* ep. 12. l. 8. ad Att. Nos disjecta manu parer adversarii esse non possumus; contractis copiis spero etc. Cf. *Auct. B. G.* 8. 7. extr. Pabulatio propter anni tempus cum exigua, tunc disjecta. Ceterum *Tac.* 2. *Ann.* 45. Diriguntur acies, pari utrinque spe, nec, ut olim apud Germanos, vagis incursibus, sed disjectas per catervas. *Id.* 6. *ibid.* 44. Disjecti et longo itinere fessi. Cf. *eund.* 1. *ibid.* 32. Quod neque disjecti, vel paucorum instinctu, sed pariter ardescerent. h. e. non divisim. — b) Speciatim in re militari disjicere est hostes perfringere, hue illuc dispergere ac dissipare. *Varro* 2. *R. R.* 4. 1. Dicit, celeriter se hostes, ut serosa porcos, disjecturum. *Cæs.* 1. *B. G.* 25. Milites — facile hostium phalangem perfringunt: ea disjecta, gladiis destrictis, in eos impetum fecerunt. *Nepos. Miltiad.* 2. Barbarorum copiae disjectæ. *Sall. Cat.* 61. Pauci, quos medios cohors prætoria disjecerat, paulo diversius conciderant. Adde *eund.* *Jug.* 50. et 53.; *Liv.* 44. 41.; et *Cæs.* 3. *B. G.* 20. *Pseudo-Sall. Orat.* 2. ad *Cæs. de republ. ordin.* Inimicorum arma inermis disjecti. *Tac.* 1. *Ann.* 65. Disjicere obvios, proterere jacentes. *Id. Agric.* 37. hostes in fugam. *Liv.* 30. 39. et 21. 49. classem. *Val. Flacc.* 3. 162. agmina. *Ammian.* 29. 4. Hostium disjecta frangere. h. e. hostes disjectos, dispersos. Cf. *Sueton. Galb.* 12. — Hinc poetice *Val. Flacc.* 3. 140. duplicataque ora securi Disjicit service tenus. Cf. *Ovid.* 12. *Met.* 366. fredo disjectus vulnere. ¶ 2. Latori, vel prægnante, uti ajunt, significatione est diruere, ad nihilum redigere. — a) Absolute. *Cæcilius* apud *Cic. Cæl.* 16. 37. Dide, disjice, per me licebit. Si egebis, tibi dolebit. — b) Cum Accusativo. *Auct. B. Alex.* 63. Postulat, ut munitiones disjicerentur, sibique liber exitus darentur. *Nepos. Timol.* 3. Arcem a fundamentis disjecti. *Id. ibid.* Urbium moenia disjecta reficere. Adde *eund.* *Hann.* 7.; et *Ovid.* 12. *Met.* 109. et *Heroid.* 1. 49. Sic *Sueton. Cæs.* 81. Disjicere sepultra. *Virg.* 8. *Æn.* 290. urbes. *Sil. It.* 9. 538. arcæ. *Id.* 12. 184. portas. *Sueton. Claud.* 11. tropæa. *Id. Cæs.* 75. et *Cal.* 34. statuas. *Id. Ner.* 25. partem muri. *Id. Tib.* 48. Civitates terræ motu disjectæ. Cf. *Liv.* 38. 56. et 22. 50.; et *Tac.* 2. *Ann.* 7.

II.) Translate est disturbare, dissolvere, irritum reddere. *Cato* apud *Charis.* 2. p. 198. *Putsch.* Item uti ab Thermopoleis atque ex Asia maximos tumulus matutissime deseci atque concedavi. *Virg.* 7.

*En.* 339. Disjice compositam pacem, sere crimina belli. Sic *Sil. It.* 2. 294. Oppida quassantur, longeque in mensa nostra Encadum adrectantes, disjectaque pars est. *Liv.* 8. 9. Ob iram disjectæ pacis. *Al.* leg. d'emptæ; ali aliter. *Nepos. Att.* 8. Sic ille consensionis globus bujus unius dissensione disjectus est. *Liv.* 2. 35. Priu tentata res est, si dispositis clientibus, absterendo singulos a coitionibus disjicere rem possent. *Id.* 23. 14. Disjicere consilia ducis. *Vellej.* 1. 10. Cogitationem regis Romana constantia disjecit. *Sueton. Cæs.* 42. Disjicere expectationem novarum tabularum. *Id. Tib.* 63. oracula. — Disjicere pecuniam pro dilapidare dixit *Val. Max.* 3. 5. n. 2. extr.

## DISJÜGÄTIO, ônis,

DISJÜGÄTUS, a, um, et

DISJÜGO, as, etc. *V.* DIJUGATIO, DIJUGA TUS, DIJUGO.

DISJUNCTE, adverb.,

DISJUNCTIBILIS, e, adject.,

DISJUNCTIM, adverb.,

DISJUNCTIO, ônis, f. 3.,

DISJUNCTIVE, adverb.,

DISJUNCTIVUS, a, um, adject.,

DISJUNCTUS, a, um, et

DISJUNGO, gis, vi, etc. *V.* DIJUNCTE, DIJUN CTIBILIS, DIJUNCTIM, DIJUNCTIO, DIJUNCTI VE, DIJUNCTIVUS, DIJUNCTUS et DIJUNGO.

DISJURGIUM, ii, n. 2. idem fere ac jurgium, contentio, et levis quædam lis etiam inter cognatos et amicos. *Inscript.* optimè nota apud *Marin. Frat. Arv.* p. 712., que est apud *Orell.* 3023. et 4777. a. *MEMMIO CLARO A. MEMMIVS VRBANVS CON LIBERTO IDEM CONSORTI CARISSIMO SIBI: INTER ME ET TE SANCTISSIME MI CONLIBERTE NELVM VNQVAM DISJVRGIM FVSIUS CONSCIVS SVM MHI.*

DISLÖCENSIS. *V.* DIALUTENSIS.DISMÖTUS, a, um. *V.* DIMOVEO.

DISÖMUS, a, um, adject. *diomous*, duorum corporum capar a diç bis, et *côpia corpus*. *Inscript.* apud *Gruter.* 751. 11., apud *De vita AA. BB. cl. 9.* n. 2., ubi multe hac super re, et apud *Orell.* 4548. p. *ABLVIS VENERIANVS HOC VAS DISOMIVM SIBI ET FE LICITATI SVAB POSVIT. V. BISOMUS.*

DISPÄLATÜS, a, um. *V.* DISPALOR.

DISPÄLESKO, is, ere, n. 3. errantium instar dispergor, item divulgor, palam flo. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 123. Periisse suarius est, quam illud flagitium vulgo disperlesceré.

DISPALOR, ôris, ôtus sum, ari, dep. 1. Part. *Disp alans* I.; *Dispalatus* I. et II. — Dispator est in omnes partes palor, hue illuc vagor, erro. *Nonius* p. 101. 5. *Merc.* (si tamen salva est lectio) ponit dispalo, as, activum, quod separare significet. Sed cum simplex palor deponens in usu sit, satius est, compositum ei esse simile.

I.) Proprie. Sisenna apud *Non.* l. c. Tanto plures passim dispalantur. *Id.* apud *eund.* *ibid.* Dispalti ab signis, digressi omnes ac dissipati. *Nepos. Ly sand.* 1. Dispalti in agris, in hostium venerator testem. Adde *eund.* *Hann.* 5.; *Varro.* 3. *R. R.* 18. 7.; et *Gell.* 1. 11. *Ammian.* 15. 3. Incomposite agmine milites hue et illuc dispalantes. *Id.* 31. 2. Omnes sine sedibus fixis, absque lare vel lege aut ritu stabili dispalantur. Adde *eund.* 16. 12., 24. 7. in fin. et 20. 4. extr.

II.) Translate. *Pseudo-Sall. Orat.* 2. ad *Cæs. de rep. ordin.* ante med. Multitudine primum malis moribus imbuta, deinde in variis artes vitasque variis dispalata, nullo modo inter se congruens.

DISPANDO vel dispendo, pandis vel pendis, pan sus vel pensus vel passus vel pessus, pandere vel pendere, a. 3. (dis et pando). Part. *Dispansus*, *Dispeneus*, *Dispassis* et *Dispessus* I. — Dispandere vel dispendere est expandere, extendere.

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 7. Dispensis manibus patibulum habebis. *Gell.* 15. 15. doceat, Part. *dispessus* esse a dispando. Sic *Sueton. Domit.* 19. Palma dextræ manus dispensa. *Lucret.* 1. 306. dispense vestes in sole serescunt. *Al.* leg. dispensæ. *Id.* 6. 598. Neu distracta suum late dispandal biatum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 4. 3. (8). Arbor vastis dispansæ ramis. *V.* et *DISPENNO*. — Nonnulli legunt et apud *Lucret.* 3. 1002. novem dispensis jugera membris obtineat. *Si thi alii, et quidem rectius*, leg. dispersis. Item apud *Cic. Arat.* 103. et ed. *Orell.* 316. Taurus in caelo late dispensus. *Orell.* vero Co-

dicum auctoritate fretus legit dispersus: V. ibi adnotata.

II.) Translate. *L. Verus imp.* inter epist. *Fron ton. ad Verum imp.* ep. 3. An igitur debeas illa omnia corripere, an vero paullo altius dicere, nec tam tam ita, ut mox nostra dispandere, ipse dispicies. h. e. pluribus verbis aperire, nota facere, amplificare.

DISPANSUS, a, um. *V.* voc. præcat.

DISPAR, pâris, adject. (dis et par) inæqualis, dissimilis (It. *disuguale*, *dissimile*; Fr. *inégal*, *dissemblable*, *different*; Hisp. *desigual*, *desemejable*, *diferente*; Germ. *verschieden*, *ungleich*, *verschiedenartig*; Engl. *unequal*, *dissimilar*, *unlike*, *different*). Occurrit — a) Absolute. *Cic.* 1. *Nat. D.* 31. 87. Disparibus temporibus eadem spatia conficer. *Id. Amic.* 20. 74. Dispare enim mores disparity studia sequuntur. *Id.* 2. *Fin.* 3. 10. Dispare coloris. *Id. Mur.* 21. 43.; *Salt. Jug.* 52.; et *Cæs.* 7. *B. G.* 39. fortuna. *Cæs.* 5. *B. G.* 16. prælum. *Liv.* 30. 28. habitus animalium. *Ovid.* 1. *Met.* 711. calamii. *Id.* 2. *ibid.* 582. fistula. *Id.* 8. *ibid.* 192. avenæ. *Horat.* 1. *Od.* 17. 25. male dispar. Adde eund. 4. *ibid.* 11. 31., 1. *Sat.* 7. 16. et *Epod.* 7. 12. *Quintil.* 10. 1. 67. via dicendi. *Sueton. Vitell.* 5. voluntas. *Ammian.* 21. 12. animi. — Et cum addito inter, aut Ablativo rei, qua qui dispare sunt. *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 68. Dispare inter se motus. *Liv.* 1. 24. Fratres nec ariate, nec viribus dispare. — b) Cum Genitivo. *Cic. Senect.* 21. 78. Dispar sui atque dissimile. *Sil. It.* 8. 570. Brutius haud dispar animalium. h. e. pari animo. *Id.* 5. 196. sortis. — c) Cum Dativo. *Lucret.* 2. 736. Nullus enim color est omnino material Corporibus, neque per rebus, neque denique dispar. *Cic.* 1. *Off.* 30. 109. Sunt his alii nullum dispare. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 3. Ut matrona inertrici dispar erit. — d) Cum Ablativo rei, a qua quis differt. *Curt.* 7. 7. 4. Quæ ad Tanaïm et Bactra spectant, humano cultu haud disparity sunt. h. e. non sunt humani cultus expertia, coluntur serunturque. *Cloud. Mamertin. Gen. Max.* 7. Dispare atabitus. — e) Cum Ablativo et præpos. in. *Ammian.* 16. 12. ad fin. Utque nativo more sunt barbari humiles in adversis, dispare sunt in seundis; etc.

DISPARÄBILIS, e, adject. idem ac separabilis. *Acicm.* Ep. 16. sub init. Juvenis virtute, senex fide, ævo friget, adulterio calet. Quid multis? optandum est, ut per voluntatem disparabilem, non quam libet perire, tam licet. Nam quum adhortatoria plus, quam asper pro incesti facinore culparetur, severitatem nostram sola præscriptione tarditatis accusans, sero nos illicitæ jurgationis tricennale consortium dannasse causatus est.

DISPARASCO, is, ere, n. 3. dispar sum. *Cloud. Mamert.* 3. *Stat. anim.* 9. ante med. Nempe testimonium, quod a nobis disparascere arbitrabaris, animadvertis nobiscum profectu disputationis unescere. Ati pro disparascere legunt dispar asserere; pro unescere legunt bene stare. At utrumque verbum disparasco et unesco videtur retinendum, donec alio loco Latini alicujus auctoris sufficiunt in Latina lingua usum admitti facile possit.

DISPARÄTIO, ônis, f. 3. separatio. *Vitrin.* 2. 8. 1. *Schneid.* Ab disparatione procreationis liberatione. h. e. fetus ejectione. *Ammian.* 21. 12. Disparatione brevi civitatem Natisone ambi præteriente.

DISPARÄTUS, a, um. *V.* DISPARO.

DISPARENS, entis, particip. ab inusit. *dispareo*. *Lactant.* 3. 10. Feræ mala carent, pericula vident, latibula sibi parant in plures exitus disparentia. h. e. aperta et patentia. In edit. an. 1468. habetur differentia, h. e. in variis partes ferentia. Meliores tamen editiones *Heumann* puta, *Bunemann*, *Cellarii*, *Walchii* habent, et quidem rectius, *disparentia*.

DISPARGO, gis, si, sum, gere. *V.* DISPERGO.

DISPARILIS, e, adject. Idem quod dispar. *Cic.* 1. *Divinat.* 36. 79. Et ex disparili aspiratione terrarum. *Farto* 2. *R. R.* 11. 4. Propter loca et pavulum disparile, non usquequaque idem sit. *Id.* 9. *L. L.* 40. *Mull.* Dispariles forma. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 17. vites. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 45. 45. (116). Disparilis ictus siderum errantium. *Gell.* 5. 1. Disparilis sensus. *Ammar.* 22. 8. Gentes sermonum varietate dispariles. Adde *Prudent.* 2 in *Symmach.* 273. DISPARILITAS, ôti, f. 3. dissimilitudo. *Farto*

10. *L. L.* 36. *Müll.* Disparilitas vocis. *Gell.* præfat. rerum. *Id.* 7. 3. collationis. Adde *Macrobius*. 1. *Saturn.* 1.

DISPÄRILITER, adverb. dissimiliter. *Varro* 1. *R. R.* 6. 6. Hæc ad colendum dispariliter habent momentum. *Id.* 9. *L. L.* 89. *Müll.* Ut in casus et tempora dispariliter declinetur.

DISPÄRÖ, as, avi, åtum, are, a. 1. (dis et paro). Part. *Disparatus* et *Disparandus*. — Disparo est separo, sejungo (It. *separare*; Fr. *séparer*, *désunir*; Hisp. *separar*, *dividir*; Germ. *auseinander-schaffen*, — *bringen*, *trennen*, *zertheilen*; Angl. *to separate*). Occurrit — a) Generatim. *Plaut.* *Rud.* prot. 10. Juppiter nos per gentes alio alia dispara. h. e. separat et dimittit. *Cic.* 2. de republ. (edente A. *Maio*) 22. Eosque (*seniores a junioribus*) ita disparavit, ut suffragia non in multitudinis, sed in locupletinis potestate essent. *Ces.* 7. *B. G.* 28. Disparando deducendosque ad suos curavit. *Ammian.* 14. 8. Disparare regiones orbe Eoo monte Amano. *Id.* 14. 3. ab Euphrate. *Id.* 22. 16. med. a civitate littore. *Add. eum* 16. 2. 15. 11. 17. 13., 20. 3. 16. 12. 18. 7. et 24. 1. *Arnob.* 3. 10. Ab omni turpitudinis labe disparata atque ab juncta divinitas. *Gell.* 11. 11. Varie et lepide tot sententias in eandem rem disparavil. h. e. distinxit. *Fragm.* *Vatic.* § 35. Disparare quantitatem. V. et DISSEPARATUS. *Capell.* 1. p. 10. Sed nunquam mage velle disparamus. h. e. sed nullo unquam tempore magis dispero (h. e. amoveo) velle meum, etc. V. ibi *Hopp.*, qui vulgatam lectionem iure tuerit. — b) Speciatim apud Rhetores. *Cic.* 1. *Invent.* 28. 41. Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo; sapere et non sapere. *Quintil.* 5. 11. 31. Disparata, ut dura non duris. At. leg. separata.

DISPARTIBILIS, e, adject. divisibilis. *Tertull.* advers. *Hermog.* 39. Demutabilis et dispartibilis.

DISPARTIO, et DISPERTIOR. V. DISPERTIO. DISPATENS, entis. V. DISPARENS.

DISPECTIO, ônis, f. 3. actus dispectandi. *Tertull.* *Resurr. carn.* 19. Hæc dispectio tituli et præconii ipsius. *Terentian.* p. 2418. *Putsch.* Vim propriam pedibus fida cito reddito mente, Ne dum requiris, tarda sit dispectio. *Putsch.* male habet dispectio.

DISPECTO, us, are, a. 1. frequentat. a dispectio. *Arnob.* 1. 25. Non ex gratia, sed ex vero disceptationis hujus dispectare momenta. *Orellius* vero legit disceptare.

DISPECTOR, ôris, ni. 3. qui dispectit et discernit. *Tertull.* Anim. 15. Dispector cordis Deus. *Id.* 2. ad Uxor. 8. Dispectores divinarum sententiarum.

DISPECTUS, à, uni. V. DISPICIO.

DISPECTUS, a, um, particp. præter. Passiv. pro dispectus ab inuisit. *dispango* (V. PACTUS), hinc inde desixit. *Var.* auct. de limit. p. 270. *Goes.* Est, ubi dispectas lapides possumus, quæ dispectas in rigore et in latere limitis constituimus.

DISPECTUS, us, ni. 4. actus dispectandi, ratio. *Seneca* 2. *Ira* 9. Quod neglecto dispectu officiorum, ad lusus et ineptos æqualem jocos spectent. *Id.* Ep. 109. ad fin. Quibus dispectum utilitatis timor excutit. Adde *eum* 94. a med.

DISPELLO, pellis, pöli, pulsus, pellere, a. 3. (dis et pello). Extra præteritorum rorioris est usus. — Part. *Dispelliens* I.; *Dispulsus* I. et II. — Dispello est huc illic pello, disjicio, disruptio, removeo (It. *cacciare qua e là, rimuovere*; Fr. *séparer en poussant, disperser, jeter ça et là*; Hisp. *disparar, esparcir*; Geru. *auseinanderstreben, -jagen, zerstreuen*; Angl. *to drive this way and that, to drive up and down, disperse, dispel, remove*).

I.) Proprie. *Lucrét.* 1. 1016. Nam dispulta suo de retu materiali Copia feretur magnum per insane soluta. *Cic.* 7. *Att.* 7. 7. Pecudes dispulsa, sui generis sequuntur greges. *Virg.* 1. *Æn.* 515. ater quas æquore turbo Dispulerat. *Id.* ibid. 542. Perque undas, superante salo, perque invia sara Dispulit. *Id.* 5. ibid. 839. Aera dimovit tenebrosum, et disputit umbras. *Liv.* 5. 33. Cum equitem passim liberi frenis dispulissent equi. *Val.* *Flacc.* 6. 530. Dispulit Colchos. *Id.* 3. 88. densis thoracibus horrens Stat manus, regisone quam nec fera pectora virgo Dispulerit. *Flor.* 3. 5. Cum Eubœa atque Ææotia præsidia regis dispulisset. *Stat.* 5. *Theb.* 335. ærata dispellens æqua prora Pelias.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Tusc.* 26. 61. Philosophia

ab animo, tamquam ab oculis, caliginem dispulit. *Phœdr.* 3. 10. Tenebras dispulit calumnia. *Liv.* 26. 17. ad fin. Dispulsa sole nebula aperuit diem. *Al.* leg. depulsa. Adde *eum* 22. 6. *Seneca* *Troad.* 452. Dispelle somnos. *Sil.* 11. 7. 328. somnum. *Id.* 8. 164. curas. *Ammian.* 14. 7. metum.

DISPENDIOSUS, a, um, adject. qui dispendum et damnum assert. *Colum.* 2. *R. R.* 20. 1. Cum matura fuerit seges, ecliteret demetatur; nam dispensiosa est cunctatio. *Ced.* *Theod.* 11. 2. 4. Dispensiosa occasione. *Nazar.* *Paneg.* ad *Constantin.* 5. Dispensiosa revocatio. *Cassiod.* 3. *Variar.* 53. Dispensiosus labor. Adde *eum* 7. ibid. 9.

DISPENDIUM, ii, n. 2. cui recta opponitur compedium, est detrimentum, sumptus, damnum, ut docet *Varro* 5. *L. L.* 183. *Müll.* Dispendum igitur, quod in dispendo solet minus fieri. h. e. dispendum est a dispendo (ducta locutione a more Romanorum, qui ante easus monetam æs penderant, non numerabant), quam ponderi detrahitur cum damno nostro; *V.* *Cassiod.* loc. cit. in COMPENDIUM (It. *danno, spesa, discapito, dispendio*; Fr. *dépense, frais, perte, dommage*; Hisp. *gasto, costas, perdidad, daño*; Germ. *d. Abgang, Verlust*; Angl. *expense, cost, charge, detriment, loss, damage*).

I.) Proprie. *Plaut.* *Pœn.* 1. 1. 35. Sine damno et dispendio. *Id.* *Men.* 3. 2. 20. Minore nusquam bene fui dispendio. *Ter.* *Heccyrr.* 5. 2. 29. Ut gratiam ineat sine suo dispendio. *Id.* *Eun.* 5. 4. 7. Sine molestia, sine sumptu, sine dispendio. *Ennius* apud *Varron.* 5. *L. L.* 111. *Müll.* Neque dispendi facit hilum. *Lucret.* 2. 1125. Et plus dispendi faciunt, quam etc. h. e. majorem jacturam. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 1. et 2. ibid. 41. 1. Afferre dispendium alicui. *Flin.* 36. *Hist. nat.* 6. 9. (53). Quod dispendium pauci intelligent. *Cod.* *Theod.* 12. 1. 190. Dispensia pecunaria. *Ammian.* 20. 6. Dispensio alicui esse. *Id.* 17. 13. Absque dispendio. *Id.* 18. 12. Cum dispendio. Cf. *Prudent.* 1. *neq; stef.* 23. Deum fati sanguinis dispendio.

II.) Impropte. I.) Speciatim dicitur de via longiori ac difficultiori. *Lucan.* 8. 2. Hæmonia petens dispendia silvæ. h. e. viam longiorem ac difficultiorem, qua iter longius magno temporis dispendio fit: cui contrarium est compendium. Sic *Martial.* 9. 100. Tu qui longa potes dispendia ferre viarum. *Ilutil.* 1. *Itiner.* 321. Vitæ circumvehimur sparsæ dispendia rupis. h. e. anfractus et flexus viæ sinuosæ et obliquæ. quibus illa longior fit. *V.* *Zumpt.* ad h. 1. I.) 2. Generatim. *Ovid.* 1. *Amor.* 7. 25. In mea vesanas habui dispendia vires. h. e. in mea domina. *Virg.* 3. *Æn.* 453. Hic mihi ne qua moræ fuerint dispendia tanti. *Auson.* *Grat.* act. 32. Sine dispendio disciplina esse lenissimum. *Ammian.* 29. 6. fortunæ. *Id.* 14. 5. salutis. *Claudian.* vi. *Cons.* *Honor.* 452. famæ. — Huc referri potest et illud *Apul.* de deo Socrat. sub init. Luna mensem suis auctibus, ac debinc paribus dispendiæ aestimans. h. e. decrements.

DISPENDO, dis, sum, dere, a. 3. (dis et pendo) Part. *Dispensus* I. et II. — Dispenderet proprie significat hinc et illinc pendere et ponderare, ut sit in iacibus librae.

I.) Proprie. *Varro* 5. *L. L.* 183. *Müll.* Dispendum igitur, quod in dispendo solet minus fieri. V. voc. prædict. init. Hinc *Auson.*, vel ut quidam putant Q. *Cic.* in *Elogar.* *Auson.* de signis mensuris 8. (*M. T.* *Cic.* *Oper.* vol. 4. *Part.* 2. pag. 572. ed. *Orelli*). Auctummi reserat portas æquataque diurna Tempora nocturnis dispensa sidere Libra. V. et voc. seq. — Huc referri potest et illud *Prudent.* 1. in *Symmach.* 584. Et quos panis alit gradibus dispensus ab altis. h. e. quasi pendendo distributus.

II.) Translate. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 7. Parandi modus est ducentorum capitum, que pastoris unus curam dispendant, h. e. distineant. At *Gesner.* et *Schneider.* ex bonis Codic. leg. distendant.

DISPENNO, is ere, a. 3. est expandere: tractum a pennis et volatu avium. *Plaut.* *Mil.* glor. a. 5. v. 14. Dispennite hominem divisorum et distendite. Hæc *Non.* p. 9. 29. *Merc.* Alii dictum putant pro dispendo, d. in n. converso, a dis et pando, et locum *Plauti* ita legunt: *Distendite hominem divisorum et dispendite.* Ut sit de origine, dispendere hominem videtur esse, expansis brachii affi-

gare, ut se movere amplius non possit. Ceterum V. DISPANDO.

DISPENSATIO, ônis, f. 3. actus dispensandi; et occurrit A) Abstracto, et B) Concreto, ut ajunt, sensu.

A) Abstracte. ¶ 1. Generatim est distributio. *Liv.* 4. 12. ad fin. Revolutus ad dispensationem inopæ, profiteri cogendo frumentum, et vendere quod usui monstruo superesset. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 14. 14. (35). In eximendis favis necessaria est dispensatio, quoniam inopia cibi desperant. *Frontin.* *Aquæd.* 78. Hæc dispensatio per nomina aquarum et regiones Urbis partienda est. h. e. ergatio et distributio aquæ. ¶ 2. Speciatim est publici ærarii aut annona administratio atque distributio. *Cic.* *Vatin.* 15. 36. Eripueras senatus ærarii dispensationem. *Liv.* 10. 11. Ni ejus viri (*Fabii Maximi ceditis*) cura, qualis in bellicis rebus multis tempestibus fuerat, talis domi tum in annona dispensatione, præparando ac convehendo frumento, fuisset. *Id.* 7. 21. Dispensatio pecunia.

B) Concreto, ut ajunt, sensu est ipsum dispensatoris munus et officium: Græce διοίκησις. *Cic.* *Rabir.* *Post.* 10. 28. Si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset. Adde *eum* 13. *Att.* 15. 3. *Sueton.* *Oth.* 5. Servo Cesari pro imperata dispensatione decies sestertium expresserat. *Id.* *Vesp.* 23. Dispensationem petere. *Inscript.* apud *Gruler.* 597. 7., quæ est apud *Orell.* 834. *MARCISVS*, qui VIXIT ANNO XXVI, MORATVS EST IN DISPENSATIONE BOJONIAS PROCELLÆ ET AVRELII FVLVI.

DISPENSATIVÆ, adverb. per dispensationem. *Hieronym.* *Ep.* 112. n. 14. a med. Ex quo apparci. qui sub lege est, non dispensative, ut nostri voleare majora; sed vere, ut tu intelligis, cum Sp̄iritu Sanctum non habere.

DISPENSATIVUS, a, um, adject. qui dispensat. *Istd.* 2. *Orig.* 24. 16. Philosophia actualis dicitur, quæ res propositas operationibus suis explicat, rujus partes sunt tres, moralis, dispensativa et civilis. Dispensativa dicitur, quæ domesticarum rerum-sapienter ordo disponit.

DISPENSATOR, ôris, m. 3. servus, qui dominus urbanæ rationes curat, et domini pecuniam administrat, expendit, exigit, collocat, nomina facit, rationes conficit etc.: Græce διοίκητης (It. *spenditore*, fattore, economico; Fr. *intendant d'une maison*, *économie*, *trésorier*; Hisp. *intendente*, *econo*mo; Germ. *d. Verwaller*, *Oekonom*, *Verwaltungsbame*, *Schatzmeister*; Angl. *a steward*, *manager*, *dispenser*, *director*). Porro — a) Ha primum dicti sunt, teste *Paul.* *Diac.* p. 72. 9. *Müll.* et *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (43). et *Varron.* 5. *L. L.* 183. *Müll.*, qui æra pensantes expendebant, non admirabat. Postea cusa pecunia, nomen mansit. *Cic.* *fragm.* apud *Non.* p. 193. 10. *Merc.* Quid la inquam, soles, cum rationem a dispensatore accepis, si tera singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare? *Sueton.* *Vesp.* 22. Cum percutere sestertia quadraginta donasset, admonente dispensatore, quemadmodum summam rationibus vellet inferri, etc. *Macrobius* 2. *Saturn.* 4. in fin. Dispensatorem Cæsar vocavit, et sestertium mille numerare Græculo jussit. *Martial.* 11. 39. te noster villinus horret, Te dispensator, te dominus ipsa paret. *Hieronym.* *Ep.* 52. n. 16. Optimus dispensator est qui sibi nihil reservat. — b) Etiam qui rusticarum rerum rationes dispensat, ibique habitat, et non multum abest a villico, dispensator esse potest, uti docet *Pompon.* *Dig.* 50. 16. 166. — c) Inter officia domus Augustæ sæpiissime dispensatores leguntur in antiquis inscriptionibus (V. *Inscript.* apud *Orell.* 790., 2914., 3209. aliasque) et alibi: et quibus aliquam etiam publicam pecuniam jussu imperatorum curasse videntur, quos appellare possit cassieri vel tesoriari, ut apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 39. 40. (129). Dispensator Armeniaci belli. et 33. *ibid.* 11. 52. (145). Hispania citerioris. et *Inscript.* apud *Reinescl.* 6. n. 86. Illyrici. et cl. 9. n. 99. Augusti dispensator ad census provinciæ Lugdunensis etc. et apud *Don.* cl. 17. n. 17. C. *Æmilius Aug.* L. *Epaphroditus* decurio dispensatorum. Hi nimurum non solum pecunias privatas fisci principis curabant, sed etiam stipendia militum, (quod munus olim tribunorum ærarium et quæstoriorum fuit) aliasque bellum impensas adiunxitabant. Horum silt fuerunt ordinarii, olli extraordinarii, ut constat ex *Sueton.* *Galb.* 12.,

ubi ordinario dispensatori breviarium rationum offerenti Galba paropsidem legaminis pro diligentia porrexis narratur. Hujusmodi dispensatori officia videtur describere *Stat.* 3. *Silv.* 3. 86. et seqq. — d) Dispensatores pro ratione munieris magna luera fecisse patet ex *Plinii* locis citatis: unde et pecunia talia officia emere solebant, quod discimus ex *Sueton. Oth.* 5. et *Vesp.* 23. — e) Dispensatoris, qui servus non fuerit, aut libertus, sed ingenuus, exemplum habes in *Inscript.* apud *Murat.* 907. 8. M. JULIO M. P. FRONTONI TI. CLAVDII CAESARIS AVGVSTI GERMANICI DISPENSATORI. V. eund. 883. 6., ubi plura assert in hanc rem. Quis immo T. Flavius Agricola et ingenuus, et tribui Troeatinæ adscripius, et summis honoribus in pluribus municipiis et coloniis functus, dicitur etiam dispensator municipiū Riditarum in *Inscript.*, quam vides in *I. RIT.DIE IN ONOM.*

**DISPENSATÖRIUS**, a, um. — adject. ad dispensationem pertinens. *Hieronym.* 14. in *Isajam* 53. 12. Qui dispensatorium inter Petrum et Paulum contentionem vere dicunt iurgium suis atque certamen.

**DISPENSATRIX**, f. 3. que rationes pecuniae curat. Est apud *Hieronym.* *Qwest.* *Hebr.* in 1. *Paralip.* et in *Inscript.* apud *Murat.* 968. 9. **PANDORAE** EGNAE DISPLNSATRICI Q. CAMERIVS CATVLINVS ET BENE SIT.

**DISPENSATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DISPENSO**, as, avi, atum, are, a. 1. frequentat. a dispendo. — Veteres olim usurparunt etiam *dispensor*, aris, deponentis forma, teste *Capro* apud *Priscian.* 8. p. 796. *Putsch.*; qui tam id nullo confirmat auctore. — Part. *Dispensans* II. 1.; *Dispensatus* II. 1. et 2.; *Dispensandus* I. 2. et II. 1. 2. — Dispensare proprie dicitur de pecunia et est pendendo solvere, ducta locutione a more Romanorum, qui ante easam monetam æs pendebant, non numerabant.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 47. *Bucentis* (*philippensis*) usus est, qui dispensentur Elio capto, ut etc. ¶ 2. Latiori sensu est domus rationes curare, pecuniam et rem familiarem administrare. *V.* **DISPENSATOR** init. *Cic.* 11. *Att.* 1. De domesticis rebus acerbissime afflitor, quod qui eas dispensavit, neque adest, neque etc. *Nepos Con.* 4. Eligere aliquem ad dispensandum pecuniam. h. e. quem ταπιας Græci vocant, pecuniis cogendis administransque præfectorum. *Juvenal.* 7. 216. et tamen ex hoc Quodcumque est (minus est autem, quam rhetoris æra) Discipuli custos præmordet Acanthus ipse. Et qui dispensat frangit sibi. h. e. Acanthus ipse paedagogus arrodit, rescindit etiam sibi pecuniam. Cf. *Ammian.* 17. 3. Tributi ratiocinia dispensavit. *Inscript.* in *Giorn. Arcad.* T. 49. p. 282. M. LICINIUS EUTYCHVS qui DISPENSAVIT VOLVSI TORQUATO LUCH FILIO. h. e. qui fuit ejus dispensator.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est ordinare, distribuere. *Ovid.* 6. *Met.* 278. ordine nullo Oscula dispensat natos supra per omnes. *Juvenal.* 3. 236. breve lumen Candelæ, cuius dispenso et tempore filum. *Liv.* 1. 19. de *Numa*. Quem (annum) —, intercalariis mensibus interponendis, ita dispensavit, ut etc. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 9. Vitis aqua portione succum proli sua dispensat. *Frontin.* Aquæd. 9. Aqua per vicem in dies moduloso certos dispensata. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 22. 51. (188). Fons certis horarum spatiis dispensatur inter incolas. *Id.* 13. *Ibid.* 13. 27. (89). Factumque jani, Tiberio principe, inopia chartæ, ut e senatu darentur arbitri dispensanda. Alter *Plin. Paneg.* 35. Quæ singula quantum tibi gratis dispensata adiecissent et tu simul omnia profundi. h. e. singillatim diversis temporibus concessa. *Alcim.* 4. 201. quo dispensante ministero Res geritur. ¶ 2. Metaphori dacta a paragr. proxime superiore. *Cic.* 1. *Orat.* 31. 142. Inventa non solum ordine, sed etiam momento quadam atque judicio dispensare atque disponere. *Horat.* 1. *Sal.* 2. 74. si modo recte Dispensare velis, ac non fugienda petendas inniscere. *Justin.* 1. 6. 4. Bella, quæ velut conspiratio quadam ad opprimendum Macedoniam, multarum gentium ex diversis locis uno tempore confluenter, quoniam omnibus pars esse non poterat, dispensanda ratus; alia interposita pactione componit, alia redimit, fucillimis quibusque aggressis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 26. 41. (107).

Quo mense nix ea decerpitur, codem maturescit alia: et sic dispensatur, ut nulle non mense mature sciant. *Liv.* 38. 47. Dispensare victoriam. h. e. constitutere, quo jure et qua ratione victoria utendum sit erga singulos ex victis hostibus. *Id.* 27. 50. ad fin. Dispensare lætitiam inter aliquos. h. e. ordine et sine tumultu atque effusione. Alii alter legunt sed minus recte. *Sil. It.* 9. 244. Dum Libys incenso dispensat militie vires. (Sic apud eund. 16. 342. *indispensatus nisus* est sine modo et temperamento vires effundentis). *Seneca* 1. *Benef.* 10. In petulaniam erumpet male dispensata liberalitas. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 74. pietasque per omnes Dispensata medos. *Ovid. Heroid.* 12. 3. quæ dispensant mortalia fati sorores. *Al. leg. Sila. Albinov.* 1. 371. Fortuna arbitrii tempus dispensat iniquis. *Pacat. Paneg.* ad *Theodos.* sub fin. Quæ reversus urbibus Galliarum dispensabo miracula! h. e. singillatim narrabo. *Seneca Consol. ad Marc.* 10. *extr.* In metus et in dolores humanum pectus dispensandum. h. e. animi virtus ita distribuenda est, ut ad plures metus dolores ferendos sufficiat.

**DISPENSUS**, a, um. *V.* **DISPENDO**.

**DISPERCUTIO**, cütis, cütare, a. 3. percutiendo disjicio, dissipo, disfringo. *Plaut. Cas.* 3. 5. 18. Jam tibi istuc cerebrum dispercutiam, excetra tu.

**DISPERDIPIO**, ūais, f. 3. destructio. *Cic.* 5. *Phil.* 12. 31. Ad interitum nostrum et ad disperditionem urbis.

**DISPERDITUS**, a, um. *V.* **voc. seq.**

**DISPERDO**, dis, didi, ditum, dere, a. 3. (dis et perdo). Part. *Disperdens*, *Disperditus* et *Dispendus*. — Disperdo est omnia perdo, male perdo, absumo, dissipo (It. mandar a male, gettare o perdere miseramente; Fr. dissiper, détruire, ruiner; Hisp. disipar, destruir, desperdiciar; Germ. zerstören, zu Grunde richten, vernichten; Angl. to throw away, lose, spend, consume, waste, destroy). Usurpat — a) De rebus. *Plaut. Cas.* 2. 3. 32. Disbibe, disperde rem. *Lucret.* 2. 831. Disperditur omnis color. *Virg.* 3. *Ecl.* 27. solehas Eridanti miserum stipula disperdere carmen. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 1. 2. Ut a majoribus nostris possessiones relictae disperdat et dissipet. *Plin.* 7. *Ep.* 12. Libellum formatum a me — misi tibi ideo tardius, ne tempus emendandi eum, id est disperendi haberet. Habebis tamen, an emendandi, nescio; utique disperdendi, — optimæ quæque si detraxeris. *Gell.* 13. 31. Imaginem, incendio ædium facto, disperdere. *Ammian.* 15. 3. Tætra venena serues vasisque disperdens. — b) De personis. *Plaut. Pren.* 4. 2. 96. Dii hunc disperditum lenonem volunt. *Id. Trin.* 2. 2. 53. Animi causa aliquantum in delicias disperdit. *Valinius* apud *Cic.* 5. *Fam.* 10. 1. Qui tot cives R. occidit, arripuit, disperdidit. *Ovid.* 2. *Amor.* 10. 21. Me mea disperdat nullo prohibente puella.

**DISPÉREO**, is, ii, ire, n. 4. (dis et pereo) omnino pereo (It. perire, andar a male, perdersi; Fr. périr entièrement, se perdre, être perdu; Hisp. perecer, arruinarse, perdersese; Germ. völlig verloren, zu Grunde gehen; Angl. to perish, go to ruin, be utterly lost or undone). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pren.* 4. 2. 86. Quin prius disperibis, fato. *Lucret.* 3. 704. Ut cibus in membra atque artus quam didicunt omnes Disperit. *Id.* 3. 1421. vestis. *Id.* 4. 641. serpens hominis qua tacta salivis Disperit. *Varro* 1. *R. R.* 11. 1. Minora cum sunt tecta, quam postulat fundus, fractus solent disperire. Adde *Colum.* 12. *R. R.* 46. 2. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 26. 80. Unum ne fundum pulcherrimum populi R., caput vestra pecuniae, fundamentum vestigialum disperire patientem? *Catull.* 14. 11. Dispereunt tui labores. *Plaut. Pren.* 4. 2. 22. Male partum male disperit. dilabitur diceret *Cic.* (V. 2. *Phil.* 27. 66.). Est autem proverbiu. ¶ 2. Speciatim disperit apud Comicos exclamatio est desperantis, ut perit, interit, actum est de me. *Ter. Heaut.* 5. 2. 17. Disperit! scelestus quantas turbas concivi insciens! Adde eund. *Ibid.* 2. 4. 24. et *Adelph.* 3. 3. 1.; et *Plaut. Cas.* 5. 3. 2., *Most.* 2. 1. 28. et *Aulul.* 2. 2. 65. *Id. Plaut.* dixit etiam disperit in pres. temp. *Slicht.* 5. 5. 12. ¶ 3. Item speciatim disperit si vel nisi jurantis est et malum sibi imprecantis. *Propert.* 2. 17. 9. Disperit, si quidquam aliud, quam gloria, de te queritur. *Horat.* 1. *Sal.* 9. 47. Disperit in summossa omnes. Addo *Catull.* 90. 2. et 4.

**BISPERGO** vel dispergo, gis, si, sum, gere, a. 3.

(dis et spargo). Dispergo legitur non modo apud *Tertull. advers. Gnost.* 5. et *Sidon.* 1. *Ep.* 2. ad fin., ut docet *Forcellinus*; verum etiam apud classicos auctores in bonis Codic. — Disperger para goge pro dispergi est *Prudent. Apoth.* 542. — Part. *Dispersus* in omnibus paragr.; *Dispergundus* I. — Dispergere est in diverse partes spargere (It. spargere in diverse parti, sparpagliare; Fr. repandre çà et là, jeter de côté et d'autre, disperser, disséminer; Hisp. derramar acá allá, esparrir; Germ. auseinanderstreuen, aus-verbreiten, zerstreuen; Angl. to scatter on all sides, scatter different ways,

disperse). — I.) Proprie. — a) Generatim. *Lucret.* 5. 254. nubesque volantes, Quas validi toto dispergunt aere venti. *Varro* 2. *R. R.* 3. 9. Capra lascivæ et que dispergant se: contra oves, quæ se congregant et condensant in locum unum. *Ter. Adelph.* 5. 2. 7. An tibi navis cerebrum dispergit? (Id. poetic ibid. 3. 2. 18. Capite in terram statuerem, ut cerebro disperget viam. Sic *Seneca Herc. fur.* 1007. Cerebro tecta dispersa madent. *Al. leg. disperso.* *Cic. pro leg. Manil.* 9. 22. Fratris sui membra in illis locis dissipavisse, ut eorum collectio dispersa etc. *Id.* 3. *Nat. D.* 26. 27. ex poeta. membra articulatum dividit, Perque agros passim dispergit corpus. *Sueton. Tib.* 54. Amborum sic reliquis dispersis, ut via quandoque colligi possent. Rursus *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 38. 120. Cur mortisera tam multa perniciosa terra marique disperserit. *Sil. It.* 4. 646. flumen rivis disperget per rura. *Ovid.* 11. *Met.* 35. jacent dispersa per agros Sarculaque rastrique. Cf. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3. 6. (12). Mummius Corithum quidem diruit, sed e compluribus Achajæ oppidis simul æra dispersit. *Lucret.* 3. 1001. Qui (Tityros) non sola novem dispersis jugera membris Obtineat. h. e. distensis: alii leg. dispersis. *Cels.* 2. 6. Brachia et crura in aequaliter dispergere. h. e. distendere, adeoque jaclare, agitare. — Hinc Part. præter pass. præcipue occurrit de personis, quæ sint variis locis diffusa. *Lucret.* 4. 579. Palantes comites quum montes inter opacos Querimus et magna dispersos voce clemus. *Cic. Flacc.* 13. 30. Prædones toto mari dispersi vagabuntur. *Id. Sexti.* 42. 91. Homines fusi per agros ac dispersi vagabuntur. *Val. Max.* 9. 2. n. 1. Dispergenda per agros quinque millia Praenestinorum. *Sueton. Tib.* 37. Cohortes per hospitium dispersa. — Similiter de militibus. *Cæs.* 1. *B. G.* 40. Dispersos hostes adorici. *Id.* 3. *Ibid.* 28. Dispersis in opere nostris, subito ex omnibus partibus silve (hostes) evolaverunt et in nostros impetum fecerunt. *Id.* 6. 35. Multos ex fuga dispersos exciper. *Id.* 2. *B. C.* 33. Hos oppressos somno et dispersos adorti magnum eorum numerum interficiunt. Adde eund. 5. *B. G.* 58. et 3. *B. C.* 92.; *Sall. Jug.* 98.; *Liv.* 29. 32.; *Curt.* 8. 2. 22.; 8. 4. 9. et 8. 14. 22.; *Tac.* 4. *Hist.* 16.; et *Ammian.* 14. 2. et 15. 4. Cf. *Curt.* 9. 10. Primum collegere vires, deinde disperserunt. h. e. divisere. — Hinc etiam cum præpos. in et Accus. *Cæs.* 6. *B. G.* 33. In omnes partes dispersa multitudo. *Tac.* 3. *Ann.* 74. Tunc tripartitum exercitum plures in manus dispergit. h. e. dividit. Cf. *Lucret.* 2. 1134. (Res) quo latior est, in cunctas undique partes Pluria eo dispergit et a se corpora mittit. Adde eund. 1. 310. — Et cum præpos. ad. *Lucret.* 4. 893. Et dispergit (aer) ad partes its quoque minutias corporis. Similiter *Juvenal.* 15. 151. Dispersos trahere in populum. h. e. homines silvestres atque adeo dissipatos congregare in civitatem. — Item dispersi opponuntur universis, ut apud *Nepot. Themist.* 4. Universos esse pares ajebat; dispersos testabatur perituros. (Eodem sensu *Tac.* dicit *Agric.* 12. Ita dum singuli pugnant, universi vincuntur). *Sall. Jug.* 51. Dispersi a suis, pars cedere, alii insequi. *Sil. It.* 15. 480. in colles ferantur dispersi.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur de rebus corporeis; et quidem — a) De regionibus, locis et similibus pro distribuere. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (117). Mesopotamia vicatim dispersa. h. e. in vicis divisa. Sic *Tac.* 5. *Hist.* 8. Magna pars Judæa vicis dispergitur; habent et oppida. Similiter *Plin.* 16. *Hist. nat.* 30. 53. (121). Arbor in plures dispersa ramos. *Id.* 11. *Ibid.* 37. 89. (220). Vici in prætenues sibi subter totum cutem disperse. — b) Item de arboribus, et est serere, plantare, distribuere. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 36. Vici in ramos diducere et tradu-

cibus dispergere. Cf. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 4. 9. (20). Arbor tota India dispersa. Rursus *Colum.* 11. *R. R.* 3. 23. Lactuca — locis quidem apricis et maritimis optime auctumno ponitur —; biene non aequa commode dispergitur. h. e. disponit. Cf. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 23. 53. (193). Dispergere sumum, priusquam arescat. — c) Poetico dicitur et de aliis rebus. *Lucan.* 1. 384. Aries (*militaris*) dispergit sava. h. e. dispergit. *Id.* 10. 84. laceros dispersa capillos. Sic *Claudian.* 1. *Rapt.* *Proserp.* 55. Incultas dispersa comas. ¶ 2. Per metaphoram ponitur pro diffundere, huc illuc spargere. *Cic. pro leg. Manil.* 12. 35. Bellum longe lateque dispersum. *Sall. Jug.* 41. Plebis vis soluta atque in multitudinem dispersa. *Flor.* 3. 6. 7. Pestis toto mari dispersa. *Cic. 1. Orat.* 42. 187. Quae nunc conclusa sunt artibus, dispersa et dissipata fuere. Cf. *Quintil.* 9. 3. 39. Ut haec (schemata) in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quae a Cicerone dissipata dici puto. Q. *Cic. Petit. cons.* 1. 1. Ut ea, quae in re dispersa atque infinita viderantur esse, ratione et distributione sub uno aspectu ponerentur. *Cic. 1. Invent.* 30. 49. In praesentia tantummodo numeros et modos et partes argumentandi confuse et permixte dispersimus: post descripte et electe in genus quodque cause, quid enique conveniat, et hac copia digeremus. *Id. 4. Herenn.* 23. 32. Exornationes in causa tota varie dispergere. *Id. 1. Invent.* 21. 30. Dispergere partes rei gesta in causam. *Virg.* 11. *En.* 795. voti Phœbus succedere partem Mente det. partem volucres dispersit in auras. *Id. ibid.* 67. vitam dispergit in auras. Sic *Sil. It.* 9. 167. in vacuas vitam disperserat auras. *Id.* 7. 712. nullus ignes agris dispersit. h. e. agris non vastavit ignibus. *Vat. Flacc.* 6. 53. cælataque gestat Tegmina dispersos trifidis ardoribus ignes. h. e. sparsos, diffusos. Sic *Id.* 2. 76. Phœbus diem dispersit in undas. h. e. diffudit. *Claudian. Cons. Mall.* 73. dispergit revocatque diem. *Id. leg. decum.* *Id. 1. Rapt.* *Proserp.* 8. claram dispergere culmine lucem. *Id. 3. Laud. Stilich.* 139. parvaque a sede profectas Dispersit cum sole manus. *Calpurn.* 3. *Ecl.* 47. excusso dispergit lunina somno. h. e. hue illuc oculos circumfert. *Lucret.* 4. 909. gruum clamor dispersus in nubibus. *Tac.* 4. *Ann.* 24. et 2. *Hist.* 96. Dispergere rumorem. h. e. famam divulgare. Et cum Insulito *Id. 2. Hist.* 1. Vulgus singendi avidum dispergerat, acutum in adoptionem. Eodem sensu *Quintil.* 5. 3. Sermo dispersus. Rursus *Tac. Dial. de orat.* 9. Dispergere libellos. h. e. divulgare atque omnibus distribuere.

**DISPERNO**, spernis, sp̄r̄tum, spernere, a. 3. (dis et sperno) valde sperno. Occurrit Part. *Dispernens* apud *Juvenc.* 2. 257. Dispernens veterum Samarium jussa. — Ille Particip. *Disprestus.* *Gell.* 7. 18. ad fin. Et contempti vulgo disprestique sint. *Id. rectius leg. discr̄pti*, h. e. conviciis et probris lacerati.

**DISPERSE**, adverb. diversis in locis, huc illuc. *Cic. 6. Verr.* 52. 116. Quæ disperse a me multis locis dicentur, ac dicta sunt. *Id. 1. Invent.* 52. 98. Res disperse et diffuse dictæ.

**DISPERSIM**, adverb. idem ac disperse. *Varro* 1. *R. H.* 1. 7. Qui Græce scriperunt, dispersim alius de alia re. Adde eum. 3. *ibid.* 2. 13. *Sueton. Cœs.* 50. Consilia dispersim ante habita in unum omnes contulerunt.

**DISPERSIO**, ônis, f. 3. dispersus, dissipatio. *Tertull. advers.* *Jud.* 10. Dispersione vobis obvenit. *Id. ibid.* 13. In dispersione gentium. *Veget.* 3. *Milit.* 8. Noctis obscuritas, necessitas somni, pascientium equorum dispersio occasionem superventibus prestat.

**DISPERSUS**, a, um. *V. DISPERGO*.

**DISPERSUS**, us, m. 4. dispersio. *Cic. 9. Att.* 9. Dispersione enim illorum actio de pace sublata est. *Illeg.* dispersione; *al.*, quos inter et Orell., discussu.

**DISPERTIO** rel. dispartio, is. ivi vel iu, ituin, ire, a. 4. (dis et partio). Deponentis forma *dispertior* occurrit apud *Cic. 2. Legg.* 19. 47. Sed jureconsulti — saepe, quod positum est in una cognitione, id in infinita dispergiuntur. — *Dispertir* pass. paragoge pro *dispertiri* legitur apud *Plaut. Pseud.* 1. 5. 26. — Part. *Dispertitus* I. et II.; *Dispertendus* I. — *Dispertire* est in diversas partes dividere, distribuere (It. partire, dividere; Fr. distribuer, partager, partir; Hisp. partir, repartir, distribuir; Germa. verteilen, eintheilen, zertheilen; Angl. to

divide, distribute, give part to one and part to another).

I.) Proprie. — a) De personis. *Lucret.* 3. 588. Dispertita animæ natura. h. e. plurimas in partes divisa. *Plaut. Amph.* 1. 1. 65. Dispertiti viri, dispertiti ordines: nos nostras more nostro et modo instrutissim legiones. *Atticus* apud *Cic. 9. Att.* 10. a med. Satius esse existimo, vos dispertitos et in speculis esse. *Cic. 4. Cat.* 4. 7. Conjuratos municipiis dispertiri jubet. *Auct. B. Afr.* 67. Trinitas castris per pertitis copias. *Sall. Jug.* 46. Dispertire auxiliarios equites tribunis legionum. *Liv.* 29. 1. exercitum per oppida. *Sall. Jug.* 49. funditores inter manipulos. *Auct. B. Afr.* 46. tirones inter legiones. *Sic Tac.* 13. *Ann.* 37. Exemplum hostium circumferre bellum coactus, dispertit vires, ut legati præfectique diversos locos pariter invaderent. Huc referri potest et illud *Liv.* 3. 10. Consules belli administrationem inter se dispertiri jussi, alteri ut Volsci, alteri ut Etruri provincia esset. — b) De rebus. *Cato apud Charis.* 2. p. 197. *Putsch.* Inter ea ad socios nostros sedulo dispertieram alio frumentum, alio legatos, alio litteras, alio præsidium usquequaque. *Afranius* apud *Non.* p. 374. 33. *Merc.* Dispertiantur patris bona. *Nepos Dion.* 7. Dispertire bona militibus. *Plaut. Aulic.* 2. 4. 3. obsonium bisariam. Sic *Id. ibid.* 2. 5. 5. Injuria dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent. *Nepos Ages.* 9. Dispertire unguenta, secundam mensam servis. *Sueton. Vitell.* 13. epulas. *Cic. Cluent.* 25. 69. Dispertienda pecunia judicibus. *Id. 2. Off.* 11. 40. Dispertire æquabiliter predam. *Nepos Datam.* 10. suis partem prædarum. *Sall. Jug.* 59. portas tribunis. *Cic. 5. Tusc.* 25. 72. Rem definit, genere dispertit, sequentia adiungit. *Id. Mur.* 35. 74. Qui tempora voluptatis laborisque dispergiunt. *Boeth.* 2. *Geom.* p. 1228. Cujus agros per actus, per perticas dispersissent. *vulnati libri* habent dispersissent. — Passive. *Nepos Eumen.* 2. Regna familiaribus dispergiuntur. *Cic. 3. Nat. D.* 39. 93. Idem vultis a diis immortalibus hominibus dispertiri ac dividi somnia. Sic *Id. 7. Verr.* 72. 187. A quibus (ditis) initia vita atque virtus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exemplia hominibus et civitatis data ac dispersita esse dicuntur. — Mediorum apud Græcos more ac vi *Plaut. Curc.* 1. 3. 33. Eliani dispertimini? h. e. vos etiam ab amplexibus sejunxit? — c) De finibus singulare videtur illud *Calon.* apud *Probum* ad *Virg.* 5. *Ecl.* p. 3. edente *Heil.* In corum agro fluvii sunt sex, septimus finem Rheginum atque Taurianum dispergit.

II.) Translate. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 25. Quod dominus et quod fecisti flagitiū, populo virilim potuit despertir. *Varro* apud *Non.* p. 92. 16. *Merc.* Quæ ad mortales pertinent, quadrisaria dispergitur, in homines, in loca, in tempora, in res. *Cic. 3. Orat.* 29. 114. Conjecturam in quatror genera dispergiunt. *Id. 5. Fam.* 2. Mithi tecum dispergitum officium fuisse.

**DISPERTIOR**, Iris etc. *V.* voc præced. init.

**DISPERTITIO**, ônis, f. 3. dispergiendi actus. Est *Tertull. advers.* *Hermog.* 31.

**DISPERTITIVUS**, a, um, adjest. distributivus. *Priscian.* de figur. numer. p. 1333. *Putsch.* Habent ex omnibus numeris Romani dispergitiva, quæ Græci vocant *τέταρτης οὐσίας*, quæ naturaliter semper pluralia sunt, quippe in multis distribui evidentia significant numerum: ut *singuli*, *bini*, *terni* vel *trini*, *quaterni*, *quini*, etc.

**DISPERTITUS**, a, um. *V. DISPERTIO*.

**DISPESCO**, pescis, pescū, pestum, pescere, a. 3. Prietritum dispescui agnoscitur a *Priscian.* 10. p. 885. *Putsch.*; nullu tamen ibi confirmatur auctore: sed legitur apud *Augustin.* 9. *Civ. Dei* 12. Quanta intercapedine summa ab imis dispescit! — De supino *Dispescitum*, *V. COMPESCO* sub init. Ceterum occurrit *Parl. Dispescitus*, et *Dispescens*. — Dispesci proprio est, teste *Paul. Diac.* p. 72. 11. *Hüll.* pecus a pastore deducere: vel ut alii volunt, in diversa pascua diducere: a *dis* et *pasco*. Translatæ est dividere, sejungere, separare, dirimere. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (53). Nilus Africam ab *Etiopia* Europam Asiamque dispescit. *Apul. Florid.* n. 15. Sanos est exadversum Mileto, nec ab ea multo per lazi dispescitur. *Id. de deo Socrat.* Cum habitacula sua summa ab infinitis tanta intercapedo fastigilis dis-

pascal. Apud *Priscian.* 10. p. 885. *Putsch.* hic locis ita legitur: Cum habitacula summa ab infinitis tanta intercapedine fastigilis dispescant. h. e. distent, neutrorum more. Rursus *Apul.* 4. *Met.* Sed ad instar Athracidis, vel Protesilai dispesitæ disturbataeque nupike. *Alii leg.* dispescitæ ab inusit. dispescitæ pactum divello.

**DISPESSUS**, a, um. *V. DISPANDO*.

**DISPESTUS**, a, um. *V. DISPESCO*.

**DISPETTO**, is, ere, a. 3. valde peto. Vox a Lexico expugnanda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 39.

**DISPIČIO**, spicis, spexi, spectum, spicere, 3. (dis et ant. specio). Part. *Dispiciens* sub *B. II.* 2.; *Dispictus* sub *B. I.*; *Dispicturus* sub *A.*; *Dispiciens* sub *B. II.* — *Dispicere* occurrit *a* Neutroru more, et *B* Active.

*a* Neutroru more dispicere est oculos per obscuritatem atque caliginem intendere, adeoque diligenter inter multa intueri. *Plut.* *Cist.* 4. 2. 25. Hoc age, ad terram aspice et dispice; oculis investigans attente augura. *Sueton. Ner.* 19. Tanta oborta caligo est, ut dispicere non posset. Cf. *Cic. 1. Tusc.* 19. 45. Præcipue vero fruenter ea, qui tum etiam, quum has terras incolentes, circumfusi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant. Et proprie *Id. 2. Fin.* 30. 97. Quum gravi vulnere etiam mari se videret (*Epaminondas*), ut primum dispexit, quæcavil etc. h. e. ut primum oculos aperuit et circumspexit. *Id. 4. ibid.* 23. 64. Cetuli, qui jam dispecti sunt, cari æque, et ilii qui modo non sunt.

*B* Active est aliiquid per obscuritatem videre.

I.) Proprie. *Tac. Agric.* 10. Disperta est et Thala. quam haecque et nix et hiems abdebat. *Agrius.* 3. 564. avoisus radicitus nequit ullam Dispiceret ipse oculis eius rem.

II.) Translate de animo. ¶ 1. Est clare et distincte percipere. mente comprehendere. *Tac. And.* 3. 5. 16. Sine, paullum ad me redcam: jam aliquid dispiciam. h. e. video, provideo, evocitabo. *Tac. 3. Ann.* 22. Haud facile quis dispergit illa in cognitione meateam principis: adeo verit ac miscuit ira et clementia signa. *Id. 13. ibid.* 27. Dispiceret quisque merita, tardeque concederet quod datum non admeretur. Adde eum. 4. *Hist.* 55. *Cic. 2. Divinat.* 39. 81. Imbecilli animi verum dispicere non possunt. *Liv.* 44. 6. Quorum nihil quum dispexisset certata mens. *Cic. 2. Att.* 20. Si dispicere quid espero, scribam ad te apertius. *Id. 2. ad Q. fr. 2. ad fin.* In ea re Pompejus quid velit, non dispicio. *Plin.* 1. *Ep.* 5. 10. Dispicias ipse, quid renunciandum Regulo putas. *Colum.* 9. *R. R.* 13. 1. Morborum autem facilis in his et cause dispergiuntur et inveniuntur medicinæ. *Quintil.* 2. 8. 6. Proprietates ingeniorum dispicie. *Id. 10. 7. 20.* Ad ea dispicenda, quæ dicturi sumus. Adde eum. 7. 1. 9. *Amian.* 26. 3. Dispicer causas. Adde eum. 14. 4. et 9. ¶ 2. Hinc per metaphoram ponitur pro considerare, etiaminare; et occurrit — *a* Cum Arcusativo. *Cic. 6. Att.* 8. Nunc velim dispicias res Romanas. videas, quid etc. *Liv.* 40. 10. Dispice insidiatorum et quæcumque insidiis. *Amian.* 29. 1. Cujus linguan non infrederem, sed dispiciemus quæ loqueretur, nullas claudebat periculi metus. — *b* Cum Accusativo et Instito. *Amian.* 15. 2. Nec defusa deinceps ex his emergentia casibus, quæ dispiceret secundis avibus contigisse. — *c* Cum Ablativo et præpos. de. *Cajus 1. Instit.* 143. Prius dispiciamus de his. Adde *Ulp.* 14. 1. 1. — *d* Absolute omnino. *Plaut. Pers.* 2. 3. 16. Virtus est, ubi occasio admonet, dispicere. Cf. *Lucrat.* 6. 647. Hisce tibi rebus late est alioque videndum. Et longe cunctus in partes dispicendum, Ut reminiscaris, summam rerum esse profundam. *Amian.* 15. 5. Displicentibus consistorianis. — *e* Sequentia Conjunctione cum part. ne, an, num. *Plin. 2. Ep.* 10. 5. Dispice, ne sit parum providum, sporare etc. *Id. 1. ibid.* 18. 5. Proinde dispice, an tu quoque sub hoc exemplo somnium istud in bonum veritas. *Id. 7. ibid.* 33. 5. Dispice, num peravitas putes partes nostras senatus cognitione fuitas.

**DISPLANO**, as, are, a. 1. (dis et plano) complano. *Varro* apud *Non.* p. 18. 23. *Merc.* Rutto caput displanat.

**DISPLICATUS**, a, um, particip. ab inusit. displico, dispalatus, disjectus. *Varro* 3. *R. R.* 16. 7. Apes si quando displicante sunt, cymbalis et plausibus reducent in locum unum.

**DISPLICENTIA**, æ, f. 1. animi affectio, qua quis sibi displicet. — a) Generatim. *Seneca Tranquill.* 2. Hinc illud tædium et displicantia sui. — b) Speciatim in re medica est conditio ejus, qui non bene valet: *V. DISPLICEO* sub b. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 6. sub fin. Parvo cibo utendum, si non ex accessione, sed ex aliqua causa manifesta temporalis acciderit corporis displicantia, quam Græci diareses in (*λεγέ δυσπέπσην*) vocant. Cf. *eumd.* 5. *ibid.* 10. in fin. Os odore foecum, retro stomachum liment, et ipsum hominem sibimet faciunt displicere; nam Græci δυσπέπσην vocant.

**DISPLICEO**, es, tñ, Iuum, ere, n. 2. (dis et placo). Part. *Displicens* sub a et b.; *Displicantus* sub c.; *Displiciturus* sub a. — Displiceo est non placere (It. *dispiacere*; Fr. *déplaire*; Hisp. *desplacer*; Germ. *missfallen*; Angl. to *displease*). Occurrit — a) Generatim, et quidem — Cum Nominativo relitantur. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 19. Quod — displiceat mihi. Adde *eumd. Men.* 4. 2. 107. *Ter. Heaut.* 5. 2. 19. Vita displicet. *Cic. Brut.* 57. 207. Mibi placet Pomponius maxime, vel dicam minime displicebat. *Id. 13. Att. 21.* Hoc vehementer displicet. *Tibull.* 1. 9. 79. nunc displicet illi Quaecunque opposita est janus dura sera. *Ovid. 1. Trist.* 1. 49. securus famæ, liber, ire memento, Nec tibi sit lecto displicuisse pudor. *Id. 8. Met.* 492. Displicet mortis auctor. *Nepos Themist.* 3. consilium. *Quintil.* 12. 9. 6. Qul, displicente causa, placet. *Id. 6. 3. 2.* Non displicuisse illi jocos, sed non contigisse. *Seneca Brevit.* citr. 2. Inconstans et sibi displicens levitas. *Justin.* 2. 7. Si quid pro altero tulisset alteri displicantur videretur. — Cum Infinito. *Cic. 1. Orat.* 34. 157. In ea exercitatione non sane mihi displicet adlibere istam rationem. — Cum Accusativo et Infinito. *Quintil.* 2. 5. 17. Utinam tam non pigrat facere istud, quam non displicebit. Adde *Sueton. Galb.* 16. — Ceterum adde *Horat. 1. Od.* 38. 2. et 1. *Ep.* 19. 47.; *Nepot. Dion.* 1. et 10. et *Pausan.* 5.; *Sueton. Cal.* 20. et *Cæs.* 10.; et *Juvenal.* 13. 2., 13. 215. et 14. 65. — b) Speciatim displicere sibi dicitur, qui non bene valet. *Cic. 1. Phil.* 5. 12. Cum de via languorem, et mihi met displicere. *Id. 2. Att.* 18. 3. Displiceo mihi, nec scribo sine summo dolore. *Hoc loco refertur ad animum:* quemadmodum et apud *Ter. Heaut.* 5. 4. 20. Eheu quam ego nunc totus displico mihi! quam pudet! *Scribon. Compos.* 188. Aconitum potum protinus facit corpus grave et displicens. — c) Item *displicitus* est pro displicuit. *Gell. 1. 21.* Cum ei displicita esset insolenta et insuavitatis illius.

**DISPLICINA**, æ, f. 1. displicantia. *Plaut. Cist.* 1. 1. 19. Nec hæc displicina apud te quidquam fuit. Ita legit et tuefut Meursius: *alii rectius ita:* Nec nisi disciplina, fuit apud te quidquam ibi, quin mihi placet.

**DISPLICITUS**, a, um. *V. DISPLICEO.*

**DISPLÖDO**, dis, si, sum, dere, a. 3. (dis et ploido). Part. *Displosus* I. et II. — Disploido est cum sonitu hinc inde diduco, cum sonitu et fragore dirumpo.

I.) Proprie. *Lucret.* 6. 284. displosa repente Cæli tempora. *Id. ibid.* 129. plena animæ vesicula parva. Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repente. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 46. Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi.

II.) Translate significat ad exteriora flectere, extorsum vergere. *Varro 2. R. R.* 5. 8. de bubus. Pedibus non latiss, neque ingredientibus qui displicantur. *Id. ibid.* 9. 4. de cane. Pedibus magnis, qui ingredienti ei displicantur. — Hinc displosæ nares, sunt apertæ et dilatatae. *Arnob.* 3. 14. Illos displosis naribus, illos resimis. *Id. 6. 10.* Potest fieri, displosas ut gestit nares, quem esse vos facitis figuratisque nasicam. — Ceterum cf. *Ammian.* 23. 4. Asini fieri — ita eminus lapides post terga calcitrando emitunt, ut perforent pectora sequentia, aut perfectis ossibus capita ipsa displicantur.

**DISPLÖSUS**, a, um. *V. voc. præced.*

**DISPLÖVIATUS**, a, um, adject. qui pluviam hinc inde dissipli et dispersit: carædium vero disploviatiū dicitur, quod lectum erectum, et quadrifarium fastigiatum habet, in quo stilecidia per delicias deliquescent, ut apud nos usyuenit: opponuntur autem carædium compluviant, quod quadrifarium depresso est, in quo neypo stilecidia per

colicias colliquescunt. Ita statuit *Josephus Riva* in nuperrimo opere; cui titulus: *Dei cavedj degli atrj ecc. degli antichi Romani*, quod consulevit. At *V. Orioli Sep.* edif. di *Etrur.* p. 55. *Vitriv.* 6. 3. 1. *Schneid.* Displuvia la cavedia sunt, in quibus delicias arcam sustinentes stilecidia rejiciunt. *V. DELICIA.*

**DISPOLIABULUM. V. DESIDIABULUM.**

**DISPÖLIATIŪ**, ònis, f. 3. spoliatio. *Paul. Nojan. Ep.* 29. (al. 10.) 1. Primorum patrum disponatio. Adde *Impipp. Gratian.*, *Valentinian.* et *Theodos. Cod. Theod.* 9. 17. 6. Affectus disponitio quinque librarum auri. — Rectius tamen utroque leges despoliatio: *V. DISPOLIO* in fin.

**DISPÖLIATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DISPOLIO**, as, òni, ònum, are, a. 1. (dis et spolio). Part. *Dispolitus*. — Dispolio est omnino spolio. *Cic. 6. Verr.* 20. 43. Ut etiam una cum ceteris Siculis disponiaretur. Adde *Ter. Andr.* 4. 5. 21.: sed ultero loco alii leg. despoliare, quod est quidem certe usitatus. *Seneca Consol. ad Marc.* 24. Dispolitus oneribus alienis. *Apul. de Mag.* Pudore dispoliato. h. e. deposito. *Lactant.* 6. 11. Hominis se appellazione dispoliat. — Ceterum ubique rectius leges despolio, as, etc.; id enim postulat vis particulae de, respalt vero particulae di vel dis significatio.

**DISPOLIO**, is, etc. *V. DEPOLIO.*

**DISPONDÉUS**, i, m. 2. δισπονδεός, pes constans ex duobus spondeis, ut oratores, et contendebant. *Diomed.* 3. p. 476. *Putsch.*, et *Donat.* p. 1739. *Putsch.*

**DISPÖNO**, pōnis, pōsūi, pōsūum vel postum, pōnere, a. 3. (dis et pono). *Dispostus* pro dispositus per synecope dixit *Lucret.* 1. 47. Ne mea dona tibi studio disposta fideli etc. Adde *eumd.* 2. 613. — Part. *Disponens* I. 1.; *Dispositus* in omnibus paragr. et in fin.; *Disponendus* I. 2. — Disponere est res coacervatas vel res plures aliam ab alia sejunctam ponere, collocare, ordine ponere, ordinare, distribuere (I. porre o collocare l'una dirixa dall'altra un mucchio o una grande quantità di cose, distribuire, disporre, ordinare; Fr. séparer avec ordre, distribuer, mettre en ordre, disposer; Hisp. separar con orden, distribuir, disponer las cosas, repartirlas y colocarlas por orden; Germ. einen Haufen, eine Menge auseinanderstellen, — bringen, — legen, — setzen durch Ordnen derselben, vertheilen, aufstellen; Angl. to place here and there, place or set in order, dispose, order, arrange, distribute).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est dividendo vel distribuendo ordinare; et occurrit — a) De plantis. *Cato H. R.* 47. *Schneid.* Harundinem sic serito: ternos pedes oculos disponito. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 27. Est et (brassica) Cypri generis —, quæ usque in Idus April. commode disponit. *Plin. 17. Hist. nat.* 11. 15. (78). In disponendis arboribus quincunxialis ordinum ratio necessaria. Cf. *Colum.* 12. *R. R.* 2. 3. Præparatis igitur receptaculis (h. e. terris), oportebit suo quidque loco generatim, atque etiam specialiter nonnulla disponere. — b) De libris et similibus, quæ plurimis constant partibus. *Cic. 3. Orat.* 34. 157. Pisistratus primus Homeri libros, confusos anteia, sic disponuisse dicitur, ut nunc habemus. *Id. 3. Verr.* 19. 51. Signa ad columnas et omnibus intercolumniis disposita sub dio vidimus. *Plin. 35. Hist. nat.* 2. 2. (6). Disponere expressos era vultus singulis armariis. *Juvenal.* 6. 163. avos porticibus. *Ovid. 2. Art. am.* 45. Remigium volvères disponit (*Dædalus*) in ordine pennas. *Id. 3. Pont.* 3. 16. Dispositæ comæ. Adde *Martial.* 12. 83. Rursus *Ovid. 1. Amor.* 14. 33. Disponere capillos. *Juvenal.* 6. 490. crinem. *Quintil.* 10. 7. 23. rudentes. — c) De ædificiis et similibus. *Quintil.* 7. *progen.* 1. Ut opera extruentibus satis non est, saxe atque materiam et cetera ædificanti utilia congerere, disponendi eis collocandisque artificium manus adhibeatur. *Sueton. Tib.* 43. Disponere cubicula plurifariam. *Id. Ner.* 27. tabernas deversoria per littora. *Ces.* 7. *B. G.* 73. cippos obliquis ordinibus. *Virg. 3. Æn.* 236. tectosque per herbas Disponunt enses et scuta latencia condunt. *Seneca Hipopol.* 1237. Disponere membra in ordinem. *Sueton. Tib.* 11. Disponere ægros per valetudinum genera. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 37. mentastrum inversis cacuminibus. *Id. 2. ibid.* 15. 7. Fundus dispositus sur-

culo, segetibus. *Juvenal.* 14. 305. Dispositis hamis. *Id. 7. 44.* magnas comitum disponere voces. h. e. altas asseclarum acclamationes procurare. *Plin. 8. Hist. nat.* 9. 9. (27); et *Tac. 2. Hist.* 41. Disponere aciem. *Ammian.* 23. 1. Procinctus Parthici disponendi. *Id. 21. 2.* Incidentia cuncta disponens. — d) Poetica sunt illa *Properti.* 3. 5. 9. Corpora disponens mentem non vidit in arte. h. e. quum ordinaret, quum figuraret. *Id. 1. 4. 57.* Moenia namque pio conor disponere versu. h. e. describere, canere, representare. Sic cum v. *figere* apud *Ovid. 3. Amor.* 7. 64. Quos ego non fixi disponuisse modos. *Coripp.* 2. 317. Disponunt cantus, modulos et cantibus addunt. ¶ 2. Speciatim locum habet in re militari, et est milites, stationes, etc. ponere, collicare, distribuere opportuno ordine, atque interdum certis intervallis; et occurrit — a) Cum Accusativo tantum. *Cæs.* 1. *B. G.* 8., 7. *ibid.* 65., 4. *ibid.* 4. et 3. *B. C.* 15. Disponere præsidia. *Id. 3. B. G.* 8. custodias. *Id. 7. ibid.* 35. et 61. exploratores. *Nepos Iphicr.* 2. Milites dispositi. *Cæs.* 3. *B. C.* 101. Nunc illi allati per dispositos equites. h. e. variis in stationibus collocatos. Adde *eumd.* 7. *B. G.* 56. *Liv.* 37. 7. et 40. 56. Disponere equos. h. e. in stationibus. *Cæs.* 5. *B. G.* 33.; et *Sueton. Ner.* 13. cohortes. *Liv.* 3. 15. Disponendæ stationes. Adde *Sueton. Aug.* 32. et *Tib.* 37.; et *Cæs.* 1. *B. C.* 73. *Liv.* 26. 51. captivos obsidesque. *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. 20., et 9. 7. et 12. 2. insidiæ. Cf. *Quintil.* 4. 2. 48. *Sueton. Cal.* 46. ballistas. *Id. Tib.* 38. commeatus. Cf. *eumd. ibid.* 11. — b) Cum addito loco, in quo milites disponuntur, per Ablat. et præpos. in, vel per Ablat. sine præpos., vel per Accus. et præpos. ad vel per. *Cæs.* 7. *B. G.* 27. Custodiae in muro disposita. Adde *ibid.* 78. et 1. *B. C.* 83.; et *Sueton. Aug.* 43. *Cæs.* 1. *B. C.* 14. Legiones in Apulia hibernorum causa disponuerat. *Id. 7. B. G.* 34. milites in præsidio. *Id. 3. B. C.* 24. naves in littore. *Id. 1. ibid.* 17. tormenta in muris. *Id. 1. 7. B. G.* 81. sudes in opere. *Flor.* 3. 10. 8. insidiæ in valle. *Cæs.* 1. *B. C.* 37. legiones Narbone. *Id. 3. B. C.* 88. cohortes castris præsidio. *Id. ibid.* 5. classem omnia maritima. *Id. 7. B. G.* 55. præsidia custodiasque ad ripas Ligeris. *Id. 3. B. C.* 24. et *Sueton. Aug.* 49. equites per oram. *Cæs.* 3. *B. C.* 111. cohortes per vias. *Liv.* 39. 14. vigiliæ per urbem. — c) Absolute omnino. *Curt.* 6. 11. 3. Ne in vicina quidem devoriori quemquam commilitonum receperit esse; sed per dispositos, quos ad somnum habebat, omnes procul relegatos etc. — d) Singulare est illud *Stat.* 5. *Theb.* 7. Dispositi in turmas.

II.) Translate. ¶ 1. Est in ordinem distribuere; sic apud rhetores est res inventas in ordinem distribuere: *V. DISPOSITIO.* *Cic. 2. Orat.* 42. 180. Mihi videbis ante tempus a me rationem ordinis et disponendarum rerum requisisse. *Quintil.* 8. *procem.* 1. Ratio inveniendi atque inventa disponendi. *Id. 3. 3. 10.* Non tantum inventa tenere, ut disponamus, nec disposita, ut eloquamur, — debemus. *Id. 5. 10. 54.* Rete disponendi scientia. Adde *eumd.* 10. 1. 4. et alibi sepe. *Id. 10. 7. 5.* Questionum ordinem recte disponere. — Similiter *Cic. Mur.* 14. 30. Studia ad honorem disposita. h. e. que honori adipiscendo inserviunt. Al. tamen aliter log. *Quintil.* 11. 3. 110. Ad hæc gestum disponere. *Id. 6. 2. 30.* Divitiarum usum disponere. *Sueton. Ner.* 39. Bona male disponere. h. e. distribuere. Sic *Tac. 1. Hist.* 58. Ministeria principatus in equites Romanos disponere. *Id. 16. Ann.* 8. Tamquam disponeret jam imperii curas, præficeretque rationibus et libellis et epistolis libertos. Q. *Cic. Petili. cons.* 5. *ad fin.* Ut iis, quos devinctos tenet, descriptum ac (dispositum suum) cuique munus sit. Cf. *Plin. 22. Hist. nat.* 12. 14. (30). Divinitas disponit auxilia in genera, in causas, in temporis. *Liv.* 42. 29. Consilia autem in omnem fortunam ita disposita habebat: si penes Romanos victoria esset, suas quoque in codem statu mansuras res —; si fractæ essent opes Romanorum, etc. *Martial.* 5. 20. Disponere tempus. h. e. distribuere. Sic *Plin. 9. Ep.* 36.; *Sueton. Tib.* 11.; *Seneca Consol. ad Polyb.* 25.; et *Tac. Germ.* 30. diem. Sic *Pers.* 5. 43. opus et requiem. *Plin. 4. Ep.* 23. otium. *Id. 3. ibid.* 19. facultates. ¶ 2. Apud sequestrores, h. e. sub imperatoribus disponere usurpatum est pro jubere, statuere, consilium int̄re, etc. — a) Sequent Relativo. *Plin. 4. Ep.* 19. Disponit, qui nuacent, quem assensum tulerim. *Am-*

*mian.* 16. 5. Disponens, quid impendi deberet. *Ulp. Dig.* 43. 29. 3. *a med.* Non alienum erat disponi, apud quem puer interim educetur. — *b) Cum In-*  
*finito. Pallad.* 5. *R. R.* 2. 1. In qua scrobe disponemus inserere. *Id.* 11. *ibid.* 11. 2. De quo semen legere disponis. *Ammian.* 25. 6. Quos loca servare dispositos securitas placido vinxerat somno. *Id.* 24. 1. Exploratores praeire dispositus. *Frontin.* 3. *Stra-*  
*teg.* 2. 10. Thebani — apparere paucos disposituerunt. *V. Oudendorp.* ad*h.* 1. — *c) Sequenti part. ut et*  
*Conjunctivo. Jabolen.* *Dig.* 10. 3. 18. Ut fundus hereditarius non hereditario serviat, arbiter disponere non potest. *Ammian.* 16. 12. Quum prope fossas articularum refertas venisset, unde dispositum erat, ut abditi repente exorti cuncta turbarent, etc. — *d) Cum Accusativo. Ammian.* 14. 7. *init.* Nec disponi quidquam statuit. — *e) Absolute. Ammian.* 30. 2. Sed ni Sauromaci praesidia militum impertita principio sequentis anni, ut dispositum est, impræpedita reverint, etc. *V. infra Dispositum,* i. — *Hinc Part. præter. pass., cuius plurima superlus exempla retulimus,*

*Dispositus, a, um,* adjective quoque occurrit, unde *Comp. Dispositor et Sup. Dispositissimus I.*

I.) Proprie. *Lactant. Ira D.* 10. *a med.* Mundo nihil potest esse nec dispositus ad ordinem, nec aptius ad utilitatem. *Boeth.* 4. pros. 1. Patrisfamilias dispositissima domus. Cf. *Seneca præfat. Quæst. nat. ad fin.* Animo nec formosius est quidquam, nec dispositus.

II.) Translate. *Plin. 2. Ep.* 11. *a med.* Vir subtilis, dispositus, acer, disertus. *h. e.* qui in dicendo ordinem servat. *Id.* 3. *ibid.* 1. Vita hominum disposita. *Colum. 1. R. R.* 1. 15. Nec tamen sic mente dispositus, velut summam totius rei sententias eorum consecuturus. — *Hinc*

*Dispositum, i. n.* 2. absolute, substantivorum more occurrit tantum in formula *ex disposito*, *h. e.* ex composito. *Macrobi.* 1. *Saturn.* 7. An altius quidam, cui remotis arbitris opus sit, cogitatur ex disposito convenientis?

*DISPORTO, as, are, a.* 1. hinc inde porto. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Vet. Tir.* p. 11.

*DISPOSITE,* adverb. Superl. *Dispositissime.* — *Disposito* est distincte, apte, ordinate, commode. *Cic.* 6. *Verr.* 40. 87. Non possum disposito istiūn accusare. *Quintil.* 10. 7. 12. *Disposito* dicere. *Lactant.* 3. 17. Ordinate et disposite mundus effectus est. *Sidon.* 5. *Ep.* 11. *Dispositissime adficere.*

*DISPOSITIO, ônis, f.* 3. ordinatio, rerum in ordinem collocatio (*It. disposizione, ordinata collocazione;* Fr. *disposition, ordre, arrangement;* Hisp. *disposición, colocación y distribución ordenada;* Germ. die *Aufstellung an verschiedenen Punkten;* Angl. a *putting in order, disposition, arrangement.*)

I.) Proprie. — *a) Generatim. Veget.* 3. *Milit.* 26. *Dispositionem (militum) mutare. Ammian.* 24. 6. Imperator calervis pedum infirmis medium inter acies spathum secundum Homericam dispositionem præstituit. Adde *Quintil.* 5. 12. 14. — *b) Speciatim in architectura est idem ac Gr. διαστρεγ. Vitruv.* 1. 2. 1. *Schneid.* Architectura autem constat ex ordinatione, quæ Græce ταξίδι dicitur, et ex dispositione: hanc autem Græci διάστρεγον vocant. — *Dispositio* est rerum apta colloccatio elegansque in compositionibus effectus operis cum qualitate. Species dispositionis, quæ Græce dicuntur ἴδαι, haec sunt: ichnographia, orthographia, scenographia. *Ibid.* 19. *Orig.* 9. *Dispositio* adficiorū. — *c) Item speciali in pictura est ordo et situs figurarum, quæ in tabula sunt. Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (80). Apelles celebat Melanthio de dispositione, Asclepiodoro de mensuris.

II.) Translate. ¶ 1. *Dispositio usurpatur* — *a)* De oratione, et est secunda pars officii oratoris. *Cic.* 1. *Invent.* 7. 9. *Dispositio* est rerum inventarum in ordinem distributio. *Id.* 1. *Herenn.* 2. 3. *Dispositio* est ordo et distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibus locis sit collocandum. *Id.* 2. *Orat.* 42. 179. Ordo et dispositio argumentorum. Adde *Quintil.* 3. 3. 1. et alibi sepe. — *b) Generatim. Colum.* 12. *R. R.* 2. 4. Quis dubitet nihil esse pulcrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine? ¶ 2. Apud sequioris avi scriptores, *h. e.* sub imperatoribus accipitur pro administratio-

re, quasi rationes jana collatas conficerere. *Id.* 4. *advers.* *Marcion.* 10. Specialis medicina disputata prophetia. *h. e.* comprobata, confirmata, quasi collatis rationibus probata et recognita. *Id.* de animis. 57. Animæ prompta humanæ disputata. *h. e.* separata, remotæ a corpore.

*DISPÙTABILIS,* *e,* adject. qui disputari potest. *Seneca Ep.* 88. *sub fin.* An omnis res in utramque partem disputabilis sit.

*DISPÙTATIO,* ônis, f. 3. actus disputandi. ¶ 1. Stricto sensu est computatio, supputation (*It. compu-*  
*to, calcolo;* Fr. *supputation, compte;* Hisp. *supu-*  
*tacion, computo o cuenta;* Germ. die *Überrech-*  
 Angl. a *computing, calcu-*  
*lating, reckoning).* *Colum.* 5. *R. R.* 1. 13. Diversæ agrorum formæ veniunt in disputationem. *V. integrum locum, ubi de agrorum mensuris agitur.* ¶ 2. Hinc latiori sensu ac generatum est actus disserendi, certandi cum alio in dicendo, vel etiam solum tractandi de aliqua re; ac præcipue dicitur de rebus ad rationem vivendi pertinentibus. *Cic.* 2. *Orat.* 24. 104. Nihil est enim, quod inter homines ambigatur, sive ex criminis causa constet, ut facinoris, sive ex controversia, ut hereditatis, sive ex deliberatione, ut belli, sive ex persona, ut laudis, sive ex disputatione, ut de ratione vivendi, in quo etc. *Id.* 1. *ibid.* 2. 5. Solesque nonnamquam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 16. 61., et *Amic.* 1. 5. et 4. 14. *Id.* 5. *Fin.* 26. 76. Haec omittamus: habent enim et bene longam et sati litigiosam disputationem. *Id.* 4. *Att.* 16. Justituere disputationem de republica. Sic *Id.* 1. *de re publ.* 7. Haec plurimis a me verbis dicta sunt ab eam causam, quod his libris erat instituta et suscepta mihi de re publica disputatione: quæ ne frustre haberetur, etc. *V. Creutzer ad h. 1. Cas.* 8. *B. G.* 30. Habere disputationem in utramque partem. Adde *eumd.* 1. *E. C.* 33. *Quintil.* 3. 6. 80. Tria esse quæ in omni disputatione querantur, an sit, quid sit, quale sit. *Id.* 11. 1. 70. Inter eos non forem in contentione, sed studiosam disputationem incidisse. Adde *eumd.* 6. 3. 22. et alibi sepe, et *Justin.* 22. 4. 11. — Pro sacro sermone dixit *Augustin.* 6. de sanct. struct. 89.

*DISPÙTATIUNCULA,* *æ, f.* 1. deminut. a disputatione, brevis disputatione. *Seneca Ep.* 117. *a med.* Disputatione inanibus subtletatem vanissimum agitare. Adde *Gell.* 1. 3. *sub fin.*

*DISPÙTATIVÈ,* adverb. idem ac disputatione. *Cassiod.* 5. *Hist. Eccl.* 42. Tunc disputatione atque veraciter *Sylvanus* ait: Si ei non existentibus non est, nec creatura, nec ex alia substantia Deus Verbum etc.

*DISPÙTATIVUS, a, um,* adject. ad disputationem pertinens, concordatus. *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 19. Quapropter dedit consilium, ut disputatione fugeret intentiones.

*DISPÙTATOR,* ônis, m. 3. qui disputat. *Cic.* 1. *Off.* 1. 3. *Disputator* subtilis (*Demetrius Phalereus*), orator parum vehemens. *Val. Max.* 8. 12. init. Suse artis unumquemque auctorem et disputationem.

*DISPÙTATORIÆ,* adverb. disputando. *Sidon.* 5. *Ep.* 9. *Scripseras argumentosa disputatoria.*

*DISPÙTATORIUS, a, um,* adject. de quo disputari potest, controversus. *Ambrós.* 1. *Hexam.* 6. Non disputatoriis me libramentis committo aequem mensuram.

*DISPÙTATRIX, ônis, f.* 3. quæ disputat. *Quintil.* 2. 20. 7. Dialetica etiam disputatrix virtus erit. Adde *eumd.* 12. 2. 13.

*DISPÙTATUS, a, um.* *V. voc. seq.*

*DISPUTO, es, avi, ésum, are, a.* 1. (dis et puto). Part. *Disputans* 2.; *Disputatus* 1. et 2.; *Disputaturus* et *Disputandus* 2. — *Disputare*, quasi hinc et inde putare, ¶ 1. Stricto sensu est computare, data et accepta conferre: *V. DISPUTATIO* 1.

*Plaut. Autul.* 3. 5. 55. Ubi disputata est ratio cum argentario. *h. e.* collatis cum argentario rationibus. Sic *Id. Cas.* 3. 2. 25. dixit putare rationem. ¶ 2. Latiori sensu et universim sumitur pro mente perpendere, examinare, disserere, dicendo certare cum alio, vel etiam solum tractare de aliqua re, sermonem habere: et fere de rebus dicitur ad rationem vivendi pertinentibus, ut et *Cic.* 2. *Orat.* 24. 104. (cujus verba *V. in DISPUTATIO* 2.) colligimus.

*Farto* 6. *L. L.* 63. *Müll.* a *putus pro purus deri-*

vat. Sic, inquit, is sermo in quo pure disponuntur verba, ne sit confusus atque ut dilucet, dicitur disputare. *V. PUTO.* Hac autem significatio occurrit — a) Pro mente perpendere, examinare. *Plaut. Most.* 1. 2. 4. In meo corde eam rem voluntati et diu disputavi. h. e. perpendi. Sic *Ammian.* 20. 8. Conditionum aequitatem, quam propono, bona fide suscipio. cum animo disputans, haec statui Romano prodesse nobisque. — b) Sæpius pro verbis perpendere, adeoque disserere, etc. ut diximus; et quidem — Cum Acuratissimo rei, de qua disputatur, sed fere per pronomina haec, etc. *Cic. 1. Off.* 2. 4. Multa accurate copiose a philosophis disputata. *Id. 1. Orat.* 25. 117. Neque haec in eam sententiam disputo, ut etc. *Id. 3. Fam.* 8. Idque me arbitror pro tribunali multis verbis disputavisse. *Id. 3. Nat.* 40. 95. Ea, quæ disputavi, disserere malui, quam judicare. — Sæpissime cum Ablativo rei et præpos. de. *Cic. 13. Phil.* 10. 22. Dum de singulis sententiis breviter disputo. *Id. 1. de republ.* 10. Disputare de virtutibus, de republica. *Id. 1. Orat.* 34. 158. de omni re in contrarias partes. *Id. 11. Fam.* 27. ad fin. de re aliqua in utramque partem. *Cæs. 6. B. G.* 14. de sideribus. *Plin. 1. Ep.* 8. de nostra munificencia. *Quintil.* 11. 1. 77. Apud alium nos judicem disputaturos de illius sententia non fuisse. Cf. *Id. 7. 1. 49.* In commune de jure omni disputandum semper, nec unquam satis judicatum est. — Cum Accus. et præpos. circa. *Quintil. 1. 5. 34.* Circa hoc quoque disputatum est. — Cum adverb. contra, vel præpos. ad et Accus. *Cic. 1. de republ.* 3. Bis rationibus tam certis tamque illustribus opponuntur ab his, qui contra disputant, primum labores etc. Adde *Quintil.* 2. 15. 26. et 2. 17. 4. *Cic. 3. Tusc.* 9. 18. Non inscite Dionysius ad ea disputat, quæ etc. — Absolute. *Ter. Andr. prol.* 15. In eo disputant. *Id. 5. Tusc.* 10. 28. Acute autem disputantis illud est. *Id. 7. Verr.* 3. 7. Durum hoc fortasse videatur; neque ego ullam in partem disputo: tantum intelligo etc. *Quintil.* 12. 2. 14. In disputando mire callidos. — Passive impersonaliter. *Cæs. 1. B. C.* 67. Disputatur in concilio a Petrejo et Afranio, et tempus profectionis queritur. *Quintil.* 7. 3. 12. De his disputatur, non litigatur. — c) Et simpliciter pro verbis exponere. *Plaut. Most.* 5. 2. 16. Age, disputa. h. e. eja age, dic, rem enarr. Sic *Id. Men. prol.* 50. Ut banc rem vobis examissim disputem. h. e. enarr. Similiter *Martial.* 9. 78. Quod optimum sit disputat convivium Facunda Prisci pagina. h. e. pertractat ac docet. — Ceterum generatim adde *Cic. 1. Tusc.* 4. 7.; *Nepot. Epam.* 3.; et *Sueton. Tib.* 32. et *Gramm.* 16.

DISQUAMO. *V. DESQUAMO.*

DISQUIRO, ris, rere, a. 3. (dis et quero) per omnes partes quero, perquirro, inquiero. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 7. Verum hic imprausi mecum disquirite.

DISQUISITIO, ònis, f. 3. disceptatio, inquisitio. *Cic. Harusp. resp.* 7. 13. Quamquam ad facinoris disquisitionem interest, adesse quamplurimos. *Id. 2. Herenn.* 26. 41. Vitiosum est pro argumento sumere quod in disquisitione positum est. Adde *eundem. Sall.* 28. 79. *Litr.* 26. 31. In disquisitionem venit, quid ego fecerim. *Id. 8. 23.* Vitio ne dictator creatus esset, in disquisitionem venit. *Sueton. Ner.* 9. Ad disquisitionem senatus vocavit. h. e. accusavit. Adde *eundem. Cæs. 15.*; et *Tac. 3. Ann.* 60. et 5. *ibid. 11.*

DIRAPIO. *V. DIRARIO.*

DIRARO, as, etc. *V. DIRARIO.*

DIRUMPO. *V. DIRUMPO.*

DISSÆPIMENTUM vel dissiperunt, i., n. 2. id quo aliquid dissæpit et dividitur, ut roembari in nuce. *Festus p.* 166. 12. *Müll.*

DISSÆPIO vel dissèpio, pis, psi, ptum, pire, a. 4. (dis et sæpio). Part. *Dissæptus I. et II.* — Dissæpio est sæpiendo dirimo, discludo, disternido.

I.) Proprie. *Lucret.* 1. 908. Aer dissæpit colles atque aera montes. *Varro 5. L. L.* 162. *Müll.* Circum carum ædium erant uniuscujusque rei utilitatis causa parietibus dissæpta, ubi etc. *Orid. 1. Met.* 69. Vix ea limitibus dissæperat omnia certis. *At. leg.* disceverat, ali descriperat, ali alter. *Sil. It.* 11. 458. ut liquidi dissæpsent stagna profundi. pro dissæpsisset: ali tej. discesset.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphoræ sumptâ a paragrapho proxime superiori. *Cic. 4. de republ.* 4. Tenui sane muro dissæpiunt id, quod excipiunt. *Seneca*

*Med. 335.* Bene dissæpti foedera mundi Traxit in unum Thessala pinus. ¶ 2. Item dissæptus est non sæptus, disjectus, discussus, eversus, apud *Stat.* (si tamen sana est lectio) 10. *Theb.* 880. dissæptoque aggere rursus Utitur, et trucas rupe in templo domusque Præcipitat.

DISSÆPTIO vel disseptio ònis, f. 3. idem quod dissæptum. *Vitriv.* 2. 8. 20. *Schneid.* Nonnullos celeritas aut inopia, aut in pendentia loco dissæptio cogit. h. e. paries craticius in loco pendentia durus dissæpienti gratia. Ita legitur locus hic in principe editione, et in omnibus ferme MSS. Alii tamen leg. impendens loci. *V. Schneid.* ad h. 1.

DISSÆPTUM vel disseptum, i., n. 2. ¶ 1. Generation est id, quo aliquip dissæpit et discluditur, ut paries, qui cubicula in ædibus dividit. etc. *Lucret.* 6. 951. Denique per dissæpta domorum sarex aures Pervolitant, perianat odos, frigusque, vaporesque. ¶ 2. Speciatim membrana dividens cor et pulmones a cetero ventre, septum transversum. *Macrobi. 1. Somn. Scip.* 6. a med., ubi alii leg. dissæptum, ea ratione, que consuptum pro conceptum dixit *Ennius*, teste *Paul. Diac.* p. 62. 10. *Müll.*

DISSÄVIOR. *V. DISSUAVIOR.*

DISSÉCO. siccas, sœci, sectum, sècare, a. 1. (dis et seco). — Scribitur et dissiccō. — Part. *Dissectus.* — Dissecō est in duas partes seco, dividō. *Sueton. Cat.* 27. Medios homines serrā dissecuit. *Plin. 11. Hist. nat.* 37. 70. (185). Lacedæmoni pertus disseccuere causa videndi. *Id. 29. ibid.* 4. 21. (69). Caput viperæ dissecant inter aures ad eximendum lapillum. *Id. 30. ibid.* 9. 23. (76). Mores dissecuti iropositi. *Id. 32. ibid.* 9. 36. (111). Ranas dissecatas imponere. *Id. 9. ibid.* 35. 58. (121). Unio dissectus. *Id. 7. ibid.* 2. 2. (30). Pisces unguibus dissecatos sole torrere. *Apul. 8. Met.* Ancipiū ferro sua quisque brachia disserant, h. e. concidunt, exsecant.

DISSÈCTIO. *V. DESECTIO.*DISSÈCTUS, a. um. *V. DISSÉCO.*

DISSÉMINATIO, ònis, f. 3. actus disseminandi. Translate. *Apul. 11. Met. sub fin.* Nec extimescerem malevolorum disseminationem. — in bocam partem. *Tertull. Fuga in persecut.* 6. Disseminatione.

DISSÉMINATUS, a. um. *V. voc. seq.*

DISSÉMINO, as, àvi, atum, are, a. 1. (dis et semino). Part. *Disseminans* et *Disseminatus.* — Dissemino est semen in diversas partes spargo; sed occurrat translate tantum pro divulgo, pervulgo. *Cic. Arch.* 12. 30. Omnia, quæ gerantur, jam tum in gerendo spargere ac disseminare in orbis terra memoriam. *Id. Planc.* 23. 56. Disseminatus dispersusque sermo. *Id. 4. Cat.* 3. 6. Malum latius opinione disseminatum. *Apul. 5. Met.* Venus passim cupidines populis disseminans. *Justin.* 12. 13. 10. Amici causam morbi intemperie ebrietatis disseminaverunt. *Ammian.* 20. 2. Disseminare susurros. *Id. 29. 6. et 31. 4.* rumore.

DISSENSIO, ònis, f. 3. actus dissentendi, seu voluntatum et sententiarum contrarietas; ut docet *Cic. 2. leg. Agr.* 6. 14. Animorum disjunctione dissensionem facit (It. dissensione, discordia; Fr. dissident, dissension, désaccord, désunion, discorde; Hisp. desunión, disención, discordia; Germ. die Sinnes —, Meinungs – verschiedenheit, Streit, Uneinigkeit, Dysharmonie; Engl. a disagreement, dissension, difference, variance).

I.) Proprie de hominibus; et occurrat — 1.) In singulari numero. — a) Cum prepos. inter. *Cic. 1. Off.* 25. 87. Qualis fuit inter P. Africanum et Q. Metellum sine acerbitate dissensio. *Id. 1. Orat.* 56. 23d. Quibus in causis fuit inter pertinissimos homines summa de jure dissensio. Sic *Nepot. Dion.* 6. Orta dissensione inter eum et Heractidem. Adde *Justin.* 2. 12. 18.; et *Quintil.* 9. 1. 10., 11. 2. 14. et 3. 6. 22. — b) Cum prepos. cum. *Cic. Brut.* 49. 185. Nunquam de bono oratore doctis hominibus cum populo dissensio fuit. — c) Cum Genitivo, vel Adjectivo Genitivi vicem gerente. *Tac. 3. Ann.* 27. Nam leges — sæpius dissensione ordinum et apiscendi illucios honores — aliaque ob prava per vim latte sunt. *Quintil.* 3. 1. 7. Infinita auctorum dissensio. *Nepot. Att.* 8. Sic ille consensionis globus hujus unius dissensione disjectus est. *Sall. Jug.* 41. extr. Moveri civitas et dissensio civilis quasi permittit terræ oriri caput. *Sueton. Gall.* 7. Provincia et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquieti.

## DISSENTIO

Cf. *Cic. Amic.* 21. 77. — d) Absolute. *Cic. 3. leg. Agr.* 2. 4. Commovere dissensionem. *Id. 1. Nat. D.* 1. 2. Qui deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione, ut etc. *Id. Sall.* 21. 60. Hoc discidio ac dissensione facta. Adde *Cæs. 5. B. G.* 31. et 3. *B. C.* 88.; et *Sueton. Cæs.* 3., *Ner.* 3., *Tib.* 3. et *Claud.* 10. — 2.) In plurali numero. *Cic. Amic.* 7. 23. Quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus etque discordiis percipi potest. *Cæs. 3. B. C.* 1. Timor novarum tabularum, qui fere bella et civiles dissensiones sequi consuevit. Adde *eundem. 7. B. G.* 33. et 6. *ibid.* 22. *Auct. B. Alex.* 42. Provincia finitimo bello et dissensionibus vastata. *Tac. Agric.* 32. Nostris illi dissensionibus ac discordiis clari vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt.

II.) Impropte dicitur de rebus, et est discrepancia, dissimilitudo. *Cic. 3. Off.* 13. 56. Haec est illa, quæ videtur utilium fieri cum honestis sepe dissensio. *Seneca Ep.* 20. Ut ipsa inter se vita unius, sine actionum dissensione, coloris sit.

DISENSUS, a. um. *V. DISSENTIO.*

DISENSUS, us, m. 4. idem quod dissensio, cui in *Dig.* 46. 3. 80. consensus opponitur. *Virg.* 11. *Æn.* 454. hic undique clamor Dissensu vario magnus se tollit in auras. *Stat.* 10. *Theb.* 558. Urbem scindunt dissensu vario. *Claudian. B. Gild.* 300. Dissensus acerbus. *Id. 2. Laud. Stilich.* 86. mediis dissensibus aulæ. *Paul. Dig.* 17. 2. 65. Dissensu solvit societas.

DISENTANUS, a. um. adject. dissensientes, contrarius. *Nigidius apud Non.* p. 100. 7. *Merc.* Eum locum facit dissentaneum. *Cic. Partit. orat.* 2. 7. Similia aut dissimilia, consentanea aut dissentanea.

DISSENTIO, sentis, sensi, sensum, sentire, n. 4. (dis et sentio). Olim et dissenter deponentis forma usurpatum fuit, ut assentior. *Cælius apud Priscian.* 8. p. 801. *Putsch.* Qui intelligent, qui sentiant, dissentiuntur. — Part. *Dissensus* habet tantum *Censorin.* de die nat. 4. Haec eadem opinio etiam in Parmenide fuit, pauculis exceptis ab Empedocle dissensis. h. e. in quibus aliter sentit Empedocles. — Part. *Dissentiens I. et II. 2; Dissensurus I.* — Dissentio, cui recta opponitur consentio, est aliter atque alii sentio, discors sum, dissideo, diserpo (It. essere di contrario parere, discordare, dissentire; Fr. être d'un avis, d'un sentiment différent, être en désaccord; Hisp. desconvenir, desconformar, no convenir con otro; Germ. nicht übereinstimmen, verschiedener Meinung sein, uneinig sein; Engl. to be of a contrary opinion, dissent, disagree).

I.) Proprie de hominibus; et occurrat — 1.) Absolute. *Cic. 1. Nat. D.* 2. 5. Res enim nulla est, de qua tanto opere non solum indicti, sed etiam docti dissentiant. *Id. 5. Fin.* 11. 33. Concedo, ut qui de hoc dissentiant, existimant quod velint. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 61. Tres mihi coinvias prope dissentire vindicentur. Poscentes vario multum diversa palato. *Nepot. Tinol.* 2. Quem (*Dionysium*) non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit etc. *Quintil.* 10. 1. 17. Pudent dissentire. *Id. ibid. proem.* 18. Quamqnam sint, qui dissentunt. *Plin.* 8. *Ep.* 14. Nec contra absolventes mox dissensuri congregarentur. — Cum Accus. Pronom. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 78. nisi quid tu, docte Trebat, Dissentis. — Passive impersonaliter. *Gell.* 3. 11. a med. De patria Homeri multo maxime dissensum est. — 2.) Cum addito a quo, vel a qua re quis dissentit. — a) Cum inter se. *Cic. 2. Fin.* 6. 19. Illi inter se dissentient. — b) Cum Dativo. *Horat.* 3. *Od.* 5. 14. mens provida Reguli Dissentientis conditibus Fœdus et exemplo trabenti Perniciem veniens in ævum. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 8. Sed ego plurimorum opinioni dissentientis pretiosum vinitorem in primis esse censeo. *Quintil.* 1. 5. 37. Huic opinioni neque omnino accedo, neque plane dissentio. — c) Cum Ablativo et præpos. cum. *Quintil.* 3. 11. 18. Paulum in his secum etiam Cicero dissentit. *Cic. Harusp. resp.* 25. 54. Dissensit cum Mario L. Sulla. *Seneca Ep.* 98. prope fin. Dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit etc. Cf. *Cic. 1. Herenn.* 11. 19. Quum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. — d) Cum Ablativo et præpos. ab. *Cic. Orat.* 63. 214. Quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissensio. *Id. 1. Orat.* 2. 5. Soles non nunquam hac de re a me in disputationibus nostris

dissentire. *Id.* 4. *Fin.* 1. 2. Non verbis Stoicos a Peripateticis, sed universa re et tota sententia dissentire. *Id. Amic.* 9. 32. Longe dissentire ab aliquo. Adde *eundem*. 2. *Fin.* 25. 80. et 1. de republ. 19.; et *Nepot.* *Cat.* 1. *Quintil.* 2. 4. 19. Alii ab aliis historici dissentunt. *Id.* 7. 4. 28. A quo dissensores scio. Adde *eundem*. 3. 11. 16., 7. 3. 8. et alibi sape. *Sall. Cat.* 3. Quum ab reliquorum malis moribus dissentirem. *Quintil.* 1. 2. 2. Qui ab hoc prope publico more privata quadam persuasione dissentiant. Cf. *Cic. Fontej.* 9. 20. Haec nationes a ceterarum gentium more ac natura dissentunt. — 3.) Cum addita re — a) De qua quis dissentit. *Quintil.* 11. 3. 123. De fronte dissentio. Adde alia superius allata. — b) In qua quis dissentit. *Quintil.* 3. 3. 13. In eo piures disserunt. *Id.* 4. 2. 42. Dissenserit parte in uua. *Id.* 9. 4. 2. In quibusdam paulum fortasse dissentiam.

II.) Translate. ¶ 1. Dissentire dicuntur, qui re pse inimicities capiunt, aut exercent; adeoque est etiam in seditionem ire. *Cic. 12. Phil.* 11. 27. Cives gravissime dissentientes. *Cæs.* 5. *B. G.* 29. Cottæ quidem atque eorum, qui dissentirent, consilium quem haberet exitum? *V.* integrum locum. *Id.* 1. *B. C.* 20. Ab his primo Marsi dissentire incipiunt, eamque oppidi partem occupant. *Auct. B. Hisp.* 37. Cæsar reliqua oppida oppugnat, quæ propter Pompejum dissentire coepant. ¶ 2. De rebus est dissimilem, diversum esse. — a) Cum Accusativo et Infinito. *Lucret.* 4. 770. Nec dissentit, eum mortis letique potitus Jampridem, quem mens vivum secernere credit. — b) *Dissentire a se* est inconstantem esse. *Cic. 5. Fin.* 27. 79. Me non querere, quid virtus possit efficere, sed quid constanter dicitur, quid ipsum a se dissentiat. *Id.* 4. *Tusc.* 13. 29. Vitiostus est habitus, aut affectio in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens. — c) Ceterum dissentire occurrit iisdem modis, quos supra sub I. enumeravimus. *Justin.* 6. 8. 10. Mortis ratio non disensuit ab hoc proposito. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 42. (90). Flos salis odore disseniens a sale. *Quintil.* 1. 5. 6. Quum dissentii ab interrogatione responsum. *Id.* 10. 5. 3. Pierumque a Græcis dissentunt Romana. *Id.* 11. 3. 67. Si gestus ac vultus ab oratione dissentient. *Id.* 12. 1. 29. Quoties ab animo verba dissentunt. *Seneca Ep.* 20. Ne oratione vita dissentiat. *Quintil.* 1. 6. 12. *Lepus* et *lupus* casibus numerisque dissentunt. *Id.* 11. 1. 9. Nec me fugit, plerumque haec esse conjuncta. — Aliquando tamen et haec dissentunt.

**DISSÉPÁRATIO**, ònis, f. 3. separatio, divisio. *Porc. Latro in Catil.* 3<sup>1</sup>. Disseparationi eorum neque solem orientem unquam, neque occidentem intervenisse.

**DISSÉPÁRATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DISSÉPÁRO**, as, átum, are, a. 1. Part. *Disseparatus*. — Disseparo est in contraria separo, dividio. Non. p. 282. 18. *Merc.* Discerniculum dicitur acus, que capillos a media fronte disseparat. *Nazar. Paneg. Constant.* 2. Quæ temporibus disseparata sunt, animorum præsumptione junguntur. *Al. leg.* dispara-

**DISSÉPIMENTUM**, **DISSÉPIO**, **DISSÉPTIO**, **DISSÉPTUM** et **DISSÉPTUS**. *V.* **DISSÉPIMENTUM**, **DISSÉPIO**, **DISSÉPTIO**, **DISSÉPTUM** et **DISSÉPTUS**.

**DISSÉRNASCO**, is, ere, n. 3. inchoat. a dissereno. *V.* voc. seq.

**DISSÉRÉNO**, as, arc, 1. (dis et sereno) est

a) Verbum impersonale, disserenat, h. e. serenum fit. *Liv.* 34. 46. Eadem (procella) paullo post, quum disserenasset, sublata. *Alii legunt* consernasse; alii disserenasset et a disserenasco deducunt. *Plin. 18. Hist. nat.* 35. 82. (356). Si cacumina pura fiant, disserenabit.

b) Verbum activum, quod translate tantum occurrit pro sedare apud *Cassiod.* 6. *Variar.* 6. Ipse (magister sacri palati) insolentium scholârum mores procellosos moderationis suæ terminis prospere disserenat.

**DISSÉRO**, as, ávi, are, a. 1. discludo: a dis et sera, quasi sera remota aperio. *Terentian. de litter.* p. 2385. *Putsch.* Vocalia rictum nisi juncta disserant. syncop. pro disseraverint. *Id. ibid. paulo ante.* Par exanimis austus est, Cœu sublimis disseras.

**DISSÉRO**, seris, sēvi. sītum, sérere, a. 3. (dis et sero, sevi). Præteritum est disserui, si rationem se-

quaris: tamen et disserui inventior. *Suetius* poeta apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 14. Hoc genus arboris in præstia finib' Grajæ. Disserere, novos fructus mortali u' dantes. *Al. leg.* deseruere a desero, unde desertus. et desitus plantatus. *V.* DESERTUS et DESITUS. — Part. *Dissitus* I. — Ceterum dissero est idem quod sero, aut variis in locis sero (It. seminare, plantare in variis luoghi; Fr. semer en differents endroits; Hisp. sembrar; Germ. in Zwei schenraumen auseinandersetzen, aussäen; Engl. to sow, plant).

1.) Proprie. *Lucret.* 3. 144. Cetera pars animæ per totum dissita corpus etc. *Id.* 4. 899. Per membræ atque artus animai dissipata vis est. *Varro 6. L. L.* 64. *Müll.* Ut oltor disserit in areas sui cujusque generis res. *Colum. 11. H. R.* 3. 26. Cæciliana laetitia mense Januario recte disseritur. *Id. ibid.* 2. 30. Semina in areolas disserere. Adde *Suev.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 14. loco sup. cit.

II.) Translate. *Tac.* 3. *Ann.* 40. Disserere seditiosa per conciliabula et cætus. *Id.* 1. *ibid.* 4. Pauci bona libertatis incassum disserere. h. e. mentionem bonorum libertatis apud multos facere. *Hac tamen rectius ad sequens verbum sunt referenda.*

**DISSERO**, seris, serui, sertum, sérere, 3. (dis et sero, serui). Part. *Dissertus* habet tantum *Hiéronym.* in *Isajam* 4. 11. Quam prophetiam per partes volumus explanare, ne simul proposita atque disserita lectoris confundat memoriam. Ceterum **DISSERTUS**, a, um, *V.* loco suo. — Part. *Disserens*, *Disserturns* et *Disserens II.* — Disserere proprie est variis in locis inserere.

1.) Proprie. *Cæs. 7. B. G.* 73. Taleæ in terram defodiebantur, mediocribusque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur. *Forcellinus* hunc quoque *Cæsaris* locum ad vocem præcedentem sub I. retulit: rectius tamen haec a præcedenti distinguenda videtur.

II.) Translate disserere est sermonem instituere de re aliqua, dicere, disputare, tractare. Quæ significacione alii dicunt a verbo præced. per metaphoram: alii speciale huic originem tribuant, ut in **CONSERO**, serui, dictum est: sed *V.* paulo supra sub I. — Ceterum occurrit — 1.) Cum **Ablatio** rei, de qua dicitur, vel disputatur, — a) Et præpos. de. *Cic. Flacc.* 17. 41. De hoc teste disseruit et subtiliter et copiose *Hortensius*. *Id. Amic.* 4. 14., 1. de republ. 24., 2. *ibid.* 39. et 3. *ibid.* 3. Disserere de republira. *Id. 2. Tusc.* 3. 9. de omnibus rebus in contrarias partes. *Id. 2. Orat.* 3. 13. de eloquentia. *Id. Senect.* 21. 78. de immortalitate animorum. *Sall. Cat.* 51. de pœna. *Id. Jug.* 111. de pace et de communibus rebus. *Colum.* 2. *R. R.* 1. 2. de materia. *Plin.* 6. *Ep.* 5. de senatusconsulto. *Quintil.* 2. 21. 12. de bono, utili, justo. *Id.* 5. 11. 38. de incommodiis vita. *Id. præfat.* 15. de justitia. *Id.* 10. 1. 44. de differentia. *Id.* 1. 2. 14. de ratione loquendi. Adde *eundem*. 12. 2. 21.; *Sueton. Ner.* 41.; *Tac.* 1. *Ann.* 6., 3. *ibid.* 50. et 13. *ibid.* 21. — Et passive impersonaliter. *Cic. 2. Fin.* 1. 3. Ut, inter quos disseritur, convenient quid sit id, de quo disseratur. — b) Cum præpos. super et Ablativo rei dicit *Gell.* 19. 1. ad fin. Disserere super aliquæ re. — 2.) Cum Accusativo rei; et quidem — a) Sæpe per Pronomina haec, aliqua, multa, et similia. *Cic. 1. Orat.* 13. 57. Hæc ego cum ipsis philosophis tun Athenis disserebam. *Id. Amic.* 5. 18. Ut illi, qui haec subtilius disserunt. *Id. 3. Nat. D.* 40. 95. Ea, quæ disputeri, disserere malui, quam judicare. *Id. Amic.* 10. 33. Ea, quæ sapissime inter me et Scipionem de amicitia disserabantur. *Quintil.* 10. 6. 8. Ideoque aliqua mihi in illum locum disserenda sunt. Adde *Cic. 1. Tusc.* 11. 23.; *Sall. Jug.* 30. extr.; et *Colum.* 12. *R. R.* præfat. 7. — b) Cum Accusativo communis. *Sall. Cat.* 5. Paucis instituta majorum domi militiae disserere. *V.* *Kritz* ad h. l. *Lit.* 41. 6. Senatus — datus in æde Bellonea ad disserendas res, quas gessissent. *Al. leg.* edisserendas: *V.* *Drakenborg.* ad h. l. *Cic. 1. de republ.* 24. Ea lege, qua credo omnibus in rebus disserendis utendum esse. *Tac.* 1. *Ann.* 4. Pauci bona libertatis incassum disserere. *Id. 3. Hist.* 81. Bona pars ac belli discrimina disserens. *Id. 2. Ann.* 27. Ejus negotii initium, ordinem, finem curatus disserat. *Lamprid. Alex. Sev.* 30. extr. De quo in libris suis *Marius* loquitur, quinque Hadriani vitam disserit. h. e. exponit, enarrat. *Hieronym. præf.* i. 11. in *Isajam*.

Undecimus in Isajam liber magnam partem historiæ disseritur est. *Id. ibid.* In quibus disserendis, quid secerint, breviter comprehen.ii. — c) Cum Accusativo et Infinito. *Cic. 1. Divinat.* 47. 105. Malunt enim disserere, nihil esse in auspiciis, quam, quid sit, ediscere. — 3.) Sequente relativo. *Sall. Jug.* 95. Nam postea quæ fecerit, incertum habeo pudeat an pigate magis disserere. *Liv.* 23. 26. Quid pedimentum equitumq; quid civium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris disseruit. *Id.* 28. 38. Quas res in Hispania gessisset, disseruit. *Quintil. præfat.* 22. Ut, qui mores ejus —, qui agendi debet esse finis —, disseramus. — 4.) Absolute. *Cic. 9. Att.* 4. sub fin. Disserens in utramque partem tum Græce, tum Latine. *Id. 1. Orat.* 13. 57., 4. *Acad.* (2. pr.) 6. 17. et 1. de republ. 21. Disserere cum aliquo. *Id. 1. Nat. D.* 5. 11. Disserere contra omnia. *Id. 2. Orat.* 38. 157. Ars bene disserendi. h. e. dialectica: quam vocat *Fat.* 1. 1. rationem disserendi, et 1. *Orat.* 15. 68. subtilitatem disserendi. Adde *eundem*. 3. de republ. 6., 1. *Acad.* (post.) 8. 30. 1. *Tusc.* 30. 72. et *Amic.* 3. 11.; et *Quintil.* 12. 1. 35. et 12. 2. 25. *Sueton. Gramm.* 4. Repeto quendam, Principem nomine, aternis diebus declamare, aternis disputare; nonnullis, mane vero, disserere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum. — Cum Dativo, disserere alicui, h. e. apud aliquem vel coram aliquo, est *Senecæ Ep.* 52. a. med.

**DISSERPO**, is, ere, n. 3. (dis et serpo) in diversas partes serpo, dissemotor. *Lucret.* 6. 546. Quippe cadunt toti montes, magnoque repepte Concussa latè disserunt inde tremores.

**DISSERTATIÖ**, ònis, f. 3. sermo, disputatio. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 68. 87. (190). Quapropter ingenium prædictorum, et reliqua subiectetur dissertatione. *Harduin.* in suis MSS. eti dissertatione reperit; quam lectionem *Sillig.* confirmavit ac retinuit. *Gell.* 10. 4. Res in philosophia dissertationibus celebris. *Id.* 14. 3. Turpiter eos mentiri, qui dissertationes istiusmodi Socrati attribuerent. *Id.* 17. 13. Hoc est longioris dissertationis. *Id.* 1. 2. Jussit proferri dissertationum Epicteti secundum librum. *Id.* 19. 12. In ea dissertatione hujuscemodi sensus est. Al. leg. dissertatione eod. sensu. Eadem varia lectio reperitur etiam 17. 19. Nempe sicut dissertatione a dissero fit, ita disserunt a dissero. Similiter disserio lingua legitur apud *Fulgent.* 1. *Mythol.* 22.

**DISSERTATOR**, òris, m. 3. qui disserit. *Prudent.* *Apotheos.* 850. Occurrit dubitans hic disserator, et illud Objicit.

**DISSERTIO**. *V.* **DISSERTATIO**.

**DISSERTO**, as, ávi, átum, are, a. 1. frequentat. a dissero. Part. *Disserens* et *Disseraturus*. — Dissero est vehementer dissero, de re aliqua magno studio dispuo; et occurrit — a) Cum Accusativo rei. *Tac.* 4. *Hist.* 69. Vim Romanam pacisque bona disserans, sapientissimum quemque metu continuit. *Cato* apud *Paul. Diac.* p. 60. 1. *Müll.* Quil ego cum illo disserent amplius? *Plaut. Men.* 5. 2. 58. Quod vos disseratis. — b) Absolute. *Gell.* 7. 14. Seorsum quisque ostentandi gratia magno conventu hominum disseraverunt. — c) Cum Ablativo et præpos. de. *Tac.* 13. *Ann.* 38. Dissimulato tamen intellectu, rectius de iis quæ in publicum consulerent totis exercitibus coram disseratu, respondit.

**DISSERTOR**, òris, m. 3. idem quod disserator. Utitur eo *Nonius* p. 328. 24. *Merc.*, ubi interpretetur exponit obscuri disserentem.

**DISSERTUS**, a, um. *V.* **DISSERO**, seris, serui.

**DISSICIO**, is, ere, a. 3. vult Pareus in *Lex. Crit.* Idem esse quod dissiicio, h. e. dissecō, discindō; divido. Affert autem primum verba *Priscian.* 14. p. 1002. *Putsch.* in quibus recensendo verba, quæ a dis componuntur secundum ordioem consonantium, post displiceo, dispuo, disperdo ponit dissiicio, distraho, etc.; quod quamvis in libris dissiicio legitur, appareat tamen ex ipsa serie ita legendum esse. Secundo *Plauti Curc.* a. 3. v. 54. Clipeatus elephantus ubi machara disserrit. Tertio *Lucreti* 3. 639. vis animali discessa simut cum corpore dissiceretur. Quarto subiectum loca ex *Cic. Cœl.* 16., ex *Virg.*, *Ovid.*, *Vat. Flacc.*, *Liv.*, *Sueton.*, *Stat.*, *Val. Max.*, etc. quæ sane omnia dubia sunt et fere ubique dissiicio ab aliis substituitur. Addas licet locum *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Matio*) 62. Sed ferventius obvians, re provisa, plerosque Ale-

xander dissidet. Nolim tamen omnino ex Latinarum vocum albo expungi, tum propter auctoritatem *Priisci*, quæ momenti aliud certe habet; tum propter multorum MSS. consensum.

**DISSIDENTIA**, *a*, *f.* *1.* idem ac discordia. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 23. (75). Dominante illa eadem rerum dissidentia. *Add. Arnob.* 3. 34., ubi tamen *Orelli* habet *differentia*.

**DISSIDENS**, *sides*, *sedi*, *sessum*, *sidere*, *n.* 2. (*dis et sedeo*). *Part. Dissidens* I. et II. 1. — Dissidere proprie est sedibus distare, remotum vel sejunctum esse (*It. troverai in sedi diverse, essere lontano, separato*; Fr. *être assis à part, à distance, être séparés, éloignés les unes des autres*; Hisp. *estar asentado a parte, estar distante, apartado à remota*; Germ. *entfernt sitzen, sein, von einander getrennt sein*; Angl. *to be at a distance, be distant*).

I.) Proprie. *Virg.* 7. *Æn.* 369. Omnum equidem scæptris terram que libera nostris Dissidet, exterram reor. *Forcellinus* h. locum singulari paragrapo distinxit atque ita illustravit: *Dissidet aliquando discutunt, qui tantummodo alieni sunt et diversa ditionis aut imperii. Propriet. 1. 12. 4.* Tam multa illa meo divisa est millia lecto, Quantum Hyponus Veneto dissidet Eridano. *Seneca Thyest.* 121. Isthmi si quis amat regna Corinthii, Et portus geminos et mare dissidens. h. e. utrumque positum, Isthmo intermedio. *Id. CÆdip.* 648. ab omni dissidet turba procul. *Sil. It.* 7. 736. qui partitis dissederat ante maniplis. h. e. in alium locum se contulerat. *Al. leg.* dissesserat. — Huc pertinent et illa *Horat.* 1. *Ep.* 1. 96. toga dissidet impår. h. e. male sedet humeris, plus una, quam alia parte dependens. *Quintil.* 11. 3. 79. Super cilia inæqualitate dissident.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de hominibus, et est sententiis discrepare, discordem esse. — 1.º) *Absolute*. *Cic. 1. Legg.* 20. 53. Qui de re una solum dissident, de ceteris misifice congruant. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 43. 132. Qui dissident, de omni vita ratione dissident. *Id. Fat.* 19. 44. Verbis, non re dissidere. *Id. Marcell.* 10. 30. Non consilii solum et studiis, sed armis etiam et castris dissidebamus. *Phœdr.* 3. 3. Vorüs dissident sententiis. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (6). Dissederunt bari dui scholæ. *Id. 18. ibid.* 25. 57. (213). Auctores qui in eadem regione dissiderent. *Horat.* 3. *Od.* 8. 19. Medus infestis sibi luctuosis Dissidet armis. h. e. civili dissensione. *Tac.* 1. *Ann.* 46. Dissidet miles. h. e. in seditionem ivit. *Id. ibid.* Hostis dissidebat in Arminium et Segestein. h. e. in factiones dividebatur, alii enim Arminio, alii vero Segestie studebant. *Nepos Dian.* 8. Quod inimici ejus dissidenti suos sensus aperturi forent. h. e. adversario. *Add. Plin.* 8. *Hist. nat.* 25. 38. (91). Sic *Amian.* 22. 5. Dissidentes Christianorum Antistites. Cf. *eund.* 14. 6.; et *V. Gronov.* ad *Liv.* 25. 18. Similiter *Plin.* 10. *Hist. nat.* 74. 95. (203). Dissident olores et aquila. h. e. mutuas exercent inimicitias. — Pertinet aliquando ad divorcia matrimoniorum. *Sueton.* *Tib.* 7. Cum Julia primo concorditer et amore mutuo visit: mox dissidet, et aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret. — Et passive impersonaliter. *Sueton.* *Tib.* 37. Capilla factionum et bistriones, propter quos dissidebatur, relegavit. *Flor.* 3. 17. 5. Ceterum sic urbe in una, quasi in binis castris, dissidebatur. — 2.º) Cum addito, a quo quis dissidet. — a) Per Ablat. et præpos. cum. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 47. 143. Cum Cleanthe doctore suo quam multis rebus Chrysippus dissidet. *Id. 11. Phil.* 6. 15. Ex quo judicare debetis, ne non cum bomine solere, sed cum causa dissidere. — b) Per formulam inter se. *Cic. 1. Att.* 13. 2. et 4. *Acad.* (2. pr.) 47. 143. Inter se leviter dissident. Cf. *eund.* 1. *Nat. D.* 2. 5. Opiniones tam variae tamque inter se dissidentes. *Justin.* 24. 1. 1. Dissidentibus inter se bello Ptolemae Cerauno et Antigono regibus. — c) Per Dativum. *Horat.* 2. *Od.* 2. 18. Dissidens plebi virtus. h. e. homo virtute prædictus. — d) Sæpius per Ablativum et præpos. ab. *Cic. 7. Att.* 6. Mihi non rectum, me in tantis rebus a Pompejo dissidere. *Id. Balb.* 13. 30. Nullam esse gentem tam dissidentem a populo Romano odio quodam atque dissidio etc. *Id. 7. Ver.* 71. 182. Quasi natura et genere disjuncti sint, ita dissident a nobis animo ac voluntate. *Id. 1. Fin.* 18. 38. Dissidere a se ipso secundum discordare. *Add. eund.* 4. *ibid.* 2. 3. 1. *de republ.* 19., *Sext.* 19. 44. et *Amic.*

1. 2. *Nepos Hann.* 10. Dissidebat ab eo Pergamenus rex, bellumque inter eos gereretur. *Ovid. Heroid.* 7. 36. Matris ab ingenio dissidet illa suæ. h. e. differt. *Amian.* 15. 5. A mandatis dissidens. ¶ 2. Latiori sensu dicitur etiam de abstractis et inanimis. — 1.º) *Absolute*. *Ovid.* 15. *Met.* 648. Dissidet et variat sententia. *Gell.* 13. 24. Duo haec verba idem significant, neque ultra re aliqua dissident. h. e. differunt. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Quercus et olea pertinaci odio dissident. — 2.º) Cum additis. — a) Per Ablativum et præpos. cum. *Cic. 2. Herenn.* 9. 13. Quum voluntas scriptoris cum scriptio dissidere videbitur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 4. 15. (61). Adamas dissidet cum magnete. — b) Per formulam inter se. *Cic. 1. Fin.* 13. 44. Cupiditates intus in animis inclusa inter se dissident atque discordant. — c) Per Ablativum et præpos. ab. *Cic. 1. de republ.* 98. Iracundia dissidens a ratione. *Id. 2. Off.* 2. 8. Temeritas a sapientia dissidet plurimum. *Id. 1. Fin.* 18. 51. Animus a se ipse dissidens. *Id. 1. Orat.* 31. 140. Ut a sententia scriptum dissidat. *Ovid. 3. Fast.* 662. Fama non dissidet a vera fide. *Id. 1. Pont.* 6. 6. Feritas dissidet a studiis suis. *Quintil.* 3. 8. 51. Oratio, si ab homine —, si a re, cui accommodari debeat, dissidet. *Id. 11. 3. 165.* Dissidens a voce gestus. *Id. 1. 11. 16.* Né caput oculique ab alia corporis inclinatione dissidente.

**DISSIDIENS**, *a*, *um*, *adject.* qui dissociat. *Ambrós.* *Ep.* 4. 16. Ut et norus homo et vetus, sublato pariete maceræ qui utrumque dissidioso objice videbat, inter se convenient. *Rectius tamen scriendum dissidiosus.* V. **DISCIDIUM**

**DISSIDIUM**, *ii*, *n.* 2. discordia animorum, dissidentia, dissensio. *Cic. Balb.* 13. 30. Odio atque dissidio dissidere ab aliquo. *Id. 1. Att.* 14. a med. Ut quod una non estis, non dissensione ac dissidio vestro, sed voluntate ac judicio tuo factum esse videotur. — Item separatio, disjunction. *Cic.* non uno in loco, *Propriet.* et alii. Verum et hac et superiori notione rectius *discidium* scribitur (quamquam libri variant), ut in ea voce admonimus.

**DISSIGNATIO**, **DISSIGNATOR**, **DISSIGNO** et similia. V. **DESIGNATIO**, **DESIGNATOR**, **DESIGNO** etc.

**DISSILIO**, *sili*, *sili*, *sillire*, *n.* 4. (*dis et salio*). Part. *Dissiliens* I. — Dissilio est hinc et illinc salio, in diversas partes salio, stringo, dirringer (It. saltare di qua e di là, fendersi con impeto, scappare; Fr. sauter de côté et d'autre, se séparer violement, se briser; Hisp. saltar aca allá, separarse violentemente, romperse, quebrarse; Germ. zerspringen, zergehen; Angl. to leap or bound this way or that, leap or burst asunder).

I.) Proprie. *Lucret.* 1. 386. Postremo dico, de concursu corpora lata Si citio dissiliant, etc. *Id. 2. 84.* nam concita (corpora), sepe Obsvia quum flire, sit, ut divulsa repente Dissiliant. *Id. 1. 492.* Dissiliuntque fere ferventi sata vapore. *Id. 6. 122.* et divulsa repente Matuma dissiliuisse capacis menia mundi. *Virg. 3. G.* 363. de ui frigoris. Aeraque dissiliunt vulgo. *Id. 12. Æn.* 740. Mortalis muero, glacies ceu futilis, iactu Dissiliuit. De freto Siciliæ *Id. 3. Æn.* 414. Hæc loca si quondam et vasta convulsa ruina Dissiliuisse ferunt. *Ovid. 4. Trist.* 6. 20. Uva pressa pede dissilit. *Id. 2. Met.* 260. Dissilit omne solum. *Sil. It.* 16. 548. impius ignis Dissiliuit. *Id. 5. 616.* Immigrit penitus convulsi imo cavernis Dissiliens tellus. *Pallad.* 10. *H. R.* 11. 2. Dissilit via frigore. *Amian.* 23. 4. Compagm, ne dissiliat, continentis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 18. 29. (135). Tusculanum silem dissiliere igni. *Id. 22. ibid.* 22. 36. (78). Boves dissiliere degustata bupresti. h. e. dirumpi. Sic *Id. 20. ibid.* 4. 27. (89). Si prægnans momordit, protinus dissilit. Cf. *Seneca Ep.* 113. ad fin. Dissilio risu, quam mibi propono solcismum animal esse.

II.) Translate. *Lucret.* 4. 606. Præterea, partes in cunctas dividitur vox, Ex aliis aliæ quoniam ginuntur; ubi nam Dissiliuit semel in multis, exorta quasi ignis stepe solet scintilla suos sc spargere in ignes. h. e. dissolvitur. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 41. Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque Zethi dissilit. h. e. repente dissoluta est. Cf. *Capell.* 8. p. 272. At quo etiam tempore Cupido vel Satyrus peccantibus ausus procacitate dissiliunt?

**DISSIMILIS**, *e*, *adject.* (*dis et similis*). Comp. *Dissimilior* et *Sup.* *Dissimilimus*. — Dissimilis,

cui recte opponitur *consimilis*, est non similis, absimilis, diversus (It. *dissimile*, diverso, *differente*; Fr. *dissemblable*, *different*; Hisp. *desemejable*, *diferente*; Germ. *unähnlich*, *ungleich*, *verschieden*; Angl. *unlike*, *dissimilar*, *different*). Occupat — a) *Absolute*. *Cic. 2. de republ.* 42. Isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors inmen efficit et congruens. *Id. 1. ibid.* 14. Quemadmodum in dissimillimis motibus inæquabilis et variis cursus servaret una conversio. *Id. 1. Tusc.* 25. 63. Motus tarditate et celeritate dissimiles. *Horal.* 1. *Ep.* 10. 2. hac in re scilicet una Multum dissimiles, at cetera pœne gemelli. Add. *eund.* 2. *Sal.* 3. 313. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (129). Dissimilis colore. *Gell.* 18. 4. Res diversæ ac dissimiles. *Quintil.* 5. 13. 23. Quoniam maxima pars eorum similibus constat, rimandum erit diligentissime, quid sit in quoque, quod assumuntur, dissimiles. *Id. 5. 11. 5.* Aut similia, aut dissimilia, aut contraria. *Id. 7. 4. 6.* Forsitan ne sint quidem paria, quæ illa parte sunt dissimilia. *Id. 9. 3. 83.* Quæ sunt simili casu, dissimili sententia. Add. *Juvenal.* 8. 216. et *Plin. Paneg.* 94. — Singulare est illud *Tac.* 2. *Ann.* 39. *Ætate et forma haud dissimili in dominum erat. h. e. ætate et forma tam simili erat domini, ut pro domino ipso haberetur.* — b) *Cum part. alike, ac, et*. *Lucret.* 1. 504. Principio quoniam duplex natura duarum Dissimilis rerum longe constare reperta est, Corporis atque loci. *Cic. 2. Phil.* 24. 59. Quamquam dissimilis est militum causa et tua: illi secuti sunt; tu quesisti ducem. *Id. Planc.* 28. 68. Dissimilis est pecunia debitio et gratia. Add. *eund.* *Brut.* 82. 285. *Id. 2. Att.* 3. Quod non est dissimile, atque ire in Solonium. *Liv.* 5. 5. Hæc sunt, tribuni, consilia vestra, non hercule, dissimilia, ac si quis ægro, qui, curari se fortiter passus, ex templo convalescere possit, etc. — c) *Cum Accusativo et præpos. inter*. *Lucret.* 2. 719. Nam veluti tota natura dissimiles sunt Inteli se genita res quæque, etc. *Cic. 3. Orat.* 7. 25. Una est ars ratioque picturæ; dissimillimique tamem inter se Zeus, Aglaophon, Apelles. *Id. 2. ibid.* 29. 126. Quum infer vos in dicendo dissimili sitis. Add. *eund.* *Brut.* 83. 287.; et *Quintil.* 9. 4. 17. — d) *Cum Genitivo*. *Cic. 10. Fam.* 6. 3. Qui te ab impiorum civium, tui dissimiliorum, societate sejungas. Add. *Juvenal.* 10. 192. Rursus *Cic. Brut.* 93. 320. Sui dissimilior videbatur fieri quotidie. *Id. ibid.* 81. 282. Ita — dum Cyri et Alexandri similis esse voluit —; et L. Crassi et multorum Crassorum inventus est dissimillimus. *Id. 2. Oral.* 51. 208. Tum excitatur, si non tam acerbum odium, tamen aut invidia, aut odio non dissimilis offensio. *Id. ibid.* 19. 83. Artificium non dissimile rectorum. Add. *eund.* 3. *ibid.* 7. 26. et *4. Ferr.* 20. 48. *Horat.* 1. *Sal.* 4. 112. Scelani dissimilis sis. Add. *Curt.* 4. 14. 7.; *Nepot.* *Phoc.* 1. in fin.; et *Ovid.* 11. *Met.* 273. — e) *Cum Dativio*. *Cic. Brut.* 56. 204. Nihil tam dissimile quam Cotta Sulpicio. *Id. 4. Fin.* 6. 15. Hoc sic expositum dissimile est superiori. *Id. Sull.* 17. 49. Erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio. *Id. 5. Fin.* 22. 62. Quis est tam dissimilis homini, qui non moveatur etc. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 33. 105. Mare dissimile est proximo ei continet. *Nepos Chabri.* 3. Dissimilis quidem Chares horum et factis et moribus. *Horat.* 1. *Sal.* 6. 49. Dissimile hoc illi est. *Id. 2. ibid.* 8. 27. Nos, inquam, cœnamus aves, conchylia, pisces, Longe dissimilem noto celantia succum. *Juvenal.* 3. 17. speluncæ Dissimiles veris. *Id. 15. 67.* dextæ illis dissimiles. *Quintil.* 10. 2. 3. Aut similes, aut dissimiles bonis. *Id. 2. 4. 31.* Locus dissimilis ceteris. *Id. 11. 2. 33.* Hæc ratio, ut est illi arti non dissimilis. *Id. 8. 3. 14.* Purus sermo et dissimilis curæ. *Id. 9. 3. 79.* Quoties verbum verbo aut nou dissimilis valde queritur, — aut certe par et extrémis syllabis consonans. Add. *eund.* 2. 17. 4. et alibi sœpe.

**DISSIMILITER**, adverb. diverse. *Cic. 2. Herenn.* 13. 20. Res simili de causa dissimiliter judicatae. *Id. 2. Fin.* 3. 10. Voluptas etiam varia dici solet, quæ percipiunt et multis dissimilibus rebus dissimiliter efficientibus voluptates. *Sal. Jug.* 94. Oppidum Thalam ceperal, haud dissimiliter situm munimque. *Liv.* 27. 48. Inerti, quorum essent, haud dissimiliter navibus sine gubernaculo vagis etc. (hoc loco easum regit, ut *adjectivum*). Add. *Gell.* 18. 12. *Paul. Dig.* 41. 2. 9. a med. Dissimiliter, atque si sub custodia mea sit.

**DISSIMILITUDO**, *inis*, f. 3. diversitas, differentia. — a) In singulari numero. *Cic.* 2. *Divinat.* 46. 97. Incredibilis varietas et dissimilitudo (corporibus, animis). *Id. Amic.* 20. 74. Morum dissimilitudo dissociat amicitias. *Id.* 2. *Divinat.* 46. 97. Dissimilitudo locorum. *Id.* 5. *Fin.* 7. 19. honorum maiorumque. *Id.* 1. *Orat.* 59. 252. Hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod etc. *Id.* 2. *Fam.* 13. 2. Genus institutorum meorum dissimilitudinem habet cum illius administratione provincia. Adde *Nepot.* *Alcib.* 1.; et *Quintil.* 5. 2. 3. et 9. 3. 92. — b) In plurali numero. *Cic.* 2. *Divinat.* 45. 94. Quorum rerum tantae dissimilitudines sœpe sunt, ut etc. Adde *eund.* 3. *Orat.* 7. 26.

**DISSIMULAMENTUM**, 1, n. 2. simulatio. *Apul.* *Florid.* n. 3. Muse cum Minerva dissimulamenti gratia judices adstitere. *Id. de Mag.* Dissimulamenti causa et deridiculi.

**DISSIMULANTER**, adverb. dissimulando, cum dissimulatione. *Cic.* 2. *Orat.* 35. 149. Id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficer videatur, prudentia est. *At hoc ab interpolatore profecta esse vidit S. Del. Muell.* *Id. Brut.* 79. 274. Nec vero haec soluta, nec diffusa, sed adstricta numeris, non aperte, nec eodem modo semper, sed varie dissimulanterque conclusis. *Id.* 1. *Fam.* 5. sub fin. Partim sunt obscurissimi iniqui, partim non dissimulanter irati. *Tiv.* 40. 23. Herodorus in custodiis est conjectus, et Demetrius dissimulanter asservari jussus. Adde *Ovid. Heroid.* 20. 132. *Plin.* 1. *Ep.* 13. Nec tamen permanent, sed ante finem reredunt: alii dissimulanter et furtim, alii simpliciter et libere. Adde *Sueton.* *Ner.* 33. et *Tib.* 21. *Ammian.* 28. 6. iuvit. Dissimulanter dies consumere. *Id.* 14. 1. honora-torum circuitus adstere.

**DISSIMULANTIA**, *æ*, f. 1. Idem ac dissimulatio. *Cic.* 2. *Orat.* 67. 270. Socratem opinor in hac ironia dissimulantiique longe leprore et humanitate omnibus præstuisse.

**DISSIMULATIM**, adverb. idem ac dissimulanter. *Quintil.* 10. 1. 21. Sæpe præparat dissimulatum insidiatur orator. *At. rectius leg.* dissimulat, insidiatur.

**DISSIMULATIO**, *onis*, f. 3. ¶ 1. Stricto sensu ac generatim est actus dissimulandi (It. dissimulazione; Fr. dissimulation, feinte; Hisp. dissimulación; Germ. d. Verheimlichung, Verbergung, Verhüllung; Angl. a dissembling, cloaking, dissimulation). *Cic.* 3. *Off.* 15. 61. Ex omni vita simula-tio dissimulatioque tollenda est. *Id.* 2. *Orat.* 68. 86. Valde ridentur, quæ a prudentibus, quasi per dissimulacionem non intelligendi, subabsurde saleque dicuntur. *Tac.* 13. *Ann.* 25. Nero ueste servili in dissimulacionem sui compositus. *Id.* 11. *Def.* 26. Abrumpere dissimulacionem. *Justin.* 5. 11. 4. Inno-centiam dissimulacionem bellii simulans. *Id.* 5. 41. 5. Dimisus igitur Cyrus, jam non occulte bellum, sed palam, nec per dissimulacionem, sed aperta pro-fessione parare coepit. Cf. *Curt.* 7. 2. 9. et 6. 7. 32.; et adde *Quintil.* 8. 3. 85.; *Plin.* 6. *Ep.* 27. et 9. *ibid.* 13.; *Sueton.* *Ces.* 31., *Cal.* 10. et *Tib.* 72.; *Tac.* 4. *Hist.* 18.; et *Ammian.* 28. 4. ¶ 2. Latio-ni sensu ac speciōnem est Latina appellatio figure ironiae. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 5. 15. Socrates libenter uti solitus est ea dissimulacione, quam Græci si-pœ-vei vocant. Adde *eund.* 3. *Orat.* 53. 203.; et *V.* **DISSIMULANTIA**. Monet tamen *Quintil.* 9. 2. 44. hoc nomine parum totius ironiae vires ostendit. — Inter ea quæ risum movent, dissimulatio est, cum quis parum se aut aliud omnino intelligere singit. *Quintil.* 6. 3. 85. et *Cic.* 2. *Orat.* 68. 272. — Item cum alla dicuntur, ac sentias, quam *Cic.* *ibid.* 67. 269. urbanam dissimulacionem appellant. ¶ 3. Latissimo sensu apud sequioris ævi scriptores significat negligientiam, incuriam. *Veget.* 6. *Veterin.* pr. 1. 3. *Schneid.* Solemnis excusatio negligientium est, dispensia ex dissimulacione venientia Deo imputare, vel casibus. *Veget.* alter 1. *Milt.* 8. Sed hujus rei usum dissimulatio longæ securitatis abolevit. *Id.* *ibid.* 18. Quem usum usque ad hanc metat, licet jam cum dissimulacione, pervenisse manifestum est.

Homonym. Quomodo dissimulatio a simula-tione differat, *V.* in DISSIMULO.

**DISSIMULATOR**, *oris*, m. 3. qui dissimulat et celat aliquid. *Sall. Cat.* 5. Animus subdolus, varius, cuiuslibet rei simulator et dissimulator. *Horat.* 1. *Ep.* 9. 9. Dissimulator opis proprie. *Ovid.* 5. *Met.* 61. et veri non dissimulator amoris. *Quintil.* 2. 2.

5. Nec tamen eorum, quæ emendanda erunt, dissimulato. et *ibid.* 17. 6. Antonius dissimulator artis fuit. Adde *Tac.* 2. *Hist.* 56.

Homonym. Quomodo dissimulato a simula-tore differat, *V.* in DISSIMULO.

**DISSIMULATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DISSIMULO**, ss. Ævi, Ælum, are, a. 1. (dissimilis). Part. *Dissimulans*, *Dissimulatus*, *Dissimulatu-rus* et *Dissimulandus*. — Dissimulare est diligenter et astute celare, occultare, fingere non esse id quod re vera est; et cum addita part. non est ali-qui manifestare, nolle celare, fateri (It. dissimulare, coprire, far sembiante di non avere una cosa; Fr. donner une fausse apparence à, présenter au-trement, déguiser, dissimuler, cacher, taire; Hisp. dissimular, disfrazar, encubrir, dar otra aparien-cia à las cosas; Germ. sich stellen, thun, als wäre etwas nicht, was doch ist, verheimlichen, ver bergen, verhehlen; Angl. to dissemble, cloak, dis-guise, conceal, counterfeit, feign that the thing is not, which is). Occurrunt — a) Absolute. *Plaut.* *Mil. glor.* 2. 5. 52. sc. Visane est ea esse? *Pa.* Im-mo edopol plane ea est: sed quomodo dissimulabat! *Id. ibid.* 2. 2. 105. Et quidem ego ibo domum, at-que hominem investigando sumam operam, hinc dis-simulavero. *Al. tamen aliter leg.* Adde *eund.* *Merc.* 5. 4. 14. *Cic. Mur.* 19. 40. Quare delectant homi-nes, mihi crede, iudei, etiam illos qui dissimulant, non solum eos qui fatentur. *Ces.* 1. *B. C.* 19. Lit-teris perfectis Domitius dissimulans in consilio pro-nunciat, Pompejum celerriter subsidio venturum. *Virg.* 1. *Æn.* 516. Dissimulant; et nube cava spe-culantur amicti. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 65. male salutis Ridens dissimulare: meum jecur urere bilis. Adde *Sueton.* *Aug.* 66., *Vesp.* 12. et *Claud.* 46.; *Juve-nal.* 9. 70. et 16. 9.; et *Quintil.* 10. 1. 21. et 6. 3. 38. *Grat.* *Cyneq.* 93. Arms dissimulantia. h. e. fal-tentia. — b) Cum Accusativo et Infinito. *Plaut.* *Most.* 5. 1. 23. Dissimulabo me horum quidquam scire. *Id. Epid.* 2. 2. 54. Dissimulabam me horum sermoni operam dare. *Cic.* 8. *Att.* 1. extr. Dissimulare non potero, mihi, quæ adhuc acta sunt, dispi-cere. *Quintil.* 1. 2. 2. Non est dissimulandum, esse nonnullos, qui etc. Adde *eund.* 10. 3. 14. et 9. 4. 80. *Val. Flacc.* 2. 372. Zephyrosque audire vocan-tes Dissimulant. Adde *Curt.* 6. 10. 20.; et *Sueton.* *Ces.* 10. et 73., *Cal.* 1., *Claud.* 1. et *Ner.* 22. — c) Sequentia Relativa. *Virg.* 4. *Æn.* 290. Arma par-ent; et qua sit rebus causa novandis Dissimulent. *Ovid.* 52. Teque brevi, qui sis, dissimulare si-nam. *Quintil.* 12. 9. 4. Nec judices, a quo sint mo-ti, dissimulant. *Id.* 7. 1. 3. Quid ipse sim secutus, promat, nec unquam dissimulauit. Adde *eund.* 6. *procem.* 7. — d) Sæpius cum Accusativo. — Jun-gitur cum v. celare apud *Ter.* *Andr.* 1. 1. 105. Be-ne dissimulatum amorem et celatum (*Pamphilus*) indicat. — Jangitur et cum v. occultare apud *Cic.* 1. *Off.* 30. 105. Si quis est paulo erector, quamvis voluptate capiatur, occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam. Sic *Ces.* 2. *B. C.* 31. Quanto haec dissimulare et occultare, quam per nos confirmari, præstat? — Item cum v. obtegere apud *Cic.* 1. *Att.* 18. Nihil fingam, nihil dissimu-lam, nihil obtegam. Sic *Sueton.* *Ner.* 29. Plerique dissimulare vitium et calliditate obtegere. — Item cum v. tegere apud *Ces.* 1. *B. C.* 19. Res diutius tegi dissimularique non potuit. — Ceterum active. *Ter.* *Heccy.* 4. 2. 2. et *Phorm.* 2. 3. 82. Dissimula-re sedulo aliquid. *Fronto Princ. hist.* p. 319. Gra-viora perverse facta (L. Verus) severo animadvertisit, leviora sciens dissimulavit: locum penitendi reli-quit. *Cic.* 1. *Cat.* 12. 30. Nonnulli sunt, qui ea, que-vident, dissimulant. *Id. Sext.* 15. 35. Silentio dissimulare aliquid. Adde *eund.* 3. *Off.* 15. 61. *Auct.* *B. Alex.* 48. Dissimulare difficulter odia. *Horat.* 2. *Od.* 20. 17. et *Tac.* 11. *Ann.* 32. metum. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 23. lebrem. *Ovid.* 6. *Met.* 653. gaudia. *Tac.* 13. *Ann.* 49. Curam dissimulaturus. *Curt.* 4. 16. 22. periculum. *Quintil.* 12. 9. 5. eloquentiam. *Sueton.* *Domit.* 12. originem. *Id. Claud.* 15. causam. *Id. Ner.* 37. mentionem. *Justin.* 21. 1. 4. animum. Adde *Sueton.* *Tib.* 42., *Ver.* 27. et 29.; et *Claud.* 15.; *Tac.* 13. *Ann.* 38. 1. *Hist.* 18. et alibi; *Quintil.* 6. 4. 17. et 4. 1. 60.; et *Ammian.* 14. 7. *Sit.* *It.* 4. 351. Dissimulare cursum. h. e. amnis, qui flum-ebit aliquid lange tabuit. *Ovid.* 4. *Trist.* 9. extr. Dissimulare nomen sausum. h. e. reticere, cela-

re. *Id. Heroid.* 4. 56. Taurus dissimulans deum. h. e. divinitatem celans. Adde *eund.* 5. *Fast.* 504. *Id.* 13. *Mel.* 162. Præscia venturi genitrix Nereia leti Dis-simulat cultu natum. h. e. Thetis, quæ ex Proteo didicisset filium in Trojana expeditione inter-turum, cultu illum muliebri dissimulatum Lycome-di regi educandum tradidit. *Id.* 2. *ibid.* 734. Nec se dissimulat. h. e. neque in alium vertitur, seu trans-formatur. *Id. ibid.* 373. cadaque capillos Dissimulat plumæ. *Forcellinus* h. loco accepit pro assimiliare, imitari: at hic quoque de metamorphosi agitur. — Passive. *Quintil.* 11. 3. 34. Consonantum que-dam, insequente vocali, dissimulantur. h. e. neque plene, neque omnino efferuntur. *Ovid. Heroid.* 9. 84. Factaque narrabas dissimulanda tibi. h. e. quæ tacere debuisses. *Id.* 3. *Pont.* 9. 40. Verbaque pro-fecta dissimulata parent. h. e. verba mea, quæ amici dissimulant, quum aut non acceperis litteras meas, aut verba mea non intellexisse ostendunt. *Id.* 4. *Fast.* 850. et 6. *ibid.* 90. Pletas dissimulata ira. *Id.* 2. *Trist.* 437. modo dissimulata Perilia Nomine, nunc legitur dicta Metella suo. h. e. Perilla nomine occultata. *Id. Ib.* 354. Locris in ancillis dissimulata necem. h. e. tecta, abscondita. *Id. Heroid.* 5. 84. Non tamen ut Priamus Nymphæ sacer esse recusat, Aut Hecuba fuerim dissimulanda nurus. h. e. ut He-cuba designaretur me nurum suum agnoscere. — Dissimulatus consulatus alicuius apud *Tac.* 2. *Hist.* 71. est omisus, præteritus, tamquam si ille consul designatus non fuisset. Similiter *Veget.* 1. *Veterin.* præfat. 5. Ut plerunque aut pari homines, aut cer-te prudenter animalia sua casibus dedant, aut da-mnosas curationem dissimulant. h. e. negligent, seu potius intermittant. Et *Ammian.* 21. 3. Quod ne dissimulatum redivivas bellorum materias excitaret, etc. h. e. neglectum, præteritum. — e) Cum Ablati-vo et præpos. de. *Sall. Cat.* 47. Vulturius primo fingere alia, dissimulare de conjuratione. *Paul. Dig.* 40. 13. 4. Dissimulare de conditione sua. — f) Cum part. quasi. *Plaut.* *Mil. glor.* 4. 2. 2. Dissimulabo hos, quasi non videam. *Forcellinus* leg. Dissimulabo, hos quasi etc. — g) Cum addito Dativo perso-næ. *Tac.* 11. *Ann.* 30. Is veniam in præteritum pe-tens, quod ei Titios, Vettios, Plautios dissimulavis-set, etc. — h) Part. *Dissimulatus* poetice occur-rit etiam cum Accusativo, more deponentum. *Ovid.* 6. *Fast.* 507.; et *Stat.* 1. *Silv.* 2. 13. Dissimulata-deam. h. e. celans divinitatem. *Ovid.* 1. *Art.* am. 690. de Achille. Veste virum longa dissimulatus e-rat. — Hinc a Part. præter. pass.

*Dissimulatus*, a, um factum est ex dissimulato pro dissimulanter. *Seneca* 4. *Quæst.* nat. præfat. ante med. Non est occulte, nec ex dissimulato blan-diendum.

Homonym. *Dissimulo* et *simulo* hoc differunt, quod illud de his, quæ re ipsa sunt, usurpat, ut di-cum est; hoc de his, quæ nulla sunt. *Ovid. Remed.* am. 497. Quod non es, simula. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 8. circa med. Multa me et simulasse ini-uitum, et dissimulasse cum dolore.

**DISSIPABILIS** vel dissupabilis, e, adjec. qui dissipari et dispersi potest. *Cic.* 3. *Nat.* D. 12. 31. Ignis et aer natura cedens est maxime et dissipa-bilis.

**DISSIPATIO** vel dissupatio, ònis, f. 3. actus dis-sipandi. ¶ 1. Generatim est dispersio. *Cic.* 2. de republ. 4. Nec vero ulla res magis labefactatio diu et Carthaginæ et Corinthum pervertit aliquando, quam hic error ac dissipatio civium, quod mercandi cupiditate et navigandi et agrorum et armorum cul-tum reliquerant. ¶ 2. Speciatim est disjectio, in-teritus, ad nihil redactio. *Cic.* 1. *Nat.* D. 25. 71. Ne interitus et dissipatio consequatur. *Id.* 13. *Phil.* 5. 10. Dissipatio prædæ. h. e. qua prædando fit. ¶ 3. Item speciatim apud Rhetores est figura eadem, quæ disputatio. Memoratur a *Cic.* 3. *Orat.* 54. 207. edente *Orelli* juxta meliores Codd.; nec non a *Quintil.* 9. 1. 35. Alii tamen utroque le-gunt disputatio.

**DISSIPATOR** vel dissupator, òris, m. 3. qui dispergit ac dissipat. *Prudent.* præf. *Psychom.* 31. Abram triumphi dissipator hostici.

**DISSIPATRIX** vel dissupatrix, leis, f. 3. quæ dispergit ac dissipat. Translate *Augustin.* *Serm.* 30. Hæc est enim salus animalium, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, oppugnatix demonum.

**DISSIPATUS** vel dissupatus, a. um. *V.* voc. seq.

**DISSIMO** vel dissipatio, as, avi, atum, are, a. 1. Per mesin *dissipatio* dixit *Lucret.* 1. 650. Languidior porro disiectis diisque dissipatis. — Part. *Dissipans* I. 1.; *Dissipatus* in omnibus paragr.; *Dissipandus* I. 3. — Ratione habita etyma, est ab obsoleto *supo vel sipo*, quod, teste *Festo* p. 310. 23. *Müll.*, significat *jacere*; unde *dissipare* disjicere, instigare inicere, obispire objicere. Cf. et *Paul. Diac.* p. 225. 14. *Müll.* et *Non.* p. 67. 28. *Merc.*: hinc Italorum *scipare*. Itaque dissipare est in variis partes jacere, dispergere, diffundere (It. *spargiare*, spargere qua e lá, dissipare, disperdere; Fr. *répandre* ca et lá, disperser, éparpiller, dissiper; Hisp. *derramar* acá allá, esparcir, dissiper; Germ. *auseinanderwerfen*, streuen, ausbreiten, zerstreuen, vertheilen; Angl. to scatter here and there, disperse, dissipate).

I.) Proprie. ¶ 1. Generativ. — a) De rebus. *Lucret.* 6. 160. *de fulgure*, ceu lapidem si Percutiat lapis aut ferrum; nam tum quoque lumen Emissum et claras scintillas dissipat ignis. Et *ibid.* 179. Ergo furvus hic nubem quum perciscit atram, Dissipat ardoris quasi per vim expressa repente Semina. Cf. *eumd.* 2. 210. Sol etiam summo de vertice dissipat omnes Ardorem in partes. *Liv.* 30. 5. Ignis extemplo totis se dissipavit castris. *Horat. Epod.* 16. 13. Quæque caret ventis et solibus ossa Quirini, Nefas videre, dissipabit insolens. Adde *Sil. It.* 1. 401. Rursus *Horat. Epod.* 17. 47. Neque in sepulcris pauperum prudens anus Novendialis dissipare pulveres. *Cic. pro leg. Manil.* 9. 22. Medeum praedicant fratris sui membris in iis locis dissipavisse. *Varro* 3. *R. R.* 14. 2. Si in eam (*fistulam*) mammillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, ita ut in aliquem lapidem incidat ac late dissipetur. *Column.* 2. *R. R.* 10. 6. Vehes stercoris in jugerum disponero ac dissipare. *Id. ibid.* 16. 1. Cum uios ster coris dissipare. Adde *Pallad.* 10. *R. R.* 1. 2. *Cic. 1. Divinat.* 34. 76. Simia et sortes ipsas et cetera, quæ erant ad sortem parata, disturbavit et altud alio dissipavit. *Seneca Troad.* 468. Cervice fusa dissipans latram comam. *Lucret.* 1. 351. Dissipat in corpus seso cibus omne animalium. *Ovid. 2. Met.* 800. picceumque per ossa Dissipat, et medio spargit pulmone veneum. — b) De hominibus. *Auct. B. G.* 8. 6. Quum Cæsar sati haberet convenientes manus dissipare, ne quod initium belli susceretur. h. e. variis locis disponere. *Cic. 1. Tusc.* 25. 62. Qui dissipatos homines congregavit et ad societatem vitæ convocavit. Cf. *eumd.* 2. 69. 145. Eversa dormus est, fortunæ veritas, dissipati liberi, raptata conjur. *Cæs. 5. B. G.* 58. Equites tela conjiciunt — et nostros ad pugnam evocant. Nullo a nostris dato responso, ubi visum est, sub vesperum, dispersi ac dissipati discedunt. *Id. 1. B. C.* 53. Qui (*equites*) inopinantes pabulatorum et sine ullo dissipatis timore aggressi etc. Cf. *eumd.* 2. *B. G.* 24. Quum equites, funditores, Numidas diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidiissent. ¶ 2. Hinc speciatim in re militari *dissipare hostem* est disperdere, fugare. *Auct. B. G.* 8. 5. extr. Dispersi, magna parte amissa suorum, dissipantur in finitimas civitates. V. *Herzog* ad h. 1. *Cic. 2. Fam.* 10. 3. Multi (*hostes*) occisi, capti: reliqui dissipati: castella munita improviso adventu capta et incensa. Cf. *Id. Dom.* 7. 15. Copiae hostium depulsa et dissipata. Adde *Flor.* 3. 5. 11. *Cæs. 7. B. G.* 34. Dissipare ac perterritre hostes. *Lentulus* apud *Cic. 12. Fam.* 14. et *Flor.* 4. 11. 6. Dissipare classem. *Liv.* 6. 12. extr. ordines pugnantum. Adde *Frontin. 2. Strateg.* 2. 11. *Liv.* 44. 41. phalangem. *Sil. It.* 9. 363. et *Frontin. 2. Strateg.* 1. 14. aciem. *Curt. 3. 11. 12. ceteros. Flor.* 4. 9. 4. præsidia. *Liv.* 8. 39. Hostes dissipati in fugam. *Curt.* 8. 14. 9. Tota acie dissipati. — Hinc poetice *Ovid. 8. Met.* 343. Ille ruit, spargitque canes, ut quisque ruenti Obstet, et obliquo latrantes dissipat ictu. *Id. 2. Fast.* 232. de apro. Fulmineo celeres dissipat ore canes. *Lucan.* 6. 177. male defensum fragili compage cerebrum Dissipat. *Val. Flacc.* 6. 378. Quum regina, gravem nodus auroque securum Congeminans, partem capitum galeæque ferinae Dissipat. *Id. 7. 626.* Dissipare nexus ac vincula galææ. h. e. raptim dissolvere, aut scindere. Huc referti potest et illud *Stat. 12. Theb.* 773. auræ Dissipat hasta tremens. ¶ 3. Item speciatim a medicis adhibetur eo fere sensu, quo *dissolvo* et *digerio*: ad rem Cels., qui proprie utilit 7. 7. n. 14. Si subinde

redit (*oculorum suffusio*), eadem acu magis concidea et in plures partes dissipanda est: quæ singulae etc. Hinc *Id.* 5. 28. n. 7. Dissipare humorem. *Scribon. Compos.* 253. futuram suppurationem. ¶ 4. Latiori, seu prægnanti, uti ajunt, significatio dissipare est aliquid in varias partes jaciendo destruere, consumere, ad nihilum redigere. — a) De edificiis et similibus. *Cic. 2. Nat. D.* 15. 41. Hic noster ignis, quem usus vita requirit, consector est et consumptior omnium, idemque, quocumque invaserit, cuncta disturbat ac dissipat. *Id. Pis.* 38. 93. Statuum perturbare, affligere, communiquer, dissipare. *Vitruv.* 1. 5. med. Turres quadratas machinae celestius dissipant. h. e. perfringunt evertuntque. *Cic. 2. Phil.* 3. 6. Dissipare reliquias reipublicæ. Cf. *Id.* 15. Att. 11. ad fin. Prorsus dissolutum offendi navigationem, vel potius dissipatum. *Pallad.* 3. *R. R.* 17. 2. Iudeo quasi cuncum tenuem — inter corticem et lignum tribus prope digitis consideranter deponimus, ne corticis fascia dissipetur. Ille pertinet et illud *Cic. 1. Tusi.* 9. 18. Qui dissidere animum censem, alii statim dissipari, alii diu permanere. — b) De re familiari. *Cic. 4. Fam.* 7. 5. Habetum etiam rationem rei familiaris tuae, quam dissipari nolumus. *Id. 1. leg. Agr.* 1. 2. Possessiones a majoribus relictis disperdere ac dissipare. *Crassus apud Cic. 2. Orat.* 55. 226. Nihil superest: libidines totum patrimonium dissipaverunt. *Tac.* 13. *Ann.* 34. Aurelio quoque Cottæ et Haterio Antonino annuam pecuniam statuit princeps, quamvis per luxum avitas operis dissipassent. — c) Similiter de bonis, quæ venduntur. *Lucilius apud Non.* p. 287. 9. *Merc.* Dividant, differant, dissident, distrahit.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphori sumptuaria superiori paragr. 1. — a) Dissipare ponitur de fama et rumore pro divulgate, in vulgo spargere; et quidem — Cum Accusativo tantum. *Cic. 14. Phil.* 6. 15. Dissipare famam. *Sueton. Galb.* 19. de industria rumores. — Cum Accusativo et Infinito. *Cic. 3. Verr.* 6. 17. Quum sermones hujusmodi dissipassent, me etc. *Id. Flacc.* 6. 14. Sermo est tota Asia dissipatus, Pompejum contendisse. *Sueton. Vesp.* 6. Rumor dissipatur, Vitellium destinasse. Et absolute *Cælius apud Cic. 8. Fam.* 1. ad fin. Te substrani dissiparunt perisse. — b) Generativ pro spargere, diffundere. *Liv.* 28. 3. Dissipatum passim bellum. h. e. extensam ac diffusum. *Cic. Amic.* 7. 24. Amicitia omnia contrahit, discorribus dissipat. *Id. 1. Orat.* 42. 187. Omnia, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quandam fuerunt. *Quintil.* 9. 3. 29. Ut hac (schemata) in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quæ a Cicerone dissipata dici puto. Rursus *Cic. Orat.* 65. 220. Dissipata et inulta et fluens oratio. h. e. quæ caret numeris. *Id. ibid.* 70. 233. Aut si aliquis inconditi arripiatis dissipat aliquam sententiam, tamque, ordine verborum paulum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffusus ac solutum. Similiter *Id. Brut.* 59. 216. Curio quam tardus in cogitando, tunc in instruendo dissipatus fuit. h. e. inordinatus in rubis dispendens. ¶ 2. Metaphori sumptuaria superiori paragr. 2., dissipare est disperdere, distractere, fugare. *Liv.* 2. 59. Collectis ex dissipato cursu militibus. *Id. 28. 20.* Quam urbem Punici exercitus e dissipata passim fuga reliquia tabantur. *Id. 2. 28.* Nunc in mille curias contionesque (quum alia in Exequiis, alia in Aventino fiant concilia) dispersam et dissipatam esse rem publicam. *Stat. 3. Silv.* 2. 56. Særus ubi e puppi longo clamore magister Dissipat amplexus. h. e. dividit, distractit. — *Horat. 2. Od.* 71. 17. dissipat Euius Curas edaces. h. e. solvit, removet, fugat. ¶ 3. Metaphori sumptuaria superiori paragrapo 4. dicit *Cic. post redit. in senat.* 9. 24. Ut cuncti ad me unum, hominem fractum et prope dissipatum, restituendum et defendendum venirent.

**DISSIMPTUM.** V. DISSIMPTUM.

**DISSIMITUS**, a, um. V. DISSERO primo loco.

**DISSIMITUS**, a, um, particip. a dis et situs, hoc est remotus. *Apul. Florid.* init. Neque longue dissipata, neque proxime adsit possimus cernere. *Aude Cod. Theod.* 5. 15. 4. — Est etiam diductus, diversatus. *Apul. 7. Met.* Possim trucem amatorem istum atque insuavem dissipatis femoribus emascular. h. e. disjunctis. Alii male leg. dissecatis: V. *Oudenhorp* ad *Apul. 6. Met.*, ubi hæc habentur: Separatimque distributis dissipatis generibus. h. e. a se

remotis siogulis granorum generibus. Alii leg. distinctaque.

**DISSOCIABILIS**, c, adject. ¶ 1. Active est qui dividit. *Horat. 1. Od.* 3. 21. Deus abscidit Oceanum dissociabili terras, h. e. Oceanum dissociante, distinente, separante. *Bentlejo* hæc interpretatio videtur inficiata: itaque legit dissociabiles, h. e. terras dissociatas et dissitas. Profecto hic quoque passive accipi potest: V. *Klotz* in *Jahns Jahrb.* vol. 60. p. 49. ¶ 2. Passive est qui sociari conjungique non potest. *Tac. Agric.* 3. Et quamquam primo statim beatissimi sæculi ortu res olim dissociabiles miserit, principatum et libertatem.

**DISSOCIABILIS**, e, adject. dissociabilis, qui sociari ac conjungi nequit. *Rutil. 1. Itiner.* 384. de *Judeis*. Humanis animalis dissociate cibis. h. e. cibum capere cum gentibus fugiens.

**DISSOCIATIO**, ònis, f. 3. disjunctor. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 30. (62). Adiantium aquas respuit, perfusum mersumque sicco simile est: tanta dissociatio reprehenditur. *Id. 7. ibid.* 13. 11. (57). Est quedam privatim dissociatio corporum: et inter se steriles, ubi cum aliis junxere, gignunt, sicut Azotus et Livia. *Id. 6. ibid.* 1. 1. (2). Dissociatio terrarum. h. e. divisio et separatio in Bosphorus. *Tac.* 16. *Ann.* 34. Dissociatio spiritus et corporis.

**DISSOCIATUS**, a, um. V. voc. seq.

**DISSOCIO**, as, avi, atum, are, a. 1. (dis et socio). Part. *Dissocians* II. 1.; *Dissociatus* I. et II. 1. — Dissociare est a societate disjungo, adeoque separo, sejungo, dissolvo (It. *scompagnare*, separare, disgiungere; Fr. *separer*, *détacher*, *désunir*, *diviser*; Hisp. *separar*, *desatar*, *desunir*, *dividir*; Germ. *Verbindung lösen*, daher trennen, sondern, *auflösen*; Angl. to dissolve or break fellowship with, disjoin, sever, separate, disunite).

I.) Proprie de rebus corporeis. *Lucret.* 3. 810. quod queat arcas Dissociare intus partes. Adde *eumd.* 5. 355. *Horat. 1. Ep.* 16. 5. Continui montes, ni dissociant opara Valle. *Ovid. 1. Met.* 25. clementia Dissociati locis concordi pace ligavit. *Stat. 1. Silv.* 3. 32. Dissociata profundo Brutia Sicanum circumspect ora Pelorum. Cf. *Rutil. 1. Itiner.* 330. Longinquum dissociata mari. *Annian.* 22. 16. Pentapolis a Libya dissociata. *Id. 22. 8.* A quibus per variis regna diducti itineribus modicis Tauri dissociantur. *Sil. It.* 14. 20. spatium (*inter Italiæ et Siciliæ*) dissociat consorcia terræ. Cf. *Annian.* 19. 4. Hinc quum decennali bello Graecia seduaret, ne peregrinus pœnas dissociati regalis matrimoniū lucraretur, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Generativ ponitur de animis, et est partium studio, inimicitia etc. eosdem sejungere. *Cic. 3. de republ.* 2. Hominesque, antea dissociatos, jucundissimo inter se sermonis vinculo colligavit. *Id. Amic.* 20. 74. Morum dissimilitudo dissociat amicitias. *Nepos Att.* 2. Dissociati civium animi. *Cic. 3. Orat.* 19. 32. Dissociati a Socrate, deserti a doctis. *Tac. 1. Ann.* 28. Tironem a veterano, legionem a legione dissociant. *Id. 12. ibid.* 55. Dissociare copias Barbarorum. *Frontin. 1. Strateg.* 10. 4. populum armis civilibus. *Martial.* 7. 24. Et Leda poteras dissociare genus. *Cassiod.* 1. *Variar.* 43. In nulla se nobis parte dissocians. ¶ 2. Speciatim pro deserere dicit *Tac. 4. Hist.* 37. Dissociare causam. h. e. suas partes deserere.

**DISSOLUBILIS**, e, adject. Comp. *Dissolubilitor*. — Dissolubilis est qui facile dissolvi potest. *Cic. 3. Nat. D.* 12. 29. Mortale igitur omne animal et dissoluble et dividuum sit, necesse est. *Id. 1. ibid.* 8. 20. Coagulationis dissolubilis. *Terentian.* p. 2432. *Putsch.* Nam non ita, ut est longa dissolubilis, Breves vicissim contrahi in longam valent. — Comparativum habet *Augustin. de Genes.* 8.

**DISSOLUTÉ**, adverb. quod translate tantum occurrit. ¶ 1. Dissolute dicere est ligata dissolutio- nis uti in dicendo. *Cic. Orat.* 39. 133. Quam demptis conjunctionibus dissolute plura dicuntur. ¶ 2. Ratione habita animi est remisse, negligenter, ignave. *Cic. 14. Att.* 13. ad fin. Dissolute et turpiter scribere de restitutione alienus. *Brutus* apud *Cic. 4. Ep.* 4. Neque crudeliter quidquam cripui, neque dissolute quidquam remisi. *Cic. 5. Verr.* 39. 90. Dissolute decumas vendidisti. h. e. minimo pretio; Italice a prezzo dissipato. *Id. 6. Phil.* 1. 1. Minus severe rem conficeret, non tamen dissolute. *Id. 7. Cætin.* 36. 103. Jus suum dissolute relinqueret. *Id. 7.*

*Verr.* 8. 19. Clementer factum, ut dissolute factum  
criminari.

**DISSOLUTIO**, ōnis, f. 3. actus dissolvendi (It. scioglimento, divisione, separazione; Fr. dissolution, séparation des parties; Hisp. disolución, resolución de un cuerpo en sus partes, separación; Germ. d. Auflösung, Vernichtung, Zerstörung; Angl. a dissolving, loosening, dividing, separating).

I.) Proprie. *Cir.* 2. *Fin.* 31. 101. et 5. *ibid.* 11. 31. Mors est dissolutio naturæ. *Tac.* 14. *Ann.* 5. Dissolutio navigi. — Dissolutio stomachi es, cum cibus non retinetur, aut non concequitur. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 22. 91. (248). Vomitiones, singultus, termina, stomachi dissolutiones cohibere.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est infirmatio, vel abrogatio. *Cic.* 6. *Verr.* 59. 133. Post judiciorum dissolutionem, h. e. postquam judicia severa Romanæ fieri desierunt, ut *ibid.* paullo supra dicitur. *Id.* 1. *Phil.* 9. 21. Hæc utrum tandem lex est, ac legum omnium dissolutio? *Tac.* 13. *Ann.* 50. Dissolutionem imperii docendo, si fructus, quibus respub. sustineretur, diminuerentur. h. e. exitium. ¶ 2. Speciatim in re oratoria est figura, quæ conjunctionibus verborum e medio sublati, partibus separatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, parce cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus. Haec *Cic.* 4. *Herenn.* 30. 41. Græce est ἀσύντονος, dialytos et brachylogia, quæ *V.* suo loco. *Cic.* *Partit.* *orat.* 6. 21. Constructio verborum tum conjunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. *Quintil.* 9. 3. 50. docet aptam esse hanc figuram, cum quid instantius dicimus. ¶ 3. Item speciatim est responsio ad crimina, vel argumenta. *Cic.* *Cluent.* 1. 3. Criminum dissolutionem ab oratore querere. *Id.* 1. *Herenn.* 3. 4. Confutatio est contraria locorum dissolutio. ¶ 4. Denique speciatim de animo ponitur, et est remissio, mollities, negligens, languor, infirmitas. *Cic.* 5. *Fam.* 2. a med. Si humanitas appellanda est, in acerbissima injurya remissio animi et dissolutio. *Seneca Ep.* 3. ad fin. Haec non est quies, quæ motu omnem molestiam judicial, sed dissolutio et languor. *Id.* *Constant.* *Sap.* 4. Tanta est animorum dissolutio et vanitas, ut quidam nihil acerbius contumelia putent. *Trebell.* *Poll.* XXX. *Tyrann.* 23. Quoniam dissolutio Gallieni pernotantibus in publico ferre non posset.

**DISSOLUTIVÉ**, adverb. et ratione dissolutiva. *Boeth.* *Aristot.* *Topic.* 8. 2. p. 721. Si corruptio est dissolutio substantiae, et corrumperem dissolvere substantiam, et corruptio est dissolutio.

**DISSOLUTIVUS**, a, um, adject. qui solutionem inducit. *Boeth.* *Aristot.* *Topic.* 4. 4. p. 689. Si corruptivum est dissolutivum, et corruptum est dissoluti. Adde *eumid.* *ibid.* p. 721.

**DISSÓLUTOR**, ūris. m. 3. qui dissolvit.

I.) Proprie. *Imp.* *Theodos.* et *Valent.* *Cod.* 5. 17. 8. et *Imp.* *Constant.* *Cod.* *Theod.* 3. 16. 1. Si seculorum dissolutorem maritum suum esse probaverit.

II.) Improprie. *Alcim.* *Avit.* *fragm.* p. 196. Dissolutor magnatum, expositor figurarum.

**DISSÓLUTRIX**, ūris, f. 3. que dissolvit, ut *Mors corporis dissolutrix*, apud *Tertull.* *anim.* 42.

**DISSÓLUTUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DISSOLVO**, solvis, solvi, solitus, solvere, a. 3. (dis et solvo). A Poetis saxe solvit per diaresin. *Lucret.* 5. 361. discedere dissoluque. *Id.* 2. 945. Dissoluuntur enim etc. *Ovid.* 4. *Trist.* 8. 18. In eava ducentur quassæ navalia puppes, Ne temere in mediis dissoluuntur aquis. *Catull.* 66. 38. Pristina vota novo munere dissolvo. *Tibull.* 1. 8. 2. Stamina non ulli dissoluenda deo. *Id.* *ibid.* 11. 62. ornatus dissoluisse comæ. — *Disolutus* simplici s et prima correpta est apud *Paulin.* *carm.* 26. 27. — Part. *Dissolvens* 1. 1. et II. 1.; *Disolutus* in omnibus paragaphis et in fin.; *Dissolwendus* (præter locum *Tibull.* mox allatum) II. 1. — Dissolvere est in variis partes solvere, resolvere, disjungere quod ligatum aut conjunctum erat, adeoque destruere, ad nihilum redigere (I. scioglitiere, slegare, disunire, e anche distruggere, annientare; II. dissoudre, séparer, désunir, détruire, anéantir; Hisp. disolver, separar, desunit las cosas que estan unidas, destruir; Germ. aus - von - einanderlösen, auf - zerteilen, auflösen, vernichten, zerstören, los trennen; Angl. to dissolve, loose, untie, uniose, disjoin, disunite).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut.* *Pæn.* 1. 1. 20. Ubi dissolutus tu sis, ego pendeam præcedunt verba: suspende, vinci me. *Lucret.* 6. 355. Dissolvere nodos omnes. *Id.* 1. 244. rerum contextum. *Id.* 6. 963. Sol dissolvit glaciem. *Id.* *ibid.* 351. Fulmen dissolvit aes. *Id.* *ibid.* 512. rarescunt quaque nubila ventis. Aut dissolvuntur solis super icta calore. Adde *eumid.* *ibid.* 215. *Id.* 5. 364. Valida plaga aliquid dissolvere. *Id.* 2. 951. Discutere ac dissolvere aliquid. *Id.* 6. 445. Hic (prester) ubi se in terras demisit dissoluitque. *Id.* 3. 601. Dissolvere animam. h. e. mori. Cf. *eumid.* *ibid.* 706. Sic *Cic.* 1. *Tusc.* 11. 24. Nam si cor, aut sanguis, aut cerebrum est animus; certe, quoniam est corpus, interibit cum renquo corpore: si anima est, fortasse dissipabitur: si est Aristoxeni harmonia, dissolvetur. *Id.* *Senect.* 20. 72. Opus ipsa suum eadem, quo coagulavit, natura dissolvit. *Id.* *Orat.* 71. 235. Facilius est apta dissolvere, quam dissipata connectere. *Id.* *ibid.* § 235. Dissolvere scopas. *Id.* 15. *Att.* 11. Dissolutum navigium. *Phœd.* 4. 21. Tempestes et vetustas dissolvit navem. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 40. (65). Dissoluta sparta navium. *Vitriv.* 2. 8. Coagulatorum dissolutæ juncturae. *Tibull.* 1. 11. 62. Dissolvere comas. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. (79). Capillus cinctusque dissolutus. *Varr.* 6. *L. L.* 79. *Müll.* Ab luce dissolventur tenebrae. *Val. Flacc.* 1. 123. pinus gracili dissolvere lamna. h. e. in tabulas secare. *Sueton.* *C. al.* 57. Dissolvere simulacrum Jovis. h. e. a basi divellere. *Lucan.* 9. 723. Ossaque dissolvens cum corpore tabescere seps. *Pelton.* *Satyr.* 24. Dissolvere risu illa. Similiter dissolutus stomachus est qui cibos non retinet, vel non concogit, apud *Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 96. (265). Semen stomarum dissolutum adstringit. *Id.* 14. *ibid.* 20. 25. (123). Resina omnis dissolvit oleo. *Id.* 28. *ibid.* 11. 47. (168). Collyria aqua dissoluta inungere. h. e. maceata, diluta. Sic *Id.* *ibid.* 12. 52. (192). Fel tauri aridum aqua calida dissolutum. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 55. Dissolvere versum. *Sueton.* *Aug.* 32. collegia. Adde *Tac.* 14. *Ann.* 7. *Sueton.* *Gall.* 12. cohortem. ¶ 2. Speciatim pertinet ad es alienum, et est creditori satisfacere. *Cic.* *Sull.* 20. 56. Dissolvere es alienum. Sic *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (45). Dissolutum es alienum. *Ter. Phorm.* 4. 3. 50. affret (dotem), qui dissolverem, quæ debeo. *Cic.* *Rosc. com.* 13. 38. Quid vero Flavius tibi datus est, qui Rosio omne, quod debuit, dissolvit? *Id.* 5. *Verr.* 75. 174. An pecuniam publicam tenueris omnem, neque quidquam ulti dissolvisse civitati. *Ces.* 1. B. C. 87. Militibus pecuniam pro iis rebus dissolvit. *Cic.* *Planc.* 28. 68. Hoc nomen, quod urget, nunc quum petitur, dissolvere. Sic *Id.* 7. *Verr.* 13. 33. Damna dissoluta et compensata. *Id.* 1. *Tusc.* 42. 100. Dissolvere pœnam. h. e. pena debituma. Similiter *Catull.* 66. 38. vota. — Et media significatio. *Cic.* 2. *Cat.* 8. 18. Unum genus est eorum, qui, magno in æte alieno, maiores etiam possessiones habent, quarum amore adducti dissolvi nullo modo possunt. h. e. se dissolvere, seu liberare esse alieno. ¶ 3. Item speciatim apud Medicos eum habet usum, quem discutio, digero, dissipo. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 6. 14. (23). Ammoniaci natura mollescit, calefacit, discutit, dissolvit. *Id.* 20. *ibid.* 12. 48. (122). Dissolvere inflatione ructa. *Id.* 24. *ibid.* 9. 38. (60). lassitudines, et *ibid.* (82). dolorem capitis. *Id.* 27. *ibid.* 8. 43. (67). stranguram. *Id.* 32. *ibid.* 9. 31. (90). tenesum. *Id.* 28. *ibid.* 8. 29. (117). Jorinore chamæleonis amatoria dissolvi.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est disturbare, ad nihilum redigere. *Lucret.* 1. 558. Quapropter longa dici infinita etas anteac temporis omnis. Quod fregisset adhuc disturbans dissoluensque, Id numquid reliquo reparari tempore posset. *Cic.* 1. *Orat.* 42. 188. Adhibita est ars, quæ rem dissolutam divulsamque conglutinaret, et quadam ratione constringeret. Cf. *eumid.* *Orat.* 70. 232. Compositi oratoris bene structam collocationem dissolvere permuteatione verborum. *Id.* *Rosc.* *Am.* 39. 112. Dissolvere amicitiam. *Id.* *Rosc.* *Com.* 13. 38. et *Nepos* *Reg.* 3. *societatem*. *Cic.* 3. *Off.* 6. 26. humanam consortionem. *Liv.* 5. 6. *republicam*. *Justin.* 34. 1. 5. corpus Achæorum. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 13. 34. *judicis* publica. *Id.* 2. *Legg.* 12. 29. Quod, institutum perite a Numa, posteriorum pontificum negligenter dissolutum est. *Id.* *Cæcina.* 4. 11. Dissolvere argentariam. *Id.* *Mur.* 31. 65. sereritatem. *Auct.* B.

**Alez.** 65. disciplinam severitatemque. *Nepos Ly-*  
*sand.* 3. regiam potestatem. *Cic.* 1. *Phil.* 8. 19. leges. λέγε τοὺς νομούς. Sic *Justin.* 3. 3. 12. Ne solutos se Spartani religione jurisjurandi in dissolventis legibus arbitrarentur. *Cod.* 5. 17. 8. Dissolvere matrimonia. *Liv.* 20. 29. religiones. h. e. infirmare, aut tollere. *Tac.* 3. *Ann.* 24. in fin. Nec reddit Siliani dissoluta quæ Augustus voluisse. — Sic de inanimis et abstractis. *Cic.* 3. *Off.* 32. 113. Fraus adstringit, non dissolvit perjurium. *Sall.* *Cat.* 51. Mors cuncta mortalium male dissolvit. h. e. auferit, vel finit. *Id.* *Jug.* 12. Senectus plerosque dissolvit. h. e. plerique proiecta jam ætate intereunt. — *Forcellinus* afferat etiam fragm. *Cic.* apud *Servium* ad *Virg.* 9. *Ecl.* 7. Ex alio in campos dissolvi. h. e. demitti in plantiem. ¶ 2. Specialitatem apud Rhethores dissolvere est argumento respondere ejusque vim infirmare. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 15. 24. Dissolvere interrogaciones. *Id.* 2. *Orat.* 38. 158. Dialectici repriunt ea, quæ jam non possunt ipsi dissolvere. *Id.* *Rosc.* *Am.* 29. 82. Erucii criminatio tota, ut arbitrator, dissoluta est. *Id.* 2. *Divinat.* 4. 11. Mentientem, quem φεύδομενος vocant, dissolvere. Adde *eumid.* 3. *Tusc.* 30. 73. *Quintil.* 5. 13. 28. Per partes dissolvit, quod contextu nocet. *Id.* 4. *prozm.* 6. Seu proposita confirmamus, seu contra dicta dissolviens. Adde *eumid.* 5. 13. 2. et 9. 4. 15. Similiter *Id.* 6. 3. 10. Et urbanitate tota est invidia criminis dissoluta. *Tac.* 13. *Ann.* 21. Sic lenito principis metu et luce orta itur ad Agrippinam, ut nosriter objecta dissolvetur, vel penas lauet. ¶ 3. Item speciatim occurrit de homine, et est expedire, libetum reddere. *Plaut.* *Merc.* 1. 2. 54. Obsecro, dissolvi jam me: nimis diu animi pendo. *Ter. Haraz.* 3. 1. 102. Dissolvi me, otiosus operam ut tibi dare. — Ille Part. præter pass.

Dissolutus, a, um, adjective quoque usurpatum, unde Comp. *Dissolutior* et *Sup.* *Dissolutus* sub 2. Quoniam vero plurimi ei proprie et translate superius retulimus, duo tantum translata hue afferenda supersunt. ¶ 1. In re oratoria. *Cic.* *Orat.* 57. 195. Neque numerosa, ut poema, neque extra numerum, ut sermo vulgi, esse debet oratio. Alterum nimis est vincutum, ut de industria factum appareat; alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur. *Quintil.* 8. 6. 62. Dissoluta et hians oratio. h. e. quæ non est vincita numeris oratoris. Adde *eumid.* 2. 11. 7. et 11. 2. 39. — Hinc dissolutum, i. n. 2. absolute, substantiavorum more, est figura rhetorica, quæ Græce ἀσύνθετο, Latine etiam *dissolutio* dicitur (*V. DISSOLUTIO* II. 2.), apud *Cic.* 3. *Orat.* 54. 207. et *Quintil.* 9. 1. 34. Idem *Quintil.* 9. 3. 53. dissoluta vocat, quæ per figuram dissolutionem dicuntur. ¶ 2. Morali significatio dissolutus — a) Sæpe est incuriosus, negligens, non attentus. *Cic.* 1. *Off.* 23. 90. Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam dissoluti. *Id.* 1. *Cat.* 2. 4. Cupio in tantis rebus periculis me non dissolutum videri. *Id.* 5. *Ferr.* 56. 129. Veres omnium bonis dissolutus. *Id.* *Quintil.* 11. 38. Quis tam dissolutus in re familiari, quis tam negligens, qui et. *Nepos Alcibi.* 1. Luturiosus, dissolutus, libidinosus, intemperans. Adde *Amian.* 23. 6. Rursus *Cic. Rosc.* *Am.* 11. 32. Quis tam dissoluto animo est, qui haec quæ videat, facere ac negligere possit? *Id.* 1. ad *Brut.* 3. Liberalitas dissolutior. h. e. quæ largitur sine discriminè et cura. *Plin. Paneg.* 80. Non dissoluta clementia. *Seneca* 5. *Controv.* præfat. Existat libelli, qui cum fama ejus pugnant, multoque dissolutiores ipsi actionibus. h. e. majori negligientia conscripti ac minori studio. — b) Item remissus, languidus, non severus. *Cic.* 7. *Verr.* 40. 104. Poterit in eos esse vehemens, qui etc., in eum dissolutus, qui etc. *Id.* *ibid.* 3. 7. Meluit crudelis in animadvertisendo, quam in prætermittendo dissolutus videri. *Id.* 5. *ibid.* 57. 131. Ecquod judicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti? *Id.* 1. *Att.* 19. a med. Nihil a me asperum in quenquam fit; nec tam quidquam populare ac dissolutum. *Quintil.* 2. 2. 5. Non austerioris ejus tristis, non dissoluta sit comitas. *Id.* 1. 8. 2. Sit letatio non quidem prosæ similis, non tamen in cantuum dissolutum. — c) Item corruptus, depravatus, a legibus solitus et recta vivendi disciplina. *Cic.* 4. *Tusc.* 25. 55. Adolescentis perditus ac dissolutus. *Id.* 2. *leg. Agr.* 20. 55. O perturbatum rationem! o il-

bidincim refrenandam! o consilia dissoluta atque perditam. *Id. Flacc.* 9. 20. Dissoluta Græcorum consuetudo impudensque licentia. *Pheidr.* 1. 2. Dissolutos mores vi compescere. *Tac.* 15. *Ann.* 49. Dissoluta lux inens, et proinde vita somno languida. *Trebett.* *Poll. Gallien.* 5. Dissolutus contemnitur imperator.

DISSONANTIA, *a.*, *f.* 1. sonorus diversitas.

1.) Proprie. *Boeth. Music.* 1. 28. p. 1392. Quum (duo nervi) simul pulsi — non permiscent ad aurem suavem atque unum ex duobus compositum sonum, tunc est quæ dicitur dissonantia. Adde eundem. *ibid.* p. 1470.

II.) Translate ponitur pro discrepantia apud *Claud. Marcius.* 2. de statu anim. 21. *a med.*; et *Hieronym.* de *Script. Eccles.* de *S. Petro.*

DISSONO, *as, iiii, itum, are, n.* 1. (dis et sono). Part. *Dissonans* sub I. et II. — Dissono est sonum reddo ab alio sono diversum.

1.) Proprie. *Vitruv.* 5. 8. *a med.* Dissonantes loci sunt, in quibus vox prima, cum est elata in altitudinem, offensa superioribus solidis corporibus, repulsa resiliens in inum, opprimit insequentes vocis elevationem. *Boeth. Music.* 4. 18. p. 1470. Quid consonet, vel quid dissonet utraque (chorda), cognosco.

II.) Translate est discrepare, discordare. — a) Absolute. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 3. An universa hujus temporis culturae respondeant, an aliqua dissonent. — b) Cum Ablativo et præpos. ab. *Quintil.* 8. 6. 36. A quibus haec dissonantia sunt. *Al. aliter. leg. Ammian.* 22. 15. A veritate dissonare. — c) Cum Dative. *Ammian.* 26. 1. Plurima præceptis historie dissonantia.

DISSONORUS, *a, um, adjekt.* idem ac dissonus. *Terentian.* de litter. p. 2387. *Putsch.* Compressio porro est in ultrae dissonora.

DISSONUS, *a, um, adjekt.* (cui opponitur consonus), et est dissimiliter sonans, discrepans (It. dissonante; Fr. dissonant; Hisp. disonante; Germ. missiōnend, dysharmonisch; Angl. dissonant).

I.) Proprie ac stricto sensu dicitur de sono. *Liv.* 4. 28. Circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus. Sic *Plin.* 3. *Ep.* 20. Non tempus loquendi, non tacendi modestia — magno undique dissonique clamores. Rursus *Liv.* 30. 34. Dissonæ voices. *Colum.* 12. *R. R.* 2. 4. Dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur. *Capell.* 2. p. 46. Dissonæ cantilevae. — *Vapor dissonus* apud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 43. 43. (112). est, qui in nube accensus inconditum sonum edit, qualis est ferri caedentis in aquam demersi. — *Aeson. Epist.* 11. Dissonum carmen. V. COLONOMON. — Figureat *Val. Flacc.* 3. 359. juga dissona pervigil planctu.

II.) Translate. — 1. Ponitur pro diverso, diffrerente; et quidem — a) Absolute. *Plin. Paneg.* 56. Diversi habitus ac dissonæ voices. *Lucan.* 3. 289. Dissona ora vulgi. *Quintil.* 9. 3. 72. Dissona venustris, cui opponitur quæ jucundæ consonat. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 10. 15. (73). Solis cursus dissonus. h. e. varius, inconstans. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 114. Seu nostram qualit ille chelyn, seu dissona noctil Carnina, sive minuar ultorem strigit iamnum. h. e. carmen ele-giacum, in quo alterni versiculi ab alternis discrepant. *Capell.* 1. p. 1. et 1. p. 23. Dissona elementa. *Stat.* 1. *Achill.* 457. Sparsa et dissona moles. h. e. Graeci universi variis loquendi dialectis, item moribus et institutis et locis differentes. Eodem sensu *Ammian.* 23. 6. et *Capell.* 2. p. 45. Dissonæ nationes. Et *Val. Flacc.* 5. 609. Regna dissona. — b) Cum addita, per Ablativum sine præpos., re, in qua plura inter se differunt. *Liv.* 1. 18. Gentes sermonem et moribus dissonæ. *Sil. It.* 16. 19. tot dissona lingua Agmina. *Id.* 3. 221. dissona linguis Castra. *Clodian.* *Laud. Siliich.* 1. 152. nec tantis dissona linguis Turba. Adde *Solin.* 31. *Prudent.* 2. in *Symmach.* 586. dissona culta regna. — c) Cum addita, per Ablativum et præpos. ab, re, a qua alia differt. *Liv.* 8. 8. Adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re, præter animos, erat. Cf. ABSONUS. — 2. Quum refertur ad animum, dissonus ponitur pro ini-mico. *Sil. It.* 11. 45. collidens dissona corda Sedatio.

DISSORS, *sortis, adjekt.* (cui opponitur consors) qui sortis non est particeps, exors, qui dissimilis sortis est, diversus, differens. *Ovid.* 2. *Amor.* 12. 11. At mea seposita est, et ab omni milite dissors Gloria: nec titulum muneris alter habet. h. e. miles nullam habet partem glorie meæ. *Bentley.* addit locum ex *Horat.* 3. *Od.* 29. 28, et *Heins.* in eleg.

3. *Sabin.* 35. alia congerit; sed ubique alii discors substituunt. Rursus *Ovid.* 8. *Met.* 132. Quæ toruum ligno decepit adultera taurum, Dissortemque utero fetum tulit. h. e. dissimilis sortis, diversum, semiboven et semivirum. V. *Bach.* ad h. l. *Seneca Med.* 773. Typhæus membra quæ dissors tulit. h. e. humano truncu pedes angueinos habens.

## DISSORTIONES. V. DISERTIONES.

**DISTRACTOR**, óris, m. 3. qui distractit et vendit. *V. DISTRACTIO* I. 2. *Distractores argenti sunt argentarii et collybistæ.* *Imp. Justinian.* *Cod.* 8. 14. 27. et 12. 35.

**DISTRACTUS**, a, um. *V. DISTRAHO.*

**DISTRACTUS**, us, m. 4. apud JCTos est resolutio contractus. *Justinian.* 3. *Institut.* 28. § 6. Is, cui quis per errorum non debitum solvit, quasi ex contractu debere videtur. Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus esse, ut, si certiorum rationem sequanatur, magis ex distractu, quam ex contractu possit dici obligatus esse: nam qui solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distractit potius negotium, quam contrahat.

**DISTRÄHO**, trahis, traxi, tractum, trahere, a. 3. (dis et traho). Part. *Disträhens* sub A. I. 1.; *Distractus* in omnibus paragr. et in fin.; *Disträhendus* sub A. I. 2. et II. — Disträhere est in diversas partes trahere, dispergere, per maximam vim disjungere, separare (It. tirare in diverse parti, violentemente staccare, separare; Fr. tirer en sens divers, déchirer, diviser par la force, séparer; Hisp. tirar de una parte y de otra, desgarrar, dividir, sepa-

rar violentamente; Germ. von -, auseinanderziehen, - zerren, mit Gewalt zerteilen; Angl. to draw different ways, draw or pull asunder, tear in pieces, separate, divide, disjoin.) Itaque distractere est. A) In diversas partes trahere, per vim disjungere; et B) Rem a re abstrahere, dispergere, dividere.

A) Disträhere est in diversas partes trahere, per vim disjungere.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut.* *Cist.* 2. 1. 5. Exanimor, feror, differor, distractor. Sic figure *Id. Cura.* 2. 1. 21. Renes dolent, pulmones distractabuntur, cruciatur jecur. *Varro apud Non.* p. 287. 22. *Merc.* Metum equis ad curriculum et ultraque parte deligitum distractit. Sic *Liv.* 1. 28. Ut igitur paullo ante animum inter Fidenatem Romanumque rem anticipiter gessisti, ita jam corpus (o Mette) passim distractendum dabitis. Adde *Flor.* 1. 3. 8. *Virg.* 7. *Æn.* 767. de *Hippolyto.* Turbatus distractus equis. *Cic.* 3. *Nat. D.* 12. 29. Corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi distractive non possit. *Lucret.* 2. 820. Purpura præcieusque color clarissimum, multo Filatum quem distractus disperditur omnis. *Id.* 4. 694. Odor distractus in aeris auras. *Id.* 3. 591. Anima natura distracta corpore in ipso. *Id. ibid.* v. 493. Vis morbi distracta per artus. *Cic. Dom.* 25. 67. Ex quo judicare potestis, quanta vis illa fuerit oriens et congregata, quoniam Pompejum tuererit jam distracta et extincta. *Gell.* 2. 6. Qui fertur et raptatur atque hoc atque illuc distractitur; is venari proprie dicitur. — Similiter *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (124). Euphrates fuit ultra Babylonum continuo alveo, priusquam distractus ad rigua. Cf. *eund.* 5. *ibid.* 26. 21. (90). Fluvius distractus in paludes. *Liv.* 25. 36. Vallum distractere et diripere. *Cæs.* 7. B. G. 23. Quæ (materia) perpetuis trabibus pedes quadrangenos plerunque intorsus revincta, neque per rumpi, neque distracti potest. — Speciatim de exercitu. *Cæs.* 3. B. C. 92. Pompejus suis prædicterat, ut Cæsar impetum exciperent, neve se loco moverent, aciemque ejus distracti patenterunt h. e. diduci, et ordines turbari. *Tac.* 6. *Ann.* 35. Quum Parthus se qui vel fugere pari arte suetus distracteret turmas, spatium ictibus quereret. *Id.* 1. *ibid.* 60. Catinam cum quadraginta cohortibus Romanis distracto hosti per Bructeros ad flumen Amisiam mittit. ubi distractere hostem est diversis partibus aggredi, quo infirmior sit. Adde *Flor.* 1. 3. 4. *Cn. Magn. ad Domit.* post *Cic. ep.* 12. l. 8. *ad Att.* Ne distracti pares esse adversario non possimus. Cf. *Cic. pro leg. Manil.* 4. 9. Vos ancipiti contentionis distracti de imperio dimicaretis. *Orell.* vero et alii leg. distracti. (quemadmodum apud *eund.* 3. *Orat.* 2. 7. *Ambitionis labore vita distracta*). Similiter *Cæs.* 3. B. C. 27. Ut pars ad scopulos allisa interficeretur, pars a nostris distracteretur. h. e. dispergeretur, dissiparetur. *Flor.* 3. 6. 1. Interim dum populus Romanus per diversa terrarum distractus est, Cilices invaserant maria. Huc referri potest et illud *Nepot. Eumen.* 4. Qui (*Neoptolemus et Eumenes*) quam inter se complexi in terram ex equis decidissent — , non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit. — Et generatio pro separare, dividere. *Cic. 4. Fam.* 13. Careo familiariissimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut fugia distracti. Rursus *Flor.* 3. 6. 1. Interim dum populus Romanus per diversa terrarum distractus est, Cilices invaserant maria. Huc referri potest et illud *Nepot. Eumen.* 4. Qui (*Neoptolemus et Eumenes*) quam inter se complexi in terram ex equis decidissent — , non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit. — Et generatio pro separare, dividere. *Cic. 4. Fam.* 7. 3. Qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos. Aut enim renovare bellum conati sunt, huique se in Africani contulerunt: aut, quemadmodum nos, victori se contulerunt. *Id. Orat.* 45. 152. Disträhere voces. h. e. ita ponere, ut diducte proferantur concurrentes vocales, neque per synærosis eliduntur. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 27. (97). Taurus mons medianum distractens Asiam. ¶ 2. Latiori sensu est pluribus alienare, vendere: ad rem *Cic. Quint.* 15. 50. De quo homine præconis vox prædicat et pretium conficit, huic acerbissimum vi voevidentique funus ducitur: si funus id habendum sit, quo non amici convenient ad exequias coherestandas, sed bonorum empores, ut carnifices, ad reliquias vita lacerandas et distractandas. *Lucilius* apud *Non.* p. 287. 9. *Merc.* Dividant, differant, dissident, distractant. *Justin.* 9. 1. 6. Capitis itaque contum septuaginta navibus, mercibusque distractis,

anbelantem inopiam paullulum recreavit. *Tac.* 6. *Ann.* 17. Copiam vendendam secula vilitate, quanto quis obliterior, (agros) ægrius distractebant. *Gell.* 20. 1. Bonum venum distractuntur. *Sueton.* *Vesp.* 16. Coemendo quædam tantum, ut pluris postea distracteret. *Id. Cal.* 39. Instrumentum distractere. Adde *Dig.* 2. 15. 8. § 15. et alibi sæpe.

II.) Translate. — a) De rebus, ac præcipue de distractis. *Ter. Phorm.* 3. 2. 33. Horum amorem distracti poteris pati? *Curt.* 3. 3. 4. Ad hæc vates varia interpretatione curam distracterant: alii fatum id regi somnum esse dicebant — : quidam contra augurabantur. *Vulgati libri* habent distracterant: at *V. Mützel* ad b. 1. *Cic.* 1. *Orat.* 59. 250. Oratoris industrias in plura studia distractere nolim. *Id.* 5. *Tusc.* 20. 60. Sic distractuntur in contrarias partes impotentium cupiditas. Cf. *eund.* 1. *Off.* 3. 9. In deliberando sæpe animi in contrarias sententias distractuntur. *Tac.* 4. *Hist.* 60. Obsessor hinc fides, inde egestas inter decus ac flagitium distractebant. *Id.* 4. *Ann.* 40. Si matrimonium Livie velut in partes domum Cæsarum distractisset. *Liv.* 2. 57. et *Tac.* 1. *Ann.* 4. Disträhere rem publicam. *Cic.* 3. *Off.* 6. 28. Quæ sententia omnem societatem distractit civitatis. h. e. dissolvit, dissociat. *Liv.* 42. 47. Disträhere concilium Bætorum. *Sueton.* *Cæs.* 42. collegia. (Id. *Aug.* 32. Dissolveare collegia). *Cajus Dig.* 24. 2. 2. matrimonium. *Cic.* 3. *Off.* 3. 11. Socratem et secessari solitum eos, qui primi haec natura coherentia opinione distracterant. *Quintil.* 4. 3. 4. Si (oratio) per vim cuneatur, et quæ juncia erant distracti. — *Cæs.* 1. B. C. 33. Subsicitur Metellus trib. pleb. ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distractat, reliquaque res, quæcumque agere institerit, impedit. h. e. rem distractet, dissolvat, sive irritam reddat. — Hinc de litibus est distractere, decidere. *Cic. Cœc.* 2. 6. Judicia distractendarum controversiarum causa reperta sunt. Adde *Sueton.* *Cæs.* 85. — b) De personis. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 43. 134. Distractor: tum hoc mihi probabilius, tum illud videtur. *Tac.* 4. *Ann.* 40. Quum (*Augustus*) in omnes curas distracteretur. *Id.* 6. *ibid.* 44. Tiridates simul fama atque ipso Artabano perculsus distracti consiliis. *Ammian.* 22. 10. Julianus distractebatur multiformibus curis. *Id.* 20. 1. Cæsar distractus in sollicitudines varias. — Et cum Accusativo personæ. *Tac.* 2. *Ann.* 40. Quum Tiberium ancesca cura distracteretur. Cf. *Seneca Ep.* 2. Disträhit animum librorum multitudo. — *Distracti fama est distracti*, male audire. *Tac.* 2. *Ann.* 10. Haud fallabat Tiberium moles cognitionis, quæcumque ipse fama distracteretur.

B) Disträhere est etiam rem a re abstrahere, dispergere, divellere.

I.) Proprie. — a) De rebus. *Cic. Sull.* 20. 59. Qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distracti posse diceres. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 110. At nostræ vix se continuere manus, Quin albam raramque comam, lacrimosaque vino Lumina, rugosam distracterent genas. *Seneca* 2. *Quest.* *nat.* 6. a *med.* Parvula semina, et quorū erilitas in commissura lapidum locum invenit, in tantum convalescunt, ut ingentia sata distractant. — b) De personis. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 40. Ilique exopto, ut reliquæ vitam exigat cum eo viro, me qui sit fortuitor; quandoquidem illam a me distracti necessitas. *Id. Phorm.* 1. 4. 24. Quod si eo meæ fortunæ redeunt, Phanum, abs te ut distractari; nulla est mihi vita expenda. *Cic. Planc.* 42. 102. Qui a me mei servatores capitis divellat ac distractat. *Id. Marcell.* 1. 2. Socius et comes a me distractus. Cf. *eund.* *Dom.* 37. 98. Distracti a complexu suorum. Cf. *eund.* 1. *Fin.* 16. 30. Ut enim sapientiam, temperantiam, fortitudinem copulatas esse docui cum voluntate, ut ab nullo modo nec divelli, nec distracti possint etc.

II.) Translate significat alienare, inlinuicum reddere. *Cic.* 2. *Phil.* 10. 23. Posteaquam Pompejus se totum Cæsari tradidit, quid ego illum ab eo distractere conauerit? *Balbus* ad *Cic. post ep.* 15. l. 8. ad *Att.* Ut Cæsarem et Pompejum, perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. — Hinc Part. præter. pass., cuius multa superius exempla retulimus,

*Distractus*, a, um, adjective quoque usurpatum, unde Comp. *Distractor* I., et Sup. *Distractissimus* II.

I.) Proprie est in diversas partes tractus, dispersus, dissipatus: *V.* supra sub *A. L. Lucret.* 4. 958. Et divisor inter se (*conjectus animæ*) et distractio intus.

II.) Translate est distentus, diversis negotiis occupatus. *Vellej.* 2. 114. Tamquam distractissimus ille tantorum onerum mole huic usi negotio vacaret animus.

### DISTRATUS, a, uno. *V. DISTERNO.*

DISTRECTOR, as, arc, a. 1. idem ac detrecto. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 59.

DISTRIBUO, tribuīs, tribūtum, tribūnere, a. 3. (dis et tribuo). Parl. *Distributus*, *Distributrus* et *Distribuendus* 1.<sup>o</sup> — Distribuere est diversis hominibus, vel diversis aut certis modis tribuere, dividere, partiri (It. *dispensare in una misura determinata, distribuire*; Fr. *distribuer, répartir, partager*; Hisp. *distribuir, repartir*; Germ. *ein-, vertheilen*; Engl. *to divide, distribute*). Occurrit — 1.<sup>o</sup> Stricto sensu — a) De rebus. *Ter. Adelph.* 3. 4. 7. Argentum distributum sane est ex sententia. *Cic. Cluent.* 27. 74. Pecunias sumam in singulos judices distribuere. *Sic Tac.* 2. *Ann.* 8. pecunias in judices. *Cæs.* 1. *B. C.* 39. pecunias exercitui. *Id.* 7. *B. G.* 71. pecus viritim. *Curt.* 8. 4. 20. pecora. *Cæs.* 7. *B. G.* 89. Et reliquias captivis toto exercitu capita singula, prædicta nomine, distribuit. *Curt.* 5. 6. 20. Dona deinde amicis ceterisque pro eiusque merito dedit. Propemodum omnia, quæ in ea urbe ceperat, distributa. *Frontin.* 4. *Strateg.* 7. 12. Distribuere Pœnorum arma inter suos. *Sueton.* *Aug.* 98. togas. *Id. Cal.* 17. fascias feminis. Et sic sapere de cibis ac donariis, quæ populo dabantur, apud *eund.* *Dom.* 4., *Claud.* 20. et *Tib.* 46. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 137. Sanguis a corde in totum corpus distribuitur. *Id. Flacc.* 26. 62. Leges Atheniensium in omnes terras distributæ. Similiter *Seneca* 7. *Benef.* 21. Dii bona sua per gentes populosque distribuant. *Ulp. Dig.* 26. 7. 3. Distribuere aliquid inter aliquos. *Cic.* 1. *Cat.* 4. 9. et 3. *ibid.* 4. 8. Describere et distribuere partes Italiae. *Cæs.* 4. *B. G.* 22. naues quæstoriibus. *Curt.* 8. 14. 9. elephanter proximis omniorum. — b) De personis. *Cæs.* 3. *B. G.* 10. Particulum sibi ac iatis distribuendum exercitum putavit. *Cic.* 7. *Att.* 14. Commode Pompejus gladiatores distribuit, binos singulis patribus familiarum. *Id. 3. Legg.* 3. 7. Distribuere populi partes in tribus. *Id.* 2. de republ. 22. populum in quinque classes. Cf. *Ovid.* 6. *Fast.* 84. *Quintil.* 1. 2. 23. pueros in classes. *Cæs.* 3. *B. G.* 22. copias in tres partes. *Id.* 7. *ibid.* 67. Equitatus in tres partes distributus. Cf. *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 68. Orbem in duodecim partes distribuere. *Cæs.* 3. *B. C.* 4. milites in legiones. Cf. *Frontin.* 4. *Strateg.* 1. 43. *Plin.* 10. *Ep.* 38. milites in numeros. *Curt.* 6. 5. Miles distributus in supplementum. *Cæs.* 5. *B. G.* 24. Distribuere exercitum in civitates. *Sall. Cat.* 30. Decrevere, ut familiæ gladiatoriæ Caputum et in cetera municipia distribuerentur. *Justin.* 12. 5. 8. Aut consumpturus milites, aut in ultimis terris in colonias distributurus. *Sueton.* *Aug.* 49. Distribuere legiones provinciam. *Cæs.* 1. *B. C.* 14. Quos (gladiatores) circum familiæ convenitus Companie, custodia causa, distribuit. *Flor.* 1. 6. 3. Ab hoc populus Romanus relatius in censum, digestus in classes, curiis atque collegiis distributus. h. e. in curiis et collegiis. — 2.<sup>o</sup> Latiori sensu de abstractis. *Cic. Rosc. Am.* 42. 122. Distribuere causam in crimen et in audacia. *Seneca* 7. *Benef.* 2. Regula honesti vitæ opera distribuere. *Cic.* 1. *Orat.* 23. 109. Sin autem ea, quæ observata sunt in usu ne tractatione dicendi, hæc ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt etc. *Quintil.* 9. 3. 93. An schema sit distributis subjecta ratio. Addit. *eund.* 9. 1. 34. — Huc pertinet et illud *Sueton.* *Aug.* 30. Quo autem facilius undique urbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquias triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.

DISTRIBUERE, adverb. Comp. *Distributius*. — Distribuere est distribuendo, ordinate, distinctor. *Cic.* 2. *Tusc.* 3. 7. Se neque distinctor, neque distributo scribere. *Id.* 2. *Invent.* 59. 177. Sin distributius tractare quis volet, partiatur in antinum et corpus,

DISTRIBUTUM, adverb. idem ac distribuite.

*Boeth.* in *Porphyri*. 4. p. 87. Si ad species animal reducatur, habere potest differentias, sed distributum, atque ut ejus specielius separatum nihil posset evenire contrarium. *Id.* in *Cic. Topic.* 3. p. 794. Ita locorum omnium diligentius natura considerabitur, si non confuse solum, verum etiam distributum.

**DISTRIBUTIO**, ônis, f. 3. divisio atque in ordinem dispositio. ¶ 1. Generatio. *Cic.* 2. *Divinat.* 20. 45. Cæli distributio. *Ammian.* 14. 6. Distributio sportularum. — Et de abstractis. *Cic. Cluent.* 1. 1. Itaque mihi certum est hanc eamdem distributionem invicile et criminum sic in defensione servare. — Et in oratione. *Cic. Partit. orat.* 2. 7. Distributiones, ut genera partium, generumve partes, et *ibid.* 4. 12. Quia, quibus in orationibus defectio finis est, varii sunt ordines collocandi. Nam aut temporum servantes gradus, aut generum distributiones. *Quintil.* 7. 1. 1. Rerum ac partium in locos distributio. Q. *Cic. Petit. cons.* 12. 49. Ne videar aberrasse a distributione mea. h. e. thematis vel causæ divisione, quam *Cic.* 1. *Herenn.* 10. 17. constare ait enumeratione et expositione: Enumeratione, inquit, utemur, quum dicemus numero, quot de rebus dicturi simus. — Expositio est, quum res, quibus de rebus dicturi sumus, exponimus breviter et absolute. ¶ 2. Speciatim apud Rhetores est figura sententiarum, in qua, quibusdam positis, unicuique sua redditur ratio. *Cic.* 3. *Orat.* 53. 203.; et *Quintil.* 9. 1. 30., 9. 2. 2. et 3. 4. 16. ¶ 3. Item speciatim in architectura. *Vitriv.* 1. 2. sub fin. Distributio est copiarum locique comoda dispensatio, parvae in operibus sumptus cum ratione temperatio.

**DISTRIBUTIVUS**, a, um, adject. ad distributionem pertinens, distributionem significans. *Friscian.* 13. p. 965. *Putsch.* Neque enim interrogativa nomina, nec infinita, nec abnegativa, nec distributiva, nec impertiniva, nec relativa — vocativos pollicentur etc. *Id.* 17. p. 1112. Evidenter infinita nomina vel interrogativa, vel relativa, vel redditiva, vel distributiva. *Id. ibid.* p. 1097. Ecco hic auctoritatem Homeri secutus nominativum posuit pro genitivo — ad distributiva enim reddidit verbum, non ad conjuncta. — Extra rem grammaticam, *Boeth.* in *Aristot. Topic.* 6. p. 713. Justitia potestas æqui distributiva est.

**DISTRIBUTOR**, ôris, m. 3. qui distribuit. *Apul.* *Trismeg.* Deus distributor dispensatorque est bonus. — Addunt et *Cic. locum Pis.* 15. 36. Vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum. Sed al. rectius leg. diribidores.

**DISTRIBUTUS**, a, um. *V. DISTRIBUTUO.*

**DISTRICTE**, adverb. Comp. *Districtius* et *Sup. Districtissime*. — Districte proprie est stricte: sed occurrit translate tantum, et est non solute, non remisso, severe, orriter. *Plin.* 9. *Ep.* 21. Acrius severius corripui, districte minatus, nunquam me postea rogatrum. *Ulp. Dig.* 3. 5. 13. Hæc neque passim admittenda sunt, neque districte deneganda. *Tertull.* *Idol.* 5. Districtius reperiunt potest. *Hieronym.* *Ep.* 23. n. 11. Districtius vivere. *Cassiod.* 9. *Variar.* 18. a med. Ceterum in adulteris totum districtissime volumus custodiri, quidquid divali potuit communione decerni.

**DISTRICTIO**, ônis, f. 3. distingendi actus: sed occurrit translate tantum, et est ¶ 1. Angustia, difficultas. *Paul. Dig.* 4. 8. 10. Quod sine illa districione ipsius interdum futurum est. ¶ 2. Item punitio, supplicium. *Cassiod.* 3. *Variar.* 34. Minoribus solatium, insolentibus severitatem sue distributionis objiciat. *Id. ibid.* 47. In partem pietatis recidit mitigata districtio.

**DISTRICTIVUS**, a, um, adject. qui stricturam dissolvit. *V. STRICTURA.* *Cat.* *Aurel.* 3. *Acut.* 3. a med. Si continuatio fuerit, initio lucis, quo tempore etiam ceteris districtivis adjutoriis uti conderit, erunt curculio apponendæ.

**DISTRICTUS**, a, uni. *V. DISTRINGO.*

**DISTRINGILLA** me, τριπλοῦ με. *Gloss.* *Lat.* Gr. h. e. strigili me rade.

**DISTRINGO**, stringis, strinxli, strictum, stringere, a. 3. (dis et stringo). Part. *Distringens* II.; *Districtus* I. et in fin.; *Distringendus* II. — Distringere est in diversas partes trahere atque distendere.

I.) Proprie. *Virg.* 6. *Æn.* 616. Saxum ingens volunt alli, radiisque rotarum Districti pendet. h. e. alligati simulque distenti: alli districti leg. *Lucret.*

5. 1064. Longe alio sonita rabie districta (canum ricta) minantur, Et quum jam latranti et vocibus omnia complent. h. e. rictus rabie distentus multumque hians: al. distracta leg. Sic *Ammian.* 14. 7. med. Gallus distracta dentum alic stridens inquit.

II.) Translate est distinctor, distractare, pluribus partibus urgere et premere aliquem, et hinc etiam impidere. *Phœdr.* 4. 26. Distringit te multarum rerum varietas. *Plin. Paneg.* 94. Non te distringimus votis. h. e. plura et diversa simul petentes fatigamus. *Id.* 7. *Ep.* 15. Quo nosti, distringor officio: amicis deservio, studio interdum. Adde *eund.* 1. *ibid.* 10. 9. Similiter *Id.* 3. *ibid.* 5. 19. Ego tantum, quantum amicorum officia non distringunt, vao. *Ammian.* 31. 2. Omnis igitur artas et sexus imbellis circa vehicula ipsa versatur, munisique distringitur mellibus: juventus vero equitandi uso etc. *Liv.* 35. 18. extr. Hannibalem mittendum in Africam esse ad distringendos Romanos. h. e. qui ita Romanorum copias ac vires diversis in locis occuparet ac distracteret. Sic *Id.* 44. 35. Populatione maritimæ ore distringere copias regias. *Frontin.* 1. *Strateg.* 3. 5. Scipionem oppugnatione distractere. *Ammian.* 19. 8. Ut multitudine nostrorum manu conserta distracteretur. *Flor.* 2. 13. 1. Ipsi quidem (*Illyrii*), ut Ronanum a tergo distracterent, a Perse rege conducti pecunia inilitavere. *Id.* 4. 2. Distringere incendiis urbem. h. e. tot locis ignem injicere, ut cives distracti incertum quo accurrerent, extinguerem non possent. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 65. (239). Innumeris rusticis cura distractit. *Curt.* 3. 3. 4. Vates eius curam distractinxerant. Al. leg. distracterant: V. *Mützell.* ad h. 1. *Quintil.* 12. 1. 7. Spe, curis, labore (mens) distractit. *Id.* 12. 1. 5. Nulla distractente atque alio ducente causa. *Stil. It.* 2. 189. inter prælia postquam Distringit Therona videt. h. e. hinc atque illic ab hostibus peti. — NB. Apud *Colum.* 12. R. R. 8. 2. Deinde exiguum aridi thymi et cunilia arida super lac distractio. Schneider. correxit destringo. — Item apud *Quintil.* 12. 6. 2. Ut neque prepostere distractur immatura frons, etc. nam et contemptus operis innascitur, et fundamenta jacintur impudentia. *Spalding.* legit destringatur: destringere autem frontem eodem sensu dicitur, quo perficare et audaciam sumere. — Item apud *Cic.* 3. *Off.* 32. 113. Fraus enim distractit, non dissolvit perjurium. *Orellius.* legit adstringit. Similiter apud *Senec.* 6. *Benef.* 34. Huic pervenire usque ad distractendam libertatem licet, cuius vulgare et publicum verbum et promiscuum ignotis, Ave, non nisi suo ordine emittitur? h. e. solvendam, laxandam libertatem, quam metus et reverentia retinet ac velut clausam habet. Hoc autem sensu distractendam legendum præstat. — Item *Distringere ensem*, *Districtus gladius*, et similia, *V.* in **DESTRINGO**. — Denique et *Destrinere* se *V.* in **DESTRINGO**. — Hinc Part. præter. pass.

**Districtus**, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Districtior* 1. et 2.; *Districtissimus* 2. — Translate districtus ¶ 1. Est propter negotia in angustias redactus, distentus, distractus, occupatus. *Cic. pro leg. Manil.* 4. 9. Ancipiili contentio districti. Al. leg. distracti. *Nepos Hann.* 13. Illic tantus vir tantisque bellis districtus, nonnulli temporis tribuit litteris. *Quintil.* *Ep. ad Tryphon.* 1. Negotiis districtus. *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 16. Sic habeo, nunquam me a causis et judicis districtu fuisse. *Id.* 3. *Orot.* 2. 7. Quamvis Crassi fuit ambitiosus labore vita districta. *Fal. Max.* 8. 7. n. 15. extern. Maximarum rerum cura districtus. *Flor.* 4. 12. 1. Districtum circa mala sua imperium. *Ammian.* 18. 4. Ancipiili cogitatione districtus. *Cic.* 2. *Fam.* 15. Districtus mihi videris esse, quod et bonis civiliis et bonus amicus es. h. e. ambiguus, aneps, utrimque distractus. *Pseudo-Ascon.* ad illud *Cic.* 2. *Verr.* 9. 21. Me hoc judicio districtum atque obligatum futurum: Districtus potest et sine vinculis manu ducentium ferri: obligatus, etiam nodis vinculorum in loco intelligitur. Plus est ergo, obligatum esse, quam districtum. Cf. *Seneca Vita beat.* 16. in fin. Alii alligati sunt, ali adstricti, ali distracti quoque. Lips. monet, alligati, mollius; adstricti, arcuatus; distracti, multiplex circulum designare. ¶ 2. Hinc est etiam severus, austerus, rigidus, nempe soluto, remisso, indulgenti contrarius. *Tac.* 4. *Ann.* 36. Ut quis distractor accusator, velut sacrosanctus erat. *Fal. Max.* 8. 2. 2. Et amica ob-



temporis spatum, ac præcipue tempore satis longo, atque adeo longo tempore (It. *largo tempo*; Fr. *longtemps*, pendant *longtemps*; Hisp. *largo tiempo*, mucho *tiempo*; Germ. *lange Zeit*; Angl. *long, for a long time, a long while*).

I.) Proprie significat multorum dierum continuationem, et ponitur pro longo tempore. — a) Positivus gradus; et quidem — *Nimis diu apud Plaut. Pseud.* 2. 3. 21. *Nimis diu et longum loquor. Id. Merc.* 1. 2. 54. *Nimis diu animi pendo. Id. Epid.* 3. 1. 2. *Nimis diu maceror. — Diu multumque apud Cic. Orat.* 1. 1. *Diu multumque, Brute, dubitavi. Adde eund. 13. Phil.* 5. 10. 4. *Att.* 13. et *Sull.* 26. 73.; *Sall. Jug.* 94.; et *Flor.* 2. 3. 5. Ceterum apud *Cic. Senect.* 3. 9. *Quum diu multumque vixeris, nonnulli leg. multum diuque. — Multum ac diu apud Apul.* 11. *Met.* Hanc experrectus imaginem diu diuque revolvam. — *Sæpe et diu apud Cic. Quinct.* 31. 96. *Quorum sæpe et diu ad pedes jacuit stratus. — Sæpe diuque apud Horat.* 1. *Ep.* 13. 1. *Ut proficiscentem docui te sæpe diuque. — Satis diu apud Cic. Cluent.* 71. 202. *Hic satis diu in miseriis fuit. — Diu apud Plaut. Most.* 1. 2. 4. *Eam rem volunti et diu disputavi. Id. Pers.* 2. 3. 12. *Diu quod bene erit, die uno absolviam. Id. Curc.* 1. 2. 27. *At jam bibes. An. Diu fit. h. e. jam dudum exspecto. Virg.* 10. *Æn.* 861. *Pbœbe, diu, res si qua diu, mortalibus ultra est, Virtutis. Sall. Jug.* 113. *Hæc Maurus secum ipse diu volvens tandem promisit. Quintil.* 11. 3. 8. *Qua (fama) diu princeps oratorum, aliquando æmulus Cicero's estimatus est. — Ei diu substantivorum more apud Cic. Marcell.* 9. 27. *Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremitum? Cf. eund. Senect.* 19. 69. *Quamquam, o di boni, quid est in hominis vita diu?* — Similiter *Haud diu est apud Plaut. Merc.* 3. 1. 44. *Namque illi quidem haud diu est, quum dentes exciderunt. Ter. Eun.* 2. 3. 66. *Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam. PA. Haud diu est. — Nec diu apud Plaut. Rud.* 1. 4. 28. *Nec loci gnara sum, nec hic bie fui. Ter. Adelph.* 4. 5. 14. *Ut opinor, his non nosse te, et certo scio: neque enim diu hic commigrarunt. — Jam diu apud Plaut. Most.* 1. 3. 144. *Nec quidquam argenti locavi jam diu usquam seque bene. Id. Men.* 1. 4. 20. *Nam ego ad Menœchnum nunc eo, quo jam diu sum judicatus. Cic. Divin. in Q. Cecili.* 8. 26. *Quod populus Romanus jam diu flagitat. Id. 6. Kerr.* 47. 105. *De quorum religione jam diu dicimus. Sueton. Tib.* 74. *Cinis e favilla et carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus, extinctus et jam diu frigidus exarsit repente. — Tam diu apud Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 89. *Quo hic ipse annos vivet, cuius filii tam diu virunt? Ter. Hecyr.* 4. 4. 23. *Nos ne hoc celatos tam diu? Id. Adelph.* 2. 2. 26. *Ut sit satius perdere, quam aut hic nunc manere tam diu, aut tum persequi. Sueton. Cal.* 29. *Necessariam esse sanguinis missionem cui tam diu non prodesset helleborum. — b) Comp. *Diutius* apud Plaut. Rud. 1. 2. 5. *Eo vos amici detinui diutius. Cato R. R.* 5. *Operarium, mercenarium politionem diutius eundem ne habeat die. Cic. 7. Att.* 3. *Ne diutius anno in provincia essent. Id. Rosc. Am.* 7. 20. et 3. *Verr.* 13. 34. *Ne diutius vos teneam, iudices. Id. Amic.* 27. 104. *Diutius enim jam in hoc desiderio esse non possum. Ces.* 1. *B. G.* 16. *Ubi se diutius duci intellexit. Quintil.* 6. 4. 14. *Quo sæpius diutiusque dicatur. — Diutius pro simplici diu aliquando ponitur. Ces.* 4. *B. G.* 35. *Commisso prælio, diutius nostrorum militum impetum hostes ferre non potuerunt, ac terga verterunt. Id. 3. ibid.* 9. *Neque nostros exercitus, propter frumenti inopiam, diutius apud se morari posse confidebant. Sall. Cat.* 39. *Neque illis, qui victoriam adepti ferent, diutius ea uti licuisset. — c) Superl. *Diutissime* apud Cic. pro leg. *Manil.* 5. 13. *Ut ille beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime comoratur. Id. Amic.* 1. 4. *Qui diutissime senex fuit. Id. Pis.* 37. 90. *Mitto aurum coronarium, quod te diutissime torcit, quum modo velles, modo nolles. Ces.* 6. *B. G.* 21. *Qui diutissime impuberes permanerunt maximam inter suos ferunt laudem. Sueton. Rhet.* 2. *Plotius Gallus diutissime virit. Adde eund. Filell.* 14. — *Quam diutissime apud***

*Cic. I. ad Q. fr. 1. 1. Tibi ego spem maturæ decessioneis afferebam, non solum, ut quam diutissime te jucunda opinione oblectarem, sed etiam etc.*

II.) Improperie. ¶ 1. Ponitur et pro tempore admodum longo seu longissimo; quo sensu ad præteritum tempus referitur, et occurrit — a) Aliquando diu tantum. *Varro apud Non.* p. 77. 13. *Merc.* Quod arcu, quos summo opere jecerit, fessi pondere, diu facti, celeriter corruiissent. *Brutus apud Cic.* 11. *Fam.* 13. *extr.* Copia, quas diu simulatione reipublicæ comparabant. *Cic. 1. Orat.* 30. 136. Omnia, quæ diu cupimus. — b) Sæpius tamén hoc sensu occurrit jam diu, ut apud *Plaut. Most.* 2. 2. 45. Scelus, inquam, factum' st jam diu antiquum et vetus. *Id. Pseud.* 1. 3. 4. *Jam diu ego huic bene et hi mihi volumus et amicitia est antiqua. Adde eund. Epid.* 1. 1. 9. *Ter. Eun.* 5. 7. 1. *Numquam quidquam jam diu, quod magis vellem evenire, mihi evenit. Cic. 1. Att.* 19. *ad fin.* Conventus, qui initio celebrabantur, jam diu fieri desierunt. — Ceterum huc fortasse referri possunt nonnulla, quæ supra sub I. allata sunt. — *Diu jam apud Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 15. (40). *Diuque jam non aliud ad nos invehitor laser, quam quod in Perside aut Media et Armenia nascitur. — Jam diu est sequente quum apud Plaut. Asin.* 2. 1. 3. *Jam diu est factum, quom discesti ab hero. — Jam diu est sequente quod apud eund. Amph.* 1. 1. 146. *Agito pugni: jam diu est, quod ventri victimum non datis. — Jam diu est, postquam apud eund. Pers.* 5. 2. 41. *Jam diu factum est, postquam bibimus. — Jam diu est, ut habet Augustin. 1. Retract.* 1. et *Ep.* 71. *ad Hieron.* ¶ 2. Transfertur aliquando ad spatium, ea nempe ratione qua ubi primum dicimus pro ut primum. *Sic Mela* 2. 1. 4. *Italia — diu excurrit, h. e. in longum porrigitur. Adde eund. 1. 2. 3.*

**DIUTÉTICUS**, a, um, adject. qui per urinam facile transit, a *diuētico*, urinam ciendi vim habens. *Pallad.* 11. *R. R.* 14. 3. *Diuretica vina. Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. 11. *medicamenta. Veget.* 5. *Peterin.* 71. *poliones. Gargil. Mart.* de re hort. 1. 3. edente A. A. *Scattio.* *Eadem (cydonea) Dioscoreides et diuretica existimat austeritatis beneficio. Adde Theod. Priscian.* 2. 2.

**DIURÉTICUS**, ιηρεπούσιος. *Gloss. Lat. Gr.*

**DIURNÁLIS**, ιι, m. 2. qui diurna conficit, seu perscribit. *Imp. Valentin. et Valens Cod. Theod.* 8. 4. 8. *Subscribendarii vero, tabularii, diurnarii, logographi, censuales post emensus munus ex conditione curiosi aggregentur, si cum in officiis essent villoribus, nulla eos suppliciorum macula turparebit.*

**DIURNE**, adverb. per unumquemque diem. *Dracont.* 1. *Heræm.* 68. *redditur diurne Depositum natura suum sub nocte sepultum. Id. 3. ibid.* 602. *Et lacrimas intende meas, quas fundo diurne Tristis.*

**DIURNO**, es, ère, n. 1. durare, diu vivere. *Claud. Quadrigarius* apud *Non.* 100. 19. *Merc.* et apud *Gell.* 17. 2. 6. *Deteriores sunt incolumiores; neque dii optimum quemquam inter nos simunt diurnare. Gell. ibid.* Inusitate dixit diurnare pro diu vivere.

**DIURNUS**, a, um, adject. (a die vel diu, sicut *nocturnus a nocte*) ad diem pertinens: et quidem ¶ 1. Ponitur pro quotidiano. *Ziv.* 4. 12. *Fruendandoque parte diurni cibi servitia. Alli leg. diurni; frequenter vero in Codicibus comutantur diurnus et diurnus. Ceterum cf. Claudian. B. Gild.* 70. *Pascimur arbitrio Mauri, nec debita reddi, Sed sua concedi jaeta, gaudente diurnos, It farula, præbere cibos, vitamque famenique Librat barbarico fastu, vulgique superbis Fletibus, et tantæ suspendit fata ruinae. Cf. et Juvenal.* 14. 126. *Servorum ventres modio castigat iniquo. — Hinc diurnum, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est dies, seu giorno recentiorum Italorum. Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 39. *Jebed (Asclepiades) dari vinum noctibus, diurni atque jugiter. h. e. noctu, interdiu.* ¶ 3. Denique diurnus ponitur etiam pro diurno: ¶ 4. **DIURNO.** *Cic.* 3. *Tusc.* 30. 74. *Cognatio diurna. Alii rectius leg. diurna. Coripp.* 2. 228. *causa rei (h. e. res) cultu est ornanda diurno. Adde eund. ibid. v. 238. Avien. fab. 36. miseris vita diurna regat. — Hinc*

*Diurnum, i. n. 2. et Diurna, orum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, i. sub 1. et 2.*

**DIUM**, ii, n. 2. ¶ 1. **DIVUS**, a, um. *Dius, a. um. V. DIVUS, a, um.*

**DIUSCULÉ**, adverb. *denunt. a diu, diutule. Augustin.* 11. *Trinit.* 2. *Cum diusculé attenderimus.*

**DIUTÍNÉ**, adverb. diu. *Plaut. Rud.* 4. 7. 15. *Diutine uti bene licet partum bene.*

**DIUTÍNO**, adverb. diutine. *Apul. de Mag.* In facilius imaginibus opera diutino sumitur. *Al. leg. diutina, et quidem rectius.*

**DIUTÍNUM**, adverb. diutine. Vox a Lexico expungenda: occurrit enim tautummodo in *Nol. Tiv.* p. 35.

**DIUTÍNUS**, a, um, adject. Pœnultima certe est brevis, ut patet ei *Ter. Phorm.* 5. 8. 23. — *Diuti-*

tus est qui diu durat, diuturnus. *Plaut.* *Mil.* glor. 2. 6. 23. *Supplicium virgarum longum diutinumque a manæ ad vesperum.* *Ter.* loc. cit. Hæcine erant itiones cerebra, et mansioæ diutinae Lemni? *Cic.* 11. *Fam.* 8. 2. Odio diutina servitius. *Nepos Timol.* 2. Lacedæmoniæ diutina contentione destiterunt. *Id. Epam.* 5. Paritur pax bello: itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. *Add. Liv.* 6. 33. *Nepos Thrasib.* 4. Parva munera diutina, locupletia non propria esse conveverunt. *Cœs.* 5. *B. G.* 50. Diutina latatio. *Id.* 2. *B. C.* 13. labor. *Liv.* 25. 4. Inculti diutino bello agri. *Add. Curt.* 4. 14. 11. *Liv.* 25. 7. Otiuum, quo tum diutino senescere videbatur *Id.* 5. 11. Quibus delectus, quibus tributum, quibus diutina militis longinquitasque belli sit gravis. *Sueton.* *Cal.* 1. Diutinus morbus. *Pallad.* 1. *R. R.* 10. 2. sol. *Add. Justin.* 37. 1. 4.

**DIUTIOR**, adject. longiore durans tempore, diutinior. *Liv.* 38. 40. Terror diutior alter, sed segnior. *Al. rectius leg.* diutinus.

**DIUTIUS** et

**DIUTISSIME.** *V.* in DIU.

**DIUTULE**, adverb. diminut. a diu, aliquaamdiu. *Gell.* 5. 10. 7. Quum diutule auditor Protagoræ fuisse. *Id.* 11. 16. 6. Quum diutule tacitus in cogitando fuisse. *Capell.* 8. p. 270. Phœbœ diutule remorante. *Acte Macrob.* 7. *Saturn.* 11. et 13. a med.

**DIUTURNE**, adverb. Comp. *Diuturnius* et Sup. *Diuturnissime*. — Diuturne est idem ac diu. *Cic.* 6. *Fam.* 10. Spondeo tibi istam acerbitatem et injuriam non diuturne fore. *Al. rectius leg.* diuturnam. *Sidon.* 2. *Ep.* 14. Suspicio diuturnius te moraturum. *Boeth.* in *Aristot.* *Prædic.* 3. p. 175. Habitus esse qualitates difficile mobiles et diuturnissime permanentes.

**DIUTURNITAS**, atis, f. 3. longitude temporis; et occurrit — a) Absolute. *Cic.* 2. *Off.* 7. 23. Malus custos diuturnitatis metus. *Id.* 2. *Legg.* 10. 40. Animi labes diuturnitate non vanescit. Adde eund. *Senecc.* 11. 38. et 2. de republ. 3.; et *Plin.* 5. *Ep.* 8. 2. — b) Cum addito Genitivo. *Cic.* 2. *Nat.* D. 2. 5. Opinio confirmatur diuturnitate temporis. *Id.* 1. *Orat.* 28. 129. Nihil est ad diuturnitatem memoriae stabile, quam et. *Id.* 1. *ibid.* 4. 14. Diuturnitas pacis. *Id.* pro leg. *Manil.* 9. 26. Imperii. *Id.* 7. 11. 21. dominations et victoriae. Adde eund. 2. de republ. 11. *Nepos Timol.* 3. *Cœs.* 1. *B. G.* 40. et *Sall.* *Jug.* 64. extr. bellii. *Nepos Hann.* 2. mali. *Cœs.* 3. *B. G.* 4. pugna. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 73. (304). frumenti. *Id.* 13. *ibid.* 2. 3. (19). odorum. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 3. Confert ad diuturnitatem stirpis. — c) In plurali numero. *Arnob.* 6. 16. Salutares moras signorum diuturnitatibus commodare.

**DIUTURNUS**, a, um, adject. Comp. *Diuturnior* et Sup. *Diuturnissimus*. — Diuturnus est qui diu durat; et occurrit — a) De rebus. *Cic.* *Senecc.* 8. 26. Quasi diuturnam sitem explore cupiens. *Id.* *ibid.* 19. 69. Mihi ne diuturnam quidem quidquam videatur, in quo est aliquid extremum. *Id. Sall.* 27. 76. Magni et diuturni morbi. *Id. Prov.* cons. 3. 5. et 5. de republ. 2. pax. *Id.* 6. *Fam.* 13. 3. Diuturniores molestiae. *Id.* pro leg. *Manil.* 12. 35. bellum. Cf. *Oros.* 5. in fin. Bellum Mithridaticum longe omnium diuturnissimum. *Rursus Cic.* 1. de republ. 28. et 3. *ibid.* 4. res publica. *Id.* 3. *Orat.* 25. 100. Quamvis claris sit coloribus picta vel poesis, vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna. *Id.* 1. *Off.* 31. 113. Quam multa passus est Ulysses in illo errore diuturno. *Id.* 2. *Invent.* 54. 163. persilio. *Id.* 7. Att. 1. simulatio. *Id. Marcell.* 1. 1. silentium. *Cœs.* 1. *B. G.* 14. impunitas. *Nepos Alcib.* 7. laetitia. *Sall.* *Cat.* 31. quies. *Ovid.* 4. *Trist.* 6. 50. Una tamen spe est, quæ me soleatur in istis, Hæc fore morte mea non diuturna mala. *Curt.* 4. 14. 19. Diuturnum nihil potest esse, cui non subest ratio. *Id.* 8. 5. 16. Diuturna vita. *Sueton.* *Galb.* 3. valetudo. *Id. Cœs.* 68. spatium. *Ammian.* 14. 6. med. absentia. — Interdum adject. diuturnus cum æternus comparatur. *Cic.* 6. de republ. 21. Non modo æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus. *Id.* 1. *ibid.* 17. Quid porro aut præclarum putet in rebus humanis, qui hæc deorum regna persperxerit; aut diuturnum, qui cognoverit, quid sit æternum? — b) De personis et brutis, qui diu vivunt. *Cic.* 2. *Phil.* 44. 113. Dum istis consiliis uteris, non potes esse diuturnus. *Var-*

*ro.* 2. *R. R.* 7. 11. Alternis qui admittunt, diuturniores eques fieri dicunt. *Ovid.* 6. *Fast.* 219. sitque precor nostris diuturnior annis Filia. *Sueton.* *Iug.* 32. reus. *Ammian.* 16. 2. dux. *Albinov.* 1. 104. Accususque annos, ut diuturna, suos.

**DIVA**, æ, f. **DIVUS**, a, um.

**DIVAGOR**, æris, ari, dep. 1. (dis et vigor) vigor, hue atque illuc oberro. *Lactant.* 4. 3. ad fin. Animus in multa dispersus hue illuc divagatur. *Id. Ira D.* 9. extr. Ne longius divagetur oratio. *Al. leg.* degavetur. *Imp.* *Justin.* præf. de emendat. *Cod.* n. 2. Constitutiones, quæ extra corpus ejusdem Codicis divagabantur.

**DIVALIS**, e, adject. ¶ 1. Est idem ac divinus, h. e. ad deos pertinens. *Spartian.* *Carac.* 11. Divale nomen. *Fasti Verbi Flacc.* apud *Orell.* *Inscript.* 2. p. 410. **FERIAE DIVALES.** — Hinc *Diralia*, iun., n. plur. 3. absolute, substantivorum more, dies festus Romæ XII. Kal. Jan., ut est in vet. Kalendario apud *Gruter.* 123. et in Kalend. Praenestino a *Petr.* *Franc.* *Foggonio* Romæ edito et illustrato, item apud *Orell.* p. 411.; ex quibus patet, *Divalia* fuisse festa, quæ et *Angeronalia* numerata sunt. ¶ 2. Item imperatorius. *Justin.* præf. de emendat. *Cod.* n. 4. **DIVALES** constitutiones, h. e. imperatorum, qui divi vocari solebant. *Coripp.* 1. 42. *Divalis origo.* — Hinc

*Divalia*, iun., n. plur. 3. absolute, substantivorum more, *V.* sub 1.

**DIVARICATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DIVARICO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. Part. *Divaricans* et *Divaricatus* 1. — Divarico est diduco, in hanc et illam partem distendo, distrabo, disjungo. Dictum est autem, inquit *Non.* p. 34. 18. *Merc.* ab his, qui virtus natura ita sunt pedibus discretis, ut eos in diversum habeant separatos (1. allargare, distendere allargando; Fr. écartier, séparer; Hisp. alejar, descarriar; Germ. auseinanderzerren; Angl. to stride, straddle, spread wide, set asunder, or at a distance). Occurrit ¶ 1. Active. *Cato R. R.* 45. extr. Ternas tales ponito, easque divaricato super terram. h. e. in diversum dirigito. *Cic.* 6. *Verr.* 40. 86. In ea (statua) hominem divaricari ac deligari jubet. *Vitriv.* 10. 2. 1. *Schneid.* Tigna capite fibula conjuncta et in imo divaricata. *Prudent.* 5. πεποντα. 252. *Divaricatis erubibus.* *Ammian.* 22. 11. *Divaricatis pedibus.* *Id.* 14. 7. *Divaricatum trahere.* — *Divaricare* p̄dēs vel curva ali- cui dicitur mulier, quæ viro sui corporis copiam facit. *Hieronym.* *Ep.* 79. n. 11. *Fornicata* est quondam et divaricavit pedes suos omni transuenti. *Id. Comment.* 16. in *Isai.* 57. 7. Quod Israel, quasi meretrix, cunctis dæmonibus divaricari pedes suos, sacra narrat historia. — Denique pro dividere occurrat apud *Alcim.* *Sent. ad Hebr.* 6. Quem (*Esaïam*) præconium veritatis, divaricante serra, saeviens civicus furor occidit. ¶ 2. Neutrorum more. *Varro* 2. *R. R.* 5. 8. de bove. Nec cujus unguæ divaricent (subaudi se). h. e. diducantur.

**DIVELLO**, velis, veili (sæpius quam vulsi), vulsum, vellere, a. 3. (dis et vello). Part. *Divellens* 1; *Divulsius*, et apud veteres *divulsus*, in omnibus paragr. — Divellere est 1) Diffindere, rem a re dilacerando abstrahere, distractare, disjungere, dissolvere; et 2) Aliquem an alio per vim dimovere.

1) Divellere est diffindere, rem a re dilacerando abstrahere, distractare, disjungere, dissolvere.

1) Proprie. *Lucret.* 1. 202. magnos manibus divellere montes. *Id.* 6. 201. rotantque cavis flammam fornacibus intus. Donec divulsa suisserunt nube eoruſci. *Cic.* 3. *Off.* 18. 75. Res a natura copulatas audebit divellere. *Id. Sall.* 20. 59. Qui tanto amores suas possessiones amplexi tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distrahi posse diceeres. *Ovid.* 3. *Trist.* 9. 27. divellit, divulsaque membra per agros Spargit. *Seneca Hippol.* 1173. Membra tauris divulsi. *Rursus Ovid.* 13. *Met.* 865. Viscera viva traham: divulsaque membra per agros Perque tuas spargam (sic se tibi misceat) undas. *Id.* 8. *ibid.* 877. suos artus lacero divellere inorsu. *Id.* 4. *ibid.* 112. nostram (o leones) divellit corpus Et scelerata fero consumite viscera morsu. *Virg.* 4. *En.* 600. Non potui abreptum divellere corpus et undis Spargere? *Horat.* 1. *Sat.* 8. 26. scalpere terram Unguis et pullam divellere murdicus agnani Ceperunt. *Catull.* 63. 257. Pars e divulso jactabat membra juvencæ. Cf. *Ovid.* 11. *Met.* 38. Quæ postquam rapueret feræ,

cornuque miuaci Divellere boves. *Ammian.* 14. 7. Artum et membrorum divulsa compage. *Gell.* 15. 16. Medium querco partem discidit divellitque. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 29. (91). Lacerta divulsa divulsa. *Ovid.* 8. *Met.* 138. divulsaque remis Unda sonat. *Virg.* 2. *En.* 220. Ille simul manibus tendit divellere nodos. *Auct. B. Afr.* 88. Dum medieus familiaresque vulnus obligare cōpissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime divellit atque se interemit. (Cf. *Flor.* 3. 23. 4. Ne vulnera curatione ipsa rescinderentur) — NB. Apud *Ovid.* 14. *Met.* 115. Jussitque suo (ramum) divellere truncu. *meilleus libri* habent devellere. Sic apud *Plin.* 21. *Hist. nat.* 11. 38. (65). Si (œnanthe) divulsa crebro prohibeat in semen abiire. *Siliq.* legit: Si devolva crebro prohibeat in semen abiire. Similiter divellere pro depilare, V. **DEVELLO**. — Denique etiam apud *Stat.* 2. *Theb.* 603. instat, *Spicula* divellens. *legendum* videtur devellens.

II.) Translate: ad rem *Cic.* *Plane.* 33. 79. Distineor tamen et divellor dolore, et in causa dispari offendit te a me doleo. h. e. dirimpior. *Id.* 3. *Orat.* 6. 24. Qui, quæ complecti tota nequeunt, hæc faelius divulsa et quasi discreta contrectant. *Id.* 1. *ibid.* 42. 188. Adhibita est ars, — quæ rem dissolutam divulsamque conglutinaret. *Id. Harusp.* resp. 28. 60. Auctoritas principum ecclit; coensus ordinum est divulsus. *Id.* 2. *Off.* 23. 82. Comunoda civium non divellere. h. e. non tollere, non adimere. *Id. Quinct.* 6. 23. Divellere affinitatem. h. e. dirimere, dissociare. *Horat.* 1. *Od.* 13. 19. Amor querimonis divulsa. h. e. dissociatus, disjunctus. *Seneca Ep.* 6. Divellere amicitiam. *Rursus Horat.* 1. *Ep.* 10. 18. Divellit somnos cura. h. e. interrupxit.

B) Divellere est etiam aliquem ab alio per vim dimovere.

1.) Proprie. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 22. Quos ego a Callina non revoco; nam neque divelli ab eo possunt, etc. *Sall. Cat.* 31. Divellere liberus a parentum complicitu. Sic *Virg.* 8. *En.* 568. Non ego nunc dulci amplexy divellerer usquam, Nata, tuo. *Curt.* 3. 5. 8. *Rursus* in ipsum regem misericordia versa, illum Norem juventæ, illum vim animi, eudem regem et militum in seminum divelli a se et abripi, immemores sui querebantur. V. *Mützell.* ad h. l. Similiter *Justin.* 23. 2. 7. Quamquam uxori diu, ne ab ægro divellatur, deprecata est. *Horat.* 2. *Od.* 17. 13. Me nec Chimære spiritus igne. Nec si resurgat centimus Gyas Divellet unquin. scil. a te, Mæcenæ. Cf. *eund.* 1. *ibid.* 36. 18. nec Damalis novo Divelletur adultero.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Fin.* 16. 50. Ut enim sapientiam, temperantiam, fortitudinem copulatas esse docui cum voluptate, ut ab ea nullo modo nec divelli, nec distracti possint etc.

**DIVENDITUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DIVENDO**, dis; didi, dictum, dere, a. 3. (dis et vendo). Part. *Divenditus*. — Divendit est idem quod vendo, vel pluribus et varie vendo. *Cic.* 1. *leg.* *Agr.* 3. 7. *Bona populi R.* divendere. *Liv.* 1. 53. Præda divendit. *Al. leg.* divendenda. Adde *eund.* 10. 17. *Id.* 3. 13. bona. Sic *Tac.* 6. *Ann.* 17. Bonis damnatorum divendit.

**DIVENTILATUS**, a, um, particip. ab inusit. *diventilo*, in varias partes ventilatus, hoc est sparsus, disseminatus. *Tertull.* *Testim.* anim. 5. Diventilatus in vulgis opinionibus.

**DIVERBÉRATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DIVERBERO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (di et verbero). Part. *Diverberatus*. — Diverbero est idem quod verbero, vel per hac atque illa parte verbero, vel verberando dirimo. *Lucret.* 2. 151. series sol diverberat undas. *Id.* 1. 223. vis, quæ res diverberet ictu. *Virg.* 5. *En.* 503. sagitta volucres diverberat auras. *Id.* 6. *ibid.* 294. frustra ferro diverberat umbras. *Curt.* 4. 4. 3. Bellua diverberatis fluctibus allevens semet, utrinque conspecta est. *Lactant.* 2. 7. ad fin. Antonius Maximus quidam diverberatum servum medio circo ad supplicium duxerat.

**DIVERBIGM**, ii, n. 2. (dis et verbum). Apud *Petr.* *tron.* *fragm.* 64. *Burmann.* et *Mar. Victorin.* 2. p. 2524. *Putsch.* legitur diverbium. — Diverbium pars est cumulicæ, in qua diversorum personarum versantur. In conticis enim una tantum debet esse persona, aut, si due fuerint, una et occulto audiatur, nec colloquatur. Its *Diomed.* 3. p. 489. *Putsch.* V. **CANTICUM**. Quare diverbia soli

bistriones pronunciabant: cantica vero temperabantur modis, non a poeta, sed a perito musicæ artis factis, ut *Donatus prolegom.* ad *Ter. sub fin.* docet. *Liv.* 7. 2. 10. Inde ad manum cantari bistrionibus ceptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. — Illic patet *diverbum* dici, quia in eo diversi verba faciunt. — Diverbi partes sunt actus et scæna: item protasis, epitasis, et catastrophe, de quibus *V. Foss.* l. 2. *Poetic. institution.* c. 5. — Primus ejus inventor fuit *Eschylus*, qui, cum ante unicus foret histrio, adhibuit duos. *Aristoteles*, *Horat. Art. P.* 279. et ex his *Foss. loc. cit. c. 12.*

**DIVERGIUM**, n. 2. (dis et *vergo*) locus, ubi annis in diversum vergit, apud veteres divortium, quam vocem videsis. *Sicul. Flacc. de condit. agror.* p. 24. *Goes.* Territoria inter civitates alia fluminibus finiuntur, alias summis montium jugis, ac divergiis aquarum. Adde *Aggen. Urbic.* p. 45. et 48. *Goes.*

#### DIVERRO. V. BEVERRO.

**DIVERSE** vel *antiqua scribendi ratione* diverse, adverb. (dis et *verto*). *Comp. Diversius* 2.; *Sup. Diversissime* 3. — Diverse ¶ 1. Est idem atque in diversas partes. *Ter. Andr.* 1. 5. 25. Curae, quæ meum animum divisor trahunt. *Sueton. Galb.* 19. Diverse tendere. ¶ 2. Item diverso modo. *Auct. B. Afr.* 40. Horum corpora toto campo prostrata diverse jacebant. *Sall. Cat.* 61. Pauci paulo diversus conciderant. *Manil.* 5. 330. Garrula quo inodulis diverse tibia format. ¶ 3. Item cum discrimine, cum differentia, differenter. *Cic. 1. Invent.* 50. 93. Inconstans est, quod ab eodem de eadem re diverse dicitur: ut, si qui, quum dixerit, qui virtutem habeat, eum nullius rei ad bene vivendum indigere, neget postea sine bona valetudine posse bene vivi. *Sueton. Tib.* 66. Quibus diversissime efficietur. *Geil.* 7. 17. 9. Virgilii verbo isto uititur, a tua sententia diverse.

**DIVERSICLINIUS**, a, um, adject. qui alieno et novo quodam modo declinatur. *Priscian.* 17. p. 1065. *Putsch.* Graecam vocem ἑτερόκλιτος (ab ἑτερος alter et κλίνω inclino, flecto) Latine vertit *diversiclinius*. Adde *Gloss. Istid.*

**DIVERSICOLOR**, óris, adject. qui variolis est coloribus. *Capell.* 1. p. 6. Diversicolor fluentorum discrepantium unda. *Id.* 8. p. 274. Ex metallis diversicoloribus. *Id.* 1. p. 18. Ejusdem (*Junonis*) genua zona quidem diversicolor amiebat.

**DIVERSIFICATUS**, a, um, adject. vel potius particip. ab inusit. *diversifico*, variatus. *Boeth. de unit.* p. 966. Partes vero aeris et aquæ invenimus magis diversificatas et separatas, adeo quod partes eorum et unitates discerni possunt.

**DIVERSITAS**, atis, f. 3. est nomen abstractum a diversis, sed occurrit translate tantum, et ¶ 1. Ponitur pro sententiarium vel opinionum, vel etiam aliarum rerum oppositione, contrarietate, contradictione. *Plin. 6. Hist. nat.* 26. 30. (125). Inconstans mensura diversitas auctorum facit. Sic *Sueton. Cal.* 8. Ubi natus sit, incertum diversitas tradiditum facit. *Rursus Plin.* 20. *Hist. nat.* 5. 20. (42). Reliqui inter medicos mira diversitas. Sic *Tac. 1. Hist.* 62. Mira inter exercitum imperatoresque diversitas. Instare miles, arma poscere, etc. — Torpebat *Vitellius*, etc. *Id. Germ.* 15. Ipsi (viri) habent, mira diversitate naturæ, quum idem homines sic ament inertiam et oderint quietem. *Id. 15. Ann. 16.* Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius non eam speciem insignium et armorum præstulit, ut diversitatem exprobaret. h. e. contrariam fortunau. ¶ 2. Item ponitur pro dissimilitudine, discriminé, varietate. *Plin. 7. Ep.* 30. Quantum diversitas ingeniorum pateretur. Adde *Quintil. 11. 2. 44.* *Id. Quintil. 10. 5. 14.* Multiplex personarum, causarum, dictorum diversitas. *Id. 9. 4. 19.* Diversitas propositorum. *Id. 7. 3. 12.* definitionum. *Id. 1. 12. 5.* ciborum. Adde *eumd.* 9. 3. 38. et 10. 2. 19. *Tac. 4. Hist.* 76. consiliorum. *Flor. præfat.* 3. rerum. *Ammian.* 14. 6. obsequiorum. Adde *eumd.* 28. 1. *Quintil. 11. 3. 87.* In tanta per oīnnes gentes nationesque lingua diversitate. *Id. 10. 1. 106.* In eloquendo est aliqua diversitas. *Frontin. Aqued.* 24. Diversitas inter unciam et digitum. — In plurali numero. *Flor.* 3. 10. 6. Illæ quoque accessere diversitates pro gentium, locorumque natura. Aquitani — in speluncas se recipiebant: jussit includi. Morini dilabebant in silvas: jussit incendi.

Tom. II.

**DIVERSIVOCUS**, a, um, adject. (diversus et vox) qui diversæ quum sit naturæ, diverso nomine vocatur. *Boeth. in Aristot. Categor.* 1. p. 115. Animal est substantia animata sensibilis, et homo rursus est substantia animata sensibilis, sed hæc vocantur unicora. Alia vero, quæ neque nominibus, neque definitionibus conjuguntur, ut ignis, lapis, color, et et quæ propriæ substantiæ natura discreta sunt, hæc autem vocantur diversivoca. Adde *eumd. ibid.* p. 118.

#### DIVERSITO. V. DEVERSITO.

**DIVERSITOR**, óris. *V. DEVERSOR*, aris.

**DIVERSOR**, óris. *V. DEVERSOR*, óris.

**DIVERSORIOLUM**. *V. DEVERSORIOLUM.*

**DIVERSORIUM**. *V. DEVERSORIUM.*

**DIVERSORIUS**, a, um. *V. DEVERSORIUS.*

**DIVERSUS** et *olim* divisor, a, um, adjective usurpatur, unde *Comp. Diversor* sub *A. II.* 1. et *B. II.*; et *Sup. Diversissimus* sub *A. I.* et *II.* 1., *B. I.*: quamquam proprie sit Part. præter. a v. divisor vel diverto. — Diversi proprie sunt in oppositis partes versi: hinc A) Diversus est in contraria partem versus, adeoque contrarius; et B) Diversi dicuntur qui in varias partes versi sunt, adeoque diversi, dissiti.

A) Diversus est in contraria partem versus, atque adeo contrarius, oppositus, adversus.

I.) Proprie. *Plaut. Merc.* 2. 4. 1. Pentheum diripiisse ajuni Bacchus. Nugas maximas fuisse eredo, præter quo pacto ego divisoris distrahor. *Liv.* 1. 28. Existide, duabus admotis quadrigis, in currus eorum distinctorum illigat Mettum: deinde in diversum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, qua inhaeserant vinculis membra, portantes. *Curt.* 4. 8. 8. Nullo adjuvante (quippe in diversum evascenti ali) exanimatus est. *Ces. 1. B. C.* 69. Erat enim iter a proposito diversum; contrariaque in partem iri videbatur. Cf. *Sall. Cat.* 52. Falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur, divisor itineris malos a bonis loca teta, inculta — habere. *Flor.* 2. 6. 51. Nero in ultimo Italie angulo summovaret Hannibalem. Livius in diversissimam partem, id est in ipsas nascentis Italiae fauces signa converterat. *Ces. 3. B. C.* 41. Pompejus enim primo ignorans ejus consilium, quod diverso ab ea regione Itinere profectum videbat, etc. *Cic. 6. de republ.* 20. Duo cinguli terræ maxime inter se diversi. h. e. duo circuli polares, alter alteri contrarius esse omnino oppositus. *Tac. 2. Ann. 60.* Menelaus Greciam repetens diversum ad mare dejectus. *Curt.* 3. 4. 6. Quod (montis jugum) quum a mari surgat, veluti sinus quodam slevaque curvatum, rursus altero cornu in diversum litus excurrit. *Id. 8. 13. 20.* In diversa parte ripæ. h. e. in altera contra positæ. Sic *Sil. It.* 1. 264. Diversa ripa. *Rursus Curt.* 10. 7. 19. Diversa regiæ parte. h. e. parte regiæ contra positæ. Cf. *Plin. 9. Ep.* 28. Communis hæc mihi tecum, quamvis in diversissima parte terrarum, querela est. *Sil. It.* 1. 198. diversas aspicit Arctos. h. e. a parte contraria. *Id. 14. 77.* diversi lateris frons. h. e. Euphratis et Tigris. *Curt.* 4. 16. 11. Diversi saltus. h. e. qui a recta via devertunt atque in contraria partes durunt. Sic *Tac. 3. Ann. 2.* Etiam quorum diversa oppida, tamen obvii. *Isid. 13. Orig.* 21. 10. Per diversa ire. *Juvenal.* 7. 172. et *Seneca Ep.* 83. init. Diversum iter vitæ. *Plin. 11. Hist. nat.* 45. 101. (248). Cetera animalia in diversum posterioribus articulis pedibus, quam prioribus. *Plaut. Mil. glor. a. 5. v. 14.* Distendite hominem diversum. h. e. divaricatis cruribus. *Sall. Jug.* 26. Metu atque libidine divisor agitatatur.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 3. 803. quid enim divisorius esse putandum est (h. e. quam mortale et aternum) Aut magis inter se disjunctum etc. *Liv.* 34. 4. Diversis duobus vitiis, avaritia et luxuria. Sic *Sall. Cat.* 5. Mala diversa inter se, luxuria atque avaritia. *Sueton. Cal.* 51. Non immeritatem valetudini attribuerim diversissima in eodem vitia, summam confidentiam et contra nimium metum. *Nepos. Aciib.* 1. Ut omnes admirarentur in uno honiine tantum inesse dissimilitudinem tamque diversam naturam. V. integrum caput. *Cic. Cœl.* 5. 12. Neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diversisque inter se pugnantibus naturæ studiis cupiditatibusque conflatum. *Sall. Jug.* 31. Dominari illi volunt, vos liberi

esse: facere illi injurias, vos prohibere — : potestne in tam diversis meptibus pati aut amicitia esse? *Id. Cat.* 2. Igitur initio reges — divorsi pars ingenuum, alti corpus exercebant. *Cœs. 3. B. C.* 30. Diversi sibi ambo consilia capiunt; Cœsar, ut quamprimum se cum Antonio conjungeret; Pompejus, ut venientibus in itinere se opponeret. *Justin.* 3. 4. 16. Sed oraculi diversa sententia fuerat: perpetuitatem enim urbis, non amissionem hoc facto promiserat. *Val. Flacc.* 4. 157. Ductor ad hæc: Bebryxne venis, diversaque regi Corda gerens? h. e. sentis omnino attiter, ac rex. *Sall. Jug.* 85. Ne illi falsi sunt, qui diversissima res pariter expectant, ignavæ voluptatem et premia virtutis. *Vellej.* 2. 75. 2. Diversa præsentibus et contraria exspectatis sperare. *Id. 2. 80. 2.* Diversa his, quæ allis placebant, dicendo. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 114. Dividit ut bona diversis, fugienda petendit. *Id. ibid.* 1. 3. laudet diversa sequentes. *Sall. Cat.* 53.; *Vellej.* 1. 13. 3.; et *Justin.* 30. 1. 1. Diversi mores. *Tibull.* 4. 1. 45. Nam seu diversi fremit inconstantia vulgi, Non aliud sedare queat. h. e. vulgi, qui fertur in contraria studia, et hæc modo cupit, modo rejicit. *Ammian.* 25. 8. Diversa versare. Similiter *Stat. 1. Achill.* 199. quibus abdere terris Destinet, huic illic diversa mente volutat. h. e. mente, quæ cogitatione se in omnes etiam contraria partes versat. ¶ 2. Speciatim transfertur ad annum, et diversus est qui contraria sentiantur sequitur, item adversarius, inimicus. *Liv.* 32. 38. Philippus — maxime de Achajæ urbibus, regionis ab se diversa — sollicitus. h. e. regionis a se alienatæ, sibimet infense. *Tac. 2. Ann. 10.* Diversi ordinuntur. h. e. adversarii. *Sueton. Gramm.* 9. Diversæ partis advocatus. h. e. partis adversarie. Sic *Id. Aug.* 51. Diversarum partium multi venia donati. Adde *eumd.* *Ces. 1.* et *Justin. 15. 1. 1.* et 9. Rursus *Sueton. Tib.* 3. et *Ces. 20.* Diversa factio. *Tac. 13. Ann. 57.* Victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere. h. e. aciem hostium. Sic *Id. 14. ibid.* 30. Stabat pro littore diversa acies. *Calpurn.* 4. *Ecl.* 9. nec te diversus Apollo Respici, o juvenis. h. e. inimicus, tibi infensus. *Tac. 3. Ann. 14.* Judices per diversa implacabiles. h. e. contrariis de causis. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 32. 101. Certa cum illo, qui a te totus diversus est: noli mecum, qui hoc quidem certe tibi assentior. *Sueton. Claud.* 10. Per dissensionem diversa censentur. *Quintil. 11. 3. 133.* Diversa subsellia. h. e. in quibus adversarii sedent. *Tac. 6. Ann. 33.* Diversa induere. h. e. alter omnino sentire. *Sil. It.* 8. 351. diversa turbare. — Sic etiam et diverso, h. e. e regione. *Justin.* 30. 4. 6. Quum in aciem exercitum, instructis e diverso hostibus, produxisset. Cf. *Plin. 17. Hist. nat.* 22. 35. (168). Ut vites binas accipiant e diverso. h. e. alteram alteri oppositam. — E diverso est etiam contra, e contrario. *Sueton. Domit.* 9. Immo e diverso magna sape abstinentia et liberalitatis experimenta dedit. Adde *eumd.* *Ces. 86.* et *Aug.* 27. Cf. *Plin. 23. Hist. nat.* 4. 39. (79). Oleum e diverso, quam in cibos, eligitur. — Ex diverso est ex parte adversa. *Quintil. 5. 11. 43.* Qui ex diverso agit. h. e. adversa in causis pars. *Id. 6. 3. 81.* Quum ex diverso quidam exclamasset. Adde *eumd.* 5. 12. 1. et alibi. *Arnob.* 4. 18. Sed ex diverso nescio quis, unde. inquit, scimus? etc. *Tac. 3. Hist.* 13. Quas enim et diverso legiones? nempe vietas. *Id. ibid.* 73. Ex diverso trepidi milites. h. e. ex altera parte, ex hostium parte. Similiter *Id. 4. ibid.* 16. Directa ex diverso acies. Cf. *eumd.* 13. *Ann. 40.* — In diversum quoque occurrit eodem sensu. *Tac. 11. Ann. 19.* Terror milites hostesque in diversum affectit: nos virtutem auximus, barbari ferociam infregere. *Liv.* 26. 5. Hannibalem in diversum Tarentinæ arcis potiundæ Caputque retinendæ trahebant curæ. Alii omittunt præpos. in. *Id. 25. 11. extr.* Utrum priore anno, an hoc facta sit, in diversum auctores trahunt. *Tac. 12. Ann. 69.* Dubitavisse quosdam ferunt: mox nullo in diversum auctore, quæ offerebant secuti sunt. *Trajanus apud Plin.* 10. *Ep.* 116. Et legis auctoritas et longa consuetudo usurpata contra legem, in diversum movere te potuit.

B) Diversi dicuntur etiam qui in varias partes versi sunt, adeoque divisi, dissiti.

I.) Proprie. *Plaut. Truc.* 4. 3. 13. Omnia primum diversæ state, neve inter vos significetis. *Ces. 1. B. C.* 58. Nostri aquo animo singulas binis navi-

bus objiciebant, atque injecta manu ferrea et retenuta utraque nave, diversi pugnabant. h. e. divisi, dispergi, alli enim in unam, alli in alteram hostium navem. *Sall. Cat.* 20. Sed ego qua mente agitavi, omnes jam ante diversi audistis. h. e. singuli et quidem alius ab alio dividimur. *Nepo. Datam.* 11. Quum aliquandiu in colloquio fuissent, et diversi discesserint. Sic *Liv.* 10. 33. Diversi consules discordarunt. *Virg.* 11. *Æn.* 855. et 5. *ibid.* 166. Cur, inquit, diversus abis? hoc dirige gressum. Adde *Val. Flacc.* 4. 387., 6. 581. et 7. 577. *Liv.* 10. 27. Cerva fugiens lupum cum montibus exacta per campos inter duas aries decurrunt: inde diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit. *Sall. Jug.* 46. Legatos alium ab alio diversos aggreditur. *Liv.* 42. 8. Ex diversa fuga in unum collecti. *Flor.* 4. 2. 60. Diversa fuga et morte. *Curt.* 3. 11. 19. Barbari longe diversam fugam intenderant. *Cœs.* 2. *B.* 24. Quum Numidas, diversos dissipatosque, in omnes partes fugere vidissent. *Id. ibid.* 23. Diversa duæ legiones prælabantur. *Liv.* 10. 12. Diversi proficiuntur. *Id.* 9. 37. Ad silvas diversi tendebant. *Virg.* 1. *Æn.* 70. submersaque obrue puppes. Aut age diversos (al. diversas) et disjice corpora ponto. h. e. alios huc, alios illuc. *Tac.* 15. *Ann.* 56. Diversi interrogantur. *Id. ibid.* 30. Steterunt diversi. *Virg.* 9. *Æn.* 415. Diversi circumpicunt. *Cic.* 2. *Phil.* 37. 93. Sunt ea innumerabilia, quæ a diversis emebantur. h. e. a multis et variis hominibus, seu potius a singulis, singillatim. *Liv.* 44. 43. In silvam ventum est, ubi plures diversæ semita erant. *Cic.* 6. *Verr.* 52. 117. Portus, qui quum diversos inter se aditus habeant, in exitu conjunguntur et confluent. *Id.* 2. *leg. Agr.* 32. 87. Corinthus duo maria, maxime navigationi diversa, pene conjungit, quum pertenui discriminare separantur. *Id. pro leg. Manil.* 4. 9. Loco duo disjunctissima maximeque diversa. *Id. ibid.* 16. 46. Loco tam longinqua tamque diversa. *Id. Brut.* 74. 258. Confluerunt in hanc urbem multi ex diversis locis. *Liv.* 4. 22. Diversissimis locis subeundo ad menia, ab sensu operis hostes avertebat. *Id.* 10. 12. Locis diversis ignes coorti. *Ovid.* 1. *Met.* 40. Diversi loci. h. e. diversis locis. Sic *Id. ibid.* 173. Plebs habitat diversa locis. Adde *eum.* 4. *ibid.* 406., 11. *ibid.* 50. et 4. *Fast.* 568.; et *Virg.* 4. *G.* 432. *Sall. Jug.* 12. Diversi regem querere. h. e. alii hoc, alii alio loco. *Tac.* *Germ.* 16. Colunt discreti ac diversi. Cf. *eum.* *ibid.* 28. Diversæ sedes. *Id.* 3. *Hist.* 46. Si Dacus Germanus diversi irrupissent. h. e. ex diversis seu variis partibus. *Auct. B.* 2. 8. 19. Diversum prælium. h. e. diversis in locis initum. *Tac.* 3. *Ann.* 59. Diverso terrarum distineri. h. e. longe abesse. — *Ex diverso* est ex diversis locis. *Seneca Brevit.* vit. 8. Vires ventorum ex diverso furentium. — *Per diversum* et *per diversa* est per diversa loca. *Tac.* 15. *Ann.* 15. Nostri per diversum iere. *Ammian.* 14. 4. Per diversa reptantes. — *Per diversum* est ex transverso apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 62. (186). Necessarium binas per diversum coassationes substerni.

II.) Translate est dissimilis, differens; et occurrit — a) Absolute. *Cic.* 2. *Cat.* 5. 9. Atque ut ejus diversa studia in dissimili ratione perspicere possitis etc. *Id.* 1. *Orat.* 61. 262. Varia et diversa studia. *Id.* 3. *ibid.* 16. 61. Variis ac diversis disputationibus. *Id. pro leg. Manil.* 10. 28. Varia et diversa genera bellorum. *Id.* 1. *Invent.* 23. 33. Diversa et dissimilia pars. *Id.* 5. *Phil.* 18. 49. Longissime diversa ratio. *Liv.* 21. 23. Diversæ Alpes. *Sueton. Ner.* 34. Diversa omnia compere. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 43. (97). Pretia nulli diversiora. (Comparativus occurrit etiam apud *Gell.* 6. 6. et 20. 1.). *Juvenal.* 15. 94. Diversæ res. *Ammian.* 21. 1. med. ritus. *Sueton. Ner.* 23. Diversissima tempora. *Juvenal.* 10. 253. diverso tempore. *Id.* 4. 148. Diversi partibus orbis. *Sueton. Tib.* 7. Diversis temporibus et locis. *Flor.* 3. 5. 27. Per diversa gentium terrarumque. Adde *eum.* 2. 6. 41., 3. 6. 1. et 3. 19. 2. *Val. Flacc.* 6. 301. Diversa belli peragrade. *Tac.* *Agric.* 32. Exercitus contractus ex diversissimis gentibus. *Propert.* 1. 10. 15. Divorsos conjugere amantes. — b) Cum Ablativo rei, qua quis diversus est. *Plin. Paneg.* 65. Diversum te consuetudine. — c) Cum Genitivo rei, qua quis diversus est. *Tac.* 14. *Ann.* 10. Ut par ingenio, ita morum diversus. Cf. alio sensu *Id.* 4. *Hist.* 84. Qui diversus animi, modo pavescere, modo etc. h. e. ambigens et varie animo agi-

tatus. — d) Cum præpos. ab et Ablativo rei, a qua alia diversa est. *Cic. Brut.* 90. 307. Hæc videntur esse, a proposita ratione diversa. *Sall. Cat.* 34. Longe diversas ab his litteras. *Quintil.* 4. 1. 9. Simulatio ab hac jactatione diversa. *Flor.* 4. 8. 2. Diversus a patre Pompejus. — e) Cum Dative rei, a qua alia diversa est. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 5. Est huic diversum vitium prope moxus. *Quintil.* 3. 6. 32. Huic diversa sententia. *Id.* 9. 2. 46. Verba verbis diversa et sermoni sensus. Adde *eum.* 2. 3. 10., 6. 3. 1. et 10. 3. 17. *Justin.* 31. 5. 4. Diversum ceteris mortaliibus illud hominum genus. Adde *Juvenal.* 10. 3. — f) Sequentia particula quam. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 44. (154). Eructa diversa est, quam lactuca, naturæ. *Justin.* 6. 3. 6. Gloriamque diversis artibus, quam priores evitatis suas duces, consecuturus. *Flor.* 2. 2. 24. Quippe diversa, quam hostes mandaverant, censuit. Adde *Quintil.* 1. 4. 29. — g) Sequentia part. ac. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 12. 15. (32). Diversa in hac, ac supra dicta alite, quædam. *Siliq.* pro ac legit et. — Hinc

*Diversum*, i. et *diversa*, *orum*, absolute, praecipue in formulis per *diversa*, *per diversum*, *in diversum*, *e diverso*, *ex diverso* etc. V. supra sub A. et B. Similiter *Capell.* 4. p. 97. Geometria formarum diversa radio ac pulvere hisians. h. e. diversas formas.

### DIVERTICULUM. V. DEVERTICULUM DIVERTIUM. V. DIVORTIUM.

*DIVERTO* et *olim divorto*, tis, ti, sum, tere, n. 3. (dis et vero seu vorto). Part. *Divertens* et *Diversus* I. — *Divertere* est sejungi, separari. I.) Proprie dicitur de matrimonio. *Geil.* 4. 3. Matrimonia divertentia. h. e. quæ per divertitum dissolvuntur. *Ulp. Dig.* 9. 2. 27. § 30. Sive divertitur, sive nupta est adhuc. h. e. divertitum fecerit. *Papinian.* *ibid.* 5. 1. 42. Si uxor a legato diverterit. *Apul. de Mag.* Ni impetrarem, diversorum me ab ea communatus sum. Cf. *Sueton. Pers.* Sed mox ut a schola magistrisque divertit etc.

II.) Translate est dissimilem ac diversum esse. *Plaut. Epid.* 3. 3. 22. Divorciunt mores virginis Ionge, ac lupæ. — Ceterum V. DEVERTO.

**DIVES**, viuis, adject. Est et alia forma *dis*, *ditis* m. et f. et *di* n. tere poetica, et videtur esse a *dives* per syncopen: quod certe in oblique casibus manifestum est. — Ceterum dives in Ablativo sing. num. divate habet et diviti, ut *Diviti cultu spud*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (7). — *Nominativus* et *Accusativus* plur. num. gen. neutr. (*divitiae*) nusquam occurrant; et *distia* usuvenit. — Neutr. num. sing. *dives* legitur apud *Ammian.* 16. 8. et *Quintil.* 7. 4. 23. *Dives* patrimonium. V. alia sub A. II. — Comp. et Sup. *Divitior* et *Divitissimus* sub C. in fin. — Ratione habita etym, *Varron.* 5. L. L. 92. *Müll.* *Dives* a divo, qui ut deus nihil indigere videtur. Cf. *Plaut. Trin.* 2. 4. 99. Dei divites sunt, deos decent opulentia. Ceterum *dives* est qui rerum copia instructus est, locuples, abundans, copiosus, opulentus, affluens: ita enim *Cic.* 6. *Parad.* 1. 42. Quem enim intelligimus divitem, aut hoc verbum in quo hominem ponimus? opinor, in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit. (It. ricco; Fr. riche; Ilisp. rico; Germ. reich; Angl. rich). Sub A) Exhibitetur forma *dives*, omissis tamen gradibus; sub B) Forma *dis*; denique sub C) *Gradus* Comp. et Sup. utriusque formæ.

#### A) Dives usurpatur

I.) Proprie de hominibus; et quidem — a) Absolute. — Cum opposito *pauper* apud *Plaut. Aufid.* 2. 2. 7. *Dives* blande appellat pauperem. *Id. Men.* 4. 2. 8. Si est pauper atque haud malus, nequam habetur; si dives *malus* est, is cliens frugi habetur. Adde *eund.* *Poen.* 3. 1. 13. *Horat.* 2. *Od.* 18. 10. pauperemque dives Me petit. *Juvenal.* 5. 113. Esto (ut nunc multi) dives tibi, pauper amicis. Cf. *Fellej.* 2. 117. Quam (*Syriam*), cui præfuerat, pauper divitem ingressus, dives pauperem reliquit. — Cum opposito *mendicus* apud *Cic.* 8. *Phil.* 3. 9. Viderunt enim, ex mendicis fieri repente divites. — Jungitur cum avaro apud *Juvenal.* 7. 50. didicit jam dives avarus Tantum admirari, tantum laudare desertos. Adde *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 50. — Ceterum *Cic.* 6. *Parad.* 3. 52. Non modo non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. *Id.* 2. *Off.* 16. 57. Crassus cognomine di-

ves. Cf. *eum.* 2. *Att.* 13. Cuius (*Pompeji*) cognomen (scilicet magnus) una cum (*M. Licinius*) Crassi divitis cognomine consernoscit, scilicet quia jam decoratur. *Juvenal.* 3. 58. Quæ nunc divitibus gens acceptissima nostris. Adde *Val. Flacc.* 5. 591. *Seneca* 2. *Controv.* 9. a med. p. 146. *Biport.* Nihil est insolentius novitio divite. — b) Cum addito Genitivo rei. *Virg.* 2. *Ecl.* 20. dives pecoris. *Id.* 9. *Æn.* 26. exercitus omnis Dives equum, dives pictai vestis et auri. Sic *Sil. It.* 3. 155. Dives auri. *Id.* 8. 463. lactis. *Virg.* 1. *Æn.* 14. Carthago dives opum. Cf. *eum.* 2. *ibid.* 22.; et *Ovid.* 3. *Fast.* 570. et *Horat.* 1. *Sat.* 2. 74. Dives opis natura sue. *Id.* 4. *Od.* 8. 5. artium. *Sil. It.* 6. 649.; et *Stat.* 1. *Sil.* 4. 32. Diana dives præda. — c) Cum addito Ablativo rei. *Horat.* *Art.* P. 421. Dives agris, dives positis in fenore nummis. *Id.* 2. *Sat.* 3. 168. dives antiquo censu. *Ovid.* 15. 12. bubus. *Id.* *Heroid.* 11. 100. Filia dote dives. Cf. *Ammian.* 14. 8. Cilicia dives bonis omnibus.

II.) Translate ponitur de rebus; et dives dicitur quidquid est multi pretii, et saepius quidquid abundantur re quacunque. — a) Absolute. *Cic.* 6. *Parad.* 1. 44. Animus hominis dives, non arca appellari solet. Quemvis illa sit plena, dum te inanum videbo, divitem non putabo. *Virg.* 6. *Æn.* 195. de ramo aureo, ubi pinguedem dives opacat Ramus humum. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 29. 30. (108). Ut pretiosissimum humani animi opus (h. e. Homeri libri) quam maxime diviti opere servaretur. h. e. scrinio geminis, auro et margaritis pretioso. *Propert.* 3. 3. 26. Dives gemma. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 87. Dives mensa. *Ovid.* 2. *Fast.* 535. Munus dives. *Id.* *Heroid.* 16. 189. Parca sed est Sparle: tu cultu divate digna es. *Lucan.* 9. 659. partu Danaæ et divite nimbo Ortus. h. e. imbre auro: V. *DANAES* in *ONOM.* *Virg.* 7. *Æn.* 262.; et *Val. Flacc.* 2. 636. Dives ager. h. e. fertilius. Sic *Sil. It.* 4. 546. catopus. *Horat.* *Art.* P. 409. Vena dives. h. e. secunda ingenii vena. *Id.* 2. *Ep.* 2. 121. Dives lingua. h. e. facunda. *Id.* 1. *ibid.* 15. 19. Spes dives. h. e. quæ multa promittit. Sic *Ovid.* *Heroid.* 17. 65. Munera tanta quidem promittit epistola dives. h. e. larga in pollicendo. *Id.* 3. *Pont.* 1. 102. Dives copia flendi. h. e. summa, abundans. — b) Cum Genitivo. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 31. Summe munito (*oppido*) et nullarum divite rerum. *Virg.* 2. *G.* 468. vita dives opum variarum. — c) Cum Ablativo. *Virg.* 10. *Æn.* 201. Mantua dives avis. h. e. cujus maiores conditoresque multi fuerunt. *Liv.* 45. 48. Templum dives donis. *Ovid.* 5. *Fast.* 731. Amphitrite dives aquis. *Id.* 10. *Met.* 397. terra dives amomo. *Lucan.* 3. 216. arbustis palmarum dives Idume. *Ovid.* 1. *Art. am.* 70. extero marmore dives opus. *Val. Flacc.* 6. 204. pater armato quos dives ab omni Nutriterat. *Ovid.* *Heroid.* 9. 95. et dannis dives ab ipsa suis. h. e. serpens Lernæa. — NB. de cogn. Rom. V. *ONOM.*

#### B) *Dis*, *ditis*, et n. *dite*, usurpatur

I.) Proprie de hominibus. — a) Absolute. *Ter. Adelph.* 5. 1. 8. Dis quidem es, Demea, ac rem tuam constabillessem. *Id. Heaut.* 3. 3. 47. Dicam hanc esse captam ex Carla, ditem et nobilem. Adde *eum.* *Phorm.* 4. 3. 48. *Id. Adelph.* 4. 2. 42. Scin' Cratini bujus ditis domus? *Liv.* 9. 40. Ditem honestum quavis pauperis victoris premium esse. *Propert.* 3. 3. 1. dites Indi. *Seneca Herc.* *Œt.* 648. O si pateant pectora ditum! Quantos intus sublimis agit Fortuna metus! (Gen. plur. num. ditum occurrat apud *Auson. Grat.* act. 59.) *Horat.* *Epid.* 2. 65. positiosque vernas, ditis examen domus. Et *Liv.* 42. 34. In diti domo. — b) Cum Genitivo. *Sil. It.* 15. 705. ditem ovium. V. alia infra sub C.

II.) Translate de rebus. — a) Absolute. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 18. Bruto prætor tenente ditem Asiaem. *Val. Flacc.* 2. 296. Dite solum. *Curt.* 3. 10. 10. campis. *Stat.* 5. *Theb.* 187. ditibus indulgent epulis. *Liv.* 21. 43. Opulentia ac ditia stipendia facere. *Tibull.* 2. 5. 35. gregis ditis magister. h. e. numerosi. *Sil. It.* 3. 673. dites sine vomere glæbæ. h. e. fruziferae. *Id. ibid.* 512. commotum promissis ditibus agmen. *Tibull.* 3. 6. 13. de Baccho. Ille facit dites animos deus. *Lucret.* 1. 412. largos haustus de fontibu' magnis Lingua meo suavis ditii de pectori fundet. — b) Cum Genitivo. V. infra sub C. — c) Cum Ablativo. *Ovid.* 2. *Met.* 77. delubraque ditia donis. V. alia infra sub C. — NB. De dite inferiorum deo, V. DIS in *ONOM.*

C) Comp. et Superl. — a) Comp. *Divitior* a pud *Plaut. Pseud.* 5. 2. 24. Nam hinc numquam eris nummo divitior. *Ter. Phorm.* 1. 1. 7. Quam inique comparatum est, ii qui minus habent ut semper aliquid addant divitioribus? *Lucret.* 5. 1114. Divitioris enim sectam plerunque sequuntur. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 185. Inde ille licentior et divitior fluit dithyrambus. h. e. verbis copiosior. *Non.* p. 101. 13. *Merc.* quoque ita legit. *Cic. Amic.* 16. 48. Divitior et affluentior amicitia. *Al. leg.* ditior. *Id.* 6. *Parad.* 3. 49. Utet est divitior, cui deest, an cui superat? Adde *eund.* 1. de *republ.* 17. et 32. edente *A. Matr. Ovid. Heroid.* 16. 34. Oppida sunt regni divitiora mei. Adde *eund.* 6. *Met.* 452. — b) Comp. *Ditior* apud *Horat.* 1. *Sat.* 1. 40. dum ne sit te ditior alter. *Id. ibid.* 5. 91. aquæ (locus) non ditior urna. h. e. abundantior. *Liv. præfat.* ad fin. Nulla unquam res publica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. Adde *Val. Flacc.* 6. 38. *Sil. It.* 13. 684. Ditior ipse viris, h. e. majoribus militum copias instructus. *Id.* 1. 657. Ditior acceptis undis. *Id.* 14. 237. Ditior umbre. *Stat.* 3. *Theb.* 481. Ditior ille animi. h. e. fiducia plenior. — c) Sup. *Ditissimus* apud *Cic.* 6. *Parad.* 2. 48. Si quidem, ut quisque, quod plurimi sit, possideat, ita divitissimus habendum sit. Adde *eund.* 1. *Divinat.* 36. 78. et 2. *Off.* 17. 58. edente *Orell.*; nonnulli tamen ubique leg. *ditissimus*. *Nepos Alcib.* 2. Sacerum habuit Hipponium, omnium Graecæ lingue eloquentia divitissimum. Adde *eund.* *Phoc.* 1.; ita enim utrobius legunt recentiores. *Inscript.* optimæ notæ apud *Betti. Notiz. d'un Colombajo* etc. p. 269. edit. *Mediol. C. GARGILIUS HAEMON PROCVLI PHILACRI DIVI AVG. L. AGRIPPIANI F. PECYLIO PAVPER ANIMO DIVITISSIMVS.* — d) Sup. *Ditissimus* apud *Liv.* 10. 46. Quadringtonos septuaginta divitissimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde licet, divisit. *Virg.* 1. *Æn.* 347. *Ditissimus agri.* *Sil.* *It.* 3. 397. *Ditissimus avi.* h. e. valde senex. *Val. Flacc.* 5. 123. spoliis *ditissimus annis*. Adde *Cæs.* 1. *B. C.* 2.; *Virg.* 9. *Æn.* 360. et 10. *ibid.* 563.; *Ovid.* 5. *Met.* 129.; *Curt.* 4. 1. 24.; et *Tac.* 6. *Ann.* 19. et 1. *Hist.* 51. — NB. Adverbium *DI-**TIUS V.* loco suo.

**DIVEXO**, as, Ævi, Ætum, are, a. 1. Part. *Divexandus* 2. — *Divexo* est ¶ 1. Varie vero, hoc illuc pro libitu veho, asporto, diripio: a di et vero, quod a vevo frequentativum est. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 106. Neu reliquias sic meas siris, denudatis ossibus, Tetra sanie delibutas, fæde diverxarier. *Ita recte legit Orell.*: at *Forcellinus cum vulgatis libris*: Heu reliquias semiassi regis, denudatis ossibus, Per terram etc. *Plaut. Pers.* 5. 2. 4. Rem meam diverxavit. *Cic. 11. Phil.* 2. 14. Omnia diverxare et diripere cupiens. *Id. 13. ibid.* 9. 21. Agros diverxat civium optimorum. ¶ 2. Item varie jacto, affligo. *Sueton. Ner.* 34. Neque diverxanda matre quidquam pensi habuit.

**DIVEXUS**, a, um, adject. seu potius particip. ab inusit. *divexo* (unde et verbum *diverxare*), diverxatus, decussatus, hinc inde inclinatus, ut *deverxus* deorsum inclinatus. *Augustin.* 10. *Confess.* 34. Jacob nepotus suis ex Joseph diverxas mystice manus imposuit. *V. Genes.* 48. 14.

**DIVIDENDUS**, i. m. 2. *V. DIVIDO* in fin. **DIVIDIA**, æ, f. 1. proprie est rei aliquous in diversas partes sectio vel laceratio; est enim a dividere; sed occurrit translate tantum, et est ¶ 1. Animorum dissensio. *Accius* apud *Non.* p. 101. 20. *Merc.* Ne horum dividiae et discordiae dissident et disturbant tantas et tam optimas civium divitias. *Paul. Diac.* 70. 15. *Müll.* Dividiam, discordiam. ¶ 2. Item est molestia, dolor, tædium; quæ omnia animum diverse trahunt: unde *Varro* 7. *L. L.* 60. *Müll.* Dividia ab dividendo dicta, quod divisio distractio est doloris. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 110. Cave, tibi ducenti n. ammi dividiae fuant. h. e. ne te ducentos nummos dare tædeat. *Id. ibid.* 4. 6. 1. Nimio illæ res est magna dividiae mihi, subterfugisse sic mihi hodie Chrysolum. *Id. Stich.* 1. 1. 19. Hæ mihi dividiae ac senio sunt. *Id. ibid.* 3. 1. 40. Venire in dividiam. *Id. Cas.* 2. 2. 11. Idem mihi est dividiae. Adde *eund.* *Truc.* 4. 4. 3. *Turpilius* apud *Non.* p. 26. 25. *Merc.* Dividia ac tædium. *Fulgent.* de prisco serm. p. 564. 27. *Merc.* exponit tristitiam (quod est molestia affine), afferique versiculum *Propertii*: Dividias nentis conflit omnis amor.

Sed Petronio alii tribuant, quia inter *Propertii* carmina non legitur. Refertur autem inter fragmenta *Petronii* p. 886. *Burnmanni*.

**DIVIDICULA** antiqui dicebant, quæ nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit. *Paul. Diac.* p. 70. 12. *Müll.*: qui *Müll.* haec adnotavit: *V.* in primis *Vi-**truv.* 8. 7., 9. 6. et 10. 12. *Hesychius*: Κάτελλος, ὄνομα τόπου ἀνω φέροντος καὶ κατω φέροντος καὶ μεγίστον τὸ θέατρον.

**DIVIDO**, vidis, visi, visum, videret, a. 3. (a *dis* et *duo*, as, cum digammate *Fiduo* seu *viduo*, quod Etrusca lingua dividere est, ut *Macrobi.* 1. *Saturn.* 15. a med. docet. Videntur enim Latini olim divi-  
duo dixisse, postea *divido*). — *Divisse* pro *divisisse* per syncopon dixit *Horat.* 2. *Sat.* 3. 169.; ubi alii minus recte leg. *diddisse*. — *Part.* *Dividens* sub *A.* I. 1.; *Divisus* in omnibus paragr. et in fin.; *Divi-**surus* sub *A.* I. 2.; *Dividendus* sub *A.* I. 2. — *Di-**videret* est *A.* *Diffundere*, in duas vel plures partes secare, partiri; et *B.* *Rem a re separare, distrahere,* devellere, dissimilare facere.

a) *Dividere* est *diffundere*, in duas vel plures partes secare, partiri (*It. fendere in due o più parti*, *dividere, partire*; *Fr. diviser en deux ou plusieurs parties, partager*; *Hisp. dividir, partir*; *Germ. von einandertheilen, vertheilen, abtheilen, eintheilen*; *Angl. to cut or divide asunder, cut off, divide, part*).

b) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est *diffundere*, in duas vel plures partes secare. — a) *Absolute. V. Poeta* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 20. 45. *Europam Libyamque rapax ubi dividit unda.* *Lucret.* 5. 439. discludere mundum, Membraque dividere et magnas disponere partes. *Liv.* 38. 16. *Divisam freto Asiam.* *Cic.* 1. *Tusc.* 18. 42. *Hoc etiam magis necesse est ferantur ad cælum, et ab his perrumpatur et dividatur crassus hic et concretus aer.* Cf. *eund.* 3. *Nat.* D. 12. 29. Si omne animal secari ac dividi potest, nullum est eorum individuum. *Horat.* 1. *Od.* 34. 6. *Diespiter Igni corusco nubila dividens.* *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (14). *Dividere marmor cuneis.* *Auct.* B. *Afr.* 17. Ita coronam hostium dextro sinistroque cornu medianum dividit. *Liv.* 24. 6. *Himera amnis, qui ferme insulam dividit.* h. e. medianum secat. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 99. at hunc liberta securi Divisit medium. *Virg.* 9. *Æn.* 730. Et medianam ferro geminan inter tempora frontem Dividit. *Sil.* *It.* 4. 239. *divisum (subaudi ense) humeris jacuit caput.* *Id.* 2. 96. Ille vagam cælo divisit saepe volucrem. h. e. sagitta. *Virg.* 2. *Æn.* 234. *Dividere muros.* Sic *Prudent.* 14. *nepi oreo.* 81. *dividere januas cæli.* h. e. aperire fores. *Seneca Thyest.* 780. *Ipse divisum secat in membra corpus.* — b) *Cum addito in et Accusativo partium, in quas aliquid dividitur.* *Lucret.* 5. 683. Sol — in non æquas partes dividit orbem. *Cic.* 2. *Legg.* 3. 6. *Fluvius divisus æqualiter in duas partes.* *Cæs.* 3. B. G. 2. *Vicus in duas partes flumine dividitur.* Sic *Cic.* 1. de *republ.* 19. *Dividere populum unum in duas partes.* Et *Cæs.* 1. B. C. 35. *Intelligere se, divisum esse populum Romanum in partes duos.* *Sueton. Ner.* 20. *Divisi in factiones.* Adde *eund.* *Aug.* 30. et *Claud.* 20. *Cæs.* 1. B. G. 1. *Gallia est omnis divisa in partes tres.* *Id. ibid.* 12. *Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.* *Sueton. Gramm.* 2. *Nævii Punicum bellum (h. e. carmen), quod uno volumine et continente scriptura expositum, divisit in septem libros.* ¶ 2. Hinc latiori sensu *dividere* est aliquid inter plures parti ac distribuere; et occurrit — a) *Absolute. Plaut. Aulul.* 2. 4. 4. *Dicom palam, non divides, præcedunt verba;* *Herus edixit mihi, ut dispartiem obsonium hic bisariam.* *Ovid.* 13. *Met.* 101. Si semel ista datis meritis tam vilibus arma, Divide: et major pars sit Diomedis in illis. *Sueton. Cæs.* 14. *Solus municipatim dividendos (Catilinarice conjurationis socios) custodiendosque, publicatis bonis, censuit.* *Tac.* 2. *Hist.* 53. *Divisis per itineria qui recentissimum quernque percontarentur.* *Sil.* *It.* 9. 302. pars implevere divisi montes. Sic *Cæs.* 7. B. G. 32. *Divisum senatum.* h. e. *divisum in partes, seu factiones.* — *Sæpius de rebus physicis.* *Plaut. Hud.* 4. 3. 72. *Dividere prædam.* *Lucret.* 5. 1109. *pecudes et agros.* *Cic. Brut.* 14. 57. *agrum viritim.* *Id.* 3. *Tusc.* 20. 48. *bona viritim.* *Sueton. Cal.* 13. *panaria cum obsonio viritim.* *Id. Vitell.* 10. *merum.* Adde *eund.* *Aug.* 75.; et *Justin.* 8. 6.

1. *Flor.* 3. 14. 6. *Triumvir creatus dividendis agris.* *Id.* 3. 17. 6. *Nihil se ad largitionem ulli reliquise, nisi si quis aul cænum dividere vellet, aut cælum.* *Lucan.* 5. 495. *dividere orbem ex æquo.* Adde *Val. Flacc.* 1. 355. — b) *Cum addito Ablativo personæ et præpos. cum.* *Plaut. Amph.* 5. 1. 73. *Me haud penitet scilicet boni dimidium mibi dividere cum Jove.* Sic *Id. Stich.* 5. 4. 15. *Factum ego tecum non divido.* *Quintil.* 7. 1. 45. *Qui (hereditatem) dividere nolit cum fratre.* *Justin.* 6. 9. 5. *Tunc vectigal publicum — cum urbano populo dividendi conceptum est.* Sic *in distic.* *quod Virg. tribui solet.* *Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.* — c) *Cum addito Dativio personæ.* *Liv.* 21. 3. *Agri dimidium Latinis, dimidium plebi divisuris consul erat.* *Cic.* 2. de *republ.* 14. *Dividere agros viritim civibus.* *Liv.* 1. 47. *agrum cuique.* *Sall. Jug.* 91. *prædam militibus.* *Horat.* 2. *Sat.* 3. 169. *duo prædia natis.* *Nepos Dion.* 7. *Bona militibus divisa.* *Sueton. Ner.* 10. *Divisi populo nummi quadrigeni viritim.* *Virg.* 1. *Æn.* 201. *Vina dividere sociis.* *Cic. Sull.* 15. 42. *Tabulas illas dividi passim et per vulgari atque edi populo Romano imperavi: divisi toti Italiae, emisi in omnes provincias.* Adde *Nepot. Cimon.* 2. et *Timol.* 3.; *Liv.* 25. 30.; *Sueton. Cæs.* 20. et 38., et *Aug.* 4. et 40. *Justin.* 14. 4. 20. *Antigonus domitores illos orbis exercitus suo divisi.* *Virg.* 1. *G.* 209. *de Libra cælesti.* Et medium idem atque umbra jam dividit orbum. *Horat.* 1. *Od.* 36. 5. *Caris multa soldibus dividere oscula.* *Id.* 1. *Od.* 15. 14. *grataque feminis Imbelli cithara carmina divides.* h. e. modo huic, modo illi feminæ canes; at *Forcellinus* translate accepit et interpretatus est: alternabis carmina sonitu citharae. Sic figurat *Id. Epod.* 11. 16. *Dividere aliquid ventis.* h. e. *spargere, dissipare.* *Virg.* 2. *G.* 116. *Divisæ arboribus patriæ.* h. e. sua cuique arbori patria est. Et poetice *Sil.* *It.* 5. 102. *divisus quisque timori.* d) *Cum Accusativo et præpos. inter.* *Plaut. Pers.* 5. 1. 5. *Dividere prædam inter participes.* *Nepos Thrasyb.* 1. *Quum plurimorum bona publicata inter se divisissent.* *Justin.* 3. 3. 3. *Dividere fundos inter omnes.* Adde *eund.* 12. 3. 10.; et *Quintil.* 10. 2. 23. *Rursus Justin.* 21. 1. 2. *Si portionibus (regnum) inter plures divideretur.* — e) *Cum Dative simulque cum Accusativo et præpos. inter.* *Liv.* 40. 59. *Divisit inter singulos milites trecentos eris, duplex centurionibus.* — f) *Cum Accusativo et præpos. per.* *Ovid.* 3. *Fast.* 671. *Dividere liba per populum.* *Sueton. Domit.* 9. *agros per veteranos.* — g) *Cum Accusativo et præpos. in.* *Plaut. Aulul.* 1. 2. 30. *Dividere argenti nummos in viros.* *Cæs.* 8. B. G. 43. *equitatum in omnes partes.* *Liv.* 43. 19. *Romanos in custodiam civitatum.* *Id.* 28. 2. *exercitum passim in civitates.* *Curt.* 4. 12. 3. *peditem in duo cornua.* Adde *eund.* 4. 3. 11.; *Liv.* 5. 43.; *Sueton. Aug.* 30., *Claud.* 20. et *Ner.* 20.; et *Quintil.* 3. 7. 10. — h) *Cum Sapino.* *Nepos Eumen.* 8. In regione Persidio hiematum copias divisit. Sic *Cic.* 1. de *republ.* 19. *Dividere populum unum in duas partes.* Et *Cæs.* 1. B. C. 35. *Intelligere se, divisum esse populum Romanum in partes duos.* *Sueton. Ner.* 20. *Divisi in factiones.* Adde *eund.* *Aug.* 30. et *Claud.* 20. *Cæs.* 1. B. G. 1. *Gallia est omnis divisa in partes tres.* *Id. ibid.* 12. *Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.* *Sueton. Gramm.* 2. *Nævii Punicum bellum (h. e. carmen), quod uno volumine et continente scriptura expositum, divisit in septem libros.* ¶ 3. Habet etiam obscurum sensum apud *Petron.* *Satyr.* 11. et apud *Plaut. Aulul.* 2. 4. 4. et 7., quod Græci dicunt διαμητίων τὰ παιδιά. V. **DIVISIO**. ¶ 4. Item, quemadmodum et distrahere, est pluribus alienare, vendere. *Sueton. Cæs.* 54. Unde factum ut auro abundaret, ternisque millibus nummum in libras promercale per Italiam provinciasque divideret. h. e. divenderet. Adde *eund.* *Ner.* 26.

II.) Translate. ¶ 1. Stricto sensu de plurimis et quidem variis dicitur. — a) *Generatim.* *Cic.* *Orat.* 32. 115. *Quumque ambigue multa dicantur, quomodo quidque eorum dividi explanarique oporteat.* *Sueton. Cæs.* 80. *Qui primum cuncti utrumque illum in campo — partibus divisi et ponte dejeicerent, etc. h. e. unicuique sua negoti partem comissa.* Adde *Liv. Epit.* 136. *Cic.* 5. *Tusc.* 13. 40. *Dividere bona tripartito.* V. *Integrum locum.* *Horat.* 2. *Sat.* 8. 78. *Stridere secreta divisos aure sursum.* — b) *Speciatim de tempore.* *Tac.* *Agric.* 9. *Jam vero tempora curarum remissionemque divisa.* *Varro* 3. *R. R.* 2. 15. *Ubi aestate diem meridie dividere soleam.* *Ovid.* 5. *Met.* 565. *Juppiter ex æquo volventem dividit annum.* *Lucret.* 2. 689. *Buccina dividit horas.* Sic *Sil.* *It.* 7. 155. *medium noctem dividit buccina.* — c) *Item speciatim apud Rhethores.* *Quintil.* 11. 2. 36. *Qui recte divisor, numerum poterit in rerum ordine errare.* *Id.* 7. 1. 89. *Ilæc de dividendis præcipi possunt.* Adde *eund.* 1.

5. 25., 5. 10. 46., 5. proem. 5. et alibi. *Cic. Orat.* 33. 117. Dividere et parti genus universum in species certas. *Id. 2. Orat.* 19. 80. Dividere causam. *Id. Parit. orat.* 9. 33. Quæ ad faciem fidem pertinent, in confirmationem et reprehensionem dividuntur. *Quintil.* 3. 3. 7. Quum dupliciter primum divisisset, in inventionem atque elocutionem. *Id. 3. 6. 10.* In tria genera causas divisi. — Et de scriptione. *Sueton. Aug.* 87. Notavi et in chirographo ejus illa præcipue: non dividit verba, nec ab extrema parte versuum abundantes litteras in alterum transfert; sed ibidem statim subjicit circumduciturque. Cf. *Quintil.* 1. 7. 9. et 10. 1. 29. — d) Item de animo pluribus intento, et similibus. *Catull.* 62. 15. Nos allo mentes, alio divisimus aures. *Virg.* 4. *Æn.* 285. Atque animum nunc hic celerem, nunc dividit illuc. — e) Et pro distribuere de abstractis. *Ter. Andr.* 3. 1. 18. Non sat commode divisa sunt temporibus tibl. Dave, hæc. h. e. hæc non satis commode digesta ac distributa sunt a te per tempora. *Justin. præfat.* 3. Ea omnia Pompejus (*Trogus*) divisa temporibus et serie rerum digesta compositum. *Sall. Cat.* 43. Sed ea (*negotia*) divisa hoc modo dicebantur. Statilius et Gabinius utl. loca urbis incenderent etc. *Ammian.* 23. 1. init. Et licet multiplicatos expeditionis apparatus flagrant studio perureret, diligentiam tamen ubique dividens, etc. *Cæs.* 3. *B. C.* 17. Sic belli rationem esse divisam, ut illi classe naves auxiliaque sua impedirent, ipse ut aquâ terraque eos prohiberet. — f) *Dividere sententia locutio est curia, quam Ascon.* ita exponit ad *Cic. Mil.* 6. 14. Quam aliquis in dicenda sententia duas plures res complectitur, ea si non omnes probantur, postulatur, ut dividat, id est ut de rebus singulis dividatur. Non est ei, qui hoc postulat, oratione longa utendum, ac ne consurgendum quidem utique est: multi enim sedentes hoc unum verbum pronunciant, divide: quod quum auditum est, liberum ei, qui facit orationem, dividere. Hæc *Ascon. Cic.* vero *ibid.* Divisa sententia est, postulante nescio quo. Adde *eumd.* 1. *Fam.* 2.; et *Plin.* 8. *Ep.* 14. 15. (V. *Gesner* ad hunc *Plinii* locum; et *et eumd. Plin. ibid.* 14. 6. Distinctio sententiarum). Hinc *Seneca Ep.* 21. Quod fieri in senatu solet, faciendum ego in philosophia quoque existimo. Quum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere sententiam, et sequor. Adde *eumd. Vit. beat.* 3. — g) Latiior seu prægnante, ut ajunt, significatio est dissolvere, ad nihilum redigere. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 31. Nunc age, quid nostrum concentum dividat, audi. *Id. 1. Sat.* 7. 11. Inter Hectora Priamiden, animosum atque inter Achillem Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors.

B) Dividere est etiam rem a re separare, distrahere, divellere, dissimilum facere.

I) Proprie. *Cæs.* 1. *B. G.* 2. Rhenus agrum Helvetum a Germanis dividit. *Id. ibid.* 8. Mons Jura fines Sequanorum ab Helvetiis dividit. *Id. 3. B. C.* 36. Quod (*fumen*) Macedoniam a Thessalia dividit. *Cic.* 5. *Att.* 20. 3. Inde ad Amanum contendit, qui Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit. *Cæs.* 1. *B. G.* 1. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Beigla Matrona et Sequana dividit. *Virg.* 1. *Ecl.* 67. toto divisus orbe Britannos. Cf. *Flor.* 3. 10. 2. Toto orbe divisa Britannia. *Cic.* 2. *de repub.* 22. Reliquum populum distribuit in quinque classes, seniorisque a junioribus divisit. *Tac.* 1. *Ann.* 43. Discedite a contactu ac dividite turbidos, subaudi a vobis. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 73. Dividor haud aliter quam si mea membra relinquam. *Id. 1. Pont.* 9. 48. Atque tuis toto divisor orbe rogis. *Virg.* 12. *Æn.* 45. quem nunc meos patria Ardea longe Dividit. *Id. 3. ibid.* 383. Longa procul longis via dividit invia terris. *Propriet.* 1. 12. 3. Tam multa illa meo divisa est millia lecto. *Stat.* 3. *Theb.* 165. non dextræ misericordis complexibus ausim Dividere. — Et figurate. *Cic. Flacc.* 26. 63. Massilia — a Græcorum omnium regionibus, disciplinis linguaque divisa. h. e. remota.

II) Translate. — 1. Est distingue et dignoscere. *Cic. 1. Legg.* 16. 44. Nos legem bonam a mala nulla alia, nisi naturæ norma, dividere possumus. *Tac.* 13. *Ann.* 27. Non frusta majores, quum dignitatem ordinum dividcent, libertatem in communis posuisse. *Id. 3. ibid.* 15. Paullatim segregari a marito, dividere defensionem (*suum*) cepit. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 113. Nec natura potest justo sacerne-

re iniquum, Dividit ut bona diversis (h. e. bona a malis), fugienda petendis. *Quintil.* 8. 6. 43. Appositum, si a proprio divisoris. *Id.* 8. 3. 11. Numquam vera species ab utilitate dividitur. Sed hoc quidem discernere modici judicii est. — 2. Hinc etiam, quemadmodum et distinguere, est quibusdam velutini notis, aut punctis, aut coloribus certo intervallo appositis, rem variare, atque adeo ornare. *Virg.* 10. *Æn.* 134. Qualis gemma micat, fulvum que dividit aurum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 74. (196). Scutulis telam dividere Gallia instituit. — Hinc Part. praeter pass., cuius multa superiora exempla retulimus,

*DIVIDÜTAS*, atis, f. 3. idem quod divisio. *Catus Dig.* 35. 2. 80. sub fin. Legata, quæ dividuitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent.

*DIVIDUS*, a, um, adject. divisus. *Accius* apud *Nom.* p. 95. 25. *Merc.* Nosque ut seorsum dividos, leto offeras.

*DIVIDUS*, a, um, adject. — 1. Est qui dividit potest. *Cic.* 3. *Nat. D.* 12. 129. Omne animal et dissolubile et dividendum sit, necesse est. *Id. Tim.* 7. Idque interjectis inter dividendum, atque id quod dividuum esset, in corpore. *Colum.* 12. *R. R. præfat.* 8. Nihil conspiciebatur in domo dividuum, nihil quod aut maritus, aut femina proprium esse juris sui diceret: sed in commune conspirabatur ab utroque.

— 2. Item divisus. *Plaut. Rud.* 5. 3. 53. Dividuum talentum faciam. *Ter. Adelph.* 2. 2. 33. Dividuum face. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 49. Et mihi dividuo findetur munere quadra. *Ovid.* 2. *Art. am.* 487. Iu furias agitantur equæ, spatioque remota In loca dividuos annae sequentur equos. *Id.* 1. *Amor.* 3. 10. Coma dividua. *Id. 1. Fast.* 292. Insula, dividua quam premit amnis aqua. h. e. in duos ramos findente se flumine, et insulam efficiente. *Id. 3. Met.* 682. et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 97. 99. (215). Dividua luna. h. e. quum diuidium sui orbis ostendit. *Seneca Ep.* 121. ad fin. Non vides, quanta sit apibus dividui laboris obeundi concordia? *Plin.* 16. *Hist. nat.* 30. 53. (122). Arbores dividua. h. e. trunco bifurco.

— 3. *Dividuum nomen* apud *Priscian.* 2. p. 581. *Putsch.* est, quod a duobus vel pluribus ad singulos habet relationem, vel ad plures in numeros parés distributos, ut *uterque, alteruter, quisque, singuli, biní, terni, centensi*.

*DIVIGENA*, æ, m. 1. a diis genitus. *Gloss. Lat. Gr.* Divigena, ðeoyēyngc.

*DIVINALIS*, e, adject. ad res divinas pertinens. *Isid.* 2. *Orig.* 24. Divinalis philosophia dicitur, quando aut ineffabilem naturam Dei, aut spiritales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus. V. *INSPECTIVUS*.

*DIVINATI*, ðnis, f. 3. — 1. Generatim est scientia futorum, quam Chrysippus apud *Cic.* 2. *Divinat.* 63. 130. definit vim cognoscentem et videntem et explicantem signa, que a diis hominibus portendebantur. *Cic.* 1. *Divinat.* 1. 1. Versari quanidam inter homines divinationem, quam Græci προφέτην appellant, idest præsensionem et scientiam rerum futurorum. *Id. ibid.* 5. 9. Divinatio est earum rerum, que fortuite putantur, prædictio atque præsensio. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 5. 13.; 1. *Nat. D.* 22. 55.; *Rosc. Am.* 34. 96. *Id. 3. Fam.* 13. Animi divinatio. *Nepos Att.* 9. Cum ille potius divinus fuerit, si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, qua nullus casibus neque augetur, neque minuitur. Adde *eumd. ibid.* 16.; et *Curt.* 3. 3. 2. — 2. Dicitur etiam divinatio, judicium, sive cognitionis, que circa constitutionem accusatoris, vel subscriptoris consistit, cum scilicet ex duabus, pluribus accusationem ambientibus diligendus est, qui maxime sit idoneus. Ratio nominis est, quia in aliis judiciis judex ea, que testibus, tabulis, vel argumentis probata sunt, sequi debet: cum autem accusator est diligendus, ex rei future indicis et conjeturis judicare debet, et paene divinare, quis maxime sit idoneus ad accusandum. Alii ideo putant divinationem dici, quod injurati judices in hac causa sedeant, ut, quod velint, præsentire de utroque possint. Alii, quod res agatur sine testibus et sine tabulis; et his remotis argumenta sola sequantur judices et quasi divincent. V. *Klotz* ad *Cicer. Oration.* vol. 2. p. 3. et seqq. et p. 633. Hinc prima inter Ferri-

nas Divinatio inscripta est. Nam in accusatione Veris certamen erat inter Ciceronem et Cæcilium, uter in accusando deberet præferri. *Cic.* 3. ad *Q. fr.* 2. 1.; *Cælius* apud *eund.* 8. *Fam.* 8. 3.; *Bassus* apud *Gell.* 2. 4.; *Quintil.* 3. 10. 3. et 7. 4. 33.; et *Pseudo-Ascon.* ad *Cic. Divin.* in *Q. Cæcil.* initio p. 97. *Bait.* Hinc etiam C. Julii Cæsaris divinitio in Cu. Cornelium Dolabellam citatur a *Sueton. Cæs.* 55.

*DIVINATOR*, ðoris, m. 3. divinus. *Firmic.* 5. *Mathes.* 5. sub fin. Erunt divinatores, yates, sortilegi.

*DIVINATRIX*, ðcis, f. 3. quæ divinat. *Tertull.* *Anim.* 46. Præsidia divinatricum artium et disciplinarum. *Capell.* 1. p. 3. 4. Delius quoque, ut ramale laureum gestabat, divinata eadem conjecturaliter virga volucres illi ac fulgurum jactus, atque ipsius meatus cœli siderumque monstrabat.

*DIVINATUS*, a, um. V. *DIVINO*.

*DIVINE*, adverb. Comp. *Divinius* 2. — Divine — 1. Est ut deos decet, divina ratione. *Plaut.* *Amph.* 3. 3. 21. Nunc tu divine fac hoc assis Sosia. — 2. Item divinando, futura præsentiendo. *Cic.* 1. *Divinat.* 55. 125. Plura divine præsensa et prædicta reperiri. *Id.* 10. *Att.* 4. Cum cogito, me de republica numquam, nisi divine cogitasse. *Id.* 2. *de repub.* 5. Qui potuit igitur divinus et utilitates complecti maritimis Romulus et vitia vitare? Sic recte Orell., Döderlein *alioque*; nonnulli *leg.* divinitus. — 3. Item excellenter, divinitus. *Cic. Senect.* 13. 41. Divine enim Plato escam malorum voluptam appellat. *Quintil.* 11. 1. 62. Duo tamen, quæ sola supererant, divine Cicero servavit. *Id.* 1. 6. 18. Quæ Tullius in Oratore divine, ut omnia, exequitur.

*DIVINICONTUMACIA*, æ, f. 1. divinum renum contemptus, videtur & è dictum ab *Apul. de Mag.* p. 519. Owend, ubi tamen plures divisi legunt divini contumacia.

*DIVINIPOTENS*, entis, adject. qui in divinis potestatem habet. *Apul.* 9. *Met. Saga* et *divinipotens*.

*DIVINICIENS*, entis, adject. sciens divinarum rerum. *Apul. de Mag.* Magia colendi deos pergnaria, pia scilicet et divinisciens.

*DIVINITAS*, atis, f. 3. — 1. Est deitas, numen, majestas divina, potestas divina. *Cic.* 1. *Nat. D.* 13. 34. Modo enim mentalib[us] tribuit omnem divinitatem: modo mundum ipsum Deum dicit esse. *Id.* 2. *Divinat.* 38. 81. Placeat igitur, humanitatis expertes habere divinitatis auctores? Et abstractum pro concreto *Pseudo-Ascon.* ad *Cic. Divin.* in *Q. Cæcil.* 13. p. 115. *Bait.* Tantum mihi divinitas saveat, quantum verum est illud, quod dico. *Curt.* 8. 5. 15. Intervallo enim opus est, ut credatur deus, semperque hanc gratiam magnis viris posteri reddunt. — Hominem consequitur aliquando, numquā comittatur divinitas. Adde *Plin. Paneg.* 32.; et *Nazar. Paneg.* *Const.* *Aug.* 13. *Liv.* 1. 15. Hec ferme, Romulo regnante, domi militiæque gesta: quorum nihil absconum fidei divinæ originis divinitatisque post mortem credite fuit. *Sueton. Aug.* 97. Mors quoque ejus (*Augusti*), de qua dñe dicam, divinitasque post mortem — præcognita est. — Hinc apud sequioris avi scriptores divinitas, quemadmodum majestas et alia hujusmodi, dictus est ipse impator adhuc vivus. *Eumen. Paneg. Const.* *Cæs.* 2. *Vestra divinitas.* *Id. ibid.* 8. et 13. Tua divinitas. Et *Incert. Auct. Paneg. Max.* et *Const.* 3. Divinitatem conciliare. — 2. Item vis et facultas divinandi. *Cic.* 2. *Divinat.* 58. 188. Mentalis divinitate et conjunctione cum externis membris cerni, quæ sint futura. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 58. 59. (149). Majoris miraculi divinitatem *Anaxagoras* suscepit. — Item extima et singularis excellentia. *Cic.* 2. *Orat.* 74. 238. Memento non me de perfecti oratoris divinitate quadam loqui, sed etc. *Id. Orat.* 19. 62. Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit. Adde *eumd.* 2. *Orat.* 20. 86.; et *Quintil.* 11. 2. 7. *Plin. Paneg.* 11. Divinitas parentum. — In plur. numero. *Fitrav.* 9. 1. 11. *Schneid.* Divinitates splendoresque astrorum.

*DIVINITUS*, adverb. — 1. Significat a Deo, munere Dei. *Plaut.* *Amph.* 5. 1. 53. Divinitus non metuo, quin meæ uxori latè suspecte sient. *Lucret.* 2. 180. Hoc tamen ex ipsis cœli rationibus ausim Confirmare — Nequaquam nobis divinitus esse creatum Naturam. Adde *eumd.* 1. 131. *Id.* 4. 1274. Nec divinitus interdum Venerisque sagittis, Deteriore fit

ut forma muliercula ametur. *Cic.* 1. *Orat.* 46. 202. Non partum per nos, sed divinitus ad nos datum videtur. *Sueton.* *Clad.* 13. *extr.* Casu quodam, an divinitus, signa convelli non potuere. *Cic.* *Partit.* *orat.* 23. 82. Si quid cui magnum aut incredibile acciderit, maxime si id divinitus accidisse potuerit videri. *Virg.* 1. G. 415. quia sit divinitus illis Ingenium, et rerum fato prudentia major. *Quintil.* 1. 10. 47. Prodigio divinitus factio. *Aurel. Vict. Vir.* ill. 2. Seu forte seu divinitus. *Pacat. Paneg. Theod.* Aug. 5. 3. Unum illum divinitus extilisse. ¶ 2. Item si et facultate divinandi, præsensione, præscientia a Deo data. *Plaut. Cerc.* 2. 1. 33. Voh! solus hic homo 'st, qui sciat divinitus. *Lucret.* 5. 53. Cum bene præsertim multa, ac divinitus ipsis Immortalibus de die dare dicta suèrunt. *Cic.* 1. *Orat.* 7. 26. Multa divinitus a tribus illis consularibus deplorata et commemorata. *Id. Suli.* 15. 43. In quo ego multa divinitus, non mea sponte providi. ¶ 3. Item excellenter, et supra humanas vires. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 12. Quæ sunt apud Platонem nostrum scripta divinitus. *Id.* 2. *Orat.* 2. 7. Ea, quæ existimarem a summis oratoribus de eloquentia divinitus esse dicta. *Id.* 2. *Att.* 21. *extr.* et 1. *Orat.* 11. 49. Divinitus loqui. *Id. post reddit.* in *Senat.* 12. 30. Homines de me divinitus meriti.

**DIVINO**, as, àvi, àtum, are, a. 1. (*divinus*). Part. *Divinans* et *Divinatus*. — Divinare est futura præ sagire, atque adeo animo etiam præsentire; a divinitus, quia divinum quiddam et supra mortalis sagacitatis sortem est futura prædicere, aut occulta in lucem proferre (It. *presagire il futuro, presentire, indovinare*; Fr. *pressentir, prédire, deviner*; Hisp. *presentir, predecir, adivinar*; Germ. d. *Zukunft vorherwissen, prophezeien, auch ahnen*; Angl. *to divine, foresee or predict future events, foretell things to come, dive into futurity*). Occurrit — a) Cum Accusativo. *Cic.* 16. *Att.* 8. *extr.* Non equidem hoc divinavi, sed aliquid tale putavi fore. *Id.* 1. *Divinat.* 54. 123. Quæ mirabiliter a Socrate divinata sunt. *Id. Senect.* 4. 12. Quasi jam divinarem id quod evenit, illo extincto fore, unde disserem, neminem. *Liv.* 26. 41. Animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus yates, præsagitt, nostram Hispaniam esse. — Quod mens sua sponte divinat, idem subjicit ratio hanc fallat. *Plin.* 7. *Hist.* nat. 55. 56 (\*88). Divinare immortalitatem alicui. Cf. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 42. Quia me amat, propterea Venus fecit ut eam divinaret. — b) Sequenti Relatio. *Liv.* 8. 23. Neque augures divinare Romæ sedentes potuisse, quid in castris consuli vitii obvenisset. Cf. *eumd.* 41. 24. Divinat etiam, quæ futura fuerant, si Philippus virisset. — c) Cum Accusativo et Infinito. *Cic.* 6. *Fam.* 1. 5. Neque ego ea, quæ facta sunt, fore quam dicebam, divinabam futura. *Id.* 2. *de republ.* 5. Ut mihi jam tum divinasse filie (*Romulus*) videatur, hanc urbem sedem aliquando et domum summo esse imperio præbituram. *Liv.* 4. 2. Majores quoque, si divinasset, concedendo omnia non mitiore in se plebem, sed a spriore — quam prima impetrasset, futuram etc. *Curt.* 6. 10. 19. Num igitur facturum eum divinare potui? Adde *eumd.* 6. 10. 19. — d) Cum Ablativo et præpos. de. *Nepos Ages.* 6. Ut si de exitu divinaret, exire noluit. Adde *Cic.* 1. *ad Brut.* 18. *extr.* — e) Absolute. *Cic.* 2. *Divinat.* 3. 8. Si enim ali quid certi haberem, quod dicerem; ego ipse divinarem, qui esse divinationem nego. *Id.* 1. *ibid.* 23. 47. Est profecto quiddam etiam in barbaris gentibus præsentiens atque divinans. *Id.* 2. *ibid.* 21. 48. Quædam casu videntur sic evenire, ut prædicta sunt a divinitibus. *Horat.* 2. *Sal.* 5. 60. Divinare etenim magnus mihi donat Apollo. *Juvenal.* 4. 123. sed ut fanoticus cœstro Percussus, Bellona, tuo divinat. *Ovid.* 11. *Met.* 694. Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam. Cf. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 74. Plane hic divinat: nam verum est. h. e. verum dicit. *Curt.* 6. 10. 25. Utrum, quæso, quod non divinavi, reus sum? h. e. quod non divinavi Amynant regi insidias fecisse. *Ammian.* 21. 1. *med.* Munera divinandi.

**DIVINUS**, a, um, adject. (*divus*). Comp. *Divinior* I. et II. 1. et 2.; Sup. *Divinissimus* I. — Divinus est ad Deum pertinens (It. *divino*; Fr. *divin*; Hisp. *divino*; Germ. der *Gottheit angehörig, daher göttlich*; Angl. *relating to the Deity, divine, heavenly*).

1.) Proprie. — a) Generativ. *Lucret.* 1. 155.,

4. 1229. et 6. 91.; et *Cic.* 1. *Nat.* D. 9. 22. Numen divinum. Sic *Id. Cic. Mil.* 30. 83. Qui nullam vim esse dicit numen divinum. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 2. Pergamum divina munera manu. *Cic.* 2. *Nat.* D. 23. 60. Divina honesta erga homines. *Id.* 13. *Fam.* 4. *extr.* Quasi divino consilio isti negotio præpositus est. *Id. Amic.* 4. 13. Animos hominum esse divinos. h. e. a Deo originem ducere. *Justin.* 5. 4. 13. Non solum humanis honoribus, sed divinis etiam eum (*Alcibiadem*) onerant. — Comp. *Divinior* apud *Cic.* 5. *Fin.* 11. 33. Major aliqua causa atque divinior banc vim ingenuit. — Sup. *Divinissimus* apud *eumd.* 2. *Legg.* 18. 45. Divinissima autem dona, aves et formæ ab uno pictore uno absorlutæ die. h. e. maxime Deo digna. — Jungitur et alii Nominibus, quorum præcipua hæc sunt. *Cæs.* 2. B. G. 31. divina ope. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 30. urna. *Ovid.* 2. *Met.* 633. stirps. *Id.* 1. *ibid.* 78. semen. *Liv.* 1. 15. origo. *Cic.* 2. *Fin.* 13. 40. animal. *Id.* 1. *Divinat.* 6. 12. instinctus. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 27. condimenta. h. e. quibus dei vescuntur. *Justin.* 3. 4. 18.; et *Quintil.* 3. 7. 17. honores. *Virg.* 1. *Æn.* 403. decus. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 79. aura. *Cic.* 6. de republ. 18. studia. *Quintil.* 12. 10. 24. spiritus. *Liv.* 3. 19. ad fin. scelera. h. e. admissa in deos. — b) Speciatim divina verba interdum sumuntur pro piacularibus verbis, quibus prodigia procurantur. *Cato R. R.* 14. Si de celo villa tacta siet, de ea re verba divina uti fiant. *Al. male omittunt divina.* — c) *Res divina* est sacrificium et ceterus deorum cultus. *Plaut. Epid.* 3. 4. 64. Conducta reni, ut fidibus cantarem seni, dum rem divinam faceret. Adde *eumd.* 2. 3. 11. *Id. Cerc.* 4. 2. 46. Rei divinae operam dabo. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 109. Simulat se ad matrem accersi ad rem divinam. *Cic.* 3. *Nat.* D. 18. 47. Cui dœ rem divinam facere solemus. Adde *Sueton.* *Tib.* 44. *Plin.* 18. *Hist.* nat. 2. 2. (7). Far non esse purum ad rem divinam nisi tostum. — Bioc *Plaut. Amph.* 3. 3. 13. Rem divinam facere. h. e. sacrificium. Sic *Nepos Hann.* 2. Rem divinam confidere. — Et in plurali numero eadem significacione. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 80. Quod in divinis rebus sumas, sapienti lucro est. *Cic.* 6. *Verr.* 8. 18. Res illum divinas apud eos deos in suo sacrario prope quotidie facere vidisti. *Liv.* 23. 11. Senatus decrevit, ut eae res divinae supplicationesque primo quoque tempore cum cura fierent. Sic *Virg.* 8. *Æn.* 306. Exin se cuncti divinis rebus ad urbem Perfectionis referunt. — Et generatim res divinae sunt quæcumque ad religionem pertinent. *Cæs.* 6. B. G. 13. Illi (*Druides*) rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Adde *eumd.* 21. — d) *Divina cum humanis* conjuncta significant omnia omnino simul sumpta. *Plaut. Amph.* 1. 1. 102. Deduntque se, divina humanaque omnia, urbem et liberos, in dicionem atque arbitratum, cuncti, Thebani populo. *Liv.* 9. 14. Agentibus divina humanaque, qua adolescent, quum acie dimicandum est, consilibus. *Seneca Ep.* 8. Mihi crede: qui nihil agere videantur, majora agunt, humana divinaque simul tractant. *Liv.* 10. 40. Simul divina humanaque spei pleni. *Id.* 7. 30. Ne ingrati atque omni ope divina humanaque indigni videantur. *Seneca Constant. Sap.* 8. Ergo ita habe, perfectum illum virum, humanis divinisque virtutibus plenum, nihil perdere. *Cic. Rosc. Am.* 23. 65. Qui, quum omnia divina atque humana jura scelere occasio polluisset, etc. Sic *Cæs.* 1. B. C. 6. Omnia divina et humana jura permiscentur. Adde *Flor.* 3. 5. 7. *Curt.* 3. 11. 9. Fœderata humani divinique juris violata referebat. — In jure *ius divinum* est jus naturæ vel naturale, eique opponitur *ius humanum* hoc est jus positivum. *Cic. Sext.* 42. 91. Invento divino et humano iure, præcedunt verba Nondum neque naturali, neque civili jure descripto. — Huc pertinent et illa *Senec. Consol. ad Helv.* 6. et *Ep.* 110. Humanorum divinorumque scientia. h. e. omnium prorsus rerum. *Cic. 1. Off.* 43. 153. et 4. *Tusc.* 26. 57. Scientia divinaram humanarumque rerum. h. e. quæ et rerum naturalium et ethices seu moralis cognitiones complectitur. Adde *Senec. Ep.* 90.; et *Quintil.* 12. 2. 8. et 10. 1. 35. *Farro fragm.* p. 213. Bip. Antiquitates rerum humanarum et divinarum. — e) *Divinum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est Gr. τὸ διόνος, h. e. divinitas. *Juvenal.* 15. 143. atque venerabile soll (homines, pte bratis animanlibus) Sortiti ingenium divino-

rumque capaces. h. e. qui divinitatem comprehendere possumus. *Pallad.* 1. R. R. 1. 2. Dicendum autem nobis est (si divina faventia) de omni agricultura. *Ammian.* 23. 6. Divinorum incorruptissimus cultus. *Id.* 21. 1. Aperient tunc quoque ventura, quæ astuant hominum corda, sed loquuntur divina. h. e. dil ore eorum loquuntur. — Et in singulare numero. *Id.* 22. 16. *extr.* Sed si intelligendi divini additionem multiplicem et præsensionum originem mente vegeta quisquam voluerit replicare, etc. *Apul. Florid.* n. 15. Zoroastres omnis divini arcani antistes. h. e. rerum divinarum, quæ arcana sunt. Adde *eiusdem loc. cit.* in **DIVINICONTUMACIA**, **DIVINIPOTENS** et **DIVINISCIENS**.

II.) Translate. ¶ 1. *Divinus* est divinandi et præsentiendi yim habens, nomine plenus, nomine inflatus. — a) Absolute. *Plaut. Amph.* 2. 2. 40. Tu mihi divini quidquam creduis. Adde *eumd.* *Bacch.* 3. 4. 5. et *Pœn.* 2. 20. *Cic.* 1. *Divinat.* 30. 63. Animus appropinquante morte est divinior. *Id. ibid.* 38. 81. Melancholicos habere aliquid in animis præsagiens atque divinam. *Id. ibid.* 28. 58. Nihil ille Attinat somnio fieri posse divinius. *Nepos Att.* 9. In quo si tantum eum prudentem dicam, minus, quam debeam, prædicem; quam ille potius divinus fuerit, si divinatio appellanda est etc. *Horat. Art.* P. 400. Sic honor et nomen divinis yatisque atque Carminibus venit. h. e. poetis divino instinctu motus. Sic *Lucret.* 1. 732. divini pectoris carmina. Et *Horat.* 1. *Sat.* 4. 43. Ingenium cui sit, cui mens divinior atque os Magna sonaturum, des nominis hujus (poete) honorem. ἔρσος est poeta et furore divino incitat. — Et de iis, quæ ad divinationem pertinent. *Sil. It.* 3. 344. Fibrarum et penne divinarumque sagacem Fiammarum misit dives Gallæcia pubem. — b) Cum addito Genitivo rei futuræ. *Horat. Art.* P. 218. Utilissimum sagax rerum et divina futuri sententia. *Id.* 3. *Od.* 27. 10. Imbruum divina avis imminentia. — c) Hinc *divinus*, i. m. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac vates, seu qui divinat. *Cic. Fat.* 8. 15. Fallit sperat Chaldæos ceterosque divinos. Adde *eumd.* 1. *Divinat.* 58. 182. et 2. *ibid.* 3. 9.; *Liv.* 1. 36. (ubi *V. Drakenb.*); et *Colum.* 11. R. 1. 22. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 113. Fallacem circum vespertinumque pererro Sæpe forum: assisto divinis: inde domum me etc. — d) Eodem sensu occurrit *divina*, θεος, f. 1. absolute, substantivorum more. *Petron. Satyr.* 7. Divinam ego putabam. ¶ 2. *Divinum* dicitur quidquid est eximium, excellens, quasi Deo dignum, aut par — a) Generativ. Jungitur cum *celestis* apud *Cic.* 5. *Phil.* 11. 28. Illæ *celestes* divinæque legiones, Martia et quarta. — Jungitur cum *incredibili* apud *eumd.* *Mil.* 33. 91. Vir divina et incredibili fide. — Jungitur cum *inauditus* apud *eumd.* post reddit. ad *Quir.* 3. 7. Pisonis divina quædam et inaudita auctoritas atque virtus. *Id.* 3. *de republ.* 3. Divina virtus. *Id.* 7. *Verr.* 16. 41. Divina senatus admuratio. *Flor.* 3. 6. 7. Divino quadam apparatu. *Auct. Paneg.* Max. et *Const.* 6. decus. *Id. ibid.* species. *Juvenal.* 10. 355. tomacula. *Quintil.* 7. 2. 5. nature. *Id.* 5. 7. 35. testimonia. *Eumen. Paneg.* *Const. Cæs.* 8. expeditions. *Mamert. Grat. act.* Jul. 27. Divinior felicitas. — b) Speciatim de humanæ animæ facultatibus. *Cic.* 5. *Fin.* 13. 38. Ratione nihil est in homine divinias. *Id.* 1. *Orat.* 38. 172. Antonii incredibili quædam et prope singularis et divina vis ingenii. — c) De arte oratoria. *Quintil.* 10. 1. 83. Divinus nitor loquendi. *Id.* 2. 16. 7. eloquentia. *Id.* 10. 1. 81. facultas eloquendi. — Et de ipso oratore. *Cic.* 1. *Orat.* 10. 40. Divinus homo in dicendo. *Quintil.* 4. 3. 13. orator. Similliter *Cic.* 1. *de republ.* 29. Prospicere impendentes (*orbis rerum*) in gubernanda republica moderantur cursum atque in sua potestate retinentem magni cujusdam civis et divini pene est viri. Cf. *eumd.* *Amic.* 18. 64. Hunc ex maxime raro hominum genere judicare debemus et pene divino. ¶ 3. Sub Augustis divinus dicebatur tum de ipsis imperatoribus, tum de ipsis rebus, quæ ad eos pertinebant, quoniā non solum defunctis iis, sed etiam viris divorum tituli atque honores per turpem adulacionem tribui soliti sunt. *Nazar. Paneg.* *Const. Aug.* 35. Divine principes. — Sic divina domus est familla Augustorum apud *Phædr.* 5. 7. in fin. et *Inscript.* apud *Orell.* 277. et 339., et apud *Gruter.* 29. 14., 30. 1., 31. 2. etc.; sic divina indulgentia apud *Jabotin.* *Dig.* 1.

4. 3. Hinc etiam *divinæ jussiones, aures, sanctiones, divini apices, divinum rescriptum, et similia his quamplurima in Cod. Justin. et Theodos. passim leguntur.* — Hinc

*Divinum*, s. n. 2. et

*Divina, òrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, V. sub I. e.*

*Divinus, i. m. 2. et*

*Divina, e, f. 1. absolute, substantivorum more, V. sub II. 1. c. et d.*

**DIVIPOTES**, Θεοὶ δύνατοι, dii potentes ac domini. Hoc nomine designari peculiariter videntur dii Cabiri. *Varro* 5. L. L. 58. *Müll.*, ubi alii leg. divisim *Divi potes*. Immo Müllerus legit: *Divi qui potes*.

**DIVISE**, adverb. dividendo, separatim. *Gell.* 7. 2. *extr.* Versus separatim ac divise legendus. Adde *eund.* 1. 22. 16.; et *Tertull. Car. Chr.* 13.

**DIVISIBILIS**, e, adject. qui dividi et distrahi potest, dividuus. *Tertull. Anom.* 14. *Anima* neque dissolubilis, neque divisibilis.

**DIVISIM**, adverb. divise. *Apul. Trismeg.* Creduntur esse quidem plura divisim, adunata vero unum, vel potius duo. *Illiud tamen divisim quidam defendunt* putant.

**DIVISIO**, ònis, f. 3. actus dividendi.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim, et quidem abstracte, est partitio. *Justin.* 11. 13. 7. Darius vix denis armatis singulos hostes, si divisio fieret, evenire dicebat. ¶ 2. Speciatim atque abstracte est distributio. *Tac.* 1. *Ann.* 10. Proscriptionem civium, divisiones agrorum, ne ipsis quidem qui fecere laudatas. Adde *Flor.* 4. 5. 1. *Justin.* 21. 1. Hortatores puerorum ad divisionem regni. *Idem paulo ante* ait: Firmius futurum esse regnum, si penes unum remansisset, quam si portionibus inter plures filios divideretur. *Ammian.* 30. 2. *init.* Ut, Hiberiæ divisione cessante, — Aspacures solus regnare permetteret. ¶ 3. Item speciatim, sed concreto, uti ajunt, sensu est erogatio, quæ fit singulis civibus, ut in congiarilis et similibus. *Marcell. Dig.* 33. 1. 23. Quum quidam decurionibus divisiones dari voluisset die natalis sui. *Paul. ibid.* 30. t. 122. Quod ad divisionem singularium civium vel epulum relictum fuerit. *Inscript. apud Murat.* 1106. 6. OB CVJVS STATVAS DEDICATIONEM DECVRIONIBVS AVGVSTALIBVS EPIVANTIBVS ET POPVLO VIRITIM DIVISIONEM DEDIT. F. DECURIO. Alia apud *Orell.* 3094. SED ET TESTAMENTO DIVISIONE EXEQVIALVM EIVS HONORATI SYNT. ¶ 4. Habet etiam obscenum sensum. *Cic.* 9. *Fam.* 22. 4. Quid enim? non honestum verbum est divisio? At inest obscenum, cui respondet intercapo. *Quintil.* 8. 3. 46. Sed divisio quoque afferat eamdem injuriam pudori, ut si intercapedinis nominativo casu quis utatur. *Manutius* putat, divisio pertinet ad paediconem, qui pueri nates mentula dividit: intercapedo vero ad puerum, qui natibus eamdem intercipit. V. **DIVIDO**. Alii tamen plures perperam arbitrantur, ex divisio, extrita priore syllaba, fieri verbum visio, quod pedo interpretantur: ex intercapedo vero, tribus extritis prioribus syllabis, idem pedo relictum. At prior interpretatione longe prestat, tum quia verbum visio, is, sublestè atque adeo nullius fidei est, ut suo loco ostendamus; tum quia ex *Cic.* et *Quintil. loc. cit.* apparat, integras eas voces, non earum portiones, obscenæ aliquid significare, easque tandem non eundem, sed oppositum sensum ibidem habere, ut apud *Cic. Orat.* 32. 114. Rhetorica dialectica respondet. Fatendum tamen est, minime constare, cur intercapedo nominativo tantum casu, non itidem ceteris, obscenæ aliquid indicet, ut innuit *Quintil. loc. cit.*, præsortim cum eam vocem eodem casu pro simplici interruptione usurpaverit ipse *Cic. 1. Fin.* 18. 61., et alii vetustiores. Nisi quis malit interpretari pedo inter capiendam paediconis mentulam, vel quia capedo fit seu vas de natibus, dum paediconis mentula eas dividit seu disjungit. Huic similis videtur jocus *Martial.* 7. 18., qui sibiliu[m] cumni vocat poppyma.

II.) Impropræ apud Rhetores. *Cic. 3. Nat. D.* 3. 6. Quadripartita fuit divisio tua. *Id. Topic.* 5. 28. Definitiones aliae sunt partitionum, aliae divisionum: partitionum, cuius res ea, quæ proposita est, quasi in membra discerpitur: — divisionum autem definitio formas omnes complectitur, quae sub eo genere sunt. quod definitur. V. **PARTITIO**. Adde *eund.* 3. *Off.* 2. 9. *Quintil.* 8. 6. 66. Divisio verborum. *Id. 7. 1.*

1. Sit igitur divisio, rerum plurium in singulas partitio, singularum in partes digeretus ordo, et recta quedam locatio, prioribus sequentia annexens; dispositio, utilis rerum ac partium in locos distributione. *Id. 4. 5. 24.* Divisionem in digitos diducere. — Hinc etiam divisionem postulare apud *Ascon.* ad *Cic. Mil.* 6. 14. p. 44. *Bait.*, hoc est ut sententia dividatur, ut in **DIVIDO** sub A. II. 1. f. dictum est.

**DIVISIVUS**, a, um, adject. qui divisionem recipit. *Boeth. in Porphyri.* 3. p. 96. Omnia individua disaggregata sunt et divisiva. *Id. ibid. p. 860.* Aut constitutiva erit differentia, aut divisiva. Adde *eund.* p. 76., 84. et alibi.

**DIVISOR**, òris, m. 3. qui dividit. ¶ 1. Generatim est qui rem a re dividit ac sejanit. *Apul. de mundo post init.* Axis divisor et discriminator mundi. ¶ 2. Speciatim est distributor. *Cic. 1t. Phil.* 6. 13. *Nucula et Lento Italiae divisores.* ¶ 3. Item speciatim divisor erat apud Romanos, qui tributum distribuebat pecunias a candidatis ad aequalia suffragia. *Cic. Planc.* 19. 48. Doce, per quem sequestrem, quo divisore corrupta sit. — Hinc Nummius quidam, qui id ministerii suscepserat, cognomen accepit Divisoris. *Cic. 2. Orat.* 63. 257. — Porro istiusmodi homines infames habebantur, ut qui ambitu inserviebant, rei legibus damnatae. *Cic.* 5. *Verr.* 69. 161. In foris ac divisoris disciplina educatus. Adde *eund.* 2. *Verr.* 8. 22.; *Mur.* 26. 54.; 1. *Att.* 16.; *Q. Cic. Petit. cons.* 14. 57.; et *Sueton. Aug.* 3. *Mamertini Grat.* act. *Jul.* 19. Nota divisorum flagitia. ¶ 4. Item speciatim apud sequioris ævi scriptores divisor dicitur numerus qui dividit. *Boeth. Geom.* 1. p. 1519. Singularis divisor. Adde *eund.* *ibid.* pluries. — NB. Habet etiam obscenum sensum apud *Cic. 9. Fam.* 22. 4., ubi tamen alii rectius legunt divisio.

**DIVISURA**, æ, f. 1. divisio, interciso. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 30. 53. (122). Abieti subrecta divisura, ramique in cælum tendentes, non in latera proni. h. e. ramorum ex trunco eteuntium. *Id. 25. ibid.* 13. 106. (168). Caput ejus (herbæ) numerosa dividitur lanugine, inter divisuras exente. *Id. 25. ibid.* 5. 21. (48). Folia scissa pluribus divisuris. *Pallad.* 11. *R. H.* 12. 7. Laterum divisura. — Speciatim in re medica est incisura. *Cel. Aurel.* 2. *Tard.* 12. ad fin. Nos vero — sive in exterioribus, sive interioribus corporis eruptionem factam recentem divisuram recte dici probamus, atque etiam solutionem cognominamus. Adde *eund.* *ibid.* pluries, et 3. *Acut.* 4. 27.

**DIVISUS**, a, um. V. **DIVIDO**.

**DIVISUS**, us, m. 4. divisio. *Liv.* 45. 30. Quanta Macedonia esset, quam divisui facilis, ignorabant. *Id.* 33. 46. Vectigalia publica præda ac divisui principum erant. Adde *eund.* 1. 54. sub fin. et 4. 56. *Gell.* 20. 1. a med. Neque pejus ullum facinus existimatum est, quam si cui probaretur, clientem divisui habuisse. h. e. res clientis, quæ tutandæ sunt patrono, quæstori habuisse.

**DIVITATIO**, ònis, f. 3. ditandi actus. *Petron.* *Satyr.* 117. Genus divitiationis sibi non displicere confessus est. *Alii male leg.* divitiationis.

**DIVITIA**, òrum, f. plur. 1. In singulari numero. *Accius* apud *Non.* p. 475. 24. *Merc.* Eteruabilem divitiam partissent. — Divitiae sunt opulentia, ampla fortuna, opes, copias, omnium rerum abundantia (It. ricchezze, abbondanza; Fr. biens, richesses; Hisp. bienes, riqueza, abundancia de bienes; Germ. der Reichtum; Angl. riches, wealth).

I.) Proprie. *Plaut. Pers.* 4. 4. 101. Divitiae facere ex aliqua re. *Id. Trin.* 3. 2. 56. In divitiae esse. *Id. Capt.* 2. 2. 31. Tum igitur ei, cum in aleis tanta gratia est, ut prædictas, quid divitiae, sunt ne opinie? *Lucret.* 6. 12. Affluere divitiae. *Id. 5. t. 117.* Divitiae grandes homini sunt, vivere parce. *Equo animo.* *Cic. 1. Off.* 8. 25. Expetuntur autem divitiae tum ad usus vita necessarios, tum ad perfruendas voluptates. *Id. 2. leg. Agr.* 26. 69. Angere divitiae aliquem. *Id. 1. Att.* 4. *extr.* Quod si assequor, supero Crassum divitiae proverbiū. Adde *eund.* 1. de republ. 34. et 3. *ibid.* 14. *Nepos Dion.* 1. Augere divitiae. *Id. Themist.* 2. Ornare aliquem divitiae. *Id. Epam.* 4. Orbis terrarum divitiae accipere nolo pro patre caritate. *Sall. Cat.* 21. Viget aetas, aninus valet: contra illis, annis atque divitiae omnia consenseru. Adde *eund.* *ibid.* 1. *Horat.* 1. *Ep.* 4. 7. Di tibi forsan, di tibi divitiae dederunt. Adde *eund.* 2. *Od.*

3. 20. et 2. *Sat.* 5. 22. *Id. 1. Ep.* 12. 16. nil Divitiae poterunt regales addere majus. Adde *Curt.* 5. 6. 2.; *Colum.* 6. *R. R.* præsat. 4.; et *Juvenal.* 14. 829, 136, 238. et 1. 110. *Justin.* 2. 10. 21. Xerxis divitiae. Adde *eund.* 2. 14. 7. et 2. 2. 11.; *Flor.* 3. 12. 11., 4. 6. 2. et 3. 9. 3.; *Ammian.* 27. 11.; et *Sueton. Ner.* 30.

II.) Impropræ: ¶ 1. Divitiae dicuntur etiam res magni pretii. *Liv.* 26. 11. Teroplum — inclitum divitiae. h. e. donariis magni pretii. *Ovid. 1. Fast.* 690. de segete. neque pinguior aequo Divitiae pereat luxuriosa suis. *Id. 4. Fast.* 135. Aurea marmore redimicula solvite collo, Demite divitiae. h. e. inauræ, armillas, anulæ, cetera pretiosa multorum ornamenti, et præcipue margaritas, que, ut ait *Plin. 9. Hist. nat.* 35. 54. (106), principium sunt columenque omnium rerum pretii. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 204. Garganum mugire putes nemus; aut mare Tuscum, Tanto cum strepitu ludi spectantur et artes, Divitiae peregrinae. h. e. vestes et cetera hujusmodi. *Plin. 5. Hist. nat.* 25. 21. (88). Palmira urbs nobilis situ, divitiae soli et aquis amoenis. h. e. terræ fertilitate. ¶ 2. Translate. *Cic. 1. Orat.* 35. 161. In oratione Crassi divitiae atque ornamenta ejus ingenio perspici. *Quintil.* 10. 1. 13. Verborum divitiae.

**DIVITO**, as, are. V. **DITO**.

**DIVOLVO**, vis, vere, a. 3. (di et volvo) buc illue volvo. Occurrat tantum Part. *Divolvens*, et quidem translate apud *Ammian.* 26. 4. Multa secum ipse divolvens. h. e. reputans.

**DIVORTIUM**, II, n. 2. *Divortium* quoque legitur in *Inscript. opt. nota* apud *Marin. Inscriz. Alb.* p. 138. *lin.* 9., quæ est apud *Orell.* 4859. AGITARI DIVERTIA INTER NOS. scilicet hic loquitur maritus ad uxorem suam. — Divortium proprio est idem quod deverticulum: a *diverto*, pro quo etiam *divorte* est dictum.

I.) Proprie. — a) Dicitur de loco, in quo a via militari devertimus. *Liv.* 44. 2. Itaque in id tempus, quo prope divortium itinerum castra posituri erant, deliberatio ejus rei differtur. *Tac. Agric.* 19. ad fin. Divortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur. *Alii legunt* devortia. *Ammian.* 28. 5. Divortium itineris. *Alii legunt* devortium. *Virg.* 9. *Æn.* 379. Abierunt equites sese ad divortia nota. *Tac.* 12. *Ann.* 63. Arctissimo inter Europam Asiamque divortio Byzantium posuere Græci. divortium arctissimum appellat fretum Bosphori Thraci, quod medium est ac dividit ab Asia Europam. *Sil. It.* 3. 419. Pyrene tenet divortia terris. h. e. dividit. — b) Item ubi aquæ in diversas partes deflunt, divergia, ut sunt cacumina montium. *Cic. 5. Att.* 20. *Amman.* qui Syriam a Cilicia linea aquarum divortio dividit. *Id. 2. Fam.* 10. 2. Ammanus divisus aquarum divortia. *Liv.* 38. 45. Prope ipsas jugis ad divortia aquarum castra posuisse. Adde *Ammian.* 22. 8. *Liv.* 21. 31. Divortia fluminum. *Lucan.* 2. 403. ponti. *Sil. It.* 14. 353. fontis. Adde *Curt.* 5. 1. 13. *Ammian.* 15. 4. Altaque divortia riparata. Adde *eund.* 15. 4. *Eumen. Paneg. Const. Ces.* 8. 1. *Rheni.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Cic. 3. Orat.* 19. 69. Ut ex Apennino flaminum, sic ex communis sapientum jugo sunt doctrinæ facta divortia. h. e. varietates et dissimilitudines. *Colum.* 4. *R. R.* 2. 1. *divortium veris et hæmis* vorat cos dies, quibus hiems desinit, ver incipit, quia inter hiemem et ver mediis sunt. *Grat. Cyneg.* 345. errantes per tot divortia morbos. h. e. per tot genera, seu per tot membra. ¶ 2. Speciatim de dissectione conjugum, et dissolutione matrimonii. Quomodo a repudio differat. V. **REPUDIUM**. *Cic. 3. Orat.* 40. 185. Si res suum nomen et proprium vocabulum non habet, ut pes in navi, ut netum, quod per libram agitur, ut in uxore divortium; necessitas cogit, quod non habebas aliunde sumere. Ceterum — a) Stricto sensu dicitur de muliere. *Cic. Cluent.* 5. 14. Ecce autem subitum divortium. — Discedit a Melino Cluentia: ut in tantis injuriis, non invita; ut a viro, non licenter. *Id. 8. Fam.* 7. Valeria divortium sine causa fecit. Adde *Plaut. Mil.* glos. 4. 4. 31.; et *Justin.* 2. 6. t. 4. — b) Latiori sensu dicitur etiam de viro, ut patet ex loco *Cic. 3. Orat.* 40. 185. superius alato. *Id. Cic. 2. Phil.* 28. 69. Illam suam suas res babere jussit. ex duodecim Tabulis; claves ademit, forasque exegit, — cuius ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum mima fecit divortium. Adde

cum. 13. Att. 7.; Quintil. 7. 5. 11.; Sueton. Cœs. 5. et alibi; et Justin. 39. 3. 3. — Primum Romæ divortium fuit ann. U. C. 527. *V. CARVILIANUS.* — Servius ad Virg. 3. En. 139. ex quorundam sententiis tradit, ut Veneri conjugis, ita Cereris divortia faciendo potestatem dicatam: fortasse quia per conjugium Plutonis filiam Proserpinam amisit. — Divortii faciendo formula erat: *res tuas tibi habebito, vel tuas res tibi agito, ut refert Cœs. Dig. 24. 2. et Cic. 2. Phil. 28. 69.*, enijs hæc vis est: dotem tuam et mundum muliebrem tecum aufer: rem tuam familiarem tu tibi administra ac tuere, et discede. Juvenal. 6. 145. Collige sarcinulas, dicit libertus, et exi. Translate Plaut. Trin. 2. 1. 31. Apage sis, amor: tuas res tibi habe. Sunt qui priorem illam formulam ita legunt: *res tuas tibi: abeo, quod placere quidem certe non potest.*

**DIVULGATIÖ**, ônis, f. 3. actus divulgandi. Tertull. Testim. anim. 5. Numquid credendum est, ante literaturam et divulgationem ejus mutos homines vixisse?

**DIVULGATU\$**, a, um. *V. voc. seq.*

**DIVULGO**, as, avi, atum, are, a. i. (dis et vulgo). Part. *Divulgatus* et *Divulgandus*. — Divulgo est in vulgus eido, vulgo notum facio, commune omnibus facio (It. render pubblico, fare comune a tutti, divulgare; Fr. repandre dans le monde, publier, divulguer, rendre public; Hisp. divulgar, publicar, extender, expiar alguna cosa, hacerla pública; Germ. unter das Volk ausbringen, daher verbreiten, bekannt machen, veröffentlichen; Angl. to make public, make common to all, publish, divulge). Occurrit — a) Cum Accusativo tantum rei, que in vulgus profertur. Cic. Fonteij. 5. 10. Rero sermonibus divulgare. Id. 2. Phil. 4. 7. Quam multa joca solent esse in epistolis, quam multa seria, neque tamen ullo modo divulganda. Id. post redit. in Senat. 5. 11. Primum tempus ietatis palam ad omnes libidines divulgatum. Cic. 12. Att. 40. Volo eum librum divulgari. Adde eum. 13. ibid. 21. 4. Cf. Sueton. Cal. 8. Divulgare versiculos. Cœs. 1. B. C. 20. Divulgato Domitiu\$ consilio milites — secessionem faciunt. Justin. 12. 5. 5. Divulgavit opinio in Macedoniā. Adde eum. 42. 2. 11.; Sueton. Tib. 62.; et Liv. 23. 29. Plin. 17. Hist. nat. 9. 6. Fimūm Augeas rex in Grecia excogitasse traditur, divulgasse vero Hercules in Italia. — b) Cum Accus. et Infinito. Sueton. Claud. 39. Identidem divulgavit neminem unquam per adoptionem familiæ Claudiæ insertum. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla et superius retulimus,

*Divulgatus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Divulgatissimus*, et est vulgo expositus, in vulgus prolatus, is cuius copia omnibus facta est. Lucret. 6. 7. de Epicuro. Cujus et existinet, propter divina reperta, *Divulgata vetus iam ad celum gloria fertur*. Cic. 16. Fam. 26. 2. Magistratus levissimi et divulgatissimi præpropera festinatio. Tac. 4. Ann. 11. Ne divulgata atque incredibilia, avide accepta, veris antehabeant. Id. 4. ibid. 52. Afer primoribus oratorum additus, divulgato ingenio et secuta adseveratione Cœsaris, qua suo jure disertum eum appellat. Id. 12. ibid. 49. Fama divulgatus.

**DIVULSIO**, ônis, f. 3. actus divellendi. Hieronym. Ep. 117. n. 3. Quod desperem in istiusmodi copia divulgatione.

**DIVULSUS**, a, um. *V. DIVELLO.*

**DIVUM**, i. *V. voc. seq. in fin.*

**DIVUS** et dius, a, um, adject. *Durus* est idem quod dius Æolico digammate inserto. — *Durus* itaque et dius *juxta Forcellinum* est a *Διός Jovis*, unde *Διός* et *Διός* (unde *Dius Fidius* est Jovis filius apud Varro. 5. L. L. 52. Müll.; qui tamen Deus *Fidius*, hoc est alter legit ac *Forcellinus*), vel a *Σειος*; et est ad Deum vel deos pertinens, diuinus (It. *divino*; Fr. *divin*; Hisp. *divino*; Germ. *der Gottheit angehörig, göttlich*; Angl. *relating to the Deity, divine*).

L) Proprie. Nœvius apud Non. p. 197. 15. Merc. Res divas edicit, prædicti castus. Lucret. 6. 642. dius de clade coorta tempestas. *Al. leg. media*. Varro 7. L. L. 34. Müll. Hinc et casimilus nominatur Samothrace mysteriis dius quidam minister diis magnis. Id. apud Non. p. 100. 31. Merc. Quam mobiliam dium lyram Sol harmoge Quadam gubernans motibus diis veget. Nonius interpretatur: diutinius et jugibus vegetat, quasi dius adjективum Latinum

sit a diu; et *Forcellinus* hanc respuit interpretationem, et quidcm recte. Nihil enim obstat, quominus etiam hoc loco dius pro diuinus accipiat: *V. Oehler. Sat. Menipp. M. T. Varro* p. 179. ad h. 1. *Prudent. Psychon.* 76. Diua caro. *Alcim.* 5. 64. diuæ vocis Anubis. Rursus *Prudent.* 12. *Cathemer.* 89. Regnum, quod ambit omnia, Dia et marina et terra. h. e. celestia. *Paul. Diac.* p. 75. 14. *Müll.* Diuum fulgor appellabant diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturna Summanī. scil. quia diei Jupiter, Summanus tenebrarum et noctis pater est. Ex quo non illud inseritur, diuum significare diurnum, sed a Jove ortum, qui diurni temporis est præses.

*Dium profundum*, h. e. sacrum mare, apud Ovid. 4. Met. 536. de *Venere*. Si tamen in diu quondam concreta profundo Spuma sui. *Alii leg. medio*: *V. ibi Interpr.* — a) *Hinc Divus*, i., absolute, substantivorum more, est idem ac Deus: quamquam inter diuos et deos discrimen facit *Varro* apud *Servium* ad Virg. 5. En. 45. dicens diuos esse perpetuos, deos ex hominibus factos. Quod confirmare videtur Virg. 12. En. 138. Turni sic est affata sororem, *Diva* deam. Ubi diva est Juno, *dea* Juturna in dies relata. Contra tamen *Servius* ad *utrumque Virg. loc.* deos perpetuos, diuos ex hominibus consecratos, quod magis probandum videtur. Revera idem omnino utraque vox significat, excepto quod deus frequentioris est usus Latini, quam dius. — In Genit. pluralis numeri pro diorum sæpe habet diuum præcipue apud Virg., qui non semel et diuom dixit eodem casu, Græca positione. — Quin et diuos in recto singulari pro dius eadem positione legitur in numero C. Cœsaris et quibusdam marmoreis: quod non est mirum, quoniam Græca vox sit origine Latina usu tantum. — In singulari numero. In antiqua precatio formula apud Liv. 7. 26. Si dius, si diva esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitios adasset. Adde eum. 8. 9. *Vetus carmen Marci* apud eum. 25. 12. Nam si dius (h. e. Apollo) extinguet perduelles vestros. — In plurali numero, Nom. diui apud Plaut. *Aulul.* 1. 1. 11. Utinam me dii adaxint. Cic. 2. *Nat. D.* 2. 5. Præsentiam sæpe suam diu declarant. Adde *Lucret.* 6. 387.; *Horat.* 4. *Od.* 2. 38.; *Virg.* 3. En. 363.; et *Liv.* 6. 29. et 29. 27. — Gen. plur. diuum apud Ennius 1. Ann. 138. diuum pater atque hominum rex. Cf. Virg. 10. En. 2. Rursus Ennius apud Cic. 2. *Nat.* 2. 5. patrem diumque hominumque. Ter. *Adolph.* 4. 7. 28. Pro dium fidem. Virg. 2. En. 648. diuum pater. Adde eum. 10. ibid. 743.; Horat. 4. *Od.* 6. 22. et 1. ibid. 2. 26.; *Val. Flacc.* 4. 1. et 741., 3. 40. et 668., 1. 231. et 8. 336.; et Juvenal. 13. 31. et 6. 393. — Gen. plur. diorum apud Virg. 7. En. 211. et numero diorum altari bus addit. Adde Sueton. Aug. 70.; et Juvenal. 6. 115. — Accus. plur. dios apud Plaut. *Mil. glor.* 3. 1. 133. Iidem dios dispersit vita humanam æquum fuit. Virg. 1. *Ecl.* 42. præsentes cognoscere dios. Adde eum. 3. En. 222.; Cic. 2. *Legg.* 8. 19.; *Horat.* 2. *Od.* 8. 11.; et *Val. Flacc.* 1. 138. et 669., et 5. 483. — Dat. et Ablat. plur. diis apud Val. Flacc. 4. 416. *Hæc procul lo Spectat ab arce Phari*, jam diis addita. Id. 7. 498. Per te, quæ superis diuisque potentior imis, etc. Adde eum. 3. 303. et 4. 438. — b) *Dius*, ii, m 2. absolute, substantivorum more, pro deo, occurrit tantum in plurali numero apud Liv. 8. 9. *Dii Indigentes* — diique Manes, vos precor, veneror, etc. Ceterum de hac forma plurali numero *V. DEUS.* — Nonnulli legunt etiam apud *Varro*. 6. L. L. 3. et 4. Müll. Toto celo mundus conjunctus dio, et mox. Id ab hunc die dies appellatur. At Müller primo loco legit: Qui toto celo conjunctus, mundus. Duo motus solidis etc. Idem altero loco legit: Quo tempus id ab hoc deo dies appellatur. — c) *Diva*, *æ*, f. 1. absolute, substantivorum more, pro dea. Plaut. *Pren.* 5. 4. 4. Digna diu venustissima vener. Horat. 1. *Od.* 3. 1. *Diva* potens Cypri. Id. ibid. 35. 1. O diua, gratum quæ regis Antium. Adde eum. 3. ibid. 22. 4.; Virg. 12. En. 139. et 797., et 1. ibid. 482.; et *Val. Flacc.* 4. 419., 2. 120., 4. 336., 9. 395. et alibi sepe. Sueton. *Gramm.* 6. Et quibus novem (volmina) — non absurde et fecisse et scripsisse se ait ex numero diavarum et appellatione. h. e. Musarum. — *Divam* vocat amicam suam Catull. 68. 70. Quoniam se molli candida diua pede intulit. — d) *Dia*, *æ*, absolute, occurrit tantum in formula *dea dia*,

h. e. Ceres, apud Ennius 1. Ann. 166. et in *Inscript.* apud Gruter. 121., que est apud Orell. 961.

Il) Translate. ¶ 1. Ponitur, ut diuinus, pro diu simillimo, excellenti, eximio. Ennius 1. Ann. 178. O Romule, Romule die. *Lucret.* 1. 22. in dias luminis auras. Id. 2. 172. dia voluptas. Id. 5. 492. pabula dia. Id. ibid. 1336. otia dia. *Virg.* 11. En. 657. dia Camilla. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 32. sententia dia Catonis. *Pers.* 1. 31. dia poemata. *Auson.* de claris urb. 111. Pacis ut in dia gremio secura quiescat. *Horat.* 3. *Od.* 5. 2. dius habebitur Augustus. scil. adhuc vivens. *Liv.* 43. 6. Alabandenses templum urb. Romæ se fecisse commemoraverunt, iudicosque anniversarios ei divas instituisse. h. e. urbi Romæ. — Per ironiam Cic. 2. *Phil.* 43. 110. Est ergo flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, sic diu Julio M. Antonius. ¶ 2. *Divi* appellati sunt præcipe imperatores Rom. post mortem in deos relati: cuius rei passim suppetunt exempla, præsertim in eorum nummis et inscriptionibus, de quibus consule *Labus*. in *Morcell. Diss. dell'Apoteosi* p. 20.; et *Martin. Frat. Arv.* p. 385., ubi statuit, templum diorum et flamines diorum vel *Augustorum* vel *divorum Aug* ad imperatores Rom., qui consecrati fuerunt, pertinere; eosque usque ad Commodum, recensitis aliquot eorum uxoris itidem consecratis, sextadecim numero fuisse probat. At *Viscont. Mus. Pio-Clem. T. 7.* p. 113. edit. *Mediol.* putat, in horum numero mares tantum recensendos esse, quos ibi enumerat. Sueton. *Domit.* 29. Occiditum eum, populus indifferenter, miles gravissime tulit, statimque eum diuum appellare conatus. Adde *Liv. Epit.* 137. Hinc Juvenal. 6. 115. Respicte rivales diorum (h. e. imperatores); Claudius audi Qua tolerat. *Nepos Att.* 19. In affinitatem pervenit imperatoris divi Juli filii. Adde *Quintil.* 6. 3. 72.; et Sueton. *Aug.* 70. *Ammian.* 28. 1. Diorum constitutiones. — *Divus* dicitur Claudio imper. adhuc vivens. *Bulletin Archeol.* a. 1842. p. 177. — *Divi frates*, qui sepiissime in libris *J.C.* appellantur, sunt M. *Ælius Antoninus philosophus* et L. *Ælius Commodus Verus*, alias L. *Annius Antoninus Verus*, qui simul per annos undecim primus omnium rei Romanæ ambo præfuerunt, quoniam usque ad ea tempora singuli tantum imperatores fuisse. Fratres autem dicti sunt non sanguine, sed adoptione. V. *Spartian.* *Æl. Ver.* 5.; *Eutrop.* 8. 9.; et *Aurel. Vict. Cœsar.* 16. Aliis etiam nominibus in *Digestorum* libris appellantur. *D. Marcus et Lucius Impp.*, *Antoninus et Verus*, et *Frates Impp.*, et *Divi Marcus et Commodus* etc. — Quoties legitur *D. Cœsar*, *D. Claudio*, *divus pater* etc., ut dius non est adjective, sed substantivum, ut si dicas *deus Cœsar*, *deus pater* etc. — Hinc *Divum*, i. et

*Dium*, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est aer, celum. Sub diu Latinæ dicunt, h. e. sub calo: celum enim Græci τὸ δια dicunt; ita *Pseudo-Ascon.* ed *Cic. 3. Verr.* 19. et confirmat *Varro* loco infra cit. Habet autem Nominativum (grammatice tamen, non secundum usum), Accusativum et Ablativum tantummodo; tametsi Ascon. ibid. ejus declinationem assert per omnes casus singularis numeri: hoc dium, hujus dii, hunc dia, hoc dium, o dium, ab hoc dia. — a) Rectus casus, sed grammaticæ tantum. Farro 5. L. L. 66. Müll. Itaque inde ejus perforatum tectum, ut eà videatur diuum, id est celum. — b) Accus. apud *Horat.* 1. *Od.* 18. 12. nec variis obista frondibus Sub dium rapiam. h. e. profaram, divulgabo. — c) Sæpius occurrit formula sub diu vel sub dia, hoc est sub calo. *Horat.* 2. *Od.* 3. 23. sub diu moreris. Id. 3. ibid. 2. 5. Vitamque sub diu et trepidis agat In rebus. *Cels.* 1. 2. Ambulatio melior est sub diu, quam in porticu. Sueton. *Cœs.* 72. Humi ac sub diu cubare. Cic. apud *Colum.* 12. *R. R. præfat.* 2. *Necessarium* fuit, foris et sub dia esse, qui labore et industria victimum compararet; intus qui tecis reconderet atque custodiret. *Colum.* 12. ibid. 12. 1. Aquam cœlestem vasis includunt, et sub dia in sole habent. *Claudian.* 1. Laud. Stilich. 123. et tardi flabra Bootæ Sub dia Riphæa tulit. Adde *Varro*. 5. L. L. 66. Müll.; *Lucret.* 4. 211.; *Cic. 3. Verr.* 19. 51.; *Nepot. Pausan.* 5.; *Virg.* apud *Quintil.* 9. 3. 21.; *Colum.* 6. *R. R.* 13. 3.; *Palacl.* 4. *R. R.* 10. 7.; et *Veget.* 4. *Veterin.* 12. 3. Eadem significatione sub Jove dixit *Horat.* 1. *Od.* 1. 25.; et *Juvenal.* 6. 15.

*Divus*, i. m. 2.  
*Diva*, f. 1.  
*Dius*, dñs. m. 2. et  
*Dia*, f. 1. absolute, substantivorum more, *V.*  
 supra sub I.

## DM

**DMOUS**, a, um, adjec. δμούς, servus. *Cappell.* 3. p. 56. D utrumque vocales tenet. Præponitur R litteræ in Druso; M litteræ numquam præfertur in Latinis; in Græcis autem aliquando, ut *Dmolus*. *Ita vulgatī libri*: *Grotius vero domous vel rectius Græcis litteris δμούς legendum putat.*

## DO

**DO**, pro *domum*, per apocopen, dixit *Ennius* apud *Diomed.* 2. p. 436. *Putsch.* et *Auson.* *Techneopœgn.* *Eidyl.* 12. sub fin. endo suam do. Græcos imitati, qui similiter dñs pro δωμα et pro δωματα dixerunt. *V. CÆL.*

DO, das, dñdi, datum, dare, a. 1. Etiam dano, is, pro do prisci dixerere, prima correpta: unde danunt, pro dant, habent *Facutius*, *Nervius*, *Cæcius*, apud *Non.* p. 97. 15. et seqq. *Merc.*, et aliquoties *Plautus*: apud quem *Truc.* 2. 4. 22. quidam legunt etiam dane? pro das ne? et *Cas.* 2. 6. 22. danam pro dabo. Cf. *Paul.* *Diac.* p. 68. 12. *Müll.* — *Duini*, is, it, int, pro dem vel dederim, est antiquum et comicum: legiturque apud *Plaut.* sæpe et *Terent.*, itemque apud *Liv.* 10. 19. in veteri formula votiva. Sic duitor pro dator imperat. passiv. apud *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 5. (7). ex leg. XII. Tab., ut quidem legit *Harduin*. Qui coronam parit ipse pecuniae ejus, virtutis suæ ergo duitor ei. *Siliq.* hanc ipsam lectionem retinuit. Quum do sit a Græco themate δωμ (διδωμ), prisci Latini fortasse dixerunt duo, ex quo quim remansit. Quia et ipsum duo quidam leg. apud *Plaut.* *Aulul.* 4. 4. 8. — Dasi pro dari, teste *Paul.* *Diac.* p. 68. 13. *Müll.*, ea ratione dictum fuit, qua arbossem, *Papirii*, *Furii*, etc. pro arborem, *Papirii*, *Furii*. *V. Cic.* 9. *Fam.* 21. — *Dor* prima persona passivi nullum habet, quod sciām, exemplum. Videlice se, raro tamen, scribit *Diomed.* 1. p. 375. *Putsch.* — Supinum data apud *Fronton.* 1. ad *Amic.* (edente iterum *A. Maio*) ep. 5. Nihil postulabit pro sua verecundia, nisi quod probum honestumque sit et tibi datu et sibi postulatu. *Datu tri pro datum iū*, *V. PRÆSTO*, as. — Part. *Dans* apud *Ovid.* 2. *Pont.* 3. 88. pavidas dante timore notas. — Part. *Datus* sæpissime occurrit. *Cic.* pro leg. *Manil.* 16. 49. Bonum oblatum et datum. *Id.* 1. *Off.* 17. 56. Beneficia ultra citro data accepta. *Id.* *Senect.* 20. 75. Fidem hosti datum conservare. *Id.* 7. *Att.* 18. Illius alterius consulatum a republica, ne data quidem occasione, repulimus. *Liv.* 2. 41. Signum inde factum esse et inscriptum: Ex *Cassia* familia datum. *Virg.* 1. *En.* 87. venti, Qua data porta, ruunt. *Quintil.* 1. 10. 3. Scire quemadmodum in data linea constitui triangula sequis lateribus possint. modus dicens frequens apud *Mathematicos*. Ceterum *V.* et in aliis paragr. et in fin. — Part. *Daturus* apud *Propert.* 3. 9. 38. colla daturus eras. — Part. *Dandus* apud *Ovid.* 2. *Met.* 430. et oscula jungit, Nec moderata satis, nec sic a virgine danda. *V.* et infra, præcipue sub I. 1. — Dare, a Græco themate δωμ (διδωμ) est tribuere, tradere, deferre, præbere (It. dare, concedere); Fr. donner, faire don, octroyer, conceder, accorder; Hisp. dar, conceder; Germ. geben, gewähren, schenken, verstatthen, darbieten, verleihen, von sich geben; Angl. to give, bestow, grant. Hoc verbum est prope infiniti usus, ut ait *Forcellinus*. *V.* 1. Generatim. *Cato R. R.* 157. a med. Dato, edat, si poterit, sine pane. et mox. Dato, viuum atroni bibat. *Plaut.* *Capt.* 2. 3. 89. Dare allui viaticum a trapezita. *h. e.* a trapezita sumptum. *Id.* *Men.* 3. 3. 21. Da sodes abs te. *h. e.* de tuo. Cf. *Cic.* ad *Anton.* post ep. 13. l. 14. ad *Att.* Puer quoque hoc a me dabis. *h. e.* nomine meo. *Id.* *Flacc.* 15. Ab A. *Sextilia* dicit se dedisse et a suis patribus. Potuit dare *Sextilius*: nam fratres quidem

consortes sunt mendicitatis. *h. e.* dicit se præbuuisse, quod ab A. *Sextilio* accepérat. Rursus *Plaut.* *Amph.* prof. 138. Ea dona, que illuc Amphitruoni sunt data. *Id.* *ibid.* 1. 3. 36. Patera dono mibi illuc data est. *Id.* *ibid.* 3. 2. 43. Da mihi hanc veniam, ignoscere. *Id.* *Cist.* 1. 1. 108. Quamquam mihi istud erit molestum triduum, et dannum dabitis, faciam. *Id.* *Merc.* 4. 4. 12. Jubes inter aliquos datu. *Id.* *Poen.* 5. 4. 72. Dare pignus. *Id.* *ibid.* v. 88. At me ita dii servent, ut hic pater est vester: date manes. *Id.* *ibid.* v. 92. Ne indigna indignis dñ dare, id ego evenire velle: nunc quod boni mihi di dant etc. *Id.* *Rud.* 4. 4. 19. Alienor' prius quam tuo dabis orationem? *Ter.* *Phorm.* 4. 3. 28. Quid vis tibi dari in manum, ut etc. Ubi *Donatas*: Datur ei in manum, qui fortunum accipit sine arbitrio aut interprete, ut prævaricator aut judex corruptus. *Seneca Herc.* *fur.* 1229. *huc ensem date*: Date huc sagittas: stiptem huic vastum date. *Vet.* *Poeta* apud *Cic.* 3. *Nat.* D. 26. 66. Iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo. *Cæs.* 1. *B. G.* 14. Obsides accipere, non dare. *Id.* 1. *ibid.* 3. Dare filiam suam in matrimonium alicui. *Cic.* 3. *Orat.* 15. 57. Dare quempiam alicui comitem ad bellum. *Id.* 13. *Att.* 50. Ad me scriptis, ut juverem inancipio dare servum suum, pro mea parte, Heterojo cuidam fundum Brimianum. *Id.* 1. *de repub.* 13. Patriam dii nobis communem secum dederunt. *Id.* *ibid.* 44. Cui dantur imperia. *Id.* 3. *ibid.* 9. Dare agros locupletum plebi colendos. *Id.* 2. *Att.* 1. Me librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. *Id.* 3. *Cat.* 5. 12. et 11. *Att.* 25. Dare alicui litteras ad quempiam. *h. e.* alicui tradere alteri perferendas. (*Sic Cn. Magnus ad Domit. post. ep.* 12. l. S. ad *Att.* Dare mandata alicui ad aliquem). Rursus *Cic.* f2. *Fam.* 19. Litteras ad te numquam babui cui darem (*h. e.* tradere tibi perferendas), quin deriderim. *Id.* 5. *Att.* 15. 3. Quin has litteras dabam. *h. e.* mittebam. Cf. *Justin.* 12. 5. 7. *Datos fasces epistolaram facile ad se deferri jubet.* Rursus *Cic.* 5. *Att.* 4. 1. Alteras (litteras) Funisulanus multo mane mihi dedit. *h. e.* attulit, tradidit. — *Dare litteras* est etiam litteras scribere. *Cic.* 5. *Att.* 11. *Hui totiesne me litteras dedisse Romanu, quum ad te nullas dare?* At vero posthac frustra potius dabo, quam, si rerte dari potuerint, committam, ut non dem. *Id.* *ibid.* 4. 1. *Ibi* accepi eas litteras, quas tu superioribus litteris significaveras te dedisse: ad quas ego ipso eo die dedoram ex Trebulano a Pontio. Adde *eumd.* alibi sæpe. Eodem sensu *Id.* 10. *ibid.* 8. sub fin. Et ego fortasse discedens ad te aliquid dabo. *h. e.* tibi scribam. — *Hinc D. adscriptum in fine epistolaram significat tempus et locum, quo epistola data, seu scripta est.* Legitur apud *Cic.* 14. *Fam.* 2. 7. 8. 12. et 23. *Sic Id.* 2. ad *Q. fr.* 16. Accepi tuas litteras catus Placentia. — *Dare jungitur et cum altero Dativo.* *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 18. (99). Dare uym cibo gallinaceo generi. *Cels.* 2. 13. *Ægrotodare* potui medicamentum. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 13. 109. (136). etiam dare potu dixit. — *Huc pertinent et translata illa Cic. 1. Orat.* 26. 118. Multitudine littium dat locum vel vitiosissimis oratoribus. *Id.* 14. *Fam.* 14. *Sic honio amens diripiendam urbem daturus est.* *Id.* *Att.* 4. 16. *Dare præcepta.* *Id.* *ibid.* 18. 44. consilium. *Id.* *ibid.* 16. 59. ansas ad reprehendendum. *Id.* *ibid.* 24. 88. Multæ causa suspicione offensionumque dantur. *Id.* 1. de *republ.* 10. Quoniam me quondammodo invitata et tui spem das. *Id.* *ibid.* 41. Vitam, honorem, decus sibi datum esse. *Id.* 2. *ibid.* 31. Dare modicam libertatem populo. *Id.* *Planc.* 42. 103. Nolite dare latitudinem gloriabitibus, vos jam oblitos mei. *Id.* 7. *Verr.* 32. 83. Dare alicui prætoris potestatem, honorem, auctoritatem. *Cæs.* 1. *B. G.* 7. facultatem per provinciam itineris faciundi. *Liv.* 8. 5. In Capitolio eis senatus datus est. Adde *Nepot.* *Hann.* 7. Rursus *Liv.* 21. 20. Dare per agros urbesque suas transitum. *Justin.* 38. 5. 3. Quam (*Phrygianum*) patri suo præsumdat adversus Aristonum auxili concesserant. *h. e.* Ioti. — Item illud *Cic.* 7. *Verr.* 77. 180. Unum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui dicat, etc. *h. e.* reperi, ostende mihi. — Item illa, in quibus dare signiora attribuere. *Quintil.* 6. 1. 27. Cicero quamquam preces non das Miloni, tamen etc. *h. e.* non inducit præcentem. Sic *Id.* 12. 10. 8. Dare vocem parentibus. — Quod ad constructionem attinet, notanda sunt illa *Plaut.* *Bacch.* 4. 9. 133. Ne ego cum illo pignus haud ausim dare. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. *Hac oratione adducti, inter se fidem et iusjurandum dant.* — Denique cum Infinito sere poeticum est, et a Græca consuetudine. (Cum Infinito habet et aliam significationem, quam *V.* infra sub 7.). *Virg.* 5. *En.* 248. argenti magnum dat ferre talentum. et 9. *ibid.* 362. suo moriens dat habere nepoti pro ferenda et habenda. et 1. *ibid.* 323. dederatque comam diffundere ventis. *Sil.* *It.* 4. 347. Dederatque lacum transmittere nando. *Stat.* 4. *Theb.* 178. *Huic parere dati.* *h. e.* hujus imperio subjecti. et 1. *ibid.* 177. semper vicissim Exsilibus servire dabor? *Id.* 10. *ibid.* 387. motu ducis acer agebat Amphion equites, noctem vigilaque castra Explorare datus. *h. e.* jussus, vel missus, destinatus ad explorandum. ¶ 2. Speciatim dare operam alicui rei est laborem impendere. *Plaut.* *Merc.* 2. 2. 17. Operam dare amico. *Ter.* *Heaut.* 1. 1. 58. amori. *Cic.* *Amic.* 22. 84. virtuti. *Id.* 15. *Att.* 1. funeri. — Et sequente part. ut vel ne. *Cic.* 16. *Att.* 16. 1. in fin. Da operam, ut valeas. *Id.* *Amic.* 21. 78. Quamobrem primum danda opera est, ne qui amicorum discidia fiant. — Hinc data opera est de industria. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 1. init. Quod tibi decederunt pollicitus sum ne omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturn data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut etc. *Plin.* 7. *Ep.* 12. ad fin. Vide, ut mihi viaticum reddas, quod impendi data opera, cursore dimisso. ¶ 3. Item dare penas est lucre. *Cic.* 9. *Att.* 10. Do penas temeritatis mee. Adde *Horat.* *Epod.* 17. 19.; *Ovid.* 1. *Met.* 243. et 6. *ibid.* 544.; et *Tac.* 16. *An.* 29. et 1. *Hist.* 45. ¶ 4. Item vela dare est ventis explicare, *h. e.* navem a littore solvere. *Cic.* 2. *Orat.* 44. 187. Et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do. *Horat.* 1. *Od.* 34. 3. nunc retrorsum Vela dare atque iterare cursus Cogor relictos. Adde *Virg.* 3. *En.* 9. et 61. ¶ 5. In re obsessa dicitur de muliere, quæ copiam sui alicui facit. *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 31. de *Dance* Præbuit ipsa sinus, et dare jussa dedit. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 4. 51.; *Martial.* 4. 71.; et *Sueton.* *Cæs.* 49. ¶ 6. Interdum dare significatione accedit verbo reddere, itemque, præcipue apud Poetas, verbis efficeri, facere, edere. Sic apud *Plaut.* *Cist.* 2. 3. 51. Persecum ego hoc dabo negotium. *Id.* *Cas.* 2. 8. 3. Factum et curatum dabo. *Ter.* *Heaut.* 5. 1. 77. Si vivo, adeo eternatum dabo, adeo depuxum, ut dum vivat, meminerit semper mei. *Plaut.* *Trin.* 4. 2. 3. *Quum juratori recte rationem dedi. Adde eumd.* *Mil. glor.* 3. 1. 75. Sic in *Censorii tabulis* apud *Varron.* 6. L. L. 86. *Müll.* Si quis pro se, sive pro altero rationem dari volet. *Plaut.* *Pseud.* 1. 1. 107. Seis tu quidem hercle, mea si cominoi sacra, quo pacto et quantas soleam turbellas dare! *h. e.* turbas efficeri, edere. Sic *Lucret.* 6. 109. carbasus Dat erepitum malos inter jactata trabesque. *Ovid.* 9. *Met.* 583. lingua tales icti dedit ære voces. *h. e.* edidit. Sic etiam exponit *Servius* ad illud *Virg.* 2. *En.* 492. ingentem lato dedit ore fenestrarum. Sic 310. dedit ampla ruinam, Vulcano superante, dominus. et 3. *G.* 247. Ursi dant stragem. et 12. *En.* 375. animis pariter certantibus omnes Dant euneum, densaque ad muros mole feruntur. *Liv.* 4. 28. Fabius cum equitatu impetum dederat. — Huc referri possunt et illa *Cic.* 4. *Parad.* 1. 29. Reditum mihi gloriosum injurya tua dedit, non existum calamitosum. *h. e.* porere, asserre. Sic *Id.* 7. *Att.* 13. Dare alicui dolorem. ¶ 7. Cum Infinito ponitur pro sinere, permittere. *Plaut.* *Pers.* 5. 2. 40. Age! circumfer rulsum: bibere da usque plenis cantharis. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 191. Di tibi dant capta classem reducere Troja. *Id.* 1. *Ep.* 16. 61. Da mihi fallere, ja justo sanctoque videri. *Id.* *Art. P.* 323. Grajis dedit ore rotundo Musa loqui. Cf. *eumd.* 1. *Ep.* 1. 32. Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Plin.* 1. *Ep.* 10. et *Paneg.* 29. Quantum mihi cernere datur. *Id.* 3. *ibid.* 1. Adeo quidem ut nemini magis in senectute (si modo senescere datum est) annulari velim. *Id.* 6. *ibid.* 16. Beatos puto, quibus datum est aut facere scribenda, aut scribere legendia. Adde *Quintil.* 10. 7. 22. Alter *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (173). Neque datur intervenire sine pernicie. ¶ 8. Hinc in disputationibus est concedere, admittere; et usurpatur interduta cum Accusativo et Infinito. *Cic.* 5. *Fin.* 28. 83. In geometria prima si dederis, danda sunt omnia. Et *ibid.*

*max.* Dato hoc, dandum erit illud. *Id. 1. Tusc.* 32. 78. Sed, eo concessio quid volunt, consequens, id certe non dant, ut etc. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 16. Quis enim tibi dederit, aut Deum omnia posse, aut etc. *Id. 1. Tusc.* 11. 25. Dasne, aut manere animos post inmortem, aut morte ipsa interire? *Id. 5. Verr.* 94. 218. Do vobis et concedo, esse multos etc. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 4. 39. Primum ego me illorum, de derim quibus esse poetas, Excerptam numero. ¶ 9. Cum Accusativo et prepos. ad vel in est aliquid aliquo versus movere vel aliquo ferre, conjicere, impellere. *Plaut. Amph.* 2. 2. 177. Hæc me modo ad mortem dedit. *Id. Asin.* 2. 4. 20. Jussin in splendorem dari bullas has soribus nostris? *Id. Capt.* 4. 2. 17. Tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo. *Id. ibid.* 2. 15. Nam si fatis, te in cœveam dabo. *Ter. Andr.* 1. 3. 9. Præcipitem me in pistillum dabit. *Id. ibid.* 1. 5. 62. Hauc mihi in manum dat. *Id. Heaut.* 4. 6. 3. Haec deambulatio me ad languorem dedit. *Cœs. 5. B. G.* 49. Celeriter hostes dat in fugam. *Liv.* 3. 69. sub fin. Insequens dies hominem in conspectum dedit. *Id. 31. 37.* Ruente sauto equo, (rex) præceps ad terram datus, haud multum absuit, quin jacens opprimeretur. *Sueton. Aug.* 96. Aquila duos corvos affixit, et ad terram dedit. *Flor.* 3. 10. 18. Unum e rebus in vincula dedit. *Id. 4. 12. 9.* Arma in profuentes data. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 20. 22. (68). Apes spatiæ in aperto et in altum datae, gyris volatu editis, etc. h. e. elatae, missæ. Novum est illud de Neptuno Tiphæcum comis trahente apud *Val. Flacc.* 2. 27. Implicitumque vadis, torquentemque angulibus undas Sicanium dedit usque fretum. h. e. traxit, impulit usque in fretum Sicanium. — Huc pertinent et illa *Cic. 4. Cat.* 5. 10. Dare aliquem in custodiam. *Id. 13. Att.* 23. ad fin. servos in questionem. Cf. *eund. Cluent.* 64. 181. alicui servum ad supplicium. *Id. 5. Verr.* 41. 96. quempiam ad injuriam alterius. h. e. obficere. — It absolute *Plaut. Pseud.* 1. 2. 22. Qui nunc? doleme? hem! sic datur, si quis herum servus spernit. h. e. sic agitur, sic feritur. — Eadem ferme ratione occurrit se dare in aliquid vel alicui rei, ut apud *Plaut. Capt.* 1. 2. 12. Mene vis dem ipse in pedes? *Id. Circ.* 2. 3. 84. Ostium ubi conspexit, exinde me illico dedi. *Cic. 3. Orat.* 16. 60. Socrates quam se cumque in partem daret, omnium fuit facile princeps. *Id. 6. Verr.* 43. 95. Dant sese in fugam. *Id. 7. Att.* 23. 2. Dare se fugæ. *Id. 14. Fam.* 12. Dare se in viam. — Huc pertinent et illa *Ovid. 12. Met.* 594. Det mihi se: faso, triplici quid cuspide possim. Sentiat. h. e. in conspectum inuenient. Sic *Cic. 7. Verr.* 33. 86. Dare se alicui in conspectum. *Id. 5. ibid.* 19. 49. Dare se populo ad coronam. — Et translate. *Cic. Pis.* 28. 68. Dare se in consuetudinem alicujus. *Id. Divin. in Q. Cœcili.* 2. 4. ad defendendos homines. *Id. 13. Fam.* 1. ad lenitatem. — Similiter res se dat, se offert, prebet, occurrit. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 20. Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus. *Cic. 3. Att.* 23. extr. Tu ad me velim proximus litteris, ut se initia dederint, perscribas. *Liv.* 28. 5. Pollicitus, prout tempus ac res se daret, omnibus laturum se auxilium. ¶ 10. Item est obsequi, gratificari, condonare. *Trebonius* apud *Cic. 12. Fam.* 16. 1. Non enim nescis, quanti te faciam, et quām — omnibus tuis etiā minime commodis, non modo tanto bono gaudeam. Noli putare, mihi Cicerone, me hoc auribus tuis dare. *Cic. Ligur.* 12. 37. Ut concessisti illum senatum, sic de hunc populo. *Sulpicius* apud *Cic. 4. Fam.* 5. sub fin. Da hoc illi mortuæ, da amicis, da patriæ. *Liv.* 7. 20. Cære, sacrarium populi Romani, — hospitio Vestalium cultisque diis darent. *Id. 8. 5.* Consanguinitati tamen hoc dabimus, ut conditions pacis feramus æquas utrisque. *Plin.* 3. *Ep.* 21. Prosecutus eram viatico secedentem: dederam hoc amicitiae, dederam etiam versiculis, quos de me compausit. *Justin.* 31. 7. 6. Quod ad bellum pacemque pertinet, nihil neque gratia dari, neque de jure patriæ decidi posse. *Quintil.* 11. 1. 117. Plus stomacho, quam consilio dedit. — Huc pertinet et illud *Phædr.* 1. 22. Dare improbam leto. ¶ 11. Cum Dativo personæ, aut rei, dare se alicui, est se dedere, se totum alteri committere, alteri inservire. — a) Cum Dativo personæ. *Ter. Heaut.* 4. 3. 10. Da te mihi vicissim. *V.* integrum locum. Cf. *eund.* *Ter. Eun.*, ubi de profusa mulieris petulantia sermo est, 3. 3. 9. Ipsa accumbere mecum; mihi sese

date; sermonem querere. *Cic. 7. Att.* 11. An iis nemini, qui tenent, qui potiuntur? *Id. 2. Fam.* 8. Da te homini; complectetur, mihi crede. *Id. Rabir.* Post. 2. 4. Dedit se etiam regibus. *Nepos Att.* 9. Nou solum ejus inimici, — sed etiam amici adversariis ejus se dabant. *Cic. Brut.* 89. 306. Scævola nemini se ad docendum dabit. *Tac. 1. Ann.* 31. Fore, ut Germanicus Caesar imperium alterius pati nequeret, dareteque se legionibus vi suâ cuncta traturis. — b) Absolute. *Cic. 2. Orat.* 44. 187. Si se (judices) dant, et, ut ante dixi, sua sponte, quo impellimus, incluant atque propendent etc. Similiter poetice dū se dant, hoc est proprios præbent, apud *Sil. It.* 3. 150. Den modo se superi, Tibris tibi serviet omnis. — c) Cum Dativo rei. *Cic. 6. de republ.* 23. Neque te sermonibus vulgi dederis, nec in præmis humanis spem posueris rerum tuarum. *Sueton. Cœs.* 31. Ex consuetudine convivio se frequenti dedit. Similiter *Cic. 1. Off.* 34. 122. Dare se jucunditat. *Id. 4. Tusc.* 38. 82. ægritudini. *Id. 1. Off.* 21. 71. doctrinæ. ¶ 12. Cum duobus Dativis dare aliquid alicui laudi, virtus etc., est adscribere, imputare. *Cic. 1. Off.* 21. 71. Iis non modo non laudi, sed etiam virtus dandum puto. *Id. Divin. in Q. Cœcili.* 10. 31. Id ne alteri criminis dabis, quod tu ipse fecisti? ¶ 13. Speciatim, et fere apud Poetas, ponitur pro dicere, narrare, annunciare. *Ter. Heaut. prol.* 10. Quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. *Cic. 1. Acad.* (post.) 3. 10. Sed da mihi nunc, satis ne probas? *V.* tamen Interpp. ad h. l. *Virg. 1. Ecl.* 19. iste deus qui sit, da, Tityre, nobis. *Val. Flacc.* 5. 218. Incipe bune alias cantus, dea; visaque nobis Thessalici da bella ducis. *Add. Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 337. — Et passive *Ovid. 6. Fast.* 434. plus Eneas eripuisse datur. h. e. fertur. *Stat. 7. Theb.* 315. Asopos genuisse datur. ¶ 14. Item speciatim verba dare est decipere, circumvenire. *Plaut. Autul.* 1. 1. 23. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. *Add. eund. Rud.* 2. 2. 19. *Ter. Andr.* 1. 3. 6. Cui verba dare difficile est. *Cic. 15. Att.* 16. Vel verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum. *Add. eund.* 13. *Phil.* 16. 33.; *Horat. 1. Sat.* 3. 22.; et *Martial.* 2. 76. *Nepos Hann.* 5. Fabio callidissimo imperatori verba dedit. Simile est illud *Claudii Quadrigarii* apud *Gell.* 17. 2. ad fin. Cominius, qua escederat, descendit, atque Gallis verba dedit. Ubi *Gellius*: Verba Cominium dedisse Gallis dicit, qui nihil quidquam cuiquam dixerat; neque eum Galli, qui Capitolium obsidebant, escedentem viderant: sed verba dedit haud secus posuit, quam si tu dicas latuit atque obrepisit. — Verba dare est etiam simpliciter loqui: videtur tamē joculariter dictum et allusione facta ad sensum præced. *Fronto 4. ad M. Cœs.* 3. Nec verba dare diutius potest, quin se ipse indicet verborum ignaram esse. ¶ 15. *Fabulam dare* (et usitatus *fablem docere*) dicuntur poetæ fabularum autores, qui eam histriones docent, adeoque representant. *Ter. Eun. prol.* 23. Exclamat, furem, non poetam, fabulam dedisse. *Add. eund. ibid.* v. 9. *Cic. Brut.* 18. 73. Cui (*Ennio*) quam æqualis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ii, qui multas docuerant ante hos consules, et Plautus et Nævius. *Add. eund. Cluent.* 31. 84. ¶ 16. In re militari nomen dare (quemadmodum etiam edere et profiteri) est militiae onus subire, quum magistratu deflectum habenti nomen suum edit citata juventus. *Cic. 7. Phil.* 4. 13. Omnes sine uila recusatione, summo etiam cum studio nomina dant, parent auctoritatem vestram. *Liv.* 2. 24. Alius alium confirmare, ne nomina darent: patres militarent, patres arma caperent. — Similiter *Tac. 15. Ann.* 48. Dare nomen in coniunctionem. — Et translate *Plaut. Pseud.* 4. 6. 37. Quid ego cesso, Pseudolum facere, ut det nomen ad molarum coloniam? ¶ 17. Item in re militari dare manus est se victum fateri hostique tradere. *Nepos Hamilc.* 1. a med. Romanos armis persecuti, donicum aut certe vicissent, aut victi manum dedissent. — Translate sæpius occurrit, et est cedere et se inferiore fateri. *Plaut. Pers.* 5. 2. 72. Fator, manus vobis do. *Cœs. 5. B. G.* 31. Res disputatione ad mediæ noctem perducitur: tandem dat Cotta permotus manus: superat sententia Sabini. *Cic. Amic.* 26. 99. Et litigare se simulans blandiatur atque ad extremum del manus vincere se patiatur. *Virg. 11. En.* 568. neque ipse manus feritate de-

disset. *Ovid. 3. Fast.* 688. Evictas preibus vir de dit illa manus. *Id. Heroid.* 4. 14. dabit victas ferreus ille manus. *Horat. Epod.* 17. 1. Jam jam efficiaci do manus scientia, Supplex et oro etc. ¶ 18. Item in re militari terga dare est vertero. *Liv.* 31. 37. Versaque momento temporis fortuna pugnæ est, terga dantibus, qui modo secuti erant. *Quintil.* 2. 13. 4. Terga etiam dedisse simulata fuga proderit. *Ovid. 13. Met.* 223. Quid quod et ipse fugis? vidi, puduitque videre. Quum tu terga dares inhonestaque vela parares. ¶ 19. In jure do, dico, addico tria solemnia prætoris verba, *V.* in ADDICO; et cf. *Reich's rom. Privatr.* p. 408. et *Götting's röm. Staatsvers.* p. 359. ¶ 20. Item in jure dare absolute est dare sententian. *Sueton. Claud.* 15. Absentibus secundum præsentes facilime dabat. *Plin.* 7. *Ep.* 6. Finem cognitioni quæstio impositus, qua secundum reos dedit. Adde *Tac. 4. Ann.* 43.; et *Senec. procem.* 3. *Controv.* ¶ 21. *Dare, facere*, in stipulationibus. *Cic. 3. Off.* 16. 66. Arbitrum illum adegit, quidquid sibi dare, facere oportet et tibi bona. *Paul. Dig.* 17. 2. 71. Ea, qua supra scripta sunt, ea ita dari, fieri, etc. ¶ 22. In ludo pilæ, calcularum et similium dare est ejus, qui aut pilam jacit, aut calculum promovet. *Ovid. 2. Art. am.* 204. *V. Datum*, i, infra 3. ¶ 23. *Dare, donare, dicere* formula est, que adscribi solebat in monumentis votivis rei alicuius dicatae et donatae, per tres D. D., vel per duos. Integra autem legitur apud *Cic. 6. Verr.* 29. 67., ubi additur quarta vox consecrare. — Hinc

*Datum*, i, n. 2. absolute, substantivorum nomine est. ¶ 1. Res data seu credita debitori. *Cic. Amic.* 16. 58. Ut par sit ratio acceptorum et datorum. ¶ 2. Sæpius ponitur pro munere, dono. *Plaut. Sen.* 1. 3. 14. Semper tibi promissum habeto bac lege, dum superes datis. *Add. eund. ibid.* 3. 1. 22. *Id. Pseud.* 2. 2. 72. Non est justus amator, nisi qui perpetuat data. *Cic. Cluent.* 24. 66. Ac primus Scamandro reo, tantum donis, datis munieribusque perfecerat, ut eo auctore uteretur cupido, quam fides judicis postulabat. *Liv.* 22. 10. in antiqua rogationis formula. *Datum*, donum duit populus Romanus Quiritium. *V. Fabri* ad h. l. *Propriet.* 3. 13. 6. heu nullis capta Lycinna datis. *Ovid. 6. Met.* 463. Ingentibus datis sollicitare aliquem. ¶ 3. In ludo calicularum datum est calculus loco motus vincendi gratia. *Cic. fragm.* apud *Non.* p. 170. 29. *Merc.* Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis sollemnis (*Mercerus legit olim*), ut calculus reducas, si te alicuius dati penitet. *Quintil.* 11. 2. 38. Scævola in lusu duodecim scriptorum (*ib. leg. scruporum*), quum prior calculus promovisset essetque victimus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordinis, quo dato errasset, recordatus rediit etc.

*DOCÉO*, docēs, dōcū, doctum, dōcere, a. 2. Part. *Dicens* I. 2.; *Docutus* in fin.; *Docendus* I. 1. — Ratione habita etyma, juxta *Forcellinum* est ab inusitato pro dōcū do, trado, deinde dōxw, hinc dōxw: potest tamen conjugari et cum dōxw, unde τὰ διαπάτα philosophorum, ac propterea doceo. Ceterum docere est ostendere, monstrare, cognoscere, ratiocinari, alicuius rei tradere, adeoque eruditare, instituere I. monstrare, far vedere, insegnare, istruire; Fr. montrer, faire voir, enseigner, instruire; Hisp. mostrar, indicar, enseñar, doctrinar, instruir, ensestrar; Germ. lehren, belehren, unterweisen, Jmdn etwas zeigen; Engl. to shon, point out, inform, teach, instruct).

I. Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — a) Cum Accusativo et personæ et rei. *Plaut. Trin.* 4. 3. 9. Is bunc hominem cursuram docet. *Cic. 2. Orat.* 54. 216. Eam autem nos tu potissimum docebis. *Id.* 7. *Fam.* 21. Silius causam te docui. *Id. Pis.* 30. 73. Docere aliquem litteras. *Nepos præfat.* aliquem musicam. *Horat. 1. Ep.* 20. 17. pueros elementa. — Et passive. *Horat. 3. Od.* 6. 21. Motus doceri gaudent Ionicos. *Id. 1. Sat.* 6. 76. puerum est ausus Romanum portare docendum Artes, quas doceat quivis eques — semet prognatos. *Quintil.* 4. 2. 90. Is reliqua frustra docetur. *Id. 6. 2. 3.* A quibus casis diserti docerentur. *Plin.* 7. *Ep.* 27. Percutatus omnia docetur. — b) Cum Accusativo personæ et Attributo rei et præpos. de. *Cic. 6. Verr.* 51. 113. Docere judices de injurijs alicuius. *Id. Rosc. Am.* 9. 26. Usque adeo autem ille pertinuerat, ut mori mallet, quam de his rebus Sullam doceri. *Add. eund.* 2.

*Orat.* 21. 102. *Cæs.* 7. *B. G.* 10. Præmittit ad Bojus, qui (subauit eos) de suo adventu doceant. Adde *Sall.* *Jug.* 13.; et *Liv.* 5. 15. — c) Sequenti Relativi. *Cic. Rosc. Am.* 9. 25. Doceant eum, qui vir Sextus Roscius fuerit. *Id.* 5. *Fam.* 3. De rationibus provincie quid vellent fieri, ut is vos doceret et commonefaceret. *Id.* 1. *Off.* 28. 101. Docere et explanare quid faciendum sit. *Id.* 8. *Att.* 2. Nihil arbitror fore, quod reprehendas: si qua erunt, doceme, quo modo ea effugere possim. Sic *Id.* 3. *Fam.* 6. a med. Ne litteras quidem ullas accepi, quæ me docecent, quid ageres. *Quintil.* 6. 1. 20. Docere, quid rogantibus respondere debeant. — d) Sequenti Accusativo et Infinito. *Cic.* 16. *Att.* 8. Docui per litteras, id nec opus esse, nec fieri posse. *Id.* *Quinct.* 19. 60. Docui, quod primum pollicitus sum, causam, cur postularet, non fuisse. Cf. *eund.* *Planc.* 18. 45. Haec doce, haec profer, hac incumbe, decuriasse Planctum, conscripsisse, etc. *Cæs.* 5. *B. G.* 1. Legatos ad eum mittunt, qui doceant, nihil earum rerum publico factum consilio. *Id.* *ibid.* 29. Quantasvis magnas copias sustineri posse, munitis hibernis, docebant. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 63. cunctum (*vulgaris*) insanire docebo. *Quintil.* 1. 5. 43. Aperto nos doceant, nihil horum ad duos pertinere. — e) Sequenti tantum Infinito. *Cic.* 2. *Phil.* 4. 8. In video magistro tuo, qui te tanta mercede nihil sapere docuit. *Id.* 3. *leg.* *Agr.* 2. 4. Ut doceam Rullum tacere. *Id.* 3. *Fam.* 5. 15. Graece loqui docendus sum. *Virg.* 3. *G.* 116. atque equitem docere sub armis Insultare solo et gressus glomerare superbos. Sic *Colum.* 6. *R. R.* 2. 5. Docere boves composite ambulare. Cf. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 29. infra sub II. — f) Omissio Infinito, qui tamen subintelligitur. *Cic.* 9. *Fam.* 22. Docere aliquem fidibus. h. e. canere fidibus. Sic *Liv.* 29. 1. Docera aliquem equo armisque. Al. *leg.* equo tradito. — g) Cum Accusativo personæ tantum. *Plaut.* *Pœn.* 4. 2. 58. sr. Omnem operam perdidi. mi. Quid jam? sr. Quia doctum doces. *Cic.* 1. *Off.* 44. 156. Studiosos dicendi erudire atque docere. *Id.* *Senect.* 9. 29. Adolescentes docere, instituere, ad omne officii munus instruere. Sic *Id.* 2. *Divinat.* 2. 4. Docere atque erudire juventutem. *Id.* 2. *Orat.* 17. 72. Quum docendus est judex, aut dedocendus. *Horat.* 2. *Ep.* 3. 306. Ut proficiscentem docui te sæpe diuine. — h) Cum Accusativo rei tantum. *Ter.* *Eun.* 1. 2. 35. Mater ut accepit, caput studiose omnia docere. *Horat.* *Art. P.* 306. Munus et officium, nil scribens ipse, docebo. *Quintil.* 12. 8. 9. Tamquam non doceant causam, sed agant. *Id.* 10. 1. 15. Quæcumque docemus exempla. *Id.* 1. 10. 18. Et musicen et litteras doceat. — i) Absolute omnino. — Generatim. *Cic.* 2. *Orat.* 19. 82. Docilem autem (*judicem facere possum*), non quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo et expono. Sic *Lucilius apud Non.* p. 290. 3. *Merc.* At non sunt similes, neque dant: quid si dare vellet? Acciperes ne? doce. h. e. dic. — Speciatim docere absolute est juventutem instituere. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 4. Tyrannio docet apud me. Adde *eund.* *Orat.* 42. 143. *Sueton.* *Gramm.* 23. Postea manumissus docuit Romæ. ¶ 2. Speciatim docere fabulam, διδάσκειν δράμα, dicuntur poetæ fabularum auctores, sicuti discere histriones earum actores. Hinc *Plaut.* *Pœn.* 2. 2. 3. Fac modo, ut condotta tibi sint dicta ad hanc fallaciam. co. Quia edepol conductor sum, quam tragedi, aut comici. *Cic.* 4. *Tusc.* 29. 63. Quam Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates. Adde *eund.* *Brut.* 18. 72; *Horat.* *Art. P.* 288.; *Gell.* 17. 21. ad fin.; et *Sueton.* *Claud.* 11., ubi V. *Bremi*. Hac ratione dicit *Horat.* 2. *Od.* 19. 1. Bacchum in remotis carinæ rupibus Vidi docentem ~, Nymphasque discentes.

If.) Improperie dicitur de abstractis et inanimis; et quidem — a) Activa significazione, ita ut res ipsæ homines communefaciant, eisque aliquid monstrant. *Ter.* *Heaut.* 4. 1. 35. Male docet te mea facilitas multa. *Cels.* 2. 7. Ubi pluribus diebus non descendit alvus, docet febriculum instare. *Virg.* 5. *En.* 523. docuit post exitus ingens. *Orid.* 1. *Fond.* 1. 17. Epistola, cui sit missa, docet. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 104. 108. (235). Experimenta docent. — b) Passiva significatio, ita ut res aliquid facere doceantur. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 29. imber Multa mole docendus apte parere prato. *Claudian.* 2. *Rapt.* *Pros.* 145. Insolitusque docet galcam mitescere ser-

tis. *V.* infra *Doctus* sub II. *Apul.* *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 66. (171). Canere tibia ipsæ docendæ. *Sillig.* legit edocende. — Hinc Patt. preter. pass. *Doctus*, a, um, adjective usurpatum, unde *Comp. Doctior* I. et II.; *Sup. Doctissimus* I. I.) Proprie doctus est doctrina imbutus, eruditus, litteratus, intelligens; et universim *doctus* dicitur in sua quisque arte peritus. Usurpatum autem — a) Cum Ablativo rei, qua quis doctus est. *Cic.* *Brut.* 46. 169. *Doctus* et *Græcis litteris* et *Latinis*. *Sall.* *Cat.* 25. *Litteris Græcis* et *Latinis* docta. *Martial.* 10. 76. *doctus* utraque lingua. — Cum addito fonte, a quo doctrina hausta est, per Ablat. et prepos. de. *Cic.* *Brut.* 25. 94. Fuit enim *doctus* et disciplina Stoicorum. Et per prepos. ab, *Ovid.* 2. *Trist.* 236. carmine ab omni Ad delinquendum doctior esse potest. — Apud *eund.* *Ovid.* *Heroid.* 21. f28. Inque parum fausto carmine docta fuit. recentiores plerique leg. et quidem rectius capti fui. — Interdum Adverbium vicem gerit Ablativi. *Sueton.* *Gramm.* 7. Nec minus *Græce*, quam *Latine* *doctus*. — b) Cum Genitivo rei, *Virg.* 10. *En.* 225. doctissima fundi. *Horat.* 3. *Od.* 8. 5. Docte sermonis utriusque linguae. Al. aliter. leg. *Gell.* 13. 12. La-beo legum atque morum populi Romani jurisque civilis *doctus* apprime. *Claudian.* 2. in *Eulrop.* 381. Docta artis lanifex. *Aurel.* *Vict.* *Epit.* 11. *Doctus* sagittarum. Addunt *Stat.* et *Plin.*, sed in his dubia est lectio. — c) Cum Accusativo. *Horat.* 3. *Od.* 9. 10. Dulces docta modos. h. e. perita in poesi. Et figurate *Id.* *Art. P.* 67. Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis, *Doctus* iter inclusus. *Stat.* 2. *Theb.* 692. *Doctus* orna. *Gell.* 19. 9. *Græci* homines nostras quoque litteras docti. — d) Cum Infinito. *Horat.* 3. *Od.* 6. 38. Proles docta versare gleras. *Id.* 1. *ibid.* 29. 9. *Doctus* sagitas tendere. *Id.* 4. *ibid.* 13. 7. Docta psallere. Cf. *Ovid.* 2. *Fast.* 300. Corpora docta tolerare imbras. — e) Absolue. *Cic.* 2. *Orat.* 6. 25. Ea, quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque ab doctissimis, legi velle. Adde *eund.* *Cæl.* 10. 24., ubi quoque Superlativus gradus occurrit. *Id.* *Mil.* 4. 10. Ad quam legem non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. *Cæs.* 3. *B. C.* 50. Quibus rebus nostri, usi docti, haec reperiebant remedia, ut alio loco ignes facerent, alio excubarent. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 56. nil mi officit, inquam, Dicitur hic aut est quia doctio. Adde *Tibull.* 4. 6. 2.; *Propert.* 1. 7. 11.; et *Ovid.* 2. *Art. am.* 181. *Colum.* 2. *R. R.* 16. 4. Patruus meus doctissimus et diligentissimus agricola. *Petron.* *Satyr.* 84. Veteranus latro et ipsis lenonibus doctio.

II.) Improperie. ¶ 1. A Poetis tribuitur et rebus inanimis. *Tibull.* 2. 3. 20. ausæ Rumpere mugitu carmina docta boves. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 131. Docta prece blandus. *Ovid.* 2. *Pont.* 5. 52. Docta vox. h. e. facundia. *Martial.* 7. 29. Docti libelli. *Ovid.* *Heroid.* 20. 210. Verba ferens doctis insidiosa notis. *Propert.* 2. 30. 16. Docta tibia. *Claudian.* *Cons. Mall.* *Theod.* 273. docti riserunt floribus amnes. h. e. fontes Aganippes, unde qui potant, poete flunt. *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 28. doctæ manus. h. e. in lira pulsanda. *Id.* 6. *Met.* 60. Brachia docta movent. h. e. perita texendi. Sic *Claudian.* *Cons. Prob.* et *Olybr.* 177. et police docto Jam parat auratas trabes. *Ovid.* 2. *Amor.* 7. 24. Docta manus in capillis comedunt. *Propert.* 2. 15. 12. Docta falx. *Val. Flacc.* 1. 122. bipennis. ¶ 2. Apud Comicos generatim ponitur pro sapiente, prudente, callido, catto. *Plaut.* *Pers.* 4. 3. 70. Te de allis, quam alias de te suavis est fieri doctos. *Id.* *Pseud.* 2. 4. 35. Malus, callidus, doctus. *Id.* *ibid.* 2. 3. 12. Centum doctum hominum consilia, pro doctorum. Adde *eund.* *Bacch.* 4. 4. 43. et *Epid.* 3. 3. 47. Cf. *eund.* *Mil. glor.* 2. 2. 93. *Doctus* dolus. *Ter.* *Eun.* 4. 7. 21. Numquam accedo ad te, quin abs te abeam doctio. Adde *eund.* *Iecyrr.* 2. 1. 6.

Homonym. Differunt *doctus* et *eruditus*, si vim vocum species, in eo, quod *eruditus* est, qui simpliciter ruditudinem evit; *doctus*, cui præterea accessit institutio et doctrina. Si vero usum, *eruditus* plus est, quam *doctus*, quod præter doctrinam in schola acquisitam, multorum sibi rerum cognitionem lectione et studio comparavit. Præterea *doctus* intelligi potest in gravioribus disciplinis, *eruditus* in literatura: tametsi haec perpetua non sunt. *Cic.* 1. *Orat.* 22. 102. *Græci* otiosus, et loquax, et fortasse *doctus* atque *eruditus*. *Id.* *Brut.*

DOCILIS  
30. 114. *Doctus* vir et *Græcis litteris eruditus*.

DOCHLEA, æ, f. 1. herba, quæ et chamaepitys dieta. *Apul.* *Herb.* 26. *Græci chamaepityn*, Daci dochlean vocant. — *Id. ibid.* 66. *Græci bromium*, Daci dochleam appellavere. Cf. *Furlanetto* in altera Append. duas esse diversas herbas censuit: at uno eodemque vocabulo *dochlea* unam tantum significari putamus.

DOCHMIACUS, a, um, adject. qui ex *dochmio* pede constat. *Marius Victor.* *Gramm.* p. 2534. *Putsch.* Est autem antispasticum monometrum hypercatalecticum, quod et *dochmiacum* dicitur, ut *Volut* *præpes.* *Plot.* p. 2658. Antispasticum *dochmiacum* Euripidum trimetrum catalecticum fit antispasto, ditrochæo, amphimacro, ut *Decreta Musis corona pulra nos*. — *Capell.* 9. p. 334. Prime species erunt istæ, quæ *dochmianæ* nominantur. *Dochmianæ* videtur esse derivativum a *dochmo*. *V.* vocem seq.; sed fortasse mendosa est lectio *pro dochmiae*; quod probat ipse *Kopp.*, qui quamvis *dochmianæ* legat, hoc tamen adnotat: «Sic editi et scripti omnes et antiquum mendum esse etiam glossa quamvis inepta in codice Darmstadiensi docet etc. Veram et scribendi et deriviandi rationem ostendit Aristides (p. 39. *Meib.*); δόχμιοι δὲ ἐκαλοῦντο, διὰ τὸ ποιῶν καὶ αὐτέρων, καὶ μὴ κατ εἴδους Σεπτεμβριαῖς τῆς φύσης οὐταντας. — Ceterum de *dochmianis* versibus peculiari liber existat *Seidleri Lips.* 1811.

DOCHMIOS vel *Latina positione*

DOCHMIUS, ii, m. 2 διχμιος, pedis genus in numeris oratoris, qui constat ex iambo et cretico, ut *reipublice*, *perhorrescent*. *Cic.* *Orat.* 64. 218. *Dochmius* autem est continuus numerum apertum et nimis insignem facit. Adde *Quintil.* 9. 4. 79. *Dochmios* vero positione *Græca* appellatur a *Diomed.* 4. p. 479. *Putsch.* — Apud *Cic.* loc. cit. in quibusdam editionibus perperam legitur *dochmius*; quemadmodum et apud *Capell.* 5. p. 169., ubi *Kopp.* pro *dachnum* restituit *dochmum*.

DÖCIBILIS, c, adject. qui facile docetur. *Terull.* *Monogam.* 12. — *Priscian.* 18. p. 1125. *Putsch.* *Docilis* est, qui facile docetur: *docibilis*, qui facile docet. *Vulgat.* *Interpr.* *Johann.* 6. 45. Et erunt omnes *docibiles* Dei. *Id.* 2. *Tim.* 2. 24. *Servum autem Domini non oportet litigare; sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem.*

DÖCIBILITAS, atis, f. 3. idem ac *docilitas*. *Isid.* *Sentent.* 5. 14. Collatio *docibilitatem* facit. Quod enim obscurum aut dubium est, conferendo cito perspicitur. *Gloss. Philox.* *Docilitas*, διδαχαλία.

DÖCILIS, e, adject. (doceo). *Comp. Docilior* I. et II.; *Sup. Docillissimus* agnoscitur a *Charis.* 2. p. 160. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato. — *Docilis* est, qui facile docetur vel discit (i. docile, che impara facilmente; Fr. à qui on apprend aisement, docile; Hisp. docil, facil à la educación; Germ. gelehrig; Angl. apt to learn or to be taught, quickly taught, docile). Usurpat autem in prosa oratione absolute, cum Ablativo, aut cuncti Accus. et prepos. ad; a Poetis vero etiam cum Genitivo aut cum Infinito.

I.) Proprie de homine et brutis. — a) *Absolute*. *Cic.* 2. *Orat.* 19. 80. Jubent enim exordiri ita, ut eum, qui audiat, benevolum nobis faciamus, et docilem, et attentum. *Liv.* 23. 29. Tanta velocitas ipsius, tamque docile equorum genus est. *Horat.* 3. *Od.* 11. 1. nam te *docilis* magistro Movit Amphion lapides canendo. *Quintil.* 4. 2. 24. *Judex docilior et intentior.* — b) *Cum Ablativo*. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 42. 59. (120). *Habebant luscinias Græco atque Latino sermone dociles*. *Juvenal.* 14. 40. *dociles* imitandis turpis. — c) *Cum Accusativo et prepos. ad*. *Plaut.* *Bacch.* 1. 2. 56. *Ad* istas res *discepulas* *docillor*. *Varro* 1. *R. R.* 17. 3. *Operarius docilis* ad agri culturam. *Cic.* 2. *Tusc.* 8. 15. *Docilis* ad hanc sententiam. *Id.* 7. *Fam.* 20. O medicum suavem, neque docilem ad hanc disciplinam! — d) *Cum Genitivo*, more *Græco*. *Horat.* 4. *Od.* 6. 43. *Docilis* modorum. *Id.* 2. *Sat.* 2. 52. *pravi. Sit. It.* 16. 360. *Equus docilis freni*. *Id.* 3. 233. *Fallendi docilis*. — e) *Cum Infinito*. *Sit. It.* 13. 120. *Gerva docilis* *accedere mensis*. — f) *Translate de inanimis et abstractis*. *Ovid.* 1.

*Amor.* 14. 13. Capilli dociles, et centum literibus apti. *Propert.* 4. 2. 63. usus. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 5. 26. (88). Chrysocolla bibula et docilis. *Val. Flacc.* 6. 237. *de hasta.* docilis relegi, docilisque relinqui. *Grat. Cyneq.* 529. fetus. *Sil. It.* 4. 8. Adstrut auditis, docilis per inaniam rerum Pascre rumorem vulgi, pavor. *Quintil.* 1. 12. 9. Dociliora ingenia. — *N.B.* De cogn. Rom. *V. ONOM.*

**DOCILITAS**, atis; f. 3. apprehendenda doctrinæ facilitas.

I) Proprie. *Cic. Sext.* 42. 91. Si perspecto genere humane docilitatis atque ingenii. Adde *eundem*. 5. *Fin.* 13. 36.; *Nepot. Att.* 1.; et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 64. (157). *Sueton. Tit.* 3. Docilitas ad omnes fere tum belii, tum pacis artes.

II) Translate est lenitas, mansuetudo, mitis animus. *Eutrop.* 10. 7. Affectatio justi amoris, quem omnino sibi et liberalitate et docilitate quæsivit.

**DOCILITER**, adverb. agnoscurit a *Diomed.* 1. p. 401. *Putsch.* nullo tamen auctore laudato.

**DOCIMEN**, inis, n. 3. idem quod documentum. *Tenant. de metr.* p. 2425. *Putsch.* Livius ille vetus Grajo cognomine, sue Inserit Iuonis versu puto tam docimen. h. e. poematis scenici genus seu fabulam.

**DOCUMENTUM** pro documentum legitur in *Inscript.* in *Bulletin. archeol.* a. 1843. p. 94.

**DOCIS**, idis, f. 3. a doxi, trabecula. ¶ 1. Est genus quoddam phænomeni cælestis in trabis formam: unde hoc idem phænomenum genus Seneca 1. *Quest.* nat. 15. 4. trabes vocat. *Apul. de Mundo.* Flammæ quedam ostensæ oculis nostris, quas Græci cometas, et docidas, et bothynos appellant. *V. DOCUS.* ¶ 2. Usurpatur et de figura quadam solidi. *Boeth.* 2. *Ariðum.* 29. p. 1035. Asseres et ipsæ quidem figura sunt solidæ, sed hoc modo, ut ex æquilibus æquilateriter ducantur. Nam si æqua fuerit latitudo longitudini, et major sit altitudo, illæ figuræ a nobis asseres, a Græcis docides nominantur; ut si quis hoc modo faciat quatuor quater novies, qui inde procreantur, asseres nominati sunt.

**DOCISMUS**, i. m. 2. Legitur apud Senec. 2. *Contraf. 11. sub fin.*, et exponitur a quibusdam èvèp̄yca, h. e. evidentiæ, illustratio, cum apto verbo rem penitus significamus atque ob oculos ponimus. Forfætasse repetenda vox est a *doximæ* exp̄iro, ideoque interpretanda *experimentum*. alii tamen melius legi. *idiotismus*, quam vocem vide.

**DOCTÈ**, adverb. Comp. *Docti* 1. et 2.; Sup. *Doctissime* 1. — Doce ¶ 1. Stricto sensu est eruditæ, scite, hene, perite. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 32. pinguius atque Psallimus, et luctamur Achivis doctius unctis. Cf. *Martial.* 7. 46. Mæoniisque cupis doctius ore loqui. *Sall. Jug.* 100. Doctissime eruditæ litteris Græcis atque Latinis. ¶ 2. Item sapienter, prudenter, cate, callide. *Plaut. Epid.* 3. 3. 23. Doce et sapienter dicis. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 162. Ut doce et perspecte sapit! *Id. Stich.* 4. 1. 55. Doce versatus. *Id. Bacch.* 4. 4. 43. Senem doctum doce falle. *Id. Pscud.* 4. 1. 31. Doce meditari dolos. *Id. Parn. prol.* 111. Doce atque astu. et 1. 1. 3. Sapienter, doce et cordate et cate facere aliiquid. *Id. Mil. glor.* 4. 2. 29. Jam ex sermone hoc gubernabunt doctius.

**DOCTICANUS**, a, um, adject. qui docte canit. *Capell.* 2. p. 30. Solers docticanis ludere sensibus.

**DOCTIFICUS**, a, um, adject. doctos faciens. *Capell.* 1. initio. Virgo armata, decens rerum sapientia, Pallas, Ingenium mundi, prudentia sacra Tonantis, Ardor doctificus, etc. *Priscian.* 8. p. 833. *Putsch.* Ergo doctificus, id est doctum faciens, in vim non minus transtulit participis, sicut *jusjurandum* *juris* *jurandi*, etc.

**DOCTILÓQUAX**, ácis, adject. idem ac doctiloquax. *Dracont. Satisf.* 61. Littera doctiloquax apibus cognata refertur. *Tenant.* 7. 26. 1. Quamvis doctiloquax se serua cura fatigat.

**DOCTILÓQUUS**, a, um, adject. qui docte loquitur. *Ennius* apud *Farron.* 7. L. L. 41. *Müll.* Ora-tores doctiloqui. *Capell.* 9. p. 306. Doctiloquum caris juvenem complexa laceris. Adle *Sidon. carm.* 22. 82. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 294. 7. *CARMEN DOCTILÓQQVM.* Adde *Reposian.* apud *Wernsdorf.* T. 4. p. 321. v. 20.

**DOCTISONUS**, a, um, adject. qui docte sonat. *Sidon. carm.* 15. 180. Doctisonæ artes.

**DOCTIUSCULE**, adverb. deminut. a doctius.

*Gell.* 6. 16. Cum esset verbum deprecor doctiuscule positum in Catulli carmine. h. e. aliquanto eruditius, quam ut a vulgo intelligatur.

**DOCTOR**, óris, m. 3. qui docet, magister, præceptor (It. chi insegnæ, maestro, dottore; Fr. maître, celui qui enseigne, docteur; Hisp. maestro; Germ. d. Lehrer; Engl. a teacher, instructor, master). Generatim. *Cic. 1. Orat.* 6. 23. Græci dicendi artifices et doctores. *Id. 1. ibid.* 19. 86. Quod si tantam vim rerum maximarum arte sua rhetorici illi doctores complectentur. *Id. 1. ibid.* 19. 87. De qua nihil rhetorici isti doctores in præceptis suis reliquissent. *Id. 7. Fam.* 19. Libri juris civilis, quinque plurimi sunt, doctorem tamen desiderant. *Horat.* 1. Sat. 1. 15. pueris dant crustula blandi. Doctores, elementa velint ut discere prima. — Speciatim *Doctores fabularum* sunt ipsi poete, qui eas scribunt, ut in *Doceo* dictum est. *Donat.* profeg. ad *Terent.* — Etiam lanista, qui gladiatores ad ludum instituunt, doctores appellantur. (Hos in militia, armorum doctores *Veget.* 1. *Milit.* 13. appellat.) *Val. Max.* 2. 3. n. 2. Ex ludo Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accessitis etc. *Inscript.* apud *Orell.* 2366. Doctores gladiatorum. Alia apud *eundem*. 2580. et apud *Henzen.* 6175. myrmillorum. Alia apud *Orell.* 2379. et apud *Henzen.* 6171. Thracum. Adde *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 189. n. 434. et p. 234. n. 613.; et *Quintil. Declam.* 302.

— Item qui athletas et aurigantes docent. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 143. n. 160. AVRELIVS HERACLIDAE DOCTORI FACTIONIS, etc. Cf. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. ante med. Luctationem jugem facere, adhibito doctore, cuius præceptis pareat. — In *Inscript.* apud *Reines.* cl. 11. n. 123. legitur doctor librarius: et videtur significare eum, qui scribendi artem librarios docet: vel qui artem docet libros compendi. Ipse tamen *Reines.* mallet legi sculor. At *Orellius* ad *Inscript.* 4211. interpretatur, qui docet καλλιγραφίαν. — Item doctor sagittariorum in *Inscript.* apud *Murat.* 954. 4. — Doctor artis calculariae in *Inscript.* apud *Henzen.* 7220.

**DOCTRINA**, æ, f. 1. eruditio, institutio (It. insegnamento, istruzione, doctrina; Fr. enseignement, instruction donnée ou reçue, éducation; Hisp. enseñanza, enseñamiento, amaestramiento, doctrina; Germ. d. Unterricht, d. Lehre, d. Kenntniss, Gelehrsamkeit; Engl. the art of teaching, instruction, erudition, learning). Occurrit autem — a) Modo subjective, uti ajunt, et quidem — Passive de institutione, qua docemur. *Cic. 3. Orat.* 31. 125. institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili. *Id. 1. ibid.* 59. 252. Jus civile summatum percipit sine doctrina potest. — Active de institutione, qua erudimus alios. *Cic. Sext.* 56. 119. Sed mihi sumpsi hoc loco doctrinam quamdam juventuti, qui essent optimates. *Horat.* 4. Od. 4. 33. Doctrina sed vim promovet insitam. — Sic pro theoria, qua experientia oppositum apud *Cic. 1. Orat.* 48. 208. Illa non sunt aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu causisque tractata. — Sæpius naturæ oppositum. *Cic. 1. Orat.* 9. 38. Omnibus vel natura, vel doctrina præsidis ad diceendum parati. *Id. Arch.* 7. 15. Quin ad naturam eximiam accesserit ratio quædam conformatioque doctrinæ. *Horat.* 1. Ep. 18. 100. Virtutem doctrina paret, naturæ donet. *Quintil.* 2. 8. 3. Ita quenque instituere, ut propria natura bona doctrina soverent. *Id. 12. 2. 1.* Virtus impetus et natura sumit, tamen perficienda doctrina est. *Nepos Att.* 17. Neque id fecit natura solum (quamquam omnes ei parentus), sed etiam doctrina. — Hinc etiam pro munere ipso docendi. *Cic. 1. Off.* 42. a med. Quibus artibus non mediocris utilitas queritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, eæ sunt iis, quorum ordini convenient, honestæ. — b) Modo usurpatur objective, uti ajunt, et est ipsa scientia, ars. Jungitur cum litteris apud *Cic. 6. Fam.* 12. 5. Est unum persugium, doctrina ac litteræ, quibus semper usi sumus. Adde *eundem*. 2. de republ. 10; et *Quintil.* 11. 1. 89. — Jungitur et studiis apud *Cic. Balb.* 1. 3. Nonnulli litteris ac studiis doctrinæ detiti. Sic *Id. Orat.* 10. 34. In matruis occupationibus numquam intermitis studia doctrinæ. — Jungitur et arti apud *eundem*. 4. *Fam.* 4. 4. Etsi a prima ratiæ me omnis ars et doctrina liberalis et maxime philosophia delectavit. Cf. *Id. 3. Orat.* 32. 127. Nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ

atque ingenuæ continerentur, geometriam, musicam, litterarum cogitationem et poetarum, atque illa, quæ de naturis rerum, quæ de hominum morib; quæ de rebus publicis dicerentur. — Hinc *Id. Partil. orat.* 1. 3. Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi? h. e. ars dicendi, seu rhetorica. — Et absolute. *Id. 4. Fam.* 3. a med. Te ab initio ætatis memoria teneo summe omnium doctrinæ studiosum fuisse. *Id. 5. Verr.* 88. 204. Homo disertissimus, et omni doctrina et virtute ornatus. *Liv.* 10. 40. Juvenis, ante doctrinam deos spernente natus. — c) In plur. numero doctrinæ sunt etiam principia, præcipue philosophica. *Cic. 2. Legg.* 15. 39. Malis studiis malisque doctrinis totas civitates evertere. *Id. Brut.* 67. 236. M. Piso quidquid habuit, ex disciplina, maximeque ex omnibus, qui ante fuerunt, Græcis doctrinæ eruditus fuit.

**DOCTRINALIS**, e, adject. ad doctrinam pertinent. *Isid.* 2. *Orig.* 24. Philosophia doctrinalis dicitur scientia, quæ abstractam considerat quantitatē: dividitur in quatuor partes, in arithmeticam, musicam, geometriam, astronomiam. *V. INSPECTIVUS.* *Cassiod.* *Instit. liberal.* litt. præf. Mathematicam Latino sermonem doctrinalem possumus appellare, quo nomine licet omnia doctrinalia dicere valeamus, quæcumque docent, hæc sibi tamen communæ vocabulum propter suam excellentiam proprie vindicavit.

**DOCTRIX**, icis, f. 3. quæ docet. *Servius ad Virg.* 12. *En.* 159. Quidam etiam afferunt exemplum ex *Apul. Dogm. Plat.* 2., sed alia optima exemplaria babent ducatriz. *Vulgat.* *interp.* *Sapient.* 8. 4. (*Sapientia*) doctrix est disciplina Dei, et electrix operis illius. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 33. Veniebat adolescentes ad eam (*diaconissam*), et doctrina consuta fruebatur. Cumque firmissime ejus consilium perceperisset, requisivit doctrinem, quo posset et patris superstitutionem declinare, et prædicationem recte etiam adipisci. — Ceterum hoc vocabulum habet etiam *Eutych.* p. 2153. *Putsch.* Item doctor, doctriz, et ab eo doctrina. Adde *Priscian.* 4. p. 632. et 8. p. 785. et *Super XII. vers.* *En.* p. 1272. et de *Generibus* p. 1318. *Putsch.*

**DOCTUS**, a, um, *V. DOCEO.*

**DOCUMEN**, inis, n. 3. idem quod documentum. *Lucret.* 6. 391. documentum mortalibus acre. *V. DOCIMEN.*

**DOCUMENTUM**, i. n. 2. Alias formas **DOCIMEN** et **DOCUMEN** et **DOCUMENTUM** *V.* loco suo. — Ceterum documentum est id quo docemur, adinnotio, exemplum, adeoque indicium, specimen, signum, quo aliquid comprobatur (It. documento, ammaestramento, saggio, indizio, prova; Fr. enseignement, exemple, preuve, modèle, leçon; Hisp. enseñamiento, amaestramiento, exemplo, modelo, norma; Germ. was zur Lehre dienen, beweisen kann, d. Beweis, d. Lehre, Warnung, d. Muster; Engl. a document, example, pattern, lesson, warning, proof, specimen, essay). Occurrit — a) Cum Genitivo rei. *Cic. Rabir. Post.* 10. 27. Ille P. Rutilius, qui documentum sicut hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiae. *Sall. Cat.* 9. Quarum rerum maxima documenta hæc bateo. *Liv.* 3. 50. Aliena calamitate documentum datum illis cavende similis injuria. *Id.* 22. 39. Id jam tñde documentum in adversis rebus nostris dederunt *Id.* 45. 40. Sed non Perseus tantum per illos dies documentum humanorum casuum fuit, in catenis — per urbem hostium ductus; sed etiam victor Paulius, auro purpureaque fulgens. *Tac.* 4. *Hist.* 60. Misericordiarum patientiæque documentum suere. Adde *eundem*. *Agric.* 4. *Sueton. Galb.* 14. Quinque bullata documenta egregii principis daret. *Veitje.* 2. 42. Documentum tanti mos evasuri viri. h. e. indicium. *Justin.* 2. 4. 31. Cujus — magra virtutis documenta extitere. h. e. specimen. Sic *Flor.* 4. 10. Quum Crassus et Pacorus utrinque virium mutuarum documenta fecissent. *Liv.* 32. 7. a med. Nec per honorum gradus documentum sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum. *Id.* 9. 46. Haud memorabitem rem per se, nisi documentum sit adversus superbiæ nobilium plebejæ libertatis, referam. *Tac.* 1. *Ann.* 30. Pars a centurionibus easi: quosdam ipsi manipuli, documentum fidei, tradidere. h. e. ad fidem comprobandam. — Et in malam partem. *Cic. Dom.* 48. 126. Homo omnium sclerorum flagitorumque documentum. — b) Rare absolute.

**Tac.** 16. *Ann.* 33. *Exequitate deum erga bona mala que documenta. Inpp. Theodos. et Valens Cod.* 8. 54. 29. Idoneis documentis aliquid comprobare. *Inpp. Honor. et Theodos. ibid.* 2. 21. 2. Verissima documenta. — c) Specialis formula esse documento alicui cum duobus Dativis sepe occurrit. *Ces. 7. B. G. 4. extr.* Ut sint reliquis documento et magnitudine pena perterritant alios. *Adde Liv.* 3. 56. 4. 31. 5. 51. 6. 25. 7. 6. 10. 38. et 24. 8. ubi *V. Fabri*; *Quintil.* 6. 3. 10. 7. 1. 2. et alibi; et *V. Drakenborg ad Liv.* 5. 54. — Eodem sensu et documentum esse dicitur. *Seneca 1. Ira* 6. Non delletetur ullius pena, sed ut documentum omnium sint. *Adde Liv.* 45. 40. (cujus verba *V.* supra sub a). — d) Sequentia Relativa aut propositione interrogativa. *Cic. Mil.* 8. 22. Dederas enim, quam contemneres populares insanias, jam ab adolescentia documenta maxima. *Id. 11. Phil.* 2. 5. Ex quo documentum nos capere fortuna voluit, quid esset vicis extimescendum. *Id. 1. leg. Agr.* 9. 27. Habere aliquem sibi documento, quae via facilior ad dignitatem perducat. *Ces. 3. B. C. 10.* Quantumque in bello fortuna posset, jam ipsi incommodis suis satis essent documenta. *Liv. 24. 8.* Haud sane, cur ad majora tibi fidamus, documenti quidquam dedisti. *Tac.* 13. *Ann.* 6. Daturum plane documentum, honestis an secus amicis uteretur, si etc. — e) Sequentia Accusativo et Infinito. *Quintil.* 12. 11. 23. Ut esset hominibus documenta, ea quoque percipi posse. — f) Sequentia Gerundio cum praepos. ad. *Liv.* 24. 8. in fin. Lacus Trasimenus et Cannæ tristia ad recordationem exempla, sed ad præcavendum simile utili documento sunt. — g) Sequentia part. ne vel ut et Conjunction. *Plaut. Capt.* 3. 5. 94. Ego illis captiis aliis documentum dabo, ne tale quisquam facinus incipere audeat. *Cic. 1. ad Brut.* 15. ad fin. Documentum statuere, ne quis tales amentiam velit imitari. *Liv. 7. 6.* Delectum cum duce exercitum documento suis, ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur. *Horat. 1. Sat.* 4. 110. magnum documentum, ne patriam rem perdere quis velit. *Curt. 8. 14. 26.* Obtriti ergo pedibus eorum (*belluorum*), ceteris, ut parcus instarent, suere documentum.

**DÖCUS**, i. f. 3. δόξος *trabs*, *tignum*. Dicitur de æris impressione, ob trabis similitudinem. *Plin. 2. Hist. nat.* 26. 26. (96). Emicant et trabes similis modo, quæ docos vocant. *Harduin.* itenque *Silius*, *Greco δόξους* scripsit. *V. DOCIS.*

**DÖDECATEMÖRION**, ii, n. 2. duodecima pars sticuus rei, δωδεκατημόριον: a δωδέκατος, η, ον, ου, ουδεκίμος, α, υμ, el μόρον pars. Dicitur ab astrologis duodecima pars Signi alicuius cœlestis; et usurpatur a *Manil.* 2. 694. Dodecatemoria in titulo signantia causas. *Adde eund. ibid.* 699., 711. et alibi.

**DÖDECATHÉON**, i, n. 2. δωδεκάθεον, h. e. duodecim deorum. — *Dodecatheon* dicitur genitus herbae, quasi herba duodecim deorum, qui *Consentes* sunt appellati. *Plin. 25. Hist. nat.* 4. 9. (28). *Cf. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 324)* hæc ait: « Kuellius, C. Bauhin, et apres eux Sprengel, ont adopté, pour le *dodecatheon*, la *Primula officinalis*. Il faut convenir pourtant que les feuilles de cette plante diffèrent beaucoup de celles de la laitue. Nous ajoutons que leur nombre est variable. Toutefois, comme il paraît assez naturel de penser que les Latins ont dû connaître cette plante, nous adoptons sans discussion la plante indiquée. » — Similiter *Marcell. Empir.* 27. ante med. Medicamentum, quod *dodecatheon* appellatur, movet urinam, etc. *Id. mox* r̄ies virtutes plurimas narrat, et ejusdem conficiuntionem docet. — *Dodecatheos carna* memoratur apud *Sueton. Aug.* 70., ubi videsis adnotata a *Bren.* Cf. et *CONSENTES*.

**DÖDRA**, æ, f. 1. potionis genus, quæ ex novem rebus fierat, aqua, vino, jure, oleo, sale, pane, herba, inelle, pipere; a *dodram* mensura novem unciam. *Auson. Epigr.* 86. et 87.

**DÖDRÄLIS**, e, adject. ad *dodram* pertinens. *Dodralis* potio legitur in lemmate *Epigr.* 86. *Auson.*, ubi *dodram* describit.

**DÖDRANS**, antis, m. 3. novem unciae: ita dictum a de et *quadrans*, quia ad as conficiendum quadrans deest. *V. AS.* Dodrantis porro premium representat numerus æreus apud *Morell. Thes. num.* *Famil. Rom.*, in gente *Cassia*, tab. 3. fig. 1., in cuius parte

antica est Vulcani caput laureatum cum forcipe, in postica rostrum navis, in ultraque vero parte visitur *S.*: h. e. nota dodrantis, qua docemur hujusmodi numnum dodrantem valuisse, quemadmodum in alio ejusdem gentis numero est nota *S.*; scilicet besis. *V. BES* et *Borghesi Dec.* num. 4. oss. 7. p. 21.; et *Cavedoni in Bullettin. dell' Instit. ann.* 1836. Hinc dodrans — a) Est cujuslibet summae, quæ in duodecim partes dividatur, partes novem. *Cic. 1. Att.* 14. sub fin. Argiletani ædificii reliquum dodrantem emit. *Nepos Att.* 5. Heredem fecit ex dodrante. *Martial.* 8. 9. Solvere dodrantem nuper tubi, Quincte, volebat Lippus Hylas: luscus vult dare dimidium. *Adde Sueton. Ces. 83.* — b) Item novem partes jugeri. *Colum.* 5. R. R. 1. 11. Dodrans jugeri. *Id. 2. ibid.* 4. 8. Jugerum commode proscinditur duabus operis, una iteratur, tertiarum dodrante. *Liv. 8. 41.* Bina in Latino jugera, ita ut dodrante ex Priveratu completerent, data. — c) Item aliquis mensuræ in longitudinem, aut in altitudinem partes novem, v. gr. novem partes pedis, qui duodecim continet uncias. *Plin. 36. Hist. nat.* 9. 14. (71). *Obeliscus centum viginti quinque pedum et dodrantis. Frontin. Aqued.* 65. Fiunt area pedes octo, dodrans. *Adde Sueton. Aug.* 79. *Colum.* 3. R. R. 13. 5. Sulcus altus dipondio et dodrante. Ita in *script. apud Marin. Frat. Arv.* p. 228. In P. P. VII. S. 2. a. h. e. in fronte pedes septem dodranti. *Sinister Plin. 2. Hist. nat.* 14. 11. (58). Dodrans horæ. — d) Speciatim est palpus major, seu spithama. *Plin. 7. Hist. nat.* 2. 2. (26). Pygmaei ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes.

**DÖDRANTÄLIS**, e, adject. dodrantem continuus. *Plin. 15. Hist. nat.* 30. 39. (131). *Ramos* spargit a radice dodrantales. *Id. 17. ibid.* 21. 35. (154). Dodrantales parilli. *Colum.* 5. R. R. 6. 12. Stirpem dodrantalem relinqua. *Adde eund. 11. ibid.* 3. 44. *Hygin. de limit.* p. 203. *Goes.* Lapidés, ne minus, dodrantales ponit oportet, altos ped. III.

**DÖDRANTÄRIUS**, a, um, adject. ad dodrantem pertinens. *Fabulæ dodrantaricæ* dicuntur, quæ post legem Valeriam (*V. VALERIUS*, a, uni, in *ONOM.*) institutæ sunt, in quibus ratio haberetur de dodrante, quem debitores in lucro ponebant, quoties as alienum, quadrante tantummodo creditoribus soluto, dissolventer. *V. QUADRANTARIUS. Cic. fragm. oral. pro Fonteij.* (edente B. G. Niebuhr) 2. Nam, quod in tabulis dodrantariis et quadrantariis, quas ait ab Hirulejo institutas, Fonteji officium desiderat, non possum, etc. et paullo post. Laudas Hirulejum, quod dodrantarias tabulas instituerit: easdem Fonteji instituit, et eodem genere pecunia.

**DÖGA**, æ, f. 1. δόγγι, vas, quod βαύρης in *Gloss. Philox.* dicitur. Alii intelligent non certum quodam vas, sed certam v. g. vini quantitatem, vel quantum cupa, aut navis capere potest. Vox est cadentis Latinitatis. *Vopisc. Aurelian.* 48. Facta erat ratio dogæ, cuparum, pavium et operum.

**DOGMA**, atis, n. 3. δόγμα. Aliam formam *dogma*, æ, f. 1. habet *Laberius* apud *Priscian.* 6. p. 679. *Putsch.* Nec Pythagoream dogmam doctus. *V. SCHEMA.* — Ceterum ¶ 1. Dogma est scitum, placitum, decretum. Specialiter dognata sunt uniuscujusque sectæ decreta, quæ, ut al. *Cicer.*, prodere scelus est, non minus quam patriam; sine quibus nec secta philosophorum, nec religionum vires constare possunt. Unde *Laert.* ait, sectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 9. 27. Græce: at Latine, si libris creditum, utitur *Id. ibid.* 43. 133., et 2. *Fin.* 32. 105. *Adde Martial.* 1. 9. et 9. 48.; *Juvenal.* 13. 121.; et *Laetant. Mort. persecut.* 1. ¶ 2. Dogma est etiam id, quod alicui committitur faciendum, apud *Alcim. Ep. 78. a. med.* Ecce habes quoddam tantummodo speculum dogmati exsequendi.

**DOGMAТИCUS**, a, um, adject. ad dogmata, seu placita et decreta philosophorum pertinens. *Auson. Edyl.* 17. 15. Hinc etiam schola consona disciplinis Dogmaticas agit placido certamine titles. *Cassiod. 1. Variar.* 10. Prudentia vestra lectionibus eruditæ dogmaticis.

**DOGMAТИSTES**, æ, m. 1. δογματιστæ, qui aliquis dogmatis auctor, vel defensor est. *Rufin.* 2. *Invect. in Hieronym.* n. 25. In his non fidem ejus, sed ingenium; non dogmatismus eum, sed interpretationem laudans.

## DOLENTER

**DOGMAТИZÄTUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**DOGMAТИZO**, as, avi, alum, are, a. 1. δογματίζω. Part. *Dogmatizans et Dogmatizatus.* — Dogmatizo est dognatis alicuius auctor sum, dogmata tradit. Est *Augustini Ep.* 57. 8. *extr.* Sic *Cassiod.* 2. *Hist. Eccl.* 8. Laudat simul et principem, tamquam ea, quæ sunt Christianorum, dogmatizantem. *Id. ibid.* 12. Si quid autem aliud ordinatum est, aut dogmatizatum etc. h. e. in dogmate instructum.

**DÖLÄBELLA**, æ, f. 1. *deminut.* a dolabra, parva dolabra. *Colum.* 2. R. R. 24. 4. Circa crus vitis dolabla dimovenda terra est, et paullo post. Si cavata vitis est, dolabella conveniet expurgare quidquid emortuum est. — *NE.* De cognomine *Rom. V. ONOM.*

**DÖLABRA**, æ, f. 1. ferramentum ex una parte acie acuta, ex altera fossoria, longo manubrio instructum, ad cædendum et perfringendum. *Lips. in fin. 1. Poliorcet.* dicit, fuisse forma securis, sed una et simplici acie, parte altera in mucrone acuminata, ut illa ad cædendum, hac ad deruendum uterentur. Dolabla figuram videre est apud *Murat. Inscript.* 538. et *Bertoli Antiq. d. Aquileja* p. 161., quorum postremus plurima de dolabris accurate persequitur. Est autem a supino dolatum verbi dolo: quare semper est paenit. præd. (lt. *coltellaccio*, *accetta*, *piccone*; Fr. *houe*, *pioche*, *doloire*, *dolabre*; Hisp. *azada*, *pico*, *azuela para dolar*; Germ. d. *Hache*, *Brechisen*; Angl. an axe, *chip-axe*, *pick-axe*). Inserviebat autem — a) Bellico usui. *Liv.* 21. 11. Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus, quod cæmenta interlata luto etc. *Id.* 9. 37. Dolabra calonibus dividuntur ad vallum proruendum fossasque implendas. *Curt.* 5. 6. Dolabris pretiosæ artis vasa cædebant. *Id. ibid. ad fin.* Dolabra glaciem perfringere et 8. 4. Dolabris sternere silvas. et 9. 5. Dolabris perfringere murum. *Adde eund.* 8. 15. 11. et 9. 21. 19.; et *Tac.* 3. *Hist.* 20. et 27. *Juvenal.* 8. 248. Munire castra dolabra. — b) Est dolabra usus etiam rusticis, quoties runcando cædendas sunt stirpes, radices, cetera hujusmodi. *Pallad.* 3. R. R. 21. 2. Hoe tempore rosaria circumfodiuntur sarculis, vel dolabris, et ariditas universa reciditur. *Adde eund.* 2. *ibid.* 3. 3.; *Colum. de arbor.* 10. 2.; et *V. DÖLABELLA.* — c) *Paul. Dig.* 33. 7. 18. in instrumento lanionis etiam dolablas enumerat. Quo fortasse referenda dolabra pontificalis, quam memorat *Festus* p. 330. 2. *Müll.*: nempe qua victimæ serabantur.

**DÖLÄBRÄRIUS**, ii, m. 2. qui dolabras facit, vel qui dolabra ligna cedit. *Inscript. apud Gruter.* 338. 6. *CENTVRIA CENTONAR. DOLABRARIORUM SCALARIORVM.* Alia apud *Bertol. Antiq. Aquil.* p. 161., quæ est apud *Orell. 4081. t1. CLAVDIVS DOLABRARIVS collegii YABRUM.*

**DÖLÄBRÄTUS**, a, um, particip. ab inusit. *dolabro*, as, dolabra cæsus. *Ces. 7. B. G.* 73. Truncus arborum abscessis, atque borum dolabratibus atque præacutis cacuminibus perpetuae fossæ ducebantur. — *Pallad.* 1. R. R. 43. 3. in instrumento agresti recenset etiam secures simplices, vel dolabratas, nempe altera parte dolabram referentes.

**DÖLÄMEN**, inis, n. 3. lævigatione dolundo facta. *Apul. Florid.* n. 1. Truncus dolamine effigiat.

**DÖLATILIS**, e, adject. qui facili dolari potest, ut Dolatiles lapides. *Auct. de Limitib.* apud *Goes.* p. 270. *Venant.* 7. *carm.* 8. 21. Pagina vel redet per scripta dolatile charta. h. e. tabula lignea in usum scribendi dolata.

**DÖLATÖRİUM**, ii, n. 2. ferramentum, quo lapides dolantur. *Hieronym. Ep.* 106. in fin. *Acgeut-* p. ergo dolatorium dici potest.

**DÖLATUS**, a, um, a dolando. *V. DOLO*, as.

**DÖLÄTUS**, a, un, a dolato, onis, est dolone perforatus. *Arnob.* 6. 14. Simulaera — serris, furfuraculis, asciis, secta, dolata, effossa, terebrarum excavata vertigine, runcinarum lævigatione de planis. Ita cl. *Furlanetto in suis MSS.* Nihil tamen impedit, quominus rō dolata etiam hoc loco a dolando derivatum accipiamus.

**DÖLÄTUS**, us, m. 4. idem quod dolamen. *Prudent. Psychom.* 836. multoque forata dolata Gemma relucens limen complectitur arcu.

**DÖLENS**, entis. *V. DOLEO.*

**DÖLENTER**, adverb. Comp. *Dolentius.* — Dolenter est cum dolore. *Cic. 8. Phil.* 7. 22. Dolenter

hoe dicam potius, quam contumeliose. *Id. Sext.* 6. 14. Dolentus deplorare. Adde *eum*. 2. *Orat.* 52. 211. et *Orat.* 38. 131. *Plin.* 1. *Ep.* 5. 4. Dolenter ferre aliquid. h. e. ægre ferre. Adde *eum*. 4. *ibid.* 11. 2.

DÖLENTIA, *a.*, *f. f.* dolor. *Nervium* seu potius *Lævium* poetam antiquissimum usurpasse, testatur *Gell.* 19. 7. *Arnobium* plus vice simplici usum esse, tradunt.

DÖLEO, les, illi, illum, lere, 2. Sequiore tempore etiam *dolio* et *doliens* pro doleo et *dolens* dictum est. Cf. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 572. n. 54., *Cavedoni Sagg. numism.* p. 197., et *Bias. Mon. Gr. Lat.* p. 167. — *Dolitus* est pro doluit. *Inscript.* apud *Gruter.* 793. 4. et 794. 2. DE QVA NIBIL ALIVD DOLITVS EST, NISI MORTEM. Sic *doleatur* pro doleat, in alia apud *eum*. 676. 11. NECESSÆ EST DOLEATVR. — Part. *Dolens* sub *A.* 1. 2. et in fin.; *Dolitrus* sub *A.* 2. a., c. et f.; *Dolendus* sub *A.* 2. a. et sub *B.* — Dolere usurpatur *A)* Passiva significatione, et *B)* Activa.

*A)* Passiva significatione *dolere* est dolore affici (It. *dolersi*, dolere; Fr. *éprouver de la douleur*, souffrir; Hisp. *pádecere*, sufrir algún dolor; Germ. Schmerz empfinden oder leiden; Engl. to grieve, sorrow, be sad or sorry, be in pain). Refertur *¶ 1.* Ad corpus; et occurrit — *a)* Cum Nominativo tantum membra, quod dolet. *Plaut. Amph.* 5. 1. 7. Caput dolet, neque audio, neque oculis propicio satis. *Id. Aulul.* 4. 7. 10. uterum. *Id. Curs.* 2. 1. 21. renes. *Id. Most.* 4. 2. 10. oculi. *Lucret.* 3. 111. pes ægri. *Cato R. R.* 157. cor. *Cic.* 2. *Tusc.* 19. 44. Pes dolet, dolent oculi, latera, pulmones. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (224). Dens dolet. *Id. ibid.* 23. 35. (244). Diu dolent talia ulcera. — Et cum addito Ablativo causæ. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 53. auricula collecta sorde dolentes. *Plin.* 24. *Hist.* 5. 10. (15). Si caput a sole dolet. — *b)* Cum addito Dativio personæ, cui membrum aliquod dolet. *Plaut. Amph.* 1. 1. 252. Nam etiam misero nunc malæ dolent. *Ter. Phorm.* 5. 8. 64. Dolent tuo viro oculi. — *c)* Cum Nominativo personæ et Ablativo, cum præpos. ab, membrum dolentis. *Plaut. Cist.* 1. 1. 62. Doleo ab oculis. — *d)* Cum Nominativo personæ et Accusativo. *Fronto* p. 264. edit. *Rom.* Graviter oculos dolui. — *e)* Impersonaliter. *Plaut. Epid.* 1. 2. 14. Mibi dolet, quin ego vapulo. *Id. Pten.* 1. 1. 22. Si feriri video te, exemplo dolet. *Id. Truc.* 4. 2. 55. Si stimulus pugnis cædis, manibus plus dolet. *¶ 2.* Sæpius refertur ad animum: et cum Accusativo rei est plorare, lugere, queri; cum Ablativo autem est dolore affici, animo turbari. — *a)* Cum Accusativo rei: hoc pertinet illud *M. Aurel. Anton. ad Fronton.* p. 216. edit. *Rom.* Quum autem in singulis articulorum tuorum doloribus torqueri solcam, mi magister, quid opinaris me pati, quum animum doles? *Afranius apud Cic.* 4. *Tusc.* 20. 45. et 25. 55. Quum dissolutus filius: Heu me miserum! tuin severus pater: *Dummodo* dolet aliquid, dolet quod habet. Cf. *eum*. *Cic.* 16. *Att.* 2. 3. *Cic. Sext.* 69. 145. Quia meum casum luctumque doluerunt. *Id. 8. Att.* 15. extr. Ut meam vicem dolores, quum me derideri videres. *Id. Cael.* 10. 24. Dolere Dionis morte. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 112. Quid latura (*natura*), sibi quid sit dolitura negatum. *Liv.* 23. 9. tuam vicem. *Tac.* 1. *Hist.* 29. ipsius imperii vicem. *Sueton.* *Tib.* 52. vicem eorum. *Justin.* 12. 6. 15. mortem unius. — Et Part. *Dolendus* apud *Cic.* 12. *Fam.* 23. A te non uilescenda sunt, etiam si non sunt dolenda. — Et passive. *Stat.* 2. *Silv.* 6. 97. Eximius licet ille aniini, meritusque doleri. h. e. dignus, qui ploretur. — *b)* Cum Accusativo et Infinito, qui Accusativo vicem gerit. *Lucret.* 3. 899. Qui possit vivus sibi se lugere peremplum, Stansque jacentem, nec lacerari urive dolere. *Al. leg.* dolore. *Cæs.* 3. *B. G.* 2. Accedebat, quod suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant. *Id. 5. ibid.* 52. Tantum se deperdisse, gravissime dolebant. *Cic. Vatin.* 13. 31. Quis tum uon ingemuit? quis non doleuit reipublica casum? *Al. leg.* casu: *V. Halm.* ad h. 1. *Id. Amic.* 20. 71. Sic inferiores non dolere, se a suis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari. *Ovid.* 2. *Met.* 352. Illa dolet fieri longos sua brachia ramos. — Et cum Infinito tantum. *Horat.* 4. *Od.* 4. 61. Non Hydra secto corpore firmior Vinci dolentem crevit in Heraklem. *Sueton.* *Tib.* 7. Sed Agrippinam et abegisse

post divertium doluit, et etc. — *c)* Cum Ablativo rei sine præpos. *Cic.* 5. *Fam.* 8. 2. Homines laude aliena dolentes. *Id. Amic.* 13. 47. Et letari bonis rebus et dolere contraria. *Liv.* 39. 43. extr. Ignominia ne sua quempiam dolitum censeret. *Id.* 29. 21.

Dolere injuria civitalis sua. *Virg.* 1. *En.* 673. et nostro doluisti sæpe dolore. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 67. Dolere caso Metello. *Ovid.* 6. *Met.* 130. successu. *Plin.* 1. *Ep.* 12. morte. — *d)* Cum Ablativo et præpos. ab, de vel ex. *Plaut. Cist.* 1. 1. 62. Doleo ab animo, doleo a ægritudine. *Cic.* 6. *Att.* 6. De Hortensio te certo scio dolere. *Id. 12. ibid.* 1. Qualecta (epistola), de Atticæ febricula scilicet valde dolui. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 7. Insolabiliter rapto de fratre dolentis. *Ovid.* 7. *Met.* 831. de pellice vera. *Cic.* 16. *Fam.* 21. Quoniam igitur tum ex me doluisti, nunc ut duplicitur tuum ex me gaudium, præstabo. *Cæs.* 1. *B. G.* 14. Quo gravius homines ex commutatione rerum doleant. — *e)* Cum Accusativo simul et Ablativo. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 37.

At pia nil aliud quam me dolet exsule conjux. —

*f)* Sequentibus part. *quod*, *quia*, *quam*, *si*; ut apud *Cic. Brut.* 1. 5. Si id dolemus, quod eo frui nobis non licet. *Ovid.* 5. *Met.* 24. Insuper a quoquam quod sit servata dolebit. *Cæs.* 1. *B. C.* 9. Doluisse se, quod populi Romani beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur. *Luccejus apud Cic.* 5. *Fam.* 14. Doleo, quia doles. *Cic. Marcell.* 1. 2. Dolebam enim et vehementer angebar, quem viderem etc. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 88. quibus haec, sunt qualcumque, Arridere velim; dolitrus, si placent spe Deterius nostra. — *g)* Absolute. *Plaut. Capt.* 5. 1. 7. Satis jam dolui et animo, et cura me satis et lacrunt maceravi. *Ter. Heaut.* 5. 1. 61. Ah! nescis quam doleam. *Cic. 5. Parad.* 1. 34. Ut nihil faciat invitus, nihil dolens. *Sall. Jug.* 39. Pars dolore pro gloria imperii. *Virg.* 4. *En.* 393. solando lenire dolentem. *Id. 11. ibid.* 732. Quis metus, o numquam dolitri, o semper inertes Tyrrenhi, quæ tanta animis ignavia venit? Adde *eum*. 6. *ibid.* 733.; *Horat.* 3. *Od.* 1. 41. et 4. 73. et 1. *Ep.* 6. 12.; *Senec. Consol. ad Helv.* 17.; *Quintil.* 2. 4. 10. et 9. 1. 23.; et *Plin.* 8. *Ep.* 16.

*B)* Activa significatione *dolere* est dolore afficer, dolorem afficer, parere; et occurrit — *a)* Cum Dativio personæ et quidem — Cum Nominativo. *Plaut. Merc.* 2. 3. 54. Verum, in portum buc ut sum advectus, nescio, quæ animus mibi dolet. *Id. Capt.* 1. 2. 49. Huic illud dolet, quia nunc remissus est edendi exercitus. *Id. Cist.* 1. 1. 113. Ne quid, quod illi dolet, diteris. *Ter. Eun.* 1. 2. 13. Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mibi dolet. *Cic. 1. Orat.* 58. 230. Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronum, nihil cuiquam doluit. *Inscript.* apud *Orell.* 4798. MOBS ASEA qvoi dolvit. Adde *aliam* apud *eum*. 4799. — Et impersonaliter. *Plaut. Men.* 2. 3. 84. Mihi dolebit, non tibi, si quid stulte fecero. *Ter. Phorm.* 1. 3. 10. Tibi, quia superest, dolet, Id. *Adolph.* 2. 4. 8. Hoc mihi dolet, nos pæne seroscis. *Cic. Mur.* 20. 42. Cui placet, obliscitur; cul dolet, meminit. *Brutus ad Attic. inter ep.* *Cic. 1. ad Brut.* 17. *ad fin.* Dolet mihi, quod tu nunc stomacharis. — *b)* Cum Accusativo personæ. *Propert.* 1. 16. 23. Me media noctes, me sidera prona jacentem, Frigidaque Eoo me dolet aura gelu. V. *Hertzberg* ad h. 1. Huc fortasse referri potest et illud *Ovid. Heroïd.* 5. 8. Quæ venit indignæ pena, dolenda venit, h. e. cum dolore ferenda. — *c)* Absolute. *Ter. Eun.* 3. 1. 40. Dolet dictum imprudenti adolescenti. h. e. mibi dolet, quod tu dixisti adolescenti, qui minime crederet, tali se percuti posse convicio. Adde *Senec. Tranquill. anim.* 3. — *Hinc Part. præs.*

*Dolens, entis*, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Dolentior*, et est dolorem afferens. *Sall. Jug.* 84. Dictatore alia magnifica pro se et illis dolentia. *Ovid.* 4. *Met.* 245. Nil illo fertur volucrum moderator equorum Post Phætontes vidisse dolentius ignes. *Nisi malis esse adverb.*

DÖLESCO, scis, scere, n. 3. idem quod doleo. *Gloss. Philox. AχSeμας*, dolco, dolesco.

DÖLÄRIS, c, adjct. at dolium pertinens. *V. num dolare* dicitur ad differentiam amphorarum: illud enim ex doliosis, hoc vero ex amphoris bauritum: illud recens est, hoc vetus: illi denique diffusum opponitur (V. *Schmid ad Horat.* 1. *Ep.* 5. 4.). *Ulp. Dig.* 18. 6. 1. § 4. Si doliare vinum emeris. — *Hinc*

*Plaut. Pseud.* 2. 2. 64. Apud anum illam doliarum, cludam, crassam, Chrysidem, h. e. ventriosam instar dolii. *Al.* perperam leg. diabolarem. — *Opus dolare* in multis inscriptionib. figlinarum apud *Murat.* p. 497. et sequentib. et alios est quidquid a ligulis venit, dolia, tegulæ, lateres, amphoræ, vasæ fictilia omne genus.

DÖLÄRUS, a, um, adjct. ad dolium pertinens. *Servus dolarius* (*dolearius* habet *Inscript.* apud *Gruter.* 583. 1.) est qui dolis vinum condit et in cella servat. Similiter in *Inscript.* apud *Murat.* 504. 13. OFFICINA DOLEARIA. Hæc *Inscript.* est apud *Orell.* 4888. — *Hinc*

*Dolarius*, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui dolia facit. *Plin.* 3. *Hist. Nat.* 6. 12. (82). Pythecusa dicta, non a simiarum multitudine, sed a figlinis doliariorum. *Harduin.* legit *doliorum ex MSS.*, quam lectionem etiam *Siliq.* retinuit. *Inscript.* apud *Don.* cl. 7. tab. 4. p. 299. L. AVNELIVS SABINVS DOLARIUS FECIT SIBI ET SVIS.

*Dolarium*, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est cella, ubi plura sunt dolia. *Cajus Dig.* 18. 1. 35. § 7. Si ex dollario pars vini venierit.

DÖLICHÖDRÖMUS, i, m. 2. *δολιχός longus* et *δρόπος* cursus. Ut docent *Analiti* dell'Instit. archaeol. ann. 1833. p. 69., stadiodromi dicebantur qui quaterni a læva dextrorum currendo stadium semel perficiebant; diauli vel diaulodromi, qui terni vel quini a læva dextrorum currendo stadium bis perficiebant; denique dolichodromi qui a dextra sinistrorum currendo stadium quater et vices perficiebant. Hæc autem vox est *Hygini fab.* 173., cuius verba *V. in DIAULOS*.

DÖLICHOS, i, m. 2. *δολιχός*, similax hortensis, seu phæsolus; a Graeca voce allata, quæ idem significat. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 44. 92. (244). Item circa Tempe Thessalica 'est herba) quæ polypodium vocatur, et que dolichos ac scrypulum. *Kärcher.* docet *dolichon* esse Fr. *feve de mer* fèverolle, Germ. *Feld-oder Kernbohne*. De phæsolio ac proinde etiam de dolicho agit *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 33. (125). *V. PHASEOLUS.*

DÖLIDUS, a, um, adjct. molestus, dolorem aferens. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 3. Omnis motus dolidus est tumore oppressis. *Id. ibid.* 6. *Dolidus* sensus.

DÖLIO, is, itum, ire, a. 4. est alia forma pro *dolo*, *as*, *are*; unde *Varro* apud *Non.* p. 99. 17. *Merc.* Numnam celatus in manu destra scyphus Cælo dolitus artem ostental *Mentoris?* *Forcellinus* putavit *dolitum* efferendum, atque ait *Nonium* male legisse; nam dolatus id genus carminis et loci sensus postulat. At rectius *Oehler.* *M. Ter. Varro.* *Sat. Menipp.* p. 92. ad loc. cit. ait: *« Dolitum,* quod dolatum usu dicitur, etiam p. 436. 15. *Nonii* ed. *Merc. Dolitus*, quod Codd. MSS. utroque loco constanter tenent et *Nonii* auctoritas tuctur, secundam habet productum et est a *dolere*, non a *dolere*: quemadmodum ab *impetrare* est *impetratus* et *impetratus*. Similia verba sunt *artare* et *artire*, *fureare* et *furiare*, *pipare* et *pipire*, *mintrare* et *mintrare*».

DÖLIÖLUM, i, n. 2. *dolitum*. a dolium, pars unius dolium. *Colum.* 12. *R. R.* 44. 3. Dolilia nova, sine pire, in sole siccant. *Liv.* 5. 40. Saeta condita in doliolis, sacculo proximo ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc despici religio est, defodere. *Varro* 5. *L.* 157. *Müll.* et *Paul. Diac.* p. 69. 8. *Müll.* docent illum ipsum locum, de quo *Liv.* 5. postea fuisse doliola appellatum. — *Doliola florum* vocat *Plin.* 11. *Hist. nat.* 13. 13. (32). et *ibid.* 15. 15. (38). cylindricos florum, qui instar doliol: turgent in medio, et rotundi sunt; sed eam lectionem falsum esse putat *Schneiderus* ad *Varro.* 3. *R. R.* 16. p. 579.

DÖLITO, as, are, n. 1. frequentat. vel potius intensivum verbi doleo. *Cato R. R.* 157. Omnia sana faciet, intro quæ dolitabunt.

DÖLITUS, a, um. *V. DOLEO.*

DÖLITUS, a, um. *V. DOLIO.*

DÖLIUM, ii, n. 2. *Etimol.* *doleum* scribitur apud *Gargil.* de *hort.* (edente, A. Scottio) 2.; quemadmodum et *dolearius* pro *dolarius* in *Inscript.* *V. DOLLARIUS.* — Ceterum

I.) Proprie — Dolium est vas e majoribus, quibus vinum conditur, et in cellis servatur, capat, rotundum et ventriosum (It. botte; Fr. tonneau; Hisp. tonelada; Germ. d. Fass; Angl. a

*cask, barrel, tub, a tun, butt, pinc, or hogshead, any great vessel.* Veteres vinum recens in dolis condebat: ubi esset defæcatum, in amphoras et cados diffundebant, ut docet *Procultus Dig.* 33. 8. 15. Hinc *Seneca Ep.* 36. Vinum non pati ætatem, quod in dolio placuit. *Propert.* 2. 1. 69. Dolia virginea idem ille repleverit urnas. Adde *Caton. R. R.* 49; *Plaut. Cist.* 2. 2. 7; *Ter. Heaut.* 3. 1. 51.; *Colum.* 11. *R. R.* 2. 70.; et *Horat.* 3. *Od.* 11. 27. — Apud *Cic. Brut.* 83. 288. Num igitur qui hoc sentiat, si is portare vellit, de dolio sibi hauriendum putet? minime: sed quamdam sequatur ætatem. h. e. vinum recens factum, et sine nota anni. Nam in dolia tali mente vina conjicimus, inquit *Procult. Dig.* 33. 8. 15., ut ex his postea vel in amphoras et cados diffundamus; vel sine ipsis dolis veneant. Cadis autem et amphoris adscribatur nota consulum, dolis non item. — Primo dolia fuere fictilia: unde *Juvenal.* dc dolio Diogenis loquens, 14. 312. Sensit Alexander, testa cum vidit in illa Magnum habitatorem, etc. — Ea in cellis vinariis defossa plerumque tenebantur, et solo adhærentia, terra aggeta, quo essent tutiora; et pice intus illata, ut est apud *Colum.*, *Terent.*, *Plin.* et non unis *Digestor.* locis *Plin.* 14. *Hist. nat.* 21. 27. (134). Imbecilla vina demissis in terram dolis servanda, valida expositis. *Pallad.* 10. *R. R.* 11. In dolis picantis hic modus erit: ut dolium ducentorum congitorum duodecim libris picetur. — Deinde lignea fieri cœpere, et capaciora, asseribus vimine constrictis, ut hodieque apud nos. Ita enim figura dolii et sato antiquo exhibetur apud *Reines. Inscript.* cl. 11. n. 62., videoturque hac ratione idem esse, quod cupa. Quod vero lignea fuerint, docet etiam *Plin.* 8. *Hist. nat.* 6. 6. (16), ubi rates memorat doliorum consertis ordinibus impositos. *Id.* vero 14. *ibid.* 21. 27. (132). narrat, circa Alpes lignica vasis vinum condi, circulisque cingi. Adde *Flor.* 3. 20. sub. fin. *Strabo* l. 5. p. 334. edit. Amst. 1767. τοις δὲ πόνον τε τὸν θηρίους οἱ μέλιται. ἔλαται γάρ μετέχουσι οὐκαντοί εἰσι. h. e. cubiculis majores. — Dolia plumbea memorantur a *Jablon. Dig.* 33. 7. 27. — De dolis curtis *V. CURTUS.* — Trebat. apud *Procult. Dig.* 33. 6. 15. negabat, dolia in vasis vinariis esse numeranda. Eius opinionis ratio esse potest, quia ad alios quoque usus destinari possunt, ut condendo olco, fumento, uvisque, coloniciis et aliis bujusmodi ad cibos. Hinc apud *Varron.* 1. *R. R.* 22. 4. dolia vinaria et frumentaria. (V. *Cavedoni, Marm. Moden.* p. 57.) et *Coton. R. R.* 10. dolia annuncaria. — In militia adhuc quoque sunt plena saxis, aut pice accensa, quo per declive devolverentur in hostes. — Quin et defunctos scese multi fictilibus dolis condi maluere, ut ait *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 46. (180), quamquam solis minus recte ibi legendum censem *Harduin* ex quibusdam MSS. (item *Siliq.* ex optimis Codd., *Mag. miscell.* 2. 18., *Torrent.* ad *Sueton. Ner.* 50. et *Cellar.* ad *Curt.* 10. 1. 32.); nam apud Salomon nuper effossi sunt plurima dolia, quibus continebantur integra humana corpora; quo autem commodius intromitterentur, dolia ipsa prius data opera transversim secta, deinde glutine quadam conjuncta, et una cum corporibus in loculis latericis humili prostrata, et ordinatis disposita condita sunt. *V. CUPA* et *Labus, Mus. Mant.* T. 2. p. 61. *Julianus* lamen *Dig.* 50. 16. 206. docet, in vinario instrumento dolia habenda esse, si vinum habeant; si non habeant, non esse. — *In dolium pertusum ingere aliquid*, proverbio est operam perdere. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 133. *V. PERTUNDO.* — Dolia, in quibus conclusi aluntur glires in consæpto villæ, memorat *Varro* 3. *R. R.* 12. 2.

II.) Impropropria similitudine dicuntur dolia in cælo globi ignei, de quibus *V. Pithœus. Manil.* 1. 840. tumidis exæquat dolia flammis Proceri distenta utero.

**DÓLO**, as, àvi, àtum, are, a. 1. De alia forma *V. DOLIO*. — *Dolere* in *Infinito*, ut sit 3. conjug., quidam minus recte leg. apud *Lucr. 5. 1266.* — *Part. Dolatus I.* — Dolo est dolabra, sive ascia cædo, lævigo (It. *tagliare, asciare, polire*; Fr. *travailler avec la doloire, dégrossir, polir, faconner, charpenter*; Hisp. *adegazar, polir, carpintear*; Germ. *behauen, hauend bearbeiten*; Angl. *to cut smooth, hew roughly, chip, square*). —

1.) Proprie. *Lucr. 5. 1265.* Ut sibi tela parent, silvasque excidere possint, Materiem hævare, dolare

ac radere tigna. *Cato R. R.* 31. Dolare materiem. *Id. ibid.* 45. Taleas oleagineas dolare, aut secare. *Cic. 2. Divinat.* 41. 86. Quis robur illud cæcidit, dolavit, inscripsit? *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 31. 100. Non e sauro sculptus, aut e robore dolatus. Cf. *Non.* p. 99. 20. *Merc. Colum.* 8. *R. R.* 3. 7. Dolare perticas in quadrum. *Propert.* 4. 2. 59. Stipes proptanti fæce dolatus. *Juvenal.* 12. 57. Dolato confusus ligno. *Petron. Satyr.* 135. Sincipitis vetustissima particula, milie plagis dolata. h. e. ex qua millies aliquid cædendo detractum fuerat.

II.) Impropropria. ¶ 1. Figurate. *Plaut. Mit. glor.* 3. 3. 63. Dolare colum. h. e. colum facere, perficere. — Alio sensu *Cic. 2. Orat.* 13. 54. Sed iste ipse Cælius neque distinxit historiam varietate locorum; neque verborum collocatione, et tractu orationis leni et æquabili perpolivit illud opus: sed ut homo neque doctus, neque matime aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit. h. e. aliquantulum quidem limavit, non temen ad ungucin perfectit. — *Horat.* 1. *Sat.* 5. 22. Dolare aliquem fuste. h. e. quam maxime verberare. ¶ 2. *Dolare vermiculos* est necare fricando. *Auct. Priap.* 47. dolorem Cunni vermiculos scaturientes. ¶ 3. Obsceno sensu. *Martial.* 7. 67., ubi alii vorat leg.; et *Pomponius* apud *Non.* p. 168. 2. *Merc.* Dolasti uxorem. ubi tanien sensus dubius est. *V. DEBOLO.*

### DÓLO vel

**DÓLON**, ónis, m. 3. Vox Græca. *Hesych.* Δόλωνς οἱ πίστια ἐν ἔγκλισι αποκεκυμένα. *Servius* ad *Virg. 7. En.* 664. Dolo est aut flagellum, intra cuius virgin latet pugio; aut, secundum *Varronem*, ingerens contus cum ferro brevissimo. Dolones autem a fallendo dicti sunt, quod decipiunt ferro, cum speciem præferant ligni (It. *bastone con ferro dentro*; Fr. *canne à épée*, bâton armé d'un fer très-court; Hisp. *baston armado de hierro*; Germ. e. *Stab mit scharfer Spitze*, *Stock-degen*, *Dolch*; Angl. *a staff with a little rapier in it, a little sword, spear, a sort of spear*).

1.) Proprie. *Virg. 7. En.* 664. Pila manu sævoscum gerunt in bella dolones. *Sueton. Claud.* 13. Reperti et equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes, alter ut egressum in theatro, alter ut sacrificantem apud Martis aedes adoraret. Adde *eund. Domit.* 17. *Alfen. Dig.* 9. 2. 52. Flagello, quod in manu habebat, in quo dolo inerat, verberare tabernarium cœperat. Apud *Torrentin.* legitur dolor: ex quo suspicio est, dolor esse in *MS.* Nam et hanc positionem in recto casu huic nomini quidam tribuant, quam Græce quoque habeant.

II.) Impropropria. ¶ 1. Ad muscas aculeum transulit *Phœdr.* 3. 6. Vide, ne dolone collum compungam tibi. ¶ 2. In navi est minus velum, fortasse quod nunc Itali trinchetto appellant, et fortasse quod artemon dicitur. *Poltux* l. 1. c. 9. Ο δὲ ἐκτρῶν τοτέ, δολῶν. *Hesych.* Δόλωνες οἱ μυροὶ ἄτοι ἐν τοις φθονοῖς. *Liv.* 36. 44. Dolonibus erectis altum petere intendit. et 45. Sublati dolonibus effusæ fugere intendit. *Adde eund.* 37. 30. Ubique autem de re subita sermo est, quum majora vela expandere celeritas non sinit, ideoque minora tantummodo explicantur.

**DÓLOR**, óris, m. 3. acerbus corporis, vel animi sensus, crutatus, mæror (It. *dolore, doglia*; Fr. *souffrance, douleur*; Hisp. *dolor*; Germ. *d. Schmerz, d. schmerzhafte Empfindung*; Angl. *grief, dolour*).

1.) Proprie. ¶ 1. De corporis dolore, quem ita definit *Cic. 2. Tusc.* 15. 35. Dolor est motus asper in corpore, alienus a sensibus. *Lucret.* 4. 1072. faciuntque dolorem corporis. *Id. 6. 659.* Sæpe dolor dentes, oculos invadit in ipsos. *Cic. 3. Tusc.* 25. 61. Dolor corporis, cujus est morsus acerrimus. *Id. 1. Att.* 5. extr. Terentia iniquos articulorum dolores habet. *Id. Brut.* 34. 130. Qui etsi, quum remiserant dolores pedum, non deerat in causis, etc. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 32. laterum dolor aut tarda podagra. — De dolore parturientum *Ter. Indr.* 1. 5. 33. et *Adelph.* 3. 5. 40. ¶ 2. De animi dolore, quem ita definiet *Cic. 4. Tusc.* 8. 18. Dolor est ægritudo crucians. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 19. Atque hoc evenit, in labore atque in dolore ut mors obrepat interim. *Id. Truc.* 2. 5. 5. Quantum corde capio dolorem. *Cic. 3. Tusc.* 25. 61. Dolor animi punxit. *Id. Sest.* 29. 63. Iucutum nos hausimus majorem, dolorem ille animi non minorem. Adde *eund. Balb.* 27. 60. *Id. 2. Off.*

22. 79. Præ scse fert dolorem suum. *Id. Ann.* 13. 43. Si cadit in sapientem animi dolor. *Id. 1. de republ.* 4. Majorum letitiam ex desiderio bonorum perceperimus, quam ex letitia improborum dolorem. *Id. 6. Verr.* 21. 47. Haec magnum dolorem conmovent. *Id. 1. ad Q. fr.* 3. sub fin. Sed omnis dolor est, quod optime causa pœna est maxima constituta. *Cæs. 5. B. G.* 29. Magno esse Germanis dolori Ariovisti mortem. *Id. 3. B. C.* 8. Doloris iracundia erupit. *Id. 1. B. C. 4.* Dolor repulse. *Liv.* 1. 40. injuria. *Ovid. 7. Met.* 688. conjugis amissæ. *Sueton. Vesp.* 8. ignominia. *Justin.* 1. 8. 9. orbitatis. *Virg.* 2. *En.* 594. Quis indomitus tantus dolor excitat iras? *Horat.* 1. *Ep.* 2. 60. dolor quod suaserit et mens. *Tac. 2. Ann.* 71. Justus mihi dolor etiam aduersus deos. *Curt.* 6. 4. 4. Liberior inter mutuas querelas dolor. Adde *eund.* 9. 11. 2. Jungitur pluribus Verbis, quorum præcipua haec sunt. *Cic. 1. Fam.* 6. Capere dolorem in re aliqua. *Id. 4. ibid.* 6. ad fin. ab aliqua re. *Id. Dom.* 36. 97. et 11. *Phil.* 1. 1. Accipere dolorem ex aliqua re. *Id. Cœl.* 24. 59. Haurire dolorem acerbissimum. *Id. 1. Fin.* 7. 24. Suscipere dolorem pro patria, pro suis. *Id. ibid.* 11. 38. Esse in dolore. *Id. 4. Fam.* 3. Angi dolore. *Id. 1. ibid.* 5. Affici summo dolore. *Id. Dom.* 57. 145. Sustinere perpetuum dolorem. *Id. 4. Cat.* 1. 1. Perferre omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque. *Plin. 1. Ep.* 12. Superat dolore. *Cic. 4. Fam.* 6. Resistere dolori. *Id. ibid.* 13. a med. Abjicere omnem dolorem. *Id. ibid.* 6. Deponere. *Id. Harusp. resp.* 18. Ille mihi est dolori. Ita *Fornicinus*: ipse locum minime inveni. *Id. 1. ad Q. fr.* 3. extr. Afferre alicui dolorem. *Id. 7. Att.* 13. Dare. *Id. 11. Phil.* 15. 38. Inure. *Id. 12. Att.* 18. Efficere. *Id. ibid.* 8. Facere. — Conjungitur haud raro cum ira, ut apud *Curt.* 3. 12. 7. Veritus deinde ne proditor captivaram iram doloremque gravaret, etc. *Annian.* 14. 2. Qui habitus iram pugnantium concitat et dolorem. Cf. *Cic. 1. ad Q. fr.* 1. 13. Moderari vero et animo et orationi, quum sis iratus, aut etiam tacere et tenere in sua potestate motum animi et dolorem, etc. — Hinc dolor dicitur etiam de ira, quæ dolor est cum appetitu vindictæ. *Cic. fragm.* apud *Priscian.* 6. p. 689. *Putsch.* Uxor pellicatus dolore concitata. *Nepos Lys.* 3. Quo dolore incensus, iniit consilia reges Lacedæmoniorum tollere. — *Servius* ad illud *Virg. 11. En.* 732. monet, veterum more dolorem dici etiam studii alicuius ardorem et promptam gloria cupiditatem: quo sensu et *novus* Græce usurpat. *Virg. 10. En.* 397. Arcades accensos monitu, et præclaræ tuentes Facta viri, mixtus dolor et pudor armat in hostes.

II.) Impropropria. ¶ 1. Per metonymiam a Poetis dolor dicitur de re, quæ dolorem afferit. *Ovid. 3. Pont.* 3. 73. Quidquid id est, (neque enim debet dolor ille referri) Non potes etc. Cf. *Propert.* 1. 14. 17. Illa (*Venus*) potest magnas heroum infringere vires: Illa etiam duris mentibus esse dolor. ¶ 2. Apud Rhethores dolor est τὰ καύση, sive oratoris habitus ac verba, quæ veram doloris naturam quum exprimunt, motus animorum in aliis excitant. *Cic. 2. Orat.* 45. 188. Quæ mehercule ego, Crasse, quum a te tractantur in causis, horrere soleo. Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor, oculis, vultu, gestu, digito denique isto tūp significari solet. *Id. 3. ibid.* 25. 96. Ut oratio admirabilis sit, ut polita, ut sensus, ut dolores habeat. *Id. Orat.* 62. 209. Genus hoc orationis detrahit dolorem actionis, auferit humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem. Adde *eund. Domit.* 37. 130. et *Brut.* 24. 93.; *Quintil.* 6. 3. 26.; et cf. *Horat. Art. P.* 101. et seqq.

**DÓLORÓSUS**, a, um, adject. dolorem afferens. *Veget.* 4. *Veterin.* 22. Dolorosi loci. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 5. Exstantia resistens et dolorosa.

**DÓLOSE**, adverb. Comp. *Dolosius*. — Dolose est cum dolo, versute, subdole. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 4. Ingredere in viam dolose, et ego hic in insidiis ero. *Id. Truc.* 2. 5. 9. Nullam rem oportet dolose aggrediri, nisi astute accuratique exsequare. *paulo ante dixerat:* Quæ ausa sum tantum clavis dolorem aggrediri. *Cic. 3. Off.* 15. 61. Dolose, aut malitiose agere aliquid. *Pseudo-Ascon.* ad *Cic. 3. Verr.* 38. Cupidius accusare et dolosius.

**DÓLOSITAS**, atis, f. 3. *dolositas*, fraudulentia. *Fulgat. interpr.* Eccl. 37. 3. Cooperare aridam malitiam et dolositatem illius.

**DÖLÖSUS**, a, um, adject. dolus plenus, subdolus, versutus, malitiosus, fallax (It. *inganneole*, furbo, fallace, fraudolento; Fr. *ruse*, astucieux, fourbe, trompeur; Hisp. *salaz*, engañador, trámposo; Germ. *ränkevoll*, betrügerisch; Angl. *cunning*, *crafty*, *deceitful*, *treacherous*, *artful*, *arch*, *sly*).

I.) Proprie de animalibus eorumque actibus. — a) Absolute. *Plaut. Epid.* 3. 2. 36. Dolosa fidicina. *Horat. 2. Sat.* 5. 70. mulier. *Phœdr. 1. 13. 11.* vulpes. *Cic. Rabir. Post.* 2. 4. Pulsus regno Ptolomæus dolosis consilis. *Ovid. 15. Met.* 473. Artes dolosæ. — b) Cum Infinito. *Horat. 1. Od.* 35. 26. disfugunt cadi siccatis amici. Ferre jugum pariter dolosi. h. e. qui videbantur quidem fidi, sed versa fortuna fallentes.

II.) Impropte de inanimis. *Horat. 2. Od.* 1. 8. incedit per ignes Suppositos cineri doloso. *Id. 3. ibid.* 27. 25. Europe niveum doloso Credidit tauro latus. *Pers. prol.* 12. Dolosus nummus. h. e. corrutor, seductor.

**DÖLUS**, i, m. 2. est ab obsoleto δέλω inesse, unde δέλαξ esca, *fraus*, inde etiam δέλος *dolus*, media significationis. Antiqui enim, teste *Paul. Diac.* p. 69. 10. *Mull.* etiam in bonis rebus utebantur: unde adhuc dicimus sine *dolo malo*, nimis quia solebat dici et bonus. h. e. *sororita*, maxime si adversus hostem, latronemve quis machinaretur, ut est apud *Ulp. Dig.* 4. tit. 3. qui est De *dolo malo*, leg. 1. *Labeo ibid.* Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallen-dum, decipiendo alterum adhibita (It. *inganno*, *maltizia*, *fureria*, *frode*; Fr. *tour d'adresse*, *fou-berie*, *supercherie*, *dol*, *fraude*; Hisp. *destreza*, *salacia*, *engaño*, *fraude*; Germ. d. *Kunstgriff*, d. *List*, *Betrug*, *Tücke*; Angl. *a device*, *crafty pur-pose*, *artful contrivance*, *trick*, *wile*). Itaque occurrit — a) *Dolus malus* conjunctim. *Ter. Eun.* 3. 3. 9. Erat suspicio, *dolo malo* haec fieri omnia. Ubi *Donatus*: Quod addidit *malus*, aut ἀρχαιοῦς est, quia sic in XII. Tab. a veteribus scriptum est; aut ēt. *Drov* *doli* est perpetuum; aut diastolic est, quia est et bonus, quo a medentibus falli rēgos, non tamen decipi, *Lucr̄tius* (4. 11.) testatur. *Cic. 3. Off.* 14. 61. et *Topic.* 9. 39. Quum ex Aquilio quereretur, quid esset *dolus malus*, respondebat, quum aliud esset simulatum, aliud actuū. Adde *eund.* *Flacc.* 30. 74. et 1. *Att.* 1. 3. *Liv.* 38. 11. in *formula pacis*. Imperium majestatemque populi Romani gens et etolorum conservato, sine *dolo malo*. Adde *eund.* 1. 24. — b) Sæpissime absolute adhibetur. *Plaut. Capt.* 2. 1. 30. *Doli* non *doli* sunt, nisi astu colas. *Id. ibid.* 3. 4. 109. Me ductavit dolis. *Id. Pseud.* 1. 5. 70. per doctos dolos. *Ter. Andr.* 3. 2. 13. *Dolis* aliquem fallere. et 3. 4. 4. deludere. *Cæs. 4. B. G.* 13. Per *dolum* atque *insidias* pacem petere. *Id. 2. B. C.* 14. Occasionem fraudis ac *doli* quarunt. *Cic. Dom.* 14. 36.; *Liv.* 1. 53. et 22. 23. *Cic. 3. Nat. D.* 29. 73. *Doli*, *machinæ*, *fallaciæ*, *præstigie*. *Nepos Timol.* 5. *Dolo* aliquem interficere. *Id. Hann.* 10. *Dolo* erat pugnandum, quum par non esset armis. *Virg. 2. Æn.* 152. *dolis* instructus et arte Pelasga. *Id. 11. ibid.* 704. Consilio versare dolos ingressus et astu. *Liv. 1. 11.* Consilio etiam additus dolus. *Id. 2. 8.* per *dolum* ac proditum. *Id. 27. 28.* *Dolum* nectere. Adde *Seneq. Phœniss.* 109. *Salt. Cat.* 29. Parare *dolum* alicui. *Id. ibid.* 10. *Dolis* atque *fallaciæ* contendere. *Id. ibid.* 14. *Dolis* aliquem capere. *Id. Jug.* 73. Quærere *dolum* ad periculum alterius. *Id. ibid.* 40. Bellum sociordia magis, quam *dolo* trahere. *Val. Flacc.* 5. 292. Movere dolos. *Id. 2. 568.* voluntare. *Id. 8. 410.* sentire. *Seneca Herc. Et.* 1467. struere. *Sueton. Tib.* 63. astu magis ac *dolo*. — Ceterum *dolus* apud JCTOS accipitur pro ipsa dolosa actione: V. *Klotz* ad *Cicer. Oration. vol. 1. p. 591.* — c) Interdum *doli* dicuntur res ipsæ, quibus alteri *dolus* paratur. *Ovid. Halieut.* 25. Emicat, atque *dolos* saltu deludit. h. e. *rectia*. *Flor.* 1. 12. 9. *Doli* subterranci. h. e. *cuniculi*. — d) Apud poetas *Dolus* est Deus, ut *Discordia*, *Pavor*, *Letum*, etc. *Val. Flacc.* 2. 205.

**Homonym.** Inter *dolum* et *fraudem* hoc interest, quod *dolus* est omnis callida machinatio siue in verbis, sive in factis, circumveniendi causa: *fraus* detrimentum aliquod importat et damnum. Itaque omnis *fraus* est *dolus*, non contra. *Cit. Dorn.* 14. 36. Ne qua calumnia, ne qua *fraus*, ne quis *dolus* audiatur.

*Vopisc. Numer.* 13. sunt *domesticci* milites, qui circa principem custodiā corporis agunt. *V. DOMESTICATUS*; et *Zirardini Edit. di Rav.* p. 221.

B.) Latiōri sensu. ¶ 1. *Domesticum* dicitur quidquid est patrium et intestinum, atque ideo alienigenæ et externo opponitur. *Cæs. 2. B. C. 5. Domesticis oibus*, vel externis auxiliis de salute urbis confidere. *Cic. Fonteij.* 10. 22. Potestis igitur ignotos notis, iniquis æquis, alienigenas domesticis anteferre? *Id. 2. Off.* 8. 26. *Externa* lubentius in hac re, quam *domestica*, recordor. *Id. 2. de repub.* 15. Non transmarinis, nec importatis artibus eruditis, sed genuinis domesticisque virtutibus. — Jungitur cum *intestino* apud *eund.* 5. *Fam.* 2. Urbem a domesticis insidiis et ab intestino sceleri defendere. *Id. 3. Verr.* 15. 39. Hoc vero occultum, intestinum ac domesticum malum, non modo non existit, etc.

— Et cum vernaculo apud *eund.* 5. *Verr.* 61. 141. Crimen domesticum ac vernaculum. — *Absolute*. *Cic. Sext.* 26. 56. Mitto omnem domesticam labem.

*Id. 1. Fin.* 3. 10. Insolent domesticarum rerum fastidium. *Cæs. 5. B. G.* 9. Domesticum bellum. h. e. intestinum, civile. *Horat. Art. P.* 287. celebrare domesticā facta. h. e. in comœdia et tragœdia domesticas, seu Romanas res tractare. ¶ 2. *Domesticus* est etiam unus hominis proprius, personalis; et alieno opponitur. *Cæs. 3. B. C.* 60. Idque Ita esse, quoniam ex aliorum objectionibus, tum etiam ex domestico iudicio atque animi conscientia intelligebant. *Cic. Rosc. Am.* 24. 67. Sua quicunque *fraus* et suus terror maxime ferat: suum quemque scelus agitat et mentalia afficit: sua malæ cogitationes conscientiaeque animi terrent. Haec sunt impliū assidue domesticæque Furiae. ¶ 3. Denique dicitur de rebus privatis; et publicis, h. e. civitatis rebus opponitur. *Cic. 1. Tusc.* 1. 1. Res domesticas ac familiares nos profecto et melius tuemant et laetiunt; rem vero publicam maiores nostri certe melioribus temperaverunt et institutis et legibus. *Id. 5. Fam.* 13. a *med.* Ergo domesticā seremus, ut censes; et publica paulo etiam fortius, quam etc: *Id. Orat.* 43. 148. Maioribus rebus forensibus nostris et externis inclusæ et domesticæ litteræ respondebunt. *Id. 1. Orat.* 34. 157. Ex hac et domesticæ exercitatione et umbratilis. *Id. Cecin.* 2. 6. *Domesticus* disceptator. *V. Klotz* ad h. i. *Liv.* 1. 1. *Domesticum* publico adjunxit se fœdus. *Plin. Paneg.* 83. Foris claros domesticas destruebat infamia. *Quintil.* 2. 2. 4. In rebus etiam privatis ac domesticis. — Ille

*Domestici*, *orum*, m. plur. 2. absolute, substantiæ more: *V. supra* sub A. in fin.

**DÖMICILIUM**, ii, n. 2. (*domus* et *coi*) *domus*, sedes domesticæ, habitatio certa et diuturna (It. *casa*, *abitazione*, *stanza*, *domicilio*; Fr. *domicile*, *habitation*, *demeure*; Hisp. *domicilio*, *habitacion*, *morada*; Germ. d. *Wohnung*, *Wohnsitz*, *Behausung*; Angl. *a house*, *habitation*, *place of abode*, *residence*, *lodging*).

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 40. Ostium hoc mihi *domicilium* est: Athenis domus atque herus. *Cæs. 6. B. G.* 29. Edificium circumdata silva, ut sunt fere *domicilia* Gallorum. *Id. 1. B. G.* 30. et 2. *ibid.* 29. Deligere sibi locum aliquem *domicilio*. *Id. 1. B. C.* 86. Qui habeant *domicilium*, aut possessio-nes in Hispania. *Cic. 2. Nat. D.* 37. 95. Si essent, qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus *domiciliis*. *Id. Arch.* 4. 9. Quum hic *domicilium* Romæ multos jam annos haberet. *Id. 4. Verr.* 3. 6. Sedes ac *domicilium* collocare in provincia. *Nepos Themist.* 10. *Domicilium Magnesia* sibi constituit. Rursus *Cic. 7. Verr.* 55. 143. *Carcer ille*, quæ *Lautunia* vocantur, in istius imperio *domiciliis* civium R. fuit. Sic *Liv.* 3. 57. *Carcer*, *domicilium* plebis Romæ, scilicet quia ibi multi diu detinebantur. *Plin. 9. Hist. nat.* 32. 51. (101). Cochlearæ exserentes se *domicilio*. *Gell.* 7. 16. vocal *domicilia ciborum* regiones, in quibus cibi alicuius generis optimi nascentur, ut pavones Sami, attagene in Phrygia, hædi in Ambracia, etc.

II.) Translate. *Cic. 1. Orat.* 23. 103. In hoc *domicilio* imperii et glorie. h. e. *Romæ*. *Id. 2. leg. Agr.* 35. 97. *Coloni Capuz*, in *domicilio* superbæ, atque in sedibus luxurie collocati. *Id. Balb.* 5. 13. Cn. Pompeji sic late longeque diffusa lous, ut ejus gloriae *domicilium communis* imperii finibus terminatur. *Id. 1. Nat. D.* 27. 76. *Domicilium mentis*. *Id. Senect.* 18. 63. *senectulus*. *Nepos Att.* 3. In ea

urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii. *Vellej.* 2. 69. In Vatinio deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii, adeo ut animus ejus dignissimo domicilio inclusus videatur. *Gell.* 17. 15. Corrupti in stomacho humores ad domicilia usque animi redundant. h. e. ad caput. — Illæ fortasse aliqui paullo audacieores metaphoræ videantur. *Cic.* 16. *Fam.* 17. Verbo fideliter domicilium est proprium in officio, migrations in alienum multæ. et *Pis.* 31. 76. Suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus Pompeji collocaverunt.

**DÖMÖCENIUM**, ii, n. 2. cena, quæ fit domi. *Martial.* 5. 78. Si tristi domicenio laboras. *Id.* 12. 77. trinoctio Affecti domicenio clientem.

**DÖMICRİUS**, ii, m. 2. qui domum curat. *Inscript.* apud *Hénier.* 260. **ARMILIVS FLORVS DOMICRYNS LVJS.**

**DÖMIDÜCA**. *V.* voc. seq.

**DÖMIDÜCUS** deus dictus est, qui sponsæ ad mariti domum ducentas præterat. *Augustin.* 6. *Civ. Dei* 9. **V. DOMITIUS.** — Juno quoque *Domiduca* dicta est, et *Iterduca*, quasi præses pueris iter facientibus et domum redeuntibus, et pueris ad mariti domum pergentibus. *Id.* 7. *ibid.* 3., item *Capell.* 2. p. 37. apud quem al. perperam leg. *interduca*.

**DÖMINÆDIUS. V. DOMNÆDIUS.**

**DÖMINA**, a, f. 1. In Ablativo plurali, *Curt.* 3. 12. Ut armatos consperere, rati esse actum de dominis etc. h. e. matre et uxore Darii captivis. *V.* dicta in **ASINA**. — Domina est quæ in aliqua re dominatur (It. padrona; Fr. maîtresse; Hisp. dueña, señora; Germ. d. Herrin; Angl. a mistress).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de domini muliere; et familiæ, h. e. servis opponitur. *Plaut.* *Cist.* 4. 2. 107. *ph.* Quod nomen est tuæ dominæ? *ha.* Melænis. *Id. Stich.* 2. 1. 24. Vit ipsa domina hoc, nisi sciat, exoptare a dis audeat. *Ter. Heaut.* 2. 3. 59. Nam disciplina est eisdem, munerarier ancillas primam, ad dominas qui adsestant viam. Add. *eund.* *ibid.* v. 57. *Quintil.* 5. 11. 34. et 35. Dominæ consuetudo cum servo. ¶ 2. Præcipue ac generatim dicitur de ea, quæ dominatur ac potestatem habet: Græce διονύσια. Hinc dea sic sæpe appellatur. *Virg.* 3. *Æn.* 113. Et juncti currum domine subiere leones. Ubi *Servius*: Dominam proprie matrem deum dici, Varro et ceteri affirmant. Cf. *Inscript.* apud *Gruter.* 84. 2. **DOMINAB ISIDI VICTRICI** (Dominam præsertim fuisse appellatam deam Isidem, multis probat *Schiassi G.* al. *Mus. Bol.* p. 11., 25. et 27.). Ceterum *Ovid.* 1. *Art. am.* 148. Tu Veneri dominæ plaudie favente manu. *Propert.* 2. 4. 17. At tu per dominam Junonis dulcia jura Parce etc. Add. *Martial.* 12. 18. ¶ 3. Dicitur etiam de matrefamilias. *Virg.* 8. *Æn.* 397. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. Ubi *Servius* ait de Græco tractum, qui uxorem διονύσια dicunt. Add. *Ter. Heaut.* 4. 1. 15.; et *Sueton.* *Claud.* 39. *Ovid.* quæ dominam vocat uxorem suam 4. *Trist.* 3. 9. et 5. *ibid.* 5. 1. ¶ 4. Item de amica. *Ter. Heaut.* 2. 3. 60.; *Tibull.* 1. 1. 46. et 2. 6. 47.; *Propert.* 1. 4. 2.; *Ovid.* in *amatoris sepiissime*; *Petron.*; *Martial.* 6. 71. etc. ¶ 5. Denique dicitur etiam de imperatoria familie matronis. *Sueton.* *Claud.* 39. Oricula Messalina, paullo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit.

II.) Figurate. *Cic.* 5. *Parad.* 3. 40. Cupiditas horis, quam dura est domina, quam imperiosa, quam vehemens! *Id.* 3. *Off.* 6. 28. Justitia omnium est domina et regina virtutum. *Id.* 2. *ibid.* 10. 37. Voluptates, blandissimæ dominæ. *Id. Marcell.* 2. 7. Illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna. — **DÖMINANS**, antis. *V. DOMINOR.*

**DÖMINANTER**, adverb. cum dominatione. *Dracont.* 1. *Hexam.* 333. Ut (homo) dominanter eat moderationi omnibus unus.

**DÖMINATIO**, ònis, f. 3. imperium, dominium, dominatus.

I.) Proprie fere intelligitur dominium unius in multis: quod in libera republica est odiosum; atque ideo Latine sapissime in malum partem accipitur. — a) In singulari numero. *Cic.* 8. *Att.* 3. a med. Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione Philippus. *Id.* 3. *Phil.* 14. 84. Non modo crudelem superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam

etiam et flagitosam esse ferendam. Add. *eund.* 1. de *republ.* 32. et 2. *ibid.* 9. *Asin.* *Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 31. Erudire me potuit, quam Jucunda libertas, et quam misera sub dominatione vita esset. *Nepos Lysand.* 1. Atheniensium impotentem dominatum refriogere. Add. *eund.* *Mittiad.* 3.; *Sall. Cat.* 5. et 28. et *Jug.* 31.; *Plin. Paneg.* 45.; *Justin.* 1. 1. 7.; *Quintil.* 9. 2. 27.; et *Tac.* 1. *Ann.* 3. et 6. *ibid.* 43. — b) In plurali numero. *Cic.* 2. de *republ.* 26. Ut in eos dicamus, qui etiam liberata jam civitate dominationes appetiverunt. *Tac.* 3. *Ann.* 26. Postquam etiæ *æqualitas*, et pro modestia vls incedebat, provenere dominationes. *Id.* 13. *ibid.* 1. *Segnis* et dominationibus aliis fastiditus. h. e. aliis dominibus. Add. *eund.* 12. *ibid.* 4.

II.) Figurate. *Cic.* 2. *Invent.* 54. 184. Temperanza est rationis in libidinem, atque in alios non rectos animi impetus, firma et moderata dominatio. *Id.* 2. *Verr.* 12. 35. Quoniam hæc te omnis dominatio regnumque judiciorum tantopere delectat. *Id.* 4. *Herenn.* 19. 27. Ne fortuna magnam in nos habeat dominationem.

**DÖMINATOR**, òris, m. 3. qui dominatur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 2. 4. Dominator rerum Deus, et omnia nuda regens.

**DÖMINATRIX**, icis, f. 3. quæ dominatur. *Cic.* 1. *Invent.* 2. 2. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas. *Seneca Hippol.* 85. Magna vasti Creta dominatrix fructi.

**DÖMINATUS**, a, um. *V. DOMINOR.*

**DÖMINATUS**, us, m. 4. In Dativo dominatu pro dominatu dicitur. *C. Cæsar* apud *Gell.* 4. 16. Unius arrogantis superbæque dominatique. *V. ASPECTUS.* — Dominatus est imperium, dominatio, et fere in malam partem, ut de **DOMINATIO** dictum est.

I.) Proprie. — a) In singulari numero. *Cæs.* 1. B. *C.* 4. Ad suam potentiam dominatique converterat. *Cic. Deiot.* 11. 30. Fit in dominatu servitus, in servitute dominatus. *Id.* 1. *Divinat.* 25. 53. Urbs ab Alejandro tyranno crudeli dominatu tenebatur. *Id. Rabir.* *Post.* 14. 39. Esse in superbissimo dominatu. *Id.* 11. *Phil.* 14. 36. Aitcui dominatum et principatum dari. Add. *eund.* 2. *Orat.* 55. 225., et 2. *Off.* 1. 2. — b) In plurali numero. *Cic.* 1. de *republ.* 39. Quin tu igitur concedis idem in re publica, singularum dominatus, si modo justi sint, esse optimos? *Prudent.* *Homartig.* 517. quorum (demonum) dominatibus humidus iste obtemperat acr.

II.) Figurate. *Cic.* 2. *Nat. D.* 11. 29. Itaque necesse est, illud etiam, in quo sit totius natura principatus, esse omnium optimum omniumque rerum potestate dominatique dignissimum. *Id. ibid.* 60. 152. Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. *Id.* 5. *Parad.* 3. 40. Cum dominatus cupiditatum excessit. *Id.* 1. de *republ.* 38. Dominatus animi.

**DÖMINICARIUS**, a, um, adject. ad dominicum diem pertinentis. *Augustin.* *Ep.* 36. ad *Casulanum* n. 21. Non plane sabbatarius, aut dominicarius, sed quotidianus est ille tentator.

**DÖMINICATUS**, us, m. 4. dominatus. *Cassiod.* 3. *Variar.* 25. Siliquatici titulum, quem sive dominatus jure dederamus, discussione inductionis prima, secunda, vel tertie, per provinciam Dalmatiam ordinatio tibi nostra commisit.

**DÖMINICUS**, a, un, adject. De syncope *V. DOMINICUS.* — Dominicus est ad dominum pertinens (It. del padrone, domenicale; Fr. du maître, qui appartient au maître, Hisp. de el amo, de el señor; Germ. dem Herrn gehörig; Angl. pertaining to a lord or master). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Varro* 2. *R. R.* 10. 10. Is sine litteris idoneus non est, quod rationes dominicas, pecuarias conficerre non potest. *Petron.* *Satyr.* 31. Vinum dominicum ministratoris gratia est. *Seneca Ep.* 47. Obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est. *Colham.* 1. *R. R.* *proœm.* 9. Dominicæ habitationes. ¶ 2. Specialiter, quod imperatores dominii appellantur, dominicus ad eos aliquando referuntur. *Imp. Constantini.* Cod. 3. 26. 7. Dominicæ coloni. Add. *ibid.* 7. tit. 38. qui inscribitur, Ne rei dominice, vel templorum vindicatio temporis præscriptione submoveatur. ¶ 3. Item speciatim apud scriptores Ecclesiasticos dominicus dies est, quem Itali nunc vocant la Domenica, qui olim et dies solis dicebatur.

**Tertull.** ita eum appellat, quoties Christianis scribebat, ut de coron. 3., de jejun. 15.; solis vero diem, quoties ethnicos alloquebatur, ut *Apolog.* 15. et 1. ad nation. 13. *Imp. Arcad.* et *Honor. Cod. Theod.* 2. 8. 23. (in fragm. ab *A. Peyronio* editis). Die dominico, cui nomen ex ipsa reverentia inditum est, nec iudi theatralis, nec equorum certamina, nec quidquam, quod ad molliendos animos repertum est, spectaculorum, in civitate aliqua celebretur. Natalis vero imperatorum, etiam die dominico inciderit, celebretur. Hæc an. a Chr. n. 399.; at an. 409. *Imp. Honor.* et *Theodos.* *ibid.* 25. Dominica die, quam vulgo solis appellant, nullas edи penitus patimur voluptates, etiæ fortuito in ea aut imperii nostri ortus, redeuntibus in semet anni metis, obscurserit, aut natali debita solemnia deferantur. V. *Castro* 1. *Hist. Eccl.* 9. a med. — Hinc

**Dominicum**, i, n. 2. absolute, substantivorum more ¶ 1. Est liber cantorum Neronis apud *Sueton.* *Vitell.* 11. Medio Martio campo – inferias Neroni dedit: ac solem convivio citharædum placenter palam admonuit, ut et aliquid de dominico diceret; inchoante Neroniana cantica primus exultans etiam plausit. de *Domito* habent vulgati libri: at *Casaubon*. hæc recte adnotavit: « Id est, caneret aliquod *æqua*, promptum et libro cantorum Neronis. Sed quare potius de *Domito*, quam de *Nerone*? an Nero volumini a se edito indicem fecerat *Domiti cantica*? At *Pithœi* cod. de *dominoo*. ut puto, non absurdè: ita enim videtur appellatum ab assentatoribus vivi Neronis liber cantorum eis, rerum domini: quam vocem resert nunc *Vitellius*, non sine allusione ad tempora Neronis, quam revocare studebat ». Cf. et *Bremi*, qui *Casauboni* sententiam tuerit. ¶ 2. *Dominicum* pro cena Dominicæ usurpatur a *Cyprian.* de op. et eleemos. p. 203. Locuples et dives dominicum celebrare te credis, quæ carbonam omnino non respicias; que in Dominicum sine sacrificio venis; quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis? At *Ant. Nibby* i. *Att. dell. Accad. archeol. Rom.* T. 2. p. 408. contendit, hic et in ejusd. epist. 33. *dominicum* esse basilicam. *Hieronym.* proposito in *Chron.* ad ann. ab Abraham 2344. et 2357. *dominicum*, h. e. *xipax*, vocat basilicam *Antiochæ*.

**DÖMINIUM**, ii, n. 2. nomen abstractum a domino: itaque ¶ 1. Quia dominus interdum dicitur, qui convivium exhibet. dominium pro convivio ponit, docet *Nomius* p. 281. 22. *Merc.* (*Forcellinus* subdit: Melius dirisset, pro munere et officio domini convivii. Recentiores tamen philologi *Forcellino* minime suffragantur). *Lucilius* apud *Non.* loc. cit. Primum dominia et sodalitia omnia tolluntur. Hoc sensu magisteria dicitur *Cic. Senect.* 14. 46. Sed tamen *Id.* 5. *Verr.* 4. 9. Bujus argento dominia vestra, hucus signis et tabulis forum constitutumque ornari. *Att. minus recte leg.* domus vestras. *Forcellinus* in hoc *Cicer.* loco *dominium* accepit pro loco convivii: sed V. *Klotz* ad h. l. *Gell.* 2. 21. Legi – senatus decretum vetus –, in quo jubent principes civitatis, qui – mutua inter se dominia agitant, jurare apud consules – non amplius in singulis cœnas sumptus esse facturos, quam centenos vicenosque æris. *Att. leg.* convivia. ¶ 2. Dominium dicitur etiam proprietatis, seu ius proprietatis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 37. (117). Nec diverse quæ spṛagidas vocant, publico genmarum dominio illi tantu m. dato, quoniam optime signent. *Val. Max.* 4. 4. 1. Omnia nimur habet, qui nihil concupiscit; eo quidem certius, quam qui cuncta possident: quia dominium rerum collabi solet, bona mentis usurpatio nullum tristis fortunæ recipit incursum. *Sueton.* *Tib.* 59. Impatientes dominii. Add. *Cod.* 2. 3. 20. et *JCTos* in *Dig.* sapç; et V. *Hein's röm. Privatr.* p. 129. — Apud *Varron.* 2. *R. R.* 6. 3. In mercando item ut cetera pecudes emptionibus et traditionibus dominium neutant. *Schneider* ex optimis Codd. legit *dominum*. ¶ 3. Item dominatio, imperium, potentia, sed concreto, uti ajunt, seu apud *Senec.* *Vit. beat.* 5. Voluptates et dolores, incertissima dominia impotensissimæ.

**DÖMINO**, as, are, n. 1. *V.* voc. seq. init. **DÖMINOR**, òris, atus sum, ari, dep. 1. Activa forma, sed neutrorum significatio occurrit tantum apud *Venant.* 3. 17. 16. Qui rabies mundi nil dominare potest. Ceterum *V.* infra sub J. h. — Part. *Dominans* I., II. et in fin.; *Dominatus* I. — Do-

minor est dominum ago, imperium habeo, dominationem exerceo. Refertur tum ad loca, tum ad personas (It. *dominare, signoreggiare*; Fr. *être maître, dominer, gouverner, régner*; Hisp. *dominar, señorear*; Germ. *Herr über etwas sein, herrschen, gebieten*; Angl. *to be lord and master, rule, bear rule, reign, domineer*).

I.) Proprie usurpat — a) Cum Ablat. et præpos. in. Cic. *Quinct.* 30. 94. In capite fortunis hominum honestissimorum dominari. Id. 1. *Verr.* 51. 136. Dominari in his sartis tectisque. Id. 1. *Tusc.* 30. 74. Vetus dominans ille in nobis Deus. *Liv.* 8. 31. in capite exercitu. *Virg.* 2. *Æn.* 327. incusa Danai dominantur in urbe. *Ovid.* 3. *Fast.* 315. in altis montibus. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (39). Macedonia in Bactris. Medis, Persis dominata. — b) Cum Accus. et præpos. inter. Cœs. 2. B. G. 31. Ab his interfici, inter quos dominari consuestat. Ovid. 3. *Amor.* 6. 63. inter Nymphas. — c) Cum Accus. et præpos. in. *Liv.* 3. 53. in adversarios. Ovid. 1. *Met.* 77. in cetera. — d) Cum Ablat. sine præpos. *Virg.* 6. *Æn.* 766. Longa dominabitur Alba. Id. 7. ibid. 20. summa dominarier arce. *Apollon.* 7. *Id.* 1. ibid. 285. victis dominabitur Argis. *Seneca Herc.* (It. 1590. nulla dominetur aula. Sic Cic. *Rabir.* Post. 14. 39. Dominatus est Alexandriae. — e) Cum Dativo. *Clauudian.* 1. in *Rufin.* 143. toti dominabre mundo. — f) Cum Genitivo. *Lactant.* de *ira* 14. 3. Dominari omnium rerum. — g) Absolute. *Sall. Cat.* 2. Dominandi iubido. Cic. 1. de *republ.* 33. Homo dominandi cupidus. Adde *eum.* 3. *ibid.* 12. *Virg.* 2. *Æn.* 363. Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos. Adde *Liv.* 33. 46.; *Sall. Cat.* 33.; et *Tac.* 4. *Ann.* 7. et 1. *Hist.* 21. — h) Passive, quasi domino, as. *Ennius* apud Cic. 1. *Off.* 39. 139. O domus Aenei, heu quam dispari domino dominaris! Item *Nigidius* apud *Friscian.* 8. p. 793. *Putsch.* Ut curari, et dominari possit. *Lactant.* Mort. persecut. 16. Hic est verus triumphus, quem dominatores dominantur.

II.) Translate usurpat de inanimis et abstractis. Cic. 2. *Orat.* 8. 33. Usus dicendi in omni libera civitate dominatur. Id. *Senect.* 9. 38. Senectus honesta est, si usque ad extremum spiritum dominatur in suos. Id. 4. *Acad.* (2. pr.). 41. 126. sol. Id. 1. de *republ.* 38. consilium. Id. *Cecil.* 25. 71. potentia. Id. 1. ad *Quint.* fr. 1. 1. fortuna. *Crassus* apud *eum.* 3. 219. Ubi libido dominatur, innocentia leve præsidium est. *Virg.* 1. G. 153. interque nittentia culta Inselix Iolium et steriles dominantur avenæ. *Horat.* Art. P. 234. inornata et dominantia nomina. h. e. propria, ab omnibus passim usurpata, et quadammodo in sermone vulgari dominantia et obtinientia. Ovid. 7. *Met.* 553. pestis. *Liv.* 9. 33. potestas. *Quintil.* 8. 3. 62. oratio. Id. 8. *procœm.* 7. Affectus per omnem quidem causam, sed maxime temen in ingressu ac fine dominantur. Cic. apud *eum.* 11. 3. 7. Usus in dicendo actionem dominari. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 23. (75). Dominante eadem illa rerum dissidentia. *Tac.* *Agric.* 10. mare. *Seneca Ep.* 101. Quam stultum est atatem disponere! de crastino quidem dominatur. — Hinc Part. præs.

*Dominans, antis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Dominantior* apud *Lucret.* 3. 397. Et magis est animus vitali claustra coercens. Et dominantios ad vitam, quam vis animali. — Porro substantivorum more usurpari videtur in illis *Tac.* 14. *Ann.* 56. Qui finis omnium cum dominante sermonum. h. e. cum principe. Id. 4. *Hist.* 74. Vitia dominant tolerare.*

*DOMINULUS*, i, m. 2. diminutiva vox, et blandienti causa usurpata, legitur apud *Scervol.* *Dig.* 32. 41. § 4.

*DOMINUS*, a, um. *V.* voc. seq. sub B. 1. e.

*DOMINUS*, i, m. 2. De alia forma *V.* *DOMNUS* loco suo. — Dominus occurrit A) Stricto sensu; et B) Latiori sensu.

A) Stricto sensu dominus a domus est qui domini præstet et in familiam imperium habet (It. *padrone di casa, proprietario, possessore; Fr. maître de maison, possesseur, propriétaire; Hisp. amo, dueño, señor de su casa y familia, poseedor, propietario; Germ. d. Besitzer e. Hauses, Hausherr, Eigentümer; Angl. a master of a house, master of slaves, proprietor of any thing, possessor*). *Plaut.* *Amph.* 2. 2. 227. Abin' him a me dignus domino servus. Adde *eum.* *Asin.* 3. 3. 70., Capt.

2. 3. 3. *Cist.* 2. 3. 55.; et *Pseud.* 4. 7. 90. *Ter.* *Adelph.* 1. 2. 8. Fores effregit atque in ædes irruit alienas: ipsum dominum atque omnem familiam multavit usque ad mortem. *Id. ibid.* 5. 6. 5. Nam is mihi profecto est servus spectatus satis, cui dominus curae est. Adde *eum.* *Eun.* 3. 2. 33. *Cato R. R.* 5. Villicus familiam exerceat: consideret, que dominus imperaverit, flant. Ne plus censcat sapere se, quam dominum. Amicos domini, eos habeat sibi amicos. *Varro* 1. *R. R.* 2. 17. Tu — non solum admis domino pecus, sed etiam servis peculium, quibus domini dant, ut pascant. *Sall. Jug.* 31. Servi ære parati injusta imperia dominorum non perforunt. Cic. 1. *Off.* 39. 139. Nec domo dominus, sed domino dominus honestanda est. *Id. 2. Not. D.* 63. 157. Neque enim bonsines murium aut formicarum causa frumentum condunt, sed conjugum et liberorum et familiarium suarum. Itaque bestiae fortis, ut dixi, fruuntur, domini palam et libere. Adde *eum.* 2. *Orat.* 68. 276. et *Deiot.* 11. 30. *Cato R. R.* 1. Sicut in iis agris, qui non saep dominos mutant. Cic. 3. *Tusc.* 5. 11. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum surorum vetant duoderim tabulæ. *Id. Se-* *neca* 16. 56. Semper enim boni assidue domini referunt cella vinaria, olearia, etiam penaria est, vilisque tota locuples est. Adde *eum.* *Quinct.* 5. 19.; *Horat.* 2. *Ep.* 2. 174.; *Sueton.* *Cœs.* 41. et 61. et *Tib.* 48.; et *Plin.* *Paneg.* 60. *Ovid.* 8. *Met.* 848. Recusare dominum. h. e. designari et noile servire. Cic. *Hosc. Am.* 28. 78. Ne tamdiu quidem (*Roscius*) dominus erit in suis, dum ex iis de patris morte queratur? — Hinc dicitur etiam de herili filio. *Plaut.* *Capt.* 18. Domo quem profugens dominum abstulerat, vendidit.

B) Latiori sensu. ¶ 1. Generatim dominus dicitur qui dominatur, qui in alios imperium habet, et cui ali subsunt. — a) Hinc est epithetum Dei summi, qui est dominus omnium; item reliquorum deorum. Cic. 4. *Acad.* (2. pr.). 41. 126. Itaque cogimus, dissensione sapientum, dominum nostrum ignorare. *Id. 4. Fin.* 5. 11. Summus rector et dominus. *Id. 2. Legg.* 7. 15. Dominos esse omnium rerum ac moderatores deos. Cf. *Ovid. Heroid.* 4. 12. In dominus jus habet ille deos. — b) Item domini dicuntur, qui in regnum aut civitatem imperium habent, et quibus populi subsunt; vel generatim qui in alios quacunque ratione dominantur. Cic. *Planc.* 4. 11. Hic princeps populus et omnium gentium dominus ac vicit. *Id. 3. Off.* 21. 83. Qui rex populi Romani dominusque omnium gentium esse conceperit. *Id. 13. Phil.* 8. 17. Imponere aliqui dominum. *Virg.* 6. *Æn.* 621. dominumque potenterim Imposuit (patræ). *Seneca Troad.* 974. Dare aliqui dominum. *Curt.* 7. 8. Alienigenam dominum pati. *Id. 4. 4. 22.* Vitæ necisque omnium ciuium dominus. V. *Mützell.* ad h. l. *Cic. Sext.* 58. 125. Ubi erant tum illi contionum moderatores, legum domini, ciuium expulsores? *Id. 1. Tusc.* 21. 48. Liberari gravissimis dominis, terrore et metu. Cf. *Ovid.* 13. *Met.* 137. meaque haec facundia, si qua est, Quæ nunc pro domino, pro vobis sepe locuta est. h. e. pro me domino meæ facundia. — c) De marito intelligunt Non. p. 282. 5. *Merc.* et *Servius* ad illud *Virg.* 4. *Æn.* 214. et dominum Ænean in regna recepit. Adde *Ovid.* 1. *Art. am.* 314.; et V. DOMINA. — d) Item universus qui cunctumque rei præst. Sic domini dicuntur qui histriorum operam conduceant. *Plaut.* *Asin.* prol. 2. Quæ mihi atque vobis res vertat bene, gregi huic et dominis atque conductoribus. Cf. *eum.* *Capt.* 4. 2. 30. et 43. — Similiter Cic. dominum appellat muneratorem, qui munus gladiatorium dat. 2. *Att.* 19. 3. Populi sensus maxime theatro et spectaculis perspectus est. Nam gladiatoriis qua dominus qua advocati sibilis conscius. — Et de aliis. Cic. 2. *Legg.* 24. 61. Domusque funeralis utatur accenso atque lictoribus. *Id. Quinct.* 15. 50. dominos appellat eos, qui præsumunt bonis alicuius auctionandis. *Sueton.* *Ner.* 22. Domini factionum. *Inscript.* apud *Gruter.* 338. 2. M. AVRELIO LIBERO PATRI ET MAGISTRO ET SOCIO DOMINO ET AGITATORI FACTIONIS PRASINAE. — e) Hoc sensu a Poetis interdum usurpatum adjective. *Ovid.* 2. *Amor.* 5. 30. Injiciam dominas in mea jura manus. *Stat.* 5. *Theb.* 578. Impiorantem animam dominis adsibilat aris. ¶ 2. Speciatim dominus est exhibitor convivii, hoc est herus, qui convivium præbet; illa tamen, ut vel addatur Gen. epuli, con-

cirii, vel id ex ceteris facile innescat. *Varro* apud Non. p. 282. 3. *Merc.* Discubimus mussati. dominus maturo ovo ad cœnam committit. *Ita legimus* cum Oehler, M. Ter. *Varro.* Sat. Menipp. Rel. p. 113. et 114.; sed *Forcellinus cum aliis* matura ova. *Sall.* apud *eum.* p. 281. 31. *Merc.* Discubuere etc., alter scriba *Mæcenas* in imo, medius inter *Tarquinium* et dominum *Perpenna*. Adde *Farron.* apud *eum.* p. 281. 29. et apud *Gell.* 13. 11. *Cic. Vatin.* 13. 31. Quom ipse epuli dominus, Q. Arrius, albus eset. V. *Halm* ad h. l. et *Klotz* ad *Cicer. oral.* vol. 2. p. 772.; et addo *Liv.* 23. 8.; et *Petron.* *Satyr.* 34. ¶ 3. Item speciatim. In libera republica odiosa fere vox fuit: quare prisei Latini dominum familiæ patremfamilias appellaverunt, ut docet *Seneca Ep.* 47.; et forma reipublicæ mutata, qui boni imperatores haberet voluerunt, aversabantur, ut de Augusto refert *Sueton.* in ejus *Vita* 33. et de *Tiberio* *ibid.* 27., et de *Alexandro Severo Lamprid.* 4. Paullatim tamen, adulatio procedente, et quidem post Tiberii tempora, passim domini appellati, ut patet ex epistolis *Plin.* 10. V. etiam *Sueton.* *Domit.* 13. et *Phædr.* 2. 5. Sic *Martial.* 5. 8. Edictum domini deique nostri. Adde *eum.* 10. 72.; et V. *Oderico de numm.* *Orgetor.* p. 69. et seqq. ¶ 4. Item dominus dicitur amasius, amator, in blanditiis. Ovid. 3. *Amor.* 7. 11. etc.; et *Non. loc. cit.* ¶ 5. Officiosa salutatio consuetudine domini appellabantur quicunque obvii. *Seneca Ep.* 3. Sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus; quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. *Martial.* 6. 88. Mane salutari vero te nomine casu. Nec dixi dominum, *Cæcilliane*, meum. Hinc Itali vulgo in salutationibus etiamour padrone dicunt. — Huc pertinent et illa, in quibus blandient compellationem esse *Forcellinus* ait, *Sueton.* *Clad.* 21. Ut sepe hortando evagandoque ad hilaritatem homines provocaret, dominos identidem appellans. *Martial.* 5. 57. Quom toco te dominum, noli tibi, Ciona, placere. Sepe etiam servum sic resaluto meum. — Denique fratres etiam (sed puto natu grandiores) domini per honorem et blanditiis vocabantur. *Seneca Ep.* 104.

DÖMIPORTA, æ, f. 1. (domus et portus) epithetum cochlear, quod domum suam perpetuo circumferat. Cic. 2. *Divinat.* 64. 133. ex ret. *Poeta.* Ut sum terrigenam, turdigradam, domiportam, sanguine cassam.

DÖMIREDITIO, önis, f. 3. redditus domum. *Hygin. fab.* 125., ubi alii divisim leg. domum redditio. F. DOMUITO.

DÖMISEDA, æ, f. 1. dicitur matrona domi sedens, et sibi vivens, in *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 252. n. 35., quæ est apud *Orell.* 4639. NIC SITA EST ANNONCE — FIA PYDICA FRVGI CASTA DOMISEDA.

DÖMİTİUS, a, um, adjekt. ad domum pertinens: hinc dominus appellabatur deus quidam nuptialis, qui putabatur id facere, ut nova nopta in domo esset seu remaneret. *Augustin.* 6. *Civ. Dei* 9. Sed domum estducenda, quæ nubit, adhibetur et deus domiducus; ut in domo sit. adhibetur deus dominus.

DÖMITO, ss, are, f. 1. frequentat a domo, ss. *Virg.* 1. G. 285. Et pressos dominare boves. *Id.* 7. *Æn.* 163. dominanteque in pulvere currus. h. e. e- quos sub curribus. *Manil.* 4. 234. Quadrupedum omnes genus positis dominare magistris. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 8. 8. (24). elephantos.

DÖMITOR, öris, m. 3. qui domat. Usurpat

1.) Proprie de equis. Cic. 1. *Off.* 26. 90. Domitor equorum. (Sic intelligenda rideat *Inscript.* apud *Gruter.* 1118. 3., quæ est apud *Orell.* 4179. L. VITIO LIBERALI DOMITORI T. VIRIUS PROCLVS PATRI DE SE BENE MERENTI FECIT.). *Virg.* 7. *Æn.* 189. ancile gerebat Picus equum dominor. *Id.* 9. *ibid.* 523. Messapus equum dominor. Adde *eum.* 12. *ibid.* 128.

II.) Improprie de iis, qui gentem aliquam aut violentum animi affectum vincunt. Cic. 1. de *republ.* 3. Miltiades vicit domitor Persarum. *Id.* *Mil.* 13. 35. Vexatore furoris, domitorum armorum surorum. *Virg.* 5. *Æn.* 799. Saturnius hac domitor maris edidit. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 19. Trojæ. *Liv.* 21. 43. Hispania Gallizque. *Tac.* 3. *Hist.* 76. extr. Firmatus usa miles, et bellii domitor externi. *Seneca Med.* 2. *Tiphys* donitor freti. *Id.* *Herc.* *Cet.* 1989. Hercules domitor ferarum. *Id.* *Agamenn.* 75.

Somnus curorum dominorū. *Ib.* *Herc. sur.* 65. malorum. *Plin. Paneg.* 55. Infinitas potestatis dominorū ac frenator animus.

DÓMITRIX, icis, f. 3. quæ domat.

I.) Proprie. *Virg.* 3. G. 44. domitrixque Epidaurus equorum. *Ovid. Heroid.* 9. 117. ferarum. *Grat. Cyneq.* 19. domitrixque Ideæ leonum Mater.

II.) Improprie. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 16. 25. (127). Ferrum, domitrix illa rerum omnia materia.

DÓMITURA, æ, f. 1. domandi actus. *Colum.* 6. R. R. 2. 1. Domitura boum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (180). Domitura boum in trimatu.

DÓMITUS, a, um. V. DOMO.

DÓMITUS, us, m. 4. idem ac domitura. In Ablat. sing. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 151. Efficius etiam domita nostro quadrupedum rectiones.

DOMNA, V. DOMINUS.

DOMNÆDIUS, ii, m. 2. De syncope V. in DOMNUS. — Domnædius est dominus ædis, aut is, qui in aede a se conducta habitat, per synopen a domnædius, que integra vox legitur apud *Paulin. Nolan.* 20. 104, et *Ep.* 28, in qua significat S. Felicem, in cuius honore templum ipse Nolas ædificaverat. In *Gloss. Philox.* Domnædius, et coenacarius, ὁ σταθμοῦ χορος. *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb.* p. 82, que est apud *Orell.* 4787. DOMNAEDEVS POSSESSOR COLONYS SECVENS ET TV VIATOR PRECOR PARCE TVMVLVM NARCISSI. Hæc ita sunt interpretanda: Narcissus colonus seu conductor prædi, in quo seplerum sibi paraverat, rogat dominum seu conductorem domus ejus prædi, rogat possessorem prædi ejusdem, rogat colonum, cui postea ipsum prædiū colendum tuendumque obtigerit, rogat viatorem, ut sus seplerorū parcerat. Disjunctum vero legitur apud *Apul.* 10. *Met.* p. 707. *Oudend.* Novitiae spectaculi latus dominus adiun duci me jussit.

DOMNÍCUS, a, um, adjekt. De syncope V. in DOMNUS. — Domnicus est idem quod dominicus. *Inscript.* apud *Domini cl.* 7. n. 7., que est apud *Orell.* 3201. DELICATVS AVG. ADVITOR A COGNITIONIBVS DOMNÍCIS. h. e. imperatoris.

DOMNIFUNDÀ, æ, f. 1. De syncope V. in DOMNUS. — Domnifundà est domina fundi: vox composita a domnus et fundus. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Afr.* p. 644. M. VLPPIVS EYPORAS FILIO BENEMERENTI FECIT EX AVCTORITATE CAESARIAE LEDAE DOMNIFUNDÆ. Hæc *Inscript.* est apud *Orell.* 4594, ubi pro M. VLPPIVS legitur MVLPPS.

DOMNIPRÆDIUS, a, um, adjekt. De syncope V. in DOMNUS. — Domniprædius est dominus prædi, a domnus et prædiū. *Inscript.* apud *Domini De-Sanctis. Disserti. sopra la vila d'Oras.* edit. Ravennæ ann. 1784. p. 53, que est apud *Orell.* 104. VAL. MAXIMA MATER DOMNIPRÆDIA VALERI ÆVLCISSIMA FILIA, QVE VIXIT ANIS XXXVI. MENSIBUS II. DIEBUS XII. IN FREDIIS SVIS MASSÆ MANDELIANÆ etc. Hæc inscriptio, cuius plura vocabula diphthongos continent, pertinere videtur ad sequentem Latinum sermoneū statem: ea vero sic scribenda sunt. domniprædia, que, prædiū, Massæ, Mandeliane. At hac de re plura et rectius *Nibby* in *Memor. Rom.* T. 4. p. 27.

DOMNÜLA, æ, f. 1. De syncope V. in DOMNUS. — Domnula est diminut. a domna, atque ita appellat Faustinam uxorem suam M. Aurel. apud *Fronton.* 5. ad M. Cæs. (edente iterum A. Maio) *Ep.* 24. Me adlevant nuntiis de Domnula mea commodiaria, dels juvantibus, indicantes. *Id.* apud *eum.* Fer. *Aisiens.* ep. 1. Lorium autem regressus Domnulam meam febricitantem repperi. Similiter *Sabian.* *Ep.* 4. ante med. Ilii ego vestra Palladia, vestra gracula, vestra domnula. V. cetera in V. GRACULA.

DOMNUS, i, m. 2. et domna, æ, f. 1. per synopen pro dominus et domina. *Inscript.* apud *Dom. cl.* 8. n. 74. DOMNO BELENO SACRVM SEX. BABIVS, qui FUIT IN CLASSE VESTIARIVS V. 8. L. M. Alia apud *Mural.* 201. 1. STATIAS VERAS DOMNAS MEAE SANCTISSIMAE AVRELIVS TIMARCVS. Alia, que mutila, integra vero extat in *Mus. Lapid. Patav.* GENIO DOMNORVM, CERERI. T. PUBLICIVS CRESCENS LARIEVS PVBLICIS DEDIT IMAGINES ARGENTEAS DVAS TESTAMENTO EX HS. = =

DÓMO, mas, miti, mitum, mare, a. 1. Pro altero præterito domavi, V. Poeta (et creditur Ennius) apud *Charis.* 4. p. 252. *Putsch.* Non quod draconis sevi sopivi impetu, Non quod viros domavi et segetis armata manus. — Hinc et Part. *Domatus* pro-

domitus. *Petron. fragm. Tragur.* 74. *Burmann. Curabo, domata sit Cassandra.* — Hinc etiam DOMATOR: F. loco suo. — Part. *Domans* II. a.; *Domitus* I. et II.; *Domitrus* et *Domandus* II. — Domare, a Gr. δομέω, est mansuefacere adeoque subigere; et proprie de bratis dicitur (It. domare, mansuēfare; Fr. dompter, apprivoiser; Hisp. domar, amansar; Germ. zähmen machen, zähmen; Engl. to subdue, to make tame).

I.) Proprie. *Plaut. Pers.* 2. 3. 7. Nam herus meus me Eretrium misit, domitos boves ut sibi mercarer. *Varro* 2. *R. R.* 6. 1. Tertio anno domare incipiunt (asinos) ad eas res, ad quas quisque eos vult habere in usu. *Colum.* 6. *R. R.* 22. 1. Domare tauros atra. *Sall. Jug.* 73. Conquirit ex agris quam plurimum potest domiti pecoris, coque imponit vasa cu-jusque modi. *Cic.* 2. *Nat. D.* 64. 161. Feræ belluae domitæ et condorefaciunt. *Id.* 2. *Off.* 4. 14. Domare bellua. *Virg.* 3. G. 164. Jam vitulos hortare, viamque insiste domandi. Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas. *Manil.* 5. 707. Ille tigrim rabie solvet pacique domabit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 9. 9. (27). Domare fame elephantes. — Singulare est illud *Justin.* 15. 4. 19. Elephantus scrus infinitæ magnitudinis ultra se obtulit, et, veluti domita mansuetudine, cum tergo crepit.

II.) Translate est rem aliquam, aut homines feritate, duritia, vel contumacia resistentes vincere, subigere, mansuefacere, mollire. — a) De inaninis: ad rem *Plin.* 34. *Hist. nat.* 9. 20. (94). Es attritu domitum et consuetudine nitoris veluti mansuefactum. *Virg.* 9. *En.* 608. Terram domare rastris. *Sever.* *Etn.* 10. Domita arva. h. e. arata et exculta. Sic *Jurenal.* 11. 89. Erectum domito referens a monte ligonem. *Grat. Cyneq.* 330. Domare silvas. *Sil.* It. 3. 409. magna vi sua domantem. *Val. Flacc.* 1. 600. ingenti gaudent domat æquora velo. h. e. navi-gat, mare, quod ante invium, pervium faciens. *Stat.* 1. *Achill.* 328. Impetus certo domat ordine erines. *Horat.* 1. *Od.* 20. 9. Cæcum et prelo domitam Caleno Tum bipes uvam. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 50. (174). Sulphure plurima domantur. *Id.* 36. *ibid.* 27. 68. (200). Igni ferrum domatur. *Id.* 29. *ibid.* 1. 3. (5). Pastillos elaterii in novo fætilli igni lenito in acetum domare. h. e. macerare, mollire. *Ovid.* 8. *Met.* 649. reserat de tergo partem Exiguam, secundumque domat ferventibus undis. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 28. 62. (134). Pinguis lacrima abietis ad domandum oleum. h. e. cogendum et spissandum, victorio nimio ejus fluore. Adde *Sil.* It. 8. 501. Rursus *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 25. (78). Carnibus gallinaceorum appositis venena domantur. *Id.* 18. *ibid.* 13. 34. (128). Rapa sinapis acrimonia domita. *Virg.* 4. G. 102. Mella premens durum Bacchi domitura saporem. *Stat.* 2. *Theb.* 84. lacte novo domare cruentem. h. e. temperare, miscere. *Id.* *ibid.* 31. Domare lumina somno. — b) De hominibus. *Virg.* 3. G. 538. acrior illum Cura domat. *Ovid.* 1. *Met.* 312. Ilios longa domant inopis jejuna victu. — Et præcipue de populis bello devictis. *Cic.* *Fontej.* 1. 2. Galli partim modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti. *Id.* *Marcell.* 3. 8. Domusti gentes inmanitate barbaras. *Id.* *Prov. cons.* 13. 33. Acerrimas nationes contrivit, domuit, compulit, imperio populi Romani parere assuefecit. — c) De abstractis. *Liv.* 21. 30. Domita fluminis vis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Montes natura fecerat ad impetus fluminum domandos. *Sall. Cat.* 7. Igitur talibus viris non labes insolitus, non locus ulius asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus: virtus omnia domuerat. — Præcipue de animali motibus. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 80. Hominem servum suos domitos habere oportet oculos et manus orationemque. Cf. *Tibull.* 1. 5. 5. Ure serum et torque: libeat ne dicere quidquam Magnificum post-hac, horrida verba doma. *Cic.* 1. *Orat.* 194. Domitas habere lubidine. *Horat.* 2. *Od.* 2. 9. Latius regnes avidum domando Spiritum, quam si etc. *Id.* 2. *Ep.* 1. 12. Comperit invidiam supremo fine domari. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 5. domitum pedibus calca-nus amore. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (144). Domare iracundias. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 125. qui pectori magno Spemque metumque domas, vitio subtilior omni. *Clau-dian. Cons. Prob.* et *Olybr.* 38. virtutibus illæ Fortunam donuit.

DÓMUTIO, ônis, f. 3. est per synopen pro domum, quænamadmodum circuire pro circumire:

divisim quoque legitur apud *Cic.* 1. *Divinat.* 32. 68. Rhodiorum classi propinquum redditum ac domum itionem dari. *Orell.* et *Klotz* ita leg.; *Forcellinus* vero etiam hoc loco domitionem leg. variante tamen notata lectione. — Domitio est reversio domum. *Pacuvius* apud *Non.* p. 96. 2. *Merc.* Domitionem dare. *Lucilius* apud *eum.* *ibid.* Domitionis cupid. *Alii utrobique leg.* domitio, ex-trito i. *Accius* apud *Non.* p. 357. 9. *Merc.* Desistat exercitum morari, ne me a domitione arceat. *Apul.* 2. *Met.* sub fin. Domitionem capessere. Adde *eum.* 1., 3., 4., 10. et 11. *ibid.* *Cic.* poeta verba referens 3. *Herenn.* 21. 34. Jam domitionem reges Atride parant. *Alii tamen leg.* domi ultio-nein.

DÓMUNCULA, æ, f. 1. diminut. a domus, parva domus. *Vitriv.* 6. 10. Dextra ac sinistra domunculae constituantur, habentes proprias januas, etc. Ade *Val. Max.* 4. 4. n. 8.; *Apul.* 4. *Met.*; et *Ulp. Dig.* 47. 12. 3. extr.

DÓMUS, us, f. 4. et domus, i, f. 2. δόμος, a δόμῳ edifico, exstruo. — Quod ad singulos casus attinet

a) Genitivus singularis est domi apud omnes Comicos; sed jam inde a *Varrone* et in carminibus et in prosa oratione forma domus usuvenit. Haec recte itaque *Forcellinus* sit: Genitivi domi et domus hoc differunt, quod ille focum designat, in quo habitamus: domus vero ædificium ipsum significat. *Horat.* 2. *Sat.* 6. extr. seu fundi, sive domus sit emptor. Quamquam idem *Forcellinus* paulo post addit: Illud tamen discrimen non est perpetuum. Ter alludens ad illud domi bellique, *Fun.* 4. 7. 45. Sanga, ita ut fortes decet milites, domi foecie fac vicissim ut memineris. *Plaut. Trin.* 4. 3. 20. Non fugitivus est hic honio: comprehendit domi. — Pro domi vel domus prisci domus dixerat. *Varro* apud *Non.* p. 491. 21. *Merc.* Perrexit in interioris partes domus posticæ, ut alti Plautus, penitissime. *Gell.* 4. 16. *Nigidium* quoque ita locutum esse testatur. V. FRUCTUS. — Augustus vero domos dicere solebat pro dorvus eodem casu, teste *Sueton.* in ejus *Vita* 87. — b) In Dativo singul. est domo apud *Caton.* R. R. 134. Ut sies propius mihi, domo, familiæque nœm. Adde *eum.* alibi sepa. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 13. Ponendæque domo quærenda est area pri-mum. — Domui vero legitur apud *Oris.* 4. *Met.* 66. Quam fieret paries domai communis utriusque. Adde *Ces.* 3. B. C. 112.; *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 101., 3. *ibid.* 12. 50. et 1. *Pont.* 2. 108.; *Quintil.* 1. 10. 32. et 7. 1. 53.; et *Tac.* 4. *Hist.* 68. — Denique domu pro domui occurrit apud *Lucret.* 4. 995. At consueta domu catulorum blanda propago etc. *Al. leg.* domi. — c) Accusativus singul. domum apud omnes; nisi quod do per apocopen dixerunt *Ennius* et *Auson.*; V. DO loco sua. — d) Ablativus singularis domo apud omnes: nisi quod domu occurrit apud unum *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 48. At sese Athenas fugere ex hac domu. et in *Inscript.* apud *Gruter.* 599. 8. L. FLAVI AVG. L. DE DOMY AVG. — Porro domo pro domi dixit *Plaut. Amph.* 2. 2. 7. Ego id nunc exterior domo, atque ipsa de me scio. V. et infra sub I. c. — e) In Nominativo pluralis numeri est tantummodo quartæ declinat, domus, quod et *Priscian.* adnotavit 7. p. 744. *Putsch.* Vide *Virg.* 4. G. 481.; *Liv.* 3. 32.; et *Sueton. Ner.* 38. — f) In Genitivo plur. est domorum apud *Virg.* 2. *En.* 445. turres ac tecta domorum Culmina convellunt. Adde *eum.* 4. G. 159. et alibi; *Lucret.* 1. 355., 2. 114. et alibi; et *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (88), ubi tamen *Sillig* ex melioribus Codicib. leg. domum. — Domum vero legitur apud *Juvenal.* 3. 72. Viscera magnarum domum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (221). Mures incolæ domum. Adde *Tac.* 3. *Ann.* 24. et 6. *ibid.* 45. — g) In Dative et Ablativo plur. est tantummodo quartæ declinat, quod et *Priscian.* adnotavit 7. p. 744. *Putsch.* Vide *Verron.* 5. L. L. 160. *Müll.*; *Cæs.* 0. B. G. 11. et 3. B. C. 42.; *Virg.* 2. G. 443.; *Horat.* 1. *Od.* 22. 22.; *Quintil.* 9. 4. 4.; *Tac.* 3. *Ann.* 6., 6. *ibid.* 3., 1. *Hist.* 4. et 34. et *Germ.* 46. — h) Denique in Accusativo plur. de more est domos, ut apud *Plaut. Pren.* 3. 6. 19.; *Lucret.* 1. 19. et 6. 241.; *Cæs.* 1. B. G. 30. et 3. B. C. 82.; *Sall. Cat.* 20.; *Cic.* 1. de republ. 13.; *Virg.* 1. G. 182. — Pro domos tamen etiam domus invenitur. *Clau-dian. Quadrigarius* apud *Gell.* 17. 2. Domus suas quinque ire jubet. Adde *Accium* apud *eum.* 14. 1. Immo etiam apud *Cic.*, *Liv.* alias MSS. Codices modo

domos, modo domus exhibent: V. Beier ad *Cic.* 2. *Off.* 18. 64. et *Drakenborg* ad *Liv.* 3. 29. — *Domus* est locus ad habitandum, *edes*, *domicilium*. (*It.* *casa*, *abitazione*; *Fr.* *maison*, *habitation*, *domicile*; *Hisp.* *casa*, *vivienda*, *habitacion*; *Germ.* *das Haus*, *die Wohnung*; *Angl.* *a house*, *home*, *habitation*, *lodging*, *dwelling*, *place of abode*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Off.* 39. 138. Praeclarum adificavit et plenam dignitatem domum. — Sic etiam adverbii more — a) *Domi* est intra domesticos parietes, et *foris* opponitur. — Absolute. *Plaut.* *Capt.* 1. 2. 33. Neque unquam quidquam meo jurat quod edo domi: foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat. Adde *eum*. *Cist.* 2. 4. 2. et alibi. *Ter.* *Andr.* 3. 2. 34. Nuptias domi apparari. *Cic.* *Amic.* 1. 2. Nemini domi in hemicyclo sedentem — in eum sermonem incidere etc. *Id.* *Dom.* 3. 6. et *Nepot.* *Dion.* 9. Tenere se domi. *Altius apud Cic.* leg. domo. *Cic.* *Flacc.* 6. 14. Qui domo exire notebant: qui domi stare non poterant. Adde *eum*. *Fin.* 15. 42. et 2. *Phil.* 11. 26; *Sall.* *Cat.* 52.; *Virg.* 3. *Ecl.* 22.; *Horat.* 1. *Sat.* 1. 87., 1. *Ep.* 5. 3. et alibi. — Cum additis pronominibus possessivis: scilicet *mece* apud *Plaut.* *Aulul.* 3. 2. 18. Vole scire item ego, mece domi meane salva futura? Adde *eum*. *Curc.* 4. 2. 32., *Epid.* 4. 63. et *Mil.* glor. 2. 2. 3.; *Ter.* *Hecyr.* 2. 2. 15.; et *Cic.* 10. *Fam.* 25. et 13. *ibid.* 69. — *Tuus* apud *Cic.* 4. *Fam.* 7. 4. Cogitandum tibi tamen esset, Romane et domi tuus —, an Mytilenensis auf Rhodi malles vivere. — *Suus* apud *Plaut.* *Pers.* 4. 3. 44. Nam si mihi honores suae domi habuit maximos. Adde *eum*. *Truc.* 2. 6. 50.; *Cic.* *Cætin.* 4. 10.; et *Quintil.* 1. 1. 22. — *Nostræ* apud *Cic.* 5. *Tusc.* 39. 113. Diodotus multos annos domi nostræ vixit. Adde *eum*. 4. *Verr.* 2. 5.; et *Plaut.* *Men.* 2. 3. 9. et *Truc.* 2. 2. 6. — Similiter *allience* apud *Cic.* *Dom.* 40. 105. Sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisiere. Adde *eum*. 1. *Tusc.* 22. 51. et 4. *Fam.* 7. 4. — Cum additis aliis adjectivis, vel nominibus etiam propriis: sic *istius* apud *Cic.* *Quinct.* 5. 21. Qui *istius* domi erat educatus. *Illeus* apud *eum*. *Divin.* in *Q.* *Cecil.* 18. 58. Si tu eum illo postea in gratiam redisti, si domi illius aliquoties fuisti. *Cujus* apud *eum*. 7. *Verr.* 42. 108. Homo nobilissimus, hospes tuus, cuius tu domi fueras. Adde *eum*. 2. *Phil.* 19. 48. et 9. *Fam.* 3. — Cum nominibus propriis. *Cic.* 1. *Att.* 12. 3. Deprehensus domi *Cæsar*s. Adde *eum*. 2. *ibid.* 7. 3. — Et cum addito nomine per prepos. apud. *Cic.* *Sext.* 18. 41. Ejusque vita a me insidiis apud me domi positas esse dixerunt. *Id.* 7. *Verr.* 29. 73. Domi apud se esse dixit. *Liv.* 3. 33. Defosso cadavere, domi apud P. *Sextium*, patriciæ gentis virum, invento. — b) *Domum* ad significandum motum. — Absolute. *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 40. Me a portu præmisit domum, ut hæc nunciem uxori suæ. Adde *eum*. *ibid.* 2. 4. 55.; et *Ter.* *Andr.* 1. 5. 20. et alibi. *Cattull.* 61. 31. Ac domum dominam voca. *Cic.* *Amic.* 3. 12. Domum reductus ad vesperum est a patribus conscriptis. *Id.* 2. *Verr.* 9. 25. Siculis denunciatum esse, domum ad illum ut venirent. Adde *eum*. 11. *Fam.* 27. 5.; et *Virg.* 1. *Ecl.* 36. — Cum additis pronominibus possessivis: sic *meam* apud *Cic.* 1. *Att.* 1. 3. Dies sere nullus est, quin hic Satrius domum meam ventret. Adde *eum*. 9. *Fam.* 19. Et suam apud *Cic.* *Pis.* 7. 16. Me domo mea expulisti, Pompejum domum suam compulisti. Adde *eum*. *Rosc.* *Am.* 18. 52. et 1. *de republ.* 14.; *Plaut.* *Amph.* 2. 2. 31.; et *Cæs.* 2. *B.* *G.* 10. — Cum aliis verbis, qua possessoris respondent. *Cic.* *Rosc.* *Com.* 9. 26. Venisti domum ultra Rosci. *Id.* 3. *Off.* 31. 112. Cum primo luci Pomponi domum venisse dicitur. *Sall.* *Jug.* 76. Aurum atque argentum et alia, quæ prima dueuntur, domum regiam comportant. — Et cum prepos. in. *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 253. Cur non intro eo in nostram domum? Cf. *Ter.* *Eun.* 2. 3. 90. In domum mereoriam deduci. *Cic.* 1. *Cat.* 4. 8. Te priori nocte venisse in M. Læcæ domum. *Cæs.* 2. *B.* *C.* 18. Arma omnia privata et publica in domum Gallonii contulit. *Sueton.* *Fest.* 5. Ut thensem Jovis optimi maximi e saeculo in domum Vespasiani et in circum dederet. Cf. *Lit.* 44. 45. Rex in domum se recipit. — *Domum* cum addito ad me apud *Cic.* 3. *Fam.* 8. 10. Neque domum unquam ad me litteras mittam, quin affingam eas, quas tibi reddi velim. — Denique domus in plat. num. cum vel sine additis. *Liv.* 34. 45.

Galli domos abidere. Adde *eum*. 3. 5. et 27. 51. *Plaut.* *Pren.* 3. 6. 19. Domus abeamus nostras, suis, nunc jam. *Sall.* *Jug.* 66. Alius alium domos suas invitavit. Adde *Liv.* 2. 7. *Id.* *Liv.* 26. 10. In domos atque in tecta refugiebant. — c) *Domo*, quum verbum significat motum a loco, aut statum, occurrit — Absolute. *Plaut.* *Mil.* glor. 4. 2. 7. Domo si ibit, ac dum hoc transibit. Adde *eum*. *Stich.* 1. 1. 29. *Ter.* *Eun.* 4. 3. 18. Suspicio aliquid domo abeunte sustulisse. Adde *eum*. *Phorm.* 4. 1. 20. *Cic.* post red. in *senat.* 11. 29. Tenere se domo. *Id.* 9. *Fam.* 5. Qui se domo non commoverunt. Adde *eum*. *Flacc.* 6. 14. *Cæs.* 1. *B.* *G.* 5. Cibaria sibi quemque domo afferre jubent. — Cum addita prepos. in. *Plaut.* *Cæs.* 3. 4. 29. Quid illud clamoris, obsecro, in nostra domo est? Népos *Alcib.* 3. extr. Quod in domo sua mysteria facere dicebatur. *Id.* *ibid.* 2. Educatus est in domo Periclis. *Cic.* 2. *Att.* 7. Quum in domo *Cæsaris* unus vir fuerit. *Tac.* 4. *Ann.* 21. Adjectio que in domo ejus venenum esse. *Quintil.* 5. 10. 16. In domo furtum factum ab eo, qui domi fuit. — Interdum et domo pro domi occurrit. *Varro* 1. *R.* *R.* 8. 2. Hæc ubi domo nascuntur, vinea non metuit sumptum. *Nepos* *Epam.* 10. Quamdiu facta est caedes civium, domo se retinuit. *At.* *leg.* domi. *Sueton.* *Cæs.* 20. Ut, quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret. Adde locum *Plauti* initio allatum sub d. — d) *Aliquando* speciatim dicitur de domicilio urbano, praedipe si *villæ* opponatur, ut apud *Horat.* 2. *Od.* 3. 17. Cedès coemptis saltibus et domo Villaque flatus quam Tiberis lavit. *Seneca* *Const.* *Sap.* 7. Tamquam si quis, quum e villa mea surripuit, in domo mea ponat: ille fortum fecerit, ego nihil perdididerim. *Colum.* 1. *R.* *R.* 1. fin. Qui agrum paravit, domum vendat, ne malit urbanum, quam rusticam larem colere. — e) *Domibus* abruptis aliquid facere est confessim, præcipitanter. *M.* *Aurel.* apud *Fronton.* 1. ad *M.* *Cæs.* 1. Tu me amissum voces, qui non abruptis domibus cursu maximo per volo?

II.) Translate. ¶ 1. Præcipue apud Poetas ponitur de quacunque sede, habitatculo. Sic — De ventorum sede. *Virg.* 1. *G.* 371. Eurique Zephyrique domus. — De aquis. *Ovid.* 1. *Met.* 279. aperire domos: ac mole renoata fluminibus vestris totas immittit habendas. Cf. *Horat.* 1. *Od.* 7. 12. Domus Alburneæ resonantis. — De brutis. *Virg.* 2. *G.* 209. Antiquaque domos avium. Adde *eum*. 5. *En.* 214. et 8. *ibid.* 235. *Stat.* 1. *Theb.* 367. pecorum domus. Adde *Grat.* *Cyneg.* 235.; et *Nemesian.* 98. Similiter cornea domus dicitur a *Phœdr.* 2. 6. testa, quam munitur testudo. Similiter de cochleari testa *Seren.* *Sammon.* 25. 465. Aut tres ex vino cochleari feruere coges Cumque suis domibus franges. V. *DOMPORTA*. — De deorum sede. *Virg.* 10. *En.* 1. Pandit interea domus omnipotens Olympi. Adde *eum*. 101. *Ovid.* 4. *Met.* 734. superasque deo rumpere domos. — De sacra spelunca. *Virg.* 6. *En.* 81. Ostia jamque domus paluere ingentia centum Sponte sua, vatisque ferunt responsa per auras. — De labyrintho. *Id.* *ibid.* 27. Sic labor illæ domus et inextricabilis error. — De carcere, in quo inclusa est Danaæ. *Propert.* 2. 15. 12. Ferratam Danaæ transiliamque domum. — De sepulero. *Titull.* 3. 2. 22. Atque in marmoreas ponere sicca (cosa) domo. Hinc domus eterna eleganter dicitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 790. 5., 903. 6. et 913. 6. V. *Cavedoni Harm.* *Moden.* p. 96.; et *Inscript.* *Cristi* *Algeri* p. 15. — De corpore humano animæ habitatculo. *Ovid.* 15. *Met.* 158. Morte carent animæ: semper, priore relata Sede, novis domibus habitant vivuntque receptæ. *Id.* *ibid.* 456. quoniam non corpora sojournant. Verum etiam volentes animæ sumus, iisque ferinas Possumus ire domos pecudumque in pectora condì. ¶ 2. Per synedoche dicitur de patria. — a) Sepe cum patria conjungitur. *Plaut.* *Men.* 5. 9. 10. sv. Sicutus sum Syracusanus. Et. Ea domus et patria est mihi. *Id.* *Merc.* 3. 4. 68. Quæ patria aut domus? Illi stabilis esse poterit? Cf. *eum*. *ibid.* 5. 1. 2. Hinc hodie postremum extollo mea domo patria peccata. *Virg.* 7. *En.* 122. Hic domus, hec patria est. Cf. *Ovid.* 11. *Met.* 269. Expulsumque domo patria Trachinia tellus Excepit. — b) Absolute, et quidem — Gen. domi, h. e. in patria, apud *Plaut.* *Pseud.* 4. 7. 75. Domi imperator summus in patria nata. *Cæs.* 1. *B.* *G.* 20. Gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia posse. *Sall.* *Cat.* 17. Multi ex coloniis et municipiis, domi nobiles, h. e. inter suos. Adde *Cic.* 3. *Verr.* 17. 45.; et *Curt.* 3. sub fin. Sic *Liv.* 7. 19. Vir domi non solum, sed etiam Roma clara, h. e. in patria. *Cic.* 2. ad *Q.* *fr.* 14. 3. Hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. — Acc. domum, h. e. in patriam, quod *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 33. Victores victis hostibus legiones reverent domum. *Cæs.* 1. *B.* *C.* 34. Premissos etiam legatos domum. *Cic.* 7. *Fam.* 5. 1. Beneficiis ornatissimum domum reducere. *Liv.* 23. 20. Redire domum. — Ablat. domo, h. e. a patria. *Cæs.* 1. *B.* *G.* 31. Omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerunt, ut domo emigrent: aliud domicilium, alias sedes — petant. *Virg.* 8. *En.* 114. Qui genus? unde domo? *Id.* 10. *ibid.* 141. Meonia generose domo. et *ibid.* 183. Qui Cærette domo. *Sueton.* *Vitell.* 2. P. Vitellius domo Nuceria. *Inscript.* apud *Gruter.* 520. 3. c) ANINVS G. F. POMP. GALLVS DOMO ARARITO etc. — c) Huc pertinet domi bellique, domi et militiæ, h. e. in pace et in bello. *Ter.* *Adelph.* 3. 5. 49. Una semper militiæ et domi suum. *Vellej.* 2. 27. Vir domi bellique fortissimus. V. *BELLUM*. — Item in pace et domi apud *Cic.* 1. *de republ.* 40. Noster populus in pace et domi imperat et ipsis magistratibus minatur, rerusat, appellat, provocat; in bello sic pareat, ut regi. — d) *Domum revocare* in re forensi est fori exceptio-nes uti, et eum, qui nos in judicium alibi vocavit, ad judicem in loco, ubi degimus, revocare. *Ulp.* *Dig.* 5. 1. 2. Dicimus etiam revocare forum. *Id.* *ibid.* 7. ¶ 3. Domi esse dicui vel domi habere dicitur, qui aliqua re abundant, neque ea alii quidquam forte querere opus habet. *Plaut.* *Mil.* glor. 2. 2. 36. Domi habet omnium falsiloquum, domi dolos, domi delenitiva facta, domi fallacias. *Ter.* *Adelph.* 3. 4. 49. Domi habuit, unde discerit. Cf. *Plaut.* *Truc.* 2. 5. 4. Domi docta. *Ter.* *Phorm.* 3. 2. 19. O fortissime Antiphon, cui, quod amas, domi est! *Cic.* 10. *Att.* 14. Quidquid habes ad consolandum, collige; et illa scribe non ex doctrina, neque ex libris; nam id quidem domi est: sed etc. Sic *Juvenal.* 11. 117. Illa domi natæ nostræque ex arbore mensa Tempora viderunt. *Cic.* 9. *Fam.* 3. Sed quid ego nunc hæc ad te, cuius domi nascuntur? *Yaxi* eis *Axvaz*. — Similiter domo pecuniam solvere apud *Plaut.* *Curt.* 5. 3. 7. est ex arca domestica, non aliunde mutus sumpta. Sic domo afferre apud *Quintil.* 19. 7. fin. est meditata et parata afferre; quibus opponuntur, qua subita atque ex tempore dicimus. ¶ 4. Metonymice ponitur pro familia. *Cic.* 4. *Att.* 12. Domus te nostra tota salutat. *Id.* 13. *Fam.* 46. Eam tibi igitur sic commendabo, ut unum ex nostra domo. *Virg.* 1. *En.* 288. Quum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenæ Scritio preuenit, h. e. Romani, qui a Trojanis oriundi. V. *ASSARACUS* in *ONOM.* Adde *eum*. 3. *ibid.* 97.; *Horat.* 1. *Od.* 6. 8. et 3. *ibid.* 16. 18. et 26.; *Liv.* 3. 32.; *Sueton.* *Aug.* 25 et 58.; *Quintil.* 3. 6. 99. et 7. 1. 53.; *Justin.* 12. 15. 1. et 16. 1. 15.; et *Tac.* 3. *Ann.* 55. et *Agric.* 19. — Sic domus divina est: familia imperatoria circa Commodi tempora, qui imperavit ann. 177-192. V. *Marini Frat.* *Are.* p. 147.; et *Labu* *Epiogr.* *scop.* in *Egitto* p. 106.: sub Domitiano discubauerunt domus Augusta; V. *Labu* *ibid.* ¶ 5. Hinc et pro philosophorum secta. *Cic.* 1. *Acad.* (post) 4. 13. Antiochæ magis licet remigrare in domum veterem e nova, quam nobis in novam e veteri. h. e. sectam Academicam. *Seneca* *Ep.* 29. ad fin. Idem hoc omnes tibi et omni domo conlambunt, Peripateticæ, Academici, Stoici, Cynici, h. e. et omni sapientia et secta philosophorum.

DÖMUSCULA, æ, f. 1. diminut. a domus, parva domus. *Apul.* 4. *Met.* Necum nutritus individuo contubernio domusculæ. *At.* *leg.* domusculæ.

DÖMUSCIO, ônis, f. 3. usus domi, a domus et usio. *Petron.* *fragm.* *Tragur.* 46. *Burmann.* Quia yolo illum ad domusionem aliquid de jure gustare. Ita *Cod.* *Tragur.*; alii perperam domus usionein, aut tuitionem legendum putant.

DÖMUTIO. / DÖMUTTO.

DÖNÄBLIS, e, adjet. ¶ 1. Est dandus, donandus, tradendus. *Plaut.* *Ilud.* 3. 2. 45. Infortunio hominem prædictas donabilem. h. e. tradendum infortunio. ¶ 2. Item dignus, qui dono detur. *Antrobos.* serm. 59. Qui (*Spiritus Sanctus*) etiam Dei donum dicuntur; quia et antequam esset angelus vel

homo, cui daretur, iam sui natura donabile donum erat, quia caritas et amor est.

**DONARIUM**, *i*, *n*. 2. ¶ 1. Stricto sensu est locus, seu conclave prope templum, ubi quae diligenter offerabantur, custodiebantur deposita. *Lucan*. 9. 315. Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes Templo, nec Eois splendens donaria geminis. *Apul*. 9. *Met*. Cantharoque et ipso simulacro, quod gerebam, apud fani donarium redditis ac consecratis. Additum. 2. *Florid*. 15. ¶ 2. Hinc dicitur etiam de illis, quae diligenter offerabantur in templis. *Liv*. 42. 28. Ita ut censuerant, in Capitolio votis consul ludos fieri donariaque dari. *paullo ante*. Donaque circa omnia pulvinaria dari. *Gell*. 2. 10. Ubi reponi solent signa vetera, et alia quendam religiosa e donariis consecratis. *Aurel*. *Vict*. *Cæsar*. 35. Fanum Soli magnificum constituit, donarilis ornans opulentis. ¶ 3. Item de ipso templo, sacrario. *Virg*. 3. G. 533. ductos alta ad donaria currus. *Forcellinus* hunc locum ad paragr. primam retulit. *Ovid*. 3. *Fast*. 335. Si tua contigimus manus donaria puris. *Id*. 2. *Amor*. 13. 13. Pigraque labatur circa donaria serpens. — NB. *Forcellinus* pro dono generatione accipit apud *Tac*. 1. *Ann*. 44. Citatus ab imperatore, nomen, patrum, numero stipendiorum, et cui erant donaria militaria, edebant. *At meliores Codices legunt dona: ex librariorum autem errore irrepsisse donaria propter terminationem sequentis vocabuli, facile sibi quisque persuadet.*

**DONATICUS**, *a*, *um*, *adject*. qui dono datur, ad donum pertinens. *Cato* apud *Festum* p. 201. 29. *Müll*. Donaticæ hostie. *Paul*. *Diac*. p. 69. 5. *Müll*. Donaticæ coronæ, dictæ quod his victores in ludi donabantur, quæ postea magnificenter causa instituta sunt super modum aptarum capitibus, quam amplitudine sunt, quam Lares ornantur.

**DONATIO**, *Onis*, *i*, *3. actus donandi, et proprium secundum Julian. Dig*. 39. 5. 1. dicitur, quum quis ea mente dat, ut statim velis accipientis fieri, nec ulla casu ad se reverti, et propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem et munificentiam exercitat. Quod si sub conditione fiat, non est vera donatio (V. hoc de re Hein's röm. *Privatr*. p. 202. et *Pauly's Realencycl*. sub hac voce). *Cic*. *Opt. gen. orat*. 7. 19. Ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro. *Id*. *Rosc*. *Am*. 9. 24. Furta, rapinae, donationes. *Id*. 6. *Verr*. 16. 33. Quo modo? quo qui unquam tenuissime in donatione historiorum estimavist. h. e. in his, quibus bistriones magis accepti donabantur. *V. Klotz* ad h. l. Additum. *Cic*. 4. *Phil*. 4. 9. *Paul*. *Dig*. 31. 89. ad fin. Avia donationibus in nepotem patrimonium eranavit. *Inscript*. in *Bullett. dell'Instit. Archeol*. a. 1844. p. 164. CONCESSIONA A FISCO DONATIONIS CAVSA AP. CAVIO RESTITUTVO EX ASSE.

**DONATIUNCULA**, *æ*, *f*. 1. *deminut*. donationis, pars donatio. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not*. *Tir*. p. 69.

**DONATIVUM**, *i*, *V* voc. seq.

**DONATIVUS**, *a*, *um*, *adject*. quod dono datur. *Inscript*. apud *Gruter*. 421. 1. IMPENDIVM BIGAE QVAM POPVLVS EX COLLATIONE LEGATIVI AC DONATIVI BPVLI OFFEREBAT REMISIT. *V*. **LEGATIVUM**. — Hinc

*Donativum*, *i*, *n*. 2. absolute, substantivorum more, est munus, quod a principe vel imperatore milibus donatur. Quando autem hojusmodi largitio fieret, patet ex his verbis *Cassiod*. 6. *Hist. Eccl*. 30. *ante med*. Quoniam venisset tempus, quo imperialis solent milites dona accipere (hoc enim agitur plerumque die Kalenderum Januar, et natali principium, et urbi regiarum) etc. *Sueton. Domit*. 2. An duplum donativum militi donaret. *Tac*. 4. *Hist*. 19. Postulare donativum. Additum *Sueton. Cal*. 46. et *Galb*. 16.; *Tac*. 1. *Hist*. 18., 2. *ibid*. 82. et 12. *Ann*. 41.; et *Plin. Paneg*. 25. — Differt a congiario, quod populo datur. *Sueton. Ner*. 7. Populo congiarium, militi donativum propositum. *Lamprid. Alex*. *Sev*. 26. Congiarium populo ter dedit, donativum militibus ter. *V*. **CONGIARIUM**.

**DONATOR**, *ōris*, *w*. 3. qui donat. *Seneca Hippol*. 1217. Donator atque lucis, Alcide, tuum Diti remitte munus. *Paul*. *Dig*. 42. 1. 49. Pinguis donatori succurrere debemus, quam etc. Additum *Cod*. 8. 54. 1.

**DONATRIX**, *ōcis*, *f*. 3. que donat. *Prudent*. 11. περὶ στρατ. 171. Illa Sacramenti donatrix mensa. Ad de *Imp*. *Dioctet*. et *Maxim*. *Cod*. 8. 54. 20.

**DONATUS**, *a*, *uni*. *V*. **DONO**.

**DONAX**, *acis*, *m*. 3. δόναξ. ¶ 1. Est calamus crassiore ligno et tenui foramine, longissimis internodiis, quem totum fungosa replet medulla in aquaticis nascentis, sagittis aptissimus. *Plin*. 21. *Hist. nat*. 11. 50. (86). strundinem Cypriam, et 32. *ibid*. 10. 52. (141). calatum Cyprium vocat, quod in ea insula matine proveniat. Describit autem 16. *ibid*. 38. 66. (165). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol*. 1. p. 391.) hanc exhibet synonymiam: Δέναξ Homer. *Hymn. in Pan*. 15. dans le sens de flûte, et *Iliad*. A. 584. dans le sens de flèche; Κάλαμος δόναξ καὶ σύριγξ καὶ εὐνουχίας καὶ αὐλάκιος καὶ ζευγίτης. *Theophr. Hist. plant*. 4. 12.; Κάλαμος δόναξ, κάλαμος κύπερος καὶ συρίγγιας. *Dioscor*. 1. 114.; *Donax* *Plin. cit*; et *Arundo* des poëtes latins, soit qu'ils l'emploient dans le sens de flèche, soit qu'ils l'entendent dans celui de flûte, sunt *Arundo Donax* L. *Spec*. 120. Le roseau à quenouilles. ¶ 2. Est etiam nomen pisces marini, qui onyx etiam, et dactylus dicitur. *Plin*. 32. *Hist. nat*. 9. 32. (103). — NB. De nomin. et cognom. *V*. **ONOM**.

**DÖNEC** et

**DÖNICUM**, *adverb*. *Donicum* est antiqua forma, quæ certa lectione occurrit apud *Plaut. Aulul*. 1. 1. 19. Si resperis, donicum ego te jussero, continuo te dedam cruci. Sic *Cato* apud *Charis*. 2. p. 178. *Putsch*. *Donicum* ille tibi interdit. — Incerta admodum est lectio apud *Lucret*. 2. 1114. *Donicum* ad extremum crescendi perire finem *Omnia* perdidit. Item apud *Nepot. Hamilt*. 1. *Donicum* aut vicissim, aut vieti manum dedissent. *Utrobius enim alii leg*. donec *Ciceronem* quoque haec voce usum volunt quidam; sed quæ affrunt ejus verba, omnino dubius sunt lectionis. — *Donique legitur in Inscript*. apud *Marat*. 572., quæ pertinet ad annum a *Chr*. n. 155., quamque *Euryp. Borghesius* ex ipso lapide descripsit. *cum pressus necessitate corpora eorum rictili sarcophago commendarem doniqv is locvs qvem emeram aedificari* t. *Sic in lapide, elisa scilicet, ut sape, littera m*, et *q pro c adhibita*. — *Donec*, non secus ac dum, significat tempus illud, per quod actio aliqua durat, quoque actio alia hunc excipit; et præcipue significat actionis vel modi aliquis cessationem actione vel modo alio subente, in quo a part. dum differt. Itaque ¶ 1. Adverbium donec significat tempus illud, per quod actio aliqua durat, et est quamdiu, tam diu dum, haud diutius quam (It. *fino a tanto che, tanto a lungo quanto, non più lungamente di quanto che*; Fr. *aussi longtemps que, tant que*; Hisp. *mientras que, tanto que*; Germ. *so lange als, während, nicht länger als, nicht länger als bis, bis*; Angl. *so long as, as long as*). Occurrit autem — a) *Cum Indicativo*, aut *cum Subjunctivo*, prout temporis, quo actio vel rei status durat, certo definiari potest, aut nequit. — *Cum Indicativo*. *Liv*. 2. 49. Et, donec nihil aliud quam in populationibus res fuit, non ad praesidium modo tutandum Fabii satis erant, sed tota regione — sua tuta omnia, infesta hostium — fecerunt. *Id*. 6. 13. Donec armati confertique abiabant, pedimentum labor in persecuendo fuit; postquam etc. *Horat*. 1. *Od*. 9. 17. Donec virenti canities abest Motosa, nunc et campus et aræ — Composita repetantur hora. *Id*. 3. *ibid*. 9. 1. Donec gratias erant tibi — Persarum vigui rege beator. *Tac*. 14. *Ann*. 50. Libros etiū jussit, conquitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur. — *Cum Subjunctivo*. *Liv*. 2. 24. Edixit ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret aut venderet. *Id*. 21. 28. Nihil sane trepidabant, donec continent velut ponte agerentur. *Id*. 4. 13. Incepere Coss., quod expectassent, donec tanta res ad senatum deferretur. *Tac*. 1. *Ann*. 51. Hostes, donec agmen per saltus porrigeretur, immoti. — b) *Inferendum cur Subjunctivus addatur, non patet*. *Tac*. 4. *Hist*. 35. Pugnatum, donec prælium nov dirimeret. *Justin*. 4. 1. 15. Suffocatum tam diu tenet, donec nutritum ignis incendat. *Plin*. 9. *Ep*. 33. Hor altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines inauritulos muri subiret timendi pudor. — c) *Cum Futuro tempore*. *Plaut. Bacch*. 4. 4. 106. Ne quoquam exsurgatis, donec a me erit signum datum. *Ter. Phorm*. 2. 3. 73. Haud desinam, donec perfecero hoc. *Virg*. 4. G. 413. contendere tenacia vincit, Donec talis erit. *Ovid*. 1. *Trist*. 9. 5. Donec eris felix, multos numerabis amicos. ¶ 2. Adverbium donec significat

actionem vel rei modum, quæ fere improviso accidunt et precedentem actionem vel rei modum interrupunt ac mutant; et est quoad, quoque. — a) *Generatim*. — *Cum Indicativo*. *Plaut. Amph*. 2. 1. 50. Neque credebam ego mihi met, donec ille fecit sibi ut crederem. *Lucret*. 2. 1129. sed plura accende rebent, Donec olescendi sumnum tetigere cacumen. *At leg. Donicum*. *Virg*. 6. *Ecl*. 84. Ille canit; — Cogere donec oves stabulis numerumque referre Jussit et invito processit vesper Olympo. Additum. 2. *Æn*. 630., 6. *ibid*. 745. et 10. *ibid*. 301. *Horat*. 1. *Sat*. 3. 101. atque ita porro Pugnabani armis, quæ post fabricaverat usus, Donec verba, quibus voces sensusque notarent, Nominaque invenire. *Liv*. 4. 34. Nec minor cædes in urbe, quam in prælio fuit; donec, abjectis armis, — dictatori deduantur. — Aliquando ea, quæ post adverbium donec sequuntur, ita præcedentibus opponuntur, ut donec etiam per particulas at, at vero significari posse videatur. *Liv*. 21. 46. Inde equitum certamen erat aliquantiū anceps. Deinde, quia turbabant equos pedites intermixti multis lobentibus ex equis, aut desilientibus —, jam magna ex parte ad pedes pugna ierat; donec Nunidæ, qui in cornibus erant, circumvecti pullulum, ab tergo se ostenderunt. Is pavor perculit Romanos etc. *V. Fabri* ad h. 1.; et additum *Liv*. 34. 47. Sic *Tac*. 13. *Ann*. 44. Commoveratque quosdam magnitude exempli, donec ancilla ex vulnere refecta verum aperuit. Additum *eum*. 6. *ibid*. 44. et 3. *Hist*. 61. — *Cum Subjunctivo*. *Virg*. 11. *Æn*. 558. sagittam Deprompsit pharetra, cornuque infensa tendit. Et duxit longe; donec curvata coirent Inter se capita. *Horat*. 1. *Ep*. 18. 61. Acta pugna Te duce per pueros hostili more refertur. *Adversarius* est frater, Iacus Hadria, donec Alterutrum velox Victoria fronde coronet. *Liv*. 21. 28. Trepidationis aliquantum edebant, donec quietem ipse timor fecisset. *Tac*. 2. *Ann*. 6. Servat violentum cursus, qua Germaniam prævicit, donec Oceano miscetatur. — *Cum Futuro*. *Virg*. 1. *Æn*. 276. Hic jam tercentum totos regnabit annos Geute sub Hectoira; donec regina sacerdos Marte gravis geminari partu dabit illa prolem. — Omisso verbo, quod tamē facile subintelligatur. *Plaut. Merc*. 1. 2. 82. Neque quisquam hominem conspicat' st, donec in navi super. — b) *Præcedens propositione negativa, vel hypothetica*, ita ut adverbium donec per adv. *pritusquam* significari posse videatur. *Plaut. Aulul*. 1. 19. Si resperis, donicum ego te jussero, continuo te dedam cruci. *Virg*. 2. *Æn*. 718. Me, bello e tanto digressum et cæde recenti, Attractare nefas; donec me flumine vivo Abluero. *Liv*. 1. 39. Moveri vetuisse puerum, donec sua sponte expperctus esset. *Tac*. 2. *Ann*. 82. Nec obstitit falsis Tiberius, donec tempore ac spatio vanescerent. — c) *Præcedens particulis usque, usque adeo, usque eo vel eo usque, in tantum*. — *Præcedens Indicativo*. *Plaut. Mil. glor*. 2. 2. 114. Ibi odorans usque, donec persecutus vulpem ero vestigis. *Ter. Andr*. 4. 1. 38. Numquam destitut suadere, orare, usque adeo donec perpulit. *Id. Adelph*. 4. 6. 5. *Doni certum est obstare usque, donec redierit*. *Cato R. R*. 88. Id aliquoties in die factio usque adeo, donec sal desiverit tabescere biduum. *Colum*. 3. *R. R*. 13. *Hunum in tantum deprimeret, donec altitudinis mensuram datum ceperit*. *Cic*. 3. *Verr*. 6. 17. Usque et timui, donec ad reiciendos judices venimus. *Liv*. 40. 8. *Eo usque me vivere vultis, donec regem alterum mea morte faciam*. — *Præcedente Subjunctivo*. *Plaut. Rud*. 3. 5. 30. Si hercle illuc illas hodie dedito tertijs invitata, ni istuc istis inquit assit usque adeo, donec, qua dominum abeat, nesciat; peritis ambo. *Horat. Art. P*. 154. Si plausoris eyes aulæ manentis et usque Sessori, donec cantor vos plaudite dicat. *Quintil*. 11. 3. 53. Nec conusque trahatur spiritus, donec desierat. — *Et omisso verbo*. *Ter. Hecyr*. 1. 2. 50. Usque illud visum est l'ampitheâtrum neutiquam grave; donec jam in ipsis nuptiis postquam videt paratas. — NB. Etiam pro dummodo usurpatum fuisse, *Charis*. significat 2. p. 200. *Putsch*, sed nullo prolatu exemplo. — *DONIFICO*, *as, are, a*. 1. (*donum et facio*) dona invicem dare. Occurrit tantum Part. præs. *Donifantes* apud *Hygin. Fab*. 112. — *DONO*, *as, avi, atum, are, a*. 1. (*do*). Part. *Donans* I.; *Donatus* I.; *Donandus* I. et II.; *Donaturus* I. — *Donare* est dono dare, largiri, liberali-

ter tribuere, munere officera (It. *donare*, dare in dono, dare; Fr. faire présent à, donner en présent, gratifier de, accorder, octroyer; Hisp. dar, donar, hacer un don liberalmente, ceder graciosamente alguna cosa; Germ. *Jmdm etwas schenken*, zum Geschenke machen, gewähren, verleihen, *Jmdm mit etwas beschenken, ausstatten*; Angl. to give liberally, bestow freely, present).

I.) Proprie. — a) Cum Accusativo rei et Dativo personæ. *Plaut. Mil. glor.* 4. 5. 5. Donavi ei, quæ voluit, quæ postulavit. *Cœs. 7. B. C. 11.* Donare prædam militibus. *Cic. 3. Tusc.* 32. 90. Munera ista vel civibus tuis, vel dis immortalibus dona. Adde *Liv. 27. 19. in fin.* Rursus *Cic. Rosc. Am.* 8. 23. Non pauca suis adjutoribus large effusæque donabat. *Id. Pis. 3. 7.* Mibi populus Romanus illa in contione non unius dici gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit. *Id. 3. Fin.* 5. 18. Membrorum corporis alia propter usum a natura donata, ut manus, crura; alia ad quemdam oratum, ut cauda pavonis. *Id. Harusp. resp.* 4. 6. P. Scipio divino munere donatus reipublicæ. *Virg. 3. Ecl.* 14. Et quin vidisti puero donata, dolebas. *Horat. 1. Sat.* 5. 65. Donare catenam ex voto Laribus. *Id. 4. ibid.* 3. 20. O mutis quoque piscibus donatura cyeni, si libeat, sonum. *Virg. 9. En.* 313. Donare nubibus irrita. *Horat. 1. Ep.* 15. 32. Quidquid quæsierat, ventri donaret avaro. h. e. daret, concederet, tribueret. *Plin. 18. Hist. nat.* 3. 4. (15). M. Marcius ædilis plebis primum frumentum populo in modios assulit donavit. h. e. dedit a. U. C. 298. *Siliq.* vero pro donavit legit datavit. *Sil. It.* 11. 409. discalque Lyæo Imbellem donare diem. *Id. 2. 603.* Donare flammis prædam. *Quintil. 1. 12. 13.* studiis temporum velut subseciva. *Phœdr. 4. 4.* Agros, viles et pecora cum pastoribus donare mechæ. h. e. assignate, attribuite. — Huc pertinent et poetica illa *Horat. 4. Od.* 12. 19. Cadus spes longas donare largus. *Id. 1. Ep.* 6. 36. Scilicet uxorem cum dote, fidemque et amicos Et genus et formam regina pecunia donat. *Ovid. 1. Amor.* 3. 12. Me libi donat Amor. — *Donatum facere est donare in Inscript.* apud *Gruter.* 1114. 5. si quis hoc monumtum sociorum vendiderit, sive donatum fecerit etc. — b) Cum Accusativo persone et Ablativo rei. *Plaut. Amph. prol.* 137. Quo pacto sit donis donatus plurimis. Cf. *Liv. 25. 18. extr.* Magnifice laudatus et donis donatus. *Id. 29. 35.* Massinissam insignibus donis donat. *Cœs. 3. B. C. 53. in fin.* Cohortem dupli stipendio, frumento, vel speciaris militaribusque donis amplissime donavit. *Cic. Arch.* 3. 3. Hunc Tarentini civitate ceterisque præmis donarunt. *Id. 2. Nat. D.* 2. 6. Agro a senatu et vacazione donatus. *Id. 5. Verr.* 80. 185. Donare aliquem anno. *Id. Pis. 11. 25.* aliquem statua inaurata. *Cœs. 3. B. C. 53. a med.* Donatum millibus ducentis veris. *Horat. 4. Od.* 2. 9. Plaudens laurea donandus Apollinari. *Justin. 11. 6. ad fin.* Eos, qui ceclidere, statuus equestribus donavit. *Gell. 9. 16.* Vir fortis præmip donetur. *Sall. Jug.* 54. Meritos in præliis more militia donat. Sic *Curt.* 10. 5. Fortes viros pro contione donans. *Nepos Datam.* 3. Magnifice donatum, ad exercitum misit. *Virg. 5. En.* 305. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. — Huc pertinent et illa *Liv. 45. 22.* et *Vellej.* 2. 11. 5. Donare aliquem honoribus. *Plaut. Aulul. a 5. v. 11.* Dii immortales, quibus et quantis me donatis gaudiis! *Tibull. 3. 1. 21.* Nympham longa donare salute. *Vellej.* 2. 100. Donare aliquem incolumitate. — c) Cum Accusativo personæ et Genitivo rei, tantum *Apul.* 5. *Met.* Sic ille novæ nuptiæ sorores auri vel monili donare concessit. scil. concessit novæ nuptiæ donare sorores suas auro vel monilibus. — d) Apud Poetas cum Infinito. *Virg. 5. En.* 262. loricam donat habere viro. *Horat. 1. Od.* 31. 18. Frui parasit et valido mihi, Latoe, dones et precor integra Cum mente. *Id. 2. Sat.* 5. 60. Divinare etiam magnus mihi donat Apollon. — e) Cum Accusativo personæ et rei. *Ennius* apud *Probus ad Virg. 6. Ecl.* 31. Atque Anchises doctu', Venus quam pulra dearum Fari donavit, divinum pectus habere. *Ter. Hecy.* 5. 4. 9. Te pro hoc nuncio quid donem? — f) Absolute. *Martial.* 4. 56. Quid sit largiri, quid sit donare, docebo.

II.) Translate ponitur pro remittere, condonare; et quidem — a) Donare est aliquid in gratiam vel bonum aliquius cedere, offerre; Franci dicunt

sacrificer. *Cic. 5. Fam.* 4. Tuas iniurias ut repuplicas donares, te vicisti. *Sil. It.* 15. 603. Donare iram patriæ. — b) Donari dicuntur debita et culpa. *Brutus ad Cic. inter ep. 4. ad Brut.* 6. extr. Dyrrachini sibi donatum es alienum a Cesare dictum. *Cœs. 3. B. C. 21.* Unam (*legem promulgavit*), qua mercede habitationem annuas conductoribus donavit. Cf. *Petron. Satyr.* 18. Donare legem. h. e. remittere actionem lege datum. *Liv. 8. 35.* Nox damnatus donatur populo Romano. *Ovid. 2. Pont.* 7. 51. Culpa gravis precibus donatur sepe suorum. *Justin. 32. 2. 5.* Donare filio patrem. h. e. patri ignoroscere in gratiam filii. *Id. 38. 6. 6.* Victum filium donare memorie patri. *Sueton. Aug.* 5. Perteretque donari (*graviorem adulteri pœnam*) quasi proprio suo ac peculiari deo. h. e. sibi ignosci in gratiam dei. *Seneca 5. Controv.* p̄f. *ad med.* Multa donanda ingeniis puto; sed donanda vita, non portenta sunt. — c) Ad remittendi significationem pertinet etiam, quum dicimus donare alicui labore, molestiam, aut malum aliquod, h. e. remittere alicui, ne subeat. *Justin. 32. 2. 4.* Donare alicui causam. h. e. remittere curam cause dicenda. *Sil. It.* 1. 487. nivalem Pyrenæ Alpesque tibi mea dextera donat. *Id. 2. 325.* Quantum heu, Carthago, donat tibi sanguinis Hannón! *Val. Flacc.* 1. 473. Donat et Iphiclo peiagrus juvenumque labores Æsonides. Adde *Lucan. 9. 1016.*; *Ovid. 3. Art. am.* 85.; et *Stat. 7. Theb.* 556.

DÖNUS, a, um, adjet. liberalis, qui facile donat. *Plaut. Epid.* 2. 3. 14. Argentum accipiam ab donoso sene. *Id. Trin.* 1. 1. 63. Postquam alium repperit, qui plus daret donosiorum. Utroque in loco at. leg. *danosus*, al. rectius *damnosum*. V. DANOSUS.

DÖNUM, i, n. 2. a v. do, quemadmodum a δῶμα est δῶπον, est id, quod hominibus ex animi liberalitate, aut propitiando Deo datur (It. dono, presente, regalo; Fr. don volontaire, présent, gratification; Hisp. don, dadora, presente, regalo, gratificación; Germ. d. Geschenk, d. Gabe; Angl. a gift, free gift, present, offering, bribe). Occurrit — a) De his, quæ hominibus ex animi liberalitate donanter. *Plaut. Amph.* 1. 3. 36. Nunc tibi hanc paternam, qua dono mi illuc ob virtutem data'st, etc. *Id. Mit. glor.* 4. 2. 26. At non multæ de dito donum miltunt. *Id. Pseud.* 4. 6. 13. Habeto mulierem dono tibi. *Id. Most.* 1. 3. 27. Infecta dous facio. *Id. Truc.* 2. 6. 62. Viginti minis venire illæ posse creduntur, quæ ei dono dedi. Sic *Ter. Eun.* 1. 2. 29. et *Heaut.* 5. 5. 6. Dono dare alicui quidplam. *Id. Eun.* 1. 2. 73. Dona dare. *Id. ibid.* 1. 2. 55. Emit virginem dono mihi. *Cic. Amic.* 15. 55. Etiam si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ. *Id. 5. Tusc.* 7. 30. Xeres quidem refertus omnibus præmis donisque fortunæ. *Id. 1. Phil.* 13. 32. Donum aliquod recipi publicæ affere. *Id. fragm.* apud *Priscian.* 8. p. 792. *Putsch.* Agredi aliquem donis. *Cœs. 7. B. C. 31.* Principes civitatum donis pollicitationibusque allicebat. *Id. 3. B. C. 53.* Militaribus donis amplissime donare aliquem. (Sæpe in vett. *Inscript.* mentio est *donor militarium*, quibus vocibus significantur generatim phaleræ, torques, fibulae, catellæ et coronæ, et quidquid auro argentoque constat; tuni etiam coronæ vallares et murales et obsidionales, et hastæ puræ, etc. quæ singulæ speciem donorum constituunt. V. *Sueton. Aug.* 8. et 25. et *Tib.* 32., ibique a *Crusio adnotata*). *Horat. 2. Ep.* 2. 32. Bonis honestis ornare. *Curt.* 5. 10. Donis aliquem excipere. *Id. 7. 1.* honorare. *Id. 5. 12.* Donum ferre hosti caput regis. *Tac.* 15. *Ann.* 27. Regnum dono accipere. *Sueton. Vitell.* 7. Licens eum exceptit, velut dono dñm oblatum. — Jungitur et cum *manus*, ut apud *Plaut. Cist.* 1. 1. 94. Inde in amicitiam insinuavit cum matre et mecum simul blanditiis, muneribus, donis. *Id. Mit. glor.* 3. 1. 120. Dona mea inhiabit: certatim dona mittunt et munera. *Cic. Senect.* 12. 40. Quumque homini sive natura, sive quis deus nihil mente prestatilius dedisset; huic divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum, quam voluntatem. V. alta infra in Homonym. — *Donum de re perniciosa, per ironiam.* *Virg. 6. Ecl.* 79. Quas illi Philomela dapes, quæ dona paravit. — b) De his, que propitiando Deo dantur, vel offeruntur. *Plaut. Rud. prol.* 22. Atque hoc sclesti in animum inducent suum, Jovem se posse placare donis, hostilis. *Lucret.* 4.

1229. et multo sanguine mæsti Conspergunt aras adolentque altaria donis. *Id. 6. 752.* quum sumant altaria donis. *Cic. 2. Legg.* 9. 22. Impius ne audeto placare donis iram deorum. *Id. 2. de repub.* 24. Dona magna, quasi libamenta prædarum, Delphos ad Apollinem misit. *Virg. 3. En.* 439. dominique potentem Supplicibus supera donis. Adde *Liv.* 2. 23., 5. 25. et 7. 38. — *Nepos Pausan.* 1. Ejus victoria ergo Apollini donum dedisse. *Inscript.* apud *Gruter.* 671. 2. MEMORIA CAUSA DONUM DERIVANT. *Alia apud eund.* 81. 4. MINERVA AVG. DONO POSUIT. Hinc illæ nota in veterib. monum. p. p. donum dedit vel dono dedit, apud *Gruter.* 80. 5. etc. — NB. Plurima dona ligulina reperta sunt Gabiis, quæ repræsentant vultus humanos, oculos, mammas, mentulas, corda et pedes, animalia pedesque bovinos: ibi enim celebres erant balneæ. *Bullet. dell' Instit. archeol.* a. 1845. p. 53. — Similiter dona ferre sepiissime dicitur de sacrificiis et oblationibus Deo factis. Exemplia babes apud *Ovid.* 8. *Met.* 445., 2. *Fast.* 545., 5. *ibid.* 425. et alibi: item apud *Virg.* 7. *En.* 86. et 9. *ibid.* 526.; *Lucret.* 4. 123.; et *Senec. Hippol.* 105. — c) Ultima dona sunt funera et exequiae. *Ovid. 3. Amor.* 9. 50. et *Heroid.* 7. 192.; *Seneca Hippol.* 1273.; et *Val. Flacc.* 2. 471.

Homonym. *Ter. Eun.* 5. 9. 27. Quodvis donum et præmium a me optato. Ubi *Donatus*: donum, ut a largo homine; præmium, ut a præclaro facinore. *Id. ibid.* docet, donum deorum esse, præmium virorum fortium, manus hominum. — Aliud discrimen tradit *Paul. Dig.* 50. 16. 194. Nam donum esse genus Labo ait, manus speciem: et manus esse donum cum causa, ut natalicium, nuptiale; donum, quod nulla necessitate, jure, officio, sed sponte præstatur, ut et *Martian.* *ibid.* 214. confirmat. *Ulp. ibid.* 1. 16. 6. *sub fin.* Ne donum vel manus proconsul accipiat. — Non tamen credidit ad hæc respexisse *Cic.* (neque enim vera: certe perpetua non sunt) quum sit 2. *Orat.* 71. 286. Cinctius legem de donis et muneribus tulit, et *Cluent.* 24. 66. Tantum donis datis muneribusque perficerat, ut etc. (Recte *Klotz* ad h. 1. animadvertis, dona et munera sive conjungi, quoties de magistratibus, aliisve corrumptendis agitur), et *Arch.* 8. 18. Poeta quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videntur. Adde eund. *Senect.* 12. 40.; et *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 120., quorum verba *V.* supra sub a. Certe quidem *Ovid.* confundit 3. *Art. am.* 653. Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque: Placatur donis Juppiter ipse datis. *Donum manus* non raro junguntur in Pandectis, v. gr. 38. 1. 7. et 37. et 47. V. JCTOS.

DORCÁDION, ii, n. 2. herba eadem ac draconea et dictomum. *Apul. Herb.* 14. et 62.

DORCA, æ, m. 1. et

DORCAS, adis, f. 3. δορκαῖς, dama, caprea, genus capreæ silvestris: a δορκαῖο video, quia acutissime videt. *Grat. Cyneq.* 200. pavidosque juvat compellere dorcas. *Martial.* 13. 98. Delicium parvo donabis dorcade nato. *Id. 10. 65.* Dorcas fugax. — NB. De cognom. Rom. *V. ONOM.*

DÓRICE, adverb. Δωρικῶς, Doricorum more. *Sueton. Tib.* 56. Dorice Rhodii loquuntur. Adde *Priscian.* 12. p. 955. *Putsch.*

DÓRIS, idis, f. 3. est herba anchusaë similis, laginogisor et minus pinguis, tenuioribus foliis et languidioribus, pseudoanchusa etiam dicta. *Plin. 22. Hist. nat.* 20. 24. (50). Cf. *Fée* (*Op. cit. vol. 3. p. 114.*) hanc exhibet synonymiam: Ἐγών Dioscor. 4. 27. (dans ce qui a rapport aux propriétés médicinales seulement), et *Pseudanchusa*, *echis aut doris* *Plin. loc. cit.* sunt *Anchusa italica* Retz, Peir., Encycl. La buglosse d'Italie. *V.* et ECHIS. — NB. De nom. proprie. *V. ONOM.*

DÓRIUS, a, um, adjet. idem quod Doricus et Doriensis: sed occurrit speciatim tantum de sono. *Plin. 2. Hist. nat.* 22. 20. (84). Dorius phthongus. h. e. sonus gravis et bellicosus, quali delectati sunt Doris, sicuti acuto Phrygii, mediò Lydi. *Id. 7. ibid.* 56. 57. (204). Lydios modulos inventus Amphion, Dorios Thamyris Tbrax. *Horat. Epod.* 9. 5. Sonante mixtis tibi carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbarum. *V. LYDIUS.* — Hinc

*Dorium*, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est cantus vel sonus bellicosus. *Apul. 10. Met.* At

pone tergum tibicen Dorium canebat bellicosum, et perniciens bombis gravibus tinnitus acutus, in modum tubæ, saltationis agilis vigorem suscitabat.

DORMIO, is, iwi eti, itum, ire, n. 4. *Dormio* pro *dormire* antiquum: et est in verbis 4. conjug. non infrequens positio. *Plaut. Trin.* 3. 2. 100. *Dormio* placide in tabernaculo. *Cato R. A.* 5. *Valebit rectius et dormibit libentius.* — Part. *Dormiens I.* et *II. 1.*; *Dormiturus* et *Dormiendus I.* — *Dormire* (quod nonnulli deducunt a *dormi* pellicis, nam veteres in pelibus dormiebant). *V. SEGESTRA* est somnum capere (It. *dormire*; Fr. *dormir*, sommeiller; Hisp. *dormir*; Germ. *schlafen*; Angl. to sleep, be asleep.).

I.) Proprie. — a) Activa forma et neutrorum significatio. *Plaut. Cura.* 1. 3. 27. *ta.* Quid faciam? Quia tu is dormitum? *tr. Dormio:* ne occlamites! *ta.* Tu quidem vigilas. *ph.* At meo more dormio: hic somnus si mihi. *Sic Id. Aulul.* 2. 4. 23. et *Mos.* 3. 2. 4. et 16.; et *Horat.* 1. *Sat.* 5. 48. et 6. 119. *Ire dormitum.* *Cf. Horat.* 1. *Ep.* 7. 73. *Cic.* 1. *Divinat.* 30. 63. *Jacet enim corpus dormientis, ut mortui.* *Id.* 10. *Att.* 13. Ad horas tres dormit. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 30. in medios dormire dies. *Id.* 1. *ibid.* 18. 24. in lucem. *Id.* 1. *Od.* 25. 7. longas noctes. *Martial.* 1. 50. manu totum. *Cic.* 2. *Invent.* 4. 14. Postquam illos arctius jam, ut sit, ex lassitudine dormire sensit. *Juvenal.* 1. 17. Altum dormire. *Ovid. Heroid.* 19. 57. *Dormire cum aliquo.* *Id. Remed.* am. 727. *thalamo dormivimus isto.* *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 89. (156). *Dormire in molli thymo.* *Alter Plin.* 4. *Ep.* 20. *Dormire in dextram aurem.* *V. AURIS.* *Cels.* 5. 25. n. 9. *Bona catapotia noctu dormituro dantur.* *Apul.* 6. *Met. de Psyche separata.* Et jacebat immobilis, et nibil aliud, quam dormiens cadaver. — *Festus* p. 173. 5. *Müll.* Non omnibus dormio: proverbium videotur natum a Cipio quodam, qui Pararhenechon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor ejus incecharetur; ejus meminit Lucilius. Similiter *Cic.* 7. *Fam.* 24. 1. *Cipius, opinor, olim, Non omnibus dormio:* sic ego non omnibus, mi Galle, servio. *V. LACUNAR.* — b) Impersonaliter passive. *Juvenal.* 6. 267. Semper habet lites alternaque jurgia lectus, In quo nupta jacet: minimum dormitum in illo. — c) Passive. *Catull.* 5. 6. *Nox est perpetua una dormienda.* *Martial.* 13. 59. Tota mihi dormitum hinc. — d) De morte. *Plaut. Amph.* 1. 1. 156. *me.* Haud malum huic est pondus pugno. so. Perit; pugnos ponderat. *me.* Quid si ego illum tractum tangam, ut dormiat?

II.) Translate. — 1. *Dormire* est cessare, inertem esse. *Plaut. Cura.* 1. 2. 66. *Hoc vide, ut dormiant pessimi pessimi, nec mea gratia commovent se oculi.* *Ter. Adelph.* 4. 5. 59. *Quid? credebas dormienti hæc tibi conjecturos deos?* *Cic.* 7. *Ver.* 70. 180. *Qui nobili genere nati sunt; quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur.* *Propert.* 3. 4. 34. *Noctis illorum dormiet ipsa Venus.* *Adde Juvenal.* 2. 37. *Martial.* 10. 62. *Ferulæque tristes, scæptra paedagogorum, Cessent et Idus dormiant in Octobres.* — 2. Item securum esse et nullam de re aliqua cogitationem suscipere. *Ter. Phorm.* 5. 8. 15. *Clem te nrorem duxit, et inde filium suscepit unam, dum tu dormis.* *Cælius apud Cic.* 8. *Fam.* 17. *Vos dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere.*

DORMISCO, is, ere, n. 3. *inchoat.* dormire incipio. Habet quidem, sed nulla confirmat auctoritate, *Priscian.* 8. p. 824. *Putsch.* *Dormio*, dormisco; sentio, sentisco. Ceterum *V. CONDORMISCO.*

DORMITATIO, ônis, f. 3. actus dormitandi. *Vulgat. interpr.* *Psalm.* 131. 4. Si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitionem. *Adde ibid. Prov.* 23. 21.

DORMITATOR, ôris, m. 3. usurpatur a *Plauto* pro nocturno ure, qui interdum dormitat, et noctu vigilat. *Trin.* 4. 2. 20. Mira sunt, ni illuc homo est aut dormitor, aut sector zonarius. *Sic Hesiod. Oper. et dies* 5. 605. urem vocali *τιμπόκορος*, tota die dormientem. Alii minus recte exponunt amatores, ob eandem causam. *V. INTERDIARIUS.*

DORMITIO, ônis, f. 3. dormiendi actus.

I.) Proprie. *Varro* apud *Non.* p. 100. 1. *Merc.* Quid mihi cum somno, si dormitio tollitur? et *ibid.* O stulta nostri pectoris dormitio? vigilabis. *V. CUBITIO.*

II.) Impropræ apud Christianos scriptores *Tertull.* *Patient.* 9., *Hieronym.* *Ep.* 108. n. 15. et *Augustin.* 9. *Confess.* 9. extr. sunitur pro morte. *Adde Inscript.* apud *Maff. Mus. Fer.* 367. 15., ubi ponitur pro quiete cadaveris in sepulcro. *Alia apud Orell.* 4461. *DORMITIONI SALLSTIAE PARTHENOPÆ E. M. F. SAL. AGAPETVS.* *Alia apud Hensen.* 7356. PRO DORMITION. T. AVR. SILVANS ET VALERIA MAXIMA T. AVR. TELESPHORO FILIO DVLCIS ET INVITE ALVNNE F. C. R.

DORMITO, as, avi, ètum, are, a. 1. Part. *Dormitans* in omnibus paragr. — *Dormito* est dormire cupio, vel leviter dormio, vel etiam aliquando simpliciter dormio.

I.) Proprie. *Plaut. Amph.* 2. 2. 175. Te dormitare ajebas? mens ablativa est: cubitum hinc absum. *Adde eum.* *Pœn.* 3. 6. 9. et *Trin.* 1. 2. 133. *Cic.* 2. *Att.* 16. *Cœnato mihi, et jam dormitantem, prid. Cal. Majas epistola illa est reddita.* *Id.* 1. *Divinat.* 28. 59. *Quum magnum partem noctis vigilasses, ad lucem denique arcere et graviter dormitare ceperisse.* *Horat. Art. P.* 105. male si mandata loqueris, Aut dormitabo, aut ridebo. *Sidon.* 2. *Ep. 2. a med.* Consistorium perangustum, ubi somnolentia cubiculariorum dormitandi potius, quam dormiendo, locus est. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 3. ad *M. Cœs.* 21. Mi magister, ecce non dormito, et cogo me ut dormiam, ne tu irascaris.

II.) Impropræ. — 1. Figurate dormitans lucerna apud *Ovid. Heroid.* 19. 195. est languens, deficiens, et jam lumen anissura, atque adeo ad dormendum invitans. — 2. Translate est negligenter esse, otiose agere. *Plaut. Epid.* 1. 2. 58. Non nunc tibi dormitandum, neque cunctandi copia est. *Adde eum.* *Asin.* 2. 1. 5. *Bach.* 2. 3. 6. et *Trin.* 4. 2. 139. *Cic.* 2. *Orat.* 33. 144. Oscitans et dormitans sapientia. *Horat. Art. P.* 359. quandoque bonus dormitat Homerus. *Quintil.* 10. 1. 24. *Quum Ciceroni dormitare interim Demosthenes - videatur.* Cf. *eum.* 12. 1. 22.

DORMITOR, ôris, m. 3. qui dormit, dormitator. *Martial.* 10. 4. *Quid tibi dormitor proderit Endymion?*

DORMITÖRIUS, a, um, adject. ad dormendum pertinens. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *Dormitorium cubiculum.* Et eodem sensu *Id.* 2. *ibid.* 17. membrum. — *Hinc* *Dormitorium*, *u.* n. 2. absolute, substantivorum more, est dormitorium cubiculum. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 6. 17. (51). Jubent eum in pariete dormitorii ejus tectorio inclusi.

DORSIFER. *V. CLUNIFER.*

DORSUALIS, e, adject. ad dorsum pertinens. *Apul.* 11. *Met.* Equus, quem diverse distractum, noto dorsualis agnitione recuperaverant. *Ammian.* 25. 15. *Ferarum dorsuales crustæ.* *Solin.* 12. *Dorsuales pinæ.* — *Hinc*

*Dorsualia*, *rum*, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt tegumenta, quæ jumentis imponuntur. *Trebell. Gallien.* 8. *Boves dorsualibus series discoloribus præfulgentes.*

DORSUARIUS. *V. DOSSUARIUS.*

DORSUM, i, n. 2. *Maseul.* genere *dorsus* legitur apud *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 44. *Timeo, quid rerum gesserim hic;* ita *dorsus lotus prurit.* — *Dorsum* est *tergum*, posterior corporis pars a cervice usque ad clavas: dicta, si *Paulo Diac.* p. 69. 3. *Müll.* eridimus, quod pars ea corporis devexa sit deorsum; nam et *Græcum νερὸς* est a νερο in usit. pro νερο deorsum inclino. Ceterum, quidquid sit de etymo, *dorsum* a *tergo* differt, quod *dorsum* est horizontis ad libellam respondens et ventri oppositum, *tergum* vero ad perpendicularium erigitur; *dorsum* itaque dicitur potius de bruis, quam de hominibus, *tergum* de hominibus: *V. Döderlein. latein. Synon.* vol. 5. p. 15. (It. *dosso*, *schiena*; Fr. *dos*; Hisp. *espaldas*, *cervo*, *espínazo*; Germ. *d. Rücken*; Angl. *the whole back part of the body, the back of a man or beast*).

I.) Proprie de hominibus et brutis. *Plaut. Epid.* 1. 1. 85. *Ubi senex senscrit, sibi data esse verba, virginis dorsum depolet meum.* *Adde eum.* *Cas.* 2. 8. 23. et *Trin.* 3. 2. 93. *Virg.* 3. *G.* 116. *Frena (equis) Pelethrionii Lapithæ gyrosque dedere Impositi dorsa.* *Horat.* 1. *Sat.* 9. 20. *ut iniquæ mentis ascellus, Quum grayius dorso subiit onus.* *Adde eum.* 1. *Ep.* 10. 38. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 30. 94. (231). *Quadrupedum dorsa pilosa, ventres glabri.* *Id. ibid.* 37. 86. (214).

Spina dorsi. *Curt.* 3. 15. 16. et 4. 10. 20. *Dorsum* onera portare vel gestare.

II.) Translate dicitur de aliis rebus; ac præcipios — a) De montibus. *Cœs.* 7. *B. G.* 44. *Dorsum* ejus jugi esse prope æquum. *Liv.* 1. 3. *Urbs porrecta in dorso Aliani montis.* *Sueton.* *Cœs.* 44. *Viam munire per Apennini dorsum.* *Curt.* 3. 4. 7. *Per hoc dorsum, qua maxime introrsum mari credit, asper tres aditus et perangusti sunt.* *V. Müttzell* ad *H. Virg.* 3. *G.* 436. *Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas.* *Sic Horat.* 2. *Sat.* 6. 91. *Prærupti nemoris patientem vivere dorso.* *Rursus Virg.* 8. *Æn.* 233. *Stabat acuta silex, præcisus undique axis, Speluncæ dorso insurgens.* — b) De scopulo in mari sive latenti, sive extante, vel cumulo arenæ altiore, quam sit reliquo fundus; qui *pulvinus* etiam dicitur. *Virg.* 1. *Æn.* 113. *Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, aras, Dorsum immane mari summo.* *Id.* 10. *ibid.* 303. *Puppis inflcta vadis dorso dum pendet iniquo.* *Plin.* 6. *Ep.* 31. *sub fin.* *Eminet et appetat saxeum dorsum, impactosque fluctus in immensum elidit et tollit.* *Similiter Id.* 9. *ibid.* 7. *Hæc unum sinum molli curvamine amplectitur, illa editissimo dorso duos dirimit.* *h. e. promontorio in lacum procurrente.* — c) De aliis. *Stat.* 4. *Sil.* 3. 43. *de via Domitiana.* *Mox haustas aliter replere fossas, Et summo granum parare dorso.* *h. e. nucleus parare silici, quo eminentior pars via sternenda est.* *V. NUCLEUS* et *AGGER.* *Avien.* *Perieg.* 217. *Dorsa maris.* *h. e. extima pars, superficies.* *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 21. (48). *Folia nigriora et canarium dorso rubescantia.* *h. e. parte convexa folii.* — *Duplici dentalia dorso,* *Virg.* 1. *G.* 172. *h. e. latere utroque in dorsi figuram existente et latu.*

DORSUOSUS, a, um, adject. dorsum habens. *Amian.* 22. 8. *Pontus consurgit in brevia dorsuosa.* *Solin.* 27. *Mare in brevia crescit dorsuosa.* *Alii utrobique rectius leg. tortuosa.* *DÖRYCNION, vel Latina positione*

*DÖRYCNIUM*, ii, n. 2. *dōrūxw*, herba est venenosa, sic dicta, quod lancearum cuspides et tingentes in præliis: a *dōrū cuspis, hasta, et xvīs pruriō.* *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (179). et 28. *ibid.* 7. 21. (74). *Adde Scribon. Compos.* 191. *Cl. Féé (Op. cit. vol. 3. p. 89.)* *banc exhibet synonymum: Στρύχου καρποῖς σφυρόποτος* *Theophr.* 9. 12.; *Αλικαρνασσοῦ, εἰ δὲ φυταλίδης* *Dioscor.* 4. 72.; *Κερασούνια* *Græcor.* recent.; et *Halicacabon,* seu *callion*, seu *vesicaria*, (seu *dorycnium*) *Plin.* loc. cit. sunt *Physalis Alkekengi* L. *Spec. plant.* 261. *Idem Féé (ibid. p. 90.)* ait, *dorycnium à Plinio memoratum non esse confundendum cum Σφυρώνια Dioscoridis*, quod putatur esse quidam convolutus.

*DÖRYPHÖROS, vel Latina positione*

*DÖRYPHÖRUS*, i, m. 2. *δόρυφόρος.* Legitur et doriferus in *Inscript.* apud *Gruter.* 403. 7. — *Doryphorus* est miles hastatus, cuiusmodi sunt satellites et custodes corporis, a *dōrū hasta, et Féw fero.* *Apud Cic. Brut.* 86. 296. et *Orat.* 2. 5., *Quintil.* 5. 12. 21. et *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (55). nomen est statuæ a Polycleto effectæ talem militem referentis. *V. Gölzer* ad *Cic. Orat.* 2. 5. — *Apud Curt.* 3. 7. 15. *doryphori vocantur servi Persarum reges circumstare soliti.* *V. Müttzell.* ad *Curt.* loc. cit. — *NB.* *De nom. propri. V. ONOM.*

DOS, dōtis, f. 3. Genitivus pluralis est *dotium*, ut appareat ex titulo 3. l. 23. *Dig.*, qui *De jure dotium* inscribitur. — *Dos*, a *δίδωμι do*, est id quod datur paucis, quæ in matrimonium collocatur, ad alendos fibros (It. *dote*; Fr. *dot*, *trosseau*; Hisp. *dote*; Germ. *d. Mitgabe*, *Mitgift*, *Austeuer*; Angl. *a marriage - portion, dowry*).

I.) Proprie. *Plaut. Amph.* 2. 2. 209. *Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur: sed pudicitiam et pudorem et sedatum cupidinem, deum metum, parentum amorem et cognatum concordiam, tibi morigera, atque ut munifica sim bonis, prosim probis.* *Cf. Horat.* 3. *Od.* 24. 21. *Dos est magna parentum Virtus, et metuens alterius viri Certo sedere castitas; Et peccare nefas, aut pretium est mori.* *Rursus Plaut. Cist.* 2. 3. 19. *Tibi talents viginti patet dei dotis.* *Adde eum.* *Aulul.* 3. 5. 17., *Epid.* 2. 1. 11. et *alibi sepe.* *Ter. Andr.* 5. 4. 47. *Dos,* *Pamphile*, est, doreum talenta. *Adde eum.* *Adelph.* 3. 2. 47. et *Heaut.* 5. 1. 64. *Cic. Quint.* 31. 98. *Quum ipse filii nubili dotem conficeret non posset.*

*Id. 2. Legg. 16. 4f. Clithenes Junoni Samia, quum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit. Adde eund. 14. Att. 13. 5. Nepos Arist. 3. Dare dotes filii de communis avario. Cœs. 6. E. G. 18. Accipere pecuniam ab uxore dotes nomine. Horat. 1. Sat. 4. 50. Filius uxorem grandi cum dote recuset. Adde eund. ibid. 2. 131. et 1. Ep. 6. 36. Plin. 2. Ep. 4. Conferre nubenti in dotem centum millia. Ovid. Herod. 7. 149. Accipere aliquid in dotem. Tryphonin. Dig. 23. tit. 23. qui est De jure dotum. 78. ad fin. Dare fundum in dotem. Julian. ibid. 49. Facere aliqui dotem. et ibid. Ea pecunia est in dotem. African. ibid. 50. Habere fundum in dotem. Modestin. ibid. 62. Fundum dote dare. h. e. in dotem. Sic Labeo ibid. 79. Doti promittere. Panonian. ibid. 69. Promittere in dotem. — *Dotem* dicere est pronunciare et decernere, quæ in dotem dare quis vult: pertinet autem vel ad patrem puerorum, vel ad ipsam sponsam, vel ad debitorem ejus. Hi enim proprie olim dicebantur *dotem dicere*, eaque dictione obligabantur, ut docet *Cajus* 2. *Institut.* 9. et *Ulp.* tit. 6. *Regular.* Differunt autem dicere et promittere, quia illud fit certis quidem verbis, v. gr. tot tibi erunt, sed nulla interrogatio precedente, seu stipulatione: hoc vero cum interrogatio et stipulatione. *Ulp.* loc. cit. Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur. *Afranius* apud *Non.* p. 280. 26. *Merc.* Vicino suo perpauperi, cui dicat dotis paullulum. *Ter. Heaut.* 5. 1. 64. Quid dotis dicam te dixisse filio? *Cic. Cœcian.* 25. 72. Deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. V. *Klotz* ad h. l. *Plin.* 2. Ep. 4. Quum ego nubentib; in dotem centum millia contulerim, præter eam summam, quam pater tuus quasi de meo dixit. — Dicimus etiam dicere *doti* et in *dotem*. *Ter. Heaut.* 5. 1. 69. Me mea omnia bona dote dixisse illi. *Cic. Flacc.* 36. 86. Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. *Cajus* loc. cit. Si pecuniam debitor in dotem dixerit. — De dote *adventicia*, *profecticia*, *recepticia*, V. has voces. — Ceterum generatim de dote apud Romanos V. *Rein's röm. Privatr.* p. 194. et *Pauly's Realencycl.* sub hac voce.*

II.) Translate: ad rem *Cic. 11. Phil. 5. 12.* His, quasi præter dotem, quain in civilibus malis accep- rant, agrum Campanum est largitus Antonius. *Vellej.* 2. 67. Velut in dotem invitamentumque sceleris, Antonius avunculum, Lepidus fratrem proscrispe- rauit. — Itaque dos suuimus pro omni eo quod alicui datum est vel a natura, vel ab industria, vel a for- tunâ. Unde dotes animi sunt virtutes, literæ etc., corporis pulcritudo, robur, incolumitas etc. *Cic. 1. Orat.* 55. 234. Artam juris civilis quum indotatum esse atque incomptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. *Plin. 3. Ep. 3.* Naturæ for- tunæque dotes. *Vellej.* 1. 12. Omnibus belli ac tote dotibus. *Ovid. 9. Met.* 716. Dos formæ. *Id. 5. ibid.* 562. otis. *Id. ibid.* 583. corporis. *Id. 2. Art. am.* 112. dotes ingenii. *Id. Herod.* 15. 146. dos erat ille loci. h. e. pretium et ornamentum. Et cum In- finito *Id. 1. Amor.* 10. 60. Est quoque carminibus meritas celebrare pueras Dos mea. *Plin. 9. Hist.* nat. 35. 56. (112). Dos omnis unionum in candore, magnitudine, orbe, etc. *Id. 22. ibid.* 24. 50. (108). Suæ mulso dotes constant. *Id. 19. ibid.* 8. 41. (141). Teneritas in dote est. *Id. 32. ibid.* 11. 53. (142). Dotes aquatilium. *Grat. Cyneg.* 251. silvarum. — Similiter dotes fundorum sunt res quedam compara- rate ad tolerandos sumptus ipsorum fundorum col- lendorum, ut dotes instituantur ad toleranda onera matrimoniorum. *Colum. 4. R. R.* 30. 1. Pedam- num jugorūque et viminum prospicendorum tra- denda ratio est; haec enim, quasi quedam dotes, vineis ante præparantur. *Id. 3. ibid.* 3. 8. Vineæ cum sua dote, id est cum pedamentis et viminibus. *Papintian. Dig.* 33. 7. 2. Dotes prædiorum, quæ Graeco vocabulo ἐδῆναι appellantur, quoniam non instrueta legantur, legataria non præstantur. Adde *Sacerdot.* ibid. 20. etc. — Hinc est etiam pretium stu- pri apud *Apul. de Mag.* p. 535. *Oudend.* Praeter quod ei uxori sua quotidianis dotibus quæsivit.

**DOSSUARIUS**, a, um, adjec. dicitur de jumen- tis, quæ dorso portant. Olim enim *dossum* pro dor- sum, dictum fuisse videtur. *Varro 2. R. R.* 6. 5. *Asellii dossuarii.* *Id. ibid.* 10. 5. Jumenta dossuaria.

**DÖTÄLIS**, e, adjec. ad dotem pertineos: et fere le muliere dicitur, raro admodum de viro. *Plaut. Mel. glor.* 4. 4. 30. *Dotales mœdes.* *Cic. 15. ill.* 20.

Hæ sunt mercedes dotalium prædiorum. *Virg. 4. En.* 104. *Dotales Syrii.* *Id. 9. ibid.* 737. regia. *Horat.* 1. Ep. 6. 21. agri. *Ovid. 4. Met.* 703. regnum. *Id. Herod.* 4. 163. tellus. *Sil. It.* 17. 75. arma. *Manil.* 1. 910. restabant Actia bello Dotali commis- sa acie. *Albinov.* 2. 53. ne posset femina Romam Dotali stupri turpis habere sui. h. e. Cleopatra. Sic incertus *Poeta* apud *Wernsdorf. Poet. Lat.* min. T. 3. p. 199. Dotali petens Romam Cleo- patria Canopo. — *Dotalis servus* dicebatur, quem uxor una cum dote ad maritum adducebat; qui ideo in potestate mariti erat, ut ei dos ipsa: contra autem servus recepticius in potestate uxoris erat. V. **RECEPTICUS.** *Plaut. Asin.* 1. 1. 72. Dotali servum Saureo uxor tua adduxit. *Seneca 3. Con- tror.* 21. Eligitur maritus servus, quem sanus pater dotali dedisset. *Paul. Dig.* 24. 1. 23. § 2. Si quid in pueros ex ancillis dotalibus natos maritus impen- derit, aut in doctrinam, aut alimenta; non servar marito, quia ipse ministeriis eorum utitur. Sic *Capell.* 2. p. 27. Dotalia mancipia. *Id. 8. p. 270.* Dotalia femina. Cf. eund. *ibid.* p. 272.

**DÖTÄTUS**, a, um. V. *voc. seq.*

**DÖTO**, as, avi, åtum, are, a. i. Part. *Dotatus* in sp.; *Dotandus* I. — Dotare est dotem dare (It. do- tare; Fr. doter, donner une dot; Hisp. dotar; Germ. mit einer Mützigst ausstatten, aussteuern; Angl. to endow, give a dowry).

I.) Proprie. *Virg. 7. En.* 318. Sanguine Trojano et Rutulo dotabere virgo. *Sueton. Vesp.* 14. Filiam splendidissime maritavit dotavita etiam. *Clau- dian. Nupt. Honor.* 290. toto pariter dotabere mundo. *Id. IV. Cons. Honor.* 684. natus toto do- tanda mari.

II.) Translate. *Plin. 12. Hist. nat.* 17. 38. (77). In Arabia et oleo dotatur lacrima, qua medicamen- tum conficitur. h. e. in pretio basetur, magni testi- matur propter lacrimam. *Pallad. Insit.* 63. Et ste- riles spinos et inertem fetibus ornatum Dotat. — Se- pius occurrit Part. præter. pass.

*Dotatus*, a, um, et adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Dotatissimus* II. Est autem qui dotem, vel potius qui præclarum dotem babet.

I.) Proprie. *Plaut. Autul.* 2. 2. 62. Dummodo morata recte veniat, dotata est satis. *Id. Asin.* 5. 2. 48. Faxo ut scias, quid perfici sit dotata uxori vi- tium dicere. Adde eund. *Mil. glor.* 3. 1. 86. *Mos.* 3. 2. 14. et *Stich.* 4. 1. 56. *Ter. Phorm.* 5. 7. 45. Vos me indotatis modo patrocinari fortasse arbitra- minati: etiam dotatis soleo. *Cic. 14. Att.* 13. a med. Dotata Aqnilia. *Horat.* 3. *Od.* 24. 19. Nec dotata regit virum Conjui. *Propert.* 1. 8. 35. Quam sibi dotata regnum vetus Hippodamiae.

II.) Translate qui aliquibus animi aut corporis dotibus præditus est. *Ovid. 11. Met.* 302. Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma Mille procis placuit. Huc pertinet et illud *Plin. 18. Hist. nat.* 28. 68. (266). Dotata vite ulmus. — NB. De cogn. Rom. V. **ONOM.**

## DR

**DRÄCÄNA**, æ, f. 1. δράκων, de dracone fe-mina, tamquam Latinum agnoscunt *Priscian.* 5. p. 647. et 6. p. 684. *Putsch.* *Donat.* edit. 2. p. 1747. et *Cledon.* p. 1896. Sed nullo præterea firmat La- tino scriptio. Græcam vocem esse, notavit etiam *Serarius* ad *Virg. 3. G.* 245. ut leæna.

**DRACHMA**, æ, f. 1. δράχμη. *Drachma* per epenthesis, eo modo quo *Alcumena*, pro *Alcmena*, dicitur a *Plauto Trin.* 2. 4. 23. — Scribitur et *dragma*, teste *Priscian.* 1. p. 565. *Putsch.* Ante m autem inveniuntur c, d, g, f, ut *Pyramon*, *Alcme- ne*, *dragma*, *dmous*, *Admetus*, *agmen*, *Tmolus*, *Isthmos*. Et *Ibid. 14. Orig.* 23. *Dragma* octava pars uncia est. — Drachma est pondus constans dimidio sicilico, h. e. ternis scriptis, seu scrupulis, estque uncia pars octava, vel, ut alii volunt, septima. Hoc pondere rudebat Athenis nummus argenteus, qui minime Attice centesimam partem valebat. Hæc *Rhem. Fann.* de ponderib. 17. et *Plin. 21. Hist.* nat. 34. 109. (185); et V. dicta in **DENARIUS**.

Drachma autem fere denario Romano respondebat, et quatuor sextertia sive de pondere loquuntur, sive de moxæta. *Scribon. epist. ad Callistrat.* sub fin.

Erit autem nota denarii unius pro Graeca drachma. *Plin. loc. cit.* Drachma Attica denarii argentei habet pondus: eademque sex obolos pondere efficit. *Ennius* apud *Cic. 1. Divinat.* 58. 132. Quibus divitis pollicentur, ab iis drachmas ipsi petunt. *Cic. 2. Fam.* 17. Quod scribis ad me de drachmis coeli, nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare. Loquitur *Cicero* de pecunia Asiatica: nam de Ro- manis Latinis nominibus usus fuisset. Adde *Plaut. Merc.* 4. 37. *Pseud.* 1. 1. 84. et 3. 2. 10.; *Ter. Andr.* 2. B. 20. et *Heaut.* 3. 3. 40.; *Cic. Flacc.* 15. 34.; et *Horat.* 2. *Sat.* 7. 43.

**DRÄCO**, önis, m. 3. δράκων. *Accius* apud *Charis.* 1. p. 101. *Putsch.* dixit draconem pro draco- nem, a recto dracon, onitis, Graeca forma. Idem *Ac- cius* apud *Non.* p. 426. 2. *Merc.* Ab draconis stirpe armata exortus. Sic *Leonte Macharensi* dixit *Cic. 7. Ferr.* 7. 15. pro Leone, ut quidem legit *Pri- scian.* 6. p. 690. *Putsch.*; nam ali alter. — *Draco*

I.) Proprie est serpens annosus, qui multa atate in insolitam magnitudinem excrevit: a δρών video, quia acutissimi est visus. In deliciis a veteribus ha- bitos fuisse, eos præsertim, quos Epidauris voca- bant, veneno scilicet carentes, exempla reperies apud *Sueton. Tib.* 72., *Senec.* 2. *Ira* 31. et *Marital.* 7. 87. V. etiam *Plin. 8. Hist. nat.* 17. 22. (61). *Cic. 2. Di- vinat.* 30. 65. Cur autem de passerculis conjecturam facit, in quibus nullum erat monstrum: de draconi silet, qui id, quod fieri non potuit, lapideus dicitur factus? Adde *Sueton. Aug.* 94. et *Ner.* 6.; et *Plin. 29. Hist. nat.* 4. 20. (67). Juxta *Serrvium* in *Virg. 2. En.* 204. draco dicitur in templis, serpens in terra, anguis in aqua. — Dracones a poësis thessaurorum custodiz preesse finguntur, ut aureo vellari Cholchidis, horis Ilesperidum, etc. V. *Cic. 13. Phil.* 5. 12. et *Phœd.* 4. 9. — Tributarunt etiam *Æsculapius*, quia vigilissimi putantur: quæ res medicinæ maxime necessaria est. *Paul. Disc.* p. 67. 13. *Müll.*

II.) Impropte. ¶ 1. Est Draco nomen signi ce- lestis, de quo V. in *ANGUIS.* *Cic. 2. Nat. D.* 42. 106. ¶ 2. Item signum in singulis cohortibus, sic ut aquila erat primum signum totius legionis. *Veget.* 2. *Milit.* 13. Hinc *Claudian. Nupt. Hon.* et *Mar.* 193. Stet bellatrixes aquilæ siveque dracones. *Prudent.* 5. *Cathemer.* 56. signaque bellica Pratendunt tumidis clara draconibus. Adde *Nemes. Cyneug.* 82.; et *Treibell. Poll. Gallien.* 8. ¶ 3. Dra- co marinus pisces est *Plinio 9. Hist. nat.* 27. 43. (82). et 32. *ibid.* 11. 53. (148). ¶ 4. Translate dicitur de vase tortuoso ad aquam calefaciendam. *Seneca 3. Quæst. nat.* 24. Facere solemus dracones, et militaria, et complures formas, in quibus ære ten- uis fistulas struimus per declive circumdatas, ut se- pe eodem igne aqua per tantum suæ spatiæ, quantum efficiendo calori sat est. ¶ 5. Item de palmitæ in vitibus: de quo ita *Plin. 17. Hist. nat.* 23. 35. (206). Nuper repertum, draconem serera juxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum sonis. Hunc præcium quam maxima amplitudine, tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus obrutatur (unde et radices vocant) deprime salco, reliqua parte ad arborem erecta (unde ratio nominis); occidimus in vite. Hæc *Plin.*, qui ejus meminit et *Ibid. 22. 35.* (182). et 14. *Ibid. 1. 3.* (12). V. **MERRGUS.** — NB. De nom. prop. V. **ONOM.**

**DRÄCÖNARIUS**, ii, m. 2. signifer, qui cohortis verilium portat insignitam draconem. *Annian.* 20. 4. Torquem, quo ut draconarius utebatur, capilli Juliani impossit. Adde *Veget.* 2. *Milit.* 7. et 13. *Inscript.* apud *Kellermann. Vig. laterc.* p. 42. not. 77. *BANTIO DRAGONARIUS* hic requiescit in *PACE.* Hæc *Inscript.* legitur etiam apud *Henzen.* n. 6812.

**DRÄCÖNEUS**, a, um, adjec. ad draconem perti- nens, serpentinus. *Hyrax*, ab A. *Maio* edit. in *Class. Auci.* T. 3. p. 21. *fab.* 48. Ad saxum religatus est Pirithous neixibus draconis.

**DRÄCÖNÉNA**, æ, comm. gen. (draco et geno) a draconem genitus. *Ovid. 3. Fast.* 865. *Thebas* vocat *Draconigenam urbem*, quia conditæ fuerunt a Cadmo, de quo V. suo loco. *Sidon. carm.* 2. 80. Quæque draconigena portas non clauserat hosti, Tum demum Babylon nimis est sibi visa placere. h. e. *Alexandro M.*, cuius mater Olympias cum se ex Jove, h. e. serpente ingentis magnitudinis concepisse dicebat, ut narrat *Justin.* 11. 11. et 12. 16.

**DRACONIPES**, pēdis, adjct. qui serpentinos pedes habet. *Vet. Scholiast. ad Stat. 5. Theb.* 569. Gigantes, serpentinis pedibus, quos draconipedes vocant.

**DRACONTARIUM**, II, n. 2. *Tertull. Cor. mil.* 15. Quid caput strophiolo, aut draconario damañus? h. e. torque, qui saepe draconis formam habebat, et quo pro corona interdum usi sunt veteres. *V. Ammiani locum in DRACONARIUS.*

**DRACONTEA**, æ, f. 1. herba eadem quæ et draconium. *Apul. Herb.* 14.; et *Isid. 17. Orig.* 9. 35., ubi draconita legitur.

**DRACONTEUS**, a, um, adjct. δρακόντεος, anguis, idem ac draconeus. *Higin. ab A. Maio* edit. in *Class. Auct. T. 3. p. 46. fab.* 128. Natus est puer draconitis pedibus, qui appellatus est Erichthonius.

**DRACONTIA**, æ, et Dracontites, æ, f. 1. δρακοντία et δρακοντίτης, gemma, quæ in capite draconum reperiuntur dicitur, si viventi cerebrum excutitur. *Plin. 37. Hist. nat.* 10. 57. (158). *Isid. 16. Orig.* 13. Dracontes ex cerebro draconis eruntur etc. — De alia significacione *V. DRACONTEA.*

**DRACONTIAS**, æ, m. 1. genus tritici, de quo *Plin. 18. Hist. nat.* 7. 12. (64).

**DRACONTIOS** Vitis memoratur a *Colum. 3. R. 2. 28.* secunditate et generositate celebris. Fortasse ita dicta est a tortuosis ramorum.

**DRACONTITES**. *V. DRACONTIAS.*

**DRACONTIUM**, II, n. 2. δρακοντιον, herba aro similis vel eadem cum aro. Triplicem ejus descriptionem refert *Plin. 24. Hist. nat.* 16. 93. (150). quocum cf. *Veget. 5. Veterin. 66. 1. Schneid. Cl. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 290.)* trium a *Plinio* memoratarum specierum hanc exhibet synonymiam: — I. Δρακοντιον *Dioscor. 2. 196.*, Hippocr. Intern. ad seet. 532. et *Theophr. Hist. plant.* 7. 11.; et *Dracontium* et *Dracunculus major* *Plin. loc. cit.* et *Dracunculus caulis* ejusdem *25. Hist. nat.* 2. 6. (18) sunt *Arum Dracunculus L. Spec. plant.* 1367. Le gouet serpentaire. — II. Αγον *Dioscor. 2. 197.* et *Dracontium (minus) foliis betae* *Plin. loc. cit.* sunt *Arum italicum Lamk. Encycl.* Le gouet d'Italie. — III. *Arum radice arundinacea Plin. loc. cit.* est *Anguina aquatica* *Lob. Icon.*, *Dracunculus aquatica* *Dodon. Pempt. 331.*, et *Calla palustris L. Spec. plant.* 1372. La calle des mareas. Ceterum *V. plura apud eum*. *Fée ibid. p. 288. — 291.*

**DRACUNCULUS**, i, m. 2. diminut. a draco, parvus draco.

I. Proprie. *Lamprid. Alex. Sev.* 14. Mater ejus somnivavit, se purpureum dracunculum parere.

II. Improppie. ¶ 1. *Dracunculus* dicitur herba radice subrutila, et draconis convoluti modo. *Plin. 24. Hist. nat.* 16. 91. (142). De synonymia, *V. voc. praecedentem.* ¶ 2. Item pisces aculeos in branchiis habentes, ad caudam spectantes, et sic ut scorpio laedens, dum manu tollitur. *Id. 32. ibid. 11. 53.* ¶ 3. Item auri tortilis filum, draconi simile, quo duplicito torquis intextur. *Inscript. apud Don. cl. 1. n. 91. DEO AESCULPIO TORQUEM AVREVM EX DRACUNCULIS DVOBVS.*

**DRAGANTUM**, i, n. 2. vox corrupta ex tragacanthe, τραγακάνθη, significat herbam succo quadam manantem, cuius est aliquis in medicina usus. *Veget. 2. Veterin. 4. Schneid. et Theod. Priscian. de dicta 9. Schneid.* In loco *Veget. pro dragantum* legit dragantum. Ceterum *V. TRAGA.*

**DRAGMA**, æ, f. 1. *V. DRACHMA* sub init.

**DRAMA**, ætis, n. 3. δρᾶμα, est actio comedie, aut tragedie: a δρᾶμα facio; histiones enim agere dicuntur. Item ipsum poema comicum, aut tragicum, aut hujusmodi; in quibus poetæ persona non admiscetur, sed soli actores colloquuntur. *Auson. epist. 18. 15.* Protulit in scenam quot dramata fabellam.

**DRAMASA**, sic Austrinum polum appellant Indi, teste *Plin. 6. Hist. nat.* 19. 22. (69). *Siliq. pro Dramasa legit Diamasa secutus Bohlen, Das alte Indien* 2. 211.

**DRAMATICUS**, a, um, adjct. δραματικός, ad drama pertinens. *Diomed. 3. p. 480. Putsch.* Dramatici poematis vel activi genera sunt quatuor: apud Graecos Tragica, Comica, Satyrica, Mimica: apud Romanos Praetextata, Tabernaria, Ateilana, Planipes.

**DRAPETA**, æ, m. 1. δραπέτης, servus fugitus,

Vox Graeca a δράω fugio. *Plaut. Curc.* 2. 3. 11. Conferunt scribones inter se drapeas.

**DRAPPUS**, i, m. 2. pannus. Huius vocis origo ignota est; ea tamen vetus est, nam legitur in *Not. Tir. p. 161. V. et Ducangii Gloss. med. et inf. Latin. in V. Drappus.* Ceterum est vox a Lexico expungenda; nullo enim confirmatur auctore.

**BRAUCUS**, i, m. 2. qui mares proiectoris atatus init, conficit, idem ac subactor; a δράω ago, facio. Differt a pædicone, qui pueros stuprat. *Gloss. Philox.* Draucus, καταπυγων. *Martial. 9. 28.* Occurrit aliquis inter ista si draucus, etc. Adde eum. 11. 8., 4. 48., 1. 97. et alibi.

**DRENZO**, as, are, a. 1. est proprium vocis cynorum. *Auct. Philom. 23.* cyni prope flumina drenant.

**DRÉPANIS**, is, f. 3. avis quædam imbecillimus brevissimum pedibus, apud *Plin. 11. Hist. nat.* 47. 107. (257). Eadem est atque birundo riparia, cuius nomen in *Id. Plin. 10. Hist. nat.* 33. 49. (94). et 30. *ibid. 4. 12.* (33).

**DRILÓPOTA**, æ, m. 1. δριλοπότης, qui poculo in Priapi formam facto bibit, a δρίλος *lumbicus*, item penis, et πότης poter. *Vet. interpr. ad Juvenal. 2. 93.* ubi alii leg. veretillopota, alii phallepota eodem sensu.

**DRIMÝPHÄGIA**, æ, f. 1. δριμυφαγία, esus ciborum acrem saporem habentium; a δριμός acrem gustum habens, et φαγώ comedo. *Cæl. Aurel. 1. Tard. 1. n. 41.*; et *V. DROPACISMUS.*

**DRINDJO**, is, ire, n. 4. verbum exprimens vocem mustæ. *Auct. Philom. 61.* mustæque drindit.

**DRÖMAS**, ætis, m. 3. cursorius, a δρόμος cursus. Dromades dicti sunt canelli cuiusdam generis, certe quidem minores, sed aptiores ad cursum, quos dicunt octingenta stadia uno die conficere. Singula habent in dorso tubera, et ad Arabiam pertinent. *V. CAMELUS. Liv. 37. 40.* Camelis, quos appellant dromadas. *Vopisc. Aurelian.* 28. Cum fugeret camelis, quos dromadas vocant. Adde *Curt. 5. 2. 10.* et *ibid. Mützell.*; et *Isid. 12. Orig. 1. 36.* Cf. et voc. seq. — *NB.* De nom. prop. *V. ONOM.*

**DROMEDĀRIUS**, ii, m. 2. idem ac dromes. *Hieronym. Vita Malchi* n. 10. Vidimus camelos, quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant. *Alii leg.* dromadarios.

**DRÖMO**, önis, m. 3. Legitur et dromon in recto casu. — Dromo ¶ 1. Est genus pisces ita dicti a velocitate: nam δρόμος est cursus. *Plin. 32. Hist. nat.* 11. 53. (145). *Siliq. ad hunc locum hæc addonat:* «drinones legit Cod. B., drynones quatuor alii, drimones unus. Nomen hoc pisces ignoti, qualia infra quoque plura existant; dromones leg. Barbar. Codd. Dromones vero sive parvi cancri ab Hesychio commemorati huc non quadrant; potius cogitaverim *Plinium*, siquidem dromones vera est conjectura Barbari, de dromasin cogitasse, quos Aristoteles 1. *Hist. anim.* p. 488. a. nominat: οἴον οὐκ καλούσι: δρεμαδᾶς, Σοῦνετ, τηλαρίδης, αριαζ. *V. DROMAS.* ¶ 2. Est etiam hoc nomine genus navis longæ transvectionibus aptæ, a celeritate dicta; cuius mentio sit in Cod. 1. 27. 2. et apud *Cassiod. 5. Variar. Ep. 17.* et *Isid. 19. Orig. 1.* Et loc. citato *Cassiod.* appareat, dromonem fuisse trireme vehiculum remorum tantum numerum prodens, sed hominum faciem diligenter abscondens. *V. MUSCUS.* ¶ 3. Est etiam parvus cancer, qui in sacris Mithriacis locum habebat. *Hieronym. Ep. 107. n. 2.* Omnia portentosa simulacula, quibus corax, nympha, iniles, leo, perses, helios, dromo, pater, initiantur.

**DRÖMÖNARCHUS**, i, m. 2. qui dromoni, sive navi transvectionibus aptæ præst. *Inscript. apud Ger. Inscr. Etc. T. 3. p. 92. L. ANTISTIVS L. L. CASTOR NAVARCHVS DRÖMONARCHVS ANTONIANVS.* Existat etiam apud *Gud. 210. 3.* ex Ligorio tamen; ideoque explodiunt, ut spuria, ab *Orellio n. 3623.* quam *Orellii sententiam confirmat Mommsen, Inscript. Neap. 405.*

**DRÖMÖNÄRIUS**, ii, m. 2. remex dromonum, seu navium cursoriarum. *Cassiod. 4. Variar. 15.* Comperimus, dromonarios viginti et unum de constituto numero mortis incommodo fuisse subtractos. *V. DROMO* 2.; et adde *Cassiod. 2. ibid. 31.*, cuius titulus est: Dromonianus Theodericus rex.

**DROMOS** vel dromus, i, m. 2. δρόμος cursus a δρεπω curro. ¶ 1. Dromos fuit appellata planities,

in qua juvenes Spartæ in cursum certabant. *Liv. 34.*

27. Edictis in campum omnibus copiis, dromon ipsi vocant, positis armis ad contionem vocari jussit Lacedæmonios. ¶ 2. Item locus in quo exercitationis causa aurigæ currebant. *Inscript. apud Gruter. 339.* 2. q. RAFIDIO. q. F. LEM. SEPVILIO PROCVRATORI DROMONI FACTIONIS VENETAE etc. — *NB.* De nom. prop. *V. ONOM.*

**DRÖPACATOR**, ὄρις, m. 3. idem ac dropacista. *Vet. Testam. Dassunii opt. notæ*, quod pertinet ad annum a Chr. n. cix., in *Annal. dell'Istit. archeol. T. 3. p. 387. lin. 68.* STEPHANVS DROPACATOR.

**DRÖPACISMUS**, i, m. 2. δρωπαχιορός, dropacis usus. *Cæl. Aurel. 2. Tard. 6.* ad fin. Adhibenda drimyphagia, dropacismus, defractio.

**DRÖPACISTA**, æ, m. 1. δρωπαχιορης, qui dropace pilos corporis evellit. *Gloss. Philox.* Δρωπαχιορης, dropacista, colipilarius, alipilarius, dcipilar.

**DRÖPACO**, as, are, a. 1. δρωπαχιζω, cutem de glabro. *Theod. Priscian. 4. 1. ante med.* Ad hydropon. Vituli masculi stercore, cum aceto acri permixto, spissæ venter linicandus est; ita tamen, ut ante ipse hydropicus toto corpore dropacet.

**DRÖPAX**, æcis, m. 3. δρωπαξ, unguenti genus ad evellendos e corpore pilos: a δρωπω decerpere, carpo. Fortasse magnam partem pice constabat. *Martial. 3. 74.* Psilotro faciem levæ, et dropace calvum. Adde eum. 10. 65.; et *Cæl. Aurel. 1. Tard. 1. a. med.*

**DRÖSÖLITHUS**, i, m. 2. δροσολιθος, a δρέσσος ros, et λεπτος lapis. *Isid. 16. Orig. 12. 4.* Drosolithus varius nominis causa: quia si ad ignem applicetur velut sudorem mittit.

**DRUIAS**, ædis, vel Drūis, Idis, f. 3. mulier in Druidibus. *Inscript. apud Gruter. 62. 9. SILVANO SACRVM ET NYMPHIS LOCI ARETE DRVIS ANTISTITA SYDIMO MONITA.* *Vopisc. Aurelian.* 4. Dicebat enim, quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas, sciscitantes etc. *Id. Numer. 15.* Druidas dixisse scitur: Diocletiane, jocari noli, etc. Adde *Lamprid. Alex. Sev. 60.*

**DRUIDÆ**, arum, m. plur. 1, vel

**DRUIDES**, um, m. plur. 3. Pænultima longa est, si Graecam scriptioem spectes. Corripi tamen videatur a *Lucan. 1. 451.* Sacrorum Druidæ positis repetitis ab armis. Nisi configuras ad synæresim, aut diaphthongum impropiam. — Legitur et Dryides, ut *Sylla pro Sulla*. — Druidæ vel Druides fuerunt magi seu philosophi, et sacerdotes veterum Gallorum de quibus multa *Cæs. 6. B. G. 13.* et deinceps, *Lucan. 1. a vers. 450.* et *Amian. 15. 9. extr.* Dicti sunt a δρῦς robur, arbor, ut quidam putant. Alii Celtice vocem esse arbitrantur, ex Celt. der querus, wydd viscus, et dyn vir: unde compositum est derwyd-dyn, h. e. vir viri quercini. *Plin. 16. Hist. nat. 44. 95.* (249). Nihil habent Druidæ (ita suos Galliæ appellant magos) visco, et arbore, in qua gignat, si modo sit robur, sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine earum fronde conficiunt: ut inde appellati quoque interpretatione Graeci possint Druidæ videri. Adde *Melam* 3. 2.

— Druidas abolevit in Urbe Tiberius, eosdemque in ipsa Gallia sustulit Claudius: ceterum, quum se rius adhuc apud *Tac. 14. Ann. 30.* et apud *Lamprid. Alex. Sev. 60.* corum mentio fiat, Claudi editum effectu caruisse putandum est. *Plin. 30. Hist. nat. 1. 4.* (13). Tiberii Cæsaris principatus sustulit Druidas Gallorum, et hoc genus vatuum medicorumque. *Sueton. Claud. 25.* Druidarum religionem apud Gallos, diræ immunitatis, et tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus abolevit.

**DRÜIS**, idis, L. 3. *V. BRUIAS.*

**DRUNGUS**, i, m. 2. cubeus sive globus in acie. Δρούγγος vox est apud Graecos scriptores de re militari sequioris avi valde frequens, ac catervam militum significat, cui qui præterat, δρουγγεῖος fuit appellatus. *V. Ducangii Gloss. med. et inf. Latin.* in vocibus *Drungarius* et *Drungus*. *Veget. 3. Mil. 16.* Scire dux debet contra quos drungos, hoc est globos hostium, quos equites oportet ponni. *Id. ibid. 19.* Ne circumveniantur a vagantibus globis, quos vocant drungos. *Vopisc. Aurelian.* 19. Omnim gentium drungos usque ad quinqueagenos homines ante triumphum duxit.

**DRUPA**, æ, f. 1. Legitur et *Druppa*, et Graece δρύπην. *Plin. 12. Hist. nat.* 27. 60. (130). — Drupa vel druppa est oliva incipiens nigrescere, vel, ut

est apud Colum. 12. R. R. 52. 9., quoniam primum decolorari coepit, nec tamen adhuc varia fuerit: quae optima est etas ad decerpendum oleo quoque exprimento. Plin. 15. Hist. nat. 1. 2. (6). et ibid. 7. 7. (26). et 17. ibid. 24. 37. (230). et 19. ibid. 5. 28. (78), ubi olivas drupas quasi adjective appellat. — Græci dicunt drypetas teste eod. citat. 15. Hist. nat. 1. 2. (6), unde drupa facta est: δρύς quercus, arbor, et πέτα cedo: quia maturantes tunc sunt praecipue caducæ, ut Plin. loc. cit. 17. Hist. nat. 24. 37. (230). scribit.

**DRYITIS**, Idis, f. 3. δρύτης, gemma e truncis arborum dicta (a δρύς quercus), quæ et ligni modo ardet, ut auctor est Plin. 37. Hist. nat. 11. 73. (188).

**DRYOPHONON**, i. n. 2. δρυόφονος, herba genus caulinis tenuibus, cubitalibus, circumdati utrumque foliis pollicari amplitudine, qualia oxymyrsines, sed candidioribus mollioribusque, flore candido sambuci. Cauliculi decocti sunt edules: semen vicem piperis præstat. Plin. 27. Hist. nat. 9. 49. (73). Cl. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 447) hæc ait: « il est bien difficile de reconnaître cette plante (dryophonon) par le peu qu'en dit ici Pline. Les commentateurs ont cru qu'il s'agissait du *Ruscus aculeatus*; mais il n'est guère possible de comparer cette plante avec une fougère, quelle qu'en soit l'espèce. — Pline a peut-être ici voulu désigner quelque *convallaria*: en effet, le *Convallaria uniflora* L., atteint la même voulue. — Mais tout ceci n'est qu'une hypothèse ». —

**DRYOPTERIS**, idis, f. 3. δρυόπτερης, herba filici similis, in arboribus nascens, tenui foliorum subdulcium incisa, radice birsuta. Vis ei caustica est: ideo psilotrum est radix tusa. Plin. 27. Hist. nat. 9. 48. (72). Cl. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 395) hanc exhibet synonymism: Πλευρόδον Theophr. de Caus. 2. 23. et Hist. plant. 9. 14., et Dioscor. 4. 188.; *Polyptodium* Plin. 26. Hist. nat. 8. 37. (58); *Filicina* Apul. 83. et Marcell. Empir. 30.; et *Dryopteris* Plin. loc. cit. sunt *Polyodium vulgare* L. Spec. plant. 1544. V. plura apud eund. Fée ibid. p. 446.

**DRYOS HYPEREAR**, δρύς υψηλη, h. e. viscum querens. Plin. 16. Hist. nat. 44. 93. (245), ubi *Harduin* testatur, in MSS. alter legi. Et sane maxima est Codicum varietas in hac voce, ut videre est apud Siliq., qui leg. adaspheare.

#### DRYPETES, δρυπέτης. V. DRUPA.

**DRYPHACTA**, ūrum, n. plur. 2. est a δρύφακτον sepes (quod a δρύς quercus et φάκτω, h. e. sæpes quercinis stipitibus facta), et significat cancellos. Cyprian. Ep. 21. Pro se dona numeravit, ne sacrificaret: sed tantum ascendisse videtur usque ad dryphacta, et inde descendisse. Sic recte apud Cang. Editi autem exhibent trianfata.

**DRYS**, ῥος, f. 3. herba, quæ et chamædrys dicta, et drysites. Apul. Herb. 24.

#### DRYSITES. V. voc. præced.

## DU

### DUA. V. DUO.

**DUALIS**, e, adject. δυώνος, duo continens vel significans. — a) Generativ. Lactant. Opif. D. 10. de naso. Ex quo intelligitur, quantum dualis numerus, una et simplici compage solidatus, ad rerum valeat perfectionem. Claud. Namert. 2. Stat. anim. 12. Cæli in authenticis voluminibus non duali tantum, sed plurali numero sæpe vocitantur. — b) Speciatim *Dualis* numerus apud Grammaticos significat duos: de quo ita Quintil. 1. 5. 42. Fuerunt, qui nobis quoque adjicerent dualem, *scripsere*, *leggere*: quod evitandæ asperitatis gratia mollitum est, ut apud veteres pro male mereris, male merere: ideoque quod vocant duale, in illo solo genere consistit, cum apud Græcos et in verbi tota serie ratione, et in nominibus deprehendatur; apud nostrorum vero neminem haec observatio reperiatur, quin e contrario, *Dvenere* locos et *Conticuere* omnes et *Consedere* duces, aperte nos doceant, nihil horum ad duos pertinere. Adde *Servium* ad illud Virg. 2. Aen. 1. Conticuere omnes. — Duali numero carebant *Æoles*; hinc etiam Latinii, qui in vocibus a Græca lingua deduetis. *Eolicam* dialectum Dorice

simillimam plerumque sunt initati, cumdem minime usurparunt. Gregor. Corinth. de dialect. Fol. § 29. τοις δύοις αριθμοῖς αὐτοῖς (Αἴδης) οἱ κέρκυται, καθάδι καὶ οἱ Προποιοι τούτους τὸτε αὐτοῖς.

**DUALITAS**, atis, f. 3. numerus binarius, numeros duo continens. Boeth. Arithm. 2. 27. p. 1392. Par vero (numerus) sola dualitate, id est solo binario numero, perfici monstratus est. Adde eund. p. 1123., 1310., 1331., et alibi sæpe. Cassiod. 11. Variar. 2. ad Joann. Papam. Pascitis quidem spiritualiter commissum vobis gregem: tamen nec ista potestis negligere, quæ corporis videntur substantiam continere. Nam sicut homo constat ex dualitate (h. e. ex anima et corpore), ita boni patris est, utraque refovere. Alcim. Avit. fragm. p. 187. Non dualitas videtur intelligenda, sed Trinitas. Id. ibid. p. 201. Quam soliditatem si quis scindere dualitatem præsumat, etc.

**DUALITER**, adverb. duali numero. Gloss. Cyri. Δυώνος, dualiter.

**DUAPONDO**, indeclin. dipondium. Quintil. 1. 5. 15. Et dua et tre pondo (al. et pondo) diversorum generum sunt barbarismi: at duapondo et trepondo usque ad nostram etatem ab omnibus dictum est, et recte dici Messala confirmat.

**DÜARIUS**, a, um, adjct. idem ac binarius. Mar. Victorin. 2. p. 2541. Putsch. Iambica vero, et Trochaica, sicut supra docuimus, duaria amplexione subsistunt. *Nisi forte pro duaria legendum sit binaria, quæ vox paulo ante occurrit eodem sensu.*

**DUBAT** dubitat. Paul. Diac. p. 67. 7. Müll. Ati legunt dubiat.

**DUBENUS** apud antiquos dicebatur, qui nunc dominus. Paul. Diac. p. 67. 8. Müll. Est qui legit Dubienus, qui nunc dubius.

**DUBIE**, adverb. dubitanter: et occurrit — a) Raro admodum absolute. Cic. Divinat. 55. 124. Ut aliquod signum dubie datum pro certo sit acceptum. — b) Fere cum particula negativa. Cic. 15. Fam. 1. Etsi nou dubio mihi nunciabatur, Partibus transisse Euphratem. Salt. Jug. 108. Consul haud dubio jam vitor. Liv. 2. 23. ad fin. Nec dubio ludibrio esse miseras suas. Adde eund. 1. 9., 1. 13., 3. 34., 3. 38., 3. 53., 4. 2. et 23., 5. 10. et 10. 21.; Quintil. 2. 14. 2. et 3. 4. 1.; Tac. 2. Ann. 24. et 88., 4. ibid. 19., 1. Hist. 7., 46. et 72., et 3. ibid. 36.; et Sueton. Cœs. 55., Cal. 9. et Galb. 2.

**DUBIENS**. V. DUBENUS.

**DÜBLÉTAS**, atis, f. 3. dubitatio. Immian. 20. 4. Absentia magistrorum equitum faciente dubitatem. Eutrop. 6. 16. Cum sine dubitatem aliqua deferretur.

**DUBIAT**. V. DUBAT.

**DÜBIOUS**, a, um, adjct. dubius. Gell. 3. 3. Fabulas a ceteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur. Id. 5. 10. ad fin. Judices dubiosum hoc inexplicable esse rati.

**DÜBİFABILIS**, e, adjct. dubius, et occurrit — 1. Passive pro eo de quo dubitari potest. Ovid. 1. Met. 223. nec erit dubitabile verum. Id. 13. ibid. 21. si virtus in me dubitabilis esset. — 2. Active pro eo qui dubitat. Prudent. Apothes. 649. dubitabile pectus.

**DÜBİTANTER**, adverb. dubie, dubitando. Cic. 2. Invent. 3. 10. Sine ulla affirmatione, dubitanter unumquodque dicemus. Id. Brut. 22. 87. Verecunde et dubitante recipere. Asinius apud Cic. 10. Fam. 31. Pericula non dubitante adire.

**DÜBİTÄTIM**, adverb. dubie. Sisenna apud Non. p. 98. 53. Merc. Hostem non dubitatum cum scalis iter facere cernebat. Adde Cælium in Annal. ibid. **DÜBİTÄTIO**, ônis, f. 3. (dubius, dubito) actus dubitandi, dubium, hesitatio (It. dubbio, dubitanza; Fr. incertitude, doute, hésitation; Hisp. duda, incertidumbre; Germ. d. Zweifel, d. Bedenken, d. Schwanken, d. Ungewissheit; Angl. a. doubt, uncertainty, hesitation, dubitation). Occurrit — 1. Generativ, et quidem — 1°. Et parte mentis, ut ajunt; quo sensu dubitatio etiam objective consideratur. — a) Absolute. Cœs. 1. B. G. 14. Eo sibi minus dubitationis dari. Cic. 1. Off. 41. 147. Ad ea eligenda, quæ dubitationem affert, adhibere doctos homines. Id. 1. leg. Agr. 4. 11. Si sedus illud habet aliquam dubitationem. Id. 5. Fin. 10. 27. Quod quamquam dubitationem non habet (est enim infirmum in ipsa natura, comprehen-

## DUBITATIVUS

diturque suis cuiusque sensibus —), tamen — rationes quoque, cur hoc ita sit, afferendas puto. Id. Cluent. 7. 20. Neque in causa dubitatio ulla esse posset. Id. ibid. 27. In ea obscuritate ac dubitatione omnium. Id. Amic. 19. 67. Existit — quæstio: num quando amici novi, digni amicitia, veteribus sint antequoniam — Indigna homine dubitatio? Id. 12. Att. 4. extr. Tollere alicui omnem dubitationem. Capell. 3. p. 73. Horum nominum plures declinationes carent dubitatione. Id. ibid. p. 80. In dubitatione veniunt stercus et faetus. — Absolute usurpat præcipue in formula sine ulla dubitatione, ut apud Cic. 4. Cat. 3. 5. Quæ sunt omnia ejusmodi, ut ii, qui in custodiam nominatum dati sunt, sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur. Adde eund. 14. Phil. 4. 10., 6. Verr. 18. 39., Balb. 43. 31. et 3. Tusc. 3. 5. — Sine dubitatione dixit Cœs. 3. R. R. 6. 2. Ea (vitis) sine dubitatione ferax destinari debet legendo maloelo. — b) Cum Genitivo. Cic. Cœsin. 4. 9. Verum sine vos existimationis illius periculum, sive juris dubitatio tardiores fecit ad judicandum. Id. 1. de republ. 7. Dubitationem ad rem publicam adeundi in primis debui tollere. Cœs. 5. B. G. 48. Quæ res omnem dubitationem adventus legionum expulit. Quintil. 1. 10. 28. Dubitationem hujus utilitas exigere. — c) Cum præpos. de atque Ablat. Cic. 1. Acad. (post) 4. 17. Illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus — reliquerunt. — d) Sequentे propositione relativa, vel interrogativa. Cic. 3. Off. 4. 19. Si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo consideretur. Id. 15. Fam. 21. Nullam apud me reliquisti dubitationem, quantum me amares. Id. 3. ibid. 5. Itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurus ne me sis in provinciā. Id. 3. Off. 2. 9. Alterum potest habere dubitationem, adhibendum ne fuerit hoc genus, an plane omittendum. Id. Cluent. 28. 76. Injicere aliqui scrupulum et quamdam dubitationem, quidnam esset actum. Quintil. 11. 2. 44. Nata dubitatio est, ad verbum sit ediscendum dicturis, an vim modo rerum atque ordinem complecti satis sit. — e) Sequentē part. quin. Cic. 2. Off. 5. 17. Hic locus nihil habet dubitationis, quin homines plurimum hominibus prosint et obsint. Id. 2. Nat. D. 63. 158. Nisi forte tanta ubertas et varietas pomorum — dubitationem affert, quin boniñbus solis ea natura donaverit. — f) Cum infinito, sed per syncopen significato. Quintil. 7. 1. 48. Hoc a rusticō factum extra dubitationem est. — 2°) Ex parte agentis, sive in agendo, est hæsitatio ejus, qui incertus pendet, utrum agat, nec ne: adeoque est etiam mora. Cœs. 7. B. G. 40. Nulla interposita dubitatione legiones ex castis educit. Salt. Jug. 30. Inter dubitationem et moras senatus. Id. ibid. 62. Multis diebus per dubitationem consumptis. Cic. 3. Orat. 50. 202. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio trahit verborum? Id. 4. Verr. 30. 74. Estuabat dubitatione. — Etiam hoc sensu formula sine ulla dubitatione sæpiissime occurrit. Cic. 2. Orat. 49. TSS. Pro his oīibus sine ulla dubitatione respondeo. Adde eund. ibid. 28. 122., 2. Invent. 8. 27.. Brut. 6. 25., Fontej. 6. 11., Cluent. 28. 75., Pis. 3. 8. et 21. 50., 14. Phil. 1. 1., 1. Nat. D. 1. 1., 13. Att. 25. 1. et alibi. — Aliquando etiam sine dubitatione, ut apud Cic. Topic. 15. 60. Quale quum in disputationem inciderit causa efficiens aliquid necessarium, sine dubitatione libet, quod efficietur ab ea causa, concludere. Adde eund. 2. leg. Agr. 9. 23., 3. Nat. D. 34. 84.; 4. Acad. (2. pr.) 29. 94. et 11. Att. 16. 3. — 2. Specialitatem est hoc nomine rhetorica figura sententiarum (Græc. απότια vel διακόπτονται), quæ orator dubitare videtur, an sibi dicendum, quid potissimum dicendum sit, unde incipendum, ubi desinendum etc. Cic. 3. Orat. 53. 203. et 4. Herenn. 29. 40.; Quintil. 9. 2. 19.; et Rutile. Lup. 2. 10. — Quum in paucis verbis consistit, inter figuræ verborum est enumerare, ut: Sive me malitiam, sive stultitiam dicere oportet. Quintil. 9. 3. 88.

**DÜBİTATIVE**, adverb. dubitanter. Tertull. Cur. Chr. 23. extr. Dubitative pronunciare. Priscian. 16. p. 1029. Putsch. Et est quando indicative dicuntur, est quando dubitative. Indicative, ut aut lux est, aut tenebrae. Dubitative, ut aut protest, aut non protest divitias querere.

**DÜBİTÄTIVUS**, a, um, adjct., dubitationem habens. Tertull. 2. aduers. Marcion. 25. sub fin.

Dubitativum exprimens sensum. — Dubitativae particulae apud Grammaticos sunt v. g. *forsan*, *fortassis*, etc. *Priscian.* 15. p. 10. 21. *Putsch.* — *Dubitativus modus* apud *eumd.* *Priscian.* 8. p. 820. *Putsch.* est subjunctivus.

**DÜBITATOR**, ūris, m. 3. qui dubitat. *Tertull.* *advers.* *Horat.* 33. Negatores et dubitatores resurrectionis. — *N.B.* De cogn. Rom. *V.* ONOM.

**DÜBITATŪS**, a, um. *V.* voc. seq.

**DÜBITO**, as, avi ūrum, are, 1. De etymo *V.* voc. seq. init. — Part. *Dubitans* sub 1. L. c. e. f. et II.; *Dubitatus* sub A. I. b.; *Dubitaturus* sub A. I. d.; *Dubitandus* sub A. I. b. — Dubitare, si vim etyma species, proprie est in duas contrarias partes vacillare, modo hoc modo illuc inclinari: sed occurrit translate tantum de animo pro dubium esse, hæsitare, ambigere, in dubium venire (It. *dubitare*, *essere in dubbio*; Fr. *balancer entre deux choses*, *hésiter dans une opinion*, être *incertain*, *douter*, *flotter*; Hispan. *dudar*, *estar en duda*; Germ. *zweifeln*, *stocken*, *zaudern*; Angl. to *doubt*, be *in doubt*, be *uncertain*, *hesitate*). Occurrit autem A) Ex parte mentis; et B) Ex parte agentis.

A) Ex parte mentis, quæ dubitare dicitur, quoties incerta est in aliqua opinione vel sententia amplectenda aut responda, vel in aliquo judicio ferendo,

I.) Proprie usurpatur — a) Cum præpos. *de* et *Ablativo*. *Cic.* 1. *Nat.* D. 8. 18. Nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videatur. *Id.* 2. *Nat.* D. 39. 99. Nemo cunctam intuens terram de divina ratione dubitaret. *Id.* *Sull.* 18. 52. Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando dubitaret, etc. *Id.* 13. *Fam.* 45. De tua erga me voluntate non dubitabat. *Quintil.* 10. 5. 4. De carminibus neminem dubitare. — Et passive impersonaliter. *Cic.* *Cæcili.* 13. 38. In quo judicio non de armis dubitatum, sed de verbis quasitum esse dicatur. *Id.* 3. *Off.* 3. 11. Quamobrem de judicio Panætii dubitari non potest. Sic *Cæs.* 7. B. G. 21. Nec de ejus fide dubitandum. *Quintil.* 7. 2. 8. Si id certum sit, non potest de auctore dubitari. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 18. (57). De iis video dubitari. — b) Cum Accusativo, præcipue vero cum pronominiis. *Plaut.* *Pseud.* 2. 1. 2. Neque quod dubitem, neque quod timeam, meo in pectore conditum est consilium. *Cic.* 3. *Off.* 19. 77. Hac non turpe est dubitare philosophos, quæ ne rusticis quidem dubitent? *Ovid.* 6. *Met.* 194. Hoc quoque quis dubitet? *Id.* *Heroid.* 17. 37. Hoc quoque enim dubito. *Quintil.* 2. 17. 2. Quod quidem nemo dubitavit. *Macrobi.* 2. *Saturn.* 5. Dubitare pudicitiam filiæ erubescet. — Similiter passive. *Cic.* 4. *Verr.* 22. 55. Causa prorsus, quod dubitari posset, nihil habebat. *Liv.* 5. 3. Id ego hoc anno desissim dubitari certum habeo. *Tac.* 14. *Ann.* 7. At Neroni — assertur evasisse iugum levi sauciā, et hactenus adiutor discretionis, ne auctor dubitaretur. — Hinc Part. *Dubitandus*. *Virg.* 3. *Æn.* 169. hæc hæc longevo dicta parenti. Haud dubitanda refer. Cf. *Rutil.* 1. *Itiner.* 433. Sic dubitanda solet gracili vanescere cornu Luna. h. e. adeo tenuis, ut dubitent oculi, neque clare constanterque cernant. et *Claudian.* IV. *Cons. Honor.* 183. Visa etiam medio, populis mirantibus, audax Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso. — Et Part. *Dubitatus*. *Ovid.* 2. *Met.* 20. Venit et intravit dubitati tecta parentis. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 3. dubitataque sidera cernit Gallicus, scil. qui ex graviori morbo convaluerat. Cf. *Albinor.* 1. 84. Et concors pietas, nec dubitatus amor. — c) Sequent Relativo, vel interrogatione. *Ter.* *Phorm.* 2. 2. 29. Ubi tu dubites, quid sumas potissimum. *Cic.* 10. *Att.* 1. Non dubito, quid nobis agendum putes. *Id.* 1. *de republ.* 38. Cur igitur dubitas, quid de republica sentias? *Cæs.* 2. B. C. 32. Qui qualis futurus sit, ne vos quidem dubitatis. *Veilej.* 2. 15. Consule dubitante, quanti se veneret. — *Plaut.* *Capt.* 2. 3. 95. At etiam dubitavi, hos homines emere, an non emere. *Cic.* 1. *Off.* 3. 9. Honestum factu sit an turpe, dubitant. *Id.* 4. *Tusc.* 22. 50. De Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatus in Arumentum invaserit. *Sall. Jug.* 74. Dubitare, virtuti an fidei popularium minus credere. *Nepos Thrasyb.* 1. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito, an hunc primum omnium ponam. *Horat.* 1. *Od.* 12. 32. Rowulum post hos prius, an quietum Pompili regnum in memorem, an superbos Tarquinii fasces, dubito. *Curt.* 9. 1. a med. Dubitabant Macedones,

deseruisse ne urbem incolæ, an fraude se occulerent. *Plin.* 6. *Ep.* 27. Dubito, num idem tibi suadere debebam. — Et passive impersonaliter. *Cic.* 4. *Att.* 15. a med. Pompejus Scauro studet: sed utrum fronte, an mente, dubitatur. — Singulare est illud *Ovid.* 6. *Met.* 208. An dea sim, dubitor. — d) Sequent part. quin, et precedente interrogatione, vel negativa. *Plaut.* *Aulul.* 2. 1. 42. Quid dubitas, quin sit paratum nomen pueru Postumus? Adde *eumd.* *Pœn.* 1. 1. 55. et 4. 2. 59. *Cic.* *Mil.* 23. 63. Arbitrabantur, non dubitatum fortem virum, quia cederet etc. *Id.* 5. *Fam.* 20. a med. Ilud cave dubites, quin ego omnia faciam, que interesse tua existimem. *Id.* 6. *Att.* 2. ante med. Non dubitabat, quin ei crederemus. Adde *eumd.* 3. *Off.* 3. 11. 1. *de republ.* 23. *Senect.* 10. 31., 2. *Nat.* D. 39. 97., 5. *Att.* 11. 6., et 13. *Fam.* 73. *Cæs.* 1. B. G. 31. Non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, gravissimum supplicium sumat. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 38. et 66.; *Quintil.* 7. 6. 10., 10. 2. 1. et 12. 1. 42.; *Sueton.* *Tib.* 17.; et *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 59., *Hercid.* 17. 11. et 1. *Art. am.* 316. — Et passive impersonaliter. *Cic.* 3. *Off.* 2. 9. Alterum dubitari non potest, quin a Panætio suscepimus sit, sed relictum. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 23. 74. Ita multi sermones prescripti sunt, e quibus dubitari non possit, quin Socrati nihil sit visum sciri possa. — e) Cum Accusativo et Infinito ante Augusti ætatem raro usuvenit; frequenter autem occurrit apud *Nepotem*, nec non apud *Livium* (V. *Fabri* ad *Liv.* 22. 52.), præcipue præcedente negativa. *Lucret.* 5. 250. neque humorem dubitavi aurasque perire; Atque eadem digni rursusque augescere diri. *Liv.* 2. 64. Haud dubitans, si senserint, Romanos nocte abituros. Adde *eumd.* 5. 3. et 22. 25. *Nepos Alcibi.* 9. Neque dubitabat, facile se consecuturum etc. Adde *eumd.* *præsat.* 1. *Miltiad.* 3. *Lysand.* 3. *Ages.* 3. *Eumen.* 2. et *Hann.* 11.; *Sueton.* *Cloud.* 35.; *Quintil.* 3. 7. 5., 5. 10. 76., 9. 4. 68. et alibi sepe. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 2. 2. (5). Quem falsum esse nemo dubitaret. *Id.* 2. *ibid.* 39. 39. (105). Quis enim æstates et hæmæ siderum motu fieri dubitet? *Alter Plin.* 6. *Ep.* 21. extr. Neque enim dubito, futurum, ut non deponas, si semel sumpseris. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 5. — Et passive. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 13. 119. (144). Ne illud quidem dubitatur, radicum vim minui, si etc. — f) Absolute. *Cic.* 3. *Fin.* 9. 26. Non dubitante dicere, omnem naturam esse etc. *Al. leg.* non dubitanter; et vide Otto et Madvig ad h. l., et Klotz in *Quæst. Tull.* vol. 1. p. 70. Sic enim et ipse *Cic.* 1. *Divinat.* 55. Quin etiam hoc non dubitans dixerim, est Gr. *οπίσθεντος λέγειν*. Rursus *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 17. 52. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum, ilisque, quæ videntur, assentuntur. Adde *eumd.* *ibid.* 9. 72. *Virg.* 3. *Æn.* 315. Vivo equidem, vitareque extrema per omnia duco. Ne dubita: nam vera vides. *Quintil.* 2. 4. 19. Livius frequentissime dubitat. *Id.* 6. 3. 70. Et interrogamus et dubitamus et affirmamus. Adde *eumd.* 9. 2. 20. et 10. 1. 19.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de rebus tum physicias, tum abstractis. *Liv.* 21. 44. sub fin. Vobis necesse est aut vincere, aut, si fortuna dubitabit, in prælio potius, quam in fuga mortem oppitere. h. e. si aucepis et dubia erit: seu potius si adversabitur, dubitabit enim dictum est per euphemismum. V. dubio res in v. **DÜBIUS** sub 1. 2. *Quintil.* 5. 10. 124. Si tardior manus dubitet. *Id.* 10. 7. 22. Suspensa ac velut dubitans oratio. *Flor.* 1. 1. 2. Hoc de se sacerdos gravida confessa est; nec mox famu dubitavit, quum Amulii imperio abjectus in proskulen, cum Remo fratre, non potuit extingui. Similiter *Sil.* It. 10. 154. dubitanta lumini. h. e. oculi moribundi. ¶ 2. Eleganter ponitur pro cogitare, querare, seu rectius deliberate. *Ter.* *Adolph.* 4. 5. 57. Hæc dum dubitas, menses abiurunt decem. *Cic.* *Rosc.* *Am.* 31. 88. Restat igitur, ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscius occiderit. *Virg.* 9. *Æn.* 191. percipe potro Quid dubitem, et quæ nunc aitio sententia surgat.

B) Ex parte agentis, sive in agendo dubitare dicitur, qui cunatur, moratur, hæsitat, supersedit; et hoc sensu occurrit — a) Cum Infinito, — Sed sèpissime præcedente negativa, vel cum interrogatione: et cum Infinito negatione præcedente fere importat fiduciam, constantiam, audaciam nullum-

que timorem ejus, qui aliiquid facit. *Plaut.* *Bacch.* 5. 1. 29. Quid dubitamus pulicare, atque hac evorare ambos horas? Adde *eumd.* *Epid.* 2. 2. 75., *Mil. glor.* 4. 2. 17., *Pœn.* 3. 5. 44. et *Pseud.* 2. 2. 30. et 5. 2. 16. *Cic.* 1. *de republ.* 4. Non dubitaverim me gravissimis tempestatibus obvium ferre. *Id.* 1. *Orat.* 40. 181. Quum Mancinus domum revenisset, neque in senatum introire dubitasset. *Id.* 4. *Cat.* 5. 10. Homo mitissimus non dubitat Lentulum aeternis vineulis mandare. Adde *eumd.* 1. *de republ.* 5. et *Amic.* 1. 1. *Cæs.* 2. B. G. 23. Ipsi transire flumen non dubitaverunt. Adde *eumd.* 6. *ibid.* 8., 1. B. C. 71., 2. *ibid.* 33. et 34., et 3. *ibid.* 87. et 106. *Virg.* 6. *Æn.* 807. Et dubitamus adhuc virtutem extende factis? Adde *eumd.* 7. *ibid.* 311. et 8. *ibid.* 614. *Nepos Pelop.* 5. Non dubitavit, simul ac conspergit hostem, configere. *Quintil.* 12. 5. 3. Quis porro dubitet, viuus adscribere affectum? Adde *eumd.* 12. 10. 63. *Justin.* 1. 9. 5. Non dubitavit, post sacra, etiam parricidium facere. — Raro admodum cum Infinito sine interrogatione, aut negatione. *Curt.* 4. 5. 2. Si forte dubitaret, quod efficeretur, accipere. *Id.* 10. 8. 25. Iisdem mandatum, ut occident, si venire dubitaret. *Stat.* 1. *Achill.* 250. dubitatque agnoscere matrem. h. e. dubitat, an agnoscat. — Et omissa Infinito, qui tamē subintelligitur, *αἴτιον* illud apud *Plin.* 1. *Ep.* 18. Quod dubitas, ne fereris. — Denique poetum et singulare est illud *Stat.* 8. *Theb.* 757. Lumina tertia videns et adhuc dubitantis figi. h. e. timentia. — b) Cum part. quin, præcedente negatione, vel interrogatione. *Cic.* pro *leg.* *Manil.* 23. 68. Nolite dubitare, quin huic uni creditis omnia. *Id.* *Flacc.* 17. 40. Dubitabis, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum cives vindicetis? *Id.* 4. *Verr.* 13. 33. Nemo dubitabat, quin voluntatem spectaret ejus. Adde *eumd.* *Mil.* 23. 63. et 2. *leg.* *Agr.* 26. 69. *Curt.* 3. 2. Nec dubitare eum, quin omnem regiam supellecitem cum pecunia traderet. — Et Part. *Dubitandum* impersonaliter. *Cæs.* 2. B. G. 2. Tum vero dubitandum non existimat, quin ad eos proficiatur. *Id.* 3. B. C. 37. Sibi dubitandum non putavit, quin prælio deceraret. — c) Absolute. *Plaut.* *Men.* 5. 7. 6. Quid statis? quid dubitatis? jam sublimem raptum oportuit. Adde *eumd.* *Amph.* 1. 2. 283. *Cæs.* 1. B. G. 41. Se neque unquam dubitasse, neque timuisse. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 44. et 7. *ibid.* 4. et 63. *Sall. Cat.* 28. Perterritis ac dubitantibus ceteris. *Virg.* 9. *Æn.* 12. Quid dubitas? nunc tenuis equos, nunc poscere curvis. *Curt.* 10. 4. Itaque rursus (nam parumper, quibus imperatum erat, dubitaverant) mergi in annem jussit.

**DÜBIUS**, a, um, adj ect. Ratione habita etimi, est a duo, quemadmodum et Graeci a δύο et poëtie δῶς formant δυσθένω dubito, et Germani a zwei dwo formant zweifeln dubitare, et Itali dicunt essere infra due. Dubius itaque ad litteram est qui in duas contrarias partes vacillat, modo hoc modo illuc labens fertur: quo sensu cf. *Lucret.* 6. 556. in dubio fluctu factiarum. et *Liv.* 37. 16. fluctibus dubius volvi exceptum est mare. — Ceterum dubius fere semper usurpat translate, et est incertus, quid e duobus aut pluribus eligat, ambigens, hæsitanter in cogitando aut in agendo, ancreps; et dicitur tum de personis, tum de rebus (It. dubioso, incerto, dubitabile, etiam dubitans), et Itali dicunt essere infra due. Dubius itaque ad litteram est qui in duas contrarias partes vacillat, modo hoc modo illuc labens fertur: quo sensu cf. *Lucret.* 6. 556. in dubio fluctu factiarum. et *Liv.* 37. 16. fluctibus dubius volvi exceptum est mare. — Ceterum dubius fere semper usurpat translate, et est incertus, quid e duobus aut pluribus eligat, ambigens, hæsitanter in cogitando aut in agendo, ancreps; et dicitur tum de personis, tum de rebus (It. dubioso, incerto, dubitabile, etiam dubitans), et Itali dicunt essere infra two. *De personis, et quidem* — a) Ex parte mentis, quæ incerta est in opinione sententiae amplectenda aut responda, vel in judicio aliquo ferendo. Construir autem iisdem modis, quibus verbum dubito, quod V. *Plaut.* *Epid.* 4. 1. 17. Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam dant. h. e. in causa sunt, cur dubitem. *Lucret.* 5. 1210. Teat enim dubiam mentem rationis egestas, Ecquæcum fuerit mundi genitralis origo. *Cic.* pro *leg.* *Manil.* 10. 27. Quæ res est, quæ cujusquam animalium in hac causa dubium facere possit? *Lit.* 4. 40. Equites procul visi ab dubiis. quinam essent, mox cogniti. *Id.* 6. 14. Dictator exercitum in stativis tenebat, minime dubius, bellum cum bis populis patres jussuros. *Id.* 31. 42. *Philippus*, si satis diei superesset, non

proprie (quod tamē intelligendum est ratione habita eorum, quæ superius dicta sunt) occurrit — 1.) De personis, et quidem — a) Ex parte mentis, quæ incerta est in opinione sententiae amplectenda aut responda, vel in judicio aliquo ferendo. Construir autem iisdem modis, quibus verbum dubito, quod V. *Plaut.* *Epid.* 4. 1. 17. Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam dant. h. e. in causa sunt, cur dubitem. *Lucret.* 5. 1210. Teat enim dubiam mentem rationis egestas, Ecquæcum fuerit mundi genitralis origo. *Cic.* pro *leg.* *Manil.* 10. 27. Quæ res est, quæ cujusquam animalium in hac causa dubium facere possit? *Lit.* 4. 40. Equites procul visi ab dubiis. quinam essent, mox cogniti. *Id.* 6. 14. Dictator exercitum in stativis tenebat, minime dubius, bellum cum bis populis patres jussuros. *Id.* 31. 42. *Philippus*, si satis diei superesset, non

dubius, quin Athamanes quoque exui castris potuerint. *Virg.* 3. *G.* 289. Nec sum animi dubius, verbis ea viuere magnum Quam sit. Sic *Auct. B. Alex.* 58. Erat dubius animi, utrum nihil timere, an omnia licere maleret. Rursus *Virg.* 1. *Æn.* 222. Spenique metuque inter dubii, seu vivere credent, Sive extrema pati. *Horat. Epod.* 5. 85. Dubius unde rumperet silentium. *Curt.* 5. 12. 3. Haud dubius, quin vera deferrentur. *Id.* 9. 7. a med. Haud dubius interfici posse. — *Dubius* dicitur etiam, qui est in periculo. *Ovid.* 3. *Pont.* 4. 8. Ad medicis dubius confugit æger opem. Sic *Juvenal.* 13. 124. Carentur dubii medicis majoribus aegri. — Haud raro junxit etiam Genitivo. *Liv.* 33. 25. Marcellus — dubios sententias patres fecerat. *Ovid.* 6. *Fast.* 571. Servius est: hoc constat enim: sed causa latendi Discrepat; et dubium ne quoque mentis habet. *Id.* 15. *Met.* 437. Priamides Helenus flenti dubioque salutis Dixerat *Aeneæ.* *Id.* 3. *Trist.* 3. 25. Ergo ego sum vita dubius. *Justin.* 2. 13. 1. Hac clade percussum et dubium consili Xerxes Mardonius aggreditur. *Lucan.* 7. 611. Dubius fati. — b) Ex parte agentis, dubius dicitur, qui in agendo hascit et contactator; eique *firmus* opponitur apud *Sall. Jug.* 51. Hostibus dubius instare; quos firmos cognoverat, eumus pugnando retinere. *Id. ibid.* 107. Ac statim profecti, quia de improviso acciderant dubio atque hascitante Jugurtha, incolumes transeunt. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 40. dubius sum, quid faciam, inquit, Tene relinquam, an rem. Sic *Ovid.* 8. *Met.* 441. Toxæ, quid faciat, dubium, pariterque volenter Uteisci fratre etc. *Sueton.* *Cæs.* 4. Nutantes ac dubias civitates retinuit in fide. h. e. ad defectionem propensas. — 2.) De rebus, et dubium dicitur id omne, de quo dubitari potest. Quotiescumque vero huic voci particula negativa praeponitur, non solum significat rem minime incertam esse, sed absque omni controversia certissimam. *Virg.* 2. *Æn.* 359. Vadimus in morte haud dubiam. *Curt.* 3. 9. Haud dubium robur exercitus. Addo alia infra allata. — a) Generatio. *Ter. Hecyrr.* prol. alt. 8. Dubianam fortunam esse scenicam. *Lucret.* 4. 469. Res secernere apertas ab dubiis. *Cæs.* 7. *B. G.* 80. Dubia victoria pugnare. *Sall. Jug.* 85. ad fin. Deis juvantibus omnia matura sunt, victoria, præda, laus; quæ si dubia aut procul essent, tamen omnes bonos reipublica subvenire debebat. *Cic.* 1. de republ. 31. Ubi ne obscura quidem est, aut dubia servitus. *Id.* 3. *Nat. D.* 27. 69. Ut vinum ægrotis, quia prodest raro, nocet sæpissime, melius est non adhibere omnino, quam spe dubia salutis in apertam pernicem incurrire, etc. *Id.* 2. *Divinat.* 51. 106. Videsne, quæ dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? *Id.* 1. *Orat.* 20. 92. Hæc omnia dubia esse et incerta. *Id.* 4. *Fin.* 24. 67. Perspicuisse dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? *Liv.* 22. 23. Ipsius facto, primo forsitan dubio, — ad extremum haud ambiguo in maximani laudem verso. *Id.* 3. 32. Ne quid dubius disageret. *Id.* 37. 49. Haud dubi hostes. *Id.* 39. 39. Haud dubius pretor. *Id.* 2. 21. Quia collega dubiæ fidei fuerit. *Id.* 9. 15. Gens dubiæ ad id voluntatis. *Id.* 14. 18. Dubii socii suspensæque ex fortuna fidei. *Id.* 24. 20. Neque hostibus, neque dubiis sociis loci quidquam præbuit ad tentandum. Cf. *Ovid.* 4. *Pont.* 13. 1. non dubios inter memorande sodales. h. e. certos, fidos. *Tac.* 3. *Ann.* 4. Dubia Hispaniæ. *Virg.* 1. *G.* 252. Dubium cælum. h. e. nubibus obductum. *Ovid.* 1. *Met.* 569. lut. *Id.* 4. *ibid.* 401. nox. *Juvenal.* 5. 22. Sideribus dubiis. h. e. dilucido, quæ sidera non plene apparent, et iam jam condenda sunt luce solis. *Plin.* 6. *Ep.* 20. Dubius et quasi languidus dies. *Ovid.* 15. *Met.* 754. dubia lanugo. h. e. barba modo incipiens et vis apparens. *Id.* 12. *ibid.* 61. dubio auctore susurri. h. e. qui unde manent, nesciunt. *Id.* 2. *Fast.* 351. Nec quisquam est adeo media de plebe maritus, Ut dubius vitio sit pater ille meo. *Vellej.* 2. 55. 3. Dubio Marte pugnare. *Id.* *ibid.* 71. Dubium spem armorum tentare. *Sil.* 1. 5. 319. Dubium pugna discrimen. *Tac. Germ.* 6. prælia. *Id. Agric.* 18. consilia. *Sueton. Aug.* 17. M. Antonii societatem semper dubiam et incertam — abruptit tandem. *Quintil.* 12. 3. 6. Dubium jus. cui ibid. *certum* opponitur. *Id.* 7. 7. 7. Confessum ex utraque parte jus, aut dubium. *Id.* 7. 2. 48. Verba aut aperta sunt, aut dubia. *Martial.* 3. 69. Schemate non dubio, sed aperte nominat illam. *Plin.* 3. *Ep.* 3. Dubii sermonis libros octo scriptis sub Nerone.

*Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (319). Dubia vina. h. e. que bouane, an mala futura sint, dubitamus. *Martial.* 3. 77. Dubius petaso. h. e. corruptioni proximus. — Hinc dubius etiam dicitur, qui est in periculo. *I.* infra sub II. 1. *Val. Flacc.* 4. 271. Politus sic providus ictus Servat, et (Ebalia dubium caput eripit arte. *Ovid.* 2. *Fast.* 101. dubiam rege, navita, pinum. Similiter *Sil.* 10. 458. Dubia cervix. h. e. languentis et iam jam morituri. — b) Speciatim dubie res apud *Liv.* præcipue pro adversis per eu-phemismū sæpe occurunt. *Liv.* 2. 50. extr. Dubiis rebus populi Romani sæpe domi bellique maximum futurum auxilium. Addo *eumd.* 1. 39., 3. 12., 7. 30., 30. 30. et 35. 5. Vide et infra sub II. 1. — 3.) Speciatim neutr. singularis numeri *dubium* fere substantivorum more usurpatum, et præcipue locum habet in sequentibus formalis dictionibusque. — a) *Dubium* est, non vel *haud dubium* est, dubitandum aut non dubitandum est, dubitatur aut non dubitatur; et iisdem modis, quibus verbum *dubitare*, construirat, scilicet — Cum Ablativo et præpos. de. *Cic.* 11. *Att.* 6. ad fin. De Pompeji existenti mihi dubium numquam fuit. *Id.* 1. *Orat.* 57. 241. Quæ causæ sunt ejusmodi, ut de earum jure dubium esse non possit. *Quintil.* 7. 3. 4. Quod nomine constat, de re dubium est. — Cum interrogative. *Cic. Cœcian.* 11. 31. An dubium vobis fuit, utrum esse vis aliqua videtur, necne? *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 41. 120. Ergo credere dubium est, uter nostrum sit vereundior? *Id.* 4. *Fin.* 24. 67. Illud dubium est, ad id, quod summum bonum dicitis, eque nam fieri possit accessio. *Cæs.* 6. *B. G.* 31. Ambiorix copias suas judicione non conduxit, an tempore exclusus et repentina equitum adventu prohibitus fuerit —, dubium est. *Quintil.* 6. 3. 83. Hic dubium est, utrum ridere audientes, an indignari debuerint. — Cum part. *quin*, præcedente negativa, vel cum interrogatione. *Ter. Andr.* 1. 2. 1. Non dubium est, quin uxorem nolit filius. *Id. Eun.* 5. 6. 27. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum. Addo *eumd.* *Andr.* 2. 3. 17. et 3. 2. 50. et *Adelph.* 5. 9. 19. *Cic.* 13. *Att.* 45. Prorsus ex his litteris non videbatur esse dubium, quin ante eam diem venturus esset. Addo *eumd.* 2. *Orat.* 8. 32. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. Non est dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possint. *Quintil.* 3. 2. 1. Cui dubium est, quin sermonem — homines acceperint? Addo *eumd.* 10. 1. 5. — Singulare est illud *Plin. Paneg.* 8. An dubium est, ut dare posset imperium imperator, qui reverentiam amiserat? — Cum Accusativo et Infinito. *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 9. An tibi dubium est, eam esse hanc? *Ter. Hecyrr.* 3. 1. 46. Nam si periculum ullum in te inest, periisse me una haud dubium est. *Liv.* 38. 6. Si ex composito acta res fuisset, haud dubium erat, expugnari una utique parte opera cum magna cæde hostium potuisse. *Sueton.* *Cæs.* 52. Ac ne cui dubium omnino sit, et impudicitæ eum et adulteriorum flagrasse infamia, etc. Addo *Manil.* 4. 884. — Absolute. *Plaut. Pæn.* 3. 4. 27. AG. Homo furti sese adstringit. AD. Haud dubium id quidem est. Addo *eumd.* *Epid.* 5. 1. 40. *Ter. Eun.* 1. 2. 49. PA. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. PA. Oh, dubium ne id est? Addo *eumd.* *Andr.* 2. 3. 25., *Heaut.* 3. 3. 46. et 5. 1. 38. et *Phorm.* 5. 2. 9. *Cic.* 1. *Fam.* 7. 5. Si exploratum sit posse te illius regni potiri, non esse cunctandum: si dubium sit, non esse conandum. *Id.* 4. *ibid.* 15. Cognovi autem id, quod mihi dubium non fuit. — b) Fere apud sequioris ævi scriptores, omissis est, dubium an adverbialiter sermoni interseritur, nullamque vim in ceterorum verborum constructionem exserit. *Ovid.* 4. *Trist.* 4. 69. Quo postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes Venerat. *Id.* 6. *Met.* 677. Scæpta loci rerumque capit moderamen Erechtheus, Justitia dubium validissime posterior armis. *Id.* 3. *Pont.* 1. 18. Qui potus dubium sistat alatne sitim. *Sueton.* *Cæs.* 58. In obeundis expeditiūibus dubium cautior an audienter. *Id. Aug.* 28. In retinenda (re publica) perseveravit: dubium evenit meliore an voluntate. *Id. Tvb.* 10. Statuit repente secedere seque e medio quam longissime amovere. Dubium uxorisæ taedio — an ut auctoritatem absentia tueretur. *Tac.* 1. *Ann.* 5. Nec multo post extineto Matino, dubium an quæsita morte, auditio in funere ejus Marcie genitus. *Justin.* 38. 7. 6. Magnaque temporis partem, non ut militiam, sed ut festum dieum acturos, bello dubium facili magis an uberi. *Flor.* 1. 1. 9. Cujus dum irridet augustinas Remus, dubium an jussu fratris, occisus est. Addo *eumd.* 1. 1. 12., 2. 14. 3. et 4. 2. 91.; et *Quintil.* 7. 2. 52. — c) *Dubium habere* est idem ac dubitare. *Plaut. Capt.* 4. 2. 112. An tu dubium habebis, etiam sancte quam jurem tibi? *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 9. 29. Haec autem habere dubia, neque his ita confidere, ut moveri non possent, abhorere a sapientia plurimum. Addo *Sall. fragm.* 3. — d) *In dubium vocare*Cic. 2. *Orat.* 34. 145. In generum causis atque naturis sita esse, quæ in dubium vocarentur. h. e. in questione caderent. *Astius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 31. Nemo vocabit in dubium, me pro contione dirisse, etc. *Cic. Quintil.* 2. 5. Non eo dico, quo mihi veniat in dubium fides tua. *Liv.* 3. 13. Sunnam pecunia quantam aquam esset promitti, veniebat in dubium. h. e. dubitabatur. Addo *Cic.* 11. *Att.* 15. 2. — e) *In dubio esse* apud *Ter. Andr.* 1. 5. 53. Dum in dubio est animus. *Lucret.* 3. 1098. Posteraque in dubio est fortunam quam vebat ætas. Addo *eumd.* *ibid.* v. 848. *Quintil.* 7. 9. 9. Utri duorum antecedentium sermo subjunctus sit, in dubio est. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 24. (59). Estate potius, quam hieme dandum, non est in dubio. — Similiter *Liv.* 34. 5. Ponere in dubio, utrum etc. *Lucan.* 7. 247. Mens stetit in dubio. — f) *Sine dubio* est sine ulla dubitatione, certissime. *Ter. Eun.* 5. 9. 13. *tr.* Numquid, Gnatho, tu dubitas, quin ego nunc perpetuo perierim? GN. Sine dubio opinor. *Cic.* 2. *Tusc.* 7. 18. Tristis enim res est sine dubio, aspera, amara. *Id.* 2. *Fam.* 18. Et hercle sine dubio erit ignominia. Addo *eumd.* 2. *Cat.* 1. 1., *Balb.* 24. 55., 1. *Off.* 29. 102., 1. *Nat. D.* 9. 23. et alibi. — *Sine dubio* sæpe occurrit sequente propositione, quæ præcedenti opponitur. *Cic.* 3. *Orat.* 57. 215. Ac sine dubio in omni re vincit imitationem veritas; sed ea si sat in actione efficeret ipsa per sese, arte profecto non egeremus. *Id.* 1. *Nat. D.* 21. 58. Sæpe enim de L. Crasso — video audisse quum te togatis omnibus sine dubio anteficeret, et paucos tecum Epicureos e Græcia compararet; sed, quod ab eo te mirifice diligi intelligebam, arbitrabar illum propter benevolentiam id uberioris dicere. Addo *Quintil.* 1. 8. 12., 3. 8. 21., 5. 7. 28. et alibi sæpe. — g) *Procul dubio* idem significat. *Lucret.* 1. 812. Adjutamur enim dubio procul atque alimur nos Certis ab rebus. Addo *eumd.* 2. 261. et 3. 638. *Liv.* 39. 40. Asperi procul dubio animi et linguae acerbae et immodiæ liberæ fuit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 21. 50. (187). Utilissimum procul dubio est. — *Haud dubio* nonnulli legunt, sed perperam, apud *Liv.* 34. 2. Haud dubio ad culpam magistrorum pertinens. Sed ibi *legendum* haud dubie, quæ dicendi ratio Livio est usitata: V. Drakenborg ad h. b.

II.) Translate.

1. Dubius ponitur pro *ancipi*ti, hoc est periculoso, difficulti. Hac autem significatione occurunt — a) *Res dubia* apud *Plaut. Epid.* 1. 2. 10. Is est amicus, qui in re dubia re iuvat, ubi re est opus. *Id. Capt.* 2. 3. 45. Neque med unquam deseruisse te, neque factis neque fide, retus in dubiis. Addo *eumd.* *Most.* 5. 1. 1. et *Pæn.* 1. 1. 2. *Sall. Cat.* 10. Qui labores, pericula, dubias res facile toleraverint. Addo *eumd.* *ibid.* 39. et *Jug.* 14.; et *Tac.* 2. *Ann.* 62. Confer *dubice res* sub I. 2. — b) Cum aliis Substantivis. *Lucret.* 3. 55. Quo magis in dubiis hominem spectare periclis Convenit. Sic *Id. ibid.* v. 1089. in dubiis trepidare periclis. *Horat.* 4. *Od.* 9. 35. Animus secundis temporibus dubiisque rectus. *Sall. Jug.* 99. Quæ dubia nisui videbantur, potissimum tentare. h. e. ascensu difficultia. Sic *Propert.* 4. 4. 81. Mons erat ascensu dubius. *Grat. Cyneq.* 174. Dubius pontus. — c) Neutr. singularis numeri substantivorum more usurpatum. *Ter. Adelph.* 2. 2. 35. Etiam de sorte nunc venio in dubium miser. h. e. in periculum. *Id. ibid.* 3. 2. 42. Tua fama et gnata vita in dubium veniet. *Id. Andr.* 2. 2. 10. Mea quidem hercle certe in dubio vita est. *Cic. Cœcian.* 27. 76. Bona, fortunas, possessiones in dubium incertumque revocare. *Cæs.* 6. *B. G.* 7. Sese suas fortunas in dubium non devocaturum. *Sall. Cat.* 52. Libertas et anima nostra in dubio est. — Cum addito Genitivo. *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 2. In dubio vita lassa Corinna jacet. — *In dubium esse*, pro in dubio. *Ovid. Heroid.* 16. 138. In dubium Veneris palma futura fuit. V. IN. — d) In plur. nunt. *Lucan.* 6. 596. Mens dubitis percussa pa-

vet. ¶ 2. Dubius ponitur etiam pro vario; quo tamen sensu cum v. cœna tantum conjungi videtur. Jain vero dubia cœna apud Ter. *Phorm.* 2. 2. 28. est, in quo ob multitudinem ferculorum tu dubites, quid sumas potissimum; ut ipsem exponit. Possis etiam intelligere periculosam valetudini, cui varietate et multitudine ciborum nocet plurimum. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 76. vides, ut pallidus omnis Cœna desurgat dubia? *Auson.* *Mosell.* 102 de salmono. dubia facturus fercula cœna. h. e. medium saporem habens inter carnem et pisces: seu potius qui cœnae varietati inserviet. *Hieronym.* *Ep.* 22. Castæ et voluntar et post cœnam dubiam apostolos somniant.

DÜCÄLIS, e, adject. ad ducem seu imperatorem pertinet. *Valerian.* *Imp.* apud *Vopisc.* *Aurelian.* 13. Tunicae ducales russæ quatuor.

DÜCÄLITER, adverb. Comp. *Ducaliter.* — Ducasliter est ducus more. *Sidon.* 5. *Ep.* 13. Ducaliter antecessurus. *Id.* *Ibid.* 6. Ferunt, nullam rem militarem ducalius C. Cæsar administrasse.

DÜCATIO, ònis, f. 3. ductio. *Ducatio necessitatibus Tertulliano* a quibusdam tribuitur *Cor. Mil.* 11.; sed ibi alii rectius leg. *advocatio necessitatis.*

DÜCATOR, òris, m. 3. dux: a *ducare* pro *ducere.* *Ulp. Dig.* 9. 2. 29. a med. Aut in gubernatorem, aut in ducatorem actionem competere damni injuria Alphenus ait. Ita *Torrentin.*; at *Halander* habet *dactorem.* *Tertull. advers. Judæos* 13. Cum ducator ejus civitatis in ea pati haberet.

DÜCÄTRIX, Icis, f. 3. quæ ducit. *Apul.* 2. *Doggm.* *Plat.* post init. Vitorum ducatrices iracundia et libido.

DUCATUS, us, m. 4. officium et munus ducis, imperium militare, Græcæ r̄yepovia. *Justin.* 2. 15. 14. Ducem exercitiū diligunt Pausaniam, qui producat regnum Græciae affectans, etc. Adde *eund.* 9. 6. 8. et 30. 2. 5. *Sueton.* *Tib.* 19. Confidens ostento sibi ac majoribus suis in omni ducata expertissimo. *Id. Ner.* 35. Crispinum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari servis ipsius demandavit. h. e. pueriliter fingendo imperia militaria, et collusoribus, qui ludo viciissent, deferendo. *Fler.* 3. 21. 2. Ducatum sceleri præbère. h. e. civilis bellū se ducem facere.

DÜCENA, æ, f. 1. dignitas ejus, qui ducentis præstat in schola agentium in rebus. *Imp.* *Leo Cod.* 12. 20. 4. *V. CENTENUS.*

DÜCENÄRIA, Iæ, f. 1. *V.* voc. seq. sub b.

DÜCENÄRIUS, a, um, adject. qui ducenta continet. — a) Generatim. *Varro* apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20. 19. (83). Salvins duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. — b) Speciatim *ducenarii* procuratores dicti sunt a stipendio ducentorum millium nummorum, quod habebant pro exigendis redditibus publicis, aut fisci principis etc., teste *Dione* 1. 53. c. 15. καὶ τοῖς ἔπιτροις καὶ αὐτῷ τοῦτο διεμάτατος ὄντα αὐτῷ τῷ αὐτῷ τῷ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων προσγεγενέται. *Sueton.* *Claud.* 24. Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis induxit. *Inscript.* apud *Oderic.* *Dissert.* etc. p. 199. *SEX. VARIO MARCELLO PROCURATORI AQUARUM* C. (centenario), *PROCURATORI PROVINCIA BRITANNICÆ* C. (ducenario), *PROCURATORI RATIONIS PRIVATÆ* C. (trecentario) etc. V. *Zirardini ad Nov.* p. 111. et seq. *Apul.* 7. *Met.* Nam procuratorem principis ducenaria perfunctum fueram aggressus. h. e. ducenaria dignitate jam functum. — Similes his fuere, qui postea *ducenarii* vocabantur in schola agentium in rebus, de quibus mentio fit in *Cod.* 12. 20. 3., quamquam alii volunt ita dictos, quia ducentis officialibus in sacro palatio præserant, ad similitudinem *Ducenariorum* militarium. *V. CENTENUS.* Sunt etiam qui putent, quia in eodem *Cod.* 10. 19. 1. mentio fit *Ducenariorum* in tributis exigendis, dictos esse *Ducenarios* qui vectigal exigeant *ducentesimæ*, de qua in *CENTESIMUS* dictum est: sed hi nihil omnino differunt a *Ducenariis* agentium in rebus, quorum munus, inter alia, fuit etiam tributa exigere. *V. AGENS;* et *Zirardini ad Nov.* p. 115. — e) A censu ducentorum mill. ns. nominati sunt *ducenarii judices*, quos Augustus ad tres judicium decurias et inferiori censu addidit, qui de levioribus summis judicarent, utl. *Sueton.* in ejus *Vita* 32. narrat: censum autem inferiorem censu equestri intelligit, qui erat quadrigenitorum mill. Itaque ex iis, qui minimum ducenta habebant, decuriam judi-

cum Augustus novam instituit. *V. DECURIA* et *QUADRIGENARIUS*; et *Pauly's Realencycl.* ad b. voc., et *Reins röm. Privatr.* p. 413. — d) *Protector ducenarius* memoratur in *Inscript.* apud *Gruter.* 530. et 531. 2. Sunt qui putant nomen habere a stipendio ducenum HS., ut est apud *Capitolin.* *Pertin.* 2., si modo ibi de militari officio sermo est. *V. EXDUCENARIUS;* et *Cavedoni, Marm. Moden.* p. 129. — e) *De ducenario equo,* *V. CENTENARIUS.* — Hinc

*Ducenarius*, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, in militia est, qui duabus militum centuris praest. Hic olim erat primus hastatus. *Veget.* 2. *Milit.* 8.

*Ducenaria*, Iæ, f. 1. absolute, substantivorum more: *V. supra* sub b.

DÜCENI, æ, a, adject. Gen. plur. num. est *duce-nūm.* — *Duceni* est numerus ducentorum distributivus. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 40. Nam vel ducenos annos poterunt vivere. *Liv.* 9. 19. Censebantur ejus ætatis lustris duccna quinquagena millia capitum. Adde *eund.* 40. 18.; *Auct. B. G.* 8. 4.; et *Colum.* 5. *R. R.* 3. 2. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (28). Gentem ducentos annos vivere. *Id.* 9. *ibid.* 3. 2. (4). Pristes ducentum cubitorum. — Extra distributionem. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (121). Muri ducentos pedes alti.

DÜCENTENUS, a, um, adjективum distributivum a *ducentis.* Extra distributionem *Siculus Flacc.* de condit. agror. p. 20. *Goes.* Centuræ non per omnes regiones ducenta jugera obtinent, in quibusdam ducentena dena, invenimus et quadragena. *Id. ibid.* p. 153. Centenis hominibus ducentena jugera dederrunt.

DÜCENTESIMUS, a, um, adject. unus ex ducentis. — Hinc

*Ducentesima*, æ, f. 1. (subaudi pars) absolute, substantivorum more, vectigal sicut de quo in *CENTESIMUS* dictum est. *Tac.* 2. *Ann.* 42. Fructibus ejus levavi passæ centesime vectigal, professor Tiburcius, ducentesimam in posterum statuit. *Sueton.* *Cal.* 16. Ducentesimam auctionum Italiae remisit.

DÜCENTI, æ, a, adject. Etiam *ducenti* scribitur. *Sicut. Flacc.* de condit. agr. p. 2. *Goes.* Graecus legem tulit, ne quis in Italia amplius, quam ducenta jugera, possidaret. Hæc cl. *Furlanetto* in *Append.* De lectione tamen dubitaverim. — Genitivus plur. num. *ducentum* pro *ducentorum* occurrit apud *Varro.* loco infra cit. sub 1. — Ceterum ducenti est bis centum. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 55. Militi unumnis ducentis jam usus est pro Bacchide. Adde *eund.* *ibid.* v. 58., et *ibid.* a. 8. v. 27., 38. et 41. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 13. 32. Ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit. *Varro* 3. *R. R.* 2. 15. Fundus ducentum jugerum. Adde *Colum.* 5. *R. R.* 3. 7., cuius verba *V.* infra in *DUCENTUM.* ¶ 2. Latiori sensu, *ducenti* numerus indefinitus pro innumeris. *Plaut. Asin.* 2. 2. 10. Etiam de tergo ducentas plages prægnantes. *Catull.* 37. 7. Centum aut ducenti sessores. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 61. Catenis mille ducentis, Mater, te appello clamantibus.

DÜCENTES vel ducentiens, adverb. bis centies. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 2. *Phil.* 10. 40. Amplius ducenties acceptum reluli. Adde *Cels.* 2. 14. *ad fin.* ¶ 2. Latiori sensu, indefinite, idem ac pluries. *Catull.* 29. 15. Ducenties commesaut trecenties.

DÜCENTUM, nomen numerale indeclinabile, bis centum continens. *Colum.* 5. *R. R.* 3. 7. Qui numeri duo (*XLI* et *XXV.*) inter se multiplicati efficiunt mille ducentum et viginti quinque.

DÜCIANUS, a, um, adject. ad ducem pertinens. *Impp. Honor.* et *Theodos.* *Cod. Theod.* 15. 11. 2. Oficium ducianum. h. e. ducis. *Impp. Theodos.* *Arcad.* et *Honor.* *ibid.* 11. 25. 1. Aparitores duciani. h. e. ducum rei militaris. *Imp. Justinian.* *Cod.* 7. 62. 38. *Judicium ducianum.* — Hinc

*Ducianus*, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est officialis ducis alicuius. *Impp. Honor.* et *Theodos.* *Cod. Theod.* 7. 16. 3. Præsentis protectore, seu duciano qui dispositus est. Et plural. *ducianis, orum.* *Imp. Justinian.* *Cod.* 1. 27. 2. § 8. Nullum dispendium a ducibus, vel ducianis prædicti litanie sustineant.

DÜCO, cis, xi, etum, cere, a. 3. In Imperativo habet duc, ut disco habet die, et facio habet fac. Sed apxaikeis etiam duce dictum est a *Plaut. Epid.*

3. 3. 18. Duce istam intro mulierem. Adde *eund.* *Most.* 4. 1. 11. etc. — *Duxi* pro duxisti syncope. *Varro* apud *Non.* p. 283. 32. *Merc.*; *Catull.* 91. 9.; et *Propert.* 1. 3. 27. — Similiter dux pro duxisse syncope. *Varro* apud *Non.* p. 24. 33. *Merc.* Es defraudasse cauponem, buvanti into oblevisse, cum portatore serram duxc. — *Part. Dicens* I. 1. b., d., e; *Ductus* I. 1. c. et II. 3.; *Ducturus* I. 1. a.; *Ducendus* I. 7. et II. 1. — Duxere est trahere, facere ut aliquis aut aliiquid moveatur (I. *trahere*, trarre, guidare, condurre, recare, far muovere); Fr. conduire, guider, mener, transporter; Hisp. condir; llevar, transportar, Germ. Jemanden oder etwas führen, leiten, ziehen, bringen, fortbewegen; Engl. to draw).

I.) Proprie. ¶ 1. Generalim de plurimis dicitur.

— a) De hominibus. *Plant. Amph.* 2. 2. 224. Dux hos intro. *Id. Bacch.* 3. 3. 2. Quo ducus nunc me? *Id. Cist.* 2. 3. 36. Ubi habitat, inquam, dux et demonstra mihi. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 23. Suas secum mulierculas sunt in castra ducturi. *Cæs.* 5. *B. G.* 5. Reliquos principes obsidum loco secum duxit. *Nepos Hannib.* 3. Efectus, ut imperator in Hispaniam mitleretur, eoque secum duxit filium Hannibalem. *Id. prefat.* Utorem in convivium ducere. Cf. *eund.* *Datam.* 3. Vinctum ante se Thyrum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Cf. *Horat.* 3. *Od.* 1t. 13. Tu potes tigres comitesque silvas ducere — Aliquando ita sumitur pro trahere, ut significet trahere volentem; traho vero invitum ac per vim. *Seneca Ep.* 107. in vers. Duxunt volentem fata, nolentem trahunt. Sic *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 3. 3. 4. Duximus volentes, abducimus invitos. — b) De aereis et liquidis. *Cic. pro leg. Manil.* 12. 33. Quam eos portus, quibus vitam et spiritum duritis, in prædonum potestate fuisse sciatis? *Id.* 10. *Fam.* 1. 1. Optandum est, ut possimus ad id tempus rei publicæ spiritum ducere. Adde *eund.* *Arch.* 12. 20. et 4. *Herenn.* 33. 45. *Id.* 2. *Nat. D.* 6. 18. Aere eo, quem spiritu ducimus. *Id. ibid.* 54. 156. Eaque (arteria) ad pulmones usque pertinet excipiæque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eamdemque a pulmonibus respiret et reddat. *Seneca 3. Benef.* 8. Arentibus siti et vix spiritum per siccas fauces ducentibus monstrare fontem. *Varro* 2. *R. R.* 3. 5. Duxere spiritum naribus. *Horat.* 4. *Od.* 1. 21. tura naribus. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 2. Duxere aquam per fundum alterius. *Horat.* 3. *Od.* 3. 34. succos nectaris. h. e. bibere. *Id.* 4. *ibid.* 12. 14. Liberum. *Id.* 1. *ibid.* 17. 22. pocula. Et figurare *Id.* 2. *Sat.* 6. 62. Duxere sollicitè jucunda oblitiva vita. Sic *Val. Flacc.* 4. 536. oblia. h. e. obliisci. — Huc referri possunt et illa *Scribon. Compos.* 133. Ad hydroponos bene facit chamaelea. Largiter enim aquam ducit. et *ibid.* 158. Dicit enim sanguinem, et dolorem levat. — c) De gladio, qui eductus *Virg.* 12. *Æn.* 378. et auxilium ducto mucrone petebat. *Ovid.* 4. *Fast.* 929. Duxere ferrum vagina. *Sil. It.* 8. 342. vagina ducitur ensis. — d) De sorribus. *Cic.* 2. *Divinat.* 33. 70. Auspicio restant, et sortes ex, quæ ducuntur, non illæ, quæ vaticinatione funduntur. *Id.* 1. *ibid.* 18. 34. Ea, quæ aequatis sortibus ducuntur. *Virg.* 6. *Æn.* 22. stat ductis sortibus urna. *Tac.* 6. *Ann.* 2. Et quis triginta sorte duci. Adde *eund.* 3. *ibid.* 28. et 13. *ibid.* 29. *Sueton.* *Cæs.* 12. Sorte iudex in reum duxit. Adde *eund.* *Aug.* 35. et *Claud.* 6. — e) De iis, quæ manibus ducuntur, ut carri, remi, stamina, etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 6. Qua singuli carri ducentur. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 48. Duxere funem. *Sil. It.* 11. 359. Duxere alicui ferrum per viscera. *Ovid.* 7. *Met.* 119. Suppositosque jugo pondus grave cogit aratri Duxere. *Id.* 1. *Met.* 294. Et ducit remos illic, ubi nuper ararat. *Id.* 4. *ibid.* 31. Aut ducunt lanas, aut stamina police versant. *Id. ibid.* v. 221. Lanis versato ducunt stamina fuso. *Juvenal.* 12. 65. Duxere pensa manu. (Duxere pro nere, vel texere exponunt nonnulli apud *Albinov.* 2. 77. de *Hercule.* Lydia tunicas jussit lasciva fluentes Inter lanificas ducere sape suas. At ibi rectius intelligat pro ferre vel ferendo trahere). Rursus *Ovid.* 15. *Met.* 518. Duxere frena manu. — f) Duxere os est variis modis os vultumque agitare et distorquere ad varios animi motus significandos. *Cic. Orat.* 25. 86. Actio vultu multa conficiens, non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenui, quo sensu quidque pronuncient. *Quintil.* 9. 3. 101. Duxere os

exquisitis modis, et frontis ac hominum inconstanter trepidare. Sic generatim *Ovid.* 2. *Met.* 774. Ingenuit, vultumque imm. ad suspitia duxit. *Id.* 4. *Pont.* 8. 12. Hei mihi, si lectis vultum tu versibus istis Ducis, et affinem te pudet esse meum! h. e. tamquam iratus contrahis. Sic *Martial.* 1. 41. Qui ducis vultus et non legis ista libenter. Huc pertinent et illa *Ovid.* 4. *Met.* 333. alternaque brachia ducens. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 9. illa ducere. *Martial.* 11. 39. suspitia. *Virg.* 4. *Aen.* 463. longas in fletum ducere voces. h. e. edere. — g) *Ducere aliquando dicitur etiam via, equus, navis, et similia.* *Virg.* 9. *Ecl.* 1. Quo te, Mæri, pedes? an, quo via duci, in urbem? *Id.* 1. *Aen.* 401. Perge modo, et, qua te duci via, dirige gressum. *Ovid.* 2. *Fast.* 679. Est via, quæ populum Laurentes ducit in agros. Et absolute, sine Accus. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 20. Brundisium Minuci molius via ducat in Appi. *Ovid.* 3. *Met.* 602. monstraque viam, quæ ducat ad undas. *Id.* 4. *ibid.* 437. iter, Stygiam quod ducit ad urbem. — Ceterum cum Accus. *Horat.* 4. *Od.* 3. 4. non equas impiger Curru ducet Achæaco Victorem. *Id.* 1. *Ep.* 1. 93. locuples, quem dicit priva triremis. *Plin.* 7. *Ep.* 5. Ad diastam tuom ipsi me, ut verissime dicitur, pedes ducunt. — h) *Ducere se in familiari sermone est ire, et præcipue abire, se subducere, aufugere.* *Plaut.* *Amph.* 4. 3. 8. Ad regem recta me ducam. *Id.* *Bacch.* 4. 2. 11. Ducere se ab ædibus. *Id.* *Aulul.* 4. 8. 8. se deorsum de arriere. *Ter.* *Hecyr.* 4. 1. 7. Uxor uti si filiam ire sensit, se duxit foras. *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 32. Balbus questor duxit se a Gadibus. h. e. subduxit, aufugit. — i) *Speciatim in jure ducere dicitur, qui reum ad tribunal, aut ad vincula vel supplicium trahit.* *Liv.* 2. 27. Desperato enim consulum senatusque auxilio, quam in jus duci debitorum vidissent, undique convolabant. — *Plaut.* *Bacch.* 5. 2. 87. Duce nos quo lubet, tamquam quidem addictos. Cf. *Nævius* apud *Cic.* 2. *Orat.* 63. 255. Quantu addictus? mille numerum. Nihil addo: duas licet. h. e. in vincula ducas. Est enim sermo de eo, qui ob cas alienum alteri addicatur, donec solvat: I<sup>st</sup>. ADDICO. Similiter *Cic.* *Flacc.* 20. 48. Addictus Hernippus et ab hoc ductus est. V. *Klotz* ad *Cic.* *oration.* vol. 2. p. 748. et vol. 3. p. 882. Et *Liv.* 6. 20. Quorum bona venire, quos duci addictos prohibuisset. *Id.* 2. 23. Ab creditore non in servitium, sed in ergastulum duci. — *Plaut.* *Capt.* 3. 3. 63. Duce, ubi ponderosas, cressas capiat compedes. *Cic.* 1. *Cat.* 1. 1. et *Nepos Phoc.* 4. ad mortem. *Cic.* 7. *Ferr.* 30. 77. Illos duci in carcere jubent. Adde *Liv.* 6. 14. et *Sueton.* *Cæs.* 20. *Id.* *Sueton.* *Cæs.* 79. in vincula. Cf. *Id.* *Cal.* 27. A calvo ad calvum duci imperavit. — Et omissis ad supplicium, *Curt.* 8. 8. 15. Nos jube duci, ut quod ex tua morte petieramus, consequamur ex nostra. V. *Mützell* ad h. 1. *Sic Seneca* 1. *Ira* 16. Quum iratus duci jussisset eum, qui etc. Adde *Plin.* 10. *Ep.* 97. — j) *Item speciatim refertur ad au- prias: quo sensu — a) Vir dicitur ducere aliquam domum, vel omiso v. domum, uxorum vel in matrimonium. Sic apud Plaut.* *Mil. glor.* 3. 1. 91. Verum ego cum ducam domum, que mihi numquami hor dicat, etc. Sic *Ter.* *Phorm.* 2. 1. 68. Qua ratio inquit potius ducere domum? *Plaut.* *Cas.* prol. 69. Servine uxores ducunt, aut poscent sibi? Adde *eum.* *Cist.* 1. 1. 105.; et *Ter.* *Andr.* 1. 1. 128. et 2. 1. 21. et *Adelph.* 1. 1. 21. et 5. 4. 13. *Cic.* *Sext.* 3. 6. Duxit uxorem optimi viri filiam. *Cæs.* 1. *B.* 9. Orgetorix filiam in matrimonium duaverat. Adde *eum.* 3. *ibid.* 110.; et *Virg.* 8. *Ecl.* 29. — b) *Ducere etiam absolute usurpatur eodem sensu.* *Ter.* *Andr.* 3. 5. 6. Negabon' velle me, modo qui sum pollicitus ducere? Adde *eum.* *ibid.* 2. 3. 5. et *Phorm.* 2. 3. 76. *Cic.* *Sext.* 3. 6. Eo auctore (patre) duxit honestissimi et spectralissimi viri, C. Albini filiam. *Liv.* 4. 4. Quid enim in re est aliud, si plebejam patricium duxerit, si patriciam plebejus? Et figurate. *Ovid.* 10. *Met.* 650. Prelittera est virgo: duxit sua præmia victor. h. e. Hippomenes vicit sua præmia consecutus est. Atalantam enī uxorem duxit. — c) *Ducere obsecno quoque sensu de scortis occurrit apud Connios.* *Plaut.* *Men.* 1. 2. 15., *Most.* 1. 1. 35., *Stich.* 5. 4. 48. et *Truc.* 3. 2. 10. — d) Denique ducere de viris tantum dicitur, ut rubore de feminis: reperitur tamen sequiore Latinis tempore etiam de his. *Impi.* *Antonia.* *Cucaralla* *Cod.* 5. 18. 3. Si ignorans statum Eretis,

ut liberum duxisti et doteum dedisti; etc. — ¶ 4. Item speciatim, frequenter ad rem militarem pertinet; et — a) *Ducere dicitur imperator, qui in bello exercitum ab alio in alium locum, sere adversus hostes, movet.* *Cæs.* 1. *B.* 9. 10. *Ducere exercitum ab Allobrogibus in Segusianos.* *Id.* 2. *ibid.* 41. exercitum locis aperiis. *Id.* 2. *ibid.* 12. in fines Suessionum. *Id.* *ibid.* 13. in Bellovacos. *Id.* 7. *ibid.* 61. reliquias copias contra Labienum. *Id.* 2. *B.* 26. exercitum Utileam. *Id.* 3. *ibid.* 62. cohortes ad eam partem munitionis. *Tac.* 2. *Ann.* 57. partem legionum ipse, aut per filium in Armeniam. — Et passive de milibus *Cæs.* 1. *B.* 9. 40. Quod aut quam in partem, aut quo consilio ducerentur, sibi querendum aut cogitandum potarent. — Activa forma, sed absolute, hoc est sine Accusativo, de ipso imperatore qui exercitum in hostes moveret. sepiissimum usurpat *Livius*, ut 1. 27. Quum Fidenæ aperte descissent, Tullus Metio exercituum ejus ab Alba adeito, contra hostes duxit. Adde *eum.* 1. 23., 9. 35., 22. 15., 23. 18., 31. 38., 40. 25. et alibi. — b) *Hinc ducere est etiam idem ac preesse, imperare.* *Nepos Epam.* 7. Quum in Peloponnesum exercitum duisset aduersus Laridæmonios. h. e. exercitui praefectus esset. Sic *Cic.* *Mur.* 9. 20. et *Nepos Eunien.* 13. *Ducere exercitum.* *Sall.* *Jug.* 55. partem exercitus. *Cic.* 1. ad *Brut.* 8. Cretensi bello, Metello imperatore, octavum principem duxit. *Cæs.* 5. *B.* 9. 35., 6. *ibid.* 38. et 3. *B.* 91. *Ducere primum pilum.* *Id.* 1. *B.* 1. 13. et 3. *ibid.* 104.; et *Sueton.* *Vesp.* 1. ordinem. — Hoc sensu raro admodum occurrit de aliqua exercitus parte, vel de primo agmine. *Tac.* 1. *Ann.* 51. Pars equitum et auxiliaris cohortes ducabant; mox prima legio. *Id.* *ibid.* 64. Deliguntur legiones quinta dextra lateri, unetvicesima in laevum, primi ducendum ad agmen, vicesimanus adversum secuturos. *Curt.* 6. 4. 14. Quadrato tamen agmine et composito ibat. — Levis armatura duebat agmen; phalanx eam sequebatur; post pedites erant impedimenta. — c) *Hinc extra rem militarem ducere ordines dicitur, qui eos regit, apud Cic.* 1. *Phil.* 8. 20.; et *ducere familiam* qui caput familiae est, apud *Cic.* 5. *Phil.* 11. 30., 7. *Fam.* 5. et 4. *Fln.* 16. 45. Sic *ducere classem* (disciplinorum) apud *Quintil.* 1. 2. 24. est classis principem esse. Similiter *ducere foros* dicitur, qui histrionibus præstet, apud *Ovid.* 6. *Fast.* 669., ubi alii leg. choros. — ¶ 5. Item ponitur pro atrahere, contrahere. *Virg.* 9. *Fel.* 49. Duceret apries in collibus uva colorem. Adde *Ovid.* 3. *Met.* 485. *Horat.* 4. *Od.* 2. 59. de vitulo. Qua notam duxit, niveus videri. Cetera fulvis. h. e. a matre duxit. Cf. *eum.* 3. *ibid.* 27. 75. tua sectus orbis Nomina ducet. *Ovid.* 1. *Met.* 102. Mollirique mora, mollitaque ducere formam. *Id.* 4. *ibid.* 65. Fissus erat tenui rimâ, quam duxerat olim. *Id.* 3. *Trist.* 11. 66. Fata citatricem ducere nostra sinu. Sic *Colum.* 3. *R.* 18. 5. Ut maleolus decisus reteriter citatricem ducat. *Quintil.* 1. 2. 18. *Ducere situm.* — ¶ 6. Item est deformando producere, erigere, magna cum arte et ordine facere, effingere. — a) *Generatio.* *Cic.* *Mil.* 28. 75. *Ducere partem* per vestibulum altejins. *Cæs.* 7. *B.* 9. 72. et 73. fossam. *Id.* 1. *B.* 73. vallum ex castris ad aquam. *Colum.* 2. *R.* 18. 27. sulcum. *Horat.* 4. *Od.* 6. 23. muros. *Ovid.* 3. *Met.* 160. arcum. *Virg.* 2. 3. lateres de terra. *Virg.* 7. *Aen.* 634. Aut leves oreas lento ducunt argento. h. e. extendunt, inquit *Servius.* et 6. *ibid.* 849. vivos ducent de mar more vultus. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 140. æra Fortis Ale sundri vultum simulanta. *Plin.* 7. *Hist.* nat. 37. 38. (f25). *Ducere Alexandrum ex ære.* *Quintil.* 10. 3. 18. opus. *Id.* 11. 3. 118. orbem. *Id.* 2. 6. 2.; et *Plin.* 35. *Hist.* nat. 10. 36. (81). lineaem. *Juvenal.* 7. 237. Exigit, ut mores teneros eum pollice ducat. h. e. effingat, instituat. — b) *Speciatim a Poetis carmina duci dicuntur.* *Horat.* 1. *Sat.* 10. 43. forte epos acer. Ut nemo Varius ducit. *Ovid.* 1. *Trist.* 11. 18. Carmina manu trementi ducere. Adde *eum.* 3. *ibid.* 14. 32. et 1. *Font.* 5. 7. *Id.* 5. *Trist.* 12. 63. Nec possum, et cupio non ullos ducere versus. *Propert.* 1. 7. 1. Dum tibi Cadmea ducuntur, Pontice, Thæbæ. h. e. carmina conduntur et celebrantur. Plerique tamen rectius leg. dicuntur. — c) Item de pompis et similibus. Sic *ducere funus alicui*, dicitur proprie de iis, qui in pompa funeralis præront, quales fuisse parentes, conjuges, consanguineos. *Meurs.* docet. *Cic.* *Quint.* 15. 50. Huic acerbissi- mum vivo videantque funus ducitur. Adde *Liv.* 2. 47.; *Virg.* 4. *G.* 256.; *Horat.* *Epod.* 8. 12.; et *Orid.* 14. *Met.* 746. Similiter *Plin.* 8. *Hist.* nat. 42. 64. (154). Defuncto Bucephalo, Alexander dusit exequias. *Orid.* 13. *Met.* 609., 6. *Fast.* 405. et *Heroid.* 12. 152. pompam. *Horat.* 1. *Od.* 4. 5. Jam Cytherea choros ducit Venus. Adde *eum.* 4. *ibid.* 7. 6.; et *Tibull.* 2. 1. 56. *Ovid.* 8. *Met.* 582. et 14. *ibid.* 520. choreas. Cf. *Virg.* 8. *Aen.* 663. casta ducabant sacra per urbem. Pilicis matres in molibus. — d) *Huc pertinent et illa Phœn.* 5. 3. *Ducere* aliqui gravem alapam. *Quintil.* 6. 3. 83. colaphum. *Paul.* *Dig.* 47. 10. 4. pugnum. — ¶ 7. Item in re medica *ducere alvum* est subducere, hoc est cylstere per inferna injecto eletere et purgare. *Cels.* 2. 12. Plerumque alvus Iotoniibus ducenda est. *Id.* 4. 4. a med. Liquanda alvus, interdum etiam ducenda. et *ibid.* 10. Solvere alvum: si aliter non respondet, etiam ducere. Adde *eum.* *ibid.* 3. et 6. 14.

II.) Translate. — ¶ 1. *Generatio.* *Luiret.* 2. 258. quo duci quemque voluntas. *Horat.* 4. *Od.* 8. 34. Liber vota bonos ducit ad exitus. *Id.* 1. *Ep.* 2. 31. Ad strepitum eitharæ cessatum ducere curam. *Id.* *ibid.* 3. 27. quo te celestis sapientia ducet. *Id.* *ibid.* 6. 57. eamus quo ducet gula. *Quintil.* 1. 10. 5. Per quædam parva sane ducunt futurum orationem. *Id.* 12. 1. 26. Popularis error ad meliora ducendus. *Tac.* *Agric.* 6. Iudos et inania honoris medio rationis atque abundantiae duxit. ut lente a luxuria, ita famæ propior. *Al.* *leg.* modo, *al.* moderationis. *F.* ibi *Interpr.* *Poetice Tidell.* 1. 1. 65. Nam neque tum pluma, nec strigula pectora soperem. Nec sonitus placide ducere possit aque. h. e. adducere, afferre, coadiuare. — ¶ 2. *Speciation — c) in bonum partem, duci (namque horum possit re præcipue usurpat) dicitur hominis similes. studium, voluntas, et est impelli. moveri, trahi, alibi.* *Cic.* 2. *Tusc.* 18. 42. Haie ad credendum tua facit oratio. *Nepos Cim.* 1. *Nec magis amore, quam more duci.* *Id.* *Actib.* 5. *Duci caritate patrie.* *Id.* *Dion.* 3. falsa suspicione. *Id.* *Att.* 12. studio philosophie. *Cic.* *Orat.* 32. 115. laude eloquentie. *Id.* *Brut.* 51. 190. benevolenta ductus. *Id.* 1. *Off.* 41. 148. errore. *Id.* 5. *Tusc.* 3. 9. questu et lucro. *Id.* 4. *Ferr.* 58. 143. honore aut gloria. *Id.* *Rosc.* *Am.* 41. 120. Litteris eorum et urbanis Chrysophorus ducitur, ut etc. *Id.* 1. *Off.* 6. 18. Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiarum cupiditatem. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 25. Dicit te species. *Plin.* 1. *Ep.* 10. Sermo est copiosus et varius: ducitur in primis, et qui repugnantes quoque ducunt et impellunt. *Id.* 4. *ibid.* 12. Omnes qui gloria famaque ducuntur. *Quintil.* 4. 2. 28. Nos ducit scholiarum consuetudo. *Id.* 10. 7. 21. Declamatores quosdam perversa ducit ambitio. — b) In malam partem, et active ducere est fallere, decipere, aut irretire. *Plaut.* *Capt.* 1. 2. 7. Hic ille est senex dactus, cui verba data sunt. *Al.* *leg.* doctus. *Id.* *Mos.* 3. 2. 26. Reperi qui sensu ducerent: quo dolo a me dolorem procul peluerem. *Ter.* *Andr.* 4. 1. 20. Etiam nunc me ducere istis dictis postulas? *Id.* *Phorm.* 3. 2. 15. Ut phalerae alctis ducas me. *Propert.* 2. 13. 57. Mentiri noctem: promissis ducere amantem. — Hinc ducere est verbum aequaliter et placentum proprium. *Ovid.* *Heroid.* 19. 13. Nunc voluerem laqueo, nunc pitem ducitis bambo. *Id.* 3. *Met.* 587. calamo salientes ducere pisces. *Martial.* 1. 56. Et pisces tremula sauentem ducere seta. — ¶ 3. Item est derivare, trahere; et dicitur præcipue de origine, principio vel initio, et nomine. *Cic.* *Orat.* 3. 11. Ingressionem non ex oratoriis disputationibus ducere, sed a media philosophia repetere. *Id.* *ibid.* 39. 135. ab eodem verbo sepius orationem. *Id.* *pro leg.* *Manil.* 2. 4. Unde haec omnis causa ducitur. *Id.* 2. *Nat.* D. 21. 57. Ducere principium disputationis ab aliquo. *Id.* 5. *Fin.* 7. 18. exordium viter ab alieua re. *Id.* 2. *Nat.* D. 19. 49. initia causasque omnium ex quatuor temporum mutationibus. *Id.* 9. *Att.* 9. bellum initium a fame. *Horat.* 3. *Od.* 17. 5.; et *Quintil.* 2. 15. 4. originem ab aliquo. *Quintil.* 3. 8. 8. exordium a nostra persona. *Ovid.* 3. *Met.* 257. domus ab Aeneo ducita. *Cic.* *Amic.* 27. 100. Utrumque ducatum est ab amando. *Al.* *leg.* dictum. *Id.* 1. *Scad.* (post.) 11. 41. Duci etiam nomen et aliqua re. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 60. ab oppressa meriliu Carthagine nomen *Quintil.* 1. 6. 3. nomen a Graeco. *Cic.* *Brut.* 60 218. Sermo ductus e perunctione *Qlik.* *Id.*

*Tusc.* 29. 71. Libera contumacia, a magnitudine animi duc̄ta, non a superbia. *Val. Flacc.* 6. 125. Magnanimus nos ductus avis, baud segnia mortis Iara pati. h. e. mos est ab avis deductus etc. ¶ 4. Item est protrahere; et dicitur — a) De iis, quæ tempore sunt, vel de ipso tempore. *Cic.* 7. *Fam.* Sudere instiū, ut bellum ducere. Adde *Ces.* 1. *B. G.* 38., 3. *B. C.* 42. et 2. *ibid.* 18.; *Liv.* 22. 25.; et *Horat.* 3. *Od.* 3. 29. *Ces.* 1. *B. C.* 64. Bellum necessario longius duci. *Id. ibid.* 61. Ducere bellum in biemem. (Pro gerere *Virg.* 8. *En.* 55. Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina. *Servius*: aut geront, aut in longum trahunt. Sed secunda interpretatione rō assidue ostulat. *Nepos Datam.* 8. *extr.* Quum bellum duci majore regis calamitate, quam aduersiorum videret, ad pacem hortatus est.). Ceterum ad protrahendi notionem pertinet et illud *Ces.* 1. *B. G.* 11. Quom longius eam rem ducunt iri existimarent, præsidium Genabi tuendi causa comparabant. *Liv.* 3. 41. Si leniter ducta res sine populari strepitu ad consules redisset, etc. *Cic.* 3. *Verr.* 11. 30. Deinde ita tempus duceretur, ut a *M. Glabrio* prætore et a magna parte horum judicum ad prætorem alium judicesset alios veniremus. *Nepos Themist.* 7. Dedit operam, ut quam longissime tempus diceret. *Ces.* 1. *B. G.* 18. Ducere diem ex die. Cf. *Martial.* 12. 36. aureolos. Possunt ducere qui duas calendas. — b) De personis. *Ces.* 1. *B. G.* 16. Ubi se diutius duci intellexit. — c) De iis, quæ in spatium extenduntur. *Virg.* 9. *En.* 622. nervoque obversus equino intendit telam diversaque brachia ducens Constitut. — d) Et generatim pro agere, vivere, frui. *Cic.* 5. *Fin.* 19. 50. Ducere etiam in litteris. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 202. etiamen. *Virg.* 2. *En.* 641. et *Horat.* *Epid.* 17. 63. vitam. *Virg.* 4. *En.* 560. somnos. *Propert.* 1. 11. 5. noctem. *Plin.* 6. *Ep.* 31. a mcd. noctem jucundissimis sermonibus. ¶ 5. Quum de mercatura et similibus agitur, ducere rationes vel ducere est supputare. — e) Proprie. *Lucilius* apud *Non.* p. 283. 29. *Merc.* Age nonc sumnum sumptus duc, atque æris simul adde alieni. *Forcellinus* legebat: sumnum ducat sui æris simul atque alieni. *Varr.* 3. *R. R.* 16. 11. Ut peræque ducerent. V. PERÆQUE. *Cic.* 5. *Verr.* 49. 116. Non enim dux in hac ratione eos. — xc. mediumnum millia duximus. *Id.* 6. *Att.* 1. 5. Centenarius sexenali ducit. *Id. ibid.* § 16. Diem statu sentis lataam, quam ante si solverint, dico, me centesimes ducetur; si non solverint, ex pactione. h. e. computaturum. *Gell.* 1. 20. Sicuti sit, quum terrena ducuntur. — b) Hinc translate rationem allijcujus ducere est rationem habere, persona aut rei locum dare in judicio ferendo. *Cic.* 3. *Verr.* 48. 126. Homo Ligurem accusare cœpit, qui in re adventicia atque hereditaria tam diligens, tam attentus esset; debere eum ajebat suam quoque rationem ducere; multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. *Id.* ad *Pompej. post ep.* 11. 7. 8. *Att. ad fin.* Quam pacis conditiones ad te afferri viderem, duxi meam rationem, quam tibi facile me probaturum arbitrabar. *Id.* 7. *Fam.* 3. Malum fame sedere, quain salutis meæ rationem ducere. *Id.* *Sext.* 10. 23. Offici rationem in omni vita, non commodi esse ducendam. Adde eum. *Quinct.* 18. 53. *Sueton.* *Aug.* 42. Non minorem oratorum, quam populi rationem ducere. ¶ 6. Hinc ducere frequentissime significat putare, existimare, habere; qua notione *Paul. Diac.* p. 66. 12. *Müll.* vult esse a ἔρω puto. — a) Generatim varijs modis construitur. *Ces.* 6. *B. G.* 21. Deorum numero eos solos ducunt, quos cœrnavi. *Id. ibid.* 23. Qui ex iis seculi non sunt, in desertorum ac preditorum numero ducuntur. *Id.* 6. *ibid.* 31. et *Cic.* 7. *Verr.* 25. 64. Ducere aliquem in numero hostium. *Cic.* 3. *Fin.* 3. 10. Nihil præter virtutem in bonis ducere. *Sall. Jug.* 14. Vos afflant loco ducere. *Quinct.* 5. 9. 10. Signum veteris adjunctum testimonii loco ducitur. *Al. leg.* dicitur. *Cic.* 2. *Fin.* 8. 24. Parvi aliqd ducere. *Id.* 4. *Verr.* 16. 40. Tu ausus es pro nihil praæ tua præda tot res sanctissimas ducere. *Plaut. Capt.* 1. 2. 48. Maluio quam amicu tuum ducis, nunc habe bonum animum. *Cic.* 1. de republ. 28. Architas iracundiam seditionem quanquam apium vere ducebat. *Id.* 4. *Verr.* 41. 100. Quam ducuisse, hanc damnationem duci vos oportere. h. e. hanc non esse putandum damnationem: V. tamquam interps. *Id.* 4. *Herenn.* 20. 28. Neminem praæ se

ducit hominem. *Sall. Jug.* 62. Eorū, quos idoneos ducēbat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 83. Nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt. *Sall. Cat.* 3. Ea pro falsis duci. *Id. ibid.* 12. Innocentia pro malevolentia duci cœpit. *Virg.* 6. *En.* 690. Sic euidem ducēbam animo rebarque futurum. *Cic. Flacc.* 27. 65. Si quis de spirata ducitur. *Nepos Ages.* 3. *extr.* Ut omnium opinione vix duceretur. *Liv.* 8. 31. Ducere se magistrum equum. Sic ducere se esse pro aliquo, *Plauti* modus loquendi est, *Capt.* 2. 3. 76. et *Stich.* 4. 1. 65., h. e. gerere se pro aliquo. — b) Praeidente Genitivo, vel Ablat. cum præpos. ex. *Liv.* 21. 41. Veniam dedimus precentibus; emissimus ex ob sidione; pacem cum victis fecimus: tutela deinde nostræ ducimus, quum Africo bello urgenter. *Id.* 34. 58. Populus Romanus, susceptum patrocinium libertatis Græcorum non deserere, fidei constantia que suæ duciit esse. *Id.* 7. 18. Fidei jam suæ, non solum virtutis ducēbant esse, ut accipissent duo patricii consulatum, ita ambobus patriciis mandare. *Sueton. Tib.* 11. Et quamquam lætus animo, tamen officiū duxit, — evorare filia patrem frequentibus litteris. *Id. ibid.* 25. E republica fideque sua ducere, etc. — c) Cum Gerundio, aut cum Infinito esse, ut apud *Cic.* 1. *Fam.* 6. Quæ ne tu quidem unquam timenda duxisti. *Id. pro leg. Manil.* 1. 2. Ei quoque rei fructum suo judicio tribuendum esse ducerunt. *Id. ibid.* 7. 17. Vectigalia nervos esse reipublica semper duximus. Cf. *Id.* 4. *Fam.* 7. Que non aliena esse duxerem a dignitate tua. — Et omissu esse. *Cic.* 1. *Off.* 6. 18. Labi autem, errare, nescire, decipi et malum et turpe ducimus. *Justin.* 15. 2. 15. Dum privatum singulorum, non coniuncte universorum bellum ducunt. Cf. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 32. (59). Plurique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem aquarum. — d) Duxere laudi est laudi dare, laude dignum putare. *Ter. Adelph.* *prol.* 5. Laudin' au vitio duci id factum oporteat. *Nepos præsat.* Laudi in Græcia ducitur adolescentulis, etc.

DUCTABILITAS, atis, f. 3. animi imbecillitas, qua quis se facile circumduci et ducari sinit. *Accius* apud *Non.* p. 150. 13. *Merc.* Eo plectuntur poetae, quam suo vitio, sibi ductabilitate vestra, aut perperitudine.

DUCTARIE, adverb. ductando, cunctando, remissse, et dicitis causa agendo. *Plaut. fragm.* apud *Festum p.* 169. 3. *Müll.* Nave agere oportet, quod agas, non ducaric. *Al.* exponunt nave et remis, non fune trabendo. *Alii*, quos inter et *Müll.*, *leg.* ducari, h. e. non pati ut lente ducaris.

DUCTARIUS, a, um, adject. idem ac ductilis, ut Ductarius lunis, qui per orbiculos trochilem trajicitur, et inde ad ergatam. *Vitruv.* 10. 2., 3. et 5.

DUCTILIS, e, adject. qui facile duci atque extensis potest. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 20. (94). Es regulare obsequitur malleis, ab aliis ductile appellatur. — Ductile Ounen aquæ riguæ, apud *Martial.* 12. 31. est rivus a flumine derivatus ad irrigandos hortos. — Ductilem scenam *Servius* ad *Virg.* 3. 6. 24. vorat, quam tractis tabulatis hac et illac species pictura nudabatur interior. V. VERSILIS.

DUCTIM, adverb. ducento. *Plaut. Curc.* 1. 2. 12. Invergere in me liquores tuos sino ducim. h. e. atque atque, non respirando: quod aviditatibz bibendi notat et copiam; nos dicimus una bona tirata. Alii exponunt cum mora et paulatim, ut diuturnior sit voluptas. *Priscian.* priori interpretationi favere videtur; sit enim 15. p. 1005. *Putsch. Cursim* a cursu, ducim, atque atque, a ducu. Ceterum V. *DUCO* J. 1. b. *Colum.* 4. *R. II.* 25. 2. Major pars operis in vinea ducim potius, quam cesim facienda est. h. e. duci faleis, non iactu, ut mox ipsem exponit.

DUCTIO, ònis, f. 3. ducendi actio. *Vitruv.* 10. 19. Ductiones et reductiones rudentium. *Id.* 1. 1. Aquarum ductiones. h. e. deductiones, derivationes, aquæductus. *Cels.* 4. 24. *extr.* et 2. 12. Atri ductio. h. e. subductio. *Ulp. Dig.* 43. 29. 3. Hoc interdictum pertinet ad ductionem, ut ducere quis possit eos, in quos habet jus ductionis. h. e. redigendi, in suam potestatem.

DUCTITO, at, avi, ètum, are, a. t. frequentat. a duo: et tribus diversis occurrit significationibus, de quibus V. in DUCO.

I.) Proprie. ¶ 1. Est magne ostentatione ducere. *Plaut. Rud.* 2. 1. 26. Versus illic ductilavit, quis quis est. h. e. viatoris artem exercuit. ¶ 2. Item

de uxore. *Id. Pien.* 1. 2. 60. Quasi bella sit, quasi campse reges ductitent. h. e. uxorem ducunt, vel ducere cupiant.

II.) Translate est decipere. *Plaut. Epid.* 3. 2. 15. At ego follitum ducitabo. h. e. ducabo, fallam, sole argenti strudabo.

DUCTO, as, avi, ètum, are, a. t. frequentat. a duci; vel per syncopen a ductito. Part. *Ductans* l. t. — Ducto est sæpe duco, vel huc illuc duco.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Most.* 3. 2. 157. Istum, puer, circumduce hasce ædes et clavias; nam egomet ductarem, nisi etc. *Ter. Adelph.* 4. 7. 34. Tu inter eas restim ductas saltabis. *Sall. Cat.* 19. Ductare equites in exercitu. *Id. Jug.* 38. exercitum per saltuosa loca. *Tac.* 2. *Hist.* 100. Exercitui, quem ipse ductaverat. — Porro de hac loquendi ratione, ductare exercitum, ita *Quintil.* 8. 3. 44. Vel hoc vitium sit, quod κακόποτα vocatur: sive malæ consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus est, ut ductare exercitum, et patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte et antique, ridetur a nobis, si diis placet: quam culpam non scribentur quidem judico, sed legentum etc. Haec *Quintil.* Et quidem in altera phrasí cacophatum facile deprehenditur, si in tō bellum de pusione intelligas: at in priore non satis patet, nisi dicas ductare ideo in obscenū habitum esse, quia frequenter dicebant ductare amicam, scortum, ut est apud *Plaut. Asin.* 1. 3. 12. et 5. 2. 13. et *Ter. Phorm.* 3. 2. 15.; vel si respiciatur ad locum *Juvenal.* 6. 237. Sunt qui putant latere obscenū in tō exercitum, quasi notari possit ο κινδυδός εἰ τοῖς ναϊδοῖς exercitatus, vel ut sit supinum verbi exercere: unde exercere scortum dixit *Plaut. Amph.* 1. 1. 132.: quare ductare mulierem est eam obscenæ palpare, ut putat el. *Furlanetto* in suis MSS. ad h. 1. ¶ 2. Hinc dicitur et de concubinis. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 46. et *Ter. Phorm.* 3. 2. 15. Ductare amicam h. e. ducere et secum habere. Adde quæ dicta sunt sub 1. et locc. *ibid. citi.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro decipere. *Plaut. Capt.* 3. 4. 109. et 3. 5. 97. Ductare quem dolis. h. e. decipere, fallere. Sic *Id. Men.* 4. 3. 20. Nisi feres argumentum, frustre me ducare non potes. *Id. Mil. glor.* 2. 1. 6. Labiis ductare aliquem. h. e. deridere, ducento os et distorquento. ¶ 2. Occurrat et pro aestimare. *Plaut. Pers.* 4. 4. 85. Omnes pro nihil esse duci quo fuit. h. e. nihil.

DUCTOR, òris, m. 3. qui ducit, qui ordines in militia duci, qui præst exercitui, dux belli, etc. *Lucret.* 5. 1309. Et validos Parthi præ se misere leones Cum ductoribus armatis sævisque magistris. *Cic.* 1. *Tusc.* 37. 89. Non modo ducentes nostri, sed universi exercitus ad non dubiam mortem concurre. *Virg.* 4. G. 88. Ductores apum. h. e. reges. *Id.* 6. *En.* 334. Doctor classis. *Id.* 2. *ibid.* 14. Danuim. *Id.* 5. *ibid.* 249. Ipsi præcipios ductoribus addit honores. *Liv.* 1. 28. Doctor itineris hujus. *Id.* 7. 41. ordinum. h. e. centurio primi pilii. *Id.* 10. 21. primus omnium. *Id.* 22. 61. Carthaginensium, *Sueton. Tib.* 6. turmae puerorum majorum. *Stat.* 3. *Sitc.* 5. extr. Tiberis duxor aquarum h. e. Fluviorum rex, ut a *Virg.* dicitur Fridanus. — Doctor ferreus insularis apud *Auctor. Priap.* 33. est qui ferrum ducit et elaborat in insulis, ubi metallæ ferraria sunt: g. in Illy insula maris Tyrheni, ad quam fortasse *Auctor* iste respicit.

DUCTUS, a, um. V. DUCO.

DUCTUS, us, m. 4. ducendus actus, ductio.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 4. 427. Portieus equalis quamvis est ducique duci. h. e. recta, æqualli parietum et columnarum distantia. *Cic.* 2. de republ. 6. Cujus is est tractus ductosque muri — definitus ex omni parte arduis præruptisque montibus etc. *Id.* 2. *Legg.* 1. 3. Ductus aquarum, quos isti nilos et europeos vocant. Adde eum. 2. *Off.* 4. 14.; et *Plin.* 10. *Ep.* 46. (Ductum absolute pro aquæductu sepius usurpat *Frontin. Aquæducti*). *Cic.* 5. *Fin.* 7. 47. Qui ductus oris, qui voltus in quoque sit. h. e. quæ oris lineamenta. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 74. (194). Purgatum puramque glibbam artificum ingento varie distribui in venas duciisque macularum. *Id.* 8. *ibid.* 3. 3. (6): ei *Quintil.* 1. 1. 25. Ductus litterarum. — Pertinet apte ad cedentes seantesque. *Seneca Ep.* 47. Alius pretiosus aves stolidi, gaudens et elunes, certis ductibus circumfereat eruditam manum; in frusta excu-

*lit. Colum. 4. R. II. 25. 3.* Utilior putatio est, quæ ductu faleis, non ictu conficiuntur. — Eleganter de dracone aureum vellus custodiente, *Val. Flacc. 7. 167.* Qui nemus omne suum, quicque aurea (respicere porro) Vellera tot spiris circum, tot ducibus implet. ¶ 2. Speciam de gubernatione exercitus. *Cæs. 7. B. G. 62.* Ipsum Cæsarem, cuius ductu sæpenumero hostes superassent, adesse existimarent. *Id. 1. B. C. 7.* Hortatur, cuius imperatoris ductu novenu annis rempublicam felicissime gesserint plurimaque prælia secunda fecerint, etc. *Cic. pro leg. Manil. 21. 61.* Pompejus rem optime suo ductu gessit. *Id. Harusp. resp. 2. 3.* Quique suo ductu et imperio, cruento illo atque funesto, supplicia a sociorum membris prohibere non poterunt. *Id. 3. Fam. 11. a med.* Omnes vires civitatis se ad Pompeji ductum applicaverunt. *Auct. B. Alex. 43.* Res secundas ductu aususque suo gesserat. *Vellej. 2. 78.* Virtute et ductu Ventidii. Adde *Tac. Agric. 5.*; et *Sueton. Vesp. 4.* Similiter *Vellej. 2. 115.* Non jam ductu, sed manibus atque armis ipsius Cæsaris. h. e. non iam presentia et consilio solum, sed opera, labore, virtute pugnandi. — Jungitur et cum auspicio, ut apud *Plaut. Amph. 1. 1. 41.* Gessit rempublicam ductu, imperio, auspicio suo. Adde *Liv. 3. 42. 5. 46.*, *S. 31.*, *10. 7.* et alibi; et *V. AUSPICIUM.* — Interdum *ductus* est proprius ducis, qui nomine et auspicio Imperatoris Romani bellum egit. *Tac. 2. Ann. 41.* Ob recepta signa cum Vero amissa ductu Germanici, auspiciis Tiberii. *Sueton. Aug. 21.* Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis Cantabriam, Aquitaniam, etc. *Curt. 6. 3.* Quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioque domui. — *Ductus imperiumque semel tantum occurrat apud Curt. 5. 1. 1.* Quæ interim ductu imperioque Alexandri vel in Græcia, vel in Illyriis ac Thracia gesta sunt, etc. *V. Mützell.* ad h. l.

II.) Impropius apud rhetores. *Quintil. 4. 2. 53.* Est quidam etiam ductus rei creditibilis, qualis in comedisi et in mimis. h. e. conexio apta rerum, quarum una aliam consequitur eique cohæret. *Id. 9. 4. 30.* Totius dactus hic est quasi mucro. h. e. *rapto-*

*DUDUM* adverb. Volunt esse a diu pro die et dum; et est nuper, jam, antea (It. tempo fa, già, per lo innanzi; Fr. auparavant, jadis, autrefois, il y a quelque temps; Hisp. antes, en tiempo pasado; Germ. vor einer Weile, vorhin; Engl. a while ago). Dicitur autem ¶ 1. De exigu tempore praeterito, sed incerto (ut *Donatus* docet ad *Ter. Andr. 3. 4. 3.*) *Plaut. Amph. 1. 1. 231.* Ego sum Sosia ille, quem tu dudum esse aiebas mihi. *Id. ibid. 2. 2. 50.* Quid tu me deridiculi gratia sic salutas atque appellas, quasi dudum non videris? Adde *eund. 2. 1. 73.* et *3. 2. 35.* *Ter. Andr. 3. 4. 12.* Narro huic, quæ tu dudum narrasti mihi. Adde *eund. Heaut. 3. 3. 34.* et *4. 5. 38.* *Cic. 2. Orat. 65. 262.* Dixi dudum, materiam aliam esse joci, aliam severitatis. *Id. 11. Att. 24.* Quæ dudum ad me, et quæ etiam ante bis ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse vera. Adde *eund. 1. Tusc. 31. 76. Virg. 5. En. 650.* Ipsa cogomet dudum Beroen digressa reliqui *Egram.* Adde *Stat. 1. Theb. 670.* — Et de brevissimo tempore praeterito. *Liv. 24. 39.* Milites intenti dudum ac parati. *V. integrum locum.* ¶ 2. Item de tempore praeterito paulo longiore, quum praescuti opponitur. — a) Absolute. *Plaut. Pæn. 1. 3. 6.* Trecentos philippos Collybisco villlico dedi dudum, priusquam me evocasti foras. Adde *eund. Buch. 4. 9. 95.*, *Epid. 3. 1. 54.*, *Pseud. 4. 7. 104.* et *Truc. 4. 3. 29.* *Ter. Andr. 5. 1. 21.* Credo; et id facturas, Davus dudum prædicti mihi. *Id. ibid. 3. 4. 3.* Dudum non nihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem, quod volgus servorum solet, dolis ut me deluderes. *Cic. 4. Fam. 5.* Dudum enim circumdro, quod devorandum est. Adde *eund. Brut. 72. 252. Virg. 10. En. 599.* Pluribus oranti *Æneas:* Haud talia dudum dicta dabas: morire et fratrem ne desere frater. *Justin. 3. 4. 9.* Ut sicut dudum patrem ejus noscendi auctorem habuissent, sic ipsum spei ac dignitatem suæ haberent. — b) Cum oppositis part. nunc, nunc demum, ut apud *Plaut. Amph. 3. 2. 13.* Atque ille dudum meus amor negotium insonti exhibuit; nunc autem insonti mihi illius ira in hanc et maledicta expertent. *Id. Epid. 3. 4. 22.* Nunc demum scio ego hunc, qui sit; quæ dudum Epidicus mihi prædicavit militem.

Adde *eund. Men. 5. 1. 29.*, *Mil. glor. 2. 4. 52.*, *Most. 1. 3. 100.* et *Iud. 4. 4. 78.* *Ter. Andr. 5. 1. 5.* Oro, Chremi, ut beneficium verbis initam dudum, nunc re comprobet. Adde *eund. Eun. 4. 4. 16. Cic. Brut. 36. 138.* Ut dudum ad Demosthenem et Hyperidem, sic nunc ad Antonium Crassumque pervenimus. *Virg. 2. En. 726.* Et me, quem dudum non ulla injecta movebant Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graji; Nuac omnes terrent aura. Adde *eund. 12. ibid. 632.* — c) Apud *Plautum* jungitar particulis ut et quam. Sic *Aulul. 4. 8. 5.* Ut dudum bin abii, multo illuc adveni prior. *Id. Bacch. 4. 9. 33.* Dudum primo, ut dixeram nostra seni mendacium. Adde *eund. Capt. 3. 1. 18.* et *Cist. 4. 2. 44.* *Id. Men. 2. 3. 41.* Scilicet qui dudum tecum venit, quam pallam mibi detulisti. Adde *eund. ibid. 5. 1. 1.* — Et sine part. *Id. Merc. 2. 3. 129.* Is se ad portum dixerat ire dudum. — d) Cum negat, haud vel non, est haud longum tempus præterit, ex quo etc. *Plaut. Pers. 4. 3. 28. ro.* E Persia ad me allata sunt modo ista. do. Quando? ro. Haud dudum. *Id. Pæn. 1. 2. 103.* Non dudum ante lucem. — e) Quam dudum? hoc est, quamdiu, quantum temporis præterit, etc. *Plaut. Stich. 2. 1. 38.* Vide, quam dudum hic esto et pulso? *Ter. Eun. 4. 4. 29. do.* Venit Chærea. *rh.* Frater ne? do. Ita *rh.* Quando? do. Hodie. *rh.* Quam dudum? do. Modo. *Id. Andr. 5. 2. 29.* Modo introii. si. Quasi ego, quam dudum, te rogem. Et omissa interrogative, *Cic. 14. Att. 12. sub fin.* Quam dudum nibil habeo, quod ad te scribam: scribo tamen. *Alii, inter quos et Orellius, leg.* quamquam dudum. — f) Jam dudum et jam dudum longius spatum designat, quam dudum, et certius: semper tamen de non longo tempore dicitur; et significat rem jam esse incepit ac nondum desitam. *Plaut. Trin. 4. 3. 3.* Jam dudum factum est, quam abiisti domo. *Cic. Cluent. 23. 63.* Vocat me alio jam dudum tacita vestra expectatio. *Id. Amic. 22. 82.* Ea, quam jam dudum tractamus, stabilitas amicitiae. — *Priscian. 15. p. 1018.* *Putsch.* adverbium dudum refert inter ea, quæ diversorum temporum sunt, ut *olim*, *quondam*. Itaque de præsentis etiam tempore dicitur, ut in illo *Virg. 2. En. 103.* jam dudum sumite penas. Aut quod *Serrius* exponit, modo, vel quamprimum. Sic *Ovid. 1. Art. am. 317.* ingenti jam dudum de grege duci Jussit. *Id. 2. ibid. 457.* Candide jam dudum eingantzur colla lacertis. *Val. Flacc. 6. 456.* visa jam dudum proslit altis Diva toris. Adde *Sene. Med. 101.* — Et de futuro pro mox. *Stat. 6. Theb. 855.* de *cupressu*, urgentes cervicem inclinat in Austros, Vix sese radice tenens, terraque propinquat, Jam dudum ætherias eadem redditura sub auras.

DÜELLA, *æ, f. 1.* (duo) pars tertia est uncia, et duas sextulas continet: unde nomen. *Rhemn. Fann. de ponderib. et mens. 23.* Sextula cum dupla est vertices direx duellam. *Balbus de asse § 15.* Semuncia est medietas uncia, duella tertia pars, sicilicus quartus.

DÜELLATOR, *ōris, m. 3.* vetus forma pro *bellerator:* a duellum bellum. *Plaut. Capt. prot. 68.* Domini duellue duellatores optimi.

DÜELLICUS, *a, um, adjct.* vetus forma pro *bellericus:* a duellum bellum. *Plaut. Epid. 3. 4. 14.* Quem memorant arte duellica divitias magnas indepiunt.

DÜELLIS, *is, m. 3.* hostis apud veteres. *Arnob. 1. 16.* Cur duelles quam percunt, lœvum augurium non sum?

DUELLUM, *i. n. 2.* *Duellūm* pro duellorum habet *Ennius:* *V. infra.* — *Duellum* est antiqua vocabuli forma pro bellum; veteres enim du poneant pro b: sic legitur duonum pro bonum, et duis probis, ut sit *Cic. Orat. 45. 153.*; *Varr. 5. L. L. 73.* et *7. ibid. 49. Müll.*; *Quintil. 1. 4. 3.* et *Priscian. p. 1263.* *Putsch.* Ratione vero habita etyma, est a duo, videlicet, ut ait *Paul. Diac. p. 66. 17.* *Müll.*, quod duabus partibus de victoria contendentibus dicimatur. — Occurrat aut apud veteres, aut apud recentiores, quoties ea referantur, que antiqua sunt vel antiquitatem sapient. *Ennius* (in fragm. collect. a *P. Merula*) *1. Ann. 1.* Horrida Romulæ certamina pango duellum. *Id. 16. ibid. 19.* duellis. *Plaut. Asin. 3. 2. 13.* Quæ domi duellique fecisit. *Id. Amph. 1. 1. 34.* Duello extincto maximo. *Cic. 2. Legg. 8. 21.* quicunque agent rem dveelli quicunque

POPVLAREM, AVSTRICVM PRÆMONENTO OLIMQUE OBTEMERANTO. *Id. ibid. 18. 45.* ex Platone. Jam res ptoque ferrum, duelli instrumenta, non fani. *Vetus formula* apud *Liv. 1. 32.* Puro ptoque duello querendas censeo, itaque consentio concisque. *Alia formula rogationis* apud *eund. 22. 10.* Si res publica populi Romani Quiritium ad quinquenniora proximum, sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis, — quod duellum populo Romano cum Carthaginensi est, queque duella cum Gallis sunt, qui eis Alpes sunt etc. Adde *eund. 23. 11. 40. 52.* et *36. 2.* in quo postremo loco al. leg. bellum. *Horat. 3. Od. 5. 38.* Faciem duello miscuit. *Id. 4. ibid. 15. 8.* Vacuus duellis Janus. *Id. 1. ibid. 14. 18.* Et cadum Marsi memorem duelli. *Id. 1. Ep. 2. 7.* Græcia barbaria lento collisa duello. — Et de prælio. *Horat. 2. Ep. 2. 97.* Cædimur, et toutdem plagi consumimus hostem Lento Sammites ad lumina prima duello.

DÜELLUS, *a, um, adjct.* idem quod bellus, apud veteres, ea ratione, qua dictum est in voce preced. *Titinius* apud *Non. p. 210. 5.* *Merc.*, item *Quintil. 1. 4. 15.* sed uirobique alii aliter legunt; et quidem rectius. Addunt quidam verba hæc *Nærit:* Facies virginis duella.

DÜCENSUS dicebatur cum altero, idest cum filio, census. *Paul. Diac. p. 66. 14.* *Müll.* Ceterum duicensus contrarius esse videtur improbus, de quo *Id. Paul. p. 108. 12.*: antiqua vocabula censoria.

DÜIDENS hostia bidens. *Paul. Diac. p. 66. 16.* DÜGINTI pro viginti dixisse veteres. testatur *Hygin. loc. cit. in CABDO.*

DÜIM, *is, it.* *V. DO* sub init.

DÜINI. *V. QUADRINI.*

DÜIS pro bis. *V. BIŠ* sub init.

DÜITÆ, *ērum, m. plur.* i. heretici Mandocis sectatores, qui duos deos esse docuerunt, honorum auctoerum alterum, alterum malorum. *Prudens præf. Hamartig. 37.* Docet Duitas discrepare a spiritu.

DÜITAS, *ēris, f. 3.* numerus duorum. *Labeo* apud *Jabolen. Dig. 50. 16. 242.* Viduam sic dictam esse putat, quasi *vecors*, *vesanus*, qui sine corde, aut satiate est: similiter viduam esse dictam sine dultate. *V. VIDUUS.*

DÜITOR pro dator. *V. DO* sub init.

DULCACIDUS, *a, um, adjct.* mixtum quendam saporem habens ex dulci et acido. *Seren. Sammon. 11. 151.* Crudave dulcacidio miscerbis rapa liquori. Adde *eund. 32. 607.*

DULCATOR, *ōris, m. 3.* qui dulcat. *Paulin. No- lan. carn. 23. 237.* dulcator fontis amari.

DULCATUS, *a, um.* *V. DULCO.*

DULCEB, *adverb.* *V. DULCIS* in fin.

DULCEBO, *mīs, f. 3.* sapor dulcis (It. dolcerra; Fr. douceur; Hisp. dulzura; Germ. die Süßigkeit; Angl. sweetness).

1.) Proprie. *Plin. 25. Hist. nat. 6. 30.* (66). Radix amara cum quadam dulcedine. — *Fæcilius* buc retulit etiam illa *Liv. 5. 33.* et *Plin. 14. Hist. nat. 22. 28.* (137), quæ infra sub H. a. 127 runtur.

II.) Translate dicitur de quacunque suavitate et jucunditate, et occurrit — 1.) In singulari numero, et quidem — a) Cum Genitivo rei. *Lucret. 6. 1265.* Interclusa anima nimis ab dulcedine aqua. *Id. 5. 33.* Eam genito traditam foma, dulredine fragum matimeque vini, nova tum voluptate, captam, Alpes transisse. *Plin. 14. Hist. nat. 22. 28.* (137). Tanta dulcedine (vini), ut magna pars non aliud vite praemium intelligat. *Cic. 4. Herenn. 21. 29.* Dulcedo avium. h. e. avium canentium. *Id. 2. Legg. 15. 38.* Dulcedine (cantus) et corruptela depravati mores. *Ovid. 1. Met. 709. vocis. Cic. 3. Orat. 40. 161.* orationis. *Ovid. 1. Pont. 2. 119. lingue. Justin. 4. 1. 17. fabulæ. Cels. 6. 6.* Oculi magnam partem ad ritæ simul et usum et dulcedinem conferunt. *Cic. Arch. 10. 24.* Dulcedine glorie commoveri. *Virg. 31. En. 538.* amoris. *Cic. 1. ad Q. fr. 2. 2.* iracundia. *Liv. 9. 14. ira. Id. 5. 6.* molestia ejus. *Id. 2. 42.* agraria legis. *Matius apud Cic. 11. Fam. 28.* Honoris et pecunie dulcedine capi. *Justin. 5. 5. 2.* et *32. 3. 12.* prædæ. — Et cum Gerundio. *Brutus* ad *Cic. inter ep. 1. ad Brut. 16. ad fin.* Dulcedo vivendi. *Liv. 5. 13.* Dulcedo invasit plebejos crendi. *Id. 6. 41.* Dulcedo prædandi. *Plin. 2. Ep. 5. extr. loquendi cum aliquo.* Alter *Plin. 29. Hist.*

*not.* 1. 8. (18). sperandi pro se. *Id.* 8. *ibid.* 57. 82. (222). surandi. *Id.* *ibid.* 25. 37. (90). scabendi. — b) Absolute, hoc est sine Genitivo, dicitur — Generatum. *Lucret.* 2. 971. Aut aliquem fructum capiant dulcedinis alius. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 114. Sensus omnes dulredine quasi perfusi. Adde *eund.* *ibid.* 13. 39. *Virg.* 4. G. 53. hinc nescio qua dulcedine letet Progeniem nidosque fovent. Adde *eund.* 1. *ibid.* 412. *Cell.* 9. 9. Verba non translatica, sed nativæ cujusdam dulcedinis. — Speciatim de scabie, vel prurigine, quia scalpeudo dulcedinem quamdam experimur. *Grat.* *Cyneg.* 408. si deformis lacerum dulcedine corpus Persuicit scabies. *At. aliter leg.* Cf. *Cic.* 1. *Legg.* 17. 47. Blanditiis voluptatis corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie carent, non cernimus satis. — 2.) In plurali numero. *Vitrav.* 7. *præfat.* Reges Attalici magnis philologis dulcedibus inducti.

DULCEO, es, n. 2. vel *rectius*

DULCESCO, cescis, cū, cescere, n. 3. Part. *Dulcescens*. — Dulcesco est dulcis filo.

1.) Proprie. *Cic.* *Senect.* 45. 53. Primo est percerba gustui, deinde maturata dulcescit. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 41. (85). Omnis saepluvia dulcescit. *Id.* *ibid.* 19. 22. (127). A flumine Histro in Hadriam effluente e Danuvio amne, eodemque Histro exadversum Padi fauces, contrario eorum percussu mari interjecto dulcescente. *Paulin.* *Nolan.* *carm.* 17. 23. unda missa dulcuit ligno. — Pro dulceo diverso dulce, ut pro seruo fero, strideo strido et alia: vel potius hæc ipsa dulceo, seruo, strideo, in quibusdam personis ac temporibus usurparunt in tertia conjugatione. *Lucret.* 2. 473. Humor dulcit, ubi per terras erubris idem Percolatur. *Est qui legit dulcis: item qui dulcet.*

II.) Translate. *Capell.* 3. p. 58. L lingua palatoque dulcescit. *At. minus rectie leg.* succrescit. V. *Kopp.* ad h. 1.

DULCIĀ, örum, n. plur. 2. placenta dulces. *Lamprid.* *Elagab.* 27. Dulciarios et lactarios tales habuit, ut quæcumque coqui de diversis edulis exhibuerint, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent. *Id.* *ibid.* 32. Alia de pomis, alia de dulcibus, alia de opere lactario. Adde *Vopisc.* *Tuc.* 6.; et *Prudent.* *Psychom.* 429.

DULCIĀRIUS, a, um, adjec. ad dulcia pertinens. *Marital.* 14. 222. in *temnate* et *Aput.* 10. *Met.* *Pistor dulciarius*. — Hinc

Dulciarius, fi, m. 2. absolute, substantivorum more, (subaudi pistor, vel coquus, vel artifex etc.) est qui panes, et mellita concinnat eduliam. *Lamprid.* *Elagab.* 27. Dulciarios et lactarios tales habuit, ut etc. Adde *Trebell.* *Claud.* 14. et *Veget.* 1. *Milit.* 7.

DULCICŪLUS, a, um, adjec. diminut. a dulcis. *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 46. Denus scutellam dulcieulæ portionis. — In blanditiis amantum. *Plaut.* *Pœn.* 1. 2. 17. Dulciculus caseus.

DULCIFER, fera, ferum, adjec. (dulcis et fero) qui dulcedinem assert, dulcis. *Plaut.* *Pseud.* 5. 1. 18. Cantharum dulciferum propinare. *Ennius* apud *Charis.* 1. p. 103. *Putsch.* Dulcifera fera.

DULCIFLŪS, a, um, adjec. dulciter et suaviter fluens. *Dracón.* *Hexam.* 164. Pars dat dulcifluis undantis fontibus agri.

DULCILŌQUUS, a, um, adjec. dulcia loquens. *Auson.* *Edyl.* 20. 4. Dulciloquos calamus Euterpe statibus urget. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. ante med. Dulciloqua ars Orphici. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 1. Dulciloquus Homerus.

DULCIMŌDUS, a, um, adjec. dulcisonus. *Prudent.* *Psychom.* 664. resultant *Mystica dulcimodis virtutum carmina psalmis.*

DULCINERVIS, e, adjec. ut Dulcinervis arcus, apud *Capell.* 9. p. 310.

DULCIOLA, örum, n. plur. 2. diminut. a dulcia, crustula, parva placentia. *Apul.* 4. *Met.* Mellitis dulciolis ventrem saginare.

DULCIORĒLŌQUUS, a, um, adjec. qui dulci ore loquitur. Ita *Nævius* Nestorem dixit apud *Cell.* 19. 7.

DULCIS, e, adjec. Comp. *Dulcior* et Sup. *Dulcissimus* I. et II. — Ratione habila etyndi, dulcis ronjungi potest cum Gr. γλυκός; dulcis facta metathesi litterarum et mutatione litteræ γ in δ (*V. CLUCIDATUM*); vel rectius fortasse cum Gr. ζεῦχος γενι blandiri, mitigare; vel etiam cum Gr. δευκος iauis: V. *Döderlein.* *Latin. Synonym.* vol. 3.

p. 256., et cf. *In-dulgeo*. Alli vero putant esse ab antiquis *délites*, quia delicit, h. e. alicet, delectat. — Ceterum dulcis est suavis, qui gustum grata ac suaviter delectat (It. *dolce*, *soave*; Fr. *doux*, *agrable*; Hisp. *dulce*; Germ. *süss*, *lieblich*; Angl. *sweet*, *pleasant*, *luscious*, *delicious*).

1.) Proprie. — a) Amaro opponitur apud *Plaut.* *Cist.* 1. 1. 72. Gustu dat dulce, umarum ad satietatem usque oggerit. Et *Cic.* 3. *Nat.* D. 13. 32. Animal sentit calida et frigida, et dulcia et amara. — b) Cum suavi conjungitur apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 27. 32. (107). Siquidem inest ei (saci*i*) quod tamen jure dici dulce et pingue et suave non possit. — c) Jungitur pluribus Substantiis, quorum praincipia hæc sunt. *Plaut.* *Asin.* 3. 3. 24. et *Truc.* 2. 4. 20.; et *Lucret.* 1. 946. et 4. 22. Dulce mel. *Lucret.* 6. 891.; et *Auct. B. Alex.* 8. et 9. aqua. *Lucret.* 5. 1376.; et *Horat.* 2. *Sat.* 5. 12. poma. *Horat.* 3. *Od.* 1. 19. sapor. *Id.* *ibid.* 12. 2. vinum. *Id.* *ibid.* 13. 2. merum. *Id.* *Epod.* 2. 47. dolium. *Id.* 2. *Sat.* 4. 64. olivum. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 37. (103). Herba gustu dulcis. *Ovid.* 13. *Met.* 795. matura dulcior uva. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 20. (92). Dulcissimus panis. — d) Neutr. dulce absolute, substantivorum more. *Ovid.* 5. *Met.* 449. lyniphameque roganti Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta. V. *COGETUM*. Cf. *Plaut.* *Pseud.* 2. 4. 50. Si opus siet, ut dulce promat indidem, ecquid habet? Cf. *DULCIA* loco suo.

II.) Translate dicitur de omnibus, quæ quoquo modo jucunda et grata sunt. — 1.) De rebus et de abstractis. — a) Cum suo nomine. *Plaut.* *Pseud.* 2. 4. 2. Dulcia atque amara apud te sum elocutus omnia. Cf. *Id.* *ibid.* 1. 1. 61. Dulce amarumque una nunc misces mihi. Gr. γλυκόπαρον. *Id.* *Truc.* 1. 2. 78. Dicta dulcia datis, corde amara facitis. *Lucret.* 2. 997. Dulcis vita. *Id.* 5. 987. lumina vita. *Cic.* *Brut.* 21. 83. Oratione Lælii nihil est dulciss. *Id.* 1. *Off.* 1. 3. Orator patum vehemens, dulcis tamen. *Id.* 7. *Verr.* 63. 163. Dulce nomen libertatis. *Id.* 15. *Att.* 13. 3. Libertate certe nihil est dulciss. *Id.* *ibid.* 13. 4. Dulcissima epistola. *Nepos Att.* 18. Quibus libris nihil potest esse dulciss iis, qui etc. h. e. nihil lecti et cogniti jucundius et delectabilius. *Horat.* 1. *Od.* 9. 15. Dulces amores. *Id.* *ibid.* 1. 2. Dulce derus meum. *Id.* *ibid.* 32. 15. lenimen. *Id.* *ibid.* 37. 11. fortuna. *Id.* 2. *ibid.* 13. 38. sonus. *Id.* 3. *ibid.* 25. 18. peccatum. *Id.* *Epod.* 1. 8. otium. *Id.* *Art. P.* 99. poemata. *Ovid.* 2. *Amer.* 19. 17. blanditiae et dulcia verba. *Fettej.* 1. 17. facetae. *Plin.* 1. *Ep.* 10. 5. sermo. *Quintil.* 2. 8. 4. genus dicendi. *Id.* 12. 10. 33. Carmen. *Id.* 10. 1. 129. In eloquendo plerique abundant dulcibus vitiis. *Marital.* *Spectac.* 20. Non potuit melius item huire jocosam. O dulce invicti principis ingenium. *Claudian.* *Cons. Prob.* et *Olybr.* 69. genas dulces flos juvenilis inumbrat. h. e. teneras, leves. — b) Cum Accusativo Graeca ratione. *Seneca Hippol.* 302. Dulcior vocem moriente cyano. — c) Singulare est illud *Gell.* 16. 3. Homo fundi dulcissimus. — d) Absolute, substantivorum more, ocurrunt Neutr. *Horat.* *Art. P.* 343. Omne tult punctum qui miscuit utile dulci. *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 69. Tempus in agrorum cultu consumere dulce est. *Quintil.* 2. 17. 35. Dulci dulciss non adversum. Cf. *Cic.* *Annic.* 23. 88. Sic natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tamquam admitticulum adhucit: quod in amicissimo dulcissimum est. — 2.) De personis ponitur pro amabili, jucundo, grato, comiti et facilis: et fere de amoris et amicitie vinculis usurpatum: ad rem *Ovid.* 5. *Trist.* 4. 29. Quam vulnus oculosque tuos, o dulcior illo Melle, quod in ceris Attica ponit avis. Et *Cic.* *Annic.* 18. 66. Amicitia remissior esse debet et liberior et dulcior. *Id.* *ibid.* 24. 90. Amicos, qui dulces videantur. *Id.* 3. *Fam.* 8. *ad fin.* Ne esse acerbum sibi, ut sim dulcis mihi. h. e. comis et facilis. *Horat.* 3. *Od.* 23. 7. Dulcis attonitus. *Id.* *Epod.* 2. 40. liberi. *Id.* 2. *Sat.* 3. 199. nata. *Asinius Pollio* apud *Quintil.* 9. 2. 34. Mater mea, quæ mihi tum carissima, tum dulcissima fuit. — Hinc frequenter locum habet in *Vocal.* *Cic.* 1. *Legg.* 11. 25. Optime et dulcissime frater. *Id.* 6. *Att.* 2. 9. Dulcissime Attice. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 4. quid agis, dulcissime rerum? *Id.* 1. *Ep.* 7. 12. dulcis amice. — Et eodem sensu, quo φίλος; apud Graecos, *Virg.* 2. *G.* 523. Interea dulces pendunt circum oscula nati. *Ovid.* 3. *Trist.* 7. 3. Aut illam invenies dulci cum matre sedentem. — Hinc

Dulce, absolute, substantivorum more, V. supra sub I. d. et II. d.

Dulce, adverbii quoque more usurpatum pro dulciter. *Horat.* 1. *Od.* 22. 23. Dulce ridentem Lalagen amabo, Dulce loquentem. *Id.* 1. *Ep.* 7. 27. Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum. *Stat.* 4. *Theb.* 274. Dulce rubens, viridique genas spectabilis ero. *Id.* 3. *Silv.* 4. 8. Dulce nitentes comeæ. — Comp. *Dulcius* et Sup. *Dulcissime* V. in *DULCITER*.

Dulcia, absolute, substantivorum more, V. loco suo.

DULCISONRUS, a, um, vel dulcisonor, oris, adjec. Idem ac dulcisonus. *Servius in Centim.* p. 1826. *Putsch.* Rem tibi concessi, doctissime, dulcisonus. *At. leg.* dulcisonorem. *Putsch.* male: doctissime, dulcis honorem. agitur enim de versu rophalic.

DULCISONUS, a, um, adjec. dulce soans. *Sidon. carm.* 6. 5. Dulcisonum quatitur fidibus dum pectine murmur. *Capell.* 9. p. 301. Tædia dulcisonis auferet illa tonis. *Auct. carm.* in *Anthol. Lat.* T. 2. p. 444. *Burmann.* Porridge dulcisons attensis auribus odas. Adde *Cassiod.* 2. *Variar.* 40. a med.

DULCITAS, atis, f. 3. idem ac dulcedo. Accius apud *Non.* p. 96. 27. *Merc.* Dulcitas conspirantis animis. *Apul. de Mundo.* fici.

DULCITER, adverb. Comp. *Dulcius* et Sup. *Dulcissime*. — Dulciter est dulce, cum dulcedine. *Cic.* 2. *Fin.* 6. 18. Quæ sensus dulciter ac jucunde motet. *Id.* *Brut.* 19. 77. Historia scripta dulcissime. *Propert.* 1. 2. 14. Et volucres nulla dulcissus arte cantant. *Quintil.* 4. 2. 62. Invidiosæ, graviter, dulciter, urbane dicere. Adde *eund.* 1. 10. 24. 9. 4. 13. et 12. 10. 71. *Id.* 12. 10. 27. Dulciter spirant litteræ. *Inscript.* apud *Murat.* 1239. 10. M. ANNÆVS. M. F. ESQ. LONGINVS MATCVS VIXIT DULCISSIME CVM SVIS.

DULCITO, mī, f. 3. idem ac dulcedo.

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Orat.* 25. 99. Quique dulcitudine prius ceteros sensus commovetur.

II.) Translate. *Ulp. Dig.* 42. 9. 10. circa med. Dulcito usurarum. *Inscript.* apud *Gruter.* 752. 3. M. AEMILIUS M. F. JANVARIVS CATHILAE MARCIANÆ CONIVCI INCOMPARABILI CVM QVA VIXIT ANNIS XIII. CVM MAGNA DULCITYDINE. Adde *aliam* apud *Fabrett.* p. 250. n. 4.

DULCO, as, åtum, are, a. 1. Part. *Dulcatus*. — Dulco est dulce officio. *Sidon.* 5. *Ep.* 4. Offensæ amaritudinem politis affatibus dulcare non desinunt. *Id. carm.* 2. 105. ferunt exorto flumina melle Dulcatus cunctata vadis.

DULCOR, öris, m. 3. dulcedo. *Tertull.* 3. *advers.* *Marcion.* 5. Montes destillaturos dulcorem. Adde *eund.* 1. *ibid.* 6.

DULCORTATUS, a, um. V. voc. seq.

DULCÖRO, as, åvi, åtum, are, a. 1. Part. *Dulcoratus*. — Dulcoro est dulceni reddo. *Hieronym.* *Ep.* 22. n. 9. Dulcoravit amaritudinem. *Plin.* *Valerian.* 1. 2. Cum aceto dulcorato. — Et figurato. *Fulgent.* *Contiu.* *Virgil.* p. 736. ed. *Staver.* Melle sapientia dulcoratus scandali rancor.

DULICE, adverb. δολικῶς, serviliter. *Plaut.* *Mitglor.* 2. 2. 58. Astitit dulce et comedice. *Alii minus rectie leg.* dulce.

DUM est A) Adverbium: et B) Particula enclitica.

A) Dum adverbium significat rationem temporis, que inter duas actiones interest, sive eadem actiones uno codemque tempore sicut, sive eodem tempore spatio perdurent, sive denique altera alteram continuo sequatur exceptaque. Itaque ¶ 1. *Dum* ponitur pro quando et quamdiu, et significat duas actiones uno codemque tempore sicut, aut alteram incipere quam altera adhuc durat, nullis tamen definitis temporibus (lt. mentre, mentre che, intanto che; Fr. pendant que, tandis que; Hisp. mientras que; Germ. so lange als, während, auch indem, indess; Engl. whilst, whilst that). Occurrit — a) In recta oratione cum Indicativo; et quidem — Præsenti temp. *Plaut.* *Bacch.* 4. 7. 19. Adoleseens moritur, dum valet, senit, sapit. *Ter. Heaut.* 2. 2. 11. *Dum* molitur, dum comuntur (mulieres), annus est. *Cic.* *Claud.* 32. 89. Me, dum de his singulis disputo judicis, attente audiatis. *Id.* *Quinct.* 6. 28. Hæc dum Romæ geruntur, Quintinus interea de saltu agroque communis a servis communibus vi destradit. *Cæs.* 1. *B. G.* 46. Dum hæc geruntur, Cassari nunciatum est. *Id.* *ibid.* 27. Dum ea conquiruntur et conferuntur, nocte intermissa ad Rhenum

contendunt. *Virg.* 3. *Ecl.* 75. Dum tu sectaris agros, ego retia servo. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 190. quatuor aulae premuntur in horas, Dum fugiunt equitum turmae. — Interdum in propositione principali est tempus Perfectum, quamvis Præsens, quod ad verbio dum subditur, aliud Præsens postulare videretur. *Vellej.* 2. 44. Dum augere vult invidiam collegæ, auxit potentiam. *Curt.* 8. 6. Dum obequitat membris, sagitta ictus est. *Justin.* 8. 1. 3. Dum contentiones civitatum alit, victos subire regiam servitutem coegit. *Juvenal.* 6. 92. Dum sic ergo habitat Centonius, immixuit rem, Fregit opes. Adde *eund.* 1. 60., 3. 10. et 6. 175. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (181). Nullis evidenteribus causis obire, dum calceantur matutino, duo Cæsares. — Imperi. temp. *Liv.* 10. 36. Dum hæc in Apulia gerebantur, Sammites urbem non tenuerunt. Adde *eund.* 21. 53. et 41. 14. *Cic. Rosc. Am.* 32. 91. Dum is in aliis rebus erat occupatus, erant interea qui suis vulneribus mederentur. *Nepos Ham.* 2. Quæ res divina dum conficiebatur, quæsivit a me, vellemine secum in castro proficisci. Adde *Tac. Agric.* 41. — Perfecto, aut Plusquam perf. temp. *Cic. Brut.* 81. 282. Dum Cyri et Alexandri similia esse voluit, Ciassorum Inventus est dissimilimus. *Id. Mur.* 27. 55. Dum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum. *Liv.* 32. 24. Dum in unam partem oculos animosque hostium certamen averterat, pluribus locis scalis capitur murus. — Futuro temp. *Plaut. Amph. prol.* 96. Nunc animum advertebit, dum hujus argumentum eloquar comœdia. — Singulare est illud *Virg.* 1. *Æn.* 265. bellum ingens geret Italia —, Tertia dum Latio regnante videbit æstas. — b) In obliqua oratione cum Conjunctivo. *Cic. 1. Orat.* 41. 187. Hoc video, dum breviter voluerim dicere, dictum a me esse paullo obscurius. *Id. Mur.* 24. 48. Ne consul Catilina fieret, dum tu accusacionem comparares. *Sall. Cat.* 7. Conspecti, dum tale facinus facaret, properabat. *Sueton. Ner.* 35. Mergendum mari, dum pascaretur, servis ipsius demandavit. — c) Sed interdum in obliqua oratione Indicativo jungitur. *Liv.* 2. 57. Dum tribunii consulesque ad se quisque omnia trahunt, nihil relictum esse virium in medio. Adde *eund.* 26. 16. *Ovid. 4. Met.* 775. Id se solerti furtim, dum traditur, astu Supposita cepisse manu. Adde *Tac.* 15. *Ann.* 59. et 1. *Hist.* 33. — Contra in recta oratione aliquando Conjunctivo jungit. *Virg.* 4. *G. 456.* Illa quidem, dum te fugeret per flumina præeps, Immanem ante pedes hydram — non vidit in herba. *Tibull.* 2. 3. 19. O quoties ausæ, caneret dum valle sub alta, Rumpere mugitu carmina docta boves! Adde *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 2.; *Martial.* 1. 22.; et *Aurel. Vict. Cæsar.* 39. et *de vir. ill.* 35. — d) *Dum* ponitur etiam pro *quamdiu*, ita tamen ut significet actionem unam tamdiu durare, quamdiu altera durat; hinc utriusque actionis tempora definita sunt, eorumque ratio habetur, ac propterea adverbium *dum* — a) Occurrit sine aliis adverbii vel particulis, quæ illi respondeant. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 103. Dum ego vivus vivam, numquam eris frugis bone. *Cic. Rosc. Am.* 32. 91. Dum hominum genus erit, qui accuset eos non deerit; dum civitas erit, judiciabit. *Id. 1. Legg.* 1. 2. Dum Latine loquentur litteræ, quercus huic loco non deerit. *Id. Amic.* 4. 14. Quem esse natum civitas, dum erit, latabitur. *Id. 3. Fin.* 2. 9. Quas (artes) si, dum est tener, combiberit, ad majora venier parati. *Virg.* 1. *Æn.* 611. In freta dum fluvii current, polus dum sidera pascit, Semper bonus nomenque tuum laudesque manobunt. — b) Interdum tempus definitur per adverbia *tamdiu*, *tantum*, *tantummodo*, *tantisper*, usque. Sic apud *Plaut. Truc. prol.* 11. Athena iste sunt, tantisper dum transigimus hanc comœdiam. *Ter. Adelph.* 1. 1. 44. Dum id rescitum iri credit, tantisper cavit. *Id. Heaut.* 1. 1. 54. Ego te mean dici tantisper volo, dum quod te dignum est, facies. *Cic. Senect.* 12. 41. Tamdiu, dum ita gauderet, nihil agitare niente. *Id. 3. Verr.* 5. 12. Fateatur, se privatum hominem, usque dum per me licuerit, retinuisse. *Sall. Jug.* 53. Numide tantummodo remorari, dum in elephantis auxilium putant. *Liv.* 27. 42. Tantum ibi moratus, dum milites ad prædam discurrunt. *I.* et *USQUE* suo loco. — c) Cum oppositis ubi, nunc, postquam, postquam, postea, deinde. Sic apud *Plaut. Capt.* 2. 1. 36. Fere maxima pars morem hunc homines habent: quod sibi

volunt, dum id impetrant, boni sunt; sed id ubi jam penes sese habent, ex bonis pessumi et fraudulentissimi sunt. *Ter. Andr.* 1. 2. 17. Dum tempus ad eam rem tulit, sive animum ut exploreret suum: nunc hic dies aliam vitam afferat, alios mores postulat. *Cic. 1. Acad.* (post) 3. 11. Ego autem dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum rei publicæ cura — multis officiis implicatum et constricatum tenebat, hac inclusa habebam. — Nunc vero et fortunam gravissimo percusus vulnera, etc. *Id. Rosc. Am.* 43. 126. Dum præsidia ulla fuerunt, in Sulla præsidiis fuit. Posteaquam ab armis recesserunt, etc. *Cæs. 7. B. G.* 82. Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficerant: posteaquam propius successerunt, etc. *Liv.* 21. 13. Neque dum vestris vitibus restititis, neque dum auxilia ab Romanis speratis, pacis unquam apud vos mentionem feci. Postquam nec ab Romanis bonus ulla spes est, etc. *Cic. Mur.* 12. 26. Quæ dum erant occulta, necessaria ab eis, qui ea tenebant, petebantur: postea vero per vulgata etc. *Id. 9. Att.* 6. 5. Eos (litteras) quum lego, minus mihi turpis videor, sed tamdiu dum lego: deinde emergit rursus dolor. Adde *Liv.* 27. 42. — d) *Dum* jungitur Conjunctivo, præcipue quum propositione finem significat. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 76. Si, dum vivas, tibi bene facias. *Cæs. 7. B. G.* 77. Pars, dum vires suppetent, eruptionem censebant. *Id. 3. B. C.* 10. Hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterque consideret. *Cic. 2. Nat. D.* 50. 147. De quo dum disputerem, tuam mihi dari velim, Cotta, eloquentiam. — e) *Dum* aliquando causam significat, quæ actionis tempus limitibus circumscrift. *Liv.* 21. 8. Obsidio magis, quam oppugnatior fuit, dum vulnus ducis curaret. *Id. 24. 40.* Die insequenti quievere, dum præfectus juventulum et urbis vires inspicere. Adde *Sueton. Aug.* 78; *Quintil.* 4. 1. 46.; et *Val. Flacc.* 1. 425. — f) In *Ilio* *Catulli* 62. 45. Sic virgo dum innupta manet, dum cara suis est; *Quintil.* 9. 3. 16. priore loro dum ait significare *quoad*, posteriore usque eo; ita enim legit eum versum: alii posterius dum in tum male mutarunt. — g) Interdum adv. dum maiorem vim acquirit, adjuncta sibi particula *quidem* apud *Plaut.* ut *Asin.* 2. 4. 57. Credam fore, dum quidem ipse in manu habeo. Adde *eund.* *ibid.* 2. 5. 2. *Bacch.* 2. 2. 48.; *Merc.* 2. 3. 53. et *Pseud.* 1. 5. 92. — h) *Dum* ponitur etiam pro *dæne*, et significat actionem principalis propositione indicatam usque ad id tempus durare, quo altera incipit actio per secundariam propositionem expressa. — i) Cum Indicativo, quoties tempus tantummodo significatur. *Ter. Heaut.* 4. 7. 5. Tu hie nos, dum eximus, interea opperire. *Id. Phorm.* 5. 7. 89. Retine, dum ego hoc servos revoco. *Cic. 2. Ferr.* 6. 16. Ea mansit in conditione atque pacto usque ad eum finem, dum judices rejecti sunt. *Id. 10. Att.* 3. Eco oprior, dum ista cognoscere. *Virg.* 9. *Ecl.* 23. Tityre, dum redéo, brevis est via, pasce capellas. *Id. 4. Æn.* 52. causas innecte morandi, Dum pelago deservit hiems. *Plin.* 1. *Ep.* 5. 15. Ut mihi omnia libera servarem, dum Mauricus venit. *Curt.* 6. 7. 6. Tempore opus est, dum mitioribus ingenis imbuantur. *Al. leg.* imbuantur. *Propert.* 1. 3. 45. mecum graviter deserta querebar (moras), Dum me jucundis lapsam sopor impulit aliis. *Id. 1. 14. 14.* Quæ manent, dum me sata perire volent. — j) Cum Conjunctivo, quoties finis vel scopus significatur. *Plaut. Amph.* 2. 2. 64. Paulisper mane, dum edorniscal unum somnum. *Id. Bacch.* 1. 1. 14. Is dum veniat, sedens ibi opperire. *Cæs. 1. B. G.* 7. Ut spatium interredere posset, dum milites convenient. *Id. 7. ibid.* 23. Sic deinceps omne opus contexit, dum justa muri altitudo expletatur. *Id. 4. B. C.* 58. Dum locus communis pugnandi daretur, æquo animo singulis binis navibus objicerant. *Cic. 4. Tusc.* 36. 78. Differant in tempus aliud, dum defervescat ira. *Id. 2. Nat. D.* 51. 129. Quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quæ procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. *Liv.* 30. 16. Quippe qui moram temporis quererent, dum Hannibal in Africam trajiceret. *Virg.* 1. *Æn.* 9. Multa quoque ei bello passus, dum condere urbem. — Sepe jungitur cum verbis *expectare*, *morari*. *Cic. Amic.* 13. 44. Ne expectemus quidem, dum rogemur. Adde *eund.* 7. *Att.* 1. 4. *Nepos Pausan.* 3. Expectandum, dum se res ipsa aperiret. *Liv.* 4. 21. Virginius, dum collegam consuleret, moratus Adde *eund.* 3. 11. et 22. 38.; *Cæs. 1. B. G.* 11. et 4. *ibid.* 13. et 23.; *Horat.* 1. *Ep.* 2. 42.; *Tac. Dial.* de orat. 19.; et *Lucan.* 5. 441. — Post eadem verba cum Indicativo occurrit tantum apud *Ter. Eun.* 1. 2. 126. Etspectabo, dum venit. Cf. *Liv.* 27. 42., loc. superius cit. sub 2. — k) *Dum* est etiam conjunctio, seu particula quæ in propositionibus conditionalibus limites circumscribit, eadem significatio, quæ modo, vel potius si modo, quatenus, dumtaxat; et semper Conjunctivo jungitur. — l) *Dum* sine additis. *Plaut. Capt.* 3. 5. 36. Dum pereas, nihil interduo, dicant vivere. *Id. Curs.* a. 3. v. 58. Tu arbitratus, dum auferam ab te id, quod peto. *Accius* apud *Cic. 1. Off.* 23. 97. et *Sueton. Cal.* 30. Oderint, dum metuant. *Cic. Rosc. Am.* 41. 119. Qui vel ipse sese in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quereretur. *Id. 5. Fin.* 29. 89. Dum res maneant, verba fingant arbitratu suo. *Sall. Cal.* 5. Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Adde *eund.* *ibid.* 40. et *Jug.* 68. *Quintil.* 10. 1. 33. Licet nobis uti historicò nonnumquam nitore, dum meminerimus etc. — Et omisso verbo. *Ter. Phorm.* 3. 2. 40. *AN.* Non pudet vanitatis? do. Minime, dum ob rem. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 32. 104. Ea sequentes tantummodo, quod ita visum sit, dum sine assensu. Adde *eund.* 7. *Fam.* 9.; et *Quintil.* 4. 1. 70., 9. 4. 58. et 10. 3. 5. — Similiter dum *eatenus* dixit *Quintil.* 1. 11. 1. Dandum aliquid comedo quoque, dum *eatenus*, qua pronunciandi scientiam futurus orator desiderat. — m) Sæpissime cum addito modo, unde majorem acquirit vim: ita vero eidem particula adhæret, ut unum tantum verbum, *dummodo*, fiat. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 62. Dummodo morata recte veniat, dotata est satis. Adde *eund.* *Mi glor.* 2. 2. 98. et 3. 1. 189. *Cic. Brut.* 82. 285. Si autem jejunitatem —, dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit, etc. *Id. 3. Off.* 21. 82. Qui omnia recta et honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur, nonne idem faciunt, quod is etc. Adde *eund.* 1. *Cat.* 5. 10. et 9. 22., 12. *Phil.* 4. 9. et 3. de *republ.* 3. *Propert.* 3. 15. 15. Ipse seram vites —, Dummodo purpureo spumant mihi dolia miscio. Adde *Ovid.* 5. *Fast.* 242.; et *P.* infra sub e. — Dummodo dividitur etiam, interjecto verbo. *Ter. Eun.* 2. 3. 28. Mea nihil refert, dum potiar modo. *Id. Heaut.* 3. 1. 56. Sumat, consumat, perdat, decretum est pati, dum illum modo habeam mecum. *Val. Flacc.* 5. 265. nec vulgi cura tyranno, Dum sua sit modo tuta salus. — n) Item cum addito *tamen*. *Cic. 2. Oral.* 77. 314. Ut in oratore optimus quisque, sic in oratione firmissimum quodque sit primum dum illud tamen in utroque teneatur, ut etc. *Cels.* 3. 4. *in fin.* Ubi longa febris fuit, potest indulgeri æquo matutius, dum tamen antem minimum pars diem prætereat. Adde *Quintil.* 1. 1. 11. — o) Apud *Plaut.* jungitur etiam cum *quidem*, *Trin.* 1. 2. 20. Dum quidem hercile terum nupta sit, sane velim. Adde *eund.* *Aulul.* 2. 2. 34., quem locum *I.* infra sub e. — p) Denique cum part. ne, quacum — Jungitur dum tantum. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 17. Quo lubeat rubant, dum dos ne sat comes. Adde *eund.* *Bacch.* 4. 8. 26. *Curs.* 1. 1. 36. et *Trin.* 4. 2. 137.; *Ter. Hecyra.* 4. 4. 12.; et *Cato. R. R.* 5. *Cic. 6. Att.* 1. 4. Tu autem meministi nos sic agere, ut, quot vellet, præferturas sumeret, dum ne negotiatori. *Al. leg.* negotiantur. *Brutus* apud *Cic. 11. Fam.* 10. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus respubli a me administrari possit. Adde *Liv.* 3. 21., 28. 40. et 33. 24.; et *Ovid. Heroid.* 3. 81. — Dummodo ne quoque junguntur. *Cic. 3. Orat.* 48. 185. Repte genus hoc nonnerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Adde *eund.* 12. *Att.* 45., 1. ad *Q. fr.* 1. 7. et 10. *Fam.* 23. 2. — Eodem sensu dum *quidem* ne dicit *Plaut. Aulul.* 2. 2. 34. Dum quidem ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui.

B) *Dum* est etiam particula enclitica. Hinc *Priscian.* p. 1242. *Putsch.* Hæc syllaba, id est *dum*, solet expletiva inveniri, ut *quidem*, *agedum*, *adessum*. Ceterum *dum* — q) Haud aliter ac *francum* *to*, plenisque apponitur vocabuli negationem significantibus, cujusmodi sunt *non*, *nec*, *ne*, *hanc*, *nihil*, *nullus*, *nemo*. Sic *Liv.* 21. 6. Legatione decreta, needum missa. *Id. 24. 20.* Simulata levitas nihil

dum profuerat. *Id.* 7. 33. a med. Arox cades circa signa, fuga ab nulla dum parte erat. Adde eum. 3. 50. in fin. et 29. 11. *Pseudo-Aeson.* in argum. *Milonianas ante med.* Quum mense Januario nulli dum neque coosules, neque praetores essent. Ceterum *V.* suis locis non, nec, ne et alia superioris memorata. — b) Aliquando veribus ipsis imperativi modi, et quibusdam etiam adverbis vel interjectionibus adjungitur, vimque habet quamdam excitandi. Haec autem servato litterarum ordine exhibentur. *Ter. Heaut.* 2. 3. 8. Abi dum. *Id. Andr.* 1. 1. 1. Ades dum (*Sosia*): paucis te volo. *Plaut. Amph.* 2. 2. 151. et 5. 1. 29. et *Asin.* 4. 1. 1. et 5. 1. 1.; *Ter. Eun.* 4. 4. 27. *Heaut.* 2. 3. 69. *Hecyr.* 3. 1. 35. et *Phorm.* 5. 3. 1.; *Liv.* 7. 9. et 9. 18.; *Catull.* 63. 78.; et *Stat.* 7. *Theb.* 126. Age dum. (Sic *Cic. Sull.* 26. 72. Age dum, conserne nunc cum illius vita vitam P. Sullæ). *Liv.* 3. 62. 5. 52. et 7. 34. Agite dum. *Ter. Phorm.* 2. 2. 15. Cedo dum. *Plaut. Trin.* 1. 2. 109. Circumspice dum. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 5. Dic dum. *Id. Andr.* 1. 2. 18. et 3. 5. 10., et *Eun.* 2. 3. 68. Echo dum. (Sic *Id. Andr.* 2. 1. 24. Echo dum dic mihi). *Id. Heaut.* 3. 2. 29. Facito dum, eadem haec meineris. *Cic. 2. Tusc.* 19. 44. Itera dum. (Sic *Id. Att.* 14. Itera dum eadem ista mihi). *Plaut. Rud.* 3. 5. 7. Jube dum. *Id. Bacch.* 4. 6. 24. et *Cas.* 2. 6. 32.; *Ter. Hecyr.* 5. 4. 4.; et *Plin.* 8. *Ep.* 6. 13. Mane dum. *Plaut. Pien.* 5. 2. 103. Memora dum. *Id. Truc.* 2. 7. 67. Sine dum. *Id. Men.* 2. 2. 73. Tace dum. *Id. Rud.* 3. 5. 5. Tange dum. — c) Qui dum pro cur vehementius interrogat. *Plaut. Amph.* 4. 2. 12., *Epid.* 2. 2. 114. et *Men.* 1. 2. 51. — d) Similiter dum addito adverbio viz ejusdem significacionem auget. *Cic. 9. Att.* 2. ad fin. Vix dum epistolam tuam legeram, quum ad me Curtius venit. *Liv.* 28. 14. Vir dum satie certa luce. — e) Aliquando redundat. *Plaut. Trin.* 1. 2. 61. Primum dum omnium male dictatur tibi.

**DUMALIS**, e, adject. dumis obsitus, dumosus. Translate. *Capej.* 4. p. 95. Verum femina dumalibus hirta setis nescio quid vulgo inexplicable loquebatur. h. e. hirtis comis prædicta.

**DUMECTA** antiqui, quasi dumiceta, appellabant, quæ nos dumeta. *Paul. Diac.* p. 67. 10. *Müll.*

**DUMESCO**, is, ere, n. 3. dumis obducor. Agnosco tamquam Latinum a *Diomed.* 1. p. 335. et *Charis.* 3. p. 224. *Putsch.*; sed nulla confirmatur autocriate.

**DUMETUM**, l. n. 2. De antiqua vocabuli forma *V. DUMECTA.* Dumetum est locus dumis obsitus, fruticetum (It. spineto, fratta, macchia, gregpo; Fr. buisson, ronces; Hisp. espinal; breña, matorral, zarza; Germ. d. Dornstrach, d. h. d. Dorngebüsich, d. Dornhecke; Angl. a place set thick with bushes or brambles, a brake, thicket).

1.) Proprie. *Cic. 5. Tusc.* 23. 64. Sæptum undique et vestitum vepribus et dumetis. *Horat.* 3. *Od.* 29. 22. Jam pastor umbras Rivumque fessus querit, et horrida Dumeta Silvani. Adde eum. 3. *Ibid.* 4. 63. *Virg.* 1. G. 14. cui pingua Cæsæ Tercentum nivi tondent dumeta juveni. *Colum.* 1. R. R. 2. 5. Nec absint greges quadrupedum culta et dumeta paucitatem.

II.) Translate. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 35. 112. Quum sit campus, in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias et in Stoicorum dumeta compellimus? *Id. 1. Nat.* D. 24. 68. Ubi igitur illud vestrum (h. e. Epicureorum) bestum et aëternum, quibus duobus verbis significatis deum? Quod quum efficere vultis, in dumeta correptis. Ita enim dicebas, non corpus esse in deo, sed quasi corpus, nec sanguinem, sed quasi sanguinem. *V. Schömann.* ad h. loc.

**DUMICOLA**, æ, m. 1. (dumus et colo) qui in dumis degit. *Avien. Perieg.* 895. Dumicola Arieni.

**DUMMODO**, adverb. *V. DUM* sub 4. b. et e. **DUMOSUS**, a, um, adject. Est et antiqua forma *dumus*, ut patet ex *Paul. Diac.* p. 67. 8. *Müll.* Dumso in loco apud Livium significat dumosum locum. Antiqui enim interscrebant s litteram, et diligebant cosmittere pro committere, et Casmenæ pro Camenæ. Apud Paul. *alii leg.* dumosus, sed minus recte, etenim Placidus ed. Mai p. 452, habet: Dummum, incultum, dumosum vel squalidum. — Ceterum dumosus est dumis obsitus, vepribus plenus. *Paul. Diac.* p. 67. 5. *Müll.* exponit, frondosus. *Colum.* 1. R. R. 33. 5. Dumosi glaresisque montes.

*Id.* 10. *ibid.* 150. colles. *Virg.* 1. *Ecl.* 76. Dumosa rupe. *Id.* 2. G. 180. arva. *Ovid.* 10. *Met.* 535. sara, *DUMTAXAT* vel dumtaxat, adverb. Quod ad scriptiōnem attinet, reperitur et dumtaxat per n: sed per m multo frequentius est in antiquis monumentis. In his etiam dum taxat divisum aliquando legitur, ut in tabula ænea apud *Gruter.* 507. a med. V. *Cardinali. Dipl. Imp.* p. 21. n. xxv. — *Priscian.* 15. p. 1015. *Putsch.* docet, dumtaxat esse ab adverbio compositum et verbo: scilicet a dum et taxo, ut sit dum taxet hoc unum, h. e. estimetur, inquit *Foss.* in *Etymol.*, vel dum taxat aliquis, ut recentiores pulsant, eadem tamen significatio.

Dumtaxat est exakte, ad justam mensuram, ita ut ne quid plus ac ne quid minus sit. ¶ 1. Dumtaxat est ita ut ne quid plus justa mensurā sit, adeoque ponitur pro solū, tantum; et usurpat ad numeros itemque alla definienda. — a) In numeris definiendis. *Cato R. R.* 49. Vineam veterem si in alium locum transferre voles, dumtaxat brachium crassam licet. *Cic.* 3. de republ. 32. Consules protestatē haberent tempore dumtaxat annuā. *Plin.* 10. *Ep.* 64. Dumtaxat per biennium. *Curt.* 4. 11. 32. Submotis igitur arbitris, uno dumtaxat Tyriote retento, etc. *Dig.* 25. 4. 1. Mittantur mulieres liberae dumtaxat quaque. — b) In aliis definiendis. *Lucr.* 3. 378. Dumtaxat ut hoc promittere possit. *Cic. 2. Orat.* 27. 119. Praecepta dumtaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. *Id. post red. ad Quir.* 4. 10. Quum initium spiritu dumtaxat vivet. *Id. 4. Att. 3. sub fin.* Nos animo dumtaxat vigemus. *Id. 1. Nat.* D. 38. 107. Fac imagines esse, quibus pulsentur animi: species dumtaxat objicitur quædam. *Id. ibid.* 44. 123. Neque enim tam desipiens fuisset, ut homunculus similem dum fingeret, lineamenta dumtaxat extremitas, non habitu solidio. *Cæs.* 3. B. C. 40. Pedatū dumtaxat procul ad speciem utitur; equites in aciem mittit. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 41. Maçenas me cepit habere suorum In numero, dumtaxat ad hoc, quem tollere rhebat. Velle iter faciens. *Ovid.* 1. *Trist.* 8. 33. Quid, si dumtaxat Romæ mihi cognitus essem? *Liv.* 27. 47. Corpus dumtaxat suum ad id tempus spud eos fuisse. *Curt.* 3. 1. 3. Liquidus et suas dumtaxat undas trahens. *Id. 3. 12. 2.* Quippe summa dumtaxat cutis in fœno persistit non prohibebat interesse convivio. *Sueton. Cæs.* 75. Exceptis dumtaxat Afranio et Fausto. Adde eum. *Ibid.* 55. et *Aug.* 47. *Tac. Germ.* 25. Exceptis dumtaxat iis genibus, quæ regnatur. — Et cum part. negativis. *Liv.* 37. 53. Nec animum dumtaxat fidelem præsulit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis. *Paul. Dig.* 26. 7. 11. Quinn tutor non rebus dumtaxat, sed etiam moribus pupilli præponatur. ¶ 2. Dumtaxat est ita ut ne quid minus justa mensurā sit, adeoque ponitur pro saltum, ad minimum; et inservit et numeris et aliis rebus definiendis. — a) In numeris definiendis. *Plaut. Truc.* 2. 4. 90. Jubebo ad istam quinque perferri minas: præsterea obsonari dumtaxat ad minam. *Cic. 2. Att.* 14. 2. Statim mehercule Arpioum ireni, ni te in Formiano commodissime expectari videberis, dumtaxat ad prid. Non. Mai. — b) In aliis definiendis. *Cic. 1. Orat.* 58. 249. Cur ergo non idem in jure civili satis instruere possumus, ad hoc dumtaxat, ne in nostra patria peregrini esse videamus? *Id. Att.* 15. 53. Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus. Adde eum. 2. *Att.* 18. 2. 12. *Fam.* 1. 1. et *Mil.* 2. 5. *Curt.* 8. 1. 29. Male instituisse Græcos, quod trupes regum dumtaxat nomina inscriberentur. *Justin.* 1. 5. 5. Animum minam dumtaxat in illo fregit. Adde *Quintil.* 1. 4. 20. 2. 10. 2. 3. 8. 10. et 11. 3. 156.; *Senec.* 5. *Benef.* 2.; et *Cels.* 5. 26. *Ulp. Dig.* 50. 16. 202. Quum in testamento scriptum esset, ut heres in funere dumtaxat aureos centum consumeret; non licet minus consumere: si amplius vellet, licet, neque ob eam rem contra testamentum facere videatur. — Commodo huc referri potest et illud *Cic.* in quo dumtaxat juxta *Forcellinum* est pro utique aut certe quidem, 5. *Att.* 10. 5. Valde me Athene delectarunt: urbs dumtaxat et urbis ornamentum, etc. — Item illud *Senecæ*, in quo dumtaxat iurta *Forcellinum* est pro dummodo, *Ep.* 58. sub fin. Morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem, nec officientem animo. — c) Interdum, præcipue apud recentiores *JCTos.* adverbium dumtaxat totam propositionem certis limitibus circumscribit, adeo-

que ponitur pro hactenus, Gr. δια. *Lucret.* 2. 120. Conlicere ut possis ex hoc, primordia rerum, Quale sit, in magno jactari semper inani. Dumtaxat rerum magnarum parva potest res Exemplare darc et vestigia notitiae. *Cic. Brut.* 82. 285. Sin autem jejunatum, dummodo polia sit, in Attico genere ponunt, hoc recte dumtaxat. *Id. 2. Divinat.* 43. 90. Quibus etiam Diogenes Stoicus concedit aliquid, ut prædicere possint dumtaxat, quali quisque natura, et ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit. Cetera, quæ profiteantur, negat ulla modo posse scribi. Huc referri possunt et illa ejusdem *Cic. Deiot.* 1. 1. et 2. *Nat.* D. 18. 47. Adde *Dig.* 4. 3. 17., 14. 4. 7., 15. 2. 1. et alibi.

**DUMUS**, i, m. 2. De alia forma *V. DUMOSUS* init. — Dumus est spinos, rubus, sentes, vepros (It. spinoso, pruno, dumo; Fr. buisson, hallier; Hisp. espinal, breña, maleza grande y espesa; Germ. d. Dornstrach; Angl. a bush, a briar, thorn, bramble, any thorny rough shrub). Proprie dici videtur de spine fructicante et silvescente. Volunt autem esse a δρυπος silva querna: a quo per metalbesia factum sit durmus, deinde dusmus, dumus denique. *V. Dusmus* in **DUMOSUS**. *Scheidius* ad *Lennepit Etymol.* Ling. Gr. derivandum putat a δρυπος præt. pass. verbi δρυπειος: quo nempe subeunt animalia. *Döderlein.* Latein. Synon. vol. 6. p. 108. dumum vel dussum deducit, et quidem rectius, a Græca voce δρυς densus. *Cic. 5. Tusc.* 23. 65. Animadvertis columellam non multum e dumis existantem. *Virg.* 3. G. 315. Horrentesque rubos, et amantes ardua dumos. *Id. 8. En.* 657. Galli per dumos aderant, arcemque tenebant. *Id. 11. ibid.* 387. In dumis interque horrenta lustra. *Id. 9. ibid.* 381. Silva horrida dumis atque ilice nigra.

**DÜO**, æ, o, ðuo, nomen numerale. — a) Quod ad quantitatem artinet, Græci poetae pro ðuo scribunt et ðuw: unde ultima produci etiam potest. *Virg.* 5. *Ecl.* 66. en quatuor aras: Ecce duas tibi, Daphni, duoque alteria Phœbo. *Pier.* in antiquis aliquot codicibus invenit etiam duo altaria: in aliis duas, altaria, h. e. duas aras tibi, et duas, quæ sint altaria, Phœbo: nam majoribus diis et superis altaria debentur. *Servius.* Certe produxit *Auson. Epist.* 19. 13. Europamque Asiamque, duo vel maxima terram Membra. Qui produci posse negant, confundunt in his ad cæsuram. — b) Ceterum hoc numerale in Genit. et Accusat. mascul. et neutr. est secundæ declinationis duorum, duos; in Dat. et Ablat. in omni genere, tertie duobus, duabus: que exemplis confirmare supervacaneum est. — c) In Genit. mascul. et neutr. reperitur et dum, quod *Priscian.* 7. p. 744. *Putsch.* docet in neutrī dīri differentiæ causa: sed hoc verum non est. *Nævius* apud *Charis.* p. 101. *Putsch.* Salvi et fortunati duo dum bostrum patres. *Accius* apud *Cic. Orat.* 46. 156. Vide sepultra duo (al. leg. dua: de quo mox) duorum corporum. *Id. ibid.* Mulier una dum virum. — Habet locum præsertim, quando aliud nomen numerale subjungiatur. *Lentulus* ad *Coss.* 12. *Fam.* 15. ante med. Navas dum milium amphorum. *Sall. Jug.* 106. Nunciant, Jugurtham circiter dum milium intervallō ante eos consedisse. — Ceterum legiū et apud *Liv.* 3. 25. Duum mensum spatium consulibus datum est ad inspicendam legem. Sæpe etiam apud *Plin.* legitur dum cubitorum, dum pedum, denariorum, obolorum, etc., ut 12. *Hist. nat.* 19. 42. (89). — d) In Accus. mascul. sæpe duo pro duos dictum est. *Accius* apud *Charis.* loc. cit. Martes duo. *Ter. Adelph.* 5. 3. 23. Illos duo. *Ita* legit *Charis.* ibid. *Al.* duos. *Cic.* ad *Cæs.* post ep. 11. L. 9. ad *Att.* Vos duo delegi. *Al.* leg. duos. *Farro* 1. R. H. 18. 5. Duo vilicos. *Liv.* 35. 21. Duo pontes evertit. *Al.* leg. duos. Sed certæ letationis sunt quæ sequuntur: *Virg.* 11. *En.* 285. Si duo præterea tales latae tulissent Terra viros. *Cic.* 7. *Fam.* 25. Præter duo nos, loquitur ista modo nemo. *Horat.* 1. *Sat.* 17. 15. duo si discordia vexet inertes. In *Cenotaph.* *Pis.* C. *Cæs.* a med. Duo viros creare. *V. Kritz* ad *Fellej.* 1. 8. *Inscript. Patav.* in *Anth.* *Lap.* *Lat.* p. 129. n. 122. vixit annos LXXX. MENS. II. DIES DVO. — e) Etiam *dua* pro neutrō duo olim usurpalum fuit. *Quintil.* 1. 5. 15. *Dua* et *tre* et *pondo* d'versorum generum sunt barbarismi: at *duapondo* et *trepondo* usque ad nostram stetatem ab omnibus dictum est, et recte dici Messala confirmat. *Flavuv.* 10. 17. Quæ ballista

duapondo satum mittere debet. *Scribon. Compos.* 45. Spuma argentea pondo dua. *Id. ibid.* 245. Ceræ P. dua hes. *Inscript. apud Fabrett. p. 14. n. 163.* VASA OBRENDARIA DVA. *Cf. Marini Frat. Arv. p. 47.*; addit. Acci locum superius cit. sub c; et V. Göller ad *Cic. Orat. 46. 156.* — Duo, ut diximus, est nomen numerale (It. due; Fr. deux; Hisp. dos; Germ. zwei; Angl. two); et usurpatur — 1<sup>o</sup>) Ut numerus cardinalis. *Plaut. Amph. 3. 3. 19.* Jam hi ambo et servus et bere frusta sunt duo, qui me Amphiltronem rentur esse. Addit. eund. *ibid.* 5. 1. 56. et alibi, nec non alias omnes sepe. — 2<sup>o</sup>) Interdum pro ambo ponitur. *Plaut. Amph. 3. 3. 2.* Jam par est inter vos daos? *Nepos Timoth. 3.* Quam (tempestatem) evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem suppresserunt. V. *Bremi* ad h. l. *Cic. Sext. 14. 32.* Quum subito edicunt duo consules, ut etc. V. *Halm* ad b. l. *Ovid. 15. Met. 115.* nocuit sua culpa duobus. V. *Bach* ad b. l. *Justin. 2. 9. 11.* Ut non tot casibus fatigatus, non duabus manibus amissis vicius, etc. V. *Fittbogen* ad h. l.

DÜÖCIMĀNUS, a, um, adject. pro *decumanus*. V. CARDIO.

DÜÖDÉCÄCHRÖNUS, a, um, adject. qui duodecim tempora habet, idem ac duodecasenus. *Mar. Victorin. 1. p. 2485. Putsch.* Temporum vero incrementa ex duobus ad duodecim procedunt, id est a diseno ad duodecasenum. et mox. Ut dictum est a diseno ad duodecasenum, seu a dichrono ad duodecachrosum: τημέτοις autem veteres ἔπονοι, id est tempus, non absurde dixerunt ex eo, quod signa quadam accentuum, quæ Græci προσῳδίας vocant, syllabis ad declarandam temporum spatia superponunt, unde tempora signa Græci dixerunt.

DÜÖDÉCÄDION, ii, n. 2. duodenarius numerus, duodecas. Occurrunt apud *Theod. Priscian. 4. p. 316.* retro ad. *Ald.*: inde tamen vix aliquid certi erui potest.

DÜÖDÉCÄJÜGUM, i, n. 2. currus, ad quem duodecim equi junguntur. *Ambros. in Psalm. 118. serm. 4.* O bonorum equorum duodecajum mirabile!

DÜÖDÉCAS, adis, f. 3. δωδεκάς, aliquid duodecium numerum continens. *Tertull. Prescript. 40.* Haec esse ænonum triacontada, quæ sit in pleromate ex octoade, et decade, ac duodecade.

DÜÖDÉCÄSĒMUS, a, um. V. DUODECACHRÖNUS.

DÜÖDÉCÄSYLLÄBOS, a, um, adject. qui duodecim syllabas continet. *Mar. Victorin. 4. p. 2609. Putsch.* Subsistens metro asclepiadeo duodecasyllabo, ut *Mæcenas*, atavis editæ regibus. Et *ibid. p. 2617.* Subsistens duodecasyllabo versus. *Censorin. ibid. p. 2727.* Contrarius est huic et duodecasyllabos spondazon. *Max. Victor. de carm. her. p. 1959. Putsch.* In verso duodecasyllabo species una est, quippe si sine ulla varietate omnes in se spondeos habet, et vocatur spondazon, ut est: *Fortes ducuntur ligati Minturnenses*.

DÜÖDÉCEMVIR, viri, m. 2. qui est in magistratu duodecim virorum. *Inscript. apud Fabrett. p. 720. n. 419. n. AVRELIO CENSIO QUARTO IVNIORI C. V. CORRECTORI FLAMINI ET FICENTI, PROMAGISTRO ITERVM DVODECEMVIRO ANCONITANI ET FANESTRES CLIENTES PATRONO.* In eadem *Inscript. apud Murat. 1624. 1. legitur duodecimvir: Henzen. vero, qui vidit ipse in Mus. Cap. legit duodecim. viro. Alia apud eund. *Murat. 388. 1. n. D. M. I. (h. e. Magnæ deum matrī Idææ) ET ATTIDI MENOTYRANNO CONSERVATORIBVS SVIS CAELIBVS EILARIANTIS DVODECEMVIRE* (sic pro duodecimvir) VIRES ROMÆ etc. Hinc, si banc inscriptiōem conferas cum siliqua superius, cum *Orellio n. 3969.* sentiendum est, duodecimvirum magistratum urbis Romæ pro sacerdotio magnæ matris deum habendum esse.*

DÜÖDÉCENNIS, e, adject. qui duodecim annos habet. *Sulpic. Sever. Dial. 1. 10.* Puer duodecennis. *Id. Dial. 3. 2.* Paterfamilias duodecennem ab utero mutam pueram Martino cepit offerre. — Quædam editiones habent duodennis; sed *Hieron. de Prato et MSS. autoritate mendosam esse lectio-*nam probat.

DÜÖDÉCENNIVM, II, n. 2. spatium duodecim annorum. *Imp. Honor. Theodos. et Constant. Cod. Theod. 2. 27. 1. § 5.* De cetero sancimus, ut omnes deinceps cretiones intra duodecennium

vim contestationis accipiunt, quam debitor facta novatione promittat.

DÜÖDÉCIES vel duodecens, adverb. Quadrisyllum facit *Lactant. de Phœnic. 28.* Duodecies unis irrigat omne nemus. — Duodecies est duodecim vicibus. *Cic. 4. Ferr. 75. 185.* Pauculis igitur mensibus — furtu prætoris, quæ essent HS duodecies, ex uno oppido solo exportata sunt. *Liv. 38. 28.* Tiburis duodecies campum Martium planaque urbis inundavit.

DÜÖDÉCIM, adverb., seu potius numerus cardinalis, δωδεκα (It. dodici; Fr. douze; Hisp. doce; Germ. zwölf; Angl. twelve). Occurrunt — a) Generatim. *Plaut. Epid. 5. 2. 10.* Duodecim deis plus quam in cælo est deorum immortalium etc. *Cic. 2. de republ. 17.* Ut sibi duodecim Ictores cum fascibus anteire liceret. *Cæs. 1. B. G. 5.* Oppida sua omnia numero ad duodecim, vicos ad quadragesimos — incidunt. — b) Speciatim de duodecim tabularum legibus. In libris notis fere numeralibus scriptum legitur, xii. Intelligentur autem leges Solonis Atheniensis, et aliarum Græcia civitatum instituta, mores et jura, quæ duodecim tabulis descripta Romanis in usum suum per decemviro transtulerunt: de quibus V. *Liv. 3. 31. 33. 34. et 37.*, et *Cic. 1. Orat. 43. et 44.* Harum legum pauca nunc admidum fragmenta restant. *Varro 5. L. L. 22. Müll.* Num ambitus circuitus, ab eoque xii. Tabularum interpretes ambitus parietis circuitum esse describunt. *Cic. 1. Off. 12. 37.* Indicant duodecim Tabulae: ut STATVS DIES CYM HOSTE. Adde Quintil. 5. 14. 18. — Et duodecim absolute. *Cic. 2. Legg. 23. 58.* Discebamus enim pueri duodecim, ut Carmen necessarium. et paulo supra. Qui post duodecim in Urbe sepulti sunt. Adde eund. 3. *Off. 16. 65.* — c) Item speciatim duodecim scripta fuit appellatus latus quidam apud veteres, de quo V. *SCRIPTUM.*

DÜÖDÉCIMA, æ, f. 1. V. DUODECIMUS in fin.

DUODECIMANUS, a, um, adject. duodecimus. *Frontin. Gromat. vet. p. 28.* Sic etiam duodecimanus decumanus factus est. *Hygin. ibid. p. 167.* Duodecimannum postea decimanum appellaverunt. At utroque legendum est duocimanus, ut patet ex loco Hygin. cit. in v. CARDIO.

DÜÖDÉCIMÔ, adverb. V. DUODECIMUS in fin.

DÜÖDÉCIMVIR, V. DUODECEMVIR.

DÜÖDÉCIMUS, a, um, adject. δωδεκάτος, num. ordinis, a duodecim. *Cæs. 2. B. G. 23.* Duodecima legio. et *ibid. 2.* Duodecimo die. — Hinc

*Duodecima*, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est duodecima pars. *Spartian. Hadrian. 18. Liberis proscriptorum duodecimam bonorum concessit.* V. *UNCIA.* Ceterum apud *Spartian.* vulgati libri habent duodecimas.

*Duodecimo*, adverb. duodecima vice. *Capitolin. Anton. Pius 1.* Natus est sub Domitiano duodecimo, et *Corn. Dolabella Coss.*

DÜÖDÉMILLÉSÍMUS, a, um, adject. nongentesimalis nonagesimus octavus. *Procul. Dig. 17. 2. 80.* Ex duodemillesimis partibus socius. *Alii leg. duodemillesimis, quam vocem vide suo loco.*

DÜÖDÉNARIUS, a, um, adject. duodecim contineens, a duodenis. *Varro 5. L. L. 34. Müll.* Multa antiqui duodenario numero finierunt. — Syllabe antepenultima licenter corripitur apud *Rhemn. Fann. de pond. et mens. 191. Augel.* Et duodenariam (patrem unciae) medium sesclam (*h. e. sextulam*) vociterunt.

DÜÖDÉNL, æ, n, adject. num. distribut. a duodecim, qui sepe accepitur pro duodecim sine distributione. *Cæs. 5. B. G. 14.* Uxores habent deni duodecimque inter se communis. *Id. 7. ibid. 36.* Fossa duplex duodenum pedum. *Id. ibid. 75.* Duodena militia. *Cic. 2. leg. Agr. 31. 55.* Duodena describit in singulos homines jugera. *Liv. 5. 33.* Duodena urbenses. *Virg. 1. G. 232.* orbem Per duodenam regit mundi sol aureus astra. *Ovid. 13. Met. 618.* Duodena signa. — Duodenis assilus debere est solvere usuras centesimas. *Plin. 10. Ep. 62.* Nec inveniuntur, qui velint debere, reipublicæ præsertim, duodenis assibus, quanti a privatis mutuantur. V. *Funcius*, de Leg. XII. *Tab. 171.*

DÜÖDÉNNIS, V. DUODECENNIS.

DÜÖDÉNNICM, II, n. 2. idem ac duodecennium. *Leontius*, sau *Mythographus III.* editus ab A. Maio in *Class. Antct. T. 3. p. 163.* Planetarum aliis per biennium, ut Mars; aliis per duodennum,

ut Juppiter, circulos suos pertranseunt. Potest tamen esse librarii error.

DÜÖDÉNÖNÄGINTA, adjct. num. card. indecl. octoginta octo. *Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (118).* Silig. legit LXXXVIII.

DÜÖDÉCTÖGINTA, adjct. num. cardin. indecl. septuaginta octo. *Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (62).*

DÜÖDÉQUÄDRÄGRNI, æ, a, adjct. num. distribut. duodequadraginta. *Plin. 36. Hist. nat. 15. 24. (114).* Duodequadragenum pedum columnæ.

DÜÖDÉQUÄDRÄGÉSÍMUS; a, um, adjct. num. ordin. trigesimus octavus. *Liv. 1. 40.* Duodequadragesimo ferme anno.

DÜÖDÉQUÄDRÄGINTA, adjct. num. cardin. indecl. triginta octo. *Cic. 5. Tusc. 20. 57.*; et *Liv. 25. 40.*

DÜÖDÉQUÄDRÄGÄGÉNÌ, æ, a, adjct. num. distribut. duodequinquaginta. *Plin. 2. Hist. nat. 8. 6. (38).* Signiferi ambitus peragit Venus trecentis et duodequinquagenis diebus.

DÜÖDÉQUÄDRÄGÄGÉSÍMUS, a, um, adjct. num. ordin. quadragesimus octavus. *Cic. Brut. 44. 162.* Anno duodequinquagesimo usus est. *Colum. 9. R. R. 14. 4.* die.

DÜÖDÉQUINQUÄGINTA, adjct. num. cardin. indecl. quadraginta octo. *Colum. 9. R. R. 14. 1. et 12. ibid. 5. 1.*

DÜÖDÉSEXÄGÉSÍMUS, a, um, adjct. num. ordin. quinagesimus octavus. *Vellej. 2. 53. 13.*; et *Colum. 9. R. R. 14. 4.*

DÜÖDÉSEXÄGINTA, adjct. num. cardin. indecl. quinquaginta octo. *Plin. 11. Hist. nat. 9. 9. (19).*

DÜÖDÉTRICÉSÍMUS, a, um, adjct. num. ordin. vigesimus octavus. *Varro apud Gell. 3. 10.*; et *Act. B. Afr. 98.* Sic *Plin. ex Cod. palimpsest. Feror. edente Mon. 15. Hist. nat. 17. 18. (59).* Neque ante XVI. lunam, neque ultra duodecimessimum.

DÜÖDÉTRICIES vel duodetriciens, adverb. num. viginti et octo vicibus. *Cic. 5. Ferr. 70. 183.* Ita in frumentum imperatum HS duodetricies in annos singulos Verri decernebatur. *Orellius legit bis et trices; editiones aliae et quidem optimæ duodetricies.*

DÜÖDÉTRIGINTA, adjct. num. cardin. indecl. viginti octo. *Auson. Eclog. 11. 7.* Unus erit tantum duodetricinta dierum. Adde *Sueton. Tib. 1.* et *Liv. 33. 36. Inscript. apud Gruter. 768. 7.* hic SITA, quæ VIXIT DVÖDTRIGINTA PER ANNAOS.

DÜÖDÉVICENI, æ, a, adjct. num. distribut. decem et octo. *Liv. 21. 41.* Duodevicenis denariis æstimati hostes.

DÜÖDÉVICSÍMUS et duodevigesimus et duodecienimus, a, um, adjct. num. ordin. octavus. *Cato apud Non. p. 100. 14. Merc.* Deinde duodecienimus anno post dimissum bellum, quod quatuor et viginti annos fuit, Carthaginenses sextum de sedere decernere. *Jordan corrigit duovicesimo ex Gell. 5. 4. Varro apud eund. p. 100. 12.* Mortuus est anno duodecienimus: rex fuit annos XXI. *De hac quoque lectione dubitandum est.* Certior est apud *Plin. 12. Hist. nat. 1. 5. (10).* Epulerum cum duodecienimo comite *h. e. cum comitibus duodetricini.* Adde alterum *Plin. 6. Ep. 20. Tac. 4. Hist. 24.* Duodecienimæ legionis legatus *Dillius Vocula.* Sic idem tamen in *Inscript. apud Muret. 697. 5.* dicitur *legatus in Germania legionis XXII.* b. e. duovicesimus: inde patet, apud *Tac. loc. cit.* legendum esse duovicesimus pro duodetricenimo. Ideem postea judicavit *Borghesius*, *Nota sulle regioni al Reno dello Steiner. p. 42;* atque hanc correctionem *Car. Halm.* in textum recepit. — Duodecienimus legitur in *Tub. Ancyra Aug. n. 3. TRIBUNICIAS POTESTATIS DVÖDVCENSMVM, CONST. XI.* ubi nota adverbium. — Dividitur etiam per trios. *Plin. 35. Hist. nat. 8. 34. (55).* Duo enim devicesima Olympiade interierit Candaules.

DUODEVIGNTESIMUS, a, um, adjct. duodevicesimus. In *Monum. Ancyrr. n. 3.* apud *Gruter. 231.*; sed sculptoris error habendus videatur.

DÜÖDÉVIGINTI, adjct. num. card. indecl. decem et octo. *Auson. Parental. n. 24. in fin.* Duodeviginisti functus Olympiadas. In *tw* duo sinxesis est: vel potius anæstus pes pro dactylo positus fuit, ut apud *Virg. 1. G. 482. Fluviorum rex Eridanus*, camposque per omnes. Adde *Cæs. 2. B. G. 5. extr. et 3. B. C. 71.*; *Cic. 2. de republ. 22.* et *4. Acad. (2. pr.) 41. 123.*; et *Plaut. Per. 4. 2. 74.*

Sic *Eutrop.* 10. 9. Annis mille centum et duobus deviginti.

DUOETVICESIMANI), ôrum, m. plur. 2. dicti sunt milites legionis vigesimae secundae apud *Tac.* 5. *Hist.* 1. et 4. *ibid.* 37.

DUOETVICESIMANIUS), a, um, adject. num. ordin. vicesimus secundus. *Fabius Pictor* apud *Gell.* 5. 4. Duotimesimo anno, postquam Galli Romanum cœperunt. Adde *Caton* et *Tac.* locc. cit. in DUODEVICIISMUS; et *Tac.* 1. *Hist.* 18. et 55. et 4. *ibid.* 37.

DUOMILLESIMANIUS), a, um, adject. num. ordin. millesimus. *Procul.* *Dig.* 17. 2. 80. Ut alter ex millesima parte, alter ex duomillesimis partibus socius esset. *Alii leg.* divisim duo millesimis, ut duo sit indeclinabile pro duobus.

DUONUS, a, um, adject. idem quod bonus, teste *Paul.* *Diac.* p. 67. 1. *Müll.* V. CERUS et BONUS.

DUOVIR, V. DUUMVIR init.

DUOVIRALIS). V. DUUMVIRALIS init.

DUOVIRATES), lum, m. plur. 3. qui duumvirata functi sunt, idem ac duumvirales et duumviralicii. *Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* 207. sub fin. *ROG OFVS OMNIS FACITO ARBITRATV DVYVIRVM ET DVOTIRATV, QVI IN CONSILIO ESSE SOLEN PVTEOLIS, DVM NI MINVS VIGINTI ADSTENT, CVM EA RES CONSVLETVR.* Ita in lapide sculptum pro duovirallum affirmant *Raym. Guarinius* et *J. B. Zannonius* testes oculati, qui hanc inscriptionem typis vulgarunt Neapoli an. 1824. et Florentia an. 1826., et peculiari dissertatione illustrarunt.

DUOPLARIS), e, adject. διπλοῦς, duplum continens. *Macrobi.* 1. *Somn. Scip.* 6. et 2. *ibid.* 1. Duplaris numerus est, cum de duobus numeris minor bis in majore numeratur, ut sunt quatuor ad duo. — *Duplares milites* dicuntur *Veget.* 2. *Milit.* 7. qui premi loco binas annonas consequuntur, sicut *simplices*, qui singulas. Sic *torquati duplares*, qui virtutis ergo torque donati, insuper duplam annona percipiebant. *Id. ibid.* *Inscript.* apud *Gruter.* 448. 8. M. PEDIVS L. F. PAL ALARIVS EOVES DVPLARIS. *Alia* apud *Orell.* 3535. Q. VAESIO Q. F. PAL. NIGERIA-NO MIL. COH. V. PR. DVPLARIT DVVR. STIFEP. X. II. h. e. nulliti cohortis quinte prætoriae, duplari diuiri stipendi denariorum binorum. Hinc patet, milites denarium unum, duplares duos habuisse per singulos dies. V. et voc. seq.

DUOPLARIS), a, um, adject. idem ac duplaris, quem agitur de militia (V. voc. præced.), sed in *Inscriptionibus* tantum occurrit. *Inscript.* apud *Orell.* 2003., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 187. TIBERIVS VLPITS ACIVTS DVPLARIVS ALARIVS etc. Adde alias apud *eumnd.* 3485. et 3515.

DUOPLATIO, ônis, f. 3. duplicitio. *Paul.* *Dig.* 9. 4. 31. Duplicationis rationem habendam. Ita *Torrentin.*; et *Haloander* rectius edidit *duplicatio*.

DUOPLATUS, a, um. V. DUPLO.

DUOPLEX, icis, adject. omn. gen. Ablativus singularis numeri est *duplici*; *duplici* tamen habet *Horat.* 2. *Sat.* 2. 122. — *Duplex*, Græce διπλοῦς et διπλαῖς, a duo et *plico*, est qui rem aliquam bis continet, duplis; et cum *geminis* et *bini* jungitur, opponitur vero adjektivis *simplex*, *sesquplex*, par (It. *doppio*, due; Fr. double; Hisp. doble; Germ. *doppel*, *zwiefältig*, *zwiesach*; Angl. *double*, *twofold*, *twice as much*).

I.) Proprie. — a) Generativum. *Lucret.* 4. 275. Is quoque enim dupli geminoque fit aero visus. Primus enim est, citra postes qui cernitur aer: — Post extraria lux oculos perterget, et aer Alter. *Id. ibid.* v. 453. Et duplices hominum facies et corpora bina. Adde *eumnd.* *ibid.* v. 1222. *Cic.* 3. *Herenn.* 20. 33. Duplices similitudines esse debent, una rerum, altera verborum. *Id. Orat.* 57. 193. Et in eis singulis (numeris) modus insit aut sesquplex, aut duplex, aut par. *Id. 1. Tusc.* 30. 72. Duas esse vias, dupliquesque cursus animalium et corpore excedentia. *Cæs.* 2. *B. G.* 29. Quem locum dupli altissimum muro munierant. h. e. duobus altissimis muris. *Id.* 7. *ibid.* 36. Duplēcē fossam duodecum pedum a majoribus castris ad minora perdixit. h. e. duas fos-sas. *Id.* 3. *B. C.* 63. Duplēcē eo loco valuum fecerat. *Id. 1. ibid.* 45. Rates duplices, quoquo versus pedum xxx., e regione molis collocabat. *Id. 3. B. G.* 24. Prima luce productis omnibus copiis, dupli-ecis instituta, etc. *Id. 3. B. C.* 53. Duplēcē stipendio milites donare. Sic *Liv.* 7. 37. Milites dupliques frumento in perpetuum donati. *Id. 39. 5. extr.* Milites

bus et præda vicenos quinos denarios divisit, duplex centurioni, triplex equiti. *V. infra* sub f. *Virg.* 1. *G.* 172. Bina aures, dupli aptantur dentali dorso. *Quintil.* 8. 5. 4. Esse eam (*partem*) aliquando simplicem, — nonnumquam duplēcē. *Sueton.* *Aug.* 13. Duplex prælum. *Id. Tib.* 8. cura. *Id. ibid.* 25. sedatio. *Id. Domit.* 6. triumphus. — b) Speciatim. *Duplices tabellæ* ita dicta sunt, quod duabus tabellis constarent, quæ complicatae conscripta arcana cludebant tegebantque. *V. DIPTYCHUS.* *Ovid.* *Remed. am.* 667. Et manus, ei duplices manibus cecidere tabellæ. Adde *eumnd.* 1. *Amor.* 12. 27. — c) Item duplex vas, διπλωμα, dicitur, quod vas aliquod minus in patentis aqua serventi plenum immittitur, ut qua sunt in minori, tenius coquuntur, quod nostri dicunt cuocere a bagno maria. *Scribon.* *Compos.* 73. Per duplex vas coquuntur, donec melius habeat spissitudinem. Adde *eumnd.* *Compos.* 66. V. DIPLANGIUM. — d) *Duplex* judicium in causis quibusdam centumviralibus est, quod ab una centumvirorum hasta ad aliam transferri poterat, h. e. quum peracto uno judicio apud unam bastam (quatuor enim erant) appellabantur ad aliam. *Quintil.* 11. 1. 78. In centumviralibus judicis duplibus. *Id.* 5. 2. 1. hæc appellat judicia divisa in duas hastas. — e) *Duplex* *Hy-læus* dicitur a *Stat.* 4. *Theb.* 140. qui Centaurus erat, dimidius homo, dimidius equus. — f) *Duplex* quam est idem atque alterum tantum, ut apud *Colum.* 1. *R. R.* 8. 8. Duplēcē ferramenta, quam numerus servorum exigit. *Quintil.* 2. 3. 3. Duplices exigere mereedes, quam si rudes traderentur. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (9). Ideo duplex, quam ceteris, pretium.

II.) Translate. ¶ 1. Duplēcē dicuntur, quæ bifida sunt, sive in duo divisa. *Plaut.* *Truc.* 4. 3. 7. Ne duplices habeatis linguis, ne ego bilingues vos necem. — Sic *duplex fucus* est eadem ac duplēcē et bifida, seu prius divisa, deinde vel sole vel in furno aliquantisper exsiccatæ et cum altera ita conjuncta, ut intra utriusque pulpa adhæreat, extra vero corium sit: has propter similitudinem Siculi nunc vorant *chiappe di fichi*, easque adhuc videre est in *Mus. Neapolit.* servatas, quas e Pompejorum ruinis super erutas fuisse constat. Harum meminit et *Aristot.* *Problem.* c. 22. n. 9., ubi docet, bifidas, δίχα λεγόμενα, dulcissimas esse: multifidas, πολυτελεῖς, nūm exsuccas et insipidas: integras, αρχέτεις, humorem crudum servare. *Plaut.* 4. *R. R.* 10. 35. Subinde fucus, sicut est divisa, vertatur, ut Ecorum coria siccentur, et pulpa tunc duplēcē in cistellis serventur, aut loculis, quo genere *Campacia* tota custodit. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 6. 23. (52). Diocles hydropicus dedit allium in fico duplēcē ad evacuandam alvum. *Veget.* 2. *Veterin.* 10. Addisque novem duplices fucus. Adde *eumnd.* 1. *ibid.* 38. et 56. Cf. et *Colum.* 12. *R. R.* 15. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 121. tum penitus uva secundas Et nur ornabat mensas cum duplice fucus. *Vet. Scholast.* *Cruc.* ad *Horat.* loc. cit. Cum dupli fucus: bifida. Ex *Bullett. Archeol.* a. 1829. p. 68. colligimus, etiam Herculani repertæ esse duplices fucus. — *Plin.* 16. *Hist. nat.* 24. 38. (90). Folia palma duplēcē. h. e. latera bifida habentia, ut *Id. 13. ibid.* 4. 7. (30). loquitur. — Sic duplices leges, quæ duas habent partes. *Quintil.* 7. 7. 10. Duplices leges, sicut duas colliduntur. — Ille referri potest et illud *Virg.* 5. 9. Ut porticus duplices sint. h. e. duos habentes columnarum ordines, exteriores et medianas. ¶ 2. A Poetis duplēcē dicuntur quæ paria sunt, ideoque pro ambobus ponitur; quo sensu et διπλοῦς apud Græcos occurrit. *Lucret.* 6. 1145. Principio caput incensum fervore gerebant Et duplices oculos suffusa luce rubentes. *Virg.* 1. *En.* 97. duplices tendens ad sidera palmas. ¶ 3. Quenadmodum et apud Græcos, duplēcē dicuntur etiam quæ, simplici opposita, densiora et crassiora sunt, latiora vel ampliora. *Cato R. R.* 20. Clavi duplices. h. e. crassi, vel potius solitis crassiore. *Nepos Dataen.* 3. Agresti duplēcē amiculo circumdatus. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 25. Duplex pannus. *Propert.* 3. 1. 12. senus. *Gell.* 6. 12. Verbum duplex. h. e. duobus compositum. *Lucilius* apud *Non.* p. 394. 29. *Merc.* Quoniam in gymnasio duplēcē corpus siccassem pilam. *Forcellinus* hue retulit etiam loc. *Virg.* 1. *G.* 172., quem *V.* supra sub I. a.; et in fine paragr. addit: *Hæc alii alter interpretantur.* V. tamen I. f. ¶ 4. A Poetis, ut a Græcis διπλοῦς, ad amicum quoque transfertur, et est fallax, dolosus.

*Horat.* 1. *Od.* 6. 7. Duplex Ulyxes. *Catull.* 68. 51. Duplex Amathusia. — Ad hanc significationem respiisse videtur *Ovid.* de duplibus tabellis loquens 1. *Amor.* 12. 27. Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi? ¶ 5. Duplex pro duplēcē, curvato, inflexo. *Val. Flacc.* 6. 509. Semineces duplicesque inter sua tela, suosque Inter equos, sāvam misero luctamine versant Congeriem. V. DUPLICO II. 4.

DUOPLICARIUS), ii. V. DUPLICARIUS.

DUOPLICATIQU), ônis, f. 3. actus duplēcē. *Sene-*ca 4. *Quæst. nat.* 8. Radii solis a terra resilunt, et in se recurrunt: horum duplēcē proxima quæque a terris calefacit. *Ulp. Dig.* 48. 19. 8. Duplēcē temporis. *Cæpil.* 7. p. 246. et 257. numeri. Adde locum cit. in DUPLATIO. — Est etiam repetitio exceptionis. V. QUADREPLICATIO.

DUOPLICATO), adverb. in duplum. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 17. 14. (76). Stella Veneris quindecim pluribus subit: rursus Saturni et Jovis duplēcē degradentur: Martis etiam quadruplicato.

DUOPLICATOR), ôris, m. 3. qui duplēcē. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. Sinistrum opinionum duplēcētores.

DUOPLICATUS), a, um. V. DUPLICO.

DUOPLICARIUS), ii. m. 2. duplēcē. *Gloss. Philox.* Διπλοῖς, duplēcē. *Varro* 5. *L. L.* 90. *Müll.* Duplēcē dicti, quibus ob virtutem duplēcē cibari ut darentur, institutum. (Hinc apud *Liv.* 7. 37. Milites duplēcē frumento in perpetuum donati). *Liv.* 2. 59. extr. Centuriones, duplēcēosque virgis cæsos securi percussit. *Inscript.* apud *Giovenazium*, Aveja p. 126., que est apud *Orell.* 3534. L. ARRIVVS CHRYSTHVS MARMORABVS AVGSTAL. PYTEOL. DVPLICARIVS PETRONIVS VIVVS SIEN. — Vulgarē editiones *Varronis* et *Livii* locc. cit. habent duplēcēi et duplēcēos, *Inscript.* apud *Orell.* 3333. duplēcēarius: at duplēcēarius scribendum probat *Giovenazzium* loc. cit. Atqui apud *Hygin.* *Gromat.* p. 6. col. 2. bis duplēcēarius legitur in ant. Codice, ut et sesquiplēcēarius (V. loc. cit. in hac voce); ideoque cum recentioribus duplēcēarius potius scribendum est, et duplēcēarius tamquam altera forma *Inscriptionum* propria habenda est.

DUOPLICATS), ônis, f. 3. duplēcēatio. *Lactant.* *Opif. Dei* 8. Duplēcēitas aurium. h. e. binarius numerus aurium. *Id. ibid.* 10. narium.

DUOPLICATRER), adverb. ¶ 1. Est duobus modis vel causis. *Lucret.* 6. 508. Consertæ nubes vi venti mittere certant Duplēcēter. *Cic.* 9. *Fam.* 20. Duplēcēter delectatus sum tuis litteris. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 32. 104. Duplēcēter dici, assensus sustinere sapientem uno modo, etc. altero etc. *Brutus* ad *Attic.* inter *Cic. Ep.* 1. ad *Brut.* 17. Quæ in ipsum duplēcēter recidunt, quod et plures, etc. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 10. a med. Curionem video se duplēcēter jactatur, primum ut, etc., inde ut etc. ¶ 2. Item ambigue et quasi duplēcēti sententia latente. *Arnob.* 5. 36. Res duplēcēter conscriptæ et ambisaria ob-tentione velata.

DUOPLICO), as, ôvi, ôtum, are, a. 1. διπλοῦς. Part. *Duplicans* II. 1.; *Duplicatus* in omnibus paragr.; *Duplicaturus* I.; *Duplicandus* II. 2. — Duplēcēre est duplēcē facere, geminare (It. addoppiare; Fr. doubler; Hisp. dobrar; Germ. verdoppeln; Angl. to double).

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 69. 1. Sæpe enim diutius servata non modo usuram adjiciunt; sed etiam fructum duplēcē, si tempore promos. *Cic.* 1. *Nat. D.* 22. 60. Duplēcēre numerum dierum. Ade *Cæs.* 4. *B. G.* 36. Rurus *Cic.* 5. *Att.* 18. 2. Exertum duplēcēt eramus. *Liv.* 7. 7. Duplēcēre copias. *Nepos Iphicr.* 1. Hastæ modum duplēcēt, gladios longiores fecit. *Pers.* 6. 78. Duplēcēre reī. *Colum.* 12. *R. R.* 52. 2. redditum prelio. *Sueton.* *Cæs.* 26. stipendium. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (9). Illic (actus) erat cxx. pedum, duplēcētusque in longitudinem jugerum faciebat.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur universum pro augere. *Lucret.* 6. 336. Mobilitas duplēcēt, el impe-tus ille gravescit. *Cic. Dom.* 35. 95. Duplēcēre gloria discessisset. *Sall. Orat. Coll.* ad pop. *Sene-cetus*, per se gravis, curam duplēcēat. *Lucilius* apud *Cic.* 5. *Fam.* 14. Non intelliges duplēcēre sollicitudines, quas elevari tua te prudentia postulat. *Cic.* 5. *Fam.* 16. *Fam.* 21. Ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplēcētur opinio. *Cæs.* 3. *B. G.* 76. Signo profectio[n]is dato, exerci-

citum educit, duplicitaque ejus diei itinere, etc. *Id. ibid.* 92. Duplicato curau. *Virg.* 2. *Ecl.* 67. Et sol crescentes decadens duplicat umbras. *Ovid.* 11. *Met.* 549. inducta piecis e nubibus umbra Omne latet cælum duplicataque noctis imago est. *Id. t. Amor.* 9. 11. Flumin duplicata nimbo. Sic in *Monum.* *Aneyr.* tab. 4. apud *Gruter.* p. 232. l. 15. Aqvam, QVAE MARTIA APPELLATVR, DVPLICAVI, FONTE NOVO IN RIVVM EJVS IMMISSO. *Sil. It.* 13. 234. Sævo vires duplicante dolore. ¶ 2. *Duplicare verba* apud Rethores est repetere per figuram conduplicationem, ut in illo *Cic. Mil.* 27. 72. Occidi, occidi non Sp. Mælium etc. *Cic. Orat.* 39. 135. Quum duplicitur iteranturque verba, aut breviter commutata ponuntur. *Id. Partit. orat.* 6. 21. Verba geminata atque duplicata, vel etiam sæpius iterata. Adde eund. *ibid.* 15. 54.; et *V. Götter.* ad *Cic. Orat.* 25. 85. — *Duplicare verba* est etiam componere. *Liv.* 27. 11. Quos androgynos vulgū (ut pleraque faciliore ad dupliceanda verba Græco sermone) appellat. ¶ 3. Duplicare occurrit pro renovare in illo *Sall.* apud Servium ad *Virg.* 2. *Ecl.* 67. Marius victus duplicaverat bellum. ¶ 4. Denique usurpatur etiam, præcipue a Poetis, pro incurvare, flectere membrum aliquod vel totum corpus. *Virg.* 11. *Æn.* 684. latos huic hasta per armos Acta tremunt, duplique virum transfixa dolore. *Id. 12. ibid.* 926. incidit Ingens ad terram duplicato poplite Turnus. *Ovid.* 6. *Met.* 293. duplicitate vulnere cæco est. *Stat.* 3. *Theb.* 89. ingentem niu duplex in iecum Corruit. *Id. 6. ibid.* 858. ingentes artus præcessus Agyleus Sponte premit, parvumque gemeins duplicatur in hostem. *Val. Max.* 5. 1. n. 1. extern. Corpus frigore duplicitum.

**DÜPLIO**, önis, m. 3. τὸ διπλόν. Duplionem, inquit *Paul. Diac.* p. 66. 13. Müll., antiqui dicebant, quod nos duplum. *Lex XII. Tab.* apud *Festum* p. 376. 30. Müll. Fructus duplionē damnum decidito. *Alia* apud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (12). Impubem prætoris arbitratu verberari, noxiāmve duplionemve decerni.

**DÜPLIO**, as, Ætum, arc, a. 1. Part. *Duplatus*. — Duplo est duplum facio, duplico. *Paul. Diac.* p. 67. 2. Müll. Duplabis, duplicitus. Habent præterea *Ulp. Dig.* 40. 12. 22., *Cajus* *ibid.* 38. 10. 3. et *Paul. ibid.* 11. 3. 14. etc. Sic *Cassiod.* 7. *Variar.* 45. Et hujus rei duplum vestigium non debeat inveniri. *Imp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 1. 5. 11. Conventi intra annum tria vice, nisi omnes implieverint functiones duplum debitum implent.

**DÜPLÔMA. V. DIPLOMA.**

**DÜPLÔMUM**, i. n. 2. idem ac diploma. Vox Latine detorta à διπλωμα, ut a διπλούς est duplus, sequiori tamē etate videtur usurpatum fuisse. *Inscript.* apud *Murat.* 564. 1. *PATRONI PER DÜPLÔMVM A NERO NOSTRO COOPTATI.* Hæc pertinet ad an. a Chr. n. 261. In *Not. Tir.* p. 124. mendose legitur duplum. In *Gloss.* vero *Ibid.* habetur diplomum.

**DÜPLUS**, a, um, adject. διπλοῦς, bis tantus (It. doppio; Fr. double, deux fois aussi considérable; Hisp. doble; Germ. doppelt so gross oder viel; Angl. double, twice as much, twice as large). *Plant. fragm.* apud *Priscian.* 7. p. 751. Putsch. Scrobes efflodere duplos sexagenos in dies. *Cic. Tim.* 7. Dupla et tripla intervalla explere. *Id. ibid.* pars. *Liv.* 29. 19. pecunia. *Sueton. Domit.* 2. donativum. — *Hinc*

*Duplum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more. *Cato præf. R. R.* Furum condannare dupli. *Plant. Pten.* 1. 1. 56. Fur dupli. *Cic. 3. Off.* 16. 65. Dupli pecuniam subire. *Id. Flacc.* 21. 49. Ut si judicatum negaret in duplum iret. h. e. cadet in pecuniam dupli solvendi. *Plin. 27. Hist. nat.* 11. 74. (98). Herba fulvis duplo majoribus, quam rutæ. *Id. 2. ibid.* 21. 19. (83). A terra ad lunam cxxvi. millia stadiorum esse, ab ea usque ad solem duplum. Addo alterum *Plin. Paneg.* 40. *Ulp. Dig.* 40. 12. 20. Ilabore actionem in duplum. V. CAVEO.

*Dupla*, æ, f. 1. (subaudi pecunia) absolute, substantivorum more, est duplum pretii: simplici simplex pretium. *Plaut. Capt.* 4. 2. 39. Dupla agninam danunt. h. e. vendunt. Alii leg. duplo; quidam vero duplam agninam atque intelligunt carnem agninam vetastiorem, utpote agni grandioris, atque adeo duriore in cibis et coctu difficilem. *Varro* 2. *R. R.* 10. 5. Solet, si mancipio non datur, dupla promitti, aut, si ita pacti, simplici. *Ulp. Dig.* 21. 1. 31. a med.

Si dupla venditur mancipii non caveat. *Jabolen.* *ibid.* 2. 6. Nihil venditor prestabit præter simplam evictionis nomine.

**DÜPÖNDIARIUS**, a, um, et

**DÜPÖNDIUS. V. DIPONDIARTUS et DIPONDIUS.**

**DURABILIS**, e, adject. Comp. *Durabilior* 2. — Durabilis est ¶ 1. Qui indurari, seu durus fieri potest. *Apul. de Mag.* Præterea laurum fragilem, limum durabilem, ceram liquabilem. ¶ 2. Item qui diu persistere vel permanere potest. *Ovid. Heroid.* 4. 89. Quod caret altera requie, durabile non est. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 7. Liquor durabilis. Adde eund. *ibid.* 55. 1. *Apul. de Mag.* Durabilior materies.

**DURABILITAS**, etis, f. 3. abstracta qualitas, qua quid durat, durities. *Pallad.* 1. *R. R.* 36. 2. Sit circa banc (arcam) locus alter planus et purus, in quem frumenta transfusa refrigerentur, et horreis inferantur: qua res in eorum durabilitate proficit. *Id. 12. ibid.* 7. 2. Locis, quidem qualibuscumque (Persica) proveniunt: sed et pomis et frondibus et durabilitate præcipue sunt, si cælum calidum, solum arenosum et humidum sortiantur.

**DURABILITER**, adverb. continuo, perpetue. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 9. ante med. Qui propter Dei culturam durabiliter permanerunt in confessibus martyris.

**DURACINUS**, a, um, adject. qui durum acinum habet, et usurpatur presertim de uvis, tum etiam de aliis arborum fructibus. V. ACINUS. *Cato R. R.* 7. Duracina uva. *Plin. 14. Hist. nat.* 1. 3. (14). Uva non alibi gratior callo, ut inde possit invenisse nomen duracina. *Sueton. Aug.* 76. Panis unciam cum paucis acinis uye duracione comedti. *Martial.* 13. 22. *Uva duracina.* Non habilis cyathis, et inutilis uva Lyæo: Sed non potanti me, tibi nectar ero. *Hanc Colum.* 3. *R. R.* 2. 1. firmi durique acini vorat. *Id. ibid.* eam docet esui fuisse, non potu apud Romanos, ut constat etiam ex *Martial. loc. cit.* Sic latiori significatione *Colum. loc. cit.* vites ipsas duracinas appellat. Cl. *Fé* (Op. cit. vol. 1. p. 162.) hæc sit: « Le duracina pourrait bien être un chasselas. — On cultivait naguère, au Jardin du Roi, des raisins nommés de Maroc ou maroquins, qu'on croit être l'uva duracina. On les nomme vulgairement pied de poule à Montpellier ». — *Duracina persica* que dura carne sunt. *Plin. 15. Hist. nat.* 12. 11. (39). Sed persicorum palma duracina. *Id. ibid.* 28. 34. (113). Persicis duracinis adhæret corpus, e lignoque avelli nequit, quum in ceteris facile separetur. Cl. *Fé* (Op. cit. vol. 1. p. 228.) hæc docet « La variété de pêche dont il est ici question est aussi appellée duracina par les Grecs (*Geoponic.* 10. 23.). On pense que c'est le brugnon. — *Palladius* 12. *R. R.* 7. 8. en compte quatre variétés: *Duracina*, *præcoqua*, *persica*, *armenia*. — Les horticulteurs modernes en énumèrent près de cinquante variétés ». Et paulo post (*ibid. p. 229.*) hanc exhibet synonymiam: *Duracina* *Plin. locc. cit.* sunt *Persica dura*, *carne candida*, *aliquando ex albo subrubente* C. Bauh. *Pin.* 410.; *Persica duracina* Matth. Gesan. etc. var. 38. de *l'Encyclop.*; *Persica flore parvo*, *fructu oblongo*, *colorato*,  *verrucoso*, *carne firma*, *vinosa*, *Daham*. — Denique *duracina cerasa* apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 25. 30. (103). dicuntur, quæ sunt pulpa duriore. Cl. *Fé* (*ibid. p. 265.*) hæc sit: « C'est là le bigarreau à fruits rouges, *Prunus Bigarella* L. Spec. plant. 679., *Cerasa crassa*, *carne dura*, C. Bauh. *Pin.* 450. — Le bigarreau n'est pas aussi estimé chez les modernes qu'il paraissait l'être chez les anciens ».

**DURAMEN**, iois, n. 3. durities. *Lucret.* 6. 527. Et vis magna gel. magnum duramen aquarum. h. e. glacies. — *Duramen* quoque dicitur, itemque *duramentum*, durus ac firmus sarmentum in vite, et ipso truncu procedens, et quo palmites teneriores subinde ensescuntur. *Colum.* 4. *R. R.* 22. 1. Considerandum erit, cujus longitudinis sint duramina. et mox. In medio spatio duorum duraminum. Mox *ibid.* et c. 21. 1. vocat *duramentum*: quod et *Plin.* facit 17. *Hist. nat.* 23. 35. (208). et *Pallad.* 3. *R. R.* 16.

**DURAMENTUM**, i. o. 2. duramen.

L) Proprie, seu concreto, uti ajunt, sensu, occurrit de brachio vitis. V. voc. præced.

II) Translate, sive abstracte, est firmitas, confir-

matio. *Seneca Tranquill. anim.* 1. Tenera esse virtutum principia, tempore ipsis duramentum et robur accedere.

**DURATEUS**, a, um, adject. δουράτειος et δουράτειος *Homer.* 8. *Odys.* 493. et 512. ligneus; a δουράτοι lignum: et dicitur tantum de equo Trojano. *Lucret.* 1. 476. Nec clam duratus Trojanis Pergama partu inflammasse equus nocturno Grajugenum. — Dicitur etiam dureus et durius. V. DURIUS.

**DURATOR**, öris, m. 3. qui durat, seu durare facit. *Plin. 14. Hist. nat.* 1. 3. (17). Duratrix firmitas.

**DURATUS**, a, um. V. DURO.

**DURE** et duriter, adverb. Comp. *Durius* in omnibus paragr.; Sup. *Durissime* II. 2. — Neutrū quoque *durum* adverbī more usurpatur. V. DURUS in fin. — *Donatus* ad *Ter. Andr.* 1. 1. 47. duplex tradit discriminem inter *dure* et *duriter*: alterum quod *dure* referunt ad saevitiam, *duriter* ad laborem. Alterum quod *dure* in alterum, *duriter* in nos aliiquid facimus. Neutrū tamen a scriptoribus servatur. — *Dure* vel *duriter* est firmiter, rigide (It. duramente; Fr. durement; Hisp. duramente; Germ. hart; Angl. hardly).

I.) Proprie. — a) *Duriter* apud *Vitrav.* 10. 8. sub fin. Juga premunt duriter colla (bourn). — b) Comp. *Durius* apud *eund.* *ibid.* 15. in fin. Brachia quo longiora sunt, mollius, quo breviora, durius dicuntur. — *Forcellinus* huc retulit etiam illud *Ovid. Remed. am.* 337. Durius incedit: face inambulet. quod ad paragr. proxime sequentem referendum videtur.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur — 1.) De rebus pro rudi modo, inepte, sine arte. — a) *Duriter* apud *Lucret.* 5. 1400. Atque extra numerum procedere invenientes duriter. h. e. rudi modo, sine arte. *Cic.* 4. *Herenn.* 10. 15. Nova aut prisca verba, aut duriter aliunde translata. *Gell.* 17. 10. ad fin. Globos quoque flammari, quos ite xpouyou direrat, duriter et ἀκύπα; translust. — b) *Dure* apud *Horat.* 2. *Ep.* 1. 66. quædam nimis antiquæ, pleraque dure Dicere. *Quintil.* 9. 4. 58. Vel dure inter se commissa (verba). *Gell.* 18. 11. Quædam a poetis dicta dure et rancide. — c) Compar. apud *Horat.* 2. *Sat.* 3. 22. querere amabam, Quid sculptum infabre, quid fusum durius. h. e. inelegans, et minus exprimendo lineamenta: scilicet contrarium τῷ spirantia mollius ῥέα, apud *Virg.* 6. *Æn.* 848. *Quintil.* 9. 4. 117. Mutandus est casus, si durius is, quo cœperamus, feratur. Addo *eund.* 8. 6. 24. et 9. 4. 15. — 2.) De cultu vitæ est aspere, ut asper et attentus quæsisit apud *Horat.* 2. *Sat.* 6. 82. Hoc autem sensu occurrit duriter tantum apud *Ter. Adelph.* 1. 1. 20. Parco ac duriter se habere. Ubi *Donatus*: parco, ad servandum; duriter, ad labore referendum est. *Id. Andr.* 1. 1. 47. Parce ac duriter vitam agere. ¶ 2. Transfertur ad animum, et significat aspere, severe, sine misericordia. — a) *Duriter* apud *Ter. Adelph.* 4. 5. 28. Factum a vobis duriter immisericorditerque. Ubi *Donatus*. quasi dura mente, id est inflexibili, et quod Graeci dicunt ἀκεψίς. *Cæcilius* apud *Nom.* p. 512. 8. *Merc.* Educare aliquem duriter atque aspere. Addo alia apud *eund.* *ibid.* — b) Sæpius Compar. occurrit. *Cic. Ligur.* 6. 17. Scelus tu illud vocas: alii errorem appellant: alii timorem: qui durius, spem, cupiditatem: qui gravissime, temeritatem. *Id.* 1. *Brut.* 3. extr. Nil disserui durius, quum nominatum de C. Antonio decernerem. *Cæs.* 1. *B. C.* 22. Adeo esse perterritos nos nullus, ut sue vite durius consulere cogantur. *Seneca Ep.* 8. Corpus durius tractandum est, ne animo male pareat. *Tac.* 3. *Ann.* 52. Ne princeps antiquæ parsimonie durius adverteret. *Id. Agric.* 16. Ne arroganter in deditis et ut sua quoque injuriae ullorū durius consulenter. — c) Superl. *Ulp. Dig.* 47. 14. 1. Durissime punire. *Capell.* 8. p. 273. Vetus ille ac durissime castigatus, denuo risus, invasit. ¶ 3. Occurrat etiam pro improspere, adverse. *Sueton. Tib.* 14. Duries et contra prædicta cedentibus rebus.

DUREO, es, ere, n. 2. duresco. Hojus verbi usus agnoscitur a *Prisciano* 8. p. 800. et 837. *Putsch.* et a *Servio* ad *Virg.* 1. G. 91, nullo tamen allato Latini scriptoris exemplo. — De præter. perf. durui, *v.* voc. seq.

DURESCO, rescis, rui, rescere, n. 3. inchoat. duresco.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat.* D. 10. 26. Itaque et Aquilonibus reliquaque frigoribus adjectis durescit humor. *Virg.* 8. *Ecl.* 80. Limus ut hic durescit. *Id.* 1. G. 72. campus. *Ovid.* 2. *Met.* 831. Oraque duruerant. *Id.* 8. *ibid.* 607. durescit corpus. *Tac.* Germ. 45. materia.

II.) Translate. *Quintil.* 10. 5. 16. Necesse est deuteratur folgor, et durescat articulus. *Id.* 2. 5. 21. In Gracchorum et Catonis lectione durescere. h. e. duresco et insuavi illorum dicendi ratione assuescere.

DURETA, *a.*, f. 1. *Sueton.* Aug. 82. Contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod Hispanico verbo *Duretam* vocabat, manus ad pedes alternis jactaret.

DUREUS. *V.* DURIUS.

DURICORDIA, *iae*, f. durities cordis. *Tertull.* 5. advers. *Marcion.* 4. et 13. ex *Deuteronom.* 10. 16.

DURICORIUS, *a*, *um*, adject. qui est duri corii. *Macrob.* 2. *Saturn.* 16. ex *Cloatio.* Duricoriae fici. h. e. durum corticem habentes.

DURICUS. *V.* DURIUS.

DURIPES, pedis, adject. qui durum pedem habet. *Gloss.* *Cyrill.* Σκληρύνους, duripes.

DURITAS, *a*, *is*, f. 3. durities. Occurrit translate tantum apud *Cic.* *Orat.* 16. 53. Alii duritatem et severitatem quamdam verbis, et orationis quasi mæstitiam sequuntur. *Id.* *Senect.* 18. 65. Quanta in altero duritas, in altero comitas.

DURITER, adverb. *V.* DURE.

DURITIA, *a*, f. 1. et

DURITIES, *ei*, *f.* 5. Quod ad postremam hanc formam pertinet, Nominativus durities legitur apud *Cels.* 3. 24. et 6. 18.; Accusat. duritatem apud *Lucret.* *Catull.* *Plin.* Paneg. 82. et sepe apud *Ovid.*; Alijat. duritie apud *Plin.* *Hist.* nat., *Ovid.*, *Sueton.* et *Tac.* Horum nonnulla inferius afferuntur. *Forcellinus* cum veteribus libris *Dativum* duritiei legit apud *Cæs.* 6. B. G. 21.; ubi recentiores pierique omnes ex bonis Codic. leg. duritiae. — Ceterum duritia, vel durities est duritas, duritudo (It. durezza; Fr. dureté; Hisp. dureza; Germ. d. Härte; Angl. hardness, callousness).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 4. 269. Duritiam penitus sari sentimus in alto. *Catull.* 65. 50. ferri frangere duritiam. *Ovid.* 3. Met. 63. Loricaeque modo squamis defensus et atræ Duritiæ pellis, validos cute repulit ictus. At non duritiæ jaculum quoque vincit eadem. *Plin.* 28. *Hist.* nat. 15. 60. (212). Duritiæ lapillis similes. *Id.* 37. *ibid.* 11. 73. (189). Duritiæ adamantina. *Id.* 23. *ibid.* 7. 64. (126). Lac caprifici coactum in duritiam. ¶ 2. Speciatim apud Medicos, in corpore duritia est, ubicumque morbosum aliiquid collectum est et in duritiam coactum. *Cels.* 5. 28. n. 11. Abscessus rubeus cum calore et duritia. *Id.* 3. 24. Durities praecordiorum. *Sueton.* *Ner.* 34. Duritia alvi. *Plin.* 28. *Hist.* nat. 19. 77. (253). Duritiæ ventris emolire. *Id.* 21. *ibid.* 18. 69. (115). discutere. *Id.* 25. *ibid.* 5. 22. (55). conconquere et purgare. *Id.* 22. *ibid.* 25. 68. (138). militigare. *Id.* 27. *ibid.* 9. 57. (181). sanare. — Et in plur. numero. *Id.* 31. *ibid.* 3. 21. (34). Cisternæ elvo duritiæ facientes. Alii tamen aliter omnino legunt. *Id.* 23. *ibid.* 4. 47. (92). Collectiones omnes duritiæque lenire. *Id.* *ibid.* 4. 40. (82). Duritiæ diffundere. *Id.* 35. *ibid.* 15. 52. (189). Duritiæ cicatricum sanare. ¶ 3. Item speciatim, duritia vini est austerus vini sapor. *Plin.* 14. *Hist.* nat. 7. 9. (74). Dulci mixto, vini duritia suavitatem accipit.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro asperitate vita et patientia in laboribus. *Cato* apud *Festum* p. 281. 22. *Müll.* Ego iam a principio in parsimonia atque in duritia atque industria omnem adolescentium abstinui. *Plaut.* *Most.* 1. 2. 74. et *Truc.* 2. 2. 55. Parsimonia et duritia disciplinae alii eram. *Nepos Alcib.* 11. Sic duritiæ se dedisse, ut parsimonia vietus atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret. *Cæs.* 6. B. G. 21. A paucis labori ac duritiæ student. *Cic.* 5. *Tusc.* 26. 74. Nec vero illa sibi remedia comparavit ad tolerandum dolorem, similitatem

animi, consuetudinem patiënti, duritiæ virilem. *Id.* Partit. orat. 23. 81. Nam et prudentiam malitia —, et fortitudinem audacia imitatur, et patiëntiam duritiæ immanis. *Justin.* 9. 2. 9. Scythes autem virtute animi et duritiæ corporis, non opibus censerit. Sic *Plin.* Paneg. 82. Duritiæ corporis et lacertorum. h. e. robur ac firmitas. *Tac.* 6. *Ann.* 34. Duritiæ et patientia insuescere. duritiæ hic ad corpus, patientia ad animum refertur. — Duritiæ refertur stiam ad docendi severitatem et austoritatem præceptorum philosophie. *Cic.* 3. *Orat.* 17. 62. Ab Antisthene, qui patiëntiam et duritiæ in Socratis sermone maxime adamarat, Cinclæ primum, deinde Stoici manaverunt. ¶ 2. Item pro severitate, acerbitate, animo qui nulla re flectitur aut mitigatur, adeoque pro ipso animi stupore. *Ter.* *Heaut.* 3. 1. 26. Timet, ne tua duritiæ antiqua illa etiam adiuncta sit. *Ovid.* *Heroid.* 2. 137. Duritiæ ferrum ut superes adamantaque teque. *Id.* 1. *Trist.* 8. 46. Duritiæque mihi non agere reus. *Cic.* *Dom.* 36. 97. Eam animi duritiæ, sic ut corporis, quod, quam uritur, non sentit, stuporem potius, quam virtutem putarem. *Id.* *ibid.* 38. 101. An ego tantum acti animi duritiæ habere, aut oculorum impudentiam possim, ut etc. *Forcell.* et *Orell.* leg. duritiæ. — Huc referri potest et illud *Senecæ Const.* *Sap.* 47. Si ille hoc potius duritiæ oris, qui assiduis conviciis depudere didicerat. h. e. impudentia. ¶ 3. Denique pro molesta rerum gravitate, qua lædat atque premat. *Tac.* 1. *Ann.* 35. Angustias stipendiæ, duritiæ operum (*militarium*) incusant. *Id.* 13. *ibid.* 35. Duritiæ cæli militiaque multi abnuebant. *Id.* 1. *Hist.* 23. Labores itinerum, inopia commœtuum, duritia imperii atrocis accipiebantur. *Sueton.* *Claud.* 14. Duritiæ lenitatemve legum moderari.

DURITIOLA, *a*, *i.* 1. diminut. a duritiæ, parva durities. *Pelagon.* *Veterin.* 16. 17. Ad ossilagines, vel nervos crassos, vel ad rhagadia in nervis, aut si forte ab ate fuerit percussus (*equus*), aut tumor aliquis fuerit, aut duritiolam fecerit, sic curabis.

DURITUDO, ius, *f.* 3. duritis. *Gell.* 17. 2. ad fin. Cato in L. *Veturium*, duritudinem, quam duritiæ, dicere, gravius putabat. *Qui illius*, inquit, *impudentiam norat, et duritudinem.* Hæc eadem habet Non. p. 100. 21. *Merc.*

DURITUS vel durus, *a*, *um*, adject. δούπιος vel δούπειος, idem quod durateus, hoc est ligneus; a δούπῳ lignum. *Aurel.* *Vict.* *Orig.* gentis R. 1. E qua illud in secundo ἔξειδος, de enumeratione eorum, qui equo digrediebantur. *Paul.* *Diac.* p. 82.

12. *Müll.* Epeus nomen cujasdam fabri, qui equum dureum fecit. *At.* leg. durium. Hinc poetice *Val.* *Flacc.* 2. 573. manet immotis noctis duria lustris. h. e. in qua equus ligneus Græcorum (qui δούπιος ab Aristophane dicitur in *Avib.* v. 1128) viros edidit, qui Trojam exciderat. Alii apud *Val.* *Flacc.* leg. durata eodem sensu eademque vocis origine: aliu vero plerique *Dorica*.

DURISCLUS, *a*, *um*, adject. *Comp.* diminut. a durus. *Plin.* *Hist.* nat. præf. 1. Ille enim (*Catullus*) permutatis prioribus Sætabis durisculum se fecit. Alter *Plin.* 1. Ep. 16. Inseruit data opera mollibus levibusque duriusculos quodam versus.

DURO, as, avi, åtum, are, a. 1. Part. Durans sub B. II. 1. et 2.; Duratus sub A. I. et II. 1.; Duraturus sub A. II. 2. — Duro est durum, solidum, firmum facio (It. indurare, far duro; Fr. dureir, rendre dur; Hisp. endurear, endurecer, poner duro y solida alguna cosa; Germ. hart machen, abhärtzen; Angl. to harden, make hard, indurate). Usurpatur autem A) Active; et B) Neutrorum more.

A) Active.

I.) Proprie. — a) Generatim. *Lucret.* 2. 444. Denique qua nobis durata ac spissa videntur, etc. *Liv.* 21. 11. Camenta durata calce. *Horat.* 3. Od. 24. 39. Durataeque solo nives. *Id.* 2. *Sat.* 4. 72. Uvam fumo durare. *Ovid.* 4. *Met.* 576. Duratae cuti increascent squamae. *Id.* 4. *Pont.* 9. 85. coit duratus frigore pontus. *Curt.* 3. 2. ad fin. Hastæ igne duratae. *Colum.* 6. R. R. 37. 11. Annicula mula montibus, aut feris locis pascit, ut ungulas duret. *Apul.* 1. *Met.* Saga et divina, potens fontes durare, montes diluere. *Plin.* 34. *Hist.* nat. 15. 43. (149). Ferrum accensum igni, nisi duretur istibus, corrumperatur. *Id.* 6. *ibid.* 30. 33. (195). Locustæ igne et sale duratae. *Id.* 29. *ibid.* 3. 11. (45). Durata in aqua ova.

*Val.* *Flacc.* 7. 364. Stygiis durata fontibus harpe. *Tibull.* 4. 1. 156. Tellus durata in glaciemque nivemque. *Plin.* 12. *Hist.* nat. 19. 42. (94). Guttæ durabantur in grana. — b) Speciatim in re medica durare est idem quod adstringere, et mollire opponitur. *Cels.* 2. 14. Frictione, si vehementer sit, durari corpus, si lenis, moliri. *Sic* *Id.* 2. 33. Quæ vehementer et reprimunt et refrigerant, durant; quæ autem calefaciunt et digerunt, ea emolunt. — c) Item speciatim durare dicuntur fullones, qui vestes calcando cogendo conciliant. Hinc apud *Plaut.* *Asin.* 5. 2. 57. quum dixisset mulier afflita, non queo durae; subdit Parasitus: Si non didicisti fullonicam, non est mirandum.

II.) Translate. ¶ 1. Durare est assuetudine labori ac malis, corroborare, confirmare, firmum reddere. *Plaut.* *Pseud.* 1. 6. 6. ca. Quid opus est? ps. Potin' aliam rem ut cures? ca. At ps. Bat. ca. Crucior. rs. Cor dura. ca. Non possum. ps. Fac poesis. Cf. *Phaedr.* 2. *Epil.* 18. Fatalis exitium corde durato feram. *Lucret.* 5. 1358. Atque ipsi potius durum sufficer labore, Atque opere in duro durarent membra manusque. *Cæs.* 6. B. G. 27. Hoc se labore durant adolescentes. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 119. simul atque duraverit atas Membra animunque tuum, nam bis sine cortice. *Virg.* 3. G. 257. Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durant. *Liv.* 7. 29. ad fin. Ab duratis usu armorum pulsi. *Id.* 38. 17. ad fin. Durati tot malis et exasperati. *Id.* 42. 52. Tot subacti atque durati bellis. *Id.* 30. 28. Exercitus duratus omnium rerum patientia. *Velley.* 2. 78. Cæsar crebris expeditionibus, patientia periculorum, bellique experientia durabat exercitum. *Colum.* 1. R. R. præsat. circa med. Duratus laboribus. *Tac.* 3. *Ann.* 15. Quod reus postquam sibi extitae intelligit, an auctor experiret dubitan, hortantibus filiis duratum senatumque rursum ingreditur. Sic *Abbinov.* 1. 197. iratus vota insucepta reliquit, Duravisse que animum. h. e. obfirmavit. ¶ 2. Hinc morali sensu durare est obfirmare, vitius assuetudine, insensibilem reddere. *Horat.* *Epod.* 16. 65. Ere (al. Ere, sed minus recte), debinc ferro duravit sæcula. *Tac.* 4. *Hist.* 59. Nec illi, quamquam ad omne facinus durato, verba ultra suppeditavere, quam ut sacramentum recitaret. *Quintil.* 1. 1. 37. Multa lingua via, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur. *Id.* 1. 3. 14. Qui objurgatione non corrigitur, is etiam ad plagas, ut pessima quoque mancipia, durabitur.

B) Neutrorum more.

I.) Proprie. *Virg.* 6. *Ecl.* 35. Tum durare solum et discludere Nerea ponto. h. e. durum fieri. *Heynius* interpretatur orbis mundi cœpit durare etc.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe sumitur pro obfirmari, obdurari, tolerare, patienteferre, quasi consuetudine et diuturnitate durus factus sit animus et mala non sentiat: cf. sub A. II. 1. — a) Sæpe occurrit nequeo durare aut aliquid simile, et est nequeo tolerare, susferre. *Plaut.* *Amph.* 3. 2. 1. Durare nequeo in ædibus. Adde eundem. *Men.* 5. 2. 31. et *Merc.* 3. 4. 50. Sic *Id.* *Truc.* 2. 3. 5. Non quis parumper durare, opperirier? di. Quin hercle lassus jam sum durando miser. h. e. respectando. Et *Ter.* *Adolph.* 4. 2. 15. Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, potest. — Et sequente part. quin, *Plaut.* *Mil. glor.* 4. 6. 34. Durare nequeo, quin eam intro. Adde eundem. *Circ.* 1. 3. 19. Similiter *Sueton.* *Claud.* 28. Nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret. — b) Generatim. *Liv.* 5. 2. Millitem Romanum, in opere ac labore, nivibus pruinisque obrutum, sub pellibus durare. *Id.* 10. 46. Nives jam omnia oppleverant, nec durari extra tecta potest. *Id.* 23. 18. Exercitus adversus omnia humana sæpe ac diu durans. *Virg.* 1. *En.* 211. Durare, et vosmet rebus servate secundis. *Id.* 9. *ibid.* 604. sævoque gelu duramus et undis. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 82. Idem eadem possunt horam durare probantes? *Propert.* 1. 6. 11. His ego non horam possum durare querelis. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 27. His, et quæ taceo, duravi sæpe ferendis. *Quintil.* 11. 3. 23. In sudata veste durandum. — Et poetice cum addito Accusativo. *Horat.* 1. *Od.* 14. 6. ac sine funibus Vix durare carinae Possunt imperiosius æquor. h. e. perfette, sustinere. *Virg.* 8. *En.* 577. patiar quemvis durare laborem. *Val.* *Flacc.* 7. 338. heu! primo potes hoc durare sub ævo? *Stat.* 5. *Silv.* 2. 153. Durabis quascumque vias, vallumque subi-

bis. Similiter *Pallad.* 3. R. R. 9. 1. Plano igitur loco statues vitem, cuius genus nebulas sustinet et pruinias; collibus, quod siccitatem durat et ventos. — c) Durare aliqui aliquid pro perseverare occurrit apud *Plin.* 5. Ep. 16. 5. Duravit hic (vigor animi) illi (puelle) usque ad extremum, nec aut spatio valetudinis, aut metu mortis infactus est. Similiter *Id.* 4. *ibid.* 16. 1. Adbuc honor studiis durat. Et *Vellej.* 2. 85. Illis, etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi duravit constantia. ¶ 2. Frequenter etiam refertur ad tempus, et ponitur pro superstitem esse, persistere, permanere. — a) Cum addito tempore, quo quid durat. *Plaut.* *Trin.* 2. 2. 13. Lacrimas bæc mihi elicunt, quia ego ad hoc genus hominum duravi. h. e. vixi usque ad hoc genus hominum. *Lucret.* 3. 604. Non modo non omnem possit (corpus) durare per ærum, Sed minimū quodvis nequeat consistere tempus? *Id. ibid.* 338. corpus per se nec gigantur unquam, Nec crescit, nec post mortem durare videtur. *Virg.* 2. G. 100. totidem durare per annos. *Liv.* 1. 9. Res Romana hominis ætatem duraturam erat. *Quintil.* 1. 2. 20. Durare ad senectam usque. *Id.* 3. 1. 21. ad posteros. *Tac.* 3. Ann. 16. nostram ad juvenat. *Justin.* 2. 4. 32. usque tempora Alexandri M. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 76. (196). centenis annis. *Id.* 31. *ibid.* 9. 45. (98). per sæcula. *Vellej.* 2. 79. In tantum duravit odium, ut etc. — b) Absolute. *Plaut.* *Asin.* 1. 3. 44. Si ea (talenta) durarent mihi. *Ovid.* *Heroid.* 1. 49. Si maneo, qualis Troja durante manebam. *Lucan.* 4. 52. Non duraturæ conspecto sole pruinae. *Sueton.* *Ner.* 38. Quidquid memorabile ex antiquitate duraverat. *Id. Tib.* 6. *Munera*, quibus a Pompeiæ Seri. Pompeji sorore in Sicilia donatus est, durant, ostendunturque adhuc Baiis. *Tac.* *Agric.* 11. Durante originis vi. *Petron.* *Satyr.* 96. Ego, durante adhuc iracundia, non continui manum. — c) Interdum dicunt etiam de spatio, quod continuum extenditur. *Tac.* *Germ.* 30. Non ita effusis ac palustribus locis, ut ceteræ civitates; durant siquidem colles, paulatim rarescant. — d) Cum Infinito. *Lucan.* 4. 519. Victurosque dei celant, ut vivere durent, Felix esse mori. *Petron.* *Satyr.* 41. Postquam itaque omnes baculias consumpsi, duravi interrogare illum interpretem meum, quid me tortueret. Cf. *Sil. It.* 10. 653. miranti durarunt prodere Pœno. Et *Id.* 11. 75. Romuleis durastis, ait, succedere muris? h. e. ausi estis. Haec duo tamen postrema ad paragraphum proxime sequentem rectius referas. ¶ 3. Morali significatione ponitur pro obtundi, insensibilem esse. *Tac.* 1. *Ann.* 6. In nullius unquam suorum necem duravit. *Id.* 14. *ibid.* 1. Usque ad cædem ejus duratura filii odio. *Quintil.* 9. 2. 88. Pater non durat ultra penam abducionis. *Petron.* *Satyr.* 105. Cujus tam crudeles manus in hoc supplicium durassent? h. e. insensibiles factæ essent ad tantam crudelitatem.

**DURUS**, a, um, adject. Ratione habita etymi, quidam putant esse ἀ δούρον *tignum*. — Comp. *Durior* et *Sup.* *Durissimus* in oīnibus fere paragr. — Durus est solidus, firmus (It. *duro*; Fr. *dur*; Hisp. *duro*; Germ. *hart*; Angl. *hard*, *solid*).

1.) Proprie dicitur de iis, quæ in tactum, gustum et auditum agunt. — a) Sic generatim de iis, quæ in tactum agunt. *Lucret.* 2. 449. duri robora ferri. *Id.* 6. 1192. cavati oculi; cava tempora; frigida pellicula Durare. Sic *Virg.* 3. G. 501. aret Pells, et ad tactum tractanti dura resistit. *Id.* 4. *En.* 366. Durae cautes. *Id.* 6. *ibid.* 471. silex. *Horat.* 3. Od. 11. 31. ferrum. Iox 4. *ibid.* 4. 57. bipennes. *Id.* *Epod.* 4. 4. compes. *Id.* *ibid.* 5. 30. ligones. *Id.* 1. Sat. 1. 28. aratrum. *Ovid.* 1. *Met.* 105. dumeta. *Id.* 2. *ibid.* 418. gallina. *Id.* 8. *ibid.* 805. cutis. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 23. 47. (99). Fungi, qui in coquendo duriores sunt. *Id.* 26. *ibid.* 8. 30. (48). Ladanum durissimum tactu. *Colum.* 3. R. R. 11. 7. Durissimus topus. — Huc pertinent et illa *Horat.* 2. Sat. 4. 27. Dura alvus. h. e. alvus astricta, venter astrictus. Apud *Cels.* 6. 18. n. 9. est dura alvus, quæ dura excedit. *Ovid.* 2. *Amor.* 9. extr. Durior oris equus. *Juvenal.* 3. 170. Durus cucullus. h. e. crassa materia constans. *Cels.* 2. 30. Dura aqua. h. e. quæ tardus putescit, ut *Id. ibid.* docet. — Absolute durum in vite est materia ætate jam indurata et robusta, ut truacuus et velut sarmentum, cui opponitur viridis et tenella. *Colum.* 5. R. R. 6. 29. et alibi. — b) De iis, quæ in gustum agunt. *Cato R. R.* 156. ad

fin. Vinum atrum durum. Sic *Pallad.* 11. R. R. 11. 5. Suave viuum de duro fieri docent, si etc. Et *Virg.* 4. G. 102. Durus Bacchi sapor. h. e. vinum aspernum. *Seren.* *Sammon.* 3. 40. et 20. 331. Durum acetum. *Colum.* t2. R. R. 6. 1. Dura muria. h. e. salissima, atque adeo diu durans. — c) De iis, quæ in auditum agunt. *Cic.* 2. *Nat. D.* 58. 146. Dura vox. h. e. quæ non flectitur. *Id.* 1. *Nat. D.* 34. 95. Sive beatitas, sive beatitudine dicenda est: utrumque omnino durum; sed usu mollienda nobis verba sunt. *Quintil.* 8. 3. 32. Dura verba. *Id.* 8. 6. 62. oratio. *Id.* 9. 4. 142. compositio. *Id.* 11. 3. 35. consonantes. *Id.* 12. 19. 30. syllabe.

II.) Translate: ad rem *Seneca Ep.* 58. ante med. Ingenium durum. h. e. tardum, aut aridæ venæ. Et *Quintil.* 11. 2. 48. Dura memoria. h. e. que res difficile complectitur et servat. — Hinc ¶ 1. Dicitur de animo ac præcipue de ingenii cultura, et quidem in malam partem; et est rudis, impolitus, sine arte. — a) Generatim. *Cic.* 4. *Fin.* 28. 78. Stoici horridiores, asperiores, duriores et oratione et moribus. *Id.* *Brut.* 31. 117. Ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. *Id.* 14. *Att.* 20. 3. Attilus, poeta durissimus. *Horat.* 1. Sat. 4. 8. Lucilius durus compone versus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (137). Nicophanes pictor durus in coloribus. Cf. *Ovid.* 3. *Fast.* 517. Et ducent posito duras crateres chœreas. h. e. rudes, sine arte. — b) Speciatim apud Rhætores dura diruntur quæ molibus opponuntur. *Cic.* *Orat.* 15. 49. Aut molliet dura, aut occultabit quæ dilui non poterunt. *Quintil.* 8. 6. 65. Rectum erat, sed durum et incomptum. ¶ 2. Item de animo, sed in bonam partem, et est idem ac fortis, seu qui laboris et malorum patiens est, eaque minus sentit vel consuetudine, vel natura. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 102. Fortes et duri Spartiates. *Liv.* 27. 48. Ligures, dum in armis genus. *Virg.* 3. *En.* 94. Dardanidae duri. *Horat.* 2. Od. 12. 2. durus Hannibal. *Id.* 4. *ibid.* 14. 50. Iheria. *Id.* 1. Sat. 7. 29. vindemiator. *Id.* *Epod.* 3. 4. dura messorum ilia. *Ovid.* 5. *Trist.* 5. 51. Ulysses. *Id.* 3. *Met.* 584. juvenci. Cf. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 91. (72). Nisi quod inter omnia auri famæ durissima est. *F.* integrum loc. — Sic durus est qui parco ac tenui victa cultuque utitur, apud *Ovid.* 3. *Art. am.* 109. Si fuit Andromache tunicas induitæ valentes, Quid mirum? duri militis uxor erat. ¶ 3. Morali significatione durus est crudelis, immitis, asper, rigidus, qui nulla re flectitur. *Ter.* *Adolph.* 1. 1. 39. Nimirum ipse est durus. *Id.* *Heaut.* 3. 1. 50. Satis jam, satis pater durus fui. *Id.* *Phorm.* 3. 2. 12. Adeo! ingenio esse duro te atque inerorabilis, ut neque misericordia, neque precibus moliri queas? *Id.* *Heaut.* 4. 1. 52. Duro animo esse. *Cic.* *Amic.* 13. 48. Virtutem duram et quasi ferream esse quamdam volunt. *Id.* 7. *Ferr.* 46. 121. Quis tam fuit durus et ferreas, quis tam inhumanus? *Id.* *Arch.* 8. 17. Quis tam animo agresti ac duro fuit, ut Rosci morte non commoveretur? *Id.* *Orat.* 43. 148. Quis tamen se tam durum agrestemque præberet, qui hanc mihi non daret veniam? Cf. *Anton.* ad *Cic. post ep.* 13. 1. 14. ad *Att.* Duriorum se præbere misera et afflire fortuna alicuius. *Rurus* *Cic.* 2. *ad Brut.* 7. sub fin. Si cui periculis, duri suimus in Dotabellæ. *Id.* 2. *Fin.* 19. 62. Varius, qui habitus est judex durior. *Id.* 2. *Off.* 14. 50. Duri hominis, vel potius vir hominis videtur, periculum capitis inferre multis. *Virg.* t. G. 63. Unde homines nati, durum genus. *Id.* 5. *En.* 730. genus dura atque aspera cultu. Cf. *Id.* 3. G. 258. Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor? *Horat.* 1. Od. 33. 34. Quid nos dura refugimus etas? *Id.* 4. *ibid.* 1. 7. Flectere molibus jam durum imperiis. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 166. Duro vultu lacrimas alicuius aspicere. *Plin.* 2. *Ep.* 10. Hominem te patientem, vel potius durum ac pæne crudellem, qui tam insignes libros tam diu teneas. — Huc pertinet et durus ad aliquid, h. e. qui alicuius rei nulla deflectione capit, apud *Cic. Arch.* 9. 19. Ipsu illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, jacundus fuit. — *Forcellinus* hue retulit etiam illud *Cic.* 1. *Off.* 33. 129. Ne quid effeminatum, aut molle, et ne quid durum, aut rusticum sit. Hæc tam ad superiore paregr. 1. rectius fortasse referenda. Item illud *Virg.* 2. G. 369. Dura imperia exercere quod ad paregr. 5. pertinere videtur. — Huc tamen referri possunt oscula non dura, hoc est: mollis, lassiva, apud *Ovid.* *Heroid.* 16. 223.

Oscula quum vero coram non dura daretis. Et 1. *Art. am.* 668. Neve queri possit (amicæ) dura (oscula) fuisse, cave. ¶ 4. Speciatim os durum est impudens apud *Ter.* *Eun.* 4. 7. 36. Sic *Ovid.* 5. *Met.* 451. duri puer oris et audax. *Cic.* *Quinct.* 27. 77. Mihi videri ore durissimo esse, qui etc. — Sic durus homo, qui duri est oris. *Cæs.* 3. B. C. 20. Atque ipsis, ad quorum communum pertinebat, durior inventus est Cœlius. ¶ 5. Sæpe de inanis dictum, et est qui lädet, calamitosus, adversus, notius, asper, molestus, difficultis, laboriosus, arduous. *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 13. Dura opulento homini servitus. *Id.* *Men.* 5. 2. 119. Morbus acer ac durus. *Id.* *ibid.* 6. 10. Durum frigus. *Id.* *Merc.* 4. 6. 1. Lega dura vivunt mulieres. *Ter.* *Phorm.* 1. 2. 22. O Geta, prævinciam cepisti duram. *Id.* *Adolph.* 5. 4. 5. Duram vitam vivere. *Lucret.* 3. 461. Durus labor. *Id.* *ibid.* 484. causa. *Cæs.* 7. B. G. 8. Durissimo tempore anni. *Id.* 7. B. G. 10. Né ab re frumentaria, duris subsectionibus, laboraret. h. e. difficultim. *Cic.* *Rabir.* *Post.* 6. 15. Providete, nè duriorem vobis conditionem statuatis. *Id.* *Dom.* 6. 15. Annona in reditu meo facta erat durior. *Id.* *Brut.* 79. 274. Durum verbum. *Id.* 1. *Off.* 12. 37. nomen. *Id.* 1. de republ. 44. servitus. *Id.* 12. *Fam.* 25. extr. De Co. Minucio rumores duriores erant. *Auct. B. Alex.* 14. et 25. Si durior accidisset casus. *Liv.* 34. 5. Ut legem latam per bellum temporibus duris, in pace et florente ac beata republica abrogaretis. *Id.* 45. 30. Frigida hæc omnis duraque cultu et aspera plaga est. *Virg.* 5. *En.* 5. Duri dolores. *Horat.* 4. *Od.* 9. 49. pauperies. *Id.* 1. *Sat.* 2. 6. famæ. *Id.* 2. *Od.* 13. 27. dura navis. Dura fugæ mala, dura bellii. *Ovid.* 13. *Met.* 29. duri munera bellii. *Id.* 4. *ibid.* 307. renatus. *Id.* *Heroid.* 7. 106. via. — Duras dare est ellipsis pro duras contumelias, vel n̄t̄s, vel partes. *Ter.* *Heaut.* 2. 4. 22. Immo, ut patrem tuum illud esse habbitum, diu etiam duras dabit. Simile est illud eyus. *Eun.* 2. 3. 62. Duras fratris partes prædictas. Hinc Anton. inter epist. *Cic.* 10. *Att.* 8. Quod judicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione tua. — Eadem significatio sæpe occurrit: durum et dura absolute, substantivorum more. *Ter.* *Phorm.* 2. 1. S. *dx.* Etiamne id lex coegit? *rn.* Illud durum. GE. Ego expediam. *Horat.* 1. *Od.* 24. 19. Durum: sed levius fit patientia Quidquid corrigerem est nefas. *Id.* 1. *Sat.* 9. 42. ego, ut contendere durum cum victore, sequor. *Quintil.* 1. 1. 85. Quid enim crudelius, quam homines honestis parentibus ac majoribus natos, a republica summoveri? Itaque durum id esse summum ille tractandorum animorum artifex confitetur. Adde eundem. 9. 2. 92. et 12. 1. 36. *Virg.* 8. *En.* 522. Multaque dura suo tristis cam corde putabant. *Horat.* 1. *Od.* 18. 3. Siccs omnia nam dura deus proposuit. Adde eundem. 2. *Ep.* 1. 141. *Ovid.* 9. *Met.* 544. ego dura null. *Seneca* *Ædip.* 208. Ubis iusta duris mixta in ambiguo jacent. *Cæs.* 1. B. G. 48. Hi, si quid erat durus, concurrebant. Cf. *Id.* 5. *ibid.* 29. et 3. B. C. 94. — Hinc Durum, i, vel Dura, absolute, substantivorum more, *F.* supra sub I. et sub II. 5.

Durum, adverbii vice positum. *Martial.* 3. 89. Utere lactucis et molibus utere malvis: Nam faciem durum, Phœbe, cæcantis habes. *F.* NITOR, erit. **DUSARIA**, grum, n. plur. 2. festa in honorem Bacchi, qui apud Arabas Dusares vocabatur, unde Dusare, teste Steph. Byz., vocatus est locus editas Arabie. *Hesych.* Δυσαρια. Συνεργησαν τοι Δυσαριας Ναβαταιοι. Tertull. *Apolog.* 24. Unicunque etiam provincie et civitati sous deus est, ut Syrie Astarte, ut Arabia Dusares, ut Noricis Belenus. *Nummus* Latinus coloniae Germanorum apud Eckhel. *D. N. V. T.* 3. p. 178. col. GERMANORVM ACTIA DVSARIA. Alius Grecus coloniae Bostronorum *ibid.* p. 501. *Axt:z Δουσαρια.* In utroque typus est torcularis, quod ad Bacchum vindemia præsidem respicit. *Inscript.* apud Donat. 56. 6. DYSARI CRVM.

**DUSARITIS MYRRHA**, est quedam myrrha species, cuius meminit *Plin.* 12. *Hist. nat.* 16. 36. (69). Recte Sillig ad h. l. adnotavit: «Dusaritum Hard. tacite; et videtur hoc nomen lucem accipere ex Stefano Biz., qui s. v. Δουσαρη sit: Εποται δέ απὸ τοῦ Δουσάρου θεός δὲ οὐτος παρὰ Αρχή καὶ Δαχαρίνος τιμωμένος.» Afferit deinde glosam Hesych., quam *F.* in vob. præced.

**DUSII**, örum, m. plur. 2. *Isid.* 8. *Orig.* 11. in fin. Quos dæmones (Latini incubos) Galli dusios nuncupant. Sic apud *Augustin.* 15. *Civ. Dei* 23. Dusii Gallorum lingua sunt dæmones incubi, Silvanis et Faunis similis.

**DUSMÖSUS** et

**DUSMUS. V DUMOSUS.**

**DUSSIS**, is, fn. 3. nomen ejusdem formæ ac cassis, et significat duos asses. *Priscian.* de ponder. p. 1356. *Putsch.* Duo asses, dussis, dupondius: tres-si, quadrassis, decussis, etc. *Priscian.* tamen nullo id auctore confirmat.

**DÜUMVIR**, viri, m. 2. In Genitivo plur. habet fere *duumvirum*: et natura sua seppissime in plur. occurrit. — Etiam disyllaba vox esse potest, ut in *Inscript.* apud *Bimard.* in *præfat.* ad *Murat.* *Inscr.* T. 1. p. 20. FLAMEN ITEM DVVMVIR, QVÆSTOR PAGIQVE MAGISTER, VERVS AD AVGSTVM LEGATO (lege legati) MVNERE FVNCTVS. — Quod ad scriptiōnem attinet — Legitur et *duovir*. In *Cenotaph.* *Pis.* C. *Cæsarius* apud *Noris.* VTIQVE GYM PRIMVM PER LEGEM COLONIAE DVO VIROS CREARE ET HABERE POTVERIMVS, IT DVO VIRI, QUI PRIMI CREATI ERYNT etc. *Inscript.* apud *Gruter.* 152. 2. M. ARRIVS M. F., M. SEXTIVS M. F. DVOVIRI DE SUO VIAM FACIVNDAM ET REFICIVNDAM COBRÄVERNT. Addo aliam apud *eund.* 168. 6. Et in singulari apud *eund.* 445. 5. C. OFILLIO. SEX. F. GAL. DVO VIRO ITERVM QVINQUENNALL. — Etiam *duovir* antiquo more legitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 394. 5. T. COMINVS T. F. DVOMVIR, AEDILIS, INTERREN. *Alia* apud *eund.* 43. 5. DVOMVIREI DE SENATVS SENTENTIA AEDEM HERCVLI FACIVNDAM COBRÄVERE. Eadem apud *Nibby Viagg.* antq. T. 2. p. 209. habet *duomvires* pro *duomviri*. *Alia* apud *Marin.* *Frat.* Arv. p. 62. c. TVCCVS L. F. VOT. DVOMVIR. — Ceterum *duumvir* fuit unus ex magistris duorum virorum, a duo et eis, quod duo viri in eo officio essent. Varii generis *duumviri* fuerunt apud Romanos: — a) Omnium antiquissimi, qui perduellionem judicare jussi sunt, cum nempe quis paricidium patrasset, aut seditiones excitasset, vel magistris vim intulisset, vel regnum affectasset. Hujusmodi judicium instituit rex Tullus Hostilius an. U. C. 85., ante Chr. n. 669., cum Horatius post tres curiatioes fratres devictos sororem suam interfecisset. Liv. 1. 26. *Duumviro*s, qui Horatius perduellionem judicent, secundum legem facio. Id. 6. 20. de *M. Mantio*. Sunt qui per *duumviro*s, qui de perduellione anquirerent, creatos, autores sint damnatum. *Cic. Rabir.* perduell. 4. 12. Hic popularis (*Labienus*) a *duumviris*, injussu vestro, non judicari de cive Romano, sed indicta causa civem Romanum capitum cundemnari coegit. Addo *Sueton.* Cæs. 12., et *V. Göttlings römn.* *Staatsverf.* p. 159. et 474.; et *Klotz* ad *Cicer.* *Oration.* vol. 2. p. 848. — b) His nobiliores fuerunt *duumviri sacrorum*, vel *sacris faciundi*, qui oracula Sibyllina custodiebant et interpretabantur, et sacrarum cærimoniarum antistes eraut: hos a Tarquinio Superbo instituto fuisse docet *Dionys.* *Halic.* l. 4. c. 62. Liv. 3. 10. Libri per *duumviro*s *sacrorum* aditi: pericula a couventu alienigenarum predicta. Id. 6. 37. narrat, an. U. C. 381. tribunos pl. novam rogationem prouulgasse, ut pro *duumviro*s *sacris faciundi* decemviri crearentur, ita ut pars ex plebe, pars ex patribus fieret: quod factum tribus post annos ait Id. *ibid.* 42. Postea Sulla, qui et reliquorum sacerdotiorum numerum auxit, aliis quinque additis pro decemvirs quindecimvirois instituisse putatur. *V. QUINDECIMVIR.* — c) *Duumviri navales* erant, qui classis ornanda resiliendæ causa interdum creabantur. Liv. 9. 30., 40. 18. et 41. 1. — d) Fuerunt præterea alli *duumviri*, ut aquæ perducendæ, *Frontini Aquæd.* 6., sedi *sacræ facienda* aut locanda, Liv. 7. 28. et 22. 33., item dedicandæ, Id. 2. 42. et 35. 41. etc. Sed dedicationis causa vel unus tantummodo creabatur, qui nihilominus appellabatur *duumvir*, vel si duo, unus tantummodo adhibebatur, ut est in modo citatis *Livii locis*. Item apud *eund.* 2. 42., 6. 5., 34. 53., 35. 41. et 36. 36.; in quibus propteræ locis singularis numerus occurrit. — e) *Duumviri* vero, vel *duumviri* *juri dicundo* (vel *jure dicundo* ut in *Inscript.* apud *Orell.* 3807., vel denique *juri dicundi* ut in *Inscript.* apud *Gruter.* 375. 2.), vel *duumviri* *præfecti* *juri dicundo*, vel *duumviri* *quinquennales* appellatus fuit magistratus in coloniis et municipiis, qui summo loco

civitati præerat, et res publicas administrabat: bi similes fuerunt consulibus Roinæ, eligebanturque ex corpore decurionum: eorum munus annum plenumque, aliquando semestre erat. *Cavedoni, Marm. Moden.* p. 221. putat *duumviro*s *άπλοις* alios fuisse a *duumviro*s *jure dicundo*; eosdem vero primarium fuisse magistratum, ut consules Roinæ, posteriores vero similes prætoribus Romanis. *V.* had de re etiam *Marin.* *Frat.* Arv. p. 180., in *Bullett. archol.* a. 1847. p. 95., *Göttingens römn.* *Staatsverf.* p. 412., et *Klotz* ad *Cicer.* *Oration.* vol. 3. p. 926. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 34. 93. Cum venissent Capuam coloniam, deducat L. Considio et Sex. Saltio, quemadmodum ipsi loquebantur, prætoribus: nam primum, id quod dixi, cum ceteris in coloniis *duumviri* appellatur, hi se prætores appellari volebant. *Cæs.* 1. B. C. 30. *Duumviris* municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant, Brundusiumque deducendas current. *Inscript.* medosia apud *Murat.* 1116. 8., hic vero emendata ex ipso lapide, qui in villa Quiriniana prope Patavium extat: T. FLAVIO T. FILIO TROMENTINA AGRICOLAE DECVRIONI COLONICE SALONISTÆ, AEDILE, IIIVIRO JYRE DICUNDO, DECURIONI COLONICE AEQUITATIS, IIIVIRO QVINQUENNALI etc. *Alia* apud *Gruter.* 195. 4. L. FABIUS L. F. GAL. RYPIVS IIIVIR PRAEF. JYR. DIC. AL DECVRIONIBVS CREATVS.

**DÜUMVIRA**, æ, f. 1. uxor *duumviri*. Vox est cadentis Latinitatis, quam exhibet *Inscript.* apud *Rennier.* 3914. *MESSIA CASTVL* DVVMVIRIA ANITA EJVS.

**DÜUMVIRALICUS**, a, um, adject. ad *duumviro*s pertinens. *Duumviraticus* vir est qui *duumviro*rum gessit, idem ac *duumviralis*. *Inscript.* Cannina apud *Fabrett.* p. 598. n. 9.

**DÜUMVIRALIS**, e, adject. ad *duumviratus* munus pertinens. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 29. n. 129. CN. MONATVS M. F. PAL. AVRELIVS BASSVS FLAMEN PERPETVVS, DVVMVIRALIS POTESTATÆ AEDILIS DICTATOR III. *Vellej.* 2. 19. In carcere Minturniensium jussu *duumvirali* perductus est. *Inscript.* apud *Gruter.* 431. 1. SEX. LIGVRIS SEX. FIL. GALERIA MARINVS SYMMVS CVRATOR C. R. (h. e. ciuius Romanorum) PROINCIAE LGD. Q. II. VIRALIE. (h. e. Lugdunensis, questor, *duumviribus*) ORNAMENTIS SVPPRAGIO SANCTISSIMI ORDINIS HONORATVS II. VIR DESIGNATVS EX POSTULATIONE POPVL. etc. — Hinc

*Duumviralis*, is, m. 3. absolute, substantivorum more, est idem ac *duumviralicus*, qui aliquando *duumviratu* functus est. *Ulp. Dig.* 50. 3. 1. Qui *duumviratum* gesserunt, et inter *duumvira*les antiquissimus quisque prior scribatur.

**DÜUMVIRALITAS**, atis, f. 3. idem ac *duumviro*rum. *Imp. Constantin.* Col. 3. 27. 1.

**DÜUMVIRATUS**, us, m. 1. dignitas *duumviro*rum. *Plin.* 1. Ep. 22. 1. Ille agoneum Trebonius in *duumviratu* suo tollendum curavit. Addo *Ulp. Dig.* 50. 3. 1. *Inscript.* apud *Henzen.* 7175. Q. CLAVIO QVIR. MACRO OMNIBVS HONORIB. APVD SVOS FVCT. CVI PRIMO OMNIVM IN DVVMVIRATV SCHOL. ET STATVAS ORBIO DECREVIT etc. Addo *alias* apud *eund.* et *Orell.* 7121., 7050., 7049., 2570., 2533. etc.

**DÜUMVIRI**, örum. *V. DÜUMVIR.*

**DUX**, ducus, m. et f. 3. qui alium dicit, ductor (It. *guida*, *douce*, *conditiero*; Fr. *conducteur*, *guide*; Hispan. *conductor*, *guia*; Germ. der *Führer*; Angl. a *leader*, *guide*, *conductor*). Occurrat *¶* 1. Generatim. — a) *Mosc.* gen. *Cic.* 3. *Orat.* 17. 63. Auctor publici consilii, dux regende civitatis, sententiae princeps in senatu. Id. 5. *Verr.* 21. 54. Dux Istri quandam et magister ad despoliandum Diana templum fuit. Id. 10. *Fam.* 6. Prebere se auctoritate, principem, ducem alicui. Id. 3. *Cat.* 9. 22. Diis ducibus hanc mentem voluntatemque suscepit. *Id. Amic.* 12. 42. Dux impetialis. *Id. Mur.* 25. 50. Dux et signifer calamitosorum. *Horat.* 1. Od. 7. Nil desperandum Teucro dux et auspice Teucro. Liv. 9. 5. Illis non ducem locorum, non exploratorem fuisse. *Curt.* 5. 4. 11. Duce in Persidem ferentem via Lycium civeum fuisse. *Id. ibid.* § 27. Sibi quisque dux itineris ceperat fieri. *Id. ibid.* § 20. Duces itineris de captiuis dati. *Ovid.* 6. *Met.* 324. Dare ducem cuncti. *Id.* 4. *Trist.* 10. 119. Tu dux, tu comes es: tu nos abducis ab Histro. Sic *Id.* 4. *Pont.* 12. 23. Tu bonus hortator, tu duxque comes que fuisti. *Id. Hemed.* am. 767. n. 1. dux operis valet frustratur Apollo. — Et absolute pro dux itineris. Liv. 22. 13. 5. Ipse (*Hannibal*) imperat duci, ut se in agrum Casinatem ducat. Et *ibid.* § 7. Vo-

catum ducem percunctatur, ubi terrarum esset? — b) Feminae. *gen. Virg.* 1. *Æn.* 368. dux femina facti. *Ovid.* 14. *Met.* 121. Cum dux Cumæa fallit sermonem laborem. *Id.* 3. *ibid.* 12. Hac dux carpe viam. Sic *Val. Flacc.* 5. 396. Hac dux fert gradus. *Flor.* 4. 11. Prima dux fugæ regina. *Stat.* 4. *Theb.* 778. Dux tarda. *Id.* 12. *ibid.* 226. vesana. — Et de abstractis. *Cic. Amic.* 5. 19. Natura, optima bene vivendi dux. *Id.* 1. *Fin.* 21. 71. Natura dux ac magistra. *Id.* 2. *Divinat.* 40. 83. Ad rem gerendam habere rationem ducem. *Id.* 1. *Tusc.* 12. 27. Mors claris viris dux in cælum solet esse. *Id.* 1. *Divinat.* 52. 118. Ad hostiam deligendam potest esse dux vis quadam sentiens. *¶* 2. Speciatim in re militari — a) Sæpe pro imperatore ponitur. *Cæs.* 1. B. G. 13. Cujus legationis Divico princeps fuit, qui bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat. *Id.* 2. *ibid.* 23. Omnes Nervii confertissimo agmine, dux Boduognato, qui summam imperii tenebat, ad eum locum contendunt. *Id.* 7. *ibid.* 88. Sedulus dux et princeps Lemovicum. Addo *eund.* 3. *ibid.* 18. et 23. *Cic.* 1. *Orat.* 2. 7. Belli duces præstantissimi. *Nepos Arist.* 2. Pausanias, quo dux Mardonius erat fugatus. Cf. *Cic.* 7. *Ver.* 34. 89. Dux et praefectus classis. — b) Interdum vero dux cum imperatore jungitur, et minus est quam imperator. Hic enim est, quem penes summa bellum et auspicia sunt: ille potest dux dicti, quamvis ab imperatore secundus. *Cic. Flacc.* 12. 27. Utrum igitur hoc Græci statuerint, aut ullæ exteræ nationes, an vestri prætores, vestri duces, vestri imperatores? *Id.* 3. *Off.* 26. 99. Atillus Regulus quum in Africa ex insidiis captus esset, dux Xanthippo Lacedænonio, imperatore autem patre Hannibali Namnicare. *Tac.* 3. *Hist.* 37. Quod consul rem publicam, dux imperatorem — prodidisset. — c) Dux et mari et teria dicuntur a *Nepot.* *Aristid.* 2. et *Timoth.* 2. Σχλαττοκράτορες, ii scil. populi, ex quibus in bellis Græcorum duces dabantur exercitibus et universa Græcia comparatis. — d) De imperatore Romano. *Phœdr.* 2. 5. Tum sic jocata est tanti majestas ducis. h. e. Tiberii. *¶* 3. Item speciatim ad bruta transfertur. *Horat.* 1. Ep. 19. 22. qui sibi fidit, Dux regit etiamen. h. e., ut *Porphyron* ait ad h. l., imitatus regem opium sequentur ducem. Cf. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 5. 4. (11). Apes rem publicam habent ac duces. *Ovid.* 4. *Fast.* 715. Dux lanigeri pecoris. h. e. aries. *Id.* 5. *Met.* 327. Duxque gregis, dixit, fit Juppiter. h. e. aries. *Id.* 8. *ibid.* 884. Armenti modo dux vires in cornua sumo.

## DY

**DYAS**, ædis, f. 3. δυάς, numerus binarius. *Macrob.* 1. *Somn.* *Scip.* 6. et 12.; et *Augustin.* 4. *Confess.* 15.

**DYAMIS**, is, f. 3. Græca vox δύαμις, vis, potestas. *Plaut.* *Pseud.* 1. 2. 77. Quojs amatores olivi dynamis habent maximam. h. e. vim, seu copiam. *V. OLIVINA.* — Ab Arithmeticis vocatur *dynamis* numerus quadratus: cur vero, ipsos consule. *Arnob.* 2. 24. Percontare, quid sit cubus, aut dynamis, etc. *Capeit.* 2. p. 26. potestatem vocal: Itali dicunt *la potenza*. *V. POTESTAS.* — NB. De cognom. Rom. *V. ONOM.*

**DYNASTA** vel rectius *Græca positione*

**DYNASTES**, æ, m. 1. δυνάστης, qui dominatum in aliquo loco habet, princeps, dominus, regulus: intellige apud externas nationes: a δύναμι possum. Dici autem videtur proprio de iis, qui non tam amplam habent diccionem, ut reges appellari mereantur. *Cic.* 11. *Phil.* 12. 31. Ceteri reges, teatrarchæ, dynastæque. Addo *eund.* 2. *Att.* 9. *Cæs.* 3. B. C. 3. Magnam imperatam regibus omnibus et dynastis et tetraphis pecuniam exegerat. *Nepos Ages.* 7. Munera ei ab regibus et dynastis civitatisbusque conferuntur. *Id. Datam.* 2. *Thyus dynastes Paphlagonie.* regi dicto audiens non erat. *Id. ibid.* 3. hunc eundem Thyum nobilem regem appellat: et quo appetet, dynaste nomine regem quoque significari posse.

**DYONYMUS**, a, um, adjct. δυόνυμος; duo habens nomina. *Priscian.* 2. p. 580. *Putsch.* Synonyma sunt, quæ, sicut diximus, diversis nominibus idem significant, ut *ensis*, *nucro*, *gladius*. In pro-

priis quoque hanc vim habent dyonyma, vel trionyma, vel tetraonyma, ut *Publius Cornelius Scipio Africanus*.

## DYOTA. V. DIOTA.

DYSCOLUS, a, um, adject. δύσκολος, difficilis, morosus. Exstat hæc vox in *Nat. Vir.* p. 163., ubi tamen mendose discollis legitur. At major est auctoritas *Fulgat.* interpr. 1. *Petr.* 2. 18. Servi subditis estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis.

DYSARESTIES, a, um, adject. δυσαρεστιος, cui placere difficulter possit, morosus. Est titulus operis Aristophontis Athenæi. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 6. a med. Aristophontes Athenæus in libris, qui dysarestia nuncupantur, hanc fabulam (scil. de Psyche et Cupidine) enormi verborum circuitu discere cupientibus prodidit.

DYSENTERIA, iæ, f. 1. morbus intestinorum, quæ exulcerata sanguinem reddit, tormentibusque excruciant. *V. Cels.* 4. 15., qui tamen Græca usurpat, ut et *Cic.* 7. *Fam.* 26.; est enim a δυς male, et επτερος intestinum. Latine *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 33. (128). Si urat dysenteria. *Id.* 26. *ibid.* 8. 28. (45). Alzoi succus alvum sistit et dysenterias.

DYSENTERIACUS, a, um, adject. idem ac dysentericus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Nat. Vir.* p. 180.

DYSENTERICUS, a, um, adject. δυσεντερικος, ad dysenteriam pertinens. *Pallad.* 3. *R. R.* 31. Dysenterica passio. — Hinc

*Dysentericus*, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui dysenteria laborat. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 55. (116). Mel datur in sorbitione dysentericis. Adde eundem. *ibid.* 8. 28. (44). et 20. *ibid.* 9. 34. (86); *Scribon. Compos.* 85.; *Theod. Priscian.* l. 2. part. 2. c. 18.; et *Firmic.* 4. *Mathes.* 8.

DYSEROS, ôtis, m. 3. δυσερος, infelix in amore. Græca vox a δυς male, et ερως amor. *Auson. Epigr.* 92. 1. Suasisti, Venus, ecce, duas dyseros ut amorem.

DYSPEPSIA, iæ, f. 1. δυστεφία, ægra et difficultis ciborum concoctio, cruditas: a δυς male, et πέπτει coquo. *Cato R. R.* 127. Ad dyspepsiam et stranum mederi malum punicum.

DYSPHORICUS, a, um, adject. δυσφορικος, infelix: item male patiens. *Firmic.* 8. *Mathes.* 12. Dysphorici ac miseri infelicitate moriuntur.

DYPNCEA, æ, f. 1. δυγνωσια, spirandi difficultas. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 19. (33). Dypnæa medetur centaurium majus. *Id.* 23. *ibid.* 4. 47. (92). Balsaminum unguentum dypnæas lenit.

DYSPNOICUS, a, um, adject. δυσπνοϊκος, qui dyspnoea laborat. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 6. 14. (23). Ammoniacum prodest dyspnœicos, pleuriticis, etc.

DYSRÖPHÖRON, δυσρόφορον, vitium sermonis, cum voces dictu asperse adhibentur, ut persuasrices, præstigiatrikes, atque inductrices tigres. Ita *Capell.* 5. p. 167. Est autem Græca vox. a δυς male, et προφέρω profero. Ceterum *Kopp.* legit dyspropheron; *Forcellinus* vero dyspropheron.

DYSURIA, iæ, f. 1. δυσεριος, difficultas et suppressio urinæ: a δυς, quod notat difficultatem, et οὐρα urina. *Cic. Græcis litteris scriptis* 10. *Att.* 19. At Latinis *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 4.; *Pelagon. loc. cit.* in *STRANGURIA*; et *Theod. Priscian.* l. 2. part. 2. c. 20.

DYSURIACUS, a, um, adject. qui dysuria laborat. *Firmic.* 4. *Mathes.* 8. Dysentericos, pleuriticos, hydroscopicos, dysuriacos.

## DE LITTERA E

E est I.) Latini alphabeti littera; II.) Nota in monumentis; III.) Prepositio.

I.) E, neutr. indecl. vel masc., vel etiam fem. gen. si cum nomine *littera* conjugatur, est quinta Latinorum littera et inter vocales secunda. — a) Ratione habita scriptioris, aliquando Latinis ita scripsérunt II.; quod etiam postremis Latinitatibus temporibus factum ex multis inscriptionibus patet: *V. Rosini Dissert. Isag.* p. 38. et *Orell. Inscript.* vol. 2. p. 367. § 17. Hanc scribendi rationem ex Osiris Latinos mutuasse nonnulli putarent: rectius

fortasse *Orelius loc. cit.* animadvertisit, interdum in saxis Latinis litteras forma Græca scriptas esse, ut H seu γ̄ Græcum pro E apud *Fabrett.* p. 346. et *Murat.* 1487. 3.; quæ fortasse, inquit, causa, cur in saxis Latinis, omissa lineola transversa, toties II pro E legatur, ut apud *Fabrett.* p. 397., *Murat.* 1512. 9. et *Zachar. Marm. Sal.* III. p. xi. Ceterum in vetustissimis, quæ adhuc extant, monumens, E semper scribunt. — b) Ratione habita pronunciationis, hæc *Terentian.* p. 2386. *Putsch.* E, quæ sequitur vocula, dissona est priori (*h. e. A.*), Quia deprimit altum modico tenore rictum, Et lingua remotos premit hinc et hinc molares. Et *Capell.* 3. p. 58. E spiritus facit lingua paullum pressiore. — c) Quod ad vim attinet, e Latina tum e, tum γ̄ Græcorum respondet. *Capell.* 3. p. 53. E autem vocalis duarum Græcarum litterarum vim possidet. Nam quum corripitur, e Græcum est, ut ab hoc hoste; quum producitur, γ̄ta est, ut ab hac die. Ac maxime tunc circumflexum accentum tenet. Similiter *Auson. Carm.* 12. 347. Ἡτα quod Ἀolidum, quodque s valet, hoc Latiane E Præsto, quod E Latinum semper breve, *Dovice vox E.* Cf. *Terentian.* p. 2393. *Putsch.* — d) Hinc ratione habita quantitatis, e modo brevis, modo longa est. — Porro precipuam dicimus A) De aliarum vocalium transitu in vocalem e; et B) De diphthongis, quæ e et alia vocali constuant.

A) E vocalis — 1.º Qum brevis est natura sua, (namque positione fieri potest etiam longa) — a) Quoniam tenui admodum sono effertur, in locum aliarum omnium vocalium facile transit: — Sic pro a ponitur in multis vocabulis compositis, præcipue si duæ consonantes sequantur, ut in commendio (*cum* et *mando*), *insercio* (*in* et *farcio*), *incestus* (*in* et *castus*), *ineptus* (*in* et *aptus*), *perpetior* (*per* et *pator*), *refello* (*re* et *fallo*), etc. Similiter pro a ponitur in reduplicatis eorum verborum perfectis, quorum etyma vocalem a exhibent, ut *cecidi* (*cado*), *cecinis* (*cano*), *peperi* (*pario*), *tetigi* (*tango*), etc.: unde in aliis verbis per syncopen e longa ponitur, ut in *egi* ab *ago* (pro *eagi*), *cepi* a *capio*, *feci* a *factio*, *fregi* a *frango* etc. — Pro i ponitur in vetustissimis quibusdam formis, quæ adhuc leguntur in *Columna rostrata* et in *Scipionum monumentis*, cujusmodi sunt *cepet*, *dedit*, *exemet*, *navebos*, *tempestebus*, *Menerba*, *magester*, etc. pro *cepit*, *dedit*, *exemit*, etc. Cf. *Varro* 1. *R. R.* 2. 14. A quo rustici eliam nunc quoque viam veam appellant, propter vecturas; et *vellan*, non *viliam*, quo vehunt et unde vehunt. Item dicuntur, qui vecturis vivunt, *vellaturam* facere. Et *Cic.* 3. *Orat.* 12. 46. Quare Cotta noster, cuius tu illa lata, Sulpici, nonnunquam imitaris, ut *Iota* litteram tollas, et E plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videatur inaurari. *Quatil.* 1. 4. 17. Non E quoque I loco fuit? Præterea ponitur pro i etiam in etymis nonnullorum verborum, si optimis Codicibus fides habeatur, sic in v. *intellego*, *neglego*, *Vergilius*, *Deana* etc. V. *Wagner. ad Virg. vol.* 5. p. 479. Quod vero ad terminacionem spectat, *Dativus* et *Ablativus tertiae declinationis e vel i* sine ullo discrimine antiquitus finiebantur; in posterum autem factum est, ut *Dativus vocali i*, *Ablativus vocali e* tamquam certa sedes constitueretur: hue spectant quoque duplices formas *here* et *heri*, *peregre* et *peregri*, *vespere* et *vesperi* etc. Denique quod attinet ad Nominativum pluralem tertiae declinationis et ad neutrum singulare nominum adjectivorum, ut *facili*s, e, utrum *inter e* et *i* cognationis vinculum intersit, necne, incertum est. — Rare admodum e ponitur pro o et u: sic *vertex*, *verto*, *vester* dicitar pro *vortex*, *vorto*, *voster*; et *dejero* *pejero* a *juro* derivantur (*contra toga* et *tugurium a tego*). — b) Interdum in fine vocabulorum e protrsus omittitur, ut in Imperativis *dic*, *duc*, *fac*, *fer*, quorū integræ formas *dice*, *duce* etc. etiamnum leguntur apud *Plaut.* et *alios*. (V. *DICO*, *DUCO*, *FACIO*, *FERO* suis locis); item in Vocativo singulari nominum in ius terminatorum ad secundam declinationem pertinentium, ut *filii* pro *filie*, *Cai* pro *Cacie* etc.; et deinde in iis verbis esse formis, quæ consonanti littera incipiunt, ut *sum* pro *esum*, sunt pro *esunt* etc. — c) Demum et aliquando transit in locum syllabæ finalis consonanti littera terminata, ut in *mage* et *note* pro *magis* et *potis*, nec non in formis *conabere*, *sixere* et similibus, pro *conaberis*,

## EARINUS

dixerunt, etc. — 2.º Qum longa est e — a) Transit interdum in locum a, ae et oe, ut in anhelo, ab halo, obscenus, obscaenus et obscoenus. Variam autem fuisse rationem scribendi et pronunciandi per e et per œ, satis testatur *Varro*, qui 7. *L. L.* 96. *Hüll.* ait, alias dixisse *sceptrum*, alias *sceptrum*, partim *ſenue*, parim *ſenus*. Posterioribus tamen temporibus haec pronunciandi ratio penitus amissa est. Hinc apud autores quosdam infinita Latinitatis non solum e pro œ scribatur, sed etiam corripiebatur, ut *heresis* apud *Prudent.*, et *erumna* apud *Paulin.* etc. V. suis locis. — b) E locum diphthongi capere videtur in obedio ab *auto*. — c) Denique pro i αρχαιος ponebatur in aliquot vocabulis, ut *amecus*, *leber*, *speca* etc. pro *amicus*, *liber*, *spica* etc.; et in peregrinis quoque nominibus occurrit, cujusmodi sunt *chorœa*, *Darœus* (V. *Mützell.* ad *Curt.* 3. 1. 8.), quamquam in alias i usuvenierit, ut in *Academia*, *Alexandrœa*, etc.

B) In diphthongis e primum locum tenet in ei et eu, quæ Græca omnino dici possunt; alterum vero in ae et oe. — De diphthongis ei et eu hæc nit *Terentian.* p. 2393. *Putsch.* Litteram namque e videmus esse ad γ̄ta proximam, Sicut o et œ videntur esse vicina sibi: Temporum momenta distant, non soni nativitas. Inde vertunt hanc in γ̄ta saepē diphthongon Graji. Quando quos γ̄ται solebant aut αχαρης dicere, Lævigant i πτησηque potius aut αχαρης nominant: Nosque Medeam Latine sic in usum vertimus, Nomen et regina gesit quod furens Amazonum; Sic et *Aeneas Achæus*, noster *Aenean* vocat: Sic erit nobis et ista rario diphthongos ei. *Eitor* in silvam necessit est e et i connectere: Principali namque verbo nascitur, quod est eo. Sic oœis, plureis, omnes scribimus pluraliter: Non enim nunc addis e, sed permanet sicut fuit. — Ju et eu, quæ sic habemus cum Grajis communiter. Corripi plenumque possunt temporum salvo modo. Sive Græcis, seu Latinis inserantur versibus. — In diphthongis ae et oe, et vicem gerit vocalis γ̄ται: V. A et O suis locis.

II.) E nota in monumentis occurrit, et modo est egregius, modo evocatus vel emeritus, modo equus vel eques, equestris, equitata. V. *Oréll. Inscript.* vol. 2. p. 459. et *Henzel. Inscript.* p. 207.

III.) E prepositio. V. EX init., eosdem enim usus habet, nisi quod e numquam ante vocales adhibetur.

## EA

EA, adverb. (*subaudi viæ*) per eum locum. Liv. 21. 32. a med. Gallisque ad visenda loca præmissis, postquam comperit, transitum ea non esse, etc. — Ceterum V. IS, ea, id.

ÉADEM, adverb. (*subaudi viæ*) per eumdem locum. *Charis* 2. p. 187. *Putsch.* Addit. *Scaurus*, quod veteres eadem soliti sint dicere, non adiunctas via, ut sit *xxv* *éadem*, ut *Plautus inquit*: *Eadem bipes* (legi *biberis*), eadem tibi dedero suavum — *Plauti* locus est *Bacch.* 1. 1. 15. Ceterum V. IDEM, eadem, idem.

ÉALÉ, es, f. 1. sera est in *Ethiopia*, magnitudine equi *flavialis*, cauda *elephantis*, colore nigra, vel fulva, matillas apri, majora rubitalibus cornua habens, et mobilia, quæ alterna in pugna sistit, variataque infesta aut obliqua, utuncunque ratio monstravit. Hæc *Plin. 8. Hist. nat.* 21. 20. (73). Videatur ita esse appellata ab *εάλη* 3. p. aor. 1. pass. verbi *εάλω*, *verto*, *circumvolvo*. — G. *Cuvier.* in *opera editione Parisiensi* ad *Plin. loc. cit.* putat, eadem esse rhinoceronte bicornem.

ÉAPROPTER vel *rectius divisim* ea propter, significat idem ac propterea, quapropter. *Lucret.* 4. 313. Dextera ea propter nobis simulacea remittunt. *Colum.* 8. *R. R.* 14. 11. Ille modo duobus mensibus pinguebunt: et ea propter etiam tenerissima, etc. *Corruptum hunc locum ita correxit Schneid.*: pinguebunt etiam maiores, nam tenerissima etc. *Solin.* 35. Lignum attractatum ferro sine inora emoritur: capropter vitro, aut cultellis osseis vulneratur. — Ceterum V. PROPTEREA et IS, ea, id.

ÉAPSE, ea ipsa. V. Ipse.

EARINUS, a, um, adject. *ἴπειος* ad ver perti-

nens: *sq̄ enim ver significat.* *Tertull. Habit. mul.* 8. Si non potuit Deus purpureas et earinas oves nasci jube. *V. AERINUS.* — *NB.* De nom. propr. *V. NOM.*

**EATENUS**, præpos., vel potius adverb. compos. ex ea et *tenuis*, significat usque eo, usque ad eum terminum (It. *sino a quel segno o termine, in tanto;* Fr. *en tant que, jusque là, jusqu'à ce point;* Hisp. *hasta tanto;* Germ. *in so weit, insofern;* Angl. *so far, so long, to such an extent.*) Occurrit **¶ 1.** Fere de mensura, aut de fine vel conditione aliquas actionis: eique respondet *quatenus, quoad, qua, ut et ne.* — *a)* Sequentे *quatenus* ut apud Cels. 2. 10. *a med.* Ex anterioribus locis *eatenus* sanguis sequitur, *quatenus* emititur. Adde *Dig.* 47. 2. 92. — *b)* Sequentे *quoad*, ut apud *Cic. 1. ad Q. fr. 1. 3.* Si quis forte esset sordidior, ferres *eatenus* *quoad* per se negligeret eas leges etc., non ut etc. *Id. 1. Legg. 4. 14.* Neque vero eos, qui ei numeri praefuerunt, universi juris expertes fuisse existim; sed hoc civile, quod vocant, *eatenus* exercuerunt, *quoad* populum prestatre voluerunt. — *c)* Sequentे *qua*, ut apud *Cic. Tim. 11.* Qui *eatenus* nobis declararunt, qua ipsi volunt. *Forcellinus* leg. *quo;* *Orellius* vero *qua;* alii *quoad*, alii alter. *Cotum 4. R. R. 7. 2.* Neque enim *eatenus* plaga consistit, qua vestigium fecit acies, sed latius indarescit. *Id. 12. ibid. 9. 1.* Caules depurgati *eatenus*, qua tenera folia videbuntur. Adde *Quintil. 1. 11. 1.* — *d)* Sequentे *ut.* Sit apud *Cic. Opt. gen. orat. 7. 23.* Verba persecutas *eatenus*, ut ea non abhorrent a more nostro. *Colum. 5. R. R. 1. 3.* Quo magis veniam tribuendam esse nostræ disciplinæ censeo, si *eatenus* progradientur, ut dicat, *qua* quidque ratione faciendum. Adde *eund. ibid. 5. 3.*; et *Cels. 26. et 7. 19.* — *e)* Sequentे *ne*, ut apud *Cels. 6. 6. n. 38.* Mel adjiciunt *eatenus*, ne ex specilio destillet. *Colum. 5. R. R. 6. 14.* Quidquid falce contingi poterit, exputandum est, allevandumque *eatenus*, ne plaga corpori matris applicetur. *Sueton. Tib. 33.* Latenus interveniebat, ne quid perperam fieret. — *f)* *Absolute.* *Plaut. Most. 1. 2. 48.* Ad legionem quum itant, adminiculum eis dantum tum aliquem cognatum suum. *Eatenus* obirent a fabris. *h. e.* in hoc dissimiles sunt: fabrorum. Quidam tamen alter *leg.* **¶ 2.** Interdum et de tempore dicitur. *Capit. in. Gordian. III. 22.* Gordianus adolescens, qui *caesar eatenus fuerat*, a milibus et populo et *se-natus Augustus* est appellatus. *h. e.* qui usque ad id tempus *Cæsar fuerat.*

## EB

**EBACCHOR**, aris, *stus sum, ari, dep. 1.* valde bacchor. *Lamprid. Elagab. 7.* Matri etiam deum sacra accepit, et adeo *ebacchatus* est, ut etc. *Al. leg. debacchatus.* *Salmasius* ita legit: Matri etiam deum sacra accepit, et *tauroboliatus* est, ut etc., quod rectius est.

**EBENEUS**, a, um, adject. qui est ex ebeno. *Cappell. 1. p. 20.* Nam unus (*ex sociis fratribus*) albidi salis instar candidum atque spumarum canitie colorum, alter ebeneum ac tartarea noctis obscuritate furvescens. Ita legit Kopp. pro ebenum, *quod habet Grotius.*

**EBENINUS**, a, um, adject. Nonnulli scribunt *hebenus*; sed *V. voc. seq. sub init.* — Ebeninus est qui est ex ebeno. *Hieronym. Ezech. 27. 16.* Ebenina ligna, que nigri coloris pretiosissima sunt. et *mox.* Ebenini dentes nigri coloris, qui non possunt suam mutare nigredinem.

**EBENUS**, 1. f. et ebenum i, n. (quum de ligno sermo est) 2. *εβνος.* Est qui scribit *hebenus*: sed in Graeca voce nulla aspiratio est. — Etymon videatur esse ex Hebr. *אָבֵן eben*, petra; ita appellatum

ob doritem: arbor non solum Indica, ut vult *Virg.*, sed etiam *Aethiopica* et *Libycæ*, lignum habens sine medulla, intus nigri splendoris, extra buxi colore, adeoque solidum et grave, ut in aqua subsidat. *Virg. 2. G. 117.* sola India nigrum Fert ebenum: solis est tura virga *Sabæis.* *Ovid. 11. Met. 610.* torus est ebeno sublimis in atra *Plumeus.* *Lucan. 10. 304.* Leta comis ebeni *Meroe.* et *ibid. 117.* ebenus *Marocotica.* Adde *Pers. 5. 135.* *Plin. 16. Hist.*

*nat. 40. 76.* (204). Spississima ex omni materie, ideo et gravissima, iudicatur ebenus et buxus: neutra in aquis fluitat etc. *Id. 6. ibid. 30. 35.* (197). Sita est *Aethiopia* ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. Meridiano cardine silva ebeno maxime viuent. Cl. *Fée (Op. cit. vol. 1. p. 12.)* haec ait: « Les dissertations qui, jusqu'ici ont eu pour but de fixer l'opinion relativement à l'arbre qui fournit le véritable ebeno, l'ont égarée en désignant une espèce exclusive. Plusieurs arbres ont leur système central noir. Voici la liste des arbres auxquels ont rapporté l'ébène: tous en fournissent en effet, et avec eux d'autres végétaux moins connus: *Diospyros Ebenum Lamk.* Encycl. v. 429. — *D. Ebeneraster Retz.* — *D. Melanoxyylon Roxb.* Pl. corom. t. 46. — *D. Nodosa Lamk.* Encycl. loc. cit. — *D. Tesselaria.* Comm. Manuser. 105. — *Ebenoxylum verrum* Lour. Fl. Cochinch. 75. — *Elaeis guineensis* Linn. Mantiss. 137. Parmi les espèces d'arbres que nous avons citées, quelle pourrait être celle à laquelle il faudrait, de préférence, rapporter l'ébène? Cela n'est pas facile à décider. Cependant, parmi les diospyros, celui qui a mérité de porter le nom d'*ebenum* forme des grandes forêts dans l'Inde (*Virg. loc. cit.*); tandis que les autres viennent au Japon, à la côte de Coromandel et à Madagascar. Mais à quoi bon chercher à préciser l'arbre à ébène? Il est prouvé que le commerce recouit sous ce nom le bois d'un grand nombre d'arbres; pourquoi ne pas croire qu'il en était autrefois de même? Contenons-nous de fixer notre opinion sur le genre diospyros. » Et mox (*ibid. p. 13.*): « La seconde espèce d'ébène ne peut nullement se rapporter au *Cytisus Laburnum* L., arbours faux-ébénier. Cet arbuste, commun dans toute l'Europe australe, ne se trouve point dans l'Inde. Le renseignemens donnés par notre auteur (*Plin. 12. Hist. nat. 4. 9.* (20.)) ne permettent pas d'arriver à la détermination précise de l'arbre dont il est ici question. » — *NB.* De nom. propr. *V. NOM.*

**EBIBITUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EBIBO**, bibis, bibi, bibitum, bibere, a. 3. (ex et bibo). Part. *Ebibitus* I. — Ehibo est bibendo exhaustio (It. bere, cavere o consumare beverio; Fr. boire tout, épouser en buvant; Hisp. beber, agotar; Germ. austriñen: Angl. to drink out of, drink up, exhaust by drinking).

I.) Proprie. *Plaut. Amph. 1. 1. 276.* Ebibere birneam vini. *Id. Curc. 1. 2. 65.* Quæ mihi misero amanti ehibit sanguinem. *Id. ibid. 2. 3. 80.* Ebibere poculum. *Id. Pseud. 5. 2. 11.* Massiei montis uberrimos fructus. *Ter. Heaut. 2. 3. 14.* *Ædes nostræ* vix capient, scio. Quid comedent! quid ehibent! *Ovid. 6. Met. 342.* Ueberaque ehiberant avidi lactantia nati. *Plin. 8. Hist. nat. 12. 12.* (34). Elephantos a draconibus ehibi. *h. e.* eorum sanguinem sugendo exhauciri. *Petrôn. Satyr. 20.* Solus tantum medicamentum ehibisti? *Sidon. carm. 9. 39.* Atque hunc, fluminibus satis profundis Confestim ehibitis, adhuc sitisse.

II.) Impropre. **¶ 1.** Est avidissime bibere, et bibendo absunere, adeoque absumere. *Plaut. Amph. 2. 1. 84.* Non ego cum vino simili ehibi imperium tuum. *h. e.* oblitus sum. *V. BIBO.* *Horat. 2. Sat. 3. 122.* Filius, aut etiam hæc libertus ut ehibat heres. *h. e.* absunat. **¶ 2.** Item est in se accipere. *Ovid. 8. Met. 536.* Unque svtum recipit de toti flumina terrâ, Nec satiarus aquis, peregrinosque ehibit amnes, etc. *Plin. 5. Hist. nat. 15. 15.* (71). A lacu annis ehibitur. *h. e.* totus excipitur. *Id. 9. ibid. 38. 02.* (134). Quibus lana potat horis, rursusque meritorum carminata, donec omnem ehibat saniem.

**EBITO**, is, ere, n. 3. abire, exire, apud *Plaut. Stich. 2. 4. 28.* *V. BETO.*

**EBLANDIOR**, Iris, *rus sum, iri, dep. 4.* (ex et blandior). Part. *Ebländitus* I. et II. — Ebländitus est blanditiis aliquid impetrare, vel exprimere, extorquere (It. ottenere a forza di lusinghe e preghiere; Fr. obtenir à force de caresses, de flatteries; Hisp. obtener a fuerza de caricias y de lisonjas; Germ. schmeichelnd herauslocken, oder bewirken, erschmeichelein, Angl. to gain by flattery, compass by fair words, coax, charm, wheedle).

I.) Proprie usurgatur de personis. *Cic. ad Capiton. sub fin. l. 16. ad Att.* Euitere, ciabora, vel potius ebländire. effice, ut etc. *Liv. 27. 31.* Neque enim omnia emebat, aut ebländiebatur, sed vim et-

## EBRIOLUS

iam adhibebat. *Tac. 3. Hist. 37.* Nec defuit, qui unum consulatus diem, magno cum irisu acipientis tribuentisque, ebländiretur. *Plin. 9. Hist. nat. 8. 8.* (28). Arion ebländitus, ut prius caneret cithara. *Colum. 8. R. R. 11. 1.* de pavonib. educandis. Sed nec hac tamen aliena est agricolæ captantis undique voluptates acquirere, quibus solitudines ruris ebländiatur. *Schneider.* ita legit: alii vero passive ebländiantur, hoc est quasi blanditiis leniantur, et gratiores sunt.

II.) Translate de rebus. *Plin. 16. Hist. nat. 27. 51.* (118). *de arboribus.* Quin et protinus moriuntur aliqua, cælo fecunditatem omnem ebländito. *h. e.* postquam cœli et aeris bonitas fecunditatem ex iis omnem, veluti invitando alliciendoque, expressit. *Vitriv. 7. 5. 5.* *Schneid.* Cum aspectus ejus stœnæ ebländiretur omnium visus. *Colum. 7. R. R. 5. 16.* Lac infusa tantum valet, ut ebländiatur ignea sævitiam. *h. e.* evocet, mitiget. *Prudent. Psychom. 328.* Ebländitus virtutes. *h. e.* suatae, simulatae. — *Hinc Part. Ebländitus* passive pro eo, quod precibus et blanditiis impetratum est. *Cic. Planc. 4. 10.* Ebländita illa, non eucaleata suffragia. *Plin. Paneg. 70. sub fin.* Urbana conjuratione ebländitæ preces. *Gell. 11. 13.* Aures cadentia apte orationis modis ebländite. *h. e.* voluptate perfusæ.

**EBLANDITUS**, a, um. *V. voc. præced.*

**EBOR**, ūris, n. 3. *V. EBUR* init.

**EBORĀTIUS**, ti, m. 2. artifex eboris. *Imp. Constant. Cod. 10. 64. 1.*; et *Inscript.* apud *Gruter. 640. 8.* et apud *Reines. cl. 11. n. 93. 94.* et 122. et apud *Murat. 947. 6.* ubi legitur *eburarius.*

**EBORĀTUS.** *V. EBURATUS.*

**EBORĒUS**, a, um, adject. qui est ex ebore, eburus. *Plin. 36. Hist. nat. 5. 4.* (40). Jovem feclit eboreum in Metelli æde. *Quintil. 6. 3. 61.* Oppida eborea in triumpho Caesaris. *Dig. 33. 7. 12.* Eboreæ mensa. *Inscript.* apud *Orell. 3838.* TESTAMENTO LEGAVIT PYGILLARES MEMBRANACEOS OPERCVLTIS EBOREIS, PYXIDEM EBOREAM etc. *V. Homonym.* in fin. v. **EBURNEUS.**

**EBRIA.** *V. BRIA.*

**EBRIACUS**, a, um, adject. idem atque ebrius. *Laberius apud Non. p. 108. 7.* *Merç.* Homo ebriacus somno sanari solet. *Al. leg. ebriatus.* — Hanc tamen vocem confirmat *Fulgat. Ital. I. Cor. 6. 10.* Non avari, non ebriaci, non maledicti regnum Dei possidebunt. Adde *ibid. Eccl. 26. 11.*

**EBRIAMEN**, mis, n. 3. *Vertit Tertull. et S. Script. de Jejun. 9.* his verbis: De Samuele mater: Vinum, inquit, et ebriamen non bibet.

**EBRIETAS**, atis, f. 3. status ebriosi, cum quis scilicet ebrius est (It. ebrietà, ubriachezza; Fr. ivresse, enivrement; Hisp. borrachez, embriaguez; Germ. d. *Trunkenheit*, d. *Rausch*; Angl. drunkenness, inebriation, ebriety).

I.) Proprie. *Cic. 4. Tusc. 12. 27.*, cujus verba *V.* inferius in v. **EBRIOSITAS.** *Horat. 1. Ep. 5. 16.* Quid non ebrietas designat? operta recludit, Spes jubet esse ratas, etc. *Ovid. 1. Art. am. 597.* Ebrietas ut vera nocet, sic facta juvabit. Adde *eund. Rem. am. 809.*; et *Quintil. 1. 11. 2.* et 5. 10. 34. *Plin. 30. Hist. nat. 15. 51.* (145). Ebrietasem arcte pecudum assus pulmo presumpsus. Adde *eund. 14. ibid. 22. 28.* (140). *Macrob. 7. Saturn. 4.* ante med. Quis ambigat, eum, qui diverso vino uitur, in repetitam ruere ebrietasem, necum hoc potus copia possidente. — In ebrietasem multa lucenter *Seneca Ep. 83. a med.*

II.) Translate. *Plin. 13. Hist. nat. 4. 9.* (45). de caryotis. Rumpit se ponit ipsis ebrietas, calcatis similis. *h. e.* nimis suci copia.

Homouym. Quid intersit inter ebrietasem et ebriosityem, inter ebrium et ebrioseum, *V.* in **EBRIOSITAS.**

**EBRIO**, as, are, a. 1. ebrium reddo.

I.) Proprie. *Macrob. 7. Saturn. 6. a med.* Mulieres raro ebriantur.

II.) Translate. *Id. Somn. Scip. 12. circa med.* Priusquam materialis influxio in corpus venientes animos ebriaret.

**EBRIOLÄTUS**, vel ebriolatus, a, um, adject. ebrius. *Laberius apud Non. p. 208. 6.* *Merç.* Ebriolati mentem hilarem accipiunt. *Alii alter leg. V. HILARIA.* Adde ejusdem *Laberii fragm. ibid. ubi Non. habet ebriacus, alií ebriatus.*

**EBRÖLUS**, a, um, adject. diminut. ab ebrius.

*Plaut. Cura.* 2. 3. 15. Tristes atque ebrioli incedunt. *Id. ibid.* 1. 3. 36. Etiam me vocas, ebriola? *V. PERSONA.*

**EBRIOSITAS**, *āīls*, f. 3. propensio in ebrietatem. *Cic. 4. Tusc.* 12. 27. Inter ebrietatem et ebriositatem interest, aliudque est amatorem, aliud amantem. *V. et voc. seq. sub I.*

**EBRIOSUS**, *a*, *um*, *adject.* *Comp. Ebriosior II.* — Ebriosus est qui sāpe fit ebrius.

**I. Proprie.** *Cic. Fat.* 5. 10. Hunc scribunt ipsius familiares et ebriosum et mulerosum fuisse. Adde *eund.* 4. *Acad.* (2. pr.) 17. 53.; *Colum.* 11. *R. R.* 1. 13.; et *Plin.* 30. *Hist. nat.* 15. 51. (145). *Seneca Ep.* 83. Plurimum interesse concedes inter ebrium et ebriosum. Potest et qui ebrius est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium; et qui ebriosus est, sāpe extra ebrietatem esse. Sic *Capell.* 4. p. 108. Non enim sequitur, ut qui pallet sit pallidus, aut qui amat sit amator, aut qui est ebrius ebriosus. *Id. ibid.* ebrietatem vocat *passionem*, ebriositatem *qualitatem* appellat. *Salvian.* 4. *advers.* *avar.* 4. *Apothecæ ebriosorum vino replentur. Fulgent.* 3. *Mythol.* 3. Homerus ait: Ολύβαρις, κωτὸς ὄμηρος ἔχων, κραδίην δὲ λαφύτο, id est, ebriose, oculos canis habens et cor cervi.

**II. Translate.** *Catull.* 27. 4. Postquam ebriosa acta ebriosioris.

**EBRIUS**, *a*, *um*, *adject.* Ratione habita etyma, volunt nonnulli esse a *bria*, de qua *V.* suo loco: juxta *Döderlein.* *Latein. Synon.* vol. 5. p. 330. conjungi potest cum Gr. ἀρπός *mollis, delicatus, vel ab ex et bībō.* — Ceterum ebrius

**I. Proprie** *¶ 1.* Stricto sensu est vino vel alio liquore admodum imbutus, bene pastus et bene potus. *Martial.* 14. 154. Ebria Sidoniae quam sim de sanguine conchæ. Non video quare sobria lana vocer. *h. e.* optimè imbuta. *Id.* 10. 38. lucerne Nimbis ebria Nicerotianis. *h. e.* probe perfusa. *Id.* 13. 82. Ebria Bajano veni modo concha Lucrino. *h. e.* bene pasta. *Prævit Plaut. Cas.* 3. 6. 18. Facite cœnam mihi, ut ebria sit. *h. e.* lauta abundansque. *Id. Capt.* 1. 1. 35. Aperitur ostium, unde saturat sāpe ego exii ebrius. *h. e.* bene pastus. Et *Ter. Hecyr.* 5. 2. 3. Quam tu satura atque ebria eris. *¶ 2.* Latiiori sensu ac sāpius est nimio vini potu alienatus, idem quod vinolentus, temulentus, crapulentus. — *a) De hominibus. Plaut. Autul.* 4. 10. 18. Deripiamus aurum matronis palam. Post id, si prehensi sumus, excusemus ebrios nos fecisse amoris causa. Adde *eund. Amph.* 1. 1. 116., 2. 1. 25. et 3. 4. 16. *Cic. 2. Phil.* 41. 105. Personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant pærietas. Adde *eund. Mil.* 24. 65. et 2. *Divinat.* 58. 120. *Ovid. 2. Fast.* 582. Anus ebria. Adde *eund. 4. Met.* 26. et 1. *Art. am.* 543.; *Propriet.* 4. 5. 46.; *Horat.* 1. *Sat.* 4. 51. et 2. *ibid.* 3. 60.; *Seneca Ep.* 83.; et *Quintil.* 11. 3. 57. — *b) Poetice* dicitur etiam de inanimis. *Propriet.* 1. 3. 9. Ebria quam multo traherem vestigia Baccho. Cf. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 19. Ebria Mæonio firmat vestigia thysso. Et *Seneca Med.* 69. Huc incede gradu marcidus ebrio. *Tibull.* 3. 6. 36. Verba ebria. *Martial.* 10. 47. Nox ebria. *h. e.* quam ebrios quis transigit. *Id.* 13. 1. bruma. *h. e.* quibus diebus perpetuari solet. Huc referri potest et illud *Claudian. Cons. Prob.* et *Olybr.* 250. jam profluat ebrius amnis Mutatis in vina vadis.

**II. Figurate** occurrit de fortuna, amore, etc. *Horat.* 1. *Od.* 37. 12. Regina fortuna dulci ebria. *Catull.* 45. 11. Et dulcis pueri ebrios ocellos. *h. e.* amoris plenos, lubricos. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (148). Ebrius jam sanguine civium et tanto magis eum sitiens. — *Forcellinus* hoc retulit etiam illud *Lucret.* 3. 1064. Ebrius urgeris multis miser undique curis. *h. e.* obrutus: ali vero *h. l. ebrium* proprie accipiunt.

**Homonym.** Discremen inter ebrium et ebriosum dabit *Seneca* allatus in voc. prædicta.

**EBULINUS**, *a*, *um*, *adject.* ad ebulum fruticem pertinens. *Plin. Valerian.* 1. 64. Ebulinus sanguis. Similiter dixerat *Virg.* 10. *Ecl.* 27. Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.

**EBULLIÖ**, *is, ire*, *vel recentiori forma ebullo, as, are, 1. occurrit A) Neutrorum more, et B) Acti-*e*, seu cum Accusativo.*

*A) Neutrorum more, ebullio vel ebullo* est builiendo emitto.

**I. Proprie.** *Tertull. Pall.* 2. Venæ fontium ebulliant. — Simpliciter pro fervendo bullas emittere. *Cato R. R.* 105. Ubi ebullibit vinum, ignem subducito. *ebullibit ἀρχήνας* pro *ebulliet*. Sed alii rectius leg. *bullabit*. *V. BULLO.*

**II. Translate.** *Pers.* 2. 10. o si Ebullit patruī præclarum funus. *h. e.* prodit pompa sumptuosa funeris patruī: quod est dicere, uitam patruī moriatur. Al. leg. *ebullet*, ut sit ab *ebutto*, as, dissolvor, crumpor, ad modum bullæ evanescō: ut respi ciatur ad illud *Farron.* 1. *R. R.* 1. Homo est bullæ. *Apul.* 2. *Met.* Dum risus ebullit. *h. e.* serve seit cachinnatio.

**B) Active,** seu cum Accusativo, translate tantum occurrit pro predicate, jactare, ostendere. *Cic.* 3. *Tusc.* 18. 42. Qui si virtutes ebullire volent et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam etc. *Id.* 5. *Fin.* 27. 80. Dixerit hoc idem Epicurus, semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnumquam. — *Ebullire animam est mori.* *Seneca Apocoloc.* c. 4. et *Petron.* *fragm. Tragur.* 42. et 62. *Burnan.*

**EBULLITÖ**, *ōnis*, f. 3. ebulliendi actus, bullitus. *Hygin.* vel *Mythogr.* I. edente A. Mai. in *Class. Auct.* T. 3. p. 81. Ebullitione olei scintillantis.

**EBULLO.** *V. EBULLIO.*

**EBULUM**, i. n. 2. frutex sambuco simili folio et bacca, non tamen æque crescens, neque arborescens: quod fortassis est diminutivum ab ἀρπός. *η τραγάνα* *xaydā* *Hesych.* *Cato apud Plin.* 17. *Hist. nat.* 9. 6. (55). E segete exellito ebulum, cicutam. Cf. *Catton.* *R. R.* 37. *Virg.* 10. *Ecl.* 27. Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem. *Plin.* 26. *ibid.* 8. 49. (80). Ebulum teneris cum foliis tritum, ex vino potum calculos pellit: impositum testes sanat. Adde *eund.* 25. *ibid.* 10. 71. (119); *Colum.* 10. *R. R.* 10.; et *Veget.* 1. *Veterin.* 14. 5. *V. CHAMÆACTE* et *SAMBUCUS.*

**EBUR**, *ēbōris*, n. 3. Quod ad scriptiōnē attinet, ebor quoque pro *ebur* dixisse veteres testatur *Phoc.* p. 1094. *Putsch.* *Or* syllaba finita (*nomina*) mescullini sunt generis —, exceptis neutrī his: *hoc ador*, *hoc marmor*, *hoc æquor*, *hoc ebor*, *hoc robor*. *Sic Gloss. Philor.* *Ebor*, *εἰρπάς*. — Ceterum ebor est dens elephanti avulsum: qui candore et spissitudine materia in operibus valde commendatur. Dictum putant quasi e *barro*: vel a Græca voce *ἀρπός* *spuma*: *V. Döderlein.* *Latein. Synon.* vol. 6. p. 109. (It. *avorio*; Fr. *ivoire*; Hisp. *ivoire*; Germ. *d. Elfenbein*; Engl. *ivory*).

**I. Proprie.** *Cato apud Festum* p. 242. 20. *Müll.* Dicere possum, quibus vīlā atque ædes ædificatae atque expolitæ maximo opere citro atque eborate atque pavimenti Pænicis stent. *Henr. Jordan* leg. *sient.* *Cic. Brut.* 73. 257. Minervæ signum ex eborate. *Id.* 1. *Parad.* 4. 13. Marmorea tecta, eborate et auro fulgentia. Adde *eund.* 2. *Legg.* 18. 45. *Virg.* 1. G. 57. India mitit ebor, molles sua tura Sabæi. Adde *eund.* 10. *En.* 137. et 12. *ibid.* 68.; *Horat.* 1. *Od.* 31. 6.; 2. *Ep.* 1. 96. et 2. *ibid.* 2. 180.; et *Quintil.* 2. 21. 9. et 12. 10. 9. — *Ebur* dicebatur candidius fieri in Tiburtinis collibus et frigore illius cœli. Testes sunt *Martial.* 4. 62., 7. 13. et 8. 28.; *Sil. It.* 12. 229.; et *Propriet.* 4. 7. 82. — *Ebur* atramento candefacere proverbum apud *Plaut.* *Most.* 1. 3. 102. significat rem per se pulcrum ornando corrumpere.

**II. Figurate.** *¶ 1.* Per synecdochen dicitur de rebus ex eborate factis. *Virg.* 1. G. 480. Et næstum illacrimat temporis ebor, æraque sudant. *h. e.* sigilla et statuae deorum. Imitatus est *Ovidius* 15. *Met.* 792. Mille locis lacrimavit ebor. Rursus *Virg.* 2. G. 193. Inslavit cum pinguis ebor Tyrrenus ad aras. *h. e.* tibiam. *Ovid.* 4. *Met.* 148. ense Vedit ebor vacuum. *h. e.* vaginam eborate ornatum. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 54. eripiente curule Cui volet importunus ebor. Sic *Ovid.* 3. *Fast.* 54. Eburi curule. *h. e.* sella curulis eborate distincta. Et absolute eodem sensu *Id.* 4. *Pont.* 5. 18. Conspicuum signis cum premet altus ebor. *¶ 2.* Per metonymiam ponitur pro elephan to. *Juvenal.* 12. 112. quin illud ebor ducatur ad aras.

**EBURARIUS.** *V. EBORARIUS.*

**EBURATUS** vel eboratus, *a*, *um*, *adject.* eborate ornatus. *Plaut. Stich.* 2. 2. 53. Lecti eborati, aurati. *Id. Ant.* 2. 1. 46. Eborata vehicula. *Varro* apud *Ner.* 1. 229. 16. *Merc.* Quam in eborato lecto

ac purpureo peristronate cubare videas ægrotum. *Lamprid.* *Elagab.* 4. Sella eborata, an argentea. — Ceterum *V. Homonym.* in fin. v. *EBURNUS.*

**EBURNÉOLUS**, *a*, *um*, *adject.* *deminut.* ab eburneo. *Cic.* 3. *Orat.* 60. 225. Servum cum eburneola solitus est bahere fistula. *Gell.* 1. 11. qui eadem verba refert, habet eburnea.

**EBURNÉUS** vel

**EBURNUS**, *a*, *um*, *adject.* qui est ex eboore, vel eboore ornatus.

**I. Proprie.** *¶ 1.* Stricto sensu est idem atque elephantinus. *Liv.* 37. 59. Tulit in triumpho eburneos dentes mille ducentos viginti. *¶ 2.* Latiori sensu qui est ex eboore, vel eboore ornatus. — *a)* Forma eburneus occurrit præcipue apud prosæ orationis auctores. *Cic.* 6. *Verr.* 1. 1. Signum eburneum. Adde *Ovid.* 4. *Met.* 354. *Sueton. Cæs.* 84., *Cal.* 55., et *Ner.* 22. et 31. — *b)* Forma eburnus occurrit sere apud Poetas. *Virg.* 3. G. 7. humero que Pelops insignis eburno. *V. PELOPS.* *Id.* 11. *En.* 11. Eusis eburnus. *h. e.* capulum habens eburneum. Adde *eund.* 6. *ibid.* 647. et 9. *ibid.* 305. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 104. Eburni lecti. *Id.* 3. *Od.* 27. 41. Porta eburna. *h. e.* qua vana somnia exunt. (V. *Virg.* 6. *En.* 899. et *Stat.* 5. *Sitv.* 3. 289.) *Id.* 2. *ibid.* 11. 22. lyra. *Ovid.* 3. *Pont.* 4. 35. Eburnus curros. *Id.* 2. *Art. am.* 203. Numeros eburnos jactare. Adde *eund.* 1. *Met.* 178., 4. *ibid.* 195. et 7. 1b. 103.

**II. Translate** est candidus instar eboris. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 7. Eburnea brachia. *Id.* 3. *Met.* 422. colla. *Id. Heroid.* 20. 57. cervix. *Id.* 10. *Met.* 592. terga. — Similiter Eburnus cognominatus est Q. Fabius Ambustus a candore cutis. *Festus* p. 245. 24. *Müll. V. AMBUSTES* in *ONOM.*

**Homonym.** *Charis.* 1. p. 56. *Putsch.* hoc tradit discribens interesse inter *eboreum*, *eboratum* et *eburnum*. Quæ, ait Ille, ita placuit distinguere, ut *eboreum* sit ex solido eborate confectum, *eboratum* extrinsecus eborate ornatum, *eburnum* ad similitudinem eboris aptatum, ut et *Virg.* sensit (loco superioris cit. 3. G. 7.).

**ECASTOR**, adverbium, seu rectius interjectio jucundi, et significat *per Castorem*. Videtur esse factum et *Mecastor*, ablato *m*: vel potius *ex e*, et *Castor*, ut illud e hoc loco vim habeat *tū per*, ut in epo per Pollucem, ejuno per Junonem, equirine per Quirinum, ecce per Cererem, etc. Sunt qui scribant *æcastor*, quasi *per ædem Castoris*. Ceterum — *a)* Fuit juramentum sere a mulieribus usurpatum. Nam in veteribus scriptis, teste *Gell.* 11. 6., neque mulieres *R.* per *Herculem*, neque viri per *Castorem* dejurant: quod *Charis.* 2. p. 163. *Putsch.* confirmat. *Plaut. Amph.* 1. 3. 39. *Ecastor* condignum donum. *Id. Truc.* 2. 6. 22. Salve *Ecastor* *Stratophanes*. Adde *eund.* *Asin.* 1. 3. 36. et 3. 1. 30., *Cist.* 4. 2. 61., *Merc.* 4. 1. 25., *Pæn.* 1. 2. 71. et *Stich.* 1. 3. 81. *Ter. Hecyr.* 4. 3. 5. Spero *ecastor*. Adde *eund.* *Andr.* 3. 2. 6. — *b)* Apud *Plaut.* tamē ita jurant *Argyrippus* adolescens, *Asin.* 5. 2. 80. et *Olympio* villirus, *Cas.* 5. 4. 13.

**ECAUDIS**, *e*, *adject.* (*ex* *cauda*). Figurate ecaudas versus vocat *Diomed.* 3. p. 499. *Putsch.* (quasi sine cauda, ut *enodus*) qui in ultima conclusione oratiuncula, vel syllaba fraudantur, vel tempore deficit, Græce *περιουπὶ* et *οὐαζούσες*. *V. MICRUS.*

**ECBÁSIS**, *is*, *f.* *3. ἐκβάσις*, figura est, Latine excursus, seu digressio, cum ab oratione instituta obiter ad alia excurritur. *Serrius* ad *Virg.* 2. G. 209.

**ECBÓLA**, *æ*, *vel rectius ebole*, *es.* *V. EXBOLA.*

**ECBÓLAS**, *adis*, *f.* *3. ἐκβόλης*, genus uvæ *Egypti*. abortum faciens: ab *ἐκβάλλει* ejicio. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 18. 22. (118).

**ECBOLE.** *V. EXBOLA.*

**ECCA**, *ECCAM.* *V. vocem seq.*

**ECCE** adverbium demonstrandi, post se tum Nominalium, tum Accusativum habens (*V.* sub *A.* b.); et respondet (It. ecco; Fr. voici, voilà; Hisp. aquí esté, este es, visto aquí; Germ. siehe da, siehe

der da; Angl. *to see! behold!*). — Vocis etymon omnino incertum est: alii enim volunt esse ab *en* et enclitica *ce*; *Döderleinus* putat esse imperativum ab inuisit. ἔχω, quod ab ὄχος (*οὐχοίς*) Latine *oculus*, quasi *vide*; vel esse Gr. ἔχει Latine redditum quasi ἔχει. — *Ecce* sepe locum habet in principio: interdum tamē interseritur sermoni eo modo, quo *opinor*, *obsecro*, *amabo* etc. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 27. 69. (203). Adeo in rebus damnatis quoque sunt aliqua remedia, ut in carbone ecce et cinere. Adde *Ter. Andr.* et *Plaut. Mil. glor.* et *Rud.* et *Circ.* etc. inferius allatos. — Ceterum ecce occurrit A) Apud Scriptores, et B) In familiari sermone.

A) Apud Scriptores ecce usurpatum — a) Ad demonstrandam rem, quam fieri incipit. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 16. Sed, quem quero, optimo ecce obviatum mihi est. *Ter. Eun.* 5. 5. 25. Ecce autem video rure redirentem senem. *Virg.* 3. *Ecl.* 50. vel qui venit ecce Palæmon. *Id.* 9. *ibid.* 47. Ecce Dionisi processus Cæsaris astrum. *Id.* 2. *Æn.* 403. Ecce trahetur passim Priamea virgo Crinibus. *Ovid.* 2. *Met.* 93. adspicere vultus Ecce meos. — b) Interdum adhibetur ad aliquem vel aliquid ostendendum, qui vel adest vel accedit, præcipue in formulis ecce *me*, *ecce nos*; ut apud *Plaut. Circ.* 1. 3. 6. Ubi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ecce *me*. Sisto ego tibi *me*, et mihi contra itidem te ut sistas suadeo. Adde *eund.* *Epid.* 5. 2. 15. *Ter. Adelph.* 5. 9. 38. Ecce *me*, qui id faciam vobis. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 18. PA. Evocabo: heus Periplectomeni et Pleusides pregrediuntur. *PA.* Ecce nos tibi obedientes. *Id. Pten.* 1. 2. 139. Ecce odium meum. h. e. illa, quam odi. *Id. Rud.* 4. 4. 134. Ecce Gripe sclera. *Cic.* 13. *Att.* 16. Ecce tua literæ de Varrone. *Id.* 2. *Fin.* 30. 96. Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est! ecce tamē plerique omittunt; putant enim cesse glossema, ad Accusativum exclamationis expli-candum. *Ovid.* 2. *Met.* 496. Ecce Lycaoniæ proles ignara parenti Arcas adest. Sic *Id.* 3. *ibid.* 101. Ecce viri fauoris superetas delapsa per auras Pallas adest. — Et absolute ecce pro ecce adsum, ecce *me*. *Plaut. Asin.* 1. 1. 96. DE. Atque audim' etiam? LI. ecce. DE. Si quid te volam, ubi eris? Cf. *Juvenal.* 4. 1. Ecce iterum Crispinus etc. — c) Adhibetur etiam in rerum enumeratione, quum novi aliquid inducitur: et aliquando eleganter additur Dativus tibi, quod quidem redundat, sed addit tamē demonstrandi vim, ut apud *Cic.* 2. *Orat.* 22. 94. Ecce tibi exercitus est Iosebrates, magister istorum omnium. Cf. *eund.* 3. *Off.* 21. 83. Ecce tibi, qui rex populi Romani esse concupierit. Adde *eund.* *Cuent.* 28. 75. Rursus *Cic.* 3. *Orat.* 8. 31. Ecce præsentes duo prope aequales Sulpicius et Cotta. *Id. Orat.* 16. 53. Flumen aliis verborum volubilitasque cordi est. — Distincta alios et interpuncta, intervalla, mora, respirationesque delectant. — Elaborant alii in lenitate et aequabilitate. — Ecce aliqui duritatem et severitatem quandam verbis, et orationis quasi mestitiam sequuntur. *Curt.* 6. 7. 3. Ecce orsum biculum ab Helleponio. V. *Mützell.* ad h. i. — Et omissio verbo. *Cic.* 21. 48. Ecce tibi alter, effusa jam maxima preda, quam etc. Adde *eund.* 4. *Acad.* (2. pr.) 43. 134. et 2. *Divinat.* 70. 144. — d) Sepe adhibetur ad repentinum aliquid atque impropositum ostendendum; et occurrit — Sine additis. *Plaut. Men.* 5. 2. 87. Ecce Apollo mihi ex oraculo imperiat, ut etc. Adde *eund.* *Merc.* 1. 1. 99. *Cic.* 8. *Att.* 3. *ad fin.* Sed ecce nunc, scribente me, ecce litteræ, Cesarem ad Corfinium esse. *Phœdr.* 4. 1. Putabat, se post mortem securum fore: Ecce alia plaga congeruntur mortuo. — Cum addito tibi apud *Cic. Sext.* 41. 89. Ecce tibi consul, prætor, tribunus plebis, nova novi generis edicta proponunt. V. et mox citanda. — Jungitur cum adverbialis subito, repente, de improviso etc. *Sall. Jug.* 14. Postquam illa pestis ex Africa ejecta est, lati pacem agitabamus. — Ecce autem ex improviso Jugurtha, intolleranda audacia, etc. Ceterum V. mox citanda. — Praecedente part. *quoniam*, ut apud *Cic. Cætin.* 7. 20. Quum id partim mirarentur, partim non crederent: ecce ipse *Æbutius* in castellum venit. — Praecedente ubi, ut apud *Virg.* 3. *Æn.* 219. Huc ubi delati portus intravimus, ecce Læta boum passim campis armata videmus. — Praecedente dum, ut apud *Horat.* 1. *Sat.* 9. 60. hæc dum agit, ecce Fuscus Arius occurrit. — Et omissio verbo. *Cic.* 2. *Att.* 8.

Epistolam quum a te avide expectarem ad vesperum, ut soleo; ecce tibi nunc pueros venisse Roma. *Id. ibid.* 15. Quum hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebosus! Adde *eund.* 7. *ibid.* 24., 8. *ibid.* 8., 10. *ibid.* 3. et 1. ad *Q. fr.* 2. 2.; et *Liv.* 2. 36. — Denique sappissime ecce autem junguntur. *Plaut. Circ.* 1. 2. 41. Ecce autem bibit arcus: pluit credo hercle bodie. Adde *eund.* *Men.* 5. 2. 34., *Mil. glor.* 2. 2. 48. et *Most.* 2. 1. 35. et 3. 1. 131. *Ter. Eun.* 2. 3. 6. Ecce autem alterum, nescio quid de amore loquitur. *Cic. Orat.* 9. 30. Ecce autem aliqui se Thucididios esse profontur, novum quoddam imperitorum et inauditum genus. *Id. Cuent.* 5. 14. Ecce autem subitum divertium. Adde *eund.* 1. *Legg.* 2. 5., 1. *Fin.* 18. 65. et 1. *de repub.* 35.; et *Liv.* 7. 35.

B) In familiari sermone, præstertim apud Comicos, componitur cum pronominiis *is*, *ille*, *iste*. — a) Ecce cum pron. *is* componitur; et fit — Nom. fem. sing. *ecca* pro *ecce ea*, ut apud *Plaut. Men.* 1. 2. 66. Ab se *ecca* exit. Adde *eund.* *Rud.* 4. 4. 130.; et *Ter. Eun.* 1. 1. 34. — Accus. sing. masc. *eccum* pro *ecce eum*, ut apud *Plaut. Circ.* 5. 2. 12. Ecum quem quærebam. Adde *eund.* *Amph.* 1. 2. 35., 3. 2. 16. et alibi; et *Ter. Andr.* 3. 2. 52. *Forcellinus* assert etiam illud *Varron.* 3. R. R. 17. 10. At strepitos a dextra, et ecum recta candidatus noster designatus ædilis. At *Schneiderus* rectius logit et *cum lata*, h. e. purpura, lato clavo; et post ædilis, verba se in villam addit. — Accus. sing. fem. *eccam* pro *ecce eam*, ut apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 146. *Hem* filia pateram: *eccam*. Adde *eund.* *Asin.* 1. 2. 25. et *Cist.* 4. 1. 3.; et *Ter. Hecyr.* 4. 1. 8., 5. 4. 14. et alibi. — Accus. plur. masc. *eccos* pro *ecce eos*, ut apud *Plaut. Bacch.* 3. 2. 19. Sed *eccos* video incedere patrem et magistrum. Adde *eund.* *Men.* 1. 4. 1. *Mil. glor.* 4. 7. 27., *Most.* 1. 3. 154. et *Rud.* 2. 2. 4.; et *Ter. Heaut.* 2. 3. 15. — Accus. plur. fem. *eccas* pro *ecce eas*, ut apud *Plaut. Autul.* 4. 4. 14. Ostende buc manus. st. *eccas*. — *Autus*. plur. neutr. *ecca* pro *ecce ea*, ut *Plaut. Rud.* 4. 4. 110. PA. Sunt冗undia. DAL. Eccta video! b)

*Ecce* cum pron. *ille* componitur, et fit — *Ecilla* apud *Plaut. Stich.* 4. 1. 30. *Apud* nos *ecilla* festinat cum sorore uxori tua. — *Ecillud* apud *eund.* *Rud.* 2. 7. 18. Tegillum ecillud mihi unum arescit. — *Ecillum* apud *eund.* *Merc.* 2. 3. 98. *Ecillum*, video. Adde *eund.* *Pers.* 2. 2. 65. et *Trin.* 3. 1. 21. — *Ecillam* apud *eund.* *Mil. glor.* 3. 1. 194. Habeo, *ecillam*, meas clientam. Addc *eund.* *Autul.* 4. 10. 51. — c) Ecce et cum iste aliquando componitur, unde *eccistam* apud *Plaut. Circ.* 5. 2. 17. Certe *eccistam* video. — d) Pro *ecillum* leges et *ellam*, per syncopen inde factum. *Ter. Andr.* 5. 2. 14. Nescio qui senex modo venit: *ellum*: confundens, catus. Sic *ellam* pro *ecillum* apud *Priscian.* 12. p. 949. *Putsch.* — e) Hæc interdum dicuntur etiam de absentibus, ostendendo scilicet locum, ubi sunt. *Plaut. Amph.* pro. 120. Pater intus nunc est, ecum Juppiter. *Ter. Adelph.* 3. 4. 25. *Ellam* intus.

ECCENTROS, on, adjetc. ἔκκεντρος, extra centrum positus. *Capell.* 8. p. 287. Quo sit, ut terra solari circuli centrum non sit, sed eccentricus habeatur. Adde *ibid.* p. 288. et 295. *Id. ibid.* p. 299. Nam Pyrois sive Martium sidus ultra solem means proprio etiam ipse circulum telluris eccentricum meat annis prope duobus. *Atū ubique leg. eccentricos.*

ECCERE vel ecore, adverbium jurandi, et significat per Cererem: sed aliquibus est adverb. demonstrandi, teste *Paul. Diac.* p. 78. 5. *Müll.* quod probare videtur ipse *Döderlein*, Latein. *Synon.* vol. 6. p. 109. quasi *ecce res*, vel *ecce rem*. Sunt qui scribant *ecce*, quasi sit per *cedem* Cereris. — a) Absolute. *Plaut. Amph.* 2. 1. 4. Ecce jam tuatum facis, ut tuis nulla apud te sit fides. *Id. Men.* 2. 3. 50. Ecce, periit misera. Adde *eund.* *Cas.* 2. 6. 34., *Truc.* 2. 2. 58., et 105.; et *Ter. Phorm.* 2. 2. 5. — b) Conjugitur interdum cum part. autem, in quibus certe pro *ecce poni* *Forcellinus* affirmit. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 52. Ecce autem capite nutat. *Id. Pers.* 2. 4. 29. Ecce autem, quem convenire maxime cupiebam, egreditur intus.

ECCHEUMA, atis n. 3. σκύουπα, effusio: a χέω fundo. *Plaut. Pren.* 3. 3. 87. Ibi te repleti unguentum eccheumatis. *Al. leg. ἔκχυπασσιν* litteris *Græcis*.

ECCILLAM, ECCILLUM, ECCISTUM, etc. } V. ECCE.

## ECHENEIS

ECCLESIA, æ, f. 1. ἐκκλησία. Non imitandus Venant. qui secundam syllabam corripuit, nisi confugas ad synæresim, 3. *carm.* 6. 24. Ecclesia juncta corpore crescit honor. Neque *Paulin. Nolan.* qui extrito altero c primam corripuit in *carm.* 28. 32. Intra Romuleos veneratar ecclesia fines. Adde *eund.* *carm.* 38. 153. et *carm.* 15. 117. — Ceterum ecclesia apud Græcos præsertim est cætus et congregatio populi convenientis ad audiendum de republica, Latine *contio*: ab ἔκκλησι evoco, convoco.

I.) Proprie. *Plin.* 18. *Ep.* 111. Denariorum cincter undecim millia donata ei publice, et bule et ecclesia consentiente. h. e. et senatu et populo. *Catus in epit.* *Institution.* tit. 1. Si aut testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumittantur.

II.) Improprie. ¶ 1. Apud Christianos scriptores ecclesia est congregatio fidelium. *Tertull.*, *Laurent.*, *Augustin.*, etc. ¶ 2. Item locus, quo orandi causa convenient. *Aurelian.* *Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc.* 20. Quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis. *Amian.* 21. 2. extr. Progressus in eorum ecclesiam, solemniter nomine orato, discessit. Adde *eund.* *ibid.* 28. sub fin. *Paulin. Nolan. carm.* 24. 572. Sancta precum domus est ecclesia. ¶ 3. Et generatim pro qualibet loco, ubi cætus aliquis habetur. *Auson. epist.* 24. 93. tum prata virentia, tum nemus umbris Mobilibus, celebre frequens ecclesia vico.

ECCLESIASTES, æ, m. 1. ἐκκλησιαστής, con-tionator. Ita inscribitur liber sacer, in quo ipse rex Salomon eo se nomine appellat, quia in eo libro ad populum Hebreos auctor contionantis more loquitur. *Valgat. interpr.* *Eccle.* 1. 1. Verba Ecclesiastæ, filii David, regis Jerusalem. *Hieronym. Comment. in Eccles.* T. 2. p. 715. Itaque, juxta numerum vocabulorum, tua volumina editit, Proverbia, Ecclesiasten et Cantica Canticorum. *Ambros.* in *Evang. Luc.* præfat. Alius (liber Salomonis) Ecclesiastes.

ECCLESIASTICUS, a, um, adjetc. ἐκκλησιαστικός, ad ecclesias pertinens. *Tertull. Pudic.* 22. *Pacem ecclesiasticam alicui reddere.* — Hinc

Ecclesiasticus, i, m. 2. absolute, substantivorum more ¶ 1. Dicitur quicumque sacro officio vel munere in christiana ecclesia fungitur. *Cod. Theod.* 1. 3. 22. ¶ 2. Est etiam nomen libri, qui inter sacros a catholica ecclesia receptus est.

ECCLESIELDICUS, a, um, adjetc. ἐκκλησιαδικός, ab ἐκκλησίᾳ et ἔκδικος ultiō, vinclē; est ecclesiæ defensor in *Cod. Theod.* 1. 5. 34. V. ECDI-CUS.

ECCLESIOLA, æ, f. 1. diminut. ab ecclesia, parva ecclesia. *Alcim. Ep.* 39. *ad fin.* Quidquid habet ecclesiola mea, immo omnes ecclesiæ nostræ, vestrum est. *Id. Ep.* 71. Viennensis ecclesiola. *Id. Ep.* 79. Domum vestre oblationis ecclesiola nostra venerabilis.

ECCOS, } V. ECCE.  
ECCUM. }

ECDICUS, i, m. 2. ἔκδικος, ultiō, vindicta, defensor, assessor. *Ecdici* in municipiis erant, qui Romæ tribuni plebis, qui scilicet plebis causam aduersus injuriam optimatum, vel suarum civitatum jura apud magistratus populi romani tuebantur. Hi in *Cod.* 1. tit. 55., et *ibid.* leg. 2. et 7. dicuntur defensores civitatum. *Cic.* 13. *Fam.* 56. Se curarum, ut actio Mylasii Romam mitterentur. Adde *Plin.* 10. *Ep.* 111.

ECERE. V. ECCERE.

ECAFATUS,

ECFEMINATUS,

ECFERO,

ECFODIO et similia. V. EFFATUS, EFFEMI-NATUS, EFFERO, EFFODIO etc.

ECHÉA vel Echeia, òrum, u. plur. 2. ἔχεια, vasa ærea in theatris collocata ad reddenda vocem agitantum fabulas, vel canentium, et consonantiorum facientiam: ab ἔχειο sonus. *Vitruv.* 5. 5. 2. *Schneid.*, ubi Latinis litteris occurrit; et 1. 1. 9. ubi Græcis.

ECHÉDERMIA, æ, f. 1. idem quod coriago. *Ve-get.* 5. *Peterin.* 53. 1. *Schneid.* *Passio*, quam Græci echedermiam vocant, Latini coriaginem appellant. *Vulgatum* echedermiam, recte ita corrigendum esse, vidit *Gesner.*

ECHÈNEIS, Idis, f. 3. ἔχεντις, genus pisciculi, quem Latinis remorau, i. ali remora appellant, ab ἔχει-

habeo, retineo, ei νην, Jonice pro ναρε νανις, quia per aquam navem sistere credita est, ei adhærens, quamvis immensam, et velo et remis concitatam, ne possit iter institutum peragere. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 25. 41. (79). et 32. *ibid.* 1. 1. (2). *Ovid. Halieut.* 99. Parva echenei adest (mirum!) mora pupibus ingens. *Lucan.* 6. 674. puppino retinens, Euro tendente rudentes, In mediis echeneis aqua. *Cassiod.* 1. *Variar.* 35. mira prorsus de eadem narrat.

**ECHIDNA**, *a*, *f.* *L.* ἔχιδνα, viperina femina, ut mas ἔχει, Græte, πάρα το ἔχειν εὐστή την γονιν ἀχειδατόν, quod contineat in se fetum usque ad mortem, idest donec pulli nimiam moram pertæsi, eroso matris utero, parenteque necata, erumpant. Nam et Latine viperina vocatur a quibusdam, quia vi parit. ¶ 1. Accipitur præcipue pro hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta est. *Ovid.* 5. *Fast.* 405. Sanguine Centauri Lernæa sanguis echidnae mixtus. Adde *eund.* 9. *Met.* 64. et 158. ¶ 2. Item pro monstro quo ex dracone et virginem constabat, quæque Cerberi mater fuit, ut Poeta fabulantur. *Ovid.* 13. *Met.* 313. Stipite to Stygio, tumidisque afflavit echidnis E tribus una soror. *Id.* 4. *ibid.* 499. Attulerat (*Medea*) secum liquidi quoque monstra venenii, Oris Cerberi spumas et virus Echidnae. *V.* voc. seq.

**ECHIDNÆUS**, *a*, *um*, *adject.* ad echidnam pertinens. *Ovid.* 7. *Met.* 709. Illud echidnæae memoriunt et dentibus ortum esse canis. *h. e.* Cerberi. *Al.* leg. *echidnæi*; alii *Lernæi*: alii per echidnæam canem ipsam Hydram intelligent.

**ECHIDNION**, *i*, *n.* 2. ἔχιδνον, herbae viperinae. *Apol. Herb.* 5. *V. VIPERINUS.*

**ECHINATÙS**, *a*, *um*, *adject.* operculo spinoso voluti echini tectoris. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 23. 25. (92). Castaneis armatum echinato calyx vallum est. *Id.* 27. *ibid.* 9. 47. (71). In cacumine capitula sunt echinata spinis. *Id.* 22. *ibid.* 9. 11. (24). Echinata folia.

**ECHINOMÈTRÆ**, *ārum*, *f.* *plur.* 1. ἔχυομητραι, echinorum genus spinis longissimis calycibus minimis, colore rufo, vel vitro. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (100).

**ECHINOPHÓRA**, *a*, *f.* *L.* ἔχυνοφόρα, genus concha a *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (147). memoratum, de quo dictum est in **ACTINOPHORA**: Schneidrus enim et *Sillig.* ita legunt pro echinophora.

**ECHINOPUS**, *pōdis*, *f.* 3. ἔχυνος, herbae genus sculeis horrens, simplicis tribulo. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 8. 8. (18). Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice et echinopode. *Al.* *perperam* leg. chenopode.

**ECHINUS**, *i*, *m.* 2. ἔχυον.

I. Proprie. ¶ 1. Est piscis quidam ex canerorum genere, cui spinæ pro pedibus sunt, cui ingredi est in orbem volvi: a Græca voce allata. Capitur sere inter saxa. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (90). *Varro* apud *Non.* p. 216. 19. *Merc.* Non posse ostendere se Romæ prebere et echinos. Adde *eund.* 5. *L.* 77. *Hüll.*; *Horat. Epod.* 5. 28., 2. *Sat.* 4. 33. et 1. *Ep.* 15. 23.; *Plin.* 1. *Ep.* 15. 3.; *Pallad.* 2. *R.* 16. et 13. *ibid.* 6.; et *Petron. Satyr.* 69. ¶ 2. Item animal terrestre, spinis undique vestitum, *al.* erinaceus, quod *Isid.* 2. *Orig.* 6. marino nomine dedisse putat. *Claudian. de hystrice*, 18. Sed non hæc acies ritu silvestris echini fixa manet.

II. Impropiæ. ¶ 1. Echinus dicitur genus vas, quod alii aereum volunt esse, in quo calices lavantur, alii ollam fictilem, alii vas salis, alii lignum cum uncinis, in quo calices ponuntur, alii ampullam vitream, alii scoretan a rotunditate echini se in pilam colligentes, vel quod echini in eo sculpti conservantur. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 117. astat echinus Vilis, cum palera guttus, Campana supellex. ¶ 2. Item cortex spinosus castanearum. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 83. Maturis buribus virides rumpentur echini. Adde *Pallad.* *Instit.* 155., et *Servium* ad *Virg.* 7. *Ecl.* 53. ¶ 3. Item ornamentum in capitulis columnarum Ionicarum et Doricarum, quia castanearum ordinatio in patentes echinos dispositarum imaginem præ se ferunt. *Virg.* 4. 3. 4. et 4. 7. 3. *Schneid.* *V. ANULUS.* — NB. De nom. prop. *V. NOM.*

**ECHION**, *i*, *n.* 2. ἔχυον, medicamentum ex viperæ (quæ Græci ἔχει) combusta, fæniculo, ture, ad suffusiones orulorum et caligines. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 8. 38. (119).

**ECHIOS**, *i*, *l.* 2. herba duplice generis: alia pullegio similis solis coronata (*Sillig.* leg. *carinata*); alia lanugine spinosa distincta, cui capitula vipersimilia sunt, quamvis alii personatam vocant. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 58. (104). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. p. 347.) hæc docet: « La première espèce d'echios de Pline – est une plainte d'une détermination fort difficile. Quelques commentateurs ont pensé que c'était l'ωκυμοσίας de Dioscoride (4. 28.); cela n'a rien de probable, et les descriptions les font différer sensiblement. – Pour ce qui est de l'echios personata, il semble assez probable que c'est notre bardane: c'est pourquoi nous n'hésitons pas à proposer la synonymie suivante: Ἀπαρινή ἐτρία Theophr. *Hist. plant.* 7. 14. Αρχειον προσοτής καὶ προσοτής *Dioscor.* 4. 107. et *Galen. Simpl. med.* 6.; Πλατωνατούσιδη Græcæ recent; et *Echios personata*, grandes lappas ferens *Plin. loc. cit.* sunt *Arctium Lappa L. Spec. plant.* 1143. » Ceterum cl. *Fée* *loc. cit.* tres echios distinguere videtur, quarum altera est echis, de qua in *voc. seq.*

**ECHIS**, *i*, *m.* 3. herba, qua et doris et pseudo-anchusa dicitur, de qua agit *Plin.* 22. *Hist. nat.* 20. 24. (50). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. p. 114.) hanc exhibet synonymiam: *Pseudanchusa* – Εχύον *Dioscor.* 4. 27. (dans ce qui a rapport aux propriétés médicinales seulement) et *Pseudanchusa*, *echis aut doris* *Plin. loc. cit.* sunt *Anchusa italicica* *Poir.*, *Encycl.*, la buglossa d'Italie.

**ECHITHE**, *es*, *f.* 1. ἔχιτη, herba quæ morsibus variis medetur, similis camomilla. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 89. (139). *Forcellinus* leg. *echites*, *es*, *m.* 1. Ceterum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. p. 287.) hanc exhibet synonymiam: *Clematis*, *alii echite seu lagine* *Plin. loc. cit.* et *Asclepias nephritis* καὶ δηραῖα *Dioscor.* 3. 134. sunt *Asclepias nigra L. Spec. plant.* 312.

**ECHITES**, *es*, *m.* 1. ἔχιτης λίθος, lapilli species, qui viperæ habet maculas, colore viridi subobscuræ, ab ἔχει viperæ. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 72. (187). Alii hic legunt echitis eorum sensu. Sic *Isid.* 16. *Orig.* 15. Echites viperæ maculas exprimit. Cf. et *Solin.* 37. 18.

**ECHITIS**, *idis*, *f.* 3. *V.* *voc. præced.*

**ECHŌ**, *us*, *f.* ἔχων, soni vel vocis repercussio: ab ἔχων sono, resonio. Latinis dicitur *imago*. *Hinc Horat.* 1. *Od.* 12. 4. Quem deum, cuius recinet jucunda Nomen *imago*? (*It. eco*; *Fr. son* *répercussion*, *écho*; *Hisp. eco*, *sonido y repetición de la voz*; *Germ. der Wiederhall*, *das Echo*; *Angl. the return or repercussion of any sound, an echo*). *Pers.* 1. 102. reparabilis assonat echo. *Auson. Epist.* 10. 23. Turbida congestis referunt vocibus echo. Adde *eund.* *ibid.* 25. 68. et *Mos.* 297. — Poeta fabulantur, Echo nympham fuisse; hanc a Junone bruyissimo vocis uso esse punitur, quod eam longo sermone tenere solita esset, ne nymphæ a Jove amatæ ab illa deprehenderentur: cum deinde a Narciso, cuius amore desperat, spreta fuissest, longo mætre contabuisse, et corpore demum in satum converso, nihil nisi vocem retinuisse. *Ovid.* 3. *Met.* 339. et seqq., quocum cf. *Auson. Epist.* 11. 7. et 99. 1. — Fit præcipue in convallis et locis concameratis, ubi resultat aer et acceptæ voces numerosiore repercussio multiplicantur. Non enim ibi liberum habet vagandi campum, sed rerum objectu reflectitur. In quibusdam locis etiam pluries multiplicantur. Ex. gr. in urbe Cyzico turres septem acceptas voces multiplicant: et Olympiae porticus fuit, quam Illepiophorus appellabant, quoniam septies eadem vox ibi reddebat. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 23. (100).

**ECHÖLICUS**, *a*, *um*, *adject.* ἔχωνεις, ai echo pertinens, ut Echo elegi, apud *Sidon.* 8. *Ep.* 11. post *carmen*. Ita legit *Sirmond.*, antea enim *Echoici* legebatur. Tale esse potat *Sirmond.* illud cujusdam *Pentadii* distichon: *Per cava sara sonat peculum mugilibus Echo, flosque repulse jugis per cava sara sonat.* — In *Centimetro Serru* p. 1826. *Putsch.* Echoicum metrum est, quoties sonus ultimæ syllabæ congruit penultima, ut *Exercet mentes fraternalis gratia rara*. — Al. *Burmannus* in *Inthol. Lat.* T. 1. p. 558. et T. 2. p. 551. probat, echoicus versus appellari, quoties ejusdem soni vocabula, repetitis ultimis præcedentis vocis syllabis, unde fit echo, sibi succedunt in fine aliquis versus, ut *Epiqr.* apud *eund.* T. 1. p. 476. Dum natat, algentes ceruit scintilla per undas: Hinc va-

por uscit aquas; quicunque natavit, amavit. *V. RECIPROCUS.*

**ECLIGMA**, *atis*, *n.* 3. ἔχλεγμα, medicamentum, quod fit lingendi gratia, non edendi aut devorandi, ut cum aliquid tenetur, et paullatim destillando transmittitur: αἱξιχ λαμβο, *lingo*. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 89. (154). de *thymo*. In ecligmate faciles excreciones facit, cum aceto et sale. *Id.* 24. *ibid.* 7. 23. (38). Pix excreciones pectoris adjuvat ecligma. *V. ELECTARIUM.*

**ECLIGMĀTIUM** vel ecligmadum, *i*, *n.* 2. parvum ecligma. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *ante med.* Ecligmatum supradictorum succorum. *Theod. Priscian.* 2. 17. Dabo diamoron pro ecligatio. *Plin. Valerian.* 1. 58. Ecligmatum ad tussim expertum.

**ECLIPSIS**, *is*, *f.* 3. ἔχλεψις, deliquum, defectio: ab *écliptica* deficitio. Eclipse lunæ, cum sol per interpositionem terræ ita luna oppositur, ut illam illuminare non possit; eclipse solis, cum luna inter solem et nostrum aspectum interponitur. *Cic.* 3. *Herenn.* 22. 36. Solis eclipses magis mirantur quam lunæ, quia haec crebreiores sunt. *V. Senecam* 3. *Benef.* 6. *circa med.*, ubi solis eclipsim describit. — Et absolute. *Varro* apud *Philarry.* ad *Virg.* 2. *G.* 477. Eclipse quando fit, cur luna laboret: et si hoc ridicule credunt, dicant, quid laborent. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 12. 9. (53). Sulpicius Gallus —, pridie quam Perses rex superatus a Paulo est in contentionem ab imperatore produktus ad prædictam eclipsim. — NB. Quoties in oratione aliquid defert, quod facile subintelligi possit, *eclipsis* dicitur: quod quidam vitium esse putarunt: *Quintil.* 8. 6. 21. figuram: quod certe verum est. si nullam parat observatatem. Hinc eclipsis est illud *Virg.* 1. *En.* 130. Quos ego, ubi deest affligam, act *malitiam*, et ut *Servius* *ibid.* et ad *v. 69.* At *Spalding* apud *Quintil.* *loc. cit.* pro *eclipsi* legit et quidem rectius *hysteria*.

**ECLIPTICUS**, *a*, *um*, *adject.* *έκλιπτικός*, ai eclipsim pertinens. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 16. 13. (68). Stationes stellarum fieri in mediis latitudinum attingere, quæ vocant ecliptica: scilicet quia ibi contingere eclipses solent. *Manil.* 4. 816. et 846. Ecliptica signa. *h. e.* quæ eclipsi patiuntur. *Servius* ad *Virg.* 10. *En.* 216. Sol cursus agit per eclipticam lineam, quæ Zodiacum bisariam dividit.

**ECLÖGA**, *æ*, *f.* 1. *έκλογη*. ¶ 1. Generatim est elocito, delectus: item ipsa res delecta et selecta: ob *έκλιπτα* eligo, *deligo*. *Varro* apud *Charis.* 1. p. 97. *Putsch.* Eclogas ex annali descriptas. ¶ 2. Speciatim hoc nomine scriptores nonnulli appellaverunt singula poemata breviora, quæ edebant in sulcus, quasi essent electa et multi, quæ in se genero scripsissent, et non edidissent. *Plin.* 4. *Ep.* 14. *ad fin.* Proinde sive epigrammata, sive ecyllia, sive ecclionis, sive, ut multi poemata, seu quod alii vocare mulieris, habebit voces: ego tantum bendecasq; libens praesto. *Stat.* 3. *Silv. præsat.* Summa est ecloga, quemcum secedere Neapolim *Claudius mecum exbarbet et præf.* L. 4. Juncta est ecloga ad musicam namque *Julium Menecratem*, cui gratulor. eti. *Auson.* et *præfira Edyl.* 6. Quid ego hunc ecloga stolidum patrocinor? *Id. ep. præfira Edyl.* 11. ecloga regat oden decimam nonam L. 3. *Horat.* sic *Suet.* et *Vita Horat.* a med. Expressissime eclogam. eclogas initium est. Cum tot sustinas et tanta negotia solus, *h. e.* epstolam primam libri secundi. *Al. minus recr. leg. eclogum*; *Hermann.* *Doergens* legit *Expressissime eclogæ tamquam si initium esset*; eti. quod magis arridet. *Sidon.* 9. *Ep.* 1. *carm.* 1. *Venians* per varli carminis eclogas, Verborum violis multicoloribus. *h. e.* per varia carminum genera. *Vetus Scholiast.* *Cruq.* ad *Horat.* 2. *Sat.* 1. Quoniam hic quid ecloga sit, queri solet, sciendum est, quod ecloga haec nomina sub se continet: si ad Jovem, prosodia dicuntur, si ad Apollinem, Diana, aut Latonam, prenas; si ad Liberum, aut Senecem, dithyrambi; si ad ceteros deos, hymni; si ad homines laudarios, vituperandos, reprehendendos, lugendos, odæ sunt et eclogæ, sunt enim brevia poemata. *Virgilii* quoque *Bucolica* *Eclogæ* inscribantur: quatum exemplo factum est, ut omnia poëmatæ pastoralia hoc nomine hodieque vocentur. *V. EDYL.*

**ECLÖGARIUS**, *a*, *um*, *adject.* *Eclogarii* ridentur quibusdam servi illiterati, veluti anagnostæ, qui ex libro qui recitabantur, celeriter selecta quedam et

notatu digniora excipiebantque: aliis rectius sunt loci insigniores. *Cic.* 16. *Att.* 2. ad fin. De gloria (*libros*) misi tibi. Custodies igitur, ut solles: sed potenter eclogari, quos Salvius, bonus auditores nactus, in convivio dumtataat legat. His congruunt, quae habet *Id. ibid.* 11. init. Nostrum opus (de gloria) tibi probari letor; ex quo ἀνὴν ipsa posuisti, quae mihi florentiora visa sunt tuo judicio. — *Eclogarium inscripti Aeson.* unum ex libris suis, in qua est collectio breviorum poematum, excerptorum atque selectorum ex pluribus, quae in eo genere ipse componuerat: ab ἐλλογῇ delectus.

**ECMÉLES**, is, adject. comm. gen. ἐκμέλης, extra modulationem, absonus. *Boeth.* 5. *Music.* 10. p. 1167. Voces inter se vel unisonæ sunt, vel non unisonæ. Non unisonarum autem vocum aliae quidem sunt aquilonæ, aliae emmeles, aliae dissonæ, aliae ecmeles. — *Ecmeles* (sunt), quae non recipiuntur in consonantiarum conjunctione.

**ECNÉPHIAS**, οὐ, m. 1. ἐκνεφίας, οὐ, δι, ventus ex nube discissa erumpens: ab ἐξ εἰς, et νέφος nebula. Sic dicitur procellæ genus, quam pluribus describat *Seneca* 5. *Quest. nat.* 12., et *Plin.* qui sic habet 2. *Hist. nat.* 48. 49. (131). Venti majore illati pondere incursuque, si late siccum rupere nubem, procellam gignunt, quae vocatur a Græcis ecnephias: sin vero depresso sinus arctius rotati effregerunt, sine igne, hoc est sine fulmine, verticem faciunt, qui typhon vocatur, idest vibratus ecnephias.

**V. PRESTER.**

**ECONTRA** vel e contra, adverb. **V. CONTRA.**

**ECONTRARIO** vel rectius e contrario, adverb. **V. CONTRARIUS.**

**ECONVERSÖ** vel rectius e cōverso, adverb. vice versa. *Boeth.* in *Aristot. de interpol.* edit. sec. p. 391. Rursus in parte altera idem e converso cœnit. Adde *eumd ibid.* p. 473. et alibi.

**ECPHORA**, οὐ, f. 1. ἐκφόρης, prominentia, projectura. *Vitruv.* 6. 2. 2. *Schned.* Columnarum projectura, mutulorum ephoræ. *Id.* 9. 5. 11. *Schned.* Omnes ephoræ venustiorem habent speciem, qua quantum altitudinis, tantumdem habent projecturas.

**ECPHRASTES**, οὐ, m. 1. ἐκφράστης, qui edisserit, enarrat, interpretatur, ex una in aliam linguam vertit. Vox Græca, ab ἐκφράστῳ edissero. Opusculum *Fulgentii Planciadis* in editione *Gothofredi* ita inscribitur: *Liberius de prisco sermone ad Chalcidium grammaticum Timæi Platonis ephrasten.* In *Merceri* autem editione alter omnino inscribitur, scilicet: *Fabii Planciadis Fulgentii V. B. Expositio sermonum antiquorum ad Chalcidium Grammaticum, cum testimonio.*

**ECPYROSIS**, θεος, f. 3. ἐκπυρωσίς, a πῦρ ignis, Graece est inflammatio. Latinis litteris scripta legitur in verbis *Nigidii* apud *Servium* ad *Virg.* 4. *Ecl.* 10. et ad 6. *ibid.* 41., ubi mudi totius inflammatio significatur.

**ECQUANDO**, adverb. interrogandi, compositum ex *ecce* vel *ce* vel *en* et *quando*, est an aliquando, num aliquando (It. quando mai; Fr. est-ce que jamais; Hisp. quando; Germ. irgend einmal, jemals; Angl. when, at what time, whether at any time). Usurpatur in vehementi animi motu, ac præcipue in ira. — a) Absolute. *Cic.* 4. *Verr.* 17. 43. Quæ, malum, ista fuit amentia? ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti? erquando his de rebus tales viros audituros existimasti? *Id.* 7. *Ibid.* 26. 66. Ecquando igitur isto fructu quisquam caruit, ut videre piratam captum non liceret? *Liv.* 3. 67. Qui finis erit discordiarum? Ecquando unam urbem habere, ecquando communem hanc esse patriam licet? Adde *Senec.* 3. *Ira* 28.; et *Flacc.* 2. 395. — b) Sequente part. nisi, apud *Cic.* 2. *leg. Agr.* 7. 17. Quero a populari tribuno plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint. — c) Cum addita interrogativa particula *ne*, ut apud *Propert.* 2. 7. 39. Ecquandone tibi liber sum visus? an usque in nostrum jacies verba superba caput? Adde *Vellej.* 2. 14. 2. et *V. ibi Kritz.* — Et sequente part. nisi apud *Cic.* 5. *Fin.* 22. 63. Quoties hoc agitur, ecquandone, nisi admirationibus maximis? *J.* Interpp. ad h. l.

**ECQUI**, quæ vel qua, quod, adjectivum pronomen interrogandi (V. *Zumpt.* ad *Cic.* 5. *Verr.* 11. 25.), compositum ex *ecce* vel *ce* et *qui*, vel *ex en* et *qui*, ut *Prisciano* 1. p. 556. *Puisch.* placet: et idem est ac *qui*, *qualis* interrog. (It. quale, e quale; Fr.

y a-t-il quelque..., quelque'un, ou quelque'une qui? y a-t-il un ou une? Hisp. que, qual; Germ. irgend einer, eine, eins; Engl. who? what? any). Usurpatur præcipue quum interrogatio maximæ vi fit; et occurrit in iis tantum casibus, qui exhibentur. — a) Nom. sing. *ecqui* vel *ecquæ*, ut apud *Plaut.* *Bacch.* 2. 3. 1. Ibo in Piræum: visam, *ecquæ* advenit in portum ex Ephes. navis mercatoria. Adde *eumd.* *Stich.* 2. 2. 42.; et locum *Lucret.* sub fallatum. *Cic.* 6. *Verr.* 8. 18. *Ecqui* pudor est? *ecqui* metus? *Id. Sext.* 52. 110. *Ecquæ* seditione unquam fuit, in qua non ille princeps? *ecqui* seditionis, cui ille non familiaris? *ecquæ* turbulenta contio, cuius ille non concitator? *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 26. 86. *Ecquæ* poterit in agnoscendo esse distinctio? Adde *eumd.* 8. *Att.* 12.; et *Ovid. Heroid.* 18. 341. — In recto feminino dicitur etiam *ecqua*, ut a *Plaut. Men.* 1. 2. 26. *Ecqua* in istac pars inest præda mibi? *Id. Mil. glor.* 3. 1. 199. *Ecqua* ancilla est illi? Adde *eumd. Most.* 3. 2. 83.; et *Ter. Eun.* 3. 3. 15. *Cic.* 7. *Att.* 8. Quod quæris, *ecqua* spes pacificationis sit. *Al. leg.* *ecquæ*. Adde *eumd.* 3. *Verr.* 24. 63.; et *Virg.* 3. *En.* 341. *Ovid. Fast.* 488. hac grossus *ecqua* puella tulit? *Al. leg.* si qua. Adde non uolum ex allatis *Cicer.* locis, item 6. *Verr.* 8. 18. et 11. 25., in quibus alii reponunt *ecqua*: nec analogia repugnat; nam et *aliqua* et *si qua* dicitur. — b) Neutr. sing. *ecquod* apud *Ter. Eun.* 3. 3. 13. *Rus Sunii* *ecquod* haberem et quam longe a mari. *Cic.* 5. *Verr.* 57. 131. *Ecquod* judicium Roma tam disolutum? *Id.* 2. *Invent.* 12. 42. *Ecqua* consuetudo, *ecqua* actio, *ecquod* artificium? Adde *Liv.* 1. 9.; et *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 3. — c) Accus. sing. masc. *ecquem* apud *Plaut. Cist.* 2. 3. 61. *Ebi me interrogat, ecquem in Epidauru Lyconem trapezitam noveturum.* Adde *eumd. Pen.* 5. 2. 84.; et *Rud.* 1. 2. 37. et 2. 2. 7. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 6. *Hospitem ecquem Pamphilum hic habes?* — d) Acc. sing. fem. *ecquam* apud *Plaut. Epid.* 3. 4. 4. Si istuc hominem, quem tu quæritas, tibi communstrasso, *ecquam* abs te inibo gratian? Adde *eumd. Merc.* 2. 3. 56. *Cic.* 4. *Verr.* 27. 67. *Ecquam* rem putatis esse in Sicilia, nisi ad nutum istius, *judicatam?* — e) Acc. plur. fem. *ecquas* apud *Plaut. Pseud.* 1. 5. 69. *Ecquas* viginti minas — per doctos dolos pavidas ut auferas a me? — f) Acc. plur. masc. *ecquos* apud *Ovid. 4. Pont.* 10. 3. *Ecquos tu silices, ecquod, carissime, ferrum Duritiae confers, Albinovane, mea?* — g) Ablat. sing. neutr. *ecquo* apud *Cic.* 3. *Verr.* 24. 62. *Ecquo in oppido pedem posuit, ubi non plura etc.* — h) Cum addita *nam*, *ecquinam*, *ecquenam* etc. *Livret.* 5. 12. 10. Tentat enim dubium mentem ratios egestas, *Ecquenam* fuerit mundi genitalis origo; Et simul, *ecque* sit fiois. *Cic. Brut.* 6. 22. Crebro in mentem venit vereri, *ecquodnam* curriculum aliquando sit habitura tua et natura admirabilis et exquisita doctrina. *Id. Partit. orat.* 14. 48. Quæ sine arte appellantur, — *ecquonam* modo, *ecquonam* loco artis indigent? *Id.* 2. *Herenn.* 17. 26. Quærendum crit, *ecquonam* modo obsisti potuerit. Ita *Forcellinus*: at *Orellius* et *quonam* modo obsistere. *Id.* 4. *Fin.* 24. 67. Illud dubium, ad id, quod summum bonum dicitis, *ecquenam* fieri possit accessio. — i) *Ecqui* substantivi pronominis more pro *ecquis* legitur apud *Plaut. Stich.* 1. 3. 69. *Ecqui* poscit prædictio? h. e. num quis vult me dato prædictio emere?

**ECQUI**, adverb. compos. ab *ecce* vel *ce* et *qui*, interrog. pro quomodo, idem quod *ecquonam* modo. *Cic.* 1. *Tusc.* 8. 15. *Ecqui* ergo intelligis, quantum mali de humana conditione dejecteris? Ita *Klotz* ex *Cod. Reg.*; at *Orellius* aliquid *ecquid*. Et *Plaut. Autul.* prôl. 16. *Cœpi observare, ecqui magorem filius mihi hoocrem habet.* **ECQUIS**, *ecquid*, substantivum interrogandi pronomen, compositum ab *ecce* vel *ce* vel *en* et *qui*, quid, seque ac *num quis*, *num quid* (It. qual uomo, quale cosa; Fr. y a-t-il quelque'un, y a-t-il un?; Hisp. que?; Germ. irgend Jemand, irgend etwas; Engl. who? what?). Occurrat autem A) Ut substantivum interrogandi pronomen; et B) In genere neutro adverbii more.

A) Ut substantivum interrogandi pronomen usurpatur — a) Nom. sing. masc. *ecquis*, ut apud *Plaut. Amph.* 4. 1. 9. Feriam fores. Aperite hoc *ecquis* hic est? *ecquis* hoc aperit ostium? *Ter. Eun.* 3. 9. 1. *Ecquis* me rivot fortunator? *Virg.* 9. *En.* 51. *Ecquis* erit mecum, juvenes, qui prius in

hostem? *Plaut. Capt.* 2. 3. 99. Eadem percontabor, *ecquis* hunc adolescentem noverit. Adde *eumd. Asin.* 2. 4. 26. et 5. 2. 60.; *Bacch.* 4. 1. 9., *Capt.* 3. 2. 18. et *Most.* 4. 2. 11.; *Ter. Eun.* 3. 3. 16.; *Horat.* 2. *Sat.* 7. 34.; et *Liv.* 3. 68. — b) Neutr. sing. *ecquid* apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 58. *Ecquid* est salutis? Adde *eumd. Cerc.* 1. 2. 39. *Ter. Heaut.* 3. 3. 34. *Ecquid* de illo, quod dedum tecum egi, egisti, Syre? *Cic.* 4. *Verr.* 62. 152. Rogato, *ecquid* in tuam statuam contulerit? *Id.* 7. *Fam.* 11. *Heus tu, quid agis? ecquid fit?* Adde *eumd. Att.* 7.; et *Liv.* 40. 40. — c) Dat. sing. masc. *ecqui* apud *Cic. Mur.* 33. 69. *Ecqui* non profitur revertenti? — d) Acc. sing. masc. *ecquem* apud *Plaut. Cist.* 4. 2. 42. *Ecquem* vidisti quærere hic, amabo, in hac regione cistellam cum crepuscilio? *Cic.* 8. *Fam.* 15. *Ecquem* autem (vidisti) Cæsare nostro acriore in rebus gerendis? in præcedenti periodo est tamen accusativus hominem. — e) Nom. plur. masc. *ecqui* apud *Stat.* 10. *Theb.* 215. *Ecqui* aderunt, quos ingenti se attolleret fama Non pigeat. — f) Cum addito *nam*, *ecquisnam*, *ecquidnam*, ut apud *Plaut. Pen.* 3. 3. 5. Sed quid huc tantum hominum incedunt? *ecquidnam* afferunt? *Cic. Latin.* 11. 28. Deinde interrogares, *ecquosnam* alios posset nominare? *Id. ibid.* 16. 38. Audire a te cupio — *ecquid* audieris, *ecquisnam* tibi dixerit, C. Cæsareni dixisse etc. *Id. Topic.* 21. 82. Sit, necne sit: *ecquidnam* honestum sit: *ecquid æquum* re vera etc. *Al. tamen aliter leg. Catull.* 28. 6. *Ecquidnam* in tabulis patet lucelli *Expensum?* — g) Interdum *ecquis*, haud aliter atque *ecqui* adjective occurrit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 226. *Equis* alias *Sosias* intulit qui mei similis siest? *Id. Men.* 4. 2. 110. *Heus, ecquis* est janitor? Adde *eumd. Most.* 2. 1. 7. *Virg.* 10. *Ecl.* 28. *Equis* erit modus, inquit. Adde *Ovid.* 3. *Anor.* 1. 15.; et *Liv.* 23. 12. — Hinc

B) Adverbii more neutrum *ecquid* sapissime usurpatur, et ponitur pro *numquid*, *num*, *an non*. — a) Sine additis et in recta interrogatione. *Plaut. Asin.* 5. 2. 50. *Ecquid matrem amas?* *Id. Bacch.* 1. 2. 53. *Occidit hic homo est. Ecquid in meum est tibi, patrem tibi esse?* Adde *eumd. Amph.* 2. 1. 29., *Autul.* 2. 3. 3. et *Circ.* 2. 8. 19. *Ter. Andr.* 5. 2. 30. *Age Pamphile, exi Pamphile: ecquid te pudet?* Adde *eumd. Eun.* 2. 2. 48. et 3. 2. 3. *Cic.* 2. *Att.* 2. *Sed, heus tu, ecquid vides, calendas venire, Antonium non venire?* *Id. Cluent.* 28. 71. *Quid tu? inquit; ecquid me adjuvas, Bulbe, ne gratis reipublicæ serviamus?* Adde *eumd. 1. Tusc.* 8. 15., 4. *Acad.* (2. pr.) 39. 122. et 3. *de repub.* 11.; *Virg.* 3. *En.* 342.; *Horat.* 1. *Ep.* 18. 32.; et *Plin.* 6. *Ep.* 16. *Liv.* 4. 3. *Ecquid sentitis, in quanto contemptu viatis?* Adde *eumd.* 3. 11. et 5. 52. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 47. *Ecquid, ut audieris, tota turbabere mente?* *Id. ibid.* 7. 11. *Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhaeres?* — b) Una cum adv. tandem apud *Cic. Rose. Am.* 16. 46. *Ecquid tandem tibi videtur — sener ille Cæcilius minoris facere Eutychum filium rusticum, quam illum alterum?* — c) In obliqua interrogatione. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 9. *Nunc Mnesilochum, quod mandavi, viso: ecquid eum ad virtutem aut ad frugem operæ suâ compulerit.* Adde *eumd. Mil. glor.* 3. 1. 114. et 4. 2. 3., et *Most.* 3. 3. 4. *Cic.* 7. *Fam.* 16. *Quid agatis, et ecquid in Italianum venturi sitis bac hieme, fac plane sciatis.* Adde *Liv.* 27. 10. et 44. 27. — d) Pro *quid*. vel *cur* adhibetur a *Liv.* 42. 26. *Quesitus*, *ecquid* ita non adiussent magistratum, ut ex instituto loca, laertia, acciperent?

**ECQUISNAM**, *ecquenam*, *ecquodnam*, *ecquidnam*. **V. ECQUI**, *ecquæ*, *ecquod* sub *f;* et voc. præsub *A.* f.

**ECQUO**, adverb. motus, quonam. *Cic.* 13. *Phil.* 11. 24. *Ecquo te tua virtus proverisset? ecquo genus?*

**ECSTASIS**, is, f. 3. ἐκστασις, ab ἐξ et στασι (στάσι) sto. Scribitur ext. *extasis*. — *Ecstasis* est excessus mentis extra se positæ. *Tertull. Antri.* 45. Hanc vim *ecstasi* dicimus, excessum mentis, et amentia instar. *Augustin. de Gen. ad litt.* 12. Quando avertitur atque abruptitur animi intentio a sensibus corporis, *ecstasi* est. *Hieronym.* 1. *Comment. in Isaiam proem.* Neque vero, ut *Montanus* sonnat, prophetæ in *ecstasi* sunt locuti.

**ECTASIS**, is, f. 3. ἐκστασις, productio, extensio: ab *ἐκστασι* extendit. Ita dicitur figura poetica, qua syl-

Sabia correpta contra rationem producitur. *Charis.* 4. p. 249. *Putsch.* et *Dioned.* 2. p. 437., sed ute-  
que Graece: *Latine Servius ad Virg.* 10. *En.* 473.

**ECTHLIPSIS**, is, f. ἔκθλιψις. ¶ 1. Apud Gram-  
maticos est figura poetica, qua littera m simul cum  
vocali praevidenti ob vocalem, vel diphthongum se-  
quentem eisdifur, ut in illo *Pers.* 1. 1. O curas ho-  
minum, o quantum est in rebus inane! Vox Graeca,  
ab ēt at Στήσο τέρο. *Charis.* 4. p. 249. *Putsch.* Ex-  
θλιψις est, quum diuibus ejectionibus (lege dictioni-  
bus) aliqua consonantiam aut plures quas habet (le-  
ge habent), eliduntur, et *Miltum* ille et terris ja-  
ctatus et alto. Adde *Diomed.* loc. cit. in voce prae-  
red.; et *V. Quintil.* loc. cit. in OBSCURO. Simili-  
liter *Val. Prob.* 1. p. 1440. *Putsch.* Ecthlipsis est,  
quum inter se aspere concurrentium syllabarum, in-  
tercedente sola m littera consonante, et vocalem et  
consonantem, quam diximus, elidi necesse est. Sic  
apud *Capell.* 3. p. 60. *ecthlipsi* pro *eclipsi* corri-  
gendum videtur. ¶ 2. Apud Medicos est compressio,  
contritio. *Theod. Priscian.* lib. 2. part. 1. c. 13. Er-  
go quum interiora præcordiorum humorum mina-  
cium occupaverit conglobatio, ut ecthlapses, vel angus-  
tias, nimios quoque doiores efficiat, tunc nos  
quam calidam in tempore portigemus et per vomitus  
procurabimus digestionem.

**ECTOMON**, i. n. 2. ἔκτοπος, ita nonnulli helle-  
borum nigrum vocarunt, quod alii polyyrrizon, teste  
*Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 21. (51). De synonymia *V.*  
HELLEBORUS.

**ECTRÖMA**, atis, n. 3. ἔκρων, abortus, ab ēt et  
τρόπων pario. Translate *Tertull.* advers. heret.  
7. Et quod proxime Valentinus proposuit, unde  
Deus scilicet de enthymesi et ectromate. h. e. ex  
penu suo, nimis ex effrenata ac præpostera im-  
ginandi vi.

**ECTRÖPA**, æ, f. 1. ἔκτροπη, deverticulum viae:  
a τρόπῳ verio. *Varro* apud *Non.* p. 392. 33. *Merc.*  
Et, ne erraremus: ectropas esse multas: omnino  
tumut esse, sed spissum iter. *Oehler Græcis litteris*  
edidit.

**ECTYPUS**, a, um, adject. ἔκτυπος, qui ēt τύπου,  
ex typo seu forma, premendo calcandoque sit, ex ar-  
gilla seu creta, ita ut imagines paulo extinctiores  
appareant. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (152). Dibu-  
tades, Sicyonius figulus, prius invenit fingere ex  
argilla similitudines, et personas regularum extremis  
imbricibus imposuit, quae inter initia prostopa voca-  
vit: postea idem ectypa fecit. V. ANTEFIXUS et  
TYPUS. — Hinc ectypæ imagines, seu sculpturae  
dicuntur, quae in gemmis non impressione, sed scalpro  
figurantur: cammei Itali vocant. *Seneca* 3. *Benef.*  
26. Cœnabat Paulus prætorius, imaginem Tiberii  
Cæsaris habens ectypam, et eminentem gemma. *Plin.*  
37. *Hist. nat.* 10. 63. (174). Haec sunt gemmæ, quae  
ad ectypas sculpturas aptantur.

**ECULEUS**. *V.* EQUULEUS.

## ED

**EDACITAS**, atis, f. 3. ingluvies, voracitas. *Plaut.*  
*Pers.* 1. 2. 7. Neque edacitate eos quisquam poterat  
vincere. *Cic.* 3. ad *Q. Fr.* 9. extr. Edacitatem pueri  
pertimesco. Adde *eumd.* 7. *Fam.* 26.

**EDAX**, atis, adject. (edo). Sup. *Edacissimus* L.  
— Edax est vorax (It. *ingordo*, mangiatore, vorace;  
Fr. vorace, glouton, avide; Hisp. voraz, gloton;  
Germ. *gefrässig*; Angl. eating much, voracious,  
gluttonous).

L.) Proprie. — a) Generation. *Plaut. Pers.* 3.  
3. 16. Lurco, edax, furax, fugax. *Ter. Phorm.* 2. 2.  
21. Alere nolunt hominem edacem: et sapiunt, mea  
sententia. *Id. Eun. prol.* 38. et *Horat.* 2. *Ep.* 1.  
173. Parasitus edax. *Cic. Flacc.* 17. 41. Edacem  
hospitem amisisti. *Id. 9. Fam.* 20. 2. Proinde te  
para: cum homine et edaci illi res est. Ab omitt-  
tunt et. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 92. Edax dominus. *Id.*  
*Epol.* 2. 34. Turdi edaces. *Colum.* 6. R. R. 2. 14.  
Bores multi cibi edaces. *Seneca Ep.* 60. Vastissi-  
morum edacissimorumque animalium aviditatem  
vincere. *Ovid.* 15. *Met.* 354. Naturæque suum nu-  
trimentum deerit edaci. — b) Speciation apud Poetas  
est idem quod rapax. *Ovid.* 2. *Amor.* 6. 33. Edax  
vultur. *Val. Flacc.* 6. 420. cervos petit Umbro ve-  
nator edaci.

II.) Translate. *Horat.* 2. *Od.* 11. 18. Cūræ edaces.  
h. e. quæ habentes macerant et consumunt: cf. *Ca-  
trull.* 64. 72. Spinosa cura. Rursus *Horat.* 3. *Od.*  
30. 3. Edax imber. *Virg.* 2. *En.* 758.; et *Ovid.*  
14. *Met.* 541. et 9. *Ibid.* 202. ignis. *Ovid.* 1. *Amor.*  
15. 1. litor. *Id.* 15. *Met.* 234. Tempus edax rerum.  
*Id.* 15. *Ibid.* 872.; *Sil.* 17. 9. 604.; et *Martial.* 11.  
34. vetustas. *Lucan.* 7. 397. *etas.* *Prudent.* *Apo-*  
*theos.* 1141. senium.

**EDÉATROE**, qui præsumt regis equalis dicti ἀπό-  
τον ἐδεπάτων, *Paul. Diac.* p. 89. 20. *Müll.* Pro  
edeatæ a *Forcellino* et *Lindemann* leg. edeatæ.  
Ceterum ubi Persarum regis prægustatoribus V.  
*Athen.* 4. p. 171. *Hesych.* *Suidam* aliquos gram-  
maticos v. σδέατρος.

**EDÉCATIÖ**, ônis, f. 3. edecimandi actus.  
*Gloss. Cyril.* Ἀποδεκάτυσος, edecimatio.

**EDÉCIMATÙS** vel edecumatus, a, um. *V.* voc.  
seq.

**EDÉCIMO** vel edecumo, as, atum, are, a. 1. (ex et  
decimo). Part. *Edecimatus*. — Edecimo proprie est  
et decem selfo; adeoque generativum eligo. *Syn-*  
*mach.* 5. *Ep.* 81. (al. 83.). Ut equos ex Hispania  
lectissima nobilitatis edecument. Adde *eumd.* 9.  
*Ibid.* 21. (al. 23.). *Macrob.* 1. *Saturn.* 5. extr.  
Probarere omnes. Q. Aurelii judicium, quo edecumatos  
elegit sodales. et *Ibid.* 1. Jocil ex multijugis  
libris edecumati. Cf. *Paul. Diac.* p. 80. 6. *Müll.*  
Edecimata electa.

**EDENTANÆ**, a, um, adject. Idem atque eden-  
tulus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tan-  
tummodo in *Not. Tir.* p. 111.

**EDENTATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**EDENTO**, as, ävi, atum, are, a. 1. (ex et dens).  
Part. *Edentatus*. — Edento est edentulum facio  
excussis dentibus. *Plaut. Rud.* 3. 2. 3. Nimirum ve-  
lum, improbissimo homini malas edentaverint. *Ma-*  
*crob.* 7. *Saturn.* 3. Scommata minus aspera, quasi  
edentata bellue morsus.

**EDENTULÙS**, a, um, adject. qui sine dentibus  
est. *Capell.* 4. p. 116. Edentulum non illum dici-  
mus, qui dentes non habet, sed cui natura inest, ut  
habeat ex illo tempore, quo natura permittit, ut ha-  
beat. Nam neque lapidem recte dicimus edentulum,  
qui numquam dentes habet; neque infans, qui,  
quamvis aliquando habere possit, nondum tamen  
illo tempore ut habeat, natura permittit. Hæc *Ca-*  
*pella*; sed tamen etiam de infantibus dixit *Arnob.*  
3. 14. Edentulos deos esse parvolorum ritu creden-  
dum est? (It. senza denti, dentato; Fr. éden-  
té, qui n'a plus de dents; Hisp. desdentado; Germ.  
zahnlos; Engl. with few or no teeth, toothless).

L.) Proprie occurrit fere de vetulus. *Plaut. Cas.*  
3. 2. 20. Propter operam illius improbi edentuli.  
*Id. Most.* 1. 3. 118. Vetulæ, edentulae, quæ vicia  
corporis foco occulunt. *Prudent.* 10. *neq; etep.*  
305. Edentularum cantilenæ. *Tertull. Pall.* 5. Mu-  
ræna bestia edentula, et exunguis, et excornis. *Vet-*  
*Poeta comicus* apud *Fulgent.* p. 563. 15. *Merc.* Tu  
ne amare audes, edentule et capularis senex?

II.) Translate, Vinum edentulum, apud *Plaut.*  
*Pæn.* 3. 3. 86. dicitur, quod vetustissimum est, vel  
potius quod vires non habet ad inebrandum. Sic  
*Alexis* apud *Eustath.* ad *Odys.* 8. Οἶνον τὸν πα-  
καιστατὸν οὐταδίκευε, δὲ οὐ δάκεις ἀλλὰ πα-  
πεῖς ποτε. — NB. De cogn. Rom. *V. ONOM.*

**EDEPOL** vel edepol, adverb. Pro edepol dictum  
est etiam epol, ut ejuno, ecastor, etc. Itaque epol a  
multis legitur variis in locis *Plauti* et *Terentii* et  
*Cæcilius* apud *Non.* 2. 354. edit. vet.; tametsi ubiq-  
ue dubia est lectio. — Est formula jurandi per  
Pollucem, pro medepol, h. e. me deus *Pollux* ad-  
juvet; vel, si diphthongus placeat, per cedem *Pollu-*  
*cis*. Fuit juramentum olim seminarium proprium,  
et initii Eleusiniis acceptum: paullatum vero, ex in-  
scia antiquitatis, a viris quoque usurpatum, ut  
*Varro* apud *Gell.* 11. 6. docet: atque adeo generali  
significatione affirmando inseruit (It. per mia fe; Fr. ma foi; Hisp. a fe, por mi fe; Germ. bei Gott,  
meiner Treu; Engl. by my faith). Occurrit — a)  
Absolute, sine additis. *Plaut. Cas.* 2. 6. 1. CLEOSTA.  
Face, Chaline, me certiore, quid meus vir velit.  
CHAL. Ille edepol videre ardenter te extra portam  
Metiam. *Ter. Hecyt.* 1. 2. 7. SYR. Salve, mecastor,  
Parmeno. PARME. Et tu, edepol, Syra. *Id. Andr.* 1.  
2. 5. Quæso edepol Charine. — b) Sæpius una  
cum aliis affirmandi adverbis. *Plaut. Amph.* 1. 1.

## EDICO

115. Certe edepol scio, si etc. *Ter. Phorm.* 5. 1. 8.  
Certe edepol meæ nutricem gnatae video. *Plaut.*  
*Amph.* 1. 1. 27. Nec illi edepol aliquem hominem  
allegent. *Id. Asin.* 3. 2. 14. Nec illa edepol memori-  
ari possint. *Id. Mil.* glor. 4. 1. 41. Edepol hæc  
quidem bellula est. *Id. Most.* 5. 1. 34. Immo edepol  
negat profectio. Adde *eumd. Amph.* 1. 1. 115. *Id.*  
*Most.* 3. 2. 79. Immo edepol vero, quum usque  
quaque umbra est, tamen sol semper hic est a mani  
ad vesperum.

EDĒRA, æ,

**EDERACÉUS**, a, um, etc. *V. HEDERA*, RE-  
DERACEUS, etc.

**EDIBILIS**, e, adject. qui edi potest. *Gloss. Phi-*  
*loz.* Edibilis, βούτιμος. *Cassiod.* 42. *Variar.* 4. de  
vina acinacito. Ut dicas ejus esse aut carneum li-  
quorem, aut edibilem potionem.

**EDICO**, dicis, dixi, dictum, dicere, a. 3. (ex et  
dico). *Erdeico* legitur in veteri *S. C.* de Baccha-  
nalib. apud *Fabrett.* p. 427., prisco et obsoleto  
scribendi more. — *Edice* in imperativo pro edic  
habent *Virg.* 11. *En.* 463. et *Stat.* 12. *Theb.* 598.  
— Part. *Edictus* I. et II.; *Edicturus* et *Edicendus*  
L. — Edicere est quasi extra dicere, publice et aperte  
dicere, exponere: et

I.) Proprie apud Romanos edicere significavit ta-  
bulis in publico loco affitis aliquid jubere; et spe-  
ciatim proprium suum prætorum, qui initio magi-  
stratus præponebant ac denunciabant, qua formula  
et quibus de rebus jus ex anno essent dicturi: V.  
*Edictum* in fine hujus voc. *Cic.* 2. *Fir.* 22. 74. Es-  
t enim tibi edicendum, quæ sis observatur in jure  
dicendo. — Hinc generativum usurpatum est de ma-  
gistratibus aliquid publice iubentibus, et præceptis  
de prætoribus jus publice dicentibus: sic in *Sat-*tu-*sus* de *Bacchan.* DE *SACRILEVVS ITA EXPED-*EDDVVM CENSVERE.* Ceterum hac significatione oc-  
currat — a) Cum Accusativo. *Liv.* 3. 33. sub fin.  
Senatum in diem posterum edicunt. *Id.* aliter leg.  
Adde *Sueton.* *Cæs.* 80. Rursus *Liv.* 35. 25. et 38.  
30. Edicere concilium. *Id.* 25. 51. Tarraconem  
oribus sociis editarer convenientem. *Cic.* 2. ad *Q. Fr.* 2. 2. Edicere comitia a. d. xi. cal. Februar. Adde  
*Liv.* 3. 37.; et *Sueton.* *Cæs.* 18. Sic *Liv.* 22. 33.  
In eam diem, quam jussissent, comitia edetur. Rursus *Cic.* 6. *Phil.* 1. 2. et *Liv.* 4. 26. justitium.  
*Liv.* 2. 55. et 3. 10.; et *Val. Max.* 6. 3. 4. de-  
lectum. *Liv.* 23. 32., 28. 5. et 41. 17. exercitum ad  
conveniendum. *Id.* 31. 11. et 22. 11. diem exercitum  
ad conveniendum. Sic *Id.* 23. 31. Dies illi ad con-  
veniendum Cales edicta est. *Id.* 26. 18. et 31. 49.  
diem comitiis. V. *Drakenborg.* ad h. 1. Sic *Id.* 33.  
14. et *Cic.* 3. *Verr.* 54. 141. Dies edita. *Liv.* 32.  
1. Edicere supplicationem populo, *Justin.* 13. 4.  
I. lustrationem. *Liv.* 2. 52. Duo millia eris da-  
mnato multam ediverunt. *Id.* 8. 36. ad fin. Dicitor  
prædam omnem edixerat militibus. *Cic.* 3. *Off.* 20.  
80. Id, quod communiter compositum fuerat, solus  
editix. — b) Cum Accusativo et Infinito. *Cic.* 4.  
*Verr.* 27. 66. Si quis eum pulsasset, editix, esse ju-  
dicium injuriarum non daturam. *Liv.* 25. 27. Cos-  
sul et auctoritate sensus pro contione editix, qui,  
quorum opera id conflatum incendium proderat,  
præmium fore, libero pecuniam, servò libertatem.  
*Curt.* 6. 11. 20. Rex, tumultu cognito, legem se  
supplicio conjunctis sanguinibus remittere editix. *Sil.*  
11. 7. 327. propere capere arma maniplis Edicci. —  
c) Sequenti Conjunctivo cum part. ut vel ne. *Cic.*  
*Pis.* 8. 17. Consulem edicere, ut senatus senatus-  
consulto ne obtoperet. *Id.* 5. *Verr.* 15. 38. Edi-  
xerat, ut aratores jugera sationum suarum profite-  
rentur. Adde *eumd.* 1. ad *Q. Fr.* 1. 9., 1. *Phil.* 2.  
6. et 11. *Att.* 7. 2. *Liv.* 10. 36. Edictio, ut quicunque  
ad vallum pergeret, pro hostie haberetur. Adde  
*eumd.* 5. 19. Sic de regibus *Curt.* 7. 1. 4. Rex edi-  
xit, ut omnes in vestibulo regis præsto adforent.  
Adde *eumd.* 10. 2. 9. Et de Romanis imperatoribus  
*Sueton.* *Tib.* 40. Ab urbe egredientes (*Tiberius*), ne  
quis se interpellaret, edixerat. Adde *eumd. Domit.*  
9., *Aug.* 44. et *Cal.* 49. — d) Sequenti Conjunc-  
tivo sine illa particula. *Curt.* 6. 8. 23. Postero  
die rex editix, omnes armati coierent. *Virg.* 10. *En.*  
238. Principio sociis edicit, signa sequantur, Atque  
animos aptent armis pugnare parent se. — e)  
Sequenti Relativo. *Curt.* 8. 10. 30. Non tamen an-  
te se recipit in castra, quam cuncta prospexit, et  
quæ fieri vellet edixit. — f) Cum Ablativo et pre-  
dicto.*

pos. de. Sueton. *Cal.* 26. Edicere de natali. *Id. Rhet.* 1. De eisdem interjecto tempore Cn. Domitius Änobarbus, L. Licinius Crassus censores ita edixerunt. *Tac.* 2. *Hist.* 91. Edicere de ceremonialis. — g) Cum addito Accus. et prepos. ad. *Vulcat. Gall. Avid. Cass.* 6. Ad signa edici. — h) Non modo de regibus occurrit, ut dictum est supra sub e, verum etiam de militum imperatore vel duce. *Liv.* 21. 21. *loquitur Hannib.* Primo vere, edico, adsitis. Cf. *eund.* 7. 35. Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet (*Decius*): ubi secundas vigilis buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se convenirent. Quo ubi, sicut edictum erat, taciti convenerunt: Hoc silentium, milites, inquit, etc.

ii.) Translate ponitur etiam de privatis hominibus, de iis præcipue qui auctoritate aliqua polleant, ut paterfamilias, dominus, etc.; et est monere, statuere, notum facere, imperare: occurrit autem — a) Raro cum Accusativo. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 10. Hoc simul edixi, non cessavere poeta Nocturno certare mero etc. Cf. *Id.* 2. *Sat.* 2. 51. Si quis nunc mergos suaves edixerit assos, Parebit pravi docilis Romana juventus. *Curt.* 4. 13. 14. Similis apud Macedones quoque sollicitudo erat: noctemque, velut in eam certamine edicto, metu egerunt. — b) Sæpius sequente Conjunctivo cum part. ut vel ne. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 29. Atque ut scire possis, edico tibi etc. *Id. Aulul.* 2. 4. 2. Herus edixit mihi, ut dispartire obsonium hic bisariorum. *Id. Pseud.* 1. 5. 91. Ne quisquam credat nummum, jam edicam omnibus. Adde *eund.* *Mil. glor.* 2. 2. 4., *Truc.* 4. 3. 6. et *Pers.* 2. 2. 58. *Ter. Eun.* 4. 7. 33. Miles, edico tibi, ne vim facias ullam in illam. Adde *eund.* *Heccyr.* 4. 1. 48. Cf. *Cic.* 1. *Att.* 18. extr. Ne absens censeare, curabo edicendum et proponendum locis omnibus. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 226. Illic simul accepit patrimonii mille talenta, Edicit, piscator uti, pomarius, auceps, — Mans domum veniant. — c) Cum Accusativo et Infinito. *Ter. Eun.* 5. 5. 20. Dico, edico vobis, nostrum illum esse herilera filium, — d) Sequentia Relativo. *Cic. Amic.* 16. 59. Alius igitur finis veræ amicitiae constituendus est, si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edivero. *Ces.* 1. *B. C.* 76. Miles edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles. Adde *eund.* 1. *B. G.* 46.; et *Quintil.* 9. 3. 61. *Sall. Cat.* 49. Jussus a consule, quæ sciret, edicere. *Liv.* 30. 5. Edicere exploratori bus jussis, quæ afferunt. — e) Cum Infinito sine Auctor. *Sil. It.* 7. 315. Cornibus aarentes edicam inneclere ramos. — f) Edicere sententias apud Vopisc. *Tac.* 4. singulari significatio est exsequi. — Hinc à Part. præter. pass.

Edictum, i. n. 2. absolute, substantivorum more.

1.) Proprie. — a) Nonine edicti potissimum edicta prælatorum intelliguntur. Hi, ut scienc cives, quod jus de quaque re dicturi essent, et quomodo dicturi essent, formulam quamdam Kal. Jan. proponebant, quæ edictum prætoris dicebatur. Primis temporibus haec edicta mutata prætoribus licuit. Sed tamen id probri ioco Verri Cicero objecit, quum dixit, eum ne ex edicto quidem suo jus semper dixisse. Post lege C. Cornelii Sullæ tribuni pleb. anno U. C. DCCLXXXVII. cautum est, ut ex edictis suis perpetuis prætores jus dicere, ut narrat Ascon. in *argum. orat. pro C. Cornel.* p. 58. Batt. Quare quod semel edictum promulgaverant prætores urbani, id illic sine reprehensione mutare in provincia, si quam postea obtinuerint, non potuerunt. Cf. *Flacc.* 28. 67. Sanxit edicto, ne frumentum ex Asia exportari liceret. *Id. 3. Verr.* 41. 105. Hereditatem alicui condonare edicto. Adde *eund.* 5. *ibid.* 7. 16. et 14. 35. *Id. Quintil.* 19. 60. Quod prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri jubet. *Id. ibid.* 23. 73. Si ex edicto possedisti. V. *Rein's röm. privatr.* p. 70. 80. et 83., et *Klotz ad Cicer. oration. vol.* 2. p. 718. — Hadrianus vero Aug., usus opera Salvii Juliani JCti, ei patru M. Didii Juliani Aug., omnia edicta, quæ adhuc erant in usu forensi, uno libello complexis, *Edictum perpetuum* edidit, cuius auctoritas diu mansit apud JClos. *Eutrop.* 8. 17. et Hieronym. in *Euseb. Chronic.* ad ann. a Chr. n. 133. — Porro præter edictum hoc perpetuum, erant edicta prætoris peculiares, quæ in re peculari dababant; quorum passim in libris *Digest.* exempla leguntur. *Pers.* 1. 134. His mane edictum, post prandia Callirhoen do. h. e. mando, ut mane in foro versentur, in litibus et

actionibus forensibus occupati. — b) Hinc generatim edictum est jussum, litteræ aliorum magistratum, quibus aliquid imperatur: et occurrit — De consulibus. *Liv.* 8. 7. Oblitus itaque imperii patrii consulumque edicti etc. Adde *eund.* 24. 8.; et *Sueton. Ces.* 28. et 49. — De dictatore. *Liv.* 8. 34. Imperium invictum populi Romani, et disciplina rei militaris, et dictatoris edictum pro nomine semper observatum. — De proconsulibus. *Liv.* 26. 12. Accessit edictum proconsulis ex senatusconsulto propositum vulgatumque apud hostes. — De aedilibus. *Cic.* 3. *Off.* 17. 71. Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de fortis, is prestat edicto aedilium. Adde *Gell.* 4. 2. — De censoribus. *Nepos Cat.* 2. At Cato censor cum eodem Flacco factus, severe praefuit ei potestati. Nam et in complures nobiles animadvertisit, et multas res novas in edictum addidit, quare luxuria reprimetur. — De tribunis. *Cic. pro leg. Manil.* 19. 58. Neque me impedit cujusquam, Quirites, inimicum edictum (h. e. tribunorum pleb., quos paulo ante nominaverat), quo minus, fretus vobis, vestrum jus beneficiumque defendam. — De jussu, quo senatores in curiam convocabantur. *Cic. 3. Phil.* 8. 20. Quum tam atroci edicto nos concitatissent, cur ipse non adfuit? I. integr. cap. *Tac.* 1. *Ann.* 7. Ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, nisi tribunicia potestatis præscriptione posuit sub Augusto accepta. Verba edicti fuere pauca et sensu permodesto: de honoribus parentis consultorum. Adde *Sueton. Tib.* 11.; et cf. *Liv.* 3. 38. — De copiarum duce. *Liv.* 28. 25. Edictum subinde (ab imperatore) propositum, ut ad stipendium petendum convenienter Carthaginem. *Sueton. Ner.* 41. Edictis tandem Vindicis contumeliosis et frequentibus (*Nero*) permotus, senatum epistola in ultionem sui reique publicae adhortatus est. Sic in re militari edictum *itineris* est idem quod *itinerarium*: I. hanc vocem. — De Romanis imperatoribus jam inde a Julio Cæsare. *Ces.* 2. *B. C.* 19. Edictumque (*Cæsar*) præmittit, ad quam diem magistratus principesque omnium civitatum sibi præsto esse Cordubæ vellet. Quo edicto tota provicia peruvigato etc. *Sueton. Aug.* 89. Etiam libros totos et senatus recitavit ei populo notos per edictum ipse fecit. Adde *eund.* *Calb.* 15., *Ner.* 4., *Cal.* 45. et alibi sepe; *Pun. Paneg.* 20.; et *Tac.* 4. *Hist.* 49. — Similiter de magistratibus, qui sub imperatoribus erant. *Sueton. Claud.* 9. Ut quum obligatam æario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædatoria venalis pependerit sub edicto prefectorum. Adde *eund.* *Vesp.* 15. — De regibus. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 237. Idem rex ille (*Alexander*), poema Qui tam ridiculum tam caro prodigis erit, Edicto vetuit. nequis se præter Apellen Pinget.

Il.) Translate. ¶ 1. Est edictum vel jussio privati hominis. *Ter. Heaut.* 4. 1. 10. Primum hoc te ore, ne quid credas me adversus edictum tuum facere esse ausum. ¶ 2. Ponitur interdum pro simplici enunciatione. *Seneca Ep.* 117. ante med. Non corpus est, quod nunc loquor, sed enunciativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum.

**EDICTALIS**, e, adject. ad edictum pertinens, ut Edictalis les, Edictalis bonorum possessioni, h. e. edicto delata etc. apud *Ulp. Dig.* 38. 6. 1. Sic edicte programma, apud *Cassiod.* 1. *Variar.* 3.

**EDICTIO**, ônis, f. 3. idem atque edictum. *Plaut. Capt.* 4. 2. 31. Basiliæ edictiones atque imperiosas habere. *Id. Pseud.* 1. 2. 10. Hanc edictionem nisi unum advortitis. Adde *eund.* *ibid.* v. 30.

**EDICTO**, as, ävi, ålum, are, a. 1. frequentat. ab edico, aptere eloquor, palam manifesto, in vulgus enuncio. *Plaut. Epid.* 1. 2. 2. Atque amorum summam edictata tibi. *Id. Amph.* 2. 2. 183. Tute edictas facta tua, ex me quærvis quid deliqueris. *Id. Men.* 4. 2. 79. Omnia hercle ego edictavi.

**EDICTUM**, i, n. 2. *V. EDICO* in fin.

**EDICTUS**, a, um. *V. EDICO*.

**EDILIS**, e, adject. ad esum pertinens. *Gell.* 17. 11. Ut editia quidem omnia defenderet ab arteria. *Al. melius leg.* edilia.

**EDISO**, discit, didici, discere, a. 3. (ex et disco). Part. *Ediscens* et *Ediscendus* 1. — Ediscere ¶ 1. Proprie ac stricto sensu est memoria mandare (st. imparare a mente); Fr. apprendre par cœur, graver dans sa mémoire; Hisp. aprender de memoria; Germ. auswendig lernen, sich einprägen; Angl. to learn thorongly, learn by heart, commit to memory).

Occurrit — a) Fere cum Accusativo. *Cic.* 1. *Orat.* 34. 157. Exercenda est etiam memora, ediscendus ad verbum quamplurimi et nostris scriptis et alienis. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 44. 135. Ediscendus ad verbum libellus. Cf. *Quintil.* 11. 2. 44. Ad verbum sit ediscendum, an vim modo rerum atque ordinem complecti satis sit. Rursus *Cic.* 2. *Tusc.* 11. 27. Ita sunt deinde dulces (poetæ), ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. *Id. 6. Fam.* 18. Ediscere Hesiódum. *Quintil.* 10. 1. 105. Demosthenem. *Ces.* 6. *B. G.* 14. magnum numerum versuum. *Quintil.* 1. 1. 36. dicta clarorum virorum. *Seneca Ep.* 123. in fin. Hæc discenda, non ediscenda sunt. *Juvenal.* 14. 101. Ediscere Iudicium jus. — Huc pertinet et illud *Val. Flacc.* 1. 308. Ediscere vultus aliquis. Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 755. et venientum discere vultus. — b) Raro absolute. *Sueton. Aug.* 84. Ac ne pecuniam memorie adiret, aut in ediscendo tempus abumeret, instituit recitare omnia. *Quintil.* 1. 2. 12. Neque enim ediscenti, scribenti et cogitanti præceptor assistit. *Id.* 11. 2. 20. Ne errant solo ediscenti labore. *Id.* 10. 7. 32. Ediscenti negligentia. *Id.* 10. 7. 35. Illud ediscendo scribendo communic est. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro discere, perdiscre, intelligere, novisse, præcipue apud Poetas. — c) Cum Accusativo. *Cic.* 1. *Orat.* 58. 246. Nam quod inertiam accusas adolescentium, qui istam artem, primum facilissimam, non ediscent, etc. *Al. leg.* addiscant. *Ovid. 2. Met.* 638. non haec artes contenta paternas Edidicisse fuit. *Id.* 7. *ibid.* 98. accepit cantantes protinus herbas, Edidicisse usum. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 144. veræ numerosque modosque ediscere ritæ. *Ovid. 2. Fast.* 546. Hinc populi ritus edidicere pios. *Id. 1. Amor.* 15. 5. Nec me verbosas leges ediscere: nec me Ingrato vocem prostituisse foro. *Juvenal.* 14. 123. Sunt quædam vitiorum elementa: his protinus illos Imbuit, et cogit minimas ediscere sordes. h. e. tenuisse luci fructitates. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 60. Ilos (h. e. poetas) ediscit, et hos areto stipata theatro Spectat Roma potens. — b) Cum Infinito. *Ovid. Heroid.* 7. 179. dum tempore et usu Fortriter edisco tristia posse pati. — c) Sequentia Relativo. *Liv.* 23. 28. Quum decreta senatus mandataque exposuerit, atque edidicisset ipse invicem, quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret, retro in sua castra rediit. *Ovid. 13. Met.* 246. edidici, quid perfida Troja pararet. — d) Hinc edidici est idem ac memoria teneo, seu potius novi. *Tibull.* 2. 2. 12. Jam reor hoc ipsos edidicisse deos. *Ovid. 3. Pont.* 7. 4. Quidque petam, cunctos edidicisse reor.

**EDISSERÄTOR**, öris, n. 3. *V. EDISSERTATOR.*

**EDISSERÄTUS**, a, um. *V. EDISSERTO.*

**EDISSERO**, s̄ris, s̄eri, s̄ertum, s̄erere, a. 3. (ex et disco). Part. *Edisserens*, *Edissertus*, *Edisserturus*, *Edisserendus*. — Edissero est plane dissero, explano, declaro (It. spiegare, dichiarare, manifestare; Fr. exposer en détail, raconter en détail, développer; Hisp. exponer, manifestar por menor, declarar; Germ. durch Auseinandersetzung berichten, bekannt machen, auseinandersetzen, veröffentlich; Angl. to declare, tell in order, set forth, explain). *Plaut. Capt.* 5. 2. 14. Mihi quæ dicam ediscere. *Cic. 2. Legg.* 22. 55. Neque necesse est edisseri a nobis, que finis funestæ familiæ. *Id. Brut.* 17. 65. Quis docendo edisserendoque subtilior? *Virg.* 2. *Æn.* 149. mihique hæc ediscere vera rogant. h. e. ordine cuncta narra. *Servius. Liv.* 27. 7. Productus in contionem Lælius eadem edisseruit. *Al. alter. leg.* *Id.* 34. 52. Senatus Quintio ad res gestas edisserendas datus. *Tac.* 3. *Hist.* 52. Cunctandi utilitates edisserens. *Justin.* 31. 5. Viam gerendi belli edisserturus. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 306. tantum hoc ediscere, quo me Ægrotare putas animi vitio. *Hieronym.* 1. *advers. Josian.* n. 12. Quod quamquam a me quoque pro qualitate loci sic edissertum sit. Adde *Lamprid. Alex. Ser.* 44. et *Vopisc. Aurel.* 36.

**EDISSERTÄTIO**, ônis, f. 3. dissertation. Hieronym. in *Matth.* 21. Vestis Apostolica vel doctrina virtutum, vel dissertatione Scripturarum intelligi potest. *Al. leg.* dissertation: alii edissertio.

**EDISSERTÄTOR**, öris, m. 3. qui edissertat, qui explanat. *Aeson. Sept. Sap. prol.* 61. sed si memoria Rebus retutis eludit, veniet ludius Edissertator harum, quas teneo minus. *Al. minus recte leg.* edissertator.

EDISSERTATUS, a, um. *V. EDISSERTO.*EDISSERTIO. *V. EDISSERTATIO.*

EDISSERTO, as, ávi, átum, are, a. i. frequentat. ab edisso. — Part. *Edissertatus*. — Edisserto est accurate explano, declaro. *Plaut. Amph.* 2. 1. 52. Ordine omne, uti quidque actum est, edissertavit. *Id. Stich.* 2. 1. 30. Non enim possum, quin reverat, quin loquer, quin edissertem etc. *Id. Cas.* 5. 2. 37. Quid sit denique? edisserta. *Liv.* 22. 54. Neque aggredior narrare, quae edissertando minorata vero fecero. *Capeit.* 8. p. 275. Sicut igitur intelligentiae edissertandique proposito vel axem, vel polos, vel circulos perhibeo. *Id. 9.* p. 312. In quibus artis præcepta edissertare prohibitum. *Arnob.* 1. 57. Illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissertata sermonibus. Adde eundem *ibid.* 36. et 2. 1. *Tertull. Resurr. carn.* 33. Nullam parabolam non ab ipso invenias edissertatam. *Ab. leg. edissertam, alii* edisseratam.

EDISSERTUS, a, um. *V. EDISSERO*, et EDISERTO.

EDITICUS vel edititius, a, um, adject. qui editur, hoc est promulgatur, aut exhibetur. Editicii *judices* apud *Cic. Planc.* 15. 36. et *Mur.* 23. 47. sunt, inquit *Servius ad Virg.* 3. *Ecl.* 50., quos una pars eligit. Plenius autem ita dicuntur, qui in causa sodalitatis (de qua *pro Planc. sermo est*) ab accusatore delecti ex omni populo exhibebantur reo, ut judicarent. Lega enim Licinia cautum erat, ut in crimen sodalitatis a solo accusatore judices ederentur, neque delecti ex solo ordine judicantium, ut in ceteris causis, sed ex omni populo, præsternit vero ex illis tribubus, quae a reo largitionibus corruptæ esse dicentur: qui judices, sine ulla rejectione a reo facta, judicarent, ut colligitur ex *Cic. Planc.* c. 15. 16. et 17.; quam rem Ser. Sulpicius etiam in causa ambitus contra Murcianam tentaverat, ut *Id. Mur.* 23. docet. At ex veteri argumento orationis *pro Plancio*, et ex notis veteris interpretis ab A. Maio editis in *Class. Auct. T.* 2. p. 47. et 64., patet, licuisse reo unam tantum tribum judicium regere ex quatuor tribubus ab accusatore editis. Ceterum *V.* et *Klotz ad Cicer. Oration.* vol. 1. p. 644.

EDITIO, ūnis, f. 3. actus edendi aliorumque oculis exponenti.

I.) Proprie. ¶ 1. Editio est ipsa pariendi actio. *Ulp. Dig.* 2. 1. 70. Editio fetus. *Tertull. advers. Jud.* 1. Editio partus. ¶ 2. Dicitur etiam de emissione librorum. *Quintil. ep. ad Tryphon.* 2. Horatius in arte poetica suadet, ne præripitur editio. *Id.* 5. 11. 40. Versus Homeri, qui tamen non in omni editione reperitur. *Id.* 12. 10. 55. Quod si impedian tempora, multum ex eo, quod potuit dici, recidetur: editio habebit omnia. *Seneca 4. Benef.* 28. a med. Monumenta ingeniorum publicavit editio. *Plin. 3. Ep.* 15. Libelli editione digni. Adde eundem. 1. *ibid.* 2. et 8. et 2. *ibid.* 10.

II.) Translate. ¶ 1. Est actus dandi, exhibendi; ac de ludis præcipue occurrit. — a) In singulari numero. *Symmach. 4. Ep.* 8. Editio munieris gladiatori. *Inscript.* apud *Orell.* 5020. *TL. CLAUDIO TI. FIL. TI. NEPOTI COR. MAXIMO* Q. II VIR. QVINQ. HIC GVM AGERET AETATIS ANN. XXI IN COLON. AECLAN. MVNVS EDIDIT IMPERATA EDITIONE AB IMP. ANTONINO AVG. FIG. Adde *aliam* apud *Gruter.* 404. 2. *Vopisc.* *Aurel.* 12. Editio Circensium. *Id. Carin.* 20. Editio Cari. h. e. Iuli vel murera a Caro data. — b) In plur. numero. *Tac.* 3. *Ann.* 37. Diem editionibus, noctem convivis trahere. h. e. editionibus ludorum. — Similiter editio operarum apud *Nerat.* *Dig.* 38. 1. 50. est exhibito et præstatio operarum, quæ quis aliqui debet, inserviendo ei, cui obnoxius est, et sui artificii munus fungendo. ¶ 2. Item actus narrandi vel dicendi. *Liv.* 4. 23. Eosdem consules in sequenti anno refectos, Julianum tertium, Virginium iterum, apud Macrum Liciuum invenio. Valer. Antias et Q. Tubero M. Maillium et Q. Sulpicium consules in eiusnum annum edunt. Celerum in tam discrepante editione et Tubero et Macer libros linteos autores profiteruntur. ¶ 3. Denique locum habet et in re forensi (*V. EDO secundo loco*); et est exhibitus et ostensio actionis, qua actor reum in jure convenit. *Cic. Planc.* 16. 39. et 41. Editio judicum, vel tribuum. *Ulp. Dig.* 2. tit. 13. qui est De edendo. 1. Editiones sine die et consule fieri debent. Sic *Id. ibid.* 4. Editio rationum.

EDITOR, ūris, m. 3. qui edit, hoc est emittit.

Tom. II.

¶ 1. Generatim. *Lucan.* 2. 423. nocturnas editor auræ. Loquitur de fluvio nebulas gigante. ¶ 2. Speciatim editores munierum, sive ludorum. *Vopisc.* *Carin.* 21. Quo futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia sua minis et balatraibus deputarent. *Capitolin. Anton. philos.* 23. Populi R. voluptates curari vebementer præcipit per ditissimos editores.

EDITUM, i. n. 2. *V. EDO*, is, didi, etc. in sia.

EDITUS, a, um. *V. EDO*, is, didi, etc.

EDITUS, us, m. 4. editio, ejectio. In Ablat. sing. *Ulp. Dig.* 32. 53. § 6. In quibusdam provinciali editu ab hanc rem uterum. h. e. stercore.

EDO, édis vel es, édit vel est, édi, ésum, édere vel esse, a. 3. — a) Breviores formæ hujus verbi, que sepius occurunt, sunt que sequuntur: Insinit. esse pro edere apud *Caton. R. R.* 157. 7. *Schneid.* Hanc (brassican) manu esse oportet jejunum. Adde *Cic. 2. Nat. I.* 3. 7.; *Quintil.* 11. 3. 136.; et *Juvenal.* 15. 102. — Est pro edito apud *Varron. 1. R. R.* 56. Ita fit jucundus pabulum. Ex eo intelligitur, quod pecus utroque posito libentius est. Adde *Horat. 2. Sat.* 2. 57. — Esset pro edere apud *Horat. 2. Sat.* 6. 88. Quum pater ipse domus, palea porrectus in horna, Esset ador loliumque, dampni meliora relinquens. — Esto pro edito apud *Caton. R. R.* 156. 1., cuius verba *V.* infra sub L. et alibi sepe. — Ceterum este pro edito, es pro editis, essemus pro ederemus etc. haud infrequenter occurunt apud *Plaut.* *Ter.* et alios, quorum locos aliquos inferius afferemus. — Alias præterea personas similes verbi sum asserunt grammatici, estis pro editis, estote pro edito, essem pro ederem. Dorent etiam, quæ ob edo declinata usurpantur, veteram esse; quæ verbi sum similio, recentiorum et magis usitata (quod sane resupendum). *Piomed.* 1. p. 357. *Putsch.* *Priscian.* 10. p. 893. et *Servius ad Virg.* 4. *En.* 66. — b) Passive occurrit estur pro editur. Impersonaliter *Plaut. Most.* 1. 3. 78. Jam ista quidem absumpta res erit: dies noctesque estur, bibitur, neque quisquam parsimoniam adhabet. Personaliter *Cels.* 5. 27. n. 3. Colubra ipsa tutta estur. *Ovid. 1. Pont.* 1. 69. Estur ut occulta viatia teredine navis. *Colum. 2. R. R.* 10. 16. Ea (*lens*) nc circuncutionibus abeumatur (nam etiam dum est in silqua estur) curandum erit. *Schneider. leg. exestur.* — *Essetur* apud *Varron.* 5. L. L. 106. *Müll.* Libum, quod ut libaretur, priusquam essetur, erat coctum. — c) Antiquæ formæ Conjugativi sunt edim, is, it etc. pro edam etc. Jam vero editum occurrit apud *Plaut. Aulul.* 3. 2. 16. et *Trin.* 2. 4. 73.; *Pomponium et Cæcilium* apud *Non.* p. 507. 6. et 9. *Merc. Cic.* dixit comedim: V. COMEDO. — Edis apud *Plaut. Trin.* 2. 4. 72. et *Pren.* 4. 2. 45. — Edit apud *Caton. R. R.* 156. 6. *Schneid.*; *Plaut. Capt.* 3. 1. 1.; et *Horat. Epop.* 3. 3., ubi tamen alii alter leg. Apud *Virg.* 12. *En.* 801. plerique leg. edat. — Edimus apud *Plaut. Pren.* 3. 1. 34. — Editis apud *Novium apud Non.* p. 507. 7. *Merc.* — Edeni apud *Caton. R. R.* 53. — d) Esus sum in praeter. pro edi, Solin. 17. ad fin. Quas (earnes) ubi esse sunt (tigres), sauces earum angina obsidentur. Eserim pro ederim tribuitur *Aputrejo* 4. *Met.* Quamquam bordeum jurantem semper eserim. At. leg. ederim. — In sapino estum quoque dici pro esum, docet *Priscian.* 10. p. 893. *Putsch.* — e) Infinitum esse pro edere ponunt pro passivo edi, et cum aliis infinitis passivis jungunt in illo *Plaut. Most.* 4. 2. 42. et 43. Triodium unum haud est intermissum hic esse, et bibli, scorta duci, pergratari. Sunt tamen, qui cum Lambino leg. essi et bibli. — Part. *Edens*, *Esurus* et *Edendus* 1. — Ratione habiti etymi, noamuli arbitrantur verborum sum et edi unum idemque etymon esse, quod confirmari ajunt a lingua Graeca, Latina, Germanica, etc.; idque accidisse, quod antiquissimi homines inter esse vel existere et edere vel manducare tam arctum vinculum intercedere putabant, ut unum etiam alterum necessario complectere tur. Quidquid vero sit, edo cum Sanscrit. ad et Græco édito, id est ejusdem prorsus significations conjungitur, et est comedo, vescor (It. mangiare; Fr. manger; Hisp. comer, mazar; Germ. essen; Angl. to eat).

I.) Proprie. Nævius apud *Priscian.* 10. p. 893. *Putsch.* Ille ipse adstat, quando edit. *Cato R. R.* 156. Brassican esto vel coctam, vel crudam. *Plaut.* *Pseud.* 3. 2. 33. Herbas in alvum congerunt formi-

dolosa dictu, non esu modo. *Id. Stich.* 3. 3. 29. Nulli negare solico, si quis esum me vocat. *Id. Capt.* 3. 1. 3. Quod edit, non habet. *Id. Cas.* 2. 3. 32. Bi-be, es, disperde rem. *Id. Most.* 1. 1. 61. Bibite, este, effarcite vos. *Ter. Eun.* 3. 4. 2. Ut de symbolis essemus. *Lucret.* 4. 865. Propterea captur cibis, ut sufficiat artus, Et recreet vires interdatus, atque patiem Per membra ac venas ut amorem obtinet edendi. *Cic. 13. Att.* 52. Itaque edit et bibit ad eos et jucunde. *Id. 2. Nat. D.* 3. 7. Mergi pullos in aqua jussit, ut biberent, quoniam esse nollent. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 37. Quinqueales oleas est et silvestria corna. *Id. ibid.* v. 116. Non ego (narrantem) temere edi luce profesta Quidquam preter olus. *Id. 2. Ep.* 2. 215. Lusisti satis, edisti satis atque bibisti. Adde eundem. 2. *Sat.* 8. 90. *Cels.* 4. 17. extr. Edisse etiam lupinum et allium prodest. *Val. Max.* 4. 3. extr. Si Dionysium adulare velles, ita non es. *Ovid. 2. Met.* 768. violet intus edentem Viperæ carnes. *Id. Heroid.* 11. 90. Viscera montanis ferret edenda lupis. *Id. ibid.* 9. 37. Inter serpentes aprosque avidosque icones Jactor et csuros terna per ora canes. Part. *Esurus* occurrit etiam apud *Plaut. Rud.* 1. 2. 93. *Juvenal.* 15. 88. nihil unquam hac carne libentius edili. Adde eundem. 4. 139. *Quintil.* 9. 3. 85. Non ut edam vivo, sed ut vivam edo.

II.) Translate. ¶ 1. Proverbia sunt illa *Cic. 2. Fin.* 7. 22. De patella edere. h. e. res sacras et religiosum contempnere: *V. PATELLA.* — *Plaut. Amph.* 1. 1. 153. Pugnos edere. h. e. quamplurimis rædi pugnis. — *Cic. Amic.* 19. 67. Veterima queque, ut ea vina, qua vetustatem ferunt, esse debent subvissima: verumque illud est, quod dicitur, multis modis solis simili edendos esse, ut amicitia manus expletum sit. h. e. diu cum amicis vivendum. ¶ 2. Item est rem suam obligurire, dilapidare. *Plaut. Truc.* 4. 2. 23. Edere bona. ¶ 3. Ponitur et de physicis viribus pro absumere, consumere, corrodere. *Virg. 5. En.* 63. lentesque carinas. Est vapor. *Id. 1. G.* 151. ut mala culmos Esset rohigo. *Ovid. Ib.* 605. Ut crux Herculeos ubi diffusus in artus, Corpora pestiferum sic tua virus edat. Cf. *Val. Flacc.* 7. 358. Quæ (gramina) sacer ille rives intertristesque pruinias Durat editique crux. ¶ 4. Et metaphoræ hinc sumpiæ *Plaut. Aulul.* 3. 6. 1. Nimirum libenter edi sermonem tuum. h. e. attente et avide audi, haus, devoravi. Græci quoque dicunt φαγεῖν φαπτα. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 39. Si quid est animum, differs curandus tempus etc. *Virg. 4. En.* 63. est mollis flamma medullas. *Id. 12. ibid.* 801. Nec te tantus edat tacitam dolor. *Sil. It.* 17. 345. mente mentis edit morsus. *Id. 13. 665.* nec edunt oblivia laudem. *Val. Flacc.* 5. 364. pulcrum longissima quando Rubor cura ducis magnique edere labores. (Sic *Id. 4. 469.* quam te Exedit labor et miseria fessim senectus! Et *Lucan.* 2. 72. mox vincula ferri Exedere senem longusque in carcere pedor.). *Martial.* 11. 91. Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi. EDO, édis, édiri, éditum, édere, a. 3. (er et do). Part. *Edens* sub L. A.; *Editus* in omnibus fare parag. et in sia; *Editurus* sub L. B.; *Edendus* sub L. B. 2. — Edere, quasi estra dare, est emittere, profurre (It. dar fuori, metter fuori; Fr. faire sortir, mettre dehors; Hisp. meter fuera; Germ. herausgeben, hervorbringen, von sich geben; Engl. to utter or put forth).

I.) Proprie occurrit A) Generatim; et B) Speciatim.

A) Generatim. *Lucret.* 3. 123. forasque per os est editus aer. *Id.* 6. 1187. Sputa per sauces raucas edita tussi. *Colum.* 2. R. R. 15. 1. de stercore. Quod gallinae ceteraque volucres edunt. h. e. egerunt. Sic *Id. ibid.* 14. 8. Purgamenta, quæ ipsi (homines) corporibus edunt. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 7. (38). Inter amuleta est, edita quemque uriae inspice. — Similiter pro mori eleganter dixit *Ovid. Heroid.* 9. 92. et *Cic. Sext.* 38. 83. Edere animam. *Cic. 12. Phil.* 9. 22. Extremum vite spiritum edere in alieuius complexu. *Lucret.* 6. 1257. et *Cic. 5. Fin.* 2. 4. Edere vitam. — Hinc etiam *Lucret.* 2. 443. Edere seaus. *Id.* 5. 1075. tremitus. *Id.* 4. 1012. et *Sueton. Oth.* 7. et *Cæs.* 82. gemitus. (Sic *Orid.* 9. *Met.* 207. Sæpe illum gemitus edeatem videlicet). *Cic. 2. Divinal.* 23. 50. et *Justin.* 12. 9. 6. magnum clamorem. *Juvenal.* 7. 195. et *Quintil.* 1. 1. 21. vagitus. *Juvenal.* 10. 261. planctus. *Ovid. 4. 1.* vagitus. *Juvenal.* 10. 261. planctus. *Ovid. 4. 29.*

*Met.* 587. questus. *Spartian.* *Anton.* *Get.* 6. querelas. *Cic.* 2. *Tusc.* 8. 20. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachinis edit! *h. e.* quæ querelas. *Val.* *Flacc.* 4. 24. tales edere voces. *h. e.* hæc loqui. *Sic* *Liv.* 6. 33.; *Phœdr.* 1. 12.; *Sueton.* *Cæs.* 77. et *Tit.* 8.; et *Val.* *Max.* 6. 4. 3. voces. (Similiter *Ovid.* 4. *Fast.* 318. hos edit, crine jacente, sonos. *Id.* *ibid.* 910. Edidit hæc flamenz erba.) *Ovid.* 4. *Met.* 505. latratus. *Id.* 2. *ibid.* 619.; *Justin.* 1. 10. 8.; *Sueton.* *Ner.* 46. hinnitum. *Curt.* 5. 4. 25. sonum. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 10. 2. miro risus. *Sueton.* *Cal.* 57. cachinnum. *Phœdr.* 1. 9. fletum. *Justin.* 11. 9. 13. complorationem. *Ovid.* 1. *Fast.* 444. dulces modos. — Sic de fluminibus *Liv.* 38. 13. Meander ex arce Celænarum ortus, in sinum maris editur. *h. e.* erumpit, influit. — Et de personis *Plaut.* *Mos.* 3. 2. 9. Clanculum et ædibus me edidi foras. *h. e.* exii. *Val.* *Flacc.* 5. 457. Quoru se Sole satus patriis penetralibus edit. *sl. leg.* infert. Et pro expellere *Hygin.* *fab.* 192. Quas Lycurgus ex insula Naxo ediderat. — Singulare est illud *Tibull.* 4. 1. 114. Ipse tamen velox celerem super edere corpus Gaudet equum. *h. e.* attollere; hinc editus altus.

B) Speciatim. ¶ 1. Active et passive usurpatur pro aliiquid novi edere, atque hinc pro parere. — a) Sæpe apud Poetas. *Lucret.* 2. 618. vivam progeniem qui in oras luminis edant. *Vet.* *Poeta apud Cic.* 2. *Divinat.* 30. 64. Edere aliquem luci. *Alius apud eund.* 1. *Tusc.* 48. 115.; et *Ovid.* 15. *Met.* 221. Editar in lucem. *Virg.* 7. *En.* 660. quem partu sub Iminis edidit oras. Adde *Ovid.* 13. *Met.* 387. *Ovid.* 5. *Fast.* 172. Edere aliquem maturi nisibus. *Id.* 5. *Met.* 517. et 9. *ibid.* 678. partu edita. *Id.* 6. *Met.* 336. Latona geminos edidit. *Val.* *Flacc.* 1. 387. pariter quos edidit Hypso. *Vet.* *Poeta apud Cic.* 2. *Divinat.* 33. 64. Draconem genitur Saturnius edidit. *Virg.* 8. *En.* 137. Electram maximus Atlas Edidit. *Ovid.* *Heroid.* 5. 10. edita de magno flumine Nympha. *Horat.* 1. *Od.* 1. 1. Mæcenas, atavis edite regibus. — b) In prosa oratione occurrit præcipue apud scriptores, qui post Augusteum æsum floruerunt. *Cic.* 3. *Tusc.* 1. 2. Simil atque editi in lucem et suscepit sumus, etc. *Id.* 2. *Nat.* *D.* 52. 429. Testudines autem et crocodilos dicunt, quum in terra partum ediderint, obruere ova. *Sic Liv.* 1. 39. Eam (uxorem) ferunt partum Romæ edidisse, Prisci Tarquinii domo. Adde *Quintil.* 1. 1. 2. *Sueton.* *Tib.* 14. Quum, ao mōrem editura esset, variis captaret omnibus. Adde *eund.* *Aug.* 63., 65. et 94. — c) Adde et *Sil.* *lt.* 4. 426. Edere alvo serpentem. *Juvenal.* 2. 123. vitulum. *Id.* 4. 134. ostrea fundo. *Colum.* 6. *R. R.* 24. 1. Mense Julio femina maribus (*h. e.* tauris) perinitendæ, ut eo tempore conceptos proximo vere adultis jam pubulis edant. ¶ 2. Item usurpatur pro aliiquid novi edere, et ponitur de libris, scriptis etc. pro divulgare. Initio fortasse usitatibus dicendi modus fuit *libros in vulgus edere*, quæ exhibent *Nepos Att.* 19. et *Tac.* 15. *Ann.* 63.: in posterum edere tantummodo usuyenit. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ad fin.* Quos libros jam pridem ad te misstsem, si esse edendos putassem. *Id.* *Brut.* 5. 19. Ut illos de republica libros edidisti. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 4. 12. Edere librum contra aliquem. *Id.* 2. *Att.* 16. 4. annales. *Sall.* *Cal.* 31. orationem scriptam. *Horat.* *Art.* P. 389. delere licet. Quod non edideris: nesci vox missa reverti. Adde *Quintil.* 5. 7. 6., 5. 10. 120. et alibi sæpe; et *Sueton.* *Tib.* 70., *Cæs.* 55. et *Domit.* 18. — Huc referri potest et illud *Cic.* *Sull.* 15. 42. Tabulas dividit passim, et per vulgari atque edi populo impetravi. — Ceterum absolute *Id.* *Cic.* 1. *Legg.* 2. 7. Sisenna — omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superavit. — Pro edere eodem sensu publicare dixit et eidem continere opposuit *Plin.* 1. *Ep.* 8. Erit enim et post emendationem liberum nobis vel (*opus*) publicare, vel continere. Pro continere autem tenere dixit *Id.* 2. *ibid.* 10. ¶ 3. Item ponitur sæpe pro verbis divulgare: unde apud *Nepot.* *Datam.* 6. Edit in vulgus, suo jussu Mithrobazanem profectum. — Hinc est narrare, exponere, proferre, dicere, fari. — a) Cum Accusativo tantum, vel sequente Relativo; et quidem — De iis quæ quis ex se promit vel evponit. *Lucret.* 4. 177. Nunc age, quam celeri motu simulacula ferantur, Et quæ mobilitas ellis transtribus auras Reddit, — versibus edam. Adde *eund.* *ibid.* 907. *Cic.*

*Brut.* 5. 20. Ede illa, quæ cœperas, et Bruto et mihi. *Id.* 2. *Legg.* 7. 18. Leges edentur a me non perfectæ, sed summa rerum. *h. e.* proferam, recitabo. *Id.* 3. *ibid.* 20. 47. Apud eosdem edant et expoñant, quid in magistratu gesserint. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 61. Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, edam. *Id.* *ibid.* 4. 10. et *Ovid.* 3. *Met.* 380. Edere nomen et patriam alicujus. *Ovid.* *Ib.* 61. qui sis, nondum quærentibus elo. *Id.* 2. *Met.* 43. Edere veros ortus. *Id.* 8. *ibid.* 448. auctor necis editur. *Plin.* 10. *Ep.* 22. Annos et censum alicujus edere. *h. e.* profleri. *Ovid.* 1. *Fast.* 91. Edere causam, cur etc. *Id.* 1. *Amor.* 1. 1. Arnia et bella edere. *h. e.* describere, dicere, canere. — Speciatim occurrit de oraculis, sacerdotibus et sacris libris, quæ responsa dant. *Liv.* 22. 10. Ita et fatalibus libris editum erat, ut is vorveret, cuius maximum imperium in civitate esset. *Id.* 29. 10. Referebant, et sacrificantes ipsos Pythio Apollini lituisse, et resonum oraculo editum, majorem multu victoriam — adesse populo Romano. *Id.* 30. 2. Editi a collegio pontificum dii, quibus sacrificaretur. Adde *eund.* 40. 45., 41. 13. et 12. 2. *Id.* 21. 62. Jam primum omnium urbs lustrata est, hostieque majores, quibus editum est, diis casse. *Curt.* 4. 10. 7. In vulgas edita responsa. *Id.* 3. 3. 7. Editum vatum resonum. *Id.* 3. 1. 18. Sors oraculo edita. *Ovid.* 11. *Met.* 668. Ipse ego fata tibi praesens mea naufragus edo. *Sic Id.* 3. *Fast.* 855. Mittitur ad tripodas, certa qui voce reportet, Quam sterrili terræ Delphicus edat opem. *h. e.* monstrat. — Et generatim. *Cæs.* 3. *B. C.* 29. Quæ opinio erat edita in vulgas. *Liv.* 10. 27. Qui, editis hostium consilia, dimissi cuin donis, ut subinde, ut quæque res nova decreta esset, exploratam perferrent. *Id.* 3. 34. Quum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito satis correctæ (*tabule*) viderentur etc. *Quintil.* 4. 2. 98. Edito alio tempore ac loco. *Spartian.* *Carac.* 8. Edere veritatem opinionum. *Lamprid.* *Anton.* *Diad.* 6. Diem natalis sui in publicum edere. *Liv.* 5. 19.; *Nepos Con.* 3. et *Curt.* 10. 8. a med. Edere mandata. *h. e.* expondere, et proprium est: legatorum, qui regi vel concilio, quæ ferunt, significant. Haud aliter *Cic.* 7. *Att.* 3. a med. Edere rationes alicui. *h. e.* ostendere. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 45. Dum quæ Crispini docuit me janitor, edo. *Liv.* 1. 46. Prisci Tarquinii regis filius neposne fuerit, parum liquet; pluribus tamen auctoribus filium ediderunt. *Sueton.* *Aug.* 94. Reticere ipse genitiram suam, nec velle edere, perseverabat. *Juvenal.* 14. 516. Mensura tamen quæ sufficiat census, si quis me consulat, edam. Adde *eund.* 3. 74. et 296. *Virg.* 5. *En.* 799. Saturnius hæc edidit. *h. e.* ita locutus est. *Sic Id.* 7. *ibid.* 194. Atque hæc ingressis placido prior edidit ore. Adde *Phœdr.* 1. 14. — b) Cum Accusativo et Infinito. *Lucret.* 2. 612. quia primum ex illis finibus edant Per terrarum orbem fruges cepisse creari. *Cic.* 2. *Off.* 22. 77. Apollo Pythius oraculo editus, Spartam nulla re alia, nisi avaritia, peritaram. *Ovid.* 11. *Met.* 361. hos navitas templi Edidit esse deos. — c) Cum duplice Accusativo. *Liv.* 1. 18. Auctorem doctrinæ ejus, quia non existat alius, falso Samium Pythagoram edunt. *Id.* 27. 27. L. Cellius triplicem rel gestæ ordinem edit: unam traditam fama; alteram scriptam laudatione filii; tertiam etc. *Sueton.* *Gramm.* 12. Quare numquam non utriusque se libertum edidit. ¶ 4. De magistratibus procurare dirxit *Sueton.* *Cæs.* 41. Ut, exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur; pro parte altera, quos ipse edidisset. *sl. leg.* dedisset. Afferunt etiam illud ejusdem *Sueton.* *Vitell.* 3. Decessit — duobus filiis superstibus, quos ex Sextilia prubatissima, nec ignobilis femina, editos consules vidit. *At hic editos ad verba ex Sextilia,* non ad v. consules, pertinere patet. ¶ 5. Pertinet etiam ad rem forensem. Edere enim dicuntur, qui vel formulam actionis proferunt, qua jus suum sunt persecuti, vel tabulas, testes, rationes exhibent iudiciorum causa. Hinc *Ulp.* *Dig.* 2. tit. 13. qui est De edendo 1. Qua quisque actione agere solet, eam prius edere debet. — Edere est etiam copiam describendi facere, vel in libello complecti, et dare, vel dictare. Adde *ibid.* sexcenta in hanc rem. Hinc — Edere judices est judices nominare et seligere, qui in aliqua causa sententiæ ferantur: edere tribum est nominare tribum, et qui judices diligentur. Speciatim vero in causa sodalitatis, tribum et judices ede- re dicebatur accusator, ut in EDITICUS dictum est. *Cic.* *Plan.* 15., 16. et 17. *Id.* *Cic.* *Quinct.* 24. 76. et 29. 89. Edere aliquem sibi socium. *h. e.* publice vel scripto, vel coram magistratu aliquem sibi socium esse profiteri. *Id.* *ibid.* 20. 63. Judicium quin acciperet in ea ipsa verba, quæ Nevius edebat, non recusasse. — Hinc generaliter ponitur pro statuere, jubere. *Cic.* 5. *Verr.* 29. 70. Quantum Aprius etidisset deberi, tantum ex edicto dandum erat. *h. e.* statuisset. Adde *eund.* 4. *ibid.* 42. 103. *Sic Liv.* 40. 40. Quum undique (*milites*) acclamassent, quid ederet, quid fieri velit; non sequitur imperium executuros: Duplicate turmas, inquit, *h. e.* imperaret. *Id.* 45. 34. Edita tribunis centurionibusque erant, quæ agerentur. ¶ 6. Sæpissime est producere, facere, patrare, committere, (quoniam et *do* *hanc vim habet*), adeo ostendere, præbete, exhibere; et occurrit — a) Generatim de pluribus præcipue actionibus. *Lucret.* 3. 359. vitales edere motus. *Id.* 2. 118. et 4. 1007. prælia pugnasque. *Liv.* 21. 43. certamen. *Id.* 25. 16. *ad fin.* pugnam. *Virg.* 9. *En.* 785. strages. *Id.* *ibid.* 527. funera. *Liv.* 5. 13. sub *fin.* 27. 45. et 40. 32.; et *Justin.* 2. 11. 3. et 31. 8. 7. cladem. *Liv.* 38. 19. tumultum. *Cic.* 2. *Nat.* *D.* 63. 158. fructum (Ejus verba sunt: Oves nullum fructum edere et se sine cultu hominum et curatione potuissent). *Id.* 1. *Legg.* 13. 39. ruinas. *Id.* *Sext.* 27. 53. scelus in aliquem. *Id.* 13. *Phil.* 9. 21.; et *Vopisc.* *Carin.* 19. scelus, facinus. *Vopisc.* *Prob.* 12. fortia facta. *Id.* *Aurelian.* 17. virtutem. — *Ter.* *Eun.* 3. 7. 21. Uterque in te exempla edent. *h. e.* novis dirisque cruciatibus, quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta sint ceteris, te punient. *Doratus* ad h. l. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 2. Edere exemplum severitatis. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Omnia exempla cruciatus edere in aliquem. Adde *Liv.* 29. 9. *extr.* Cf. *Vellej.* 2. 94. Editis virtutum experimentis. — Sic edere operam est operari dare, præstare. *Liv.* 5. 4. Annu aera hubes, annuam operam edo. *Id.* 3. 63. Castigati fortium statim viorum operam operari edebant. *Sueton.* *Tib.* 35. In opera scænae arenæque edenda. Adde *eund.* *ibid.* 13. *Cal.* 58. et *Vitell.* 10. — b) Speciatim de publicis ludis. *Tac.* 1. *Ann.* 15. Edere proprio sumptu ludos. Ade *eund.* 12. *ibid.* 41. et 14. *ibid.* 21.; et *Sueton.* *Cæs.* 16. et 89., *Aug.* 10. et 43. et *Vitell.* 2. Rursus *Sueton.* *Cal.* 18. et *Ner.* 7. Circenses. *Liv.* 28. 21. munus gladiatorium. *Sueton.* *Aug.* 48., *Cal.* 18. et *Tit.* 6.; et *Capitolin.* *Anton.* *Phil.* 6. munera. *Tac.* 18. *Ann.* 17. et 2. *Hist.* 71.; *Justin.* 13. 3. 10.; et *Sueton.* *Cæs.* 49., *Tib.* 47., *Aug.* 44., *Cal.* 20. et *Ner.* 11. spectaculum. *Sueton.* *Aug.* 45.; et *Tac.* 1. *Ann.* 76. gladiatores. *Vopisc.* *Prob.* 19. gladiatorium paria. *Sueton.* *Domit.* 4. pugnas navales. *Id.* *Ner.* 22. agones. *Id.* *Claud.* 21. expugnationem direptionemque oppidi. *Id.* *Cæs.* 10. et 39., *Aug.* 43., *Ner.* 7. et *Domit.* 4. venationes. *Vopisc.* *Aurelian.* 15. consulatum. *h. e.* consulatus celebrationem. Similiter *Sueton.* *Gall.* 6. elephantos funambulos. *h. e.* spectando exhibere. *Spartian.* *Hadrian.* 7. feras. *Vopisc.* *Prob.* 19. centum leopardos.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphoræ sumptu a superiori paragr. *B.* 1., edere ponitur pro emittere. *Ovid.* 1. *Met.* 434. Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti Solibus æthereis altoque recanduit æstu, Edidit innumeræ species. *Liv.* 21. 41. Experi juvat, utrum alios repente Carthaginenses per viginti annos terra ediderit, an etc. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 2. Seminibus inter frondem, quam (*ulmus*) prima germinatione edit, latentibus. *Sueton.* *Gramm.* 22. Et agros adeo colere, ut vite manu ejus insatim satia constet trecenta sexaginta uvas edidisse. Ita *leg.* *Klotz* et *Dörgens*; *Forcellinus* vero antiquis editionibus deceptus pro *insitam* leg. *institutam* et pro *uvas* leg. *vasa*. ¶ 2. Metaphoræ sumptu a superiori paragr. *B.* 5., edere ponitur pro denunciare. *Plaut.* *Aulul.* 2. 8. 10. «Festo die si quid prodegeris, profecto egere licet, nisi pepercis». Postquam hanc rationem cordi ventrique edidi, etc. — Hinc Part. præter. pass., cuius plurima superius exempla retulimus,

*Editus*, *a*, *um*, adjective quoque usurpatur, unde *Comp.* *Editior* et *Sup.* *Editissimus*; et est idem atque altus, excelsus.

L.) Proprie. — a) Posit. *Cæs.* 2. *B. G.* 8. Collis et planities editus. *Sall.* *Jug.* 92. Erat inter ceteram planitiem mons sareus, mediocris castello satis pa-

tens, in immensum editus. *Cic.* 6. *Ferr.* 48. 107. Locus præcelsus (*at. perexcelsus*) atque editus. *Cæs.* 3. *B. G.* 19. Locus erat castrorum editus et paulatim ab imo accedit. *Id.* 7. *ibid.* 69. Ipsius erat opidum in colle summo, admodum edito loco. *Lucret.* 6. 560. Tum, supra terram quæ sunt extracta domorum, Ad cælumque magis quanto sunt edita quæque, etc. *Nepos Dion.* 9. Quum a conventu se remotum Dion domi teneret, atque in conclavi edito recubuisse et. *Tac.* 6. *Ann.* 21. Quoties super negotio consultaret, edita domus parte utebatur. Cf. *Sueton.* *infra cit.* sub *Editum I.* Add. *Sall. Jug.* 98.; *Nepot. Ages.* 6.; *Liv.* 2. 50.; et *Tac.* 3. *Ann.* 71. et *Germ.* 1. — b) Comp. *Cæs.* 1. *B. C.* 7. Locis editioribus occupatis. *Id.* *ibid.* 43. In hoc fere medio spatio tumulus erat paullo editior. *Justin.* 1. 2. 19. Scythiam adeo editorem omnibus terris esse, ut etc. *Colum.* 9. *R. R.* 8. 10. In editiore silvæ fronde consistet. Add. *Senec.* 7. *Quæst. nat.* 5. — c) Sup. *Auct. B. Alex.* 31. et *Justin.* 12. 15. 2. Editissimus locus. *Justin.* 2. 1. 17. Editissimum quamque partem recurrentibus aquis primum detectam. *Colum.* 8. *R. R.* 8. 1. Editissima ædificia. *Vopisc.* *Prob.* 21. Editissima turris.

II.) Translate. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 109. Quos venient incertam rapientes more ferarum Viribus editor cædebat ut in grege taurus. h. e. superior. Cf. *Lucret.* 5. 1130. Invidia quoniam, seu fulmine, summa vaporant plerumque, et quæ sunt aliis magis edita cuncte. — *Edita cætas apud Gell.* 3. 15. est acta, decursa, confusa: ea ratione, qua edere vitam, pro finire, dixit *Cic.* 5. *Fin.* 2. 4. Sunt tamen qui apud *Gell.* alter leg. At nihil mutandum videatur. Ita enim etiam *Fronto de nep. am.* p. 220. Me autem consolatus artas mea prope jam edita et morti proxima. — Hinc

*Editum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est idem atque excelsitas.

I.) Proprie. — a) In sing. num. *Sueton.* *Aug.* 72. Si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singulare. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 27. (45). Quod ex edito quidam speculautur. — b) In plur. num. — Cum addito Genitivo. *Tac.* 4. *Ann.* 46. Edita montium. Add. *eum.* 12. *ibid.* 56.; et *Curt.* 6. 6. 25. — Absolute omnino. *Tac.* 15. *Ann.* 27. Armericos — pelit sedibus, castella eorum excendit, plana edita, validos invalidosque metu complet. *Trebell. Poll.* XXX. *Tyr.* 26. In editis.

II.) Translate edita absolute sunt mandata, edita, jussa. *Ovid.* 11. *Met.* 647. Morpheus, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus Eligit.

EDO, ūnis, m. 3. edax, manduco. *Varro apud Non.* p. 48. 19. *Merc.* Et atavynous Edones Romanum, ut turba incendant annonam: sed propter Phagones etc. *Oehler.* *M. Ter. l'arron. Sat. Menipp.* ad h. 1. recte adnotat, Edones et Phagones, ab edacitate, unum Latinum, aliud Græcum, esse ficta populorum nomina, qualia in *Plauti Captivis* (1. 2. 54. et seqq.) sunt illi *Pistorienses*, *Placentini*, *Turditani* et *Ficedulenses*.

EDOCENTER, adverb. docendi more, ad docendum utiliter. *Gell.* 16. 8. In eo nihil edocenter, neque ad instituendum explanare scriptum: est.

EDOCÉO, dôces, dôci, docum, dôcere, a. 2. (ex et doceo). Part. *Edocens* et *Edocutus*. — Edocere est diligenter ac probe docere (It. istruire, informare, far sapere minutamente; Fr. apprendre à fond a quelqu'un, l'instruire entièrement, montrer exactement; Hisp. instruir a fondo, informar exactamente; Germ. Lehren gründlich belehren, etwas gründlich lehren, genaue Auskunft geben über eine Sache; Angl. to teach, instruct carefully). Occurrit autem — 1.) Fere de personis; et quidem — a) Cum duplice Accusativo personæ et rei. *Plaut. Epid.* 5. 1. 56. Eodem hæc edocero Stratippoclem. Add. *eum.* *Trin.* 2. 2. 91. *Sall. Cat.* 16. Juventutem multis modis mala facinora edocebat. *Liv.* 1. 20. Nec cælestes modo ceremonias, sed justa quoque funebria placandosque Mares ut idem pontifex (alias) edoceret. Add. *Sueton.* *Gramm.* 3. et 18.; et *Plin. Paneg.* 20. — Sic Passive. *Sall. Cat.* 45. Cicero edocuit omnia per legatos. *Id. Jug.* 112. Ab illo cuncta edocuit. *Liv.* 25. 40. Edocutus belli artes sub magistro. *Id. ibid.* 37. Sub qua (disciplina) omnes militiæ artes edocutus fuerat. *Tac.* 2. *Hist.* 90. Vulgus — sine falsi verique

discrimine solitas adulaciones edocutum. *Id. Agric.* 26. Agricola iter hostium ab exploratoribus edocutus. Add. *eum.* 12. *Ann.* 44. et 13. *ibid.* 47. *Lucan.* 1. 587. Fulminis edocutus matus venaque calentes fibram. — b) Cum a dito Ablativo rei per præpos. de. *Sall. Cat.* 48. Eadem fere, quæ Vulturcius, de paratis incendūs, de cæde bonorum, de itinere hostium senatum edocet. *Kritz* et alii leg. docet: *V. Herzog* ad h. 1. *Justin.* 15. 4. 6. Quamobrem Laudice anulum Seleuco —, edocto de origine sua, dedit. — c) Cum Accusativo et Infinito. *Ovid.* 15. *Met.* 558. Indigena direx Tagen: qui primus Etruscum Edocuit gentem casus aperire futuros. — Et passive *Liv.* 29. 18. Qui tanta clade edocutus tandem deos esse superbissimus rex. *Id.* 38. 36. Rogationi quum tribuni intercederent, edocuti, populi esse non senatus jus, destiterunt incepto. — Et cum Infinito tantum. *Sall. Cat.* 10. Avaritia — deos negligere, omnia renalia habere edocuit. — d) Sequentे Relativi. *Ter. Phorm.* 3. 3. 7. qz. Quid faciam? AN. Invenias argentum. ex. Cupio: sed id unde, edoce. *Sall. Jug.* 56. Ille quæ parabantur a perfugis edocutus. *Cæs.* 3. *B. G.* 18. Quid fieri vellet, edocet. *Id.* 7. *ibid.* 19. Edocet, quanto detramento — necesse esset constare vitoriam. *Liv.* 40. 27. Nunc, quantus pudor esset, edocens, ab Liguribus Romanum exercitum obserdi. *Id.* 37. 25. Legatus ab Roma venit, et edocuit, quanto spes victoria certior Romanis, quam Antiochο. — Et cum addito Accusativo personæ. *Cæs.* 7. *B. G.* 38. Quos edocuerat, quæ dici vellet. Add. *eum.* 3. *B. C.* 108. *Justin.* 13. 3. 8. Vocatos edoceret, quod facinus molirentur. Sic passi. *Cæs.* 7. *B. G.* 20. Servi edocuti, quæ pronunciarent. — e) Sequentē part. ut vel ne. *Plaut. Trin.* 3. 3. 20. Lesbonicum edoceam ut res se habet. *Ter. Phorm.* 5. 2. 17. Nunc hinc domum ibo, ac Phanum edorebo, ne quid vereatur Phormionem, aut ejus orationem. — f) Cum Accusativo rei vel personæ, et additis. *Liv.* 24. 24. Qui quum omnia ordine edocuisse. *Id.* 30. 37. Monkis (legatis), ut, tot cladibus edocuti, tandem deos et iusjurandum esse credenter. *Id.* 24. 4. Juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent disciplinæque, in qua edocutus esset. — g) Cum Accusativo rei tactum. *Val. Flacc.* 6. 15. Legatos placet ire duces: mandataque Perses Edocet. *Id.* 3. 385. Ad solium venere Jovis, questuque nefandam Edocuere necem. — h) Absolute omnino. *Lamprid. Helagab.* 20. Edociti leones. — 2.) De abstractis. *Liv.* 27. 39. Fama deinde Puniri belli — satis edocuerat, viam tantum Alpes esse. *Cic.* 3. *Tusc.* 33. 80. Edocuit tamen ratio etc.

EDOCUTUS, a, um. V. vor. præced.

EDOLATRUS, a, um. V. voc. seq.

EDÓLO, as, avi, stum, are, a. 1. (ex et dolo). Part. *Edolatus* I. et II. — Edolo est perfecte dolo, polio (It. lavor con Faccetta; Fr. travailler, faconner avec la houe; Hisp. labrar con la azada; Germ. durch Behauen ausarbeiten; Angl. to labour with the axe).

I.) Proprie. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 4. Partes summa linguis edolatas habent.

II.) Translate est perficio. *Varro apud Non.* p. 448. 17. *Merc.* Vix duo homines decem mensibus edolatrum unum reddunt puerum: contra una pestilentia, aut hostica acies punto temporis immanes acervos facit. *Id. ibid.* 392. 30. Ego unum libellum non edolem, ut aut Ennius! *Cic.* 13. Att. 47. Quod jusseras, edolavi.

EDOMÁTOR. V. ENODATOR.

EDÓMITO, as, are, a. 1. frequentat. ab edomo, et idem fere significat. *Venant.* 9. *carm.* 1. 143. Edomites omnes, tucaris amore fideles. *Cod. Vatic.* habet *Et domites.*

EDÓMO, dōmas, dōmī, dōmitum, dōmare, a. 1. (ex et domo). Part. *Edomitus* I. et II.; *Edomandus* I. — Edomo est idem quod domo, seu rectius omnino domo (It. domare intieramente; Fr. dompter entièrement; Hisp. domar totalmente; Germ. völlig, gänzlich bändigen, bezwingen; Angl. to tame, subdue, conquer).

I.) Proprie. *Ovid.* 4. *Fast.* 256. Roma edomita sustulit orbe caput. *Id.* 3. *Art.* am. 114. Edomiti orbis opes possidere. *Justin.* 2. 4. 26. Asia edomita. *Symmach.* *Orat.* in *Gratian.* (edente A. Maio) 6. Audit in edomandis equis equites incios aptius es-sedis colla conjungere. *Claudian.* 1. *I. Cons. Hon-*nor. 379. Edomiti equi.

II.) Translate. *Cic. Fat.* 5. 10. Vitiosam naturam ab eo sic edomit et compressam esse doctrinam. *Nonnulli* leg. domitam. *Horat.* 4. *Od.* 3. 22. Mos et lex maculosum edomiti nefas. h. e. delevit, sus-tulit. *Sil. It.* 3. 531. Edomiti labores. *Id.* 10. 343. Edomita lumina. h. e. somno vieta. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 20. (65). Es edomitum igni. *Id.* 17. *ibid.* 19. 30. (137). Ramum oleæ edomari omni tempore, meditatione curvandi. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 37. Edome feritatem. *Id.* 1. *ibid.* 5. 3. Edomitus humor. *Id.* 9. *ibid.* 4. 5. pastinacea. *Claudian.* 2. in *Rufin.* 1. Alpes edomite.

EDOR olim dictum est ipsum ador, teste *Paul.* *Diac.* p. 3. 10. *Mül.* V. ADOR.

EDORMIO, is, ivi, itum, ire, 4. (ex et dormio). Edormire ¶ 1. Stricto sensu est dormire ad satis-tatem; et occurrit præcipue de vinolentis. — a) Absolute. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 17. 52. Cumque edormiverunt, illa visa quam levia fuerint, intelligunt. — b) Cum Accusativo, edormire vinum vel crapulam est dormiendo concoquere. *Cic.* 2. *Phil.* 12. 30. Edormi, inquam, crapulam, et exhala. *Geil.* 6. 10. extr. Opperit, donec discipuli nocturnum o-mne vinum edormiant. ¶ 2. Latior sensu edormi-re tempus est dormiendo agere, sive absumere. *Se-ne-ca Ep.* 99. ante med. Ex hoc (tempore) quantum lacrimæ, quantum sollicitudines occupant! quantum valetudo, quantum timor! dimidium ex hoc edormi-tur. ¶ 3. Item edormire aliquem est dormientis alicujus partes agere, sive in scena repræsentare. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 61. Cum Ilionam edormit. h. e. agit Ilionam edormiendo.

EDORMISCO, is, ere, 3. inchoat. ab edormio. et est multum dormio. Occurrit cum Accusativo tan-tum. *Plaut. Amph.* 2. 2. 61. Paulisper mane, dura edormiscat unum sonnum. h. e. dum expletu sese a somno. *Id. Rud.* 2. 7. 28. Abeo hinc, ut edormiscahanc crapulam. ¶ 3. EDORMIO 1. b. Similiter *Ter. Adelph.* 5. 2. 11. Aliquo abeam, atque edormiscahunc hoc vini. h. e. concoquam dormiendo paulil-um hoc vini, quod bibi.

EDUCATIÖ, ônis, f. 3. actus educandi (It. educazione, allevatura; Fr. éducation, élevage; Hisp. educación; Germ. d. Erziehung; Angl. a breeding up, nourishing, education). Usurpatur ¶ 1. De hominibus, et est — a) Institutio ac disciplina puerilis. — In singulari numero. *Cic.* 3. *Orat.* 31. 124. Institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili. *Id.* 3. *Legg.* 13. 29. Cum omni virtus carere lex jubeat, ita difficile factu est, nisi educatione quadam et disciplina. *Plin.* 1. *Ep.* 8. 11. Libenter educationis tamquam laboremque suscipere. *Tac.* *Germ.* 10. Dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas. Add. *eum.* *Dial.* de *Orat.* 30; et *Quin-til.* 1. 1. 21. — In plurali numero. *Tac.* 3. *Ann.* 25. Relatum deinde de moderanda Papia Poppaea, quam senior Augustus — incitandis celibatum pœnis et augendo æterio santerat. Nec ideo conjugia et educationes liberum frequentabantur, prævalida orbitate. — b) Dicitur et de sola nutritione puerorum. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (162) Galactitis in educatione nutritibus lactis fecunda. Sic legit Sillig. ¶ 2. Item bestiarum. *Cic.* 3. *Fin.* 19. 62. Bestiarum in fetu et in educatione labor. *Id. Rosc.* *Am.* 22. 63. Etiam feras inter se partus atque educatio conciliat. Add. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 11. et 8. *ibid.* 11. 1. ¶ 3. Item arborum et pomorum. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 30. (94). Pariunt arbores, cum florent: educatione in pomo est. *Macrob.* 1. *Saturn.* 7. a med. Insertiones sularcorum, pomorumque educationes.

EDUCATOR, ôris, m. 3. qui educat. ¶ 1. Generaliter est nutritor et dicitur de parentibus. *Cic.* 2. *Nat.* D. 34. 86. Omnium autem rerum, quæ na-tura administrantur, seminator, et sator, et parentis (ut ita dicunt) atque educator et auctor, est mundus. *Id. Planc.* 33. 81. Quis, cui non educatores, cui non magistri sui atque doctores cum grata recordatione in mente versentur? Add. *Quinfil.* 7. 1. 14. ¶ 2. Speciatim apud ætatis argenteæ scriptores usurpatur de pedagogo. *Sueton.* *Gramm.* 21. Cura et industria edutoris sui altiora studia percepit. *Tac.* 15. *Ann.* 62. Cul enim ignaram fuisse sævitiam Neronis? neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris preceptorisque necem adjiceret. *Id.* 14. *Ann.* 3. Pueritiae Neronis educator. Add. *eum.* 11. *ibid.* 1., 12. *ibid.* 41. et 13. *ibid.* 15.; *Capitolin.* *Ver.* 2;

et *Dig.* 40. 2. 13. *Inscript.* Tiburtina reperta anno MDCCXXXIII, edita in *Giorn. Arcad.* T. 55. p. 324. C. BENTILIO C. F. CAM. RVF. JVN. INFANTI DVLGISSIMO QVI VIXIT ANN. VII. M. X. D. X. C. TIBURTIVS ALPREVS ET VALERIA POTITA EDUCATORES.

EDUCATRIX, iis, f. 3. quæ nutrit atque educat.

I.) Proprie. *Column.* 8. R. R. 11. 14. Pulli pavonini sum educatrice transferantur in caveam. *Inscript.* apud *Don.* cl. 14. n. 39. M. CVRATIVS ZEPHYRIVS FECIT BARONIAL GALENE EDUCATRICI.

II.) Translate. *Cic.* 1. Legg. 24. 62. Earum rem paream est educatrix sapientia.

EDUCATUS, a, m. *V.* EDUCO, as.

EDUCATUS, us, m. 4. idem atque educatio. In sexto caso singul. *Tertull.* *Resurr.* carn. 60. Quo renes consilii seminum, et reliqua genitalium utriusque serus, et conceptuum stabula, et uberum fontes, discessero (post resurrectionem) concubitu et fetu et educatu? h. e. nutritione puerorum.

EDUCO, as, avi, atum, are, a. 1. Part. *Educatus* in omnibus paragr.; *Educandus* I. — Educare, ratione habita etym., unum idemque est cum educere quod interdum et pro educare usurpatur: significat autem nutrire et nutriendo instituere, et usurpatur de pueris tum quod ad corpus, tum quod ad mentem attinet (It. alleare, educare; Fr. éliver, nourrir; Hisp. nutrir, cultivar; Germ. erziehen, aufziehen; Engl. to foster, bring up, nurture, educate).

I.) Proprie usurpatur de parentibus, nutribus, doctoribus, qui pueros nutriti et nutriendo instituant. *Varro* apud *Non.* p. 447. 33. *Merc.* Educit obstetrix, educat nutrix, instituit pedagogus, docet magister. *Id. Non.* p. 422. 10. Alere, inquit, est victu temporali sustentare: educare autem ad satietatem perpetuam educere. Hinc *Plaut. Men.* 1. 1. 22. Ille homo homines non alit, verum educat recreatque. *Id. Trin.* 2. 4. 111. Nostramne vis utrincem, here, quæ nos educat, ab alienare a nobis? *Id. Rud.* 3. 4. 26. Atbenis natus altusque educatusque. *Id. Capt.* 5. 3. 16. Educare puerum. *Id. Cas. prol.* 44. puerum magnæ industria. *Id. Cist.* 1. 3. 24. Educavit eam sibi pro filia bene ac pudice. *Ter. Eun.* 1. 2. 36. Mater ubi (eam) accepit, caput stolidæ omnia docere, educare (al. educere), ita ut si esset filia. *Id. Phorm.* 5. 7. 49. Ex qua filiam suscepit; et eam clavis educat. *Cic.* 2. de republ. 21. Servias famulorum numero educatus. *Nepos Alcib.* 2. Educatus est in domo Periclis. *Ovid.* 3. Met. 313. Furtil illum primis Iao matertera cunis Educat. Adde *Virg.* 10. En. 518. *Curt.* 8. 1. 21. Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, haud secus quam mater a rege diligebatur. *Quintil.* 3. 7. 5. Romulum educatum a lupa. Adde *eum.* 10. 1. 10. *Cie. Brut.* 58. 211. Filios Cornelius appareret non tam in gremio educatos, quoniam in sermone matris. *Id.* 7. *Verr.* 19. 49. Homo in fetialium manibus educatus. *Id.* 1. *Orat.* 31. 137. Homo ingenuus ac liberaliter educatus. *Id.* 5. *Verr.* 21. 60. In dedecore natus, ad turpitudoem educatus. *Nepos Dion.* 4. Filiumque ejus sic educari jussit, ut indulgentio turpissimis imbuatur cupiditatibus. *Auct. B. Alex.* 78. Disciplinis regius educatus. *Quintil.* 1. procœm. 5. Si mibi traderetur educandus orator. Adde *eum.* 9. 2. 81.

II.) Translate. ¶ 1. De hominibus, vel rebus ad homines pertinentibus. *Cic.* 1. de republ. 4. Neque enim hac nos patria lege genuit aut educavit, ut etc *Juvenal.* 15. 70. Terra malos homines nunc educat atque pusillos. *Cic. Orat.* 13. 42. Educata hujus nutrientis eloquentia, ipsa se postea colorat ac roboret. *Id. 2. Orat.* 87. 356. Nec ars tolli dicemus — habet hanc vim, non ut totum aliquid, cuius in ingenii nostris pars nulla sit, pariat et procreat, verum ut ea, quæ sunt orta iam nobis et procreata, educet atque confirmet. *Tac.* 14. Ann. 53. Ego quid aliud munificentia adhibere potui, quoniam studia, ut sic disserim, in umbra educata? ¶ 2. Usurpatur et de brutis animalibus, et significat ipsa nutrire atque ita facere, ut crescant. *Horat.* 1. Ep. 15. 22. Tractus oter plares lepores, ut educat apres. *Varro* 2. R. R. 8. 2. Praeterea educant eum (mulum) paleis, fæno, hordeo. *Phœdr.* 1. 27. extr. Canis trivio conceplus atque educatus stercore. Cf. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 32. (63). Ciconiae genitricem senectam invicem educant. h. e. alunt, sustentant. *Id.* 9. *ibid.* 13. 15. (41). Vitulus marinus educat mammis fetus. ¶ 3. Item de plantis. Ca-

tull. 62. 50. Vitis educat uvam. Cf. *eum.* 19. 14. Uva pampinea rubens educata sub umbra. *Id.* 62. 47. Quem (florem) mulcent auræ, firmat sol, educat imber. *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 51. Non ager hic pomum, non dulces educat uvas. *Id.* 15. *Met.* 97. Herbae, quæ humus educat. *Id.* 8. *ibid.* 930. et 1. *Pont.* 10. 9. Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aer. *Val. Flacc.* 6. 712. Si aquis et fertilis ubere terra educat oleam. *Pin.* 16. *Hist. nat.* 37. 67. (173). Licit populū vitibus placeant et Cæcuba edificant. *Tibull.* 1. 1. 19. Et quodcumque mihi pomum novus educat annus, Libatum agricolæ ponitur ante deo.

EDUCO, ducis, duxi, ductum ducere, a. 3. (ex et duco). *Educe* pro *educ* habet *Plaut. Pers.* 4. 1. 11. et *Stich.* 5. 6. 1. — *Educier* pro *educo* paragoge est apud *Plaut. Truc.* a. 5. v. 16. — Part. *Educens* sub I. B. 7. a.; *Eductus* in omn. paragr.; *Educatur* sub I. B. 4. d.; *Educendum* sub I. A. a. — Educere est extra ducere, producere, extrahere (It. tirare, o menare fuori; Fr. faire sortir, tirer de, retirer, mettre dehors; Hisp. hacer salir, tirar, sacar á fuera; Germ. herausführen, ziehen, wegführen; Engl. to draw or lead forth).

I.) Proprie occurrit A) Generation; et B) Specialitatem.

A) Generatim usurpatur — a) Absolute. *Plaut. Epid.* 3. 4. 38. Heus, foras educite quam introdixistis fidicinam *Id. Mil.* glor. 4. 6. 52. Ut jussisti, heram meam eduti foras. *Sall. Cat.* 51. in fin. et *Cæs.* 5. B. C. 44. Educere gladium. *Cic.* 4. *Verr.* 51. 127. sortem. Cf. *eum.* *ibid.* 17. 42. *Varro* 3. R. R. 14. 2. fistulam. *Cels.* 7. 7. n. 14. Postea educenda recta arus est. *Seneca Phæniss.* 275. oculos. h. e. eruere. *Juvenal.* 6. 469. comites educit asellas. *Cic.* 1. *Divinat.* 44. 100. Larus ita eductus, ut ad mare pervenire non possit. *Pallad.* 9. R. R. 9. 1. Plerumque terra sulfur, alumen, bitumen educit. *Id.* 12. *ibid.* 1. 2. Qui (ager) calamas fabaceæ messis eduvit. — b) Sæpius cum addito, a quo quis educitur, per Ablat. et præpos. ab vel ex; itemque addito, quo quis educitur, per Accus. et præpos. in. *Cæs.* 1. B. C. 53. Educere mulierem ab domo secum. *Al. leg.* domo adducere. *Sueton. Aug.* 89. Quem grandem natu Apolloniam quoque serum ab urbe eduverat. Sic *Liv.* 3. 21. et 8. 15. Educere exercitum ab urbe. *Cic.* 1. *Tusc.* 29. 71. Educere i custodia. *Varro* 1. R. R. 2. 9. Educere populum et comitio. *Capitolin. Ver.* 8. histrionæ et Syria. *Sueton. Rhet.* 1. gregem venalium e navi. *Varro* 3. R. R. 17. 7. pisces e verriculo. *Id. ibid.* 10. 5. radicum e terra. *Cic.* 2. *Invent.* 4. 14. gladium e vagia. — *Forcellinus* addit illud *Cic.* 1. *Orat.* 40. 181. Tribunus plebis de senatu jussit (eum) educi. At Orellius, optimis Codic. fretus, verba de senatu omisit. — *Cic.* 3. ad *Q. fr.* 3. sub fin. Si nobiscum eum rus aliquo eduverimus. *Sueton. Cæs.* 49. Educere aliquem in cubiculum. *Horat.* 1. Ep. 18. 45. jumenta in agros. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 19. 49. (179). Colliciae in fossas aquam educunt. — c) Cum Ablativo sine prepositione, quæ latet in ipso verbo. *Virg.* 10. *En.* 744. eduxit corpore telum. Cf. *eum.* 11. *ibid.* 20. pubemque educere castris. Et *Ovid.* 11. *Met.* 455. pinos educta navalibus *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20. 10. (83). Militem athletam, quoniam constitisset, nemo vestigio educebat. h. e. eo loco movebat, quo pedem posuerat. Denique poetice *Val. Flacc.* 7. 453. virtus iete educere potest. h. e. liberare. — d) Et cum Dativio. *Seneca Vita beat.* 2. ad fin. Ut me multitudini educerem, et aliqua dote notabilem facerem. — Ceterum educere se pro se proprie dixerat *Ter. Hecyr.* 3. 3. 4. Quia me propter examinatum citius educi foras.

B) Specialitatem. ¶ 1. De pullis, qui ex ovo trahuntur. *Plaut. Pren.* 1. 2. 142. Jam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillam facis, quam mare est olim, quoniam ibi alcedo pullos educit suos. Adde *Sil. It.* 16. 386. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 25. 36. (73). Trimestres, ut turdi, turtures, et quæ quoniam fetus educere abeunt, ut galguli, upopæ. *Id. ibid.* 54. 75. (152). Incubationi datur initium post novam lunam. Celarius excludunt calidis diebus; ideo aestate undevicesimo educunt fetus, bieme xxv. *Id.* 9. *ibid.* 10. 12. (37). Parvunt ova avium ovis similia, eaque — incubant noctibus, educunt fetus annuo spatio. ¶ 2. Educere ponitur etiam pro ebilibre,

exhaustire: ¶ DUCO. *Plaut. Stich.* 5. 5. 16. ste. Tum vos dat, bibat, tibicini srt. Et quidem nobis. sa. Tene, tibicen, primum! postidea loci si hoc educeris etc. Cf. *eum.* *ibid.* 5. 6. 1. Tene si hoc educere! dudum haud placuit potio. Similiter *Id. Amph.* 1. 1. 274. Eam (hirneum) ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri. ¶ 3. Usurpatur de navibus, quæ a portu in alium docunt præcipue pugnandi causa. *Cæs.* 1. B. C. 57. Cognito hostium adventu, suas naves ex porta edificant, cum Massiliensis coadiungunt. *Id.* 2. *ibid.* 22. Massilienses arma tormentaque ex oppido proferunt: naves ex portu navibusque edificant. Adde *eum.* 3. *ibid.* 26. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 12. 9. (55.) Nicias Atheniensium imperator veritas classem portu educere. ¶ 4. Sepissime de exercitu, qui aliquo e loco ad itinera facienda, vel in hostem producitur. — a) Cum addito unde educitur, per Ablat. et præpos. ex. *Plaut. Amph.* 1. 1. 62. Ex oppido legiones educunt suas. Cf. *Cæs.* 7. B. G. 10. et 5. *ibid.* 27.; et *Liv.* 40. 39. Educera legiones ex hibernis. *Nepos Mittiad.* 5. copias ex urbe. *Id. Cimon.* 2. e classe. *Id. Mittiad.* 7. copias et navibus. *Cæs.* 1. B. G. 50., 2. *ibid.* 8., 7. *ibid.* 40. et 51. et 79., 1. B. C. 43. et 3. *ibid.* 30. et 84.; et *Liv.* 31. 37. cohortes ex urbe. Sic *Cæs.* 7. B. G. 68. impedimenta ex castris. *Nepos Eumen.* 5. jumenta et castello. — b) Cum Ablativo sine præpos. *Cæs.* 1. B. C. 68. Caesar, exploratis regionibus, albente calvo, omnes copias castris educt. Adde *Liv.* 28. 2. — c) Absolute. *Cæs.* 3. B. G. 26. Illi, ut erat imperatur, eductis quatuor cohortibus — celeriter ad eas, quas diuimus, munitiones per venerunt Adde *eum.* 1. B. G. 64. et 3. *ibid.* 54. et 76.; *Sall. Jug.* 68.; et *Sueton. Cæs.* 65. et *Oth.* 9. *Nepos Datam.* 6. Hac re probata, exercitum educit: Alithobarzanem persecutur. Adde *Frontin.* 2. *Strateg.* 1. 2. et 5. 31. — d) Addito, quo exercitus educitur. *Cato* apud *Gell.* 15. 13. Educere exercitum cohortarum foras. *Cic.* 1. *Divinat.* 33. 72. Quoniam in expeditionem (exercitum) educturus esset Sulla. *Frontin.* 1. *Strateg.* 5. 9. copias adversus aliquem. *Id.* 2. *ibid.* 2. 5. adversus Parthos. Similiter imperatores dicuntur educere copias, legiones, exercitum in aciem, in castra apud *Liv.* 1. 23., 3. 62., 9. 12., 18. 9. et alibi; *Nepot. Eumen.* 3.; et *Frontin.* 2. *Strateg.* 1. 5. et 1. *ibid.* 1. 7. ¶ 5. Pertinet etiam ad rei forensem. et est ad tribunal trahere. *Edictum prætor.* apud *Gell.* 11. 17. si quis eoavat AD ME EDVCTVS FVERIT QVI DICATVR etc. *Cic. Planc.* 23. 55. Atque is quidem eductus ad consules, qui lum in crimen vocabatur, se iniqua a suis iactatum graviter querebatur. *Id.* 5. *Verr.* 65. 152. Aditum est ad Metellum: educetus est Apronius: educit vir primarius C. Gallius, senator. Adde *eum.* 4. *ibid.* 26. 63. et 37. 90. *Id.* 5. *ibid.* 47. 112.; et *Quintil.* 7. 8. 6. Educere aliquem in ius. — Similiter *Plaut. Truc.* 4. 3. 8. Nisi si ad tintinnulos volitis vos educi viros. h. e. duci ad carnifices, ad supplicium. ¶ 6. Magistratus quoque dicuntur educere, quos secum comites in provinciam ducent. *Cic.* apud *Quintil.* 5. 10. 76. Quos educere in provinciam non potuerit. *Id. Pis.* 34. 83. Et medico, quem tecum eduxeras, imperasti, ut venas hominis incideret. ¶ 7. Augusteo tempore occurrit etiam — a) Pro attollere, in alium vel sublimi erigere. *Ovid.* 5. *Met.* 639. Delia rompiti humum; excis ego (Arethusa) mersa cavernis. Advehor Ortygium: quæ me cognomine diva Grata meæ superas educit prima sub auras. *Horat.* 4. *Od.* 2. 22. et vires (juvénis) animumque moresque Aureos educit in astra nigroque Invidet Oreo. *Ovid.* 3. *Met.* 111. Sic, ubi tolluntur festis aulæ theatris, Surgere signa solent; primumque ostendere vultum; Cetera paullatim: placidoque educta tenore Tota patent, imoque pedes in margine ponunt. Cf. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 42. (146). Thrysus asparagi caulem eductens. — b) Hinc usurpatur de novis, quæ exstruuntur ædificis. *Virg.* 6. *En.* 177. aramque sepulcri Congerere arboribus cæloque educere certant. Adde *Sil. It.* 15. 388. et 13. 105. Rursum *Virg.* 2. *En.* 185. Hanc tamen immensam Calchas attollere molem Roboribus textis cæloque educere jussit. Cf. *Tac.* 5. *Hist.* 18. Simul e mole, quam eductam in Rhenum retulimus, Bructerorum cuaneus transauit. *Virg.* 2. *En.* 460. summisque sub astra Educunt tectis turrim. Adde *eum.* 12. *ibid.* 674.; et *Tac.* 12. *Ann.* 16. et 4. *Hist.* 30. Rursus *Virg.* 2. *En.* 630. Cyclopum educta caninis Mæ-

nia. *V. CYCLOPS.* *Tac.* 2. *Ann.* 61. Instar montium educte pyramides. *Sil.* It. 10. 561. Educere pyram. Cf. *Seneca Herc.* Et. 49. Ultra nubes eductus Othrys.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorā ducta a superiori significazione sub *B.* 1., educere ponitur pro gignere. *Virg.* 6. *En.* 673. Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles; Quem tibi longevo serum Lavinia conjur. Educat sitis regem regumque parentem. et ibid. v. 779. Romulus, Assaraci quem sanguinis Ila mater Educat. Cf. *Seneca Apoloc.* ante med. Quæ patria, quæ gens mobile eduxit caput? — Hinc figure *Catull.* 61. 90. Aurave distinctos educit verna colores. ¶ 2. Item metaphorā sumptū ab eadem significazione, educere est alere, educare; quod postremum verbum ab educere factum est. *Plaut.* *Circ.* 4. 2. 32. Bene ego istam eduxi mea domi et pudice. Adde eund. *Rud.* 1. 3. 38.; *Truc.* 5. 16. et *Epid.* 4. 1. 34. *Ter.* *Andr.* 5. 4. 8. Adolescentulī libere educti. *Id.* *Adelph.* 1. 1. 23. Hunc adoptavi mihi, eduti a parvulo, habui, amavi pro meo. Adde eund. *Heaut.* 2. 1. 14. *Cic.* 2. *Orat.* 28. 124. Non est boni parentis, quem procrearit et eduxerit, eum non et vestire et ornare. *Tac.* 6. *Ann.* 15. Cassius severa patris disciplina eductus. Adde *Liv.* 21. 43. a med., 24. 4., 27. 19. et alibi sāpe. *Virg.* 8. *En.* 413. parvos educere fetus. Adde eund. 9. ibid. 584.; *Colum.* 4. *R. R.* 27. 4.; *Pallad.* 1. *R. R.* 28. 5.; *Sil.* It. 16. 728. et 9. 434.; *Juvenal.* 10. 23. et *V. EDUCATOR.* — Hinc figurate *Plaut.* *Mil.* *glor.* 3. 1. 55. Senet eductus in nutritiū Venereo. ¶ 3. A Poetis præcipue dicitur de tempore, et est traducere, agere. *Propert.* 2. 7. 97. si forte pios eduximus annos. *Sil.* It. 11. 405. sub hiberno somnos educere caro. *Val. Flacc.* 1. 251.; et *Stat.* 2. *Theb.* 74. Ludo educere noctem. *Val. Flacc.* 2. 371. nimboisque educere lumen. *Seneca Brevit.* vit. 1. Illam (*naturam*) animalibus tantum induisse, ut quin aut dena scula educant; homini, in tam multam ac magna genito, tanto ceteriorē terminum stare. *Ita leg.* recentiores; antiquæ editiones habent edurent.

**EDUCTIO**, ônis, f. 3. actus educandi. *Cato* apud *Festum* p. 253. 33. *Mull.* Tertia e castris educatio celeris properaque est. Adde *Lactant.* 4. 10. ante med. — *Pallad.* 7. *R. R.* 7. Si apes unius uberis educatione pendebunt, noris, unum regem esse universis: si vero duo, vel plura ubera suspendens se populus imitatur etc. h. e. conformatio exanimis in modum uberis.

**EDUCTOR**, ôris, m. 3. idem atque educator, ut educere interdum idem est atque *educare*, et *eductus* idem atque *eductus*. *V. EDUCO*, is II. 2. *Fronto* 1. ad amic. (ed. iterum *A. Mai*) *Ep.* 15. Quo studio me a prima infantiā devinctum fuisse sāpe audiui ex his, qui nūbi eductores, aut magistri fuerunt.

**EDUCTUS**, a, um. *V. EDUCA*, cis.

**EDULCO**, as, arc, a. 1. dulc facio, indulco, obduco. *Cn. Matius* apud *Gell.* 15. 25. et apud *Non.* p. 106. 25. *Merc.* Quapropter edulcate conuenit vitam, Curasque acerbas sensibus gubernare.

**EDULIS**, e, adject. (edo, edis vel es) aptus. *Horat.* 2. *Sal.* 4. 43. Vineas submittit capreas non semper edules. — *Hinc*

*Edulia*, iūm, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt res edules: videatur autem significari omnia, quæ cibi gratia apponuntur, preter panem. *Afranius* apud *Non.* p. 28. 30. *Merc.* Commercalis conquise edulibus. *Varro* apud eund. p. 108. 21. Quoniam primo cibo et potionē initiantur paecos, sacrificabantur ab edulibus Edusæ, a potionē Potinæ, nutritæ. Adde eund. 6. *L. L.* 84. *Mull.*; *Gell.* 7. 16. et 17. 13. extr.; et *Dig.* 1. 16. 6. *V.* et voc. seq.

**EDULIUM**, ii, n. 2. idem quod *edulia*, seu res edules. *Varro* 7. *L. L.* 61. *Mull.* Syncerastum est omnino edulium, antiquo Greco vocabulo. *Mullerus* ita legendum conjectur. *Gell.* 19. 9. Ubi edulis finis et porcū, mox sermonibus tempus fuit. *Sueton.* *Cal.* 40. Pro edulis, que tota urbe venirent, certum statuimque exigebatur. At *Gellii* et *Suetonii* loci ad voc. præred. referri possunt, quemadmodum et illud *Apul.* 5. *Met.* sub init. Eduliorum variorum ferculæ copiosa. — Sine ulla dubitatione hanc formam habet *Capitolin. Pertin.* 12. Nisi quod missum est *edulium*. Et *Ammian.* 30. 4. Pisces aut edulii peregrinum esse vocabulum arbitrantur. *Fulgent.* p. 563. 9. *Merc.* Edulium ab edendo dicitur.

**EDUCATÆS**, a, um, particip. ad *eduro*, quod adjective usurpat præ induratus. *Heim.* prot. ad *carum*. In cothurnum petulantioris audaciae edurata fronte procedit.

**EDUCRE**, adverb. dure. *Ovid.* 3. *Art. am.* 476. Nec tamen edure, quod petit illa, nega. *Alia lectio habet*: Nec tamen eduro, quod petit, ore nega. quæ sane præferenda est.

**EDUCRESCO**, is, ere, n. 3. inchoat. ab eduro, durus fio. Est *Cæli* *Aurel.* 2. *Acut.* 34.

**EDUCRO**, as, are, n. 1. (ex et duro) occurrit *A.* Neutrorum more; et *B.* Active.

*A)* Neutrorum more, est idem ac perduro. *Tac.* *Germ.* 45. Solis fulgor in ortus edurat. *Gell.* 14. 1. ante med. Ut neque tanto ævo potuerint (bittere) edurare. *Seneca Brevit.* vit. 1. Ut quina, aut dena sacerula edurent. *Al. melius leg.* educant.

*B)* Active ponitur pro vaide durum facere, ad laborem assuescere. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 7. A pueritia rusticis operibus edurandus futurus villiens. *Nonnulli leg.* educandus: *at plerique Codd.* habent edurandus, quam lectionem tuentur Gesner. et Schneider. *Immo* Gesner. comparavit ex eod. *Colum.* 1. *R. R.* 8. 2. Rusticus operibus ab infante duratus. Cf. et *EDURATUS* loco suo.

**EDURUS**, a, um, adject. (ex et durus) durus, valde durus.

*A)* Proprie. *Virg.* 4. *G.* 144. Eduramque pyrum, et spinos jam pruna serentes.

*B.)* Translate. *Ovid.* 3. *Art. am.* 476. Nec tamen eduro, quod petit, ore nega. *Alii minus recte leg.* edure. *Id.* 2. *ibid.* 527. Postibus eduræ supplex blandire pueræ. *Al. leg.* et duræ. — *N.B.* Quidam apud *Servium* ad *Virg.* 2. *G.* 75. *edurum* interpretantur, non durum. ut enodis est sive nodis. Sed doest his certus ad confirmandum scriptoris locus.

**EDYLLIUM** vel *idyllium*, ti, n. 2. *εἰδύλλιον* ab εἰδῶς species. Rectius prima syllaba per e scribitur, quam per i, quia Graeca diphthongus s̄pius in illam, quam in hanc vocali vertitur. — *Edyllum* est poematum, quo aliquid describitur et poeticis coloribus pingitur. Sic appellantur varia opuscula brevia illa quidem, epigrammalis tamen longiora, singula singulis de rebus tractantia, ita ut unum ad alterum non referatur. Ita sua inscripsit *Ausonius*, in quibus variis argumenti carmen composuit, versus Paschales, Epicedion in patrem, sue filialē descriptionem, etc. *V. ELOGA.* *Auson.* in epist. praefixa *Edyll.* 11. Ejusmodi edyllia nisi vel obscura sint, nihil futura.

## EF

**EFFABILIS**, e, adject. qui dici potest. *Apul.* de *Mag.* Pauris cogitabilis, nemipi effabilis. Adde *Virg.* *dubium* loc. in *AFFABILIS*.

**EFFECATUS**, a, um, adject. fecibus purgatus. Occurrat translate tantum apud *Apul.* 2. *Dogm.* *Plat.* *Purgata* et effecata animi voluptas.

**EFFECUNDO**. *V. EFFECUNDO.*

**EFFAFILATUM** exertum, quo scilicet omnes exerto brachio sint exflati, id est. extra vestimentum filo contentum. *Hei. Paul.* *Diac.* p. 83. 6. *Mull.* Alii, inquit *Forcellinus*, rectius legunt *ex-papillatum*. At *Mullerus* loc. cit. hoc adnotavit: « *Placidus Gloss.* p. 460. ed *Mai.* Effafilatus, exero thumero (correctum est exerto humero) id est extra filum (scr. filum) manu, id es extra proferens (scr. id est, manu extra proferens). Ille autem *Vaticanus Placidus* ubi habet p. 461. *Exaserberit*, exprovi vero exeruero, Dübnerus narrat in *Museo philos.* *Rheinano* *T. III.* p. 477., in codice *Parisensi*, qui multa auctius et luculentius habet, legi. *Exfabilavero*, exeruero. Quod si recte se babet, ut puto, hujus mirifici verbī *exfaſilare* non unum tantum exemplum, nequæ una forma in antiquis scriptoribus legebatur, nec probari potest corrum opinio, qui *exfaſilato* ex corrupto *expaffillato* in *Plauti Mil. glor.* 4. 4. 44. natum esse sibi persuaserunt. Tantum in errorem ut incideret *Verrius*, præsertim cum eundem versum supra (*Paul. Diac.* p. 79. 10. *Mull.*) rectissime explicuissest, fieri potuisse vix credam ». Postquam vero varias doctissimorum hominum conjecturas restulit, *Mullerus* hoc addit: « *Facilius crederem*, *faſilam* in antiquiori Latino sermone dictam esse pro *fibula* ».

**Effectiva**, ae, f. 1. absolute, substantivorum more, iūm est ac πραξιτελη. I. locum *Quintil.* in

**EFFECTIVUS**

**EFFAMEN**, inis, n. 3. dictio, pronunciatio, effatura. *Capell.* 4. init. Haec quoque contortis strin-gens effamina nodis. *Id. ibid.* p. 96. in fin. His igitur præceptis parere collectaus, nec Grajos deseram ordine disserendi, nec Laurentis assertionis effamina remorabor.

**EFFARCIO**. vel efferrio, farcis vel fercis, fertus vel fertutis, farcire vel fercire, a. 1. (ex et farcio). Part. *Effertus* et *Effertus* in fin. — *Effarcio* vel efferrio est impieco, vel valte impleo.

*A)* Proprie. *Cœs.* 7. *B. G.* 23. Ea intervalla grandibus in fronte satis effariuntur.

*B.)* Translate. *Plaut.* *Most.* 1. 1. 62. Bibite, este, effercite vos, saginam caedite. — Hinc Part. præster. pass.

*Effertus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Effertissimus*. *Plaut.* *Capt.* 3. 1. 6. Neque jejuniatio, neque magis effertum fame vidi. *Id. ibid.* 4. 1. 8. Hereditatem sum aptus effertissimam. Est qui legit offertissimam eodem sensu, ut sit ab offertio pro efferrio. *Id. Asin.* 2. 2. 16. Maximos opinitates gaudio effertissimas. — Et

*Effertus*, a, um, apud *Commodian.* 65. 5. o venter effereite luxu.

**EFFASINATIO**, ônis, L 3. idem ac fascinatio; et occurrit in plurali numero tantum. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (145). Eam contra effascinationes auxiliari volunt. Adde eund. 19. *ibid.* 4. 19. (50).

**EFFASCINO**, as, ēvi, atum, are, a. 1. (ex et fascino). Part. *Effascinato*. — *Effascino* est idem quod fascino. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (16). Esse in Illyriis, qui risu quoque effascinat, intermitte quus diutius latueantur. *Gell.* 9. 4. Hominum familiæ voce atque lingua effascinantum.

**EFFATO**, ônis, f. 3. actus effandi. Affertur a Servio ad *Virg.* 3. *En.* 463. tamquam vox usitata in loquendo.

**EFFATUM**, i, n. 2. *V. EFFOR* in fin.

**EFFATUS**, a, um. *V. EFFOR*.

**EFFATUS**, us, m. 4. affatus, sermo. *Apul.* 4. *Met.* Effatu sanctæ vaticinationis accepto. *Al. leg.* affatu. *Tertull.* *Anim.* 6. Ab anima est impingi pedes in incessum, oculos in conspectum, linguam in effatura.

**EFFECTE**, adverb. Comp. *Effectius* 2. — *Efecte* ¶ 1. Est profecto, reapse. *Martial.* 2. 27. Efecte, graviter, cito, nequiter, euge, beate. h. e. mature, sapienter, ut quidam interpretantur qui minus recte leg. effecte. *Ammian.* 16. 5. Cum haec effecte pleneque colligeret. ¶ 2. Cum effectu seu effectientia. *Apul.* *Florid.* n. 16. *extr.* Sed de hoc tum ego perfectius, cum vos effectius. h. e. tum ego plenius agam gratias pro statu honore mihi decreta, quum vos eundem mihi reapse posueritis.

1) Proprie. — a) Generativ. *Plaut. Rud.* 2. 4. 7. Veneris effigia hæc quidem est. *Lucret.* 4. 103. Sunt igitur tenues formarum consimilesque Effigiae, singillatim quas cernere nemo possit etc. *Cic. 4. Verr.* 65. 159. Hominis (*Mithridatis*) effigiem simulacrumque servare. *Id. 1. Nat. D.* 37. 103. Sit sane, ut vultis, Deus effigies hominis et imago. *Id. 1. ad Q. fr.* 3. 1. Ne vestigium quidem ejus, nec simulacrum, sed quandam effigiem spiralis mortui. *Virg. 3. Æn.* 497. effigiem Xanthi Trojamque videtis. *Ovid. 1. Met.* 83. Fixit in effigiem moderatum cuncta decorum. *Tac. 2. Hist.* 3. in fin. de *Veneri Paphia*. Simulacrum deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuo in ambitu metæ modo exsurgens. — b) Speciatim de spectro et umbra mortui vel cujuscumque rei in somniis etiam apparentis. Cf. *Liv.* 21. 40. Effigies, immo umbra hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque. *Sil. It.* 13. 778. Elysio tendentem limite cernens Effigiem juvenis castam. Adde *Ovid. 14. Met.* 358.; et *Plin. 3. Ep.* 5. — c) Ilinc ad vel in effigiem vel etiam effigie adverbii more ponitur pro instar. *Plin. 5. Hist. nat.* 10. 11. (62). Metatus est Alexandriam Dinochares ad effigiem Macedonica chlamydis. *Id. 21. ibid. 5. 11.* (23). Lilium foris striatum et ab angu-

stis in latitudinem paulatim sese laxans effigie calathi. *Sil. It.* 5. 4. restagnans gurgite vasto Effigiem in pelagi lacus.

II.) Translate de animo, virtutibus, etc. Cic. *Orat.* 3. 9. Perfectæ eloquentiæ speciem animo videamus, effigiem auribus querimus. *Id. 1. Orat.* 43. 193. Plurima est et in omni jure civili et in pontificum libris et in XII. tabulis antiquitatis effigies. *Id. 2. ibid.* 86. 354. Itaque illos, qui hanc partem ingenii exercerent, locos esse capiendos, et ea, quæ memoria tenerè vellent, effingenda animo atque in his locis collocanda; sic fore, ut ordinem rerum locorum ordo conservaret; res autem ipsas rerum effigies notaret, atque ut locis pro cera, simulacris pro litteris uteremur. *Id. Arch.* 12. 30. Consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem debemos summis ingeniis expressam et politam. *Id. 2. Fin.* 18. 58. Reliquæ effigiem et humanitatis et probitatis suæ filium. *Id. 3. Tusc.* 2. 3. Consectetur nalam eminentem effigiem (*virtutis*), sed adumbratam imaginem gloriae. *Id. 1. ad Q. fr.* 1. 8. Cyrus a Xenophonte scriptus ad effigiem justi imperii. *Liv.* 26. 41. Ingenit, fidei virtutisque ad exemplum expressam effigiem vobis reddam.

B) Latiori sensu ponitur pro imagine vel signo plastica arte efficto, raro tamen de picturis. *Catull.* 64. 61. Saxe ut effigies bacchantis prospicit. *Virg. 2. Æn.* 167. Corripue sacram effigiem (h. e. Palladium) manibusque cruentis Virgineas ausi divæ contingere vittas. *Id. ibid.* 183. Hanc (h. e. equum) pro Palladio moniti, pro numine læso Effigiem statuere, nefas quæ triste paret. *Id. 3. ibid.* 148. Effigies sacra divum Phrygique Penates. *Id. 7. ibid.* 177. Quia etiam veterum effigies ex ordine avaram Antiquæ ecedo. *Horat.* 1. Sat. 8. 30. Effigies lazes et cerea. *Ovid. Heroid.* 20. 239. Effigie pomì testacea Aconidis hojus etc. paullo ante. Aurea poratur mali felicis imago. *Id. 1. Trist.* 6. 7. Effigiemque meam fulvo complexus in auro etc. *Tac. 1. Ann.* 74. Aliis in statua amputato capite Augusti effigiem Tiberii inditan. *Id. 6. ibid.* 2. Atroces sententiæ dicebantur in effigies quoque ac memoriam ejus. *Id. 5. Hist.* 9. Nulla intus deum effigie. *Quintil. 6. 1.* 32. Qui mutam illam effigiem, magis quam orationem, pro se putet locuturam.

**EFFIGO**, as, avi, stum, are, a. 1. Part. *Effigiatu*. — Effigo est ad effigiem formo. *Apul. de Mag.* Imagines variis artibus effigiatæ. *Id. 1. Florid.* 1. 5. Truncus dolamine effigiatu. *Prudent.* 10. *Cathemer.* 4. Deus, qui hominem effigiat. *Sidon.* 6. *Ep.* 12. Quem Graecia effigiat in imaginibus. *Amian.* 26. 7. Aurei nummi effigiat in vultu novi principis. *Solin. epist. præmiss.* *Polyhist.* Qui corporum formas emulantur, ante omnia effigiant modum capitii.

**EFFIGURATIO**, ônis, I. 3. *Jul. Rustician. de schem. dian. ad fin.* Prosopopeia est figura sententiae, qua oratio ad alicujus personæ orationem imitantandam retrorquetur. Latine dicitur deformatio. vel effiguratio.

**EFFIGRO. V. AFFIGURO.**

**EFFINDO**, is, ere, a. 3. idem quod *finio*. *Moral.* 4. 233. Et frenare ratem, fluctusque effindere regos.

**EFFINGO**, singi, singi, finit, singere, fingere. a. 1. vel et fingo. Part. *Effingere* I.; *Effictus* et *Effingendus* II. 1. — Effingere est effigiem rei alicujus ad vivum exprimere, ad alterius formam singere, seu fingendo exprimere (It. *figurare, ritrarre*; Fr. *représenter, imiter, copier*; Hisp. *representar, figurar, imitar*; Germ. *herausbilden, ausprägen, nachformen*; Angl. *to fashion, form, represent, portray, express, describe*).

I.) Proprie. Cic. 1. *Divinat.* 13. 23. Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt. Num etiam Veneris Coæ pulcritudinem effingi posse aspersione fortuita putas? *Id. 3. Nat. D.* 9. 23. Sæpe dixi, nihil fieri sine deo, nec ullam vim esse naturæ, ut sui dissimilia posset effingere. *Tac. 5. Hist.* 5. Deinde imagines mortalibus materialis in species hominum effingunt. *Virg. 6. Æn.* 32. Bis conatus erat casus effingere in auro. *Id. 10. ibid.* 640. Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis. *Lucan.* 5. 713. grues Effingunt varias casu monstrante figuras. *Sil. It.* 1. 404. horrentes effingens cricæ galeros.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiori significacione, est verbis vel alio modo repræ-

sentare, exprimere, præcipue vero imitando: quod etiam additur in illo Quintil. 1. 1. 4. Nutricum verba puer effingere imitando conabatur. Cic. 2. Orat. 43. 184. Quasi mores oratoris effingat oratio. Id. 1. Legg. 9. 26. Speciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Id. Rosc. Am. 16. 47. Hæc conficta arbitror a poetis esse, ut effectus nostros mores in alienis personis expressamque imaginem nostræ ritæ viderneremus. Plin. 1. Ep. 3. Effinge aliquid ei excude, quod sit perpetuo tuum. Id. 9. ibid. 22. In litteris veteres emulatur, exprimit, reddit. Proprietum in primis. — Nuper ad lyrice deflectit: in quibus ita Horatium, ut in illis illum alterum, effangi putet. Quintil. 5. 12. 21. Oratorem studemus effingere. Id. 10. 2. 15. Effingere imaginem virtutis. Adde eund. 6. 1. 28. Id. 10. 1. 108. Cicero effinxit vim Demosthenis, copiam Platonis, etc. Adde eund. 11. 3. 89. — Et de his, quæ imaginandi vi singimus. Cic. 2. Orat. 86. 354. Quæ memoria tenere velis, effingenda sunt animo. h. e. eorum species animo formanda. Id. 1. Tusc. 25. 61. Quæ tam immensa magnitudo, quæ illa tam multa possit effingere? Adde eund. 4. Acad. (2. pr.) 6. 18. ¶ 2. Interdum significat extergere. Cato R. R. 67. Fiscinas spongea effingat. (Plin. 15. Hist. nat. 6. 6. (22). ex eodem Caton. fiscinas spongea tergendas dixit). Cic. Sext. 35. 67. Corporibus civium Tiberim compleri, clavas referiri, e foro spongiis effungi sanguinem. Ita legunt cum Servio ad Virg. 8. En. 634. multi: vulgo effundi. V. Halm ad h. 1. ¶ 3. Effingere manus apud Ovid. Heroid. 20. 134. et 137. est leniter tractare, mulcere: qua ratione etiam fungo usurpatur. Est tamen qui utroque loco aliter legit. Simili notione effingere manus cadaveris apud Albinov. 1. 137. est apte componere, extendere, apte collocare.

EFFIO, fieri. V. EFFICIO init.

EFFIRMO, as, are, a. 1. confirmo, firmum reddo. Accius apud Non. p. 236. 18. Merc. Tu te ipsa effirma, et compara.

EFFLÄGITATIO, ūnis, f. 3. actus efflagitandi. Cic. 5. Fam. 19. 2. Admonitus, vel potius efflagitatio ad coeundam societatem. Adde eund. 10. ibid. 24. 6.

EFFLÄGITATUS, a, um. V. EFFLAGITO.

EFFLÄGITATUS, us, m. 4. vehementis postulatio. In certo caso sing. Cic. 7. Verr. 29. 75. Coactu atque efflagitatu meo.

EFFLÄGITO, as, ūti, ūtum, are, a. 1. (ex et ūtito). Part. Efflagitans sub 1. b., et Efflagitatus sub I. a. — Efflagito est vehementer flagito (It. domandare con istanza; Fr. demander avec instance, presser, solliciter vivement; Hisp. demandar, rogar con instacia; Germ. dringend fordern, ungestüm verlangen, stark auffordern; Angl. to require earnestly, ask urgently, demand, importune).

I.) Proprie occurrit — a) Cum Accusativo. Cic. Mil. 34. 92. Efflagitare misericordiam alicujus. Id. 2. ad Q. fr. 11. Epistolam hanc convicio efflagrant codicilli tui. Virg. 12. En. 739. notumque efflagitat ensem. Liv. 3. 60. Efflagitare signum pugnae. Sueton. Tib. 12. custodem factis atque dictis suis. Id. Ner. 38. Collationes non recepte modo, verum et efflagitate. — b) Sequenti Coniunctivo. Cic. 3. Verr. 24. 63. Cum iste a Dolabella efflagitasset, ut se ad regem Nicomedem mitteret. Sueton. Vesp. 5. Supplicie nec non et minaciter efflagitantes, aut remanerent, aut secum omnes pariter aduceretur. Quintil. Epist. ad Triph. 1. Efflagitassi cotidiano convicio, ut liberos — mittere inciperem. — c) Absolute. Sueton. Domit. 3. Intra breve tempus, impatiens discidii, quasi efflagitante populo, (uxorem) reduxit. Quintil. 4. 5. 10. Si moribus incompositus, cum convicio efflagitat.

II.) Improprie. Auct. B. Hisp. 29. Equitas loci adversarios efflagitabat. h. e. invitabat, hortabatur.

EFFLAMMANS, antis, particip. ab inusit. efflammo; flamas emittens. Capell. 2. p. 45. Quippe quidem candores, lactei suminis tractu, stellis efflamantibus disfluebant.

EFFLATUS, a, um. V. EFFLO.

EFFLATUS, us, m. 4. emissio per fistum. Seneca 5. Quæst. nat. 14. Aliquod apertum ad hos efflatus iter occupant. Al. rectius leg. efflatus.

EFFLEO, es, ūvi, ūtum, ere, a. 2. fendo consumo. Quintil. 6. Declam. 4. Cogniti clade, rarissi-

mi uox exempli, et prorsus talis filii mater, totos efflevit oculos.

EFFLICTE, adverb. vehementer, impense, efflendo. Symmach. 1. Ep. 84. (al. 90.) Efflīcte diligere. Apul. 5. Met. Amo te efflīcte quicumque es. Al. leg. efflīctum. Certa est lectio apud eund. ibid. Efflīcte capere.

EFFLICITUM, adverb. idem quod efflīcte. Plaut. Amph. 1. 3. 19. Efflīctum amare. Adde eund. Cas. prol. 49. et Merc. 2. 3. 107.; et Nævium apud Charis. 2. p. 178. Putsch., ubi Probus efflīctum amare exponit, usque donicum efflīctatur. Apul. 3. Met. Adolescentem efflīctum dēperit. V. et voc. precepit.

EFFLICTO, as, are, a. 1. idem quod afflīcto. Plaut. Stich. 4. 2. 26. Non tu scis quam efflīctentur homines noctu hic in via.

EFFLICTUS, a, um. V. voc. seq.

EFFLIGO, ūgis, ūti. ūtum, ūgere, a. 3. (ex et inusit. ūigo). Part. Efflīctus et Efflīgendus. — Efflīgēre est idem quod afflīctere, adeoqueo percuteare, occidere, perdere. Plaut. Cist. 2. 1. 48. Nisi illa te luamque ūtam neque hodie obtruncavero; posteā autem cum primo luci eras nisi ambo occidero, et equidem hercle nisi pedatu tertio omnes efflīvero. Id. Asin. 4. 2. 9. Quam tu propediem, nisi illa ante occupassit te, efflīges, scio. Cic. 9. Att. 19. 2. Misit ūtūm ad efflīgendūm Pompejūm. Al. leg. afflīgendūm. Seneca 1. Ira 15. Rabidos canes efflīgere et cædere. Id. 2. ibid. 31. Efflīgere vipers et natices. Capitolin. Ver. 4. ex lectione Salmasi: Sæpe efflīctum livida facie rediisse. V. AFFLICTUS in v. AFFLIGO.

EFFLO, as, ūvi, ūtum, are, a. (ex et ūlo). Part. Efflans, Efflatus et Efflāndus sub A. — Efflare occurrit A) Active, et B) Neutrōrum more.

A) Active efflare est fando ejicere, emittere (It. mandar fuori sofflando, soffiar via; Fr. pousser d'hsors en soufflant, rejeter par le souffle, exhaler; Hisp. echar fuera, exhalar; Germ. herauſhauen, heraus-oder hervorblasen; Angl. to breathe the out). Occurrit — a) Generativ. Lucret. 5. 651. Sol efflat ignes suos. Id. 5. 904. Chimæra Ore foras aereum efflaret de corpore flammam. Id. 2. 831. Efflare colorem. h. e. amittere. Varro 1. R. R. 12. 2. Bestiolar. si quæ prope nascuntur, efflāntur. h. e. ventorum vi auferuntur. Virg. 7. En. 785. Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram sustinet, Ætnæos efflāntem fauibus ignes. Id. 12. ibid. 114. quum primum alto se gurgite tollant Solis equi, lucemque elatis naribus efflānt. Ovid. 2. Met. 85. Efflare ignem ore et naribus. Id. 3. ibid. 686. mare patulis naribus. Id. 5. Fast. 194. rosas ab ore. Plin. 9. Hist. nat. 6. 6. (16). Ora balænæ habent in frontibus, ideoque in sublime nimbos efflānt. Id. 29. ibid. 6. 39. (138). Efflare pulvrem. Seuer. En. 452. cædentes lapides. Stat. 5. Theb. 209. de ebrio dormiente et crapulam exhalante. Efflare somno vina. Quintil. 12. 10. 29. Inter discriminā dentium efflāndā litterā. — b) Speciatim efflare animam est mori. Plaut. Pers. 4. 4. 86. Tamquam hominem, quando animam efflāvit, quid eum querās qui fuit? Adde eund. Truc. 4. 4. 23.; Cic. Mil. 18. 48. et 1. Tusc. 9. 19.; et Nepot. Pausan. 5. Sic Sueton. Aug. 99. Unum omnino ante efflātam animam signum alienate membris ostendit. Adde eund. Domit. 2. — Similiter poetice. Cic. 2. Tusc. 9. 22. ex poeta. Efflare extremum halitum. Sil. It. 17. 557. vitam in nubila. — Et absolute, omissio Accus. animam. Cic. 1. Divinat. 47. 106. Abjicit efflāntem (serpentem) et Iaceratum afflīgit in unda. Et Stat. 8. Theb. 168. Plagæ efflāntes. h. e. animam. — c) Item speciatim efflare est moriendo dicere, pronunciare. Flor. 4. 7. 11. Mortiens (Brutus) efflāvit, non in re, sed in verbo tantum esse virtutem.

B) Neutrōrum more occurrit tantum spud Lucret. 6. 680. quibus modis Flamma foras vastis. Ætnæ fornicibus efflēt. h. e. exeat. Id. ibid. 699. Atque efflare foras, ideoque extollere flamas.

EFFLÖREO, es, ūvi, ūtum, ere, a. 3. valde floresco: sed occursit translate tantum, et ramo copiam aut puertitudinem simul significat. Cic.

## EFFLUVİUM

1. Orat. 6. 20. Ex rerum cognitione efflorescat et redoudet oportet oratio. Id. 2. ibid. 78. 319. Apparet, res eas non modo non esse communis, sed penitus ex ea causa, que tum agatur, effloruisse. h. e. emanasse, egerminasse, ut flores ex plantis. Id. Cœl. 31. 76. Laudibus ingenii efflorescere. Id. Amic. 27. 100. Utilitas efflorescit ex amicitia. Id. 1. Fin. 20. 69. Cum usus progrediens familiaritatem efficerit, tum amorem efflorescere. Augustin. Lib. quæst. 83. quæst. 9. Corpus in juventam efflorescit.

EFFLUENTIA, as, f. 1. effluvium. Plin. 26. Hist. nat. 10. 61. (94). Inhibet non solum Venem, sed effluentiam geniture. Meliores tamen libri habent effluentiam.

EFFLUO, ūlis, ūtū, ūtere, ūtū. (ex et ūlo) Part. Effluens I. — Effluere est extra fluere, effundī (It. uscire scorrendo, scorrer via; Fr. couler de, découler, s'écouler, s'échapper en coulant; Hisp. colar, fluir fuera; Germ. herausfliessen; Angl. to flow or run out, flow forth).

I.) Proprie. Lucret. 6. 509. Copia nimborum, turba majore coacta, Urget et e supero premit ac facit effluere imbre. Adde eund. ibid. 971, ubi diffluere legunt. Cic. 2. Tusc. 24. 59. Quum una cum sanguine vitam efflueat sentiret. Ovid. 6. Met. 233. Carbasa deducit, ne qua levis effluat aura. Plin. 24. Hist. nat. 8. 32. (47). Humor et cavis populi nigra effluens. Id. 37. ibid. 2. 11. (35). Succina petris effluere. et paulo post (38). Ammis effluens in oceanum. — Et cum Accusativo; Græca syntati, Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 51. Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis Effluere decus.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de pluribus; et quidem — a) De rebus corporeis pro cædere. Lucret. 6. 795. Et manibus nitidum teneris opus effluit ei (multieri). h. e. exedit. Ovid. 3. Met. 39. Effluxere urnæ manibus. Id. Ib. 426. per medias effluit usque manus. Curt. 8. 14. Telum, quod unum forte non effluxerat (h. e. e manibus ejus), contorsit in eum. Tibull. 1. 7. 46. Effluit effuso cui toga lata sinu. Quintil. 10. 2. 15. Illas figuræ Epicuri, quas e summis corporibus dicit effluere. Plin. 27. Hist. nat. 13. 111. (138). Si capilli effluxerint. h. e. excederint. — b) Item de monumentis. Ovid. 6. Met. 689, neque adhuc de pectore cœli Effluere nota. Sueton. Aug. 97. Ictu fulminis littera effluit. — c) De verbis, rumoribus, etc. et est prodire, emanare. Ter. Eun. 1. 2. 41. Utrumque hoc falsum est: effluit. h. e. ab ore meo exedit, prodibil, divulgabitur. Cic. 6. Fam. 19. 2. Tanta est intromorū multitudo, ut ex iis aliquis potius effluit, quam novo sit aditus. Id. Dom. 46. 121. Efflout multa ex vestra disciplina. Quintil. 10. 2. 20. Fit, ut non ruda taurum et fortio, sed improbia interim (dicentibus) effluit. — d) Eleganter referunt ad oblivionem. Cic. 7. Fam. 14. 1. Antequam plane et animo tuo effluit. Id. Brut. 61. 219. Ex tempore dicenti solitam effluere mentem. Id. 6. Verr. 26. 57. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. Genera ipsa cupio breviter attingere: ut hic modo me communuit Pisonis annulus, quod totum effluerat. Adde eund. 1. Fin. 12. 41. Ovid. Remed. am. 646. melius sic uliscere tacendū, Dum desideris effluit illa tuis. Sil. It. 2. 627. dulcesque marito Effluere tori, et subiere oblitia tædæ. — e) De tempore, et aliis quæ progressu temporis cessant. Cic. Senect. 2. 4. Præterita ætas, quævis longa, quum effluxisset. Adde eund. ibid. 19. 69. Id. 12. Att. 43. extr. Ne ætas effluit. Liv. 7. 33. Quam effluere jam lassitudine vires sentirent. h. e. deficere. Quintil. 11. 2. 44. Illa prævelor memoria cito effluit. ¶ 2. Raro admodum occurrit pro solvi, molliri. Lucan. 9. 106. Effluere in lacrimas. Sil. It. 6. 245. viso mens ægra effluit hiatus. Pers. 3. 20. quid istas Succinæ ambages? tibi luditur effluis amens, Contemnere. h. e. dilaberis stulte, adeoque te ipsum perdis, te ipsum jugulas.

EFFLUUS, a, um, adject. qui effluit. Arrien. Prognost. Arat. 1717. si flammis emicet ignis Effluss. Id. Perieg. 1162. in pontum cadi efflusi annis.

EFFLUVİUM, ii, n. 2. effluendi actus, magna vis aliquis rei effluentiam. Plin. 7. Hist. nat. 51. 52. (171). Praesundi humoris e corpore effluvium. Tac. 12. Ann. 57. Convivium effluvio larus appositum. h. e. loco, unde locus effluebat. Vellej. 2. 120. 4.

Cerebri effluius expirare. Ita legunt recentiores. V. Kritz ad h. l.

**EFFLUXIO**, ūnis, f. 3. emissarium, et id, quod per idem effluit. *Papinian. Dig. 43. 10. init.* Adiles studeant, ut quae secundum civitates sunt vias, adaequantur, et effluxiones non noceant dominibus.

**EFFLUXUS**, a, um, adject. idem quod fluxus. *Isid. 9. Orig. 8.* Quassæ mentis et effluxæ et non stabilis. *Nisi forte legendum sit et fluxæ.*

**EFFOCO**, as, are, a. 1. Part. *Effocandus* I. — Effoco est idem quod suffoco.

I.) Proprie. *Flor. 2. 11.* Cum effocandas invicem fauces præbuissent. *Vet. Scholast. ad Juvenal. 14. 222.* Quæ per somnum effocabitur propter ditem.

II.) Translate. *Seneca Brevit. vit. 2.* Bonis suis efforantur. *Ab. leg. offuscantur.*

**EFFODIO** vel ecfodio vel exfodio, fôdis, fôdi, fôsum, fôdere, a. 3. (ex et fodio). *Ecfodere* scriptum reperitur in multis *Taciti Codd. 11. Ann. 20.* et *exfodere* apud *Plaut. Aulul. 4. 8. 9.* et *fragm. apud Non. p. 225. 8. Merc.* Ego exfodiebam in die deos scrobes. *Mercerus* tamen ex mesioribus *Codd.* leg. *ecfodiebam.* — *Effodiri* antique pro *effodi* dictum est a *Plaut. Mil. glor. 2. 5. 44.* — *Effodire* antique pro *effoderint* ad *eodem Capt. 3. 5. 66.* ubi alii leg. *Effodant*: V. *FODO.* — Part. *Effossus* I. et II.; *Effossurus* L — *Effodere* est fôdiendo eructe (L. *cavare, scavare, cavar fuori;* Fr. *fouir, creuser, déterrer;* Hisp. *ahondar, cavar;* Germ. *herausgraben, ausgraben;* Angl. *to dig out, dig up.*)

I.) Proprie. — a) Generatim. *Plaut. Aulul. 4. 8. 9.* Effodere aulam auri plenam. *Id. Pseud. 1. 4. 20.* et hoc sepulcro retcre viginti minas. *Id. Trin. 3. 3. 53.* thesaurum. Sic *Petron. Satyr. 88.* Denum promittit, si thesaurum effoderit. *Cic. 2. Off. 3. 13.* Nec ferrum, æs, argentum, aurum effodereatur penitus abditum, sine hominum labore et manibus. *Cæs. 3. B. C. 42. extr.* Frumentum omne conquisitum, spoliatis effossisque eorum domibus, comportaverat. *Virg. 1. G. 497.* Grandiaque effossis mirablit ossa sepulcris. Cf. *Id. 4. ibid. 42.* Effossis latebris sub terra fovere lærem. *Ovid. 1. Met. 140.* Effodiuntur opes, irritamenta malorum. *Liv. 22. 3. Abi, nuncia, signum effodient, si ad convellendum manus præmetu obtorquerint.* *Seneca 1. Quesit. nat. 17.* Populus effossurus obruenta. *Juvenal. 16. 38.* Aut sacram effudit medio de lîmite saxum. *Sueton. Domit. 4.* Effodere lacum. *Id. Ner. 19.* humum rastello. *Petron. Satyr. 128.* effossa protulit aurum In lucem tellus. *Quintil. 10. 3. 2.* Effodere terram altius. *Plin. 9. Hist. nat. 51. 76. (166).* scrobem in terra. *Id. 35. ibid. 6. 25. (41).* carbones e sepulcris. *Id. 36. ibid. 22. 43. (161).* Lapidès speculares effodiuntur puteis. *Id. 30. ibid. 5. 12. (38).* Effossum cum sua terra gryllum illinere. — Huc pertinet et convicium illud apud *Plaut. Cas. 1. 26.* Ex sterquilinio effosse, tua illæc preda est! — b) Speciatim occurrit effodere alicui oculos, b. e. eruere, apud *Plaut. Aulul. 1. 1. 14.* *Circ. 3. 26.* *Men. 1. 2. 46.* *Mil. glor. 2. 3. 44.* et *Trin. 2. 4. 62.*; *Ter. Eun. 4. 6. 2.*; *Cic. 3. de republ. 17.*; *Cæs. 7. B. G. 4.*; et *Sueton. Domit. 16.* Similiter *Virg. 3. En. 663.* Luminis effossi fluidum lavit inde cruentem. Et figurare *Cic. 3. Nat. D. 38. 91.* Critolaus eventit Corinthum, Carthaginem Hasdrubal. Hi duo illos oculos ore maritimæ effoderunt. Eodem sensu *Felkel. 2. 52. 3.* Effossum alterum imperit lumen.

II.) Translate. — a) Metaphora sumptu ab effodiendis oculis, *Plaut. Cas. 2. 8. 22.* Effodere hercole hic vult, credo, vesicam villico. h. e. confodere, sed hic obsceno sensu. Et *Ovid. 2. Amor. 14. 27.* Vesta quid effolutis subjectis viscera telis? — b) Apud *Petron. Satyr. 4.* verba atrocis stilo effodere, est severæ, rigide, censorio examinare, expungere et quasi confodere. — *Cic. Marcell. 4. 10.* Omnium Marcellorum meum pectus memoria effudit. *Al. et ipse Orell. ex bonis Codic. leg. effudit.* At effudit tuerit atque ita explicat *P. Victor. 1. 3. Variar. lœct. c. 9.* effudit, inquit, id est aperuit, *ματροποκώσ.* memoria et subita recordatio Marcellorum patet sibi viam in animum meum. *V. OFFUNDO.* Utrunque tamen improbat *Frid. Aug. Wolfius,* quippe qui genuinam hanc esse Ciceronis orationem perneget.

**EFFODÔ.** *V. FODO.*

**EFFECUNDO**,

**EFFEMINO**,

### EFFETO.

**EFFETUS**, etc. *V. EFFECUNDO, EFFEMINO, EFFETUS, etc.*

**EFFOR**, fari, fatus sum, fari, dep. 1. (ex et fari). *Ecfatus pro effatus est Ennius apud Cic. 1. Divinal. 20. 41.* et apud *Non. p. 306. 24. Merc.* Apud *Cic.* tamen alii et ipse *Orell.* leg. *effatus.* — Ceterum præter formas, quæ iusta exhibentur, effamini habet *Arnob. 7. p. 248.* effaris habet *Apul. 7. Met.* effantur et effantes habet *Id. de Mundo.* et effor dictum fuisse a veteribus testatur *Diomed. 1. p. 735. Putsch.* — Part. *Effans* apud *Capell. 8. p. 192.* Illi (*Archimedes et Euclides*) etiam Helladica tantummodo facultate nihil effantes, Latialiter attinssant. — Cetera Part. *Effatus et Effandus* infra.

— Effari, verbum a *Virgilio* saep usurpatum, ut ex *Cic. 3. Orat. 38. 153.* discimus, inter prisca aut poetica enumerandum est, ita tamen, ut aliquando in oratione dignitatem habeat, si loco ponatur; et significat solemuiter loqui, dicere, pronunciare. Usurpatum autem — a) Stricto sensu in re sacra et religiosa. *Effari templum* dicuntur augures, quum certis verbis ejus fines designant et consecrant, ut *Varro 6. L. L. 53. Müll.* significare videtur. *Cic. 13. Att. 42. extr.* Opinor, augures nibil babere ad templum effundant. — Hinc *effatum templum* est locus quilibet ab augure certis verbis ac precibus definitus, designatus et consecratus. *Cic. 2. Legg. 8. 20. AVGVSTVS VRBNQVE ET AGROS ET TEMPLA LIBERATA ET EFFATA HABENTO.* *Festus p. 157. 24. Müll.* Minor templo fuit ab auguribus, quum loca aliqua tabulis aut linteis sapientur, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita. Itaque templum est locus ita effatus, aut ita septus, ut ea una parte patet, etc. *Liv. 10. 37. extr.* Fanum, id est locus templo effatum. *Varro 6. L. L. 53. Müll.* Effata dicuntur, quod augures finem auspiciorum cœlestum extra urbem agris sunt effati ubi esset. (*Forcellinus* in hoc *Varronis* loco non *effata templum vel loca*, sed *effata augurum* est interpretatus, scilicet eorum certa verba et preces, quibus locum aliquem sacrum esse effantur). *Gell. 13. 14.* Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum, etc. et *ibid.* Intra effatos fines urbis includere. *Servius ad Virg. 6. En. 197.* Effatus ager dicebatur, ubi ciababant auguria. *Id. ad eund. 3. ibid. 463.* Effata dicuntur loca sacra, id est ab auguribus inaugura — Huc pertinet et illud *Liv. 1. 24.* Patet patratus ad jusjurandum patrandum. id est, sanctum fit fodus; multisque id verbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. *Al. leg. effatus. Cic. Dom. 55. 144.* Neque institutas ceremonias persequi, neque verbum ullum solemne potuit effari. — b) Latiore sensu ac generatim poterit pro loqui, dicere, sed quadam cum dignitate. *Lucret. 5. 103.* Sed tamen effabor: dictis dabit ipsa fidem res. Adde *Ennius 1. Ann. 52. Virg. 3. En. 463.* Quæ postquam vates sic ore effatus amico est. *Id. 4. ibid. 76.* Incipit effari, mediaque in voce resistit. *Id. ibid. 456.* Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori. *Id. 6. ibid. 560.* Quæ scelerum facies? o virgo, effare. *Id. 10. ibid. 523.* Et genua amplectens effatur talia supplex. Adde *eund. 4. G. 450. 4. En. 30.* et alibi. *Horat. Epod. 17. 36.* Quæ finis aut quod me manet stipendum? Effare. *Lucan. 8. 37.* Nil animis satisque tuis effabere dignis. *Liv. 5. 15. ad fin.* Celandæ effanda nefas contrahi. h. e. evulgando. *Plin. 3. Hist. nat. 21. 25. (139).* Populorum pauca effata digna, aut facilia nomina. *Sueton. Ner. 49.* Quod ut sensit, trepidanter effatus, etc. — c) Est etiam verbum dialecticum, et significat pronunciatione, certis verbis efferre. *Cic. 4. Acad. (2. pr.) 30. 97.* Ut verum esse concedat, quod ita effabimur: aut vivet eras Hermachus, aut non vivet. — Hinc *Effatum*, i. n. 2. absolute, substantivorum motore, est pronunciatum, dictum; et occurrit — a) In re sacra. *Cic. 2. Legg. 8. 20. ALTERVM (sacerdotum genus) QVOD INTERPRETEVR PATIDICORVM ET VATIVM EFFATA INCOCNTA.* h. e. dicta et vaticinia. — b) In re dialectica et philosophica. *Cic. 4. Acad. (2. pr.) 29. 95.* Fundamentum dialectice est, quidquid enunciatur (id autem appellatur *εγένετα*, quod est quasi effatum) id verum esse aut falsum. *Seneca Ep. 117. ante med.* Enunciativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum.

**EFFORMIS** vel *efformis*, e, adject. ex forma, vel

secundum formam factus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p. 110.*

**EFFORMO**, as, are, a. 1. (ex et formo) effingo, deformo. *Faustin. Areval.* in *Prudentiana p. 205.* ait recentiores passim hoc verbum adhibere; quod tamen apud veteres Latinos non reperitur. At apud *Paul. 5. Hecept. Sentent. 25. 1.* sunt, qui pro si id totum formare noluerunt scribunt *efformare.*

**EFFÖRÖ**, as, are, a. 1. idem ac perforo. *Colum. 9. R. R. 1. 3.* Compluribus locis per latus efforatur stipes.

**EFFOSSIO**, ūnis, f. 3. actus effodiendi. *Imp. Gratian., Villens et Theodos. Cod. 11. 6. 3.* Qui veniam laboriosis effossionibus persequuntur.

**EFFOSSUS**, a, um. *V. EFFONDIO.*

**EFFÖVÉO**, es, ere, a. 2. idem ac fooco. *Veget. 6. Veterin. 28. 2. Schneid.* Medicamentum catastalicum, quod carnem superercentem comedendo effovet. scil. carnem succrescentem comedendo, vulnus et sanam carnem effovet elicite. *Gesnerus ad h. l. Effovet;* vox mihi suspecta, sed qua modiore non communis.

**EFFRACTARIUS**, ii, m. 2. qui effringit, effractor. *Seneca Ep. 68.* Vile videtur quidquid patet: aperta effractorius præterit.

**EFFRACTOR**, ūris, m. 3. qui fracto pariete, ostio, aut sero in ædes, vel arcam alienam irrumpit. *Paul. Dig. 1. 15. 3.* Cognoscit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus. *Add. eund. ibid. 47. 77. f. et Sidon. 9. Ep. 1. Priscian.* de præ exercitu reih. p. 1336. *Putsch.* Ergo non solum sacrilegium, sed etiam furem atque effractorem et adulterum habet.

**EFFRACTURA**, m. f. 1. effractoris effectus. *Paul. Dig. 15. 3. § 2.* Effractura sunt plerisque in insulis, in horreis, ubi homines pretiosissimam partem fortunatum suorum reponunt. *Collat. Act. et Rom. legum tit. 10. § 9.* Dominos horreorum periculum effractura pressare non cogitor.

**EFFRACTUS**, a, um. *V. EFFRINGO.*

**EFFRENATE**, adverb. Comp. *Effrenatus.* — Effrenate est sine freno, dissolute: sed occurrit translate tantum. *Cic. Senect. 12. 39.* Cujus voluptatibus avide libidines temere et effrenate ad potundum incitantur. *Id. 14. Phil. 9. 26.* Effrenatus in hostem irrumpere.

**EFFRENATIÖ**, ūnis, f. 3. dissolutio: sed occurrit translate tantum: *Cic. 5. Phil. 8. 22.* Quæ effrenatio impotentis animi?

**EFFRENATUS**, a, um. *V. EFFRENO.*

**EFFRENIS**, e. *V. EFFRENUS.*

**EFFREÑO**, as, avi, åtum, are, a. 1. (ex et frenum). Part. *Effrenatus* I. et in fin. — Effreno est derupto freno dimitto, immitto, freno liberum abire sino (It. togliere il freno, sbagliare; Fr. tâcher la bride, déchainer: Hisp. levantar el freno; Germ. entzügeln, zügellos machen; Angl. to free from the bridle, unbride).

I.) Proprie. *Liv. 40. 40.* Id cum majore vi equorum facilius, si effrenatos in eos equos immittis.

II.) Translate. — a) Tamquam verbum fuitum occurrit tantum apud *Sil. It. 9. 495.* Regnante Etolis Vulturum in prælia campis Effreni. — b) Ceterum in presa oratione Part. præter. pass.

Effrenatus, a, um, adjective usurpatum; unde Comp. *Effrenator et Sup. Effrenatissimus.* Effrenatus autem translate est qui frenum detrectat, et pro arbitrio nostro regi non potest; et dicitur etiam de re, quæ omnem egreditur modum. *Cic. 1. Off. 26. 90.* Homines secundis rebus effrenati. *Id. 1. de republ. 34.* Populi soluti atque effrenati. *Id. ibid. 42.* Effrenata insolenta multitudo. *Id. Harusp. resp. 1. 2.* Cujus ego de effrenato et præcipiti fure quo dñe dicam? *Id. 3. Orat. 53. 205.* Vox quædam libera, atque etiam effrenator. *Id. Cluent. 6. 15.* Libido effrenata et indomita. *Id. Cœl. 15. 35.* Mens effrenata atque præcepis. *Id. 1. Cal. 10. 25.* Cupido effrenata ac feriose. *Id. 3. Verr. 24. 62.* Indomita cupiditas atque effrenata. *Id. Dom. 44. 115.* Projecta et effrenata cupiditas. *Liv. 34. 49.* Libertas effrenata et præcepis. *Id. 3. 50.* Libido effrenator. *Plin. 1. Ep. 25. 5.* Effrenata petulantia. *Seneca Ep. 88. ante med.* Affectionibus effrenatissimis abstracti. *Quintil. 9. 2. 3.* Effrenator irascunda.

**EFFRENUS**, a, um, et apud sequioris cœri scriptores effrenis, c, adject. carens freno, cui frenum detractum est.

I.) Proprie. *Liv.* 4. 33. Effreno equo in medios signes infertur. *Al. minus recte leg.* effreni. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (171). Mula effrenis et tarditatis indomita.

II.) Translate dicitur de indomito, et rectorem recusante. *Virg.* 3. *G.* 382. Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro. *Ovid.* 6. *Met.* 465. effreno capitus amore. *Priscian.* 9. p. 868. *Putsch.* legit inopino. *Stat.* 1. *Achill.* 277. Equus effrenæ tumidus igne juvenia. *Id.* 5. *Silv.* 3. 101. sive orsa libebat Aonitis vincere modis, seu voce soluta Spargere, et effreno nimbos æquare profatu. h. e. soluta oratione ac libera.

**EFFRÍCÁTUS;** a. um. *V.* voc. seq.

**EFFRÍCO** vel exfrico, fricas, fraxi, fricatum, fricare, a. 1. (ex et frico). *Forcellinus* assert præteritum effricavi, sed nullo confirmat exemplo. — Part. *Effrictatus I.*; *Effricandus II.* — Effrico est fricando exercitio.

I.) Proprie. *Apul.* 1. *Met.* Equi sudorem curiose fronte exfrico. *Id.* 4. *ibid.* Vinum probe calicibus effricatis affluentem immissum. — Præter. effricti legit apud *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 12. ex *Lucce* 6. Esurient discipuli, et spicas decerpitas manibus effrigerant.

II.) Figureate. *Seneca Ep.* 95. circa med. At illis diu rubigo animorum effricanda est.

**EFFRINGO**, fringis, fragi, fractum, fringere, a. 3. (ex et frango). Part. *Effractus*. — Effringere est vi quadam et impetu frangere: et usurpatum — a) Cum Accusativo. *Plaut. Amph.* 4. 2. 3. Pæne effractisti, fatue, foribus cardines. *Id. Asin.* 2. 3. 8. Effringere fores. Adde *eund.* *Bacch.* 4. 2. 4. *Mil. glor.* 4. 6. 35. et *Stich.* 2. 2. 3.; et *Ter. Adelph.* 1. 2. 8. et 23. et 40. Sic *Cic. Verr.* 23. 52. Cum viderent effringi multorum fores, revelli claustra! *Id. ibid.* 43. 94. valvas. *Id. Mur.* 15. 33. januam. *Horat. 1. Ep.* 17. 54. Cista effracta. *Tac. 1. Ann.* 21. Effringere carcerem. *Sueton. Ner.* 26. tabernas. *Id. Aug.* 67. crura alicui. *Flor.* 4. 2. ararium. — Poetica sunt illa *Virg.* 5. *Æn.* 480. Effringere cerebrum. *Ovid.* 5. *Trist.* 2. 40. jugum. *Seneca Phœniss.* 159. Effringe corpus, corque evelle. *Id. Herc. Et.* 1449. Stipite ingestu impiam effringere animam. *Stat.* 9. *Theb.* 556. effractaque aperit victoribus urbem. — b) Absoluto; neutrorum more. *Sit. It.* 1. 646. Spumeus hic, medio qui surgit ab aquore, fluctus, Si prohibere piget, vestras effringet in urbes. h. e. impingeatur et frangat se.

**EFFRONDEO**, es, vel

**EFFRONDESCO**, descris, diti, descere, n. 3. frondes emitto. *Vopisc. Prob.* 19. Totusque Circus ad silvae consitus speciem, gratia novi viroris effronduuit.

**EFFRONS**, onitis, adject. impudens, temerarius, quasi sine fronte. *Vopisc. Numer.* 13. Consilii semper alli, numquam tamen effrontis, sed prudentis.

**EFFRUTICO**, as, ore, a. 1. (ex et frutex). ¶ 1. Active est fructum emitto, pullulo, produco. *Tertull. Anim.* 27. Semina hominem ex utraque substantia effruticant. ¶ 2. Absolute, neutrorum more, est crescere. *Id. 1. ad Nation.* 5. Ut nævus aliquid effrutiret, aut verrucula exurgat.

**EFFUGATÍO**, ônis, f. 3. effugium. *Gloss. Cyrill.* Αέροφυγη, effugatio, effugium.

**EFFUGATUS**, a. um. *V.* EFFUGO.

**EFFUGIA** dicebatur hostia, quæ effugisset ab aris. *Servius ad Virg.* 2. *Æn.* 140. *V.* EFFUGIUM I.

**EFFÜGIO**, fugis, fugi, fugere, 3. (ex et fugio). Part. *Effugiens* et *Effugientus* sub *E.* — Effugere occurrit A) Neutrorum more; et B) Active.

A) Neutrorum more est fugere, evadere, elabi (It. *fuggir via*; Fr. *s'échapper en fuyant, s'enfuir*; Hisp. *huirse*, escaparse; Germ. *entfliehen*, entkommen; Angl. to fly, fly away, escape). Usurpatum — a) Cum Ablativo et præpos. ab vel ex, et aliquando etiam sine illa præpos. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 109. Censebam me effugisse a vita maritima, ne navigarem tandem hoc atatis senex. *Id. Cas.* 2. 6. 44. Effugere ex sitella. *Id. Merc.* 3. 4. 75. Clam patrem patrii bac effugiam. *Id. Trin.* 2. 4. 196. et 3. 2. 75. Effugere ex urbe. *Cic. pro leg. Manil.* 9. 22. e manibus. *Id. 2. Phil.* 29. 71. e prælio. *Forcellinus* leg. de. *Id. Sext.* 54. 116. A quibus vix vivus effugit. *Nepos Pausan.* 2. Effugisse simulans et vinclis publicis. *Petron. Satyr.* 118. Effugendum est ab onni verborum, ut ita dicam, vilitate. *Auct. B.*

*G.* 8. 35. Effugit inde cum paucis Luterius. — b) Cum addito, quo quis effugit. *Plaut. Most.* 1. 4. 3. Nam illuc ubi fui, inde effugi foras. *Ter. Eun.* 5. 5. 3. Huc effugi foras. *Curt.* 4. 15. Vix tentato certamine, effugit ad regem. — c) Absolute. *Plaut. Truc.* 1. 1. 16. Sin jecit rete, piscis ne effugiat, cauet. *Virg.* 3. *Ecl.* 49. Numquid hodie effugies: veniam, quocumque vocaris. *Cæs.* 5. *B. G.* 58. Quod mora reliquo illum, spatium nocturnum, effugere nolent. *Liv.* 8. 26. Nolani per aversam partem urbis via Nolam ferente effugunt.

B) Active est vitare: et usurpatum — 1.) Generat, et quidem — a) Cum Accusativo rei. *Plaut. Amph.* 1. 1. 295. Effugere infortunium. *Id. Asin.* 2. 4. 9. malam rem. *Id. Capt.* 5. 2. 18. pauca. *Cic.* 3. *Verr.* 40. 103. Offensionem negligentia vitare atque effugere. *Id. 1. ad Q. fr.* 4. 4. Quod ad effugendos intolerabiles dolores fuit aptissimum. *Id. 16. Att.* 7. a med. Effugere vituperationes. *Id. 6. de republ.* 12. impias propinquorum manus. *Id. Brut.* 46. 172. Tulisse eum noxeste, se non effugere hospitatis speciem, quum etatem ageret Athenis. *Id. ibid.* 8. 32. Dum versum effugeres, modum tamen et numerum quemadmodum oportere servari. *Id. 1. Tusc.* 36. 86. Haec morte effuguntur, etiamsi etc. *Cæs.* 2. *B.* C. 41. Nunidæ celeritate impetum nostrorum effugiebant. *Id. 1. ibid.* 65. Effugere equitatum Cæsaris. *Id. 4. B.* 35. periculum. *Id. 6. ibid.* 30.; et *Curt.* 4. 14. extr. mortem. *Auct. B. G.* 8. 3. adventum alicujus. *Nepos Chabr.* 3. invidiam. *Horat. 2. Sat.* 3. 71. vincula. *Phœdr.* 4. 1. laqueos. *Quintil.* 1. 5. 38. cavillationem. *Tac. 1. Hist.* 15. cupiditates adolescentia. *Ovid.* 3. *Fast.* 406. Arctophylax Mergetur, visus effugietque tuos. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (83). Lineæ visum effugientes. — Et absolute, ita tamen ut Accusativus facillime subauditur. *Cic.* 7. *Att.* 24. Non dubito, quin Coenæ in fuga sit: modo effugiat. h. e. periculum vitet. *Grat. Cyneq.* 276. Effuge, qui late pandit vestigia planta. h. e. aspernare, rejice illum, qui etc. — b) Raro admodum sequente propositione per part. ne. *Tac. 3. Hist.* 39. Adeo non principatus appetens parcum effugerat, ne dignus crederetur. — c) Et sequente part. quin post negationem. *Nævius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriar. — 2.) Speciatim effugit me aliquid est elabitur; et occurrit — a) Absolute. *Cic.* 2. *Orat.* 34. 147. Ubi eum locum omnem cogitatione se sparserit, nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet. *Horat. Epod.* 5. 101. Neque hoc parentes heu mihi superstites Effugiter spectaculum. *Liv.* 22. 33. Adeo, eti bellum ingens in cervicibus erat, nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 13. Et ebrioso cura offici pariter cum memoria subtrahitur, et somnolosum plurima effugiant. — b) Cum Infinito. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 12. Sed custodis curam non effugiat observare desipientem matricem.

**EFFUGIUM**, ii, n. 2. ¶ 1. Est actus effugiendi, fuga. — a) In sing. numero. *Lucret.* 3. 525. effugium præcludere eunti. Adde *eund.* 1. 974. *Auct. B. Alex.* 16. Neque terra, neque mari effugium dabatur vietiis. *Cic.* 7. *Verr.* 64. 160. Assequi effugium mortis. Cf. *Grat. Cyneq.* 379. Hoc primum effugium leti. *Liv.* 24. 26. Si effugium patuerit in publicum. *Id.* 21. 43. Nullum ne ad effugium quidem narem babere. *Ovid.* 2. *Art. am.* 21. Præstruere omnia effugio alicujus. — b) In plur. numero. *Virg.* 2. *Æn.* 139. Quos illi fors ad pœnas ob nostra representerent. *Ubi ob fugam. Ubi Servius:* Dicendo effugia verbo sacrorum et ad causam apto usus est: nam hostia, quæ ad aras adducta est immolanda, si casu effugeret, effugia vocari vetere more solet; in cuius locum quæ supposita fuerat, succidaneū etc. ¶ 2. Item ratio et via effugendi. *Cic. 2. Nat. D.* 47. 121. Bestias alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. *Tac. 2. Ann.* 47. Neque solitus in tali casu (h. e. terræ motu) effugium subveniebat, in aperta prorumpendi. *Id. 16. ibid.* 15. Effugia villæ claudere. *Id. 5. ibid.* 42. Milites effugia insederant. Adde *eund.* 12. *ibid.* 31. *Id. 15. ibid.* 63. Senile corpus et tenuatum lenta effugia sanguini præbebat.

**EFFUGO**, as, ãvi, ãtum, are, a. 1. (ex et fugo). Part. *Effugatus I.* et *II.* — Effugo est ex aliquo loco aliquem fugo.

I.) Proprie. *Arien. Or. marit.* 156. post multa serpens effugavit incolas. *Heinius* correxit sed fugavit: quam correctionem *Wernsdorf.* et *Lemaire* rejecerunt. *Jornand. Get.* 54. Effugati vix ad sua ingeri pervenerunt.

II.) Translate. *Hieronym.* *Ep.* 18. n. 19. Fugetur iniqtas, et, cum iniqtas fuerit effugata, propitetur Dominus. *Cassiod.* 2. *Hist. Eccl.* 18. Ut mulierem riu alitig, passionem savissimæ ægritudinis effugavit, et feminæ salutem restituit. *Ennod.* 1. *carm.* 4. 35. Dittior cultu stetit (*Venus*) effugato. *Add. Dict. Cret.* 2. 3.

**EFFULGEO**, ges, si, gere, n. 2. (ex et fulgeo). Apud Poetas in *Infinito* aliquando est 3. conjugat., ut sit ab effulgo. — Part. *Effulgens I.* — Effulgeo est idem quod fulgeo, vel vaide fulgeo (It. risplendere; Fr. luire, briller, éclater; Hisp. lucir, brillar, resplandecer; Germ. hervorglänzen, aufleuchten; Angl. to shine forth, glitter).

I.) Proprie. *Virg.* 2. *Æn.* 616. Insedit (*Pallas*) nimbo effulgens et Gorgone sæva. *Id. 5. ibid.* 132. ipsique in pupibus auro Ductores longe effulgent. *Id. 8. ibid.* 677. Fervere Leucaten, auroque effulgere fluetus. *Id. 9. ibid.* 731. Continuo nova lux oculis effulgit. *Liv.* 22. 1. Iugens lumen effulsiſſe. *Id.* 28. 15. Vebemens sol inter graves imbre nubes effulgit. *Ovid.* 2. *Met.* 144. effulget tenebris aurora fugatis. *Tac.* 13. *Ann.* 13. Effulgens ornata. *Sil. It.* 3. 694. ante aras stat yeste sacerdos Effulgens nivea. *A die Plin.* 6. *Ep.* 20. 19.

II.) Translate. *Liv.* 45. 7. Perseus caput belli erat: nec ipsius tantum, patris avique — fama conspectum eum efficiebat, sed effulgebat Philippus ac Magnus Alexander, qui summum imperium in orbem terrarum Macedonum fecerant. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Omnis Græciæ fabulositas, sicut et litterarum claritas, ex hoc primum sinu effulgit. *Tac. Dial. de orat.* 20. Sensus aliquis arguta et brevi sententia effulget. *Id. 4. Hist.* 29. Romani conspiuam barbarorum aciem, et si quis audacia aut insignibus effulgens, ad iustum destinabant. *Quintil.* 10. 6. 3. Si forte aliquis inter dicendum effulserit extemporalis color. *Codex Bamb.* pr. m. habet. effulserit.

**EFFULGURAT**, èbat, impers. 1. idem atque effulget, splendet. *F. FULGURAT.*

I.) Proprie. *Ennod. Pit. S. Epiph.* p. 386. Tota civitas, quasi unus rogos effulgarat. *Id. ibid.* p. 388. Quis querat noctis lampadam, ubi solis jubilus effulgarat?

II.) Translate. *Ennod. Dict.* 22. Et quamvis humana fragilitatis tunica vestiatur, effulgarat. *Id. 1. Ep.* 8. In quibus litterarum commerciis ad anguem politi sermonis splendor effulgarat.

**EFFULTUS**, a, um, particip. ab inusit. effulcio, fultus. *Virg.* 7. *Æn.* 94. Atque harum effulst tergo straticus jacebat Velieribus. *Id. 8. ibid.* 368. Effulst foliis et pelle Libystidis ursa. (*F. FULTUS*). *Stat.* 3. *Silv.* 1. 5. Grajus effulta metallis Culmina. *Apul.* 2. *Met.* Effultus in cubitum.

**EFFUMIGATUS**, a, um, particip. ab inusit. effumigo, fumo expulsus. *Tertull. ad Martyr.* 1. Tamquam coluber exstantius aut effumigatus.

**EFFUMO**, as, are, n. 1. sumum emitto. *Sever.* *Etn.* 497. Effumat moles.

**EFFUNDO**, fundis, fudi, fūsum, fundere, a. 3. (ex et fundo, is). *Exfatus* pro effusus veteres dixisse, testatur *Paul. Diacon.* p. 81. 10. *Merc.* — Part. *Effundens* II. 2.; *Effusus* I., II. 1. et præcipue in fin.; *Effusus* II. 1.; *Effundens* I. — Effundere est extra fundere, emittere, profundere: et dicitur proprie de humoribus. Hinc in titulo 3. *lib.* 9. *Dig.* qui dejecerint, solidâ dejecisse, vel effuderint, liquida effusus intelligendi sunt (It. effondere, versare, spandere; Fr. verser, répandre, épandre; Hisp. echar, derramar, verter; Germ. ausgiessen, ausschütten, vergießen, verbreiten; Angl. to spill, pour out, shed).

I.) Proprie. — a) Active, h. e. cum Accusativo. *Plaut. Curc.* 1. 2. 28. Age, effunde hoc cito in barathrum. h. e. hoc poculum ebibe. *Lucret.* 1. 92. Aspectu suo lacrimas effundere cives. Sic *Cic. Planc.* 42. 101. Lacrimas, quas tu plurimas effundi. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 108. 112. (243). Ganges se in Eoum oceanum effundit. *Mela* 1. 1. 5. Mare se effundit. *Cels.* 7. 15. Per haec membranam effundens humor est. *Curt.* 3. 7. Procella subito nubo

vem effundit. *Id.* 8. 13. Procilla imbre vix sub tectis tolerabilem effudit. *Frontin.* 1. *Strateg.* 7. 7. Aquam oblatam in galea effudit. Huc referri potest et illud *Juvenal.* 3. 277. patulas effundere pelves. h. e. sordes matulis ac pelyibus contentas. Item illud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (319). Vina priora effundere. h. e. abjecere. Haud aliter apud *Senec. Constant. Sap.* 13. reliquiae et effusa sunt excrementa alvi et vesicæ. — Figurate in illo *Persii* 1. 64. ut per læve severos Effundat junctura unguis. effundat est ire sinat, fluere sinat, non remoretur (*V. Horat.* 2. *Sat.* 7. 87. apte conjuncta et nullà rimâ diducta). — b) Passive, aut effundere se et part. effusus mediorum apud Graecos verborum vi ac significatio. *Cic. 2. Nat. D.* 45. 116. Mare nec redundat unquam, nec effunditur. *Virg.* 6. *Æn.* 686. Effusus genis lacrimæ. *Id.* 4. *G.* 312. astivis effusus rubibus imber. *Id. ibid.* 288. effuso stagnante flumine Nilum. *Liv.* 1. 4. Tiberis effusus super ripas. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 15. 29. (101). Rhenus in ostia. *Id.* 16. *ibid.* 1. 1. (2). Oceanus in immensu. *Id.* 29. *ibid.* 3. 11. (50). Ovum effusum in fictile novum. Ita legit Sillig ex *melioribus Codicibus*; *Forcellinus* vero cum *vulgatis libris* in fictili novo.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiori parag., effundere se vel effundi dicuntur homines et aliquando etiam res, qui fluminis more seu turmalim alicunde exirent et aliquem in locum concurrunt. *Cic. 1. ad Brut.* 3. Tumore quodam perculta civitas tota ad te se cum conjugibus et liberis effundebat. *Cres. 5. B. G.* 19. Quum equitatus noster Iberius, vastandi prædandique causa, se in agros effunderet etc. *Id.* 2. *B. C.* 7. Omnis sese multitudo ad cognoscendum effudit. *Liv.* 26. 19. Legationes ad famam adventus ejus ex omni se provincia effuderant. *Id.* 34. 8. Major frequentia militerum sese in publicum effudit. *Id.* 38. 6. Milites omnibus portis ad opem ferendam effunduntur. *Vellej.* 2. 112. 4. Effundere se obviā alicui. Adde eund. 1. 4. 3. et 2. 110. 4.; et *Sueton. Cres.* 44. *Val. Flacc.* 7. 6. n. 6. Effusurus se in nostras provincias Phratates. *Tac.* 1. *Ann.* 23. Alii ad quærendum corpus effunderentur. — Eodem sensu part. effusus apud *Sall. Jug.* 55. Effuso exercitu prædar. *Id. ibid.* 69. Vulgum effusum oppido cædere. *Virg.* 6. *Æn.* 305. Ille omnis turba ad ripas effusa ruerat. *Liv.* 1. 14. Plenis portis effusi hostes. *Id.* 30. 5. Ad restinguentium ignem effusi. Adde eund. 9. 31., 22. 3. et alibi sepe; et *Curt.* 4. 16. et alibi. *Justin.* 32. 1. Populus obviā effusus. *Tac.* 15. *Ann.* 23. Omni senatu Antium effuso. Adde eund. 4. *ibid.* 25. et 12. *ibid.* 31. — Huc referri potest etiam illud *Cic. Flacc.* 28. 69. Vox in coronam turbamque effunditur. ¶ 2. Ponitur etiam pro emittere, ejicere, expellere, et si in illibid. *Virg.* 5. *Æn.* 317. Corripiunt spatiæ effusi (cursores) nimbo similes. h. e. emissi. *Id.* 3. *G.* 104. ruunt effusi carcere currus. *Id.* 5. *Æn.* 818. manibusque omnes effundit habenas. h. e. remittit, laxat. Adde eund. 12. *ibid.* 499. Cf. *Liv.* 37. 20. Effusissimus habensis stationem hostium invadit. Cf. et *Curt.* 7. 8. 35., 7. 9. 13. et 8. 14. 6.; et *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. 31. Similiter *Lucan.* 1. 188. Turrigero canos effundens vertice erines. Et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 5. 5. (14). Effusæ stipes in sinu. h. e. collatae congestæ. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 148. mensam ponit jubet atque Effundi saccos nummorum, accedere plures Ad numerandum. *Virg.* 9. *Æn.* 509. telorum effundere contra Omne genus Teucri. h. e. jaceri, emittere. Adde *Liv.* 27. 18. Bursus *Virg.* 7. *Æn.* 522. Troia pubes Ascanio auxilium castris effundit apertis. *Id.* 9. *ibid.* 67. qua via clausos Executit Teueros vallo atque effundit in aquor. h. e. expollat. *Id.* 6. *ibid.* 339. medijs effusus in undis. *Liv.* 22. 3. et *Curt.* 8. 14. Equus effundit equitem. h. e. excutit. *V. Fubri* ad *Liv. loc. cit.*; et adde eund. *Liv.* 10. 11. et 27. 32. *Id.* 30. 12.; et *Virg.* 10. *Æn.* 892. Effusus eques. *Virg.* 10. *Æn.* 574. de equis territis. Effunduntque ducem rapiuntque ad litora currus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 65. (181). Effusus auriga. Similiter *Val. Flacc.* 8. 357. fluctu puppis labefacta reverso Solyltur, effunditque viros. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 70. (145). Leus tria et per cricribum effuso fureste. h. e. secreto et rejecto. *Ulp. Dig.* 19. 2. 13. § 4. Effundere alicui oculum. h. e. ejicere: at alii rectius leg. offundere, nam cervicis percussione apud medicos constat oculorum lumen offundi. *Virg.* 11. *Æn.* 435. Pronum sterne solum

portisque effunde sub altis. h. e. prosterne, projice. *Id.* 12. *ibid.* 531. Murrhanum ingentis turbine saxi Executit effunditque solo. Sic in illo *Cels.* 7. 7. n. 4. Homo sic aversus collocandus est, ut in gremium ejus (medici) caput resupinus effundat. h. e. inclinet ac depositat. ¶ 3. Item est absumere, consumere: et refertur — a) Ad profundentes bona. *Cic. 3. Phil.* 2. 3. C. Caesar adolescens divina mente atque virtute, firmissimum exercitum comparavit, patrimoniumque suum effudit: quamquam non sunus usi es verbo, quo decuit: non enim effudit, sed in salute reipublicæ collocavit. *Id. Rosc. Am.* 2. 6. Pecunian per luxuriam effundere atque consumere. *Id. ibid.* 24. 68. Sumptus effusi cum probro atque dedecore. *Id. 1. leg. Agr.* 5. 15. et 3. *Trusc.* 20. 48. Effundere aerarium. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 25. 26. (94). Effusæ opes. *Justin.* 6. 9. 3. Non ut olim in classem exercitusque, sed in dies festos apparatusque ludorum, redditus publicos effundunt. — Et absolute. *Ter. Adelph.* 5. 9. 34. Effundite, emite, facite quod vobis lobet. — b) Et de aliis. *Cic. 2. Fam.* 16. Ut me existimares tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem. h. e. abjecrem, perderem. *Id. 1. ad Brut.* 15. a med. Eos per ipsos dies effudi, si ita vis, honores in mortuos. *Forcellinus* hoc loco generationem sumpsit pro large, aut sine modo conferre, dare. Cf. *Nepos Melliod.* 6. Populi nostri honores quandam fuerunt rari et tenues: nunc autem effusi atque obsoleti. *Virg.* 4. *G.* 492. ibi omnis Effusus labor. h. e. frustra impensus. — Sic effundere animam apud *Virg.* 1. *Æn.* 102.; vitam apud *Ovid. Heroid.* 7. 181.; extremum spiritum apud *Cic. 14. Phil.* 12. 32. est mori. — Similiter *Liv.* 10. 28. Ferocior Decius et ætate et vigore animi, quantumcumque virium habuit, certamine primo effudit. h. e. consumpsit, exhausit. Et *Orid.* 12. *Met.* 106. manus est mea debilis ergo, Quasque, ait, ante habuit vires, effudit in uno. Sic *Cic. 1. Fam.* 9. a med. Illud odium effusisse me omne arbitratur. Et *Seneca Ep.* 11. Omnum verecundiamo effundere. Similiter *Id. 2. Ira* 33. Effundere curam sui. h. e. abjecere. ¶ 4. Item gignere, proferre, exproniere, magnam præcipue rerum copiam. — a) Generatim. *Cic. Orat.* 15. 48. Segetes secundæ non solum fruges, verum etiam herbas effundunt. *Id. Brut.* 9. 36. Hæc enim ætas effudit hanc copiam. Similiter *Plin.* 17. *Hist. nat.* 8. 4. (48). Terra effunditur in herbas. h. e. scitiliter herbas gignit. Cf. *eund.* 23. *ibid.* 1. 23. (43). Quorū stomachus in vomitiones effunditur. h. e. sepe cibum rejicit. Huc referri potest et illud *Val. Flacc.* 7. 566. et ardentes stabula effundere tenebras. *V. integrum locum.* — b) Specialiter dicitur de cogitationibus, animi affectibus, etc. quæ oratione vel alio modo effunduntur. Sie refertur ad eos, qui omnia dicunt, quæ in animo habent, et ad copiose loquentes, apud *Cic. 1. Orat.* 34. 159. Effudi vobis omnia, quæ sentiebam. *Id. Flacc.* 17. 41. Testis effudit, que voluit, omnia. *Id. 16. Att.* 7. 5. Effudit illa omnia, quæ tacuerat. *Quintil.* 2. 2. 10. Quidquid (declamantes) effundunt. *Id.* 10. 3. 17. Repetunt deinde et componunt, quæ effuderant. *Id.* 11. 2. 39. Quæ ex tempore videbantur effusa. — Hinc effundere orationem est perturbare atque adeo obscurare dicere, apud *Senec. Ep.* 100. Fabianus mihi non effundere videtur orationem, sed fundere: adeo larga est, et sine perturbatione, non sine cursu tamen veniens. — Ceterum *Val. Flacc.* 7. 434. primâ cupiens effundere voce Omnia, sed nec prima pudor dat verba timenti. *Virg.* 5. *Æn.* 723. tales effundere voces. h. e. talia verba dare. *Id. ibid.* 780. tales effundit pectore questus in aera. *Ovid. 9. Met.* 370. Effundere questus in aera. *Id. Heroid.* 12. 139. carmina. *Cic. 12. Fam.* 23. a med. furorum vinolentum in aliquem. *Liv.* 39. 34. iram in aliquem. *Id.* 31. 44. omneodium in auxili præsentis spem. *Quintil.* 4. 1. 28. tolos affectus. *Id.* 11. 3. 158. procellam eloquentiæ. Ille referri potest et illud *Ovid. 1. Met.* 278. vires effundente vestras. h. e. vires omnes expromite. ¶ 5. Effundere se vel effundi in aliquid vel in aliqua re etc. dicuntur etiam, qui aliquid rei se totos deundunt, qui in aliqua re liberius se gerunt, aut modum non servant. — a) Cum præpos. in et Accusativo. *Liv.* 25. 20. Postea nimio successu et ipsum et milites, præda impletos, in tantam licentiam sordidamque effusos, ut nulla disciplina militia esset. *Id.* 29. 23. Numidae effusi in Venerem. *Tac. 4. Ann.*

11. in questus, lacrimas, vota. *Id. 2. Hist.* 45. in lacrimas. *Id. 1. Ann.* 54. in amorem alicujus. *Curt.* 8. 4. 25. in amo. em virguncula. *Al. leg.* amore. *Id.* 5. 1. 37. Babylonii maxime in vinum, et quo ebrietatem sequuntur, effusi sunt. *Justin.* 12. 13. tolus in latitum. *Geli.* 1. 26. in iram. *Tac.* 12. *Ann.* 47. in amplexus. *Sueton. Aug.* 99. in jocos. *Id. Cal.* 32. in cachinos. — Huc referri possunt et illa *Cic. 4. Att.* 9. In nos suavissime est effusus. h. e. maxima familiaritate atque comitate nobiscum egit. et *Liv.* 42. 30. Principum pars ita in Romanos effusi erant, ut etc. h. e. ita in Romanos propensi. — b) Cum præpos. in et Ablativo. *Cic. 3. Parad.* 1. 21. An temperanter eum dices, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Cf. *Quintil.* 2. 2. 8. In iudicando discipulorum dictiōnibus nec malignus, nec effusus. et *Virg. 2. Æn.* 651. Nos contra effusi lacrimis. — c) Cum præpos. ad et Accusativo. *Liv.* 34. 6. Effundi ad luxuriam. *Id.* 44. 31 sub fin. Postremo ad preces lacrimasque effusus, in potestatem sese dedit. — d) Absolute. *Val. Flacc.* 1. 700. Savit atrox Pelias, laetitiaque vertice ab alto Vela videt, ne quo se ardens effundere posset. — e) Poetice effundere gradum vel frena apud *Stat.* 9. *Theb.* 182. dicitur de eo, qui vel pedes vel concito cursu fertur. — Hinc Part. præter pass., cuius plurima superius exempla retulimus;

*Effusus*, *a. um*, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Effusior* et Sup. *Effusissimus* 1., 2. et 3. Adjective autem usurpat præcipue tribus sequentibus significatioibus, quæ translate sunt. ¶ 1. Est extensus, explicatus, dilatatus, amplius. *Zacret.* 3. 113. Preterea molli quum somno dælia membra Effusumque jacet sine sensu corpus omnum, etc. *Virg.* 4. 337. Nymphæ effusa cæsarium per colla. h. e. Græca constructione, habentes cæsarium effusam. *Ovid. 1. Amor.* 9. 38. et alibi. Effusa come. *Sil.* 16. 443. Jubæ effusa per colla equi. *Horat.* 1. *Ep.* 11. 26. Effusum late marc. *Liv.* 30. 5. Effuso tam late incendio. *Id.* 2. 50. cursus. *Id.* 42. 65. cædes. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (102). Margo conchæ foris effusus. h. e. explicatus, dilatatus. *Stat.* 5. *Theb.* 95. erecta gena aciemque effusa. h. e. eminentibus oculis. *Tac. Germ.* 30. Effusa loca. h. e. vasta, plana et patentia. Sic *Vellej.* 2. 43. 1. Effusissimus sinus maris Hadriatici. *Stat.* 6. *Theb.* 841. Effusa membra. h. e. plana, æquabilia, multa scilicet carne et sanguine plena, non torosa, aut rugosa. *Liv.* 38. 21. fusa dixit. Sic apud *Calpurn. Flacc. Declam.* 2. effusiora corpora sunt fusa et ampla; quibus collectiora opponuntur. — Apud *Cic. Sext.* 19. 42. Effusam illam ne superatam Catilina manum. *Al. leg.* fusa: sed certe locus est corruptus; *V. Halm.* ¶ 2. Item est largus, vel prodigens. *Cic. Cœl.* 6. 13. Quis in rapacitatem ariorum? quis in largitione effusior? *Vellej.* 2. 41. 1. Cesar vigore animi acerrimus, munificentia effusissimus. *Al. leg.* munificent; at *V. Kritz* ad h. l. ¶ 3. Item universum qui quacumque in re multis est ac vehemens, inmodicus. *Virg.* 2. *G.* 352. Effusi imbre. *Liv.* 44. 1. Effusa licentia. *Id.* 35. 43. ext. latitia. *Id.* 3. 5. fuga. *Plin.* 6. *Ep.* 20. circa med. cursus. h. e. citatus. *Sil.* 16. 861. Similare sicut effusum. h. e. volantem currum extra tramitem fecerat. *Quintil.* 3. 8. 58. Cultus in verbis effusior. *Sueton. Ner.* 40. Effusissimo studio athletas spectare. *Petrion. Satyr.* 139. Amplexus effusissimo invadere alium. *Id. ibid.* 48. Effusissime laudationes.

**EFFUSE**, adverb. Comp. *Effusus* 1., 2. et 3.; Sup. *Effusissime* 3. — Effuse occurrit translate tantum, iisdem prorsus significatioibus, quibus Part. *Effusus*, quod *V.* in fine vocis præced. Itaque ¶ 1. Est effundendo se et late vagando. *Sall. Jug.* 105. Qui temere et effuse eunt, numerus ampliore efficiebant. *Liv.* 1. 10. Effuse vastantibus sit obvius Romulus. *Id.* 41. 10. Effuse populari. *Id.* 34. 16. Effusus, ut sparsis hostibus fuga, prædati sunt. *Id.* 3. 22., 23. 29. et 40. 48. Effuse fugere. *Id.* 43. 23. persequeb. *Id.* 30. 11. inveniens sese hostis. *Curt.* 9. 8. sequi hostem. *Cod.* 7. 40. 1. Ille spatium annuale alii ita effuse interpretabantur, ut etc. h. e. tam late sensu. ¶ 2. Item est large, copiose, profuse. *Cic. Rosc. Am.* 8. 23. Non pauca suis adjutoribus large effusque donabat. *Id. Cœl.* 16. 38. Si vidua libere, proterea petulantier, dives effuse viveat. *Liv.* 3. 26. Ubi effuse affluant opes. *Tac.* 4. *Inn.* 62. Affluxere avidi talium — omnis ætas, ob

**propinquitatem loci effusio.** ¶ 3. Item nullo ser-  
vato modo, immodece, effrenate, adeoque vehementissime. *Cic. 4. Tusc. 6. 13.* Quum inaniter et effuse  
animus exultat. *Id. Pis. 5. 10.* Nemo tam effuse  
petulans conatus est. *Plin. 6. Ep. 26.* Amo quidem  
effuse: judico tamen; et quidem tanto acrius, quanto  
magis amo. *Id. 7. ibid. 30.* Quum omnes, quos  
probas, effusissime diligas. Adde *eundem. Paneg. 84.*  
*Id. 7. Ep. 24.* Habet pantomimos, sovebatque ef-  
fusio, quam principi feminæ coueniret. *Tac. 1.*  
*Hist. 19.* Effusio favere. *Sueton. Ner. 22.* Rogatus,  
ut cantaret super oeanam, exceptusque effusio.  
*Plin. 1. Ep. 20. 20.* Non minus non serval modum,  
qui adstrictius, quam qui effusio dicit. h. e. nimis  
redundanter. *Cels. 6. 6. n. 8.* Effuse vivere. h. e. im-  
modice. *Seneca Ep. 99. a med.* Effusissime flere.

**EFFUSIO,** ònis, f. 3. actus effundendi (It. effusione,  
spargimento; Fr. action de répandre, épandement;  
Hisp. effusión, derramamiento; Germ. das Ausgiessen, Ausschütten; Engl. a pouring out).

I) Proprie. *Cic. 2. Nat. D. 10. 26.* Primum ipse  
liquor, tum aquæ declarat effusio. *Colum. 3. R. R.*  
2. Vitis vel ad escam, vel ad effusionem deponitur.  
h. e. ut calcetur, et effundatur vini causa. *V.*  
**ELIQUESCO.** Schneider. tamen vulgata lectionem  
libri *Goes.* præstulit et defusionem legit: *Schoetgen.*  
malebat diffusionem. *Theod. Priscian. l. 2. part. 1.*  
c. 13. Nam hæc (passio) sub uno die desperata – vi-  
ta terminum fecit, dum subitanei vomitus, ventris  
quoque effusiones – interiorem omnem sæpe sub-  
stantiam effuderunt.

II) Translate. ¶ 1. Est irruptio, vel eruptio. *Cic. Pis. 22. 51.* Effusiones hominum et oppidi.  
¶ 2. Item prodigalitas, consumptio. *Cic. Rosc. Am.*  
46. 134. Quos sumptus quotidianos, quas effusiones  
fieri putatis? Adde *eundem. 2. Off. 16. 56.* Id. *Partit.*  
*orat. 23. 81.* Et liberalitatem effusio, et fortitudinem  
audacia imitatur. Adde *eundem. 7. Att. 3. 3;*  
*Liv. 44. 9;* *Plin. Paneg. 38.* (ubi effusioni oppo-  
nitur liberalitas); et *Kopisc. Flor. 1.* ¶ 3. **Effu-**  
**sio animi** in letitia, apud *Cic. 4. Tusc. 31. 66.* est  
quædam animi quasi dilatatio, qua effert se et effun-  
dit: cui opponitur *ibid.* contractio in dolore.

**EFFUSOR,** òris, m. 3. qui effundit. *Ennod. Dict.*  
18. p. 1075. Effusor paterni sanguinis. *Augustin.*  
*Sev. 27.* de divers. in fin. Redemptor tuus, effu-  
sor pretii ev.

**EFFUSORIE,** adverb. effuse. *Ammian. 31. 16.*  
sub fin. Exinde digressi sunt effusorie per Arctoas  
provincias.

**EFFUSUS,** a, um. *V.* **EFFUNDO.**

**EFFUCTIUS** vel effutius, a, um, adject. qui ef-  
futur ac temere loquendo effunditur. *Varro 7. L.*  
*L. 93. Müll.* Euax verbum nihil significat, sed effu-  
tium naturaliter est. *Al. leg.* effutum.

**EFFUCTIO,** is, itum, ire, a. 4. Part. *Effutiens* et  
*Effutus.* — *Nonius p. 103. 24.* Merc. exponit cum  
mendacio dicere: sed rem non confidunt, quæ af-  
fert exempla: sunt autem ea ipsa, quæ hic a nobis  
afflentur. — Ceterum effutio propriæ est effundo,  
a futio (quod idem significat) teste *Priscian. 4. p.*  
*631. Putsch.* Et transfert ad eos, qui silere tacen-  
da nequeunt, aut inaniter temereque loquuntur.  
*Ter. Phorm. 5. 1. 18.* N. vos forte imprudentes for-  
ris effutiretis, atque id porro aliqua utor mea resci-  
seret. *Lucret. 5. 908.* Multa licet simili ratione ef-  
futio ore. *Cic. 2. Nat. D. 37. 94.* Certe ita temere  
de mundo effutunt, ut mihi quidem numquam hunc  
admirabilem celi ornatum suspicuisse videantur. *Id.*  
*1. ibid. 30. 84.* Quam bellum erat, confiteri potius  
nescire quod nescires, quam ista effutientem nau-  
seare? *Id. 5. Tusc. 31. 88.* Nec haec sic agit, ut ex tem-  
pore quasi effutire videatur. *Id. 2. Divinat. 55.*  
113. Quorum partim facta aperie, partim effutia te-  
mere, numquam ne mediocri quidem cuiquam pro-  
bata sunt. *Horat. Art. P. 231.* Effutire leves indi-  
gna tragœdia versus. *Gell. 5. 1.* Obvias vulgatas-  
que laudes effutire.

**EFFUTIUS,** a, um. *V.* voc. præced.

**EFFUTIO,** is, ere, a. 3. (ex et futuo). In carm.  
joco in Cæsareo apud *Sueton. Cæs. 51.* Aurum  
in Gallia effutisti. h. e. scortando dilapidavisti.

## EG

**EGELATUS,** a, um. *V.* **EGELO.**

**EGELIDO,** as, are, a. 1. (et et gelidus) quod ge-  
latum est, dissolvo. *Sidon. 4. Ep. 1.* Egelidarentur  
fibrae glaciales.

**EGELIDUS,** a, um, adject. (ex et gelidus) duo di-  
versa significat, prout A) Præpos. ex est privativa,  
aut B) Intensiva.

A) Si præpos. ex est privativa, egelidus est qui de  
summo gelu aliquid remisit. *Catull. 46. 1.* Jam ver  
egelidos refert tempore. *Colum. 10. R. R.* 282. Nunc  
ver egelidum, nunc est mollissimus annus. *Sueton.*  
*Aug. 82.* Perfundebatur egelida aqua, vel sole multo  
calefacta. *Cels. 4. 18. extr.* Potio debet esse egelida  
et frigidæ propior. *Id. 6. 19. extr.* Uleus, si hiems  
est, egelida, si aliud tempus, frigida aqua sovendum.

— In locis pone sequentibus egelidus juxta Forcel-

linum est frigidus, nempe qui gelu quidem caret, fri-  
gus tamen habet. *Virg. 8. En. 610.* egelido secre-  
tum flumine videt. *Plin. 31. Hist. nat. 2. 6.* (10).  
Albulæ aquæ egelida: sed *Cutilia* gelidissima.  
*Strabo 1. 5. Φυχαὶ Ἀλβοῦλα.* Adde *Cels. 3. 22. ad*  
*fin.*

B) Si præpos. ex est intensiva, egelidus est gelu  
adstrictus. *Auson. Cæsar. 21.* Impiger egelido mo-  
vet arma Severus ab Istro. — Postremam hanc ac  
primam significationem conjunxit *Ovid. 2. Amor.*  
11. 10. Egelidum Borean egelidumque Notum: ut  
adnotavit *Voss. l. 5. Institut. oratoriar. c. 2. § 2,*  
quam ob rem ab amicis reprehensus fuit, ut narrat  
*Seneca 2. Controv. 10. in fin.* Al. tamen rectius leg.  
Et gelidum Borean egelidumque Notum. *V.* **SE-**  
**MIBOS.**

**EGELO,** as, ånum, are, a. 1. (et et gelo). Part.  
Egelatus. — Egelo est de sunimo gelu aliquid re-  
mitto. *Cæl. Iurel. 3. Acut. 3. ad fin.* Quum ex ali-  
qua parte corporis frigidus torpor visus fuerit egela-  
ti. *Id. 4. Tard. 3.* Non frigidum, sed leviter egela-  
tum.

**EGENS,** entis. *V.* **EGEO** in fin.

**EGENULUS,** a, um, adject. diminut. ab egenus.  
Est *Paulini Nolan. Ep. 29. (al. 10.) 12.*

**EGENUS,** a, um, adject. qui reget, cui aliqua de-  
sunt, idem quod egenus, sed magis poetis atque hi-  
storici familiari (It. bisognoso, mancante di qual-  
che cosa, povero; Fr. qui manque de, prive de,  
indigent, nécessiteux; Hisp. indigente, necesita-  
do; Germ. Mangel habend, entbehrend, bedürftig,  
darbend; Engl. wanting, void of, in want, needy,  
desstitute). Occurrit: — a) Cum Genitivo rei, qua  
quis eget, seu caret. *Virg. 1. En. 599.* Omnibus  
exhaustos jam casibus, omnium egenos (nos) Urbe,  
domo socias. Sic *Liv. 9. 6.* Circa viam baud procul  
Capua omnium egeni corpora bumi prostraverunt.  
*Lucret. 3. 1024.* lucis egenus Tartarus. *Tac. 1.*  
*Ann. 53.* Omnis spei egena. *Id. 4. ibid. 30.* Egena  
aque insula. Sic *Id. 15. ibid. 3.* Egena aquarum re-  
gio. *Sil. It. 6. 304.* Nulla viro species, decorisque et  
frontis egenum Corpus. — b) Cum Ablativo. *Tac.*  
15. *Ann. 12.* Commeatibus non egenus. Adde *eundem.*  
12. *ibid. 46.* — c) Absolute res egenæ sunt res af-  
flictæ. *Plaut. Pœn. 1. 1. 1.* Res multas tibi mandavi  
dubias, egenas, inopios consilii. *Id. Capt. 2. 3.*  
45. Neque unquam deserui te rebus in dubiis, egenis.  
*Virg. 6. En. 91.* quum tu supplex in rebus egenis  
Quas gentes Italum, aut quas non oraveris urbes!  
Adde *eundem. 8. ibid. 365.* et 10. *ibid. 367.* — Et de  
homine. *Petrion. Satyr. 133.* in carm. inops et re-  
bus egenus Attritus. Egerus et inops quid differant,  
dictum est in *Egens* in fin. voc. seq. — Hinc

**Egenum,** i. n. 2. absonte, substantivorum more,  
est fundus vel campus macer. *Colum. 3. R. R.* 10.  
4. hic surculus translatus – largioribus satiat al-  
imenti, quam prius, quam esset in egeno. Adde  
*eundem. 4. ibid. 34. 1.*

**EGEO,** ges, cui, (gitum), gere, n. 2. **Egitum** nu-  
quam occurrit, sed Part. Egiturus legitur apud  
*Tertull. 4. advers. Marcion.* 24. Eadem potestas  
expeditionem suorum per civitates abundaturam cir-  
cumcidens, sicut et egituras per solitudinem stru-  
terat. Cf. *Furianetto*, qui hanc *Tertulliani* locum  
Lexico addidit, in suis MSS. se facetus errasse, et  
abundaturam et egituras non participin, sed sub-  
stantivæ nomina esse affirmat. — Part. Egens 2., 3.,

4. et in fin. — Ceterum egere est alicujus rei in-  
opia laborare (It. aver bisogno, mancare di qualche cosa; Fr. manquer de, avoir besoin de; Hisp. faltar, haber menester, tener necesidad; Germ. Mangels leidend, darbend; Engl. to need, want, be in want of, stand in need of). ¶ 1. Generatim et  
absolute usurpatum egere est inopia laborare, inopem  
esse; eique locupletem esse, in divitiis esse recta op-  
ponitur. *Plaut. Aulul. 2. 8. 10.* Festodie si quid prod-  
egeris, profesto egere licet, nisi pepercis. *Id. Capt. 3. 4. 49.* Tute ipse eges in patria, nec tibi,  
qui vivas, domi est. *Id. Most. 1. 3. 73.* Te, me vivo,  
numquam sinam egere, aut mendicare. Adde *eundem.*  
*Merc. 5. 4. 60.* *Trin. 2. 2. 49.* et 3. 2. 57, et *Truc.*  
2. 1. 12, et 4. 2. 32. *Cic. Rosc. com. 8. 22.* Egebatur?  
immo locuples erat. *Id. 1. ad Brut. 15. sub fin.* Et  
iam Themistoclis liberi egerunt. *Horat. 2. Sat. 2.*  
103. Cur eget indignus quisquam, te divite? Adde  
*eundem. 1. Ep. 2. 56.* et 2. *ibid. 1. 228.* — Passive  
impersonaliter. *Plaut. Pseud. 1. 3. 39.* Amatur  
atque egetur acriter. ¶ 2. Speciatim et addita re  
est idem quod carere (V. *Döderlein Latein. Syn-*  
*onym.* vol. 3. p. 113.), sive indigere, et verbo  
abundare recta opponitur. Hac autem significacione  
occurrit — a) Cum Ablativo rei. *Cæs. 3. B. C.*  
32. Dicitabat enim, se domo patriaque expulsos,  
omnibus necessariis egere rebus. *Seneca Ep. 9.*  
§ 12. Ait (*Chrysippus*): sapientem nulla re indige-  
re, et tamen multis illi rebus opus esse; contra,  
stulto nulla re opus est, nulla enim re scit uti, sed  
omnibus eget; egere enim necessitatibus est. *Cic. 6.*  
*Fam. 22.* Egens rebus omnibus. *Id. 2. Off. 3. 13.*  
Et eorum rerum, quibus abundaremus, exportatio,  
et eorum, quibus egeremus, inventio. *Id. 2. Tusc.*  
2. 6. Ne bibliothecis quidem Graecis egebi-  
mus. *Id. Amic. 3. 10.* Egere medicina. *Id. ibid.*  
9. 30. nullo. *Id. ibid. 14. 51.* consilio. opera nostra.  
*Id. 1. Off. 16. 52.* copiis. *Id. 2. Nat. D. 57. 143.*  
oculis ad cernendum. *Id. 2. Fam. 17. 16.* auxilio.  
Apud 63. 31. *Catull.* Animo egens est mentis et con-  
siliis inops. *Cic. 9. Fam. 3.* Gravitas morbi facit, ut  
medicina egeamus. *Forcellinus, Orellius* et plures  
ali leg. medicinæ, quod Ciceronis consuetudini op-  
ponitur; ac præterea illud e facilite a sequenti  
voce adjectum est. Cum Genitivo tamen legitur apud  
*eundem. 4. Herenn. 54. 66.* Quam res non egenit longe  
orationis. — Ceterum cum Ablativo occurrit  
etiam de inanimis. *Cic. Amic. 5. 17.* Magnum opus  
est egetque exercitatione non parva. *Quintil. 1. 10.*  
7. Oratio pluribus artibus egit. *Id. 1. 2. 12.* Lectio  
non omnis nec semper præcunte vel interpretante  
eget. Adde *eundem. 1. 6. 41.* et 1. 6. 38. et alibi. — b)  
Cum Genitivo. *Plaut. Amph. 2. 2. 187.* Saltem tu-  
te si pudoris egeas, sumas mutuum. *Id. Truc. 2. 6.*  
20. Quid adiuv egeo tui, malum, admonitrix? *Id.*  
*Rud. 1. 5. 16.* Egentes opum. *Cæs. 6. B. G. 11.*  
Antiquis institutum videtur, ne quis ex plebe contra  
potentiores auxiliis egeret. *Horat. 1. Sat. 4.*  
118. Egere custodis. *Id. 1. Ep. 1. 102.* medici, cu-  
ratoris. *Id. ibid. 6. 39.* aeris. *Id. ibid. 17. 22.* nul-  
lius. *Tac. 12. Ann. 3.* aliena facundia. — Et de  
inanimis. *Lucret. 3. 44.* Nec prorsum quidquam no-  
stræ rationis egere. *Ovid. 1. Met. 17.* Lucis egenus  
aer. *Id. 11. ibid. 119.* mensas posuere ministri In-  
structas dapibus, nec toastæ frugis egentes. *Quintil.*  
2. 16. 13. Eadem (corpora) minus egere opis. Adde  
*eundem. 3. 8. 63.* et 5. 14. 5. — c) Raro admodum  
cum Accusativo. *Plaut. Men. 1. 2. 12.* Lanam, au-  
rum, vestem bene prebeo: nec quidquam egeas. *Sall. Jug. 103.* Locus magna parte cœlitus et præcep-  
pauca monumenta egebat. At plerique rectius leg-  
querebat. ¶ 3. Item speciatim egere, quemadmo-  
dum et carere, dicitur qui non habet ea, quæ habere  
debet: et occurrit cum Ablativo. *Cic. Brut. 67.*  
238. C. Macer auctoritate semper egit. *Stat. 5.*  
*Silv. 4. 2.* Crimine quo merui, doceat ut solus egerem,  
Somne, tuis? — Et de inanimis. *Lucret. 3. 135.*  
proprio quæ tuni res nomine egebat. *Liv. 6. 27.*  
Censoribus quoque egere annus. ¶ 4. Metonymie,  
ut et Gr. οἰδεῖσθαι, est appetere, cupere, vele: ea  
enim cupimus. quibus indigemus. — a) Cum Ge-  
nitivo. *Plaut. Asin. 3. 3. 1.* AR. Cur me retentos?  
RH. Quia tui amans abeuntis egeo. *Horat. 1. Sat. 1.*  
59. At qui tantuli egit, quanto est opus, etc. *Id.*  
*Art. P. 154.* Si plausoris eges aulæ mātentis, et  
usque Sessuri donec etc. *Id. 4. Od. 8. 9.* non tibi  
italium Res est, aut animus deliciarum egenus. h. e.

res tua major est, quam ut hujusmodi dona desideres, animus ad contemnendas delicias validus. — b) Cum Ablativo. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 10. Utque sacerdos fugitivus, libe recuso, Pane egeo, jam melleitis potiore placentis. ¶ 5. Pro posse cavere, libenter pro re ac tempore carere, libenter ferendo carere. *Cato apud Gell.* 13. 23. Si quid est, quod atar, utor: si non est, egeo. Virtus virtutum, quia multa egeo: at ego illus, quia nequeunt ege. — Hinc Part. pres.

*Egens, entis*, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Egentior* et Sup. *Egentissimus*. — Absolute (plura euini superius attulimus, in quibus usurpatur cum additis) *locupleti* et *abundanti* opponitur, et est qui re aliqua eget, cui desunt necessaria ad vivendum. — a) Posit. *Plaut. Pers.* 2. 3. 3. Copiam danunt argenti mutui, uti egenti opem afferam. Adeo *eund.* *ibid.* 1. 1. 1. et *Stich.* 2. 2. 7. *Ter. Phorm.* 2. 3. 10. Quia egens relicta est misera, ignoratur parvus. *Cic. Flacc.* 13. 33. Unus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus. *Id. Caelent.* 59. 163. Est hic Ennius egens quidam, calumniator mercenarius Oppianici. *Id. Amic.* 7. 23. Quo circa et absentes adsunt, et egentes abundant, et imbecilli valent. Adeo *eund.* 6. *Parad.* t. 43.; *Cres.* 7. *B. G.* 4. et 3. *B. C.* 59.; et *Sall. Cat.* 19. et 33. — b) Comp. *Cic.* 6. *Att.* 1. 4. Nihil illo regno spoliatus, nihil rege egenitus. — c) Sup. *Cic. Rosc.* 4m. 8. 23. Qui in sua suisset egenitissimus, erat, ut sit, insolens in aliena. *Id. 9. Att.* 7. 5. Egestates tot egenitissimorum hominum. Adeo *eund.* *Sext.* 52. 111.; et *Liv.* 1. 47. — d) *Egens* et *inops* in eo differre videntur, quod egens ideo talis est, quia inops. *Sueton. Gramm.* 8. Adeo inops atque egens, ut coactus sit etc. V. *EGENUS* sub c in fin. et *EGESTAS*. — NB. Vocis etymon more suo ita exhibet *Paul. Dinc.* p. 77. 16. *Müll.* Egens velut exegens, cui ne gens quidam sit reliqua. Cf. et *Isid.* 10. *Orig.* 88. eadem proferentem.

*EGERIES*, ei, f. 5. ab egero; excrementorum emissio, vel ipsa excrements. *Solin.* 40. de bono animali. Quum in fugam vertitur, sumum egerit, cuius ardor quidquid attigerit, adurit: ita egerie nostra summovet insequentes. *Paulin. Nolan. Carm.* 32. 281. per egeriem, qua se se animalia purgant.

*EGERICUS*, a, um, adject. qui multis egredi. Inde datum est nomen proprium filio Aruntis, nepoti Lucretii, apud *Lit.* 1. 34. Puer post avi mortem in nullam sorteam bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen. — NB. De nom. propr. V. *ONOM.*

*EGERMINO*, as, avi, are, n. 1. idem ac germino. *Colum.* 4. *R. R.* 17. 4. Quae infra trunci caput egerminaverint. Adeo *eund.* *ibid.* 27. 4. et 32. 5.

*EGERO*, gérīs, gessi, gestum, gerere, a. 3. (ex egero). Eggero pro egero legitur bis apud *Lactantium* 1. 9.; in meliorib. tamen edit. legitur egero. — Part. *Egerens* I; *Egestus* I. et II. 2. et 3.; *Egerendus* I. — Egerens est extra gerere, extrahere, emittere (It. portare fuori, trarre fuori, mandare fuori; Fr. porter hors de, emporter dehors, rejeter, faire sortir; Hisp. traer fuera; Germ. heraus schaffen, bringen, tragen, führen; Angl. to bear or carry out, cast forth, to draw out, extract, to send out, discharge).

I.) Proprie. *Auct. B. Alex.* 22. Egerere ex mari lapides. h. e. extrahere. *Ovid.* 6. *Met.* 684. dapes. h. e. emittere. *Id. 11. ibid.* 488. fluctus (e nari). h. e. extrahere, ejicere. *Liv.* 21. 37. Tantum nivis effodiendum alique egerendum fuit. *Id.* 6. 3. Victorem vagum invenit, prædam ex hostium tactis egerentem. *Id.* 5. 26. Quoniam jam humana opes egestas a Vejis essent, amoliri tuni dum dona ipsosque deos — coepere. h. e. asportatae. Sic *Id.* 30. 39. ad fin. Peccatum ex æstrio scribæ viatoresque clam egesisse comperti, damnati sunt. *Colum.* 2. *R. R.* 14. 1. Egerere stereus e columbariis. *Id. ibid.* 2. 19. Srobibus egestas humum recondere et recalcare. Cf. *Ovid.* 7. *Met.* 243. Haud procul egestas scrobiibus tellure duabus Sacra facit. *Curt.* 7. 10. ad fin. Nec tamen, humo, a te egesta, exsistebat humor. *Id.* 5. 1. a med. Limu penitus ad fundamenta jacienda egesto. *Pallad.* 5. *R. B.* 3. 1. Et super terra, quam egessemus, æquatur. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (71). Egerere silices humeris. h. e. extra gerere. *Curt.* 7. 5. Aquam vomitu egerere. h. e. emittere. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 43. 67. (145). Scolopendras interanea evomunt, donec hamum egerant. *Id.* 31. *ibid.* 8. 33. (62). Phthisi affecti, aut sanguinem egerentes. *Id.*

29. *ibid.* 5. 32. (102). Qui in urinam canis suam egesserit. *Id.* 37. *ibid.* 3. 13. (52). Urina egesta. *Siliq.* vero legit et genere terræ. V. integrum loc. *Id.* 7. 11. 9. (48). Abortu puerpera egerere. *Solin.* 40. Egerere sumum ventris. *Plin.* 8. *Ep.* 20. 9. lacus in flumen. *Justin.* 4. t. 6. arenarum moles. *Tac.* 15. *Ann.* 61. Ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestum. *Lucan.* 3. 718.; et *Quintil.* 5. *Declam.* 18. Egerere animam. — De inacimis. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 16. (19). Fons egerens saxa. *Seneca Ep.* 91. Gravitas cœli egerit populos. h. e. expellit, migrare cogit. — NB. In illo *Tac. Agric.* 30. Bona fortunæque in tributum egerunt, in annonam frumentum, lectio valde dubia est: *Halm leg.* Bona fortunæque in tributum, ager et annus in frumentum, corpora ipsa etc. V. *Nissen* ad h. l. Aliiquid simile tamen legitur apud *Quintil.* 5. *Declam.* 17. Egerere totos census in esequias. h. e. effundere, impendere, profondere.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim metaphorâ sumptâ a superiori paragr. est expellere, ejicere, effundere, etc. *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 38. Expletur lacrimis egeriturque doctior. *Seneca Ep.* 66. post init. Multi nobis sermones fuerint, quos subinde egeram et ad te mittam. *Lucan.* 2. 63. tales pietas peritura querelas Egerit. h. e. effundit. *Val. Flacc.* 8. 454. tota querela Egeritur fletuque dies h. e. impenditur, transigitur. Sic *Id.* 5. 298. Tristior, at numquam tantoque parentibus ulla Nox Minis egesta metu. h. e. transacta. Huc fortasse pertinet illud *Curt.* 4. 13. 14. Noctemque — metu egerunt. *Freinsheimius leg.* egerunt ab ago: V. *Mützell.* ad h. l. ¶ 2. Speciatim a Poetis ponitur pro efferre, h. e. ad se pulcrum ferre. *Propert.* 4. 6. 34. Egesisse avidis Dorica castra rosis. *Stat.* 1. *Theb.* 37. egestas alternis mortibus urbes.

*EGERSIMON*, 1, n. 2. ἐγέρσιον, vox Graeca ab σύζω excito, ex parte facio, usurpatur a *Capell.* 9. p. 308. de carmine suavi, excitandis animis oblectandisque idoneo. *Id.* 1. p. 2. eamdem vocem Graecis litteris scribit: Graeci etiam ἐγερτίζουν dicunt. V. *Kopp.* ad *Capell.* 1. p. 3.

*EGESTAS*, *is*, f. 3. idem quod indigentia, inopia, ut docet *Döderlein Latein. Synonym.* vol. 3. p. 111. (It. bisogno, povertà, indigenza; Fr. indigence, grande pauvreté, misère, détresse; Hisp. indigencia, miseria, pobreza; Germ. d. *Dürftigkeit*, grosse *Armuth*; Angl. want, poverty, indigence, beggary). Occurrit — a) Absolute diciturque de hominibus, et est inopia, magna paupertas. *Plaut. Asin.* 3. 3. 81. Quidvis egestas imperat. *Id. Trin.* 2. 2. 57. Tolerare egestatem alicuius. Adeo *eund.* *ibid.* 4. 2. 5. et *Pseud.* 2. 4. 2. *Cic. Rosc.* *Am.* 49. 144. Degere vitam in egestate. *Id. ibid.* 5. 13. Afferre egestatem alii. *Virg.* 6. *En.* 276. turpis egestas. *Val. Flacc.* 4. 459. crudelis. *Juvenal.* 15. 96. dira. *Seneca Thyest.* 303. tristis. *Claudian.* 1. *Rusin.* 36. infelix. *Virg.* 1. *G.* 146. duris urgens in rebus egestas. *Servius* ad hunc loc. differre ait a paupertate, quod paupertas levior et honesta esse potest; egestas gravior et turpis. — Porro differt ab inopia, ut a causa effectus. Ex illa enim haec nascitur; atque adeo haec illa gravior. *Cic.* 1. *Invent.* 47. 88. Si propter inopiam in egestate estis. pecuniam non habetis. — Ceterum ut discriberem inter egestatem et inopiam atque alia homonyma clarius innoteat, sequentia quoque afferenda putavimus. *Cic.* 2. *Cat.* 11. 24. Neque vero ceteras copias, ornamenti, præsidia vestra, cum illius latronis inopia atque egestate debo conferre. *Cœa.* 6. *B. G.* 24. In eadem inopia, egestate, patientia, qui Germani, permanent. *Cic.* 4. *Cat.* 5. 10. Adjungit etiam publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus et corporis, etiam egestas ac mendicitas consequatur. *Id.* 6. *Parad.* 1. 45. Istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam numquam obscurae tulisti. *Seneca Ep.* 17. Non est, quod paupertas nos a philosophia revoret, ne egestas quidem. — In plurimi numero. *Cic.* 9. *Att.* 7. 5. Sustinere libidines, audacias, sumptus, egestates tot egenitissimorum hominum. — b) Cum addito Genitivo rei, qui Genitivus est subjectivus, ut grammatici vulgo appellant, dicitur de rebus: ita ut ex gr. egestas lingue sit lingua nimis angusta. *Lucet.* 4. 137. Nec me animi fallit, Grajorum obscura reperta Difficile illustrare Latinis versibus esse (Multi novis verbis pra-

sertim quoniam sit agendum) Propter egestatem lingua et rerum novitatem. *Id. ibid.* 831. nec (*id*) nostra dicere lingua Concedit nobis patrii sermonis egestas. Adde *eund.* 3. 260. Huc alludit *Plin.* 4. *Ep.* 18. Inopia, vel potius, ut Lucretius sit, egestas patrii sermonis. *Seneca Ep.* 50. Quanta nobis verborum paupertas, immo egestas sit. *Cic. Pis.* 11. 24. Non capiunt angustiae pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi tantam personam. — c) Cum addito Genitivo rei, qui Genitivus est objectivus, ut grammatici vulgo appellant, dicitur de hominibus, et significat deficientiam. *Lucret.* 5. 1210. Egestas rationis. h. e. ignoratio rationis et causæ. *Sall. Jug.* 44. Plerunque milites stativis castris habebant, nisi quam odios aut pubuli egestas locum mutaret subegerat. *Tac.* 6. *Ann.* 23. Asinii Galli mors vulgariter, quem egestate cibi peremptum, haud dubium: sponte, vel necessitate, incertum habebatur. h. e. inedia. *Sueton.* *Vitell.* 7. Satis constat exituro viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocret.

*EGESTIO*, ônis, f. 3. actus egerendi, emissio, effusio. *Sueton.* *Ner.* 38. Pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestationem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit. *Plin.* 8. *Ep.* 6. ante med. Haec liberalitatis materia gratissima, si Palantibus facultates adjuvare publicarum opum egestione contingere. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. Egestio ventis et urinæ. *Theod. Priscian.* 3. 8. Si vulnerata ex his matrix fuerit, quibus vulneribus interius putredo frequentius sociatur; advertit et egestionibus. h. e. et retrimentorum ejectione per podicem. Sic *Macrob.* 7. *Saturn.* 4. Officio quartæ virtutis, cui ἀποχοτοξιον nomen est, procuratur egestione. Figurate *Capell.* 2. p. 35. Nisi haec, quibus plenum pectus geris, coactio egestatione vomueris forasque diffuderis. At proprie *Sueton.* *Claud.* 44. Ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestationis (h. e. clystere) subveniretur. *Veget.* 5. *Veterin.* 14. 6. *Schneid.* A vesicæ meatu usque ad verecum nascitur tumor et cum dolore egestationis foramen angustatur.

*EGESTIVUS*, a, um, adject. qui egerit. *Macer* de anetho 14. Unde minor fieri via egestiva videtur.

*EGESTOSUS*, V. *voc. seq.*

*EGESTOSUS*, a, um, adject. egenus. *Aurel. Vict. Epist.* 12. Puellas puerosque natos parentibus egestuosis sumptu publico ali jussit. *Salvian.* 1. *Gub.* D. 2. Quia insanis est, ut, egestuosa ac mendicante republica, divitias posse credant stare privatas? *Id.* 4. *advers.* *Avar.* post med. Quanto melius pauper fueras, et egestuosa quam dives! *Gloss.* *Cyrill.* *Evidens*; egestuosus, egens. *Gloss.* *Isid.* Egestus, mendicus. *Alii apud Aurel. Vict. et Salvian. leg.* egestosus.

*EGESTUS*, a, um. V. *EGERO*.

*EGESTUS*, us, m. 4. actus egerendi, egestio. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 42. alle Egestu penitus cavare terras. *Seneca* 3. *Ques.* nat. 30. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhausta.

*EGGERO*, is, etc. V. *EGERO* sub init.

*EGIGNO*, is, ere, a. 3. (ex et gigno) extra gigno, produco, effero. *Lucret.* 2. 702. altos Interdum ramos egigni corpore vivo.

*EGITURA*, æ, f. 1. inopia, penuria. *Tertull.* 4. *advers.* *Marcion.* 24. Eadem potestas — suorum per civitates abundantiam circumcidens, et egitura per solitudinem struerat. Cl. *Furlanetto* *voc.* abundatura et egitura esse participia futura primo patavit; sed postea Germanorum editorum sententia accessit, qui ea esse nomina putarunt. At V. *E-GEO* sub init.

*EGLECOPALA*, æ, f. 1. ita appellatur Celticó vocabulo maigæ genus a Gallis, cuius vocis etymon sunt *mei*, *michi*, *me*; et in plur. nom. *nos*, *nostrum* ignorari videtur ab ipso *Plin.* 17. *Hist. nat.* 8. 4. (46). Margam columbinam Gallæ suo nomine eglegopalam appellant.

*EGO* (Græce ἐγώ, Gothic. ik), cuius casus obliqui sunt *mei*, *michi*, *me*; et in plur. nom. *nos*, *nostrum* vel *nostri*, *nobis*. — a) Ratione habita quantitatibus, ultima in ego sæpissime brevis est. Longa tamen est apud *Ovid. Heroid.* 13. 135. Sed quid ego revoco haec? Codd. tamen variant. At *Catull.* 19. 1. Hunc ego, juvenes, locum villulamque palustum. *Val. Flacc.* 8. 158. Sed quid ego quemquam immergit

incuso querelis? Auct. carm. de *Vespe* judic. 41. apud Wernsdorf. Poet. min. T. 2. p. 233. Pistor ego macto flavas sine sanguine messes. — b) Vocativo caret. Nam quum dicimus, o ego tævus! o o nos felices! sunt recti casus, in quibus non vocandi ratio inest, sed exclamandi. — c) Me pro mihi dicebant antiqui, et *Ennius* quum ait l. 2. Si quid me fuerit humanitas, ut teneatis. et *Lucilius*: Nunc ad te redeo, ut quæ res me impendet, agatur. Hæc *Festus* p. 161. 6. *Müll.* *Varr.* 3. R. R. 16. 2. Herilute me cessa. *V.* CEDO. — d) Idem antiqui dixerunt etiam mehe pro me, ut mihi pro mihi dicimus. *Quintil.* 1. 5. 21. Meha quoque pro me apud antiquos, tragediarum præsentim scriptores, in veteribus libris invenimus. — e) *Nostorum* in Genit. plur. est *Plauti Mil. glor.* 2. 2. 110. Facere nostrorum solus scio. *Recentiores* tamen ieq. Tacere nequeo solus quod scio. *Id. Pœn.* 3. 1. 33. Neque nos quemquam fugitamus, neque nos quisquam flagitat? Tua causa nemo nostrorum est suos rupturus ramicos. *Id. fragm.* apud *Non.* p. 283. 26. *Merc.* Qui nequeas, nostrorum uter sit Amphitruo, decernere. *Forcellinus* præterea hæc doceat: *Nostrum* et *nostrorum* differunt etiam usu, quia *nostrum* ponitur solummodo ad nos ipsos, *nostrorum* ad alios etiam, qui nostræ sunt familiae, patræ, etc. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 39. sy. Di omnes deceque ament. m. Quemnam hominem? s. Nec te, nec me, neque herum meum adeo. m. Quem ament igitur? sy. Alium quemlibet, nam uestrorum nemo dignus est. Si herum meum non addidisset, *nostrum* nemo dicendum erat. — f) Quid ad etymon attinet, in omnibus serme linguis, quas Indo-Germanicas vocant, unum idemque est: immo ipsa personalium pronominum etyma, quæ sunt *m*, *s*, *t*, in omnibus hisce linguis personales verborum terminations constituent: sic ex. gr. in lingua Sanscrita *as-mi sum*, *a-si pro as-si*, *es*, *as-ti est*, *dadā-mi do* etc.; similiter apud Græcos *si-pi*, *siç*, *st-ti*, *et-pi*, *ē-t-si*, etc., quocum cl. verba in *μ*, et verbi passivi formas *παι*, *σαι*, *ται*; apud Latinos vero, præter primam personam præsentis et primam futuri temporis in prima tantum et secunda conjugatione, quæ o terminantur, etyma pronominum personalium superius allata, semp̄ locum habent hoc modo: in sing. num. pers. 1. finit. *m* (et in pers. 1 pro *im*), pers. 2. *s* (et in pers. *s-ti*), pers. 3. *t*; in plur. num. pers. 1. *m-us*, pers. 2. *t-i-s*, pers. 3. *n-t*. — Ceterum ego est pronomen primæ personæ, utriusque generis (*It. io*; Fr. *moi, je*; Hispan. *yo*; Germ. *ich*; Angl. *I*). Occurrunt autem A) Sine additis; et B) Cum additis.

A) Sine additis. — 1<sup>o</sup>) In sing. numero. — a) Nom. ego usurpatur, quoties volumus personam, quæ agitur, maxima vi notare ac designare, aut quoties verbū deest. *Plaut. Amph.* prol. 39. Meruitus et ego et pater de vobis et republica. *Id. ibid.* 94. Hanc fabulam, inquam, hic Juppiter hodie ipse agat, et ego una cum illo. *Id. ibid.* 1. 1. 217. Tun' te audes Sosiam esse dicere, qui ego sum? *Id. Stich.* 5. 4. 49. Ego tu sum, tu es ego: unanini sumus. (Hinc alter ego: *V.* ALTER sub B. 2. c.) *Cic.* 4. *Cat.* 1. 2. Ego sum ille consul, cui non forum, non campus, non domus vacua pericula fuit. *Virg.* 11. *Æn.* 392. Pulsus ego? aut quisquam merito, sed disime, pulsum Arguit? *Id. 1. ibid.* 40. Ast ego, quæ divū incedo regina, Jovisque Et soror et conjux, una cum gente tot annos Bella gero! — Sic emphasis babet cum vidi junctum, præsentim apud poetas. *Horat.* 3. Od. 5. 18. Signa ego Punicis Africa delubris et arma Militibus sine cæde, dixit. Derepta vidi; vidi ego ciuium Retorta tergo brachia libero etc. *Tibull.* 1. 4. 29. Vidi ego jam juvenem, premeret quum senior ætas, Mærensem stultos præterisse dies. Adde *Propriet.* 1. 13. 14.; *Ovid. Remed.* am. 101.; *Sil. It.* 2. 340. etc. Et majori vi per additam syllabam met (*V.* infra sub B. b.). *Virg.* 3. *Æn.* 623. Vidi egomet, duo de numero quum corpora nostro Preesa manu magna medio resupinus in antro Frangeret ad saxum. — Similiter initio orationis ponitur ad significandum, de re graviori nos dicere, vel altius aliquanto incipere. Teri hac ratione usurpatur a *Cic.* 1. *Fam.* 9., scilicet § 4. Quod tibi ut planius exponam, altius paullo rationem consilio meorum repeatam, necesse est. Ego me, Lectule, initio rerum atque actionum tuarum non solum nesciis, sed etiam reipublica restitutum putabam etc. et § 1. Ego, sedente Ca. Pompejo, — dixi me etc. de-

nique § 11. Ego, si ab improbis et perditis civibus rempublicam teneri vidarem, etc. Additæ *Ter. Andr.* 3. 4. 3., ubi hoc idem nota *Donatus*. — *Forcellinus* ait, ego aliquando redundare. *Plaut. Trin.* 4. 2. 5. *Viden* egestus quid negotii dat homini miserabilis! Qui ego nunc subhiger trium nummorum causa, ut dicam etc. — b) Genit. mei. *Cic.* 3. *Orat.* 9. 32. Ego antem, quamquam memet mei pœnitit, etc. *Horat.* 3. *Od.* 30. 6. Non omnis moriar, multaque pars mei Vitabit Libilitam. — Quoties vero nomen aliquod occurrit præter pronomen primæ personæ, loco Genitivi mei sappiessime usurpatur adject. poss. *meus*, *a*, *um*, — c) Dat. mihi. *Cic.* 12. *Fam.* 18. extr. Nihil mihi tam deesse scito, quam etc. — Cum participio in *duis* ponitur pro *a me*. *Ter. Heaut.* 3. 1. 89. *Syrus* est prehendendus atque exhortandus mihi. *Nobis* quoque eodem modo usurpatur: *V.* hac de re Grammaticos et præcipue *Grotfend*. — Idem Dativus *mihi* aliquando significat ad mean utilitatem vel damnum. *Ter. Adelph.* 1. 2. 35. Si quid peccat, mihi peccat. — Interdum quantum ad meum judicium. *Id. ibid.* 5. 6. 5. Is mihi prefecto est servus spectatus satis, cui dominus curæ est. — Aliquando in oratione ponitur solius elegantiæ causa. Habet enim quamdam festivissimam urbanitatem. *Cic.* 1. *Orat.* 38. 174. Tu mihi quon in circulo decipiare adversarii stipulatuncula, ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? *Id. 2. ibid.* 20. 85. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit. *Virg.* 1. G. 45. Depresso incipiat jam tuni mihi taurus aratro Ingemere. *Catull.* 24. 3. Mallem divitias mihi dedisses isti, cui etc. — Per apocopen mi pro mihi dicilur. *Varr.* 2. R. R. 5. 1. Veni mi adyacutus. Additæ *Lucret.* 3. 106.; *Virg.* 6. *Æn.* 104.; et *Horat.* 1. Sat. 1. 101., 2. 57. et alibi saep. — d) Accus. me. *Cic.* 13. *Fam.* 56. Cluivius valde me observat. — *Ad me* est ad meos, domum meam. *Ter. Eun.* 3. 5. 64. Eamus ad me. *Cic.* 3. *Fam.* 8. sub fin. Neque domum unquam ad me litteras mittam, quin adjugagam etc. — *Me me pro me aut memet. Virg.* 9. *Æn.* 427. Me me, adsum qui feci, in me convertite ferrum. Ubi *Servius*: Me me, subaudi interficie; et est interrupta locutio dolore turbati. *Sil. It.* 9. 651. me me ad graviora reservata. — *Med pro me*, *V.* in *ERGA* et in littera *D*. — *Mecum pro me* accusandi casu. *Plaut. Asin.* 3. 3. 72. Hanc, cui datus hanc, jube petere atque orare tecum. *V.* infra sub *f*, et tecum in *TU*: quamquam hæc omnia, ni fallor, aliter interpretari possumus. — e) Ablat. me. *Cic.* 1. *Fam.* 1. 1. Tu, nisi perfecta rede me, non conquisti. *Id. Mil.* 37. 102. Quo deprecante? Me. — *A me* est de meo. *Plaut. Trin.* 1. 2. 145. *A me argumentum dedi*. — 2<sup>o</sup>) In plur. numero. — f) Nom. et Accus. nos. *Ter. Adelph.* 2. 4. 7. Quasi norimus nos inter nos. *Cic.* 1. *Fam.* 1. 4. Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus. — *Nobiscum pro nos in Accusativo*. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 24. Quasi tu nobiscum adveniens hodie oraveris, ut etc. *V.* supra sub *d*. — g) Genit. nostri. *Ter. Phorm.* 1. 3. 20. *Nostri* nosmet pœnitit. — Ceterum Genitivus pluralis duplex est: *nostrum*, quod ponitur fere post adjective partitionis, aut hæc similia, ut *uterque nostrum* apud *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 4. et *omnium nostrum* apud *eum* d. 2. leg. *Agr.* 32. 86.; et *nostri*, quod post verba, ut *nostri miserere* apud *Virg.* 2. *Ecl.* 7., aut post substantia verborum vicem præstans, ut *amor nostri* apud *eum* d. 4. G. 324. et *cura nostri* 2. *Æn.* 595. et *nuncius nostri* 4. *ibid.* 237. et *nostri cupidus* 7. *ibid.* 263. et *ne studio nostri pœcches* apud *Horat.* 1. *Ep.* 13. 4., aut post adjective alia, quæ partitiva non sunt, ut *Virg.* 7. *Æn.* 438. nec regia Juno Immemor est nostri. Sic *Tibull.* 3. 5. 31. Vivite felices, minores et vivite nostri. — Reperitur etiam *vestrum* post nomina, quæ partitiva non sunt. *Cic.* 4. *Phil.* 1. 1. Frequentia *vestrum* incredibilis. *V.* alia hue pertinens apud *Gell.* 20. 6. et *Foss.* de *Grammat.* l. 5. c. 57. ad *fin.* — Porro in locis omnibus, quæ modo attulimus, *nostrum* per synecdochem pro *mei* positum est: quoni *tō nostrum* de pluribus tantummodo dicatur, neque de uno, ne per synecdochem quidem, usurpari unquam possit. Atque hoc posterius discrimen inter hosce duos Genitivos certius multo est, quam primum: quamquam non ausim affirmare esse perpetuum. Quia de *nostrum* et *nostrum* dichimus de *vestrum* quoque et *vestri* dictum puta. — h) Dat. et Ablat. nobis. *Cic.*

1. *Orat.* 62. 264. Facilius nobis expones ea, quæ abs te de officiis præceptisque oratoris quæsita sunt: sed opinor, secundum bunc diem. Satis enim multa a nobis hodie dicta sunt. *V.* supra sub *c*. — *Nobis* quandoque usurpatur pro nobiscum. *Ovid.* 5. *Trist.* 10. 29. Quippe simul nobis habitat discrimine nullo Barbarus. *Id.* 1. *Amor.* 4. 1. Vir tuus est epulas nobis adituras easdem. *Quædam edit.* habent perperam nobiscum.

B) Cum additis. — a) *Ego jungitur et aliis pronomibus* *Ter. Adelph.* 5. 4. 12. Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus duxi uxorem. *Cic.* 1. *Cat.* 3. 7. Dixi ego idem in senatu etc. *Id.* 1. *Tusc.* 17. 40. Ego enim ipse cum eodem ipso non invitus erravimus. *Id.* 1. *Fam.* 8. Ego is sum, cui vel maximo concedant. *Virg.* 5. *Æn.* 846. Ipsa ego paullisper pro te tua munera obibo. — Similiter *mihi ipsi*, ac præcipue *me ipsum* et *me ipso* frequenter occurunt. *Cic.* 12. *Att.* 29. 1. Sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddam opus sit. *Id. ibid.* 30. 1. *Commodius* que est, quam, quod illa a me petit, me ipsum scribere ad Clodium. *Id.* 9. *ibid.* 15. 1. Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar illius conditione: sin minus, impetrabo aliquid a me ipso. — b) *Egō* vel *egon* est interrogativus. *Ter. Heaut.* 5. 5. 6. *Egon* mea bona ut dein Bacchidi dono sciens? *Cic.* 2. *Legg.* 13. 32. *Att.* Hoc tu de te, quero, quid sentias. m. *Egō*? — Similiter *mihi vel min'*, *mena vel men'*. *Sic Pers.* 1. 2. Min' tu istud sis? *Virg.* 1. *Æn.* 37. Mene incepto desistere victimam. Additæ *Horat.* 1. *Sat.* 10. 86. *Id. Horat.* 2. *Sat.* 3. 151. Ni tua custodis, avidus jam hæc auferet heres. Men' vivo? h. e. me ne vivo? — c) *Addita syllaba met majorem* habet vim designandi. Hac autem additione in usu sunt *egomet*, *mihiinet*, *memet*, *nosmet*; quorum vis interdum et per additum ipsi, ipsas augentur. *Plaut. Amph.* 2. 1. 50. Neque, ita me dī ament, credebam priuino mihiem Sosiae. *Id. ibid.* v. 60. AM. Quis te verberavit? so. Egomet memet, qui nunc sum domini. *Id. Pseud.* 1. 5. 47. Quæ quasi per nebula nosmet scimus atque audivimus. *Cic.* 7. *Per.* 17. 44. Eam navem nuper egomet vidi Veliæ. *Id. Quintil.* 10. 34. Brevitas mihiem ipsi amicissima est. *Id. 3. Fin.* 19. 64. Cariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. — d) *Mihipe* pro mihi ipsi est *Catonis* apud *Festum* p. 154. 11. *Müll.*; et *mepte* pro me ipsum dixit *Plaut. Men.* 5. 8. 10. — e) *Ego* cum vero frequentissime jungitur. *Cic.* 2. *Legg.* 14. 36. *Att.* Excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati sumus. m. Ego vero excipiam. — Sic verbis *Ego vero* incipiunt epistolæ *Cic.* 13. *Att.* 41. et 43., et *Plin.* 9. 20. et 38. — f) *Cum autem rarius. Cic.* 9. *Att.* 15. 5. Sed tu id quanti aestimes, tuum iudicium est. Nec tamen in hoc tibi quidquam oneris impono. Ego autem illum male sanum semper putavi. *Liv.* 21. 18. Ego autem non censeo quærendum etc. — g) Non solum me in sexto casu, sed et se, te præpositioni cum anteponitur: *mecum enim dicimus*, *secum*, *tecum*, ut *Cic. Orat.* 45. 154. docet: neque cum me, cum se, cum te dici potest. Eadem ratione *cum nobis* non dicimus, quia obscurius concurrent litteræ, ut sit *Cic. ibid.*, sed *no**biscum*: et ut huic sit simile, etiam *vobiscum*, non *cum vobis*: tametsi hoc si dicas, nullum cacophaton sit; sed ita usus postulat. *V.* CUM præpos. — *Mecum* interdum est intra me, cum animo meo, *ut spatio*. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 32. Ut tacita mecum gaudeam. *Cic. post redit. in senat.* 12. 32. Multa mecum ipse reputavi. — Interdum apud me. *Ter. Adelph.* 3. 2. 49. Testis mecum est anulus, quem amiserat. *Phœdr.* 2. 5. *extr.* Multo maioris alapsi inacum veneunt. — Jungitur cum una et *simul*. *Plaut. Bacch.* 3. 5. 2. Ut eum mecum ad te adducam simul. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 56. Ut colloqui mecum una posset. *Id. Heaut.* 5. 1. 34. Clinis hæc fieri videbat? m. Quid ni? mecum una simul.

EGRANATUS, a, um, part. ab inusit. *egrano*, gravis privatus. *Plin. Vuln.* 3. 14. Caricæ egranatae. *Alli leg.* *egranae*.

EGREDIOR, grēderis, gressus sum, grēdi, dep. 3. (ex et gradior). *Egredier* parage pro egredi est apud *Plaut. Pœn.* 3. 4. 32. — Part. *Egrediens* sub B. 2.; *Egressus* sub A. 1., 2. et 3. — *Egredi* est extra gradia, exire (It. uscire, andar fuori; Fr. sortir de, aller dehors; Hisp. salir, irse, evadirse; Germ. herausgehen oder kommen; Engl. to go out). Occurrunt A) *Generatio*; et B) *Speciation*.

**A**) Generatim. ¶ 1. Stricto sensu pro exire usurpatur — a) Cum Ablativo loci, ex quo quis egreditur, addita vel omissa prepos. *ex. Plaut. Rud.* 2. 3. 4. Egredi foras et fano. *Cic.* 13. Att. 16. Pedem e villa adhuc egressi non sumus. *Id.* 1. de republ. 12. Egredi et cubiculo. *Ces.* 2. B. G. 13. ex oppido. *Id.* 6. *ibid.* 31. ex suis finibus. *Id.* *ibid.* 36. ex castris. *Liv.* 2. 45. e curia. *Ces.* 5. B. G. 37. unde. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 1. domo. *Id. Merc.* 4. 6. 5. domo foras. *Cic. Quinct.* 6. 24. Roma. *Id.* 1. *Tusc.* 7. 13. portâ. *Sueton. Aug.* 91. tabernaculo. *Id. ibid.* 53. urbe oppidove. *Id. Cal.* 36. tricinio. *Curt.* 8. 5. convivio. — Cum præpos. ab occurrit quoties pronomina personalia pro domo usurpatur. *Ter. Andr.* 1. 3. 21. Egreditur ab ea. h. e. domo ejus. *Id. Heaut.* 3. 2. 50. a nobis foras. Sic *Plaut. Truc.* 4. 3. 78. ab sese. — Legitur tamen apud *Sueton. Tib.* 40. et *Claud.* 23. Egredi ab urbe. — b) Cum alius additis. *Plaut. Amph.* 5. 1. 27. et alibi; et *Ter. Adelph.* 5. 7. 25. Egredi foras. *Ces.* 6. B. G. 33. extra munitiones. *Cic. Quinct.* 10. 35. extra fines, terminos, cancellos. *Liv.* 3. 68. extra portam. *Id.* 1. 16. obviam. *Id.* 5. 46. per medias hostium stationes. Cf. *Lucret.* 2. 437. per Veneris res. Rursus *Liv.* 33. 47. Præparatis iam omnibus ante ad fogam, obversatus eo die in foro avertendæ suspicionis causa, primis tenebris vestitu forensi ad portam cum duabus comitibus ignavis consili est egressus. — c) Absolute. *Plaut. Cas.* 3. 2. 6. Sed ecceum egreditur senati columen, præsidium populi, meus vicinus. Adde *eumd.* *Circ.* 1. 3. 1., *Mil. glor.* 2. 6. 59. et *Pœn.* 3. 3. 36. ¶ 2. Latiori sensu, præcipue cum addito Accusativo et præpos. in, est a loco inferiori ad superiore evadere, ascendere. *Liv.* 26. 44. Scipio egressus in tumulum. *Id.* 40. 22. in altitudinem. *Tac.* 3. *Hist.* 29. in vallum. *Id. ibid.* 71. in tectum. *Id.* 4. *ibid.* 29. in menia. Sic *Plin.* 2. *Hist. nat.* 42. 42. (111). Liquor egreditur in sublimis. *Sall. Jug.* 93. Paulatium prope ad summum montis egressus est. *Ovid. Met.* 135. Altius egressus cælestia tecta crenabis. *Sall. Jug.* 60. Magna vi muri aggrederit, et jam scalis egressi milites prope summa ceperant. ¶ 3. Apud seriores Augustei etiæ scriptores, et sequentibus etiam temporibus, egredi usurpetum est cum Accusativo præcipue ab Historicis, et significat superare, transcendere, evadere. Hac autem significatione occurrit — a) Proprie. *Ces.* 1. B. G. 44. Numquam ante hoc tempus exercitum populi Romani Gallia provincia fines egressum. Adde *Curt.* 9. 6. 20. Rursus *Ces.* 3. B. C. 52. Germani munitiones nostras egressi, compluribus interfecit, sese ad suos incolumes reciperunt. *Sall. Jug.* 110. Ego flumen Mulucham, quod inter me et Micipsam fuit, non egrediar. *Liv.* 1. 29. sub fin., 3. 57. sub fin. et 22. 55. sub fin. Egredi urbem. *Plin.* 6. *Epi.* 20. 8. tecta. *Quintil.* 4. 1. 61. portum. *Tac.* 1. *Ann.* 30. et *Lucan.* 5. 511. tentoria. Cf. *Tac.* 3. *Hist.* 30. Tecta altitudinem incium egressa milite complet. — b) Translate. *Tac.* 2. *Ann.* 38. Nec sane ideo a majoribus concessum est egredi aliquando relationem, ut privata negotia et res familiares nostras hic augeamus. *Id.* 3. *ibid.* 24. Clementianum majorum suasque ipse leges egrediebatur. *Id. ibid.* 36. Volusio vetus familia, neque tamen prætoram egressa. *Id.* 16. *ibid.* 10. Mullibri ejulata, aliquando serum egressa, voce infensa clamitabat. *Id.* 4. *Hist.* 44. Octavianum Sagittam et Antistithum Sosianum — egressos exsilium in easdem insulas redegit. *Quintil.* 6. *proœm.* 6. Filius quintum annum egressus. *Id.* 8. 6. 16. Copia modum egressa ritiosa est. *Vellej.* 2. 40. 2. Pompejus per omnia fortunam hominis egressus. *Plin.* 7. *Ep.* 33. in fin. Historia non debet egredi veritatem. *Val. Flacc.* 2. 277. medios egressa metus. Similiter egredi mandatum, V. MANDATUM.

B) Speciatim egredi ¶ 1. Est verbum militare et significat ad prælium aut ad iter exire. — a) Cum addito Ablativo loci, e quo agmen exit. *Sall. Jug.* 91. Postquam tempus visum, castris egreditur noctemque totam itinere facto consedit. Adde *Ces.* 2. B. G. 41. *Id. Ces.* 7. *ibid.* 36. Silento noctis Cæsar, ex castris egressus, prius quam subladium ex oppido venire posset, dejecto præsilio, potitus loco, etc. Adde *eumd.* *ibid.* 58. — b) Absolute. *Sall. Jug.* 106. Prima vigilia silentio egredi jubet. Adde *eumd.* *ibid.* 91.; *Ces.* 3. B. C. 77. et 5. B. G. 35.; *Liv.* 22. 12., 26. 14. et 40. 22.; *Tac.* 1. *Ann.* 68.;

EGREGIUS  
videmus aut audimus egregie turpe aut honestum, magnum, incredibile, etc. *Gell.* 20. 1. L. Veratius egregie homo improbus.

**EGREGIUS;** a, um, adjec. *Gell.* 14. 5. Item refert duorum grammaticorum, quorum alter in Vocativo egregi contendebat dici debere, alter egregie. Sed ab hoc standum. — Quod ad gradus attinet, *Forcellinus* pro *Compar.* assert illud *Lucret.* 4. 468. Nam nihil egregius est, quam etc. At recentiores alter omnino legunt. Sup. *Egregiissimum* habet *Patcurius* apud *Priscian.* 3. p. 600. *Putsch.* Mulier egregiissima forma. *Gell.* 14. 5. O, inquit, egregie grammaticæ, vel, si id mavis, egregiissime. — Quod ad etymon attinet, egregius est ab *ex* et *grex*, *gregis*; hinc ulla etiam *egregius* scriptum fult, teste *Paul. Diac.* 80. 17. *Müll.* *Egregiæ*, *egregia*, id est a grege lectæ. Sic *Donatus* ad *Ter. Hecyr.* 1. 1. 9. boves sacrificii causa e grege lectos *egregios*, oves *lectas*, porcos *extimos* dictos esse docet. Rursus *Paul. Diac.* p. 23. 7. *Müll.* Abgregare est ab grege ducere: adgregare ad gregem ducere: segregare ex pluribus gregibus partes seducere, unde et *egregius* dicitur a grege lectus. Quorum verborum frequens usus non mirum si ex pecoribus pendet, quum apud antiquos opes et patrimonia ex his præcipue constituerot, ut adhuc etiam pecunias et peculia dicimus. — Itaque *egregius*, quasi e grege lectus, est excellens, præstans, singularis, idem atque *extimus*, ut docet *Döterlein. Latein. Synon.* vol. 6. p. 111. (It. scelto, *egregio*, *eccellente*, *singularis*, *distin-* *guo*, *notable*, *eminente*, *excellente*; Germ. *trefflich*, *vorsätzlich*, *hervorragend*, *herrlich*; Angl. *excellent*, *remarkable*, *eminent*, *surpassing*, *egre-* *gious*, *notable*, *noble*). Occurrit ¶ 1. Generatum. — 1.) De rebus et de abstractis. *Ter. Phorm.* 1. 2. 50. Virgo egregia facie. *Id. Andr.* 1. 1. 45. Egregia forma. Cf. *Ovid. Met.* 49. Athis *egregius* forma. *Lucret.* 5. 740. Egregii colores et odores. *Cic.* 2. *Fin.* 20. 64. color. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 67.; et *Ovid.* 5. *Trist.* 13. 14. corpus. h. e. singulari pulchritudine prædictum. *Ovid. Heroid.* 4. 78. os. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 24. Egregias domos mercari. *Auct. B. Alex.* 9. Loca egregia ad tenendas ancoras. Cf. *Tac.* 3. *Ann.* 40. Egregium tempus resundendæ libertati. *Cic.* 1. *Orat.* 20. 131. Egregia quadam et præclaræ iudeolas ad dicendum. *Id. Nat. D.* 36. 100. Opus magnum et egregium. *Id. Sext.* 53. 113. Animus constans et egregius. *Id. 1. Phil.* 1. 2.; et *Ces.* 5. B. G. 4. Egregia voluntas alicuius in aliquem. *Ces.* 1. *ibid.* 19. fides. *Id. ibid.* 28. virtus. *Liv.* 2. 47. Victoria. *Tac.* 4. *Hist.* 34. facinus. — Absolute *egregia* pro virtutibus. *Tac.* 14. *Ann.* 50. Postquam cuncta scelerum suorum pro *egregiis* accipi videt. — 2.) De hominibus; et quidem — a) Absolute. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 11. Minima copia poetarum *egregiorum* existit. *Id. Brut.* 25. 95. Egregius civis. *Id. Amic.* 19. 69. vir. *Horat.* 1. *Od.* 6. 11. Caesar. *Id. 3. ibid.* 25. 4.; et *Liv.* 2. 49. senatus. *Id.* 27. 34. par consulum. — b) Cum addita re, in qua quis *egregius* est, per ablativum et prepos. in. *Cic. Brut.* 21. 81. Vir egregius in laude bellica. *Id. 1. Orat.* 49. 215. in procula ratione civitatis. *Sall. Jug.* 82. in artibus. — c) Cum addita re per *Ablativum* sine prepos. *Nepos Agestil.* 3. *Egregius* industria. *Liv.* 5. 47. bello. Adde *eumd.* 7. 6.; *Ovid. 5. Met.* 49.; et *Tac. Agric.* 14. — d) Cum addita re per *Genit.* *Virg.* 11. *En.* 417. *Egregius* animi. *Sil. It.* 5. 77. lingua. *Stat.* 3. *Theb.* 99. fati mentisque. — e) Cum *Genitivo* partitivo, uti ajunt. *Stat.* 2. *Theb.* 152. Egregii juvenum, quos non sine nuncinde regnis invenit nos dextra meis. ¶ 2. Speciatim temporibus imperatorum R. *egregii* dieti sunt, qui ad certum dignitatis gradum (qui *egregiatus* dicebatur) post militiam sacri palati, vel administrationem provinciarum, evehebantur, inferiores iis, qui clarissimi, et qui perfectissimi vorati sunt. *Inap. Constantin.* *Cod. Theod.* 6. 22. 1. Hinc

*Lactant.* 5. 14. ad fin. Nemo Deo egregius, nisi qui bonus; nemo clarissimus, nisi qui opera misericordiae largiter fecerit; nemo perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit. — *Egregii autem viri* titulo decorabant primores et decempreni civitatum, *Lactant. Mort.* persecut. 21. et *Inscript.* apud *Gruter.* 89. 4.; curatores rerum publicarum, *Inscript.* apud *eund.* 178. 3. (in qua pro *V. F. Curatore Hesi Rejecit*, legendum *V. E. Curat. Reip. fecit. perfecit*); praefecti legionum, *Inscript.* apud *eund.* 347. 1., immo et 345. 3. et 346. 2., in quorum utraque male legitur *VET.* pro *v. e.*; procuratores aquarum, *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 700. n. 218.; procuratores sacrae monetæ Urbis, *Inscript.* apud *Murat.* 260. 3. (ubi pro *Vul. Pelagione Proc. S.M.V.*, legendam *Vul. Pelagio V. E. Proc. S.M.V.*); procuratores summarum, *Inscript.* apud *Murat.* 172. 2.; rationales imperatorum, *Inscript.* apud *Gruter.* 278. 6.; praetores quindecim populorum Etruriae, *Inscript.* apud *Murat.* 1039. 1.; procuratores provincialium, *Inscript.* apud *Gruter.* 402. 4. Plura hac de re docte commentatus est *Jo. Labusius* in *Dissert. intorno l'ant. Marm. di C. Giulio Ingenuo* p. 34. 38.

## EGRESSIO, ònis, f. 3. actus egrediendi.

I.) Proprie. *Apul.* 8. *Met.* Castellum, unde nos incole nocturna prohibebant egressione.

II.) Translate apud Rhetores est digressio in dicendo. *Quintil.* 3. 9. 4. Egressio vero, vel, quod usitatus esse cepit, excessus, sive est extra causam etc. *Id.* 4. 3. 12. Hanc partem πάρεξθαντος Graeci vocant, Latini egressum, vel egressionem. *Id.* 11. 3. 164. Egressiones fere lenes et dulces et remissas sunt.

EGRESSIO, a, um. *V. EGREDIOR.*

EGRESSUS, us, m. 4. egressio vel egrediendi actus.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — a) In singulari numero. *Cic. Pts.* 13. 31. Frequens sua vestrum egressum (in provinciam) ornando. *Tac.* 15. *Ann.* 53. Casar rarus egressu, domoque aut hortis clausus. *Ovid.* 11. *Met.* 748. Arcere aliquem egressu. — b) Sæpius in plurali numero. *Sall. Jug.* 35. Itinera egressus eius, postremo loca atque tempora cuncta explorat; deinde, ubi res postulabat, insidias tendit. *Ovid.* 1. *Fast.* 138. Janitor egressus introitusque videt. Adde *Tac.* 3. *Ann.* 33., 11. *ibid.* 12., 15. *ibid.* 36. et *Dial. de orat.* 6. ¶ 2. Speciati est egressus et navi. *Cœs.* 5. *B. G.* 8. Ut eam partem insula caperet, qua optimum esse egressum cognoverat. Adde *eund.* 3. *B. C.* 23. *Auct. B. Afr.* 3. extra Fortuio oblatam occasionem egressus aequalatur. ¶ 3. Item speciatim egressus avium a nido. *Ovid.* 11. *Met.* 746. Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis. — ventos custodit et arcet Æolus egressu. Potest tamen hoc et de ventis ipsis intelligi. Apertius *Colum.* 8. *R. R.* 8. 1. Sed id genus (*columbi*) minore tutela nascitur longinquis regionibus, ubi liber egressus avibus permittitur.

II.) Improprie. ¶ 1. Egressus dicitur locus, unde egredi licet. *Ovid.* 2. *Tvist.* 189. Solus ad egressus missus septemplicis Istri. *Tac.* 16. *Ann.* 10. Obsidere egressus. *Petron.* *Satyr.* 91. Per tenebrosum et sordidum egressum. ¶ 2. Apud Rhetores est digressio in dicendo. *Quintil.* 4. 3. 12.; et *Tac.* 4. *Ann.* 32. *V. EGRESSIO II.*

EGRETUS et Adgretus ex Graeco sunt ducta, a surgoendo (σύγερπειν) et proficiendo. Unde et Nyctegressia, quasi noctisurgium. *Paul. Diac.* p. 78. 4. *Müll.*

EGREX, grægis, adjec. omn. gen. ex grege sumptus, vel electus. *Gloss.* *Isid.* Erex, exinius, eminus.

EGÜLA, æ, f. 1. sulfuris genus, lanis suffitu molitionem candoremque inducens. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 50. (175). Fortasse ita appellatur ab αὐρηλη splendor: contra Döderlein. conjungit cum αὐρηλη nebulosa quædam obscuritas.

EGURGITO, as, are, a. 1. (ex et gurses). Legitur et ergurgito. — Egurgito est evomo, effundo. *Plaut.* *Epid.* 4. 2. 12. Egurgitare domo argentum.

## EH

EHE vel hehe, vel hehæ, interjectio mentis consternatae. Ennius apud *Varro.* 7. L. L. 93. *Müll.*

Hehe! ipse clipeus cecidit. Scaliq. monet in antiquis libris scriptum esse hehæ, ut sit αἴσοι, quod idem sonat. *Müll.* legit hehæ.

EHEM, interjectio subito aliquid reprehendantis, quod grauium sit. *Plaut.* *Asin.* 2. 4. 43. ls. Ehem, optume: quam dudum tu advenisti? Non berche te provideram. Adde *eund.* *Mil. glor.* 4. 9. 5., *Host.* 3. 2. 38. et *Rud.* 3. 5. 25. *Ter. Eun.* 1. 2. 6. Quis hic loquitur? hem tu ne eras hic, mi Phædria? *Id. Adelph.* 2. 4. 2. Ehem, opportune: te ipsum querito. *Id. ibid.* 3. 4. 9. Ehem Demea, haud asperterat. Adde *eund.* *Eun.* 1. 2. 1. et *Andr.* 2. 5. 6.

EHÉU, interject. Scribitur et hehe. — Apud epicci et lyrice carminis scriptores prima syllaba longa est, eheu; unde factum est ut saep in heu heu mutaretur. *Virg.* 1. *Ecl.* 58. Eheu quid volui miseris mibi! Atii leg. heu, heu. Similiter apud *Horat.* 2. *Od.* 14. 1. Eheu fugaces, Postume Postume, Lubuntur anni. — Ceterum eheu (quæ vox, ratione babita etyma, conjungi potest cum Græc. φεῦ) est interjectio dolentis aut ingratis aliquid mirantis. *Plaut.* *Capt.* 1. 2. 49. nec. Nunc habe bonum animum. *Pa.* Eheu! nesci. Huic illud dolet, quod etc. Adde *eund.* *ibid.* 5. 3. 18. et *Mil. glor.* 4. 8. 32. *Ter. Heaut.* 5. 4. 20. Eheu quam ego nunc totus displease mihi. Adde *eund.* *Hecyr.* 1. 1. 17. et *Phorm.* 1. 4. 10. *Sall. Jug.* 14. Eheu me miserum!

EHO, interjectio vocantis, excitantis, admonentis. — a) Vocantis. *Plaut.* *Bacch.* 4. 7. 5. Eho tu! loquitur es es guato meo male per sermonem, quia mibi id surum reddidit? Adde *eund.* *Epid.* 3. 4. 69. *Ter. Andr.* 3. 2. 20. Eho, an tute intellexi hoc adsimularier? Adde *eund.* *ibid.* 5. 4. 5., *Eun.* 4. 4. 24. et *Phorm.* 2. 3. 35. — b) Excitantis vel jubentis. *Plaut.* *Men.* 2. 3. 78. Hunc volo etiam colloqui. Eho, Messenio, accede huc. *Id. Pseud.* 1. 3. 114. Eho, Pseudole, i. gladium affer. *Ter. Andr.* 4. 1. 44. Eho, dic mihi. *Id. Hecyr.* 4. 4. 97. Eho, puer, curre ad Bacchidem. Adde *eund.* *Adelph.* 5. 9. 13. — c) Admonentis vel objurgantis. *Plaut.* *Merc.* 1. 2. 77. Eho tu, eho tu, quin cayisti, ne eam videret, verbero? *Id. Bacch.* 3. 3. 40. Eho, senex minimi pretii, ne attinges puerum istac causa, quando fecit strenue. Adde *eund.* *Mil. glor.* 3. 2. 12. *Ter. Phorm.* 4. 4. 3. Eho verbero, aliud mihi respondes, ac rogo? Adde *eund.* *Andr.* 4. 2. 27. — d) Ehodum majorem vim habet. *Ter. Andr.* 3. 5. 10. Ehodum, hōne vir, quid ais? *Id. ibid.* 1. 2. 13. Ehodum ad me. Adde *eund.* *ibid.* 2. 1. 24. et *Eun.* 2. 3. 69.

EHODUM. *V.* voc. præced. in fin.

## EJ

EI pro li. *V.* in IS, ea, id.

EJA vel heja, adverb. disyllab. εἰα. Ultima syllaba brevis est. *Val. Flacc.* 8. 110. eja, per ipsum Scande, age, et adverso gressus, ait, imprimis dorso. *Sidonium* habebit auctorem, si quis producat, carm. 14. 6. Eja, Calliope, nitente palma. At præterquam quod *Sidonit* auctoritas parvi est faœfenda, in hoc carmine phaleucio non infrequent pro spondeo adhibetur choreus. Eja igitur choreus, sive trocheus semper esto. Ceterum — a) Eja est adverbium vel interjectio late admirantis. *Plaut.* *Men.* 2. 3. 30. Eja, delicias facis, Menœchne. h. e. te delicate jocari video. *Id. Rud.* 2. 4. 7. Veneris effigia bæc quidem est. Ut in ocellis bilatitudine est! Eja, corpus cujusmodi! *Ter. Heaut.* 5. 5. 19. Eja, ut elegans est! Adde *eund.* *ibid.* 3. 2. 10. — b) Eja vero est exclamantis, et respelend Gr. ἀ τοπον. *Plaut.* *Epid.* 2. 2. 70. AP. Quid istuc dubitas dicere? ep. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere, qui plus sapitis. AP. Eja vero, age dic. Adde *eund.* *Mil. glor.* 4. 4. 5. *Id. Rud.* 2. 3. 9. Tuus herus ubi, amabo, est? TR. Eja vero, quasi non sit intus. *Forcellinus* hoc loco ironie inservire ait. *Cic.* 3. *de republ.* 5. Et Pilus, Heja vero, inquit. — Huc referri potest et illud *Plaut.* *Amph.* 3. 2. 17. ALC. Ita ingenium meum est: inimicos semper osa sum obtuerier. JVP. Eja autem inimicos? ALC. Sic est: vera predico. *Forcellinus* h. loco eja repetentis esse ait. — c) Item est adhortantis, excitantis, corrigentis. *Plaut.* *Host.* 3. 1. 71. Eja, mastigis, ad me redi. *Id. Bacch.* 4. 3.

16. Eja, bonum habe animum. eja h. l. est consolantis, ut *Forcellinus* docet. *Ter. Eun.* 5. 9. 35. Eja, haud sic decet. *Virg.* 9. *En.* 38. Hostis adest, eja. *Horat.* 1. *Sat.* 1. eja, Ne prior officio quisquam respondet, urge. *Plin.* 4. *Ep.* 29. init. Eja tu, quoquo modo veni. — Cum addito age maiorem vim habet. *Virg.* 4. *En.* 569. Eja age, rumpe moras. Adde *Stat.* 2. *Achill.* 198. *Id. Stat.* 1. *Silv.* 2. 266. Eja age, præclaros Latino pro parte nepotes.

EJACÉLO, as, ævi, ãtum, are, a. 1. et usitatus

EJACULÓR. ãtis, ãtus sum, ari, dep. 1. (ex et jaculo). Part. Ejaculator sob a. — Ejaculator est enim seu longo jaculor. — a) Deponentia forma. *Ovid.* 4. *Met.* 122. Non aliter quam cum vitia fistula plumbi Seianditur et tenues stridente formare longe. Ejaculator aquas. *Id.* 6. *ibid.* 259. sanguis se ejaculator in altum Emicat. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (73). In ejus forum solstitio Athos ejaculator umbram. — b) Activa forma. *Gell.* 16. 10. ad fin. Se in salum ejaculaverat. — Hinc passive Scribon. *Compos.* 84. Et si super foratus (uter) casu fuerit, incitatione ejaculabitur quod in eo erit.

EJECTAMENTUM, i, n. 2. excrementum. *Tac.* *Germ.* 45. de succino. Diu quin etiam inter cetera ejecientia maris jacebat.

EJECTATUS, a, am. *V. EJECTO.*

EJECTICUS vel ejecitus, a, um, adject. qui ad ejectionem pertinet. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 84. (210). Vulva ejecto parti melior, quam edito: ejeciticia vocatur illa, haec porcaria.

EJECTIO, ãnis, f. 3. ejicendi actio, expulsio. *Cic.* 2. *Att.* 18. Mortem et ejectionem timemus. — Ejecio articuli apud *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. est quod luxur. *V. EJICIO.*

EJECTO, ãnis, f. 3. ejicendi actio, expulsio. — Part. Ejecitus. — Ejecto est expello, vehementer ejicio. *Ovid.* 2. *Met.* 231. ejectata favilla. *Id.* 5. *ibid.* 333. arenas ejecit. *Id.* 14. *ibid.* 211. cruentas dapes ejecit ore. *Lucan.* 3. 658. saniem per ora. *Sil. It.* 10. 320. Aufidis undis Ejecit, reditque furens sua corpora ripis. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 39. Quidquid ab auriferis ejecit Iberia fossis.

EJECTURA, æ, f. 1. idem atque ejecio, vel id, quod ejicitur. *Boeth.* 2. *Geom.* p. 1215. Tot pedibus hujus trigoni continetur precisura, vel ejecitura minor.

EJECTUS, a, um. *V. EJICIO.*

EJECTUS, us, m. 4. idem quod ejecio. *Lucret.* 4. 957. Anima altior atque largior ejecitus.

EJERATIO, onis, et

EJERO, as, etc. *V. EJURATIO, EJURO.*

EJICIO, jicis, jœci, jectum, jicere, a. 3. (ex et jacio). *Lucret.* 3. 891. et 4. 1266. ex ejicit alterum j exiterit, et eicit disyllabum facit. Porro recentiores sere omnes pro ejicito scribunt ejicio etc.: *V. ABJICIO* init. — Part. Ejecitus in omnibus paragr. et in fin.; Ejicendum II. 1. — *Seneca Ep.* 54. extr. Ejicere est inde expelli, unde invitus recedas. Itaque ejicere est extra jacerre, expellere, exturbare, per vim amovere (It. cacciare fuori; Fr. jeter hors, mettre dehors, chasser, éloigner de force; Hisp. echar fuera, hacer salir de alguna parte, à apartar con violencia; Germ. aus-oder herauswerfen, gewaltsam entfernen, verjagen, hewor- oder fort treiben; Angl. to cast or throw out, eject, expel, throw off).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) Cum addito, unde quis ejicitur. *Plaut.* *Asin.* 1. 2. 1. Foras ædibus ejicere aliquem. *Id. ibid.* 1. 3. 9. domo. *Id. Mil. glor.* 3. 2. 3f. Ejici sagina cellaria. *Varro* 1. R. H. 31. 3. Ejencidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest ejicere item. *Sall. Jug.* 14. Verum ego eis finibus ejecitus sum, quos majoribus meis populus Romanus dedit. *Lucret.* 5. 932.; et *Cœs.* 4. B. G. 7. Ejecitus domo. *Nepos Themist.* 8. Ejecitus e civitate. *Cœs.* 2. B. C. 30. ex oppido. *Cic. Quint.* 26. 83. At hic quidem jam de fundo expulsi, jam a suis dibus penatis præreps ejecitus, etc. *Id.* 3. *Off.* 23. 89. Ejicere aliquem de navi. *Id.* 2. ad Q. fr. 5. de collegio. *Id. Senect.* 12. 42. et senatu. *Liv.* 40. 51. de senatu. Cf. *Lucret.* 3. 47. voces pectora ab ino. — b) Cum addito, quo quis ejicitur. *Plaut.* *Truc.* 3. 1. 14. Ejicere omnes amasios foras. *Lucret.* 4. 920. Anima perturbata ejectaque foras. *Cic.* 2. *Orat.* 58. 234. Extrudere et ejicere aliquem in viam. *Id.* 2. *Cat.* 7.

14. aliquem in exsilium. *Curt.* 5. 12. 21. Temere in illas angustias ejecti. *Al. leg.* conjecti. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (37). Succinum, oceano exstuantem, ad promontoria Pyrenæi ejici. *Lucrel.* 3. 576. et ejectis extra vitalibus auris. — c) Absolute; et quidem — Interdum est e civitate ejicere, in exsilium pellere. *Cic. Rosc. Am.* 2. 6. Hoc incolumi, non arbitratur etc.; damnato et ejecto, sperat etc. Sic *Id.* 3. *Verr.* 39. 98. Nisi condemnato et ejecto eo, qui posset reprehendere. *Id. Mil.* 37. 101. Memoriam Milonis retinebimus, ipsum ejiciens? *Id. 14. Fam.* 3. Ejicere nos magnum fuit: excludere facile est. *Vellej.* 2. 86. 2. Paucissimi ejecti. h. e. civitate expulsi. Huc referri potest et illud *Hieronymi Ep.* 64. n. 7. Vidua est, cuius maritus est mortuus; ejicta, quæ a marito vivente projectus; meretriz, quæ multorum libidine patet. — Item universim extra jacere. *Cic. Sull.* 31. 89. Vita erupta est superiore iudicio: nunc, ne corpus ejiciatur, laboramus. *V. Halm.* ad h. l. *Id. 2. Orat.* 66. 266. Distortus, ejcta lingua, buccis fluctibus. *Sueton. Aug.* 30. Calculi per urinam ejecti. *Cic. Cæl.* 24. 60. Nonne ipsam domum metues, ne quam vocem ejiciat? *Plethora al. leg.* elicit. — Item vomere. *Cic. 14. Fam.* 7. Χελήν ἀχρότον noctu ejeci. *Cels.* 1. 3. Qui quotidie ejicente vorandi facultatem moluntur. *Quintil.* 11. 3. 27. Ejecto modo vomitu declamare. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 5. 10. (15). Ejicere sanguinem. — Item abortu fetum expellere. *Ulp. Dig.* 9. 2. 27. a med. Si mulier pugno vel equa ictu a te percussa ejicerit — Item luxare. *Hygin. fab.* 57. Decidisse dicitur in campos Aleios, unde etiam coras ejicisse. *Veget.* 3. *Veterin.* 41. 1. *Schneid.* Si jumentum cervicem ejicerit aut laxaverit, aut certe vertibula ejicerit vel extorserit, hac ratione curabitur. *Scriptor. Compos.* 206. Ejectum articulamentum. Quo pertinet illud *Virg.* 10. *Aen.* 894. Tollit se arrectu quadrupes — effusumque equitem super ipse secutus Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo. — d) Ejicere se est impetu exire, crumpere. *Cic.* 7. *Verr.* 35. 91. Jam sese in terram e navi ejecerat. *Id. 1. Cat.* 14. 30. Si se ejecerit secundumque suos eduxerit. *Ces.* 7. *B. G.* 28. Ejicere se ex oppido. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 15., 5. *ibid.* 15. et 21., 7. *ibid.* 47. et 3. *B. C.* 16. *Liv.* 40. 46. extr. Secundani se porta ejecere. *Id. 1. 40.* Ambo se foras ejicunt. *Id.* 6. 3. Quum pro se quisque tenderent ad portas, si quo forte se in agros ejicere possent. — 2. Speciatim in re nautica. — 1.) Ejicere navem est appellare et qui sunt in ipsa eari, eos in terram emittere. *Ces.* 3. *B. C.* 25. Ut ad Óricum, sive ad littora Apollonianum cursum dirigerent, quod eo naves ejicere posseut. *Id. ibid.* 28. Gubernatorem in terram navem ejicere cogunt. *Liv.* 44. 28. Pars eorum, qui propiores continent littori erant, in Erythræam enarunt; pars, velis datis, ad Chium naves ejecere, relictisque equis, effusa fuga urbem petebant. *Forcellinus allatum* *Ces.* 3. *B. C.* 28. et hunc *Livii* locum ad significacionem proxime sequentem retulit: at *V. integr. loc.* — 2.) Ejicere in aliquo loco vel in aliquem locum est naufragium facere; et dicitur — a) De navi. *Plaut. Rud.* 1. 2. 80. Nunc, nunc periculum! st! ejicit alteram (navem), at in vadost; jam facile enabit. Eugepe! Viden; alteram illam ut fluctus ejicit foras! *Ces.* 5. *B. G.* 10. Qui puncient, superiori nocte marinæ coorta tempestate, prope omnes naves afflictas atque in littore ejectas esse. *Liv.* 23. 34. extr. Classis, sed tempore verata, ad Baleares insulas ejicitur. Adde *eumd.* 29. 18.; et *Tac. 2. Ann. 24. Ovid. Heroid.* 7. 174. Ejecta ratis. Apud *Vellej.* 1. 1. 2. pro ejecitus recentiores leg. rejectus: V. Kritis ad eam locum. — b) De ipsis naufragis. *Plaut. Rud.* 2. 3. 78. Timidas, egentes, humidas, ejectas, exanimatas accepit ad se. Adde *eumd. ibid.* 1. 5. 14. Ter. *Andr.* 5. 4. 20. Atticus quidam olim nave fracta ad Andrum ejectus est et ista una parva virgo. Adde *eumd. ibid.* 1. 3. 18. *Cic. Rosc. Am.* 26. 72. Communis est mare fluctibus, littus ejectis. *Virg.* 4. *Aen.* 373. ejectum littore egentem Excepit. *Ovid. 13. Met.* 536. ejectum Polyderi in littore corpus. *Id. Heroid.* 7. 89. Ejectus fluctibus. *Seneca Ep.* 9. a med. Ejectus in desertum littus. — c) Hinc figurata ejectus homo est pauper et mendicus, quales naufragi esse solent. *Cic. Quinct.* 19. 82. Credo aliquem ejectum hominem, egentem, litigiosum, improbum. — Similiter ejectus die, ut orbatus, apud

*Stat. 4. Theb.* 617. de exco dicitur, qui est exclusus a lumine.

1.) Translat. ¶ 1. Generatim, metaphorâ sumptuosa superiori paragr. 1. *Plaut. Cas.* prol. 23. Ejicere curam ex animo. *Ter. Eun.* 2. 1. 16. mollissem animi. *Lucilius* apud *Non.* p. 300. 21. Merc. amorem ab se. *Cic. Rosc. Am.* 19. 53. amorem ex animo. *Id. 2. Divinat.* 72. 149. Quam ob rem, ut religio propaganda etiam est, quæ est juncta cum cognitione naturæ; sic superstitionis stirpes omnes ejicienda. *Liv.* 30. 13. Tunc se insanisse, tum hospitia privata et publica scedera omnia ex animo ejicisse, quum Carthaginensem matronam domum accepterit. Rursus *Cic. Cæl.* 31. 75. Voluptates, quæ inclusæ diutius et prima ætate compressæ et constrictæ fuerunt, subito se nonnauquam profundunt atque ejiciunt universæ. — Qua ex vita emersit, totumque se ejicit atque extulit. ¶ 2. Speciatim est abejicere, rejicere, improbare; ut Græcum ἐκβάλλειν. *Cic. 1. Orat.* 32. 146. Non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non ejicio. *Id. Client.* 31. 86. Te vero illud idem, quod tum explesum et ejicere est, nunc retruisse demiror. *Id. 1. Off.* 41. 148. Cynicorum vero ratio tota est ejicienda; est enim inimica verendum. Adde *eumd.* 5. *Fin.* 8. 23. et 2. *Att.* 24. 2. — Speciatim quum agitur de histriis vel oratoribus, ejicere, quemadmodum etiam explodere, est clamoribus, sibilis et similibus improbare. *Cic.* 4. *Herenn.* 47. 60. Quo melius ornatus et magis fuerit expectatus (citharodus), eo magis derisus et contemptus ejicitur. Adde *eumd.* 3. *Orat.* 50. 196. et *Seal.* 55. 118. — Hinc

Ejectum, i, vel a, *ōrum*, n. 2. absolute, substantivorum more, in adificiis dicuntur partes, quæ a ceteris prominent. *Plin.* 2. *Ep.* 17. 11. Inde balinei cella frigidaria spatiosa et effusa, cujus in contraria partibus duo baptisteria, velut ejecta, sinuantur.

EJULATIO, ōnis, f. 3. planctus cum vociferatione. *Plaut. Capt.* 2. 1. 7. Ejulatione haud opus est. *Cic. 2. Legg.* 23. 59. Lessus, quasi lugubris ejulatio.

EJULATUS, us, m. 4. idem atque ejulatio. *Cic.* 2. *Tusc.* 23. 55. Ingemiscere nonnauquam viro concessum est; idque raro: ejulatus vero ne mulieri quidem. Adde *eumd.* *Harusp. resp.* 18. 39. *Gell.* 1. 26. Querimonias, gemitus ejulatusque facere.

EJULITO, as, ēvi, are, a. 1. frequentat. ab ejulo. *Lucilius* apud *Farron.* 7. *L. L.* 103. *Müll.* et apud *Non.* p. 21. 20. *Merc.* Hic rudent et rostris atque ejulitabit. *Al. aliter leg.*

EJULO, as, are, a. 1. Part. Ejulans sub a. et b. — Ejulare est voce in altum sublate plurare: a sonno, idest, ab ei vel ab eheu, vel potius a Gr. εἴσα. Quidam hejulo dici malunt, ut sonus magis exaudiat, a voce plorantium, hoī, hei. Occurrit — a) Neutrorum more. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 37. Homo ad prætorem deplorabundus venit; infi ibi postulare plorans, ejulans, ut etc. Adde *eumd.* *ibid.* 4. 9. 17. et *Merc.* 4. 1. 16. *Cic. 2. Tusc.* 7. 19. Herculem viderat in Cœta magnitudine dolorum ejulantem. *Gell.* 12. 5. post med. Ejulans atque lamentans. — b) Cum Accusativo. *Apul. 3. Met.* sub init. Fortunas meas ejulabam. et 4. *ibid.* Altius ejulans sese, et assiduis singultibus illa quatiens.

EJUNCESCO, is, ere, n. 3. (ex ej junco) in juncum evado, temuis flo, gracilesco. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (182). Vitis ejuncescit. Ibi legit *Harduvius* ex MSS.; alii evanescit. Sed non est opus hac varietate lectionis, ut appareat ex voce sequenti. Hinc et *Sillig.* lectionem *Harduvius* secutus est.

EJUNCIDUS, a, um, adjec. tenuis instar junci, junceus: vox composita ex præpos. ex et juncidum pro junceus. *Gloss. Philox.* Ejuncidum, ἔξεττοσίν. *Farro* 1. *H. R.* 31. 3. Sarmentum ejuncidum. *Id. 2. ibid.* 10. 8. Mulieres ejuncidæ et contempnæ. *Plin. 17. Hist. nat.* 22. 35. (173). Vitis gracilis atque ejuncida.

EJUNO, formula jurandi per Junonem. *Charis.* 2. p. 178. *Putsch.* V. ECASTOR.

EJURATIÖ, ōnis, f. 3. Apud *Tertull. Spectac.* 4. legitur ejeratio. — Ejuratio — a) Stricto sensu est muneris abdicatio. *Val. Mar.* 2. 7. n. 7. Ignominiosa consulum ejuratione. *Paul. Diac.* p. 77. 17. *Müll.* Ejuratio significat, id, quod desideretur, non posse prestari. Plautus: Ejuravit militiam. — b) Hinc latius sensu Seneca *Vita beat.* 26. a med. Odisse et lacessere virtutem, bouæ spei ejuratio est

h. e. rejectio et abdicatio spei de acquirenda virtute. V. EJURO.

EJURATES, a, um. V. voc. seq.

EJUCRO, as, ēvi, atum, are, a. 1. (ex ēt juro). Ejero pro ejuro, eodem ratione qua pejero, habent *Scipio* apud *Cic. 2. Orat.* 70. 285.; *Cic. 12. Phil.* 7. 17. (V. infra sub 1.); et *Tertull. Spectac.* 24. et *Idol.* 18. — Part. Ejurans 3.; Ejuratus 3. et 4. — Ejurare est jurando recusare, detrectare; et occurrit. ¶ 1. In re forensi sive in jure. Ejurare forum iniquum est jurisdictionem fori alicuius declinare, interposito juramento, se in eo jus suum obtinere non posse: ejurare judicem iniquum, rejicere aliquem judicem, jurando eum sibi iniquum esse. *Cic. 5. Verr.* 60. 137. Negotiatorum putant esse turpe, id forum sibi iniquum ejurare, ubi negotiantur: prætor provinciam suam totam sibi iniquam ejurat. *V. Klitz* ad n. 1. *Id. 12. Phil.* 7. 17. Me iniquum ejerabant, de me querebantur. *Orellius* ita legit; *Forcellinus* et alii ejurabanti. *Scipio* apud *Cic. 2. Orat.* 70. 285. Ejero; iniquus est, et mox. Non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus. ¶ 2.

In re mercatoria ejurare bonam copiam est jurando profiteri, sibi non suppetere facultates, seu copiam dissolvendi es alienum; Itali dicunt dichiarare il fallimento: quemadmodum jurare bonam copiam est jurejurando in iudicio affirmare, esse sibi tantam copiam rei familiaris, qua creditoribus satisficeri omnino possit. *Cic. 9. Fam.* 16. 7. Tu autem, quod mihi bonam copiam ejures, nihil es. *Varro* 7. *L. L.* 105. *Müll.* Liber qui suas operas in servitute pro pecunia quadam debebat, dum solvere, ne xus vocatur, ut ab ære obvolutus. Hor C. Popilio auctore *Vitio* dictatore (*Müll.* legendum concinit): C. Pætilo *Vitio* dictatore. V. ejus adnotat. ad h. l.) sublatum ne fieret, ut omnes, qui bonam copiam jurarent, ne essent peri, sed soluti. *Tabula cœnea Heraclæensis* apud *Mazoch.* p. 423. QVI BONAM COPIAM JVRAVIT, JVRAVERIT; QVI SPONSORES CREDITORIBVS STIB RENVNCAVIT, RENVNCAITERIT, SE SOLDVM SOLVERE NON POSSE; AVT CVM EIS FACTVS EST, ERIT, SE SOLDVM SOLVERE NON POSSERE etc. h. e. qui dolo malo creditoribus juravit, se adhuc solvendo esse, ut bonis interior dilapidandis damnum ipsi faceret; aut si is, qui bonam copiam juravit, postea se solidum solvere non posse, renunciaverit. Ita rectissime interpretatus est G. Th. L. *Marezolius* in *Fragm. Leg. Rom. Heracl.* p. 143.; contra vero ac perperam *Mazochius*, quem vide loc. cit. ¶ 3. In re publica ejurare magistratum, imperium, est jurando abdicare, depone, quasi jurando se imparem oneri esse, ait *Forcellinus*, seu rectius, ut recentiores arbitrantur, jurando se magistrum vel imperio legitime functum. *Plin.* 1. *Ep.* 23. 3. Et quasi ejurato magistratu privatum ipse me facrem. *Tac.* 12. *Ann.* 4. Adactus *Silanu* ejurare magistratum. *Fronto* 2. ad *M. Cæs.* 11. Eodem momento, quo consulatum ejusrevvero, vehiculum consendam et ad vos pervolabo. Rursus *Tac.* 3. *Hist.* 37. Inire et ejurare consulatum. *Id. ibid.* 68. extr. imperium. — Et omissis Accusativo, qui tamen facile subauditatur. *Tac.* 13. *Ann.* 14. Nero — demovet *Pallanteum* cura rerum, quis a Claudio impositus revit arbitrium regni agebat; serbaturque degrediente eo magna prosequendum multitudine, non absurde dixisse, ire *Pallanteum*, ut ejuraret. *Id. 4. Hist.* 39. Et mox ejurante Frontino Cæsar *Domitianus* prætorum cepit. ¶ 4. Hinc generatim est dimittere, deserere. *Plaut.* apud *Paul. Diac.* p. 77. 17. *Müll.* Ejuravit militiam. *Seneca Consol. ad Marc.* 19. Ejurare liberos. h. e. abdicare. *Id. 6. Benef.* 4. Aversari et ejurare patrem. h. e. non agnoscere, nec pro tali habere. *Tac.* 4. *Hist.* 28. Actæ utrobius prædæ: infestus in Ubiis, quod gens Germanicae originis, ejurata patria, Romanorum nomen, *Agripinenses* vocarentur. *Justin.* 12. 4. 1. A *Philippo* illum patre tantum degeneravisse, ut etiam patre nomen ejuraret, moresque Persarum assumeret. *Stat.* 2. *Achill.* 187. Ejurata fides domitorque iniucus. *Auson. Edyll.* 2. 31. Vitati cœtus ejuratus tumultus.

EJUSDEMMODI: voces duæ in unam coalescentes, ut ejusmodi. *Cic. 1. ad Q. fr.* 1. 4. Quod non ei iis, et si quis est alius ejusdemmodi, committi rectissime putem. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 24. 77. Nullum tale esse visum a vero, ut non ejusdemmodi di etiam a falso possit esse. *Id. 4. Verr.* 12. 31.

Ejusdemmodi totum jus prætorium, ejusdemmodi omnis res judicaria fuit in Sicilia per triennium, Verre prætore. Ceterum *V.* IDEM, eadem, et MODUS.

**EJUSMODI**, talis, duo gentivi in unam vocem coalescentes, et adjectivi indeclinabilis naturam induentes. *Cic. pro leg. Manil.* 2. 6. Genius belli est ejusmodi, quod maxime vestros animos excitare debet. *Id. 4. Fam. 11.* Reliqua sunt ejusmodi, quibus ego aequo animo carebam: hoc vero ejusmodi esse statuo, ut etc. *Id. 5. Att. 1. a med.* Fuisse ejusmodi, quem ego vidisse. *Id. Orat. 32. 113.* Quum compresserat digitos pugnumque fecerat, dialecticam ajebat ejusmodi esse. — Præstat etiam vicem adverbii, et ponitur pro adeo. *Cic. Cœl. 7. 16.* Est ejusmodi cupidus, ut etc. *Al. leg. cupidinis.* — Item pro ita, sic. *Id. 3. Verr. 59. 154.* Quam tu viam tenserum atque pompa ejusmodi eveyisti, ut etc. *Id. 4. Tusc. 37. 80.* Ii sunt ejusmodi constituti, quasi mala valetudine animi. *Att. leg.* ii sunt constituti, quasi etc. — Peculiare est illud *Nepot. Dion. 7.* Id ejusmodi erat, ut quum milites reconciliasset, amitteret optimates. — Inseritur aliquando particula ce syllabica. *Gell. 3. 14. in lemmate.* Alia ejusmodi qui dicat. *Apul. 10. Met. Pullorum, piscium et eusemodi pulmentorum.* Ceterum *V. IS.* ea, id, et MODUS.

## EL

**ELABOR**, labēris, lapsus vel labsus sum, labi, dep. 3. (ex et labi). Part. *Elapsus* in omnibus paragr.; *Elapsurus* sub *A. II. c.* — Elabi est effugere, evadere (*It. guizzar fuori, scorrer via, sfuggire, scappare; Fr. tomber hors, se glisser hors, s'échapper, s'esquiver, se dérober; Hisp. caer fuera, escurrirse, escapar, escaparse, huirse; Germ. entgleiten, herausfallen, entschüpfen, entkommen; Angl. to slide or slip away, glide away, fall out, escape.*) Occurrit autem *A)* Neutrorum more; et *B)* Active.

*A) Neutrorum more.*

I.) Proprie. — *a)* Generatim occurrit absolute, aut cum additis. *Plaut. Pseud. 2. 4. 57.* Anguilla est, elabitur. *Virg. 1. G. 214.* flexu sinuoso elabitur anguis Circum perque duas in morem fluminis Arctos. *Ovid. 9. Met. 63.* Elabororque viro, longum formatus in anguem. viro est Dativus. *Liv. 1. 56.* An quis ex columna lignea elapsus. *Add. eund. 26. 19. Lucr. 5. 489.* Et tanto magis illa foras elapsa volabant Corpora multa vaporis et aeris. *Cœs. 2. B. C. 11.* Quidquid incidit, fastigio musculi elabitur. fastigio est sextus casus. *Cic. 1. Disinat. 23. 46.* Quem dormienti ei sol ad pedes vius esset, ter eum scribit frustra appetivisse manibus, quin se convolvens sol elaberetur et abiret. *Id. 2. Nat. D. 51. 128.* Quum animal ex utero elapsum excidit. *Id. 6. de repub. 26.* Acrii corporibus elapsi. *Ovid. 9. Met. 571.* elapsæ manibus cedidere tabella. *Liv. 8. 7.* Manlii cuspis super galeam hostis, Metti trans cervicem equi elapsa est. *Id. 44. 40.* Ilmentum, e manibus curantum elapsum, in ulteriore ripam effugit. *Plin. 2. Ep. 1. 5.* Liber, quem forte acceperebat grandorem, ei seni et stanti ipso pondere elapsus est. *Curt. 8. 14. 32.* Multoque sanguine profuso languidis manibus magis elapsa, quam excussa teta mittebat. *Justin. 33. 2. 3.* Gladius ei e manu elapsus in medium cohoretum hostium decidit. — *b)* Speciatim cum prepos. in et Accusativo ponitur pro ascendere, ut eradere, egredi. *Virg. 2. G. 305.* ignis Robora conprendit, frondesque elapsus in altas. Ingentem cælo sonitum dedit. — *c)* Item speciatim de hominibus dicitur pro fugere. *Cœs. 5. B. G. 37.* Pauci ex prælio elapsi. *Cic. 10. Att. 4. 3.* e socii manibus ac ferro. *Virg. 1. Aen. 245.* mediis elapsus Achivis. *Id. 2. ibid. 318.* telis elapsus Achivum. *Id. ibid. 526.* de cæde Pyrrhi. *Liv. 1. 53.* Inter tela et gladios patris elapsus. *Id. 28. 33.* inter tumultum. Cf. *Vellej. 2. 41.* Mutata veste urbe elapsus est. — *d)* Pro simplici labi, cadere, delabi affectur illud *Virg. 12. Aen. 356.* Semianimi elapsus que supervenit. Ita *Servius.* Alii leg. *lapsaque.*

II.) Translate. — *a)* Generatim. *Ter. Hecyr. 1. 2. 94.* Animus devinctus paulatim elapsus est Bacchidi. *Cic. 2. Orat. 50. 202.* Nihil unquam vidi,

quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum elapsa est illa causa. *Id. Mur. 39. 85.* Sed, quid tandem flet, si haec elapsa de manibus nostris, in eum annum, qui consequitur, redudarint? *Id. 1. Att. 16. 6.* Recipublica statum illum, quem tu meo consilio, ego divino confirmatum putabam, — elapsum scito esse de manibus uno hoc judicio. *Id. Dom. 39. 104.* Ex isto ore religionis verbum excidere, aut elabi potest? *Quintil. 3. 1. 20.* Tullius rhetoricos suos (libros) adolescenti sibi elapsos esse dicit. *h. e. festinans*, quam vellet, editos. *Seneca Ep. 77. ante med.* Quamvis enim mortem sibi conciverit, tamen mollissime exceptit et vitæ elapsus est. — *b)* Speciatim cum addito termino, ad quem quis elaboratur, est delabi, incidere. *Liv. 3. 37.* Avide ruendo ad libertatem in servitutem elapsos juvare noile. *Tac. 4. Hist. 81.* Elapsi in pravum artus. *Gell. 10. 12.* Fallax illecebra admirationum, quia pleraque capiuntur et ad perniciem elabuntur ingenia. — *c)* Item speciatim locum habet quum sermo est de re judiciali et de pena, et est effugere. *Cic. 3. Verr. 39. 102.* Homo stultissime, satis te elapsorum omni suspicione arbitrabare, si etc. *Id. 4. ibid. 58. 142.* Ex tot tantisque criminibus elapsus est. *Id. 3. ad Q. fr. 4. 2.* Quid essem, si, me agente, esset elapsus? *h. e. damnationem effugisset.* Add. *eund. Senect. 12. 42.*; *Sueton. Tib. 33.*; et *Quintil. 2. 11. 2. 2. 15. 8. 3. 6. 83.* et 6. 3. 10. — Et de rebus ipsis *Sueton. Aug. 32.* Ne — quod autem maleficium negotium impunitate vel mora elaberetur, xxx. amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actus rerum accommodabat. — *d)* Item elabi dicuntur, quæ inde, ubi esse debent, excidunt, seu evanescunt. *Cic. 3. Herenn. 22. 35.* Res e memoria elabuntur. *Lucan. 9. 80.* elapsus felix de pectore Magnus. *h. e. obliviscor.* — Et sine additis. *Plaut. Capt. 3. 5. 99.* Speravi miser ex servitute me eximisse filium. Ea spes elapsa est. *Lucret. 3. 970.* Sed quia semper aves, quod abest, præsentia temnis, Imperfecta tibi elapsa est ingrataque vita. *Cic. 1. Tusc. 11. 24.* Dum lego, assentior: quum posui librum, assensio omnis illa elabitur.

*B)* Active, qua ratione etiam effugere, raro ad modum occurrit. *Tac. 1. Ann. 61.* Pugnam, aut vincula elabi. *Id. 4. ibid. 61.* vim ignium. *Id. 3. Hist. 59.* custodias. Sic *Flor. 1. 10. 7.* Una ex obsidibus regi data, elapsa custodiam, Chælia, per patruum stūneum equitabat.

**ELABORATIO**, gnis, f. 3. diligens labor et cura. *Cic. 4. Herenn. 22. 32.* Haec non videntur fieri posse sine elaboratione et opera consumptione.

**ELABORATUS**, a, um. *V. ELABORO.*

**ELABORATUS**, us, m. 4. idem quod elaboratio. In sexto casu singulari. *Apul. Florid. n. 9.* Hippias elaboratu mirandus.

**ELABORO**, as, ãvi, ãtum, are, 1. (ex et labore). Part. *Elaborans* sub *A. a.*; *Elaboratus* sub *B.*; *Elaboratorus* sub *A. c.*; *Elaborandus* sub *B.* — Elaborare usurpatur *A)* Neutrorum more; et *B)* Active.

*A)* Neutrorum more elaborare est eniti, inultum laboris ponere, sedulam operam dare, contendere. *Elaborare* est vires in aliquo opere exercere cum molestia et frustratione: *elaborare* vero habet adjunctam significationem aut fructus, quem in laborando species, aut finis, quem habiliturus labor sit. Occurrit autem — *a)* Cum Ablativo rei et præpos. in. *Cic. 2. leg. Agr. 25. 67.* Quod est tam asperni saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret? *Id. 1. Orat. 3. 9.* Qui nou una aliqua in re separatis elaborarint, sed omnia, quæcumque possent, comprehendent. *Id. ibid. 5. 19.* Quibus in singulis elaborare permagnum est. *Id. Senect. 8. 26.* Elaborare in litteris. *Id. ibid. 11. 38.* In his exercitatiibus ingenii desudans atque elaborans. Add. *eund. 1. Orat. 5. 18.* et 7. 22. *Orat. 16. 53.* et 28. 98., *Senect. 7. 24.*, 1. *Off. 1. 3.* et 1. *Tusc. 1. 1.* *Quintil. 5. 10. 119.* Nisi in ceteris, quæ mox præcipienda sunt, elaboraverint. — Passive impersonaliter. *Cic. 2. Fam. 6. 5.* In hac petitione non modo contentionem, sed etiam dimicacione elaborandum est. *Tac. Dial. de oral. 30.* Transe prima discordium elementa, in quibus et ipsis parum elaboratur. *Al. leg. laboratur.* — *b)* Raro admodum cum Accusativo rei et præpos. in., et quidem passive impersonaliter. *Quintil. 2. 8. 8.* Ei non in unam partem aliquam, sed in omnia elaborandum est. Cf. *eund. 12. 1. 31.* et *V. ibi Spalding.* — *c)* Sequentie part. ut. *Cic.*

## ELACATE

*2. Orat. 72. 295.* Non tam ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid obsim. *Id. ad Capiton. 16. Att. 16. 12.* Enitere, elabora, vel potius eliandire, effice, ut Plancus sit melior. *Id. 1. ad Q. fr. 1. 14. § 42.* Contende, queso, atque elabora, non modo ut his rebus dignus fuisse, sed etiam ut illa omnina tuis artibus superasse videare. *Mamertin. Gratiar. action. ad Julian. 32. ad fin.* Pollicor, omni vita mea tempore summis opibus emixurum, elaboraturum, effecturum, ut etc. — Et passive impersonaliter. *Cic. Orat. 12. 38.* De industria, non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur, ut verba verbis respondeant. — Iluc pertinet et illa dicendi ratio in eo vel iis elaborare, ut etc. *Cic. 1. Fin. 4. 10.* Debeo prosector, quantumcumque possim, in eo quoque elaborare, ut sint opera, studio, labore meo doctiores cives mel. *Quintil. 4. 1. 45.* In iis elaborandum, ut etc. — *d)* Sequentie Infinito. *Quintil. 3. 8. 58.* Breviores commentarios *terre* elaborarunt. *e)* Cum Dativo et Gerund. *Quintil. 12. 11. 22.* Cui docendæ priores elaborarunt. — *f)* Absolute. *Cic. Brut. 72. 253.* Si cogitata præclare eloqui possent, nonnulli studio et usu elaboraverunt. *Al. leg. si ut. Q. Cic. Petit. cons. 6. 24.* Qui etiam si antea non studuerunt huic gratiae, tamen ex tempore elaborare ejus causa, cui debent aut volunt, facile possunt. *Domitius Afer* apud *Quintil. 6. 3. 68.* Age aliquid et reipublice cause elabora.

*B)* Active elaborare est studiose et cum labore aliiquid confidere: qua significatione occurrit — *a)* Sapissime Part. præter. pass. *Cic. Brut. 7. 26.* A Græcis elaborata dicendi vis atque copia. *Id. ibid. 90. 312.* Causas diligenter elaboratas et tamquam eluebratas afferemus. *Id. pro leg. Manil. 1. 1.* Nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferrari oportere. Add. *eund. Cœl. 19. 45.* *Id. Orat. 11. 36.* Ornati et elaborati versus. *Horat. Epod. 14. 12.* Flevit amorem Non elaboratum ad pedem. *h. e. versibus inexerit. Quintil. 4. 1. 54.* Etiam reliqua scripta et elaborata sint. quibus ibid. opponitur extemporalis actio. Add. *eund. 8. 3. 12.*, 9. 4. 1. et 10. 4. 4. *Plin. 36. Hist. nat. 25. 60.* (184). Elaborata ars. *h. e. studiose exulta.* — Hinc elaboratus apud Rhetores est etiam artifici plenus. *Cic. Orat. 2. 5. 84.* Nam illa, de quibus ante dicti, huic acuto fugienda sunt, paria partibus relata, — et immutatione litteræ quasi quæsite venustates; ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat. *Quintil. 12. 10. 40.* Nihil accessit et elaborati. — *b)* Passive. *Cic. 3. Fam. 13.* Haec mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quæ haec elaborantur. *Al. leg. laborantur.* *Id. 9. ibid. 16.* Quidquid elaborari aut effici potuerit ad istorum benevolentiam conciliandam. *Tac. Dial. de oral. 6. in fin.* Nam in ingenio quoque, sicut in agro, quamquam alia diu serantur atque elaborantur, gratioria tamen quæ sua sponte nascentur. *Plin. 6. Ep. 31. ad fin.* Portus brachium sinistrum firmissimo opere munitum est, dextrum elaboratur. *Alter Plin. 7. Hist. nat. 3. 3. (34).* Effigies magnorum artificum ingenii elaborato. *Val. Max. 8. 10. n. 2.* Hortensius pene plus studii in corporis decoro motu elaborando, quam in ipsa eloquentia affectanda impendit. *Justin. 1. 11. 2.* Filius contentus elaborato a parentibus imperio, bellis studia depositus. *h. e. laboribus parentum partio.* — *c)* Activa forma raro admodum occurrit. *Horat. 3. Od. 1. 18.* non Siculæ dapes Dulcem elaborabunt suporem. *Plin. 34. Hist. nat. 3. 6. (11).* Privatum *Ægina* eandelabrorum superficie dumentax elaboravit.

**ELACATA**, æ, vel *Græca positione*

**ELACATE**, es, i. 1. *ηλακάτη*, nomen piscis et genere thynnorum, salsamentis apii: ita dicti, quod colum muliebrem figuram refert, que Græci id nomine habent. *Colum. 8. H. R. 17. 12.* — *A Plin. 32. Hist. nat. 11. 53.* (149), dicuntur hi pisces elacatenes *ηλακατῆς*. Unde elacatena dicitur a *Paul. Diac. p. 76. 15.* *Mull.* genus salsamenti, quod appellatur vulgo melandrya. *Mull.* recte adnotat, τὸ elacatena esse Accrus. sing. num. Ceterum *Sillig* apud *Plin. loc. cit. pro elacatene cum Ian. legit ictinus*, et quidem rectius, non modo quia id postulat ipse alphabeticus ordo, quo piscium nomina etibentur, verum etiam quia optimorum Codicum lectiones, quamvis falsæ, huic proxime accidunt. *V. ICTINUS.*

ELACATEN, *énis, et*

ELACATENES, *um, m. plur. 3. f.* vor. præced.

ELACTESCO, *is, ere, n. 3. est* album fieri ad modum lactis. *Plin. 20. Hist. nat. 21. 84. (230).* Addensari sub dio atque elactescere. *Melior lactio habet lactescere iusta Forceillum; at Silius ex opt. Codice et ex Apul. Her. legit glaciescere; quod præstal etiam ex collatione Theophr. 9. Hist. plant. 18. 1. et Dioscor. 3. 153.*

ELÆMPORIA, *æ, f. 1. ἐλαιοπορία, olei conuenienti cura, mercatura olearia. Vox Graeca ab ἐλαιον oleum et ἀπορίᾳ mercatura. Arcad. Dig. 50. 4. 18. a med. Elæmporia, ut ospratura, apud Alexandrinos patrimonii munus existimat.*

ELÆOGARUM, *i, n. 2. ab ἐλαῖον oleum, et garum (quam vocem *f.*) est garum oleo commixtum. Apic. 7. 3. In fœatio elæogarum. Vulgati libri habent ad senogarum.*

ELÆOMELI, *n. indeclin. ἐλαιομέλι, oleum saporis mellei; ab ἐλαιον oleum et μέλι mel. Plin. 15. Hist. nat. 7. 7. (32). Sponte nascitur in Syria maritimis, quod elæomeli vocant: manat ex arboribus pingue, crassius nole, resina tenuiss, sapore dulci. Id. 23. ibid. 4. 50. (96). Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare dirimus, sapore melleo, non sine nausea, alvum solvit, bilem detrahit, etc. Cf. Isid. 7. Orig. 11.*

ELÆON, *ónis, m. 3. ἐλαιών, locus oleis constitutus: ab ἐλαῖα olea. Tertull. 4. advers. Marcion. 30. extit. Ad noctem vero in elæonem secedebat.*

ELÆOTHESIUM, *ii, m. 2. ἐλαιόθεσιον, membrum balnei, in quo oleum et ceroma reponebantur, et iotl, aut certarii ungebantur, idem atque unctorium: ab ἐλαιον oleum et τίθημι pono. Vitruv. 5. 11. Ad sinistrum ephebel elæothesium. V. UNCTORIUS.*

ELAMBDO, *is, ere, a. 3. (ex et lambo). Part. Elambens I. — Elambos est idem fere ac lambo.*

I.) Proprie. *Mar. Victorin. 4. p. 2606. Putsch. Nonne videamus — alia (animalia) matris ubera, mox ut elambente matris lingua detersa sint, rictu oris attrahere?*

II.) Improprie. *Jornand. Get. 42. Cujus (urbis Aquilejensis) ab oriente muros Natiso amnis, fluens a monte Picis, elambit.*

ELAMENTABILIS, *e, adject. lamentis et queriarum plenus. Cic. 2. Tusc. 24. 57. Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur; sin erit elementam, si imbecillus, si abjectus, etc. Al. leg. lamentabilis. V. tamen Moser ad h. 1.*

ELANGUEO, *ques, vel rectius*

ELANGUESCO, *quescis, gñi, quescere, n. 3. inchoat. ab ex et langueo. — Elangueo quod offertur a *Elangens* usquam occurrit. — Part. Elangue-scens. — Elanguesco est idem quod langueo, vel valde langueo. — a) In praesenti tempore. *Vellej. 2. 111. 4. Viribus hostis elanguescit. Plin. 9. Hist. nat. 30. 48. (91). Elanguescit vis. Sil. It. 4. 140. Elanguescens et jam easura cornus. Gell. 3. 1. Omnis vigor auimi elanguescit et effeminatur. — Ab-solute. Liv. 35. 45. Non est clanguescendum. — b) In preteritis. Liv. 5. 26. Differendo deinde elanguit res. Adde eund. 2. 3. 23.; et Sueton. Galb. 1. Curt. 4. 15. Prælium, quod elanguerat, accedit. Tac. 4. Hist. 42. Elanguiamus, P. C., nec jam ille senatus sumus, qui etc. Gell. 16. 3. Post inediam tridui omnis appetitus elanguerit. Val. Flacc. 4. 572. Hæsit uterque polo, dubiusque clanguit alii. Aurel. Vict. Vir. illustr. 42. de Hannib. Quum Urbe capere posset, in Campaniam devertit, cujus delictis eian-guit.**

ELANGUIDUS, *a, um, adject. valde languidus. Fenant. 1. de Vita S. Martini 296. Paullatimique socii elanguidi ligna resorbet.*

ELAPHOBOSCON, *i, n. 2. ἐλαφοβόσκων, herba (sl. pabulum cervi) ferulacea, geniculata, digitæ crastitudine, semine corymbi, dependentibus foliis olusatris, corninodata in cibis contra serpentium mortuus: ab ἐλαφος cervus, et βόσκω pasco. Plin. 22. Hist. nat. 22. 37. (79). Cl. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 131.) hanc exhibet synonymiam: Elaphoboscon Diocor. 3. 80. et Elaphoboscon Plin. loc. cit. sunt Pastinaca sativa L. Spec. plant. 376.*

ELAPIDATUS, *a, um, particip. ab inusit. elapi-din, lapidibus purgatus. Plin. 18. Hist. nat. 16. 43. (145). Solum elapidatum purgatunque subigitur. Adde eund. 17. ibid. 4. 3. (30). et 10. 14. (69).*

ELAPSUS vel elabsus, *a, um. f. ELABOR.*

ELAQUEATUS, *a, um. f. voc. seq.*

ELAQUEO, *as, àvi, ànum, arc, a. 1. (ex et la-queus). Part. Elaqueatus I., Elaqueandus II. — Elaqueo est laqueus exsolvo, expedio.*

I.) Proprie. *Ammian. 30. 1. Quem elaqueoutum fidem rupturum existimat.*

II.) Figurate. *Sidon. 8. Ep. 9. Se a vinculo in-cursi angoris elaqueat. Prudent. 2. advers. Symmach. 147. Elaqueanda animi constantia, ne retinacis prematur.*

ELARGIOR, *iris, illu sum, iri, dep. 4. (ex et lar-gior) largiter donare. Pers. 3. 70. patriæ caritatis propinquis Quantum clargiri deceat. Adde Cic. 1. Fam. 5., ubi tumen plerique alii leg. largior. Idem dicitur de alio loco Livii initio lib. 3., ubi multo re-ctius et largiendo, quam elargiendo legitur.*

ELASSESCO, *is, ere, n. 3. idem ac lassesco, las-situdine deficio. Plin. 16. Hist. nat. 25. 41. (98). In arboribus tamen nimis germinatio elassescit. Sil-ligio scribendum videtur elanguescit, quum illud απάξ εἰρηνέαν in lectione vulgata sit destitutum omni analogia.*

ELATA, *æ, f. 1. f. ELATE, es.*

ELATÈ, *adverb. Comp. Elatius. — Elate ab elati-us (effero) est alte; sed occurrit translate tantum. Cic. 5. Tusc. 9. 24. Elate et ample loqui. Id. Opt. Gen. orat. 4. 10. Ut Demosthenes certe possit sub-misse dicere, elate Lysias fortasse non possit. Cæs. 3. B. G. 79. De prælio ad Dyrrachium facto, elatius inflatusque multo, quam res erat gesta, fama per-crebuerat. Nepos Pausan. 2. Pari felicitate in ea re usus, elatius se gerere coepit, maioresque oppeteres. h. e., ut Florus 1. 26. loquifur, altius se et in-civillius efferre. Gell. 9. 15. Præfatur arrogans et elatius, quam zatii ejus decebat.*

ELATE, *es, f. 1. ἐλατή, genus arboris. Plin. 12. Hist. nat. 28. 62. (134). Est præterea arbor, quam alii elaten vocant (quod nos abitem), alii palmarum, alii spathe. Laudatur Hammoniacæ maxime, mox Ægyptia, dein Syria, dumtaxat in locis silentibus odorata, pingui lacrima, quæ in unguento additur ad domainum oieum. Adde eund. 23. ibid. 5. 53. (99). Cl. Fée (Op. cit. vol. 1. p. 52.) ad priorem Plinii locum hæc babet: « On croit, qu'il s'agit en-core ici du Phænix dactylifera, du dattier, qui ne produit aucune espèce du gomme, ni de résine. Par elate et par spathe, il faut entendre l'enveloppe du régime (grappe du fruit) que les modernes nomment aussi spathe. Pline applique ici à l'arbre le nomme de l'une de ses parties seulement, et c'est une erreur ». Hanc clarissimi Fée sententiam confirmant que mox afferemus, in quibus Latina positione elata, *æ, f. 1. usurpat pro germine palmerum. Edict. Dioclet. p. 28. Germina palmæ, sive elatae. Vulgat. interpr. Cant. 6. 11. Comæ ejus, sicut elatae palmarum.**

ELATÉRİUM, *ii, n. 2. ἐλατήριον, medicamentum ex succo expresso ex semine cucumeris silvestris, et in pastilos redacto: ab ἐλαῖον seu ἐλαύνω petolo, depello, moreo, quia inter alia vim habet evocandi et educendi. Cels. 5. 12. et 6. 5.; Scribon. Compos. 70. et 224.; et qui fusius de eo agit, Plin. 20. Hist. nat. 1. 2. (3).*

ELATINE, *æ, f. 1. ἐλατίνη, herba, quæ folia belicina habet, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalis, bus ramis quinque sensile, a radice statim foliosiss, acerba gustu. Plin. 27. Hist. nat. 9. 50. (74). Cl. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 447.) hanc exhibet synony-miam: Elatína Dioscor. 4. 40. et Elatína Plin. loc. cit. sunt Antirrhinum spurium L. Spec. plant. 851.*

ELATIO, *ónis, f. 3. actus efferendi.*

I.) Proprie. ¶ 1. Est actus in altum ferendi. Vitruv. 8. 50. Succulæ cardines porrecti in cheloniis, versando faciunt onerum elationes. h. e. onerum e-gressus in altum, ut paullo ante dixerat. ¶ 2. Item actus ferendi aliquid foras. Ulp. Dig. 11. 7. 14. Si quid impensum est in elatione mortui. Inscript. apud Marin. Frat. Arv. n. 402. FIACULVM FACTVM DE FERRI ELATIONEM. et n. 43. IMMOLAVIT DE FERRI ELATIONEM. SOL. ut licet ferrum per lucum et ex luco ferre, quod, nisi picculo facto, et ab nemoren-sibus diis petita venia, fieri nequaquam poterat.

II.) Figurate. ¶ 1. Active ponitur pro magnitu-dine, sublimitate; et occurrit præcipue de oratione. Cic. Brut. 17. 56. Elatio atque altitudo orationis.

Plin. 7. Hist. nat. 20. 19. (81). Auctor est Varro in prodigiosa virium elatione. h. e. ubi prodigiosas vires magnificat et in cælum effert. Cic. 1. Off. 19. 64. Elatio et magnitudo animi. Id. Topic. 18. 71. Parvum comparatio nec elationem habet, nec sub-missionem. ¶ 2. Passive dicitur de affertum ve-tementia, qua alicujus animus effertur. Cic. 3. Fin. 10. 35. Letitia, gestientis animi elatio voluntaria. Sic dicitur efferti dolore, letitia etc. V. EFFERO.

¶ 3. Speciatio pro superbia usurpat Arnob. 2. 63. Si arrogantia, si typhus, si elatio abesset a vobis. ELATITES, *æ, m. 1. ἐλατῖται, lapis ex genere hæmatitarum, ita dictus a colore elates arboris. Plin. 36. Hist. nat. 20. 38. (147). Siliq. vero ex Cod. E. pro elatiten legit hepaticen.*

ELATO, *as, are, a. 1. (ex et latus) idem sere ac di-lato. Cassiod. Complex. Act. Apost. 13. Apostoli accepta fiducia verbum Domini constanter elata-tionem.*

ELATÖRIE, *adverb. per amplificationem, vel per hyperbole. Pseudo-Ascon. ad Cic. Divin. in Q. Cœcil. 1.*

ELATRO, *as, are, a. 1. (ex et latro) idem ac la-tro, vel valde latro. Occurrit translate tantum. Horat. 1. Ep. 18. 18. et vere quod placet ut non A-crier elatrem. Tertull. Pall. 5. circa med. Ego nulla prætoria observo, cancellos non adoro, sub-sellia non contundo, jura non conturbo, causas non elatro.*

ELATUS, *a, um. f. EFFERO.*

ELAUDARE plus quam nominare. Paul. Diac. p. 76. 4. Müll.

ELAUTES, *a, um. f. voc. seq.*

ELAVO, *láras, lávi, lautum rei lárnam. Etare, æ. 1. (ex et lava). Part. Elautus I. et II.: Elatus I — Elavo est lavando afero, probe lava.*

I.) Proprie. Plaut. Rud. 3. 3. 37. Quæ ambae elautæ sumus opera Neptuni. Id. Pen. 1. 2. 22. Nam quæ elauta est, nisi perculta est, meo quidem animo, quasi illauta est. Id. Trin. 2. 4. 5. Elota ce-russa. Colum. 12. R. R. 52. 21. Elotus in balneis. Adde Cels. 6. 6. n. 3.

II.) Translate. Elavisse bonis dicitur qui bona amisit: sumptum a naufragis. Plaut. Asin. 1. 2. 9. In mari reperi, hic elavi bonis. Id. Rud. 5. 2. 20. Hac proxima nocte in mari elavi: nam coarctata na-vis est: perdidit quidquid erat, miser, illi omne: V. ELLOU.

ELÆCÉBRA vel excelebra, *æ, f. 1. quæ elicit, auferit, spoliat, emungit. Plaut. Bacch. 4. 9. 20. Ex-cidium, exitium, excelebra flet hic equus hodie auro senis. Id. Men. 2. 3. 26. Sunt hic meretrices omnes excelebra argenteria. Cf. Paul. Diac. p. 765. Müll. Excelebra argenteria, meretrices ab eliciendo argento dictæ. Rursus Plaut. Truc. 1. 2. 82. Mala es, atque eadem, quæ soles, excelebra. Al. leg. illecebra.*

ELECTARIUM vel electuarium, *ii, n. 2. medica-mentum genus, quod lingitur, vel sorbetur. Plin. 21. Hist. nat. 21. 89. (154). eccligma vocat; est enim ab ἐλαῖσθω delambro: sunt tamén qui electarium seu electuarium ab electis speciebus, quibus configitur, dictum putent. Isid. 4. Orig. 9. Electarium vocatum, eo quod molle sorbetur. Cœl. Auzel 2. Tard. 13. ante med. Ob electarium coadiuendum erunt sumenda mala punica recentia etc. Id. ibid. paulo post. Infuso passo sufficientis quantitatibus, quo medicamen electaril crassitudinem sumat.*

ELECTE, *adverb. Comp. Electius. — Electe est cum electione. Cic. 1. Invent. 30. 49. Discrete et cum diceremus. Gell. 18. 7. Veteres, qui electius locuti sunt.*

ELECTIBILIS, *e, adject. electus, selectus. Apul. 10. Met. Electibiles partes nusquam comparent.*

ELECTILIS, *e, adject. selectus. Plaut. Most. 3. 2. 41. Vino et victu, et piscatu probo et elecilli vi-tam colitis.*

ELECTIO, *ónis, f. 3. selectio, approbatio. — a) In singulare numero. Cic. Orat. 20. 68. Id autem est judicium electio verborum. Vellej. 2. 72. Elec-tionem dare. Plin. 10. Ep. 4. loci alicui afferre. Adde Quintil. 1. 12. 4., 3. 4. 8. et 10. 1. 6.; et Tac. 6. Ann. 22. et Dial. de orat. 23. — b) In plurali numero. Tac. Dial. de orat. 35. Titularum electiones.*

ELECTIVE, *adverb. per electionem, electionem significando. Asper Jun. p. 1732. Putsch. Aut personaliter sunt (adverbia), ut mecum, tecum. Aut*

elective, ut potius. Aut discretive, ut seorsum. *Priscian.* 18. p. 1149. *Putsch.* Elective quoque sēpissime hoc modo (subjunctivo) utimur, ut imperem potius quam moneam, dicam quam doceam.

**ELECTIVUS**, a, um, adjct. ad electionem pertinentes, electionem significans. *Priscian.* 16. p. 1030. *Putsch.* Discretivæ vel electivæ sunt (conjunctiones), quando diversis præpositis aliquid ex eis nos eligere ostendimus, ut dices volo esse, quam pauper.

**ELECTO**, as, are, a. 1. Est frequentativum *A*. Ab elicio; aut *B*) Ab eligo.

*A*) Electo est frequentativum ab elicio, et ejusdem significationis, ut *Paul. Diac.* p. 76. 6. *Müll. doce.* *Plaut. Asin.* 2. 2. 29. Quæ illæc præda est? ibo adversum atque electabo quidquid est. h. e. blande alliendo exquiram, extundam et resciscam. *Id. Merc.* 2. 111. Ne te opprimeret imprudentem, atque clectaret.

Item frequentativum ab eligo, is. *Plaut. Truc.* 2. 6. 27. Jamne electat legionem, quam spoliare velit?

**ELECTOR**, ōris, m. 3. duo diversa significat; aut enim

*A*) Est ab eligo, et significat illum, qui eligit. *Cic. 4. Herenn.* 4. 7. *Ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur.*

*B*) **Elector** vocatus est sol, quod homines sine lecto faciat, seu e lecto excitet: est enim ἡλέκτωρ pro ἡλέκτωρ, ab a privat. et ἡλέκτωρ lectus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (31). Electrum appellatum, quoniam sol vocatus sit elector. — Hucusque *Forcellinus*. At rectius elector est radians, splendens, quemadmodum interpretatus est etiam *Istd.* 16. *Orig.* 23. 4. Electrum vocatum, quod ad radium solis clarus auro argentoque reuceat. Sol enim a poetis electron (lege elector) vocatur. *V. ἡλέκτωρ* in Lexicis Græcis.

**ELECTRÆUS**, a, um, adjct. ex electro factus. *Lamprid. Alex. Sev.* 25. Alexandri habitu numeros figuravii, et quidem electreos aliquantos, sed pluri- mos tamea aureos. *Al. leg. electronis.*

**ELECTRIDES PETRE** in Britannia suis cre- ditæ sunt, ex quibus electron fluenter. *Id. ibid.* — *NB.* De insularum nomine *V. ONOM.* *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (35).

**ELECTRIFER**, fera, fērum, adjct. electri fera. *Claudian Fescenn. carm.* 12. 14. Et Padus electri- feris Adinoduletur alnis.

**ELECTRINUS**, s, um, adjct. ἡλέκτρινος, elec- tricus, ut *Electrina patera*, *Trebell. Pōlt.* XXX. *Tyrann.* 12. *Electrina vasa*, *Paul. Dig.* 34. 2. 32. § 5. *Electrina anuli*, *Marcell. Empir.* 8. ante med. *Addie Hieronym.* *Ep.* 54. n. 19.

**ELECTRIX**, icis, f. 3. quæ eligit, vel elicit. Af- fertur locus *Plauti* in *Mil. glor.* 3. 1. 194.: at alii rectius leg. meretrix. Cœta est lectio apud *Vulgar.* interpr. *Sapient.* 8. 4. (*Sapientia*) doctrix est disciplina Oci et electrix operis illius.

**ELECTRUM**, i, n. 2. ἡλέκτρος et ἡλέκτρον. ¶ 1. Est resina quædam ex certis arboribus fluens, Latine *succinum*. De variis Graecorum circa id opinio- nibus, deque ejus natura fuse multa *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (34). et seqq. — Dictum est ab ἡλέκτρῳ sol, quia solis instar eluet. Hinc fabulæ origo, Solis filias, Phæthonis sorores, in ripis Padi sive Eridani, in populos suis conversas, ex quibus electron defluat: et in ostiis ejusdem annis insulas duas esse electri feracissimas. Ita fere *Plin. loc. cit.* — Ceterum ex hoc *Plinii* loco, *Tac. Germ.* 45., *Solin.* 20. et *Cassiod.* 5. *Variar.* 2. certe constat, Venedos Suevia populos, ex quibus erant Estyorum gentes, ad ostia *Vistulæ*, ubi olim fuit insula Rau- nonia, seu Ilandania, a *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (94). memorata, et fluvius Raudanes, ex corrupto Eridani nomine ita appellatus, prope urbem, quæ nunc *Danzica*) maximam electri seu succini copiam, quod ipsi glesum nominabant, colligere solitos; quodque per Pannonias in Illyricum ad Trans- padanos homines delatum fabule locum fecit, ad ripas Padi, qui et Eridanus a Græcis dicitur, Venetos populos electron ibidem natum varios in usus adhibuisse. — De hoc *Virg.* 8. *Ecl.* 54. Pinguis corti- cibus sudent electra myricæ. *Id. Cir.* 434. Corallo fragili ac electro lacrimoso. *Ovid.* 15. *Met.* 316. Crathis et huic Sybaris nostris conterminus arvis Electro similes faciunt auroque capillos. *Priscian.*

*Perieg.* 280. de *Eridano*. Illic Phætona suum ca- re luxere sorores, Hic electra legunt alnis stillantia Celtae, Succina qua memorant mellis viscive colore, Quæ paleas rapiunt tactu frondesque caducas. — Hinc dicitur etiam de electricis globulis, quod ad

sese refrigerandas Romanæ matronæ manibus ge- stare solebant: *V. Böttiger Sabina* 2. 110. Huc pertinet illud *Ovid.* 2. *Met.* 364. Inde suunt lacry- ma; stillataque sole rigescunt De ramis electra no- vis: quæ lucidus amulis Excipit, et nuribus mittit gestanda Latinis. ¶ 2. Electrum est etiam metalli genus, scilicet aurum, cui ex *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 23. (80). quinta, et *Istd.* 16. *Orig.* 24. quarta argenti portio inest: unde *Manit.* 5. 535. Et facti mercator erit per utrumque metalli. h. e. ex auro et argento compositi. Est autem duplicitis generis: fos- sile, cui ea ratione argentum natura est admixtum: et facticum, cui arte portio illa argenti admisce- tur, ut *Plin. loc. cit.* et 9. *ibid.* 40. 65. (139). do- cetur. Ejus natura est ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Nativum vero venena etiam de- prehendit. Namque discurrunt in calcibus arcus, cœlestibus similes, cum igneo stridore. *Plin. loc. prius.* in hac § cit. *V. L. Bossi, Dell'eletto me- tallo degli antichi*, Milano 1791. in 8°; et *Blas. Caryophill.* de sodin. p. 142. — De hoc *Virg.* 8. *En.* 402. Quod fieri ferro liquido potest electro. *Alii per peram leg.* liquido potestur electro. *Id. ibid.* 624. Tunc leves excessus electro auroque re- cocto. *Sil. It.* 1. 229. Hic (scil. in Hispania) omne metallum: Electri genuino pallent de semine vene. Adde *Stat.* 4. *Theb.* 270. — Hinc de iis, que ex hoc metallo Santa constant. *Martial.* 8. 51. Vera ni- nus flavo radiant electra metallo. h. e. bæ phiala ex electro factio composita magis fulget, quam verum electron. Alii tamen aliter interpretantur. *Juvenal.* 14. 306. attonitus pro Electro signisque suis. h. e. pro varia suppellectile pretiosa, vasis ex electro, sta- tuis ex auro, argento etc.

**ELECTUĀRΙUM. IV. ELECTARIUM.**

**ELECTUS**, a, um. *V. ELIGO.*

**ELECTUS**, us, m. electio. *Ovid. Heroid.* 2. 144. In necis electu parva futura mora est. *Al. leg. elec- tum.* *V. Loers.* ad b. 1.

**ΕΛΕΕΜΟΣΥΝΑ**, æ, f. 1. ἐλεημοσύνη, miseratio, beneficium pauperibus præstitum, stips pauperibus data: ab ἐλεημοσυνοις. *Terull.* *Patient.* 7. In causa eleemosynæ. *Augustin.* 21. *Civ. Dei* 27. Qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas ne- ligunt. *Id. ibid.* Per eleemosynas dimitti posse peccata.

**ΕΛΕΕΜΟΣΥΝΑΡΙΟΣ**, ii, m. 2. ad eleemosynam pertinens. *Alcim. Ep.* 1. sub init. Eleemosynaria largitio.

**ELEGANS**, antis, adjct. omn. gen. Comp. *Ele- gantior* sub *B. 1.<sup>o</sup>* et *2.<sup>o</sup>*; Sup. *Elegantissimus* in omniibus paragr.— Elegans generatim est, qui stu- diose conquirit ea, quæ ad vitam cultumque, sive ad alia pertinent: ab eligendo dictus, ut docet *Cic.* 2. *Nat. D.* 28. 72., quasi elegans quod præstantissi- mum est in re qualibet. Quare in antiquis libris eli- gans, elegantia scriptum invenitur. Juxta *Döderlein. Latein. Synonym.* vol. 6. p. 110. vox con- stare potest ex prep. ex atque etymo v. ἡλέρη- curo, studiosus sum, attenus sum. Quidquid vero sit de etymo, elegans usurpat *A*) In malam, aut *B*) In bonam partem, ratione habita temporum.

*A*) In malam partem. Olim usque ad ætatem Catoni vitii, non laudis fuit, ut *Gell.* 11. 2. tradit: fuit enim nimis exquisitus, fastidiosus. *Cato ibid.* et apud *Non.* p. 465. 18. *Merc.* Avaritia omnia vita habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vi- tiosus, irritus qui habebatur, in laudabatur. *Plaut. Trin.* 2. 1. 14. Harpago, mendax, cuppes, avarus, elegans, despoliator. *Ter. Eun.* 3. 1. 17. TH. Tun- me conviviam solum abducebat sibi. g. Hui, regum elegantes narrat. Ubi *Donatus*, quem secutus est *Forcellinus*: Qui eligere sciat, aut qui ipse sit eli- gendus. At *Donatus* hæc perperam; namque nimis parcus et exquisitus est, qui unum solum convivam abducit. Idem dicendum de altero quoque *Terentii* loco, quem *Forcellinus* eadem ratione interpretatus est, *Eun.* 3. 5. 18. Quum ipsum me noris, quam elegans furnarum spectator siem. h. e. explorator cunctantis ac fastidiosi judicii: et sumptum volunt a triumviris monetalibus, ad quos numeri spectandi deferebantur. — Ex his apparet, elegantem dictum

antiquitus non ob ingenii elegantiam, sed qui nimis lecto amenoque cultu victusque esset. Postea re- prehendi quidem desit: sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tul- lius L. Crasso et Q. Scævola non meram elegantiam, sed parsimonia mixtam laudi dedit. *Crassus*, inquit (*Brut.* 40. 148.), erat elegantium pareissimus, Scævula parcorum elegantissimus. Hac *Gell.* Adde *Non.* loc. cit.

*B*) In bonam partem aurea ætate usuvenit; et universum accipitur pro mundo, concinno, lauto, et qui judicio et electione comparat, quæ ad virtutem custemque, itemque ad cetera, sunt necessaria, considerans ubique quid decent et inaudum sit (It. ele- gante, proprio; Fr. choisi, plein de goût, distin- gué; Hisp. escogido, lleno de gusto, distinguido; Germ. gewählt, gesnackt, fein; Angl. elegant, fit, proper.) Occurrit — 1.<sup>o</sup> De personis. *Cic. Orat.* 25. 83. Ut in epularum appareta a magis- centia recedens, non se parum soium, sed etiam elegan- tem videri volet. *Id. fragm. Clod.* apud *Non.* p. 465. 15. *Merc.* (ex *Cic. fragm.* ab *A. Peyronio*). Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriae, qui effeminare vultum, attenuare vocem, levare corpus potes. *Id. 2. Fin.* 8. 23. Nemo nostrum istius generis asotos jucunde putat vivere, mundos, elegantes, optimis coctis, pistoribus, etc. *Nepos Att.* 13. Elegans, non magnificus, splendidus, non sum- ptuosus, omni diligentia munditiem, non afflu- entiam affectabat. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 2. 3. (7). Vasa Corinthia, que isti elegantes modo in escu- lenta transfert, modo in lucernas aut trulloes, nullo munditiarum dispectu. *Val. Max.* 4. 3. n. 3. externi. Mulier formosa et elegans. — *Elegans pi- citor* est qui venuste pingit. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (111). Annuleratur his Nicophanes, pictor elegans et concinnus, ita ut venustate ei pauci compa- rentur. — Sæpiissime refertur ad dicendi rationem, et est is, qui electis verbis, propriis, aptis, concin- naque et pura oratione utitur. *Cic. Brut.* 9. 35. Egregie subtilis scriptor atque elegans. *Id. ibid.* 16. 63. Acuti sunt, elegantes, facili, breves. *Id. ibid.* 68. 239. Elegans in dicendo. *Id. fragm. apud Sue- ton. Cœs.* 55. Quis verbis aut ornati, aut elegan- tior? *Nepos Att.* 12. Elegantissimus poeta. — Item refertur ad judicium, quo quis pollet in discernen- dis quæ optima sunt in quoque genere. *Cic. 7. Fam.* 23. Intelligo te hominem in omni judicio elegantissimum quæque me digna putaris, coemisse. (*Intelli- gens* eodem sensu dicitur ab eod. 6. *Verr.* 2. 4.). *Id. 6. Verr.* 44. 98. Vide, ne ille non solum temperantia, sed etiam intelligentia te, atque istos, qui se elegantes dici volunt, vicerit. *Vellej.* 1. 13. Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinas admirator fuit, ut etc. — 2.<sup>o</sup> De rebus. *Ter. Eun.* 5. 4. 13. Nihil videtur mundius, nec magis compositum quidquam, nec magis elegans. *Cic. 1. Divinat.* 30. 62. Epicurus sentit nihil un- quam elegans, nihil decorum. *Id. Rosc. Am.* 41. Pueri es tot elegantissimi familiis lecti. *Id. 3. Fin.* 2. 4. Artes elegantes et ingenuæ. *Id. 4. ibid.* 10. 24. A te elegantesca desidero. *Id. 1. Tusc.* 25. 62. A quibus mansuetacti et exculti a necessariis artificiis ad elegantesca defluximus. *Liv.* 44. 9. Elegantesca exerciti, quam militaris artis simulacrum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 8. 8. (34). Amurea æramenta anglo colo- ris gratia elegantioris. *Tac.* 11. *Ann.* 4. extr. Ele- ganti temperamento inter conjugalem amorem et senatoriam necessitatem. *Gell.* 13. 5. in *lemmate*. Elegans verecundia. — *Elegans solum* est ager pul- cher visu ob culturam et fertilitatem. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (50). Neglecta per indiligentiam prædia pa- cauerat, ac ne in pessimis quidem elegantioris soli. — Sæpiissime refertur ad dicendi rationem. *Cic. 2. Orat.* 59. 241. Perspicitis, hoc genus quam sit face- tum, quam elegans, quam oratorium. *Id. 1. Off.* 29. 104. Duplex jocandi genus: unum illiberalis, petu- laos, flagitosus, obscenum; alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *Id. Brut.* 85. 292. Illam frontiam faciem et elegantem puto. *Quintil.* 6. 3. 39. In his omnibus elegans et venusta exigunt tota expositio. *Id. 10. 1. 99.* Elegantissima scripta Terentii. *Id. 5. 13. 6.* Jucundum et elegans inge- nium. *Gell.* 17. 2. Verba et sententiae elegantes. *Id. 5. 20.* Hujus vocis elegans in hoc loco sonus est. — Est etiam commodus, aptus, conveniens, rectus,

bonestus, decens. *M. Antonius apud Cic. 13. Phil.* 18. 38. *Animadvertisse, utrum sit elegantius et partibus utilius. Trebonius mortem persequi, ad Caesaris. Reprehendit quidem Cic. ibi hanc loquendi rationem, sed odio id hominis fecisse magis videtur P. Victorio l. 22. variar. lect. c. 8., quam ratione: rodem enim sensu usurpasse Livium 37. 1. (V. voc. seq.) adverb. elegant, et Demosth. pro Ctesiph. dixisse, εχοτει, ποτέρον καλλίσον, καὶ ἀμερον τῷ πόλει etc.*

**ELEGANTER**, adverb. Reperitur et *Eleganter*: V. voc. praeced. init. — Comp. *Elegantius* et Sup. *Elegantissime*. — *Eleganter est cum delectu ac judicio (ut in voce praeced. dictum est), convenienter, apte, concinne, laute, munditer. Cic. Senect. 5. 13. Est enim quiete et pure et eleganter actae aetatis placida et lenis senectus. Id. Plane. 12. 31. Adolescens eleganter traducta. Cf. Liv. 33. 31. Vir magnae ob eleganter actam vitam auroritatis. Rursum Cic. 13. Att. 52. Liberti lautiores eleganter accepti. Plin. 25. Hist. nat. 5. 19. (43). Herba scapo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis fyllis rotundis eleganter vestita. Sall. Cat. 24. Psallere et saltare elegantius, quam necesse est proba. Cic. Divin. in Q. Cæcil. 17. 57. Quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem? Id. 3. Fam. 8. 2. Quid a me fieri potuit aut elegantius aut justius, quam ut sumptus elegantissimarum civitatum minorem sine ulla imminutione dignitatis tua? h. e. rectius judicando. Sic Liv. 37. 1. *Elegantius facturos dixit, si judicio Patrum, quam si sorti, eam rem permisissent. Id. 35. 14. Ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposituisse. Similiter Ulp. Dig. 10. 3. 7. a med. Eleganter dicitur, non esse audiendum, nisi etc. — Saepē refertur ad eloquentiam, et significat exhibito verborum delectu. Cic. 2. Tusc. 3. 7. Distincte, distribuite, eleganter, ornata scribere. Id. Brut. 22. 86. Causam accurate eleganterque dicere. Adde eundem. 5. Fam. 13. 3.; et Quintil. 6. 3. 102., 8. 2. 21. et 9. 2. 28. Cic. Brut. 72. 252. Omnim loqui elegantissime. Quintil. 11. 1. 74. Illud elegantissime excusat.**

**ELEGANTIA**, æ, f. t. Scribitur et *Elegantia*: V. **ELEGANS** init. — *Elegantia est munditia, lautitia, convenientia, cultus, ornatus ex delectu rerum ad victimum vitamque, itemque ad cetera pertinentium, ut in ELEGANS dictum est (It. eleganza, buon gusto, pulitezza, proprietà; Fr. goût, délicatesse, élégance, convenience; Hisp. elegancia, hermosura, gusto, conveniencia; Germ. d. Feinheit, gesmackvolle Wahl, Artigkeit; Angl. elegance, neatness, spruceness, politeness). Occurrit — a) Generationem; et quidem — Cum addito Genitivo rei. Cic. 1. Orat. 2. 5. Solesque a me dissentire, quod ego prudentissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam, tu autem illam ab eleganti doctrine segregandam putas. Id. 3. Legg. 1. 1. de Attico. Quid enim est elegantia tua dignus? cuius vita et oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate, societas gravitatis etc. Genitivi præstant vicem. Nephos de eodem Attico, in ejus Vita 19. Augusti familiaritatem consecutus est nulla alia re, quam elegantia vita, qua ceteros ceperat principes civitatis, dignitate parti, fortuna humiliore. Tac. 5. Ann. 8. Pomponius multa morum elegantia et ingenio illustri, dum adversam fortunam sequens tolerat, Tiberio superstes fuit. Id. 14. ibid. 19. *Elegantia vita. Id. Agric. 2. conviviorum. Quintil. 10. 1. 83. Socratisorum. — Absolute. Plaut. Merc. 1. 1. 18. Amorem hæc cuncta vita sectari solent, cura, ægritudo nimique elegantia. Cic. Orat. 23. 79. Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellunt: elegantia modo et munditia renucentur. 9. Fam. 20. 2. Verum tuum et Camillum, qua munditia homines! qua elegantia vocare (ad cænam) sapient audemus. Id. Sall. 28. 79. *Vesta enim, judices, qui cum summa elegantia et integritate vixisti, hoc maxime interest. Id. 3. Fin. 2. 4. Agricultura, qua ab omnibus politiore elegantia. Phœdr. 2. 2. Ætatis inedia mulier, annos celans elegantia. Sueton. Aug. 73. Instrumenti ejus et supellectilis parsimonia apparet etiam nunc, residuis lectis atque mensis, quorum pleraque vir privatæ elegantie sint. Quintil. 6. 3. 20. Decoris et exultat eujudam elegantia. Adde eundem. 10. 2. 19. Flor. 1. 5. Tarquinius Priscus regnum petens, accipit eb industram et elegantiam.***

— Et in plurali numero. *Petron. Satyr. 34. Laudatus propter elegantias dominus. h. e. elegantem supellectilem et lautum apparatum convivii. — b) Speciatim de pulcritudine et venusta specie rerum selectarum et apte compositarum. — Cum addito Genitivo. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (67). *Elegantia capilli, venustas oris. Id. 16. ibid. 15. 26. (66). Acer operum elegantia ac subtilitate citro secundum. Id. 21. ibid. 18. 69. (114). *Elegantia vittillum. h. e. operum, quæ ex vidilibus constant. Cic. 2. Fin. 9. 27. Contemnit disserendi elegantiam: confuse loquitur. — Absolute. Plin. 2. Hist. nat. 4. 3. (8). Quem κόσμος Greci nomine ornamenti appellavere, eum nos, a perfecta absoluta elegantia, mundum. Id. 13. ibid. 9. 18. (62). Materies crispioris elegantiae. h. e. venis ligni crispioribus et pulcri visu. Id. 26. ibid. 14. 89. (150). Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum. Id. 14. ibid. 6. 8. (70). Hispaniarum Laletana (vina) copia nobilitantur: elegantia vero Tarracensis. h. e. pulcro colore et sapore. — c) Item judicium et facultas discernendi quæ optima sunt. Plaut. Mil. glor. 4. 6. 18. Metus me macerat, quod ille fastidiosus est, ne oculi ejus sententiam mutent, ubi viderit me, atque ejus elegantia meam extemplo speciem spernat. Hoc est, sicut *Forcellinus*, quod Ter. Eun. 3. 5. 18. dixit elegans formarum spectator: seu potius severum fastidiosum judicium, de quo V. in ELEGANS sub .4. — d) Saepissime ad dicendi nitorem et pulcritudinem orationis referuntur. — Cum addito Genitivo. Cic. 2. Orat. 7. 28. Catullo non solum nos Latinis sermonis, sed etiam Graeci ipsi solent sua lingua subtilitate elegantiamque concedere. Id. 4. Fam. 4. 1. Facile cedo tuorum scriptorum subtilitatib et elegantiae. Id. Orat. 23. 79. *Elegantia et munditia orationis. Id. Brut. 75. 261. Elegantia verborum Latinorum. Quintil. 10. 1. 114. mira sermonis. Id. 12. 9. 6. figurarum. — Absolute. Cic. 4. Herenn. 12. 17. *Elegantia est, quæ facit, ut unumquidque pure et aperte dici videatur: hæc distribuitur in laetitiam et explanacionem. — In plurali numero. Cell. 2. 9. Vocum verborumque elegantias sectari. Id. 1. 4. Julianus rhetor veterum elegantiarum cura et memoria multa fuit. Id. 19. 4. Aristotelis libri, qui problemata inscribuntur, lepidissimi et elegantiarum genus omne referunt. h. e. questionum electarum et pulcriorum.*****

**ELEGATUS**, i, m. 2. piscis genus. Aeson. Epist. 4. 59. Urentes thynni, et male tecti spina elegati. Turneb. adversar. l. 1. c. 23. legit: *Elegati; quem reprehendit Cic. in not. ad Aeson.*

**ELEGGRUS**, a, um, adjec. *ἐλέγειος*, elegiacus. Fragm. Auct. incert. in Anal. gramm. Windoh. p. 519. 17. Metrum elegum est, quod alternatim habet heroum et pentanetrum versum.

**ELEGGI**, orum, m. plur. 2. (*Ἐλέγοι*), versus elegiaci, elegia. Horat. 1. Od. 33. 2. neu miserabiles Decantes elegos. Adde eundem. 2. Ep. 2. 91. et Art. P. 77.; Tibull. 2. 4. 13.; Propert. 4. 1. 35.; Ovid. 2. Amor. 1. 21. 3. ibid. 15. 19. et 2. Fast. 125.; Juvenal. 1. 4.; Tac. Dial. de orat. 10.; Sueton. Vit. Horat.; et Plin. 5. Ep. 17.

**ELEGIA**, æ, f. 1. (*ἐλεγία*). Poetae sæpenumero penultimam, quæ diphthongus est, solvunt, et quinque syllabarum vocem faciunt, elegia. Ovid. Heroid. 15. 7. *Fleundus amor meus est: elegia debile carmen. Id. 3. Amor. 9. 3. Flebilis indignos, Elegeia, solve capillos: Ah nimis ex vero nunc tibi non men erit! Loers vero loco prius cit. ultimam producam putat. — De alia forma. V. ELEGION. Ceterum ¶ 1. Elegia est Carmen flebilis ex alternis versibus hexametris et pentametris: ab ȳ, ī, he, he, interjectio dolentis, vox flentis, quæ geminari solet, et λέγω dico (ui affirms Plotius de metr. p. 2634. Putsch. Elegiacum metrum dictum est, quod esset (corrigit ē ē) sonat interjectionem flentis.), vel ab ἐλέγοι luctus. — Callinus, seu Callinus Ephesus primus elegiam scripsit, de quo multa docte commentatus est Jo. Valentin. Frankius in Dissert. cui titulus Callinus: V. et Bachium ad Solonem p. 7., et Santenium ad Terentian. p. 284. et p. 304. et seqq. Terentian. de metr. p. 2420. Putsch. Pentametrum dubitant quis primus fixerit auctor: Quidam non dubitant dicere Callinoun. Vel. Scholast. ad Cic. Arch. 3. (edente A. Maio). Primus autem videtur elegiacum carmen scripsisse Callinus. Alter vero sentit Plotius de metr. p. 2635. Putsch. Au-*

ctorem vero hujus metri, id est elegiaci, aliis Pythagoram, quidam Ortugem, nonnulli Mimmernum dicunt. Unde de incerto auctore eleganter Horatius lugit sic: *Quis tamen exiguo elegos emisit auctor Grammatici certant, et adhuc sub judeice lis est. — Elegia etiam in rebus letis, levioribus tamen, usurpari coepit. Horat. Art. P. 75. Versibus impariter junctis querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos. Martial. 5. 30. nec te facundi scena Catulli Detineat, cultis aut elegia comis. Stat. 1. Silv. 2. 7. Vultu petulans elegia. scil. quæ lascivos amores tractat. Adde Quintil. 1. 8. 6. et 10. 1. 58. et 93. — Saepē etiam ut dea, vel Musa, vel Nympha a Poetis singitur ac describitur, ut Ovid. 3. Amor. 1. 7. et Stat. loc. cit. ¶ 2. Elegia quoque vocalitur a quibusdam arundo obliqua, fruticis modo se spargens juxta terram. Plin. 16. Hist. nat. 36. 66. (167). Alii tame rectius leg. epigia; επίγεος enim est humili repene. Ipse Stilig., quanvis elegiam legit, adnotat suspectam hanc vocem esse Constantino et Schneidero ad Theophr. 4. Hist. plant. 11. 13. Cl. Fée (Op. cit. vol. 1. p. 39t.) epigia legit, atque hanc exhibet synonymiam: Arundo Epigeios Plin. loc. cit. et Καλάρος επίγεος Theophr. loc. cit. sunt Calamagrostis Epigeios Roth. Germ. 2. 1. 91. et Arundo Epigeios L. Spec. plant. 120.*

**ELEGIACUS**, a, um, adjec. ad elegiam spectans, ut Elegiacum carmen, apud Grammaticos. Diomed. 3. p. 507. Putsch.; Serv. in centimetr. p. 1824.; Capell. 5. p. 168. etc.

**ELEGIARIUS**, a, um, adjec. ad elegiam pertinens, ut Elegiarum poete apud Auct. fragm. c. 9., quod cum Censorino editum legitur in ejusdem editiobibus.

**ELEGIBILIS**, e, adjec. Comp. *Elegibilitor*. — Elegibilis est qui dignus est: eligi. Boeth. Aristot. Topic. 4. p. 692. Et si quid propter se honorabilium vel elegibilium in potestate — pesuit. Id. ibid. 3. 1. p. 680. Utrum autem elegibilis, aut melius duorum pluriumve, ex his perspicciendum. Id. Aristot. Elench. sophist. 1. 12. p. 742. Quædam interrogacionum habent utrinque inopinabilem respondensionem, ut utrum sapientibus, an patri oporteat obedire, et expeditia facere, an justa, et an injuriam pati elegibilis, quam norere. Ubique libri habent elegibilis,

**ELEGIDARIUM**, vel *Latina positione*

**ELEGIDARIUM**, ii, n. 2. idem quod elegidion. Petron. Satyr. 109. Coepit capillorum elegidarium dicere. 4t. leg. elegidion.

**ELEGIDIÖN**, ii, n. 2. ἐλεγίδιον, deminut. ab elegia, parva elegia. Pers. 1. 51. non si que elegidia crudii Dictarunt proceres.

**ELEGION** vel *Elegion*, ii, n. 2. (*ἐλεγίων*) pro elegidion, vel elegia, legitur apud Aeson. epigr. 94. zona textum elegion erat. Græca positio. In plurali noun. Aeson. Parental. 29. accipe questus, Debent quos cineri masta elegia tuo. Plerique leg. elegi eodem sensu; ali si vero leg. debet.

**ELEGO**, as, avi, stum, are, a. 1. (ex et lego. as extra familiam lego, entrantis lego. Petron. Spec. fragm. Tragur. 43. Burmann. Et ille stip. daz. fratri suo irascitur, nescio cui terra filio patrinum elegavit. V. Caj. 2. Instit. § 215. edit. Bonnens.

**ELEGUS**, a, um, adjec. *ἐλέγυς*, idem atque elegiacus. Diomed. 3. p. 502. Putsch. Elegum metrum binis versibus constat. Id. ibid. Elegum pentametrum constat ex duobus semiquinariis. et mox. Elegus hexameter.

**ELEGUS**, i, m. 2. Usurpatur tantum in plurali numero. V. ELEGI, orum.

**ELÉLISPACOS**, vel *Latina positione*

**ELÉLISPACOS**, i, m. 2. *ἐλελίσπαχος*, herba lente levior, et folio minore, siccior, odoratiore: fortasse ab ἐλέλιξ τορκεο, hæc enim femina mari implicatur. Ea est sativa. Est et alterum genus, silvestrius, odore gravi: hæc mitior, folio malo cotonei effigie, sed minore et candido. Plin. 22. Hist. nat. 25. 71. (146). Seren. Sammon. 22. 385. Protinus ex multis potanda ellispachus herba est. V. SALVIA. Cl. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 154.) ad Plin. loc. cit. hæc dicit: « Le texte de Pline réunit visiblement des plantes qu'il faut séparer. Le premier ellispachus est vraisemblablement une légumineuse du genre *ervum*, et peut-être l'*E. tetraspermum* L. Spec. plant. 1039., fort commun dans la plupart des pro-

vinces grecques. Le second *elelispachos* est de la famille des légumineuses, et appartient, suivant toute vraisemblance, au genre *salvia*: nous penchons à croire que c'est la *Salvia pomifera* L. Spec. plant. 34. n. Paulio post addit., verum *elelispachon esse Salviam officinalem* L. Spec. plant. 34.

**ELÉMENTA**, *ōrum*, n. plur. 2. In singulari numero *elementum* ocurrunt tantum apud senioris avi scriptores: *V. infra* sub I. b. Elementa Latine sunt, quæ Græce ὀτοῖς, scilicet principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur et in quæ resolvuntur. Quibusdam dicta videntur quasi *alimenta*, quia viventia aluntur iisdem, ex quibus componuntur et in quæ resolvuntur: vel potius derivanda ab inuisi. Δια pro s. λόνον volvo.

I.) Proprie. — a) In plurali numero. *Lucret.* 2. 391. Et quamvis subito per colum vina videamus Perfluere; at contra tardum cunctatur olivum: Aut quia nimur majoribus est elementis, Aut magis hamatis inter se perque plicatis. *Id.* 1. 823. Quin etiam passim nostris in versibus ipsis Multa elementa vides multis communia verbis. Addo eund. 3. 375. et alibi saepè. *Cic.* 1. *Acad.* (post.) 7. 26. Ergo illa initia, ut et Græco vertam, elementa dicuntur. Addo eund. 3. *Fin.* 5. 19. *Seneca* 2. *Ira* 18. Quum elementa sint quatuor, ignis, aqua, aer et terra, protestates pares his sunt, frigida, fervida, arida atque humida. *V. eund. 5. Quæst. nat.* 12. 13. et 14.; et addo *Ovid.* 1. *Met.* 29.; *Quintil.* 2. 17. 38. et 3. 8. 31.; et *Juvenal.* 14. 17. *Tertull.* *Spectac.* 6. Mundialia elementa. — De elementorum natura et invicem conversione *V. Ovid.* 15. *Met.* 239. — b) In singulari numero. *Juvenal.* 15. 86. de igne. elemento gratulator. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 1. 1. (1). de aqua. Hoc elementum ceteris omnibus Imperat. Addo eund. 11. *ibid.* 36. 42. (119.), 10. *ibid.* 69. 98. (191.), itemque 31. *ibid.* 7. 41. (88). ubi etiam sal *elementum* vocat; *Curt.* 9. 9. 26.; *Ammian.* 17. 13.; *Apul.* 4. *Met.*; *Veget.* 4. *Veterin.* 42. *Schneid.*; et *Symmach.* 6. *Ep.* 71.

II.) Translate. — 1. Elementa dicuntur notæ litterarum, quia sunt prima principia orationis. Nam ex litteris syllabe, ex syllabis dictiones, ex dictiōibus oratio conficitur. *Sueton.* *Cæs.* 56. In quibus (*epistolis*) si qua occultius perserenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset: que si quis investigare et perseguiri vellet, quartam elementorum litteram, id est δ pro α, et perinde reliquias commutet. *Fornellinus* addit: *Quintil.* 1. 1. 35., cuius verba ita intelligere videtur *Hieronym.* *Ep.* 107. n. 4. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 26. pueris daut crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima. At apud *Quintil.* et *Horat.* significatio vocis latios patet; non modo enim litterarum nota, verum etiam prima artium scientiarumque principia complectitur. *V. paragr.* proximi seq. — 2. Item prima principia artium et scientiarum, ut geometria, dialectica, etc. Ex his enim artes et scientiae oriuntur, et in ea resolvuntur. *Cic.* 1. *Orat.* 35. 163. Hæc, quæ isti forsitan quærorum elementa videantur, exquirere. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 17. Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem Occupet extremis in vicis halba sequetus. Addo eund. 1. 1. 27.: *Cic.* 2. *Orat.* 11. 45.; et loca cit. in paragr. proxime superiori. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 28. 92. Elementa loquendi. *Quintil.* 1. 4. 6. grammaticos. *Id.* 3. 3. 13. rhetorices. *Id.* 1. 1. 23. litterarum. *Tac.* 13. *Inn.* 3. doctrinæ. — 3. De his, quæ logici predicatione vocant. *Quintil.* 3. 6. 23. Aristoteles elementa decem constituit, circa quæ versari videantur omnis quæstio: *οὐσία*, qualitatem, quantitatem, etc. Addo eund. 3. 6. 23. — 4. Per metonymiam elementa dicuntur primi puerorum conatus in litteris. *Quintil.* 1. 2. 26. Vix enim se prima elementa ad spem tollere effingendæ, quam summam putant, eloquentia audebunt. — 5. Item initia et principia coquaque rel. *Ovid.* 3. *Fast.* 179. Parva fuit, si prima velis elementa referre. Roma. *Colum.* 3. *R. R.* 10. 10. Saera illa spiritus (h. e. anima) elementa cum terrinis primordiis miscere. *Stat.* 6. *Theb.* 110. annorum elementa tuorum. Rursus *Ovid.* 3. *Fast.* 709. Hoc opus, hec pietas, haec prima elementa fuerunt Caesaris: ulcisci justa per arma patrem. *Horat.* 3. *Od.* 21. 51. Eradenda cupidinis Pravi sunt elementa. ut teneræ nimis Montes asperioribus Formanda studiis. *Juvenal.* 14. 123. elementa vitiorum. *Sil.*

*It.* 3. 77. Yagatumque gravem atque irarum elementa mearum.

**ELÉMENTARIUS**, a, um, adject. ad elementa pertinens, ut elementarius puer, qui scil. prima litterarum elementa discit. Sic elementarius senex, quem turpem et ridiculam rem esse scribit *Seneca* *Ep.* 36. *Capitolin.* *Pertin.* 1. Puer litteris elementariis et calculo imbutus.

**ELÉMENTICUS**, a, um, adject. elementarius. *Tertull.* *Anim.* 32. Ex elementiis substantiis censi.

**ELÉMENTUM**, i. *V. ELEMENTA* sub init.

**ELENCHUS**, i, m. 2. ἔλεγχος. — 1. Est unio procerior, fastigata longitudine, atabastrorum figura in pleniore orbem desinens. Hujusmodi suspendere digitis, et binos ac ternos auribus, seminarum gloria est. Cum id fecere, erotalia appellant, seu sono quoque gaudent et collisu ipsa margaritarum. *Hæc Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (113). *Uinc Juvenal.* 6. 458. Auribus extensis magnos commisit elenchos. *Paul. Dig.* 34. 2. 32. § 8. Cum inaures, in quibus duas margaritæ elenchit, et smaragdi duo, legasset etc. — 2. Item tabula, index libri, quia ἔλεγχος specimen, documentum, indicem significat. *Post praefat. Hist. nat.* *Plin.* 6. *Plini Secundi historiarum mundi elenchos.* Addo *Sueton.* *Grammat.* 8., qui tamén locus dubius est interpretationis.

**ELÉNCTICUS**, a, um, adject. ἐλέγχτως, qui convincit, convictivus. *C. Jul. Fict. art. rhetor.* (edentia A. Mai) 11. p. 67. Euthymematon formæ sunt quinque, electicon (corrige elencticon), item dicticon, item gnomicon, item paradigmaticon, item syllogisticon. Elencticon, quod solum apud veteres tractabatur, in quo repugnantia colliguntur, cujusmodi est hoc: Liberali se prædicat: idem peculiari se cesse convincit. Pugnat enim liberalitas et peculatus.

**ÉLÉNTESCO**, is, ere, n. inchoat. 3. lento et tener. *Bo. Cœl. Aret.* 2. *Acut.* 18. Panis elutus et expressus, ut sue densitatis positu elentescat.

**ELÉPHANTĀRIUS**, i, m. 2. qui elephantes curat, ut aviaris qui aves, apiorius qui apes. *Inscript.* apud Jo. *Mengottium de Palestini Umbri* p. 22. Arovitio celoti elefantario posuit etc. Ille littera f est pro φ, ut siueissime in antiquis iapidibus sequioris temporis.

**ELÉPHANTIA**, ε, f. 1. idem quod elephantiasis. *Scribon. Compos.* 250. Hoc etiam lepram, et quam dicunt elephantiam, sarac. Addo *Lactant.* 4. 26. 12. *Theod. Priscian.* 1. 2. Sed quoniam aliquando supercilia, vicio luminantis elephantæ, aut siccitate nimis corporis cadunt, etc. Addo eund. 1. 32.

**ELÉPHANTIACUS**, a, um, adject. ἐλέφαντικός, qui morbo elephantia laborat. *Firmic.* 8. *Mathes.* 19. *ad fin.* — Hinc

*Elephantaci*, *ōrum*, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt qui elephantiasis laborant. *Hieronym.* 6. in *Ezech.* 18. 6. Quo tempore (mensurorum) si vir coierit cum inuiliere, dicuntur concepti fetus vitium seminis trahere ita ut leprosi et elephantiaci ex hac conceptione nascantur, et sonda in utroque sexu corpora, parvitate vel enormitate membrorum, sanies corrupta degenerant.

**ELÉPHANTIASIS**, is, f. 3. ἐλέφαντιας, morbus hominum et animalium, quo cutis maculatur, et inæqualiter crebris tumoribus exasperatur, similisque sit cuti elephanti, quæ naturaliter dura et aspera est, ut *Veget.* 1. *Veterin.* 9. 1. docet. Eum describit *Cels.* 3. 25., sed Græce appellat. Latine autem *Plin.* ipse quoque describens 26. *Hist. nat.* 1. 5. (7). Addo eund. 20. *ibid.* 14. 52. (144), et ali; et *V. TRANSPORTANEUS.*

**ELÉPHANTICUS**, a, um, adject. qui elephantiasis laborat. *Firmic.* 8. *Mathes.* 28. — Similiter *Isid.* 4. *Crig.* 8. 12. Morbus elephanticus. h. e. elephan-

tias. *Eléphantus*, a, um, adject. *ἐλέφαντις.* Si reperias apud Latinos scriptores elephantina pellis, cero, aut quid simile, quod ad ipsam belluam pertinet, *elephantinus* paenultima correpta adhuc efferes, quia non est hoc Latina ratione formatum, sed Græca; *ἐλέφαντις* autem paenultimam corripit. Sed Scheller in Lexico, licet nullum affiat locum, longam facit paenultimam, atque ita etiam sentit Luporricardi, *Gram.* lat. p. 77., qui alijs statuit in *Gram.* ital. p. 242. — Ceterum elephantinos. — 1. Generationem est ad elephantem pertinens. *Ful. Mar.*

1. 6. Ejusdem generis monstra credita sunt: puerum infantem cum elephantino capite natum. — 2. Speciali qui est ex ebore, qui est deus elephantis: vel ebore distinctus et ornatus. *Vopisc.* *Tacit.* 8. Habet bibliotheca Uipia in armario sexto librum elephantinum, in quo hoc S. C. prescriptum est. h. e. librum qui e tabellis eburneis totus constabat. *V.*

**PUGILLARES**. — Emplasti cujusdam compositione ex cerasa et oleo, quia per candida est instar eboris, elephantina dicitur a *Cels.* 6. 19. n. 24. — Praeterea atramentum ex ebore combusto ab Apelle inventum, elephantinum ab eo dictum est, uti narrat *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 25. (42).

**ELÉPHANTIOSIS**, is, f. 3. idem quod elephantiasis. *Veget.* 4. *Veterin.* 3. 4. Est elephantiosis, quoties velut scabies minute pustulae circa narres vel collum excutunt ad similitudinem lenticulae.

**ELÉPHANTIOSUS**, a, um, adject. elephantiacus. *Veget.* 1. *Veterin.* 16., si sana ibi est lectio, et *August.* 9. de *Genes.* ad litt. 10. a med. *Sir. Theod. Priscian.* 1. 30. Sebriosos, veluti elephantiosos, si quis forte ungues (h. e. paronychia) baluerit, vini fieri sircia, trixa et cum cerotario imposita curat. Addo eund. 1. 32. in *temmate.*

**ELÉPHANTUS**, i, m. 2. *V.* voc. seq. init.

**ELEPHAS**, antis, m. 3. ἐλέφας. — In casibus obliquis occurrit sepe et altera forma *elephantus*, i, Græc. ἐλέφαρος. — Qui putant formam *elephas* usum etiam *Ciceronem* de *Seneca* 9. 27., incerta lectio nituntur. — Ceterum

I.) Proprie *elephas* est animal in Asia, et in Africa, omnium terrestrium maximum, idemque ingensissimum: ita appellatum fuit ab Hebr. **אֶלְפָתָן** *eleph.* *bos*, et *princeps*, et prima alphabeti littera; est enim ob magnitudinem, animalium *princeps*. *Klephaotes* primum vidit Italia *Pirrh* regis bello (ano. ab C. C. 472.) in Lucanis et boves Lucas nominavit: primus vero *Curius Dentatus* Romanus eos in triumpho suo (a. 479.) durit. Duos habet dentes exstantes, vel potius cornua, quæ cibis dicuntur, et ex quibus flunt opera cibinea. Biennio utero gravescit, nec amplius quam semel gigant. immo minit: primus vero *Curius Dentatus* Romanus eos in triumpho suo (a. 479.) durit. Duos habet dentes exstantes, vel potius cornua, quæ cibis dicuntur, et ex quibus flunt opera cibinea. Biennio utero gravescit, nec amplius quam semel gigant. immo minit: primus vero *Curius Dentatus* Romanus eos in triumpho suo (a. 479.) durit. Duos habet dentes exstantes, vel potius cornua, quæ cibis dicuntur, et ex quibus flunt opera cibinea. Biennio utero gravescit, nec amplius quam semel gigant. immo minit: primus vero *Cassiod.* 10. *Kvariar.* 30. *Elephantes* ænei, qui solent in carnali substantia supra millesimos annos visere, occasum videntur proximum in simulacris æneis sustinere. *Cassiod.* hic loquitur de restaurandis quadrigis elephantorum, que Romæ erant: bie fortasse fuerunt, que Gordiano III. decreta a senatu sunt, ut refert *Capitolin.* *Gordian.* 27., postquam nunciatum Roma est, illum victoriari retulisse Sapore Persarum rege. Multa de elephantis *Plin.* 8. *Hist. nat.* 1. 1. et seq.; et *Cassiod.* 1. c. *Primus* fuit Pompejus, qui in circu elephantorum XVIII. pugnam edidit, commissis more prælia novis hominibus: *Seneca* 4. *Brevit.* vit. 13. *Plaut.* *Stich.* 1. 3. 14. Solare elephantum gravidam: perpetuos decem esse annos. Addo eund. *Mil. glor.* 1. 1. 25. et *Ter. Eun.* 3. 1. 23. *Cic.* 2. *Nat. D.* 47. 123. Manus etiam data elephantis. *Marital.* *Spectac.* 17. Quod pius et supplex elephas te, Cæsar, adorat. et 19. Dum faciliter tolli sic elephanta putis. Addo *Zucret.* 2. 538. et 5. 1227.; *Nepot.* *Eumen.* 11. et *Hann.* 3.; *Liv.* 21. 58., 23. 49., 44. 41. et alibi; *Auct. E. Afr.* 72. et 84.; *Colum.* 3. *R. R.* 8. 3.; *Curt.* 5. 2. 10. et alibi; *Justin.* 15. 4. 19., 25. 1. 6. Curt. 1. 1. 6.; *Sueton.* *Cæs.* 66. et *Claud.* 11.; *Senec.* Ep. 85.; *Manil.* 4. 236.; *Juvenal.* 12. 102. et 10. 150.; et *Lucan.* 6. 208. — De elephantis funambulis *V.* in *CATADROMUS*. — Protebil genus est illud *Plauti Mil. glor.* 2. 2. 80. Hæc meus elephanti corio circumferens est, non suo: neque habet plus sapientia, quam lapis, h. e. bardus et hebes est. Est rara illi bellua conum crassissimum et impenetrabile. — *Celerius elephanti pavunt*, pro verb. cum res longis opinione protractabitur. *Plin.* *præfat. Hist. nat.* 28. Homeromastigas audio parturire adversus libellos, quos de grammatica edidi et subinde abortus facere jam derum annis, quum celestis etiam elephanti parlant.

II.) Translate. — 1. Metonymice pro eliore a poetis ponitur. *Verg.* 3. G. 26. In soribus pugnam ex auro, solidoque elephantis Gauguridum faciem. *Id. 3.* En. 46. Dona dñeis aure gravis sectaque elephanto. *Id. 6.* id. 896. Tandem elephanti. — 2. *Elephas* etiam diciter morbus, de quo in El. E-

**PHANTIASIS** dictum est. *Lucret.* 6. 1112. Est elephas morbus, qui propter summa Nili gigantur Egypto in media, etc. Adde *Seren.* *Sammon.* 10. ¶ 3. Sunt hoc nomine et marina bellus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 5. 4. (10), et 32. *ibid.* 11. 53. (144).

**ELEUSINUS**, a, um, adjet. ad Eleusina pertinentes; *v. ELEUSIS IN ONOM.* — *Hinc*

*Eleusinia*, órum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more sunt sacra Gereris. *Gell.* 15. 20.; et *Tertull.* *Ipol.* 7. et *adversus Fident.* 1. — *Eadem Sueton.* *Claud.* 25. et *Ner.* 35.; et *Gell.* 11. 6. Eleusinia sacra vocant; *Justin.* vero 2. 8. 1. Eleusina sacra.

**ELEUSINUS**; a, um. *v. voc. praeed.*

**ELEUTHERIA**, æ, f. 1. *Ελεύθερία*. libertas, vel libertatis dea. *Plaut.* *Stich.* 3. 1. 21. Volo ne Eleutheriam capere advenientem dominum. *v. voc. seq.*

**ELEUTHERIA**, órum, n. plur. 2. *Ελεύθερία*, solemnia libertatis. *Græca vox*, ab *Ελεύθερος* liber. *Plaut.* *Pers.* 1. 1. 29. Basilice ago eleutheria. *v. voc. praeed.*

**ELEUTHÉRIUM**, ii, n. 2. ornamentum coll., insignia libertatis. *Gloss.* *Philox.* Eleutherium, οὐτε πατέρας, παπιδίσκον. Cf. *Not.* *Tir.* p. 161. Cylindri, ratelle, eleutherium, h. e. bulla scortea, qua utebantur libertini. *v. BULLO.*

**ELEVATIÖ**, ónis, f. 3. elatio, efferendi actus.

I.) Proprie. *Fulgat.* *Interpr.* *Psalm.* 14. 2. Elevatio manum meam ad sacrificium vespertinum. Ade eund. *Judic.* 15. 17. Cf. *Capell.* 9. p. 328. Arsits est elevatio: thesis depositio vocis or remissio.

II.) Translate est schema oratorum, species ironiae, qua rem aliquam dum videtur attollere, deprimimus et irridemus. *Quintil.* 9. 2. 50. Et illæ elevationes videlicet, O dei boni! Scilicet is super ris labor est: et ille pro Oppio locus: O amore mirum! o benevolentiam singularem! Et *Capell.* 5. p. 172. Diasyrmos est elevatio vel impressio. In hac figura laudantes que dicuntur ab adversariis dissolvimus; qualis est in Mureiana totus ille in Sulpicium lorus de jure civili. Adde *Aquil.* *Rom.* p. 155. *Ruhn.*

**ELEVATOR**, óris, m. 3. qui elevat, seu erigit. *Fulgat.* *Interpr.* 2. *Reg.* 22. 3. Deus elevator meus et refugio meum.

**ELEVATUS**, a, um. *v. ELEVO.*

**ELEVI**, *v. ELINO.*

**ELEVIES**. *v. ELUVIES.*

**ELEVO**, as, itam; are, a. 1. (ex et levo, quod a *v. vis.*) Part. *Elevatus* I. 1. et 2.; *Elevandus* II. 2. — Elevare est tollere, sursum levare (It. levare, alzare; Fr. lever de terre, soulever, exhauser; Hisp. elevar, alzar; Germ. aufheben, emporheben; Angl. to raise, lift up).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est sursum levare. *Ces.* 2. *B. C.* 9. Quantum surrurari demissio patiebatur, tantum elevabant, et mox. Rursus summam contabulationem storeasque elevabant. *Apul.* 4. *Met.* Lumbis elevatis in eum crebriter etc. Adde *Capitolin.* *Gord.* tr. 8. — *Hinc* potius *Claudian.* 1. *Eutrop.* 295. Elevat hunc plumbā, squamis hunc fabula vestit. *Forcellinus* interpretatus est levem reddit; at sensus esse videtur: bone in aura tollit dum in avea vertit. — Similiter *Propriet.* 1. 8. 12. Neve inimica meas elevet aura preces. h. e. secum sursum tollat, atque adeo irritas reddat. — Huc referri potest et illud *Colum.* 3. *R. R.* 21. 5. Necesse est, ut aut sernum fructum cum præcoquere elevet, aut si maturitatem serotini exspectet, amittat vindemiam præcoquem. h. e. asperat, denat, colligat. ¶ 2. Latiori sensu pro erigere. *Capitolin.* *Anthon.* *Phil.* 13. Statura elevata. h. e. longa, ingentia.

II.) Translate. ¶ 1. Est levem reddere, lenire. *Lucejus* apud *Cic.* 5. *Fam.* 14. 2. Non intelliges dupliciti sollicitudines, quas elevare tua te prudenter postulat? *Cic.* 3. *Tusc.* 16. 34. Nihil est, quod tam obtundat elevetque agritudinem, quam etc. ¶ 2. Sope — a) De rebus, est pondus et autoritatem alicui rel. diecendo detrahere, leve, futile, vile esse ostendere, atque adeo minuere, extenuare. *Cic.* 3. *Nat.* D. 4. Si quid est evidens, argumentari non soleat; perspicuita enim argumentatione elevatur, h. e. minuitur. *Orelius* tamen et alii alter legunt. *Liv.* 3. 21. Miror, si vanæ vestra ad plebem auctoritas est? Vos elevatis eam. Adde *eund.* 37. 52. *Id.* 24. 42. Elevare prædicta facta aliojus. h. e.

minuere, extenuare. *Id.* 28. 44. res gestas. *Id.* 28. 51. samam captiæ urbis verbis. *Id.* 45. 10. noxam. Adde *Sueton.* *Tib.* 52. *Id.* *Sueton.* *Cal.* 8. rei alluvijus fiducem. *Catull.* 24. 9. Aljicere et elevare alliquid. *Cic.* *Amic.* 24. 88. Multæ causæ suspicionum offensionumque dantur, quas tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. *Id.* 2. *Orat.* 56. 230. Erat tanta gravitas in Domitio, tanta auctoritas, ut quod esset ab eo objectum, lepore magis elevandum, quam contentionem frangendum viueretur. *Quintil.* 6. 3. 75. Elevandi ratio est duplex, ut aut factantiam quis minuat, aut crimen objectum. *Id.* 6. 3. 23. Aliena aut reprehendamus, aut refutamus, aut elevamus. *Id.* 4. 2. 77. Verbis elevare quedam licet: luxuria hilaritatis, avaritia parsimoniae — nomine tenetur. — b) De personis: elevare aliquem est ejus dicta fidemque minuere, et levem hominem esse ostendere. *Cic.* 2. *Orat.* 58. 236. Est plane oratoris movere risum, quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat. *Liv.* 26. 27. Elevabatur index indiciumque: pridie eum verberibus castigatum ab dominis discessisse: per iram ac levitatem erino cumponentum. *Id.* 9. 37. Panelis milites alloquitur, Samnitum bella extollit, elevat Etruscos. *Propriet.* 2. 24. 44. Elevat assiduos copia longa viros. h. e. viatores facit.

**ELIBERATIO**, ónis, f. 3. liberandi actus. *Gloss.* *Cyrill.* ἀπαλυπτως, eliberatio, expiatio.

**ELIBERO**, as, are, a. 1. idem ac libero, vel omnino libero. *Gloss.* *Cyrill.* Προμηται, eruo, libero, elipero, eripio. *Id.* *Pozzi.* eruo, elibera, eripe.

**ELICATOR**, óris, m. 3. qui fontes elicet. *Gloss.* *Philox.* Elicatores, Βέραζοται. *Cangius* pro elicatores legendum putat eliquatores ob eliquerare. At sensus, recte ait *Quicherat*, magis probat elicere, unde ut sequens yorubulum *Elices*. Eidem *Quicherat* magis placet elicitor.

**ELICES**, um, m. plur. 3. sulci aquarii, per quos aqua collecta educitor e liris, ut *Paul.* *Diac.* p. 76. 2. *Hüll.* definit: ab elicere, extrabo: Cf. *Varro* 1. *R. R.* 29. 2. et quod ibi a *Schneidero* adnotata sunt. *Colum.* 2. *R. R.* 8. 2. sulcus aquarios nonnulli elices vocant. Adde *eund.* 11. *ibid.* 2. 82.; et *Servium* ad *Verg.* 1. *Fn.* 109.

**ELICIO**, ioris. licet vel leti, licetum, licere, a. 3. ter et lacio. Prater, elicere habet. *Ces.* 3. *B. C.* 100.; *lexi* vero. *Arnob.* 5. 1., neque tamen absone, nam et *lexi* et *pellexi* dicimus, quinquam contra illicere *Priscian.* 10. p. 474. *Futsch.* — Part. *Eliciens* II.: *Elicitus* I. 1. et 2.; *Eliciendus* I. 1. — Elicere est educere, extrahere (It. cavare o tirare fuori; Fr. faire sortir, tirer de; Hisp. tirar, sacar a fuera, extraer, exprimir; Germ. herauholken, hervorbringen; Angl. to draw or bring out, fetch forth, entir out, elicit).

I.) Proprie. ¶ 1. Generale. — a) De personis, et est evocare, extrahere, — Absolute, *Plaut.* *Bucch.* 3. 1. 17. et *Hen.* 3. 6. 3. Elicere aliquem fortas, Cf. *Plin.* 9. *Fp.* 18. Quia intentione, quo studio etigeris libellos meos, epistola tua ostendit: ipse igitur exhibes negotium tibi, qui elicias et invitias, ut quamplurima communicare tecum velim. Cf. et *Horat.* 2. *Od.* 11. 21. — Cum aeditis. *Cic.* *Balb.* 9. 22. Propositis premis elicio ex civitatibus sociorum fortissimum quemque ad subeunda pro salute nostra perticula. *Ces.* 7. *B. G.* 32. Elicere hostem et paludibus et silvis. *Id.* 5. *ibid.* 59. hostem in aliquem locum. *Id.* 6. *ibid.* 8. hostes circa domum. *Curt.* 9. 8. 18. hostem extra muros. *Rursus* *Ces.* 3. *B. C.* 38. et 85. hostes ad pugnam. *Liv.* 23. 27. hostem ad certamen. *Id.* 2. 62. ad pugilium. *Tac.* 15. *Jan.* 13. in pugilium. *Auct. B. G.* 8. 12. hostes in insidiis. *Ltr.* 5. 15. Causatus, de portenti procriptione consolare velle, ad colloquium vatem elicuit. Adde *Sueton.* *Gall.* 19. *Tac.* 2. *Ann.* 42. Elicere aliquem litteris, h. e. per litteras evocare, sed astu tamen quodam ac dolo; qua ratione etiam *Id.* 14. *ibid.* 4. locutus est. — b) De rebus. *Cic.* 2. *Nat.* D. 60. 151. E terra cavernis ferrum elicere. *Id.* *ibid.* 9. 25. Lapidum confliktu etiæ ignem videmus. *Stat.* 1. *Achill.* 186. *de Chirone.* Elicet extremo chelyn. et solantia curas lila moveat. *Plaut.* *Tiur.* 2. 2. 13. Elicere lacrimas. Sic *Vetus*, 2. 194. 4. Elicere gaudio lacrimas. *Cic.* 1. *Tusc.* 18. 116. Iphigenia Autide duci se immolandam iubet, ut hostium sanguis eliciatur suo. *Tac.* 12. *Ann.* 17. Elicere cruentum iecto. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 11. 89. (139). sudorem. *Id.* 35.

*ibid.* 15. 51. (182). purgationes seminarum. *Id.* 19. *ibid.* 5. 26. (80). alvum, h. e. solvere, subducere. *Cic.* 7. *Att.* 12. 3. Velum mihi ignoras, quod ad te seribo toties; tuas enim volo elicer literas maximeque consilium etc. h. e. tibi persuadere, ut ad me scribas. Adde *eund.* 16. *ibid.* 11. Sic *Neopis Att.* 20. Interdum jocans ejus verbosiores eliceret epistolæ. Similiter *Horat.* 4. *Od.* 12. 17. Nardi plenus onyx elicere radum. h. e. officiel, ut ego promat eadum. ¶ 2. Speciatim est verbum magicum, quum Mades aut deos certa prece certoque ritu sacro evocabant crebantque, consundi causa de arcana, aut beneficij faciendo. *Ovid.* 3. *Fast.* 327.; et *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (104). Elicere deos caelo. *Arnob.* 5. 1. Jovem ad terras. *Sil.* *It.* 8. 101. numina. *Cic.* *Fatin.* 6. 14. animas inferorum. *Tibull.* 1. 2. 45. Manes sepulcris. Adde *Horat.* 1. *Sat.* 8. 29.; *Eucan.* 6. 733.; et *Stat.* 4. *Theb.* 478. Sic *Id. Stat.* 4. *ibid.* 53. Manes limite mortis eleciti. Et *Tac.* 2. *Ann.* 28. Elicere infernas umbras carminibus. — Similiter elicer fulmina est preribus et sorris quibusdam impetrare, ut caelo decidant. *Liv.* 1. 20.; et *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 3. (13). Cf. *eund.* 2. *ibid.* 53. 54. (140). — Neque aliter *Lucan.* 9. 932. Virus elicitus jussumque exire. h. e. incantamentis evocatum.

II.) Translate. *Cic.* *Senect.* 15. 51. Terra elicit ex semine herbescientem viriditatem. Cf. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (193). Si nacta vitis idoneus palmites non babeat, ad terram recidi eam, novosque elici utilissimum. *Cic.* *Cael.* 24. 60. Nonne ipsam domum metuot, ne quam vocem eliciat? h. e. effundat, emittat, edat: ejiciat est unus et alter qui metlit: ut et in illo 2. *Tusc.* 25. 56. Faunes, e quibus elici voce et fundi videmus. *Id.* 2. *Nat.* D. 60. 150. Itaque ad pingendum, ad scalpendum, ad terrorum eliciendis sonos ac tibiarum, apta est manus ad motione digitorum. *Lucret.* 3. 57. Nam vera voces tum demum (h. e. in periculis) pectora ab Imo Eliciuntur. *Ab. leg.* ejiciuntur; quod dicendum etiam de loco ejusdem. *Lucret.* 3. 496. *Cic.* *Brut.* 80. 278. Ubi dolor? ubi ardor animi? qui etiam ex fantiis ingenis eliciere voces et querelas solet. *Id. Dejet.* 1. 3. Quum more majorum de servo in dominio ne tormentis quidem querari licet; in qua questione dolor veram vocem elicere possit etiam ab invito etc. Cf. *Sueton.* *Cal.* 10. Hic omnibus insidiis tentatus eliciuntur cogentiumque se ad querelas. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 97. Quam ab eo nusquam disciderem, verbum ex eo nunquam elicere potui de ratione dicendi. *Id.* 7. *Att.* 1. 5. Dabunt operam, ut eliciant sententiam meam. *Liv.* 40. 23. Fide data. arcana ejus elicit. *Quintil.* 5. 7. 20. Elicere respondunt. *Tac.* 4. *Ann.* 45. veritatem. h. e. extorquere. *Juvenal.* 7. 212. risum. *Liv.* 8. 28.; et *Tac.* 3. *Hist.* 58. misericordiam. *Curt.* 8. 5. 22.; et *Sil.* *It.* 7. 90. fram. *Tac.* 15. *Ann.* 33. studia ciuium. *Id.* *ibid.* 53. favoreni vulgi. *Id.* 2. *Hist.* 24. festinationem. *Id.* 16. *Ann.* 14. rapidiaem. *Cic.* 1. *Pictorat.* 8. 13. Quis igitur elicere causas præsensionum potest? Asceruere, investigare, inventare. Sic *Id.* 1. 20. 21. Elicere prærogationes prodigiorum et mortibus divinis.

**ELICUS**, ii, m. 2. cognomen Jovis. ab eliciendo, quod eum caelo Nemæ rogatu Pius et Faunes quodam die elicere, ut doceret ritum piani fulminis. *Ovid.* 3. *Fast.* 329. Eliciunt caelo te. Juppiter: unde minoris Nino quoque te celebrant. Eliciungus vocant. *Liv.* 1. 20. extr. de Numa. Ad ea elicieenda et mentibus divinis, Jovi Elicio aram in Aventino dicavit. Adde *Varro.* 6. *L. L.* 94. *Hüll.*; *Plin.* 2. *Hist. nat.* 53. 54. (140); et *Servium* ad *Verg.* 6. *En.* 42.

**ELICITOR**, óris. *v. ELICATOR.*

**ELICITUS**, a, um. *v. ELICIO.*

**ELIDO**, *illis*, *itsi*, *lism*, *lidum*, *lidere*, a. 3. (ex et latere). Part. *Elidens* sub *B. I.*; *E'lisus* in omnibus parat.; *Eliurus* sub *B. I.*; *Eliendus* sub *I. II.* 1. — Elicere duo diversa significat, prout præpositio et. A) Nativa ac propria potest significatione: aut B) intensiva est.

I.) Quoniam prepositio ex nativa ac propria potest significatione, elidere est per ruitum vel per stramendo expellere, elicer, extenuare, evitare (It. raccorre o spingere fuori); Fr. faire sortir, faire jaillir, tirer de, arracher; Hisp. sacar a fuer, arrancar; Germ. herausziehen oder schlagen; Angl. to draw or bring out).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Rud.* 3. 2. 45. Jube oculos elidere, itidem ut sepius faciunt coqui. Sic *Virg.* 8. *Æn.* 260. Corripit in nodum complexus, et angit inhaerens Elisos oculos. Similiter *Sil. It.* 9. 400. Elidere orbes. h. e. oculos. *Lukan.* 7. 475. stridulus aer Elisus lituis. — *Elidere litteras apud Grammaticos* est veluti compimere, exprimere et excludere; quod per syncopen fit. *Gell.* 5. 12. Quod est in elisis, aut immunitatis quibusdam litteris Juppiter, id plenum atque integrum est *Jovis pater*. *Id.* 16. 5. *Vetus ab ætatis magnitudine compositum elisumque est*. h. e. quasi re cetas. — *Ovid. 6. Met.* 696. Exsilientque cavis elisi nibibus ignes. Sic *Id. 8. ibid.* 338. violentus in hostes Ferter, ut excussis elisi nibibus ignes. *Plin. 11. Hist. nat.* 37. 86. (214). Ossa ursis in tanta duritia, ut ignis elidatur, velut e silice. *Id. 18. ibid.* 35. 84. (358). Lumina quoniam ex sese flammam elidunt. *Id. 31. ibid.* 1. 1. (2). Quæ causa fulmina elidunt. *Vol. Flacc.* 4. 663. Terrificaque rount tonitus, elisque noctem *Lux* (h. e. fulgor) dirimit. Cf. *Stat. 5. Theb.* 394. Fulmen elidit nubes. Et *Seneca Agamemn.* 405. Nube dirum fulmen elisa miscat. *Cels. 1. 7.*; et *Plin. 25. Hist. nat.* 3. 7. (25). Elidere partus. h. e. abortio facere. Adde *Colum. 6. R. R.* 23. 1. et 7. *ibid.* 9. 9. *Cic. 2. de republ.* 41. Ut auriga iactatus e curra eliditur. h. e. dejicitur, ut docet *Non. p. 292. 31. Merc. Colum. 9. R. R.* 11. 1. Quum primo vere in eo vase nata est pullities, novus rex (*caput*) eliditur, ut multitudine sine discordia cum parentibus suis conversetur. Adde *eund. ibid.* 9. 8. *Propert. 4. 6. 73.* Vinaque fundantur prælis elisa Falernis. h. e. expressa. *Tac. 2. Ann.* 24. Milesque nullo illic hominum cultu fame absumentus, nisi quos corpora equorum eodem elisa toleraverant h. e. ab Oceano ad littus ejecta. ¶ 2. Latiori sensu, quamvis raro, elidere ponitur pro collidere seu collidendo excutere. *Curt. 8. 13. 9.* Nec (*flumen*) pro spatio aquarum late stagnantium impetum coercedat; sed quasi in arctum coenitibus ripis, torrens et elisus cerebatur: occultaque sata inesse ostendebant pluribus locis undæ repellentes. Similiter *Id. 9. 2. 17.* Flumen, quo latius fusum est, hoc placidius stagnat: quippe angustis ripis coercta et in angustiorenum alveum elisa torrentes aquas invehunt. *Virg. 3. Æn.* 367. Ter spumam elisam et rotantia vidimus astra. *Servius*: exclusam, expressam.

II.) Translate. *Metaphorā sumpta a superiori paragrapbo t. elidere imaginem, colores, est reperienda emittere. Lucret. 4. 294.* Imago planitiem ad speculū veniens recta retrorsum eliditur. h. e. reperissa redit, refertur. *Id. 4. 314.* de speculo in speculum transfertur imago: Irde ad nos elisa bis advolat, et 299. et elisam retro sese exprimit ipsa. *Plin. 37. Hist. nat.* 9. 52. (137). Irides, gemmæ, colores nonnisi ex opaco reddunt, nec ut ipsæ habent, sed ut recessu parietum elidant. — Sic elidere sonum est edere, emittere, quia sonus fit collitu corporum. *Cels. 4. 4. n. 2.* Propter angustias, per quas spiritus evadit, sibilum elidit. *Quintil. 11. 3. 31.* Vox ultra vires urgenda non est: nam et suffocata et majore nisu minus clara est: et integrum elisa, in illum sonum erumpit, cui Græci ρινωπόν nomen a gallorum immaturo canto dederunt. h. e. canu conatu emissum. *Plin. 11. Hist. nat.* 51. 112. (269). Elephas extra naras, ore ipso sternuntamento similem elidit sonum; per naras autem, tubarum rauat. *Id. 14. ibid.* 22. 28. (146). Nihil ad elendum in pavimentis sonum ex vino reliquise. *Sil. It. 1. 531.* Elidere gemitum. *Quintil. 2. 11. 7.* Magnas tamen sententias et res bonas (ita enim gloriarunt solent) elidunt. *Lucilius* apud *Non. p. 291. 32. Merc.* In fauces invadere, animamque elidere alicui. *Horat. 1. Ep.* 15. 6. Elidere morbum. h. e. ejus vim frangere, dissipare, tollere. *Cels. 4. 4. n. 3. Tussis*, quoniam vetus facta est, vix eliditur. *Id. 6. 6. n. 37.* Disheilimne genus id imbecillitatis eliditur. *Paul. Dig. 2. 14. 27.* Pactus ne peteret, postea convenit ut peteret: prius pactum per posterius elideretur. h. e. vincentur, abrogabitur.

B) Quin prepositio ex est tantum intensiva, elidere est percutiendo frangere, confringere, perstringendo effringere.

I.) Proprie. *Plaut. Pien. a. 2. v. 46.* Elidam caput, nisi auscultas. Adde *Liv. 21. 45.* Rursus *Plaut. Mil. glori.* 2. 2. 12. Elidere alicui talos. *Ces. 3. B. C. 27.* Tempestate naves eliduntur. *Seneca Troad.*

1111. Ossa gravi casu elisa. *Ovid. 14. Met.* 739. Atque onus infelix, elisa fauce, pendit. Cf. *Id. 12. ibid.* 142. Viuela trahit galæ, quæ presso subdito mento Elidunt fauces. *Seneca Herc. fur.* 221. Et tumida tenera guttura elidens manu. *Virg. 8. Æn.* 288. de *Hercule.* ut prima novoreæ Monstra manu geminosque premens eliserit angues. *Plin. 8. Hist. nat.* 11. 11. (32). Elephantus conuens pondere draconem elidit. *Horat. 3. Od.* 27. 58. potes hac ab orno Pendulum zona bene se secuta Elidere collum. *Vulgati libri hæberi lacerare, neve, sed ad morem poetarum, simplex verbum pro composito.* Bentlejus et Lachmannus *leg.* elidere. *Id. 2. Sat.* 3. 315. Unus ubi effugit, matre denarrat, et ingens Bellus cognatos eliserit. h. e. ut vitulus ranæ pullus pede compresserit ac suffocaverit. *Sueton. Ner.* 53. Elidere leonem. Cf. *eund. Cal.* 26. et *Ces.* 39. *Curt. 9. 7. 22.* Elisus eo stipte victum, ne prohibitus esset a rege. *Flor. 3. 3. 17.* Suffocari elisusque passim infantibus suis. *Sueton. Tib.* 39. Ingentia saxa desperante detapsa, multique elisi. *Ovid. Heroid.* 12. 121. Completos utinam Symplegades elisissent. *Id. 15. Met.* 358. Elisea uade. *Id. 4. Pont.* 9. 21. Nec querulus, turba quamvis eliderer, esse, h. e. comprimerer et pene suffocarer. Eodem sensu *Cels. 5. 28. n. 1. et 4. 4. n. 1.* Elidere spiritum. Adde *Curt. 9. 2. 21.*; *Capitolin. Maxim.* duob. 8.; et *Sil. It.* 3. 33., 5. 509., 10. 394. et alibi. — Apud *Veget.* 1. Veterin. 26. 3. et 3. *ibid.* 17. 2. elidere jumentum est dejicere, ut minus reluctans facilius curari possit. — *Tertull. Cult. fem.* 7. Quid crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis? h. e. compressi, appianati. — NB. Apud *Farron. 1. H. II.* 47. Elidere herbas, cum Schneider, legendum est eligere. Similiter *eligidæ* legendum est apud *Cic. 3. Tusc.* 34. 83. Stirpes agitudinis, ipso trunko everso, omnes elidendæ sunt. item *ibid.* § 84. Hæ sunt illæ fibrae stirpium persequenda et omnes elidendæ. — Apud *Ovid. 4. Fast.* 371. Candidus elisa miscetur caseus herbae. *At leg. elixa.*

II.) Translate. *Cic. 2. Tusc.* 11. 27. Poetae nervos omnes virtutis elidunt. h. e. frangunt et infirmant. *Id. 5. ibid.* 6. 16. Qui rebus his fractus agitudine eliditur, potest tandem non esse miserrimus? h. e. angitur, opprimitur, obruitur.

**ELIGANS. ELIGANTER. ELIGANTIA. V. ELEGANS. ELEGANTER. ELEGANTIA.**

**ELIGIBILIS**, e, adjet. *V. ELEGIBILIS.*

**ELIGO**, ligis, legi, lectum, ligere, a. 3. (ex et lego). Part. *Eligens* I. et II.; *Electus* II. et in fin.; *Electurus* II.; *Eligendus* I. et II. — Eligere propræ est legendo evellere, eruere.

I.) Proprie. — Stricto sensu. *Varro 3. R. R.* 9. 14. Quando de clunibus cœperint habere pinas, e capite et e collo eorum (pullorum) crebro eligendi pedes. — Similiter in re hortensi *elidere herbas* est legendo evellere. *Varro 1. R. R.* 47. Herbæque (*in seminariis*) eligendæ: ea dum teneras sunt, vellendæ. *Alii minus recte leg. elidendæ:* at mox *Varro:* Contra herba in pratis ad spem sénisiciæ nata non modo non evellenda in nutriciæ sed etiam non collenda. Sic *Colum. 4. R. R.* 5. fin. Herbas et præcipue granaea extirpare, quæ nisi manu eligitur, et in summum rejiciuntur, quantumlaeumque parte obruta sunt, reviviscent. *Curt. 4. 1. 21.* Cum regiae vestis insignibus hortum intrant, quem forte steriles herbas eligeant Abdalomynus repurgabat. — Huc pertinent et illa *Cic. 3. Tusc.* 34. 83. Stirpes agitudinis, ipso trunko everso, omnes eligendæ sunt. et mox § 84. Hæ sunt illæ fibrae stirpium persequenda et omnes eligendæ. *Alii utroque loco leg. elidendæ, quod minus placet.*

II.) Figurare ponitur pro deligere. seligere, legere, optare. — a) De rebus etiam abstractis. *Varro 1. R. R.* 54. 2. Uva non solum legitur ad bibendum, sed eligitur ad edendum. *Plin. 23. Hist. nat.* 4. 39. (79). Oleum eligitur in cibos. *Liv.* 40. 35. Lora pacata me ad hibernacula electurum. *Curt. 8. 4. 8.* Eligere locum morti. *Id. 7. 3. 23.* sedem urbi condendæ. *Justin. 26. 1.* Honestiores viam eligentes. *Tac. Dial. de orat.* 26. Eligere formam dicendi. *Cic. 3. Verr.* 34. 87. Myoparorum pulcherrimum, de decem navibus electum. I. Magio vendidit. *Id. 2. Invent.* 2. 5. A multis eligere commodissimum quodque. *Id. 3. Phil.* 1. Ex malis eligere minimæ. *Forcellinus* hunc assert locum, quem ipse non inventi.

Id. 1. de republ. 35. Ita caritate nos capiunt reges, consilio optimates, libertate populi; ut in comparando difficile ad eligidum sit, quid maxime velis. *Ovid. 14. Met.* 135. Elige, quid optes; optatis potiere tuus. *Cic. Divin. in Q. Cecil.* 14. 46. Quoties ille tibi potestatem optione in qua facturus sit, ut eligas utrum velis: factum esse, neque verum esse, an falsum. *Tac. 1. Hist.* 12. Permittere alicui arbitrium eligidendi. — b) De hominibus. *Cic. 10. Phil.* 2. 5. Permitto, ut de tribus Antoniis eligas, quem velis. *Id. Amic.* 17. 62. Sicut igitur firmi et stabiles et constantes amici eligendi. *Nepos Con.* 4. Eligere aliquem ad dispensandam pecuniam. *Id. Datam.* 9. Flegit corpore et statura similissimum sui. *Id. Dion.* 9. Suorum autem et numero Zacynthios adolescentes quosdam elegit eum audacissimos, tum viribus maximis. *Curt. 10. 8. 19.* Quod ad me attinet, reddere hoc impetum reali, quam exercere civium sanguine: et si nulla alia concordia spes est, oro quæque, eligite potioreum. *Vopisc. Aurel.* 14. Eligere aliquem in filiorum locum. h. e. adoptare. *Tac. Agric.* 9. Haud semper errat fama; aliquando et eligit. Adde *Horat. 3. Od.* 6. 26. et 1. *Sat.* 4. 25.; *Sueton. Galb.* 16. et *Vitell.* 7. *Quintil.* 1. 2. 16., 6. 3. 5. et 6. 4. 18.; *Tac. 1. Hist.* 61.; et *Juvenal.* 10. 329. Cum infinito occurrit Part. præter. pass. apud *Stat. 2. Achill.* 336. Electus formæ certamina solvere pastor. Cf. *Id. 3. Silv.* 4. 60. Care puer, superis qui prælibare verendum Nectar, et ingenit toties contingere dextram Electus. — Hinc Part. præter. pass.

**Electus**, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Electior* et Sup. *Electissimus*; et est electus, selectus, atque adeo eximus, egregius, quia optima quoque eligi solent. — a) De rebus. *Petr. Satyr.* 36. Res electissimæ. *Id. ibid.* 85. Electum par columbarum. *Cic. 3. Fin.* 7. 26. Electissimus verbis ornare. V. *Madrig ad h. l.* *Id. 4. Herenn.* 26. 36. Ut quam ad electos verbum accedas, insigneum rem facias et *ibid.* Ad optimum et electissimum verbum devenire. *Augustin. 20. Civ. Dei* 29. Potest sensus alias ideinque electior inveniri. — In malam partem et εἰρηνεῖς. *Catull.* 36. 6. Electissima pessimi poetæ scripta. — b) De hominibus. *Cic. 2. leg. Agr.* 35. 97. Conquisiti ab Rullo atque electi coloni. *Id. Quintil.* 2. 5. Viri electissimi civitatis. *Qua sensu est usitator lectissimi. Sueton. Cal.* 49. Siquidem proposuerat, Antium, deinde Alexandriam commigrare, interempto prius utriusque ordinis electissimo quoque. *Id. ibid.* 18. Pugiles ex utraque regione electissimi. — Hinc

**Electa**, örüm, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt loca scriptorum, que non oscitantur, sunt legenda, quæque Cic. 16. Att. 2. eclogas, h. e. loca selecta vocat: Graeci γενοταραδίας dicunt. *Plin. 3. Ep.* 5. 17. Electorunque coniunctarios centum setaginta mihi reliquit, opisthographos quidem et minutissime scriptos.

**ELIMATÉ**, adverb. idem fete quod limate. Occurrit tantum Comp. *Elimatus*, et quidem translate, apud *Ambros.* 6. *Hexam.* 8. Sed tractemus eliminatus, quid sit ad imaginem Dei. h. e. magis enucleate.

**ELIMATIÖ**, önis, f. 3. purgatio, a lima. Occurrit translate tantum, et est ¶ 1. Declaratio. *Justian. prefat. de emendat. Cod.* § 8. Constitutiones nocte obscuritas obducta, nova eliminationis luce detegere. ¶ 2. Item detractio. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 11. Elimatio carnis.

**ELIMÄTOR**, öris, m. 3. qui elimat et purgat: a timus. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 35. Christus eliminator humanarum macularum.

**ELIMATUS**, a, um. *V. ELIMO.*

**ELIMES**, inis, adject. omn. gen. qui extra limen, seu fines nostros habitat. *Gloss. Philox.* *Elimes*, αὐτοὶς, παρεῖσος.

**ELIMINATÜS**, a, um. *V. ELIMO.* Part. *Eliminatus* I. — Elimino est extra limen ejus, excludo.

I.) Proprie. *Pacurius apud Non. p. 38. 31. Merc.* Me miserari quoniam clam vos eliminat? *Pomponius apud eund. p. 39. 1.* Eliminabo extra ædes conjugem. *Ennius apud eund. p. 39. 2.* et 292. 18. Antiqua heriis fida custos corporis, Quid sic te extra ædes examinata eliminabis? *Aecius apud eund. p. 292. 20.* Egedre, exi, effe te, elimina urbe. Si-

don. 4. Ep. 10. soli patrī finibus eliminatus. Quintil. 8. 3. 31., ubi ex Accio refert gradus eliminatus (hoc est, ut videtur, effert pedem e limine), hoc verbum recenset inter ea, quae novata a poetis, vix usus recepta sunt.

II.) Translate ponitur pro encirciare. Horat. 1. Ep. 5. 25. ne fidus inter amicos sit, qui dicta foras eliminat.

ELIMO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et lima, æ). Part. Elimatus I. et II. et in fin.; Elimandus I. — Elimo est lima abrado, adeoque polio.

I.) Proprie. Ovid. 4. Met. 176. graciles ex aere catenas, Retiaque et laqueos, quea lumina fallere possint, Elimat. Plin. 34. Hist. nat. 18. 50. (170). Alii elimatam scobem in fistili crudo coquunt. Ita edit. vet. anni 1470. et 1472. Alice cum Harduino leg. elimatam. — Elimare dentes est dentifricio uti ad eos purgandos a sordibus, quea limi instar, inter edendum, iissem adhaerescunt. Tertull. Prenit. 11. Cedo acum crinibus distinguendis, et pulvrem dentibus elimando. V. DENTIFRICIUM. — Quod figurate dixit Macrobius. 1. Somn. Scip. 72. in fin. Ubi anima meruerit contagione viliorum penitus elimatam purgari, plerique dedurunt a limo, quasi a limo purgata.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro absolvere, perficere. Cic. 4. Acad. (2. pr.) 20. 66. Rationes latiore specie, non ad tenue elimatæ. Orellius vero legit elimatæ. Atticus apud Cic. 16. Att. 7. 3. Velim σχέσιν αλικού elimes ad me, oportuisse le istuc facere. Gell. 17. 10. Petivit a suis amicissimis, ut Aeneida, quam nondum satis elimasset, adularent. Id. præfat. a med. Qui nullis inter ejusdem Musæ æmulus certationibus disceptationibusque percunctando, scribendo, elimitati sunt. h. e. eruditæ, edocitæ, politi. Augustin. 2. contra Acad. 7. Elimare animum. ¶ 2. Quoniem lima aliquid abradendo diminuimus; ita elimate ponitur pro deminuere. Cœl. Aurel. 2. Tard. 14. Elimatæ vires. h. e. diminutæ. Cf. eund. 2. ibid. 1. Quam sint hæc corruptive virtutis, et propterea corpus elimando, consumant potius, quam relaxant. h. e. ejus substantiam dissipando. — Hinc

Elimatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. Elimatissimus translate usupatur ab Augustin. 5. aduers. Julian. 17. Disputatione subtilissima et elimatissima opus est. h. e. polita omnino, numeris omnibus absoluta.

ELIMPIDO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et limpido). Part. Elimpidanus: — Elimpido est purum et limpido reddo. Veget. 3. Veterin. 27. 4. Schneid. Hoc collyrium omnia vulnera elimpidat atque persanat. Id. 4. ibid. 24. Tetrapharmacum, quod facit ad omnia vulnera elimpidanda et velocius curanda. Id. 1. ibid. 26. 2. Et cum bene elimpidaveris. Adde eund. 6. ibid. 28. 2.

ELINGO, is, ere, a. 3. (ex et lingo) idem quod lingo. Plin. 25. Hist. nat. 13. 97. Hac comanduata, si oculus subinde elingatur, plumbum, quod genus est vitium, ex oculo tollitur. Siliq. legit linialitur.

ELINGUATIO, ἐλεγοτοπία. Gloss. Philox., ubi male legitur linguatio.

ELINGUATUS, a, um. V. ELINGUO.

ELINGUIS, e, adj. (ex et lingua) qui lingua caret.

I.) Proprie. Cassiod. 6. Hist. Eccl. 15. Quicumque illo scelere partecipi sunt, dentibus caruerunt et facti omnes elinguunt sunt; nam et ipsæ linguae pariter defluerunt consumpta putredio.

II.) Translate. ¶ 1. Elinguis dicitur qui non doquitur. Cic. Flacc. 10. 22. Convicti, et elinguem redditum. Id. post redit. in senat. 3. 7. Mutum fororum, elinguem curiam, taritam et fractam civitatem videbatis. Liv. 10. 19. Ex muto alio elinguil secundum etiam consulem babere. Sueton. Vitell. 6. Ac de hac quoque Iberos utriusque sexus tulit: sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem. ¶ 2. Item qui non est eloquens, eloquentia carens. Cic. Brut. 26. 100. Præsertim quum Fannius numquam sit habitus elinguis. Nam et causas defensavit, et etc. Tac. Dial. de orat. 36. Ita ad summa eloquentia premia magna etiam necessitas accedebat; et quomodo disertum haberi pulcrum et gloriosum, sic contra mutum et elinguem videri deforme habebatur.

ELINGUO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et lingua) lingua extraho, lingua privo. Occurrit Part. Elim-

guatus et Elinguandus tantummodo. Plaut. Aut. 2. 2. 72. Si ego te elinguandum dedero usque ab radicibus. Fronto de different. verbor. p. 2200. Putsch. Elinguis habet linguam, sed usu ejus caret: elinguatus amisit.

ELINO, lini, leri, lētum, lñere, a. 3. (ex et lino). Lucilius apud Non. p. 103. 30. Merc. Si bic vestimenta elevit luto. Nonius exponit, maculavit. Hinc prepos. ex est intensiva.

ELIQUAMEN, rnis, n. 3. quod eliquatum est vere aliqua, ut ex carnibus, aut piscibus. Colum. 9. R. R. 14. 3. Ut sunt salsamenta, et eorum omnia eliquamina. Schneider. vero ex melioribus Codd. legi liquamina.

ELIQUATIO, ūnis, f. 3. actus eliquandi. Cœl. Aurel. 2. Acut. 32. Cujusque materia corporis immoderata eliquatio. h. e. dissolutio.

ELIQUATOR, oris, m. 3. V. ELICATOR.

ELIQUATUS, a, um. V. ELIQUO.

ELIQUESCO, is, ere, n. 3. Liquidus sio. Varro 1. R. R. 55. 4. Olea, ut uva, per idem bivium reddit in villam. Alia ad cibum eliguntur, alia, ut cliquescat. h. e. in oleum exprimatur. Simile est illud Colum. 3. R. R. 2. Vitis vel ad escam, vel ad desfusionem dependentur.

ELIQUISUM, si, n. 2. duo diversa significat prout A) Est a liquo, aut B) a linquo.

A) A liquo eliquum est quod eliquatur. Solin. 18. Sinus mediterraneos esse eliquia irruptentis oceanani.

B) A linquo est idem quod defectus, deliquium. Solin. 23. extr. Meatus oceanai commoveri lunæ cursibus, adeo ut vicissitudines inter maciem aquarum et plenitudinem, respiciant adauctus ejus, vel eliquia.

ELIQUO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et liquo). Part. Eliquans II.; Eliquatus I. — Eliquo est ad liquidum purgo, liquidum reddo, percolo (It. colare purgare; Fr. faire couler, distiller, épurer; Hisp. colar, apurar, purificar; Germ. ausläufern; Angl. to clarify or strain liquor).

I.) Proprie. Colum. 12. R. R. 12. 1. Quum saepius cælestem aquam in alia vasa transfluerint et eliquaverint. Id. ibid. 50. 11. Quum paullulum in labris primis constituerit oleum, eliquare id capulator in secunda labra debebit, et deinde in sequentia usque ad ultima: nam quanto saepius translatione exercetur, tanto fit liquidius, et amurca liberatur. Id. ibid. 27. extr. Vinum a fecibus eliquatum. et ibid. 19. 4. Donec videbitur eliquatum omni fece mostum carere. Seneca 3. Quest. nat. 26. a med. Fons saeo quedam turbidus ex intimo fundit, donec liberatus eliquatusque est. Theod. Priscian. 4. a med. Mellis quod sufficiat, quoque sit eliquata spissitudo.

II.) Translate. ¶ 1. Pers. 1. 34. vatum et plorabile si quid Eliquat et tenero supplantat verba palato. h. e. delicate et molliter pronunciat, et quasi eliquando, paullatim et veluti guttatione vocem effundit. ¶ 2. Item effundere res liquidas. Apul. 10. Met. Mons fluviales aquas eliquas. Id. 1. ibid. de equo. Quoad lassitudinis incommodum alvi solitum ac naturale presidium eliquaret. lege residuum. ¶ 3. Item liquefacere. Prudent. Hamartig. 260. Eliquare metalla.

ELISIO, ūnis, f. 3. actus elidendi.

I.) Proprie. Seneca Ep. 99. a med. Hæ lacrimæ per elisionem eadunt, notentibus nobis. h. e. per compressionem et expressionem. V. integrum locum.

II.) Improphe, apud Grammaticos elisio littera est, quum littera excluditur, ut fit in syncope, vel quum vocalis a vocali absorbetur. Priscian. 2. p. 567. Putsch. Præterea circum eo et circumago ei similia non patenterent elisionem in in pronunciatione, si transirent in sequentem syllabam m. V. ELIDO.

ELISUS, a, um. V. ELIDO.

ELITIO, as, are, a. 1. cesso a lite, ut delitio est valde litigo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in Not. Tir. p. 34.

ELIX. V. ELICES.

ELIXATIM, adverb. elixando. Apic. 5. 8. extr. Elixatim sumpto semine cum cvis. Adde eund. 4. 3. Al. alter leg.

ELIXATURA, æ, f. 1. proprie est actus elixandi; hinc ponitur pro re elixata. Apic. 9. 1. Sic Macer de herb. c. 57. de helleborø 10. Elixatura potu caligo fugatur.

ELIXATUS, a, um. V. voc. seq.

ELIXO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et lixa?). Part. Elixatus. — Elixo est aqua coquo. Apic. 3. 6. Cum cumeros rasos elixabis. Id. 2. 1. et 3. 9. particip. elixatus usurpat.

ELIXUS, a, um, adj. in aqua coctus (It. lesso; Fr. cuite dans l'eau, bouilli; Hisp. cocido en agua; Germ. ausgesotten; Angl. boiled, sodden).

I.) Proprie. Varro 5. L. Z. 109. Müll. Elixum et liquore aque dictum. Non. p. 48. 23. Merc. inde putat deduci, quod lixiam aquam diverse veteres. V. apud Voss. in Elymol. plura. Rursus Varro apud Non. p. 62. 14. Proinde ut elixum panem ex farre et aqua frigida fingebant. Horat. 2. Sat. 2. 73. simul assis Miseruerit elixa. Juvenal. 3. 294. Tutor et elixi vervecis labra comedat. Id. 13. 84. comedam, inquit, flebile nati Sinciput elixi. Plin. 20. Hist. nat. 6. 23. (54). Allium coctum utilius est crude, elixumque tosto. — Joculariter Plaut. Most. 5. 1. 65. Th. Jam jabebo ignem et sarmenta, caruix, circumdari. tr. Ne satis: nam elixus esse, quam assus, soleo suavior. Similiter Id. Pren. 1. 2. 67. Ag. Milphio, heus! Milphio ubi es? mi. Assum apud te et cum. Ag. Ego elixus sis volo.

II.) Translate. Varro apud Non. p. 48. 27. Merc. Elixii calci. h. e. valde madefacti. Pers. 4. 39. Elixæ bates. et Martial. 3. 7. Balnearior elixus. h. e. aqua et vaporibus perfusus et propæ coctus.

ELLEBORUM. V. HELLEBORUM.

ELLISSIS, is, f. 3. ἐλλεῖψις, figura est, quam aliqua vox deest orationi; ab ἐλλεῖπει deficio, ut illud Virg. 1. Æn. 6. Italiam fato profugus Lavinaque venit Litora. Ubi decet ad, vel in. Sic ambulo viam, Ægypto venio, ne hoc quidem, quæ apud Quintil. 1. 5. 40. sollextimi sunt per detractionem, apud alias ad ellipsis referuntur. Porro ipsa vox ut Græca est, ita Græce adhibenda potius, quam Latina forma. Latine autem detractione dicitur, ut apud Quintil. loc. cit.; quem adde 8. 6. 21. Latinis vero litteris legitur apud Capell. 5. p. 176. Ellipsis est detractione —, quem verbo aliquo minus docto rem sentientiam potius præterimus, ipsa celeritate gratissimi.

ELLOPS, ūpis. V. HELOPS.

ELLAM et

ELLUM. V. EN et ECCE.

ELLYCHNIUM, ii, n. 2. ἐλλύχνιον, funieulas ille papyraceus, seu sparteus, canabinus, aut stipeus in lychno, qui oleo affuso incensu flamnam nutrit et lumen praestat; a λύχνος lucerna. Plin. 23. Hist. nat. 4. 41. (54). Ellychnia ex uva cicini claritatis præcipua. Id. 28. ibid. 11. 47. (168). Ellychnium papyracum. Adde Stat. 4. Silv. 9. 29.; et Vitruv. 8. 1. 5. Schneid.

ELOCATUS, a, um. V. ELOCO, as.

ELOCO, adverb. pro illico, quasi e loco, e restigio, quidam leg. apud Plaut. Cas. sc. 3. a. 5. in fin. et Truc. 2. 3. 87.

ELOCO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et loco). Part. Elocatus. — Eloco est idem quod loco (It. dare ad affitto; Fr. louer, donner à louer; Hisp. alquilar, dar à tomar en alquiler; Germ. ausmieten, verpachten; Angl. to let out, let to hire, let to farm.) Cic. 5. Ferr. 22. 55. Fupdum elocatum esse dicebat. Plin. 21. Hist. nat. 3. 7. (10). Elocare fupus. Id. 26. ibid. 1. 3. (4). sese corundum. Colum. 1. R. R. 7. 6. boves. — Prægnante significatio Cic. Flacc. 28. 69. de gente Judeorum. Quam cara diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod servata. h. e. quod ejus vectigalia a censoribus P. R. locata. V. Klotz. ad h. I. — Apud Plaut. Epid. 1. 2. 41. Ne ante solem occasum hoc argentario eloces. Ati leg. elicias.

ELOCUTILIS vel eloquutilis, e, adj. ad eloquendum pertinens. Apul. 11. Met. Copia eloquutilis facundia.

ELOCUTIO vel Eloquutio, ūnis, f. 3. ¶ 1. Stricto sensu eloctio est actus eloquendi, sermo, dictio. Ulp. Dig. 22. 5. 12. Pluralis eloctio duorum numero contenta est. ¶ 2. Sed occurrit fere apud Rhetores pro Græco vocabulo φράσις, et est tertia pars officii oratoris, qua res inventat et in ordinem disposita ornamentis sententiæ et verborum illustratur. — a) In singulari numero. Cic. 1. Invent. 7. 9. Eloctio est idoneorum verborum et sententiæ ad inventionem accommodatio. Id. 4. Herenn. 12. 17. Eloctio tres res in se debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem. Quintil. 8.

1. Quam Graeci *εὔρεια*, Latine dicitur elocutio-  
nem. Eam spectamus in verbis aut singulis, aut con-  
junctis. In singulis intuendunt est ut sint Latina; per-  
spicua, ornata, et ad id, quod esficere volumus, accom-  
modata. In conjunctis, ut emendata, ut collata, ut  
figurata. *V.* ibi plura, et in proemio ejus libri. *Id.* 2.  
13. 13. Inventio sine elocutione non est oratio. Adde  
eund. 3. 9. 2., 11. 1. 7. et alibi s̄epe. *Plin.* 3. *Ep.* 13.  
Elocutione vacare. — b) In plurali numero. *Sueton.*  
*Gramm.* 4. Instituisse et ipsos quedam genera  
institutionum ad eloquentiam præparandam, ut pro-  
blematæ, periphrases, elocutiones, ethologias. h. e.  
phrases elegantesque dicendi rationes, vel potius  
rhetoricas descriptions. Alii vero leg. *allocutiones*,  
inter quos et *H. Dörgens*.

ELÖCCTOR vel eloquitor, ūris, m. 3. qui eloqui-  
tur. *Ennod.* 1. *Ep.* 1. Tibi fav ista pretenditur,  
quam in opinione mea blan<sup>us</sup> eloctor accendit. *Id.* 2. *ibid.* 4. Sicut amoris eloctor et copiosus assertor  
es, ita nescis alicui blanda sermonum suatione illu-  
dere.

ELÖCCTÖRIUS vel eloquatorius, a, um, adject.  
ad eloquendum pertinens. *V.* vocem sequent.

ELÖCUTRIX vel eloquutrix, icis, f. 3. quæ elo-  
quitur. Hanc et superiorem vocem, ut Latinas agno-  
scit *Quintil.* 2. 14. 2. Oratoria sic efficeretur ut elo-  
cutoria; oratrix ut eloctrix.

ELÖCCTUS vel eloquitus, a, um. *V.* ELOQUOR.  
ELÖGIÄTUS, a, um. *V.* voc. seq.

ELÖGIO, as, avi, atum, are, a. 1. Part. *Elogiatu-*  
s. — Elogio est breviter describo. *Cœl. Aurel.* 5.  
*Tard.* 4. Signa elegiavimus. h. e. breviter scripta  
propositum. *Id.* 2. *Tard.* 1. Nomina specialiter elo-  
giata. h. e. imposita.

ELÖGIUM, ii n. 2. In aliquo ex allatis Ciceronis  
locis sunt qui lectionem sollicitant. Sunt etiam qui  
de origine vocis disputant, et de scripture. Alii  
enim scribi volunt *eulogium* ab εὐλόγιον; aliī *el-  
ögium* a similī Graeca εὐλόγιον; aliī *elegium* ab  
εὐλογίον; aliī denique, qui *elegium* retinent, ab  
haec quidem descendere, sed usu Latino c exstritum  
esse. Atque hoc est usitator scribendi ratio. Cetero-  
rum *elegium* generatum est quidquid verbis prola-  
tum est: hinc. ¶ 1. Est dictum, sententia. *Cic. Senect.* 20. 73. Solonis quidem sapientis *elegium*  
est, quo se nebat velle suam mortem dolore antico-  
rum et lamentis vacare. ¶ 2. Item brevis titulus  
rei aliquius, vel inscriptio in laudem cuiuspiam,  
vel vituperationem. Sic de januariorum inscriptione  
*Piauit. Merc.* 2. 3. 73. Molesti sint, occident o-  
stium, impleantur mea fortes *elegiorum* carbonibus.  
— Et de votiva tabella *Sueton.* *Cat.* 24. Tres  
gladios in necem suam preparatos Marti ditor, ad-  
ditio *elegio*, consecravit. — Item de avorum imagi-  
nibus *Sueton.* *Galb.* 2. Imagines et *elegia* universi  
generis (*prosopica*) exequi longum est. — Præcipue  
de sepulcris. *Cato* apud *Gell.* 3. 7. Gloriam atque  
gratiā claritudinis inclutissimæ decoravore moni-  
mentis, signis, statuis, *elegiis*, historiis. *Cic. Senect.*  
17. 61. In quem (*stilum Calatinum*) illud *elegium* unicum: *Plurimæ consentiunt gentes populi*  
*primarium suisse virum.* Similiter *Id.* 2. *Fin.* 35.  
116. Non elegia monumentorum si significant? ve-  
llet hoc ad portam: *Unum hunc plurimæ consentiunt gentes, populi primarium suisse virum.* Sic  
*Id.* 1. *Tusc.* 14. 31. Quid ipsa sepulcrorum monu-  
menta, quid elegia significant, nisi nos futura etiam  
cogitare? *Sueton.* *Claud.* 1. *Elegium tumulo in-  
sculpere.* Cf. *Virg. Cul.* 410. His tumulus super in-  
seritur: tum fronte locatur *Elegium*, tacita format  
quod littera voce: Parve culer etc. V. *Klotz.* ad  
*Cic. Pis.* 19. 44.; et *Orelli.* ad *Inscript.* 534. ¶ 3.  
Item brevis aliquius mentio in testamento facta.  
*Cic. Cluent.* 48. 135. Quod *elegium* recitasti de te-  
stamento *Ca. Egnatii* patris, idcirco se exhiberet  
filium, quod etc. *Sueton.* *Vit. Horattii.* Maiores  
quantopere eum dilexerit, satis monstratur talis ad  
Augustum *elegio*: Horatii Flacci, ut mei, memor esto.  
Adde *Senec.* 2. *Controv.* 15.; *Quintil.* 7. 4. 20. et 2.  
*Declam.* 15.; et *Dig.* 37. 10. 1. § 9. Sic in *lemmate*  
*Declam.* 326. earum, quæ tribuuntur *Quintil.* Di-  
ties decessit herede instituto honorum omnium pau-  
pere, et *elegio* talis: Peto, ut hanc hereditatem re-  
stituas ei, cui rugavi. *Forcellinus* bunc locum sin-  
gulari paragr. distinxit, et *elegium* accepit pro pe-  
titione, rogatione. — Hinc ultima *elegia* sunt ulti-  
num testamentum, ultima voluntas perscripta. *Imp.*

*Justinian.* *Cod.* 3. 28. 37. § 1. Super ipsis tantum-  
modo rebus, quæ quasi castryns peculi sunt, ultima-  
mente condere posse *elegia*. ¶ 4. Denique est etiam  
sententia judicialis, quæ propterea damnationis quo-  
que causas continet exhibetque. *Sueton.* *Cat.* 27.  
Custodiarum seriem recognoscens, nullias inspecto  
*elegio*, a calvo ad culvum duci imperavit. *Add. Spartian.* *Sev.* 1. et *Lamprid.* *Alex. Sev.* 33.  
*Ammian.* 19. 12. Porque *elegium* Principis torqueri  
præceptus, — latâ fugâ damnatus est. — *Hinc mit-  
tere aliquem cum elegio* est ad legitimam magistratu-  
m mittore, unde cum criminis expositione vel si-  
gnificatione. *Modestin.* *Dig.* 49. 16. 3. Desertorem  
auditum ad suum ducem cum *elegio* preses mittit.  
Adde *eund.* *ibid.* 48. 3. 6. et 11.

ELONGATIÖ, ūnis, f. 3. recessus. *Boeth.* de unit.  
et uno p. 967. Si tres, vel plures fenestrae vitreae  
una post aliam recte contra radium solis disponantur  
in ordine, constat siquidem, quod secunda minus  
recipit lumen, quam prima, et tertia minus, quam  
secunda: et sic usque ad ultimam sit defectus lumen  
non propter lumen in se, sed propter elongatio-  
nem fenestrae a lumine. *Id. ibid.* p. 1275. Unaqua-  
que res materiae, secundum gradum elongationis  
sue.

ELONGO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et longus)  
protraho, differo. *Gloss. Philox.* *Elongo*, μακρώω,  
ἀπέτημι. Forum Romanum *Plinj* nescio cui tribu-  
bit illa verba: *Quo maximo tempore dies elongantur.*  
— Ceterum occurrit apud *Fulgat.* *Interpr.*  
*Psalm.* 21. 20. Ne elongaveris auxilium tuum. Adde  
eundem. *Psalm.* 54. 8., 70. 12. et alibi s̄epe.

ELOPS, ūpis. *V.* HELOPO.

ELÖQUENS, entis. *V.* ELOQUOR in fin.

ELÖQCENTER, adverb. cum eloquentia. Occur-  
runt tantum Comp. *Eloquentius* et Sup. *Eloquentissi-  
me* apud *Plin.* 3. *Ep.* 18. *Eloquentius* scribere.  
*Id.* 2. *ibid.* 11. a med. *Eloquentissime* respondere.  
*Id.* 6. *ibid.* 21. *Eloquentissime* scribere.

ELÖQUENTIA, æ, f. 1. facultas dicendi apposite  
ad rem, de qua agitur. dicendi vis et ratio admirabilis,  
et, ut ait *Cic. Partit.* oral. 23. 79. copiose lo-  
quens sapientia (lt. *eloquentia*, *fronctia*; Fr. *élo-  
quence*, *talent de la parole*; Hisp. *eloquencia*;  
Germ. d. *Ereditsamkeit*, *Wohlbredenheit*; Angl.  
*eloquence*, *the faculty of speaking well*). Duplex  
autem ratione sumi potest: scilicet — a) Vt ut  
idem sit, quod *eloquio*, vel *facundia*, et *copia ver-  
borum*, nempe si ad vim vocis spectet. *Ter. Phorm.*  
4. 3. 24. Sudabile satis, si cum illo incepta homine:  
ea *eloquentia* est. *Sall. Cat.* 5. Satis *eloquentia*,  
sapientia parum. *Nepos. Aleib.* 2. Hipponicus  
omnium Graecæ lingue eloquentia disertissimus.  
*Fronto* 1. *ad Amic.* 5. Apud me antiquissimum lo-  
cum laudis eloquentia possidet. *Sueton.* *Rhet.* 5.  
*Set.* Clodius Latiane simul Graecæ eloquentia  
professor. — b) Vt si significet universam vim  
facultatemque oratoris, quæ quinque rebus, seu par-  
tibus *coſtant*, *inventione*, *dispositione*, *eloquione*,  
*memoria*, et *pronunciatione*, ut sumitur a *Cic. Brut.*  
6. sub fin. et alibi. *Id. Orat.* 28. 100. Ne ipse quidem  
sunt tanta eloquentia mihi persuaserit, ut se  
dimitterem. Huc pertinet et illud *Fronton.* de eloq.  
p. 229. Si linguam quis uni homini evicerit, immu-  
nitas habebatur; eloquentiam humano generi exercari  
mediocre facinus putat. — Ceterum addo *Cic.* 1.  
*Orat.* 5. 10., 32. 146. et alibi s̄epe; *Nepot.* *Dion.*  
3., *Att.* 5. et *Cimon.* 2.; *Quintil.* 2. 16. 7., 9. 17. 2.,  
8. 3. 71. et alibi s̄epe; *Plin.* 3. *Ep.* 3.; *Sueton.*  
*Cæs.* 55., *Aug.* 84., *Cal.* 5. et *Gramm.* 7.; *Tac.*  
*Dial.* de orat. 8., 30. et 38., *Agrie.* 10. et 14. *Ann.*  
19.; *Gell.* 1. 15.; *Justin.* 5. 2. 7. et 13. 5. 10.; et  
*Colum.* 1. *R. R.* 1. 30.

ELÖQUILUM, ii n. (eloquor). ¶ 1. Est idem  
quod *eloquentia*, sed *historiæ poetica* sub Impera-  
toribus familiaris. *Virg.* 11. *En.* 383. Touare  
*eloquio*. *Ovid.* 1. *Trist.* 9. 45. Quælibet eloquio fit  
bona causa tuo. *Id.* 2. *Pont.* 2. 51. Nitor eloquii.  
*Tellej.* 2. 68. 1. Celsus vir eloquio animoque Cu-  
rioni simillimus. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 18. (55).  
Suavitas prædulcis eloquii. *Stat.* 4. *Sily.* 4. 65. Po-  
tentissima eloquii virtus. Adde *Horat.* *Art.* P. 217.;  
*Ovid.* 13. *Met.* 63. et 322.; *Lucan.* 7. 63.; *Junenal.*  
7. 19. et 139.; et 10. 114. et 118.; *Sil. It.* 3. 619.;  
*Vopisc.* *Prob.* 2. et *Carin.* 21.; et *Trebell.* *Poll.*  
XXX. *Tyr.* 1. ¶ 2. Est etiam simpliciter sermo.  
Siquidem definitur a *Diomedede initio* l. 2. p. 413.

*Putsch.* Eloquium est humanæ pronunciationis ex-  
pressa significatio, facilem mentibus exhibens intel-  
lectum. — *Hinc* et colloquium. *Hamerlin.* *Paneg.*  
*Maxim.* 9. Invictas dexteras contulisti; adeo fidum  
fraternumque fuit illud eloquium.

ELÖQUOR, iōqr̄is, lōqūis vel lōr̄itus sum,  
lōqui, dep. 3. (ex et loquor). Eloqueret pro eloque-  
retur quidam legunt in versibus *Eunii* apud *Gell.*  
12. 4. Eloqueret, quæ tincta malis, et quæ bona di-  
cta. *Altī melius leg.* Eloqueretur, tincta etc. —  
Elocutus passiva significatio occurrit apud *Ulp.*  
*Dig.* 3. 2. 13. § 6. Multum interest, causa cognita  
aliquid pronuntiatio sit, an quædam extrinsecus  
sint elocuta. — Part. Eloquens in fin; Elocutus 1.  
et 2. — Eloqui est dicere, narrare, expōne, effe-  
re, quasi extra loqui; hinc *Quintil.* 8. procem. 11.  
Eloqui est omnia, quæ mente conceperit, promere  
atque ad audiētum perferte (lt. *parlare*, dire, mani-  
festare *parlando*; Fr. *prononcer*, *exposer*, *exprimer*,  
*declarer*, *énoncer*, dire; Hisp. *pronunciar*,  
*exponer*, *declarar*, *manifestar*, *enunciar*, *decir*;  
Germ. *aussprechen*, *ausdrücken*; Engl. to speak,  
speak out or plainly, declare, deliver). Occurrit  
¶ 1. Generatim, et quidem — a) Absolute. *Plaut.*  
*Cure.* 2. 3. 29. Eloquere, obsecro berclę. *Id. Ju-  
lit.* 2. 1. 48. ev. Id mihi, queso, quis ea est, quam  
vis ducere utorem? me. Eloquar. *Nostio* hunc se-  
sem Euclionem ex proximo pauperculum? etc. *Id.*  
*Amph.* 1. 1. 264. Elocutus est. h. e. vera dixit. *Ter-*  
*Phorm.* 4. 3. 35. cm. Immo non potuit melius per-  
venir eo, quo nos volumus. Ad. Occidi. cm. Perge  
eloqui. GE. At primo homo insinabat etc. *Virg.* 3.  
*En.* 39. Eloquar, an silcam? gemitus lacrimabilis  
imo Auditur tumulo, etc. *Cic.* 3. *Off.* 15. 61. Uter-  
que (empor et venditor) si ad eloquendum venerit,  
non plus quam semel eloquetur. h. e. indicandum  
et exhibendum pretium rei. *Curt.* 10. 2. 15. Eloqui  
timeo, palam certe rupistis imperium, et precario  
rex sum. Adde *Sueton.* *Domit.* 23. *Quintil.* 8. 2.  
11. Verba, quæ plus significant, quam eloquentur.  
*Id.* 3. 6. 4. Quos recte sensisse, parum eloctos puto.  
h. e. nou clare. — *Forcellinus* afferit etiam illud  
*Plaut.* *Truc.* 4. 2. 43. Eloqui uno verbo. At hæc  
dicitur legendū; et sane Plauti verba sunt. vi.  
Qui potest? Uno verbo! as. Eloquere. di. Mittin'  
me intro? as. Mendax es, abil! Cauin ajebas, tria  
jam dixi verba atque mendacia. — b) Cum additis  
per aliam propositionem iis, que diruntur. *Horat.*  
3. *Od.* 3. 17. Gratula eloqua consiliabitibus Juno-  
ne divis; Ilion, Ilion etc. *Tac.* 3. *Ann.* 65. Memo-  
ria prodiit Tiberium, quolies curia egredereetur,  
Grecis verbis in bunc modum eloqui solitum: O  
homines ad servitutem paratos. *Sueton.* *Domit.* 23.  
Ante paucos quam occideret menses, cornix in Ca-  
pitoliu elocutus est: *Ἐστα παντα κάλοις.* — c)  
Cum Ablativo rei et prepos. de. *Plaut.* *Cist.* 2. 3.  
23. Eloqui de aliqua re. — d) Cum Accusativo.  
*Plaut.* *Cist.* 1. 1. 58. Eloquere nobis utrumque; et  
quid tibi est, et quid velis nostram operam. *Id.*  
*Amph.* 1. 1. 45. Eloqui audita. *Id. ibid.* prol. 51.  
argumentum tragedie. *Id. ibid.* 4. 5. 8. rem. *Id.*  
*Epid.* 1. 2. 20. syllabam. *Id. Men.* 1. 4. 6. Elocuta  
sum convivas: veterum cura tu. h. e. dixi, qui et quot  
sunt convivas. *Ter. Heaut.* prot. 3. Id primum dic-  
am, deinde quod veni, eloquar, hic absolute quo-  
que accipi potest. *Cic.* 2. *Orat.* 38. 158. Omne,  
quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus, aut non  
esse, etc. *Id.* 1. *ibid.* 48. 209. Nullum est pericu-  
lum, ne quid tu eloquare, nisi prudenter. *Id.* 1.  
Fin. 3. 6. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat,  
et id, quod sentit, politè eloqui non possit. *C. Ces-*  
*sar* apud *Cic.* *Brut.* 72. 253. Eloqui præclare cogita-  
ta. *Forcellinus* hunc locum ad paragr. 3. retulit.  
*Cic.* 4. *Herenn.* 19. 27. Eloqui res aliquas per hu-  
juscmodi continuationes. *Ces.* 2. B. C. 34. Ille  
unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea,  
quæ pridie sibi confirmassent, sequi sese jubet.  
*Ovid.* *Heroid.* 15. 129. Eloqui verba simillima ve-  
ris. *Seneca* *Edip.* 817. Eloquere nomen. Alt. *Se-*  
*neca* *Ep.* 83. ante med. Per vinum eloqui arcana.  
*Curt.* 7. 4. 35. Nec plura elocutus equum in hostem  
egit. *Id.* 8. 14. 17. Hæc elocutus concilat equum  
primus. Adde *eund.* 10. 6. 24. *Quintil.* procem. 17.  
Ea et sciet optime et eloquatur orator. — e) Se-  
quente Infinito. *Curt.* 9. 6. 12. Horret animus co-  
gitatione rei, quam paullo ante vidimus. Eloqui ti-  
meo invicti corporis spolis inertissimos manus fui-

se injecturos, nisi te interceptum misericors in nos fortuna servasset. ¶ 2. Speciatim pro colloqui. *Mamertin. Genethl. Maxim.* 11. in fin. Quam junctim sedent! quam concorditer eloquentur! *Al. leg.* colloquuntur. ¶ 3. Item speciatim et s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> referuntur ad facultatem oratoriam. *Cic. Orat.* 19. 61. Sed jam illius perfecti oratoris et summae eloquentiae species exprimenda est: quem hoc uno excellere, id est oratione, cetera in eo latere, indicat nomen ipsum. Non enim inventor, aut compositor, aut actor, haec complexus est omnia, sed et Grace ab eloquendo p<sup>r</sup>etrop, et Latine eloquens dictus est. Sic *Quintil.* 10. 1. 3. Quem sit in eloquendo positum oratoris officium. *Cic. 1. Orat.* 11. 48. Oratoris vis est composite, ornata, copiose eloqui. *Id. 1. Off.* 44. 156. Eloqui copiose, modo prudenter, melius est, quam vel atutissimum sine eloquentia cogitare. *Quintil.* 10. 1. 69. Tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas. Adde *eumd.* 10. 1. 1. et alibi s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>. *Sueton. Aug.* 86. Genius eloquentia scutatus est elegans et temperatum. *Tac. 4. Ann.* 31. Quin ipse, compositus alias et velut eluctantium verborum, solutus promptiusque eloquebatur, quo<sup>t</sup>ies subveniret. — Hinc Part. prae.

*Eloquentis, entis, adjective quoque occurrit, unde Comp. Eloquentior 1. et 2., Sup. Eloquentissimus 2. ¶ 1. Generatim est qui eloquitur et verbis exponit. *Cic. 4. Herenn.* 53. 66. Quum res muta et informis sit eloquens et formata. *Orellius* vero legit aut informis sit loquens. *Apul. de Mag.* quis me hoc pacto eloquentior vival, quippe qui nihil unquam cogitavi, quod eloqui non auderem? ¶ 2. Speciatim et s<sup>e</sup>pissime est qui novit dicere apposite ad persuadendum et ad rem de qua agitur. — a) Posit. *Cic. Orat.* 29. 100. Is est eloquens, qui et humilia subtiliter et magna graviter et mediocria temperate potest dicere. et mox § 101. Is erit igitur eloquens (ut idem illud iteremus), qui poterit parva summis, modica temperate, magna graviter dicere. *Id. ibid.* 36. 123. Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque dixerit, poterit accommodare orationem. *Id. ibid.* 5. 18. M. Antonius — disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. Cf. *Quintil.* 8. proœm. 13. et 12. 1. 21. (Huc pertinet et illud *Plin.* 5. Ep. 20. Respondit mihi Fonteius Magius, unus ex Bithynis, plurimis verbis, paucissimis rebus. Mos est plerisque Graecorum, ut illis sit pro copia volubilitas: tam longas tamque rigidas periodos uno spiru, quasi torrente, contorquent. Itaque Julius Candidus non invenuste solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquaciam. Nam eloquentia vix uni et alteri, immo, si M. Antonio credimus, nemini: haec vero, quam Candidus loquentiam appellant, multis atque etiam impudentissimo cuique maxime contingit). Rursus *Cic. 1. Orat.* 5. 19. Mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis. *Id. ibid.* 11. 49. Eloquentes et in dicendo suaves atque ornati fuerunt. *Id. ibid.* 14. 63. Eloquentem esse in aliqua re. *Id. 2. Nat. D.* 1. 1. Nam neque indiscertum Academicum pertimussem, nec sine ista philosophia rhetorem, quamvis eloquentem. *Quintil.* 10. 1. 123. Quo in genere (h. e. in philosophia) paucissimos adhuc eloquentes littere Romanæ tulerunt. Adde *eumd.* 7. 1. 43. et alibi. — b) Comp. *Quintil.* 12. 6. 6. Itaque nonnullos reperias, qui sibi eloquentiores esse videantur. — c) Sup. *Cic. Brut.* 39. 145. Ut eloquentium juris peritissimus Crassus, juris peritorum eloquentissimus Scævola putaretur. *Quintil.* 8. proœm. 13. M. Antonius disertos satis putat dicere quæ oporteat: ornata autem dicere, proprium esse eloquentissimi. Adde *eumd.* 5. 13. 3., 4. 2. 58. et 1. 1. 21.; *Sueton. Galb.* 3.; *Tac. Agric.* 10.; et *Plin. 6. Ep.* 21.*

### ELOTUS, a, um. F. ELAVO.

*ELUACRUS*, a, um, adject. Elusorum labrum apud *Caton. R. R.* 10. et 11., si sana est lectio, vas in gens significat ad eluendum, seu lavandum.

*ELUCEO*, eos, xi, cere, n. 2. (ex et luceo). Part. *Elucens* I. et in fin. — Eluceo est idem quod luceo, vel valde luceo, lucendo appareo (lt. *risplendere*; Fr. briller, luire; Hisp. brillar, resplandecer, relucir; Germ. hervorleuchten, strahlen; Angl. to shine forth, be bright).

I.) Proprie. *Cic. 1. de republ.* 6. Circulus splendissimo candore inter flammas elucens. *Tibull.* 4. 1. 134. Lætor eluit structos super ignis acervos.

*Virg. 4. G.* 98. de apib. eluent alia, et fulgore coruscant Ardentis auro, et paribus ita corpora guttis.

II.) Translate est apparere, se manifestare, lucendo apparere. — a) De bonis rebus. Ad rem *Cic. 2. de republ.* 21. Eluet scintilla ingenii in puer. *Et 4. Fam.* 3. 2. Quasi lumen aliquod, extinctis ceteris, elucere sanctitatem et prudentiam et dignitatem tuam. *Lucret.* 2. 1650. res ipsaque per se Visceratur, et eluet natura profundi. *Cic. Amic.* 14. 48. Si qua significatio virtutis eluet. *Id. ibid.* 27. 101. Amicitia magis eluet inter aequales. *Id. 2. Orat.* 13. 55. Nemo studet eloquentia, nisi ut in causis atque in foro eluet. *Id. 1. Off.* 29. 103. Et quo elucebit omnis constantia omnisque moderatio. Ad eumd. 1. *ibid.* 5. 17. *Id. Partit. orat.* 12. 41. Ex quibus proprium quid sit eluet. *Nepos Pausan.* 1. Ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obtrutus. *Id. E-pam.* 6. Sed maxime ejus eloquentia eluit Spartæ. *Id. Chabr.* 1. Inventum ejus eluit. *Quintil.* 1. 1. 2. Eluet spes. — b) De malis rebus. *Cic. Rosc.* Am. 31. 86. Teruitas hominis ejusmodi est, ut dissimulari non queat, atque eo magis eluet, quo magis occultatur. *Sueton. Tib.* 57. Sæva ac lenta natura ne in puer quidem latuit: sed aliquanto magis in principe eluit. — Hinc Part. præter. pass.

*Elucens, entis, adjective quoque occurrit in *Varron. Sentent. nov.* edente *Vinc. Devit.* Eluentissimum est edocendi genus exemplorum subditio. *Al. leg.* elucidissimum.*

*ELUCESCO*, is, ere, n. 3. inchoat. ab eluceo, et ejusdem fere significationis. *Lactant.* 7. 14. Cujus rei argumentum prius est enarrandum, quo ratio elucescat. *Al. leg.* eluccat. *Augustin. 1. Retractat.* 13. a med. Quod apud eos elucesceret.

*ELUCIDO*, as, are, a. 1. lucidum reddo. Translate *Vulgat.* *Interpr.* *Ecclesi.* 24. 31. Qui elucidant ince, vitam æternam habebunt.

*ELUCIFACIO*. F. vocem sequent.

*ELUCIFICO*, as, are, a. 1. luce privo, elucum reddo: ab elucus. *Laberius* apud *Gell.* 10. 17. Sic ego, splendore fulgentis pecunia volo elucificare exitum ætatis meæ. *Alii leg.* elucifacere; at ipse *Non.* p. 106. 21. edente *Merc.* lectionem *Gelli* confimat.

*ELUCTABILIS*, e, adject. luctando supersabit. *Seneca 6. Quesst. nat.* 8. Ita implicita aquis herba sunt, et aquæ nec pediti eluctabiles, nec navigio.

*ELUCTATIO*, ònis, f. 3. actus eluctandi; et translate conatus expediendi se ex re aliqua. *Lactant.* 3. 11. a med. Eluctatio adversus mala, quibus haec vita plena est.

*ELUCTOR*, òris, òtus sum, ari, dep. 1. (ex et luctor). Olim elucto, as, activa positione dictum suis, se tradit *Non.* p. 468. 30. *Merc.*; sed locum, assert *Plauti dubia lentionis.* F. *DELUCTOR*. — Part. *Eluctans* sub *B. I.*; *Eluctatus* sub *A. et B.*; *Eluctandus* sub *B. II.* — Eluctari usurpatur A) Neutrorum more; et B) Transitive, seu cum Accusativo.

A) Neutrorum more eluctor est luctando et conando et cum mora exeo. *Virg. 2. G.* 244. aqua eluctabitur omnis Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttae. *Seneca 4. Quesst. nat.* 2. Nilus per angusta eluctatus. *Lucan.* 2. 219. de fluvio. Tyrrenus vix eluctatus in undas.

B) Transitive, seu cum Accusativo, est aliquid luctando et conando superare.

I.) Proprie. *Liv.* 24. 26. a med. Quam tot ac tam validæ eluctandæ manus essent. *Tac. 3. Hist.* 59. Vix quieto agmine nives eluctantibus patuit, quantum discrinis adeundum forcit, ni etc. *Id. Agric.* 17. extr. Super virtutem hostium, locorum quoque difficultates eluctatus. *Seneca 4. Quesst. nat.* 2. Tandeinque (*Nilus*) eluctatus obstantia, in vastam altitudinem cadit. *Vat. Flacc.* 8. 183. altera ponti Eluctanda via est. h. e. vi et labore aperienda. *Sil. It.* 13. 742. Eluctari Alpes. Sic *Jornand. Get.* 38. ad fin. Qui eluctati collis excelsa condescenderent.

II.) Translate. *Tac. 4. Ann.* 31. Ipse compositus alias et velut eluctantium verborum. *Grat. Cyneq.* 520. Ille (*equus*) vigebit Centum actus spatiis atque eluctabitur iram. h. e. incitationem et ardorem præferet ac supererit. *Stat. 1. Achill.* 524. de vase astro percito. Tandem fessa tremens longis mugitibus ora Solvit, et oppositum vox eluctata fureore est. *Symmach.* 1. *Ep.* 14. (al. 21. extr.) Eluctari offensum. h. e. vitare, effugere.

*ELUCIDUS*. F. *ELUCEO* in fin.

*ELUCUBRATUS*, a, um. F. voc seq.

*ELUCUBRO*, as, òtum, are, a. 1. vel

*ELUCUBROR*, òris, òtus sum, ari, dep. 1. Part. *Elucubratus* sub a. et in fin. Elucubro est lucubrationibus, id est vigilis conficio. — a) Activa forma. *Cic. Brut.* 90. 312. Oratioes non minus diligenter elaboratas, quam elucubratus efferebamus. h. e. ad lucernam elaboratas. *Colum. H. R.* 10. præfat. Quidquid est istud, quod elucubravimus, propriam sibi laudem non vindicat. *Tac. Dial. de orat.* 9. Elucubrare librum. — b) Deponentes forma. *Cic. 7. Att.* 19. Epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. — Hinc Part. præter. pass.

*Elucubratus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Elucubratione* translate apud Boeth. 2. *Music.* proœm. Pauca præmittam, quibus elucubratio animus auditoris ad ea, quæ dicenda sunt, accipienda perveniat

*ELCUS*, i, m. 2. ab ex et lux, lucis, qui noctu vigilavit ac præcipue qui ad lucernam noctu elaboravit; ac propterea significat languidum ac semi-somnum, vel, ut alii volunt, alucinatorem et rugaram amorem, sive halonem, id est besterno vino languentem, quem *sôlos* vocant Graci. Haec *Paul. Diac.* p. 75. 17. *Müll.* Alii ducunt ab ηλύτην obscuritas, tenebro, unde ηλύτης. — Idem *Paul. Diac.* sub littera *H* p. 100. 8. *Müll. helicum* ab hiatu et oscitatione dictum docet; quod est vino languentem. Similiter *Gloss. Placidi* edente A. *Mai.* p. 470. Hellui crapula veterani. *lege Heluci*, crapula veteranæ. — Alii substantivam vocem esse tradunt: et significare tarditatem quamdam animi et stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit: ab αἰλύτη, unde alucinor et, a in e conversa, elucus. Haec *Gell.* 16. 12. ex *Cloatio Fero*. Hoc sensu *Tertull. Cor. mil.* 7. Hederæ natura est cerebrum ab eluco defensare. — Hinc Itali etiamnum hominem helutoris ingenii *a-locco* appellant. *J. ALUCUS.*

*ELCDO*, lūdis, lūsi, lūsum, lūdere. 3. (ex et ludo). Part. *Eludens* sub *B. II.* 2.; *Elusus*, *Elusurus* et *Eludendas* sub *B. II.* 1. — Eludere est verbum A) Neutrum; et B) Activum.

A) Neutrorum more eludere est ludendi finem facere. Unde illa litteris definitio ab Aquilio data, a-pud *Cic. Topic.* 7. 32. Solebat Aquilius litteris ita definire, qua fluctus eluderet. Adde *Quintil.*, qui banc eamdem Aquili definitionem affert 5. 14. 34.; et *Fronton. Princip. Hist.* 5. p. 247. *Niebuhr.* — Illic *Donatus* ad *Ter. Eun.* 1. 1. 10. Eludere gladiatorium est, quum vicerunt et ludo finem impuserunt.

B) Active eludere est ludendo vineere, ludendo decipere.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Eludere aliquem* vel *aliquem aliquid* est ludendo vincere et aliquid obtinere. *Plaut. Cura.* 5. 2. 30. Dicas, unde illuni habeas anulum, quem parasitus hic te elusit. *Id. ibid.* 5. 2. 10. Dixa equidem tibi, unde ad me hic (anulus) pervenerit. Quoties dicendum est? Elusi militem, inquam, in aula. — Cum Dative personæ. *Propriet.* 4. 1. 139. Nam tibi victrices, quascumque labore parasti, Eludet palmas una puella tuas. h. e. extorquebit, eripiet. ¶ 2. Speciatim eludere ducuntur gladiatores, qui flexu corporis ictus adversari evitant. *Martial.* 14. 202. Callidus emissas eludere simius hastas. *Manil.* 5. 163. Ille cito motu rigidos eludere cæstus. — Et figurata. *Cic. Opt. gen. orat.* 6. 17. Non enim in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus ejus eludit oratio. *Curt.* 7. 2. 12. Et quamquam conscientia fretus in regiam venerat; tamen ut jussus est fratres suos exhibere, admodum juvenes et regi ignotos oblatam, fiducia in sollicitudinem versa trepidare cœpit, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>ius quæ nocere possent, quam quibus eluderet, reputans. *Tac.* 3. *Ann.* 67. In metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat, non temperante Tiberio quin premeret voce, vultu, eo quod ipse creberit interrogabat, neque refellere aut eludere dabatur, ac s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> confundendum erat, ne frustra quæsivisset. *Id. ibid.* 74. Ille robore exercitus impur, furandi melior, plures per globos incursabat eludebatque et insidias simul tentabat. — Illic fortasse pertinet et illud *Liv.* 27. 18. a med. Levis et concursator hostis atque intervallo tutus, quum procul missilibus pugna eludetur; instabilis idem ad communis conserendas manus. *Forcellinus* tamen loco eludere accepit pro simplici ludere, seu leviter aliquid facere.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro fallere, decipere; et occurrit — a) De hominibus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 109. Quando imago est bujus in me, certum est hominem eludere. *Ter. Phorm.* 5. 6. 46. Summa eludendi occasio est mibi nunc senes. Adde *Cic. Sext.* 43. 94., ubi alii salter leg. *Cæs.* 1. B. C. 58. Ipsi Massilienses, et celeritate navium et scientia gubernatorum confisi, nostros eludebant. *V. integrum* locum. Adde *Liv.* 30. 45. *Id. Liv.* 22. 18. Ea (*cohors*) adsuctior montibus, et ad concursandom inter sara rupesque aprior ac lerior — campestrem hostem, gravem armis statariumque, pugnæ generè facile elusit. *Virg.* 11. *En.* 694. Orsilochum fugiens Eludit gyro interior sequitur sequentem. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 45. caudæque pilos ut equinæ Paulatim vello, et demo unum, demo etiam unum, Dum cadat clusus ratione ruentis accrvi. *Id.* 1. *Sat.* 10. 40. Davoque Chremeta Eludente senem. *Ovid.* 1. *Met.* 692. Non semel et Satyros eluscerat illa (*Nympha*) sequentes. Cf. *eund.* 8. *ibid.* 686. Ille (*anser*) celer pennâ tardos (*Philemonem* et *Baucida*) ætate fatigat, Eluditque diu. *Propert.* 2. 17. 13. a Dulichio jurene elusa Calypso. *Ovid.* 6. *Met.* 103. Europe elusa imagine tauri. *Virg.* 12. *En.* 753. vividus Umber Hæret hians, jam jamque tenet, similiisque teantæ Inreput malis, morsaque clausus inani est. *Val. Flacc.* 4. 41. Corpus hebet somno, refugia que eludunt umbra. *Id.* 6. 106. incipit basta Ante Melas: levis ast abies elusit utrumque. Ensibus inde ruunt. Adde *Phaedr.* 1. 12.; et *Popisc. Car.* 19. *Juvenal.* 11. 9. Multos perro vides, quos sæpe elusus ad ipsum Creditor introitum solet expectare macelli. — b) De rebus et præcipue de abstractis. *Liv.* 26. 19. His miraculis nunquam ab ipso (*Scipione*) elusa fides est. Cf. *Quintil.* 12. 10. 25. Hanc ejus terra ïdem eludit Menander. *Tac.* 1. *Hist.* 26. Quædam erumpentis seditionis indicia a-pud Galba aures praefectus Laco elusus, ignarus militarium animorum. *Liv.* 2. 48. Legionibus Romanis cedebant in urbem. Ubi abductos senserant legiones, agros incurabant: bellum quiete, quietem bello in vicem eludentes. *Tac.* 2. *Ann.* 52. Sed nihil sæque cavebatur, quam ne bellum metu eluderent. *Liv.* 3. 10. Jam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani, sed arte eludi. *Id. ibid.* 14. His per totum annum artibus iet elusa est. *Sueton. Aug.* 34. Eludere vim legis. *Cic. 2. Ferr.* 10. 30. magnis accusatorum minas. *Tac.* 14. *Ann.* 41. Mox prævaricando ultionem elusurus. *Sueton. Cæs.* 58. Ad eludendas varcinations. Adde *eund.* *Vitell.* 17.; et *Sil. It.* 9. 355. et 6. 258. *Quintil.* 4. 5. 24. Cuius tamen divisionem in digitos didicunt nonunquam Cicero leviter eludit. *Tibull.* 2. 1. 19. Seges elusus messem fallacibus berbis. *Ovid.* 12. *Met.* 102. Haud secus exarsit, quam circa taurus aperto, Quum sua terribili petit irritaniam cornu Puniceas vestes, elusaque vulnera seutit. h. e. sentit fetus suos irritos cecidisse. ¶ 2. Item ponitur pro irridere, illudere; et occurrit — a) De hominibus. *Ter. Eun.* 1. 1. 10. Eludet, ubi te victimum senserit. *Cic. Dirin.* in *Q. Cecil.* 14. 45. Eludere aliquem et omni ratione jactare. *Forcellinus* interpretatur: Quasi prehendere cupientem vitare, atque adeo laborem negotiumque facessere: quo sensu *Petron. Satyr.* 97. Scrutantium eludere manus. *Cic. 1. Cat.* 1. 1. Quamdiu etiam furor iste tuus nos eludeat? *Id. 4. Acad.* (2. *pr.*) 39. 123. Sed et vos ab illo irridemini, et ipsi vici-sim illum eluditis. *Liv.* 9. 6. Circumstabant armati hostes, exprobantes eludentesque. Adde *eund.* 2. 45.; et *Tac. 16. Ann.* 28. — b) De rebus. *Liv.* 1. 36. Eludere artem auguris. *Id.* 6. 41. religiones. *Id.* 28. 44, *sub fin.* Eludere gloriam alterius, et suam verbis extollere. *Id.* 40. 5. Ex composito sermones ad spretionem Romanorum trahebant. Ibi quam alii mores et instituta eorum, alii res gestas, alii speciem ipsius urbis, — ali singulos principum eludenter etc. *Curt.* 9. 7. 18. Et a Diocrippo contemptum militsrem eludente ferociam accepta conditio est. *Id.* 7. 8. 23. Scytharum solitudines Graecis etiam proverbiis audio eludi. Adde *eund.* 5. 11. 10. — c) De oraculis. *Curt.* 3. 1. 18. Gladioque ruptis omnibus loris, oraculi sortem vel elusit, vel inplevit. *Id.* 8. 1. 42. Jovis, quem patrem sibi Alexander adsereret, oraculum eludens, veriora sc regi, quam patrem ejus respondisse dicebat.

ELUGEO, ges. xi, gore, a. 2. (ex et lugo) est lugere aliquem toto tempore legibus vel consuetudine

definito. *Cic. 9. Fam.* 20. extr. Patriam eluxi jam et gravius et diuersi, quato mater unicum filium. *Liv.* 34. 7. Quid aliud (*feminæ*) in luctu, quam purparum atque aurum depontum? quid, quam eluxerunt, sumunt? *Gell.* 7. 3. Eum luctum quem satis vi-sus est eluxisse, rediit ad quæstum artis. *Paul. Dig.* 3. 2. 10. Quæ virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet. *Ulp. ibid.* 11. Prætor ad id tempus se retulit, quo vir elugeretur: qui solet elu-geri propter turbationem sanguinis. *Fragm. Jur. Civ.* *Antejustin.* (edente A. Maio) p. 88. Minoræ decem annorum liberi tot mensibus elugentur, quot annorum descesserint. V. LUGEO. — NB. In allatis *Cic.*, *Liv.* et *Gell.* locis elugeo juxta *Forcellinum* est fugere desino, vel luctum depono, expletio tempore justi luctus.

ELUMBIS, e, adjekt. (ex et lumbus).

I.) Proprie est qui evalsum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate se se erigere non potest. *Paul. Diac.* p. 76. 13. *Müll.* Elumbem, evalso lumbo. *Müll.* leg. elumbum.

II.) Translate vero occurrit

a) Passive, et est mollis, solitus, enervis in di-cendo apud *Tac. Dial. de orat.* 18. *sub fin.* Ciceronem male audivisse a Bruto, ut ipsius verbis utar, tamquam fratum atque elumbem.

b) Active, et est qui imbecilles facit. *Prudent.* 2. *tepi cts.* 216. Elumble virus contrahere.

ELUMINATIO, ônis, f. 3. illuminatio. *Gloss.* *Philox.* Eluminatio, φωτισμός.

ELUMINATUS, a, um, part. ab inuisit. elumino, lumine oculorum et visu privatus. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. *ad fin.* Quis ita gemino obtuto eluminatus, qui, exanimatis cadavere inspecto, non statim signa vita colligeret extorte?

ELÜO, iūis, iūi. Elitum, libere, a. 3. (ex et lao, *luo*). Elitum mentem pro elitum malus prosodizæ auctor dirit *Prudent.* *nepi osi⁹.* 5. 362. — Part. *Eluens* I.; *Elatus* I., II. i. et 4., et in fin.; *Eluen-dus* I. — Eluere est lavare, lavando auferre, lavando abstergere (It. lavare, nettare lavando; Fr. la-ver, enlever en lavant, rincer, nettoyer, effacer; Hispan. lavar, limpiar con agua, enjuagar; Germ. auswaschen, abwaschen; Angl. to wash, cleanse, rinse, make clean).

I.) Proprie. *Plaut. Capt.* 4. 2. 66. Eluere patinas. *Id. Aulul.* 2. 3. 3. Vascula intus purea propera atque elue. *Id. Pseud.* 1. 2. 29. Eluere argentum. h. e. vasa argentea. Cf. *eund.* *Poen.* 1. 1. 71. *Lucret.* 6. 1075. Non mare si totum velit eluere omnibus undis purpureum lacum colorem. Sic *Quintil.* 1. 1. 5. Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. *Cels.* 3. 4. bis. Eluere os. h. e. colluere. *Id.* 7. 22. *sub fin.* Eluendum id est ex aqua, quæ saltem adjectum habeat. *Forcellinus* huic offert locum, ipse non inveni. *Colum.* 6. R. R. 3. 4. Eluta et siccata vinacea. *Id.* 12. *ibid.* 52. 22. *Schneid.* Olivaram frates ferventissima debent aqua bis, aut ter elui. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 8. 28. (72). Eluere maculas vestium. *Id.* 34. *ibid.* 16. 47. (157). Aquæ immissa eluente calculos. *Id.* 15. *ibid.* 24. 27. (97). Tinctum manus succo mora matura, eluunt acerba. *Id.* 35. *ibid.* 6. 25. (43). Atramentum aceto liquefactum ægre eluitur. *Id.* 22. *ibid.* 25. 61. (128). Alica eluta ex aqua mulsa. *Colum.* 1. R. R. 5. 3. Et quo cælestis aqua maxime salubris intelligitur, quod etiam venenati liquoris eluit perniciem.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum ponitur pro purgare. *Capitolin.* *Pertin.* 8. Vasa eluto auro. h. e. probe exorto et purgato. *Al. leg. elato.* ¶ 2. Item est inanem reddere, evacuare. *Colum.* 8. R. R. 8. 16. Quamquam vel hos magis tolerabiles putem, qui oblectamenta deliciarum, possidendi habendique causa, gravi ære et argento pensem, quam illos, qui Ponticum Phasim et Scythica stagna Maeotidis eluant. h. e. pretiosis avibus spoliens, ut mensas one-rent, et una comedant patrimonia mensa, ut ait *Ju-venal.* 1. 138. ¶ 3. Eluere se bonis est naufragorum, ut in Elavo dictum est: hinc ponitur etiam pro bona profundere. *Plant. Rud.* 2. 7. 20. Eho, an te penitet, in mari quod elari, nisi hic in terra ite-rum eluam? *Id. Stich.* 5. 2. 21. Volo, eluamus ho-die. h. e. quidquid perulli est, profundamus. ¶ 4. Demique metaphorâ sumptâ a superiori num. I., po-nitur pro purgare, delere, diluere, tollere: ad rem *Orvid.* 11. *Met.* 140. Spumiferoque tuum fonti, qua plurimus exit, Sudde caput; corpusque simul, simul

clue crimen. et *Virg.* 6. *Æn.* 741. aliis sub gurgite vasto Infectum elutur steles, aut exuritur igni. et *Cic. 7. Verr.* 46. 121. Errabas, quam te maculas furtorum et flagitorum tuorum, sociorum innocentiæ sanguine eluere arbitrabar. Similiter *Am-mian.* 16. 12. ante med. Elutis pristin's maculis, Romæ majestati reddere proprium decus. *Cic. 12. Phil.* 6. 12. Num elui prædictio crudelitatis potest? *Id. Amic.* 21. 76. Tales igitur amicitia sunt remis-sione usus eluenda. *Orellius* ita legit; alii aliter. *Horat.* 4. *Od.* 12. 20. eadus amara Curarum eluere efficax. *Quintil.* 2. 3. 2. Eluendis, quæ semel in-siderint, vitis. *Seneca Hippol.* 893. Labem hanc pudoris cluet noster error. *Sil. It.* 11. 199. hic denique solus Eluerit sanguis maculatas criminis mentes. *Gell.* 7. 3. a med. Quod Rhodiensibus objectum erat, mirifica responsionis figura elusit et eluit. — Hinc Part. præter. pass., cujus multa superius exempla re-tulimus,

*Elutus*, a, um, adjective quoque usurpatur (unde Comp. *Elutior*); et translate est imbecillis et tenue virium. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 15. Caule suburba-no, qui sicci crevit in agris Dulcior: irriguo nibil est eius horto. h. e. infrinxi ad alienum; quia hortensia, quam frequenti irrigatione colantur, ut citius proveniant, saporem habent velut aqua elutum et insipidum; atque adeo imbecillioris alimenti. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 33. (129). Hoc solum distat, quod hujus vis elutior est.

ELUSCATIO, ônis, f. 3. actus eluscandi. *Gloss.* *Cyril.* Αποτυπωσις, absecatio (*lege obsecatio*), elusatio.

ELUSCATUS, a, um. *V.* voc. seq.

ELUSCO, as, ēri, atum, are, a. 1. (ex et luseus). Part. *Elusatus*. — Elusare est lusum facere, id est alterius oculi lumine spoliare. *Ulp. Dig.* 9. 2. 5. § 3. Aquila teneri eum, qui eluscavit discipulum in disciplina. *Id.* 13. 3. 3. Elusatus servus. Adde *eund.* *ibid.* 10. 4. 17. et *Marcell.* *ibid.* 20. 1. 27.

ELUSIO, ônis, f. 3. deceptio, frustratio. *Gloss.* *Philox.* Επαρτυρος, elusio.

ELUSCUS, a, um. *V.* *ELEUDO.*

ELUTACIUS, a, um, adjekt. qui est ex auro ciuato. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (68). Gummi inventum est in summo cæspite, elutacium, si et auro ea tellus subest. *Alii leg.* alutacium. *Sillig.* vero ex *Cod. Bamb.* ita: Quum ita inventum est in summo cæspite, talutum vocant, si et aurosa tellus subest. *V.* voc. seq.

ELUTIA, ôrum, n. plur. 2. metallæ auraria, quæ aqua eluentur: hac enim immissa sordes abluuntur, et verum aurum comparet. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 16. 47. (157). Invenitur et plumbum candidum in auratiis metallis, quæ elutia vocant: aqua immissa eluent te calculos nigros. *Alii, minus recte juxta Forcellinum, leg.* eluta vel alutia: quam postrem lectionem habet *Cod. Bamb.* et retinuit *Sillig.*; alteram aluta in plurimis *Codic.* invenitur. Num alutia et talutum vocant, si et aurosa tellus subest. *V.* voc. seq.

ELUCTIA, ôrum, n. plur. 2. metallæ auraria, quæ aqua eluentur: hac enim immissa sordes abluuntur, et verum aurum comparet. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 16. 47. (157). Invenitur et plumbum candidum in auratiis metallis, quæ elutia vocant: aqua immissa eluent te calculos nigros. *Alii, minus recte juxta Forcellinum, leg.* eluta vel alutia: quam postrem lectionem habet *Cod. Bamb.* et retinuit *Sillig.*; alteram aluta in plurimis *Codic.* invenitur. Num alutia et talutum vocant, si et aurosa tellus subest?

ELUCTIO, ônis, f. 3. eluendi actus. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. Panis calida elutione purgatus.

ELUCTIATUS, a, um. *V.* voc. seq.

ELUCTRIO, as, atum, are, a. 1. ab elutum, quod ab eluo. — Part. *Eluctriatus* I. et II. — Eluctiare est idem quod lavare, lavando purgare.

I.) Proprie, eluctriare linteæ, h. e. lavando purgare. *Laberii* est: referturque a *Gell.* 16. 7. inter illa, que sunt ab eo præficerent fieri. Hinc eluctriatum vellus, apud *Plin.* 9. *Hist. nat.* 38. 62. (134).

II.) Translate ponitur pro purgare. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 17. 21. (114). Suffervelactis decies, mox eluctriatis.

ELCTUS, a, um. *V.* ELUO.

ELUVIES, él, f. 5. (eluo). Occurrit tantum Nominalius, Accusativus et Ablativus singularis numeri. — Eluvies est desluxus sordium.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 82. 84. (197). Quod in certis notatior oppidis, quæ minus quantulam (terre motibus) crebris ad eluvias cuniculis cavata. *Pallad.* 1. R. R. 40. 4. Ita constituantur balneæ, ut omnis earum per hortos decurrat eluvies. *Juvenal.* 3. 32. Siccare eluviem. h. e. purgare cloacam. *Lucilius* apud *Non.* p. 103. 33. *Merc.* Ut si eluviem facere per ventrem vels. *Al. leg.* elevem ducuntque a præterito elevi verbi *Elino*. *Aurel. Fict.* *Epit.* 9. *in fin.* Ventris eluvie

fessus. Est qui legit illuvie. Sic poetice Grat. *Cyneg.* 355. Inde rape ex ipso, qui vulnus fecerit, honeste Virosam eluviem. ¶ 2. Latiiori sensu est inundatio, excursio, effusio aquæ, vel aqua torrens et decurrente terram, sara, stirpes secum rapiens. Ovid. 15. *Met.* 266. Quodque fuit campus, valemur decursus aquarum fecit, et eluvie mons est deductus in aquor. Tac. 13. *Ann.* 57. Eluvie maris arescente unda. *Liv.* 1. 4. In proxima eluvie — pueros exponunt. *Ab. leg.* illuvie, ab. alluvie. V. *Gronov.* aliorumque adnotat. ad b. 1. in edit. *Drakenborg.*

II.) Impropiæ. ¶ 1. Per metonymiam eluvies dicitur locus ipsæ concursu aquarum cavatus, qua eluvies decurrunt. *Curt.* 5. 4. 26. Circuiri brevi spatio poterat cluvies. *Ib.* 6. 4. 20. Torrentesque et eluvies iter morabantur. *Ib.* 8. 11. 7. Voragine eluvissæ præruptæ. ¶ 2. Translate. *Cic. Dom.* 20. 53. An, si in ipsa latione tua lapides jacti, si manus collata non est, idecirco tu ad illam labem atque eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti? *Emend.* 1. *Ep.* 24. Ego autem præter ista cum honore salutari, quæ scribere possim illa carnis, quam tu diligis, el-lubile (*lege* eluvie) viventibus non inveni.

**ELUVIO**, ònis, f. 3. inundatio, vis aquarum omnia rapientium. — a) In singulari numero. *Cic.* 2. *Off.* 5. 16. Collectis ceteris causis, eluvionis, pestilentiae, vastitatis, etc. — b) In plurali numero. *Id* 6. de republ. 21. Propterea eluviones exustiones que terrarum.

**ELUXATUS**, a, um, part. ab inusit eluxo, idem ac luxatus, loco motus. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 33. (82). Sic enim fistulas eluvatas et tumores revocari. Sed *Harduin* legi jubet: *Sic enim fistulas: et luxata et humores evocari: multo rectius. Quid enim sunt, inquit, fistulae eluxatae?* Lectionem *Harduini* serutus est *Sillig.*

**ELUXURIOR**, áris, ari, dep. 1. idem ac luxurior, vel valde luxurior. Translate. *Colum.* *Arbor.* 3. 2. Pampinis magis eluxuriantur (vites).

EM duo diversa significat; scilicet

A) *Em* pro eum, ab eo quod est is. *Paul. Diac.* p. 77. 9. *Mull.* Hinc in *Leg. XI. Tabul.* apud *Gell.* 20. 1. ad fin. quis ENDO EN JVRE VINDICIT. et mox. qvi EM VIACIUM HABEBIT. *V. IS.* ea, etc. — Id confirmat idem *Paul. Diac.* p. 76. 12. Em in eundem. *Müller* ibi: Est geminatum em. Græcis in Sicilia fuit autem em, aut autem em.

B) *Em* veteres possebant pro tum docet *Paul. Diac.*, qui ait p. 76. 10. Em tum. *Müller* hæc adnotavit: Hanc glossam, quæ vulgo omittitur, addidit *Lindemann*, recteque eam tueretur. Nam em accusativus casus est pronominis is, ut tum demonstratiui tos. — De em pro hem, *V. HEM.*

EM pro tum. *V. voc. præced.*

EM pro hem. *V. HEM.*

**EMACÉO**, mæces, etc. *Forcellinus* ad hanc formam retulit, quæ infra sub **EMACESCO** video.

**EMACERATUS**, a, uni, particip. ab inusit. *emaco*, valde maceratus, subactus, attenuatus, consumptus. *Seneca Consol. ad Marc.* 10. ad fin. Alios morborum variis generibus emaceratos, diu inter vitam mortemque medios detinebant.

**EMACESCO**, cescis, cùi, cescere, n. inchoat. 3. emacresco. *Cels.* 2. 2. Pejus signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emacuit. *Al. leg.* emacuit. *Id. ibid.* 8. sub fin. Mulleri grayide si subito mammae emacuerunt. *Al. emacuerunt; alti emarcuerunt.*

**EMACIATUS**, a, um. *V. EMACIO.*

**EMACINUM**, nomen vulgare arboris cici, de qua ita *Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (25). Proximum (*oleum*) fit et e cici, arbore in Ægypto copiosa — ibique non pridem; et in Hispania repente provenit altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine uvarum gracilius pallidiorumque. Nostri emacinum vocant a similitudine seminis. *Mon.* ita legit et edidit ex *Palimp. Veronensi*; et vulgat libri et *Sillig.* leg. *Nostri eam ricinum* vocant. Vocabulum emacinum ab acino compositum esse videtur: sed quid sit præpositum em, non ausim dicere. Fortasse *Plinius* hoc loco vulgarem rusticorum hominum vocem attulit, quæ corrupta esse potuit: sed rectius vulgata lectio eam ricinum vocant præferenda, tum quia in optimis exhibetur Codicibus, tum quia, auctore cl. Féz (Op. cit. vol. 1. p. 217.), in allato Plinii loco certe agitur de Ricino commun L., qui in Ægypto cupiosus est.

**EMACIO**, as, òtum, are, a. 1. (ex et macies). Part.

*Emaciatus.* — Emaciare est macrum vel aridum reddere; et ocurrat — a) De animalibus. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 9. Ne immaturi herbis ceteret alvus, eoque vitio pecus emaciatur. *Id.* 2. *ibid.* 11. 2. Emaciatum armentum. — b) De agris et plantis. *Colum.* 2. *R. R.* 13. 1. Aliis juvari et stercorari agros, aliis rursus peruri et emaciari. *Id.* 4. *ibid.* 24. 12. Medio in brachio commodissime palmas submittentur, quem nec spem vendimia destituant, nec emacent stirpem suom. *Id.* 2. *ibid.* 10. 1. Emaciata vineæ. *Id.* 4. *ibid.* 6. 3. At certe in ordinariis vitibus utique obtinendum est, ne pluribus flagellis emaciatur, nisi si propaginibus futuris propiciori. Adde *euand.* *ibid.* 33. 3. et 22. 12. *V.* etiam **EMACROR.**

**EMACITAS**, òtis, f. 3. cupiditas emendi. *Colum.* 4. *R. R.* 3. 1. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercit in comparandis mancipiis cura. Adde *euand.* *ibid.* 3. *Ep.* 7. 8.

**EMACRESCO**, crescis, crūi, crescere, n. inchoat. 3. (ex et macresco) valde macresco. *Cels.* 2. 4. Malo morbi signum est, nimis celeriter emacrescere. Adde *euand.* *ibid.* 5. *V. EMACESCO.*

**EMACROR**, áris, ari, dep. 1. macer fio. *Plin.* 18.

*Hist. nat.* 10. 25. (101). Terram emacrari existimantes hoc satu. *Lectio hæc tamen est dubia Harduino.* *Sillig.* leg. emaciari.

**EMACULATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EMACULO**, as, ávi, òtum, are, a. 1. (ex et maculo). Part. *Emaculatus* I et II. — Emaculo est maculas aufero.

I.) Proprie. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 19. 75. (129). Nigras vitiligines (*narcissus*) emaculat. *Apul. de Mag.* Exoticu pulvere dentes emaculare. *Gell.* 6. 5. sub fin. Argeatum, omnibus et eo viitis detractis, emaculatum et candefactum. *Macrob.* 7. *Saturn.* 13. a med. Pallium emaculatum.

II.) Translate. *Ammian.* 29. 1. Domus emaculata odoribus Arabicis.

**EMADEO**, des, dñi, dere, n. 2. idem quod madeo, vel valde maleo. *Ovid.* 5. *Trist.* 4. 40. Et te mente suos emaduisse sinus. *Al. leg.* demaduisse; al. imademaduisse. *Theod.* *Priscian.* 1. 15. Tragacanthum mundum sub lingua (*cægroti*) teneant, et quod emaduerint, glutiant.

**EMANATIO**, ònis, f. 3. id quod ab aliquo emanat. *Vulgal. interpr.* *Sap.* 7. 25. Sapientia emanatio quedam est claritatis omnipotentis Dei.

**EMANATOR**, òris, m. 3. qui emanat, diffundit. *Cassiod.* *Institut.* *dictio litter.* 20. Ambrosius laetæ sermonis emanator.

**EMANCEPS**, famulus a servitute liberatus. *Gloss.* *Isid.*

**EMANCIPATIO** vel emancupatio, ònis, f. 3. (ex, manus et capio) vocabulum JClorum proprium, et ¶ 1. Est liberatio a potestate patriæ, quum quis filiusfamilias et potestate patriæ exit, et fit sui juris: quod siebat olim per trias imaginarias venditiones, adhibito patre fiduciario, atque ære et libra, vel per imperiale rescriptum: postea recta via per competentes judices, vel magistratus, ut *Imp. Justinian.* *Institut.* 1. 12. et *Cajus Institut.* (edente *Goeschenio*) 1. § 119. et seqq. docent. *Quintil.* 11. 1. 65. Inter patres etiam filiosque, cum intervenisset emancipatio, litigatum scio. *Gell.* 1. 12. Vestalis simul est capta, et statim tempore, sine emancipatione, et patriæ potestate exit. Adde *Justin.* 1. 12. 6. — Item eujusvis rei alienatio cum translatione domitii in alterum. *Plin.* 10. *Ep.* 3. 3. Nam et fundos emancipavit, et cetera quæ in emancipatione implenda solent exigiri, consummavit. Sed hoc percommodo referriri potest ad superiore notionem. ¶ 2. *Emancipatio familiaris* apud *Gell.* 15. 27. erat inter tria, quæ ibi enumerat, testamento generata, quum imaginaria venditione paterfamilias hereditatem familiamque suam, omniaque bona ac jura sua in alterum transferebat: quod dicitur testamentum per æs et libram. *V. TESTAMENTUM.*

**EMANCIPATOR** vel emanator, òris, m. 3. qui emancipat. *Gloss. Philox.* Emancipator, *εμανκιπτής*; *Prudent.* 7. *Cathemer.* 184. Emancipator servientis plasmatis.

**EMANCIPATUS** vel emancupatus, a, um. *V. voc. seq.*

**EMANICO** vel emanupo, as, ávi, òtum, are, a. 1. (ex, manus et capio). Part. *Emancipatus* I. 1. 2. et II. — Emancipare est verbum JClorum, et

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est filium, quem in potestate habeo, sui juris officio, et a me dimitto: quasi extra mancipium, hoc est dominium meum esse jobeo; prepositio enim ex nativam retinet significacionem. *Cic. Dom.* 14. 37. Adoptatum mancipium statim, ne sit ejus filius qui adoptavit. *Pan.*

4. *Ep.* 2. 2. Regulus filium emancipavit, ut heres matris existeret. *Gell.* 1. 12. Quæ ipsa, aut cuius pater mancipatus sit. Adde *Liv.* 7. 16.; *Ulp. fragm.* 10. 1.; *Dig.* 1. 132.; *Cajum* 1. *Instit.* 12. 6.; *Spartian.* *Did. Jul.* 8.; et *Capitolin.* *Periu.* 11. ¶ 2. Latiori sensu est e mancipio, idest possessione sua emittere et alteri possidendum tradere, sive donatione, sive venditione id fiat. Hinc — a) **Emancipare filium alii** est filium a se emancipatum alterius adoptivi patris potestati subjicere. *Cic. l. Fin.* 7. 24. L. Torquatus illam severitatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut et. Adde *Plin.* 8. *Ep.* 18. 4. Sic *Paul. Diac.* p. 77. 6. *Müll.* Emancipati duobus modis intelliguntur: aut ii, qui ei patris iure exierunt, aut ii, qui allorum suarum dominii: quorum utrumque fit mancipatio. — b) **Emancipare agrum, prædia**, etc. est alienare, in alterius dominium transferre. *Sueton. Oth.* 4. Cuidam de parte finium cum vicino litiganti, adhibitus arbiter totum agrum redemit emancipavitque. *Tac.* hanc eamdem rem narrans 1. *Hist.* 24. Universum vicini agrum sua pecunia emptum dono dedit. *Plin.* 20. *Ep.* 3. Emancipare fundos. *Quintil.* 6. 3. 44. *prædia*. *Id. Declam.* 298. hereditatem. *Inscript.* apud *Heines.* cl 7. n. 21. *III. CLAUDIO PRIMENIO COLVMARIA N. III. EMANCIPAVIT T. FLAVIVS CORINTVS. h. e. vendidit cum evictione præstatione. Alia apud *Gruter.* 873. 2. quæ est apud *Orell.* 4421. NE QVIS EX HOC AGRO AEDIFICIUSQUE, QVIBVS DONATIONIS CAVSA FINANCIAVIT ERIT, DE NOMINE ALIENASSE VELIT, NISI IN PERSONA FILIOVVM AVT LIBERTORTVM SVVRVM.*

II.) Translate *emancipare* se alii est se alteri totum tradere, addicere, et velut in mancipium transferre: quo sensu *præpos.* *ex* est intensiva. *Plaut.* *Bacch.* 1. 1. 60. Nunc ego, mulier, tibi me totum emancipo, tuus sum, tibi dedo operum. *Al. leg.* mancipio. Cf. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Vatin.* 16. edit. ab A. Mai. in *Class. Auct.* T. 2. p. 187. In quo (tribunatu) se *Vatinus* emancipaverat Cæsaris voluntati. *Cic. 2. Phil.* 21. 51. Iste venditum atque emancipatum tribunatum consilis vestris opposuit. *Id. Senec.* 11. 38. Ita sanctus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est. *Alii leg.* mancipata. *Horat. Epod.* 9. 12. Romanus cheu (posteri negabitis) Emancipatus feminæ Fert vallum et arma, miles et spadonibus Servire rugosis potest. *Apul.* 10. *Met.* Nequissimus servulus, ad omne facinus emancipatus. *Symmach.* 1. *Ep.* 13. (al. 18.). Totum me, inquit, emancipavit sibi rura Praetori. *Al. leg.* mancipavit.

**EMANCO**, as, ávi, are, a. 1. manus *præfilo*, manu curcio facio. *Labienus* apud *Senecam* 5. *Controv.* 33. sub fin. Gaudeo me non omnes emancasse.

**EMANEO**, mānes, mānsi, mānere, n. 2. fari si maneo) etra maneo. ¶ 1. *Generatim.* *Stat.* 7. *Theb.* 650. quibus (*lucis*) vetitus emanisse sacerdos. ¶ 2. Speciatim est verbum militare. Dicuntur emanere milites, qui diutius sine legitimo imperatori committantur a castris. *Modest.* *Dig.* 49. 16. 3. Is, qui in exploratione emanet, hostibus insistentibus, capite puniendus est. *V. EMANJO.*

**EMĀNO**, as, ávi, òtum, are, 1. (ex et mano.) Part. *Emanans* sub A. II. 2. et B.; *Emanatus* sub A. II. 2. — Emanare est verbum A. Neutr. et B. Actitum.

A) Neutrorum more emanare est extra mano, effluo, ero (It. uscire, emanare, scaturire, stillare o colar fuori; Fr. couler de, découler, sortir; Hisp. fluir, manar, destilar; Germ. herausfressen; Angl. to issue, flow, or run out, emanate.)

I.) Proprie. *Iucret.* 3. 584. ex imo penitusque coorta Emanat diffusa animæ vis. *Cic.* vertens *Homeri* versus 2. *Divinat.* 30. 63. Sub platano umbribifera, fons unde emanat aquai. *Colum.* 6. *R. R.* 32. 1. Intertrigo sale cum adipem defrictar, dum saepe vis emanat. *Gell.* 19. 5. Quædam quasi aura temuissima exprimitur ex aqua et emanat. *Apul.* 10. *Met.* Per in membra sudor emanat. Adde *Curt.* 10. 10. 17. *Cato Dir.* 72. Emanant subito sicca tellure paludes.

II.) Translate. ¶ 1. Est oriri, nasci, proficiisci. *Cic.* 3. *Orat.* 18. 68. Hinc haec rectorior Academia emanavit. *Id.* 1. *ibid.* 42. 189. Partes sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanantur, subjiciuntur. *Id.* 7. *Att.* 21. Mala nostra istinc emanant. *Id.* 1. *Invent.* 37. 67. Et quo vis onnis emanet. *Id.* 2. *ibid.* 2. 7. Alii quoque alio et fonte præceptores diendi emanaverunt. ¶ 2. Item est diffundi. *Flor.* 4. 9. Emanabat latius malum. *Val. Max.* 1. 6. *extern.* 3. Singulari eloquii suavitatem ore ejus emanaturam dixerunt. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 1. ad *fin.* Philosophantes, emanantes circa palatia. — Hinc saepe de fama, rumoribus etc. ponitur pro vulgaris, disseminari, in omnium notitiam venire. — a) Cum Nomin. rei tantum. *Cælius apud Cic.* 8. *Fam.* 6. 2. Invidosum tibi sit, si emanarit. *Cic.* *Rosc.* Am. 1. 3. Oratio mea exire atque in vulgo emanare poterit. *Id.* 3. *Verr.* 1. 1. Fama emanavit. *Id.* *Brut.* 65. 231. Vereris, ne per nos hic sermo tuus emanet. *Q. Cic. Pet. cons.* 5. 17. Omnis fere sermo ad forensem famam a domesticis emanat auctoribus. *Liv.* 42. 16. Ne indicium emanaret. Adde *Cic.* 3. *Att.* 12. 2.; *Liv.* 44. 35.; et *Sueton. Ces.* 45. — b) Cum Accus. et Infinito. *Liv.* 3. 24. Multis emanabat indicis, fratrem Volsclii numquam visum in publico. Adde *Sueton. Ner.* 6.

B) Active, seu cum Accusativo, est emittere. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 3. 34. (70). Succus oleorum utilis saniem emanantibus. *Harduin.* ex MSS. legit sanie manantibus: quam lectionem secutus est *Sillig.* Idem dic de alio *Plini* loco 37. *ibid.* 10. 61. (170). *Cassiod.* 8. *Variar.* 33. In modum naturalis antri absidis fabricata concavitas perspicuus liquores emanat.

**EMANSIO**, ônis, f. 3. speciatim tantum occurrit, et est actus militis emanantis extra castra. *Arrius Menand.* *Dig.* 49. 16. 4. § 15. Examinant autem cause semper emanationis, et cur, et ubi fuerit, et quid egerit. *V. EMANEO* 2. et vocem sequent.

**EMANSOR**, ôris, m. 3. speciatim tantum occurrit, et est miles, qui ultra tempus committens ab imperatore impetravit ahest a castris. *Modestin. Dig.* 49. 16. 3. § 2. *Emansor* est, qui diu vagatus ad castra regreditur. *Arrius Menand.* *ibid.* 5. § 6. Si *emansor*, aut negligens suorum, etc. Alii leg. *remansor*, quam vocem vide suo loco. *V. INFREQUENS.*

**EMARCEO**, res, rel. *rectius*

**EMARCESCO**, rescis, cili, cescere, n. inchoat. 3. idem quod marceo, languidus fio.

I.) Proprie. *Vulgat. interpr.* *Genes.* 32. 32. Quam ob causam non comedunt nervum filii Israel, qui emarcuit in femore Jacob: — eo quod tetigerit nervum femoris ejus et obstupuerit. Adde *eumd.* *ibid.* 32. 25. *Id. Daniel.* 10. 8. Non remansit in me fortitudo, sed et species mea immutata est in me, et emarci, nec habui quidquam virium.

II.) Translate. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 36. (121). Languida auctoritas patrum faeta est, ac paullatim in sterilitatem emarciuit majestas. *Hieronym.* in *Isaiam* 5. 17. 4. Tune omne præsidium, et pinguisimæ carnes, et refugium emarcet Jacob. *V. etiam EMACEO*; et adde *Vulgat. interpr.* *Isai.* 19. 8. et *Jerem.* 51. 56.

**EMARCUS** vel emareum, i. m. vel. n. 2. genus vitis, ita appellatum a Gallis, qui vinaceorum pedem expressum etiamnum *marc* vocant. *Cotem.* 3. *R. R.* 2. 25. Tres Helvinaeæ; earum altera, quam Galliarum incolae emareum vocant, mediocris vini. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (32). Duo Helvinaeæ genera: major, quam quidem longam; minor, quam emareum appellant.

**EMARGINO**, as, are, a. 1. (et et margino) crutas et margines ulcerum adimo. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 41. (137). Sanguis equorum, præterquam viratum, erudit, emarginat ulera.

**EMASCULATOR**, ôris, m. 3. qui emascuat, corruptor, draucus. *Apul. de Mag.* Emasculatoribus suis ad omnia infunda morigerus.

**EMASCULO**, as, are, a. 1. (et et masculus) Castro, virilitatem aufero. *Apul.* 7. *Met.* Dissitis feminibus emasculare asinum. *V. DISSITUS.* — Sic etiam virum ineptum reddere generationi. *Servius* ad *Virg.* 6. *En.* 661. Sacerdotes herbis etiam quibusdam emasculabantur, unde jam coire non poterant.

**EMATORESCO**, rescis, rui, rescere, n. inchoat. 3. idem se maturesco, vel potius perfecto maturesco.

I.) Proprie. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 4. 17. (36). Si

semen non ematuruit. *Gell.* 2. 29. Et vides ne, inquit, haec ematuruisse?

II.) Translate est mitescere. *Ovid.* 2. *Trist.* 124. si modo lesi Ematuruisse Caesaris ira.

**EMATURO**, as, are, a. 1. maturum facio. *Eumen. Gratiar. act.* *Flav.* nomine ad *Constantin.* 10. Diu fruges hinc cobibet, ver elicit, estas flore so idat, color ematurat.

**EMAX**, acis, adject. m. et f. 3. cupidus emendi.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 2. ad *fin.* Patrem familiam vendacem, non emanem esse oportet. *Cic.* 6. *Parad.* 3. 51. Non emanem esse, vestigial est. *Ovid.* 1. *Art. am.* 421. Institor ad dominam veniet discinctus emanem. Adde *Nepot. Att.* 13.

II.) Translate. *Pers.* 2. 3. non tu prece poscis emanem, Quæ nisi seductis valeas committere divis. h. e. quæ emere potius a dils videatur, quam petere bona, politiendo illos donaria et victimas, si divitias et opes dederint.

**EMBÄDALIS**, e, adject. ad embadum pertinens. *Boeth.* 3. *Geom.* p. 121b. Ducatur ergo basis per catheti dimidium, hoc est octodecim per binarium, et triginta sex prodeunt, quæ summa embadalis spatii plenitudinem adimpler. *Id. ibid.* p. 152b. Embadalis quantitas. et *ibid.* conclusio.

**EMBADIUS**, a, um, adject. *εμβαδος*, embadalis, ad embadum pertinens. *Auct. de limit.* p. 247. *Goes.* Terminii si duo in unum fuerint, embadum formam ostendunt. *Alii leg.* embadum forma ostendunt.

**EMBÄDUM**, i, n. 2. *εμβαδος*, area. *Boeth.* 2. *Geom.* p. 121b. Ponatur trigonus isopleurus in singulis habens lateribus pedes triginta, hujus embadum, id est area, tali modo investiganda. *V.* et voc. præced.

**EMBÆNETICA.** *V. EMPENETICA.*

**EMBUAMMA**, atis, n. 3. *εμβαμμα*, intinctus, condimentum, quod ad condenda obsonia fit et orexim existandum: ab *εμβατηνη* *immerge*, *inlingo*. *Colum.* 12. *R. R.* 55. 2. Hoc sinapi ad embammata nou solum idoneo, sed etiam speciosio uteris. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 14. 53. (147). Menta sapor exicit aviditatem in cibis: ideo embammatum mixtura familiaris. *Id.* 22. *ibid.* 22. 44. (88). Sonchos albus utilis orthopnoicis lactucarum modo, ex embammate. — Embammatis faciendo rationem docet *Colum.* 12. *R. R.* 34., ut in **BAMBAM** dictum est. Sermo est autem ibi de aeto, musti certa mensura mixto, quoniam acetum in embammate præcipuum locum obtinet. Hinc *Up. Dig.* 18. 1. 9. Si vinum non acuit, sed ab initio acetum sicut, ut embamma.

**EMBÄSICOTAS**, æ, m. 1. *εμβασικοτης*, cinclus ita appellatus, quia virorum cubilia libidinis ex plenæ causa inscindit: ab *εμβασις* *inscensus* et *κοτη* cubile. *V. CINÆDUS.* *Petron. Satyr.* 24. Ad ultimam perductus tristitiam, Quæso, inquam, domina, certe embasicotam jusseras dari. Composit illa tenerius manus, et, O, inquit, hominem acutum, atque urbanitatis vernula fontem! Quid? tu non interlexeras cinedum embasicotam vocari? Adde *eumd.* *ibid.* 26. — Translate vero embasicotæ est genos poculi capacioris, et in obscenam figuram formati, quod vini plenum exhauebant veteres in conviviis ad promiscuæ libidinis incitamentum: etenim temulent plerumque solebant *εμβασιν τοι κοτα*. Ille pertinent loca *Juvenal.* 2. 95. vitreo bibit ille *Prispo*; et *Plin.* 33. *Hist. nat.* proarm. (4). In poculis libidinosæ calare juvit, ac per obscenitates bipere. *Athenæus* vero l. 11. c. 5. Το καλούμενον ποτήριον *εμβασικοταν* τον φοι καλεσθαι Φιληππου ο Αδριανος. Hanc etiam vocis significationem resipuisse videtur *Petron.* loc. cit.

**EMBÄSIS**, is, f. 3. *εμβασις*, descensus in aquas lavandi causa. lavatio. *Cel. Aurel.* 3. *Acut.* 8. Quam ex parte passionem mitigat senserimus, embasim olei, vel aquæ et olei adhibemus. *Id. ibid.* 18. a med. In oleum, vel calidam ægrotos infundimus, scilicet embasim facientes. — Hinc *Gloss. Philoz.* *εμβασις*; solium, cortina. h. e. solium, in quo lavamus. Hoc sensu legitur etiam in *Not. Tir.* p. 184.

**EMBÄTER**, eris, m. 3. *εμβατης*, ballista foramen ita dictum, quia in illud aliquid *εμβασιν*. *V. Tir.* 1. 2. 4. *Schneid.*, qui embates leg., alii aliter. **EMBÄTERIOS** vel

**EMBÄTERIUS**, a, em, adject. *εμβατηπος* (ab *εμβασιν* ingredior) ad incedendum pertinens, ut metrum embaterium apud *Mur. Victorin.* p. 2522.

**Putsch.** Idem Messeniacum metrum et embaterium dicitur, quod est proprium carmen Lacedæmoniorum: id in præliis ad incentivum virium per tibias canunt incedentes ad pedem ante ipsum pugnæ initium: *Superat montes pater Idæos, nemorumque.*

**EMBÄTES**, is, m. 3. *εμβατης*, modulus. *Vitruv.* 4. 3. 3. Græce: at Latine *Id.* 1. 2. 4. *Schneid.* V. **EMBATER**. Est ab *εμβασιν* ingredior.

**EMBLÉMA**, atis, n. 3. *εμβλημα*, Quidam teste *Celso* apud *Priscian.* 6. p. 680. **Putsch.** dixerunt emblematum, i, unde est Dativus et Ablativus pluralis *emblematis* in allatis exemplis. Sed verius est, hujusmodi nomina in Dative plurali esse heteroletta. Sic *peripetasmatis*, *poematis*, *toreumatis*, *malagmati*, *epigrammati*, etc. *V. POEMA* init. — Ceterum

I.) Proprie. ¶ 1. Emblema est id quod alteri operi inseritur atque illigatur, et opus ipsum, quod ex rebus insertis constat: ab *εμβλημω* conjicio, insero. Emblemata quedam vermiculata dicuntur, ut quæ in parietibus sunt, quæ minutis quibusdam veluti vermiculis distincta sunt: quedam tessellata, ut quæ in pavimenti, quæ et tessellis structa sunt: quedam segmentata, ut quæ in lignis, quæ constant ex segmentis. Sed saepe confunduntur. *Lucilius* apud *Cic.* *Orat.* 44. 149. et 3. *Orat.* 43. 171. Quam lepide lexes composta! ut tesserula omnes Arte pavimento atque emblemata vermiculato. *Cic.* *Brut.* 79. 274. Nullum nisi loco positum, et tamquam in vermiculato emblemata, ut ait *Lucilius*, structum verbum videres. Adde *Farron.* 3. *R. R.* 2. 4. ¶ 2. Emblema etiam ornamenta sunt in vasis argenteis, aureis, Corinthiis, quæ et inseri et extiri poterant: de quibus *V. CRUSTA*; et *Mus. Bourbon.* T. 2. tav. 32. et T. 6. tav. 31. *Cic.* 6. *Feri.* 23. 52. Vasa autem ad Verrem deferuntur. Cibyrate fratres vocantur, pauca improbant; quæ probarent, illi crustæ, aut emblemata detrahebantur. *Id. ibid.* 22. 49. Duo pocula cum emblematis. et 17. 37. *Scaphia* cum emblematis. et 24. 54. Tantum multitudinem collegerat emblematum, et *ibid.* Scite in aureis poculis emblemata illigare, et apte in sephis aureis includere. Adde *Dig.* 34. 2. 32. *Juvenal.* vero hujusmodi emblemata ita describit 1. 76. Argentum vetus et stantem extra pocula caput. — Graecam hanc vocem a Tiberio improbatum ait *Sueton.* *Tib.* 71. Ut in quodam decreto patrum, quum *εμβλημα* recitaretur, communalandam censuerit vocem et pro peregrina nostraten requirendam; aut si non repertiretur, vel pluribus et per ambitum verborum rem enunciantur.

II.) Metaphorice ponitur pro ornamento orationis. *Quintil.* 2. 4. 27. Ut extemporalis eorum dictio-nes his velut emblematis exornarentur.

**EMBÖLA**, æ, f. 1. *εμβολη*, illatio mercium in naves: ab *εμβολη* *injicio*, navibus infero. *Imp.* *Theodos.* et *Valent.* *Cod.* 1. 2. 10. Jubemus nullam navem, ante felicem embolam, vel publicarum specierum transvectionem, excusari posse. h. e. antequam navibus imponantur et transvehantur publicæ species et annona, quæ quotannis et *Egypto Romam* onerariis navibus portabantur. Adde *Novell.* 163. 2.

**EMBÖLIARIA**, æ, f. 1. mulier scenica, que medie fabulæ interseri atque introduci solebat, ut cantu et gesticulationibus spectatores novo artifici genere oblectaret, emboliaria agitando, que Itali dicunt *intermezi*. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (158). Galeria Copiola emboliaria reducta est in scenam annum centesimum quartum agens. *Inscript.* apud *Murat.* 660. 4. **PHOEBE VOCONIA EMBOLIARIA ARTIS OMNIVM ERODITA VIXIT ANNIS XII.** Sic *alia* apud *Gruter.* 655. 1. **EVCHARIS LICINIAR L. DOCTA ERODITA OMNIS ARTES VIRGO VIXIT AN. XIII.** Hanc inscriptionem *Forcellinum* secuti attulimus: ad rem vero *alta* apud *Murat.* 660. 4., que est apud *Orell.* 2613. **PHOEBE VOCONIA EMBOLIARIA ARTIS OMNIVM ERODITA**. *V. EMBOLIUM.* — Frustra itaque sunt, qui apud *Plin. loc. cit.* putant *Emboliaria* esse alterum feminæ illius cognomen; vel quibus *emboliaria* est radem et meretriz, quæ in portico, sive ev *το εμβολη* degret, sicut aliae erant, quæ in fornicibus prostabant; vel tandem qui *emboliaria* legunt, ab *εμβολη* lacrum, quasi vero significetur mulier scenica, quæ corpore questum faceret. *V. Pigh. Annal.* 3. 256., *Böttigeri Opuscula* p. 343., et *EMBOLA* in *Verb. Barb.*

**EMBÖLICUS.** *V. ANABOLICUS.*

**EMBOLIMAEUS**, a, um, adject. ἐμβολιαῖος, intercalaris, insertus, interpositus. *Embolimeus* dies est, qui anno bissexto, Februario exente, interseri solet: qua de re *Macrobi*. 1. *Saturn.* 13. et *Solin.* 1. ante med. fusa disserunt. *Auson.* *Eclorar.* de rat. dier. ann. vertent. 12. quinto qui protinus anno, Mense Numen extremo, nomen capit embolimaei.

**EMBOLIMUS**, a, um, adject. idem quod embolimaeus, ἐμβολιαῖος. *Solin.* 1. ante med.

**EMBOLINE**, es, f. 1. occurrit apud *Plin.* 13. *Hist. nat.* 20. 35. (114). In Asia et Grecia nascuntur fructes epidactis, quem alii embolineum vocant. *Monita* legit et edidit ex *Palimp.* *Veronensi*, at vulgati libri et *Sillig.* adnotata etiam hac variante lectio, legunt *elleborinem*, quam leet. tuerat *Gesner.* de herb. *lunar.* p. 32., quamque *Plinius* a *Dioscor.* 1. 109. mutuasse videtur. Ceterum nihil certi statui potest, praesertim quoniam *epipactis* a *Dioscor.* et *Plin.* memorata, omnino ignota nobis est, auctore cl. *Fie* (*Op. cit. vol. 1. p. 122.*).

**EMBOLISMALIS**, e, adject. idem quod embolimaeus. *Istd.* 6. *Orig.* 17. Embolismalis annus est.

**EMBOLISMUS**, i, m. 2. intercalatio. *Istd.* 6. *Orig.* 17. Embolismus Græcum nomen est, quod interpretatur Latine superaugmentum, eo quod expletat numerum annorum communium. Adde *eumd.* *ibid.* sepe.

**EMBOILIUM**, vi, n. 2. ἐμβολίον, pars fabulae. cum aliiquid eidem interponitur: ab ἐμβολίῳ intersevo: quemadmodum exodium est pars fabulae, quæ in ejus fine agitur. Translate est quidquid alium operi interseritur. *Cic.* 3. ad *Q. Fr.* 1. sub fin. Mirificum ἐμβολίον cogito in secundum meorum ilborum includere. *Id. Sext.* 54. 116. de *Clodio*. Ille ipse maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama, quæ omnia sororis embolia novit. Hic *Cic.* aljudit ad embolia fabularum; ludit autem tecis et ambigue. Nam, quia ἐμβολίον est quidquid extrinsecus inseritur et itammittitur, traductum est hoc verbum ad significandum pudendum virile, usi docet *Hesych.* ex *Aristophanis* loco in V. *Ἐμβολόν*. Itaque omnia sororis embolia novit est acute dictum pro amores seu amatores sororis, quos inter ipse erat *Clodius*. V. **EMBOLUS**, ac præcipue haec verba *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Sext.* 54. ab A. *Maio* edit. in *Class. Auct.* T. 2. p. 148. Clodianus generis patricii feminam sororem hujus, cum qua et ipse infamis erat, veteres litteræ tradunt studiosam fuisse saltandi profusus et immoderatus, quam matronam decet; hoc enim significatur isto verbo, quo sit, omnia sororis embolia novit, quoniam pertinet ad gestus saltatorios. His autem verbis haec annotat A. *Maius*. En denique interpretatio vocabuli *embolium*, quod diu frustraque torsit *Abramum* *Græviumque* in hoc *Ciceronis* loco, aliquos criticos et grammaticos. Cf. et *Klotz* ad *Cic. loc. cit.* in *Cicer. orat. vol. 3. p. 1014.*

**EMBOLUM**, i, n. 2. ἐμβολόν, ornamentum in summa prora navis, quod Latine rostrum dicitur: ab ἐμβολίῳ ījūcī, quia prore immititur et infligitur: hinc Hispani *embolados* vocant tauros, quorum cornua in summitate pilam habent, ne obvii quique ab eis vulnerentur. *Petron.* *Satyr.* 30. In postibus triclini fasces erant cum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum navis æneum fioebat.

**EMBOLUS**, i, m. 2. ἐμβολός, parillus, cuneus, aut aliud quippiam, quod in foramen aliquod immitti induisque ac reduci potest: qualia sunt, quibus clysteres injiciuntur a medicis. Tale quiddam est illud, de quo in descriptione machinae Ctesibice ad extollendam aquam, *Vitruv.* 10. 7. 3. *Schneid.* Ita de supernis in modiolis emboli masculi torno politi et oleo subacti, conclusisque regulis et vectibus convolutunt, qui ultra citroque frequenti motu prementes aerem, - cogunt et extrudunt aquam in catenam.

**EMBRACUTUM**. V. **EMPHRACTUS**.

**EMBRÖCHA**, x, f. 1. ἐμβούχη, irrigatio, fomentum. *Theod.* *Priscian.* 1. 33. Per initia primum avulsa reponenda sunt locis suis: item embrochis uti necesse est et ervi pollinibus, vel certe cineribus oleo, sapone et ovis commixtis, lanisque mollibus, infusis succis, locis munienda sunt. V. **EMBREGMA** in *Ferb. Barb.*

**EMBRYO**. n. De obliquis casibus nihil certi statui potest: eorum enim nullus occurrit, et Graece

est ἐμβρυον, ov, τὸ; infans utero inclusus, partus imperfectus. *Seren.* *Sammon.* 33. 627. Pulegio admixto venit embryo nectus acetum. *Alii* tamen aliter omnino leg. V. *NECTUS* in voc. *NECO*.

**EMEĀTUS**, a, um. V. **EMEO**.

**EMEĀTUS**, us, m. 4. idem quod meatus. *Amman.* 17. 4., ubi alii legunt meatus.

**EMÉDITATUS**, a, um, particip. ab inusit. emēditor, valde meditatus, passive. *Apul.* 2. *Met.* Emēditatius ad hanc illa flētibus, quam sanctissime adjuvans, etc.

**EMÉDULLATUS**, a, um, particip. ab inusit. emēdullo, cui medulla est extracta.

1.) Proprie. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 43. (87). Graveolentiam alarum emēdat radicis emēdullatæ uncia.

II.) Translate. *Sidon.* 8. *Ep.* 6. Virtutes artium per aetatem mundi jam senescentis, lassatis veluti seminibus, emēdullatae parum aliquid hoc tempore mirandum ac memorabile ostentant.

**EMEI** pro eundem. V. **EM** sub A.

**EMENDABILIS**, e, adject. qui emēdandi potest. *Liv.* 44. 10. In errorem emēdabilem lapsos. *Seneca Clem.* 7. Aliquem verbis tantum admonet, et statu ejus emēdabilem intuens.

**EMENDATĒ**, adverb. Comp. *Emendatius*. — Emēdant est cum correctione. *Cic. Opt. gen. orat.* 2. 4. Pure et emēdante loquentes, quod est Latine. *Quintil.* 8. 1. 2. Latine aitque emēdante loqui. *Id.* 8. 3. 1. Emēdante ac lucide dicentes. *Id.* 1. 6. 19. Emēdantius calidum dicere, quam calidum. *Auct. B. G.* 8. *præf.* Ceteri enim quam bene atque emēdante; nos etiam quam facile atque celeriter eos (*Commentarios Cesar*) coſecerit, scimus. *Vitruv.* 10. 11. Emēdante descriptus. *Sueton. Cæs.* 56. Emēdante scribere. *Plin. 34. Hist. nat.* 8. 19. (58). Capillum non emēdantius fecisse, quam ruditus antiquitas instituisset.

**EMENDATIŌ**, ônis, f. 3. ¶ 1. Generatim est correctio. *Cic. 4. Fin.* 9. 21. Haec est correctio philosophiae veteris et emēdatio. *Quintil.* 2. 4. 13. Ingeni puerorum nimis emēdationis severitate desiderare. *Id.* 1. 3. 34. Solocismus unius emēdatione verbi corrigi potest. *Plin. 8. Hist. nat.* 51. 78. (210). Emēdatio morum. *Veget. 1. Milt.* 13. Priorum delicti emēdationem non recipiunt. Alter *Plin. 1. Ep.* 8. 3. Emēdatio libri. Adde *Spartian. Did. Jul.* 3.; et *Dig.* 48. 19. 16. ¶ 2. Speciatim est inter exornationes rhetoricas, scil. species quadrādam presumptionis, sive προδοκήσεως. Emēdationem enim vocat *Quintil.* 9. 2. 16. si quis dicat: Rogo ignoscatis mihi, si longius sum evectus.

**EMENDATŌR**, ôris, m. 3. corrector. *Cic. Balb.* 20. 20. et 2. *Phil.* 17. 43. O præclarum interpretem juris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emēdantem nostræ civitatis! *Id. Brut.* 74. 259. Emēdantior sermonis. *Plin. Paneg.* 6. 2. Corrector emēdantiorque disciplinæ castrorum. *Id.* 6. *Ep.* 5. Emēdantior senatus. *Id.* 7. *ibid.* 17. a med. Timor est emēdantior acerrimus.

**EMENDATŌRIUS**, a, um, adject. emēdandi vim habens, purgatorius. ut Emēdantiorius ignis, Augustinus. in *Psalm.* 37. post init.

**EMENDATR̄IX**, icis, f. 3. correctrix. *Cic. 1. Legg.* 22. 58. Vitiorum emēdatrixem legem esse oportet. *Id.* 4. *Tusc.* 32. 69. Poetica, emēdatrix vita.

**EMENDATŪS**, a, um. V. **EMENDO**.

**EMENDICATŪS**, a, um. V. vor. seq.

**EMENDICO**. as, åtum, are, a. 1. Part. *Emendatus*. — Emēdico est more mendicantium aliquid peto. *Sueton. Aug.* 91. Stipem quotannis die certo emēdicabat a populo. *Id. Cæs.* 54. A sociis pecunias accepit, emēdiratas in auxilium aris alieni. *Imp. F. Valent.*, *Gratian.* et *Theodos.* *Cod.* 9. 2. 14. Emēdantius uili suffragii.

**EMENDO**. as, åvi, åtura, are, a. 1. (et et menda). Part. *Emendans* 2.; *Emendatus* in fin.; *Emendaturus* 1.; *Emendandus* 2. — Emēndo est a menda, h. e. culpa et vitio purgo, corrigo (lt. emēdare, corregere; Fr. corriger les fautes, réformer, amender; Hisp. emendar, corregir; Germ. von *Fehlern reinigen*, daher verbessern, ausbessern; Engl. to amend, correct, improve, alter for the better, reform). Usurpatur ¶ 1. Generatini. *Cic. Brut.* 75. 261. Cæsar, rationem adhibens, consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta con-

suetudine emēdat. *Id. Mur.* 29. 60. Conformare, et leviter emēdare aliquid. *Id.* 3. *Legg.* 13. 30. Ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet civitas; sic emēdari et corrigi continentia. *Nepos Themist.* 1. Vitia adolescentia multis emēdare virtutibus. *Propriet.* 3. 20. 25. Emēdare animatum. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 3. Emēdare legibus res Italas. *Id.* 2. *Sat.* 8. 85. Arte emēdaturus fortunam. *Ovid.* 4. *Fast.* 596. facta priora novis. *Id. Medic.* fac. 5. Cultus et in pomis surcos emēdat acerbos. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 11. Fame et siti cubitorem bovem emēdare. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 5. 3. (41). Terram terra emēdari, super tenuem pingui injecta. Adde *Colum.* 11. *R. R.* 1. 28.; *Plin. Paneg.* 46. 6.; *Juvenal.* 14. 67.; *Quintil.* 2. 2., 9. 3. 38. et 1. 3. 14.; et *Lactant.* 8. 7. 15. ¶ 2. Speciatim de scriptis. *Cic.* 2. *Att.* 16. Merogat, ut annales suos emēdat, et edam. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 71. Delendaga esse carmina Livi Esse reor, meinini quæ plagosum mihi patro Orbilibrium dictrare: sed emēdanta videri, Pulcroque et exactis minimum distantiis, miror. *Plin.* 9. *Ep.* 36. Cogito ad verbum scribenti emēdantique similis. *Id.* 5. *ibid.* 13. Ipse præterea quadam emēdantibus annotavi. Adde *Cic. Orat.* 46. 155.; *Horat.* 1. *Sot.* 20. 3.; *Plin.* 7. *Ep.* 17. 13.; *Quintil.* 10. 4. 2.; et *Sueton. Domit.* 20. et *Gramm.* 24. ¶ 3. Item speciatim apud Medicos est vitia corporis tollere, curare, sanare. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 7. 21. (71). Emēdare albugines occulorum. *Id.* 20. *ibid.* 13. 59. (129). dolores capitis et aloperias. *Id.* 24. *ibid.* 10. 47. (70). dysentericos et alylum. *Id.* 20. *ibid.* 16. 62. (170). tussim. *Id.* 36. *ibid.* 21. 42. (155). cirratices. *Id.* 20. *ibid.* 5. 20. (40). suctum et gravitatem ariam. *Id.* 28. *ibid.* 8. 27. (97). sterilitatem. ¶ 4. Apud sequioris avi scriptores significat etiam punire, h. e. puniendo emēdare. *Lamprid. Alex. Ser.* 31. Idque per preconem, quæ aliquem emēdantem, dici jubet. Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. h. e. quæ fustibus aut virgis aliquem coerceret. Adde *Dig.* 1. 16. 9. § 3. — Hinc Part. præter. pass.

**EMENDATUS**, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Emēdator* et Sup. *Emēdatisim*, et est mendis carens, politus, perfectus; atque omnibus fere significationibus usurpatur, quibus verbum ipsum. — a) Posit. *Cic. Brut.* 74. 258. Emēdanta locutio et Latina. *Id. Amic.* 17. 61. Emēdant moris. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 38. Sapiens et emēdant vir. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (35). Callimachi sunt salientes Lacænae, emēdantum opus. *Id.* 36. *ibid.* 15. 24. (121). Aque corrivatae, atque emēdantes. *Plin. alter.* 3. *Ep.* 3. Vir emēdant et gravis. *Quintil.* 1. 6. 30. Verba barbara ab emēdatis discernere. *Id. ibid.* 4. 2. Emēdanta lectio. *Id.* 11. 3. 30. Emēdanta vox erit, idest vitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, jurundum, urbanum. — b) Compar. *Petron. Satyr.* 126. Muller omnibus simulacris emēdantior. *Ulp. Dig.* 4. 3. 11. Homo vitæ emēdationis. Adde *Capitolin. Gord.* tr. 24. et *Ter.* 5.; et *Nazar.* *Paneg.* *Constant.* 34. — c) Superl. *Plin.* 8. *Ep.* 22. Ego optimus et emēdatisim existimo. qui ceteris ita ignoscit, tamquam ipse quotidie peccet. *Quintil. ep. ad Tyrphon.* 3. Ut libri in manus hominum quam emēdatisimi reperiunt. Adde *Fopisc. Firm.* 1.

**EMENSIO**, ônis, f. 3. actus emēdiendi, adeoque cursus. *Istd.* 6. *Orig.* 17. Ut lunaris emēsio rationi solis equatur.

**EMENSUS**, a, um. V. **EMETIOR**.

**EMENTIOR**, mentiris, mentitus sum, mentiri, dep. 4. (ex et mentior). Part. *Emētions* sub 1.º c.; *Emētiendus* sub 1.º a.; *Emētitus* sub 1.º et 3.º — Emētiri est palam mentiri, simulare, fingere, comminisci, excogitare quod non est: et occursit — 1.º) Ita rebus; et quidem — a) Cum Accusativo rei. *Plaut. Amph.* 1. 1. 254. Quo que distix modo, omnia emētitus. *Cic. 2. Phil.* 33. 83. Magna, ut spero, tuā potius, quam reipublicæ calamitate emētitus es auspicia. Adde *Liv.* 21. 63. Rursus *Cic. Dom.* 19. 50. Me non esse emētitum auctoritatem hujus ordinis. *Id. Balb.* 2. 5. Furor civitatem, genus suum emētiri. Sic *Liv.* 9. 18. Piget referre vanitatem emētiendæ stirpis. *Sall. Cat.* 49. Sed ubi consulē ad tantum faciō impellere nequecum, ipsi singulatim circumdeudo atque emētiendo, quæ se ex Volturio aut Allobrogibus audisse dicerent, magnum illi invidiam conflaverant. *Liv.* 25. 3. Emētiri falsa naufragia. — b) Cum Accusativo et Infinitivo

nito. *Cic. Planc.* 30. 73. Eo me beneficio obstrictum esse ementiar, cui ne referri quidem gratia posse videatur? *Curt.* 7. 5. 26. Jussu Alexandri fecisse ipsos, ementita. *Sueton. Cal.* 51. Unde credo percessoribus ejus postea consilium natum, apud tumultantes milites ementiendi ipsum sibi manus intulisse. Adde eund. *Ner.* 33. *Tac.* 13. *Ann.* 47. Auctoremque ejus dolii Sullam ementitur. Adde eund. 2. *Hist.* 42. — c) Absolute. *Cic. Rosc. Am.* 44. 127. Ego haec omnia Chrysogonum fecisse dico, ut ementiretur, ut malum civem Roscium fuisse finis, etc. *Id. 1. Divinat.* 9. 15. Videmus haec signa nunquam fere ementientia. *Sueton. Ces.* 66. Fama vero hostilium copiarum perterritoris non negando minuendove, sed insuper ampiificando ementiendoque confirmabat. *Quintil.* 8. 6. 67. Hyperbole est ementiens superjectio. *Spalding.* aliter omnino et quidem rectius legit. — Et cum addito in aliquem, *Cic. Partit. orat.* 14. 50. Alii ementili sunt in eos, quos oderant. — 2.) Cum Accusativo personae, ementiri aliquem est ejus personam simulare, ejus personam agere. *Plaut. Trin.* 4. 2. 143. Illum quem ementitus es, ego sum ipsum Charmides. *Petron. Satyr.* 82. Constantissime centurionem et legiōnem ementitus. — 3.) Part. *Ementitus* passive quoque occurrit, et est falsus, fictus. *C. Memmius apud Priscian.* 8. p. 793. *Putsch.* Quam stulte conficta, quam aperio ementientia sunt. *Cic. 2. Phil.* 35. 88. Quod me de ementitis auspiciis — putares esse dictum. *Id. 3. Tusc.* 24. 58. Ita sit sensim cogitantes, ut, quantum sit ementita opinio, appareat. *Id. 2. Nat. D.* 21. 56. Ementita et falsa et plena erroris. *Capitolin. Anton. Phil.* 24. Ementita morte.

## EMENTITUS, a, um. V. voc. praeed.

EMENTUM, i, n. 2. enunciatum, quod nempe a monte proficitur, ut commentum, quod eum mente volvitur. *Gloss. Isid.* Ementum, excogitatio. V. EMINISCOR.

EMÉO, as, atum, are, n. 1. extra meo. Occurrit tantum Part. *Emeatus* apud *Ammian.* 29. 5. Emeato mari cum classe, quam ductabat, desertur ad Mauritaniam litus. — Ceterum tantummodo legitur in *Nol. Tir.* p. 131. Meat, emeat.

## EMERCATUS, a, um. V. voc. seq.

EMERCOR; eris, atus sum, ari, dep. 1. (ex et meror). Part. *Emercatus.* — Emercor est idem quod meror. — a) Activa significatio. *Tac.* 16. *Ann.* 1. Principis aditum emercatus. *Id. 13. ibid.* 44. Ingentibus donis adulterium, et, ut omittet maritum, emercatur. Adde eund. 12. *ibid.* 14. et 12. *ibid.* 45. — b) Passiva significatio. *Ammian.* 21. 6. Armeniae et Hiberiae reges cultu ambitiosi indumentorum emercabantur et multiformibus donis, donna negotiis Romanis illaturi, si rebus tunc etiam dubiis descivissent ad Persas. *Id. 26. 2.* Id fiustra creditum videbatur, quod non emerari, sed consoni totius multitudois paria volentis clamores audiebantur.

## EMÉRÉO, es, si, itum, ere, a. 2. et

EMÉRÉOR, eris, itus sum, eri, dep. 2. (ex et mereo). Part. *Emerens* in fin.; *Emeritus* sub A. 1. 2., B. 1. et 2. et in fin.; *Emerendus* sub A. 1. — Deponentium forma raro occurrit, et quoties usurpat, inferius animadvertemus. — Emereo est idem quod mereo, commercio, dignus fio aliqua re, lucror (It. *meritare*; Fr. *mérirer*; Hisp. *merecer*, *meritar*; Germ. *verdienien*; Angl. *to merit*). Occurrit autem A) Generatim; et B) Speciatim.

A) Generatim. ¶ 1. *Emerere vel emereri aliquid* est dignum fieri aliqua re, eam commerere, et deserviendo acquirere, lucrari. — a) Activa forma cum Accusativo rei. *Plaut. Autul.* 4. 10. 5. Quid ego emerui, adolescentis, mali? *Quintil.* 4. 1. 2. Ementendi favoris gratia. *Propert.* 4. 11. 61. Et tamen emerui generosus vestis honores. *Gell.* 6. 7. Acca corpus in vulgus dabit, pecuniamque emerucrat ex eo quatuor uberem. h. e. lucrata erat. *Spartian. Hadrian.* 4. Emere praesumptionem adoptionis. *Id. Did. Jul.* 3. Jus proconsulare. *Vopisc. Prob.* 6. dona. *Id. ibid.* 12. militum laudes. — b) Part. praeter. pass. *Emeritus* de his que virtuti debentur, apud *Sil. It.* 7. 19. emerito sacrum caput insere caelo. Adde eund. 11. 464.; *Manil.* 1. 404. et *Sidon. carm.* 2. 209. — c) Deponentium forma cum Accusativo. *Quintil.* 4. proœm. 1. Altior mihi sollicitudo, quale judicium hominum emererer, accessit. — d) Activa forma cum Infinito. *Ovid. 4. Fast.*

58. emeruit vocis habere fidem. *Id. 3. Art. am.* 409. Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contiguis ponit, Scipio magne, tibi. ¶ 2. *Emerere vel emereri aliquem* est demerer, promerere, hoc est gratiam inire beneficium dando. — a) Activa forma. *Ovid. 2. Amor.* 8. 24. Unum est e dominis emeruisse satis. *Id. 4. Trist.* 8. 57. At vos admoniti nostris quoque casibus este, Equantem Seperos emeruisse virum. *Id. Hercid.* 6. 137. Quid reser sclerata piam si vincit, et ipso Crimine dotata est emeruitque virum? *Al. minus recte leg.* demeruitque. Adde *Tibull.* 1. 10. 60.; et *Val. Max.* 5. 2. in fin. — b) Deponentium forma *emereri aliquem* dixit Mamerit. *Grat. act. Jul.* 19. — c) Part. *Emeritus* absolute apud *Ovid. 1. Pont.* 7. 61. emeritis referenda est gratia semper. h. e. iis, qui bene de nobis meriti sunt. — Item absolute *emeritus* appellatur, qui libertate donatus est. *Inscript. apud Murat.* 802. 3. D. M. T. CAMVLLI L. F. LAVERTI PATEGORIA EMERITA EIVS PATRONO OPTIMO ET PISSIMO. B) Speciatim. ¶ 1. In re militari — a) Passiva emerita stipendia sunt peracta, confecta, finita: V. *Emeritus* in fine hujus vocis. *Liv.* 39. 19. Ut P. Abutio emerita stipendia essent. Adde eund. 3. 57., 21. 43., 37. 4. et 42. 34.; *Sall. Jug.* 84.; et *Justin.* 14. 3. 2. Fortasse hoc referendum et illud *Eumen. Paneg. Constant.* 3. Quamvis etiam magna sit et admiranda felicitas, quæ stipendiis in ordinem emeritis et militias gradibus emensis ad fastigium istud majestatis ascendit etc. ubi *vulgati libri* habent meritis. Et figurate *Cic. Senect.* 14. 49. Animum, tamquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentious, cupiditatem omnium, secum esse secumque vivere. — Similiter *Sueton. Cal.* 41. Commoda emerita militiae. Et *Justin.* 11. 6. 4. Plerisque etiam emerite militiae, qui cum patre patruisque militaverint, elegit. Adde *Vellej.* 2. 47. *Plin. Paneg.* 15. Quoties equos, quoties emerita arma mutasti! Adde *Pacat. Paneg. Theod.* 10. *Ovid. 4. Trist.* 8. 21. Miles ut emeritis non est satis utilis annis. h. e. annis, quibus a militia est solutus, non est bello utilis, quia senex est. — b) Active emerere stipendia apud *Liv.* 25. 6. Nemini spes emerendi stipendia adempta. h. e. militandi et militiae tempora legitime explendi. *Id. 27. 11.* Addiderunt acerbitali etiam tempus, ne praeterita stipendia procederent illos, quæ equo publico emeruerant, sed dena stipendia equis privatis facerent. Nonnulli leg. meruerant. — c) Deponentium forma *Val. Max.* 6. 1. 10. Cornelium fortissime stipendia emeritum vinculis oueravit. ¶ 2. Hinc eleganter transferunt ad eos omnes, qui plene suo munere functi sunt. — a) De hominibus. *Cic. 6. Att.* 5. 3. Etsi annum tempus prope jam emeritum habebamus. h. e. prope confeceramus annum administrationis provincie. *Id. ibid.* 2. 6. Annæ mihi opera a. d. tert. Cal. Sert. emerentur. h. e. annum administrationem cludo. — Ceterum Part. *Emeritus* Mediorum apud Graecos more ac vi hoc sensu occurrit — b) De brutis animalibus. *Ovid. 4. Fast.* 688. Dempserat emerita jam juga Phœbus equis. *Stat. 3. Silv.* 1. 58. ipsa coronat Emeritos Diana cares. *Plin. 11. Hist. nat.* 11. 11. (27). Apes fessæ et jam emeritæ. — c) De inanis. *Propert.* 4. 11. 72. Rogus emeritus. h. e. qui ardore desit, absumto cadavere. *Ovid. 1. Fast.* 665. Emeritum aratrum. *Juvenal.* 4. 497. Emerita acus. *Martial.* 10. 85. Emerita puppis. *Plin. 17. Hist. nat.* 23. 35. (206). Palmes emeritus pluribusque indaratus annis. *Seneca Thys.* 797. Solis currus emeritos solvere. scil. nocte adventante. Cf. *Stat. 1. Theb.* 336. emeriti confinia Phœbi. h. e. occidentis. *Seneca Agamemn.* 908. Emeritus dies. *Ovid. 3. Fast.* 43. emeriti cursus. *Lucan.* 3. 622. emerita jam morte. *Marital.* 7. 63. Emeritos Musis et Phœbo tradidit annos. h. e. annos, quos in forensi palestra insumpserat, et causas agere desierat. — Binc

*Emeritus*, i, m. 2. absolute, substantivorum more, (subaudi miles), est qui militiae tempora explavit, et, suo munere plene perfunctus, vacationem militiae jam habet: quod sive post annum vicesimum militiae ei concedebatur, ut ex *Tac. 1. Ann.* 78. colligitur. *Id. Tac. ibid.* 28. Percennius et Vibuleanus stipendia militibus, agros emeritis largientur? *Sueton. Aug.* 24. Alias (legiones) immodesta missionem postulantes, citra commoda emeritorum ex auctoravit. *Vulgati libri* habent emeritorum pra-

miorum; quod postremum vocabulum glossemata videtur. Similiter *Lucan.* 1. 344. Quæ sedes erit emerit? quæ rura dabuntur, Quæ noster veteranus ariet? quæ mœnia fessis? — NB. De cognom. Rom. V. ONOM.

*Emeritum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est commodum, præmium, merces, quæ datur militibus post expletum militiae tempus. *Modestin. Dig.* 49. 16. 3. Qui militiae tempus in desertione expedit, emerito privat. et mox. Si expleto tempore militiae redeat, ut veteranus restitetur et emerita accipiet. Et *Dione L.* 55. c. 23. et *Sueton. Cal.* 44. constat, legionariis militibus, exactis viginti annorum stipendiis, duodecim millia sestertiiorum suis se concessa præiūlo loco, et prætorianis post sexdecim annos viginti millia sestertiiorum.

*Emerens*, n/is, part. pres. adjective occurrit, unde Sup. *Emerentissimus* in *Inscript. apud Donat.* 390. 15. MEMORIAE AETERNAE AVR. SAPRICI AVARCHESTE CONIVGI EMERENTISSIMO DFDCAVIT. h. e. optime merito.

EMERGO, mergis, mersi, mersum, mergere, 3. (ex et mergeo). Part. *Emergens* sub B. I. 1.; *Emersus* sub A. I. et II.; *Emersurus* sub A. II. — Mergere est A) Verbum activum, et B) Neutrum.

A) Active emerere est facere, ut quis in aqua mersus, rursus exeat: et occurrit fere *emergere* se pro exire, eo modo quo *erumpere* se dicimus, vel Part. *Emersus* Mediorum apud Graecos more ac vi.

I.) Proprie. *Manil.* 5. 197. quum jam vicesima Cancri Septimaque et undis pars seso emerit in astra. *Avien. Perieg.* 126. qua se lux rursus Eoa Emergit petago. Similiter *Sever. Etn.* 118. torrentem imo se emergere niatu. Cf. *Cato in Divis. Monstra* repentinis terrentia sepe figuris Quum subito emersere furenti corpora ponto. Nonnulli addunt et illud *Ovid. 3. Fast.* 387. Dum loquitur, totum jam sol emergerat orhem. At hic alii alter. — Ceterum *Cic. 2. Divinat.* 68. 140. Vivus sum emersus e flumine. *Liv.* 1. 13. Equus emersus e profundula palude. *Tac.* 1. *Ann.* 65. Quintilium Varum sanguine oblitum et paludibus emersum cernere et audiare visus est. Similiter *Ovid. 3. Fast.* 399. Tertia nox tenuera suos ubi moverit ignes. *Id. 15. Met.* 186. Cernis et emersas in lucem tendere noctes. *Id. Halieut.* 35. Emersus in auras polypus. et *Cic. Haerusp. resp.* 25. 55. Ista serpens, quæ tum hic delitescit, tum se emergit et fertur illuc.

II.) Translate. *Ter. Andr.* 3. 3. 30. Spero ex illis sece emersurum malis. *Nepos Att.* 11. Quibus ex malis ut se emersit, etc. *Cic. Sext.* 9. 20. Homo subito emersus ex diuturnis tenebris lustrorum. *Id. Vatin.* 7. 17. Unus tu, emersus e cæno, omnium facile omnibus rebus insimus. *Liv.* 8. 7. ad fin. Emersus ab admiratione animus. — Et cum Accus. *Manil.* 1. 116. Ut possim rerum tantas emergere moles.

B) Neutrorum more emergere dicitur qui in aqua mersus, rursus exit, adeoque est existere, evadere, exire e profundo (I. *venir* su, *uscir* fuor dell'acqua, *emergere*; Fr. *sur naître*, *revenir à la surface*, *remonter*, s'élever, apparaître; Hisp. *emergir*, *levantarse*; Germ. *hervorgehen*, *-steigen*, *-kommen*, *auf tauchen*, *entgehen*, *entkommen*; Engl. *to swim*, *issue*, or *come out*, *rise up*, *emerge*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — a) Cum addito termino a quo, et interdum etiam quo quis emerit. *Cic. 2. Divinat.* 31. 67. Equus ex fumine emersit. *Id. 4. Fin.* 23. 64. Quis enim ignorat, si plures ex alto emergere velint, propriis fore eos quidem ad respirandum qui ad summam jam aquam appropinquant? *Liv.* 22. 3. Emergere de paludibus. *Sueton. Claud.* 21. e lacu per machinam. *Curt.* 4. 9. 21. Tandem, qua leniore tractu annis aperit vadum, (natantes) emersere. *Plin. 13. Hist. nat.* 18. 32. (109). Emergere extra aquam. *Justin.* 30. 4. 2. Repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit. *Cic. 1. Divinat.* 33. 72. Ab insima ari subito anguis emersit. h. e. ex umbra emersit e terra. *Lucret.* 5. 697. de sole. Nec penetrare potest facile atque emergere ad ortus. *Liv.* 44. 37. Donec luna in suam lucem emersit. h. e. ex umbra emersit. — b) Absolute. *Cic. 2. Nat. D.* 49. 124. Aves, quæ se in mare mergerent: quæ quum emersissent etc. — Sol etiam et stellæ emergere dicuntur, quia e mari exoriri videntur. *Tac. Germ.* 45. Sol emergens. *Plin. 2. Hist. nat.* 14. 11. (58). Stellæ emergunt.

*Cic.* 2. *Nat. D.* 44. 113. *U*i sese emergens ostendat *Scorpius* alto. *Val. Flacc.* 5. 1. *lux emersit Olympo.* ¶ 2. *Lati*ori sensu atque universim ponitur pro ascendendo exire, egredi: ad rem *Cic. Cael.* 21. 51. *Emersit* jam e vadi et scopulos prætervecta esse videtur oratio mea. *Id.* 2. *Att.* 12. 2. *Emerserom* commode ex *Antiatia* in *Appiam* ad tres tabernas, quum etc. *Id. pro leg. Manil.* 3. 7. Ut se non *Cappadocia* latebris occultare velit, sed emergere e patrio regno. *Liv.* 21. 25. Ibi, inexplorato profectus, in insidias præcipitatus, multaque cum cade suorum ægre in apertos campos emersit. *Ovid.* 14. *Met.* 155. *Sedibus Euboicam Stygiis* emergit in urbem *Trois Aeneas.* ¶ 3. Speciatio punitur pro oriri, nasci, et dicitur de hominibus, arboribus, etc. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 51. 112. (269). Antequam totus infans emerget utero. *Id.* 21. *ibid.* 17. 66. (106). Emergit flos ex caule. Sie *Cic. Senect.* 15. 51. Viriditas herbescens vaginis includitor, e quibus quum emerserit etc. Cf. et *Colum.* 11. *R. R.* 3. 47. Si radix super terram emerget. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 52. 74. (145). Ova emergunt. *Id.* 31. *ibid.* 4. 30. (53). Fontes annues emergerunt. *Id.* 2. *ibid.* 82. 84. (198). Ventus emersit.

II.) Translate: ad rem *Cic.* 6. *Verr.* 58. 130. Quum multa ex illo mari bella emergerint. — a) Generatin. *Cic. Harusp.* resp. 23. 48. Posteaquam emerget copit auctoritas vestra et fluctibus illius servitutis. *Id.* 3. *Verr.* 5. 12. Emergere ex pecula tus judicio. *Id. Pis.* 12. 27. ex miserrinis surdibus. *Id. Fatin.* 9. 23. ex mendicitate. *Id. 5. Verr.* 09. 162. ex paternis probris ac vitiis. *Id. 5. Att.* 10. ex aliquo negotio. *Id. ibid.* 8. incommoda valetudine. *Liv.* 25. 38. ex omni sevitia. *Id.* 5. 52. e naufragiis. *Cic.* 9. *Att.* 10. 2. Nunc emergit amor: nunc desiderium ferre non possum. *Id. ibid.* 6. 5. Deinde emerget rursum dolor. *Id. 2. Off.* 7. 24. Quanvis eam sint demersæ leges alicuius opibus, quamvis timefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut judiciis tacitis, aut occultis de honore suffragiis. *Justin.* 6. 9. 6. Effectum est, ut inter otia Graecorum sordidum et obscurum ante Macedonum nomen emerget. *Flor.* 4. 1. 6. Sceleris indicium per Fulviam emersit. *Vopisc. Carin.* 3. Fama emersit. *Id. Tac.* 7. rumor. *Lamprid. Alex. Sev.* 36. jocus poeticius. *Trebell. Poll. Claud.* 9. sors talis. Adde *Vopisc. Prob.* 8. *Capitolin. Pertin.* 4. Quæ vaticinationes de templo emergunt. *Ulp. Dig.* 14. 4. 6. extr. Si forte alii credidores emergerint. et *ibid.* 7. Si aliud domini debitum emerget. — b) Speciatio et eleganter dicitur de iis, qui ex paupere, aut obscuro statu ad divitias aut honores opesque ascendunt. *Lucret.* 3. 13. et 3. 63. Emergere ad summas opes. *Cic.* 6. *Att.* 2. Nullus in imperio meo sumptus factus est: hac re incredibile est, quantum civitates emergerint. *Juvenal.* 3. 164. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. *Vellej.* 2. 65. Quum Antonius Cæsarem admoneret, quain inimicæ ipsi Pompejanæ partes forent, et in quod jam emersissent fastigium. — c) Item de iis, qui e vita abstrahuntur et ad bona frugem reducuntur. *Cic. Cael.* 12. 28. Multos vidi, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emergerint aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, receperint. — d) Item pro elucere, apparere. *Cic. Cluent.* 65. 183. Hoc uno modo sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit. *Id.* 1. *Off.* 31. 110. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud. *Dig.* 47. 10. 5. Ex hoc publica utilitas emergit.

EMERINUS. *V.* HEMERINUS.EMERITUM, i. n. 2. *V.* EMERO in fin.EMERITUS, a, um. *V.* EMEREO.EMERSUS, a, um. *V.* EMERGO.

EMERSUS, us, m. 4. emergendi actus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 22. 38. (75). Ad emersus fluminis Mincii. h. e. ubi Mincius e lacu Benaco exit. *Id.* 22. *ibid.* 22. 46. (95). Ab emersu serpentium usque ad latebrum. h. e. ab eo tempore quo emergunt e terra serpentes, usque ad illud, quo se condant. *Id.* 18. *ibid.* 25. 58. (218). de ortu et occasu heliaco. Emersum hoc melius, quam exortum consuetudo dixisset. et illud occultationem potius, quam occasum. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 24. Emersus stellæ. *Vitruv.* 10. 16. 9. *Schneid.* Neque certum locum scire poterant, quo emersum faciuri fuissent hostes.

EMETICA, a, f. 1. *ἐμετίχην*. Hanc vocem recentiores plerique omnes legunt in loc. Cæli apud

*Cic. 8. Fam.* 1. extr., quem vide in EMPENETICA.

EMETICUS, a, um, adjekt. *ἐμετίχος*, vomitorius. *Apul. Herb.* 55. Narcissus a Græcis dicitur anhydros, autogenis, bolbos emeticos: Latini bulbum vomitorium vocaverunt. *V.* EMPENETICA.

EMETIOR, mētris, mensus sum, mētrī, dep. 4. (ex et metior). Part. *Emetiens* II. 1.; *Emensus* I., II. 1. et in fin. — Emetiri est idem quod metiri, vel usque ad extreum metiri (It. *misurare*; Fr. *mesurer*, mesurer entièrement; Hispan. *medir*; Gerin. *ausmessen*; Engl. to measure out.)

I.) Proprie. *Virg.* 10. *Æn.* 772. Atque oculus spatium emensus, quantum satis bastæ. *Gell.* 16. 18. Longitudines et altitudines vocis emetiri.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe sumitum pro confidere viam et quasi metiendo percurrere. *Virg.* 5. *Æn.*

627. Quum freta, quum terræ omnes, tot inhospita saxa Sideraque emensa ferimur. *Liv.* 38. 17. Pœniam inde et Thraciam, pugnando cum ferociissimis gentibus, emensi, has terras ceperunt. *Curt.* 9. 10.

6. Regio deserta et aquarum inops excipit: quam emensus in Horitas transit. *Id.* 5. 6. 15. Tandem propemodum invias silvas emensi etc. Cf. *Tibull.*

3. 4. 17. Jam nox æthereum nigris emensa quadrigis Mundum, cæruleo laverat amne rotas. Sic *Sil.* *It.* 4. 480. Emenso terras sole. *Liv.* 31. 24. Heme-

rodromos vocant Græci, ingens die uno cursu eme-

tientes spatium. *Curt.* 4. 14. 7. Tot terrarum spatiæ

emensis — iter in patriam et penates manu esse fa-

ciliandum. Adde *eund.* 6. 1. 12., 9. 3. 7. et alibi

sæpe. *Tac.* 11. *Ann.* 32. Spatiū urbis pedibus

emensa. *Id.* 15. *ibid.* 16. Una die quadraginta mil-

lium spatium emensem esse Pætum. *Curt.* 5. 1. 13.

Duo militia et v. stadia emensi sunt, qui etc. *Virg.* 11. *Æn.* 244. Atque iter emensi causus supravivimus omnes. *Liv.* 27. 48. Quid igitur præcipiti cursu tam longum iter emensi sumus? *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20.

20. (84). Longissimum iter vehiculis tribus emen-

sus. *Curt.* 5. 4. 22. Tantundem itineris supererat,

quantum emensi erant. — Et poetica licentia *Id.*

*Curt.* 3. 12. 18. Quum Liberi patris imitaretur

triumphum, ab Hellesponto usque ad Oceanum o-

mnes gentes victoria emensus. — Similiter pro præ-

tergredi, superare. *Curt.* 3. 10. 5. Illos terrarum

orbis liberatores, emensosque olim Herculis et Li-

beri patris terminos, etc. *Id.* 7. 11. 8. Montium

juga perenni nive obruta emensus sum. *Sil.* *It.* 1.

636. Emensus pontum. *Nepos fragm.* 7. edente

Staver. Vi tempestatum ex Indicis æquoribus abre-

ptos, emensosque quaæ intererant, tandem in Ger-

maniaæ littora exisse. Et poetice *Sil.* *It.* 4. 53. In-

gentesque duces, pelagi terraque labore Diversum

emensi. — Denique de tempore. *Tac.* 1. *Ann.* 49.

Galba annis quinque principes emensus. *Sil.* *It.* 3.

397. ter denos decies emensus annos. *Id.* 10. 328.

dieni cædibus. *Id.* 3. 555. noctes. *Stat.* 3. *Sil.* 5.

6. et si egom patrio de filiore raptus Quatuor emen-

sis per bella, per æqua lustris, etc. *Al. leg.*

emeritis. Cf. *Virg.* 1. G. 449. Hoc etiam, euensio

quum jam (sol) decedet Olympo, Profuerit memi-

nisse magis. ¶ 2. Aliquaundo ponitur pro præstare,

largiri, quasi metiendo cumulare, tradere. *Horat.*

2. *Sat.* 2. 104. cur, improbe, caræ Non aliquid

patriæ tanto emetiris acervo? *Cic. Brut.* 4. 16. Il-

lud Besiodum laudatur a doctis, quod eadem men-

sura reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumula-

tione si possis: ego autem voluntatem tibi profecto

emetiar: sed rem ipsam nondum posse, video. Cf.

*Seneca* 4. *Quesit.* nat. 4. Poteram mc, peracta

questione, dimittere: sed bene emensuni dabo. h. e.

quasi cumulastam mensuram: ubi nota emensum

passiva significacione. — Hinc Part. præter.

Emensus, a, um, passiva quoque occurrit signifi-

catione. *Liv.* 21. 30. Postquam multo majorem

partem itineris emensam cernant. *Id.* 43. 21. Ad

flumen, itinere ingenti emensu, retentus altitudine

annis, mansit. *Justin.* 42. 1. 2. Tantum lis spatiū

frustra emensos dolentes. *Apul. Flacc.* 9. *Met.* sub fin.

Emensis protinus scalis. *Val. Flacc.* 4. 350. exilia

pelagus emensa juventæ. h. e. errores Ius mare tra-

nantis sub forma vacæ: juventæ Dativus est. *Id.*

4. 181. cuncti pariter loca debita noscunt, Signaque

commemorant emensasque ordine gentes. *Eumen.*

*Paneg.* Constant. 3. Militiæ gradibus emensis. Ade-

Stat. 3. *Sil.* 5. 6.; et *Virg.* 1. G. 449. supra al-

lat. sub II. 1. in fin.: et *Senec.* locum sub II. 2.

EMETO, tis, tere, a. 3. (ex et meto) Idem quod meto, vel metendo effero ex agris. *Horat.* 1. *Ep.* 6.

21. Ne plus frumenti dotalibus emetat agris.

EMICANS, antis. *V.* EMICO.

EMICATIM, adverb. emicando, exsiliendo. Sidon. 2. *Ep.* 13. sub fin. Emicatim prosiliens refutavit.

EMICATIO, ònis, f. 3. actus emicandi et sese attollendi. *Apul. de Mundo.* Torrentium eurus, et humores undarum, emicationesque silvarum.

EMICO, micas, michi, micatum, micare, n. 1. (ex et mico.) Quintil. 1. 6. 17. reprehendi eos, qui

emicavit dicere malebant, quam emicuit, analogiam nimis religiose secuti. — Part. Emicans i. et in fin. — Emicare est extra micare, ex improviso fulgere, tamquam lucis radius vel spicula vibrando

existere, erumpere, exire.

D. Proprie. — a) De luce. *Lucret.* 5. 1097. Extrimitur validis extritis viribus ignis: Emicat interdum flammæ servidus ardor Mutua dum inter se rami stirpes teruntur. *Al. leg.* Et micat. *Plin.* 2.

*Hist. nat.* 88. 89. (203). Ex eo monte repente flamma emicuit. Adde *Sueton.* Aug. 94. *Curt.* 8. 4. 3.

Ab omnibus partibus eam emicat fulgura. (*Liv.* 40. 58. dixit: Fulmina micant.) *Plin.* 2. *Hist. nat.* 93. 95. (207). Ignis tot locis emicantium perpetua tot seculis incendia. Similiter *Sueton.* Cal. 46. Altissimam turrim excitavit, ex qua, ut et Pharo, noctibus ad regendos navium cursus ignes emicarent. *Forcellinus* hunc locum singulari paragraphe distinxit, et accepit pro elucere, splendere. *Quintil.* 8. 5. 29. Scintillæ inter fumum emicantes. *Vellej.* 2. 125. Emicat incendium. *Lucan.* 1. 532. Nunc jaculum longo, nunc sparso lumine lampas Emicuit cælo. *Val. Flacc.* 4. 96. Sol emicuit super terras *Id.* 1. 655. Emicuit dies. Huc referri potest et *Ovid.* 15. *Met.* 248. dempto quoque pondere, rursus in superos aer tenuissimus emicat ignes. h. e. ascendit et in ignem convertitur. — b) De incendiis, quæ se movendo vibrauando, band aliter ac spicula lucis, erumpunt. *Lucret.* 2. 194. e nostro quum missus corpore sanguis Emicat exultans alte, spargitque cruentem. *Id.* 4. 1042. Emicat in partem sanguinis, unde incipiunt ictu. *Ovid.* 9. *Met.* 130. sanguis per utrumque foramen emicuit. *Id.* 4. *ibid.* 121. Ut jacuit resupinus humili, cruentus emicat alte. *Id.* 6. *ibid.* 259. Expulit hanc (sagittam) sanguis seque ejaculatus in alium Emicat. *Liv.* 44. 33. Scaturigines aquæ emicabant. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 65. 66. (166). Aqua spiritu acta et terræ pondere expressa, siphonum modo emicat. *Id.* 31. *ibid.* 10. 46. (108). Scatebra fonticuli semper emicant. Sit de sono *Seneca* Edip. 232. Emicat vasto fragore major humano sonus. *Ovid.* 15. *Met.* 67. emicuit nervo penetrabile telum. (Sic *Curt.* 8. 2. 26. Tela micabant. *V.* *Mützell.* ad b. 1.) *Liv.* 44. 10. Qui in navibus erant, sahis tormento emicantibus percutiebantur. Huc referri potest et illud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 77. (197). Dracones emicuisse de exitis. — c) De hominibus, et emicare præcipue dicuntur, qui summo impetu aliquo feruntur ascenduntque. *Virg.* 2. *Æn.* 174. de Palladio, terque ipsa solo (mirabilie dictu) Emicuit, parvamque ferens bastamque trementem. Ubi *Servius*: Exsiluit, quasi quæ consistret invita, locumque damnaret. *Ovid.* 10. *Met.* 652. Signa tube dederat; quum carcere prouisus uterque Emicat et sommam celeri pede libat arenam. Rursus *Virg.* 6. *Æn.* 6. juvenum manus emicat ardens Litus in Hesperium. *Id.* 12. *ibid.* 327. saltuque superbis Emicat in currus. *Val. Flacc.* 6. 550. Emicat in *Sueton.* h. e. ersilit, eumque aggreditur. Ade de *Sil.* *It.* 7. 376. et 11. 482. Cf. *Val. Flacc.* 2. 543. Nec minus in scopulos crudique cacumina sati Emicat Alcides, vinclisque tenentibus austert *Virg.* neas de rupe manus. *Virg.* 5. *Æn.* 318. Primus abiit, longeque ante omnia corpora Nitus Emicat et ventis et fulminis ocior alis. *Val. Flacc.* 6. 636. Talis in extremo proles Jovis emicat ævo: Et nunc magnanimos Hypetaona Gæsithoumque, Nunc Ari-nen Albunique necat. Adde *Sil.* *It.* 2. 238., 3. 85., 15. 158. et alibi; et cf. *Val. Flacc.* 4. 289. et 501. et 7. 397. Sic *Flor.* 1. 18. 4. Ludos forte celebrabant, quum adremigantem liti Romanau classem inde vident: atque hostem rati emicant, sine discrimine insultare. — Sic de brutis animantibus. *Val. Flacc.* 3. 581. Conticuo, volueri eeu pectora tactus asylo, Emicuit Calabris taurus per confraga sæptis,

Obvia quæque ruens. Adde *St. It.* 12. 459. — d) De corde. *Plaut. Aulul.* 4. 3. 4. Cor emicat in pectus. *Vellej.* 2. 50. Quum mucronem gladii admovissent manomillæ, ad eum ipsum locum, qua cor emicat. — e) Denique de plantis, boribus et fructibus, pro crescere: ad rem *Plin.* 27. *Hist. nat.* 8. 40. (62). Multi calami ex una radice emicant. Et *Colum. 3. R. R.* 17. 2. Sagittam rustici vocant novissimam partem surculi, sive quia longius recessit a matre, et quasi emicuit atque prosluit; sive quia etc. *Id. 4. ibid.* 33. 1. Tum in repastinato nur posita ceteriter emicat. *Id. ibid.* 20. 5. Vitis emicat in jugum. Adde *eund.* 11. *ibid.* 3. 46. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 5. 11. (23). Superiores rami in excusis emicant. *Siliq.* vero legit evolant. *Id. 19. ibid.* 8. 42. (146). Asparagi viret thysro emicante. *Petron. Satyr.* 126. Eminentia rosa violacea et molle cyperon.

II.) Translate. *Seneca Ep.* 79. a med. Quum (*animus*) vitia disjecerit, purusque ac levis in cogitationes divinas emicuerit. — Hinc ponitur pro erumpere, apparere, existere, effulgere, excellere, altum esse. *Tac.* 13. *Ann.* 10. Agrippinæ is favor, ea conseratio mentis quamvis vultu premeretur, emicuit, ut etc. h. e. apparuit, exstitit. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 73. Inter quæ verbum emicuit si forte decorum et Si versus paulum concinnior unus et alter, Injuste totum dudit venditique poema. *Justin.* 2. 9. 15. Inter ceteros Themistoëllis gloria emicuit. h. e. exstitit, effulgit. *Curt.* 7. 6. 20. In quæctis et magnitudinem animi et claritatem rerum longe emicuisse credebat. *Val. Flacc.* 6. 595. Aspicis, ut Minyas inter procerosque Cytaeos Emicet effulgens. *Trebell. Poll. Gall. duob.* 11. Quibus (*versibus*) inter poetas emicuit. *Lamprid. Ant. Diad.* 3. Quasi siderent ac cælestis emicunt. Adde *Vopisc. Numer.* 11. et *Prob.* 23. *Flor.* 4. 2. 40. Quo tempore egregia virtus Scavæ centurionis emicuit. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (128). Post eum emicuit longe ante omnes Euphranor. Plerique alii et ipse Silius cum Harduino leg. emicuit. *Solin. t. a med.* Milon Tarquinii Prisci temporibus emicuit. h. e. floruit. *Ammian.* 22. 16. a med. Inter quos Chalceuterus emicuit Didymus. Utroque loco alii leg. emicuit, aut exstinet. *Ovid.* 9. *Met.* 226. in Euboico scopulus brevis emicat alta Gurgite. h. e. exstinet, se attollit, emicet. Bach legit emicet, quoconu consentit et Klotz. Eodem sensu — Part. præs., cujus multa superius exempla refulimus,

*Emicans*, *antis*, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Emicantior* apud *Tertull. advers. Hermog.* 29. Segregatis aquis in cavatorem sinum, emicantior facta est arida (*h. e. terra*), quæ ante aquis tegebatur. h. e. emicantior, magis exstans.

**EMIGRATIO**, ònis, f. 3. actus emigrandi, commigratio. *Ulp. Dig.* 39. 2. 28. Detimentum propter emigrationem inquillorum.

**EMIGRO**, as, avi, àtum, are, a. 1. (ex et migro). Part. *Emigrans* sub A. I. — Emigrare occurrit A. Neutrorum more; et B) Cum Accusativo.

A) Neutrorum more emigro est idem ac migro, extra migro, abeo.

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 5. 2. 7. Aliquo emigrare. *Id. ibid.* 5. 2. 71. Num hinc emigrasti? *Id. Host. 2.* 2. 39. Quia septem menses sunt, quom in hasce ædes pedem nemo intro tetulit, semel ut emigravimus. *Cic. 4. Verr.* 36. 89. et *Cæs. 1. B. G.* 31. ad fin. Emigrare domo. *Cic. 7. Verr.* 12. 30. e domo. *Stat. 4. Silv.* 8. 47. Tu, dux tori populi longe emigrantis, Apollo.

II.) Impropr. *Cic. 2. Legg.* 19. 48. Emigrare e vita. *Val. Cato in Diritis* 100. Migrabunt casus aliena in corpora rerum, Quam tua de nostris emigret cura medullis.

B) Cum Accusativo. ¶ 1. *Emigrare* se simile est tu erumpere se, et emergere se. *Titinius* apud *Non. p. 2.* 18. *Merc.* Quot pestes, senia et jurgia sese meis ædibus emigrarunt. *Bothe* rectius leg. semel ædibus emigrarunt. ¶ 2. *Emigrare Scripturas* apud *Tertull. Cor. mil.* 1. dictum videtur pro declinare, recedere, et nolle sequi: vel potius transilire, transgredi: qua ratione migro a *Cic.* usurpat.

**EMINATIO**, ònis, f. 3. idem ac minatio: ab eminor. *Plaut. Capt.* 4. 2. 19. Quæ illuc eminatio est?

**EMINENS**, entis. V. **EMINEO** in fin.

**EMINENTER**, adverb. alte; et occurrit tantummodo Comp. *Eminentius*, et quidem translate apud

*Sidon. 1. Ep.* 11. Non eminentius, quam municipaliter natus. h. e. non clarior genere.

**EMINENTIA**, æ, f. i. existentia, prominentia, altitude.

I.) Proprie. *Cic. 1. Nat. D.* 38. 105. Nam si (*haec*) tantummodo ad cogitationem valent, nec ullam habent soliditatem nec eminentiam. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 7. 20. Quam multa videlicet pictores in umbbris et in eminentia, quæ nos non vidensu! h. e. in partibus colore illustratis et existentibus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (174). Myrmecias nigra habet eminentias similes verrucis. *Apul. Florid.* n. 18. Eminentia culminum.

II.) Translate. *Gell.* 5. 11. Eminentia quædam formarum. *Ulp. Regular.* tit. 11. Tutoris legitimi per eminentiam dicuntur, qui etc. κατ' ξένοντα, per excellentiam.

**EMINEO**, mines, minui, minere, n. 2. (ex et ma-neo). Part. *Eminens* I. 1. et in fin. — Eminentia est eminentis sum, exsto, excede, altus sum, prominere, quasi extra maneo (It. soprastare, spiccare, sporgere, uscire; Fr. s'élever au-dessus, sortir de; Hisp. elevarse en alto, estar elevado, eminentia; Germ. hervor-, herausragen, hervorstehten; Augl. to rise or grow up, be raised above, stand out or over, stand or show itself above others, jut or lean forward, go out).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim; et quidem — a) Absolute. *Zacret.* 1. 778. At primordia gignundis in rebus oportet Naturam clandestinam cæcumque adhibere, Eminet nequid, quod contra pugnat, et obstat Quo minus etc. *Ovid.* 15. *Met.* 697. Deus eminent altæ: Impositaque premens puppim service recurvam Cœruleas despectat aquas. *Manil.* 5. 381. Caput eminent. *Cæs. 1. B. C.* 41. Vallo muniri vertuit, quod eminent et procul videri necesse erat. *Id. 2. ibid.* 9. Bam (turrim) in parietes instruxerunt ita, ut capita tigonum extrema parietum structura tegerentur; ne quid emineret, ubi ignis hostium haberesceret. *Sall. Jug.* 99. Saxa, et si quæ retusate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus allevati milites ascenderent. — b) Cum addito, a quo quis eminent, per Ablat. et præpos. ex, ab, vel sine præpos., aut per Accus. et præpos. extra, super, ultra, per. *Cic. 1. Divinat.* 42. Babylonum in camporum patentium requoribus habitantes, quom ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere posset. *Cæs. 7. B. G.* 73. Ut stipites non amplius quatror digitis ex terra eminerent. *Id. ibid.* Huc illi stipites demissi et ab insulo revincti, ne revelli possent, ab ramis eminebant. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 15. 25. (116). Ut gemmascere incipiens legatur calamus, nec plus quam biris ab insito emineret oculis. *Sall. apud Non. p. 555. 1. Merc.* Aribus eminēbant veruta binum pedum. *Curt. 4. 2. 21.* Jamque paululum molles aqua eminebat. *Hutzell.* ita legit; *Forcellinus* vero et vulgati libri aquam. *Id. 3. 11. 7.* Darius curru sublimis eminebat. Cf. *eund.* 4. 15. 30. *Val. Flacc.* 3. 338. medio rex aggere longe Eminent. *Lucan.* 2. 667. nullo æquore cupes emincent. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (154). Eminentia extra terram. *Id. 9. ibid.* 6. 5. (11). Ut (balæna) emineret dorso multum super aquas. *Curt. 4. 15. 4.* Alios ergo hastæ multum ultra temones eminentes, alios ab utroque latere dimissæ falces laceraverent. *Liv.* 8. 7. Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit. — c) Cum addito termino, in quem quid eminent, per Accus. et prepos. in. *Ovid.* 5. *Met.* 137. Torquet in hunc bastum, media quæ nare recepta, Cervice exacta est, in partesque eminent ambas. *Cæs. 2. B. C.* 24. Id autem est jugum directum, eminentis in mare. Cf. *Liv.* 44. 11. Eminent namque in altum (*h. e. mare*) lingua (*h. e. promontorium*), in qua sita est. Cf. et *Curt. 4. 9. 5.* Inter radios rotarum plura spicula eminebant in adversum. — d) Cum Accusativo loci, a quo quid eminent. *Lactant. eleg. de Phæn.* 7. 8. nostros montes — eminent ille locus. ¶ 2. Speciatim in picturis eminere dicuntur, quæ majore in luce collocata præ ceteris existant. *Cic. 3. Orat.* 26. 101. Sed haebat tamen illa in dilectio admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, existare atque eminere videatur. Cf. *eund.* ibid. 57. 215. Discutienda sunt ea, quæ obscurant, et ea, quæ sunt eminentia et prompta, sumenda. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 26. (131). Lameo et umbras custodiit, atque, ut eminerent e tabulis pictu-

rae, maxime curavit. *Quintil.* 8. 5. 26. Nec pictura, in qua nihil circumlitum est, eminent. *Id. 2. 17. 21.* Pictor, quom vi artis sua efficit, ut quædam eminere in opere, quædam recessisse credamus. Adde *eund.* 11. 3. 48.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est emergere, exire, apparere, conspicuum esse. — a) Cum præpos. ex, per, est emergere, exire. *Plaut. Capt.* 3. 2. 4 Ita me miserum restitando retinendoque lassum reddiderunt: vix ex gratulando miser jam eminebam. Cf. *Cic. 6. de repub.* 26. Si animus jam tum, quom erit inclusus in corpore, eminebit foras, et ea, quæ extra erunt contemplans, quam maxime se a corpore abstrahet. *Ovid.* 15. *Met.* 606. sed per confusa frequentia Verba tame vulgi vox eminet una, quis ille? h. e. altior est et distinctius exauditur. Cf. *Val. Flacc.* 1. 317. Vox tam Alcimedea planctus super eminentem omnes. — b) Ceterum est apparere, conspicuum esse. *Cic. Rose. Am.* 41. 121. Quo studiosus ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminet et appetit. *Id. 2. Tusc.* 26. 64. Amplitudo animi maxime eminet contempnendis doloribus. *Id. Cluent.* 65. 183. Illi, quorum eminet audacia atque projecta est, a consilio malitia deseruntur. *Curt.* 4. 1. 24. Allorum studium, allorum indignatio eminet. *Id. 8. 1. 50.* Eminentia etiam in voce sceleris, quod parabat, atrocitas. *Liv.* 21. 35. Quum segniter agmen incederet, pigritaque et desperatio in omnium vultu emineret. *Ovid.* 3. *Fast.* 250. Eminent ante oculos, quod petis, ecce tuos. *Id. Heroid.* 12. 38. Eminent fiducia prodita flamma suo. *Quintil.* 11. 3. 75. Oculi, per quos maxima eminet animus. *Al. leg.* emanat. *Id. 2. 12. 7.* Sententia ipsæ magis eminent. *Id. 11. 1. 56.* Affectus ipsa probatione magis eminet. *Sueton. Cal.* 15. Ad transferendos matris fratrisque cineres festinavit, tempestate turbida, quo magis pietas emineret. ¶ 2. Speciatim ponitur pro excellere, præstare; et quidem — a) Absolute. *Cic. 2. de repub.* 28. Tamen excellit atque eminet vis, potestas nomenque regium. Cf. *Tac. Dial.* de orat. 32. Ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat, atque, ubi minime credas, eminent et excellit. *Liv.* 5. 38. Tantum eminebat peregrina virtus. *Vellej.* 2. 49. Quam sine invidia in republica floruerint eminuissentque sine periculo. *Nepos Chabr.* 3. Est enim hoc commune virtute, ut invidia gloriae comes sit, et libenter de his detrahant, quos eminere videant altius. Adde *Aurel. Vict. Epit.* 39. — b) Cum addita re, qua quis eminent, per Ablat. sine præpos. vel cum præpos. in. *Quintil.* 3. 8. 65. Philippica Demosthenis iisdem eminent virtutibus. *Id. 2. 8. 4.* In eo, quo quisque eminent. *Vellej.* 2. 127. Eminentia dignitate. *Id. ibid.* 130. claritate. *Quintil.* 1. 12. 15. In his omnibus eminuit Plato. *Id. 5. 3. 64.* Plurimum in hoc genere eminent Cicerio. Adde *eund.* 11. 1. 93. et 12. 10. 2. — c) Cum addito Accusativo personæ et præpos. super rel inter. *Flor.* 4. 2. 11. Pompejus super utrumque eminebat. *Cic. Orat.* 29. 104. Demosthenes unus eminent inter omnes in omni genere dicendi. *Quintil.* 12. 5. 5. Eminentia inter æquales. *Id. 8. 5. 9.* inter ceteros. *Ammian.* 17. 7. Inter monumenta multiformium ærarium eminuere Nicomedie clades. — Hinc Part. præs.

*Eminens*, entis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Eminentior* 1.; Sup. *Eminentissimus* II. 2.

I.) Proprie est existens, prominens, altus, editus. — a) Posit. *Cic. 1. Nat. D.* 27. 75. Species ut sit quædam deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, levata, perlucida. *Id. 2. ibid.* 18. 47. Quæ (figura, h. e. globus) nihil asperitas habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? *Id. ibid.* 57. 143. Genæ deinde ab inferiore parte tutantur subjecta leniterque eminentes. *Id. Fatin.* 2. 4. Repente te, tandem serpens e latibus, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti. Adde *Vopisc. Firm.* 4. *Cæs. 2. B. C.* 23. Duo eminentia prominitoria. *Sall. Jug.* 93. Ramis modo, modo eminentibus satie nitus. Adde *Curt.* 5. 3. 20. et 7. 11. 15. *Id. Curt.* 4. 3. 10. Falibus palmite arborum eminentium ad se trahentes. *Sall.* apud *Non. p. 366.* 14. *Merc.* Patibulo eminentis affligebatur. *Sueton. Cal.* 48. Statura eminentis. *Flor.* 1. 7. Eminentia pavaverum capita. *Id. ibid.* 8. Eminentia aedes. h. e. in edito loco sitæ. *Cic.* 5. *Tusc.* 23. 65. Columella

non multum e damis eminens. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 69. (181). Cor homini infra levam papillam, turbinato mucrone, in priora eminens. — b) Comp. *Ces.* 2. *B. C.* 9. Trabes paullo longiores atque eminentiores, quam extremi parietes. *Sueton.* *Aug.* 79. Nasus a summo eminentior, ab imo deductior. — c) Sup. *Flor.* 4. 12. a med. Eminentissimus mons. Cf. *Quintil.* 8. 2. 7. Vertex, id quod in montibus eminentissimum.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est id quod emergit, quod prodit, conspicuum. *Seneca Tranquill.* 9. Spes effrenata et animam in futura eminentem velut sub vinealis habere. h. e. inclinatum et biantem. *Liv.* 2. 5. de *Bruto*. Eminentia animo patrio inter publicae pene ministerium. h. e. paterno affectu, quantumvis dissimilato, erumpente in facie Brutii. Potest tamen hic locus et alter intelligi, studium scilicet in patriam omnes affectus in tam duro ministerio superasse: cf. *Virg.* 6. *En.* 824. Vincit amor patriae. Quo postremo sensu *eminens* ad paragr. proxime sequentem pertinet. ¶ 2. Speciatim ac saepius usurpat per excellente, præstante. — a) Posit. *Vellej.* 2. 114. Res dictu eminentes. *Quintil.* 6. *proœm.* 1. Eminentia ingenium. *Capitolin.* *Pertin.* 2. industria. *Capitolin.* *Max.* et *Balb.* 1. viri. Adde *Spartian.* *Hadrian.* 15. *Inscript.* apud *Murat.* 884. 4. *P. AELIO AVG. LIB. EPAPHRODITO MAGISTRO LATRAPIPTAS PYTORVM EMINENTVM CAESARIS N.* h. e. italice *mastro de' paggi imperiali*. *Vellej.* 2. 107. Vir dignitate eminens. *Curt.* 4. 4. Quinqueremis velocitate inter ceteras eminebat. — b) Comp. *Tac.* *Dial.* de orat. 25. Dummodo in confessu sit, eminentiam illorum temporum eloquentiam fuisse. — c) Sup. *Quintil.* 10. 1. 46. Paucos (*auctores*), qui sunt eminentissimi, excerpere in animo est. Adde *eund.* 1. 10. 10., 2. 3. 1., 9. 4. 79. et 12. 10. 12. *Vellej.* 1. 16. Emontoemissima cuiusque professionis ingenuia. *Id.* 2. 72. Eminentissima ac nobilissima simplicitatis vir. *Id. ibid.* 73. Livia genere, nobilitate, forma eminentissima. ¶ 3. Item speciatim appellatio eminentissimi sub posterioribus imperatoribus tribuebatur praefectis praetorio, et magistris militum. *Imp.* *Constantin.* *Cod.* 12. 47. 1. et *Imp.* *Dioclet.* et *Maxim.* *ibid.* 9. 41. 11. et alibi. — NB. De cognom. Rom. *V.* *ONOM.*

**EMINISCOR**, minisceris, mentis sum, minisci, dep. 3. commentatum, seu quod in mente cogitatum fuit, enuncio, profero: a preposit. ex et *miniscor*. *V.* **MINISCITUR**. *Nepos Alcib.* 2. Ut si ipse fingere vellet, neque plura bona eminisci, neque majora posset consequi, quam vel fortuna, vel natura tribuerat. Ita restituit *Heusingerus* pro reminisci. Ita etiam legendum conjicit apud *Farronem* 6. *L. L.* 44. *Müll.* Sic reminisci, quum ea, quæ tenuit mens ac memoria, cogitantur (v. *cogitantur a Müll.* omittitur) ac cogitando repetuntur. Hinc etiam *communisci* dicitur, a con et mente; quum finguntur, in mente quæ non sunt; et ab hoc illud, quod dicitur *eminisci*, quum commentarii pronunciantur. Hactenus *Farro*; ali perperam pro *eminisci* leg. *reminisci*. Hic *Gloss.* *Isid.* *Eminentum*, excoxitatio: *Eminiscitur*, in memoriam reddit. *Rectius* tamen *interpretaris* et memoria educit. *V.* **EMENTUM**. Ita etiam *Not.* *Tir.* p. 123. *Eminiscitur*, *communisci* tamen, subminiscitur.

**EMINISTRATIO**, ūnis, f. 3. actus ministrandi, idem fere ac *ministratio*. *Inscript.* apud *Gruter.* 461. EX VINI YRMIS VI. POTIONVM EMINISTRATIONEM DIGNE INCREMENTIS PRAESTITERINT. De lapicida tamen errore valde dubitandum est.

**EMINOR**, aris, ari, dep. 1. idem ac minor. *Plaut.* *Capt.* 4. 2. 11. *Eminor*, interminorque, ne quis mihi obstiterit obviare.

**EMINULLUS**, a, um, adjekt. diminut. ab *eminere*, parum eminens. *Varro* 2. *H. R.* 5. 8. Genibus (bourn) eminulis, distantibus inter se. *Id. ibid.* 9. 3. Spina neque eminula, neque curva. *Id. ibid.* 9. 4. Duobus dentibus paullo eminulis.

**EMINUS**, adverb. (ex et manus) procul a manu, atque adeo a longinquuo loco. Differt a *longe*, quia significat tacite querendam motum de loco. Non enim recte diceris *Eminus habito*, ut *longe habito*, sed bene *Eminus jacula mittit*. Opponitur autem adverbio *communius*: *communius enim dicimus*, quum *adūs pugnamus*; *eminus quam lanceis*, quia gladius a manu non recedit, lancea et manibus emititur (It. *da lungi*; Fr. *de loin*; Hisp. *lejos*; Germ.

*aus der Ferne*; Angl. *from a distance, at a distance, far off, afar*). ¶ 1. Stricto sensu occurrit in re militari de lanceis et similibus telis, quæ pugnando jacintur. *Cic. Senect.* 6. 19. Nec excursione, nec saltu, nec minus hastis, aut communius gladiis ueteretur. *Auct. B. Gall.* 8. 13. Qui aut communius opprimebantur, aut minus vulnerabantur. *Sall. Jug.* 50. Ipsi modo minus sauciabantur. *Id. ibid.* 101. Ab jaculis minus emissi corpora tegere. *Ces.* 1. *B. C.* 26. Sic quotidie utrumque minus fundis, sagittis reliquisque telis pugnabatur. Cf. *eund.* 7. *B. G.* 24. Fasces atque aridam materiem de muro in aggerem minus jaciebant. *Tac.* 3. *Hist.* 27. Sagittis saxisque minus certare. *Curt.* 7. 8. 18. Imiticos sagittas minus, hasta communius petimas. *Id.* 8. 13. 15. Minus obruti telis. *Id.* 10. 7. 18. Tela minus jacere. Aude *Nepot. Alcib.* 10. et *Epam.* 9., *Liv.* 21. 34.; et *Virg.* 10. *En.* 645., 11. *ibid.* 674. et 12. *ibid.* 711. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro *longe*. *Lucret.* 6. 903. Multaque præterea prius ipsa tacta vapore Emissibus ardescant, quam communius imbuat ignis. *Sall. apud Gell.* 2. 27. Quia minus facie sua ostentabat, aliquot adversi cicatricibus et effoso oculo. *Tac.* 13. *Ann.* 41. Oppugnatione urbis minus incipere. *Ovid.* 8. *Met.* 406. licet minus esse Fortibus. scil. longe pugnando. *Id.* 1. *Pont.* 6. 17. fer opem, precor, minus unam. nempe mibi longe posito. *Lucan.* 7. 650. stetit aggere campi Minus. — Cum Ablativo pro *longe* a. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 48. 125. p. 193. *Bait.* Verus locutio: *Minus est Vulturnus Capua tria millia passuum*. V. tamen adnotata ad h. l.

**EMIROR**, aris, ari, dep. 1. (ex et miror) demiror, valde miror. *Horat.* 1. *Odi.* 5. 8. Nigris æqua ventis Mirabitur insolens. *Bentley.* aliter legit, et verbum *emiror* toto Latio euasiare jubet. At Jani nove dictum esse ait, eoque præclarus. *Gloss. Placid.* p. 452. hanc vocem confirmant.

**EMISCEO**, es, ere, a. 2. (ex et misceo) idem quod misceo. Occurrit tantum Part. *Emiscens* apud *Manil.* 5. 244. nec parce vina recepta Hauriet emiscens, et fructibus ipse fructuerat.

**EMISSARIUM**, ii, n. 2. locus unde aqua emittitur (It. *emissario*, *scolatojo*, *luogo ond'esc' l'acqua*; Fr. *issue pour l'écoulement*; Hisp. *salida*; Germ. *d. Ausfluss*; Angl. *a flood-gate, weir, water gate*).

— a) Stricto sensu. *Cic.* 16. *Fam.* 18. Nullus apri-co horio, nullus emissarius, nulla maceria, nulla casa. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (75). Emissaria in his piscinis quina linquuntur, et repleto stagno, excusis obturamentis, eruuntur torrens tanta vi, ut sara pro-volvat. *Sueton. Claud.* 20. Opera multa perfecit: in his emissarium Fucini lacus. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absolvit ægre, et post undecim annos, quamvis continuis tritigia honinum milibus sine intermissione operantibus. Cf. *eund.* *ibid.* 32. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (124). idem describens, montem per fossam ad lacum Fucinum emittendum, ait: et *Tac.* 12. *Ann.* 57. hoc idem emissarum effluvium lacus appellat. Cf. *Spartian. Hadrian.* 22.; et *Dion. L.* 60. c. 11. 33. — b) Latiori sensu apud *Scribon. Compos.* 229. Emissarium vomicæ facere. Adde *eund.* *ibid.* 203.

**EMISSARIUS**, ii, m. 2. qui emittitur. ¶ 1. Fere dicitur de hominibus, et est qui clam submittitur ad aliquid explorandum, aut agendum nomine ejus, a quo mittitur: et fere accipitur in malam partem pro eo, qui ad explorandum defereendi calumniandique causa subornatur et emittitur. *Cic.* 4. *Verr.* 8. 22. Itaque apponit, qui petat Veneri Erycio illam hereditatem: petit Novius Turpio quidam, istius excusor atque emissarius. Ubi *Ascon.* Sic vocantur conciliatores furtorum, quæ a magistratibus committuntur, atque interauicem, et 7. *Verr.* 41. 108. Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorum bobo solebat et emissarium. *Id.* 7. *Fam.* 2. a med. Persuaserat nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore. *Vellej.* 2. 18. extr. Quin etiam consulis filium per emissarios factionis suæ interfecit. Adde *Cæsium* apud *Cic.* 8. *Fam.* 8. 3.; et *Sueton. Galb.* 15. et *Domit.* 11. ¶ 2. Usurpat etiam de plantis, et emissarius dicitur palines, qui emissa et gemma, in putatione reliquitur, ut ascendat, quo placuerit. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (205). Relicto emissario uno, qui subeat usque quo placuerit.

**EMISSICUS** vel emissitus, a, um, adjekt. qui emittitur, ut *Cœuli emissici*, extra educti et foras porrecti, vel qui hoc illuc aspectant et veluti se se ejaculantur. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 2. Exeundum hercle tibi hinc est foras, circumspectatrix cum oculis emissicis. *Tertull. Pall.* 3. Chamæleon circumspectu emissici ocelli, imo luminis puncta vertigine. — Hinc

Emissicum vel emissitum, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, pro *emissio hasta vel lancea usurpatur* a *Cic.* 3. *Legg.* 9. 20. C. vero Gracchus runis, et emissicis, quas ipse se projecisse in forum dixit, quibus digrediarentur inter se cives, nonne omnem reipublica statum permutavit? Alii, et recentiores plerique omnes, inter quos etiam *Orell.*, leg. et iis sicis.

**EMISSIM**. V. *EMO* sub init.

**EMISSIO**, ūnis, f. 3. actus emittendi.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Divinat.* 29. 62. Emissio semina anguis. *Gell.* 5. 16. Radiorum ex oculis in ea, quæ videri queunt, emissio. *Theod.* *Priscian.* 4. p. 315. retr. ed. *Ald.* Sanguinis sustinere per seminales vias emissionem.

II.) Translate pro jactu vel jaculatione. *Cic.* 2. *Tusc.* 24. 57. Ut ballistæ lapidum, et reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, etc. *Capell.* 9. p. 316. Constat autem omnis modulatio ex gravitate soei vel acuminis. Gravitas dicitur, quæ modi quadam emissione mollescit; acumen vero, quod in aciem tenuatam gracilis et erectas modulationis extenditur. Alii aliter leg.; at *V.* ibi Kopp.

**EMISSITIUS**, a, um. *V.* **EMISSCIUS**.

**EMISSOR**, ūnis, m. 3. qui emittit. *Augustin.* 7. *Civ. Dei* 3. Liber et Libera seminum commotores, vel emissores.

**EMISSUS**, a, um. *V.* **EMITTO**

**EMISSUS**, us, m. 4. idem atque emissio. *Lucret.* 4. 203. Quum (*corpuscula*) jacintur, et emissum (eorum) res nulla moratur.

**EMITESCO**, is, ere, n. inchoat. 3. idem spere ac milesco, maturesco. *Colum.* 9. *R. R.* 14. 10. Idque (*met*) optima notæ emitescit autumni æquinoctio. Ita editi *Schneiderus*, probante *Pontedera*: alii minus recte leg. enitescit.

**EMITTO**, militis, misi, missum, mittere, a. 3. (ex et mitto). Part. *Emittens* I. 1.; *Emissus* I. 1. et II.; *Emittendus* et *Emissurus* I. — Emittere est extra mittere, edere, foras mittere (It. *mandar fuori*, *emettere*; Fr. *mettre hors*, *laisser aller ou echapper*, *faire sortir*; Hisp. *sacar fuera*; Germ. *aus* —, *heraus* —, *los* —, *fortschicken*, — *lassen*, — senden: Angl. *to send forth or out*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim; et quidem — a) Universum. *Cic.* 2. *Att.* 12. 1. Emittat ad me Publius, qui obsignat. *Nepos Ages.* 2. Exercitum in Asiam emittere. *Cic. Flacc.* 12. 31. Emissus et carcerem. Cf. *Plaut. Pers.* 3. 3. 31. *Rursus Cic.* 1. *Tusc.* 49. 118. Emissi et custodia. Adde *Liv.* 30. 17.; et *Nepot. Cim.* 1. *Plaut. Capt.* 2. 3. 48. et vinculis. *Cic.* 7. *Verr.* 9. 22. Emissare aliquem de carcere. Et pote *Val. Flacc.* 2. 350. Obvia cui contra longis emissis tenebris Turba Phrygum. Et absolute *Tac.* 2. *Ann.* 17. Adgnitum a Chaucis inter auxilia Romana agentibus emissumque (*Arminium*) tradiderunt: virtus seu fraus eadem Inguiomeri effugium dedit. *Liv.* 22. 3. Hannibal emissus e manibus perpopulet Italiam. Adde *eund.* *ibid.* 41. et 23. 42. *Cic. Cœl.* 28. 66.; et *Liv.* 21. 48. et 37. 12. Emissare aliquem de manibus. *Liv.* 44. 36. aliquem manibus. *Id.* 9. 6. Taro quam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quo emissi essent. *Al. leg.* sub quod. Adde *eund.* 3. 28. *Trebell. Poll. Gall.* duob. 17. Emissare pavonem et cævæ. *Cic.* 1. *Cat.* 11. 27. aliquem ex urbe. *Cœs.* 1. *B. C.* 76. aliquos noctu per vallum. *Val. Flacc.* 4. 258. Et pater orantes cæsorum Tartarus umbras Nube cæva tandem ad meritæ spectacula pugne Emittit. *Lamprid. Commod.* 8. Emissare quadrigas. h. e. ad certamen. — b) Speciatim locum habet in re militari, et dicitur — De militibus, qui ex castris, urbe etc. in hostem, vel ad aliam rem militarem mittuntur. *Cœs.* 5. *B. G.* 19. Quum equitatus noster liberius — se in agros effundere, (hostis) essedarios et silvis emittebat. *Id. ibid.* 58. Subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit. *Id.* 6. 42. Quod cohortes ex statione et praesidio essent emissæ. *Liv.* 4. 18. Primos equites clavore sublati in hostem emitisti. Adde

*eum.* 24. 1., 28. 14., 30. 18. et 37. 27. Similiter *Cæs.* 1. *B. C.* 81. Universas ad aquam copias edunt; pabulum emittitur nemo. Similiter *Virg.* 4. *G.* 58. de *apibus*. Emissum caveis agmen. — Item de telis et similibus, que jaciuntur. *Liv.* 1. 32. Emittere hastam. *Id.* 32. 17.; et *Cæs.* 2. *B. G.* 23. pila. *Cic.* *Harusp.* resp. 1. 2.; et *Liv.* 6. 8. et 28. 33. tela. *Virg.* 11. *Æn.* 676. spicula. *Curt.* 8. 9. 28. sagittas. *Quintil.* 8. 2. 5. jaculum. *Liv.* 24. 34. sara. *Juvenal.* 15. 67. lapidem. Similiter *Cic.* *Cæl.* 12. 29. Emittere aculeos in aliquem. *Id.* 2. *Divinat.* 19. 44. Juppiter emittit fulmina. Cf. *eum.* *ibid.*, ubi pro prodire, exire, erumpere occurrit emittere se. Si autem nubium conflita ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. — Hinc ponitur interdum pro ablidere, demittere, deponere. *Cæs.* 1. *B. G.* 25. Ut praeparent scutum manu emittere et nudo corpore pugnare. *Curt.* 4. 14. 13. Ubi primum impetum effudit, velut quædam animalia, emissio aculeo, torpet. Sic *Liv.* 23. 42. Glorianturque Romani, te, ad unum modo ictum vigenter, velut aculeo emissio, torpore. Cf. *Cic.* *Flacc.* 17. 41. Mortuus est aculeo jam demissio ac dicto testimonio. *Phœdr.* 1. 13. Emisit caseum ore. — c) Item speciatim emitti dicuntur fluida et similia, quibus exequendi facultas datur. *Cic.* 4. *Att.* 15. Lacus Velinus, a M'. Curio emissus, interciso monte, in Narem desluit: ex quo est illa siccata et humida tamen modice Rosis. *Sueton.* *Cæs.* 44. Emittere lacum. h. e. siccare. Adde *eum.* *Claud.* 20. et 21.; et *Spartian.* *Hadrian.* 21. *Liv.* 5. 15. Ut quando aqua Albana abundasset, tum, si cam Romanus rite emisisset, victoriæ de Vejentibus dari. Adde *Sueton.* *Claud.* 32. *Curt.* 7. 11. 3. Collatae aquæ per prona montis flumen emittant. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 23. (56). Emittere venis sanguinem. Sic *Colum.* 6. *R. R.* 14. 3. sanguinem de aure. Adde *Lamprid.* *Comm.* 11.; et *Capitolin.* *Anton.* *Phil.* 15. *Quintil.* 2. 10. 6. Quidquid humoris corrupti contraxerit, emitendum. *Ovid.* 11. *Met.* 458. Emittere lacrimas. h. e. effundere. — Huc referri possunt et illa *Cels.* 7. 29. Ore vulva non emittente, infans abrumpitur. Et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 29. (85). Emittunt ova aranei. *Id.* 10. *Ibid.* 33. 49. (92). pulli hirundinum foris saturatiem. h. e. ventrem extra vidum exonerant. — d) Item de plantis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 20. 49. (183). Emittere folia. *Id.* 17. *Ibid.* 22. 35. (175). Vitæ emitunt palmitem. *Id.* *Ibid.* 12. 18. (90). Ulmi emittuntur in ramos. h. e. sanguineum, diffunduntur. *Id.* 16. *Ibid.* 16. 28. (70). Butum emittitur in metas. h. e. crescit in modum metæ. — e) Item de libris ponitur pro divulgare. *Sueton.* *Claud.* 33. Aleam studiosissime lusit; de cuius arte librum quoque emisit. Adde *Quintil.* 6. *progen.* 3. *Plin.* 1. *Ep.* 2. Libelli, quos emisimus, dicuntur in manibus esse. Adde *eum.* 9. *Ibid.* 1. et 2. *Ibid.* 10. *Quintil.* 7. 2. 24. Cujus actionem emiseram. *Cic.* 7. *Fam.* 33. Emittere aliquid dignum nostro nomine. Adde *Horat.* 1. *Ep.* 20. 6. et *Art. P.* 77. — f) Denique et de sonis usurpatur. *Lucret.* 4. 696. et 5. 1043. Emittere sonitus. *Sueton.* *Claud.* 32. flatum. *Nepos* *Epan.* 9.; et *Lucret.* 6. 1233. animam. *Lucret.* 4. 797. et 5. 1087.; et *Liv.* 1. 54. ad fin. vocem. *Id.* *Liv.* 5. 51. Vox caelo emissæ. *Quintil.* 5. 7. 36. voices. Sic *Justin.* 11. 15. 6. Supremæ voices emissurus. Adde *Val.* *Flacc.* 3. 44. *Sueton.* *Cal.* 59. Fuitque suspicio, ab ipso Cajo famam cedis simulata et emissam. ¶ 2. Speciatim manu emittere aliquem est a potestate emittere, manumittere, in libertatem vindicare, apud *Plaut.* *Circ.* 5. 2. 18., *Rud.* 4. 6. 14. et *Capt.* 3. 5. 55.; *Ter.* *Phorm.* 5. 2.; *Liv.* 24. 18.; *Plin.* 8. *Ep.* 18.; *Sueton.* *Vitell.* 6. et *Claud.* 24.; et *Macrob.* 1. *Saturn.* 11. a med. Sic *Tac.* 15. *Ann.* 19. Emittere manu adoptatos. — Hoc idem emittere absolute *Plaut.* *Pseud.* 4. 2. 37.; et *Ter.* *Adelph.* 5. 9. 19. dixit.

II.) Translate. *Lucret.* 4. 503. Et si non poterit ratio dissolvere causam Cur etc.; tamen prestat rationis egentem Reddere mendose causas utriusque figura. Quam manus manifesta suis emittere quamquam. Sic *Liv.* 37. 12. Hæc agentibus quum intervenisset nuncius Rhodiorum clavis, emissæ de manibus res est. *Cic.* *Planc.* 23. 57. Maledicto nihil facilius emittitur, nihil cito excipitur. *Id.* 2. *Orat.* 33. 214. Argumentum enim ratio ipsa confirmat, qui, simpli atque emissum est, adhærescit. *Id.* *Ibid.* 34. 218. Quid habet ars loci, quum ante illud face-

tum dictum emissum barrere debeat, quam cogitari potuisse videatur? *Horat.* 1. *Ep.* 18. 71. Et semel emissum volat irrevocabile verbum. *Petron.* *Satyr.* 19. Nullum verbum emittere. h. e. ne verbum quidem proferre.

EMMÀNES, is, m. 3. *εμανῆς*, furibundus: ita vocatur herba eadem quæ byoscyamus. *Apol.* *Herb.* 4.

EMMÈLES, is, adjct. comi. gen. *εμμὲλης*, modulationem habens, canorus. *Boeth.* 5. *Music.* 10. p. 1167. Voces inter se vel unisonæ sunt, vel non unisonæ. Non unisonarum autem vocum aliae quidem sunt æquisonæ, aliae emmeles, aliae etc. — Emmeles (sunt), quacunque quidem consonæ non sunt, possunt aptari tamen recte ad melos, ut sunt hæ, que consonantias jungunt.

EMMOTON, i. n. 2. *ἔμποτος*, unguentum linteis distentum, ut vulneribus apponatur. *Theod.* *Priscian.* 1. 28.

EMO, émis, émi, emptum vel emtum, émere, a. 3. *Emission* pro *emerim* antiquum est. *Plaut.* *Cas.* 2. 5. 39, quem locum referens *Paul.* *Diac.* p. 366. 14. habet *empsitem*: at *Müller* conjectit *empsiculum*, ut dicitur *pensiculum*, *missiculum*; namque, ait, apud Plautum emissum ferri nequit. *Lindemannus* vero correxit *empsim*; quam formam idem legit apud *Plaut.* *Mil.* *glor.* 2. 3. 45. ed. *Teubner*, ubi allii *emam*. — Quod attinet ad scriptiōnēm participiū *præteriti*, qui *emptus* inserto p scribunt, nituntur antiquis lapidibus ac monumēntis, quæ multo plura sunt, quam quæ sine p exhibent, ut vel ipsi *Dausq.* et *Cellar.* fatentur, quomvis bi conjuncti cum aliis multis criticis ipsum p extritum velint. Nam tribus aut quatuor pro se allatis lapidibus addunt auctoritatem grammaticorum veterum, *Terentii Scauri* et *Marii Victorini*, quibus p supervacua videntur. Adidunt pro ratione, quod ea littera in præsenti verborum *emo*, *simo*, *como*, *demo* nulla sit: nulliam ergo ne in supinis quidem esse debere. Quæ omnia id efficiunt, ut qui *emtu*, *sumtu*, *comutu* scribit, reprehendi non debeat. Sed qui antiquitatem consensum sequetur, quæ frequentius *emptus* etc. exhibet, mihi videtur laudandus magis. — Part. *Emens* I.; *Emptus* I. et II.; *Empturus* et *Emendus* II. — Ratione habita etymi, juvita *Forcellinum* est ab *ἐμψ*, quod pro *ἐμψ* cognato τοῦ *ἀρχών* *αττάχω*, per metonymiam vero pretio mihi comparo. Sunt qui derivandum putent ac *ἐμψ*, nempe *ἐμψ* *ποίειν* *neum* *facio*: hanc porro primariam esse hujus verbi notio nem ostendunt verba composita *demo*, *eximo*. At *Klotz* putat, hoc verbū ratione habita etymi coniungendum esse cum Germanico *nehmen*, quod significat *accipere*, *sumere*; quan sententiam confirmat *Paul.* *Diac.*, qui ait p. 4. 19. *Müll.* E mere enim antiqui dicebant pro *accipere*. et p. 76. 1. E mere, quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro sumere. Hinc emere iurta *Klotz*, hanc alter ac Germanicum *nehmen*, est ad pretio comparandum aliquid seligere. — Ceterum enī est pretio aliquid mihi comparo, mercor, coemo (It. *comperare*; Fr. *acheter*; Hisp. *comprar*, *mercari*; Germ. *kaufen*; Angl. *to buy*, *purchase*).

1.) Proprie. — a) Absolute, aut cum addito, unde aliquid emittitur. *Plaut.* *Rud.* *prol.* 59. Adolescens, qui puerum ab eo emerat. *Id.* *Epid.* 1. 1. 62. Animate istam, quam emit de præda? Adde *eum.* *Capt.* *prol.* 34. et 2. 3. 93. *Sueton.* *Gramm.* 13. Stoberius hero suo emptus de catastæ. *Plaut.* *Circ.* 2. 3. 64. De illo emi virginem. h. e. ab illo. Sic *Cic.* 13. *Att.* 31. Mille jugerum de M. Pilio emit. *Id.* *Ibid.* 5. Emere de Canulejo deversorium. V. et infra sub b. *Id.* 5. *Verr.* 64. 148. Potestatem facere aliqui emendi decumas. *Juvenal.* 4. 7. Emere aedes. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 168. emptum cœnat olus; emptis Sub noctem gelidam lignis calefactat abenum. *Ovid.* 3. *Art. am.* 165. Femina procedit densissima crinibus eaptis. h. e. pretio aliunde comparatis. Cf. *Marital.* 12. 23. Dentibus atque comis, nec te pudet, uteris emptis. Rursus *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 39. Turpe reos empti miserios defendere lingua. h. e. a reis conducta. *Justin.* 11. 4. 5. Captivorum pretium non ex ementium commido, sed ex inimicorum odio extenditur. — b) Cum addito pretio, quo quid emitur, per Ablatiuum vel per Genitivum. *Plaut.* *Pæn.* 4. 2. 20. Servi pretiis maximis empti. *Id.* *Ibid.* v. 74. Illas emit in Anactorio paryulas duodevigiñi minis de prædonē Siculo. *Cic.* *Rosc.* *Am.* 2. 6. Bona Sex. Rosci de L. Sulla duobus millibus nummum se dicit emisse.

*Id.* 13. *Att.* 29. Emere magno, aut parvo. Adde *Sueton.* *Cal.* 39.; et cf. *Justin.* 3. 2. *extr.* Emi singula non pecunia, sed compensatione mercum jussit. *Ter.* *Adelph.* 2. 2. 41. Meum mihi reddatur, salem quanti empta est Syre. *Cic.* 3. *Off.* 14. 59. Emit tanti, quanti Pythius voluit. Adde *Sueton.* *Rhet.* 1. et *Gramm.* 3. Rursus *Cic.* 3. *Off.* 12. 51. et 6. *Verr.* 7. 14. Emere minoris aut pluris. — c) Cum additis adverbialibus, vel adverbialibus modis. *Cic.* *Dom.* 44. 115. Emit domum prope dimidio carius, quam aestimabat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 237. poema Qui tam ridiculum tam care prodigus emis. *Cic.* 1. *Att.* 13. *extr.* Bene emere. h. e. parvo pretio. *Id.* 2. *Ibid.* 4. male. h. e. maximo pretio. — Huc pertinent et illa *Sotin.* 50. Emere oculis aestimantibus. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 7. 14. (29). Piper pondere emittit. h. e. emittit ponderatus. *Nepos.* *Att.* 9. Emere fundum in diem. h. e. cuius pretium certo futuro tempore solvetur. *Liv.* 39. 44. Cato atria duo, Mœnium et Titium in iautumis, et quatuor tabernas in publicum emit. h. e. in usum reipublicæ. — d) *Emere per as et libram*, *V.* in *EMANCIPATIO* et *MANCIPIUM*. *Sueton.* *Aug.* 64. Cajum et Lucium adoptavit domi, per assem et libram emptos a patre Agrippa. — e) *Ex empto aut rendito aliquid age*re, apud JCTos est ex contractu emptionis aut venditionis agere. *Cic.* 3. *Nat.* 30. 74. Quæ ex empto aut vendito, conducto aut locato, contra fidem fiunt. *Paul.* *Dig.* 21. 2. 18. Ex empto conveiri. *Ulp.* *Ibid.* 17. 1. 14. Teneri judicio ex empto. et *Ibid.* Ex empto obligatus. *Id.* *Ibid.* 19. tit. 1. qui *De actionib.* *empli* et *rendit* inscribitur, leg. 14. Ex empto actione is, qui emis, uitit. — f) Proverbium est, malo emere, quam rogare, apud *Cic.* 6. *Verr.* 6. 12. quæ aliquid minimo pretio, aut nulla difficultate haberit potest: tunc enim præstas emere, quæ ad rogandum se demittere. Nulla enim res carius constat, quæ preciosus empta est, inquit *Seneca* 2. *Benef.* 1.

II.) Translate. — a) Est largitione corruptere. *Plaut.* *Asin.* 1. 1. 57. Emere aliquem beneficiis. *Ovid.* 3. *Art. am.* 652. munere custodem. *Id.* 8. *Met.* 54. aliquem dote. *Cic.* 16. *Att.* 15. Quum eam defendere cōpisset, non modo deseruit emptus pecunia, sed etiam evexit. *Id.* *Pis.* 15. 35. Duo tribuni plebis de lapide empi. *V.* *LAPIS*. *Id.* *Sext.* 33. 72. Et his (tribunis plebis) priuince emittit ab inimicis meis. Apud *eum.* 5. *Verr.* 62. et seqq. emere sententias judicū, fidem, iusjurandum, veritatem, officium, religionem, etc. est largitione corrumperē judices, aut alios, et sibi obnoxios facere. Sic *Id.* *Cic.* *Claud.* 36. 102. Oppianicum judiciū ad emendas sententias dedisse pecuniam judicatum est. *Id.* 1. *Att.* 18. Emptum judicium. *Pacat.* *Paneg.* *Theod.* 12. Emere legionum suffragia. — b) Item generatio est captare, comparare; et occurrit — Cum Accusativo. *Plaut.* *Trin.* 4. 3. 49. Talento inimicum mihi emi, amicum vendidi. *Ter.* *Adelph.* 2. 2. 11. Ego spem pretio non emo. *Virg.* 1. *G.* 31. Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis. *Id.* 10. *Æn.* 503. Turno tempus erit, magno quem optaverit emptum Intactum Pallantia. *Curt.* 4. 1. 12. Emere percussorem in aliquem. *Tac.* 4. *Hist.* 57. animos militum. *Sueton.* *Galb.* 15. et *Cæs.* 50. militem. *Flor.* 3. 1. 9. exercitum. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 55. nocet empta dolore voluptas. *Id.* *Ibid.* 18. 48. pulmenta laboribus empta. *Virg.* 9. *Æn.* 206. Bene emitur honor vita. *Ovid.* 2. *Amor.* 10. 32. Emere sanguine æternum nomen. *Quintil.* 9. 3. 71. Emere immortalitatem morte. *Justin.* 8. 4. 7. dilationem belli ab aliquo. *Sil.* *It.* 4. 756. tempus pericolo. *Lucan.* 10. 107. Pax empta donis. *Claudian.* III. *Cons.* *Honor.* 188. emitur sola virtute potestas. — Cum Accusativo et Infinito. *Lucan.* 7. 282. aut emptum minimo vult sanguine quisquam Barbarus Hesperis Magnum præponere rebus? *Stat.* 1. *Theb.* 163. furtisque immanibus emptum est Oedipodæ sedisse loco. *Sil.* *It.* 7. 620. vel morte emisse volebant Spectati Fabio. *Id.* 5. 661. seroque emptum volet impia Roma Non violasse etc. — Sequente part. ut *Justin.* 23. 2. 8. Uxor periculo spiritus sui emptura, et extremos viri spiritus exciperet. *Sil.* *It.* 10. 287. quanti ne emptum velit Hannibal, ut nos Vertentes terga aspiciat?

EMODEROR, Æris, ari, dep. 1. idem quod moderor. Occurrit tantum Part. *Emoderandus* apud *Ovid.* *Remed.* *am.* 130. Ille dolor verbi emoderandus erit.

**EMODULOR**, aris, ari, dep. 4. idem ac modulor. Occurrunt tantum Part. *Emodulandus* apud Ovid. 1. *Amor.* 1. 30. Musa per undenos emodulanda pedes.

**EMOLIMENTUM**, i, n. 2. *V. EMOLUMENTUM.*

**EMOLIÖR**, iris. Itus sum, iri, dep. 4. (ex et mollior) conando molliendoque ad finem perducere, educere. *Plaut.* *Bacch.* 4. 5. 2. *Magnum molior negotium;* metuoque ut hodie possim emolirer. — Hinc ponitur et pro exscreare, expellere. *Cels.* 4. 6. Sicca tussis, qua nihil emolit. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 21. Per naras emoliri pituita nauseam. — Poetice emoliri fretum venti dicuntur, qui illud commovent et exigit, apud *Senecam Agamenn.* 478.

**EMOLITUS**, a, um. *V. EMOLLO.*

**EMOLLESCO**, is, ere, n. Inchoat. 3. mollis fio. *Cels.* 5. 28. n. 14. Sine ulla vi clavus emollescit. *Al. rectius leg.* mollescit.

**EMOLLIDUS**, a, um, adject. mollis, tener. *Liv.* 34. 47. Labor et aestus emollida et fluida corpora Gallorum reddit. *Al. leg.* mollia: quod Livium magis decere videtur.

**EMOLLIO**, is, ivi, itum, ire, a. 4. (et et mollio). Part. *Emolitus* I. et II. 2.; *Emoliendus* I. — Emollio est mollem reddo, tenerum facio (It. *ammollire*, *mollificare*; Fr. *amollir*, *rendre mou*, *tendre*; Hisp. *ablandar*; Germ. *erweichen*; Angl. *to soften, make soft, mollify*).

I.) Proprie. *Liv.* 37. 41. Humor arcus fundasque et jacularum amenta emollierat. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 60. 80. (137). Ova aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per annulos transeant. *Id.* 28. *ibid.* 19. 77. (253). Emolliere duritiam ventris. *Id.* 20. *ibid.* 2. 6. (11). et 27. *ibid.* 7. 29. (48). alvum. *Id.* 20. *ibid.* 23. 97. (259). articulos contractos. *Id.* 18. *ibid.* 7. 17. (77). Triticum emollium. *Id.* 26. *ibid.* 14. 87. (141). Plantago igni emolliita. *Cels.* 8. 4. circa med. Emolliendum id emplastrum adjecto cerato ex rosa. *Id.* 5. 26. n. 34. sub fin. Emollium ulcus.

II.) Translate. ¶ 1. In bonam partem. — a) De inanimis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (144). Gorgonia gemma emolliit maria. h. e. placat. Siliq vero rectius legit ex Cod. *Bamb.* emolliita in mari. *Id.* 35. *ibid.* 17. 57. (198). Cimolia veros et pretiosos colores emolliit. h. e. jucundiores reddit. — b) De hominum affectionibus pro mitigare, mansuescere. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 47. ingenuas didicisse fideler artes Emolliit mores, nec sinit esse seros. *Aurel. Vict. Epit.* 48. Emolliere severa praecepta. *Lamprid. Heleg.* 7. insaniam. ¶ 2. In malam partem ponitur pro effeminare, imminuere. *Liv.* 27. 3. Ne suum quoque exercitum nimia urbis amoenitas emolliret. *Id.* 38. 49. Hostis degener, et emolliitus Asia amoenitate. *Tac. Agric.* 11. Plus ferocie Britanni præferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. *Id.* 3. *Hist.* 2. Circo quoque ac theatris et amoenitate urbium (militis) emolliitos, aut valetudinibus fessos. *Aurel. Vict. Epit.* 1. Auctoritatem principis emolliere. *Lucan.* 8. 366. emolliit gentes clementia cœli.

**EMOLLITUS**, a, um. *V. voc. præced.*

**EMOLO**, is, itum, ere, a. 3. (et et molo). Part. *Emolitus* I. — Emolo est idem quod molo.

I.) Proprie. *Veget.* 5. *Veterin.* 23. 7. *Schneid.* Hordeum emolitum cum furfuribus admixtum dabis ad substantiam, donec sanetur.

II.) Translate. *Pers.* 6. 26. Messe tenus propria vive, et granaria (tas est) Emole. h. e. molendo exhaui, et liberaliter insumento.

**EMOLUMENTUM** vel emolimentum, i, n. 2. utilitas, lucrum, fructus, ait *Forcellinus*; et videtur esse ab emulo, is, ut proprie dicatur de frugibus, que moluntur summaeque præstant vita hominum utilitatem. et in fin.: *Emolumentum* proprie est fructus, qui ex emolimento percipitur; illud ab emulo, istud ab emotor. Plerique tamen putant, *emolumentum* et *emolimentum* non magis differre, quam *monumentum* et *monimentum*: et quam *emolumentum* primo significet molitionem et susceptionem, significare deinde etiam effectum molitionis, profectum alque fructum: quam quidem sententiam non improbandam putamus. Hucusque *Forcellinus*. Recentiores vero philologi postremam hanc sententiam amplexi sunt. Itaque *emolumentum* vel *emolimentum* ab emolior. ¶ 1. Est molito rei alicujus, sive improbus labor magnumque conamen ad aliquid faciendum. *Farro* 3. *R. R.* 14. 1. Nunc de cochleis ac gliribus quaro, quod reliquum est; neque enim magnum emolumentum est. Non istic

tam simplex est, inquit Appius, quam tu putas. *Cœs.* 1. *B. G.* 34. Neque exercitum sine magno commeatum est emolumentum in unum locum contrahere posse. *A/i leg.* motimento. ¶ 2. Hinc est etiam opus improbo labore et magno conamine perfectum. *Imp. Valens, Gratian.* et *Valentin.* *Cod. Theod.* 15. 1. 19. Novum opus qui volet in Urbe moliri, sua pecunia absolvat, non contractis veteribus emolumentis, non effossis nobilium operum substructiobibus. h. e. non contractis veteribus ædificiis. Huc referri potest et illud *Imp. Sever.* et *Antonin.* *Cod.* 7. 53. 2. Rem judicatum preses provinciae, etiam pignoribus captis ac distractis, ad emolumentum perduci jubebit. h. e. ad exitum, ad effectum, ut recte *Forcellinus* interpretatur, qui hunc locum ad posteriorem paragr. sub a. retulit. ¶ 3. Denique ponitur pro utilitate, lucro, fructu, qui ex rei alicuius effectu procedit; et occurrit — a) Cum Genitivo rei. *Plaut.* *Trin.* 3. 2. 68. Tibi sit emolumentum honoris. *Cic.* 3. *Off.* 8. 36. Emolumenta enim rerum fallacibus indicis (homines) vident. *Vellej.* 2. 114. 4. Emolumenta belli. *Juvenal.* 3. 21. artibus honestis Nullus in urbe locus; nulla emolumenta laborum. *Id.* 16. 35. Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus. *Sacramentorum.* *Tac.* 11. *Ann.* 7. Emolumenta pacis. *Sueton.* *Cæs.* 22. provincie. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 4. (21). erga stolidorum. *Gell.* 13. 8. philosophiae. — Cum Genitivo ponitur, ut *Forcellinus* ait, etiam pro effectu, exitu, quia rerum utilitas et fructus in earum fine et effectu positus est. *Justin.* 9. 1. 2. Bellum Gracie inferre statuit: ad cuius rei emolumentum pertinere ratus, si etc. h. e. progressus ac prosperum exitum, ut *Forcellinus* interpretatur; quod idem est atque utilitas. Sic *Gell.* 11. 13. Ut consideraremus, quæ vis, quædæ emolumentum ejus sentientia foret. b) Sæpe absolute. *Lucret.* 5. 166. quid enim immortibus atque beatis Gratia nostra queat largirier emolumentum? *Cic.* 3. *Fin.* 21. 69. Emolumenta et detrimenta, quæ *ωφελία* et *βλάπτων* appellant. *Id.* 3. *Orat.* 85. 346. Recte facta suscepta a viris fortibus sine emolumento ac præmio. *Id.* 1. *ibid.* 8. 34. Incumbite, ut et vobis honori, et amicis utilitati, et rei publice emolumento esse possitis. Adde *eum*. 3. *Fin.* 18. 49. *Id.* *Mil.* 12. 32. Boni nullum emolumentum impellunt ad fraudem, improbi sepe parvo. *Id.* 7. *Fam.* 10. ad fin. Si tibi esse id emolumento sciäm. *Sueton.* *Gramm.* 9. Romam transit docuque majore fama, quam emolumento. Adde *liv.* 5. 4. et 21. 43.; *Sueton.* *Aug.* 25.; *Vellej.* 1. 17. 5. et *Quintil.* 3. 8. 7.

**EMOLUMENTICUS**, a, um, adject. ad emolumentum pertinens. *Cassiod.* 9. *Variar.* 6. A vinculo te emolumenti terroris absolvimus, et predicti lavaci munere sublevamus. h. e. te liberamus timore amittendi tui emolumenti, dom ad Bajana balnea, valetudinis curandæ causa, proficisceris.

**EMONEO**, es, ere, a. 2. (ex et moneo) valde moneo. *Cic.* 1. *Fam.* 7. 9. Te vero emoneo quam beneficiis tuis, tum amore incitatus meo, ut etc. *Orell.* et recentiores plerique omnes ita legunt: alii moneo.

**EMORFOR**, mōrēris, mortis, sum, mōri, dep. 3. (ex et morior.) In Infinito olim fuit quartæ conjugat. *Plaut.* *Pseud.* 4. 7. 124. Haud te sinam emoriri, nisi argumenti mibi redditur. *Ter.* *Eun.* 3. 2. 42. Risu omnes, qui aderant, emoriri. — Part. *Emoriens* I. 2.; *Emortuus* I. et II. — Emori est idem quod mori, vel omnino mori (It. *morire*; Fr. *mourir*; Hisp. *morir*; Germ. *absterben*, *hinsterben*, *vorschieden*; Angl. *to die*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de animalibus tantum. *Plaut.* *Aulul.* 4. 5. 1. Emortuus ego me mavelim leto malo. *Id.* *Cas.* 5. 2. 26. Repte ut emoriantur humani Joves. *Id.* *Pæn.* 4. 2. 18. Emortuus verba facere. Adde *eum*. *Asin.* 4. 2. 1. et *Bacch.* 5. 2. 86. et *Ter.* *Eun.* 5. 2. 49. *Cic.* 1. *Orat.* 57. 243. Nasci prius oportere, quam emoriri. *Id.* 2. *Fam.* 15. 3. Pro Pompejo emori possum. *Id.* 3. *Off.* 32. 114. Aut vinece, aut emori. Adde *eum*. 3. *Parad.* 2. 24. et *Senect.* 22. 80. *Sall.* *Cat.* 20. Nonne emori per virtutem præstat, quam vitam miseram atque in honestam — per dedecus amittere? Adde *eum*. *Jug.* 14. et *Ovid.* 3. *Met.* 391. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 34. 26. Emortuus partus pellere. ¶ 2. Labor sensu dicitur — a) De membro aliquo sensu amittere. *Cels.* 5. 26. n. 34. extr. Membrum. que partium emortur, abscedere.

*Id. ibid.* 28. n. 14. Clavum radere commodissimum, etc. si sanguinis quoque aliquid emissum est, sæpe emortur. Huc referri potest et illud *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (98). Ne emortuo lacte sanguinem lambat. Sic *Vitruv.* 2. 9. circa med. Ulmus et fraxinus, simul restutus sunt arida factæ, qui inest iis liquor stantibus, emortur, sicutque duriores. h. e. absumitur, siccatur. — b) De plantis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (221). Sorbus arbor emortur. *Id. ibid.* 11. 16. (85). Ne vento flante effodiunt arbores, aut certe non adversæ his ventis radices prebeatur, propter quod emortuntur. Sic *Seneca* *Edip.* 50. Emortur seges. — c) De igne. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 6. 8. (23). Carbo emoriens, desinente flatu. — d) De humo. *Curt.* 4. 7. 10. Emoriens terra. h. e. quæ veluti mortua, nullam vim habet progrediendi. Similiter *Id.* 9. 4. 18. Immobiles undæ, in quibus emoriens natura defecerit.

II.) Translate. *Plaut.* *Epid.* 1. 2. 14. Auxilium emortuum. h. e. quod nullum est. *Cic.* 2. *Parad.* 18. Quorum laus emori non potest. *Cels.* 2. 10. Emortur vis, si quæ supererat. *Ovid.* *Remed.* am. 654. Perque grædus molles emortiatur amor. *Quintil.* 1. 1. 2. In pueris eluet spes plurimorum, quæ quum emortor ætate etc. *Id.* 12. 10. 75. Evanescent hæc atque emortuntur comparatione meliorum.

**EMORSUS**, a, um, particip. ab inusit. emordeo, morsus. *V. locum* *Plinii* 21. *Hist. nat.* 11. 57. (95.) in *ALYSSON*: ubi tamen *Sillig.* pro emorsus legit morsos.

**EMORTUÄLIS**, e, adject. qui ad mortem pertinet. Sic emortualis dies est, quo quis mortuus est. *Plaut.* *Pseud.* 4. 7. 139. Certum est mihi hunc mortualem facere ex natali die.

**EMORTÜS**, a, um, *V. EMORIOR.*

**EMOTIO**, ònis, f. 3. motio, commotio. *Gloss.* *Philox.* Emotio, *ἀποκίνησις*.

**EMOTUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EMOVÉO**, mōvēs, mōvi, mōtum. mōvere, a. 2. (ex et moveo). Reperitur etiam *emovere* apud *Plaut.* *Truc.* 1. 1. 59., cuius verba *J.* infra sub II. — *Emostis* syncope est pro *emovitistis* apud *Liv.* 37. 53. ad fin. Ultra Tauri juga Antiochum emostis. *Al. leg.* emovitistis. — Part. *Emotus* I. et II. — Emovere est loco movere, amovere, removere (It. *rimuovere*, *allontanare*; Fr. *ôter d'un lieu*, *déplacer*, *écartier*, *remuer*; Hisp. *quitar*, *mudar de puesto*, *de lugar*, *alejar*, *remover*; Germ. *herausbewegen*, *entfernen*; Angl. *to move out of its place*, *remove*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu pro loco movere, amovere, occurrit — a) De personis aliisque animalibus. — b) Cum addito loco, quo quis emovetur, per Ablat. et præpos. ex vel de. *Liv.* 25. 1. Emovere e foro multitudinem. *Al. leg.* removere. *Id.* 6. 38. Lictores, qui de medio plebem emoverent, misit. — Sæpius cum addito loco, quo quis emovetur, per Ablat. sine ulla præpos. *Liv.* 27. 3. Milites emoti amittere. *Id.* 30. 23. Emoti curia legatis. *Id.* 45. 15. Emotus senatu. — Similiter *Id.* 38. 47. sub fin. Antiochus ultra juga Tauri emotus. Adde *eum*. 33. 12. 26. 34. et 42. 50. — c) De inanimis. *Plin.* 6. *Ep.* 16. Crebris vastisque tremoribus tecta nutabant, et quasi emota sedibus suis nunc hoc, nunc illuc abiit aut referri videbantur. *Seneca* *Controv.* 13. ante med. Differebatur distorsio manibus, emotis articulis. — Emovere labia est in superiori partem movere, projectis labiis aliquid pronunciare, ut quum dicimus vos. Ita *Nigidius* apud *Gell.* 10. 4. — *Colum.* 3. *R. R.* 13. 10. Totum spatium erudi soli cum emota jam terra committi. *Id.* *ibid.* 18. 1. Quidquid emoti soli vincis præparatur, consuetudo repastinatum vocat. Adde *Veget.* 1. *Veterin.* 28. 5. *Virg.* 2. *En.* 493. emoti procumbunt cardine postes. *Id.* *ibid.* 610. Neptunus muros magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. *Sil.* *It.* 17. 284. Venus emoti facie conterrata ponti. h. e. commoti, turbati. Sic *Id.* 9. 284. Emota unda. ¶ 2. Hinc latiori sensu ponitur etiam pro excitare. *Lucret.* 6. 956. Et tempestates terra cæloque coartæ E cælo emotæ terraque repente fassent. *Val.* *Max.* 2. 4. n. 5. Contractis levibus et emota mens. h. e. insana. *V. MOVEO.*

II.) Translate, metaphoræ sumpta a superiori pagat. 1. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 28. Novus morbus veter-

rem emovit. In formula voti apud *Liv.* 41. 21. Pestilentia ex agro Romano emota. *Plaut. Truc.* 1. 1. 59. Num nomen omne ex pectore emovit meo. *Virg.* 6. *Aen.* 382. His dictis cura emota pulsusque parumper Corde dolor tristi.

**EMPENETICA**, *a*, *f.* 1. ἐμπενητική, vox facta ab ἐμπένων valde esirio, ars nempe strenue esurendi. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 1. Ita ut in Urbe ac foro tota maximus rumor fuerit, te a Q. Pompejo in itinere occisum. Ego, qui scirem Q. Pompejum Baulis empenegeticam facere, et usque eo, ut ego misererer ejus esirie, non sum commotus. Hic *Cælius* salse deridet Q. Pompejum, qui exilio damnatus Baulis degebat in summa rei familiaris inopia, ut constat ex *Val.* *Max.* 4. 2. *n.* 7., quemque propriea, cum *Catull.* 21. 2., recte dixeris patrem esuritionum. Dicitur autem empenegeticam facere, ut elibi naviculariam, vel argantarianam facere, sive exercere. — Sunt tamen qui legere malint embæneticam, artem scilicet naviculariam, ab ἐμπένων navim conserendo; alii emeticam, ab ἐμπένων vomo, quasi vero Q. Pompejus quotidie vomendo vorandi facultatem moliretur, quod frequentatum fuisse constat a Romanis, ac præcipue et *Cic.* 13. *Att.* 52. de Cæsare. Unctus est, accusuit, ἐμπενητή agebat. Alii denique alia comminiscuntur minus probanda. Alii perperam legunt schænobaticam: *V. SCHÆNOBATICUS.* *Orellius* tamen et receotiones plerique emeticam legendum probant.

**EMPETROS**, *i*, *f.* 1. ἐμπετρός, herba eadem quæ calcifraga, quam vocem vide suo loco. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 9. 51. (75).

**EMPHANISTICA**, ὄρυμ, *n.* plur. 2. sumptus, qui in sacerdotum consecrationem impendebantur. *Julian.* *Epit. novell.* c. 20. § 191.

**EMPHIASIS**, *is*, *f.* 3. ἐμφάσις, significatio: Græca vox ab ēt et φάσι dico, qua notatur figura oratoria, quam verba ponimus, quæ plus significant, quam eloquuntur, ut ait *Quintil.* 8. 2. 11. Ejus duas sunt species: altera, quæ plus significat, quam dicit, ut in illo *Virg.* 2. *Aen.* 262. demissum lapsi per funem. Nam sic altitudine equi Trojani demonstrata est. Altera, quæ etiam id quod non dicit, ut *Cic. Ligar.* 5. 15. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantum tu per te, per te, inquam, obtines: inteligo, quid loquar, etc. *Quintil.* 8. 3. 86. — *A Cic. 3. Orat.* 53. 202. Latine dicitur ad plus intelligentum, quam dixeris, significatio: et inter signas sententiarum enumeratur. Adde eundem. *Orat.* 40. 139. *Id.* 4. *Herenn.* 53. 67. Significatio est, inquit, quæ plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione. *V.* ibi cetera. — Ipsa autem vox *Emphasis* Latinis litteris legitur apud *Quintil.* locis cit. Sic *Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 2. *Verr.* 9. 25. p. 139. 1. *Bait.* Magna emphasi divisa dixit: et significat breviter, etc.

**EMPHRACTUS**, *a*, *um*, *adject.* undique tectus, ab ἐμφράκτῳ obstruo, obturo, infrecio: ut emphractae naues, h. e. tecte, apud *Ulp. Dig.* 14. 1. 1. a med., ubi tamen alii aliter. — *Hinc*

*Emphractum*, *i*, *n.* 2. absolute, substantivorum more, est opsonii intriti genus, quod rebus invicem mixtis et coactis obdqratisque coagulatum quasi apparet: ejus condendi rationem docet *Aspir.* 9. 14., ubi alii perperam leg. *ambractum*.

**EMPHRAGMA**, *atis*, *n.* 3. obturamentum, obex, ab ἐμφράκτῳ obstruo. Apud *Veget.* 2. *Veterin.* 12. et 19. *Schneid.* est morbus, quo jumentorum intestina obstruantur.

**EMPHRAGMATICUS**, *a*, *um*, *adject.* ἐμφραγματικός, qui emphragmate laborat. Vox Græca et Latine inusitata; sed restituenda videtur *Veget.* 5. *Veterin.* 29. Si emphragmaticum erit jumentum, his agnosceris signis: febricitabit, oculos intromisum reducit, aures tensas habebit et rigidas, terram pedibus tundet. *Vulgati libri* habent phragmaticum, de qua voce dubiòt ipse Schneid.

**EMPHYTEUMA**, *atis*, *n.* 3. ἐμφύτευμα, plantatio, insitio, et præcipue opera diligens ejus, qui emphyteuta est circa fundum emphyticum, vulg. memoratio: vox Græca ab ἐμφύτευμα plantio. *Imp. Zeno Cod.* 4. tit. 56., qui *De jure emphyticō* inscribitur, leg. 3.; ubi alii Græce, alii aliter.

**EMPHYTEUSIS**, *is* vel eos, *f.* 3. ἐμφύτευσις, insitio, sive plantatio, a φύεται plantio. Apud *JCTos* est contractus juris civilis, quo prædium quoad dominium utile aliqui ad longum tempus, vel in

perpetuum conceditur, ea conditione, ut certam pensionem solvatur. Olim agri inculti ac minus fructiferi hoc modo dabantur, ut plantatione et cultu meliores utilioresque redderentur. Postea usus obtinuit, ut etiam agri secundi in emphyticum darentur. *Imp. Zeno loc. cit.* in voc. præced. leg. 1. et 2.; et *Justin.* 3. 25. 3. *V. Rein's röm. Privat.* p. 163.

**EMPHYTEUTA**, *æ*, *m.* 1. qui fundum, vel agrum aliquius in emphyticum acceptum colit. *Imp. Zeno Cod.* 4. 56. 3.

**EMPHYTEUTICARIUS**, *a*, *um*, *adject.* idem quod emphyticus. *Cod.* 4. 66. 2. sq. Contractus emphyticarius. *Cod. Theod.* 4. 9. 3. prædia. *Id.* 2. 25. 1. fundi. *Cod.* 1. 34. 1. jus. — *Hinc*

*Emphyteuticarius*, *ii*, *m.* 2. absolute, substantivorum more, est idem qui emphyteuta. *Imp. Constant.* *Cod.* 11. 62. 1. *V. LIBELLARIUS* et *PERPETUARIUS*.

**EMPHYTEUTICUS**, *a*, *um*, *adject.* ad emphyticum pertinens, ut *Emphyteuticum* præmium, *Imp. Diocl.* et *Maxim.* *Cod.* 5. 71. 13. *Emphyteuticum* ias, *Imp. Zeno Cod.* 4. 66. 3. *Macer Dig.* 2. 8. 15. Qui vœtigalem, vel emphyticum agrum possidet, possessor intelligitur. *Add. Dig.* 27. 9. 3. § 4; et *Cod.* 4. 66. 1.

**EMPIRICA**, *æ*, *et Græca positione*

**EMPIRICI**, *os*, *f.* ἐμπερική, Medicina pars, quæ sola experientia curat: ab ἐμπερίᾳ experientia. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 4. (5). Alia factio (ab experientia cognominant empiricen) cepit in Sicilia. *Marcell.* in *carm. de medicin.* 6. Quod logos, aut methodus, simplex empirica pangit. *Add. Isid.* 4. *Orig.* 4.

**EMPIRICUS**, *a*, *um*, *adject.* ἐμπερικός, ad empiricen pertinens. — *Hinc*

*Empirici*, *ōrum*, *n.* plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt medici, qui sola experientia medentur, ab ἐμπερικῷ usu peritus. *Cels. præf.* Qui se ἐμπερικοῦς ab experientia nominant. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 39. 122. Nec eo tamen ajunt empirici notiora esse illa, quia etc. — Multa de empiricis *Cels. præf.* — *Hinc* etiam

*Empirica*, *ōrum*, *n.* plur. 2. absolute, sunt empiricorum dogmata. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 12. 48. (120). *Diiodutus* scribit in empiricis, etc.

**EMPLASMA**, *atis*, *n.* 3. ab ἐμπλάσσω subigo, versando moltio, petionem quamdam ex variis rebus conflatam significare videtur apud *Theod.* *Priscian.* lib. 2. part. 1. c. 10. Frequentur etiam cum emplasmate ex hydronelle (lege hydromelite) temperato, lactis his copia neganda non erit. *Viderint* tamen erudit.

**EMPLASTRATI**, *ōnis*, *f.* 3. unctio per emplastrum. Translate dicitur de arboribus, quam cortex eximitur inoculationis gratia, ut apertus queat cortex per ex altera arbore. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 16. 26. (118); *Colum.* 11. *R. R.* 2. 59., 5. *ibid.* 11. 1. et *Arbor.* 26. 1.; et *Pallad.* 7. *R. R.* 5. 2. *V. INOCULATIONE*.

**EMPLASTRATUS**, *a*, *um*. *V. voc. seq.*

**EMPLASTRO**, *as*, *āvi*, *ētūm*, *are*, *a*, *t.* Part. *Emplastratus* et *Emplastratus*. — Emplastrare est emplastrum imponere; sed orecurris translate tantum de arboribus, et est emplastratione inserere: *V. EMPLASTRATIO.* *Colum.* 5. *R. R.* 11. 10. Alterius arboris, quam emplastratus es, nitidissimum ramum eligito. *Add. eundem.* 11. *ibid.* 2. 37. *Pallad.* 12. *R. R.* 7. 7. de pomis sub fin. Emplastratis pluribus gemmis. *Id.* 6. *ibid.* 6. Emplastrari oportet.

**EMPLASTRUM**, *i*, *n.* 2. ἐμπλαστρον. *Gell.* 16. 7. notat, quosdam sui temporis semidoces dississe emplastra, *æ*, *f.* — *Ceterum*

I. Proprie emplastrum est medicamentum, quod ex variis rebus conflatur, et exterius imponitur: ab ἐμπλάσσω illino. Differt a malagmate, quod marime ex floribus, eorumque surculis fit: emplastrum vero plerumque ex metallicis. Differt a pastillo, quia pastillus tantummodo ex aridis fit: emplastrum utique liquati aliiquid accipit. *Næ Cels.* 5. 17. Utuntur præterea bac voce *Cato R. R.* 39.; *Plin.* 21. *Hist. nat.* 4. 10. (15). et alibi sæpe; et *Scribon.* II. Improprie. ¶ 1. Figurate. Ad hujus medicamenti similitudinem *emplastrum* dicitur et *emplastratio* insitio genus, quo gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam arbor recipit. Plura

de ea *Colum.* 5. *R. R.* 11. 10. et *Arbor.* 26. 8.; *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 23. (100). et *ibid.* 16. 28. (118); et *Pallad.* 3. *R. R.* 17. 1. et 7. *ibid.* 5. 3. *V. INOCULATIONE*. ¶ 2. Translate. *Laberius* apud *Gell.* 16. 17. extr. Quid est jusjurandum? emplastrum æris alieni.

**EMPLECTON**, *i*, *n.* 2. ἐμπλέκον, ab ἐμπλέκει implico, innecto: est structuræ muri genus, in quo latericiis frontibus tantummodo expolitis, interiora temere cæmentis farciuntur et replentur, alternis tamen coagimenti, seu frontis laterculis, alligantur: in eo vero differt a diamicto, quod hujus binæ frontes latericiae nullis coagmentationibus connectuntur. (Hujusmodi constructionis genus a *Visc. Op. var.* T. 2. p. 403. vocatur riempitura a sacco, a *Phil. Schiassi G. al Mus. Bologn.* p. 113. ad opera riempita). *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 51. (171); et *Vitriv.* 2. 8. *Schneid.* *V. DIAMICTON.*

**EMPLEUROS**, *a*, *on*, *adject.* ἐμπλευρος, plena et bona latera habens. Vox Græca a πλευρα latus: quæ legitur apud *Lucilium*, cujus verba *V. in MAMPHLA.*

**EMPNEUMATOSIS**, *is*, *f.* 3. ἐμπνευματωσις, inflatione, flatum generatio, morbi genus. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. Conjiencia est inflationis medea, quam Græci empneumatosis vocant. *Add. Marcell.* *Empir.* 20.

**EMPÖREMA**, *atis*, *n.* 3. ἐμπορημα, diligens opera ejus, qui emphyteuta est, circa fundum emphyticum, vulg. melioratio. *Cod.* 4. 66. 2.; et *Julian. Epit. novell.* c. 7. § 34, quo cum cf. c. 58. § 202.

**EMPÖRETICUS**, *a*, *um*, *adject.* ἐμπορητικός, ad mercaturam pertinens, ab ἐμπορῷ mercaturam facio. *Charta* vero emporetica dicitur, in qua mercæ a mercatoribus involvuntur, Itali dicunt *carta stracca* aut *la involti*, quæque scribendo inutilis est. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 23. (76). Nam emporetica inutilis scribendo, involucris chartarum segestriumque in mercibus usum præbat, ideo a mercatoribus cognominata. et *ibid.* 12. 24. (78). Emporetæ brevitæ sex digitos non excedit. *Add. Isid.* 6. *Orig.* 10. 5.

**EMPÖRIUM**, *ii*, *n.* 2. ἐμπόρεια, ab ἐμπορῷ mercator, vel ab ἐμπορῷ negotior, locus mercatus, forum nundinarium, ubi res veniales exponuntur. *Plaut. Amph.* 4. 1. 4. Apud emporium, atque in macello, in palestra, atque in foro quæritando. *Cic.* 5. *Att.* 2. 2. Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. *Liv.* 35. 10. extr. *Ædiles* porticum unam posuerunt extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto. *Add. eundem.* 41. 27. 26. 19., 34. 8. et alibi; et *Varron.* 2. *R. R.* 9. 6. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (72). Perimulæ promontorium, ubi est celeberrimum Indiæ emporium. *Inscript.* apud *Gruter.* 159. 9. *EMPORITVM STRAVIT ET ARCVM FIERI ET STATVAS SFERPONI TESTAMENTO JVSSIT.* Cf. *Inscript.* apud *Henzen.* 6605. — Etiam ad Padum duo olim emporia fuerunt prope *Placentiam*. *Liv.* 21. 57. Emporium prope *Placentiam* fuit, et opere magno munitus, et valido firmatum præsidio: ejus castelli expugnandi spe cum equitibus ac leví armatura profectus Hannibal. et mox. Ad *Victumias* ire pergit oppugnandas Hannibal. Id emporium a Romanis Gallico bello fuerat invenitum.

**EMPÖROS** *vel*

**EMPÖRUS**, *i*, *m.* 2. ἐμπορος, mercator. Græca vox, quæ Latinis scripta litteris legitur apud *Plaut. Merc.* 1. 1. 9. *Hinc Aeson.* *Ep.* 22. 28. Novusque pollet emporus.

**EMPROSTHÖTÖNIA**, *æ*, *f.* 1. ἐμπροσθοτονία, inclinatio colli in partem anteriorem. *V. Cæl. Aurel.* loc. cit. in *OPISTHOTONIA*.

**EMPROSTHÖTÖNICUS**, *a*, *um*, *adject.* ἐμπροσθοτονικός, qui emprosthotonicus laborat. *V. Cæl. Aurel.* loc. cit. in *OPISTHOTONICUS*. Sic *Theod.* *Priscian.* lib. 2. part. 1. c. 10. Quos vero pronus contractio habet, emprosthotonicos dicimus; quos autem ad posteriora reclinatos, opisthotonicos appellamus.

**EMPROSTHÖTÖNOS**, *a*, *on*, *adject.* ἐμπροσθοτονικός, idem atque emprosthotonicus, sed masculino genere absolute occurrit pro emprosthotonia. *V. Cæl. Aurel.* loc. cit. in *OPISTHOTONOS*; et *Cf. Cels.* 4. 3.

**EMPSICULO** *et*

**EMPSITO**, *V. EMPTITO.*

**EMPTICIUS**, *vel*

**EMPTICUS** vel emptitus, a, um, adject. qui est de numero eorum, que empta sunt, vel emi solent. *Varro* 3. R. R. 2. 12. His aprum glans quum pascit empticia, facit pingue: illic gratuita exilem. *Id. ibid.* 17. 7. Empticia salsa menta. *Petron.* *Satyr. fragm.* *Tragur.* 47. *Burn.* Empticius, an, inquit, domi natus es? Neutrū, inquit cōcūs, sed testamento Pansa tibi relictus sum. *Inscript. apud Gruter.* 1111. 14., sed emendatione apud *Passion.* cl. 4. n. 6. DIS MĀNIBVS ALYPI IMP. AVG. SERV̄I MINISTRATORIS ET VERNAS SPENDON ET HERMES EMPTICHI DE SVO FERCERUNT: VIXIT ANN. XXIII.

**EMPTICUS**, a, um, adject. idem atque empticius. *Venant.* *Vit. S. Martin.* 2. 8. Martibum mea prora vehat, sancta emptica nautæ. *Id. ibid.* 376. Ut petat ad portum, rerum facit emptica jactum. h. e. navis emptica.

**EMPTIO** vel emtio, ūris, f. 3. emendi actus (It. compera; Fr. achat, marché; Hisp. compra, acquisition; Germ. d. Kauf, a. Kaufen; Angl. a buying, purchase).

I.) Proprie. *Varro* 2. R. R. 7. 6. Emptio equina similis fere, ac boum et asinoruim. *Cic. Cœcīn.* 6. 17. Emptionem facere. *Id. ibid.* Att. 3. Tres habet conditiones, aut emptione ab hāsta, aut delegatione, etc. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (43). Emptiones, quæ mancipiū sunt. **V. MANCIPIUM.** Tac. 3. *Hist.* 34. Aspernari emptionem mancipiorum. *Sueton.* Aug. 24. Imminēre emptioni. *Id. ibid.* 98. Absumere pecuniam in emptionem mercium. *Gell.* 12. 12. extr. Competitores emptionis. Add. *Varro.* 2. R. R. 2. 5., 3. 5., 4. 5. et 10. 4.; *Colum.* 4. R. R. 30. 1.; *Plin.* 1. Ep. 24.; *Cajum* 3. *Instit.* 139.; et *Justin.* 3. 23. — Formulam veterem emptionis ovium habet apud *Varro.* 2. R. R. 2. 6., suum vero *ibid.* 4. 5., et boum *ibid.* 5. 11.

II.) Figurare apud *Scœvola.* *Dig.* 32. 1. 102. et *Ulp.* *ibid.* 33. 7. 12. sub fin. emptiones sunt tabule, seu instrumenta emptionum.

**EMPTIONALIS**, e, adject. *Curius* apud *Cic.* 7. Fam. 29. 1. Si inter emptionales senes venale proscripti sint. *Sed legendum est coemptionales; quam vocem V. suo loco.*

**EMPTITATUS**, a, um. **V. voc. seq.**

**EMPTITO** vel emitto, as, ēvi, ētum, are, a. 1. frequentat. ab emo. Part. *Emptitatus.* — Emptito est frequenter emo. *Plaut. Cas.* 2. 5. 39. Non ego istuc verbum emptitem titillitio. *Paul. Diac.* p. 366. 13. *Müll.* habet empsi cum, ex qua lectione cum aliis comparata Müllerus conjectat empsiculum: *Fulgentius* vero p. 562. 28. *Merc.* habet empsitem; plures emissim, aut syncop. emsim pro emerim. *Colum.* 8. R. R. 10. 6. Ternis densariis singuli emptitati. *Plin.* 6. Ep. 19. Quidquid venale audiunt, emptitant. *Tac.* 14. Ann. 41. Qui tales operam empitasset vendidissetque, perinde pœna teneretur, ac etc.

**EMPTIVUS**, a, um, adject. empticius. *Emptivus miles* est mercenarius. *Paul. Diac.* p. 77. 5. *Müll.*

**EMPTOR** vel emtor, ūris, m. 3. qui emit (It. compratore; Fr. acheteur; Hisp. comprador; Germ. d. Kauf; Angl. a buyer, purchaser). — a) Generatim. *Plaut. Pten.* 1. 2. 128. Invendibili merce, oportet ultra emptorem adducere: proba merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita sit. Add. *eund.* Pers. 4. 4. 31. *Cic.* 3. Off. 12. 51. Ne quid omnino, quod venditor norit, emtor ignorat. *Id.* 2. ad Q. fr. 2. Tusculano emtor nemo fuit. Add. *eund.* *Cœcīn.* 7. 19. *Sall. Jug.* 39. extr. Urbem venalem, et mature perituram, si emptorem invenerit. *Horat.* 2. Ep. 2. 167. Emtor Aricini quondam, Vejentis et arvi, Emptum cœnat olus. *Id. 1. Sat.* 2. 88. Emptor hians. *Id. 3. Od.* 6. 32. Emptor preiosus. h. e. qui magno pretio res coemit. Add. *eund.* 2. Sat. 5. 109. et *Art. P.* 249.; et *Juvenal.* 8. 17. et 12. 47. — b) Speciatim emptores bonorum sunt sectores, qui dæmnatorum, debitorum, et proscripторum bona sub hæsta venalia emunt: quod genus hominum semper male audiret. *Cic. Quinct.* 15. 50.; *Sall. apud Gell.* 18. 4. — c) Item speciatim empor familiæ erat emtor imaginarius, qui adhibebatur in illo testamenti genere, quod *Gell.* 15. 27. appellat per emancipationem familiæ, seu per res et libram, in quo testator cuiquam res et familiam suam imaginaria venditione alienabat, hieque ære ac libra adhibita emere se simulabat, ob id solum, ut testator vivens quodammodo alienasse vi-

derritur, que deum post mortem ejus is, qui tum factum emptorem agebat, tamquam legitimus heres acciperet. **V. COEMPTIONALIS.** Aliquando tamen hujusmodi empor alias erat ab herede, ut in testamento Augusti, de quo *Sueton. Ner.* 4. Ex hoc Dominius nascitur, quem emptorem familiaris pecunia que in testamento Augusti fuisse, mox vulgo notatum est. *V. Brisson. de Formul.* p. 586., et *Rein. Röm. Privatr.* p. 375.

**EMPTRIX** vel emtrix, ūcis, f. 3. quæ emit. *Modestin.* *Dig.* 21. 2. 63. Quam emptrix non provocaverit. Adde *Cod.* 4. 54. 1.

**EMPTURIENS** vel emturiens, entis, particip. ab inusit. empturio, cupiens emere. *Varro in præom.* I. 2. de R. R. § 6. Proprietate quod te empturient in campos Macros ad mercatum adducunt crebro pedes.

**EMPTUS** vel emtus, a, um. **V. EMO.**

**EMPYEMA**, ūtis, n. 3. *ēp̄m̄n̄p̄a.* *Cel. Aurel.* 2. Acut. 17. Vomira, quam Græci empyma vocant. Græcis tamen litteris haec vox scribenda videtur.

**EMPÝESIS**, is, f. 3. *ēp̄m̄n̄p̄a*, abscessus thoracis: **V. vocem seq.** Occurrat apud *Isid.* 4. Orig. 7. 20.

**EMPÝCUS**, a, um, adject. *ēp̄m̄n̄p̄a*, ad abscessum pertinens. *Cel. Aurel.* 2. *Tard.* 14. ante med. Empyicus passio. — Hinc

*Empyicus*, i, m. 2. absolute, substantivorum motore, est qui abscessu thoracis laborans, ibidem collectum pus e pulmonibus exreat: a præposit. *ēi* in et *tuū* *pus.* *Marcell. Empir.* 7. Empyicus, vel haemoptoicus, id est, qui sanguinem de visceribus per os ejecant, etc. *Theod. Priscian.* 2. 10. Empyici frequenter sunt, ulcere in interioribus, vel apostemate praente. **V. VOMICOSUS.**

**EMPÝRIUS**, a, um, adject. *ēp̄m̄n̄p̄o*, igneus, seu cælestis. Hinc Ital. cælum vocant *Fempireo*, quia stellis, quasi quibusdam ignibus, distinguitur. *Cappell.* 2. p. 45. Philologia tantu operis tantæque rationis patrem deumque empyrio quodam intellectuque mundo gaudientem cogoverat.

**EMUCIDUS**, idem quod mucidus. **V. EJUNCI-DUS.**

**EMUGIO**, is, ire, a. 4. (ex et mugio) idem ac mugio, vel cum mugitu profero. *Quintil.* 2. 12. 9. Clamant ubique, et omnia, levata (ut ipsi vocant) manus, emugunt. *Sever. Aen.* 294. et longas emugit buccina voces.

**EMULCEO**, es, ere, a. 2. (ex et mulgeo) idem ac mulcere, demulcere. *Ambros. in Psalm.* 118. serm. 7. Noa solum corporis vocem, sed etiam mentis sue vanitates emulcat.

**EMULGEO**, ges, si, sum, gere, a. 2. (ex et mulgeo). Part. *Emulsus* II.; *Emulgensus* I. — Emulgeo est idem ac mulgeo, mulgendo tollo.

I.) Proprie. *Colum.* 1. R. R. 3. 17. Sed prius quam hoc fiat, exiguum (*lactis*) emulgendum est, quod pastores colostram vocant.

II.) Translate. *Catull.* 68. 110. Siccare emula pingue palude solum. h. e. exhausta.

**EMULIA**, ium, n. plur. 3. Ita legitur in *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. tab.* xli. lin. 30. ibi o-*MMIV* *EMYLIA CVM RAPINIS ACCEPERVNT.* Hic Marinius hæret aqua; etenim nihil hic se intelligere fateatur, et *rapinis pro rapiis*, seu qualibet allo iructus, leguminis aut herbae genere dictum putat: at *fug.* M. Cortenovis in epist. inedita, quæ penes me (*Furjanetto*) est, ad *Jacob. Facciolatum* data V. Id. Jun. ann. MDCCXC, bæc scriptis: *E V. S. come intendere quel vocabolo, che manca pure al Calepino, emulia?* Credo che sia l'istesso che edulia, e che vi si facesse una specie di cuccagna Napolitana, in cui ognuno si rubasse la sua porzione, e quella degli altri. Hir igitur oscitantis marmorarii, emulia pro edulia sculptum sulse videtur.

**EMULSE'S**, a, um. **V. EMULGEO.**

**EMUNCTIO**, ūnis, f. 3. actus emungendi. *Quintil.* 11. 3. 80. Quum emuncta etiam frequentior non sine causa reprehendatur.

**EMUNCTORIUM**, iu, n. 2. forceps, instrumentum metallicum, quo fungi luxuriarum tollantur. *Vulgar. interpr.* *Exod.* 25. 38. Emuctorium quoque, et ubi, quæ emuncta sunt, extinguuntur, sicut de auro purissimo. Add. *ibid.* 37. 23. et *Num.* 4. 9.

**EMUNCTUS**, a, um. **V. EMUNGO.**

**EMUNDATI**, ūnis, f. 3. actus emundandi. *Terrell. Baptism.* 5. et 4. advers. *Marcion.* 9.

**EMUNDATOR**, ūris, m. 3. qui emundat. *Vet.*

Scholiast. ad *Jaenal.* 3. 38. ed. A. Mai. Emundatores cloacarum.

**EMUNDATUS**, a, um. **V. voc. seq.**

**EMUNDO**, as, ēvi, ētum, are, a. 1. (ex et mundo). Part. *Emundatus.* — Emundare est purgare, extergere. *Colum.* 2. R. R. 15. 7. Quædam pluvias diebus, ut bubilla et ovilia, debent emundari. *Id. S. ibid.* 4. 4. Pulvere et rincere gallinæ plumas pennasque emundant. *Id. 11. ibid.* 2. 71. Emundare segates. *Id. 12. ibid.* 23. 2. virum. h. e. a fæcibus purgare. et *ibid.* 50. 14. fæces et amurcam. *Id. 9. ibid.* 14. 7. alveos. *Id. 3. ibid.* 15. 1. Seritur ergo prius in emundata pastinatione. *Id. 11. ibid.* 2. 7. Torcularia et fæces diligenter emundata lotaque. Add. *eund.* 6. *ibid.* 30. 2. *Juvenal.* 14. 66. et lamen uno Semodic scobis hæc (h. e. domum et quæ in ea sunt) emundat servulus unus. *Vulgoti libri leg.* emundat.

**EMUNGO**, mungis, munis, munctum, mungere, a. 3. (ex et mungo). *Emunxit* syncope pro emundisti legitur apud *Plaut. Most.* 5. 1. 59. — Part. *Emungens* I.; *Emungus* II. — Emungere est nare purgare (It. nettar il naso; Fr. se moucher; Hisp. mugar, limpiar las narices; Germ. ausschnäuzen; Engl. to wipe the nose).

I.) Proprie, et quidem — a) Active cum Accus. se. *Cic. 4. Herenn.* 54. 67. Ut si salsamentarii filio dicas: quiesce tu, cuius pater cubilo se emungere solebat. scil. hujusmodi artifices, quum sordentes habeant semper manus, si quando nares emungere opus est, cubilo id facere cognatur. *Sueton. in vita Horatii.* Quoties ego vidi patrem tuum cubilo se emungentem? — b) Passiva forma et mediorum significatione. *Varro* apud *Non.* p. 481. 18. *Merc.* Eam sunt conseculi corporis siccitatem. ut neque spuerent, neque emungerentur. *Juvenal.* 6. 146. Jam gravis es nobis et sapere emungitis: exi. h. e. relata es, et pituita stiriaque nasi labores. — c) Hinc peculiariter *Plaut. Cas.* 2. 6. 39. At tu ut oculos emungare ex capite per nasum tuos. (Græca constructio).

II.) Translate. ¶ 1. *Emunctæ naris homo dicitur*, qui est acris ingenii ac judicii, solers, perspicax, acutus ad indagandum, dijudicandum, intelligendum: ducta ex eo metaphora, quia emunctæ nare acriorem sensum habent et acutius distinctiusque odorantur. Hinc *Lucian.* in *Philops.* 8. *Et p̄n τοῦ τριπλῆσιν περὶ τὸ μέτρον σίτην, ὡς πατερεσκαν, τὰ etc. Phœdr.* 3. 3. *Æsopus* naris emunctæ senex, Natura numquam verba cui potuit dare. *Horat.* 1. Sat. 4. 7. de *Lucilio.* facetus, *Emunctæ naris*, durus componere versus. Nisi malis legere. *Emunctæ naris* durus componere versus. h. e. durus in componendis versibus emunctæ nare factis. Rectius tamen *Ritter.* *Facetus* refer ad dicacitatem et acumen; *emunctæ naris* ad sagacitatem, qua vita hominum odoratus est et perspicit. Ceterum etiam acute naris et obesæ naris homo (de quibus *V. in NARIS*) ad ingenium transferuntur. *Donatus ad Ter. Phœn.* 4. 1. *emunctæ naris* interpretatur eleganter et facetus: quasi ducatur metaphoræ ex eo, quod quæ eleganter student et mundulæ, numquam non emunctæ nare habent. Sed hæc ad *Horatii*, aut *Phœnidij* sententiam non faciunt. ¶ 2. *Emunctus* est etiam qui in dicendo pressus est, et persigta, nitida, nimbæ supervacui aut sordidi habente oratione cibula ducta translatione ab emunctis naribus et sordidiori varuis. *Quintil.* 12. 10. 17. Attici limati quidem ei emuncti nibil innatæ aut redundans ferent: Astana gens tumidior alloqui atque jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est. ¶ 3. Denique apud *Comicos* emungere est fraudare, spoliare, fraude extorquere; et occurrit — a) Cum Accusativo persona et Ablativo rei. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 15. Sic miserum me auro esse esse emunctum! *Ter. Phœn.* 4. 1. *Emunxit argento senes.* — b) Cum Accusativo personæ taontum. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 50. Emungam hercle hominem proba hodie. Add. *eund.* *Epid.* 3. 4. 59. et *Most.* 5. 1. 60. Sic *V.* *Poeta* apud *Cic. Amic.* 26. 99. Hodie me ante omnes comedio stultos senes Versaris atque emunxeris lautissime. *Lucilius* apud *Non.* p. 36. 19. *Merc.* In me illis spei esse omnem, quovis posse me emungi bolo. *Horat.* *Art. P.* 238. audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum. *Commentator Crucq.* ad b. l. *Pythias*, persona comedio in comedio Lucillii (corrigendum *Cecili cum Orellio*), quæ inducit per astutias accipere argentum a Simone domino suo in donem sue filie.

**EMUNIO**, is, ivi vel si, Itum, ire, a. 4. (ex et munio). Part. *Emunitus* I.; *Emuniendus* II. 1. — Emunio est idem quod munio, vel probe munio (It. munire, fortificare; Fr. fortifier; Hisp. fortificar; Germ. etwas gehörig ausrichten, befestigen; Angl. to fortify, fence).

I.) Proprie. *Liv.* 26. 46. Locus opere emunitus. *Id.* 24. 21. Locus arcis in modum emunitus. *Id.* 21. 7. Muras supra cetera modum altitudinis emunitus. *Virg.* 8. *En.* 227. futilusque emuniti objice postes. *Seneca* 1. *Clem.* 19. In adscensum arduos colles emunire. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 21. Vites ob injuria pecoris caveas emuniri. *Id.* 8. *ibid.* 8. 4. Emunire caveam retibus. *Id.* 1. *ibid.* 6. 16. Sic emunita sola et latera horreorum prohibent curculionem. h. e. tectorio convestita et amurea perfusa.

II.) Impropiet. ¶ 1. Figurare. *Emunire toros* apud *Stat.* 1. *Theb.* 518. est insternare, et disconfiniendi gratia parare. — *Emunire silvas* est purgare, pervias facere et itineri aptas: *emunire paludes*, siccare et calcabiles reddere; quo sensu etiam *muniire vias* dicimus. *Tac. Agric.* 31. Corpora ipsa ac manus, silvis ac paludibus emunitis, verbera inter ac contumelias conterunt. ¶ 2. Translate. *Seneca* 3. *Controv.* 17. Olim jam adversum hunc metum emunitit animum.

**EMUNITAS**, atis, f. 3. immunitas. Usus est *Ter-tuli. Resurr.* 58., ubi alii melius leg. *immunitas*.

**EMUNITUS**, a, um. ¶ *EMUNIO*.

**EMUSCO**, as, are, a. 1. muscum adimo, purgo. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 41. Olea putantur et emuscan- tur. *Al. leg.* muscantur. Sic *Pallad.* 6. *R. R.* 4. Locis praegelidis et pluviosis olea putantur, et eis muscus abraditur.

**EMUSSITATUS**, a, um. *Paul. Diac.* p. 76. 8. *Müll.* Emussitata ad amussim facta. Hæc Pauli verba respiciunt illud *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 38. Inest in hoc emussitata sua sibi ingenua indeo. Ita enim legendum ex bonis Codicibus et ex *Non.* p. 9. 12. et p. 457. 2. *Merc.*: quamquam plerique reponunt amussitata, quoniam est ab amussis: V. *Müll.* ad *Paul. Diac.* loc. cit.

**EMUTATIO**; omis, f. 3. mutatio. *Quintil.* 8. 6. 51. Est grata in eloquendo novitas et emutatio. Ita Spalding.; alii *mutatio*, alii *commutatio*. *Id.* 8. 5. 6. Majorem vim accipiunt emutatione figuræ — et translatione. *Al. e mutatione*: ¶ *V. adnotat. Spalding.* ad h. l.

**EMUTATUS**, a, um. ¶ *EMUTO*.

**EMUTO**, is, ire, n. 4. sileo. *Plaut. Merc.* 5. 2. 55. Etiam emulsi? omnia commoustrabo. Ita quidam Lexicographi. At meliores libri habent etiam metuus? quod est magis consonum iis, que tibi dicuntur.

**EMUTO**, as, atum, are, a. 1. (ex et muto). Part. *Emutatus*. — Emuto est idem quod muto. *Manil.* 5. 149. appositus caput emulare capillis. *Quintil.* 8. 2. 15. Emutatis in perversum dictis.

**EMYS**, ſdis, f. 3. ἐμύς, a Græcis noonullis appellatur genus testudinum in dulci aqua viventium. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 4. 14. (32). Horum meminuit et Aristot. 1. 8. *Hist. animal.* c. 2., ubi V. Schneider.

## EN

**EN**, adverb., seu potius interjectio, Gr. ἦν, τινί, et Hebr. יְהִי en, per apocopen a vocibus Græca et Hebraica allatis, et significat ecce; usurpatur autem, ut admiratio, vel alias vehementis animi motus indicetur (It. ecco; Fr. voici, voilà; Hisp. aquí está, este es, nolo aquí; Germ. sieh' da, siehe; Angl. lo! see! behold!). Occurrit — 1.) In interrogatio- nibus, et præcipue — a) Jungitur cum part. unquam, et en unquam est equaudo, unquamne? (V. *Paul. Diac.* p. 76. 7. *Müll.*) *Plaut. Trin.* 2. 4. 189. En unquam adspiciam tel! *Id. Rud.* 4. 3. 48. Sed tu en unquam piscatorem vidisti, venefice, vidulum pisces cepisse? Adde eumd. *Men.* 5. 5. 26.; et *Ter. Phorm.* 2. 2. 15. et 2. 3. 1. *Liv.* 9. 10. En unquam futurum, ut congregi armatis cum Samnite li- ceat? Adde eumd. 4. 3., 10. 8. et alibi. *Virg.* 8. *Ecl.* 7. en erit unquam illæ dies? Adde eumd. 1. *ibid.* 68.; *Ovid.* 13. *Met.* 264.; et *Sil. It.* 16. 91. — b) Sine addito unquam. *Cic.* 3. *Phil.* 9. 22. En cur

magister possideat — duo millia jugerum immunis. *Id. Sext.* 27. 59. En, eur ceteri reges arbitrentur etc. *Id. Dejot.* 6. 17. En crimen, en causa, cui regem fugitivus, dominum servus accuset. *Id. 3. Phil.* 9. 22. En, eur magister ejus ex oratore arator factus sit. *Al. leg.* *Hem.* *Virg.* 4. *Æn.* 534. En, quid agor? rursusne procos invisa priores Experiar? *Forcellinus* nos hoc loco ait in adverbium esse admontis. *Pers.* 5. 134. En quid agam? Adde *Sil. It.* 6. 516. et 9. 564. — 2.) Ad auditorum quoque attentio- nem comparandam usurpatur. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 31. Tenes, quorsum hac tendant, que loquor? En, exectra tu, que tibi amicos tot habes etc. *Varro* 1. *R. R.* 2. 5. En, ibi tu quicquam nasci putas posse, aut coll natum? *Forcellinus* hoc loco adverbium admirantis esse ait. *Sall. Jug.* 9. En habes virum dignum te atque ayo suo Masinissa. *Id. Cat.* 20. En illa, quam saep optastis, libertas, præterea divitiae, decus, gloria in orulis sita sunt. — 3.) Seipius usurpatur ad rem significandam, que aut summi est momenti, aut præter expectationem accidit et incre- dibilis aut scilicet miranda videtur. — a) Cum Nom- inativo. *Plautus* apud *Verron.* 7. *L. L.* 58. *Müll.* Ubi rorarii estis? En sunt. *Cic.* 7. *Verr.* 21. 54. Utrum vobis consilium recitari tandem prætoris vi- debatur, — an praedonis improbissimi sororitas atque comitatus? En federum interpretes, societas pa- ctores, religionis auctores. *Id. 3. ibid.* 37. 93. Hæc est istius preclaræ tutela. En, cui tuos liberos com- mittas; en memoria mortui sodalis; en metus vivo- rum existimationis. *Forcellinus* hoc loco recte ad- monet en esse irridens et per ironum loquentis. *Virg.* 1. *Æn.* 464. Quæ regio in terris nostri non plena laboris? En Priamus. *Tac.* 1. *Ann.* 65. Irrup- pere Germanos jubet, clamitans: En Varus eodem que iterum fati vincia legiones! *Sil. It.* 4. 504. En omnes convenere manus. — b) Cum Accusativo. *Plaut. Suppos. Amph.* scena, que incipit: Di vos stram fidem! v. 54. En tectum, en tegulas, en obdu- etas fores. *Cic.* 5. *Phil.* 6. 16. En causam, cur lex tam egregia tamque præclara — ferretur. Aut vero aliter leg. *Virg.* 5. *Ecl.* 67. en quatuor aras, Ecce duas tibi, Daphni. *Juvenal.* 6. 530. En animam et mentem, cum qua di nocte loquantur. Adde eumd. 2. 72. Ceterum de Accusativo vel Nominalivo cùm part. en, V. *Klotz* ad *Cic. scripta que manse- runt omnia*, part. 2. vol. 1. præf. — c) Cum Ac- cusativo et Infinito. *Val. Flacc.* 1. 226. rerno en thalamos ardore jugales. — d) Cum absoluta pro- positione. *Plaut. Truc.* prot. 7. En in vobis resident mores pristini. *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 2. 2. En mediocri me dolore putas affici, quum etc. *Al. leg.* Et. *Curt.* 10. 2. 23. En tandem Illyriani paullo ante et Persarum tributariis Asia et tot gentium spolia fastidio sunt. *Lucan.* 6. 51. En quantum Tigris — ambit. Adde *Juvenal.* 9. 50. — e) Cum Pronominibus. *Plaut. Trin.* prot. 3. En illæ sunt sedes: i intro- nunc jam! *Al. leg.* *Hem.* *Cic.* 15. *Fam.* 15. En, hic ille est de illis maxime, qui Iridere me solitus est. Adde eumd. *Claud.* 65. 184.; et *Liv.* 22. 6. *Horat.* 1. Sat. 1. 15. si quis deus: en ego, dicat. Jam faciam quod vultis. *Virg.* 5. *Æn.* 672. En ego vester Ascanius. *Ovid.* 2. *Met.* 520. En ego quantum egil quam vasta potentia nostra est! *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 9. (13). En ego sum illa, quam etc. *Cic.* 7. *Verr.* 47. 124. En quod Tyndaritan libenter prædictent: Nos etc. *Virg.* 1. *Ecl.* 72. en quo discordia cives Perdu- xit miseros. — En est aliquando indignantis. *Ovid.* 11. *Met.* 7. En, ait, en hic est nostri contemptor. *Id.* 5. *ibid.* 10. En, ait, en adsum præcepte conjugis ul- tor. *Id. 15. ibid.* 677. En deus est, deus est. — f) En erce pleonasmus est; et majorem tamen habet vini demonstrandi. *Seneca* *Œdip.* 1004. En, ecce, rapido sœva prosilus gradu. Sic Græci ὅτι ίδου, aut τινί ίδου. Simile est illud *Ovid.* 3. *Met.* 283., quod vide mor. — 4.) Jungitur Imperativo, et est hor- tantis, seu majorem vim addit. *Virg.* 6. *Ecl.* 70. hos tibi dant calamos, en accipe, Musæ. *Id.* 3. *G.* 42. en age, segnes Rompe mores. Adde *Propert.* 1. 1. 21.; et *Sil. It.* 3. 179. *Ovid.* 3. *Met.* 283. tostos en adspice crines. — Aliquando Imperativo postponitur. *Ovid.* 13. *Met.* 263. nec vanis credite verbis. Aspice en. vestemque manu deduci, etc. Cf. *Liv.* 2. 6. Ipse en ille, nostris decoratus insignibus, magna force incedit. — NB. Quod legitur a quibusdam *Aspis* in Argio apud *Hygin.* fab. 170. sub fin., sunt ea Græca verba (si sana est lectio) Latine scripta,

## ENASCOR

Ἄσπις ἡ Ἀργος, vel, ut alii emendant, Ἄσπιδος: et illud en valet in prepositionem.

**ENÆMON**. F. ENHÆMON.

**ENALLÄGE**, es, f. 1. ἐναλλαγή, scil. permutatio; figura est, qua pars pro parte ponitur, vel accidentia partium permutantur, ut vivere pro vita, nullus pro non, etc. Sed vox Graeca est, et Graece adhibenda.

**ENARGIA**, æ, f. 1. ἐνέργεια, evidencia. Est hoc nomine figura rhetorica, de qua ita *Jul. Rufian.* de *Schemat.* dian. p. 275. Enargia est figura, qua formam rerum et imaginem ita oratione substituimus, ut lectoris oculis presentiæ subjiciamus. Adde *Isid.* 2. *Orig.* 20. et 21. Graecis autem litteris legitur apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 6. 17.; et *Quintil.* 4. 2. 63., 6. 2. 32. et 8. 3. 61. ¶ **EVIDENTIA**.

**ENARMONICUS**, a, um. ¶ **ENHARMONICUS**.

**ENĀRIS**, e, adject. qui sine naribus, vel parvis naribus est. *Servius* ad *Virg.* 9. *Æn.* 716. Inarime, nunc Enaris dicitur, quia in eandem ad contumeliam simiæ missæ sunt, quas Grajorum lingua Ἰόπ- ων, id est enares, dicunt: ob quam causam Pithecus etiam vocant. V. *Wernsdorf.* ad *Poet. Eal.* min. T. 4. p. 358., qui hanc nominis causam a *Servio* productam ridiculam esse demonstrat.

**ENARRĀBILIS**, e, adject. qui enarrari, seu dici potest. *Virg.* 8. *Æn.* 625. clypei non enarrabile tex- tum. *Quintil.* 6. 3. 6. Non ratione aliqua, sed motu quadam, nescio an enarrabili, judicatur. Adde eumd. 12. 10. 76.; et *Senecam Ep.* 121. a med.

**ENARRĀTĒ**, adverb. enarrando, explicando. Occurrit tantum *Comp. Enarratus* apud *Gell.* 13. 12. Id ipsum postea in M. Varronis libro enarratus scriptum invenimus. h. e. Iusius, explicatus, aperi- tius. et 10. 1. Quod Varro breviter et subobscure, Tiro Tullius enarratus scripsit.

**ENARRĀTIO**, ōnis, f. 3. actus enarrandi, expli- catio. *Quintil.* 2. 5. 1. Eviditur a grammaticis po- etarum enarratio. Adde eumd. 1. 4. 2. et 1. 8. 18.

**ENARRĀTIVUS**, a, um, adject. idem atque enunciati- vis. *Diomed.* 3. p. 479. *Putsch.* Poematis ge- nera sunt tria. Aut enim activum est vel imitati- um, aut evagratum vel enunciativum, aut com- mune vel mixtum.

**ENARRĀTOR**, ōris, m. 3. qui enarrat atque in- terpretatur. *Gell.* 13. 30. Satyrarum M. Varronis enarrator. et 18. 4. Enarrator *Sallustii*, et 18. 6. Idonei vocum antiquarum enarratores.

**ENARRO**, as, ἄνη, stum, are, a. 1. (ex et narro). Part. *Enarrandus*. — Enarro est idem quod narro, vel plene planeque narro. *Plaut. Amph.* 1. 3. 25. Clanculum ab ilia legione operam hanc surripui ti- bi: ex me primo prima scires, rem ut gessissem pub- licum. Ea tibi omnia enarravi. Adde eumd. *Mil. glor.* 2. 1. 1. *Ter. Adelph.* 3. 2. 53. Abi, atque Hegioni rem enarrato omnem ordine. *Cic. Marcell.* 2. 4. Nulla est dicendi tanta vis, quæ non dicam exor- nare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. *Id.* 1. *Divinat.* 26. 55. Enarrare alicui somnium. Adde *Liv.* 27. 50. et 28. 43.; *Nepol. Pelop.* 1.; et *Quintil.* 10. 1. 101. Hinc est etiam explicare, in- terpretari quæ intellectu difficultia sunt, pluribus ver- bis exponendo, quæ sunt dicta breviter. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (87). de *labyrintho*. Positionem operis ejus singulaque partes enarrare non est. *Quintil.* 1. 2. 14. Si grammaticus historias exponat, poemata enarrat. *Gell.* 18. 9. Varronem quoque hunc versum Plauti sic enarrasse. *Id.* 13. 10. Ad enarran- dam et illustrandam linguam Latinam. Adde eumd. 3. 16.; et *Capitolin. Gord.* tr. 13.

**ENASCOR**, nasciris, natus sum, nasci, 3. Part. *Enascens* IL; *Enatus* in omnibus paragr. — Ena- scor proprie est verbum passivum et significat ab ali- quo persona aut re generari, produci: sed fere usup- pat deponitum more et est nascentio exire, oriri.

I.) Proprie. — a) De animalium corpore. *Zu- crel.* 1. 170. At nunc seminibus quia certis quidque creatur, Inde enascitur atque oras in luminis exit, Materies ubi inest cujusque et corpora prima. *Varro* 1. *R. R.* 41. 4. E quibus enasci culiculæ vix queant. *Id.* 2. *ibid.* 9. 3. Enatus ex mento duo dentes. *Liv.* 32. 1. Nascitum est — in Herculis zede capillum enatum. *Sueton. Domit.* 23. Gibba enata pone cer- vicem. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 45. (128). Cornua ceterorum ossibus adhærent, cervorum tantum cuti- bus enascuntur. — b) De plantis. *Liv.* 32. 1. Lau- rea in puppi navis longa enata. *Id.* 43. 13. Palma in area enata. *Tac.* 2. *Ann.* 14. Enata bamo virgul-

ta. Addit. *Quintil.* 6. 3. 77.; et *Colum.* 11. R. R. 3. 48. et 5. *ibid.* 4. 2. Cf. *Sueton. Aug.* 94. Sobiles ex arbore enata. — c) De aliis rebus. *Curt.* 2. 8. extr. Enata medio alveo insula. Sic *Plin.* 6. Ep. 31. ad fin. Saxis deinde pilae adjiciuntur, quae procedente tempore enatam insulam imitantur.

II.) Translate. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 28. (109). Crocodiles illata molestias in facie enascentes tollit. *Siliq.* legit nascentes. *Flor.* 2. 15. 14. Inde quasi enata subito classis erupit.

**ENATER**, tris. f. 3. uxor fratri: videtur esse ab *enatato*, quod idem significat. *V. JANITRIX*, et **INATER** in *Herb. Barb. Hinc Inscript. apud Orell.* 4949. D. M. SILV. TELI SPHOTO... DOMITIVS APOLLONIVS PATER DO. FORTVNATA MATER, SILVANVS ENATER, IULIVS TELESPHOR. TATA, CORNELIA SEES MAMMA, THREPTVS TATLVA DVLCISSINAE ET PIETISSIMAE ANIMAEE INNOCENTISSIMAE FECERVNT. Hic autem idem *Orellius* annotat: Mire vero hoc loco de viro, qui sororem mortui in matrimonio habebat.

**ENATO**, as, avi, åtum, are, a. 1. (ex et nato). Part. *Enatandus* I. — Enatare est natando evadere.

I.) Proprie. *Auct. B. Alex.* 18. Se in mare præcipitaverunt, et octingentorum passuum interyallum ad oppidum enataverunt. *Vitruv.* 6. *præsat.* 1. Ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quæ etiam naufragio una possent enatare. *Horat. Art.* P. 20. si fractis enatal expes Navibus. Addit. *Phœdr.* 4. 21. 14.; et *Apul.* 2. *Met. Curt.* 8. 13. 15. Circumventi ab iis, qui occulti enataverant. *Mützell.* leg. enaverant. *St. It.* 15. 490. avius enata. *Patac. Paneg. Theod.* 39. Tot fluminibus enatandis, tot scandendis montibus fatigatus exercitus.

II.) Translate. *Cic.* 5. *Tusc.* 31. 87. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen. h. e. se expediant.

**ENÄTUS**, a, um. *V. ENASCOR.*

**ENÄVÄTUS**, a, um, particip. ab inusit. *enavo*, diligenter confectus. *Tac.* 3. *Hist.* 74. Praemia enavatae operæ petebant. *Fulgati libri multi habent navalia, quam lectionem retinuit* et *Halm.*

**ENÄVÄGÄTUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**ENÄVÄGO**, as, avi, åtum, are, 1. (ex et nago). Part. *Enavigatus* et *Enavigandus* sub B. — Enavigare usurpariur. A) Absolute; et B) Cum Accusativo.

A) Absolute enavigare est navigando extire.

I.) Proprie. *Sueton. Tib.* 11. Tantum non adversis tempestatis Rhodum enavigavit. *Scævola Dig.* 45. 1. 122. Enavigare de loco aliquo. *Apul.* 2. *Met.* Mibi memora, quemadmodum eride ut de Eubœa insula enavigasti, et maris et viæ conferceris iter. — Et sine additis. *Curt.* 9. 9. 13. Quidam enavigare properantes, sed non expectantes qui simul esse debebant, clauda et inhabilia navigia languide inoluebantur. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (60). Alexandrum nullo die minus stadia sexenta navigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enavigare.

II.) Translate. *Cic.* 4. *Tusc.* 14. 33. Ex quibus, tamquam et scrupulosis cotibus, enavigavit oratio.

B) Cum Accusativo est totum mare vel flumen navigando trahicere. *Horat. 2. Od.* 14. 11. Unda omnibus enaviganda. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 3. 2. (6). Vastus sinus, duodecim dierum et noctium remigio enavigatus.

**ENCENIA**, örum, n. plur. 2. *éχαινεια*, festus dies propter dedicationem alicuius novi operis celebratus: a *xaiwōς novus*. Usus est *Augustin. tract.* 84. in *Joann.* ubi ait: Quodcumque novum aliquid fuerit dedicatum, encenia vocantur. Jam et usus habet hoc verbum: si quis nova tunica induatur, encenia dicuntur, etc. Habet et *Quintil.* 7. 2. 33., sed Græce: *V. ibi Spalding.*

**ENCENIO**, as, are. *V. voc. præced.*

**ENCARDIA**, æ, f. 1. *έχαρδια*, gemma, in qua cordis effigies enaret: a *xap̄dia* cor. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 58. (159).

**ENCARPA** vel *minus recte*

**ENCARPI**, örum, m. plur. 2. *έχαρπα*, pancarpæ coronæ, ita appellatur horum frondiumque et pomorum implexus atque contextus, ornatus causa aliquibi pictus, vel sculptus. *Vitruv.* 4. 1. *Schneid.* Encarpis pro trinitatis dispositis frontes ornaverunt. Est a *xap̄nēs* fructus. *V. PANCARPIUS.*

**ENCÄTHESMA**, atis, n. 3. *έχαθεμα*, collectio huiusmodi. *Apul. Herb.* 38. Haec omnia teres, et encathesmatis impones. *Encathesmatis* est pro en-

cathesmatibus. — Hucusque cl. *Furlanetto*: qui in suis MSS. falsam esse hanc lectionem affirmat, et legendum monet *encathisma* *V.* voc. seq.

**ENCÄTHISMA**, atis, n. 3. *έχαθημα*, sessio in aqua medicata, embasis, baluem. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. Et sessionem ex vino vehementiori confitam, quam *έχαθημα* vorant. *Id.* 3. *Acut.* 2. Ad bibenus etiam encathismata ex calida et oleo, vel quarumrumque laxativarum materialium decoctione. *Id.* 3. *ibid.* 18. a med. Præterea etiam encathismatis bus utimur, nunc ex oleo confectis, vel ex calida et oleo, etc. *Theod. Priscian.* 3. 3. Encathismana vero, vel vapores et decoctionibus — dauci, pulegii, vel certe similiter diureticis procurabmo. *V.* et voc. præced.

**ENCAUSTICUS**, a, um, adject. *έχαυστος*, ad encaustum, pictura genus, pertinens. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 39. (122). Aliquanto vetustiores encausticæ picture existentes. — *Hinc*

*Encaustica*, æ, f. t. absolute, substantivorum more, subaudi ars, est ipsa ratio encaustica pingendi, *έχαυστη*. *Id. ibid.* paulo post. Quod profecto non fecisset, nisi encaustica inventa.

**ENCAUSTUS** vel *recentiori forma* encaustus, a, um, adject. *έχαυστος* inustus; ab *έχαιω* inuro, quod a *xaiwō*, unde et *xaiwōtō*; fit et *xaiwōtē*. Ceterum dicitur de pictura genere a veteribus artificibus usurpatu, quod triplet fuit, ut *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 41. (149). docet: unum, quo pingebant ceris discoloribus tabule illitis, et igne admoto candefactis: alterum, quo stilo ferreo igne candefacto imagines faciebant in ebore: tertium resolutis igni ceris, et penicillo inductis: quæ pictura in navibus nec sole, nec sale, ventisque corrumperit. Hor tertium genus (de quo verba facit etiam *Vitruv.* 7. 9.) distabat a primo in eo, quod in hoc tertio illinebant penicillo ceras igne liquefactas, deinde postquam refrixissent, rursus igne admoto æquabant poliebantque: in illo ceras frigidas sine penicille inducebant in tabulas cestro, seu viricolo insculptas, vel postquam induxissent, viricolo figuræ insculpebant, deinde inurebant et poliebant. De primo genere intelligendum est illud *Ovid.* 3. *Fast.* 831. Quique moves cælum, tabularumque coloribus uris! De primo item vel de tertio illud *Auson. epigram.* 26. ceris inurens januarii lumen. Verum hoc totum artificium jampridem usu desilit. *Martial.* 4. 47. Encaustus Phæton tabula depictus in hac est. Quid tibi vis, dipylon qui Phæton facis? *Plin. loc. cit.* Encausta pingere et doceere. Et Encausto pingeadi duo genera, etc. — *Hinc*

*Encaustum* vel *sepius encautum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *Imp. Ieo Cod.* 1. 23. 6. sacrum encaustum appellat confectionem coloris et cocto murice et *conchylii* triti ardore, quo utebantur imperatores in suis rescriptis subscribendis. *Hinc* Itali inchiostro vorant atramentum scriptorum. *Augustin.* 3. contra *Faustum* 18. Impatitur ergo sibi encausti munditia, quæ corio inbasit agnino. h. e. membranæ. — Itaque est genus scripturæ, quæ fit per adustationem et restrum. Eo utebantur rectores provinciarum in subscribendo. *Imp. Constantini Cod. Theod.* 11. 16. 4. Rectores provinciarum manu propria perscrivant, atque encauto nominata adnectant. *Id. ibid.* 7. 20. 1. Encauto et cerussa conscribuntur.

**ENCAUTARIUM**, ii, n. 2. tabularium. Ebri publici censuas civitatum et provinciarum, in quibus scriptum erat encauto. *Imp. Gratian.*, *Valentinian.* et *Theodos.* *Cod. Theod.* 13. 10. 8.

**ENCAUTUM**, i, n. 2. et

**ENCAUSTUS**.

**ENCHIRIDION**, ii, n. 2. *έχηριδιον*. ¶ 1. Est manuale, etiagu quivis libellus: ab *έχη* et *χειρ* manus, quia manus nullo negotio circumferri potest. Existat hujusmodi libellus *Augustini ad Laurentium* inscriptus. *Pomponius* quoque *JCTus opusculum* hoc nomine inscriptum, ut habetur in *lemmate legis* 2. tit. 2. lib. 1. *Digest.* ¶ 2. Item gladiolus chirurgorum. Sic enim, quoniam eodem sensu Græce etiam usurpatur, eruditus quidam interpretantur, in *Inscript.* apud *Gruter.* 70. 8., quæ est apud *Orell.* 1572. DEO AESCTYLPIO VALERIUS SYMPHORVS ET PROTIS SIGNVM SOMNI AEREVM. TORQVM AVBVRM BX DRACINCVLS Δ. p. S. 7. — — — (h. e. duobus pondio semis uncianarum quinque), ENCHIRIDITM ARGENTEUM p. — — — s. (h. e. pondio uncianarum quinque semis). ANABOLIVM OR INSIGNEM CIRCA SE NVMINIS EJVS EFFECTVM I. S. L. M.

**ENCHÖRIOS**, or et *Latina positione*

**ENCHÖRIOS**, a, um, adject. regionalis, indigena, ἔγχοριος. Vox Græca, a *χρόα regio*. Latinis litteris scripta legitur apud *Philargyr.* ad *Virg.* 4. G. 298. Sic *Ambros.* 5. *Hexaem.* 14. Alia quoque avium genera enchoria, que manent in locis semper. *Ibid.* enchoris adventicia *paullo infra* opponuntur. *Frontin.* de *colon.* p. 120. *Goes.* Sed et lapides enchoris signati sunt. *Goes.* legit enchores.

**ENCHÖRIS**, e. *V.* voc. præced. in fin.

**ENCHUSA**, æ, f. 1. *έχουσα*, vetus nomen herbeæ, quæ in posterum anchusa dicta est. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 25. (51). *V. ANCHUSA.*

**ENCHYTUM**, i, n. 2. *έχυτον*, genus placentaæ, cuius meminit *Cato R. R.* 80., quæ ita dicta videatur, quod liquidior esset et aliis cibis infunderetur; vel quod liquido ungui perfunderebat: ab *έχυσι*, in fundo. Al. leg. *encytum* ex ead. derivatione, omissa nempe, ut sæpe alias, aspiratione; sed tamen mase, genet, quod rectius.

**ENCLIMA**, atis, n. 3. *έχλημα*, inclinatio, curvatura, clima: ab *έχλην*, inclin. *Vitruv.* 9. 8. 1. *Schneid.* Hemicyclum excavatum ex quadrato, ad enclimaque succissum *Berosus* dicitur invenisse.

**ENCLISIS**, is, f. 3. *έχλητος*, inclinatio: sed occurrit tantum in re grammatica, et est conjunctio particulaæ, quæ accentum a se inclinat, cum alio vocabulo. *Priscian.* 5. p. 669. *Putsch.* Compositio enim, non enclisis, corrumpere dictiones solet.

**ENCLITICE**, adverb. *έχλητικῶς*, per inclinacionem; sed lorum habet tantum in re grammatica: *V.* voc. seq. *Priscian.* 5. p. 668. *Putsch.* *Siquis*, ad imitationem *έχη* Græci, enclitice prolatum quidam putant. *V. SYLLABICE*, ubi aliis *Prisciani* locus

affectus.

**ENCLITICUS**, a, um, adject. *έχλητικός*, inclinatus vel inclinalivus, ut *Conjunctiones encliticæ*, que, ve, ne, quoniam accentum a se inclinat, apud grammaticos. *Priscian. super XII. vers. En.* 6. p. 1252. *Putsch.* Ne vero solet, etiam abjecta e, encliticam vim possidere, ut *Pyrrhin.*, *tanton*. Encliticam que, ve, ne, præpositionibus ante se positis erigit extrema syllabe fastigium. *Id. ibid.* 5. p. 1245. Per se (*jam*) acutur; in verso autem gravatur, nisi encliticum ei adjungatur, ut *jamque*, tunc enim acutur. *Id. 14. p. 977. Putsch.* Tantam præpositioni tenorum mutationem facit ordinis commutatio, quod in quibusdam pronominibus etiam enclitici vice fungit, quæ sunt hæc: *mecum*, *tecum*, *serum*, *nobiscum*, *vobiscum*. *Id. ibid.* p. 988. Aliis vero ideo enclitici vice fungi postposita (*præpositio*) videatur, ne, si acutatur, adverbium esse putetur. *V. INCLINATUS.*

**ENCOLPLE**, årum, m. plur. 1. *έχολπιαι*, venti, qui e paludibus et flaminibus veniunt per sinus: a *χλωρ.* sinus. *Apul. de Mondo.* Habet etiam *Senecca* 5. *Quesit. nat.* 8., sed Græce.

**ENCOLPISMUS**, i, m. 2. *έχολπισμός*, elyster uterinus. *Theod. Priscian.* 3. 5. Pesso cum nardino, vel rosco prius resoluto, encolpismo uti conveniet.

**ENCOLPIZO**, as, are, a, f. *έχολπιζω*, elysterum uterinum in vulvam injicio. *Theod. Priscian.* t. t. Diffumigatur mulier de storace, encolpizatur pinguis.

**ENCOMBÔMA**, atis, n. 3. *έχομβριμα*, ab *έχομβο* nodo constringo, significat genus vestis, quæ nodo substringebatur corpori. *Pollux L.* 4. c. 18. recentes inter ornatus, conicos servorum his verbis: Τῇ δὲ τῷ δύλῳ έχημεδε καὶ χαριδίου τι πρόσχεται λευκὸν. ὁ ἔχομβριμα λέγεται, ἡ ἔχρημα. *Varro apud Non.* p. 543. 1. *Merc.* Ut pueræ habent pottius in vestitu chlamydias, encombomata, et parnacidas (*lege arnacidas*), quam togas.

**ENCOMIOGRAPHS**, i, m. 2. *έχωμυογράφος*, qui encomium seu laudationem scribit. *Imp. M. Aurel.* ad *Fronton.* 2. ad *M. Cæs.* (edente iterum A. Mai) ep. 9. *Encomiographos* istos audimus, Græcos scilicet, sed miros mortales.

**ENCOMIÖLOGICUS**, a, um, adject. qui ad cum pertinet, qui alicuius encomium dicit: ab *έχωμον* laudatio et λέγω dico. *Encomiologicum metrum* dicitur, quo utuntur panegyristæ. *Plotius de metr.* p. 2662. *Putsch.* inter varia carminum genera reperset *Encomiologicum Stesicorium*, et *Encomiologicum Archilochium*: prioris exemplum est, *Molibibus* in pueris, aut in puellis: posterioris, *Jam Cytherea choros Venus dat.*

ENCOMMA. *V.* INCOMMA.

ENCRATITÆ, *ārum, m. plur.* 1. ἐγκρατῖται: ita appellati sunt hæretici, qui, duce Tatiano, circa annum a Chr. n. 151., nuptias, carnes animalium et vini usum damnabant; ab ἐγκρατίᾳ temperanter ago, contineor. Hieronym. 1. advers. Jovinian. n. 3. Neque vero nos Marcionis et Manichæi dogma sectantes nuptiis detrahimus: nec Tatiani principis entraitarunt errore decepti, omnem coitum spūcum putamus, qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creavit ad utendum, damnat et reprobat. Cassiod. 6. Hist. Eccl. 13. Quum fuisset in hæresi, quæ vocatur eucratistarum (corrige enratistarum). id est abstinentium.

ENCRINOMÉNOS, i. m. 2. ἐγκρινόμενος, h. e. secretus, egregius, eximius, præ ceteris probatus: ab ἐγκριτῳ secerno, segregō: nomen est statua æra ab Alætene Phidio discipulo facta, qua pentathlēi repræsentabatur. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (72). — NB. De cognom. Rom. *V.* ONOM.

ENCYCLIOS, on, adject. ἐγκλιώς, orbicularis, circularis: a κλικός, orbis, circulus. Encyclios disciplina, Græca dicendi ratione, est doctrina ex omnibus scientiarum cognitione collecta, quæ et ἐγκλιπτικὴ dicitur. Vitruv. prefat. l. 6. Disciplina, quæ non potest esse probata sine litteratura encyclioque doctrinarum omnium. Adde eund. 1. 1. a med. Cassiod. 6. Hist. Eccl. 37. Omnes encyclias lectiones tempore parvo composit. Id. Instit. div. litt. 23. Legite, quas habetis in prompta, synodus Ephesinam et Chalcedonensem, nec non et encycilia, id est epistolas confirmationis supradicti concilii.

ENCYMONIS. *V.* GEMONIDES.ENCYTUS, i. m. 2. ἐγκυτός. *V.* ENCHYTUM.ENDELECHIA. *V.* ENTELECHIA.

ENDIÁDYS vel hendiadys, apud Servium ad Virg. 1. *En.* 65. est vox male confusa ex Græcis verbis εἰ διά δύοι, unum per duo, quibus significatur figura poetica, quæ unum per duo nomina exprimitur, seu in duo dividitur, ut quem ait Tibull. 1. 7. 13. Tum successus herbasque dedi. h. e. succos herbarum. et Virg. 2. G. 192. pateris libamus et auro. h. e. pateris aureis. et 2. *En.* 627. ferro et bipennibus. h. e. bipennibus ferreis. et 1. ibid. 653. pallam signis auroque rigentem. h. e. aureis signis. et 3. ibid. 223. ipsumque voramus In prædam partemque Jovem. h. e. in partem prædae. et 1. ibid. 65. molemque et montes insuper altos Imposuit. h. e. molem montium. et 1. G. 56. maculis insignis et albo. h. e. albis maculis. et 11. *En.* 554. libro et silvestri subere clausam. h. e. libro suberis. Sic apud Quintil. 8. 5. 28. Clavus et purpuræ loro insertæ. h. e. clavus purpureus. Ovid. 7. Met. 251. Placare deos precibus et murmur longo. h. e. precibus submissa voce concepli. Adde Virg. 6. *En.* 734. Senecam Agamemn. 988. Sil. II. 3. 388. et Lucil. 29. apud Non. p. 381. S. Merc. tecta et testudines. h. e. tecta testudinea. Cic. quoque est hoc modo locutus aliquando: v. gr. 3. Tusc. 18. 43. Hunc serlis redimiri jubebis et rosa.

ENDO, præposit. a priscis Latinis usurpata pro in: vel ab si τῷ vel ab ἐδῷ, intus. Cic. 2. Legg. 8. 19. Quos endo celo merita locaverunt. Al. aliter leg. Ennius apud Gell. 12. 4. endo foro lato, sanctoque senatu. Al. leg. indu, quod idem est. *V.* INDU. Id. apud Charis. 4. p. 249. Putsch. et Ausion. Monosyll. seu Grammaticast. 18. endo suam do. h. e. in suam domum. In vet. rogatione opud Gell. 5. 19. Uti ei vita necisque in eum potestas sit, uti patri endo filio est. Et in vet. leg. ibid. 20. 1. a med. Ni quis endo em jure vindictit. h. e. in eum. Lucret. 2. 1094. Endo manu. et 4. 773. Endo statu. et 6. 890. endo mari. Paul. Diac. p. 77. 3. Müll. Endo præcincta.

ENDOCEPTUS, a, um, particip. ab inusit. endocæpi, inceptus. Apud P. Merul. ad fragm. Enni. p. 192. Endocæpta per se temeriter facit missa.

ENDOFESTARE, idem quod infestare. Gloss. Philoz. Endofestabat, ὑπῆξετο.

ENDOGREDI, idem quod ingredi, ab endo et gradior. Lucret. 1. 82. viamque Endogredi sceleris. Adde eund. 4. 316. et 367. Al. leg. indulgredi eodem sensu.

ENDOJACITO, injicito. Lex xi. Tab. apud Festum p. 313. 6. Müll. Si calvitur, manum endojacito.

ENDOITIUM, initium. Paul. Diac. p. 76. 9. Müll.

vidi balnei vapore enecatur. Val. Mar. 9. 12. n. 3. Nimio gaudio enectus. Plin. 25. Hist. nat. 13. 95. (151). Quos cicuta enecat, incipiunt algere ab extremitibus corporis. Id. 23. ibid. 2. 31. (63). Vini facienda vis est, ut descendentes in cupas enecet. Id. 21. ibid. 31. 105. (182). Aspidum vis enecans sopore. Id. 7. ibid. 9. 7. (47). Enecta parente gigni. h. e. nasci cœso matris utero. Id. 26. ibid. 15. 90. (159). Radix in tantum purgat, ut partus enectos extrahat. Id. 30. ibid. 12. 34. (108). Mus araneus pendens enecatus. Prudent. 8. περὶ στέφ. 18. Enectus gladiis alter, et alter aquis. lege evectus: *V.* EVEHO. — b) Speciatim dicitur de plantis, et est earum incrementum cohære, dampnum illis inferre. Plin. 18. Hist. nat. 17. 44. (155). Est herba, quæ dicer enecat et ervum, circumligando se. Sic poëtice Lucan. 9. 434. exurit messe et pulvere Bacchum Enecat. Rursus. Plin. 18. Hist. nat. 13. 34. (127). Rapicla in horreis enecata. h. e. raporum caulinis et folia in horreis constructa, et veluti suffocata, donec flavescant, seu flaccescant.

II.) Translate. ¶ 1. Est macie conficere, enervare. Plaut. Pers. 2. 5. 17. Emitte sodes, ne (boves) enices fame, sine ire pastum. Vetus Poeta apud Cic. t. Tusc. 5. 10. Enectus siti Tantalus. Cic. 2. Divinat. 35. 73. Si avis inclusa in cavae et fame enecta in offam multis invadit. Cf. eund. ibid. 69. 142. Nonnullæ valetudinis significaciones, ut hoc ipsum, pleni encinetis simus etc. Horat. 1. Ep. 7. 87. Spem mentita seges, bos est enectus arando. Cf. Priscian. 9. p. 634. Putsch. Liv. 21. 41. Effigies, immo umbra hominum; fame, frigore, illuvie, squatore enecti; contusi ac debilitati inter saxa rupescere. Cf. eund. 2. 23. Obsita erat squalore vestis, sedior corporis habitus pallore ac macie perempti. h. e. perempto similis, fere a mortuo non distantis, prope mortui. — Huc pertinet et illud Sueton. Gramm. 3. In podagræ morbum incidit, cuius impatiens veneno sibi percutit pedes, et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi præmortua viveat. h. e. pedes sensu ac motu privavit. ¶ 2. In familiari sermone enecare est valde molestum esse et gravem, aliquem quasi ad necem usque torquere, obtundere vel nimis dicendo, vel expectantem ut diras fraudando. Plaut. Asin. 5. 2. 71. Me quidem miseram odio enicavit. Id. Merc. 3. 2. 14. Jurgio enicore aliquem. Ter. Eun. 3. 5. 6. Qui me sequatur, quique jam rogat obtundat, enect. Rursus Plaut. Amph. 5. 1. 3. Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum consequi, jam ut opprimar, ut enecer. Id. Merc. 1. 2. 45. Lassitudinem verba tua mihi addunt: enicas. Adde eund. Truc. 1. 2. 21. Ter. Andr. 4. 1. 38. Cur me enicas? hoc audi. Adde eund. Phorm. 2. 3. 37. — Vel hercæ enica, non facebo, quoddam est imprecationis genus apud Plaut. Rud. 5. 3. 45. et Autul. a. 5. in fin. ¶ 3. Metaphorice. Cic. 6. 41. Appins quum εἰσχωρέσθε provinciam curarit, sanguinem miseric, quidquid potuit, detraxerit, mibi tradidit enectani. Id. 1. Divinat. 29. 61. Ea pars animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecia, nec satietate affluens.

ENECTO, is, ere, a. 3. dissolvo: a præpos. ex ei necio. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in Not. Tir. p. 122.

ENECTUS, a, um. *V.* ENECO.

ENEMA, atis, n. 3. id quod cylstere per anum injicitur, ἐνεψα, ab εὐηψῃ injicio. Cœl. Aurel. 4. Tard. 3. Enematibus allqua decoctio styppatum adjungenda. Theod. Priscian. lib. 2. part. 1. c. 1. Tunc post cylsterem beneficium etiam enemate, quod ex sicco lini semine et oleo roseo, vel chamaælinio (lego chamaælinio) temperatur, in uncis tribus ignis illis ardoribus succurrendum est. Id. ibid. c. 10. Post cylsterem vero chalasticum – enemate lego enemate) uti nos convenit ex oleo rutaceo, commixto castoreo.

ENEMION, ii. n. 2. ηνέμιον, idem ac papaver. Apul. Herb. 53.

ENERGÆNUS, a, um, adject. ab ἐνέργειᾳ, efficitur. *V.* EVERGANEÆ.

ENERGEMA, atis, n. 3. ἐνέργημα. opus, effectus, efficacia, vis, seu εποτάλεσμα, quod operationem sequitur. Tertull. Praescript. 30. et Car. Christ. 34. Adde Prudent. Apotheos. 46. 8. ubi energima scribitur, et pœnultima, contra naturam syllabæ, corripitur.

ENERGIA, a, f. 1. ἐνέργεια, ab εἰνεργεῖν, vis,

*robur. Hieronym. Ep. 50. ad Paulin.* Habet enim nescio quid latentis energiae viva vox.

**ENERGUMENUS**, a. um, adjekt. ἐνέργοντος, part. pass. ab ἐνέργεια ago, a diabolo obcessus. *Sulpic. Sev. 2. Dial. 8.* Una earum (virginum) partem stranis energumeno, quem spiritus erroris agitabat, de cervice suspendit; nec mora, dicto citius, ejecto daemone, persona purgata est. *Add. eundem. 1. Dial. 20. ad fin. et 3. Dial. 6.*

**ENERVATIO**, ūnis, f. 3. debilitatio. *Arnob. 3. 10.* Volutatis enervatione languescere.

**ENERVATUS**, a. um. *V. ENERO.*

**ENERVIS**, e. adjekt. ἀνεργός, sine nervis, debilitatus, mollis, effeminatus. *Seneca Thyest. 176. Ignatius (homo), iners, enervis. Quintil. 9. 4. 142.* Si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malum esse, quam effeminatum et enervem. *Tac. Dial. de orat. 10.* Enervis orator. *Plin. Paneg. 33.* Spectaculum non enerve, nec flutum, nec quod animos virorum inclinet et frangeret, sed quod ad contemptum mortis accenderet. *Apul. Apolog. Mor. in juventute saltans fabulos exossis plane et enervis. Petron. Satyr. 119. Enerve corpus.*

**ENERVO**, as, 3vi, ūnum, are, a. 1. (ex et nervus). Quoties primam hujus vocis syllabam corripit Prudent., ut 8. *Cathemer. 64.* corpus enervans. et 2. contra Symmach. 143. Robur enervatum gereret sine laude palæstræ: *Salmas. ad Spartan. in Vero* t. extr. contendit inervo legendum esse, ex vet. lib. Quod tamen, ut verum sit, non est imitandum. — Part. *Enervatus I. et II. in fin.* — *Enervo* est nervos adimo (It. snervare; Fr. enerver; Hisp. enervar; Germ. entnerven, kraftlos machen; Angl. to take out the nerves).

I.) Proprie. *Apul. 8. Met.* Fuit unus, qui poplites meos enervare securi sæva comminaretur. *Apic. 4. 2.* Accipies cerebella quatuor, enervabis, coques. Sic *Id. 7. 7.* Enervata cerebella. *Id. 4. 2.* Tursionem enervabis, concides minutatim. *Claudian. 1. in Eutrop. 315.* Dum spado Tiresias, enervatusque Melampus Reptet. h. e. castratus. *Aurel. Vict. Epit. 10. de Tito.* Enervatorum greges abire precepit. h. e. exoletorum, pathicorum. Nam *Sueton. Tit. 7.* eosdem vocal deficiens.

II.) Translate est debilitare, infirmum facere: et dicitur tum de corpore, tum de animo et de abstractis. *Cic. Senect. 10. 32.* Non plane me enervavit, nec afflitit seuctus. *Id. 2. Att. 14.* Usque eo sum enervatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malum ἐντυπωθεῖσαι, quam cum optima spe dimicare. *Liv. 33. 18.* Enervare corpora animaque. *Ovid. 4. Met. 286.* Enervare et remollire artus. *Horat. Epod. 8. 2.* et *Liv. 7. 39.* vires. *Ovid. Remed. am. 753.* Enervant animos etharae. *Cic. Orat. 68. 229.* Enervare orationem. *Petron. Satyr. 2.* corpus orationis. *Cic. 1. de republ. 1.* incendium belli. — Hinc Part. præter. pass.

*Enervatus*, a. um, adjektive quoque occurrit, unde et Comp. *Enervator.* Translate *Cic. Pts. 33. 82.* Afflictus, infirmus, enervatus reus. *Id. Sext. 10. 24.* Quum hominibus enervatis atque exsanguibus consultatus, tanquam gladius, esset datus. *Id. 1. Orat. 52. 226.* Philestophes mollis, languidus, enervatus. *Id. 4. Tusc. 17. 38.* Mollis et enervata oratio. *Id. 2. ibid. 6. 15.* Enervata multebrisque sententia. *Liv. 38. 34.* Velut enervata civitas Lacedæmoniorum, diu Achæis obnoxia fuit. *Gell. 19. 12. extr.* Ignava et quasi enervata vita. *Seneca Provid. 4.* Enervata felicitas. *Boeth. 4. pros. 2. a med.* Quid enervatus ignorantiæ ræctiate?

**ENERVUS**, a. um, adjekt. idem atque enervis. *Apul. 1. Met. post init. Enervam et exosam saltationem explicit. Ita Elmenhorst. Alii melius enervem et exossem.*

**ENFRACHTARIUS**, ii, m. 2. vox originis et significationis ignotæ omnique prorsus auctoritate destituta; legitur enim tantummodo inter *Nat. Tir. p. 132.* Anfractarius, enfractarius. — Fortasse est pro emphractarius, ab ἐνέργεια obstruo, ita ut anfractarius sit, qui, ne quid facere invito animo cogatur, per anfractus fugit: *enfractarius*, qui eadem de causa oblicem aliqui opponit; idemque significet ac refractarius, Italice refrattario. Fortasse refractarius scribendum. *Kopp leg. refractarius.*

**ENGÖBATA**, um, o. plur. 2. ἐγγέβατα, τα, apud *Vitrur. 10. 7. 4.* Schneid. dicuntur suis manus hydraulicae, in quibus iconculæ et sigilla ar-

cano aquarum impulsu varios motus ac miros edent. At præstat legere anchibata; ἐγγέβατα enim, ab ἀγχι prope et βάτῳ accedo, Græce dicitur qui proprius accedit; quod ad illas iconculæ maxime convenit: quum contra ἐγγέβατα nullibi scriptum apud Græcos inveniatur. Hucusque Forcellinus; et Schneiderus vulgatam lectionem engibata servavit.

**ENGÖNÄSI** vel engonasis, m. indec. vox confusa ex Græca præposit. εἰν, et γόνατοι vel γόνατοι genibus: nomen est sideris undeviginti stellarum, qui in fabulis dicitur esse Hercules, qui dextra genu nixus, sinistro pede caput draconis custodis Hesperidum opprimere conatur, sinistra manu projecta pellem leonis, dextra clavam tenens. Fabulantur ita dictum, quod in quadam prælio cum Liguribus, quem eum tela defecissent, multitudo hostium defessus se ingeniculaverit. Jovem autem misertum, lapidum copiam ei suppeditasse, quibus tandem hostes fugaverit. Alii putant esse Theseum, qui Træzene suum extollere videtur, sub quo erat giadius, quem maior eius a vate admouita fuerat, ut priusquam Athenas miticeret, patri referendum curaret. Alii Cetea Lyraonis filium, patrem Megistus, qui filiam in ursam conversam querens, genu nixus palmisque extensis ad calum deus orare videtur, ut ei formam restituat. *Higin. 2. Astron. 6.* et 3. *Ibid. 5.* — Situm est in celo inter circulum Arcticum et Tropicum Cancri, Lyram habens ad dexteram, et Coronam caputque Ophiuchi ad levam. Latina voce appellatur *Ingeniculus*, et *Nixus*. *Cic. Arat. 2. Nat. 42. 108.* Engonasis vocant, genibus quia nixa feratur. *Manil. 5. 645.* Nixa genu species, et Graeco nomine dicta Engonasi, ingenicula juvenis sub imagine constans. Cf. *Cic. Arat. 373.* flexo confidens corpore Nixus. Add. *Orid. 8. Met. 182. V. GENICULATOR.*

**ENGÖNÄTON**, i, n. 2. ἐγγένατον, genus horologii solaris, quod Hercules, genu sinistro flexo, humeris et ambabus manibus in collo gestabat, quale olim marmoreum fuisse Ravennæ ostendit *J. B. Passerius, Sagg. della Sc. Lett. Ravenn. T. 1. p. 68.* et seqq., quoque vulgo vocant *Conchincollo*, quia horologium in conchæ formam collo gestabat. Illeus horologii mentionem facit *Vitrur. 9. 8. 1.* Schneid., ubi jamen et antiqu. MSS. legere est egomatos, nempe ἐγγένατον ex genu, h. e. Hercules ingeniculatus. *V. voc. præred.* Schneiderus, quamvis aliam prorsis lectionem in testum receperit, in notis tamen *engonatas* probare videtur.

**ENGÖTHÉA**, æ, f. 1. ἐγγέθηκη, vasorum repositorum. *V. INGUTEGA.*

**ENHÆMON**, i, n. 2. ἐγγέπον, medicamentum ex olla Arabica, sistendo sanguini et contrahendis vulnerum cicatricibus singulari effectu: ab *cūpa* sanguis. *Plin. 12. Hist. nat. 17. 38.* (77).

**ENHARMONICUS** vel

**ENHARMONIUS**, a. um, adjekt. ἐνέργωντος; et ἐνέργωντος, idem quod harmonicus. *Macrobi. 2. Somn. Scip. 4. ad fin.* Quum sint melodia musicæ tria genera, enharmonicum, diatonum, et chromaticum. Al. leg. *enharmónium*, quod idem est; et *enarmonion*. *Capell. 9. p. 315.* Enarmonion modulandi genus. Add. *enam*, alibi saepè.

**ENHYDRIS**, idis, f. 3. ἐνύδρης, colubra in aqua degens: ab εἰν in et ὕδωρ aqua. *Plin. 30. Hist. nat. 3. 8.* (21). et 32. *ibid. 7. 26.* (82).

**ENHYDROS**, i, f. 2. ἐνύδρος, gemma rotunditatis absolute, in candore lœvius, sed ad motum fluctuat intus in ea, rotuti in ovis, liquor. *Plin. 37. Hist. nat. 11. 73.* (190); *Sohn. 37.*; et *Isid. 16. Orig. 13. 9.* At *Sillig* apud *Plin. ex Cod. B.* legit enhydros.

**ENHYGROS**, *V. voc. præced.*

**ENHYPOSTATOS**, on, adjekt. ἐνυπόστατος, substantialis. *Hieronym. Ep. 14.* Si quis tres hypostases, ut tria enhypostata. hoc est tres subsistentes personas, non confitetur, anathema sit.

**ENIBER**, ra, rum. *V. INEBR.E.*

**ENIM**, particula conjunctiva. Compos. **ETENIM** f. loco suo. — *Enim* est particula, quæ ratione habita etyma conjugenda est cum part. *nam*; quoque ad antecedentia refertur; iisque majorem vim affirmando addit et significat certe, profecto, revera, sine ullo dubio (It. certamente, si, davvero, in veritaté; Fr. en effet, en vérité, certes, assurément, sans doute, effectivement; Hisp. efectivamente, de

verdad, con verdad, clerta y verdaderamente; Germ. allerdings, wahrlich, fürwahr, ja, offenbar, wirklich, gewiss, freilich, sicherlich; Angl. truly, of a thruth, indeed, surely).

I.) Proprie, ut diximus, vim habet affirmandi, et est certe, profecto, revera etc. Apud Comicos reperitur etiam in principio posita; ceterum fere post unum aut alterum verbum ponitur. Usurpat vero —

— 1.) Absolute, hoc est sine alia illa particula. *Plaut. Most. 3. 1. 23. Th.* Qui tuta tecum? tr. Nil enim h. e. nihil profecto, revera nihil. *Id. Bacch. 4. 4. 51.* Numquid nos vis facere? ch. Enim nihil nisi ut ametis, impero. *Ter. Adelph. 4. 5. 22. Es.* Quid ipsæ? quid ajunt? m. Quid illas censes? nihil enim. *Bursus Plaut. Cas. 3. 2. 16.* Enim jam magis jam approper. *Id. Mil. glor. 2. 3. 19. ra.* Quid metuis? sc. Enim ne nosmet perdiderimus usquam. *Quintil. 10. 1. 25.* Summi enim sunt, homines tamen. *Id. 5. 10. 32.* Frugalitas bonum, luxuria enim malum. *Plaut. Trin. 5. 2. 10. cm.* Eam sororem despondisse Lysiteli. ly. Enim me nominat. h. e. revera me nominat. *Id. Pers. 2. 2. 54.* Enim non ibis nunc vicissim, nisi scio. h. e. revera, profecto non ibis, nisi ego id scivero. *Ter. Adelph. 2. 1. 14.* At enim non siam. h. e. certe non siam. *Cic. 1. Tusc. 32. 78.* Movener sæpe aliquo acute concluso, labamus, mutamusque sententiam clarioribus etiam in rebus: in his est enim aliqua obscuritas. h. e. in his est revera aliqua obscuritas. *Plaut. Cas. 2. 4. 1. cr.* Te utor ajebat tua me vocare. st. Ego enim vocare jussi. h. e. utique, ipse jussi etc. *Cox. d. B. G. 7.* Ille enim revocatus resistere ac se mano defendere cepit. h. e. sane, profecto. (Hoc in loco part. enim *Forcellino* videbatur posse pro autem, aut vero; quemadmodum et apud *Plaut. Pseud. 1. 1. 29.* Legi, vel tabellas redi. p. 32. Id. Immo eam pellegam. Immo enim occurrit etiam apud *Tet. Andr. 5. 1. 4.* Rursus *Plaut. Most. 4. 2. 7.* Qui parasitus sum? sea. Ego enim dicam.). *Plaut. Epid. 5. 2. 35. ep.* Ni ergo matris filia est, in meum numinum, in tuum talentum pignus da. ps. Enim istæ copiae est. h. e. istæ certe captio est: Italice questa si che è un' insidia. Similiter *Cic. 1. Off. 39. 138.* Itaque ille in suum domum consulatum prius altulit, hic – in domum multiplicatam non repulsam solum retulit, sed ignominiam et calamitatem. Ornanda est enim (h. e. certe, profecto) dignitas domo, non ex domo tota quærenda. *Liv. 27. 7. 12.* His quoque est enim prorogatum in Sicilia imperium. *Illi leg.* his quoque enim, ut 45. 39.; alii omittunt enim. *Id. 23. 45. sub fin.* Romanos ex pugnaturo jactabatis. Enim nunc minor est res. *Id. leg. en.* *Id. 34. 32.* Enim ut iam ita sint haec, quid ad vos. Romani? *Id. leg. en.* Ille referri potest illud *Virg.*, in quo enim varare et redundare *Forcellino* videbatur. *8. En. 84.* in illo conspiciuntur sus, Quam pius Eneas tibi enim, tibi, maxima Juno, Macrat. — *Ecclesiasticus*, vel per indagationem, *Plaut. Trin. 1. 2. 22. ca. Faio*, hanc tantillum deridet verborum mihi. ne. Namque enim tu, credo, mihi imprudenti obrepseris. h. e. reversa tu potius credo, me inscientem fesselleris. Pro manu nonnulli leg. neque, sed minus recte. Similiter à partibus ipse Cic. *Dicit. 12. 33.* Blesamus tyranum Cæsarem scriberet? Multorum enim civium capita viderat, multos jussu Cæsaris veratos, verberatos, necatos. etc. h. e. certe, sine dubio viderat etc. *Plaut. Capt. 3. 4. 36.* Tu enim reportus, Philoeratem qui superes veriberio. h. e. tu certe reportus es, qui etc. Cf. *Cic. 3. Farr. 13. 35.* Est enim obscurum, et ejusmodi factum ejus. ut possit alquis suspicari, C. Verrem, quod ferre novos homines non potuerit ad nobilitatem, hoc est ad suos transisse: nihil fecisse propter pecuniam. *Id. 2. Cat. 6. 14.* In exsillium ejiciebam. quem jam ingressum esse in bellum videbam? Etenim, credo, Mallius iste, centurio, qui in agro Fesulanio castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit: et illæ castra nunc non Catilinam durem expectant: et illæ, ejectus in exsilium, se Massiliam, ut ajunt, non in hac castra conferet. Sic *Liv. 34. 7. ad fin.* Invidiosis nominibus, utebatur modo consul, seditionem muliebrem et secessionem appellando. Id enim periculum est, ne Sacrum montem, sicut quondam irata plebs; aut Aventinum capiant. *Horat. 1. Ep. 19. 44.* fidis enim manuæ poetica mella Te solum, tibi pulcher.

— Et cum particulis negativis. *Plaut. Most. 5. 2.*

11. TR. Quian' me pro te ire ad coenam autumo? TR. Non enim ibis. *Quintil.* 11. 3. 172. Non enim haec rixantis modo dixit. — neque enim, quasi inflammaret aut testaretur, locutus est. *Ovid.* 2. *Met.* 301. Dixerat haec Tellus: neque enim tolerare vaporem Ulterius potuit, nec dicere plura. Cf. *Liv.* 22. 25. Metilius id enim ferendum esse negat. — 2<sup>o</sup>) Cum additis aliis affirmandi particulis, vel adversariis; et — a) Cum part. quidem apud *Plaut.* *Aulul.* 3. 5. 26. Enim mihi quidem nequam est purpuram atque aurum dari. — b) Cum adverb. certe; et certe enim est idem atque enimvero, ut apud *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 175. Certe enim hic nescio quis loquitur. *Id.* *Asin.* 3. 3. 24. AR. O inesse dulci dulcior mihi tu es! RA. Certe enim tu vita es mihi. *Ter.* *Andr.* 3. 2. 22. D. Quasi tu dias, factum id consilio meo. s. Certe enim scio. — c) Sæpissime cum vero jungitur, et rem, quam dictimus, majore in luce collocat: reperitur autem in principio positum, aut olicui verbo nonnunquam postponitur. *Plaut.* *Capt.* 3. 4. 60. Enimvero iam nequeo conteneri. *Ter.* *Heaut.* 5. 5. 1. Enimvero Chremes graviter emerat adolescentem. *Cic.* 5. *Ferr.* 25. 61. Enimvero iste ridere ac mirari etc. Sic *Id.* 1. *Orat.* 36. 165. Enimvero — mirari satis non quo etc. *Ter.* *Phorm.* 3. 2. 43. Sircine hunc decipis? no. Immo enimvero hic me decipit. *Cic.* 7. *Ferr.* 39. 102. Illi enimvero se ostendunt, quod vellet, esse facturos. *Id.* 5. *ibid.* 60. 138. Postulat a te, ut Romanum rejicias. Hic enimvero tu exclamas, hominem improbum, etc. *Forcellinus* hoc in loco accepit pro scilicet, nimirum. *Liv.* 2. 36. Tum enimvero deorum ira admonuit. Adde *Cic.* 6. *Ferr.* 66. 148.; *Liv.* 1. 52., 3. 35., 5. 25. et alibi; *Curt.* 4. 7. 14.; *Sueton.* *Tit.* 12. et *Ner.* 36.; *Quintil.* 9. 3. 14., 1. 8. 16. et alibi; et *Plin.* *Paneg.* 2., 23. et 81. — Est etiam per ironiam loquentis, aut indignantis. *Ter.* *Andr.* 5. 2. 7. Bene sane, id enimvero hic nunc abest. Itali dicunt: *mancava davvero anche questa*. Similiter *Id.* *Phorm.* 3. 1. 1. Enimvero, Antipho, multi modis cum isto animo es vituperandus. *Liv.* 43. 1. Enimvero senatus Indigoari etc. *Id.* 27. 30. Enimvero indignum ratus Philippus, vixit victori sibi ultra conditiones ferre, etc. Adde *eumd.* 10. 35., 31. 30., 33. 46. et 25. 41. — Sic junctum cum verbis negantibus vehementius negat. *Ter.* *Andr.* 1. 3. 1. Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae, neque cordiae. Ubi *Donatus*: Habet, inquit, significacionem nimium pernoti atque irritati animi. *Liv.* 2. 45. a med. Enimvero non ultra consumulam pati Ronianus posse. *Cic.* 3. *Ferr.* 26. 66. Enimvero ferendum hoc non est. — Similiter in responsibus vim addit. *Plaut.* *Amph.* 2. 2. 126. AL. Tun' te ubilis hodie hinc negas? AM. Nego enimvero. *Id.* *Fers.* 2. 2. 2. AIN' vero, verbereum caput? PÆ. Ajo enimvero. *Ter.* *Eun.* 2. 3. 36. CR. Is, dum banc sequor, sit mihi obviam. PA. Incommodo hercle. CH. Iuno enimvero infeliciter. Nam incommoda alii sunt dicenda, Parmeno. — Enimvero habet etiam vim adversantis, ut sed, at. *Tac.* 2. *Ann.* 64. Primum subdola concordia egere: enimvero audita mutatio principis, immittere latronum globos, etc. Adde *Flor.* 2. 7. 10. — Verum enimvero est *Sall.* *Cat.* 20. Nonne emori per virtutem prestat, quam vitam miseram atque inhonestam, ubi aliena superbis ludibrio fueris, per dedecus amittere? Verum enimvero, pro deum atque hominum fidem, Victoria in manibus nobis est.

II.) Translate, quoniam causa quæ assertur, rem certam reddit, enim est etiam conjunctio causalis, quæ idem significat ac nam, namque. — Raro admundum reperitur in principio positum. *Ter.* *Hecyr.* 2. 1. 41. Enim lassam oppido tum esse ajebant: eo admissa non sum. h. e. quia etc. ideo etc. *Lucret.* 6. 1275. nec numina magi Pendebantur: enim præses dolor exsuperabat. Adde *Quintil.* 1. 5. 39. Nonnulli addunt etiam. *Cic.* 4. *Att.* 11. et 4. *Tusc.* 13. 30., sed utrobique lectio est dubia: item *Senec.* 7. *Benef.* 5. probante *Lipstio*, ubi aliis enimvero. Ceterum unius verbo sæpissime postponitur, ut videre est in locis quæ infra afferuntur. — Raro post duo vel plura verba ponitur. *Lucret.* 1. 680. Nil referret enim quedam decedere, abice. *Horat.* 2. *Sal.* 7. 104. cur? Tergo pectorum enim. *Cic.* 4. *Att.* 6. 1. Primum igitur metius esse: deinde meliora te nunciare. Odiosa illa enim fuerant, legiones ventre. *Id.* 2. *Orat.* 11. 45. Ex iis enim fontibus licet etc. *Liv.* 3. 50.

Illi quoque enim filias, sorores conjugesque esse. *Id.* 33. 30. Eas quoque enim placere liberas esse. De loco *Varron.* 2. *R. R.* 7. 7. vide ibi adnotata a *Schneid.* *Lucret.* 3. 236. Rara quod ejus enim constat natura, necesse est etc. — Vocem denique dividit apud *Tac.* *Dial.* de *orat.* 26. extr. Quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruatur, ut etc. — Ceterum hac significatio — a) Usurpatum ad confirmandam sententiam, quæ prius alata est. *Plaut.* *Asin.* 4. 1. 63. Haec sunt non nugas, non enim mortalia. *Cic.* 1. de *republ.* 17. Quem (*Platonem*) quem ex alto ignotas ad terras tempestas et in desertum litus detulisset, lamentibus ceteris propter ignorationem locorum, animadvertisse dicunt in arena geometricas figuras quasdam esse descriptas; quas ut vidisset, exclamavisse, ut bono essent animo; videre enim se hominum vestigia. *Id.* 11. *Att.* 14. Video difficile esse consilium: sum enim solus. *Id.* *Mil.* 1. 1. Haec novi iudicii nova forma terret oculos, qui veterem consuetudinem fori et pristinum morem judiciorum requirunt. Non enim corona consessus vester cinctus es, ut solebat. *Horat.* 1. *Od.* 7. 27. Nil desperandum Teuropo duce et auspice Teuropo: Certus enim promisit Apollo Ambiguam tellure nova Salamina futuram. *Ovid.* 9. *Met.* 4. Triste petis munus: quis enim sua prælia victus Conmemorare velit? Adde *Nepot.* *Phoc.* 4.; *Curt.* 3. 8. 6.; *Justin.* 44. 1. 5.; *Plin.* 2. *Ep.* 11.; *Flor.* 3. 21. 23. aliosque. — Nec et neque enim sepe ponitur pro non enim. *Cic.* *Senect.* 10. 32. Nec enim unquam suo assensu veteri illo laudatoque proverbio etc. *Id.* 1. *Parad.* 1. 7. Neque enim explietur unquam, nec satiatur cupiditatis sitis. — b) Jungitur etiam propositioni, quæ complenda ac perficienda est; neque tamen semper compleetur ac perficitur, quippe, quæ omissa sunt, facile intelligi possunt: hac autem ratione enim respondet tñ igitur, quemadmodum et Græcum γαρ. *Plaut.* *Amph.* 2. 2. 62. Quid enim censes? te ut deludam contra? *Cic.* 1. *Tusc.* 6. 10. A. Cur? quæso. XI. Quia disertus esse possem, si contra ista dicarem. A. Quis enim non in ejusmodi causa? aut quid negotii est, haec poterum et pictorum portenta convincere? *Id.* 5. *ibid.* 9. 26. An malumus Epicurus imitari? qui multa præclare sepe dicit: quam enim sibi constanter convenienterque dicas, non laboras. Laudat tenuum viatum. Philosophi id quidem: sed, si Socrates aut Antisthenes dicere; non is, qui finem bonorum voluptatem esse dixerit. Adde *eumd.* 2. *Orat.* 6. 24. et *Horat.* 2. *Sal.* 3. 124. Iluc reserri potest et illud *Virg.*, (in quo enim vacare et redundare *Forcellino* videbatur) 3. G. 69. Semper erunt, quarum mutari corpora malis. Semper enim refice. Ceterum *Ovid.* 3. *Met.* 260. tum linguam ad jurgia solvit. Proferi quid enim toties per jurgia? dixit. Ipsa petenda nihil est. *Id.* 9. *ibid.* 687. Et merito, dixit: quid enim mea tela reliqui, Sæviam et vires iramque animosque minaces, Admovique preces? *Id.* 9. *ibid.* 242. Quos ita (sensit enim) læto Saturnius ore Juppiter alloquitur. Adde *Curt.* 9. 6. 9. et 8. 8. 10.; *Quintil.* 11. 3. 57. et 3. 6. 6.; et *Plin.* 2. *Ep.* 12., 6. *ibid.* et *Paneg.* 9. et 56. — Similiter enim reddit causam rei non dicit, sed que facile intelligi potest. *Cic.* 6. *Ferr.* 11. 25. Anticum enim nostrum in iudicium vocabas, h. e. te non invitavimus, quia anticum nostrum in iudicium vorabas. — Hinc quid enim? sæpissime occurrit. *Cic.* 2. *Fin.* 22. 72. Quæ dici eadem de ceteris virtutibus possunt: quæcum omnium fundamenta vos in voluptate, tamquao in aqua, ponitis. Quid enim? forte innè possuntur dire euendum illum Torquatum? *Horat.* 1. *Sal.* 1. 6. Contra mercator, navem jactantibus austris (ait): Militia est potior; quid enim? concurritur: horæ Momento cita mors venit aut vitoria læta. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 3. 131.; et *Curt.* 6. 10. 32. et 8. 8. 13. — Quid enim eleganter locum habet in enumerationibus, quando plurium mentio facta est, et de postremo singulare quippiam est dicendum. *Liv.* 4. 3. a med. Quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipse Romulus etc. Dixerat prius de Numa, Tarquinio et Ser. Tullio. — Nempe enim est *Quintil.* 8. *proœm.* 6. Nempe enim plurimum in hoc exhaustius laboris. — Aut enim est ejusdem *Quintil.* 7. 9. 2. Aut enim vocibus singulis accidit, aut conjunctis. — At enim servit occupationibus. *Sall.* *Cal.* 51. 25. At enim quis reprehendet quod in parvicias reipublicæ decretum erit? *Cic.* pro *leg.* Ma-

nil. 17. 51. At enim vir clarissimus — Q. Catulus, itemque — Q. Hortensius ab hac ratione dissentient. Adde *Curt.* 8. 8. 10. et *V. AT.* — Ponitur eleganter enim in respone post occupationem. *Cic.* 11. *Phil.* 8. 20. At enim Cæsari imperium extraordinarium dedi. Ille enim mihi præsidium extraordinarium dederat. — Sed enim occurrit interdum, quam ad rem vividam atque affectibus vehementer gradus sit. *Ovid.* 1. *Met.* 530. Auctaque forma fugæ est. Sed enim non sustinet ultra Perdere blanditas juvenis deus; utque movebat Ipse Amor, admisso sequitur vestigia passu. *Id.* 5. *ibid.* 634. Quaque pedem mouvi, manat lucus; equæ capillis Ros cadit: et citius, quam nunc tibi fata renarro, In latitem mutor. Sed enim cognoscit amatas Amnis aquæ, positoque viri, quod sumpserat ore, Vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas. Adde *eumd.* 11. *ibid.* 401., 12. *ibid.* 516., 13. *ibid.* 141. et 14. *ibid.* 642. — Sæpe sed enim opponit aliquid rei, quam tacita mente vitamus ac silentio præterimus. *Virg.* 1. *En.* 23. Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci Audierat. (*Forcellino* h. in loco enim vacare et redundare videbatur). *Id.* 2. *ibid.* 163. impius et quo Tydides sed enim scelerumque inventor Ulysses etc. Adde *Ovid.* 2. *Fast.* 751. — Sed enim interdum inservit etiam correctioni. *Ovid.* 9. *Met.* 218. Obligor Ipse tamen. Sed enim, ne pectora vano Fida metu pavent, Oæteus spernere flammas. *Sil.* *It.* 15. 612. verum, fratris si vita supersit, Qui tandem licet socias conjungere vires Consulibus? Sed enim solum (dum vera patescant) Cunctandi restare doluni Martenque trabendi. Sic *Quintil.* 7. 1. 49. Sed enim in commune de jure omni disputandum semper. — Enim occurrit frequenter etiam in parenthesis. *Cic.* 2. *Tusc.* 24. 58. Sumus enim natura, ut ante dixi, (descendunt enim sæpius), studiosissimi appetentissimique honestatis. *Ovid.* 16. 221. Rumper et invideo (quid enim non omnia narrerem?). *Id.* 3. *Met.* 687. De modo viginti (tot enim ratis illa feret) Restabam solus. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 280., 4. *ibid.* 704., 7. *ibid.* 680. et 12. *ibid.* 191. *Id.* 9. *ibid.* 55. Si quia fides (neque enim fiet mihi gloria voce Quarritur) imposito pressas nihil monte videbar. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 234. — c) Interdum enim usurpatum ad sententiam vel affirmationem aliquam declarandum, et significat id est, scilicet, et similia. *Plaut.* *Mil.* *glor.* 3. 2. 20. LY. Di me perdant, si libi, si bibere potui. FA. Qui jam? LY. Quia enim obsorbui. *Id.* *Capt.* 4. 2. 104. HS. Quid tu per barbitices urbes juras? EX. Quia enim item asperie sunt, ut tuum victimæ autumabas esse. *Id.* *Rud.* 4. 4. 71. Tunc pol tu pro oratione nec vir, nec mulier mihi es. TR. Qui dum? EN. Quia enim neque laquens es, neque tacens unquam bonus. *Id.* *Amph.* 2. 2. 34. AM. Qui tibi nunc istuc in mentece venit? SO. Quia enim sero advenimus. *Forcellino* in hoc *Plauti* et in duobus sequentibus *Terentii* loris enim vacare et redundare videbatur; oratione tamen elegantiam addere. *Ter.* *Heaut.* 1. 2. 13. CL. Cave faxis; non opus est pater. CH. Quapropter? CL. Quia enim incertum est etiam, quid se faciat. Adde *eumd.* *ibid.* 4. 5. 52. *Forcellinus* addit etiam illud *Cic.* 2. *Orat.* 54. 218. Leve nomen habet utraque ros! quippe enim leve est totum hoc, risum movere. *Orellius* vero legit quippe; leve enim est etc.; alii aliter. Ceterum *Plaut.* *Pten.* 4. 2. 32. SR. Si futurum est, do tibi operam hanc. XI. Quomodo? SR. Ut enim ubi mihi vapulandum est, tute corium sufferas. *Cir.* pro *leg.* *Manil.* 2. 6. Primum mihi videtur de genere beli, deinde de magnitudine, tum de imperatore diligendo esse dicendum. Genus est enim ejusmodi etc. ALII aliter *leg.* Ad h. 1. *Forcellinus* ait: Ali quando enim adhibetur tum ad offerendam causam, tum simul ad continuandam orationem; addebatque illud *Cic.* 2. *Phil.* 13. 31. Attende enim paulisper, cogitationemque sobrium hominis suscipe. Item illud *Cæs.* 2. B. C. 32. Desertus enim se a vobis dicunt etc. Ceterum *Ovid.* 14. *Met.* 524. Arbore enim succoque licet cognoscere mores. Quippe notam lingue baccis oleaster amarinis exhibet: asperitas verborum cessit in illas. Cf. *Nepol.* *Eumen.* 11. et 12.; *Plin.* 2. *Ep.* 12.; et *Justin.* 41. 5. 3.

ENIMVERO. V. voc. præced. sub L.

ENISE. V. ENIXE.

ENISUS, a, um. V. ENITOR.

ENITEO, tes, thi, tere, u. 2. (er et niteo). Part. Enitens I. — Eniteo est idem quod niteo, vel valde

niteo (It. *risplendere, mandar fuori splendore*; Fr. *briller, luire*; Hisp. *brillar, lucir, resplandecer*; Germ. *erwörglänzen, - strahlen*; Angl. *to shine, appear fair or bright*).

I.) Proprie. *Accius* (al. *Ennius*) apud *Cic.* 2. *Tusc.* 5. 13. *Fruges enitent.* *Catull.* 61. 21. *Floridis velut enitens Myrtus Asia ramulis.* *Virg.* 2. C. 211. *rudis enituit impulsu vomere campus.* *Id.* 4. *En.* 150. *tantum egregio deus enitet ore.* *Gell.* 19. 1. *Ubi cœlum enituit, et deseruit mare.*

II.) Translate est emineo, clareo, eluceo, appareo, illustris ac nobilis sum. *Cic. Flacc.* 7. 17. Athenæ non solum in Græcia, sed prope cunctis gentibus enitebant. *Id.* 2. *Att.* 1. 3. In eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, eniterat Demosthenes. *Id. Mur.* 14. 32. et *Liv.* 4. 3. a med. Quo in bello virtus enituit egregia M. Catonis. *Cic.* 1. *Invent.* 3. 4. *Studia recta atque honesta, per otium concelebrata ab optimis, eniterunt.* *Id. Brut.* 59. 215. *Oratio Crassi enitebat.* *Liv.* 22. 27. In tantum suam felicitatem virtutemque enitesuisse. *Plin. Paneg.* 4. Enituit (ille) in bello, obsolevit in pace. *Id. ibid.* 5. Enituit favor. *Justin.* 4. 3. 13. Qui pericula propulsando in tantum eniterunt, ut etc. *Id.* 29. 1. 8.; et *Quintil.* 8. 5. 29. Enituit virtutis indoles. *Ammian.* 28. 6. Inter quos Nicasius enitebat. Adde *eund.* 24. 4. et 21. 14. *Vopisc. Prob.* 10. Enitere virtutibus. *Vulcat. Gall. Avid. Cass.* 3. in philosophia.

**ENITESCO**, tescere, tescere, n. 3. inchoat. ab enito, sed idem fore significat.

I.) Proprie. *Horat.* 2. *Od.* 8. 6. Enitescis pulerior multo. *Quintil.* 1. 3. 75. Oculi in hilaritate enitescunt. *Colum.* 9. *R. R.* 14. 10. Mel optimæ notæ enitescitur autumni æquinoctio. *Al. leg.* enitescit.

II.) Translate. *Sall. Cat.* 57. ad fin. Bellum expletabat, ubi virtus enitescere posset. *Cic. 4. Herenn.* 44. 57. Gloria cum summa laude quotidie magis enitescitur. *Tac.* 11. *Ann.* 7. Plebs toga enitescitur. *Id.* 12. *ibid.* 58. Studiis honestis et cloquentiæ gloria enitescere. *Quintil.* 2. 5. 23. Deterso rudis sæculi squalore, noster hic cultus clarius enitescet. *Id.* 10. 5. 14. Alitur atque enitescitur, veluti pabulo latiore, fæcundia. *Gell.* 17. 21. Jam fama virtusque felicitatis Romanæ apud exteræ gentes enitescere incepitabat.

**ENITOR**, nitrer, nitus vel nixus sum, niti, dep. 3. (et et nitor). Quod ad scriptiōnem attinet, statuit *Diomed.* 1. p. 371. *Putsch.* discernit inter enitus et enixus, ut illud ad quenlibet virium conatum referatur, hoc ad partum tantummodo. Sed contra stant MSS., in quibus promiscue scribitur: *V. NITOR*, eris. — Passive occurrit apud *Justin.* 43. 2. 7. In iuco Martis enixi sunt. h. e. in lucem editi sunt. — Part. *Enitens* sub B. 1. et 3.; *Enitus vel Enixus* sub A. 1., B. 3. et in fin.; *Eniturus* sub B. 1. — Eniti occurrit A) Stricto; et B) Latiōri sensu.

A) Stricto sensu, hoc est quum tota ac nativa præpositionis exercitū vis, eniti est ex inferiori ad superiori locum ascendere, itemque nitendo exire, nitendo se expedire (It. *salire in alto sforzandosi*, uscir fuori, disimpacciarsi con isforzo; Fr. *faire effort pour sortir, se dégager, s'élever, se tirer, sortir à force de travail*; Hisp. *elevarse, alzarse, irse, evadirse, escaparse a fuerza de trabajo*; Germ. *sich hervorstemmen, mit Anstrengung hervor-, emporsteigen, sich heraus-bewegen, - arbeiten*; Angl. *to mount, reach by climbing, reach with difficulty, to go out by climbing, with difficulty*).

I.) Proprie. *Cœs.* 2. B. C. 34. Adeo erat impedita vallis, ut in adscensu, nisi sublevati a suis, primi non facile eniterentur. *Curt.* 7. 11. 17. Enituntur in vertice montis. *Tac.* 1. *Ann.* 70. Tandem Vettius in editoria enitus eodem agmen subduxit. *Orid.* 2. *Met.* 63. Ardua prima via est, et qua vi manæ recentes enitantur equi (*Solis*). Cf. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (264). Sol per ardua enitus. *Liv.* 2. 65. Tunc rursus, impetu capto, enituntur atque exsuperant iniquitatem loci. Jam prope erat, ut in suminum clivi jugum evaderent, etc. Similiter *Horat.* 3. *Od.* 3. 9. Ilac arte Pollux et vagus Hercules Enitus arcis attigit igneas. h. e. udami humum fulgens et tendens in altum arcis igneas consecutus est. Et poete eniti pro corpus erigere ad aliquid ex alto inspicendum apud *Val. Flacc.* 2. 461. Constitit Alcides; visuque enitus, in alta Rupi truces.

manicas defectaque virginis ora Cernit et ad primos turgentia lumina fluctus. — Item poete de vitibus, que arboribus sese applicante extolluntur. *Virg.* 2. G. 358. Tum leves calamos et rase bastilia virge Fraxineaque aptare sudes furcasque bicornes: Virtibus eniti quarum et contempnere ventos Assuescant (vites) summasque sequi tabulata per ulmos. — Ceterum pro nitendo exire, nitendo se expedire. *Tac.* 1. *Ann.* 65. Enisæ legiones in aperta et solida. *Id.* 2. *ibid.* 80. Ut venire in manus, nou ultra dubitatum, quam dum Romanæ cohortes in æquum eniterentur. *Id.* 16. *ibid.* 5. Dum per angustias aditus et ingruentem multitudinem enituntur.

II.) Translate. *Curt.* 7. 11. 10. Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti. *Vellej.* 2. 127. Quibus novitas familiæ haud obstitit, quo minus ad multiplices consulatus triumphosque et complura eniterentur sacerdotia. *Tac.* 14. *Ann.* 28. Fine anni Vibius Secundus eques Romanus accusatus Mauris repetundarum damnatur atque Italia exiguit; ne graviore pena adficeretur, Vibii Crispis fratribus enitus.

B) Latiōri sensu, id est quum præpositio ex est intensiva, eniti est valde niti, elaborare, conari, contendere (It. *fare sforzo, procurare, tentare, tendere con isforzo a qualche cosa*; Fr. *faire des efforts, s'efforcer, s'appliquer, tâcher*; Hisp. *esforzarse, procurar, hacer su posible para hacer à conseguir alguna cosa*; Germ. *sich anstrengen, eifrig bemühen, wohin streben, wirken etc.*; Angl. *to make an effort, strive, struggle, endeavour hard*). Occurrit ¶ 1. Generatiōn. — a) Cum addita persona aut re per Ablat. et præpos. aliquam. *Ter. Phorm.* 3. 1. 11. Nisi Phœdrus haud cessavit pro te eniti. *Cic.* 2. *Orat.* 72. 295. Non tam ut prosim causis, elaborare solo, quan ut ne quid obsim: non quin enitendum sit in utroque; sed tamen etc. *Id.* 3. ad Q. *fr.* 9. In quo eniti non minus, quam enitus sum in nostro (*consulatu*). Huc referri potest illud *Val. Flacc.* 4. 679. Sed neque permissis jam fundere rector habebis Vela, nec eniti remis potest. — b) Cum Infinito. *Ter. Andr.* 3. 4. 17. Corrigere mibi gratum porro enitere. *Sall. Jug.* 14. Simil eniteret domi militisque quam matrum usu esse populo Romano. *Horat.* 3. *Od.* 27. 46. lacerare ferro et Frangere enitar modo multum amati Cornua monstri. *Id. Art. P.* 236. Nec sic enitar tragico differre colori, etc. *Adde Ammian.* 17. 5. — c) Sequenti ut. *Cic.* 9. *Att.* 15. Tu nunc omni amore eniti, ut nos juves. *Id.* 3. *Off.* 10. 42. et 9. *Fam.* 13. *extr.* Eniti et contendere, ut etc. *Id. ad Capiton.* sub fin. lib. 16. ad. Itt. Eniti et elaborare, ut etc. *Id. 13. Fam.* 29. a. med. Enitere, contendere, effice, ut etc. *Id. Amic.* 16. 59. Eniti et efficere, ut etc. *Id. 14. Fam.* 14. ad fin. Omni ope atque opera eniti, ut etc. *Cœs.* 2. B. C. 6. Tantum Brutus celeritate navis enitus est, ut parvo momento antecederet. *Sall. Jug.* 22. Respondit: — ab adolescentia ita se enisum, ut ab optimo quoque probaretur. Adde *Ltr.* 42. 46. *Sueton. Cœs.* 26. Precibus enitens, ut disciplinam singularum suscepit. *Adde Plin.* 1. *Ep.* 3. et *Paneg.* 9. — d) Sequenti ne. *Cic.* 3. *Fam.* 10. 3. Illud pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. *Sall. Jug.* 10. Imitamini virtutem, et enitimus, ne ego meliores liberos sumpsisce videar, quam genuisse. — e) Cum Gerund. et præpos. ad. *Cic.* 2. *Orat.* 4. 14. Nemo fore laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum petavit. — f) Cum Accusativo communī. *Cic.* 1. *Att.* 6. Scribis, in cœlum ferri projectionem meam, sed ita, si ante Kal. Jan. redam: quod quidem certe enitar. Cf. *eund.* in loco paullo superius allato sub d. — g) Absolute. *Cic.* 10. *Fam.* 4. 3. Quare hoc unum tibi persuade, quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate monere potero, hoc omne reipublicæ somper futurum. *Id.* 2. *Phil.* 10. 23. Nihil pretermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompejum a Cœsaris conjunctione avocare. *Liv.* 29. 15. Vix si similius ex formula imperetur, enituros. *Colum.* 1. *R. R.* 9. 6. Nam id minime conduxit agicole, seu quia nemo suum proprium aliquod esse opus credit: seu quia, quam enitus est, non suo, sed communī officio proficit. — h) Passive impersonaliter. *Sall. Jug.* 25. Ab hisdem summa ope enitus, ne tale decretem feret. Cf. *Quintil.* 7. *fin.* 14. Vigilandum, studendum, enitendum. palientium est. ¶ 2. Speciatum

cum Accusativo est summa virium contentionē opus aliquod ad finem perducere. — Hinc cum Accusativo loci enitor est conor vel magno conatu contendere, ut locum occupem vel spatiū aliquod conficiam. *Tac.* 1. *Hist.* 23. Labores itinerum — atrocies accipiebantur, quum Campania lacus et Achajæ urbes classibus adire soliti, Pyrenæum et Alpes et immensa viarum spatia ægre sub armis eniterentur. *Id.* 2. *Ann.* 20. Pedimentum acriem ita instruxit, ut pars æquo in silvam aditu incederet, pars objectum agerem eniteretur. Cf. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 27. Sed nec in media parte versure consistat, detque requiem in summa, ut spe cessandi totum spatiū bos agilius enitatur. ¶ 3. Item speciatum est, ut in paragrago proxime superiori diximus, summa virium contentionē opus aliquod ad finem perducere, adeoque parere, partu in lucem edere, quia multo id nisu sit: qua significatio participi. *enixus* magis est in usu, quam *enitus*. — a) Cum Accusativo. *Liv.* 40. 4. Archō Poridi nopsis, et apud eum plures enixa partus, decessit. *Curt.* 10. 6. Roxane prægnans est: optamus, ut marem enitatur. *Ovid.* 3. *Met.* 344. Enita est utero infantem. Adde *eund.* 1. *ibid.* 670.; *Quintil.* 6. *procem.* 4.; *Sueton. Tib.* 4. et *Cal.* 8.; *Plin.* 4. *Ep.* 21.; et *Tac.* 2. *Ann.* 84. De brutis animantibus *Virg.* 3. *En.* 391. Sus tringit caput fetus enixa. — b) Absolute. *Sueton. Cal.* 25. Quam (*Cæsariam*) enixa uxori nomine dignatus est, uno atque eodem die professus et maritum se ejus et patrem infantis ex ea natæ. Adde *eund.* *Ner.* 23.; *Quintil.* 5. 13. 9.; et *Tac.* 5. *Ann.* 1. Et de matribus pavorum *Colum.* 8. *R. R.* 11. 8. Includendæ sunt enitentes, ne extra clausum setum edant. Schneider vero cum Ursino legit incientes. — Hinc Part. præter.

Enitus vel enixus, a, um, adjective quoque usurpatum, unde Comp. *Enitior* 1. et ¶ 1. Dirigitur de iis reliis, quæ cum: cura et conata sunt. *Liv.* 6. 24. sub fin. Sensit eventus virilis enixa open. h. e. virtutis, quæ conata est contenditque, ut vineeret. *Id.* 42. 3. Faciebat enixo studio, ne etc. *Ammian.* 29. 3. Ursas cultu ita curabat enivo, ut earum caevas prope cubiculum suum locaret. Adde *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. 30. *Seneca 6. Benef.* 17. Nobis opera illorum enior visa est. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 9. (32). Sed enitioris opera, quan in unum diei præmium, consocii sibi, opperuntur in posterum. ¶ 2. Enixa est que peperit. *Colum.* 6. *R. R.* 22. 1. Nam et enixa (vacca) et vetustate que gignere desierunt, summovendas sunt. Sic *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 52. (91). Cervæ enixa a parti. h. e. parti funciæ et fetu levata. At *Siliq* aliter omnino legit.

**ENIXE** vel enise, adverb. Comp. *Enitius*, Sup. *Enixissime*. — Enixe est studiosæ et cum magno conatu (It. *studiosamente, con isforzo, a tutta posta*; Fr. *avec effort, avec zèle, avec acharnement*; Hisp. *con esfuerzo, con zelo, con fuerza pasion*; Germ. *mit Anstrengung, eifrig, mit Nachdruck*; Angl. *earnestly, vigorously, strenuously, with exertion*). *Plaut. Trin.* 3. 2. 26. Atque ego istum agrum tibi reliqui ob eam rem enixe expto. *Cic. Sæt.* 16. 38. Meam causam omnes boni proprie enixeque suscepit. *Liv.* 4. 26. Enixe obedire. *Id.* 23. 7. a med. Id non obediens modo, sed enixe factum est. *Id.* 29. 1. Eoque enixus ad bellum adjuverunt. (Comp. *Enixus* occurrit etiam apud *Sueton. Galb.* 3. et *Tib.* 50.; et *Ammian.* 14. 6. et 30. 1.). Rursus *Liv.* 31. 11. Si quid opus esse judicas, enixe ad populum R. præstaturum. *Id.* 37. 16. Civitates imperata enixe fecerunt. *Id.* 6. 40. Enixe operam dare. *Id.* 8. 17. Enixe dimicare. *Id.* 36. 25. Enixe diem ac noctem sut in operibus, aut in præliis esse. *Justin.* 15. 1. Bellum terra marique enixe instruere. *Sueton. Cœs.* 5. Auctores restituendæ tribunicia potestatis enixissime juvit.

**ENIXIM**, adverb. idem quod enixe. *Sisenna* apud *Non.* p. 107. 19. *Merc.* Enixim omnia facere ac dicere contra fortunas atque honores hujus ordinis.

**ENIXO**, as, are, n. 1. frequentat. ab enitor. *Venant. Fortun.* 2. 4. 4. Conditur enitans Adam factoris ad instar. *Probus gramm.* p. 1487. *Putsch.* inter frequentativa hoc quoque verbum recenset, nullo tamen auctore confirmat.

**ENIXUS**, a, um. V. **ENITOR**.

**ENIXUS**, us, m. 4. partus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (170). Post unum diem ab enixa. *Id. ibid.* 61. 84. (183). Circumacto sub enixum fetu. *Id.* 7.

*ibid.* 6. 5. (42). *Oscitatio in eninx letalis.* *V. ENITOR* sub *B. 3.*

**ENNAM** etiam ne. *Paul. Diac.* p. 76. 2. *MÜL.*

**ENNEACORDUS**, a, um, adject. ἐνεάχορδος, novem chorderum concentus. *V. Boeth. loc. cit.* in *CITHABA.* *Cl. Gloss. Placid.* edente *A. Maio* in *Class. Auct. T. 3.* p. 488. Alii enneachordon (*secreto*), qui his septem adjunxerunt cælum et terram.

**ENNEACRONUS**, on, ἐνεάκρονος, novem habens scaturigines; ab ἐνέα novem et κρονός scaturigo. *Plin. 4. Hist. nat. 7. 11. (24).* et *31. ibid. 3. 28. (50).* *V. CALLIRHOE* in *ONOM.*

**ENNEADECAETERIS**, idis, f. 3. ἐνεαδεκαιτητικής, undeviginti annorum circulus vel tempus. *Ambros. Ep. 10. 84.* Hunc circulum enneadecaterida nuncupaverunt. *Ita pro vulgato enneadecaterida repte legendum monuit clarissimus Quicherat.*

**ENNEADICUS**, a, um, adject. ἐνεαδικός, nonius. Anni enneadicū dicuntur a *Firmic.* 5. *Mathes.* 3. qui post octavum quenque annum recurserunt: sicut hebdomadici, qui post sextum. *Al. male leg.* enneatici.

**ENNEAGÖNUS**, l, m. 2. ἐνεαγόνος, figura geometrica novem habens angulos. *Boeth. 2. Geom. p. 1225.* Enneagonus singula per latera circumscrivatur.

**ENNEAPHARMACUM** Emplastrum, ἐνεαφάρμαχον, medicamentum ex novem rebus constans (ab ἐνέα novem et φάρμακον pharmacum), quæ enumerat *Cels. 5. 19. n. 10.* ubi in lemmate Latine, at in textu Græce legitur.

**ENNEAPHTHONOS**, on, adject. ἐνεαφθόνος, novem habens sonos: ab ἐνέα novem et φθόνος sonus, ut Enneaphthonos chelys. *Capell. 1. p. 17.*

**ENNEAPHYLLON**, i, n. 2. ἐνεαφύλλον, herba naturæ causticæ, foliis longis novenis, lumborum doloribus et coendicuum utilissima: ab ἐνέα novem et φύλλον folium. *Plin. 27. Hist. nat. 9. 54. (77).* *Cl. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 449.)* hæc ait: « Certain auteurs ont tenté de le (enneaphyllum) trouver parmi les espèces du genre dentaria, et désigné le *Dentaria enneaphylla* L. Spec. plant. 912.; cette opinion est assez vraisemblable, sans être tout-à-fait satisfaisante ». *V. ibi plura.*

**ENNEAS**, adis, l. 3. ἐνέας, notenarius numerus. De spatio novem annorum *Censorin. de die natal.* 14. Annus tertius et sexagesimus, quem vel hebdomades novem, vel septem enneades coactiunt. *Capell. 7. p. 243.* Enneas quoque perfecta est, et perfectior, quoniam ex triadē perfecta forma ejus multiplicata perficitur. *Et mox.* Nam et harmonia ultima pars est; ad enneadē enim ab octade collatio percussionis sonus efficitur.

**ENNEATICUS**, a, um. Falsa lectio. *V. ENNEADICUS.*

**ENNEEMIMERIS**, is, l. 3. apud Grammaticos est sectio versus heroici, quum cæsura sit post quartum pedem, et in nonam fere syllabam incidit: ab ἐνέα novem, ἡμίους semis et μέρος pars. Sed vox Græca est et Græce usurpanda.

**ENNEA**, æ, l. 1. ἐνέα, notio, intelligentia, in sita et ante percepte cognitio, ut *Cic. 4. Acad. (2. pr.) 7. 22.* 3. *Fin. 6. 21.* 1. *Tusc. 24. 57.* et *Topic. 7. 31.* definit, sed ubique Græce utitur. — Apud *Tertull. advers. Valentini. 7.* unus est ex æonibus Valentiniianis.

**ENNOSIGAEUS**, i, m. 2. ἐννοσιγαῖος, Neptunus terram quassans: ab ἐνέω moveo et γαῖα terra: *V. SISICHTHON.* Generatim ponitur pro mari apud *Juvenal. 10. 182.* de *Xerxe:* Ipsum compedibus qui vincerat Ennosigæum. Cf. *Senecca 6. Quæst. nat. 23. extr.* Quisquis primas literas Græcas dicit, scit, Neptunum apud Homerum ἐννοσιγαῖον vocari. Meminit et *Ammian. 17. 7. ad fin.* — Scribitur et *Ennosigæus*, Ennosigæus.

**ENO**, as, ἐνί, atum, are, 1. (ex et no) extra nare, nando exire, enatate (It. uscire nuotando; Fr. sortir à la nage; Hisp. salir a nado, nadando; Germ. herauschwimmen, durch Schwimmen entkommen; Engl. to swim out, escape by swimming).

I.) Proprie occurrit absolute neutrorum more. *Plaut. Rud. 1. 2. 81.* At in rado est: jam facile enabit. *Cic. 3. Fin. 19. 63.* Is, qui enat e concha. *Liu. 44. 28.* Pars eorum, qui propiores continentib[us] erant, in Erythrean enarunt. *Id. 33. 41.* Multæ naves ita haustæ mari, ut nemo in terram enaret. Adde *eumd. 21. 27.* et *Sil. It. 12. 441.*

II.) Improprie. — a) Absolute. *Lucret. 3. 592.* de anima. Quem prolapsa foras enaret in aeris auras. *Virg. 6. Æn. 16. de Dædalo.* Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos. h. e. volavit. *Sil. It. 12. 95.* Suspensum hic librans media inter umbila corpus Enavit, Superosque novus conterruit ales. — b) Cum Accusativo. *Val. Flacc. 5. 316.* tantumque fratris enavimus oīem, h. e. na vigando trajecimus. *Sil. It. 3. 662.* Has observatis valles enavimus astris. h. e. terrestri itinere transcurritus. *Id. 15. 373.* Forsan et enasset rapidi freta sœva pericli. h. e. evasisset. *Al. leg.* evasset syncope pro evasisset.

**ENODATÉ**, adverb. Comp. *Enodatus* et *Sup. Enodatissime.* — Enodatus est nodis subtulis; sed occurrat translate tantum et est subtulis difficultatibus intelligendi, clare, perspicue. *Cic. 1. Invent. 21. 30.* Sui diligenter et enodate narrando. *Id. 5. Fin. 9. 27.* Haec nobis enodatus explicanda sunt. *Augustin. 5. Confess.* 6. Erodatissime expedire. Adde *eumd. 2. Retract. 57.*

**ENODATIO**, ônis, f. 3. purgatio a nodis: sed occurrat translate tantum, et est explicatio, expositio. *Cic. 3. Nat. D. 24. 62.* Quid vos delectat illa explicatio, et enodatio nominum? Adde *eumd. Topic. 7. 31.*

**ENODATOR**, òris, m. 3. qui enodat, et explicat. *Tertull. Pell. 6.* Primus enodator vocis. h. e. grammaticus. Al. minus recte leg. edomator.

**ENODATUS**, a, um. *V. ENODO.*

**ENODIS**, e, adject. sine nodo.

I.) Proprie. *Virg. 2. G. 78.* At rursum enodes trunci resectantur. *Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (14).* Proceritas arborum enodi nitore spectabilis. *Capell. 9. p. 307.* Enodis arundo. *Sidon. 1. Ep. 5.* In scripis enodibus nidorum strues imposita. *Claudian. III. Rapi. Pros. 360.* Enodes cedri. — Figurate. *Id. 2. in Eutrop. 361.* Quis magis enodes laterum detorquet artus? h. e. enervatos, exrosses: quod est mollium et effeminatorium.

II.) Translate ponitur pro eo, quod sine difficultate est. *Plin. 5. Ep. 17.* Scripta erant elegis fluentibus, et teneris, et enodibus, sublimibus etiam verbis.

**ENODO**, as, ἐνὶ, atum, are, a. 1. (ex et nodus). Part. *Enodatus I.* II. et in fin. *Enodandus II.* — Enodo est nodis purgo, nodis erosivo (It. snodare; Fr. enlever le noeuds, dénouer; Hisp. desanudar; Germ. von Knoten befreien; Engl. to free from knots, cut off the knots).

I.) Proprie. *Cato R. R. 33.* Vitem bene enodatum deligato recte. h. e. ab nodis atque superfluis ramis diligenter purgatum. *Id. ibid. 44.* Bene enodato, stirpesque iæves facito. *Colum. 5. R. R. 6. 14.* Unum summa virgæ face debent enodari. — *Enodare arcum* apud *Apul. 5. Met. sub fin.* est solvere, et adempto nervo inutili remreddere.

II.) Translate de sermone accipitur pro explicare, declarare. *Accius opud Non. p. 15. 7. Merc.* Tu agem quod quereris abs te, enoda, et quis sis, explana. *Turpilius ibid.* Ab initio ut res sit gesta, enoda mihi. *Varro ibid.* Enodare aliquid subtilius. *Cic. 2. Invent. 2. 6.* Praecepta perspicue conscripsit, atque enodata diligenter exposuit. *Id. 3. Nat. D. 24. 62.* In enodandis nominibus laborabis. h. e. in explicanda origine atque etymo. *Id. 2. Herenn. 10. 15.* Contrariae legis enodabimur voluntatem. *Gell. 13. 10.* Enodare laqueos juris. — *Hinc Part. præter pass.* cuius exempla superius retulimus.

*Enodatus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Enodator.* Translate *Fronto p. 247.* eidente *A. Moi.* Vox enodata: *Boeth. 1. Geometr.* a med. p. 1207. Ut animus lectoris ad enodationis intelligentia accessum ducatur.

**ENOPLIUS**, a, um, adject. ἐνόπλιος, qui inter armata versatur. *Mar. Victorin. art. gramm. 2. p. 2560.* *Putsch.* His logoedici metri speciem, quæ et enoplii et Archæbulii dicuntur, non absurde conjunxit adaque iætylei metri sobolem.

**ENORMATÉ**, adverb. *Gloss. Isid.* Enormate: cui addi, minime nihil potest. scil. enormis est, aut ita magnus, ut major esse nequeat, aut ita parvus, ut minor esse non possit.

**ENORMIS**, e, adject. (ex et normal). Comp. *Enormior 2.* — Enormis dicitur et est qui est extra normam, aut mensuram (It. fuor di squadra, regola o misura, enorme; Fr. qui est contre la règle; Hisp. enorme, desmesurado; Germ. von der Norm

abweichend, unregelmässig; Engl. without rule, measure, or proportion, enormous. Occurrit *¶ 1.*

Raro admodum stricto sensu. *Tac. 15. Ann. 38.* Huc et illuc flexi atque enormes vici. h. e. non directi, sed sine ordine tortuosi. *V. Liv. 5. in fin.* *Quintil. 11. 3. 139.* Togam rotundam esse et apte cæsam velim: aliter enim multis modis fieri enormis. *¶ 2.* Sæpius latiori sensu de his, que exceedunt. — a) De rebus physicis. *Tac. 2. Ann. 14.* Enormes hastæ. *Id. Agric. 36. gladii.* *Id. ibid. 10.* Immensum et enormous spatium. *Plin. 17. Hist. nat. 12. 17. (88).* Breves sunt umbres, quanvis magnarum arborum, quæ in orbem ramos circibant, ut in malis pîrisque: eadem enormes cerasis, leuris. *Id. 9. ibid. 35. 56. (115).* Uniones enormes. *Stat. 1. Sile. 3. 51.* Enormes colossi. *Sueton. Cal. 59.* Statuta fuit eminenti, corpore enormi. *Ammian. 29. 5.* Enormis instrumenta. *Seneca Fil. beat. 12.* Quantæ arte scandunt ares in frusta non enormia. *Cl. eumd. Ep. 47.* Alius pretiosas aves scandit, perclus et clunes, certis ductibus circumfrens eruditam manam, in frusta excutit. — b) De abstractis. *Sueton. Vitell. 17.* Enormis proceritas. *Spartian. Get. 6.* Animis militum definitis, enormibus etiam stipendiis datis. *Lamprid. Helagab. 10.* Enormes dvitiae. *Seneca apud Gell. 12. 2. a med.* Virgilii duros quoad versus et enormes et aliquid supra mensuram trahentes interpositi. *Spartian. El. Ver. 1, extr.* Nec debet prologus enormior esse, quam fabula. h. e. longior. *Petron. Satyr. 2.* Ventosa et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit. *Plin. 9. Ep. 26.* Omnis enim advertit, quod eminet et extat: sed acri intentione dijudicandum est, inmodicum sit an grande, ultum an enorme. *Popisc. Carin. 16.* Enormis vita. *Apul. 9. Met.* Enormis senecta. h. e. valde antiqua.

**ENORMITAS**, atis; f. 3. figura extra normam.

I.) Proprie. *Quintil. 9. 4. 27.* In structu saxonum rudium etiam ipsa enormitas invenit, cui applicari, et in quo possit insistere.

II.) Improprie est excessus a norma. *Seneca Constant. sap. 18.* Exilitis crurum, enormitas pedum. *Spartian. Carac. 2.* Enormitate stipendi militibus placatis. Adde *Capitolin. Gord. 29.*; et *Veget. 3. Veterin. 54. 1.* et 59. 3.

**ENORMITER**, adverb. sine mensura, extra normam. *Seneca 1. Quæst. nat. 7.* Virgilia vitrea contatur quidem reddere imaginem solis, quia levis est materia, et ad hoc habilis: sed non potest, quia enormiter facta est. *Plin. 36. Hist. nat. 10. 15. (72).* Enormiter ejaculari umbras. *Id. 27. ibid. 6. 23. (89).* Si ex auro colore in se admittat aliquid enormiter. Adde *Veget. 2. Veterin. 8. 2.* et 28. 10.

**ENOTATUS**, a, um. *V. ENOTO.*

**ENOTESCO**, tesci, tñi, tesrire, n. inchoat. 3. notus suo. *Sueton. Oth. 3.* Qui tam tam sic quoque hoc disticho enotuit. *Plin. 2. Ep. 10.* Enotuerunt quidam tui versus, et, invito te, clausira tua fregeunt. *Tac. 3. Hist. 34.* Quod ubi enotuit, etc. *Seneca 3. Benef. 32.* Ut eloquentia per gentes enotesceret.

**ENOTO**, as, ἐνὶ, atum, are, a. 1. (ex et nota). Part. *Enotatus.* — Enoto est idem sere quod nota. *Plin. 1. Ep. 6.* Meditabar aliquid, enotabarque. Adde *eumd. 6. ibid. 16. Quintil. 1. 7. 27.* Cui tribus, quas proposui, litteris enotamus, *Apul. 9. Met.* Sorte unica easibus pluribus enotata. et *ibid.* Signis nostris enotatis, investigationi dabant operam. *V. ENOVO.*

**ENOVATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**ENOVO**, as, ἐνὶ, atum, are, a. 1. innovo. *Cir. 1. Acad. (post.) 3. 11.* Haec ne obsoletarent, enovabant, quen liebat, legendo. *Al. mellius leg.* renova-  
bant. — *Petron. Satyr. 93.* Et pictis anas enovata penitus. *Al. mellius leg.* enotata, h. e. distincta.

**ENRHYTHMICUS**, s, um, rel

**ENRHYTHMUS**, a, uni, adject. ἐνρυθμικός; et ἐνρυθμος, rhythmis et numeris constans. *Capell. 8. p. 328.* Tempora enrythma. *Id. ibid. p. 327.* Genus musarum enrythmon. *Kopp.* Ita legendum monet pro enrythmicus. Græce occurrit etiam apud *Quintil. 9. 4. 56.*; ubi æque atque in *Capell. loc.* cit. ῥυθμος et ἀρχῆρυθμος opponuntur.

**ENS**, entis, particip. præsentis temporis a verbo sum. Testatur *Priscian. 18. p. 1140.* *Putsch.* Caesarum hoc participium protulisse (in libris, opinor, de Analogia) et quidem non incongrue. Nam inde

sunt præsens, absens, potens. *Quintil.* 8. 3. 33. a Sergio Flavio rhetore scribit ens et essentia formata fuisse: quæ tamen, inquit, dura admodum videntur (*V. Spalding.* ad h. l.). *Id.* 2. 14. 2. hunc eidem Flavio tribuit hæc duo essentia atque entia: ubi t' entia videri potest substantivum. Ut cumque se res habeat, non usurpaverim, quamvis *Priscian.* tam gravem Cæsaris auctoritatem interponat. Usurpavit tamen, substantivorum more, pro eo, quod existit, *Boeth. in Porphyri.* 3. p. 74. Ab eo enim quod dicimus est, participium inflectent, Græco sermone ὁν, Latini ens appellaverunt. *Id. ibid.* p. 717. Sed plures aliarum disciplinarum ad ens esse dicuntur. *Id. ibid.* p. 26. Hæc igitur entia possunt appellari. Adde eundem *ibid.* et alibi pluries. De esse ut *V.* infra suo loco.

**ENSICULUS**, i., m. 2. diminut. ab ensis, parvus ensis. *Plaut. Rud.* 4. 4. 112. Ensiculus aureolus literatus. — *Probus* apud *Priscian.* 3. p. 618. Putsch. ponit etiam ensicula, æ: sed nullo adstruit exemplio.

**ENSIFER**, séra, sérum, adject. qui ensim fert. *Ovid.* 2. *Art. am.* 56. Ensifer Orion aspiciendus erit. *Al. leg.* ensiger. *Lucan.* 1. 665. Ensifer nimirum fulget latus Orionis. *Val. Flacc.* 3. 406. Ensifer Celeneus. *Stat.* 4. *Theb.* 321. Ensiferæ ceteræ. *Id.* 2. *Achill.* 414. Ensiferi tumultus. h. e. ad arma vocantur.

**ENSIGER**, gera, gérum, adject. ensifer, qui ens portat. *Ovid.* 4. *Fast.* 388. Ensiger Orion æquore mersus erit. Adde eundem 2. *Art. am.* 56. Utroque autem loco al. leg. ensifer.

**ENSILIA**, um, n. plur. 3. locus, in quo reponuntur enses. Vox a Lexico expungenda: occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 126. Ensis, ensilia. ubi tamen legendum videtur ensicula. *V.* **ENSCULUS**.

**ENSIPOTENS**, entis, adject. fortis, strenuus, qui ense valet. *Coripp.* 4. *Laud. Justin.* 368. Nec non ensipotens membrorum robre constans. *Id.* 4. *Johann.* 925. Hic primum ensipotens rumpens inimica Johannes Agmina. scil. πρωτοστατός: quod item interpretandum est in loc. prius cit., ubi ensipotens est Narses itidem protostatarius.

**ENSIS**, is, m. 3. Vox poetica, in cuius assignanda origine valde laborant Etymologi. — Significat autem unum idemque ac gladius juxta *Quintil.* 10. 1. 11. Sunt autem alia verba hujus nature, ut idem pluribus vocibus declarant, ita ut nihil significacionis, quo potius utaris, intersit, ut ensis et gladius. — Itaque ensis est gladius militaris (*It. spada;* Fr. épée; glaive; Hisp. espada; Germ. d. Schwert; Angl. a sword).

I.) Proprie. *Lucret.* 6. 1292. Inde minutatum processit ferreus ensis. *Fetus Poeta* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 63. 159. Ferrea tum vero proles exorta reperire est. Ausaque funestum prima st̄ fabricarier eusen. *Cic. vertens Homeri versum in fragm.* apud *Gell.* 15. 6. Qui quondam Hectoreo percussus condidit ense. *Virg.* 2. *En.* 392. clipeique insigne decorum induitur, laterique Argivum accommodatensem. *Horat.* 3. *Od.* 1. 17. destricitus ensis. *Id.* 2. *Sat.* 1. 40. vagina tectus. *Virg.* 7. *En.* 743. Micat reus ensis. *Id. ibid.* 526. late Horrescit strictis seques ensibus. *Ovid.* 4. *Het.* 726. Falcatus ensis. *Id.* 5. *ibid.* 80. Hamatus ensis. h. e. Persei. Adde eundem. 4. *ibid.* 719. *Virg.* 10. *En.* 387. Ensem alicui in pulmone recondere. *Horat. Epop.* 17. 71. Ense percuti recludere. *Val. Flacc.* 2. 181. armare manus. *Ovid.* 2. *Pont.* 1. 66. austere alicui caput. Adde *Virg.* 4. *En.* 664; *Tibull.* 1. 3. 47. *Horat.* 4. *Od.* 15. 19. et 1. *Sat.* 9. 31.; *Ovid.* 3. *Met.* 119. et 2. *Fast.* 99.; *Juvenal.* 1. 165.; et *Sil. It.* 9. 426. et 10. 334. *Liv.* 7. 10. Gallus — projecto lava scuto, in advenientis arma hostis vanum cesim cum ingenti sonitu ensem degerit. — In illo *Virg.* 4. *En.* 261. atque illi stellatus iaspide fulva Ensis erat. ensis vel pro capulo, vel pro vagina ponitur, synecdoche. Simile est illud *11. ibid.* 11. easem collo suspendit eburnum.

II.) Improprie. ¶ 1. Per metonymiam ponitur pro bello et præliis. *Stat.* 4. *Sil.* 7. 45. Tu tuos parvo (filio) memorabis enses. Quos ad Eoum toleris Orontem. *Sil. It.* 7. 167. eosibus ignotis. h. e. quoniam nulla bella essent, quod fuit aurea ætate. Cf. *Albinov.* 1. 283. perire arma inter et enses. h. e. in bello et irie. et 312. Terga dare ensibus. h. e. aciei,

armis, viribus et impetu militum. ¶ 2. Item per metonymiam usurpatum pro imperio, tuus est insignis inter alia et ensis. *Lucan.* 5. 61. sæcum in populos puer accipis ensem. ¶ 3. Est ensis cælestis sidus, nempe Orion, qui a poetis ensifer dicitur. *Val. Flacc.* 2. 67. quo sidere vibret Ensis, et Aetæus nitet qua luce Bootes.

**ENTATÍCOS**, *V.* voc. seq. in fin.

**ENTATÍCUS**, a, um, adject. ἐντατικός, intentius, vim intendens habens. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 7. Emplastron entaticum, quod stysidem Africani astrosophistes vocavit, pollici et talo imponendum precepit. — Hinc

Entaticus vel entaticos, i., f. 2. absolute, substantivum more, vocatur ab *Apul. Herb.* 15. berba satyrión, quod valeat ad intendendum penem.

**ENTELECHIA** vel endelechia, m. f. 1. ἐντελέχεια et ἐντελέχεια ab ἐντελέχεια perfectus. *Cic. 1. Tusc.* 10. 22. Aristoteles, quem quatuor illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia orientur, quintam quamdam naturam censem esse, e qua sit mens. Cogitare enim, et providere, et discere, et docere, etc. horum quatuor generum inesse nullo putatur. Quintum genus adhibet vacans nomine: et sic ipsum animum ἐντελέχεια appellat novo nomine, quasi quamdam continuam motionem et perennem. *Tertull. Anim.* 32. Si et atomos Epicuri tenerem, et numeros Pythagoræ viderem, et ideas Platonis offendrem, et entelechias Aristotelis occuparem. *Capell.* 2. p. 46. Aristoteles per eam quoque culmina Entelechiam scrupulosius requirebat. *Id. Capell.* 1. p. 3. Psychen dicit filiam Solis et Entelechia.

**ENTEROCÉLE**, es, f. 1. ἐντεροχήλη, hernia intestinorum, quando ea prolaborunt vel ad inguinem, vel ad scrotum. et tumorem dignunt: ab ἐντεροινtestinum, et κτλ. tumor scroti. *Martial.* 10. 36. Enterocelarum fertur Podalirius Hermes. *Id.* 11. 84. Mitior implicitas Aeon secat enterocelas. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 13. 83. (134). Equisæcum enterocelen cohobet. Adde *Theod. Priscian.* 1. 26.

**ENTEROCÉLICUS**, a, um, adject. qui enterocoel laborat. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 49. (79). Quinquefolium enterocelicis dari atque illini, utilissimum est. Adde eundem. 32. *ibid.* 9. 33. (104). Arnob. 7. 34. Mitior implicitas Aeon secat enterocelos. *Martial.* 12. 70. Atque oei sullam daret enterocelicus unctor.

**ENTHÉÁTUS**, a, um, particip. ab inusit. entheo, numine afflatus, divino furore peritus, entheus. *Martial.* 12. 57. Nec turba cessat entheata Bellona, h. e. sacerdotes Bellona, qui se cultris seriebant, et furentes vaticinari credebantur.

**ENTHÉCA**, ie, f. 1. ἐνθήκη, repository: Græca vox ab ἐνθήση pono.

I.) Proprie est repository pecuniae apud *Augustin. serm.* 42. de divers. Enthecam nobis habere non licet. Non enim est episcopi servare aurum. — Latinus etiam sumit pro dote prædi, de qua in DOS dictum est: habenturque non uno in loco hujus significationis testimonia in libris Digestorum: Græce tamen plerumque. Nam quod afferunt et *Ulp. Dig.* 32. 1. 68. Prædiis, cum his entheris, quæ in ea possessione sunt, relictis, etc. *Hægoander* edidit τοὺς τὰς ἐνθήσης. — Est etiam dos, vel assigatio quæcumque ad aliquid faciendum. *Inscript.* apud *Luputum, de inscript.* *Corfensi* p. 124., quæ est apud *Orell.* 3772. IDEM AD LAVACRVM BALNEARVM PUBLICARVM LIGNI DVRI VEHES N. CCCG. ENTHRÆ NOMINE IN PERPETVVM OBTVLIT. — *Imp. Valentian.* et *Valens Cod. Theod.* 15. 1. 12. volunt enthecam populi romani repository annona publicæ, seu polius ipsam annona. *Iudem ibid.* 14. 3. 7. enthecam pistrinorum omne instrumentum et dotem pistriini. — Entheca aulica est principis privatum vini repository apud *Cassiod.* 12. *Variar.* 4. Comitis patrimonii relatione declaratum est, aciaticum, cui nomen ex acino est, entheca aulicis tenuissime tenuatum.

II.) Improprie. *Fulgent. præfat. prisc. serm.* p. 558. *Merc. Libellum*, in quantum memorie entheca subrogare potuit, absolutum tribui.

**ENTHÉCATUS**, a, um, adject. repositus in theca. Translate. *Fulgent. Mythol.* 1. Quidquid Helicon verbalibus horreis enthecam possederat.

**ENTHÉRISTOS**, on, adject. qui pro eutheriston occurrit apud *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (114). in

*Palimpst. Veronensi* edente *Mon. V. EUTHERISTON.* Ceterum *Dioscor.* 1. 18. id Σεπτεμβρίου vocat.

**ENTHÉUS**, a, um, adject. ἐνθεός. ¶ 1. Passive est numine afflatus, divino numine plenus, percitus, furens, sacer, divinus: ab εν in et Θεός Deus. *Seneca Med.* 382. Incerta qualis entheos, cursus tulit, Quam jam recepto Mænas insaniit Deo. *Id. Troad.* 74. Deo percussa Mænas entheo silvas gradu, Armatæ thyrsos terret. *Id. Cœdip.* 628. Enthea gnatos manu lacerare. *Stat. 3. Silv.* 5. 97. Enthea fatidicæ tempora Sybillæ. *Id. 1. ibid.* 2. 327. Enthea lauro tempora premere. *Martial.* 11. 84. Quam furit ad Phrygios enthea turbæ modos. ¶ 2. Active entheæ mater apud *Martial.* 5. 41. est Cybele, sacerdotes suos in furorem vertens.

**ENTHÉSIAS**, èrum, m. plur. 1. appellati sunt heretici quidam, quorum meminuit *Cod. Theod.* 16. 5. 65. § 5.

**ENTHÝMÉMA**, atis, n. 3. ἐνθύμημα ab ἐνθυμίζει in animo verso, perpendo, cogito, a Συμφος animus. *Quintil.* 5. 14. 25. Enthymema (quod nos commentum sane, aut commentatorem interpretamus, quia alter non possumus, Græco melius usui) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certam quamdam argumentum conclusioem, vel ex consequentibus, vel ex repugnibus. Cf. *Boeth.* p. 832. Enthymema est mentis conceptio. et 2. *Geometr.* p. 1229. Enthymema, qui rhetorius est syllogismus, Latine interpretatur mentis conceptio. et mox. Est quasi brevis animi conceptio. ¶ 1. Prima significatio tota Græca est: secunda referunt ad argumentum: tertha ad argumentationem, hoc est ad argumenti elocutionem et figuram. *Quintil.* 5. 14. 1. Igitur enthymema ei argumentum ipsum, id est rem, quæ probatio alterius adhibetur, appellant, et argumenti elocutionem. Eam vere dñi duplē: ex consequentibus, quod habet propositionem, conjunctamque ei protinus probationem; quæ pro Ligario (c. 6.): *Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea judicanda est, quam etiam dñi adjuverunt.* Habet enim propositionem probationem: non habet conclusionem. Ita est ille imperfectus syllogismus. Ex pugnatibus vero, quod etiam solum enthymema quidam vocant. fortior multo probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone (c. 29.): *Eius igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis.* Hactenus *Quintil.* — Itaque quum enthymema dicitur imperfectus syllogismus, vel video dicitur, quia per pauca effertur, sive desit propositio, sive assumptio, sive conclusio: vel ideo quia non necessario concludit. *Id.* 5. 10. 1. Apodixi est evidens probatio. Hanc et ab epichemerate differre Cæcilius putat solo genere conclusionis, et esse apodixim imperfectam, epichemera: eadem causa. qua diximus, enthymema a syllogismo differre. ¶ 2. Enthymemata præcipue rhetorum sunt, et ex contrariis sunt. *Cic. Topic.* 13. 55. Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant: non quod non omnis sententia proprio nomine enthymema dicatur: sed ut Homerius, propter excellentiam communem poetarum nomen efficit apud Græcos sicut: sic quoniam omnis sententia enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur acutissima, sola proprie nomen commune possedit. Ejus generis sunt: *Hunc metuere, alterum in metu non ponere.* *Eam, quam nihil accusas, damnas: bene quam meritam esse autem, dicas male mereri.* *Id, quod scis, prodest nihil; id, quod nescis, obest.* *Hæc Cic.* Adde aliud exemplum ex eodem apud *Gell.* 1. 4. — Neque vero ita solum oratorum proprium est, ut non et a philosophis dialecticis adhibetur, uti docet *Cic. Topic.* 14. 56. Quare *Juvenal.* dialecticæ tribuit, 6. 447. Non habeat matrona tibi quæ juncta recumbit. Dicendi genus, aut eum sermone rotato Torquet enthymema, nec historias sicut omnes.

**ENTHÝMÉTICUS**, a, um, adject. ἐνθύμητικός, ad enthymemata pertinens. *C. Jul. Victor.* (edente A. Maio) art. rhet. 11. ante med. Alii postea adiecerant (enthymemata) enthymematicum: *Quod si apparet, huic numquam officio pecuniam fuisse poliore, certe eum liberaliter judicari oportet.* Non enim pugnant hac inter se, sed concidunt; et hæc est forma enthymematica, quod ap-

pellatur dicticon, et fit a consequentibus. et mox. Paradigmaticum enthyphema, quamquam ad exemplum se refert, hoc tamen differt a exemplo, quod exemplum per se positum probationem adjuvat, conservum autem in speciem argumenti formam accipit paradigmatis enthyphematici.

ENTHYSÉSIS, is, f. 3. ἐνθύμησις, animatio, anima infusio: item cogitatio, inventum. *Tertull. advers. Valent. 9. extr.* Totam enthysesin, id est animationem cum passione, qua insuper acciderat, exposuit. Adde eund. *advers. Haeretic. 7.*

ENTHUSIASMOS, i, m. 2. ἐνθυσίασθαι, furor divinus; ab ἐνθυσάσθαι furor. *Mar. Victorin. art. gramm. 4. p. 2607. Putsch.* Inducit enim voluntatem, iram, enthusiasmon, veluti sacri furoris instinctum, ut Graeci vorant, quo fatidici vates spirant. Adde eund. *ibid. paullo post.*

ENUBILÁTUS, a, um. *V. voc. seq.*

ENUBILÓ, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et nubilo). Part. *Enubilatus et Enubilandus II.* — Enubilo est nubibus purgo, clarum facio.

I.) Proprie. *Tertull. Apolog. 35.* Clarissimis lucternis vestibula enubilabant.

II.) Translate. *Paulin. carm. 21. 607.* Enubilatum veritatem cernimus. *Augustin. 4. Doctr. Christ. 10. a med.* Sicut gratus est, qui cognoscenda enubilit; sic onerosus est, qui cognita inucleat. *Tertull. Anim. 3.* Ea erunt Christianis enubilanda. h. e. declaranda.

ENCBO, bis, psi, ptum, bere, n. 3. (ex et nubo) est ¶ 1. Extra suum ordinem nubere. *Liv. 10. 23.* Virginiam A. F. patriciam plebejo nuptam L. Volumnio Cos., quod e patribus enupsisset, matrone sacris arcuerant. Adde eund. 4. 4. ¶ 2. Item simpliciter nubere. *Liv. 26. 34.* Ipsos liberatos eorum et conjuges vendendas, extra filias, que enupsissent prius, quam in populi Romani potestatem venirent.

ENÚBRO, inhibenti. *Paul. Diac. p. 76. 16. Müll.* Videtur autem loqui de auspiciis, que contraria sunt et aliquid fieri prohibent. *Gloss. Philoz. Enubra, evanescere. V. INEBRÆ.*

ENUCLEÁTE, adverb. Comp. *Enucleatus et Sup. Enucleatissime.* — Enucleate est enucleando, ideoque aperie, nude, simpliciter. Non. quoque p. 60. 5. Merc. exponit purgare, exquisite, et sine asperitate, aut duritia: ab eo quod nucibus separatis, id est testis, nucleorum utilis usus habeatur. Sed occurrit translate tantum de oratione. *Cic. 3. ad Q. fr. 3.* De aqua et via nihil praetermissi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem. *Id. Brut. 30. 115.* Enucleate et polite dicere. *Id. ibid. 9. 28.* Subtiliter, presse, enucleate dicere: nihil contra grande, incitatum, ornatum. *Id. 4. Fin. 3. 6.* Qui grandia ornata veleant, enucleate minora dicere. *Id. 4. Tusc. 14. 33.* Quæ de perturbationibus enucleate disputabant Stoici, quæ logica appellant, quia disseruntur subtilius. *Cassiod. Instit. divin. ltt. 15.* Quod si enucleatus hæc nosse desideratis. *Augustin. Don. persever. 53.* Quid autem coegit loca Scripturarum copiosius et enucleatus nostro labore defendi? Adde Boehl. *Interpr. in Aristot. edit. alt. p. 306.* Rursus *Augustin. Enchirid. 83.* Enucleatissime disputare.

ENUCLEÁTIM, adverb. idem quod enucleate. *Priscian. 12. p. 941. Putsch.* Enucleatim (h. e. simpliciter, nulla prouersa habita aliarum personarum ratione) tamen in singulari numero prima dicitur persona: nam in plurali conceptionem facit aliarum personarum.

ENUCLEÁTUS, a, um. *V. voc. seq.*

ENUCLEÓ, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et nubilo). Part. *Enucleatus in omnibus paragr. et in fin.; Enucleandus II. 1. et 2.* — Enucleare est id quod esui est, e nuce aliquæ pomis extrahere, atque a putamine aut nucleo purgare (It. aprire le nocei, purgare dal nocciolo; Fr. ôter le noyau; Hisp. quitar el hueso; Germ. d. Kern herausbringen; Angl. to take out the kernel).

I.) Proprie. *Marcell. Empir. 20.* Enucleatae bacca juniperi. *Apic. 4. extr.* Duracina purgas, enucleas. *Gargil. de pomis 13. in Class. Auct. T. 3. p. 421.* edente A. Mai.; et *Pelagon. 29. 30.* Uva enucleata. Sic *Scribon. Compos. 233.* Item uva passa enucleata, contusa ac mixta ejusdem mensuræ vel ponderis.

II.) Translate. ¶ 1. Est purgare, adeoque eli-

gere, digerere. *Veget. 4. Veterin. proœm. 2.* Cedens itaque familiarium honestissimæ voluntati ex diversis auctoribus enucleata collegi, pedestriisque sermo ne in libellum contuli. Huc spectat etiam tit. 17. lib. 1. *Cod. Justin.* qui inscribitur *De veteri jure enucleando.* ¶ 2. Item aperire, explicare, ab ob scritilibus aut difficultatibus purgare. *Cic. 5. Tusc. 8. 23.* Ilæc dunc enucleare non ita necesse est. *Id. Partit. orat. 17. 57.* Cito arescit lacrima, præsertim in alienis malis: nec quidquam in amplificatione nimis enucleandum est: minuta est enim omnis diligentia; hic autem locus grandia requirit. Cf. ejusdem fragm. pro *Scauro* (edente A. Peyronio) p. 78. Non agam igitur cum ista Sardorum conspiratio ne, et cum expresso, coacto solicitatoque perjurio subtiliter, neque aeu quædam enucleata argumenta conquerir. *Gell. 19. 8.* Quæri ista omnia et enucleari et excuti ab hominibus negotiosis non queunt. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla et supra retulimus,

Enucleatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Enucleator* sub a. Occurrunt autem translate, et est purgatus, purus, simplex. — a) Generatim. *Cic. Planc. 4. 10.* Illud debes putare, comitilis ædilicis studium esse populi, non judicium: æblantia illa, non enucleata esse suffragia. h. e. suffragia ex corde, ex intimo animi sensu. *Gell. 7. 3. a med.* Neque tenues istas et enucleatas voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in philosophorum otio disputantur, magni fecit. h. e. puras et nudas reprehensiones voluntatum nudarum et inanum, ut *ibid.* mot loquitur. *V. integrum locum.* *Priscian. proœm. p. 534. Putsch.* Quid Apollonii scrupulosis quæstionibus enucleatus possit inveneri? Quum igitur eos omnia fere vitia, quæcumque antiquorum commentarii sunt relicta artis grammaticæ, expurgasse comperio, etc. — b) Speciatim of oratione. *Cic. Orat. 26. 91.* Genus dicendi enucleatum. h. e. quo utitur submissus orator et tenet stilo utens, in quo orationis ornamenta pareissime adhibentur. Adde eund. 3. *Orat. 9. 32.*

ENUDÓ, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et nudo). Part. *Enudatus II. 2.* — Enudare est detractis vestibus vel integumentis nudare.

I.) Proprie. *Reposian. Concub. Mart. et Ven. 102.* Quum nec tota latet, nec tota enudat amorem. h. e. membræ amabilia.

II.) Translate. ¶ 1. Pro exponere, manifestare, interpretari. *Cic. 1. Legg. 9. 26.* Rerum plurimarum obscuras et necessarias intelligentias (*natura homini*) enudavit. *Orellius legit obscurarum necessarias.* Ceterum locus totus est corruptus: et alii enodavit, alii enucleavit, alii inchoavit, alii denique alter legunt. ¶ 2. Item pro privare, spoliare. *Cassiod. 10. Varior. 13.* Ut nec Ronia suis civibus enudetur. *Id. 4. ibid. 50.* Agrorum fructibus enudati subleventer onere tributaræ functionis.

ENÜMERATIÓ, ònis, f. 3. actus enumerandi.

¶ 1. Generatim. *Cic. 3. Legg. 10. 23.* Enumeratio malorum. *Id. Brut. 36. 138.* Versari in enumeratio ne oratorum. *Id. Chuen. 24. 64.* Enumeratio singu larum argumentorum. ¶ 2. Speciatim apud Rhetores — a) Est pars perorationis, in qua res, di sparse et diffuse dictæ, unum in locum coguntur et reminiscendi causa unum sub aspectu subjiciuntur, ut *Cic. 1. Invent. 52. 98.* definit. Adde eund. 2. Herenn. 30. 47.; et *Quintil. 4. 5. 1.* et 11. 3. 70.; qui 5. 14. 11. enumerationem et conclusionem con jungit, et 6. 1. 1. enumerationem Græcæ ἀναπεριτονεῖται respondere affirmat. *Capell. 5. p. 186.* Epilogus enim tres habet partes, enumerationem præ dictam (quam Capell. vocat *anapæphæcosin*), indi gnationem, quam διείποντες dicimus, miserationem, quam οἰκτερὰ vel ἔλεος memoramus. — b) Item exornatio oratoria, qua pluribus rebus expositus, et ceteris informatis, una reliqua necessario confirmatur: ut si dicas; Si iste occidit, aut iniuricit causa id fecit, aut spei, aut metus, aut aliquius amici gratia: aut si horum nihil est, non occidit. Constat autem, neque iniurit interfuisse, neque metum, etc. Ergo non occidit. *Cic. 1. Invent. 29. 45.*

ENUMERATUS, a, um. *V. voc. seq.*

ENÜMERO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et numero). Part. *Enumerans 2.; Numeratus 1. et 2.; Enumeraturus et Enumerandus 2.* — Enumerare est idem quod numerare, vel plene et usque ad ultimum numerare (It. numerare, contare; Fr. com-

pter entierement; Hisp. contar, numerar enteramente; Germ. auszählen oder ausrechnen, daher überzählen; abschätzen, hinzählen; Angl. to enumerate, recount). Occurrunt ¶ 1. Stricto sensu — a) De pecunia. *Plaut. Asin. 2. 4. 90.* Quamquam ego sum sordidus, frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari. h. e. non est quod ine astimes ex vilitate vestis; tautum enim fideli frugalitate consecutus sum peculii, ut eo nemini cedam, sive ut id numerari non possit. Alii tamen aliter interpretantur. *Ter. Adolph. 2. 2. 28.* Jamne enumerasti id quod ad te redditum putes? h. e. jamne enumerasti et rationem satis subduxisti, quantum sit id quod ad te redibit, sive quantum lucris facturus? *Cic. Rosc. Am. 46. 133.* Authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui prætrecentes preium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur.

— b) De tempore. *Cæs. 3. B. C. 105.* Repetitis et enumeratis diebus, quo die etc. ¶ 2. Latiori sensu de oratione dicitur, et est narrando ex ordine re censere. *Cic. post redit. ad Quæ it. 2. 5.* Nemo est, qui vestrorum multitudinem beneficiorum non modo augere aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit. *Id. 2. Nat. D. 47. 121.* Enumera re possum, quæ sit in figuris animalium, et quam solers subtilisque descripsit partium etc. *Id. 4. Verr. 33. 82.* Dixi jam ante, me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum. *Sall. Cat. 51.* Quæ bellum saevitæ esset, quæ victis accidenter, enumeravere. *Nepos Lysand. 2.* Ne de eodem plura enumerando iatigemus lectores. *Id. Att. 18.* Juniam familiam a stirpe ad hanc ætatem ordine enumera vit. *Id. Hann. 5.* Longum est enumerare prælia etc. *Liv. 3. 58.* Septem et viginti enumeratis stipendiis. *Propert. 2. 1. 43.* Enumerat miles vulnera, pastores. *Virg. 4. En. 333.* Ego te, quæ pluriua fando Enumerare vales, numquam, regina, negabo Promeritam. *Ovid. 3. Fast. 719.* Enumerare triumphos. *Curt. 6. 3. 4.* Et nescio, an enumeranti mibi, quædā ipsarum rerum multitudine subduxerit. *Sueton. Claud. 29.* Enumerare minora quoque. Adde eund. Aug. 51. *Id. Cæs. 55. oratores. Quintil. 1. 10. 4.* Enumerant etiam fortasse multis, quamlibet utiles foro. *Id. 6. 1. 2.* Quæ enumeranda videntur. *Id. 7. 2. 45.* Enumerans plurimas occasiones. *Id. 4. 1. 26.* Quæ sint in causis favorabilia, enumerare non est necesse. *Id. 6. 5. 10.* Infinitum est enumerare, ut Cottæ draverit auctoritatem etc. *Adie Vellej. 2. 52. 3.*

ENUMQUAM, equando. *Paul. Diac. p. 76. 7. Müll. V. EN.* Ceterum enumquam non modo saepe legitur apud *Plaut.*, sed etiam apud *Ter. Virg.* et *Liv.* Similiter *Gloss. Labb.* Enumquam, εἴποτε κατέτο. *Gloss. Placid. edente A. Mai. p. 461.* Eniu quam, et quando, lege equando.

ENUNCIATIÓ vel enuntiatio, ònis, f. 3. actus enunciandi. Hinc — a) Est propositio, enunciatum, effatum. *Cic. Fat. 10. 20.* Non omnis enunciatio, quod διείποντα dialectic appellant, aut vera, aut falsa erit. *Id. ibid. 12. 27.* Hæc enunciatio vera esse non potest: capiet Nunquam Scipio. — b) Item explicatio, expositio. *Quintil. 7. 3. 2.* Finitus est rei proposita propria et dilucida et breviter comprehensa verbis enunciatio. Adde eund. 9. 1. 23. — c) Item manifestatio. *Quintil. Declam. 272.* Enunciatio voluntatem babet, et animum non coactum: confessio expressam dolore inulto necessitatibus.

ENUNCIATIVES vel enuntiatives, a, um, adj ect. qui enunciandi, seu manifestandi vim habet. *Seneca Ep. 117. ante med.* Motus animorum enunciatiivi corporum. et mox. Dico, Cato ambulat: non corpus quidem est, quod nunc loquor, sed enunciatiuum de corpore: quod alii effutu vocant, alii enunciatum, alii edictum. Adde locum *Diomed.* cit. in v. ENAR RATIVE.

ENUNCIATOR vel enuntiator, òris, m. 3. qui enunciat. *Inscript. apud Cardinal. Iscriz. Vellern. n. 87.* qui est apud *Orell. 2614. L. MARIVS AVCTVS ENVTIATOR AB SCAENA GRAECA.* scil. qui in scena prologum recitabatur; vel actorum recitationem docebat et moderabatur; Italice suggeritore.

ENUNCIATRIX vel enuntiatrix, òris, f. 3. qui enunciat. *Quintil. 2. 15. 21.* Theodore Gadareus ita dicit (ut ipsis eorum verbis etiam qui hoc ex Græco translulerunt): Ars inventrix, et judicatrix, et enunciatrix decente ornata; etc. h. e. rhetorica. *Prudent. 10. περὶ στρατ. 771.* lingua interpres animi, enunciatrix sensuum.

ENUNCIATUM vel enuntiatum, i. n. 2. *V. ENUNCIO* in fin.

ENUNCIATUS vel enuntiatus, a. um. *V. ENUNCIO*.

ENUNCIATUS vel enuntiatus, us, m. 4. idem quod enunciatio. *Mar. Victorin. art. gramm. 1. p. 2481. Putsch. Hæ tamen (litteræ), ut supra diximus, sub uno enunciato conjunctæ communem syllabam, divisa autem longam efficiunt. Gaisford. ita edidit: at Putsch. babel enunciato.*

ENUNCIO vel enuntio, as, ævi, atum, are, a. t. lex et nuncio). Part. *Enunciatus I. et II.; Enunciaturus I.; Enunciandus II.* — Enunciare est quod arcanum erat, deceper, aperire, edere, evulgare (It. tradendo il segreto scoprire, manifestare, rivelare, palesare; Fr. rapporter, exposer, ébruyer, traîner, dévoiler, divulquer; Hisp. descubrir, manifestar lo que se tenía oculto, escondido; Germ. etwas hinausverkündigen mit Verletzung d. Geheimhaltung, verrathen, ausplaudern; Angl. to publish, spread abroad, divulge, disclose, reveal).

I.) Proprie ocurrunt — a) Cum Accusativo rei tantum. *Plaut. Trin. 1. 2. 106. Ut quod meæ concretum'st taciturnitatì clam — ne enunciarem. Cic. 1. Orat. 26. 119. Enunciabo — quod adhuc semper lacui et tacendum putavi. Id. Mur. 11. 25. Etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id, enunciatis vestris mysteriis, totum est contemptum et abjectum. Cf. eund. 1. Orat. 47. 206. Enunciare mysteria dicendi et Justin. 5. 1. 1. Alcibiades absens Athenis insinuator, mysteria Cereris Initiorum sacra, nullo magis quam silentio solentia, enunciavisse. Retsus Cic. Rosc. Am. 40. 117. Iste, qui initio proditor fuit, deinde perfuga, qui primo sororium consilia adversariis enunciavit, etc. *Ces. 1. B. G. 17. Consilia nostra hostibus enunciavi. Id. ibid. 4. Ea res, ut est Helvetiis per indicium enunciata, etc. Liv. 10. 38. Adigebatur jure-jurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum. Adde eund. 23. 35. et 25. 9. Sall. Cat. 28. Ea (h. e. quæ a Catilina ceterisque coniuratis parabantur) quum Ciceroni enunciarentur, etc. Alii leg. nunciarentur. Huc referri potest et illud Planci apud Cic. 10. Fam. 8. Optimæ mentis cogita-ta jempridem, maturo tempore enunciare. — b) Omissio Accusativo rei, qui tamen facile subintelligitur. *Nepos Pausan. 4. Tanto magis Pausanias perturbatus orare coepit, ne enunciaret, nec se meritum de illo optime proderet Ces. 1. B. G. 30. Ea re permissa, diem concilio constituerunt, et jurejando, ne quis enunciaret, nisi quibus communī consilio mandatum esset, inter se sanxerunt. — c) Sequentia relativa. *Curt. 3. 6. 7. Diu animo in diversa versato, nulli, quid scriptum esset, enunciat. — d) Sequentia Accusativo cum Infinito. *Plaut. Pren. 4. 2. 66. Ne enunriet id esse faciose a te exortum.*****

II.) Improproprie est pronunciare, dicere, proferre. *Cic. 2. Fin. 7. 20. Gravissimæ sunt ad beatæ vivendum breviter enunciatae sententiae. Id. 4. Acad. (2. pr.) 29. 95. Fundamentum dialecticæ est, quidquid enuncietur (id autem appellant *ç̄iώμα*, quod est quasi *effatum*) aut verum esse, aut falsum. Id. 3. Orat. 42. 168. Videtis profecto genus hoc totum, quom infuso commutatoque verbo res eadem enunciatur, ornatus. Id. 1. Acad. (post.) 2. 6. Quibusnam quisquam enunciare vobis poterit hæc ipsa de vita et moribus etc. *Cæsarius apud Gell. 7. 2. Masculina genere cor enunciavit Egnatius. Sueton. Tib. 71. Per ambitum verborum vim enunciandam censuit. Quintil. 12. 10. 6. Quæ proprie signari poterant, circuitu cœperunt enunciare. Id. 3. 3. 1. Enunciare voluntatem aliquam. Id. 8. 3. 38. obscurana. Id. 2. 5. 11. Sermo rectus et secundum naturam enunciatus, nihil babere ex ingenio videtur. Id. 1. 7. 28. Litteræ, quæ scribuntur aliter quam enunciantur. Adde eund. 1. 5. 27., 11. 2. 47., 2. 11. 4. et alibi sepa. — Hinc**

*Enunciatum, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est enunciatio, effatum. Cic. Fat. 9. 19. Epiturus concrens omne enunciatum aut verum, aut falsum esse. Adde eund. ibid. 12. 28.; et Seneca locum alterum in v. ENUNCIATIVUS.*

ENUNCUPO, as, are, a. 1. palam nuncupo. Vox a Lexico expungeenda; occurrit enim tantummodo in *Ter. Virg. p. 73.*

ENUNDINO, as, are, a. 1. mercari. *Tertull. Id. 9. Spiritum Sanctum enundinare.*

ENUNCIATIO, ENUNCIATIVUS, ENUNCIATOR, ENUNCIATRIX, ENUNCIATUM, ENUNTIA-TATES, ENUNTIOS. *V. ENUNCIATIO, ENUN-CIATIVUS, etc.*

ENUPTIO, ònis, f. 3. actus enubendi. *Liv. 39. 19. Ut Hispanæ Fecenie datio, deminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset, etc. V. ENUBO 1.*

ENUTRIO, is, Ivi, Itum, ire, a. 4. (ex et nutrio). Part. *Enutritus I. et II.; Enutriendus II.* — Enutrio est idem quod nutritio, vel perfecte et complete nutritio.

I.) Proprie. *Ovid. 4. Met. 288. puerum diva Cythereide natum Najades Ideis enutrivere sub antris Colum. 3. R. R. 3. 4. Sato non ita (coloni) enutriunt, ut convalescant. Plin. 9. Hist. nat. 37. 61. (131). Purpurarum genus iutense putre limo, et algenæ enutritum alga. Id. 12. ibid. 1. 4. (8). Ut multe infuso enutriantur (arbores).*

II.) Translate. *Quintil. 8. proœm. 2. Ingenia aienda et enutrienda. Virg. 2. 1. Unde origines adficiorum sint instituta, et quibus rationibus eundem et progressæ sint gradatim ad has finitiones.*

ENUTRITUS, a. um. *V. voc. præced.*

## EO

EO, is, Ivi vel ti, Itum, ire, n. anom. — a) Quod attinet ad formas brevitas, de ti pro ivi *V. Lachmann ad Lucret. 3. 1042. Issem, isses, isset et isse, syncope est pro iuissim, iuisse. Cic. 12. Phil. 12. 28. et 3. Verr. 44. 113.; Ovid. non semel, Properti., Plaut., Stat., Sil. It. etc. — Isti pro iuisti est Turpilius apud Non. p. 325. 5. Merc. Et istis pro iuisti habet Lucan. 7. 834. — b) Irier pro iiri per paragogen dixit Plaut. Rud. 4. 7. 16.: *V. infra sub II. 6. 2.* — c) Quod ad formas eteroclitus attinet, in futuro pro ibo, ibis, ibit, in compititis iam, ies, iet inventri quidam putant, ut inietur apud Cic. 2. leg. Agr. 25. 67., et transit apud Tibull. 1. 4. 23., ubi tamen Heynus contendit legendum transiti, et iniet apud Senec. 2. Benef. 1., et redies apud Apul. 6. Met., et exiet apud Tertull. advers. Jud. 13. ex Matth. 2. 6., item in Inscript. apud Gruter. 755. 1., quam affert Achill. Stat. ad loc. cit. Tibulli, et apud Gruter. loc. cit. legitur exsati pro exeat, et obiet apud eund. Gruter. 1119. 4., et prodient apud Lactant. 7. 16. in fin. Verum haec omnia dubia sunt lectionis (exceptio Tertull. et Sapient. 16. 19., ubi habetur disperient pro disperibunt, et veniet pro venibil (V. VENEBO) et Inscriptione altera, quæ tampon optimæ nota non est) et cum probata consuetudine pugnant. — d) Passive impersonaliter occurrit — *Itur apud Cic. 6. Verr. 45. 100. Itur in consilium. Virg. 6. En. 179. Itur in antiquam silvam. Id. 9. ibid. 641. sic itur ad astra. Adde Senec. Ep. 73.; Quintil. 1. 4. 28. et 11. 3. 133.; Juvenal. 1. 89. et 4. 65.; et Claudian, ad Prob. 6. — Ibitur apud Plaut. Truc. 3. 1. 21. Ibitur: ne me morari renesas. Adde eund. Trin. 2. 4. 177. — Itum est apud Ovid. 1. Met. 138. itum est in viscera terræ. Adde Vellej. 2. 48. 2.; Flor. 1. 9. 8.; et Ammian. 24. 7. et 25. 5. — Eatur apud Senec. Med. 460. Eatur: regius jussit gener. Sueton. Cæs. 32. Eatur, inquit, quo deorum ostenta et imitacionum iniquitas vocali. — Iretur apud Petron. Satyr. 118. Non viderunt viam, quia iretur ad carmen. — Iri et itum esse apud Cic. 2. Att. 1. circa med. Non esse itum obviam, ne tune quidem, quuni iri debuit maxime. Id. 9. ibid. 18. Senatus non placere, in Hispanias iri, nec exercitus in Græciam transportari. — De Infinito tr̄i cum participiis præteriti temporis, V. infra sub II. 6. 2. — Eundum est, h. e. ire oportet, vulgo passimque dicitur. Ovid. 3. Trist. 1. 14. Dicite, lectores, si non grave, quæ sit eundum. Sall. Cat. orat. Lepidi 4. Agendum atque obviam eundum est. Adde Juvenal. 3. 318. — e) Eundus passive usurpatur a Claudiano, ubi sit, 2. in Eutrop. 419. non explorant eundæ Vitandaque viae. — f) Participia sunt Iens, euntis, et Iturus. Cic. 4. Att. 9. Lens in Pompejanum, bene mane hæc scripsi. Id. 16. ibid. 1. Postridie iens ad Brutum. Retroiens dixit Seneca 7. Quest. nat. 21. De obliquis casibus, et de iturus exempla passim. Pro euntis aliquando ientis dictum est: non tanet imitendum. Inscript. apud Murat. 937. 5. et 439.**

IN AGRO VOLVSI BASILIDES IDENTIBVS AB VIRE PARTE SINISTRA etc. — g) Infinitum ire tamquam Substantivum occurrit et idiotsimæ recentiorum Italorum speciem habet apud Jornand. Get. 42. Dum ejus (Attilæ) animus incipiit negotio inter ire et non ire fluctuat. h. e. fra l'andare e il non andare. — Ceterum ire, quod cum Græco etymo eo et usitatum conjugendum est, significat ambulare, vadere, pergere, iter facere (It. andare, camminare, far viaggio; Fr. aller, marcher, s'avancer; Hisp. ir, undar, caminar, marchiar; Germ. gehen; Angl. to go, walk, travel).

I.) Proprie usurpatur de hominibus et ceteris animalibus, et dicitur de quocumque corporeo motu, quo a loco ad locum transgredimur: sèpenumero additur et instrumentum, quo ad motum efficiendum utimur, ac propterea ire non modo ambulare ac vadere significat, verum etiam equitare, currere vehi, navigare, natare, currere et similia. Itaque ¶ 1. Generotim. — a) Absolute. Cic. 2. Phil. 32. 78. Caesar ex Hispania redeundi obviam longissime processisti. Celeriter isti, redisti, ut cognosceret te, si minus fortis, attamen strenuum. Ovid. 1. Amor. 6. 10. Ire tenebris. h. e. noctu ambulare. — b) Cum Accusativo personæ aut loci et præpos. ad Plaut. Asin. 2. 3. 14. Ire ad tonsorem. Ter. Andr. 3. 4. 20. et Nepos Dion. 9. ad aliquem. h. e. ad domum alleujus. Sic Liv. 34. 19. Ire in colloquium ad aliquem. Fal. Flacc. 7. 17. ad urbes Ausonias. Ammian. 15. 2. ad Graciam. h. e. ut litteris et scientiis opera detur. Plaut. Host. 1. 1. 71. Nunc jam i rus, teque amove. Ter. Andr. 3. 4. 15. Domum modo ibo. Id. Phorm. 2. 1. 82. Ire ad Ierum. Id. ibid. 5. 6. in fin ad metratur. Id. Eun. 3. 2. 6. et remnam. Adde eund. ibid. 2. 2. 35.; et cf. Nepot. prefat. 4. Ovid. 4. Fast. 167. ad opus. Curt. 5. 9. 7. ai mortem. — c) Cum Accusativo et præpos. in. Ltr. 42. 34. a med. A Ti. Gracchus rogatus, in provinciam ii. Quintil. 3. 8. 19. Ire in Germaniam. Lucan. 8. 564. celso de puppe carinæ In parvam jubet ire ratem. Justin. 2. 9. 11. Ire in pugnam. Quintil. 6. 3. 78. in exsilium. Cf. Capell. 1. p. 11. Virtus in celum Itura sustollitur. Plaut. Asin. 5. 2. 91. I in crucem. Id. Pseud. 3. 2. 57. in malam crucem. Ter. Phorm. 5. 7. 37. I in malam rem. — d) Cum Accusativo et præpos. sub. Sueton. Ner. 48. Hortante eodem Phaonte, ut interim in specum egestæ arenæ concederet, negavit se vivum sub terram itarum. Horat. 2. Sat. 7. 66. Ire sub furcam. — e) Cum Accusativo et præpos. per. Liv. 42. 36. Neminem eorum per Italianam ire licitum. Ovid. 14. Met. 590. satis est inamabile regnum Asperisse semel, Stygius semel isse per amnes. Cf. Id. 1. Amor. 6. 7. ire per excubias custodum. — f) Poetice cum Accusativo sine præpos. ad itineris finem significandum. Virg. 1. Ecl. 65. At nos hiuc alti silitces ibimus Altros; Pars Scylbiam et rapidum Cretas venimus Oaxen. h. e. Africam versus. Sic Id. 3. En. 253. ventisque vocatis Ibitis Italianam. Ovid. Herid. 10. 125. Ibis Cecropios portus. Grai. Cyneq. 54. Ire freta. Sil. It. 12. 368. Serdoos isse recessus. Cf. Ter. Eun. 3. 3. 30. Malam rem hinc ibis. illi immen aliter leg. — g) Item apud Poetas cum Acius. viam vel ricas, ut apud Virg. 6. En. 122. Ille que reditque viam. h. e. per viam. Id. 4. ibid. 467. semper longam incomitata videat Ire viam ei: Tyrios deserita querere terra. Adde Martial. 6. 10. Val. Flacc. 3. 371. Ignotas jubet ire vias. Adde Juvenal. 14. 122.; Claudian. 2. in Eutrop. 419.; et Nazar. Paneg. Constant. 5. — Eodem sensu cum addita præpos. in dixit Val. Flacc. 8. 168. iremus et ambae In quascumque vias. — Contra cum Ablativio via Liv. 44. 43. Celerius, quia recta expedita via erant, pervenerunt. Adde eund. 22. 2. — Et cum Ablat. et præpos. in. Ter. Eun. 3. 2. 42. Ire in via cum aliquo. — Similiter Ire suppetias apud Auct. B. Afr. 39. V. SUPPETIAS. Item ire exsequias apud Ter. Phorm. 5. 8. 37. (V. EXSEQUILE); et Ire pomparam funeralis apud Ovid. 6. Fast. 663. (V. POMPA). Hinc ire est etiam verbum funebre. Nam ad illud Ter. Andr. 1. 1. 90. Effertur, imus: Donatus, Effetti, inquit, dicuntur cadavera mortuorum, et ire proprie ad exequias. Virg. 11. En. 24. Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patrani peperere suo, decorate supremis Muneribus. — h) Poetice cum Dativo pro Accusativo. Sil. It. 15. 327. Cogitur ire sorori germanus amat-

*II.) Impropprie ponitur pro orientali, pro eo qui ad orientem pertinet vel in oriente est. Propert. 2. 13. 83. At non Tithoni spemens Aurora senectam, Desertum Eoa passa jacere domo est. Tibull. 3. 2. 24. Eoi Arbes. Virg. 2. G. 115. Eoæ domus Aratum. Propert. 4. 5. 21. ripa. Catull. 11. 3. unda. Tibull. 2. 2. 16. mare. Adde Plin. 10. Hist. nat. 23. 30. (58). Rursus Plin. 6. ibid. 13. 14. (33). Oceanus. Horat. Epod. 2. 51. Auctus. Id. 1. Od. 35. 35. et juvenum recens Examen eois timendum Partibus Oceanoque rubro. Virg. 1. Æn. 489. Eoæ acies. Ovid. 4. Met. 197. cœlum. Id. 3. Fast. 466. orbis. Id. 2. Amor. 6. 1. Eoi Indi. Culum. 10. II. R. 291. Eoo Lucifer ortu. Val. Flacc. 2. 643. Eoæ lux. Id. 5. 245. patriumque precatur Nomen et eoo surgentes litore currus. Id. 6. 690. Eoæ ora. Id. 4. 509. urbes. Id. 4. 96. mons. Id. 3. 539. regnum. Id. 6. 699. Eoæ stamen silva. h. e. serica. Martial. 3. 65. Eoæ tus. h. e. quod in Arabia, quæ orientalis regio est, abunde provenit. Stat. 3. Silv. 3. 33. Eoæ germina. h. e. odoramenta, quæ mituit oriens. — Hinc*

*Eous*, i, m. 2. absolute, substantiiorum more *¶ 1.* Est Lucifer. Catull. 61. 40. Nocte latent fures, quos idem sæpe revertens, Hespere, mutato comprehendis nomine Eous. Schrad. ita legit pro eosdem, quod in editis habetur. Virg. 1. G. 288. cum sole novo terras irrorat Eous. Id. 3. Æn. 588. Postera jamque dies primo surget Eoo, humentemque Aurora polo dimoverat umbram. Cf. Propert. 3. 22. 7. Et color est toties roseo collatus Eoo, Quum tibi quæsusitus candor in ore foret. Stat. 4. Silv. 1. 4. Clarior ipse (Dominianus) nitens et primo major Eoo. Prudent. 2. Cathemer. 67. Luciferum vocavit eum sidus. *¶ 2.* Eous et Eoi dicuntur populi orientales. Ovid. 4. Trist. 9. 22. Ibit ad occasum quidquid dicimus ab ortu: Testis et Hesperia vocis Eous erit. *Forcellinus* hoc loco pro orientali plaga accepit. Propert. 2. 2. 53. Sive illam Hesperiis, sive illam ostendit Eois, Uret et Roos, uret et Hesperios. Ovid. 1. Amor. 15. 29. Gallus et Hesperis, et Gallus notus Eois. *¶ 3.* Eous est etiam unus ex equis Solis. Ovid. 2. Met. 153.

*EOUSQUE.* V. in EO adverb. sub A. II. 2. et 3.

## EP

*EPACTÆ*, ætrum, f. plur. 1. ἐπακται, (supple ἐπεπται) ab ἐπάγω induco, adjicio. Isid. 6. Orig. 17. sub fin. Epactas Græci vocant, Latini adjectiones annuas lunares, quæ per undenarium numerum usque ad tricenarium in se resolvuntur.

*EPAGÖGE*, es, f. 1. ἐπαγωγή, Latine *inductio*: ab ἐπάγω induco: figura est, quæ sit ex multarum rerum simillium collatione, uti docet Quintil. 5. 10. 73. ubi tamen Græce usurpat. At Latine *Tiro* apud Gell. 7. 3. a med. Induxisse eum, quam dialectici epagogen appellant, etc. et ipse Gell. ibid. paulo post. Sed enim Cato non nudam, neque solitariam, neque improtectam banc epagogen facit. Adde Ruhnk. *de fig. sentent. et elocut. c. 26. p. 215.* Ruhnk.

*EPALIMMA* genus vilissimi unguenti. Hæc Paul. Diac. p. 82. 15. Müll. Est autem ab ἐπαλεῖψῳ ungo: hinc nonnulli male legunt epalimna.

*EPANADÍPLÓSIS*, is, f. 3. ἐπανάδιπλωσις, figura est repetitionis, quum verbum aliquod, quod versus initium fuit, eundem claudit, ut in illo Juvenal. 14. 139. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Vox Græca, et Græce usurpanda: ab ἀναδίπλωσις reduplico. Et tamen Latinis litteris utiliter Jul. Rufinian. de schem. lex. § 9. p. 233. Ruhnk. V. et INCLUSIO.

*EPANALEPSIS*, is, f. 3. ἐπαναληψις, repetitio sententia post aliquam interjecta. Exemplum habes apud Virg. 2. G. 4. ubi ait: Huc pater o Lenæ, etc. Sed vox Græca est, et Græcis litteris scribitur a Quintil. 8. 3. 51. (ubi tautologia affinem facit), a Charis. 4. p. 250. Putsch. et Diomed. 2. p. 440. — Etiam quum verbum unum repetitur, epaulepsis dicitur, ut in illo Horat. 2. Od. 14. 1. Ebœ fugaces, Postume, Postume, Labuntur anni. Diomed. ibid. — Ceterum Latinis litteris occurrit apud Capell. 5. p. 174; Rutil. Lup. § 11. p. 39.; Aquilam Rom. 31. p. 174.; et Jul. Rufinian. de fig. sentent. et eloc. c. 31. p. 218. et de schem. lex. § 5. p. 230. Ruhnk.

*EPANÄPHÖRA*, æ, f. 1. ἐπαναφόρα (Græca vox) repetitionis species est, quum scilicet ab uno verbo plures sententiae inchoantur. Virg. 10. Ecl. 42. Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycore, hic nemus, etc. V. ANAPHORA. Hac voce utuntur Capell. 5. p. 175.; Aquila Rom. de fig. sentent. et Jul. Rufinian. de schem. lex. § 6. p. 231. Ruhnk.

*EPÄNASTRÖPHE*, es, f. 1. ἐπαναστροφή, repetitio contigua, quum verbum in fine præcedentis et in principio sequentis sententiae repetitur. Virg. 8. Ecl. 55. Sit Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis, etc. Vox Græca, et Græce scribenda: ab ἀναστροφαι reverter, redéo.

*EPÄNÖDOS* et *Latina positione*

*EPÄNÖDUS*, i, f. 2. ἐπανόδος, (vox Græca ab avâ retro et öðs via) regressio est ad eandem verbum, diversum quiddam in partibus per παράποδο significans, ut Virg. 2. Æn. 434. divellunt inde Iphitus et Pelias mecum, quorum Iphitus æro Jam gravior. Quintil. 9. 3. 35. ἐπανόδος dicitur Græce, nostri regressionem vocant. Latinis lamen litteris usurpat Jul. Rufinian. de schem. lex. § 19. p. 241. Ruhnk.

*EPÄNORTHÖSIS*, is, f. 3. ἐπανόρθωσις, correctione, qua interdum verbum, interdum sententia tollitur, ut Cic. Planc. 41. 97. Brundusium veni, vel potius ad moenia accessi. Id. 2. Off. 22. 76. Italianum ornare, quam dominum suam maiuit: quamquam, Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatio. — Vox Græca est; Latinis tamen litteris usurpat Jul. Rufinian. de schem. lex. § 15. p. 238. Ruhnk.

*EPÄPHÄRESIS*, is, f. 3. ἐπαφαιρεσίς, apud Græcos est ablatio, detractio, ab ἐπαφαιρέσι litterum aufero. Veget. 3. Veterin. 45. 2. Schneid. Postero die quasi epaphresis fit, et ex eisdem locis sanguis detrahitur. Ex simili loco Pelagon Veterin. 4. 1. (ubi hæc habentur: *¶* Postero quoque die quasi epaphresis fit et ex eisdem locis sanguis detrahitur) potest quis dubitate verba quasi epaphresis fit esse glossema. Nisi quod Veget. ait 5. Veterin. 24. 5. Aliæ, vel tertia die epaphresin quasi facturas, denuo fistulam appones, humorum dejicies. — Transfert ad tonsionem barbae. Martial. 8. 52. Expingitque cutem, factique longam Detonsis epaphresin capillis. *¶ PAR.* V. HEPAR init.

*EPARCHUS*, i, m. 2. ἐπάρχος, proconsul, praetor. Inscript. apud Mural. 418. 6. DEPOSITVS XIIII. CAL. JVL. CONS. EPARCH. AVITI. Hic anno 456. post Chr. n., imperio deposito, episcopatum Placentinum recepit, ideoque heic eparchus, h. e. prefectus dicitur.

*EPASTUS*, a, um, particip. ab inusit. epascor, qui pastus est. Ovid. Halieut. 119. Ut scatus epastus solas qui ruminant escas. Al. leg. epastas solus; rectius ut sit passivum.

*EPATICUS*. V. HEPATICUS.

*EPECTASIS*, is, f. 3. ἐπεκτασις extensio. Priscian. 5. p. 208. Krehl. Ergo nihil aliud est in his nominibus (plerique) que, nisi syllabica epectasis, quomodo ce in quibusdam pronominibus et adverbialibus, ut hisce, illicce.

*EPENDYTES*, æ, m. 1. ἐπενδύτης, genus vestis, quæ alii superinduitur: ab ἐπενδύομαι superinduo. Hieronym. in vita Hilarionis n. 4. Pellecum habens ependyten, quem illi Beatus Antonius profici-

scenti dederat. *Id. ibid.* n. 44. eamdem vestem *cucullam* appellat.

**EPENTHESIS**, is, f. 3. ἐπένθεσις, ab ἐπενθίδημι impono; insero; figura est, qua littera, vel syllaba in medio vocis inseritur, ut *trahea* pro *traha*, *nava* pro *nauta*, *Mavors* pro *Mars*, *reliquias* pro *religias*. *Servius ad Virg. I. G. 164*. qui Latine, et *Donat. de schematib. p. 1772*. *Putsch.* qui Graece usurpat.

**EPEXÉGÉSIS**, is, f. 3. ἐπεξήγησις, Graece est narrationi juncta narratio: ab ἐπεξηγοῦσαι insuper narro. Sumitur autem pro figura, qua plures voces ad idem significandum apponuntur: unde et *appositiō* a nonnullis vocatur, ut *urba Roma*. Hinc *Servius* epexegesin appellat illud *Virg. 6. En. 7.* pars densa ferarum Tecta rapit, silvas.

**EPHALMATOR**, ὄρη, m. 3. saltator: ab ἐφαλμοῦ insitio. *Firmic. 8. Mathes. 15.* Petaminarius, ephalmator, orchestropolarius. — Ephalmatores his verbis describit *Manil. 5. 439*. Delphinumque suo per inane imitantis (membra) motu, Et viduata volant pennis et in aere ludunt.

**EPHEBATUS**, a, um, adj ect. ephebus factus. *Varro* apud *Non. p. 140. 18. Merc.* Ephebatum mulieravit. h. e. grandiorum puerum et exoletum stupravit. *Al. leg.* ephebitum.

**EPHÈBÉUM** vel *ephebium*, ii, n. 2. ἐφηβεῖον, locus in palestra, ubi ephebi seu impuberes exercebantur. *Vitriv. 5. 11. 2.* — *Ephebion* etiam Latine scribitur in *Gloss. Isid.* Ephebion, locus constructionis puerorum imberbiuum.

**EPHÈBIA**, æ, f. 1. ἐφηβεῖα vel ἐφηβία. ¶ 1. Ut doceat *Donatus* ad *Ter. Andr. 1. 1. 24.* Ephobia prima ætas adolescentiae est; adolescentia extrema pueritiae. ¶ 2. Item est idem quod ephebeum. *Vulgar. Interpr. 2. Machab. 4. 9.* Si concederetur gymnasium et ephebiam sibi constitutre.

**EPHÈBICUS**, a, um, adj ect. ἐφηβικός, ad ephebum pertinens, puerilis. *Apul. 10. Met.* Adest luculentus puer nudus, nisi quod ephebica clamysa sinistrum tegebat humerum.

**EPHEBÍTUS. V. EPHEBATUS.**

**EPHÈDUM. V. EPHEBEUM.**

**EPHÈBES**, i, m. 2. ἐφῆβος, pubes, seu qui jam ad annos pubertatis pervenit: ex ἐπὶ et ἡβη pubes. *Censorin. de die nat. 14.* statuit ephebūm proprie dei a Graecis cum, qui decimam sextum annum attingerit. Hoc autem oddidimus quia ephebus apud antiquos Romanos de Graecis tantum usurpatur. *Ter. Andr. 1. 1. 24.* Excedere ex ephebis. *Varro* apud *Non. p. 368. 28. Merc.* Ubi nitidi ephebi, veste pulla candidi Modestiam intus pascunt pectore. *Oehler* ita legendum putat alterum versum. *Cic. 1. Nat. D. 28. 79.* Egregibus epheborum vir singuli repelebantur. *Horat. 2. Ep. 1. 171.* Quo pacto patet tuteum amantis ephebi. Adde *Ter. Eun. 5. 1. 8.*; *Nepot. Epam. 2.*; *Sueton. Aug. 98.*, *Cal. 58.* et *Ner. 12.*; et *Juvenal. 10. 308.* et *3. 161.*

**EPHÈDRA**, æ, f. 1. genus herbarum arbores scandens, et ex ramicis propendens, folio nullo, cirris multis, radice pallida. *Plin. 26. Hist. nat. 7. 20. (36).* Eodem sensu et *ephedros* occurrit apud *eum. 26. ibid. 13. 83. (133)*. Alii hippurin, ali i ephedron, alii asasinum vocant. — De Synonymia, *V. EQUISETUM.*

**EPHEDROS. V. voc. praeed.**

**EPHÈLIS**, idis, f. 3. ἐφέλις, asperitas quadam cutis et durities mali coloris: ab ἐπὶ in et ἥλιος sol, quia in sole potassimum contrahi solet. *Cels. 6. 5.* Pæne ineptias sunt, curare varos, et lenticulas, et ephelidas: sed eripi tamen feminis cura cultus sui non potest. et *ibid. ad fin.* Ephelidem tollit resina, cui etc.

**EPHÈMÉRIS**, idis, f. 3. ἐφημέρις, diarium, acta diurna, liber, in quo res gestæ per singulos dies scribuntur: ab ἐπὶ et ἡμέρᾳ dies. *Cic. Quinct. 18. 57.* Ad ephemeredem revertitur inventur dies profectio nis. *Propriet. 3. 22. 20.* Et ponit duras inter ephem eridas. *Seneca Ep. 123. a med.* Sic cœnas, tamquam ephemeredem patris approbaturus. h. e. parco sumptu cœnas, tamquam rationes impensarum in ephem erides perscriptas redditurus patri, et ostensurus frugaliter te vivere. Adde *Nepot. Att. 13.*; *Ovid. 1. Amor. 12. 25.*; *Juvenal. 9. 571.*; *Plin. 29. Hist. nat. 1. 5. (9).*; et *Ammian. 28. 4. 24.* — Procurator ab ephemerede in *Inscript.* apud *Gruter. 474. 4.* est inter officia domus Augustæ. — Libellum *Ephemeris*.

dis nomine scriptis *Ter. Varro*, testibus *Non. p. 71. 19. Merc. et Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Mai*) 6. Si Terentius Varro Gneo Pompejo olim per Hispanias militariis librum illum Ephemeridos sub nomine laboravit, ut in habiles res eidem gressuro scire esset ex facili inclinationem oceani atque omnes reliquos motus arios præscientia fide peteret, ut declinaret: cur ergo etc. *V. ibid. adnot. ab eodem Mai et præcipue in Class. Auct. T. 7. p. 4.* — *Servius ad Virg. 11. En. 743.* affirmat, Cœsarem quoque libellum *Ephemeridis* nomine scripsisse.

**EPHÈMÉRON**, i, n. 2. ἐφημέρων, herba folia habens lili, sed minora, caulem parem, florem cœruleum, semen supervacuum, radicem unam digitali crassitudine. *Plin. 25. Hist. nat. 13. 107. (170.) Cl. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 370.)* hanc exhibet synonymiam, de qua tamen dubitat: *Ἐφημέρων* Theophr. 9. 16.; Nicand. de Ther. 849. et Dioscor. 4. 85.; *Ιπέριας* Galen. 7.; et *Ephemeron* Plin. loc. cit. sunt *Convallaria verticillata* L. Spec. plant. 451.

**EPICACTIS** pro *epipactis* legendum esse apud *Plin. 13. Hist. nat. 20. 35. (114.)* docet *Mon. ex Palimp. Veronensi. V. EPIPACTIS.*

**EPHI**, n. indecl. Hebraica vox ΕΦΗ, quam Septuaginta Interpretes in οὐτι et οὐτε verterunt: significat autem antiquissimam Ἑgyptiorum ac deinceps Hebræorum mensuram, quæ continebat pinte 29. 1/2. Parisienses, æque ac bathus (*Vulgar. interpr. Ezech. 45. 11.* Ephi et bathus æqualia et unius mensura erunt, ut capiat decimam partum cori bathus, et decimam partem cori ephi); nisi quod bathus liquidus, contra ephi granis metiendis inserviebat. *Vulgar. interpr. Exod. 16. 36.* *Levit. 5. 11. et 6. 20.* *Num. 15. 5. et 28. 5. 1. Reg. 17. 17.*, et *Ezech. 45. 10. 11. 13.* et alibi.

**EPHIALTES**, æ, m. 1. dicitur incubus, hoc est morbus, quo dormientes vi quadam opprimi se et pæne suffocari videntur: ab ἐπι et ἄλλαι insitio. Itali *santasiā* vocant. *Macrobi. 1. Somn. Scip. 3. 339. p. caeciliī p. l. HERMETIS EPHIALTRI.* In lapide est *epiphiali*, omissa nempe, ut saepè apud Latinos, aspiratione; et genuino ī de more lapidario in unom contracto.

**EPHIPPÍATUS**, a, um, particip. ab inusit. *ephippio*, ephippio instructus. *Ephippiati equites apud Cœs. 4. B. G. 2.* sunt, qui sedent equis ephippio instratis.

**EPHIPPÍFER**, fera, serum, adj ect. qui ephippia fert. Legitur in *Inscript.* apud *Smet. 171. 27.*

**EPHIPPÍUM**, ii, n. 2. ἐφίππιον, stragulum equi, sedendi causa (*stragulum* vocat *Martial. 14. 86.*), cuius lemma est *Ephippium* ab ἐπὶ super et ἦντος equus. Ceterum Graeca vox est, de qua ita *Cic. 3. Fin. 4. 15.* Puto concedi nobis oportere, ut Graeco verbo utamur, si quando minus occurret Latinum, non hoc ephippii et akratophoris potius, quam proegmenis et apoproegmenis concedatur. *Varro 2. R. R. 7. 15.* Aliter eligit equos quadrigarius, ac decessor: neque idem, qui vectorios facere vult, ad ephippium, aut ad rhedam. *Cœs. 4. B. G. 2.* Ephippis uti. *Gell. 5. 5.* Equitatus frenis, ephippii, monilibus, phaleris præfulgens. Adde *Varron.* apud *Non. p. 108. 32. et p. 213. 23. Merc.* — Proverbium est apud *Horat. 1. Ep. 14. 43.* Oput ephippia bos etc. *V. BOS.*

**EPHOD**, n. indecl. Hebraica vox ΕΦΩΔ, quæ superhumerali significat. Triplex vero fuit hæc sacra vestis apud Hebreos: primum ephod summi sacerdotis erat nobiliss, nesciæ auro, hyacintho, coecino et byssus contextum: duobus autem quadratis partibus constabat, quæ partes inter se super humeros coniungebantur, quarum anterior pector, posterior ter gum tegebant, at et lateribus minime coniungebantur; super anteriorum partem pendebat essyn, in quo illa duodecim gemas erant cum duodecim filiorum Israel nominibus. Alterum ephod erat lineum, quæ sacra vestis erat communis tam sacerdotibus, quam levitis. Tertiū denique ephod laicis quoque, præclaro tamen genere ortis et in sacris tantummodo agendis, permisum, sicut fuit illud a rege David ante Arcam saltante et a Samuel adhuc puer defalatum, ut D. Hieronymus notavit. *Vulgar. interpr. Exod. 25. 7. Judic. 17. 5. 18. 14.* et alibi saepè.

**EPHODUS**, i, f. 2. ἐφόδος, Graece est insinatio, h. e. oratio per simulationem, et circumventionem obscure subiens auditoris animum. — *Firmic. 6. Mothes. 32. in lemmate.* Generales cujusque genituras ephodi. h. e. Ingressiones, initia, institutions.

**EPHORUS**, i, m. 2. ἐφόρος, Genitivus plur. num. ephorūm pro ephororum occurrit apud *Nepot. Ages. 4.* — Ephori fuerunt magistratus Spartanorum a Theopompo institutus ad refrenandam potentiam regis et senatus, ut apud Romanos tribuni plebis consulibus oppositi fuere (*V. adnot. Görenzii ad Cic. 3. Legg. 7. 16.*; et *Mai ad Cic. 2. de republ. 28.*) ab ἐφόροις intueretur, quod ad civitatis salutem oculos intentos haberent: quinque erant numero, et annuali, ut narrat *Aristot. Polit. 1. 2. c. 10. Cic. 2. de republ. 33.* Etiam Sparta, regnante Theopompo, sunt item quinque, quos illi ephoros appellant. Romanum potestas tyranica fuit, quæ tanta erat, ut nec regi assurerent, ac regem etiam in vincula conjicerent possent. Adde *eum. 3. Legg. 7. 16.* et *Tusc. 42. 100.*; et *Nepot. Themist. 7. et Pausan. 3.* — Ephori de rebus ad imperatoribus seu ducibus in bello so ris gesto cognoscabant, teste eodem *Nepot. Ly sandri. 4.* — *N.B.* De nom. prop. *V. ONOM.*

**EPIBADES. V. EPIBATEGOS.**

**EPIBATA**, æ, m. 1. ἐπιβάτης, qui descendit, adscensor, ab ἐπιβαίνει, descendit. Hinc — a) Pro camelorum sessore occurrit apud *Hygin. Grammat. p. 10. col. 2.* Camelis cum suis epibatis singulis pedes quinque assignabimus. — b) Scopus usurpatum per eo, qui navem descendit, et speriatum similitur pro militie, qui in navi stipendia facit, Latine classiarius. *Auct. B. Alex. 11.* Omnes naves epibatis nudatis. *Auct. B. Afr. 63.* Navis onusta remigum epibatarumque. *Vitriv. 2. 8.* Celatis remigibus et epibatis. *Id. paula post. Militibus et remigibus impositis. V. et EPIBATOS.*

**EPIBATÉGOS**, i, f. 2. ἐπιβατηγός, navis solis vectoribus transversibus inserviens: ab ἐπιβάτης vector et ἄγω duco. *Lip. Dig. 14. 1. 1. § 12.* Quædam enim naves onerarie, quæ, ut ipsi dicunt, ἐπιβατηγόι (id est, vectorum conductrices) sunt. Ubi vides Graecis, non Latinis litteris vocem esse seriatim. Alii tamen perperam epibades leg.

**EPIBATÍS vel**

**EPIBATOS**, a, on, adj ect. qui descendit; et translate qui erigit atque exciat; ab ἐπιβάνει descendit. *Capell. 9. p. 334.* In eò vero genere, quod pæonicum nominatur, incompositi duo rhythmi esse dicuntur: quorum unus pæon διπλάτος appellatur ex longa positione et longa elatione; ac alter pæon epibatis, id est in thesi duplice positione producta et arsi longiore ducitur. *Et mox.* Inde διπλάτος quidem dictus est quasi duplicita membra discernat; epibatis autem, quia membris veluti utens quatuor et duabus diversitatibus copulatur. *Kopp. ad h. l. recte adnotat: Epibatis Aristid. p. 98. Heib. 6. ἐπιβάτης. V. Movetor magis, inquit, dupla quidem positione animum conturbans, elationis vero magnitude ad summa mentem excitans ». Constare antem pæonem epibatum dicit (p. 38.) « ex longa positione et longa elatione: — quoniam autem quatuor utatur partibus, fieri eum duabus elationibus et duabus diversis positionibus ». Ejusdem meminit *Plutarchus de mus. p. 1141.**

**EPIBOLE**, es, f. 1. ἐπιβολή, proprie est injectio, ab ἐπὶ super et βάλλω jacio: est autem hoc nomine figura apud Rhætiores, quum plura membra vel plures propositiones uno eodemque vocabulo, vel alio ejusdem significacionis incipiunt. *Rutil. Lup. de fig. senti. et elocut. 7. p. 24.*

**EPICADIM**, ii, n. 2. festum Epicuro sacrum, qui fuit dies vigesimus mensis Gamelionis; ab ἐπι post et εἰκάς vigesimus: hinc εἰκάδιται appellati sunt, qui eundem celebrauit. *V. ICAS.* Hinc ei. *Furulaneti in APPEND.*; sed voce nullo confirmavit auctore. nisi *Not. Tir. p. 148.*

**EPICEDION**, vel *Latina positione*

**EPICÉDIUM** ii, n. 2. ἐπικέδιον, rarmen funebre, quod in laudem defunctori canitur: ab ἐπὶ super vel εἰκάς exequise, funus. *Stat. Ep. 1. 2. Silvar.* Hujus amissi recens vulnus epicedio prosecutus sum. *Id. Epicedion inscripsit silvam 3. l. 5.* qua mortem patris deflet, et 5. qua filii. *Sevius ad Virg. 5. Ecl. 14.* Epicedion est, quod dicitur caderere nondum sepulta, ut (v. 20.) *Extinctum Nymphaeum*

*phæ crudeli funere Daphnis.* Epitaphion autem post completam sepulturam dicitur, ut (v. 43) *Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera notus.*

EPICERTOMÉSIS, is, f. 3. *επικέρτωμα*, iuris, eadem ac sarcasmus; ab ἐπί in et κέρτωσις, quod a κέρτη cor et τέψω seco, quasi cordis scissio. *V. CHILOASMUS.* Haec cl. *Furlanetto* in APPEND: at vocem neque hoc loco, neque in CHILOASMUS aliquo auctore confirmavit. Legitur tamen apud *Jul. Rustican. de sig. sent. et eloc. c. 1. p. 196. Ruhink.*

EPICHARMIUS, a, um, adjekt. *Επιχάρμεος*, ad Epicharmum pertinens: *V. ONOM.* — *Epicharmium metrum* ita memoratur a *Mar. Victorin. 2. art. gramm. p. 2530. Putsch.* Tetrametrum autem catalecticum, quod Archilochium et Epicharmium vocatur, præter cetera illustre, est aptum festinis narrationibus. Est enim et asitatum et volubile: *veluti Tale, quale vere dulce sibilat teres donax.*

EPICHIREMA, atis, n. 3. (scribitur et *epichirema*) *επιχίρημα* ab *επίχειρῳ argumentis adstruere et tueri conor: si vim nominis spes, significat conatum mentis evigilantis aliquid, quod probatio nem ac fidem faciat.* Itaque *J'algius* apud *Quintil. 5. 10. 2. aggressionem* vocat. Est autem, si logice accipiatur, argumentatio, que opponitur demonstratiōnē, quatenus demonstratio per propria et necessaria rea manifestat, epichirema per communia et probabilita. Differet porro ab entymemate, quenadmodum demonstratio a syllogismo, quia scilicet demonstratio et epichirema proprie ad materiam referuntur, syllogismus et entymema ad formam. *Quintil. 5. 10. 2. A ποδεῖξις* est evidens probatio. Hanc et ab epichiremate differre *Cæcilius* putat solo genere conclusionis: et esse apodixim imperfectam epichirema: eadem causa, qua diximus et entymema a syllogismo distare. *Al leg. perperam esse apodixim, imperfectum epichirema.* Hinc appetat, cur rhetores argumentationes suas entymemata et epichiremata vocent. Utroque enim nomine significatur argumentatio conclusionis non necessaria: sed primum referunt ad formam, secundum ad materiam. Ceterum et alterum pro altero, et utrumque varia significatio ab his adhibetur, ut est apud *eum. ibid. 14. 5. Celeberrima* est illa, qua epichirema sumitur pro tota aliqua argumentatione, pluribus membris, eorumque probationibus confitata: unde est fortasse ratio nominis. *V. ibid. et S. 5. 4. et 8. 10. 7.*

EPICHIRÉMATICUS vel epicherematicus, a, um, adjekt. *επιχιρηματικός*, ad epichirema pertinens. *Cassiod. Rhetor. sub fin.* Epicherematicus syllogismus.

EPICHÝSIS, is f. 3. *επίχυσις*, Græce est infusio, ab *επίχυσι* in fundo. Significat etiam genus p. 151, quod *Farro 5. L. 124. Müll.* doceat suerit: item cum cyatho in conviviis et Græcia in locum ampli. Videatur autem esse poculum, ex quo minutatim viuum sumitur, quia simpulum quoque tale fuit. *Plaut. Rud. 5. 2. 32. Sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.*

EPICITHARÍSMΑ, atis, n. 3. *επικιθάριστα*, symphonía, que post fabulam canitur. *Tertull. advers. Fałent. 33. Producam denique, velut epicitharisma post fabulam tantam, etiam illa, que non ordini obstreperant, hunc malum in locum distulisse.*

EPICLINTĒ, árum, f. plur. 1. *επικλίντα*, ab *επίκλινο* *incumbo*, Græce appellantur terræ motus obliqui lateribus proxima quoque jacentes, et arctis angulis mobiles. *Apul. de Mondo. 17. CLIMATI.*

EPICÖENUS, a, um, adjekt. *επικοῖνος*, ab *ἐπὶ super, et κοινὸς communis.* Epicœna dicuntur a grammatis ea nomina (Latine *promiscua*), in quibus sexus uteatur per alterum apparet, hoc est per alias rocem, que illis adjungit, ut quum dicimus *passer femina*, *lepus mas*. *Quintil. 1. 4. 24. et 1. 6. 12. Lepus epicœnum est, lupus masculinum.* Addo *Donat. p. 1746. Putsch.* — Differunt a communibus, quia communia duos habent articulos, ut hic et *hæc* sacerdos: epicœna unum tantum. Neque enim dicimus *hæc passer*, *hæc lepus*. *Ciedon. in Art. p. 1862. Putsch.*

EPICÖOPUS, a, um, adjekt. *επικοῖνος*, remis instructus: ab *ἐπὶ in et κοινὸς remus*. *Cic. 14. Att. 16. Quinto Non. concessionis ab horris Cluvianis in phæsolam epicopus has dedi litteras. Hic minus recte leg. episcopum.*

TON. II.

igitur orationis genus et solutum et effluens in illo epidictico genere pompæ quam pugnæ aptius, γριmnias et palæstra dicatum, etc.

EPIDIPNIS, id, l. 3. *επιδιπνίς*, quod in extrema cena insertur: ab *ἐπὶ post et δεῖπνον cena.* *Martial. 11. 31. Has prima feret, iterave cena;* Has rāna tibi terita reponet: *Hinc seras epidipnidas parabit. Petron. fragm. Trajor. 69. Burmann.* Epidipnis est allata, turdis, silagine, uvis passis nudibusque partis.

EPIDIXIS, is, f. 3. *επιδίξις*, specimen, demonstratio, ostentatio: vox Græca a δεικνυμε ostendo, demonstro. Histriones artis sue specimen dantes epidixi ludere dicuntur in *Inscript. apud Mass. Mus. Fer. 127. 4.* que est apud *Orell. 2620.*

EPIDRÓMUS, i, m. 2. *επιδρόμος*, ab *ἐπιδρόμῳ* discurro, percurro. ¶ 1. Est funis in imo et summo reti, quo per annulos discurrente ipsum rete aut contrahitur, aut expanditur. *Plin. 19. Hist. nat. 1. 2. (11). Vidiinus plegas tanta tenuitatis, ut anulum hominis cum epidromis transiret, uno portante multitudinem, qua saltus cingerentur.* ¶ 2. *Cato R. R. 13. Inter torcularii et celle oleariae instrumenta enumerat epidromum, quem alii intelligent lorem aut funem, quo lectus subtenditur (ut ibid. 10. lectos loris subtentos); alii virginem ferream, per quam anuli velum sustinentes transmituntur, a similitudine epidromi in reti; alii tignum transversum latum, per quod discurri possit ad varia muera olei faciendo. Sed probabilius est eorum sententia, qui putant hic epidromum esse lectum pensilem, quem Itali branda vocant.* ¶ 3. Epidromus dicitur etiam velum in posteriori navis parte locatum. *Ibid. 19. Orig. 3. 3. Epidromos (velum) secundæ auxiliudinum; sed ad puppem.*

EPIGENOMÉNI, *V. EPIGONOS.*

EPÍGIA, æ, f. 1. *επίγια*, humi repens, ab *ἐπὶ super, et γῆ terra:* ita vocatur arundo quædam. *Plin. 16. Hist. nat. 36. 66. (167).* Est et obliqua arundo, non in excelsitatibus nascens, sed iuxta terram fructis modo se spargens, suavissima in teneritate animalibus. Vocatur a quibusdam epigia. *Alii perpetram leg. elegia. V. tameo ELEGIA.*

EPÍGLOSSIS

EPÍGLOSSIS, id, f. 3. *επιγλωσσίς*. Epiglossis scribitur, ut *επιγλωττίς* apud Græcos. *A cab. Aurel. 2. Tard. 1.* — Epiglossis est membrana in modum operculi, qua asperæ arteria meatus obstruitur, dum cibum, potumve capimus, ne quid in eam incidat: ab *ἐπὶ super et φλοζίς rima seu foramen asperæ arteria.* *Plin. 11. Hist. nat. 36. 66. (175).* Sub uva minor lingua, epiglossis appellata, nulli ova generantur. *V. Cic. 2. Nat. D. 54. 136. Gell. 17. 11.; et Macrob. 7. Saturn. 15. Ceterum apud Plin. voce illæ epiglossis appellata a *Siliq.* omittuntur, quippe que in optimis Codicibus desunt.*

EPÍGÖNOS, on, adjekt. postea natus: a Græca voce *επίγονος*, qua ab *ἐπὶ post et γένος* vel *γένος*: *nascor.* *M. Victorin. p. 186. Putsch.* Pedes trisyllabi sunt octo: dactylus, anapæsus, molossus, tribrachus, itemque epigoni amphimortus, qui et Cœtius, amphibrachus sive Mesistos, bæchius siue amphibrachius, pœn. *Putsch.* habet itemque *επιγόνος* etc. quod corrigendum putavi et leendum itemque epigoni; nisi quis malit itemque epigoni. Ceterum *V. EPIGONI* in *ONOM.*

EPÍGRAMMA, atis, n. 3. *επίγραμμα*. In Dativio et Ablativo plurali habet epigrammatis, ut in *EMBLENA* init. dictum est. *Cic. 1. Att. 16. ad fin.* Epigrammatis tuis, qua in Amaltheo posuisti, contenti eribus. — In Genitivo plurali epigrammaton Græca positione, *επιγραμματων*, dicit *Martial. epist. lib. 1. ad lector. et epigr. 1. et 118.*; at epigrammatum Latina *Sueton. Aug. 85.* — Epigramma proprie dicitur et est inscriptio; ab *ἐπὶ super et γένος* scribo. ¶ 1. Generatim. — a) De inscriptione seu titulo, qui statutus inscriptus fuit. *Cic. 6. Verr. 57. 127.* Nam quum ipsa (*Sappho, h. e. Sapphū signum*) fuit egregie facta, tum epigramma Græcum pernabile incisum habuit in basi. — b) De elogio seu titulo, qui donis inscribatur, que dicitur sacrabunt. *Nepos Pausan. 1. Quum et præda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, cuius hæc erat sententia: suo ductu Barbaros esse deleto.* — c) De inscriptione, qua in se pulcri incidebatur. *Petron. Satyr. 115. Epigramma mortuo facere.* — d) Hinc etiam note illæ, qua

servis fugitivis inurebantur, *fugitivorum epigramata* dicuntur a Petron. *Satyr.* 103. ¶ 2. Speciatim, quoniam hujusmodi tituli versibus plerumque constabant, hinc epigramma ponitur pro brevi aliquo poemate. *Cic. Arch.* 10. 25. Epigramma in eum fecit tantummodo alternis versibus longiusculis. *Id. 1. Tusc.* 34. 84. Callimachi quidem epigramma in Ambraciotaam Cleombrotum est. *Quintil.* 8. 3. 29. Nec minus nota Sallustius epigrammatum incessit. Adde *eund.* 1. 5. 20.; *Sueton. Cœs.* 73., *Aug.* 70. et 85.; *Vit. Horat.* et *Gramm.* 22.; et *Plin.* 4. *Epi.* 3.

**EPIGRAMMĀTĀRIUS**, *ti*, *m.* 2. qui epigramma scribit, qui præcipue dieaci protervitate epigrammatum in quenque divulgit. Hinc *Vopisc. Saturn.* 7. Sunt Ægyptii viri ventosi, furibundi, versificatores, epigrammatarii, etc. *Id. Floran.* 3. Quidam epigrammatarius in eum ita lusit.

**EPIGRAMMĀTICUS**, *a*, *um*, *adject.* ad epigramma pertinens. *Spartian. Elian. Ver.* 5. *Martialis* epigrammaticus poeta.

**EPIGRAMMĀTION**, *yi*, *n.* 2. *ἐπιγραμμάτιον*, breve epigramma. *Varro T. L. L.* 28. *Müll. Pomponii epigrammatum, quod in adolescentem fecerat Gaseam. Müllerus* *Grecis litteris edidit.*

**EPIGRAMMĀTISTA**, *vel*, *ut alii m̄nus recte legunt.*

**EPIGRAMMĀSTA**, *æ*, *m.* 1. idem atque epigrammatarius. *Sidon. 4. Ep.* 1. Si quid heroicus arduum, comicus lepidum, epigrammatista lascivum condiderunt. *Al. leg.* epigrammista.

**EPIGRĪ**, *ōrum*. *V. EPIGRUS.*

**EPIGROMA**, *atis*, *n.* 3. *tabula*, in qua ab agri-mensori descripti sunt limites et mensura agrorum: ab *ἐπὶ in*, et *γωνία instrumentum agrimensoris*; hinc est etiam *gromaticus*. *Vot* a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 124. *Commentarium*, epitoma, epigrama.

**EPIGRUS**, *i. m.* 2. clavus ligneus, quo lignum ligno adhaeret, ut *Isid. 19. Orig.* 19. 7. definit. *Pallad.* 12. *R. R.* 7. 15. Si poma decurrant, oleastri epigrum terebratæ insige radici. *Augustin.* 15. *Civ.* D. 27. Lignum ligneo per subscendens, epigros, clavos et gluten bituminis non potest adhaerere. epigros clavos ligneos, clavos ferreos intelligit. De clavis socio suppeditis, sive ferreis, sive argenteis, aureisve *Seneca 2. Benof.* 12. extr. Nisi in os senatoris ingessisset imperator epigros suos. — Volum esse ab *επικυρωπος clavis lignea*, extrita diphthonzo et versa *x* in *γ*. Alii melius ab *ἐπίσχος*. *V. EPICURUS.* — Ceterum apud *Pallad.* et *Augustin.* plerique alii leg. *epiurus*. Apud *Senec.* quoque *epiurus* quidam malent: alii leg. *pigros*, quos *Turbet. l. 9. Adversar.* c. 30. *ingeniose magis*, quam vere, pedes ipsos imperatoris interpretatur.

**EPILEPSIA**, *æ*, *f.* *ἐπιληψία*, morbus comitalis et sanguineus, quo totius corporis constitutio convellitur, homo crebro et subito concidit, ex ore sanguine moventur, deinde, interposito tempore, ad se reddit et per se ipsum consurgit, ut *Cels. 3. 23.* describit: ab *ἐπιληψίῳ* occupo, invado, corrivo. *Lamprid.* *Elagab.* 20. Quod qui ederet, ab epilepsia tutus diceatur. *Veget. 5. Veterin.* 32. *Schneid.* Epilepsia boum.

**EPILEPSIS**, *is*, *f.* 3. *ἐπιληψίς*, idem quod epilepsia. *Theod. Priscian. 4. sub init.* Nam et epilepsia sic curare præcipit. *Id. lib. 2. part. 2. c. 2.* Epilepsis ideo sic appellatur, quod statim sensus penitus alienet, et quod mens, a propria sede exterminata, gravias attentetur.

**EPILEPTICUS**, *a*, *um*, *adject.* *ἐπιληπτικός*, ad epilepsiam pertinens. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut. f.* Epileptica passio. — Hinc

*Epilepticus*, *i.*, *m.* 2. absolute, substantivorum more, est qui epilepsia, seu morbo comitali et sanguineo interdum corripitur. *Fragm. Jur. civ. antejustitiam.* (edente *A. Mai*) p. 38. Sive autem quis arthriticus, sive posicus (lege sanguineus), sive epilepticus, et his similia, excusantur (a tutela). *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 4. Qui quum nondum sunt epileptici. Adde *eund.* *Ibid.* pluries.

**EPILEPSIS**, *i.*, *m.* 2. *ἐπιληψίς*, genus accipitrinis, qui solus omni tempore appetit. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 8. 9. (21) *ex lect. Harduin.* Nam alii aliter. *Sillig. lectionem Harduini secutus est.*

**EPILIMMA**, *atis*, *n.* 3. *V. EPALIMMA* et *ALIMMA*.

**EPILÓGICUS**, *a*, *um*, *adject.* *ἐπιλόγος*, ad reddendam rationem pertinens. *Cur. Fortunatian.* 2. *Art. rhet.* p. 70. *Capper.* Causæ mortis voluntaria redduntur sex locis: legis interpretatione, ab initio ad finem, definitione, transmitione, conjectura vel voluntate, qualitate, id est epilogica quæstione τῆς ἐργασίας.

**EPILÓGNIUS**, *a*, *um*, *adject.* qui ratione potius et animo concipiatur, quam per evidenter signa; ab *ἐπιλόγος* conclusio. *Var. auct. de linst.* p. 252. *Goes.* Terminus a ferro taratus si fuerit, et subdividum nihil habuerit, epilogonus nuncupatur.

**EPILÓGUS**, *i.*, *m.* 2. *ἐπιλόγος*, postrema pars orationis, qua congregantur et repeantur ea, quæ dicta sunt: Latine peroratio, cumulus, conclusio: ab *ἐπιλόγῳ insuper dico*, *dictis addo*, *repeto*. *Cic. Brut.* 33. 127. Exstat ejus peroratio, qui epilogus dicitur. *Id. 2. Orat.* 69. 278. Quom in epilogi miscericordiam se movisse putaret. *Id. Planc.* 34. 93. Ut miserabiliores epilogos possem dicere. *Id. 4. Att.* 15. 4. Publius diserto epilogo criminans, mentes judicium moverat. Adde *eund.* 1. *Tusc.* 47. 112; *Quintil.* 4. 1. 28., 6. 1. 37. et alibi sepe; et *Amian.* 30. 7.

**EPIMÉDION**, *ii*, *n.* 2. *ἐπιμήδιον*. ¶ 1. Caulis est non magnus, hederæ foliis denis, atque duodecim, numquam florens, radice tenui, nigra, gravi odore: nascitur in humidis, et spissandi refrigerandique vim habet. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 9. 53. (76). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol. 3. p. 448. et 449.*), allatis doctrorum hominum opinioribus, affirms *epimedium* et esse et futuram plantam recentioribus ignotam: nam quæ de ipsa scripta nobis supersunt, ad eam delinquentur non sufficiunt. ¶ 2. Est quoque loricaria, repagulum, quo scalaram latera muniuntur ad prohibendum ascendentium et descendenter lapsum; Itali dicunt *murello*, sponda: est ab *ἐπιμέδωμι* contra stru oīquid prudenter. *Inscript. apud Don.* c. 2. n. 11., que est apud *Orell.* 3301. **GRACINIA MYRINNA GRADIS ET EPIMEDIA SUA PECUNIA FECIT.** *Orellius loc. cit.* hybridam esse vocem putat et ab *ἐπὶ et medium* derivat.

**EPIMELAS**, *anos*, *f.* *ἐπιμέληξ*, *h. e.* nigricans (ab *ἐπὶ super et μέληξ niger*) sit, quom in candida gemma superne nigrat colos, inquit *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 58. (111). Haec eadem ipsissimum verbis *Isid. 16. Orig.* 10. 10.

**EPIMENÉDECS vel**

**EPIMENÉDIUS**, *a*, *um*, *adject.* *ἐπιμενέδειος*, tertium genus bulborum scyliæ, gratum in cibis, angustius folio ac minus aspero. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 2. 30. (93). et *Theophrast. hist. plantar.* l. 7. c. 41. a med. ibique Schneider. *V. et vob. seq.* Ita vero dictum videtur a quadam Epimenide. *Sillig. leg. Epimenidi.*

**EPIMÉNIUS**, *a*, *um*, *adject.* *μεντρίνιος*, *ἐπιμένιος*: ab *ἐπὶ in et μένιος mensis*. *Jurenal.* 7. 119. sicut petasunculus, et vas Pelamidum, aut veteres, Maurorum epimenia, bulbæ, *h. e. bulbæ*, quæ sunt munera quot mensibus a Mauris missa. Africa enim bulborum copia abundat. *Aiid.* *inter quos recentiores plerique omnes*, *leg. epimenida syncop. pro epimenidia*: *V. voc. præced. At cl. Furkanetto in suis MSS. nihil mutandum conset*; sic enim habent *Gloss. Placidi edente A. Mai in Class. Auct.* T. 6. p. 561.

**EPIMÉRISMUS**, *i.*, *n.* 2. *ἐπιμερίσμιος*, *h. e.* repetita distributio, seu partitio: a *μερίσμῳ distribuō*, *partior*. Ita dicitur a *Capell.* 5. p. 186. quom orator in media oratione, dubitans de memoria judicis, res summatio ac breviter rursus distribuit ac repetit.

**EPIMÉTRUM**, *i*, *n.* 2. *ἐπιμετρών*, quod supra mensuram modumne datur alicui. *Imp. Valentin.*, *Falens et Gratian.* *Cod. Theod.* 12. 6. 15.

**EPIMÔNE**, *es*, *f.* *ἐπιμόνη*, *h. e.* perseverantia, ab *ἐπιμένει persevero*. Hoc nomine appellatur figura quædam, qua ejusdem dictiōnis sine intervallō gemitatio fit, cum impetu pronunciationis, ut *Virg.* 9. *En.* 428. Me. me: adsum qui feci; in me converte ferrum. et *i. ibid.* 660. Sic moriamur ait, sic jucundat in sub umbra. — Vox Graeca est, et Graece adhibenda.

**EPINEPHRIDIUM**, *ii*, *n.* 2. *ἐπινεφρίδιον*, pinquedo in remibus. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 5. Epinephridia formandis fetibus opponuntur. *Al. leg. epomphilia*, *h. e.* medicamenta, que umbilico apponuntur, ab *ἐμφύλος umbilicus*: quod quidem rectius est.

## EPIPHORA

**EPINÍCIA**, *ōrum*, *n. plur.* 2. celebritates pro parte victoria, ut ignes nocturni, solemnies supplicationes, carmina, etc. ab *ἐπὶ in*, *super et νίκη victoria*. *Sueton. Ner.* 43. Sequenti die latum inter laetus cantaturum epinicia.

**EPINOMEN**, *inis*, *n.* 3. idem quod agnomen: vox hybrida et *ἐπὶ ad*, *super et nomen*, Italice soprannome. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 35. Nomen, epinomen. Perperam tamen hic legit *ephinomen*.

**EPINYCTIS**, *idis*, *f.* 3. *ἐπινυκτίς*. ¶ 1. Est pesima pustula, faba magnitudine, colore vel sublivida, vel subnigra, vel alba. Circum eam vehemens inflatio est, indeque acer dolor oritur; et quam aperta est, reperitur intus exsiccatio maura, colore humori seu similis. Oritur in eminentibus partibus, et fere noctu, ut est apud *Cels.* 5. 28. n. 15., unde et nomen habet: ab *ἐπὶ in et νύξ nox*: vel quia noctu precipue inquietat, et *Plin.* 20. *Hist. nat.* 6. 21. (44). docet *Id. ibid.* 2. 6. (12). Folia peponis cum melle epinyctidas sanant. ¶ 2. Item uclus alio nomine syre, in angulo oculi perpetuo humore manans. *Id. ibid.* 6. 21. (44).

**EPIONICUS**, *a*, *um*, *adject.* *ἐπιονικός*, idem ac ionicus a majore nempe versus cuiusdam genus; ab *ἐπὶ super et ονομας ionicus*. *Priscian. de metr. Terentian.* p. 1329. *Putsch.* Hephaestion metrus ostendit, comicum epionicum spondeos partibus locis habentem iambicarum τούχην, id est conjugatum, ut est apud Eupolin.

**EPIPACTIS**, *idis*, *f.* 3. *ἐπιπάκτης*, frutex, quem ali bellicoribus vocant, parvis foliis, quæ pota contra venena et jocinoris vitia prouant. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 20. 35. (114). et 27. *ibid.* 9. 52. (73). ex *Dioscorid.* l. 4. c. 109. Cl. *Fée* (*Op. cit. vol. 1. p. 122.*) postquam de hoc frutice pluribus dissimilit, eundem et esse et fore recentioribus incognitum affirmat. *Cod. Cod. Feron. edente Mon.* legit *epipactis*.

**EPIPEDONICUS**, *a*, *um*, *adject.* qui est in *ἐπιπέδῳ, h. e.* in superficie, qui exstat super terram. *Sicul. Flacc. de condit. agr.* p. 26. *Goes.* Ager cultellatus, ager normalis, ager epipedonicus. *Frontin. de colon.* p. 112. et 133. Termeni ejus (*coloniae*) rotundi, pedales (*num bipedales?*), et illi distant a se in pedes mcccc. Sunt et mediū termini, qui dicuntur epipedonici, pede longi et crassi, distante a se pedes mccc. Sed in fragm. determin. p. 149. Sunt et mediū termini, dicti epipedonici, pede longi et crassi: distant a se in pedes trecentos.

**EPIPEDUS**, *a*, *um*, *adject.* plauus, superficialis; ab *ἐπιπέδῳ* *superficies*. *Boeth.* 2. *Geom.* p. 1226. Nunc de epipedarum podisnamenibus figurarum sufficient; restat, ut de montuosa succinctius aliquid ratione tractemus.

**EPIPETRON** vel epipetros, *i*, *n.* vel *f.* 2. *ἐπιπέτρον*, herba quedam numquam florens. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 52. (89). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol. 2. p. 57.*) hanc exhibit synonymiam: *Ἐπιπέτρον* Theophr. 7. 3. et *Epipetron* *Plin. loc. cit.* sunt *Sedum Anacamptos* L. *Spec. plant.* 616.

**EPIPHANIA**, *æ*, *f.* 1. *vel*

**EPIPHANIA**, *ōrum*, *n. plur.* 2. (*subaudi festa*) *Ἐπιφάνια*, apparitio, sive manifestatio, ab *ἐπιφανεῖσθαι appareo*. Festum Christianorum, quod incidit in diem VIII. Id. Januarii, quod eo die Christus stella indicet. Magis apparuerit; item quod in baptismo auditia sit vox Dei Patris de Christo: *Hic est Filius meus dilectus. Cod. Theod.* 15. 5. 5. ubi secunda forma legitur, et *Isid. 6. Orig.* 18. ubi prima. — *NB.* De cogn. Rom. *V. ONOM.*

**EPIPHONEMA**, *atis*, *n.* 3. *ἐπιφωνία*, figura sententiarum, que summa acclamatio fit super aliqua narrata, vel probata: ab *ἐπιφωνέω acclamo*. *Quintil.* 8. 5. 11. Est enim epiphonema rei narratae, vel probata summa acclamatio: (*Virg.* 1. *En.* 37.) *Tantum molis erat Romanam condere gentem.* Adeo *eund.* 11. 1. 52.; et *Jul. Rufinian.* de *fig. sent.* et *eloc.* 29. p. 217. *Ruhnk.*

**EPIPHORA**, *æ*, *f.* 1. *ἐπιφορά*. ¶ 1. Est humoris destillatio, et in aliquam corporis partem impetus: unde morbus et dolor: ab *ἐπιφορά* *impetu feror*, *irruo*. *Cic.* 16. *Fam.* 23. Bulbus ad me scriptis tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit. *Orel-*ius *Grace* edidit. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 38. (130). Incipientem epiphora inungere. *Id.* 20. *ibid.* 12. 38. (121). Epiphora oculorum. *Id.* 21. *ibid.* 19. 74. (127). testium. *Sillig* h. l. hanc vocem omittit. *Id.*

23. *ibid.* 14. 58. (207). Ad omnes epiphoras ventris illini cascum suadent. Adde *Colum.* 5. *R. R.* 17. 8.; et *Veget.* 3. *Veterin.* 22. 3. et 5. *ibid.* 4. 48. *Schneid.* ¶ 2. Est etiam hoc nomine figura rhetorica, quoniam tempore plurium sententiarum unus atque idem novissimum ponitur. *Artif. Lup.* de fig. sentent. etc. f. Nos primum impulit Philippus, deinde descripsit nos Philippus, novissime successet idem Philippus.

**EPIPLEXIS**, *is*, f. 3. ἐπίπληξις; objurgatio: figura rhetorica. *Jul. Rusinian.* de sig. sent. et eloc. 21. p. 212. *Duhnk.*

**ÉPILOCÉ**, es, f. 1. ἐπιλοχή, implicatio. Occurrit speciatim tantum; et quidem ¶ 1. Pro diversorum metrorum connexione. *Mar. Victorin.* p. 2506. *Putsch.* Nunc de metrorum connexionibus, quas epiploas Graeci appellant, dicemus. Dicta autem epiploa, id est amplioia, a metricis, eo quod copulari metra metris diversa his adjectionibus, aut etiam translationibus videantur. ¶ 2. Est eodem nomine etiam figura rhetorica, quam plura simul copulant vel connectuntur. *Jul. Rustician.* de sig. sentent. et eloc. 1. 13. p. 44. *Ruhnk.*

**EPIRHEDIA**, II, n. 2. vox hybrida, ex Graeco  
*ēni in*, aut *super*, et Gallico *rhedā*: qua tamen nec  
Greci, nec Galli utuntur, inquit Quintil. I. 5. 68.  
Romanum suum ex alieno utroque fecerunt. Significat  
autem lorum, seu suam, et collare, quo equus ad  
rhemam alligatur. *Vet. Scholiast. Juvenal. ad Sat.*  
8. 66. exponit ornamentum *rhedā* aut *plastrum*.  
*Juvenal. ibid. de equis. tritoque trahunt epirhedia*  
*collo Segnipes, dignique molam versare Nepotis.*

ΕΠΙΣCÆNIUM, II, n. 2. ἐπισκηνίον, et

EPISCÆNOS, i. f. 2. ἐπίσκηνος, superior scæna pars, id quod supra scænam extruitur, idest columnationalis, sive contiguationum ordines: ab ἐπὶ super et σκηνὴ scæna. Vitruv. 7. 5. Praeterea supra eam (scenam) nibilominus episcenium, in quo tholi, prona, semifastigia omnisque tecili variis picturis fuerat ornatus. Id. 7. 5. Si tercia episcenos futura erit, etc.

ΕΠΙΣΚΕΨΙΣ, is, f. 3. επισκεψίς, inspectio. *V.* in CHORA.

ÉPISCÓPĀLIS, e, adject. ad episcopum pertinens, ut Episcopale solium, *Prudent.* 13. περὶ στέπ. 33. Adde *Sidon.* *carm.* l. 4. *ep.* 11.

**EPISCÓPÁLITER**, adverb. more episcopi. *Augustin.* 5. *Confess.* 13.  
**EPISCÓPÁTUS**, us, m. 4. officium, vel dignitas episcopi. *Ammin.* 27. 3. Ad rapientam episcopatus sedem ardentes. *Altij leg.* Episcopalem sedem. *Tertull.* *Baptism.* 17. Officium episcopatus.

**EPISCOPUS**, *a*, *um*, *adject.* ἐπίσκοπος. Episcopus phaselus, *h. e.* exploratorius, ab ἐπίσκοπεια *explora*, apud Cic. 14. Att. 16. Alii aliter leg. *V. voc. sec.*

**EPISCOPUS**, i. m. 2. ἐπίσκοπος. ¶ 1. Stricto sensu est inspector, preses: ab ἐπί super, et κόπειο video, dispicio. *Aread. Dig.* 50. 4. 18. § 7. Item et episcopi, qui præsent pani et ceteris venalibus rebus, que civitatum populis ad quotidianum victum usui sunt, personalibus muneribus funguntur. *Inscript.* apud *Murat.* 626. 1., quæ est apud *Orell.* 4024. C. **NIEMMIO MACRINO AGONOTHEAE EPISCOPO MAGAEENSIVI AMICI.** *Cic.* quoque simil sensu utitur, sed Graece, *T. Att.* 11. sub fin. Vult enim me Pompejus esse, quem tota hæc Campana et maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus et summa negotiis referatur. ¶ 2. Sic etiam nominantur Christiani saec Antistites, seu pontifices, qui alicujus urbis ac territorii sacris præsent. *Amian.* 15. 7. Episcopum abjecere sede sacerdotali. Adde *Augustini loc.* cit. in **SUPERINTENDO**, ubi et vocis etymoa exhibet; necnon *eund. Augustin.*, *Tertull.* et *Hieronym.* sæpe.

EPISCYNIUM, ii. n. 2. ἐπισκύνιον, supercillum. Translate *Tertull. Pall.* 4. Jamidum censorie intentionis episcylio disperso. h. e. severitate omissa, deposito nempe supercilio nimis adstricto contractoque.

ΕΠΙΣΤΑΛΜΑ, ἐτις, n. 3. ἐπισταλμα, imperatoris mandatum, ab ἐπι super et σταλλω mitto. Legitur in Cod. 7. 37. 3.

**ÉPISTÄTES**, **æ**, **m.** **1.** *épiстáтēς*, *preses*, *præ-*  
*positus* *aliqui rei*: *ab épiстáтum præfclus sum*. *Ca-*  
*to R. 36*. *Familia cibaria qui opus facient*, *per*  
*hiemem tritici modios quatuor*, *per èstatem modios*  
*quatuor semis*: *villico*, *villica*, *èstatae*, *opifilio*

modios tres. Pontedera Op. posth. T. 1. p. 277. suspectam habet vocem epistatae, totumque locum, non improbante Schneidero, ita reflogendum putat: villico, villice modios per asiam quatuor, per hie- mem modios tres. Vides igitur illud epistatae pro alieno haberit. — In certaminibus athletarum epistatae erant, qui certaminibus praerent et certaminum leges forebant. Hinc translate Tertull. Martyr. 3. Epistates vester Christus Jesus etc.

EPISTEMONICUS, a, um, adject. ἐπιστημονικός, scientiam efficiens. *Boeth.* *Aristot. Analyt. post.* 1. 2, p. 523. Demonstrationem dieo syllogismum epistemonicum, id est facientem scire, sed epistemonicum dico secundum quem, in habendo ipsum, sci-

EPISTOLA, &c. f. 1. *πιστολή*. Quod ad scriptiōnem attinet in Inscriptionibus multis apud *Gruter.*, *Reines.* et *Manut.* (cf. et *Inscript.* apud *Orell.* 3118.) plerumque legitur *epistula*: quam scribendi rationem (quae in Pandectis Florentin. dicitur esse perpetua) *Justus Fontanin.* l. 1. de *Antiquitatib.* *Hortet* c. 8. contendit usurpatam fuisse etiam optimis Latinae lingue temporibus, quod plurimis allatis exemplis confirmat *Jo. Labusius* in *Bibliot. Ital.* T. 3. p. 428. Nihilominus et librorum consensus, et vocis origo ipsa, et usus alteram per a scriptiōnem tuetur: quam praescrunt etiam *Scalig.*, *Lips.*, *Manut.*, *Dausq.*, *Cellar.* etc. — Epistola est litteræ scriptum, quod ab absente mittitur, aliecius rei significanda gratia. Vox quidem Graeca tota est, sed usi Latina facta; ab *στι* ad *επιστόλην* mitto (It. *lettera*, *epistola*; Fr. *lettre*, *épître*; Hisp. *carta*, *misiva*, *epistola*, *despacho*; Germ. *d. Zuschrif*, *d. Brief*; Angl. *a letter*, *an epistle*). Epistola ¶ 1. Proprie significat ipsam chartiam obsignantem et aliqui missam, seu, uti ajunt scholastici, *materiale*: litteræ autem sensum ipsum, seu *formale* ipsius epistola. Cic. 3. ad *Q. fr.* 1. 3. Venio nunc ad tuas litteras, quas pluribus epistolis accepi. h. e. Italice in pīli plichi. ¶ 2. Ceterum alterum frequenter pro

pro pueris. — 2. Ceterum alterum frequenter pro altero ponitur. — a) Generatio. *Plaut.* *Asin.* 4. 1. 16. Aut quod ita dicat peregre allatam epistolam, ne epistola quidem ulla sit in aedibus, nec ceraea adeo tabula. Adde eundem *Bacch.* 3. 6. 22. et *Mil. glori* 4. 6. 10. Ter. *Phorm.* 1. 2. 17. Pellicere aliquem per epistolam. *Cato* apud *Jul. Rufinian.* de figur. 6. p. 199. *Ruhnk.* Antiochus epistolis bellum gerit, calamo et utramque militat. *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 1. 13. Illud quod est epistolæ proprium, ut is, ad quem scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat etc. *Id.* 2. *Fam.* 4. Epistolarum genera multa esse non ignoras, etc. Reliqua sunt genera duo: unum familiare et jocosum, alterum severum et grave. *Id.* 9. *Ibid.* 21. Quid simile habet epistola aut iudicio, aut contionis? et *Ibid.* Epistolas quotidianiis verbis texere solennus. *Id.* 1. *Att.* 20. Cincius eam mihi abs te epistolam reddidit, quam tu *Ibid.* Februariorum: ei epistola litteris his respondebo. *Id.* 6. *Ibid.* 3. post med. *Q.* Cicero legit epistolam inscriptam patri suo. h. e. missam, datam. *Id.* 2. *Ibid.* 11. Isti puer da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum. *Id.* *Ibid.* 12. O suaves epistolas tuas, uno tempore mihi datas, duas! *Horat.* 2. *Ep.* 2. 20. Dixi me pigrum proficiensenti tibi, dixi Taliibus officiis prope mancum, ne mea servus Jurgares ad te quod epistola nulla rediret. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 1. Haec mea, si casu miraris, epistola quare Alterius digitis scripta sit; rarer eram. *Nepos Att.* 20. Interdum jocans ejus verbosiores eliciebat epistolam. Cf. *Juvenal.* 10. 71. verbosa et grandis epistola venit A Capreis. *Sueton.* *Aug.* 72. Epistola autographa. Adde eundem *Ibid.* 76., *Cal.* 8. et *Tib.* 21. *Id. Domit.* 13. formalis. *Id. Claud.* 35. contumeliosa. *Id.*

*Cæs. 56. Epistola quoque ad senatum extant, quæ primus videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse, quam ante Coss. et duces non nisi transversa charta mitterent. Quintil. 1. 1. 29. Epistolas secretæ et familiares. Id. 9. 4. 19. Oratio soluta, qualis in sermone et epistolis. Id. 11. 1. 21. In epistolis aliquando familiariter apud amicos de eloquentia sua (Cicerio) dicit. Plin. 7. Hist. nat. 25. 25. (91). C. Cæsar solitus epistolas quaternas pariter librariis dictare. Alter Plin. 5. Ep. 6. ad fin. Non epistola que describitur sed villa quæ describitur, magna est. Id. ibid. 7. Sermonem vultus, gestus, vox ipsa moderatur: epistola omnibus communi-*

menditionibus destituta malignitati interpreatio nis exponitur. Seneca *Ep. 45.* tñ fin. Sed ne epistolæ modum excedam, quæ non debet sinistrâ manu legentis implere, etc. Fronto 2. ad *M. Cœs.* 1. ad fin. Epistolam matri tue scripsi, tamque epistolæ ad te scriptæ implieui. h. e. Italice compiegai. Id. 3. ibid. 13. Cogitans quantum ex epistolis scribendis laboris caperes, proposituram parcius te appellare. — Recitat palam epistolæ ad se ab aliquo amico

missas, offensione aliqua interposita, est nihil aliud, quam tollere e vita vita societatem, tollere amicorum colloquio absentium. Ita Cic. 2. *Phil.* 4. 7. de M. Antonio. — b) Jungitur plurimis Verbis, quorum præcipua, servato litterarum ordine, exhibentur. *Nepos Pausan.* 4. accipere epistolam ab aliquo ad aliquem. *Curt.* 7. 2. accipere ab aliquo. *Nepos Pelop.* 3. afferre epistolam. *Cic.* 12. *Att.* 1. a med. compilare. *Tac.* 3. *Hist.* 63. compoñere. *Cic.* 10. *Att.* 12. concerpere. *Id.* 1. *ibid.* 20. et alibi spe dare plicui. *Ces.* 5. *B. G.* 46. deferre. *Plin.* 5. *Epi.* 6. ad fin. deponere, interquiescendi causa. *Cic.* 7. *Att.* 13. *extr.*; et *Sueton.* *Tit.* 6. dictare. *Cic.* 15. *Att.* 1. exarari. *Id.* 13. *ibid.* 26. efficiere. *Id.* 6. *ibid.* 5. *extr.* facere epistolam longiorem. *Curt.* 7. 2. 16. ferre epistolam ad aliquem. *Nepos Att.* 7. imperare pecunias per epistolas. *Curt.* 3. 6. 7. imprimere epistolam anuli sigillo. *Ces.* 5. *B. G.* 46. intercipere. *Nepos Pausan.* 4. laxare vincula epistolæ. *Curt.* 6. 9. 13. legere. *Plaut.* *Bacch.* 3. 6. 32.; *Nepos Theomist.* 9. et *Att.* 16.; *Sueton.* *Ces.* 56. *extr.*; et *Quintil.* 3. 1. 18. mittere epistolam ad aliquem. *Nepos Pausan.* 2. mittere aliquem cum epistola ad aliquem. *Flor.* 2. 12. 10. notare nomen suum epistolæ. *Sueton.* *Fesp.* 21. perlegere epistolam. *Cic.* 5. *Verr.* 69. 163.; *Curt.* 6. 9. 13.; et *Sueton.* *Claud.* 25. recitare. *Curt.* 3. 7. 14. reddere. *Sueton.* *Tit.* *Horat.*; et *Quintil.* 1. 6. 19. et 10. 1. 30. scribere ad aliquem. *Sueton.* *Aug.* 50. signare. *Cic.* 15. *Att.* 4. a med. et *Nepos Hann.* 11. solvere epistolam. *Curt.* 7. 2. 25. solvere vinculum epistolæ. *Cic.* 2. *Phil.* 31. 77.; et *Curt.* 3. 7. ad fin. tradere aliqui.

— c) Quemadmodum littere pluri. num. epistolam significant: ita haec ipsa vox plur. num. interdum de unis litteris usurpatur. *Justin.* 1. 6. 1. *Lectionis* illae epistolis etc. *Id.* 11. 12. 9. Scribit Itaque et tertias epistolatas. Addit eundem. 17. 2. 9. et 20. 5. 12.; et *Plin.* 10. *Ep.* 5. et 15. *Mamertin.* *Grat.* *act.* *Jul.* 9. Scire satis est cunctas Macedoniæ, Illyrici, Peloponesi civitates unius aut binae epistolis maximi imperatoris repentinam induisse novitas mœnibus juvenitatem. — d) *Epistolaram officium* memoratur a *Sueton.* *Vit. Horat.* Augustus epistolârum quoque ei (*Horatio*) officium obtulit, et hoc ad Mæcenatem scripto significat: Ante ipse sufficiebam scribendis epistolis amicorum: nunc occupatissimus et infirmus Horatium nostrum a te cupio abducere. Veniet igitur ab ista parasiticâ mensa ad hanc regiam, et nos ab epistolis scribendis adjuvabit. — Hinc dicitur ab epistolis aliquibus qui conscribendis epistolis illi inseruit, Italico ille secretario. Habetur apud *Sueton.* *Claud.* 28. et in *Inscriptionibus multis* apud *Gruter.*, *Reines.*, *Manut.* et *Orell.* Sic *Tac.* 15. *Ann.* 33. de *J. Silano Torquato*. Accusatores obijicunt, eam libertos habere, quos ab epistolis et libellis et rationibus appellebant. *Spartian.* *Hadrian.* 23. docet Hadrianum ab epistolis et a libellis equites Romanos primum habuisse. — Dicitur etiam *magister epistolaram*, sub se habens alios, qui ab epistolis sint. *Spartian.* *Hadrian.* 11. *Suetonio Tranquillo*, epistolaram magistro, successorem dedit. ¶ 3. Imperatorum rescripta et iussa, quod per epistolas plerunque edebantur, epistole dicuntur. *Plin.* 10. *Ep.* 66. et 71.; *Frontin.* *Aqueduct.* 105.; et sæpe in libriss *Digestor.*

EPISTOLARIS, e, adjective, ad epistolam pertinens, ut Epistolaris charta, *Martial.* 14. 11. in *lemmate*, h. e. In qua epistolas scribuntur. *Augustin.* Ep. 5. ad *Marcellin.* *Epi*stolare colloquium. *Cassiod.* 6. *Variar.* 3. *Epistolaris sermo.* Id. 10. *Ibid.* 12. *Epistolaris series.* — Hinc

*E*pistolarēs, iūm, m. plur. 3. absolute, substantivorum more, apud *Impp. Theodos. et Valentin.* Cod. 7. 42. 32. sunt officiales conscribendis imperatorum epistolis, rescriptis actisque sacri auditori destinati.

*Epistolaris*, is, fem. gen. absolute, est quæ Jovis editio hominibus punciat, apud Capell. 9. c. 304.

**EPISTOLARIUS**, a, um, adject. idem quod epistolari. *Ennod.* 1. *Ep.* 22. Ad morem scriptioris epistolari me reduco. — Hinc

*Epistolarius*, i, m. 2. absolute, substantiaverum more, qui afferit epistolam. *Satian.* 5. *Gub.* D. 7. Venient plerumque novi nuntii, novi epistolarii a summis sublimitibus missi.

**EPISTOLICUS**, a, um, adject. epistolari, ut Epistolicae quaestiones. *Gell.* 14. 7. et 8., ubi citat *Farron* librum eo titulo. Item 7. 10., ubi eadem inscriptione librum *Catonis* appellat. Unde apparet ab illis quoque eam vocem fuisse usurpatam.

**EPISTOLIUM**, ii, n. 2. diminut. *ἐπιστολήν*, parva epistola. *Catull.* 68. 2. Conscriptum hoc lacrimis mittis epistoliuum.

**EPISTOMIUM**, ii, n. 2. *ἐπιστόμων*, instrumentum æneum, vel alterius materiae, in quo est vestibulum pertusum, quo, prout hoc, aut illo modo versatur, clauduntur et aperiuntur ora salientium ac fistularum: ab *ἐπιστολίῳ* os obstruo, quod ab *ἐπι* et *στόμα* os. *Seneca Ep.* 80. Nisi aquam argentea epitomia effuderent. Adde *Vitruv.* 9. 6. *sub fin.* et 10. 13.; *Farron.* 3. R. R. 5. 16.; et *Ulp. Dig.* 19. 1. 17. *ad fin.* Ubique autem alii male reputant epitomium, et alicubi pessime epitomium.

**EPISTRATEGIA**, a, f. 1. *ἐπιστρατηγία*, jurisdictio supra strategos, seu praefectos provinciarum, seu nomorum Ægypti: ab *ἐπι* super et *στρατηγία* prefectura. Hujusmodi vero jurisdictio militaris erat civilisque; similis fortasse illius, quam exarchæ in Italia exercuerunt: *V. Peyron. Papir. part.* 1. p. 64. *Inscript.* apud *Murat.* 686. 6. et 1096. 3., quæ est apud *Orell.* 516. C. *CAMVRI* G. F. *LEM. CLEMENTI* *RAEF. FABR.* 111., *RAEF.* 1. D. *IMPER. CAR. TRAJANI* *AVG.*, *PROC. AVG. EPISTRATEGIÆ SEPTEM NOMOR. ET ARSINOITÆ* scil. procuratori augustali epistrategia septem nomorum (h. c. *Ἐπτανησίδες* in media Ægypto), et Arsinoitæ (h. c. noni, qui Arsinoites appellatus est ab Arsinoe ejus urbe primaria ad lacum Mæridem; Italice procuratore imperiale presso il governo dei sette-dipartimenti, e di quello di Arsinoe).

**EPISTRATEGUS**, i, m. 2. *ἐπιστρατηγός*, praefectus provinciæ aliquius in Ægypto. *Inscript.* apud *Gruter.* 130. 1. M. *ARTORIUS* M. F. *PAL. PRISCTIS* *MONTIS BERENICIDIS*, *FLAM. DIVI AVG. PATR. COL.* *EPISTRATEG. THEBAIDIS* etc. Apud *Gruter.* loc. cit. et *Smel.* 33. 1. mutulus est Iapis, ibique. . . . *RAT-EG.* legitur et apud *Apian.* p. 229. integre *EPISTRATEG.* Al. *A. Peyronius* in *Papir. Gr. part.* 1. p. 67. putat strategus legendum, eundemque epistratego Thelaïdis vicarium operam in universa epistrategia præsulisse. *Orell.* n. 3881, eamdem referens *Inscript.*, legendum putat *epistrategus*.

**EPISTRÖPHE**, es, f. 1. *ἐπιστρέψῃ*, figura est, quoniam in eadem verba plures designunt sententia. Latine *conversio* dicitur. Graeca vox et Grece usurpanda: ab *ἐπιστρέψῃ* *concerto*. *Jul. Iamen Rusinian.* de schem. lex. 16. p. 238. Letine usurpat.

**EPISTYLIUM**, ii, n. 2. *ἐπιστύλιον*, trabs, quæ summis columnis, superque eorum capitulum transversa imponitur, et omnes tecti trabs susinet: ab *ἐπι* super et *στύλην* columnam: item in lapideis architecturis incenbrum illud supra capitulum, quod eam trabem refert. *Vitrav.* 3. 5. *ad fin.* Membra ornata, quæ supra capitula columnarum sunt futura. Id est epistylia, zophori, cornuae, lynnæ, etc. Adde *eund.* 4. 3. et 10. 6.; *Farron.* 3. R. H. 5. 11.; *Plin.* 36. *Hist. nat.* 14. 21. (96); *Paul. Diac.* p. 82. 11. *Müll.* et *Ibid.* 15. *Orig.* 8. 15. *Inscript.* apud *Orell.* 3278. *SATELLIA* M. F. *ANVS APODYTEMUM AD NOVITATEM RUSTITUIT EPISTYLIS CETERISQUE MAR- MORIEBUS ORNAVIT.*

**EPISYNALOEPHIA**, a, vel  
**EPISYNALOEPHÉ**, es, f. 1. *ἐπισυναλοεψή*, figura eadem que synæresis, quoniam duas vocales in unam contrahuntur, et quodammodo conglutinantur: ab *ἐπι* et *συναλοεψή* *commisceo*, confundo. Graeca vox et Grece adhibetur a *charis*. 4. p. 249. *Putsch.* et *Diodor.* 2. p. 437. Latine autem a *Priscian.* de metr. *Terent.* p. 1322. *Putsch.* Grebris syphalophis et episynalœphis. Adde *Isid.* 1. *Orig.* 16. et *Ibid.* 34., in quo postremo loco episynalœpha legitur Latine positione.

**EPIAPHIOLUM**, i, n. 2. diminut. ab epitaphium, breve epitaphium. *Epotapholum* legitur in *Inscript.* apud *Murat.* 162. 2., quod ipse perpetrat

interpretatur epitaphiolum, quoniam legendum sit *epi-potaphiolum*, quoniam vocem *V.* suo loco.

**EPIAPHISTA**, a, m. 1. *ἐπιαπίστης*, epitaphiorum scriptor. *Sidon.* 1. *Ep.* 9. *ad fin.* Epitaphista-num nenia.

**EPIAPHIUM**, ii, n. 2. *ἐπιαπίστην*, inscriptio, quæ sepulcrum inicitur in laudem defunctorum: ab *ἐπι* super et *τάφος* sepulcrum. *Auson.* in *præf.* *Epitaph.* verit *títulos sepulcrales*. Sic *Inscript.* apud *Orell.* 4518. IN BOC EPIAPHIUO MACERIA CIN-CUTVM etc. An cepotaphio legendum? V. et voc. seq.

— Quomodo differat ab epicedio, V. in *EPICE-DION*.

**EPIAPHIUS**, ii, m. 2. *ἐπιαπίστης*, subaudi λέγεται, oratio in mortuorum laudem. *Cic.* 5. *Tusc.* 12. 36. Quid vero? in Epitaphio quo modo idem? etc. Designat hic *Cic.* opusculum *Platonis*, quod inscribitur Μενεγένες, ἡ ἐπιαπίστης, continet orationem in defunctos Athenienses, qui in bello pro patria vitam dederant: de qua loquitur et in *Orat.* 44. 151. Ceterum *Forcellinus* apud *Cic.* loc. cit. vocem neutro genere accepit.

**EPIAPASIS**, is, f. 3. *ἐπιαπάσις*, ab *ἐπιαπάσιον* intendo, intentionem et emphasis significat apud grammaticos. — In comedii dicitur illa pars turbulentia et contentiosa ante catastrophem. *Donatus præf.* *Andr. Terent.* Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophe pœne tragica. *Id. de trag. et co-mœd.* Comœdia per quatuor partes dividitur, prodigum, protasin, epitasin, catastrophem. Epitasis est incrementum processusque turbaram ac totius, ut ita dixerim, motus erroris. Adde *Not. Tir.* p. 124., ubi tamen mendose legitur *epytarsis*.

**EPIPHALAMÍUM**, ii, n. 2. *ἐπιφαλάμων*, carmen nuptiale; ab *ἐπι* super et *φαλάμων* thalamus. Solebat autem cantari a puellis, sponsam in thalamum comitantibus. *Quintil.* 9. 3. 16. Catullus in *Epithalamio*: dum innupta manet, dum chara suis est. Summit hoc *Quintil.* ex v. 45. *carm.* 62. quod inscribitur *Carmen nuptiale*. *Trebell. Poll. Gallien.* 11. Hujus est illud epithalamium, quod inter centum poetas præcipuum fuit. et mox. Quoniam omnes poetae Greci Latinique epithalamia divisisserunt.

**EPIPHÉGA**, a, f. 1. *ἐπιφέγη*, additio, adjecitio: ab *ἐπι*-*φέγη* adjungo. *Plaut. Trin.* 4. 3. 18. Nisi etiam laborem ad dænum apponam epithecam in-super.

**EPIPHÉMA**. *Atis.* n. 3. *ἐπιφέγξα*, medicamentum, quod exterius imponitur: ab *ἐπι*-*φέγξη* *impono*. *Scribon. Compos.* 160. Epiphemate uti oportet. *Theod. Priscian.* lib. 2. part. 2. c. 8. Adhibeo epithemata simili sub virtute operantia, que calefacientia loca desiccare contendant. Adde *Marcell. Empir.* 20.

**EPIPHÉMATICUM**, ii, n. 2. *ἐπιφέγξιον*, parvum epithema. *Marcell. Empir.* 20. *circa med.* et 27. ext.

**EPIPHÉRAPEUSIS**, is, f. 3. *ἐπιφέγξεως*, nomen rhetorice exornationis, qua dictum aliquod atrocius non emendatur leniterve, sed subiecta ratione confirmatur. Exemplum afferit *Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 2. *Verr.* 9. 27. p. 140. 1. *Buit.* An me taciturn tantis de rebus etc. Graece possit ipsam vocem interpretari obsequium, quasi orator tam sit veritatis amans, ut in ejus obsequium invidiam ejus quem dicto haserit, subire non dubitet.

**EPIPHETON**, i, n. 2. *ἐπιφέγξη*, adjectivum, appositum, vox alteri addita explicandi, designandi atque illustrandi gratia. *Quintil.* 8. 3. 20., 8. 2. 20. et 21. *APPPOSITUM*. *Tertull. Pall.* 4. *Scybalos-pittellerij*, qui totam epitheti sui sortenti cum mulierib[us] culta compensavit. h. e. Hercules, qui *σκυβάλη*, clava et sagittis armatus et pelle leonina induitus furebat. — De epithetis Virgilianis multa *Macrobi.* 6. *Saturn.* 5., ubi et vocem Latine usurpat. — Ne audias *Servium*, qui ad *Verg.* 3. *Ecl.* 38., et ad 3. *En.* 70. vitiōsum esse ait in Latinitate, si duo epitheta uni substantivo jungantur. Multa collegit *Broulus*. ad *Tibull.* 3. 5. 22. ex probatis auctoribus, qui nullum in ea re vitium agnoverunt.

**EPIPHYMON**, i, n. 2. *ἐπιφέγξης*, flos thymi. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 35. (55). Alyum purgat epithymon, qui est flos e thymo, satureja similis. Adde *eund.* *Ibid.* 11. 66. (106). et 12. 81. (130).

**EPIPHÉMESIS**, is, f. 3. *ἐπιφέγξης*, Graeca vox exprobationem significans, quæ occurrit tantum apud Rhetores ad figuram designandam. *Jul. Rusinian.*

de fig. senti. et eloc. 21. p. 212. *Ruhnak.* et de schem. dian. 7. p. 271.

**EPIPOGUM**, ii, n. 2. anictus, qui supra togam gestatur. Vox hybrida ex Graeco *ἐπι* super, et Latino toga. Afferit *Quintil.* 1. 5. 68. in exemplum vocis ex duabus Graeca et Latina constatæ. In *Not. Tir.* p. 157. legitur epitogum.

**EPIPOLUM**, ii, n. 2. sella balnearis: etymon vocis ignotum est. Vox a Lexico expungenda: occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 158. et 184.

**EPIPOMA**, a, f. 1. *ἐπι*. *EPITOME*.

**EPIPOMA**, atis, n. 3. *ἐπι*. *EPITOME* in fin.

**EPIPOME**, es, et positione Latina epitoma, a, f. 1. *ἐπιτόπη*, fili quanti pluribus resectis, id, quod fuse pluribus dicebatur, paucis complectimur, et brevius facimus, summa tantum capita per sequentes: ab *ἐπιτόπῳ* *amputo*, abbrevio. *Cic.* 12. *Att.* 5. Conturbat me epitome Brutii Fanniana, an Brutii epitoma Fannianorum. h. e. historie Fannii. Similiter *Id. Cic.* 13. *ibid.* 8. Epitomen Brutii Cannorum velini mihi mittas. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 10. Diophanes totum Dionysium, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscriptis. *Auson. Epist.* 19. post vi. 10. Cogere aliiquid in epitomen. *Id. proem.* ad *period.* *Iliad.* In epitomæ speciem, bellii Troici causam apparatusque retevere.

**EPIPOMO**, as, avi, atum, are, a, 1. Part. *Epitomatus*. — Epitomo est in epitome redigo. *Trebell. Poll.* XXX. *Tyrann.* 30. *de Zenob.* *ad fin.* Historia Alexandrina ita perita, ut eam epitomasse dicatur. *Neget.* 1. *Milit.* 8. *extr.* Nihil mihi auctoritatis assumo, sed horum, quos supra retuli, quæ dispersa sunt, velut epitomata conscribo. *Januar. Nepotian.* in *epist.* *ad Victor.* (habetur in *Biblioth. Latin. Fabric.* L. 2. c. 5.) et est procœnum epitomes *Falerii Max.* Et quoniam integræ fere in occulto sint, præter nos duo, profecto nemo epitomata cognoscet. — Ex duobus his locis alii epitoma, atis, n. 3. adstruere conati sunt. At altera lectio ex eo confirmatur, quod in *Digestis* sapissime citantur *Labeonis* libri *περὶ τῶν ἀνθρώπων* (h. e. *probabilium*) a *Paulo epitomatorum*, et libri posteriorum a *Javoleno epitomatorum*. V. Indicem *Wielingii*. Hinc patet, bac vorum et *Justiniani Aug.* et superioribus etiam temporibus fuisse usurpatum.

**EPIPONICUM**, ii, n. 2. *ἐπιφέγξιον*, ab *ἐπιφέγξιον* intendo, significat instrumentum, quo aliquid intendantur, quale est, quo in manubrio lyre intenduntur fides; aut lignum illud rotundum, quo in machinis involvatur atque intenduntur funes; et a similitudine etiam verthilbum, cuius conversionibus aqua e fistulis emittitur, aut clau liter. Postrema haec significatio legi putatur apud *Farron.*, *Vitruv.* et *Cleop.* locis citatis in *EPISTOMIUM*, quod postremum unice probandum; nam a Graeci quidem scriptoribus *ἐπιφέγξιον* sepe fuisse priori significacione usurpatum ostendit. *Schneiderus* ad *Vitruv.* 10. 13., a Latinis vero nunquam epitonium.

**EPIPOXIS**, id, f. 3. *ἐπιφέγξις*, a *Vitruv.* 10. 15. dicitur ut pars casæ in catapulta. quæ telum suscitit. — A *τέλεων*, quod arcum significat, derivatur.

**EPIPHÆZICUS**, ii, m. 2. *vel*, ut alii malunt

**EPIPHÆZICUS**, a, un, adject. *ἐπιφέγξιος*, ab *ἐπι* super et *φέγξη* mensa. *Hercules* epitaphæzicus inscribitur *Silva* 6. lib. 4. *Statii*, in qua describitur et laudatur mensuram vas, quod profecto, ut Itali dicunt, *ad uso di dessert* inserviebat, opus *Lysippi* referens *Herculem* dextra poculum, sinistra clavam tenentem, substrata pelle leonis. Laudatur etiam a *Martial.* 9. 44. unde lut magna *Statiano* carmine accedit. Hanc *Herculis* statuanum *Lysippus* *Alexandro M.* fererat; habuit deinde *Hannibal*, deinde *Sulla*; *V. Cavedoni Sagg. numism.* p. 143. n. 33.

**EPIPHÆPONTES**, ium, m. plur. 3. *ἐπιφέγξιον*, permitentes; particip. ab *ἐπιφέγξιον* permisito. Ia apellata est una ex comedii *Menandri*, cuius membra *Quintil.* 10. 1. 70. et *Sidon.* 4. *Ep.* 12.

**EPIPHÆTOS** vel *Latina positione*

**EPIPHÆTUS**, i, m. 2. *ἐπιφέγξης*, (*V.* et voc. seq.). Numerus epithetis (qui *Vitrur.* 3. 1. *tertiarius* dicitur: alii autem leg. *ad tertiarium*, ut Graecam vocem proprius voluerit exprimere) est qui habet totum aliquem numerum et ejusdem partem tertiam, ut quatuor ad tres, duodecim ad novem, quadragesima ad triginta, Haec *Gell.* 18. 14. et *Macrobi.* 2. *Sonn. Scip.* 1. *V. SESQUITERIUS*. — Hinc Epititus

pes, qui et *hippius* dicitur, constat quatuor syllabis, quarum una est brevis, longa reliqua: qua quidem brevis si priore loco sit, est epitritus primus, ut *sacerdotes*: si secundo, secundus, ut *innocentes*: si tertio, aut quarto, tertius quartusque dicitur, ut *discordie*, *consolamur*. Hac *Diomed.* 3. p. 477. *Putsch.*

**EPITRITUS**, a, um, adject. in re metrica ocurrat, eodem sensu, quo epitritus pes in vor. preced. *Donat.* p. 1740. *Putsch.* Excepto amphibracho et epitrito, quem metri informem et incognitum indicant. Quorum alterum tripla, alterum epitrita divisione partimur.

**EPITRÖCHASMOS** vel *Latina positione*

**EPITRÖCHASMUS**, i, m. 2. ἐπιτροχασμός, est figura, qua res magnas diversasque celeritate quodam percurrentur: a τρέχει κύρον. Tale est illud Cæsaris apud *Sueton.* 37. Vidi, vici. Sed vox Graeca est: Latinis tamen litteris occurrit apud *Aquilam Rom.* de fig. sent. et eloc. 6. p. 148. Graece vero *Donatus* ad *Ter. Phorm.* 2. 3. 43. ἐπιτροχασμός est verborum super se invicem effusio, qua sit adversarii turbandi causa. *V. PERCURSIO.*

**EPITRÖPE**, es, f. 1. ἐπιτρόπη, vox Graeca, ab ἐπιτρέπω committo, permitto, figura est, Latine concessio, qua orator alio rei valde confidens, iudicii permittit, ut quemadmodum sibi visum fuerit, de ea constituit. Item quam orator sicut permittit iudici aliiquid, certo sciens non amplexurum. Item quum, re manifesta, permittit iudici, ut quo nomine liberetur, appellat. Graece habet *Charis.* 4. in *fin.* *Putsch.* Latine *Jul. Rasinian.* de fig. sent. et eloc. p. 216; et *Rutti.* *Iup.* 2. 17.

**EPITRÖPOS** vel *Latina positione*

**EPITRÖPUS**, i, m. 2. ἐπιτρόπος, procurator, villicus. Vox Graeca ab ἐπιτρέπω curse aliquis tradit. *Auson.* epist. 22. 1. Philom., meis qui villicatus praeditis, Ut ipse vult, epitropos. Nam gloriosum Graeculus nomen putat. Quod sermo sucat Doricus. — *NE.* De cogn. Rom. *V. ONOM.*

**EPITYRUM**, i, n. 2. ἐπίτυρον, genus edulii ex oleis conditum. *Cato R. R.* 119. Epityrum album, nigrum, variisque sic facito. Ex oleis albis, nigris, varisque nucleos ejicito. Sic condito. Concido ipsas. Addito oleum, aectum, coriandrum, cuminum, seneicum, rutam, mentam. In oculum condito. Oleum supra siet, ita ultor. *Colum.* 12. *R. R.* 47. 9. paullo altero hoc idem describit, additique hoc genus conditur in civitatibus Graecia plerunque usurpari: quod scribit etiam *Varr.* 7. L. E. 86. *Müll.*, ubi haec asterr verba *Plauti* (*Hil. glor.* 1. 1. 24). Si unum epityrum estur insane bene. Videatur esse a πετυποτή, id est, quod genus olea est. Alli probabilius putant ita dici, quod επί τυρόν, post caseum, vel una cum caseo, mensa inferebatur.

**EPICRUS**, i, m. 2. ἐπικρός, opud Graecos inspectorem et custodem significat. Translate est passillus, qui aliquibus rei servandas et sustentandas causa affligitur. *Pallad.* 12. *R. R.* 7. 14. de pruno. Oleaster epiumur infige radici. *V. EPIGRÜS.* In *Gloss.* ἐπικρός est sudes.

**EPIZEUXIS**, is, f. 3. ἐπίζευξις, figura est, qua unam vocem sine intervallo repetit, cum vehementia affectus et inquietu pronunciationis: Latine *con-duplicatio*, ut illud *Horatii Epod.* 6. 11. Cave, cave: namque in malos aspernitus Parata loto cornua. Ab ἐπίζευξις adiungo, conjungo. *Charis.* 4. p. 250. *Putsch.* *Diomed.* 2. p. 440. et *Donat.* *Schemat.* p. 1774, sed omnes Graece; Latine unus *Isid.* 1. *Orig.* 35. 10.

**EPIZYGIS**, idis, f. 3. ἐπίζυγις, ab ἐπίζευξις insuper innecto: apud *Vitriv.* 10. 17. volunt esse ferreum articulum, qui orificio modioli appositus transverso nervos coolinet, dum in ipsa modioli versione torquentur atque intenduntur. *Bald.* in *Lex. Vitriv.*

**EPHÖLUM**, ii, vel

**EPHÖLUM**, i, n. 2. videtur esse sumptus annuus, vel totius anni, quasi ἐπί οἶκον επειτα, sive quæcumque in annum ferme solidum integrum usum præstant et conduntur. *Imp. Honor.* et *Theod.* Cod. *Theod.* 16. 10. 20. § 2. Ea autem, qua multiplicibus constitutis ad venerabilem Ecclesiam voluntus pertinere, Christiana sibi merito Religio vindicabit, ita ut omnis expensa illius temporis ad superstitionem pertinens, qua jure damnata est, omniaque loca, qua Frediani, qua Dendrophori, qua singula quoque nomina et professiones gentiliacæ te-

nuerunt epholis (*al. leg. epholis*) vel sumptibus deputata, fas sit, hoc errore summoto, compendia nostra domus sublevare.

**EPÖDES**, um, m. plur. 3. pisces marini, lati generis, quorum nude meminere *Ovid. Halieut.* 127., et ex eo *Plin. 32. Hist. nat.* 11. 51. (152).

**EPODICUS**, a, um, adject. ἐποδίκης, ad epodion pertinens. *V. ODICUS* in fin.; ubi epodicus falsa esse lectionem, seu potius clarissimi *Furlanetto* conjecturat ex cl. *Quicherat* facile patet.

**EPÖDOS**, i, ἐπόδος, ab επί et αἴδη cano. *Diomed.* 3. p. 482. *Putsch.* Epodi dicuntur versus quotilibet modo scripti, et sequentes clausulas habentes particularum, quales sunt epodi Horatii, in quibus singulis versibus singulae clausulas adiunguntur, ut (*Epod.* 15. 1.) *Nox* erat, et crelo lucebat luna sereno, deinde *Inter minora sidera* et (*Epod.* 16. 1.) *Altera jam teritur bellis cirribus celas.* deinde *Suis et ipsa Roma viribus ruit.* et quicunque sunt similes. Dicti autem epodi οὐενέδης, a partibus versuum, qua legitimus et integris versibus ἐπόδοται, idest accinuntur. Hac *Diomed.*, cui accedit *Terrantian de metr.* p. 2422. Talis epodos erit: *Tibia docta, precor, tandem mihi dicere versus Desine Menatios.* Hoc doctum Archilochem tradunt genio magistri: Tu mihi, Flaccus, sat es. Alter *Mar. Victorin.* 1. *Grammat.* p. 2501. Antiqui deorum laudes carminibus comprehensas, circum aras eorum euntes, canebant: cujus primum ambitum, quem ingrediebant ex parte dextra, στροφὴ, strophon vocabant: reversionem autem sinistrorum factam, completo primo orbe, antistrophen appellabant. De in in conspectu deorum soliti consistere, cantici reliqua prosequabantur, appellantur id epodon. Nam epodos est tertia pars, aut periodus lyricæ odes. Igitur quae post στροφὴν strophon, et αντιστροφὴν antistrophen, ἐπόδοται dicibant. *Ἐπόδεις* quidem est supercanere. Hinc sumptum vocabulum in his epodos, qua binos versus impares habent. Nam ut illa canticum finiebant, sic haec sensum verso insequenti. *Hactenus Victorin.* Verum haec, quod ad *Horat.* speciat, improbat *Scalig.* l. 1. *Poet.* c. 44. Ideo autem ait, *Epoden inseriri librum Horatii*, quia post quatuor odorum libros illum addidit, quasi post odas, ab επί post et ψῶν ode. *Torrentius* vero rejecta *Scaligeri* sententia, quod constet multas priorum librorum, et omnes sere libri IV, odas post Epoden ab *Horatio* suis editis. opinatur, nomen habere ab incantationibus, quae in eo libro (*Od.* 5. 17. et 18.) descurbuntur. Nam ἐπόδος Graecæ incantator dicitur, et ἐπόδεις est etiam incantare. Alii putant, quod *Horat.* in prioribus libris Alcæum et Sapponem imitatus sit, in isto autem Archilochem, qui prius dicitur epodos invenisse. Dubium tamen est, *Horatius* ne, an ali titulum illum ei libri apposuerint. In eo quoque titulo lis est. utrum sit epodon ἐπόδον genit., an epoden ἐπόδος, *Victorinus loc. cit.* semel atque iterum ester feminino genere, *Ausonius* masculino epist. 16., ubi paucos epodos appellat carmen iambicum constans centum amplius iambis dimetris: cujusmodi sunt breviores versiculi in epodis *Horatianis*. — Quidquid tamen sit de sententia tum *Mar. Victorini*, tum *Scaligeri* et *Torrentii*, quem certo constet, Archilochem iamborum inventorem ejusmodi quoque iam horum genus invenisse, quos ἐπόδοις appellaret, teste *Plutarch. de music.*, quia in illis, ut *Diomed. loc. cit.* affirmit, versuum partes, h. e. versus breviores legitimis et integris versibus ἐπέχονται, h. e. accinuntur: *He-phæstion* vero de metr. c. 12. haec habeat: ἐπόδει δὲ κακούριον, ἔταν μεγάλης στήχη περιττῆς τοποθέτης; ipse tandem fateatur *Horat.* 1. *Epist.* 19. 23. Parios ego primus iambos Ostendi Latio, numeros animosque secutus Archilochi, non res et agentia verba Lycamben: et ejus libri Epoden (h. e. ἐπόδον) carmina continet mortuaciora, coque metri genere exarata; nemo profecto eat infinitas. *Horatium* ea carmina ita appellasse, quia Archilochi exempliar in hisdem secutus fuerit. Hac itaque ratione epodi et iambi unum idemque significant. — In recto easu siug. epodos habetur apud *Quintil.* 10. 1. 96. Quamquam illi (iambi) epodos intervenire reperiatur.

**EPOGDÖUS** Numerus, ἐπόδος, h. e. super octavos, est qui intra se habet minorem numerum, et insuper ejus octavam partem, ut novem ad octo, quia in novem et octo sunt et insuper octava pars eorum,

idest unum. *Macrobi.* 2. *Somn. Scip.* 1. a med. Sic *Capell.* 2. p. 27. Novem vero ad octo epogdoi numeri efficiunt junctionem. *Id.* 9. p. 322. Est autem tonus in epogdoi ratioe. *V. SESQUIOCTAVUS.*

**EPOL.** *V. EDEPOL.*

**EPÖLÖNOS** dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. *Paul. Diac.* p. 78. 11. *Müll.*

**EPOMPHÄLJON**, ii, n. 2. ἐπομφάλιον. *V. EPI-NEPHRIDIUM.* Sic legitur apud *Theod.* *Priscian.* lib. 2. part. 2. c. 17. Epomphalion ex lupinorum farina. *Ibid.* paullo post eadem vox recurrit, sed Greco litteris.

**EPOPS**, ὄψις, m. 3. ἐπόψις, upupa, avis in quam conversu fuisse Tereum Thracia regem, fabule narrant. *Virg. Cul.* 232. Orbis Epops mox voleres evectus in auras. *V. Ovid. 6. Met. 671.*

**EPOPTA** vel epopties, α, m. 1. ἐπόπτης, inspector: ab επί in et ὅπται video. Hinc epoptæ in sacris Eleusiniis fueri, qui tertium supremumque sacrorum gradum attigissent, quique propterea ad interiora sacra admitebantur. *Tertull.* advers. *Faentinian.* 1. Quum epoptas ante quinquennium instituant. et mox. Ceterum tota in adytis divinitas, tota suspitia epoptarum, totum signaculum lingue, simulacrum membra virilis revelatur. *Alii perperam leg.* Quum et portas, et suspitia portarum.

**EPÖREDLË**, ḥrum, m. appellantur a Gallis boni equorum domitores. *Plin. 3. Hist. nat.* 17. 21. (123). Fortasse est ab επί super, αὐτῷ, πός auris et επόδε sedes. *V. CENTAURUS* et *ORÈE.* Quod vocis elymon si admittatur, patet, scribendum **EPÖREDLË**. Cf. *Jablonsk.* *Opusc.* T. 3. p. 118.

**EPOS**, n. ἐπός, Graeca vox, qua significatur verbum, vox: ab επί dico. Item carmen herolicum: unde epicus. *Diomed.* 3. p. 480. *Putsch.* Hoc sensu *Horat.* 1. Sat. 10. 43. forte epos acer, Ut nemo, Varius ducit. *Martial.* 12. 95. Scribemus epos: capisti scribere: *cressi.* *Auson.* *Professor.* 5. 10. Epos ligasti metrum. — In reliquis obliquis casibus Latina non est, quod sciam, in usu.

**EPÖTO**, as, avi, ḥrum, are, a. i. (ex et poto). Part. *Epotatus.* — Ceterum pro epotatus usuvni epotus eorum sensu: *V. voc. seq.* — Epotare est potando exhaustire; et occurrit translate tantum. *Martial.* 2. 29. Quæque Tyrus toties epotare laetare. h. e. purpura Tyri tinctora fuerunt. *Sidon.* 1. *Ep.* 5. a med. Etiam Romæ naumachias videbar epotatus.

**EPÖTUS**, a, um, adject. seu potius particip. præter. pass. pro inusit. epotatus, ab επί et potus, potando haustus.

I.) Proprie. *Cic. Cluent.* 60. 168. Quem statim, epolo poculo, mortuum esse dixistis. Add. *Liv.* 40. 24.; et *Quintil.* 8. 6. 24. et 5. 13. 15. Rursus *Cic. Cluent.* 62. 173. Celerius potuit (*venenum*) comedunt, quam epotum in venas atque in omnes partes corporis permanare? *Liv.* 8. 18. Epoto medicamento, suamet ipse fraude interierunt. Cf. *Amian.* 16. 5. Epotis quibusdam remedis id impetrarunt. *Quintil.* 7. 12. 17. et 25. Epota potionem. *Al. leg.* in altero loco epotata. *Phædr.* 3. 1. Anus jacere vidit epotam amphoram. Sic *Sueton.* *Tib.* 42. Ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. *Jurenol.* 10. 176. credimus altos Defecisse annes epotaque fluminis Medo Prandente. Cf. *Justin.* 2. 10.

II.) Translate. *Lucret.* 3. 384. quem sol et vapor omnis Omibus epotis humoribus exsuperant. h. e. exhaustis. *Ovid. 4. Pont.* 10. 28. de *Charybdi.* Ter litet epotum ter vomet illa fructum. h. e. quod absorbut. Sic *Id.* 15. *Met.* 273. de *Lyc* fluvio. Sic ubi terreno Lycus est epotus biatal. Exsistit procul hinc aliquo renascitur ore. *Martial. Spect.* 3. epoto Saruma pastus equo. h. e. epoto sanguine equi. Unde *Virg.* 3. G. 463. Et lac concretum cum sanguine potat equino.

**EPÜLE**, ḥrum, f. plur. 1. heterocl., namque in singulari numero dicitur epulam, i, n. 2.: quamquam *Paul. Diac.* p. 82. 14. *Müll.* docet, antiquos epulam etiam singulariter posuisse. Sic et delicia pro delicie olim dictum est. Ceterom epula legitur tantummodo apud *Auct. Itiner. Alex.* M. 35. edente A. Mai. — Epula, quas volunt quidam ab edendo dici, quasi *edipulat*, sunt edulium, dapes, cibus, esca, que tam laudiora sint (It. cibo, vivande laute; Fr. aliments recherchés, mets exquis; Hispan. alimenta exquisiti; Germ. kostbare, reiche Speisen, Mahlzeiten; Angl. food, victuals, any thing eatable).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu epulæ sunt edulia et cibi-lautiores. — a) Generatim. *Plaut.* *Trin.* 2. 4. 70. Si congeste sint epulas a clientibus. *Cic.* 5. *Tusc.* 21. 62. Mensa conquilissimum epulis extrahuntur. Cf. *Ovid.* 8. *Met.* 571. Epulis instruere monetas. et *Virg.* 4. *G.* 378. onerare. *Id.* 1. *Æn.* 220. Postquam exempta fames epulis. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 167. Nempe inanarescunt epulae sine fine petitæ. Adde eum. 3. *Od.* 8. 6. *Orid.* 8. *Met.* 831. appositis queritur jejunia mensis. Inque epulis epulas querit. et *v.* 840. Sic epulas omnes Erisichtonis ora profani. Accipiunt poseuntque simili: cibis omnis in illo Causa cibi est. *Id.* 15. *ibid.* 81. Prodigia divitias alimentaque mitia tellus Suggestit; atque epulas sine cæde et sanguine præbet. *Val. Flacc.* 6. 333. Ast epulæ quodcumque pecus, quacumque ferarum. *Lucan.* 10. 155. Infudere epulas auro. h. e. rasis aureis. *Curt.* 9. 7. 16. Præparare ventrem epulis. *Quintil.* 10. 5. 15. Jucundioribus epulis reficiuntur. Alleg. edulis. *Juvenal.* 4. 28. Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus? *Tac.* 2. *Ann.* 31. Libo ipsis, quas in novissimam volupatem adhibuerat, epulis exsiccatus. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. (27). Rapiendæ comparantur epulæ, pariterque qui rapiant eas. *Virg.* 4. *Æn.* 484. Epulas draconi dare. — b) Speciatim epulæ et vinum junguntur. *Sall. Jug.* 76. Ibi vino et epulis onerari. Adde *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 31. *Eiv.* 8. 16. Perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hostes aggredieretur. *Id.* 23. 18. Sonnum enim et vinum et epulæ balneaque et otium enervaverunt corpora animosque. *Nepos Pelop.* 3. Illi vino epalisque dedit. Id. *Dion.* 4. Vino epalisque obrui. *Virg.* 1. *Æn.* 723. Postquam prima quies epulis mensæque remota, Crateras magnos statuunt et vina coronant. *Ovid.* 8. *Met.* 573. Instruere epulis mensas: dapibusque remots In gemma posvere merum. *Val. Flacc.* 2. 654. pars epulas manibus, pars aurea gestant Pocula. Cf. *eum.* 4. 530. tum vina toris epulasque reponunt. — Interdum tamen, quod per cibum et vinum indicari solet, commode una voce epulæ indicatur. *Liv.* 32. 21. Hospitem Cyparisæ Garitensem, contra ius omne ac fas, inter epulas prope ipsas occidit. Et *Curt.* 3. 2. de ipso Alexand. Abstinuissest inter epulas cædibus amicorum. Clarius *Flor.* 2. 18. 12. Quum sese prius epulis, quasi inferis, implevissen, rarnis semierudis et relis (h. e. cerevisie); sic vocant indigenam ex frumento potionem. — c) Poetice *Horat.* 2. *Sat.* 3. 118. emi stragula vestis, Blattarum ac tineaturum epulæ, putrescat in area. ¶ 2. Latiore sensu dicuntur de lautiore cena, convivio. sive publico, sive privato: qua significatione occurrit — 1.) In singulari numero epulum; et quidem — a) Generatim. *Tar-* ro 3. *R. R.* 2. 16. Sed propter luxuriam, quodammodo epulum quotidianum est intra janus Romæ. *Sueton. Aug.* 98. Ephebis exercitibus epulum in conspectu suo præbuit, permissa diripiendi licentia. *Juvenal.* 3. 228. culti viñicus horti, Unde epulum possit centum dare Pythagorei. — b) Speciatim epulum significat convivium solenne religionis causa susceptum, ut ea quæ habebantur in lectisternio et in ludis placandæ deum iræ. *Liv.* 25. 2. *extr.* et 27. 36. Ludi plebeji per biduum instaurati, et Jovis epulum fuit ludorum causa. Adde *eum.* 33. 42., 22. 10. et 31. 4. *Val. Max.* 2. 1. 2. Jovis epulo ipse in lectulum, Juno et Minerva in sellas ad cœnam invitabantur. *V. Gell.* 12. 8. — c) Item convivium solemne et publicum, quod habebatur in funeralibus. *Liv.* 39. 46. Ludi funebres per triduum facti: post ludos epulum, in quo quam toto foro strata triclinia essent, etc. *Cic. Fin.* 12. 30. Ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris; epulæ quidem ipsæ, dignitatis. *Id. ibid.* Ut in epulo cum togæ pulla accumbentes. *Id. ibid.* 13. 32. Epulum magnificissimum. Cf. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 86. — d) Item convivium solemne et publicum populo datum in triumpho, in dedicatione templi et simillibus. *Cic. Mur.* 36. 75. Quum epulum Q. Maximus, Africani patrui sui nomine, populo R. daret. *Sueton. Cæs.* 33. Adjectit epulum ac viscerationem, et post Hispanensem victoriam duo prandia. Adde *eum.* 5. *Cal.* 17. et 32., *Domit.* 13. et *Vitell.* 10. *Tac.* 1. *Hist.* 76. Epulum plebi, ob letitiam recentis imperii, obtulerat. *Vellej.* 2. 56. Epuli per multis dies dati celebratio. *Plin.* 4. *Ep.* 1. Diem dedicationis epulo celebrazione. *Inscript.* apud *Orell.* 3740. ob CVRS (equestris sta-  
tue) DEDICATIONEM — CVAIK (h. e. curiae) MVLIERVM

EPULVM DYLVM DEDIT. Cf. aliam apud *Fabrett.* p. 659. n. 497. Aliæ apud *Mommisen.* *Inscr.* Næap. 5439., que est apud *Henzel.* 7179. OB DEDICATIONEM STAVAR. FILIORVM SVORVM EPVL. DEDIT MVLIERB. SING. ¶ s. epulum hic pro sportula ponitur: ut in *Inscript.* in *Bullett. Archeol.* a. 1839. p. 146. MVLICIBVS ASTINATIVBVS DON. BRDER. ET DEDICATIONE EPVLVM DECVRIONIBVS SING. ¶ SXVIR. ¶ III. PLEBEE. ¶ I. S. — 2.) In plurali numero epulae occurunt — a) De lautiore cena, vel convivio privato. *Cic.* 1. *Tusc.* 2. 3. Quamquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibiçinem claronum hominum virtutibus. *Id.* 4. *ibid.* 2. 3. Gravissimus auctor in Originibus dixit Cato morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiçum clarorum virorum laudes atque virtutes. Sic *Id. Brut.* 19. 75. Atque utinam existent illa carmina, quæ multis saeculis ante suam cœtatem in epulis esse constituta a singulis convivis de clarorum virorum laudibus in Originibus scriptum reliquit Cato. Cf. et *Quintil.* 1. 10. 20. Veterum Romanorum epulis fitis ac tibiçum adhibere moris fuit. *Cic.* 2. de republ. 21. Qui quum famulorum numero educatus ad epulas regis assisteret, etc. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 44. nec dum omnis abacto Pauperes epulis regum: nam vilibus oris Nigrisque est oleis hodie locus. *Cæs.* 6. B. 27. Epulæ amplissimæ. *Tac.* 15. *Ann.* 55. Ilberales. *Id.* 2. *Hist.* 62. prodigiæ. *Ammian.* 27. 3. profusa. *Sueton. Ner.* 22. familiares. *Justin.* 12. 3. 11. Epularum apparatus. Adde *Horat.* 1. *Od.* 36. 15. et *Epod.* 2. 61.; *Curt.* 4. 4. 5., 8. 2. 8. et alibi: *Sueton. Cal.* 27. et *Ner.* 27.; *Juvenal.* 11. 88. et 5. 173.; *Val. Flacc.* 2. 95.; *Tac.* 4. *Ann.* 48.; et *Ammian.* 18. 2. *Curt.* 8. 9. 30.; et *Tac.* 2. *Ann.* 2. Parare epulas. *Liv.* 26. 13. et *Senequa Thysest.* 62. Instruere et parare epulas. *Curt.* 6. 8. 16. et 9. 7. 4. et 15. Invitare ad epulas. *Virg.* 5. *Æn.* 63. Adhibere aliquem epulis. *Omid.* 1. *Amor.* 4. 1. Adire epulas. *Horat.* 4. *Od.* 8. 30. Interesse epulas. *Sall. Jug.* 70. et *Curt.* 3. 12. 19. Faceri aliud inter epulas. *Virg.* 1. *Æn.* 83. epulis accumbere diuini. — Vitellius, narrante *Sueton.* 13., epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, et prandia, et cœnas, comissionesque. — b) Raro admodum de convicio solenni et publico religiosis causa susrepto, ut ea, quæ habebantur in ludis, diebus festis, funeralibus etc. *Cic.* 2. *Off.* 16. 55. Prodigii, qui epulis et viscerationibus et gladiatorum munitibus — pecunias profundunt. *Liv.* 25. 23. Noncius, diem festum Diana per triduum agi — et vino largius epulas celebrari. *Cic.* 2. *Legg.* 25. 63. Sequentur epulas, quas imitant propinquai coronati: apud quas de mortui laude quum quid veri erat prædictum etc. *Id. Flacc.* 38. 95. Sepulcrum epulis celebrare. — Et de epulo quotannis habendo in sepulcris. *Inscript.* sepulcralis in *Bullett. dell' Instit. archeol.* a. 1835. p. 132. HIS EPVLAR DEBENTVR A COLLEGIO CENTONARIORVM BRIXELLANORVM. Adde atlant apud *Murat.* 520. 4.; et *V. Henzel.* *Tab. atl.* *Beb.* p. 9. not. 2. — Item de pecunia, quæ ad epulam decurionibus et collegiis dandum impendebatur, seu de sportula. *Inscript.* apud *Orell.* 88. L. MVS. SERTIO L. F. OVF. SABINO — PATRON. MUNICIP. TVFIC. — DECVRIONES ET FLEBS EX EPVLIS SVIS OB MER. EIVS. Ita in alia apud *eum.* 3722. Btic ORDO EX SPOR-TVL. SVIS OB MER. EIVS STATVAM FORENDAM CENSVER. *V.* adnotata ad *Donat.* 350. 4., ubi haec *Inscriptio* legitur. Cf. aliam apud *Murat.* 520. 4. c. MVTETIO C. F. PAL. SEVERO DECVRIONES ET FLEBS VTBANA DIVISION. EPVLARYM.

II.) Translate, metaphoræ sumptuæ à superiori paragr. 1. *Plaut.* *Pten.* 5. 4. 2. Oculis epulas dare. *Cic.* 1. *Divinat.* 29. 61. Pars animi — saturata honarum cogitationum epulis. *Id. Topic.* 5. 25. Sed, quoniam avidum hominem ad has discedendi epulas recipi, sic accipiam, ut reliquiarum sit potius aliquid, quam te hinc patiar non satiatum discedere.

EPULÄRIS, e, adject. ad epulas pertinens. *Cic. Senect.* 13. 45. Bene maiores nostri accubitionem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem habebat, convivium nominarunt. *Id.* 3. *Orat.* 19. 73. Ludorum epulare sacrificium facere. h. e. sacrificium cum epulo. *Sueton. Domit.* 13. Epularis dies. *Apul.* 2. *Met.* sermo. *Ammian.* 22. 4. triumphi. — Hinc epulares, qui in quibusdam ludis nocte epulabantur, *Paul. Diac.* p. 82. 10. Müll.

EPULÄTICUS, a, um, adject. qui epulis dat operam. Ita *Gloss.* *Isid.*

EPULÄTÖ, ônis, f. 3. actus epulandi, epulum. *Cic. fragm.* apud *Colum.* 12. *R. R.* 3. 2. Vasa, que ad mensam quotidianam atque epulationem pertinenter. *Petron.* *Satyr.* 141. Humanas edere carnes: nec quidquam aliud in hac epulatione captabant, nisi tantum, ne esurient. *Sueton. Cat.* 18. Panaria cum obsonio virilim divisit: qua epulatione, etc. *Inscript.* apud *Murat.* 615. 4. BORESTA EPULATIONE UNIVERSOS PROSECUTVS. Adde *Val. Max.* 2. 5. n. 4. externi; et horum antiquissimum *Lucilium* apud *Nom.* p. 204. 18. *Merc.*

EPULÄTOR, ônis, m. 3. qui epulatur. *Ambros.* de bon. Mort. 5. Illic ergo epulatores illi Platonici, hinc nectar illud ex vino et melle etc.

EPULÄTÖRJUS, u, um, adject. ad epulas pertinens. Figuræ *Ambros.* Ep. 1. Et bona opera epulatiora dicimus, quæ sunt esui. Denique quæ sunt epulatiora opera, audi. — Epulatiora enim et refectiones quæ in Deo.

EPULÄTUS, a, um. V. EPULOR.

EPÜLO, ônis, m. 3. De alia hujus vocis forma. V.

EPOLONOS et voc. seq. — Epulo ab epulis ¶ 1. Generaliter est conviva epulaus, vorator, belluo. *Apul.* 2. *Met.* Sic paratus cœne mi committo. Frequens ibi numerus epulonum, etc. *Firmic.* 5. *Mathes.* 4. *extr.* Epulones et bibones. V. BIBO, ônis. — Epulonum insigne erat patera et præfériculum, ut ostendit *Barpl.* *Borghesi* in *Dec. num.* 7. oss. 7. p. 21. et 13. oss. 1. p. 5. ¶ 2. Speciatim est qui epulon prebet, qui epulo prætest. Apud Romanos tresviri epulones erant, qui epulas indicendi Jovi ceterisque diis potestate habebant, ut *Paul. Diac.* doceat p. 78. 11. Müll. In ipsis enim tempis mos erat, diis majorum gentium, Junoni, Minervæ. Neptuno etc. tamquam epulatiris, mensas cibis instruere, et lectos sternere (unde *lectisternium*), cosque ad epulas solemni ritu invitare; idque placandas deum iræ, malique alienjas averroneandæ causa debat. Eas epulas ipsi sibi postea sacerdotes et ministri vorabant. Initio ipsi pontifices ad hæc curanda instituti a Numa fuere; sed propter sacrificiorum multitudinem, tresviro epulones esse voluerunt. et *Cic. doceat* 3. *Orat.* 19. 73., qui illud epulare sacrificium facerent: quod actum est, *Livio* teste 33. 42., circa annum U. C. M.V., hisque ut pontificibus, ioge datum toga prætexta habendas jas. Procedente tempore septenarii facti sunt, ut cognoscimus ex *Gell.* 4. 12., *Lucan.* 1. 602. et *Plin.* 2. *Ep.* 11. (Itemque ex *Inscript.* apud *Orell.* 2365., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 10. p. CORNELIO DOLABELLA COS. VII. VIRO EPVLONI SONALI etc.) — a) In singulari numero. *Ennius* apud *Tarpon.* 6. L. L. 2. Müll. Vos epulo postquam spexit. At mutius est locus: V. Müll. Ibid. *Liv.* 40. 42. P. Manlius triunvir epulo. — Sic Mercurius Epulo est cognominatus, quia convivis præterat: hinc ministrator etiam dicitur (V. hanc vocem), et civoxyos ab *Ithe-næs* L. 10. c. 7. *Inscript.* apud *Murat.* 49. 10. SACRVS MERCVRIO EPVLONI EPYBOSTNO. V. hanc vocem. — b) In plurali numero. *Cic.* 3. *Orat.* 19. 73. Ut Pontifices veteres, propter sacrificiorum multitudinem, tresviro epulones esse voluerunt, etc. Adde *Liv.* 5. 52. et 33. 42. *Lucan.* *Plin.* *Ep.* et *Gell.* locc. citi.; et *Inscript.* apud *Orell.* 773. et 2239. — NB. De nom. prop. V. OXOM.

EPVLONOS, i, m. 2. ut coepulonus, idem quod epulo, h. e. conviva. *Apul.* 9. *Met.* Inter epulonus caseum dividere. *Al. melius leg.* epulones.

EPVLOR, aris, atus sum, ori, dep. 1. Veteres dixerit etiam epulo, as, si fides *Prisciano* 8. p. 797. *Putsch.* Hinc *Fenant.* 10. *carm.* 12. 24. Et facit ecce escas hic epulare suas. Similiter Part. *Epulatus* passive pro manducatus apud *eum.* 10. *Exposit Orat. Dom.* Et ideo tanto magis iste cibus querendus est, quanto plus reficit epulatus. — Part. *Epulans*, *Epulatus* et *Epulaturus* sub a., *Epulandus* sub b. — Epulor est epulas sumo, cibum rapio, convivor (It. mangiare, banquetare; Fr. faire un repas, manger; Hisp. comer; Germ. essen, speisen; Angl. to feast, banquet). Usurpat autem — a) Absolute. *Cic.* 1. *Tusc.* 47. 113. Epulatus cum matre adolescentes somno se dedisse. h. e. postquam cœnaverunt. *Id.* 2. *Fin.* 28. 90. Negat contemptissimis escis minoren voluntatem percipi, quam rebus

exquisitissimus ad epulandum. *Id.* 5. *Att.* 9. Epulari salarem in modum. *Id.* *Senect.* 13. 45. modice cum sodalibus. Adde *eund.* 2. *Orat.* 88. 353. Similiter *Nepos Pausan.* 3. Epulabatur more Persarum luxuriosius, quam etc. Cf. *eund.* *Pelop.* 2. *Liv.* 24. 7. ad *fin.* Epulari in publico. Adde *eund.* 42. 56.; et *Virg.* 2. G. 537. et 3. *An.* 224. *Curt.* 8. 10. Ne epulantes quidem et seipso mero aggredi ausus est hostis. *Sueton. Aug.* 35. Jus publice epulandi. h. e. saecula eternas adeundi augurales, pontificales, triumphales, etc. Adde *eund.* *Tib.* 42. *Claud.* 44. *Cal.* 32., *Domit.* 9., *Ner.* 20. et in *Vita Lucan.* *Tac.* 3. *Hist.* 38. et *Vellej.* 2. 101. Epulari apud aliquem. *Seneca Thysest.* 1004. Epulatus ipse es impia gnatos dape. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 66. (175). Epiglossa arteriam in epulando operit, ne spiritus etc. *Val. Max.* 3. 6. n. 4. Quotiescumque C. Builius epulatus erat. — b) Cum Accusativo. *Virg.* 4. *An.* 602. Ascanium epulandum ponere mensis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (170). Epulari pullus. *Seneca Troad.* 1108. gregibus membra Diomedes suis Epulanda possuit. *Ovid.* 15. *Met.* 110. Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt. h. e. comedenda. *Justin.* 1. 5. 6. Harpago amico suo infestus, in ultiionem servati nepotis, Blium ejus interfecit epulandumque patri tradidit.

**EPULOSUS**, a, um, adjekt. epulis abundans. *Cassiod.* 8. *Vartar.* 31. a med. Adde quod tam amcena est suscepta pescatio, ut ante epulosum convivium intuentum pascat aspectum.

**EPULUM**, i, n. 2. *F.* EPULE sub I. 2. 1.º

## EQ

**EQUA**, æ, f. 1. femina in equino genere. *Varro* apud *Non.* p. 69. 27. *Merc.* Equam admittere asino. *Horat.* 2. *Od.* 16. 35. tibi tollit binnum Apta quadrigis equa. *Id* 3. *ibid.* 11. 9. latis equa trima campis Ludit exsultum, metuitque tangi. Adde *Varro.* 2. *R. R.* 7. 4. et 7. 7.; *Cic.* 3. *Verr.* 10. 28.; *Virg.* 3. G. 266.; *Colum.* 3. *R. R.* 9. 5. et 6. *ibid.* 27. 2. et 9.; *Justin.* 9. 2. 16.; *Julian.* 6. 628. et 8. 108.; et *Ammian.* 23. 6. — In Dative plurali (nisi discri- mine opus sit ad ambiguitatem viantandam) habet equis magis Latine quam *equabus*, ut in ASINA dictum est. *Varro* 2. *R. R.* 1. 19. Et his equis qui nati pulli, non plus triennium vivunt. *Colum.* 6. *R. R.* 37. 8. Asinus a tenero conversatus equis, carum consuetudinem appetit. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 41. 96. (237). Lac tenuissimum camelis, mox equis. Adde *Ulp. Dig.* 50. 13. 2. — *Equabus* tamen dixit *Pallad.* etiam ubi nullus erat ambiguitatis metus, 4. *R. R.* 13. t. Admissari generosi equibus admittendi sunt, et prouulo post § 5. Eadem in equabus consideranda sunt etc.

**EQUARIUS**, a, um, adjekt. ad equos pertinens. *Val. Max.* 9. 15. n. 2. Herophilus equarius medi- cus. — *Hinc*

*Equarius*, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est equorum pastor, custos. *Solin.* 45. de bucephalo. Quum ab equario suo alias etiam molliter se- deretur. *Gloss. Cyril.* Ἰπποφόρευς, equarius, equipastor. *Ibid.* Ἰπποφόρβις, equarius, equipastor. Utroque loco rectius dicitur scribendum equi pastor.

*Equaria*, iæ, f. 1. absolute, substantivorum more, est grex equorum. *Varro* 2. *R. R.* procœm. 6. Pecu- rias habui grandes, in Apulia oviarias, et in Reatino equarias.

**EQUES**, ilis, m. 3. Ratione habitu etyma est ab *equus* et eo, i.e., itum, quemadmodum ales ab ala et ire, pedes a pes et ire, etc. Est autem A) Generatim homo equo insidens; B) Speciatim in re militari est qui equo meretur; et C) Item speciatim equi vel equites dicebantur quicumque ad equestrem ordinem pertinabant.

A) Generatim eques est homo equo insidens (It. uomo a cavallo; Fr. homme à cheval, cavalier; Hisp. hombre montado en caballo, caballero; Germ. Reiter; Angl. a horseman). Occurrit — a) Universim. *Ennius* 7. *Ann.* 80. Equitum celerissimus. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 64. Fingit equum tenera docilem service magister ire viam qua monstrat eques. *Id. ibid.* 10. 37. Sed postquam vix violens (equus) discessit ab hoste, Non equitem dorso, non frenum dopulit ore. Adde *eund.* *ibid.* 15. 13. *Id.* 3. *Od.* 1.

40. Post equitem sedet atra cura. Adde *Liv.* 26. 2. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Struthio camelus Africi altitudinem equitis insidentis equo excedunt. *Martial.* 12. 14. Quid te freno juvant temeraria? Sæpius illis, Prisce, datum est equitem ruapere, quam le- porem. — De Bellerophonte *Horat.* 4. *Od.* 11. 27. Pegasus terrenum equitem gravatus Bellerophontem. Adde *eund.* 3. *ibid.* 11. 8. — b) Speciatim equitem proficisci et similia est *equo*, quemadmodum pedes est *pedibus*. Sic *Liv.* 35. 26. L. Julius eques in Sabino proficiscens, fulmine ipse equusque exanimati fuerant. *Duker.* et *Drakenborg* ita legendum censem: vulgati libri *Sequester* vel *Sequestris* ha- bent. *Rursus Liv.* 28. 9. Illum equitem sex dicrum spatio transcurrisse longitudinem Italie. et contra *ibid.* Neronemque, etiam pedes incedat, memoria- bilis fore. *Val. Flacc.* 5. 591. crocos sic illius omnis odores Jactat eques. — c) Item eques singu- lari numi. pro plur. *Val. Flacc.* 5. 516. Illi Lapithes aduersari eques. — d) Poetice ponitur pro ipso equo, cui homo insidet: uti quidem *Gell.* 18. 5., *Phi- largyr.*, *Servius* et *Macrob.* 6. *Saturn.* 9. censem. *Virg.* 3. G. 116. atque equitem docvere sub armis Insultare solo et gressus glomerare superbos. Adde *Martial.* 11. 21.; et *Ennius* apud *Gell.* et *Macrob.* loc. cit. *Ennius* verba sunt: Denique si magna quadrupe eques atque elephanti Projiciunt sessi. Ubi appositum *quadrupe* ostendit, equitem de equo dici. Aliud simile fragmentum ex codem *Ennio* assert *Non.* p. 106. 31. *Merc.* V. tamen *Heynium* ad *Virg.* loc. cit., qui contrariam sententiam tenet. Et sane in aliatis locis eques est pro equite et quo simul sumptis, ut apud *Horat.* *Epid.* 16. 12. cineres insi- set vixor et uchem Eques sonante verberabit un- gula.

B) Speciatim in re militari ¶ 1. Eques est mil- les, qui equo meretur; et quidem — a) Cum op- posito nom. *pediles*, vel alio simili. *Cato* apud *Phi- largyr.* ad *Virg.* 2. G. 417. Pedites quatuor agni- nibus, equites duobus antibus ducas. *Cæs.* 1. *B. G.* 48. Equitum nulla erant vi. totidem numero pedi- tes velocissimi ac fortissimi. *Id.* 2. *ibid.* 24. Eodem tempore equites nostri levisque armatura pedites, qui cum his uia fuerant etc. Adde *eund.* 4. *ibid.* 43.; *Liv.* 25. 6., 34. 26. et alibi sepe; *Nepot. Mil- titiad.* 4., *Themist.* 2. et alibi; *Curt.* 10. 7. 21., 3. 11. 24. etc.; *Sueton. Cæs.* 66.; et *Flor.* 1. 11. 13. *Cato* apud *Gell.* 15. 9. Postridie signis conlatis æ quo fronte peditatu, equitibus atque alii cum ho- stium legionibus pugnavimus. h. t. universum exer- citum. *Cato* significat tribus partibus compositum, alii sociorum, equitibus et pediti legionum: alarum autem nomine pedites quoque comprehenduntur: cf. *Lips. de milit. Rom.* 2. 7. *Liv.* 10. 29. Et legiones concitavit, et signum ad invadendos hostes equitibus dedit. *Liv.* 21. 27. Terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equites viri que obtinetur. h. e. equites peditesque: V. *Drakenborg* ad h. 1. Sic *Cæs.* 2. *B. C.* 39. Capti homines equitesque produ- cebantur. Et *Liv.* 9. 29. Ipse trajecisset mare cum veterani Macedonibus, non plus triginta millibus hominum, et quatuor millibus equitum. Cf. et *Sil. It.* 9. 539. Magna voce trahens equitemque, virosque, feræque Turrigera molam tormentorumque la- bores. Immo *Liv.* 5. 37. Equis (h. e. equitibus) vi- risque (h. e. pedibus) longe ac late fuso agmine immensus obtinetur loci. — b) Sine opposito vel contrario. *Cato* apud *Gell.* 10. 24. Deinde dictator jubet postridie magistrum equitum arcessi; mittam- te, si vis, cum equitibus. *Cic. Dejet.* 10. 28. Quum in illo nostro exercitu equitare cum suis detectis equitibus. Adde *Cæs.* 1. *B. G.* 15., 23. et 46.; *Liv.* 4. 40. et 5. 7., *Curt.* 4. 12. 6. et 3. 2. 16.; *Sueton. Claud.* 21. et *Galb.* 19., et historicos omnes passim. *Tac.* 1. *Ann.* 49. et 14. *ibid.* 26. Alæ equitum. Ade- de *Cincinni* apud *Gell.* 16. 4.; et *Nepot. Eumen.* 1. et 13. ¶ 2. Per synecdochen dicitur de equitatu: quemadmodum pedes pro peditatu. *Liv.* 33. 7. extr. Is longe tum optimus eques in Gracia erat. Adde *eund.* 2. 20., 7. 35., 8. 38. et 25. 15. *Auct. B. Hisp.* 15. Ita exiguo tempore éques pedestre, pedes equestre prælium facere cœpit. *Curt.* 3. 2. Persarum erant centum millia, in quibus eques trigesita millia impliebat. Adde *eund.* 5. 1. 45., 5. 4. 20. et 7. 6. 8. *Sueton. Galb.* 2. Classarios incoluisse equite disfecit. Adde *Flor.* 2. 6. 13. *Tac.* 2. *Ann.* 16. Exin totidem aliae legiones et levis armatura cum equite sagitta-

rio. *Equites sagittarii* in plur. num. apud *Curt.* 5. 4. 14. Cratero igitur ad custodiā castrorum reli- cto cum peditibus, quis adsueverat; et iis copiis, quos Meleager duebat; et sagittariis equitibus præ- cepit etc.

C) Item speciatim in R. re publica ¶ 1. *Eques* et equites dicebantur, qui ad equestrem ordinem, medium inter senatum et plebem (*Liv.* 1. 15. et 30. 43.; et *Cic.* 2. de republ. 20.), pertinebant. — a) Romulus tercentos equites, ex singulis curiis de- nos, h. e. tres centurias ad sui corporis custodiā elegit, qui primo *Celeres*, deinde *Flexentes*, poste *Trossuli*, denique communis nomine *Equites* sunt appellati: *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 9. (35). Talius vero Hostilius, tertius Romæ rex, teste *Liv.* 1. 30., ex devictis Albani Romanque deductis equitum derent turmas, h. e. alteros tercentos equites legit: deinde Tarquinius Priscus, quintus Romæ rex, ut constat ex *Cic.* 2. de republ. 20. et *Liv.* 1. 36., prioribus equitum partibus secundas addidit, numerumque eorum duplicavit, ita ut xi. ac cc. equites in tribus Ramnensium, Tatiniensium et Luciferum centuris essent. (Apud *Liv.* tamen loc. cit. in editionibus per- permanet *mille* et *octingenti equites*, quod ex eo factum est, quia, quum summa antiquitus nota- tæ, non prescripta fuissent, ut affirmat *Sueton. Galb.* 5., in Codd. MS. *Sæpius* *Livii* illud m. ac. cc. ab amanuensibus, littera A pro nota D accepta, m. doce. lectum, ac postea litteris prescriptum fuit *mille* et *octingenti*. V. *Niebuhr. Hist. Rom.* T. 2. p. 76., ubi eadem confirmantur.) *Servius* tandem *Tullius*, *Tarquinii* successor, censu habito, equitum xii. centurias a Romulo, Tullo Hostilio et Tarqui- nio iam institutis sex item alias adjecti (quæ a *Cic.* loc. cit. et *Festo* p. 334. 29. *Müll.* vocantur *sex suffragia*) sub iisdem tamen, quibus inaugurate priores erant, nominibus; ære etiam ex publico iis attributo ad equos emendos atendos. V. *CEN- TURIA*. Ceterum *Dionys. Hætic.* l. 6. c. 13. p. 260., qui historiam suam scripsit et edidit paucis annis ante Chr. n., affirmat, tunc temporis equites Romanos equo publico ornatos fuisse circiter quinque miliegos. V. *Cavedoni Marm. Moden.* p. 135. — b) Insignia iis addita præter equum publicum fuerunt hujusmodi: anulus aureus, quo distingue- bantur a plebe, et angustus clavus, quo a senatoribus. Post reges exactos equum accipiebant a censoribus, et quotannis Idib. Quintil. reversebantur (V. *TRANSVECTIO*); et si qua in re minus officio satisfecisse compertirentur, puniebantur pro modo rupes vel equi ademptione, vel translatione ad aeris, aut ad pedestrem militiam. Neque vero hic or- nis ordo belli tempore militabat; sed ex eo eligen- bantur, quot satis essent instruendis equitatu legi- nibus, qui ideo a *Veget.* 2. *Milit.* 2. dicuntur *legio- narii equites*, ut alariis distinguenter. Habuerent præterea equites suum in circu et theatro spectandi locum, medium inter senatores et plebem. V. *QUA- TUORDECIM*. Hinc spectare in equite, h. e. in quatuordecim gradibus equestri ordinis assignatis, apud *Sueton. Domit.* 8. Licentiam theatralem pro- miscue in equite spectandi cohibuit. V. *eund.* *Ner.* 11.; *Tac.* 15. *Ann.* 32.; et *Martial.* 5. 8. — c) Censu eorum, Servio rege, minimus fuit ē. æris, *Liv.* 1. 43., maximus *cxxx. æris*, *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13.; et at *Gell.* 7. 13., tempore Catonis, minimus fuit *cxxv. æris*; quem tamen, C. Julio Cæ- sare dictatore, et deinceps *cxxx. HS.* sive æris, semper fuisse, appareat ex *Sueton. Cæs.* 33., *Horat.* 1. *Ep.* 1. 57., *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 8. (32.), *Plin.* altero 1. *Ep.* 19., *Juvenal.* 1. 106. etc., nempe duplo mino- rem senatorio, qui fuit *cxxx. HS.* — d) Equitibus stipendium primo decretum fuit ann. U. C. 353., et quidem triplex illius, quod peditibus. V. *STIPE- DIUM*. — e) Post primos illos a Servio institutos, ut quis in hoc ordine censeret et eques R. haberet posset, satis erat, si ostenderet, se censem equestrem habere; Tiberi vero principatus anno nono, auctore *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 8. (32.), constitutum est, ne cui jus id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno census equester fuisset. Quod in senatoribus non fuit item; bi enim quanvis senatorum censem haberent, non erant senatores, nisi vel a dictatore, vel a censore, vel ab imperatore in senatum elige- rentur; plerumque tamen ex equitibus assumebantur; quare equites *seminarium senatus* vocat rex Perseus apud *Liv.* 42. 61. — f) Magna quoque au-

elitoris et honoris accessit equilibus, quum Ti. et C. Graechi fratres tribuniciam legem Semproniam tulerunt de iudicis a senatu ad equites transferendis. *V. JUDICATUS*, us. Cic. *Fonc.* 8. 16. Illi equites R., quos nos vidimus, qui super in republ. iudicis que maximis floruerunt. *Ovid.* 1. *Art. am.* 461. Quam populus iudevque gravis lectusque senatus, Tam dabit eloquio victa pueria manus. — *g) Quum vero C. Marius consul ann. C. C. 647., omnium pri-* mius, teste *Sall. Jug.* 91., milites scribere non more majorum neque ex classibus, sed, ut eujusque lubido erat, capite censos plerosque empsisset; ex illo tempore equites R., quam vidissent equestris militiae honorem cum plebe communicatum fuisse, vestigalibus, decumis, pascuis, portoris, operibus publicis, et annone etiam militari rendimendis, questus sui causa, operam pleramque dabant; quo factum est, ut ipsi publicanorum nomine illustres maximas sibi divitias domi, repudiatis belli periculis, acquisierint, ut habemus ex *Pseudo-Ascon. Divinat.* in *Quint. Cœcili.* 10. Hinc Cicerone etiam in suo consulatu equitibus praepice favente, utpote qui ex eorum ordine esset, tertius factus est in republ. equester ordo, teste *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 8. (34.), seu potius secundus, ut constat ex Augusti nummo apud *Eckhel. D. N. F.* T. 6. p. 126., in quo legitur: *CONSENSV SERATVS ET EQUESTRIS ORDINIS POPVLQVE ROMANI: ET, INVERSO ORDINE, QMEN FORLASS METRI NECESSITAS TURBavit*, *Martial.* 8. 15. Dat populus, dat gratius eques, dat tura senatus. Haud secus in municipiis et coloniis paulo post Augustales, qui prius sacerdotes erant in honore Augusti a Tiberio instituti, secundus fuerunt ordo inter decuriones et plebem. *V. AUGUSTALIS.* — *h) Equites Romanos ex Urbe, et equites ex provincia distinguit*. *Auct. B. Hisp.* 31. Itemque (in *Mundensi prælia cediderunt*) equites R. partim ex Urbe, partim ex provincia, ad millia tria. — *o) Itaque apud Romanos equites dicti sunt primum, qui equo stipendium merebant, censum equestrem habebant, et comitiis centuriatis in equitum centuriis suffragium cerebant, ut ait *Horcell. de stil. Inscr. Lat.* T. 1. p. 91. edit. *Pat.* Illi equites Romanii apud scriptores passim et in vetustis inscriptionibus dicuntur. Non omnes tamen, quibus census equester esset, equum publicum etiam habuisse putandi sunt; quippe equum censores dabant fere spectatis adolescentibus et senato rum filiis, nec singulis, sed plerisque: at vero qui in equitum centuriis suffragium ferrent, eos omnes equum publicum habuisse, declarat *Cicer.* Quam enim *Id. 6. Phil.* 5. 13. dixisset, positam esse L. Antonio statuam ab equitibus Romanis equo publico, cumdem L. Antonium patronum centuriarum equitum R., eorum nempe qui statuam posuerant, dixit *Id. 7. Phil.* 6. 16. Quom igitur centuria equitum ad primam classem pertinenter, manifestum est, equites equo publico eos fuisse, qui ceteris auctoritate ac dignitate praestabant. Jam vero, quia imperatores censoria dignitate praediti equum ipsi publicum honoris causa dare ceperint illi etiam, qui minime militabant et puerili admodum erant ætate, idcirco ad ejus honoris memoriam institutum est, ut in honorarilis titulis adscriberetur *Eq. R. equo publico.* *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 460. n. 88. c. *TELLEJO C. F. PAL. URBANO HONORATO EQVO PUBLICO AB IMP. ANTONINO AVG. CVM AGERET AFTATIS ANNVM V.* — *i) Qui denique ex ordine equestri ingenio et morum probitate maxime supra ceteros emineret, in judicium centurialis a censoribus primum, mox ab imperatoribus tum Romæ, tum in municipiis et coloniis adscribatur, ita ut qui judex ex tribus, vel quatuor, vel quinque decuris diceretur (*V. DECURIA*), is equestris ordinis plenitudinem consecutus fuisse videatur. *Inscript.* apud *Gruter.* 479. 6. c. *VALERIO C. F. PAP. MARIANO JUDICI SELECTO DECVRIS TRID.* (corrige tribus): ita enim legitur in lapide, qui etiamnum Tridenti erat. *Alia apud Marat.* 780. 1. p. *VIAGILIO P. Y. POL. LAYRAE JUDICI DE IIII. DECVRIS.* *Alia apud Mass. Mus. Ver.* 365. 3. c. *NONIO C. F. AN. CAEPIANO EQVO PUBLICO EX QVINQUE DECVRIS JUDICYM.* — *m) Ceterum hac significatione vocabulum et singulari et plurali numero saepissime occurrit. Cic. *Rosc. com.* 14. 42. Quem tu si ex censu spertas, eques Romanus est. *Cœs.* 1. B. C. 23. Cesar ubi illuxit, omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci jubet. *Horat.* 3. *Od.* 16. 20.***

*q., II. VIRALIB. ORNAMENTIS SYFRAGIO SANCT. ORDINIS HONORATVS, OB HONOREM PERPETVI PONTIFICATVS DAT, CVIVS DONA DEDICATIONE DECVRIONIBVS X. V., ORDINI EQUESTRI IIIHIL. VIRIS AVGSTALIBVS NEGOTIATORIBVS VINARIBVS X. III. ET OMNIS. CORPORE. LVG. LICITE COEVNTIBVS X. II. DEDIT. — Illic*

*Equester, stris, m. 3. absolute, substantivorum more, est equestris ordinis vir. *Tac.* 13. *Inn.* 10. Neque recepti sunt inter reos Carinas Celer senator, servus accusante, aut Julius Densus equester, cui favor in Britannicum crimini dabatur. *Id. 12. ibid.* 60. Nam divus Augustus apud equestres, qui *Ægypto* presiderent, lege agi, decreveraque corum perinde haberi jusserat, ac si magistratus Romani constituisserat. *V. et Duker.* ad *Liv.* 33. 26.*

*Equestria, ium, n. plur. 3. (subaudi loca) abolute, substantivorum more, sunt loca assignata equitibus ad spectandum. *Seneca* 7. *Benef.* 12. Equestria omnium equitum R. sunt: in illis lamen loris meus est proprius, quem occupari. Adde *Sueton. Cal.* 26.; *Petron. Satyr.* 126.; et *Senec.* 3. *Controv.* 18. ad fin. — NB. de Colonia Equestri et de cogn. Rom. *V. EQUESTER* in ONOM.*

*EQUIDEM*, adverb. ab ego et quidem; unde primis verborum personis sapienti jungitur, ut docet *Forcellinus*: aut est a demonstrativa e (*V. CE*) et quidem, ut volunt recentiores, ac propterea vocari potest particula demonstrativa, quae ad aliquem certiorem farientur; ad ea quæ dicimus affirmanda, vel denique ad vim orationi addendum usurpat, et significat quidem, sans certe (*It. certamente, in vero, in fatti*; Fr. certes, certainement, sans doute, à la vérité; Hisp. ciertamente, sin la menor duda, verdaderamente; Germ. allerdings, gewiss, sicherlich, in der That; Engl. indeed, truly, in truth). Occurrunt. *¶ 1. Generatim; et quidem — a) Apud veteres Scriptores sæpius jungitur cum aliis particulis affirmativis, vel cum adverbis jurandi, certe, edepol, ecasor, herele. Sic apud *Plaut. Amph.* 1. 1. 291. Equidem certo item sum, qui semper fui. *Id. Mil. glor.* 2. 5. 23. Certe equidem noster sum. Cf. *Virg. 9. Ecl.* 7. Certe equidem audieram. Rursus *Plaut. Amph.* 1. 1. 126. Credo edepol equidem. *Id. Pers.* 4. 3. 76. Equidem edepol liberali'st, quisquis est. *Id. Host.* 1. 3. 22. Equidem pol. *Si Ter. Eun.* 5. 2. 37. Equidem pol in eam partem accipioque et volo. *Plaut. Men.* 4. 2. 94. Equidem ecasor. *Id. ibid.* 3. 2. 29. *Mil. glor.* 4. 7. 24. et *Pren.* 3. 1. 5.; et *Ter. Phorm.* 5. 3. 24. Equidem herele. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 38. Certe edepol equidem te cirem sine malâ omni malitiâ scinder sum arbitratus. — b) Sine adulitis. — Primis verborum personis sing. num. jungitur. *Ter. Eun.* 2. 3. 86. Jocabar equidem. *Adde eund. Heaut.* 5. 1. 24. et *Andr.* 4. 1. 55. *Cic. 2. Fam.* 10. Equidem nunquam domum misi epistolam etc. *Id. 6. ibid.* 4. Equidem putabam. *Id. 14. Att.* 14. Quod demixtor equidem. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 23. Diri equidem et dico. *Id. 2. Ep.* 1. 69. Non equidem insector defendare carmina Livi Esse reor. *Liv.* 23. 16. Vix equidem ausim affirmare, quod quidam autores sunt. — Sic nihil equidem apud *Horat.* 2. *Sat.* 6. 53. Numquid de Dacis audisti? Nil equidem. Cf. *Quintil.* 12. 10. 46. Nihil equidem, quod addi posset, irreo. — Cum ego est pionarius non improbandus, ut *Forcellinus* docet suo etymo frelus. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 33. Id equidem ego certo scio. *Id. Merc.* 2. 1. 40. Amavi hercle equidem ego olim in adolescentia. *Sall. Jug.* 10. Equidem ego regnum vobis trado firmum. *Id. Cat.* 51. Equidem ego sic existumo, patres conscripti, etc. *Adde eund. Jug.* 85. *Pseudo-Sall. Orat.* 2. ad *Ces.* de *republ. ordin.* Equidem ego sic statuo. *Adde eund.* 1. *ibid.* — Cum primis verborum personis plur. num. *Ter. Phorm.* 3. 1. 7. Equidem, here, nos jamdudum hic te absentem incusamus, qui abiheris. *Al. leg.* Et quidem *Cic. Sext.* 57. 122. Que tum significatio fuerit omnium, — equidem audiabamus. *Orellius et alii leg.* audiebam. — Cum secundis personis. *Sall. Cat.* 58. Scitis equidem, milites, sociorū atque ignavī Lentuli etc. *Plaut. Stich.* 4. 1. 48. Duni equidem herele, quod edant, addas. *Pers.* 5. 45. Non equidem hoc dubites. — Cum tertiis personis sing. num. *Plaut. Men.* 2. 2. 35. Insanit hic equidem, qui ipse maledicit sibi. *Id. Aulul.* 2. 1. 18. Decet te equidem vera proloqui. *Cic. 3. Att.* 3. Adhuc equidem valde me ponitet. *Orellius et alii reclus* leg. quidem, *Id. 2. Divinat.* 70. 144. Huic e-*

quidem Antiphon, Bero, inquit, te victimum esse non vides? *Manutius* hic suspicatur de mendo: *Orelilius* legit quidem. Denique *Forcellinus* attulit etiam illud ejusdem. Cic. 13. Att. 26. Equidem credibile non est, quantum scribam die. *At alter locus interpan-*  
*gendas videatur, scilicet:* Equidem, credibile non est, quantum etc.; ita ut equidem referatur ad v.  
seribam. *Sall. Cat.* 52. Quare vanum equidem hoc consilium est. Adde *Justin.* 38. 5. et 39. 3. a med.; et *Sueton. Cal.* 6. — Et cum tertii personis plur. nom. *Plaut. Men.* 3. 2. 27. Di me equidem omnes adjuvavit. *Varro* 1. R. R. 5. 1. Equidem innumerabiles mihi videntur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 86. (360). Equidem et montium soubitus praedicunt. *Silius* vero pro equidem ex bonis Codd. legit et quidem. ¶ 2. Speciatim partibus equidem affirmando simul et concedendo inservit, praecipue sequentibus part. sed, verum, ceterum, tamen, veruntamen. — a)

Sequente sed, ut apud *Plaut. Rud.* 4. 4. 59. Dixi equidem, sed si parum intellexisti, dicam denuo. Cic. 3. Fin. 2. 9. Quod autem meum munus dicas, non equidem recuso; sed te adjungo socium. Cf. Id. 2. *Orat.* 6. 25. Si jam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos, sed multo minus apud vos. Malo enim non intelligi orationem meam, quam reprehendi. *Liv.* 3. 68. Vellei equidem vobis placere, Quirites; sed multo malo vos salvos esse, qualcumque erga me animo futuri estis. *Curt.* 5. 13. 3. Certiora deinde cognoscit ex Bagysthene Babylonio, non equidem vincunt regem, sed in periculo esse aut mortis, aut vinculorum. Sic *Quintil.* 10. 1. 126. Non equidem omnino conabar excultere, sed potioribus præferri non sinebam. — b) Sequente tamen, ut apud *Liv.* 4. 3. Quantopere vos, Quirites, contemnerent Patres, quam indignos ducerent, ~ sepe equidem et ante video animadvertisse: nunc tamen marime, quod adeo atroces in has rogationes nostras coorti sunt. Adde *Plin. Paneg.* 31. — c) Sequente sed tamen, ut apud Cic. 3. Fin. 2. 9. Video equidem, inquam: sed tamen iam infici debet lis artibus etc. Id. *Senect.* 10. 32. Vellei equidem idem posse gloriari, quod Cyrus; sed tamen hoc queo dicere, etc. Adde *Horat.* 2. Sat. 1. 79. — d) Sequente verum, ut apud Cic. 16. Fam. 16. Amo te omnibus equidem maximis de causis, verum etiam propter banc etc. Adde *Plaut. Merc.* 2. 1. 40. — e) Sequente ceterum, ut apud *Curt.* 4. 12. 20. Sed caligo, quam circa humidi effuderant montes, universam equidem rei faciem non abstulit; ceterum agminum discrimina atque ordinem prohibuit perspici. Plerique tamen leg. quidem. — f) Sequente veruntamen, ut apud Cic. 12. Fam. 30. 3. Non dubitabam equidem: veruntamen multo mihi notiorum amorem tuum efficerit Chærrippus. — g) Post equidem particula sed interdum omittitur a *Curt.*, ut 9. 2. 21. Equidem sic animalia ista (*elephantos*) contempsi, ut quom haberem, ipse non opposuerim: satis gnaros plus suis, quam hostibus periculi inferre. ¶ 3. Item speciatim equidem ponitur pro quod ad me attinet, ex parte mea; semperque refertur ad personam, que loquitur. *Cæs.* 2. B. C. 32. in fin. Equidem ne Cæsaris militem dici volui; vos me imperatoris nomine appellavistis. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 98. 101. (220). Ut cibil, quod equidem noverim, præterea. *Id. ibid.* 25. 23. (91). Aristoteles tradit et simul plures cœni, nemini conpertum alteri, quod equidem sciam. Cf. Cic. 6. Att. 3. 4. De urbaniis rebus scilicet plura tu sis: sèpius et certiora eudis. Equidem doleto non me tu sis certiorum fieri. *Curt.* 7. 1. 38. Præcepisti igitur mihi, ne quem præter te intuerer; sed detrectantes militiam perducerem ad te. Quod equidem feci, et liberius, quam expediabat mihi, eisequutus sum imperium tuum. Adde *Plin. Paneg.* 79.

EQUIFERUS, i. m. 2. equus ferus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 13. 55. (197). In primis effractus est potius equiforū sanguinis. Adde *eund.* *ibid.* 10. 45. (150).

EQUILA. *V. EQUULA.*

EQUILE, is, n. 3. stabulum equorum. *Varro* 2. R. R. 7. 15. Si frigus erit, in equis faciendus ignis. Adde *Caton.* R. R. 14.; et *Sueton. Cal.* 55.

EQUIMENTUM, i., n. 2. metres, quæ datur pro admissura equi. *Varro* apud *Non.* p. 69. 27. *Merc.* An si equani emisses quadrupedem, ut in eo asino Reatinus admitteret, quantum poposcisset, dedisses equimenti? *Non.* loc. cit. scribit *equimentum*, quod minus rectum videtur.

TOM. II.

EQUIMULGA, æ, vel equimulgus, i. m. 1. vel 2. qui equum mulget. *Sidon.* 4. *Ep.* 1. 43. Ad equimulgus Gelonos. *Attī leg. equimulgus.*

EQUINUS, a, um, adject. ad equum pertinens. Cic. 5. *Tusc.* 21. 62. Gladius seta equina appensus. *Varro* 2. R. R. 7. 7. Pecus equinum. Adde *Ammian.* 31. 2. Rursus *Varro* *ibid.* 7. 6. Empatio equina. et *ibid.* 11. 1. Equinum lac. et 1. *ibid.* 38. 3. stereus. *Horat. Art. P.* 1. Equina cervix. Cf. *eund.* 2. *Ep.* 1. 45. *Quintil.* 8. 2. 15. pullus. Adde *Colum.* 6. R. H. 27. 1.; et *Val. Flacc.* 5. 154. — Hinc

*Equinus*, i. m. 2. absolute, substantivorum more, est etiam idem quod equus, ut interdum humanus idem est atque homo: *V. HUMANUS.* *Inscript.* apud *Marin. Frat. Art.* p. 67. de equa velocit. *GAE-*  
*TVA HARENA PROSATA, GAETYLO EQUINO CONSITA,*  
*CTRSANDO FLABRIS COMPARA, SPEVDSYA, LEXTHEN IN-*  
*COLIS.*

EQUIO, is, ire, n. 4. de equabus dicitur, quum eotum appetunt. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (181). Equas domitas sexaginta diebus equire. *Colum.* quaque habet 6. R. R. 38. 1. juxta nonnullos codices.

EQUIPASTOR. *I. EQUIARIUS.*

EQUIBIA, iun., n. piur. 3. ludi a Romulo instituti in honorem Martis ab equorum cursu, quod in iis equi currebant. Duplicita fuere: prima celebrabant a. d. III. Kal. Martii, altera pridie Idus. Fiebant in campo Martio, vel in parte montis Cælii, (qui campus minor dicitur a *Catullo* 55. 3.) si campus Martium aquæ occupassent. *Ovid.* 2. *Fast.* 850. Ex vero positum permansit equaria nomen. Adde *eund.* 3. *ibid.* 519. *Varro* 6. L. L. 13. *Müll.* Equiria ab equorum cursu; eo die enim ludis currant in campo Martio. Adde *Paul. Diac.* p. 81. 12. et p. 131. *Müll.*

EQUIRINE jurandum per Quirinum. *Paul. Diac.* p. 81. 13. *Müll.* *V. ECASTOR.*

EQUISÆTA, æ, f. 1. *I. EQUISETIS.*

EQUISÆTUM vel

EQUISÆTUM, i., n. 2. (de aliis formis, *V. voc. seq.*) herba quædam folio pilis simili, vel potius equinis stælis, unde et nomen traxit, hippuris a Græcis dicta, ἵππουρης, h. e. cauda equina. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 13. 83. (132). Cf. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 410.) hinc exhibet synonymiam: Ἰττόρπις ἑτέρα Bioscor. 4. 47. et *Hippuris altera* *Plin.* loc. cit. sunt *Equisætum arvense* L. *Spec. plant.* 1516. Cf. *eund.* vol. 2. p. 218.

EQUISÆTIS, is, f. 3. vel equisæta, æ, f. 1. berba eadem atque equisætum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (259). Invisa et equisætis est, ad similitudinem equua sætae. *Apul. Herb.* 39. A Græcis dicitur hippuris, Itali vero equisætum vocant. *Rectius tamen divisione scribendum equi sæta.*

EQUISO, ônis, m. 3. equorum dominor et rurator. *Varro* apud *Non.* p. 105. 14. *Merc.* Ut equiso docent tollutum incendere. *Pat. Max.* 7. 3. n. 2. exterr. Darius acumine equisonis sui prosperum exoptata rei effectum consecutus est. *Id. ibid.* n. 1. etiam agasonem aselli equisonem vocat. *Apul.* 7. *Met.* Equiso armentarius. *I. ARMENTARIUS.* — Equisones nautici diuuntur a *Varro*. apud *Non.* p. 106. 1. *Merc.* Et ab ipso *Non.* p. 450. 32. qui fune navem per flumen trahunt. *V. AMBIVIUM.*

EQUISTRATOR. *I. STRATOR.*

EQUITABILIS, e, adject. in quo equi facile ambulare possunt. *Curt.* 4. 9. Equitabilis et vasta planities. *Ammian.* 22. 15. Equitabilis campi.

EQUITATIO, ônis, f. 3. actus equitandi. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 14. (54). Equitatio stomacho et coris utilissima.

EQUITATUS, æ, um. *V. EQUITO.*

EQCITATUS, us, us, m. 4. De varia Dativi forma, *V. infra sub I. 2.* Equitatus duo diversa significat, prout est A) Ab eques, equitis; vel B) A verbo equito.

A) Equitatus ab eques, equitis ¶ 1. Abstracte est equitatio, sive actus equitandi. In sexto caso sing. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 15. 61. (218). Femora equitatu atteri et aduri, notum est. ¶ 2. Concreto, ut ajunt, sensu est militum equo utientium numerus. — a) In sing. numi. *Cato* apud *Gell.* 10. 24. Igitor dictalorem Carthaginensium magister equitum monuit: Mitt mecum Romanum equitatum. *Cic.* 9. Att. 13. Hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, etc. *Id.* 7. *Fam.* 1. Armatura varia peditatus et equitatus. Adde *Sall. Jug.* 91. et 95.; *Cæs.* 1. *B. G.* 15. et 42., 2. *B. C.* 6. et alibi saepè;

Nepot. *Eumer.* 3. et *Miltiad.* 5.; *Liv.* 27. 30. et alibi saepè; *Curt.* 3. 9. 1., 4. 9. 17. etc.; *Sueton. Cat.* 45. et 48.; *Flor.* 4. 2. 34. et 4. 9. 5.; et *Tac.* passim. *Ammian.* 19. 1. Ferreus equitatus campis opplevit et colles. — Datus equitatu legitur apud *Nepot.* *Hann.* 3. Equitatu omni præesse. Adde *Cæs.* 7. *B. G.* 4. et 3. *B. C.* 89.; et *Curt.* 5. 9. 21.

— Datus equitatu occurrit apud *Cæs.* 1. *B. G.* 39. Centurionesque, quicque equitatu præerant, perturbabantur. Adde *eund.* *ibid.* 18. et 52.; quamquam vulgi libri ubique leg. equitatu. *V. ASPECTUS*, us. — b) In pier. num. *Cic. Fontej.* 2. 3. Magnos equitatus ad ea bella, quæ tum in toto orbe terrarum a populo Romano gerebantur, — Imperavit. *Cæs.* 1. *B. C.* 61. a med. Hinc magnos equitatus magnaque auxilia expectabant. Adde *eund.* 3. *ibid.* 8. *Auct. B. Hisp.* 37. Peditatibus et equitatus ad persequendum celeriter iter faciens. Adde *Sall. Jug.* 46.; *Auct. B. Afr.* 14.; et *Flor.* 3. 11. 8.

¶ 3. Item ipsi equi. *Cæs.* 3. *B. C.* 58. Erat summa inopia pubuli, adeo ut foliis ex arboribus strictis equos alerent. — Cogebantur Corcyra atque Acarnania — pubulum supportare: quoque erat ejus rei minor copia, hordeo adangere, atque bis rationibus equitatum tolerare. ¶ 4. Item equester ordo. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 9. (35). Equitum etiam nomen ipsum saepè variatum est, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. *Silius* legit: in his quoque, qui id ab equitatu trahebant. *Auson.* *Edyl.* 11. 78. *Martia* Roma triplez, equitatu, plebe, senatu.

B) Equitatus a verbo equito (eius frequentatio inuisit. esset equito) eam vocem significat, quam edere solet equa cohortum appetens. *Lucilius* apud *Varro.* 7. *L. L.* 103. *Müll.* Quantum binnum atque equitatum.

EQUITARIUS, ii, m. 2. qui equitio præest. *Firmic.* 8. *Mathes.* 13. Aut mulomedicus, aut equitarius.

EQUITIUM, ii, n. 2. equorum armamentum. Cf. *Varro* 2. R. R. 1. 10. Et quod multa nomina habemus ab utroque pecore, a maiore et a minore? A minore Porcius, Ovinus, Caprilius: sic a majore Equitius, Taurius etc. *Colum.* 6. R. R. 27. 1. Quibus cordi est educatio generis equini, maxime convenient providere auctorem industrium et pabuli copiam; quæ utraque vel mediocria possunt aliis pecoribus adhiberi, summam sedulitatem et largam satiacionem desiderat equitum. *Tac. Germ.* 15. Mos est civitatis ultra equitum conferre principibus. Al. rectius ultra ac ritim conferre etc. *Ulp. Dig.* 6. f. 1. Idem de armento et equitio ceterisque, quæ gratiam habentur, dicendum est. Adde *ibid.* 7. 8. 12. et alibi.

EQUITO, as, ãvi, ãtum, are, 1. Part. Equitans sub A. I. 1.; Equitatus sub B. — Equitare occurrit A) Neutrorum more; et B) Active.

A) Neutrorum more, equo est equo iter faci (It. cavalcare; Fr. aller à cheval, chevauchier; Hispan. cabalgar, ir à caballo; Germ. reiten; Angl. to ride).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Dejor.* 10. 28. Quum in illo nostro exercitu equitatus cum suis delectis equitibus. *Jabotin. Dig.* 9. 2. 57. Equitare in equo. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 26. (53). Letitudo equitandi. *Id.* 8. *ibid.* 25. 38. (93). Dorso equitantium modo impositi. Adde *Sall. Jug.* 6. *Justin.* 41. 2. Et equitare et sagittare magna industria docent. *Horat.* 1. Od. 2. 51. Ne sinus Medos equitare inultos. h. e. discutere equitatu et loca vastare. Adde *eund.* 1. *ibid.* 8. 6. et 2. *ibid.* 9. 24. *Cic.* 6. *Verr.* 20. 43. Equitare in equaleis. *V. EQUEULEUS* II. 1. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 248. in arundine longa. ¶ 2. Speciam. *Paul. Diaz.* p. 81. 53. *Müll.* Equitare antiqui dicebant equum publicum merere.

II.) Translate. ¶ 1. Equitare dicitur etiam ipse equus incedens. *Lucilius* apud *Gell.* 18. 5. et *Non.* p. 107. 2. *Merc.* Currere equum nos alique equitare inultos. h. e. discutere equitatu et loca vastare. Adde *eund.* 1. *ibid.* 8. 6. et 2. *ibid.* 9. 24. *Cic.* 6. *Verr.* 20. 43. Equitare in equaleis. *V. EQUEULEUS* II. 1. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 248. in arundine longa. ¶ 2. Speciam. *Paul. Diaz.* p. 81. 53. *Müll.* Equitare antiqui dicebant equum publicum merere. *V. EQUUS* II. 4. et *INEQUITO.*

B) Active. *Flor.* 3. 4. 5. Minutius tota vastarit Hebro, multis quidem amissis, dum perfidum glacie fluens equitatur. h. e. equitando transit. Al. Iug. per perfidum, ut sit deponens. *Claudian.* B. *Get.*

192. equitataque summi Culmina Taygeti. *Sidon.* *carm.* 23. 249. fluxis equitata Bactra Parthis. — *Equitata cohors*, equites habens peditibus admixtos. *Inscript.* apud *Murat.* 1122. 4. c. *SAGVO G. F. GLT.* *PRISCO PRAEF. COH. III. LINGON.* *EQUITATAE V. CO-HORS.* — Apud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 26. (68) de camelis. Omnes autem jumentorum ministerialis dorso funguntur, atque etiam equitantur in præliis. *Herod.* leg. *equitatu*: item *Siliq.*

**ÉQUULA**, *a.* I. 1. *deminut.* ab equa, parva equa. I.) Proprie. *Varro* apud *Non.* p. 106. 12. *Merc.* Quin summa diligentia eligat asinum, qui saliat e- quiam. *Alii leg. equilam.*

II.) Improprie. *Locum* habet in obscenis. *Plaut.* *frag.* apud *Priscian.* 3. p. 677. *Putsch.* Adhinnire equalem. Alter tamen legendum docet *Cod. Plautinus* apud *Majum.* V. *ADHINNO.*

**ÉQUULEUS** vel eculeus, *ëi*, m. 2. *deminut. ab equo*, pullus equinus.

I.) Proprie. *Varro* apud *Non.* p. 105. 11. *Merc.* Neque furentem equitem — insanus equiso ex rabidis morbi fluctibus educat unquam. *Cic. fragm.* ex *Hortens.* apud *eum.* *ibid.* Ut igitur domitores e- quorum non verbera solum adhibent ad domandum, sed ictum etiam sepe subtrahunt, ut fame debilitate equileorum estrenantur. *Liv.* 23. 31. sub fin. Ad *Sinuassam* bos equileum peperit.

II.) Translate. ¶ 1. Equulei sunt sigilla argentea equoleos referentia. *Cic.* 6. *Verr.* 20. 43. Jactabit se, et in his equitabit equileus. ¶ 2. Est etiam tormenti genus, nempe machina lignea, in equi modum compacta, in qua distendebantur et torquebantur ii, de quibus alicujus criminis quaestio haebatur. *Curt.* 6. 10. 10. Tot consci, ne in equileum quidem impositi, verum fatebuntur? *Cic. Mil.* 21. 57. Facti in equileuo quaestio est, juris in judicio. Adde *eum.* 3. *Tusc.* 28. 67.; *Curt.* 8. 7. 5.; et *Ammian.* 14. 5. et 26. 10. med. *Seneca Ep.* 67. Neminem certe adhuc scio, eo nomine votum solvisse, quod flagellis caesus esset, aut podagra distortus, aut equileuo longior factus esset. *Prudent.* 10. *tesc.* 109. Eviscerandum corpus equileuo eminus Pendere et uncis vinculisque crescere. — *Equuleus cochleatus.* V. *COCHLEATUS.*

**ÉQCULUS**, *i.* m. 2. *deminut. ab equo*, parvus equus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 14. 38. Omnia in perfectis et maturis docet esse meliora, ut in equo, quam in equulo, in cane, quam catulo. *Varro* 2. *R. R.* 7. 13. Post annum et set menses equulum domari posse.

**EQUUS**, *i.* in. 2. *Equis* scribitur pro equo in *Inscript.* apud *Martin. Frat. Arv.* p. 393. ET CETERA SEPTO CURRERE CEPIT EQVS. V. *ibid.* adnotat. — *E-quinum* pro equorum habes in *Sil. It.* 12. 681. — Ratione habita etyma, vox conjungenda est cum Gr. *ἵππος equus*; et est animal quadrupes, quo vehimur sive itineris, sive militiae causa, rhabdas curruque trahimus, etc. (It. *cavalo*; Fr. *cheval*, *coursier*; *Hisp. caballo*; Germ. d. *Pferd*; Angl. a *horse*, *steed*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) Universim. Primus equi sator habetur in fabulis Neptunus: V. h. v. Multa ac mira de equis *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 64. (154). Generosi quia notas *Varro* 2. *R. R.* 7., *Colum.* 6. *R. R.* 29., *Pallad.* 4. *R. R.* 13. et *Virg.* 3. *G. a. v.* 73. resensit. *Varro* 2. *R. R.* 7. 15. Equi alii sunt ad rem militarem idonei, alii ad vectoram, alii ad admisuram, alii ad cursuram, alii ad rhedam. V. *CABALLUS* et *CANTERIUS*. *Coto* apud *Gell.* 9. 2. Majores nostri equos carius, quam coquos emebant. *Plaut. Men.* 5. 2. 109. Multa mihi imperas, Apollo: nunc equos junctos jubes capere me indomitos, feroces, atque in currum ascendere. *Cic. Amic.* 19. 68. Nemo est, qui non *eqno*, quo conseqvit, libentius utatur, quam intructato et novo. *Horat.* 3. *Od.* 24. 54. nescit equus rudis Hærere ingenuos puer. h. e. nescit insidere ita ut non delabatur. *Justin.* 41. 3. d. *Parthis*. Equis omni tempore vectantur: super illos ire, consistere, mercari, colloqui. *Quintil.* 1. 1. 1. Equi ad cursum gignuntur. *Id.* 9. 4. 113. Equorum cursum delicati minutis passibus frangunt. — b) Jungitor plurimis Adjectis, quorum praecipua sunt her. *Ennius* apud *Cic. Senect.* 5. 14. Equus fortis. *Cic.* 1. *Off.* 26. 90. ferocitate exultans. *Nepos Eumen.* 5. colles renunti. *Liv.* 30. 17. phaleratus. *brydato.* *Id.* 24. 18. curules. *Id.* 43. 5. militares. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 8.; *Sueton. Domit.* 2.; et *Plin. Paneg.* 22. albus. h. e. triumphantium pro-

prius. *Horat.* 4. *Od.* 3. 4. impiger. *Id.* 1. *Sat.* 5. 57. serus. *Id.* 2. *ibid.* 2. 10. indomitus. *Id.* 1. *Ep.* 2. 64. dorsilis tenera service. *Id.* *Art.* 84. certamine primus. *Ovid.* 5. *Trist.* 9. 29. acer. *Id.* 4. *ibid.* 6. 3. animosus. *Id.* 1. *Art.* am. 20. magnanimus. *Id.* 2. *Amor.* 9. 30. durior oris. *Id.* 1. *ibid.* 2. 15. Asper equus duris contunditur ora lupatis. *Id.* 4. *Trist.* 8. 20. languidus. *Sueton.* *Ces.* 61. patiens sessoris. *Id.* 39. desultorius. *Val. Flacc.* 2. 386. bellator. *Quintil.* 5. 11. 4. optimus, generosissimus. *Id.* 8. 3. 10. velox. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 25. (66). recens, fresco. *Ammian.* 14. 6. funales. *Id.* 14. 6. publici. h. e. i cavalli di posta. — c) Jungitor et plurimis Verbis, quorum praecipua haec sunt. *Liv.* 2. 20. extr. Admoveare equit equos. *Ces.* 1. *B. G.* 22. Admittere equum. Sic *Fronto* 3. *ad M.* *Ces.* 20. Ubi vivarium dedicabis, memento quam diligenter. *Cic. Senect.* 10. 34.; et *Curt.* 7. 7. 36. Ascendere in equum. *Liv.* 6. 7. Insilire in equum. *Auct. B. Hisp.* 13.; et *Sueton. Col.* 51. Conscendere equum. *Sueton. Ner.* 48. Inscendere equum. montare, salire. *Liv.* 35. 36. Imponere aliquem in equum. mettere a cavallo. Sic *Curt.* 3. 11. 11. Imponi in equum. *Ces.* 8. *B. G.* 30. extr. Inferre aliquem in equum. Cf. *Cic. Deiot.* 10. 28. Dejotarum quam plures in equum susculissent. *Cic. Senect.* 10. 34. Descendere ex equo. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 236. 20. *Merc.* Descendere e- quo, smontare, scendere. Sic *Ces.* 4. *B. G.* 2.; et *Curt.* 6. 5. 26. Desilire equo. *Cic. Cluent.* 62. 175. Cadere ex equo. *Id.* *Deiot.* 10. 28. Hærere in equo. stare a cavallo. *Id.* *Verr.* 10. 27. Sedere in equo. *Plin.* 9. *Ep.* 15.; et *Ammian.* 29. 5. Insidere in equo. *Ovid.* 2. *Art.* am. 732. admisso subdere calcar equo. *Cic.* 2. *Divinat.* 68. 140. Vehi in equo. *Curt.* 3. 3. 3. et 7. 7. 6. Vehi equo. *Cic. 1. Divinat.* 28. 58. Equo advectus ad fluminis ripam. Adde *Quintil.* 11. 2. 12. *Curt.* 3. 11. 12. Aliquem vehit equus. *Ovid.* 8. *Met.* 373.; et *Curt.* 3. 3. 22. Vectari equis. *Nepos Datam.* 4. Equo concitat vehi ad hostem. *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 14. Ire in equo. *Val. Flacc.* 6. 328. Ire equis. *Cic. Senect.* 10. 34. Equo iter ingredi. *Sall. Cat.* 59. Circum ire equo. girare a cavallo. *Val. Flacc.* 1. 147. Fugere equo. *Cic. Deiot.* 10. 28. Optime usi equo. saper cavare. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 29. 94. Equum sustinere. fermare. *Curt.* 3. 8. 26. et 7. 9. 10. frenare. por la brigia. *Id.* 4. 16. 3. refrenare. *Id.* 4. 15. 28. regere. *Petron. Satyr.* 134.; et *Juvenal.* 1. 20. strectere. *Flor.* 3. 3. 10. Equos quaternos transilire. *Curt.* 3. 11. 26. mutare. *Nepos Pelop.* 5.; et *Curt.* 8. 14. 17. Equum concitat in aliquam. *Curt.* 7. 4. 33. agere in hostem. spronare, spingere. *Cic. 2. Nat. D.* 2. 6. Castor et Pollux ex equis pugnare visi. combattere a cavallo, quod *Propert.* dixit 3. 9. 13. ad equo oppugnare. *Ovid.* 2. *Met.* 118.; et *Virg.* 3. *G.* 114. Jungere equos. mettere sotto al cocchio. *Cic.* 6. *Att.* 1. ad fin. Rheda equis juncta. *Id.* 13. *ibid.* 52. ad fin. Stare vel esse aliqui ad equum est quod nos dicimus alla staffa. — d) Cognomina equorum ultra octoginta habentur in tabula marmorea apud *Gruter.* 341., item 337. et 338 ubi de Iudis circensis agitur: nomina vero aliquot 6. *Theb. Statii*, a 461. — e) Fuit equus Marti sacer propter usum bellorum, et quotannis ei Romae immolabatur mensa Octobri. *Lacedemonii* eo faciebant Ventis, propter velocitatem: *Sallentini* Jovi, *Rhodii Soli*, integrum quadrigam in mare jacientes. *Festus* p. 178. 24. *Müll.* Sunt qui putant, non quotannis, sed quot lustris Romae immolari solitum, ex illo *Propert.* 4. 1. 20. Qualia nunc curlo lustra novantur equo. *Curtum* dicit, quia cauda eius amputata deferebatur in regiam. *Festus* *ibid.*; et *Paul. Diac.* p. 57. 19. *Müll.* Alter tamen *Passerat.* *Propertius* locum intelligit. *Eliam Persae* Soli sacrificare solebant, Ne detur celeri victimæ torba deo, inquit *Ovid.* 1. *Fast.* 386. — f) Sejanus equus fuit equus Ca. Seji chis Roniani, inusitata magnitudine, omnibusque aliis equorum laudibus praestansissimus aucto, ut ex eorum genere equorum crederetur, quos Hercules circa Diomedes Argos perduxit. Sed equus iste eo fato fuit, ut quisquis possideret eum, is cum omni familiâ interiret. Primus enim bujus equi dominus a M. Antonio, qui postea triumvir constituta reipublica fuit, damnatus, miserando affectus est supplicio. Hunc deinde emit Cornelius Dolabella IIS. centum millibus, qui et ipse a Cassio victus, in prælio occu-

bait. Ab hoc ad Cassium victorem equus pervenit, qui ab Antonio vicius, sibi manus intulit. Nec multo post Antonius vicit, qui equum hunc abstulerat, ab Augusto vicius simili mortis genere periret. Hinc ortum est proverbium, ut homines calamitosi Equum Sejanum habere dicerentur. *Hec Gell.* 3. 9. — g) Equi donati dentes non inspicuntur, a caval donata non si guarda in bocca, proverb. aliud apud Hieronym, proœm. epist. ad *Ephes.*

II.) Improprie. ¶ 1. Equus — a) Ponitur pro equitate. Nam mereri equo (vel equis apud *Liv.* 5. 7.) est equo belli stipendi facere, essere soldato di cavalleria. *Ovid.* 3. *Fast.* 130.; *Cic. 1. Phil.* 8. 20.; *Liv.* 27. 11.; et *Sueton. Gramm.* 9. — Sic rescribere ad equum est inter equites describere, arrollare fr̄i soldati di cavalleria, *Ces.* 1. *B. G.* 42. extr.

— b) Hinc etiam equi viri vel equi virisque sunt equitatus ac peditatus. *Sall. Jug.* 49. Nam inter virgulta equi Numidæque considerant. V. *EQUES* sub B. 2. *Id.* *ibid.* 51. Arma tela, equi viri (h. e. equites pedites), hostes atque rives permitti. *Liv.* 5. 37. Equis virisque longe ac late suo agmine immensum obtinentes loci. *Id.* 22. 52. Præter equos virosque, et si quid argenti, omnis cetera præda diriplenda data est. *Id.* 26. 4. Quibus plurimis in equos virosque conjectis permultos vulneraverunt. Adde *eum.* 21. 27., 31. 42., 55. 11. et 36. 19.; et *Curt.* 3. 3. 26. et 4. 13. 1.; et *Nepot. Amit.* 4. — c) Hinc translate equis virisque vel interdum equis viris significat omni contentione, omni conatu agere, tentare omnia: simile est apud nos *cole manus e co' piedi*. *Flor.* 2. 7. 8. Qualebat omnia equis virisque. *Cic. 8. Phil.* 7. 21. Fore, ut omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, viris D. Bruto subveniremus. *Id.* 3. *Off.* 33. 116. Cum his, viris equisque, ut dicitur, si honestatem tueri sententia est, decertandum est. *Alii leg.* velis equisque; quod nos dicimus per mare e per terra. *Id.* 9. *Fam.* 7. Dubitandum non est, quin equis viris. *Alii hic quoque equis velis.* — Huc pertinet illud ejusdem *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 15. Cursu corrigan tarditatem tam equis, tum vero quadrigis poeticis. h. e. tum prossa oratione, tum carminibus; et iusta recentiores metaphora hoc in loco sumpta est ab equis circensibus. ¶ 2. Quoniam ii, qui ad equestrem ordinem pertinebant, equum publicum a censoribus accipiebant (V. *EQUES* sub C.), equis interdum pro equestri ordine ponitur. *Apul. 8. Met.* init. Vir equo clarus. h. e. equestri genere natus. *Forcellinus* ita cum aliis legebant: sed *Elmenhorst.* et codicum auctoritate frentis et hac singulari prorsus dicendi ratione commotus, legit loco clarus. Quod etiam et eo confirmatur, quod senatores quoque equum publicum habebant, ut patet ex *Liv.* 29. 37. V. *Cavedoni. Sagg. sulle medagli.* p. 43. ¶ 3. Notus est equus *Trojanus* (J. et infra sub 9.), in quo abditu viri, et in urbem recepti, noctu Graecis portas aperirent, ut est apud *Virg.* 2. *En.* 259., *Plaut. Bacch.* 4. 9. 12., *Horat.* 4. *Od.* 6. 13., *Justin.* 20. 2. 1., *Ammian.* 16. 10. med., et *Hygin. fab.* 108. Hinc proverbia locutio ne dicitur equus *Trojanus* de occulta coniunctione et latente pernicie. *Cic. Mur.* 37. 78. Intus, intus, inquam, est equus *Trojanus*: a quo numquam, me consule, dormientes opprimemini. — Etiam fabula a *Livio Andronicus* scripta, cui titulus *Equus Trojanus*, memoratur a *Cir.* 7. *Fam.* 1. 2. ¶ 4. *E-quus Hectorus* translate vocatur ipse *Hector*, qui tenui habere rum uxoris sua *Andromacha* illo *Venerio* schemate, quod et *Venus pendula* dicitur ab *Apul. 2. Met.*, quodque *Petron. Satyr.* 140. satis petulante describit. *Ovid.* 3. *Art.* am. 715. numquam *Thebais* *Hertoreo* nupta resedit equo. *Martial.* 11. 104. *Hertoreo* quoties sederat uxor equo. V. *PENDULUS*, adde *Horat.* 2. *Sat.* 7. 50. et *Petron. Satyr.* 24., ubi equus generatum codem sensu occurrit; et cf. *Asclepiad.* in *Epigr. anal. Br.* T. 1. p. 217. ¶ 5. Equi alati poetice singuntur venti. *Catull.* 66. 52. quum se *Mennonis Ethiopis* Unigenita, impellens mutantibus aera pennis, *Obtuius Arsinoes Chloridos ales equus.* *Val. Flacc.* 1. 610. fundunt se carcere lati *Thraces equi*, *Zephirusque*, et nocti conceolor alas *Nimborum* cum prole *Notus*. — Huc referri potest et illud *Justin.* 44. 3. 1. In *Lusitanis*, iuxta *Nuvium Tagum*, vento equas fetus conceperere multi auctores prodidere: quæ fabula ex equarum secunditate et gregum multitudine natæ sunt: qui tanti in *Gallæcia* et *Lusitania*, ac tam per-

nices visuntur, ut non immerito vento ipso concepti videantur. ¶ 6. *Equus ligneus* est navis apud *Plaut. Rud.* 1. 5. 10. Nempe equo ligneo per vias carreas estis vectae. Hinc *auregam* vocant gubernatorem navis *Ovid. 1. Trist.* 3. 118. et *vet. Poeta* apud *Charis. 4. p. 243. Putsch.*, et *habenar classi* tribuit. *Virg. 6. Aen.* 1. *Homerus quoque naves* ἀλος ιππους, *equos maris esse hominibus dixit Odyss. 4. v. 708.* ¶ 7. *Equi bipedes sunt marini*, qui priores pedes habere singuntur, et pro posterioribus caudam piscis. *Virg. 4. G. 389.* et in *Pervigil. Vener.* 10. *V. HIPPOCAMPUS.* ¶ 8. *Equus fluvialis* apud *Plin. S. Hist. nat.* 21. 30. (73). est hippopotamus. ¶ 9. Est hoc nomine etiam machina bellica, postea aries appellata, ad nuros urbium quatindos: quam primus invenisse dicitur Epeus in obsidione Trojae, ut *Plin. 7. Hist. nat.* c. 56. tradit: cuius machine ferramenta Metapontinos ab Epeo conditos, olim in templo Minerva ostentasse, auctor est *Justin. 20. 2. Hinc Propert. 3. 1. 25.* Nam quis equo pulsas abiegnos nosceret arces? — Hinc fortasse data occasio alii equum lignum Trojanum communisendi, de quo *V. supra* sub 3. ¶ 10. In caelo est sidus hoc nomine, decem et octo, vel viginti stellis constans, inter Tropicum Canceris et Arcticum circulum; Aquarii mamum dexteram cervice sua conjungens. Hunc fabulantur esse Pegasum Nephiti et Medusae filium, qui in Heliconi fontem ungula aperit, et Bellerophontem per aera vexit. *Cic. 2. Nat. D. 43. 111.* et *44. 112.*; *Plin. 18. Hist. nat.* 26. 65. (237); et *Hygin. 2. Astron.* 18. et 3. *ibid.* 17. *Colum. 11. R. R.* 2. 31. Duodecimo Cal. April. Equus mane occidit.

## ER

**ER**, syllabica adjectio. *Grammat. incert.* edente *Eichenf. p. 164.* Latini peculiarius infinitis in i exuentibus addunt er syllabam, ut i, quod longum fuerat, breve efficiant, ut accingier ense. — Ceterum de terminatione nominum in er plurima habet *Capell. 3. p. 76.*

ER, eris, m. 3. *χριπ.* Scribitur et heres; aspirata enim Latini usi sunt aliquando pro Graeca littera X, aliquando etiam eisdem omiserunt. — *Forcellino* casus rectus est eres. — Ceterum er est ericus, sive erinaceus. *Nemes. Cyneget.* 57. Implicitumque sinu spinosi corporis erem Ferre domum. *Plaut. Capt. 1. 2. 81.* I modo, venare leporem, nunc erem tenes. *At. aliter leg. Sic Id. Men. 3. 2. 28.* cui ego aequa ac eres haerem. *Alii melius teg.* heres eram. *Id. Truc. 2. 2. 23.* Cumque eri noctem in stramentis pernoctare (*mavelim*) perpetem, quam tuas (*mutter*) centum centas noctes mihi dono dari. Ita Bothe leg.; aliis *cumque eo*, scilicet bove.

ERA, m. f. 1. *V. HERA.*

**ERADICATIO**, ōnis, f. 3. evulsio a radice. Occurrit translate tantum apud *Tertull. Resurr. carn.* 27. extr. Post antichristi eradicationem agitabatur resurrecio.

**ERADICATUS** vel erradicatus, a, um. *V. ERA-DICO.*

**ERADICITUS** vel erradicatus, adverb. *παγόδεν*, vim majorem videtur habere, quam *radicitus*. *Plaut. Most.* 5. 1. 62. Male facta reperi non radicatus quidem, verum etiam erradicatus. — Figurate de eloquentia usurpat *Fronto de oration.* (edente *A. Maio*) Ep. 1. Confusam enim eloquentiam subvertendam censeo radicatus, immo vero, Plautino irato verbo, erradicatus. Inde patet etiam apud *Plaut. loc. cit. scribendum erradicatus, non erradicatus.*

**ERADICO** (et in nonnullis Codice erradico), as, ūvi, atum, ars, a. 1. (ex et radix). Erradicarer parage pro erradicari apud *Plaut. Aulul.* 2. 4. 21. — Part. *Erradicatus* 1. et 11. 1. — Erradicus est una cum radice evello (lt. *erradicare, extirpare*; Fr. *déraciner, extirper*; Hispan. *desarranciar, extirpar*; Germ. *aufrotten, ausreissen*; Angl. *to pull up by the roots, eradicate, extirpate*).

I.) Proprie. *Varro 1. R. R.* 27. 2. Quae sunt ex terra enata, priusquam ex iis quid seminis cadat, ut sint erradicata.

II.) Improprie. ¶ 1. Metaphorice ponitur pro omnino evellere. *Plaut. Ovid. 3. 3. 52.* Quum nulli-

tabam, pugnis memorandis meis erradicabam hominem aures, quando occuperam. ¶ 2. Translate est funditus perdere. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 6. Perditus sum, atque etiam erradicatus sum, omnibus exemplis crucior. *Id. Aulul.* 2. 4. 21. Clamat suam rem per illo, seque erradicarier. Adde eundem. *Merc.* 4. 4. 35. et *Truc.* 3. 1. 15. *Ter. Heaut.* 3. 3. 28. Dii te erradicent. h. e. perdant funditus. Adde eundem. *Andr.* 4. 22.

**ERADO**, dis, si, sum, dere, a. 3. (ex et rado). Part. *Erasus* I. et II.; *Eradendus* II. — Erado est radendo aufero, amputo, seco, cedo (lt. *radere, lever via radendo*; Fr. *enlever ou effacer en racinant*; racter; Hisp. *raer, raspar*; Germ. *abschaben, scheren, bestreichen*; Angl. *to scrape off, scrape away*). 1.) Proprie. *Varro 5. L. L.* 136. *Müll.* Rastris erradunt terram. *Colum. 4. R. R.* 246. Erradere mustrum. *Paul. 1. Sentent.* 21. 8. inscriptos titulos. *Plin. Paneg.* 25. In locum erasorum subditu fuerant. h. e. eorum, quorum nomina e publicis tabulis erasa fuerant. *Capitolin. Maximin.* 29. Maximini nomen olim (monumentis publicis) erasum, nunc animis erradendum. *Id. ibid. mox.* Eraso nomine Maximinorum. Cf. *Tac. 1. Ann.* 42. Merulam semitoro albo erasit. *Colum. Arbor.* 9. Malleolum scindito, medullamque omnem erradito. *Plin. 17. Hist. nat.* 21. 35. (162). Erasa medulla. *Id. 24. ibid.* 7. 26. (41). Zopissam erradere navibus. Adde *Sueton. Claud.* 16. et *Domit.* 8. et 23. *Propert.* 4. 8. 26. Erase gene.

II.) Translate est expungere, delere: ad rem *Seneca Ep. 91.* Nobilium civitatum vestigia quoque tempus erradet. — Ceterum de abstractis. *Horat. 3. Od.* 24. 51. Erradenda elementa pravi cupidinis. *Ovid. 4. Trist.* 9. 5. Fac modo te dannes, cupiasque erradere vitæ Tempora. *Seneca Ep. 11.* Erradere vitia. *Id. Thyest.* 519. Ponatur omnis ira et ex animo tumor erasus abeat. *Phœdr.* 3. prol. 21. Curamque habendi penitus corde erradare.

**ERANISTA**, a, m. 1. *ἐρανίστας*, curator erani: *V. ERANUS.* Hac appellatione milites tantum apud Latinos praediti fuisse inventiuntur. *Inscript. apud Gud. 146. 5. L. AELIVS AVG. LIB. CYNIPS ERANISTA ET PROCYRATOR MILITUM EMERITORUM.* *Alia apud Gruter. 541. 11. T. PLAVIO IVYRCDO ERANISTÆ LEG. XXX. VI. F. 7.* Adde alias apud eundem. 528. 1. et 549. 5., et apud *Mühl. 782. 7. et 785. 2. Orelli ad Inscript. 3474.* de inscriptionibus modo allatis agens, ait: « Rejiciendi omnino sunt, quos agnoscunt *Reinesius p. 534.* et eo auctore *Fabrett. p. 232.* *Eranistar Legionum:* etenim marmora, in quibus leguntur vel subdittitia sunt, vel misere corrupta, ita ut alterum legendum sit».

**ERANTHEMIS**, idis vel is, f. 3. *V. voc. seq.* in fin.

**ERANTHEMON**, i, n. 2. *ηράνθεμον*, herba eadem atque anthemis, flore purpureo: ab ἡρη ver et ἡρω floreo, quod vere floreat. *Plin. 22. Hist. nat.* 21. 26. (53). Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii eranthemon, quoniam vere floreat. *Et mox* (54). Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est, quae florem purpureum habet, ejus et foliorum et fructis amplius majuscula est: hanc proprie quidam eranthemon vocant. *Siliq. priora loco legit eranthemida; altero eranthemum.* Et synonymia *V. ANTHEMIS.*

**ERANUS**, i, m. 2. *ἐρανός*, ab *ἐράνω* amo, Graece significat collectaneum pecuniam, quam in multis Graecis urbibus instituta sodalitates ad servare solebant, conseruentibus ipsis sodalibus, ut si quis eorum egestate premetur sublevari ea posset: ita tamen, ut si quando ad pristinam rediret fortunam, tantumdem sodalitati restitueret, quantum accepisset. Simile est, quod de Christianis narrat *Tertull. Apolog.* 39., fuisse apud eos veluti sacram ætarium, in quod singulis mensibus exiguum quisque pecuniam conferret, egenis atendis humanisque, pueris et pueris re ac parentibus deslitutis, senibus, infirmis, naufragis, et hujusmodi sublevandis, etc. *Plin. 10. Ep. 93.* Datum mihi publice libellum ad eranos pertinenterum. *Trajan. ad Plin. Ep. 94.* Si legibus istorum concessum est eranos habere. *Cic. 12. Att.* 5. quoque habet, sed Graece, pro symbola. De hujusmodi collatione stipis menstrua militibus permissa consule *Martian. Dig. 47. 22. 1.*

**ERASTES**, a, m. 1. *ἐραστής*, amator. *M. Au-*

## EREPO

rel. apud *Fronton. 1. ad M. Ctes.* (edente iterum *A. Maio*) Ep. 10. Numquam tu tamen erastum, me dico, depuleris.

**ERASUS**, a, uni. *V. ERADO.*

**ERCISCO**. *V. HERCISCO.*

**ERCTUS**. *V. HERCISCO.*

**EREBUS**, i, m. 2. est ab *Ἐρεβ* vesper, hinc

“Erebus Graecæ, et Latine Erebus (interdum etiam *Hreibus*), filius Demogorgonis et Terræ, vel, ut *Hygin. præfat.* *Mythol.* docet, Chaus et Caliginis; frater Noctis et Diei, idemque sororis suæ maritus: de quo *V. plura* in *ONOM.* — Ceterum generatim significat — a) Profunditatem Inferorum, et intriores densiores Tartari tenebras, ut docent *Paul. Diac.* p. 83. 3. *Müll.* et *Servius* ad illud *Virg. 4. G. 471.* Al cantu commotæ Erebi de sedibus imis etc., et ad 4. *Aen.* 511. Sic *Seneca (Edip. 160.* Rupere Erebi claustra profundi Tarba sororum face Tartarea. — b) Hinc ponitur universum pro ipsis Inferis. *Ovid. 5. Met.* 343. Ingemuit regina Erebi. *Id. 10. ibid. 76.* Esse deos Erebi crudelès questus etc. *Val. Flacc.* 2. 120. de *Fama.* Non Erebi, non diva Poli. *Id. 4. 407.* Erebi virgo. h. e. *Tisiphone. Seneca Herc. (Ed. 1369.* Rector Erebi. Adde *eundem. 6. 292.* et 3. 410. — Hinc pertinet et illud *Anmian.*, ubi agit de terra motu terrarum partes absorbente, et ait 17. 7. in fin. Insulæ Helice et Bura — ad Erebi profundos hiatus abactæ, æternis tenebris occiduntur.

**ERECTE**, adverb. sed occurrit tantum *Comp. Erectus* et quidem translate. ¶ 1. Ponitur pro Ædenter, audacter, multo cum animo. *Ammian.* 26.

2. Signisque sublati erectius ire pergebant. ¶ 2. Item pro libere. *Gell. 7. 3.* Commodius erectius pro de his meis verbis existimabit, judiciumque faciet, qui etc. h. e. fidientius. *Ammian.* 15. 5. Erectius loqui etc. h. e. liberius. *Id. 30. 7.* reminisci.

**ERECTIO**, ōnis, f. 3. actus erigendi. *Fitrus.* 10. 5. 8. *Schneid.* Sinc tignorum erectionibus.

**ERECTOR**, ōris, m. 3. qui erigit aliquid opus. *Inscript.* quæ pertinet ad ann. a Chr. n. ccclxxv. apud *Fabrett.* p. 829. n. 248. *Visc. Op. Var. 2. p. 69.* *Cardinali Inscriz.* *Velit.* p. 44., et *Orelli.* 2538. *LOL. CYRVS PRINC. CVN.* (h. e. princeps curia) ET *ERITOR* (lege erector). *Et mox. LOL. CYRUS PRINC. CVR. ET ANTE (amphitheatre) ERETORIS (lege erectoris) FILIVS.*

**ERECTUS**, a, um. *V. ERIGO.*

**EREMIGATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EREMIGO**, as, ūvi, atum, are, a. 1. (ex et remigo). Part. *Eremigatus.* — Eremigo est remigando et navigando emitor. *Sil. It.* 14. 190. Innat alibus olear, pronoce iminibile corpus Dat fluvio, et pedibus tacitas eremigat undas. *Plin. 2. Hist. nat.* 67. 67. (168). Parvo brevius quam totus, septentrio eremigatus.

**EREMITA**, a, m. 1. *ἐρημίτης*, qui in eremo habitat. *Sulpic. Sever.* 1. *Dial.* 17. *V. ANACHORETA.* — Secundum syllabam perparum corripit *Senant.* 3. *Vit. S. Martin.* 418. Cœtibus in mediis habitibus eremita remotus Ipse in puppe sedens.

**ERMITIS**, idis, adjekt. *ερημῖτης*, que est ab eremo. *Sidon.* 9. *Ep. 3.* Palæstra congregatis crepitidis.

**EREMODICUM**, ii, n. 2. *ἐρημοδίκιον*, radimento desertum, vel desertio cause negligenti partium facta, et poena, quæ pro tali desertione infligitur, ab *ἐρημος* desertus et *δικη* judicium. *Ulp. Dig.* 46. 7. 13. Ex eremodicio sententiam pati. *Id. 4. 4. 7.* Extr. In eremodicio eis subvenitur. *Imp. Justin. Cod.* 3. 1. 13. ante med. Eremodium contrabere.

**EREMUS**, a, um, adjekt. *ἐρημός*. Corripit medium non imitandus *Prudent. Cathemer.* 5. 89., *Psychom.* 371. et *Enchir.* 12. — Eremus est Graeca vox adjectiva, desertum, solitarium, solum significans. *Impipp. Gratian.*, *Valent.* et *Theodos.* *Cod.* 11. 57. 4. Loca sterilia atque erema, his quæ culta atque opima sunt, compensentur. — Hinc

*Eremus*, i, m. vel f. gen. absolute, substantivum more, subaudi locus vel regio. *Tertull. Idolol.* 5. Moysses in eremo simulacrum serpentis ex ære fecit. Adde *Hieronym.* de vita Pauli pr. *Erem.* et *Sulpic. Sever.* 1. *Dial.* 15.

**ERÉPO**, répis, repsi, reptum, répere, 3. (ex et re) po) usurpat *A)* Neutrorum more; et *B)* Active.

*A)* Neutrorum more.

I.) Proprie. ¶ 1. Est rependo evire. *Plaut. Aulul.* f. 4. 1. Foros, lumbros, qui sub terra erepsisti modo. *Varr. R. R.* 15. f. Tota maceria tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea (*glis*) erepercere possit. *Sit. It. 16.* 614. Erept, suspensa ferens vestigia, castris. *Stat. 11. Theb.* 580. profundis erepsit tenebris. Cf. *Ammian.* 17. 13. Ubi vero (*furer hostilis*) per licentiam scandens in majus, ad funestas provincialium clades erepsit etc. ¶ 2. Item rependo ascendere. *Sueton. Tib.* 60. Quod es a tergo insulae per aspera et devia erepsisset ad se. *Ammian.* 27. 10. Erepere in editas sublimitates.

II.) Translate. *Stat. 2. Sim.* 2. 30. Inde per obliquas erepit porticus arcas, h. e. ascendendo et descendendo extenditur.

B) Active, seu cum Accusativo. ¶ 1. Est rependo transire. *Horat. 1. Sat.* 5. 79. Montes quos numquam erepsimus. h. e. transissemus, syncope pro erepsissemus. ¶ 2. Item rependo percurrere. *Juv. 6.* 524. Inde superbi Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis Erept genibus h. e. genibus rependo emetietur.

EREPTICUS vel ereptitus, a, um, adjekt. qui eripi potest aut solet. *Ulp. Regular.* 19. § 17. Legem nobis acquiritur, velut caducum, vel erepticum ex lege Papia Poppaea. *Schulting.* ad h. I. interpretatur, erepticum esse, quod indigno ausepertur.

EREPTIO, ónis, f. 3. actus auferendi per vim. *Cic. B. Ferr.* 5. 10. Putabant ereptionem esse, non exemptionem, quam venditori suo arbitrata vendere non licet.

EREPTO, as, aro, n. 1. frequentat. ab erepo. Occurrunt translate tantum apud *Senec. Ep.* 101. sub iustitia. Perunia circa paupertatum plurimum more habet, dum ex illa ereptat. h. e. evil, expeditur.

EREPTOR, óris, m. 3. qui eripit. *Cic. Quinct.* 8. 30. Iste, homo acerrimus, honorum possessor, expulsor, ereptor. *Id. Dom.* 30. 81. Ereptor rivitatis. *Id. Sext.* 31. 109. Ereptor libertatis. *Tac. 13. Ann.* 55. Terrarum ereptores.

EREPTUS, a, um. V. ERIPIO.

ERES, is. V. ER.

ERETRÍA, ε, f. 1. (vel rectius eretrius, a, um, adjekt.) genus coloris nativi, nomen huius a loco, ubi nascitur, nempe circa Eretiam Eubœa. Est autem terra alba et cinerea. *Vitriv. 7.* 14. et *Plin. 35. Hist. nat.* 6. 21. (39). — Italici et in medicina varios usus. *Cels. 5. 15.* et *6. 3.*, ubi terram Eretiam vocat, et *Plin. loc. cit.* qui *ibid.* et *33. Hist. nat.* 13. 57. (163). *Eretiam cretan appellat.*

ERETRÍUS, a, um, adjekt. V. vob. præced.

ERGA, præpos. quæ Accusativum regit, et ratione etym. plerisque conjugundam videtur cum v. verso; significat autem ærtiv, e regione, versus (It. verso, di rimpetto, in faccia; Fr. vis-à-vis, en face; Hisp. enfrente, frente por frente; Germ. hin gewandt, daher gegen; Engl. over against).

I.) Proprie. *Plaut. Truc.* 2. 4. 52. Tonstricem Suram novisti nostram, quæ med erga edes habet? d' illud est additum τῷ me ad vitandum hiatum et elisionem vocalium: V. in littera D. Ceterum *Forcellinus* leg. quæ modo erga edes habet; alii quæ erga edes sese habet: minus recte. *Apul. 1. Dogm. Plat.* Sed et machinamenta, quibus sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitum constituta esse, in conspectu Rationis. *Forcellinus* interpretatur prope vel circa.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur de animi affectu tum in bonam, tum in malam partem. — 1.) In bonam partem significat propensam voluntatem, studium, merita: et refertur — a) Siquidem ad personas; et — Fere semper suo casu præponitur. *Plaut. Capt.* 2. 2. 99. Meo periculo bujus ego experiar fidem, fretus ingenio ejus, quod me esse seit erga se Leuevolum. *Id. Rud.* 5. 3. 33. Quando ergo erga te benignus fuī, atque operā nūc hac tibi sunt servata. Adde eum. *Mil. glor.* 4. 6. 15. *Id. Capt.* 2. 3. 37. Ut furcis animalius erga suum gratum atque se. *Id. Cist.* 1. 1. 111. Ut ut erga me est meritus, mihi cordi est tamē. *Cic. ad Planc.* post ep. 16. l. 16. ad Att. Tua voluntas erga me, meaque erga te, par atque mutua. Cf. *Cæs. 1. B. C.* 12. Ceterior factus — omnium esse Iguvinorum optimam erga se voluntatem. Rursus *Cic. Amic.* 16. 56. Ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipos. Adde eum. 1. *Fin.* 20. 68. *Id. 1. Off.* 15. 47. Habere benevolentiam erga aliquem. *Id. 2. O-*

rat. 49. 201. Ut in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus videber. *Id. 2. Nat.* 23. 60. Id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrantur. *Nepos Lysand.* 2. Quod ea civitas principia fide fuerat erga Athenienses. Sic *Cæs. 5. B. G.* 44. Perpetua erga populum Romanum fide. *Curt.* 9. 6. 17. Nullum erga me benevolentia pugnus. *Jurenat.* 6. 387. Quid faceret plus Ἀριστοντε νῦν? medice quid tristibus erga Filiolum? — Postponitur interdum suo casu. *Plaut. Capt.* 2. 3. 56. Si ego item memorem que me erga multa fecisti bene. *Id. ibid.* 2. 1. 48. Per me te erga bonitatem patris. Sic *Ter. Heaut.* 2. 3. 24. Est animus te erga idem ac suis. *Id. ibid.* 1. 2. 15. Timet omnia, patris iram, et animus amicæ, se erga ut sit sure. *Plaut. Trin.* 3. 2. 4. Si quid amileum erga bene feci, aut consului fidelliter. — b) Ad res quoque refertur. *Tac. 4. Ann.* 20. Ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. *Cic. 8. Att.* 3. Merita Pompeji summa erga salutem meam. Sic *Id. Prov. cons.* 1. 1. Vir quam in universam tempulicam, tum etiam erga meam salutem, fide ac benevolentia singulari. Cf. *Id. Dom.* 56. 142. Omne erga meam dignitatem studium et judicium. — 2.) In malam partem ponitur pro adversus. *Plaut. Epid.* 3. 3. 8. Quasi quid filius meus delinquaset med erga. Adde eum. *Asin.* 1. 1. 5. et *Cas.* 3. 4. 27. *Ter. Heuyr.* 3. 5. 36. Que nunquam quidquam erga me committere est, quod nolle. *Nepos Datam.* 10. Odio communis, quod erga regem suscepserant. *Id. Alcib.* 4. Crudelitas erga nobiles. Adde *eund.* *Hamil.* 4. et *Hann.* 1. et 10. *Tac. 4. Hist.* 49. Nec ambiguitur provinciam et militem alienato erga Vespasianum animo suis. ¶ 2. Apud argenteæ et sequioris ævi scriptores usurpatur etiam generativum de quocumque animi motu, vel de quacumque animi ratione cum personis, rebus et actionibus. *Curt.* 10. 1. 40. Raro quisquam erga bona sua satis cautus est. *Tac. 4. Ann.* 74. Anxii erga Sejanum. *Id. 3. ibid.* 74.; et *Plin. Paneg.* 55. Prisco erga duces honore. *Tac. 2. Hist.* 55. Additæ erga Germanicum exercitum laudes gratesque. *Id. 2. Ann.* 71. Etiam quos invidia erga viventem movebat. *Id. ibid.* 76. Discordia erga Germanicum odio fortasse digna, non pena. *Id. ibid.* 2. Quoties per urbes incederet, Iectrice gestamine fastoque erga patrias epulas. *Id. 1. Hist.* 20. Iisdem erga aliena sumptibus, quibus sua prodegerant. *Id. 3. Ann.* 2. Additæ, ut magistratus Caabaræ — supremæ erga memoriam filii sui munera fungerentur. *Id. 4. ibid.* 11. Atrociore semper fama erga dominantium exitus. *Ammian.* 16. 10. extr. Imperator de fama querebatur, ut invalida et maligna, quod, augens omnia semper in majus, erga haec explicanda quæ Romæ sunt obsoletis. *Id. 31. 14.* Ergo defensiones potestes nimium tardus. *Id. 26. 8.* Erga afflicendas quasdam civitates — comitatus.

ERGĀNA, ε, f. 1. ἐργάνη, opifex (ab ἐργον opus): sic appellatur Minerva in *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 154., apud *Reland. Fast. cons.* p. 19. MINERVÆ ERGANÆ SACRUM QVINQUENNALITATES CORPOREM DENDROPHORI, TIGNARII etc.

ERGASTERIUM, ι, n. 2. ἐργαστήριον. ¶ 1. Est officina, in qua artifices operantur: ab ἐργαστηρίον operari. *Imp. Constantini. Cod.* 4. 3. 2. Quod ex coramdein ergasteriis, vel tabernis conquiri poterit. Adde *Imp. Arcad.* et *Honor.* *ibid.* 12. 41. 2. ¶ 2. Significat etiam quolibet opus, ut comitorum. *Dioned.* 3. p. 489. *Putsch.* Pantomimus et pithsules et choraules in comedie canebant. Sed quia non tolerant omnia simul apud omnes artifices pariter excelleri, si qui erant inter actores comediarum pro facultate et arte potiores, principatum sibi artificii vindicabant. Sic factum est, ut, noletibus cedere minis in artificio suo ceteris, separatio fieret religiorum. Nam dum potiores inferioribus, qui in omni ergasterio erant, servire de dignabantur, seipso a comedie separaverunt; ac sic factum est, ut, exemplo semel sumpto, unusquisque artis sociorum exequi coepit. ¶ 3. Est etiam fabrile quodlibet instrumentum, quo statuas seu signa virorum decorumque fulciri solent, ne temporis vetustate, aut hominum injurya corrumpant. *Inscript. in Annal. dell'Instit. archeol.* T. 6. p. 111. quæ est apud *Henz.* 5138. 5139. PRO SALVTE ORDINIS ET POPVL SI-  
CNA SERAPIS ET ISIDIS CVM ERGASTERIIS SVIS REC-  
SIA FECIT. scilicet cum parergis suis, ut legitur in

alia *Inscript.* in *PATERON.* vel cum basi et hypobasi, ut in alia in HYPOBASIS.

ERGASTICUS, a, um, adjekt. ἐργαστικός, operarius. *Capell.* 6. p. 231. Alia schermata dicuntur ergastica, alia apodictica: ergastica sunt, quæ faciente rojavilibet formam praecipta continent; apodictica, quæ probandi, quod asseverant, afferunt documenta.

ERGASTULARIS, e, adjekt. ad ergastulam pertinens. *Sidon.* 7. *Ep.* 9. in conc. a med. In tenebris ergastularibus constitutus.

ERGASTULARIUS, a, um, adjekt. ad ergastulum pertinens, et præcipue præfetus compeditis ad eorum custodiæ et ad opera exigenda. *Ammian.* 14. sub fin. Eunus quidam ergastularius servus ductavit in Sicilia fugitivos. — Hinc

Ergastulari, δρυ, m. plur. 2. absolute, substantiæ formæ more, apud *Colum.* 1. R. R. 8. 17. sunt servi soluti, qui compeditis in ergastulo præsunt.

ERGASTULUM, i, n. 2. ἐργαστήριον, carcer ruſicus. locus scil. in agris, obi servi ad faciendum opus vincit detinebantur: ab ἐργαστηρι operor. *Apul. de Mag.* Quindecim liberi homines, populus est; totidem servi, familia; totidem vinciti, ergastulani.

I.) Proprie. *Cic. Cluent.* 7. 21. Esse in ergastulo apud aliquem. *Id. Rabir.* *perduell.* 7. 20. Etiam ille ex rompedibus atque ergastulo Græcus. *Liv.* 2. 23. Duxere aliquem in ergastulum et cornicinam. *Id.* 7. 4. Dare quicquam in carcere atque in ergastulum. *Colum.* 1. R. R. 6. 3. Ergastulum subterraneum. *Flor.* 3. 19. 6. Ergastulum refringere. Adde *Colum.* 1. R. R. 8. 16. et 11. *ibid.* 1. 22.; *Curt.* 5. 5. 13.; *Sueton.* *Aug.* 32. et *Tib.* 8.; et *Justin.* 1. 6. 2.

II.) Improprie, per metonymiam ergastula in plur. num. ponuntur pro ipsis servis, qui in ergastulo sunt. *Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 13. 2. Quacumque illi, ergastula solvit, homines attulit. *Cæs.* 3. B. C. 22. Quos ex are alieno labore arbitrabatur, sollicitabat. Apud quos quam perficere nihil posset; quibusdam soluti ergastulis, Cosam in agro Turino oppugnare coepit. *Plin. 18. Hist. nat.* 6. 7. (36). Colli rura ab ergastulis, pessimum est, et quidquid agitur a desperantibus. (Posset hoc et ad sequent. dictiōnem referri.) *Juvenal.* 14. 21. Quem mire afflunt inscripta ergastula. Adde *eund.* 6. 151. et S. 180.; et *Colum.* 1. R. R. 3. 12. *Flor.* 4. 8. 1. Armatæ ergastula. Adde *eund.* 3. 19. 3. et 3. 20. 6.

ERGASTULUS, i, m. 2. servus, qui ergastulo inclusus, ex vinculis, seu compeditibus opus facit. *Luctuus* apud *Non.* p. 317. 7. *Merc.* Ut nemo sentiat illuc, quasi ergastulus, possit dicere. Nonius interpretator ergastuli custodem; sed improbat *Epist. Elector.* l. 2. c. 15.

ERGATA, ε, f. 1. ἐργάτης, machina tractoria, axe recto ac stante, qua ambientibus et oblitentibus veclariis versatur: et exonerandis præcipue navibus, aliisque magnis ponderibus trahendis inservit. *Filius* uv. 10. 4. Alter sunis refertur ad ergatam. Adde *eund.* 1. 1.

ERGATICUS, a, um, adjekt. ad ergatam pertinens. Vix a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 177.

ERGO, ratione habita etym. a recentioribus conjungitur cum v. verso; alii tamen aliter arbitrantur: V. infra sub A. — De quantitate ultimæ syllabæ V. infra sub A. et B. init. — Ergo generativum significat versus: speciatim vero A) Usurpat loco Ablatiy gratia, aut causa, et significat propter; aut B) Est conjunctio, qua unum ex alio inferimus, et significat igitur, itaque.

A) Ergo usurpat loco Ablatiy gratia, aut causa, Gr. γέγονται, et significat propter: quia in significativa ultimam habet semper longam, ut affirmat *Paul. Diac.* p. 82. 22. *Müll.* volumen enim esse ab ἐργον, Dativo τοῦ ἐργον opus, res, quasi valeat re vera. Regit autem Genitivum, et suo casu semper postponitur (It. per eagatione, a titolo, per; Fr. par suite de, à cause de, pour; Hisp. a causa de, para; Germ. aus Antlass, Ursache, in Folge, zufolge; Angl. on account of, because of, for). *Legg.* XII. *Tabul.* apud *Cic.* 2. *Legg.* 23. 59. et 25. 64. MULIERES GRANIS NE RADVENTO, SEVE LESSIVI, EX-  
NERIS FRIGI, HARENTO. *Vetus formula* apud *Caton.* R. R. 139. SI DEVS, SI DEA ES, QUOVIVM ILLAD SACRVM EST. VTI TIBI INS SIEZ FORCO PIACULO FACERE, ILLI-  
VSE SACRI COERENDI ERGO. *HARVILE REVNVM ERGO*

SIVE EGO, SIVE QVIS INSSY MEO FERERIT, VTI ID RECTE FACTUM SIRT. EIVS RET ERGO TE HOC FORGO PIACULO IMMOLANDO BONAS PRICES PRÆCER, VTI ETC. Adde aliam apud eum. *Ibid.* 41. *Sisenna* apud *Non.* p. 107. 15. *Merc.* Milites, ut les Calpurnia concesserat, virtutis ergo civitate donari. *Vetus formula* apud *Cic. Opt. gen. orat.* 7. 10. *EVM DOZARI VIRTUTIS ERGO BENEVENTIAE*, QVAM ERGA POPULVM ATHENIENSEM HABFERET. *Cic.* 3. *Att.* 23. 2. Si quid contra alias leges ejus legis ergo factum sit. *Nepos Pausan.* in *Inscript.* 1. Ejus Victoria ergo Apollini donum dedit. *Lucret.* 5. 245. formidinis ergo, per paucum. *Virg.* 8. *En.* 670. illius ergo Venimus et magnos Erebi transamus annos. *Curt.* 7. 5. 30. Proditionis ergo. *Fulgati libri* habent proditis ergo: at *V. Müttzell.* ad h. j.

**B.** Ergo sæpius absolute occurrit, et est conjunctio, quo unum ex alio inferitur; et significat igitur, Itaque, Gr. *ἀπει, τούτῳ*: qua significatione allando, rarii tamen, ultimam habet brevem. *Juvenal.* 13. 204. Reddidi ergo metu, non moribus. *Id.* 14. 64. Ergo miser tristis etc. Adde *Quid.* 1. *Trist.* 1. 57. et *V. Lennep*, ad *Ovid. Heroid.* 5. 59.; *Pal. Flacc.* 2. 407.; *Lucan.* 9. 256.; et *Claudian.* 4. *Ep.* 17. (It. dunque, adunque, percicò; Fr. d'après cela, d'après quoi, par conséquent, donc; Mspl. por conseguente, pues; Germ. deshalb, daher, darum; Angl. therefore).

**I.** Proprie idem est ac propter hanc rem, ob id, per consequentiam, quasi hujus vel ejus rei ergo; et coepit — **a)** Absolutum. *Plaut. Cist.* 1. 1. 74. 61. Perdiosus est amor, s. Ergo in me peculatum facit. *Lucilius* apud *Cic.* 1. *Fin.* 3. 9. Græcum te, quam Romanum maluisti dici. Greece ergo — te scilicet. *Plaut. Amph.* 1. 1. 102. Ergo istuc magis, quia va-  
luquoque, vapulabili. *Cic.* 2. *Fin.* 31. 31. Polémone, et jam ante Aristotelef. ea prævia visa sunt, que paulo ante dixi. Ergo na*n*a est sententia veterum Academorum et Peripateticorum, ut finem bonorum dicent, secundum naturam vivere. *Liv.* 1. 27. Albano non plus animi erat, quam fidei. Nec manere ergo, nec transire aprime ausus, sensim ad montes succedit. *Nepos Miltiad.* 7. Accusatus ergo proditionis, quod quum Parum expugnare posset, a rege corruptus, infectis rebus a pugna discessisset. *Id. Themist.* 4. Victor est ergo magis consilio Themistoris, quam armis Græciae. Adde *eum.* *Alcib.* 6. et 10. *Thrasyb.* 4., *Dion.* 2. et *Ages.* 3. *Curt.* 4. 13. 27. Vates Aristander — militibus in pugnam intentis avem monstravit, haud dubium victoriae auspicium. Ingens ergo alacritas ac fiducia paulo ante territos accedit ad pugnam. *Id.* 4. 15. 32. Prospectum oculorum nubes pulveris, que ad cælum ferribatur, absulerat. Ergo haud securus quam in tenebris errabant. Adde *eum.* 5. 4. 27., 8. 10. 30. et alibi; et *Plin. Paneg.* 11. 12. et alibi. — **b)** Itaque ergo per pleonasium junguntur. *Ter. Eun.* 2. 3. 25. Itaque ergo amantur. *Liv.* 1. 25. Imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna positum. Itaque ergo erexit suspensus in milione gramin spectaculum animo intendenter. *Id.* 3. 31. Invidice tanentes ad exercitum fuit. Ea denique tribunis materiam criminalium ad plebem consules præbuit. Itaque ergo, ut magistratus abiere —, dies dicta est. Adde *eum.* 30. 25. — **c)** Similiter ergo igitur, quasi itaque re vera, per pleonasium junguntur. *Plaut. Trin.* 3. 3. 27. Quo pacto ergo igitur? *Liv.* 21. 40. Ergo igitur in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus et viciis esse solet. *Fulgati libri* habent erit igitur etc. Adde *Apul.* 2., 3., 4., 5., 7. et 9. *Met. sape.*

**II.** Improperie. **¶ 1.** Locum habet in conclusiōnibus et quidem — **a)** In conclusione syllistica coniunctio consequentiam ex antecedentibus illatam. — Absolute. *Plaut. Epid.* 4. 2. 20. Negat haec filiam me suam esse; non ergo haec mater mea est. *Farro* 8. *L. L.* 58. *Müll.* Præterea quin sint ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superlorum, quod simili habent causas et tempora, quo vocantur participia; et multa sint contraria etc. — ab eis verbis tertium quod debet singi præteriti, in lingua Latina repertiri non potest; non ergo est analogia. Adde *eum.* *ibid.* 59., 49. et 47. *Cic. Amic.* 23. 87. Quis iam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudine? Verum ergo illud est, quod a Tarentino Archytas, ut opinor, dici solitum: Si quis

in cælum ascendisset, naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspäisset, insuavera illam administrationem ei fore, que jucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. *Id.* 1. *Inten.* 9. 12. Deliberatio autem, et demonstratio, genera sunt causarum. Nam aut nullum cause genus est, aut judiciale solum, aut et judicialis et demonstrativum et deliberativum. Nullum dicere cause esse genus —, amentia est: unum autem judiciale solum esse quod potest, quom deliberatio et demonstratio neque ipsæ similes inter se sint, et ab judiciali generè plurimum dissident? Ne inquit ergo, ut omnia tria genera sint causarum. *Id.* 2. *Fin.* 9. 27. An protest cupiditas kniri? Tollenda est atque extrahenda radicitus. Quis est enim, in quo sit cupiditas, quin recte cupidus uiri possit? Ergo et avatus erit, sed finite: et adulter, varum habebit modum: et luxuriosus eoden modo. *Quintil.* 10. 3. 16. Non ergo semper putemus optimum esse, quod latet. Adde *eum.* 5. 10. 11., 9. 3. 56. et alibi; et *Plin. Paneg.* 6. et 44. *Liv.* 23. 12. Velix Mago respondet: — equis Latinus nominis populus defererit ad nos? cequis homo, ex quinque et triginta tribubus, ad Hannibalem transfigerit? Quoniam utrumque Mago negasset: Hostium quidem ergo, inquit Hannio, adhuc nimis multum superstes. *Curt.* 7. 1. 40. Sequitur ergo, ut quia illa propter hanc eam tam trasferat nobis, tu mitiges matrem, qui ira ejus nos obtulisti. — Interdum igitur et ergo sibi invicem respondent. *Cic.* 2. *Att. D.* 21. 56. Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas iacet; contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia. — Cœlestium ergo admirabiliorum ordinum incredibilemque constantiam — qui vacare mente putat, is ipse mentis expers habendus est. Sic *Id. Amic.* 14. 51. et 15. 52. Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consecuta est. Non ergo erant homines delictis diffluentes audientes, si quando de amicitia, quam nec usu, nec ratione habent cogitata, disputabunt. Adde *Quintil.* 7. 1. 34. — **b)** Ergo locum habet etiam in argumentatione a majori ad minus, quæ fit per interrogacionem. *Cic.* 2. *Fin.* 4. 13. Ergo illi intelligent, quid Epilectus dicit; ego non intelligo? *Id.* 1. *Off.* 31. 114. Ergo bis trio, hoc videbit in scena, non videbit sapiens vir in vita? Adde *eum.* *Orat.* 51. 171.; *1. Tusc.* 14. 31. et 2. *ibid.* 17. 39.; et *V. Görenz* ad *Cic.* 2. *Fin.* 33. 110. Sic *Curt.* 4. 10. 29. Sed sine justum intulisse te bellum: cum feminis ergo agere debuerat? ¶ 2. Ergo sæpiissime locum habet in interrogacionibus, ac servit eleganter indignationi et conquestio-  
ni: quamquam aliquando magis tantummodo vim interrogatio addit, ut nonnulla exempla iusterius allata docent, præcipue sub b. — **1°)** Indignationi autem quam servit, occurrit — **a)** Absolute. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 10. *psed.* Isiue ego jam satis scio. s. Cur ergo, quod scis, me rogas? *Cic.* 2. *Fin.* 35. 117. Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicimus et magnam indolem, quos suis commodis inservit, et quidquid ipsi expediat, factoris arbitrabilium? *Liv.* 21. 10. Dēdēmus ergo Hannibalem? dicit aliquis. *Id.* 2. 40. Ergo ego nisi peperisse, Roma non oppugnaretur? *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 17. Ergo me potius in Hispania fuisse tum, quam Furcius, quam tu prefectus es ad Pompejum? *Orid.* 8. *Met.* 494. Ergo impune feret, virisque et virtor et ipso Successu tumulus regnum Calydonis habebit? Adde *eum.* 9. *ibid.* 182. *Quintil.* 9. 2. 91. Occides ergo? si potero. *Sueton. Ner.* 47. Ergo ego, inquit, nec amicum habeo, nec inimicum? procurritque quasi præcipitatus se in Tiberim. *Juvenal.* 9. 82. Nullum ergo meritum est, ingrat ac perse, nullum, Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me? Adde *Tac.* 3. *Ann.* 17.; et *Plin. Paneg.* 64. — **b)** Junxitur et alii particulis interrogandi, præcipue quam majorem tantummodo vim interrogatio addit. — Cum part. quin, ut apud *Plaut. Merc.* 3. 3. 21. Quid stamus? quin ergo inus atque obsonium curramus? *Id. Pseud.* 1. 1. 38. Tace, dum tabellas pellego. ca. Ergo quin legis? Adde *eum.* *Mil. glor.* 4. 2. 93. et *Asin.* 2. 2. 113. — Cum part. cur apud *Quintil.* 9. 4. 7. Cur ergo patet? etc. — Cum part. nomine apud *eum.* 9. 4. 113. Nonne ergo refrigeratur sic calor? — Cum part. ne apud *eum.* 8. 3. 9. Nullusne ergo decor adhibendus est? quis negat? — Cum part. num apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 23. 74. Num ergo is exireat nos, aut orbis sensibus, si etc. Adde *Quintil.* 10. 1. 5.; et *Plin. Paneg.* 11. et

73. — **c)** Sæpiissime quid ergo, quemadmodum a. pud Græcos tu tu, occurrit. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 17. Quid ergo — dubitas colloqui? *Ter. Phorm.* 5. 7. 55. Quid vos, malum ergo me sic ludificatis? *Cic. Rose. Am.* 1. 2. Quid ergo? audacissimus egredi omnibus? Minime. *Id. Mur.* 23. 47. Quid ergo? hec qui talit? *Id. Quintil.* 2. 6. Quid ergo est? Primum magnitudo periculi summo timore hominem afficit, etc. *Cœs.* 7. *B. G.* 77. An, quod ad diem non venerint, de eorum lide constanteque dubitatis? quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus a-nini non ea causa quotidie exerceri putatis? *Liv.* 2. 28. Correpti consules, quam, quid ergo se facere vellent, percutienteretur, decernunt etc. Adde *Horat.* 2. *Ep.* 1. 206.; et *Quintil.* 12. 1. 33. et 4. 1. 38. — **2°)** Conquestio quoque insertit. *Sall. Jug.* 44. Numquam ergo familia nostra quieta erit? semper. In sanguine, ferro, liga versabimur? *Propri.* 3. 21. 1. Ergo tam doctæ nobis perire labella. *Id. ibid.* 5. 1. Ergo sollicita tu causa, pecunia, vita. *Horat.* 1. *Od.* 24. 5. Ergo *Quinctilum* perpetuus sopor. *Urget* *Ovid.* 2. *Amor.* 7. 1. Ergo ego sufficiam reus in nova criminis semper? *Id.* 9. *Met.* 313. Ergo ego quem fueram non rejectura petentem, Ipse petam? Adde *eum.* 2. *Trist.* 542., 3. *ibid.* 2. 1., 3. *ibid.* 10. 77. et 4. *Pont.* 14. 17. ¶ 3. Post interjectam sententiam longusculam, ergo vicem gerit tu inquam, qua ratione etiam igitur usurpatur. His in re precesserunt *Plautus* et *Ter.*, qui ergo pro inquam in simplici repetitione attribuerunt. *Plaut. Pen.* 5. 2. 90. Nam mihi tuus pater, pater tuus ergo bosches Antidamias fuit. *Ter. Andr.* 5. 2. 8. st. Etiam tu hor respondes? quid istuc tibi negotii est? 24. Mihi ne? si. Ita. da. Mihi ne? si. Tibi ergo. — Ceterum penitit, ut diuinus post interjectam sententiam longusculam. *Cic.* 12. *Phil.* 9. 22. Tres viae sunt ad Multinam, quo etc. Tres ergo, ut dixi, via. *Id. 15. Furg.* 10. Quoniam id accidit, ut etc. *Id.* 1. *Tusc.* 7. 14. Omne pronuntiatum (sic enim mihi etc.) id ergo est pronuntiatum etc. Sic *Ovid.* 1. *Met.* 167. Conciliumque vocat: tenuit mors nulla vocatus. Est via sublimis etc. et v. 177. Ergo ubi marmoreo Supri sedero recessu, Celsior ipse loco etc. Adde *eum.* 484.; *Cic.* 1. *Tusc.* 2. 4. et 1. *Orat.* 51. 241.; *Horat.* 1. *Ep.* 6. 46.; *Sueton. Cœs.* 6. et 8.; *Galb.* 1. *Tib.* 12. et 72. et *Aug.* 29.; *Quintil.* 9. 3. 41.; *Tac.* 1. *Ann.* 36., 14. *ibid.* 3. et 22.; *Agric.* 33. et *Dial. de orat.* 32. et 34.; *Juvenal.* 7. 171.; et *Plin. Paneg.* 8.: in quibus ergo vel igitur eadem ratione usurpantur. ¶ 4. Ergo jungitur cum Imperativo, et ferre semper præcedentis in unum quodammodo cogit ac concludit. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 57. Dato ergo istum symbolum illi. *Id. Asin.* 2. 4. 83. Sequare ergo. *Id. Merc.* 5. 2. 114. Ergo i modo. *Id. Aulul.* 3. 2. 14. Tace ergo. *Id. Pers.* 2. 2. 57. Dic ergo. *Id. ibid.* 4. 6. 19. Ausculta ergo. *Cœs.* 3. *B. C.* 10. Tum Labienus: Desinete ergo de compositione loqui: nam nobis, nisi Cæsaris capite relato, pars esse nulla potest. — Cum conjunctivo, qui Imperativi vicem gerit. *Plaut. Cas.* 3. 6. 17. Intu ergo sheant. Sic *Id. Mil. glor.* 3. 3. 69. Abcamus ergo intro. hec ut meditetur cogitate. Cf. *Cic.* 5. *Fin.* 8. 23. Ergo instituto veterum, quo etiam Stoici contantur, hinc capimus exordium. ¶ 5. Ergo videtur ponit aliquando pro aliis adverbis vel particulis, que hic er *Forcello* afferuntur; quamquam et in his ad superiores significaciones ususque facile referri potest. — **a)** Interdum ponitur pro merito, con ragione. *Virg.* 5. *Fel.* 58. Ergo alacris silvas et cetera iura voluptus, Panaque pastoresque tenet. Chi *Servius*: Antiqui ergo pro merito diebant, sicut hic accepitur. *Plautus* in Persa (1. 1. 24.), sa. Satin' tu usque valufisti? ro. Haud proba. sa. Ergo edepot palles. Item in Miles (1. 1. 61.). Hicinque Achilles est, inquit, mihi? immo ejus frater, inquam. Iunult illarum altera: Ergo metator pulcher. Hæc *Servius*: item *Philarry*, ad *Virg.* 2. *G.* 393. — **b)** Reperitur et pro sed, rerum, adversandi vi. *Albinus.* 2. 9. Nec mihi, Macenas, tecum fuit usus amici: Lollius hoc ergo conciliavit opus. et 113. Redditur arboreis florens reverentibus atque: Ergo non homini, quod fuit ante, redit. — **c)** Et pro ut, atque. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 17. Non hic placet mihi ornatus. pt. Nemo ergo tibi hoc apparuit: mihi paratum est, cui placet. *Id. Cas.* 3. 4. 9. Nempe tute dixeras, tuam arcessitum esse hinc uxorem meam. STA. Ergo arcessivisse sit sese.

— d) Et pro *tum*, deinde. *Propert.* 3. 2. 27. Hic erat affixus viridis speluncæ lapillis, Pendebantque cavis tympana pumicibus. Ergo Muserum et Sileni patris imago Futilis, et valam, Pan Tegeæ, tui.  
— e) Et pro *vero*, *autem*. *Plaut. Men.* 2. 2. 51. Jam ergo bæc madebunt, faxo: nihil morabitur. — f) Videtur et pro *sane*, certe. *Plaut. Amph.* 1. 1. 20. Ergo in servitute expetunt multa iniqua. Adde *eund.* *Asin.* 2. 2. 49. Nisi malis his et similibus locis continuanda tantummodo orationi inservire. *Priscian.* 18. p. 1170. *Putsch.* Similiter nam, enim, ergo, non solum causales vel rationales, sed etiam completivæ et confirmativæ inveniuntur, et prepositivæ et subjunctivæ, quomodo ἐν apud Græcos. *Id. p. 1192.* Similiter nostri frequenter ergo repletivi loco accipiunt. Deinde ponit verba *Terentii* supra altata ex *Andr.* 5. 2. 8. Certe continuat orationem in illo *Virg. Cir.* 29. Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugne, et *Grat. Cyneq.* 105. Ergo illum primis neinorum dea fixxit in annis.

**ERGÖLÄBUS**, i, m. 2. ἔργολαβος, operarius, qui opus aliquod factendum conductit, redemptor; ab ἔργῳ opus et λαβίσιῳ suspicio. *Imp. Zeno Cod.* 4. 59. Edificiorum quoque artifices, vel ergotabi, aliquorumque diversorum operum professores etc.

**ERICÆUS**, a, um, adject. ex erico factus, ut Ericum mel dicitur, quod apes colligunt ex floribus ericæ arboreis, serotonum et minus probum. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 16. 15. (41).

**ERICÆUS**, es, f. 1. ἔρηξ, frutex non multum a myrice differens, colore rorismarini, et pene folio. Adversari serpentibus tradunt. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 39. (64). et 11. *ibid.* 16. 15. (41). — Quod ad synonymiam attinet, *V. MYRICA*, et Cf. *Fée* (*Op. cit.* vol. 1. p. 126. et vol. 3. p. 247.).

**ERICIUS**, ii, m. 2. Scribitur et hericius. *V.* et ER. — Ericius est idem atque er et erinaceus (lt. riccio; Fr. hérisson; Hisp. erizo; Germ. d. Igel; Angl. a hedge-hog, urchin).

I.) Proprie. *Varron* apud *Non.* p. 49. 10. et 106. 10. *Merc.* Se circumspete atque invenisse, quam dormire cœpisset tam glaber, quam Socrates, calvum esse factum ericium e pilis albis cum proboscide. Adde *Vulgal.* *interpr.* *Esai.* 34. 11. et 15., et *Sophon.* 2. 14.

II.) Improproprie est machina militaris, scilicet trabs prominentibus ferreis aculeis munita (ita dicta a similitudine ericil) quæ transversim portæ prætentis editum præludebat. Galli nunc cheval de frise vident. *Cæs.* 3. *B. C.* 67. Erat objectus portis ericius. *Sall.* apud *Non.* p. 553. 2. *Merc.* Axe vincta trabes per proutum, incitabantur, atibusque eminabantur in modum ericil militaris veruta binum pedum. Adde *Isid.* 12. *Orig.* 3.

**ERIDANUS**, i, m. 2. Ἑριδάνος, vetus est et Græca et fere poetica appellatio Padi, maximus Italia fluvii, de quo *V.* plura in *ONOM.* — Ceterum est etiam sidus austrinum in caelo, quod fabulantur Eridanum inter astra translatum esse propter multas utilitates, quas affer regionibus circa positum. At tamen putant esse oceanum: alii rectius Nilum, qui Eridano major est suisque regionibus longe utilior: præserting cum non procul ab ea stella sit, quæ Canopos dicitur; quo nomine est insula Aegypti, quæ fluente Nilo affuitur. *Hygin.* 2. *Astron.* 32. et *Cappell.* 8. p. 282. Porro hoc sidus incipit ad semora Orionis prope æquatorem, et flexuoso ambiu pectus Ceti alluens, usque ad Hydry caput, non procul ab antarcticō circulo, se demittit. *Cic. Arat.* 389. Namque etiam Eridanum certas in parte locatum Cæli, funestorum magnis cum viribus armis, Quirin lacrimis mortæ Phætonis saepè sorores Sparserunt, lumen merentis voce canentes.

**ERIGÉRON**, ontis, m. 3. ἑριζέρων, Latine senecio, herba est trixaginis specie et mollitia, caulinis subrubicundis: nascitur et in tegulis et in muris. Nomen hoc ei Græci dederunt, quia vere canescit (ab ῥιζ. ἡρός ver et γέρω senex). Caput eius numerosa dividitur lanuginé, qualis est spinæ, inter divisuras exciente. Hæc *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 106. (167.), qui 22. *ibid.* 25. 64. (133). in dat. erigeront dixit. Adde *Apul. Herb.* 75. Cf. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 370.) hanc exhibet synonymiam: ἑριζέρων Theophr. 6. 8. et *Dioscor.* 4. 97.; ἀκανθίς et παππός Callim. teste *Plin.* loc. cit., *Erigeron* Ital. et *Senecio* vel *Erigeron* *Plin.* loc. cit. sunt *Senecio vulgaris* L. *Spec. plant.* 1216.

**ERIGIDUS**, a, um, adject. valde rigidus. *Petrion.* fragm. *Salyr.* p. 651. edit. 1. *Burmänn.* Erigidus strictis qui regnat in ossibus horror. *Id. tamen Burmann.* in 2. edit. habet: Frigidus adstrictis. Idem vero et alli receperunt.

**ERIGO**, rigis, revi, rectum, rigere, a. 3. (er et rego) Part. *Erigens* I. 2.; *Erectus* I. 1. b. et præcipue in flu.; *Erigendus* II. 2. — Erigere est in rectum collocare, atque adeo extollere, excitare (It. rizzare, dirizzare, alzare, erigere: Fr. éllever, dresser, ériger, lever; Hisp. poner en derecho, enderezar, elevar, alzar y levantar en alto; Germ. in die Höhe richten, aufrichten, erheben, emporrichten, emporheben; Angl. to raise up, set upright, to lift or set up, build up, elevate).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) Universim. *Cic.* 1. *Legg.* 9. 26. Quam natura ceteros animalia abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad cælique conspectus excitavit, se ritto. Sic *Id.* 5. *Fin.* 14. 39. Ars agricolorum, quæ arborem circumcidit, amputat, erigit, extollit, adminiculatur. *Curt.* 7. 3. 17. Rex agmen circumbat pedes, jacentes quosdam erigens, et alios, quum rægre sequentur, adminiculatio corporis sui incipiens. *Petrion.* *Salyr.* 136. Consurrexi equidem turbatus, anumque non sine visu erexit. *Val. Flacc.* 3. 330. Illam vix gemino moerens cum Castore Pollux erigit bærentem compressaque colla trahentem. *Id.* 7. 23. Nec minus insomnem lux orta refecit amastem. Quam quam languentes levis erigit imber aristas. *Sil.* 7. 288. Erigere membra cubilli. *Cic. Sext.* 31. 68. Res erat et causa nostra eo jam loci, ut erigere oculos et vivere videretur. *Quintil.* 11. 3. 120. Digitum quantum plurimum possunt erecto. *Id.* 11. 3. 118. Erigere manus ad rectum. *Juvenal.* 8. 205. nudum ad spectacula vultum erigit. h. e. extolleando spectatoribus ostental. *Liv.* 32. 14. Erigere scalas ad moenia. *Virg.* 9. *Æn.* 240. Erigitur fumus ad sidera. Cf. *Ammitan.* 16. 12. Erigere nubem pulveris. Adde *Sil.* 7. 2. 659. et 13. 158. *Lucret.* 4. 406. Jamque rubrum tremulis jubar ignibus erigere alte. Quum ceptat natura supra extollere montes, etc. *Virg.* 3. *Æn.* 421. atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras erigit alternos et sidera verberat unda. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 21. 24. (48). Cælumque sola volucrum adspicit cerebra, in sublime caudam quoque falcatam erigens. *Val. Flacc.* 4. 657. Jam placidis ratis exstet aquis, quam gurgite ab imo Et Thetis et magnis Nereus socer erigit ulnis. *Juvenal.* 12. 91. Concta nitent: longos erexit janus ramos. *Tac. Agric.* 12. Scilicet extrema et plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras. — b) Erigere se, vel erigi Mediotorum apud Græcos more, frequenter occurrit pro extoll. *Cic.* 5. *Fin.* 15. 36. Connituntur (pueri) ut sece erigant, et manibus utantur. *Cæs.* 6. *B. G.* 27. Neque quietis causa (alces) procumbunt; neque, si quo afflictæ casu conciderunt, erigere seso aut sublevare possunt. *Quintil.* 2. 3. 8. Statura breves in digitos eriguntur. s'altano in puncta de piedi. Sic *Id.* 11. 3. 120. Erigi in ungues. *Ovid.* 15. *Met.* 511. Corniger hinc taurus ruptis extellit undis, Pectoribus tenus molles erectus in auras etc. Adde *eund.* 3. *ibid.* 43. Cf. *Virg.* 8. *Æn.* 22. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen aenis Sole repercutsum — Omnia percolat late loca, jamque sub auras erigitur summiq[ue] ferit laquearia tecti. *Val. Flacc.* 7. 144. illa novâ rumpit formidine somnos erigiturque toro. *Id.* 8. 367. fundoq[ue] iterum violentus ab imo erigitur. Adde *eund.* 6. 747.; et *Sil.* 7. 4. 145., 13. 35. et 16. 327. Sic *Id.* *Sil.* 7. 2. 668. Squalentemque erecta comam. Ab. leg. arrepta. — Et de ipsis locis. *Virg.* 8. *Æn.* 416. Insula Sicanum juxta latus Eolianaque erigitur Lipare sumantibus ardua saxis. Sic *Tac. Germ.* 46. Quidquid silvarum a montium erigitur, latrociniis pererrant. ¶ 2. Speciatim in re militari erigere est super colem, montem, etc. copias in ordinem distribuere. *Liv.* 9. 31. Ibi paulum laboris fuit, dum in adversum clivum erigitur agmen: ceterum, postquam prima signa planitiem summam ceperunt, sensitque aces aequo se jam institisse loco, etc. *Id.* 3. 18. Erigere aciem in clivum Capitolinum. *Id.* 21. 32. Eridentibus in primos agmen elivos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani. Adde *eund.* 1. 27. et 10. 26. *Tac.* 3. *Hist.* 71. Cito agmine forum et imminentia loro tempia prætervecti erigunt aciem per adversum collem usque ad primas Capitolinas ar-

cis fore. Adde *eund.* 4. *ibid.* 71. et *Agric.* 36.; et *Sil.* 7. 3. 513. — Bine figurato Auct. B. Afr. 5. Ab suis castris per medium campum duo brachia (munitionis) instituit duci, et ita erigere, ut ad angulum dextrum sinistrumque ejus oppidi convenienter. *Forcellinus* hoc loco erigere accepit pro dirigere, It. indirizzare, eumque singulari paragr. distinxit. — Bine etiam poetice *Sil.* 7. 3. 529. erigere gradum. h. e. ascendere. ¶ 3. Item speciatim de ædificiis, et est fabricando extollere, fabricari. *Cæs.* 1. *B. C.* 26. Turrea cum terris tabulatis erigebat. *Flor.* 3. 2. 6. Saxes erexere turres. Adde *Curt.* 4. 2. 23.; et *Plin.* 2. *Ep.* 17. *Colum.* 8. *H. R.* 15. 2. Ora lacus — opere signino consternuntur, eaque non in gradus oportet erigi, sed paulatim elivo subsiderere, essere alati con fiscinata. *Val. Flacc.* 8. 231. Ipsa autem invitæ jam Pallados erigit aras. Incipit Idæum nomen nec sacerdote divæ. *Juvenal.* 1. 94. Erigere villas. *Tac.* 5. *Hist.* 22. Castra, que hiematuris legionibus erigebantur. *Id. Germ.* 27. Sepulcrum cœsus erigit. *Id.* 15. *Ann.* 6. Baptim ovetis tugurii. *Amian.* 27. 3. Autifilia noya erigere.

II.) Improproprie. ¶ 1. Figurate erigere est animi attentionem, aut actionem in aliqd dirigere, intendere, excitare, acuere: ad rem *Cic. Cœl.* 12. 29. Erigere et emittere aculeos severitatis in aliquem. indirizzare, — Sic erigere aures est attente audire: datum ab his animalibus, quæ auriculas habent mobiles. *Cic.* 3. *Verr.* 10. 28. Quo tempore igitur aures judex erigeret animumque attendere? *Id. Sull.* 11. 33. Erigere mentis auresque vestras, et me de invictiosis rebus dicentem attendite. — Similiter erigere animum, vel erigi, est se ad audiendum parare. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 4. 10. Quum ita esset exorsus, ad audiendum animos evénimus. *Id. Orat.* 35. 122. In quo aut conciletur auditor, aut erigatur, aut pare se ad discendum. *V. infra* *Erectus* sub II. 2. — Similiter *Liv.* 37. 1. Quum res — relata expectatione certaminis senatum erexisset, P. Scipio Africæus dixit etc. *Val. Flacc.* 3. 631. tali mente pars maxima statu erigit, et vana gliscunt præcordia lingua. *Cic. 4. Herenn.* 2. 2. Auctoritas antiquorum erigit omnium cupiditatem et acutum industria, quum spes injecta est, posse imitando Græchi aut Crassi consequuntur facultatem. *risveglia.* *Plin.* 8. *Ep.* 3. Erigere expectationem alicuius. *Id. Paneg.* 70. Accensa est juventus, erexitque animos ad æmulandum quod laudari videbat. *Tac.* 5. *Hist.* 15. Ejus prælli eventus utrumque ducem, diversis animi motibus, ad matrandum summa rei discrimen erexit. *Stat.* 7. *Theb.* 670. Qualis ubi primam leo menè cubilibus atris erexit rabiem. Sic *Sil.* 7. 4. 280. Erigere iras. h. e. accendere, excitare. *Amian.* 31. 7. Et Romani quidem, voce undique Martia concinentes, — vires validas erigebant. — Hinc etiam erigere se apud *Cic.* 2. *Orat.* 12. 54. Paululum se erexit, et addidit historiae maiorum sonum vocis vir optimus, Crassi familiaris, Antipater. Ceteri non exornantes rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. Cf. *eund.* *Planc.* 13. 33. Ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa civilibus, extollere jam caput, et aliquando recreata se erigere debebat? ¶ 2. Transfertur etiam ad ea omnia, quæ figurate jacentia, vel debilitata, vel labia, extolluntur et confirmantur: ad rem *Cic.* 2. *Orat.* 44. extr. Oratio non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem et repugnantem capere potest. *Oretius* vero aliisque legunt excipere. — a) Generatim. *Pompejus ad Domit.* apud *Cic.* 8. *Att.* 12. c. sub fin. Possimus etiam nunc rem publicam erigere, si communis consilio negotium administrabimus. *mettere in piedi.* Sic *Liv.* 6. 2. Nec diu licuit quietis consilii erigendæ ex tam gravi casu reipublicæ secum agitare. et *Gell.* 1. 11. ad fin. Oratio nem aut jacentem erigere, aut ferociatem cohære. — b) Speciatim erigere est animum addere, recreare, *rinfanciare*, *incoraggiare*, *inanimare*; et occurrit — Cum Accusativo animum, spem, etc., vel cum Accusativo persona. *Cic. Cluent.* 70. 200. Spe vestre equitatis erigere animum, et paulum respirare a metu (*Cluentius*) caput. *rinfanciarsi*, *incoraggiarsi*. Sic *Id. ibid.* 24. 58. Erigebat animum, jam demissum et oppressum, Oppianicus. Cf. *Flor.* 4. 2. 84. Hoc aut ipse credidit, aut dux callidus arripuit in occasione: et quasi in fugientem in vectus, simul et snorum erexit animos et hostes perculit. *Curt.* 4. 7. 1. Ad spem adventus ejus erexerant animos. *Id.* 10. 6. 20. At Meleager —

confirmato animo, quem Perdicæ cunctatio erexerat, etc. *Cic.* 5. *Ferr.* 91. 212. Provinciam afflictam et perditam erigere atque recreare. *Nepos Themist.* 1. Quæ contumeliam non fregit eum, sed erexit. *Curt.* 4. 16. 5. Vera dicere videbatur, et spes languentes quoque exeret. *Id.* 4. 10. 7. Edita in vulgus Ægyptiorum responsa rursus ad spem et fiduciam exerceare torpentes. *Id.* 8. 13. 16. Ea pugna multum fiduciam Pori exeret. *Tac.* 1. *Hist.* 4. Erigere aliquem in spem. *Cic. Dom.* 10. 25. Civitatem fractam manus, mutam, debilitatam, abjectam metu ad aliquam spem libertatis et pristinæ dignitatis erexit. *Justin.* 5. 5. 1. Qui Lacedæmonios auxiliis opibusque ad spem fortunæ prioris erexit. *Add. Flor.* 3. 18. 4. *Liv.* 21. 19. Erigere pepulos ad cupidinem fortunæ nove. *Id.* 21. 20. civitatem in expectationem belli. *Tac.* 2. *Ann.* 25. Sed fama classis amissa ut Germanos ad spem belli, ita Cæsarem ad coercendum erexit. *Sall. Jug.* 25. Suos hortando ad virtutem erigeret. *Lucan.* 8. 76. Erigere mentem. *h. e.* bene sperare: cui contrarium est demittere mentem, desperare, apud *Virg.* 12. *En.* 609., ut *Servius* docet. — Erigere se eadem significacione occurrit. *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 3. 5. Erige te et confirma, datti animo, sis fortis, ut *ibid. in fin.* dicitur. *Id. Dejot.* 14. 33. Erigere se et ab omni sollicitudine abstrahere, consolarsi, inanimiri. *Id. Brut.* 3. 12. Post Cannensem illam calamitatem, primum Marcelli ad Nolam prælio populus se Romanus erexit. Similiter *Liv.* 3. 1. Romani se in spem legis (agrariorum) exerant. *Justin.* 11. 1. 2. Alli injusta servitute oppressi, ad spem se libertatis erigebant. — Absolute, seu Mediorum apud Græcos more, erigi eodem sensu occurrit. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 57. Nos majus veriti, postquam nihil esse pericli Sensimus, eximunt. *h. e.* animum recipimus, riprendiamo coraggio. *Sic Justin.* 22. 6. 1. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur. *Id.* 23. 1. 14. Qua victoria erecti. *Sil. It.* 14. 356. Erigi in spes. — c) Pertinet etiam ad eos, qui rebellant, quod erigunt se assurguntque adversus dominos. *Flor.* 2. 12. 1. Dum alia aliaeque gentes Syriæ belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit, si sollevò. *Id. ibid.* 17. 15. Lusitanos Viriato erexit, sollevò. *Id.* 1. 21. 2. Qui libertatem a dominis datam in ipsos exeruerat; translataque in se republica dominabantur. Est qui legendum patet exereuerant. *V.* etiam infra *Erectus* sub II. 3. — Hinc Part. præter. pass.

*Erectus*, *u.* *um*, adjective quoque usurpatum; unde Comp. *Erector* I. et II. 1. 2. et 3.; Sup. *Erectissimus* I. — *Erectus*

I.) Proprie est rectus, stans, sublatus, eretto, sollevato, dirizzato, ritto, ἀνεῳδησις. — a) Posit. *Cic.* 2. *Nat.* D. 56. 140. Deus homines humo excitatos, celsos et erertos constituit. *Sic Ovid.* 1. *Met.* 85. Os homini sublimè dedit, relunque tueri Jussit et eretos ad sidera tollere vultus. *Cic. Orat.* 18. 59. Status erectus et celsus. *Id.* 4. *Herenn.* 53. 68. Sudans, orulis ardentibus, ereto capillo. *Sic Seneca Herc.* *Op. cit.* 707. Erectus horret crinis. *Ammian.* 24. 6. Erecta manus. *Tac.* 1. *Hist.* 53. incessus. *Petr. Satyr.* 432. Erectus in cubitum. *Stat.* 6. *Iueb.* 502. Equus erectus in armos. *in alberato.* *Liv.* 8. 7. Equus, prioribus pedibus erectus, excusus equitem. *Ovid.* 3. *Met.* 43. Serpens media plus parte levès erectus in auras. *Colum.* 8. *R. H.* 17. 9. Erecti pisces. *ibid.* opponuntur prostratis, planis, cubantibus; *V. Jaceins in fin. v. JACEO.* *Cic. Senect.* 15. 51. Herbaceos viriditas culmo erecta genitulato. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Prora admodum erecta. *Sil. It.* 9. 241. Erecti muri. *h. e.* turres elephantis impositæ. *Juvenal.* 11. 89. Erectus ligo. *Id.* 4. 128. sudes. *Id.* 6. 507. planta, *Virg.* 4. *En.* 504. Pyra erecta sub euras. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (206). Palmes erectus ad arborem. *Curt.* 8. 11. 6. Petra in metu modum erecta. *Liv.* 4. 22. Erecta in arcem via. — b) Comp. *Cels.* 7. 16. Resupinandus homo est, ex his erectoribus. *Quintil.* 11. 3. 134. Vultus erector. *Pallad.* 1. *R. H.* 8. Praetorii situs sit loco aliquatuinus erector et si cōcio, più alto. *Claudian. carm. de Iaponia* 11. Alto colle minor, planis erector arvis. — c) Sup. *Jul. Valer. res gest. Alex.* *M. (edente A. Maio)* 1. 31. In eo obeliscos quoque duos videt proceritudinis erectoribus.

II.) Translate. — 1. Dicitur de homine, et est altus, sublimis: ad rem. *Ammian.* 14. 6. Ejus populus (*Romanus*) ab incunabulis primis adusque pue-

II.) Translate est a vero deflectere, labi, falli, errare, fallire, ingannarsi: ad rem *Lucret.* 3. 464. Quin etiam mortis in corporis avius errat. Sæpe animus; dementit enim delirique fatur. Similiter *Id. 1. 712.* Magnopere a vero longeque errasse videntur, qui putarunt etc. Ceterum hoc sensu — *1.º)* Quod ad intellectum attinet, occurrit — *a)* Absolute; et quidem — Sine additis. *Cic. 12. Phil.* 2. 5. Cujusvis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. *Id. 1. Tusc.* 17. 39. Errare mehercule malo cum Platono, quam cum istis vera sentire. *Quintil. 8. 6. 3.* Mihi videntur errasse, qui crediderunt etc. Adde *eund. 2. 17. 28.* — Sic errandum est apud *Ovid. Heroid.* 7. 109. Si fuit errandum, causas habet error honestas. Cum additis Adverbis vel adverbialibus modis. *Ter. Eun.* 2. 2. 14. Tota erras via falli di molto, di gran lunga t'inganni. Cf. *Macrobi. 3. Saturn.* 12. Toto valo errasse Virgilium, quum etc. *Plaut. Amph.* 3. 3. 20. Qui me Amphitruonem rentur esse, errant probe. *Ter. Adelph.* 1. 1. 40. Et errat longe, nica quidem sententia, qui imperium credat gravius esse aut stabilius, vi quod fit, quam illud quod amicitia adjungitur. *Sall. Jug.* 85. sub fin. Illoiuies superbissimi procul errant. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 32. 103. Vebementer errare. *Quintil. 8. 2. 2.* Non melioriter errare. — *b)* Cum addita per plenam propositionem re, in qua quis errat. *Ter. Heaut.* 1. 1. 53. Erras, si id eritis. *Lucret. 1. 392.* Quod si forte aliquis, quum corpora dissoluere, Tum putat id fieri, quia se condenseat aer, Errat. *Cæs. 5. B. G.* 40. Errare eos dicunt, si etc. *Cic. 2. Orat.* 18. 83. Quod hæc narrationis magis putant esse propria, quam totius orationis, valde mihi videntur errare. — *c)* Cum addita re, in qua quis errat, per Abstat, et prepos. in. *Lucret. 1. 344.* Quare in utraque mihi pariter ratio-

ne videtur Errare, atque illi etc. *Cic.* 2. *Phil.* 9. 23. In eo non tu quidem tota re, sed temporibus errasti. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 41. Vellim in amicitia sic erraremus. *Quintil.* 11. 2. 36. In rerum ordine errare. *Id.* 6. 3. 112. In quibus ut erraverimus, legentes tamen non decepi. Adde *eumd.* 10. 2. 21. — Et passive impersonaliter. *Cic.* 4. *Fin.* 20. 57. Si erratur in nomine. — d) Cum praepos. in et Accus. *Cœsus* apud *Cic.* 8. *Fam.* 11. sub fin. Malo in hanc partem errare, ut, quæ non desideras, audias, quam etc. *Quintil.* 10. 1. 26. In alteram errare partem. Huc referri potest et illud *Liv.* 31. 12. de prodigiis. Fœda omnia et deformia, errantisque in alienos fœtus naturæ visa. h. e. degenerant. — e) Raro cum præpos. de vel circa. *Ter. Heaut.* 2. 3. 22. Hic de nostris verbis errat videlicet, quæ hic sumus locuti. *Quintil.* 2. 5. 26. Tuitius circa priores vel erratur. — f) Cum Accusative communi. *Plaut.* *Mos.* 1. 3. 30. Mone, queso, si quid erro. *Ter. Andr.* 3. 2. 18. Tenco, quid errerit. *Id. Phorm.* 5. 3. 21. Hoc tu errasti. Cf. *Quintil.* 2. 5. 16. Si quid in declamatione discipulus erraverit. Adde *eumd.* 2. 6. 6. et 2. 3. 11. — Recentiores philologi hoc addunt et illud *Ovid.* 3. *Fast.* 155. Sed tamen errabant etiam tempora; donec Cæsarius in multis hac quoque cura fuit. et interpretantur: homines errabant in temporibus computandis: *Forcellinus* vero tempora Nominativum esse ait, et interpretatur: andava male il corso dell'anno. Similiter *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 3. (11). Quoties precatio erraverit, sic repente exitis adimi capita vel corda. Et passive impersonaliter *Quintil.* 6. 5. 7. Si nihil esset erratum. — Denique errato mihi pro mihi qui erravi, vel quoniam erravero, dictum putant a *Cic.* 2. *leg. Agr.* 2. 5. Quoniam omnibus est difficultas et magna ratio, tum mihi præter ceteros, cui errato nulla venia; recte facta exigua laus proponitur. Simile esse aijunt illud *Ter. Heccyr.* 5. 1. 10. Jam ætate ea sum, ut non sit peccato mihi ignosci aquum. Alii tamen apud *Cic. leg. quoniam errato*, vel *cuius errato* etc. *V.* etiam CERTO, as. Mihi tamen videntur cum *Orellio* legendum cui, errato etc., ut *cuius errato* nomen sit *erratum*, i. (*V. infra*) et recte facto respondeat. — g) Aliquando cum Ablativo modi. *Quintil.* 2. 21. 2. Quorum opinio non qualitate, sed modo erravit. *Id.* 11. 2. 20. Ne errent solo ediscendi labore. — Et passive impersonaliter. *Id.* 7. 3. 17. Si uno verbo sit erratum. — 2<sup>o</sup>) Morali significatione. *Sall. Jug.* 104. Romæ legatis ejus, postquam errasse regem et Jugurthæ scelere lapsum deprecati sunt, etc. *Id. ibid.* 102. Neu te optimum cum pessimum omnium Jugurtha miscendis commaculares, simul nobis dentres acerbam necessitudinem, pariter te errantem atque illum sceleratissimum persequi. — *Hinc*

*Erratum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est error, peccatum. — a) In sing. num. *Cic.* 6. *Att.* 1. a med. Illud de Flavio et fastis commune erratum est. *Id. Cluent.* 48. 133. Nullam ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. *Id. Ligar.* 1. 1. Errati venientia impetrare. *Id. Sull.* 23. 64. Petero errato alicujus venientia. — b) In plur. num. *Cic.* 16. *Fam.* 21. Tantum mibi dolorem cruciatumque attulerunt errata meæ æstatis, ut etc. *Sall. Jug.* 109. Errata officiis superare. *Ovid.* 2. *Pont.* 3. 66. Diceris erratis ingemuisse meis.

*ERBO*, ònis, m. 3. vagabundus, errans, aberrans. *Edictum* *Ædit.* *Cur.* apud *Gell.* 4. 2. 1. TITVLVS SERVORVM SINGVLORVM VTEL SCRIPTVS SIT COBRATO, ITA VT INTELLIGI RECTE POSSIT QVID MORBI VITIVS QVOLOQUE SIT, QVIS FVGITIVVS ERROVE SIT, NOXAVE SOLVTVS NON SIT. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 113. teque ipsum vitas fugitivus et erro. *Ulp. Dig.* 21. 1. 17. a med. Errones appellantur servi, qui non quidem fugiant, sed frequenter sine causa vagantur, et temporibus in res nugatoria consumptis, serius ad dominum redeunt. Adde *Ibid.* 49. 16. 4. *Tibull.* 2. 6. 5. Ure, puer, queso, tua qui ferus otia liquit, Alque iterum erronem sub tua signa voca. *Ovid. Heroid.* 15. 53. At vos erroneum tellure remittite nostrum. Nisiades matres Nisiadesque nurus. *Colum.* 9. *R. R.* 10. 3. de apum rege. Velut quadam compede retinebimus erronem ducent, detractis alia. — *Nigidius* apud *Varron.*, teste *Gell.* 3. 10. et 14. 1., errores appellat stellas, quas alii erraticas. — De veteranis, qui aliorum agros invadunt. *Valer. Cato Dir.* 70. Nec nostros servire sinant erronibus agros.

*ERRONEUS*, a, um, adject. qui hoc illuc errat et

vagatur. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 5. de canibus. Maxime debent in custodia vigilares conspici, nec erronei, sed assidui. *Fulgat.* *Ital. Eccii.* 26. 11. edente A. *Mat.* Mulier ebria et erronea, magna ira. *Codex* habet erronia.

**ERROR**, òris, m. 3. hoc illuc vagatio, vel actus bui illuc vagandi (It. errore; Fr. action d'errer; Hisp. el acto de errar; Germ. das Umherirren, Irrfahrt; Angl. a wandering). Occurrit autem A) Generatim; et B) Speciatim.

A) Generatim est, ut diximus, hoc illuc vagatio, vel actus bui illuc vagandi.

1.) Proprie usurpatur — a) De hominibus. *Cic.* 2. de *republ.* 4. Jam qui involunt eas urbes (mari-timas), non hærent in suis sedibus, sed volueri semper spe et cogitatione rapiuntur a domo longius: atque etiam quoniam manent corpore, animo tamen excurrunt et vagantur. Nec vero ulla res magis labefactatam diu et Carthaginem et Corinthum pervertit aliquando, quam hic error et dissipatio civium. *Val. Flacc.* 5. 116. vagus hos ibi fixerat error. *Justin.* 36. 3. Quoniam illi dies fainem illis erroremque flinerat. — b) De navibus. *Auct. B. Afr.* 11. Subito navium pars, de qua timet, ex errore eoden confecatur. *Ovid.* 14. *Met.* 483. Ultima jam passi comites belloque fretoque, Deficiunt; finemque rogant erroris. *Id. Heroid.* 16. 29. neque tristis hiems, neque nos hoc appulit error. *Val. Flacc.* 4. 397. errore deferri ad Inachias undas. Similiter *Virg.* 6. *Æn.* 532, pelagiae venis erroribus actus? *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 109. longis erroribus actus. Cf. *eumd.* 4. *Met.* 567. *Virg.* 1. *Æn.* in fin. Dicere errores suos i. suoi viaggi, i suoi giri. Hoc referri potest et illud *Ovid.* 1. *Met.* 582. annes In mare deducunt fessa erroribus undas. — c) De aliis inanimis. *Lucret.* 2. 128. de atomis. Multa videbis enim plagiis ibi (in solis radiis) percita eæcis Commutare viam, retroque repulsa reverti. Nunc huc, nunc illuc, in cunctas denique partes. Scilicet hic a principiis est omnibus error. *Ovid.* 8. *Met.* 166. de labyrintho. Ita Dædalus implet innumeritas errore vias. (Hinc etiam figurare error dicitur id, in quo, vel cuius causa errari facile potest. *Caill.* 64. 114. Ne labyrinthis et flexibus egredientes Teclî frustraretur inobservabilis error. Similiter *Virg.* 6. *Æn.* 27. Ille labor ille domus et inextricabilis error.). *Sil. It.* 10. 77. de ferarum latribulis. Ut causis occultis agitat quom Belgicus apros erroresque feræ sollers per devia mersa Nare legit, etc.

II.) Translate. — a) Poetice error oculorum de moribundis dicitur, et est oculorum versatio et circumactus. *Val. Flacc.* 6. 277. extremus quoniam Junius corripit error, voxque repressa gelu percussaque vertice tellus. *Stat.* 12. *Theb.* 776. emicuit per milie foramina sanguis Impius: ille oculis extremo errore solitus Labitur. — b) Sæpius error dicitur de animo qui incurrit est, qui fluctuat. *Lucret.* 4. 1069. potiundi (amoris) tempore in ipso fluctuat incertis erroribus ardor amantium. *Id.* 3. 1065. Atque animo incerto huius errore vagans. *Plaut.* *Merc.* 2. 3. 13. Nec quid corde consili capere possim scio: tantus cum cura meo est error animo. Cf. *Val. Flacc.* 7. 9. Nunc ego quo casu, vel quo sic pervigil usque ipsa volens errore trahor? *Liv.* 9. 45. Sed vestigia, in omnes aque ferentia partes, ut in dilapsis passim, primo errorem faciebant. Adde *eumd.* 27. 47. — c) Quoniam vero animus hæret incurrit, quoniam rem aliquam ignorat; error ponitur et pro ignorantia, imprudentia. *Ovid.* 5. *Fast.* 361. Lumina restabant, quorum me causa latebat, Quoniam sic errores abstulit illa meos. Hoc referri potest et illud *Vulcati Sedigit*, in quo error ponitur pro re ambigua et incerta, de qua queritur, apud *Gell.* 15. 24. Multos certos certare banc rem vidimus, Palmam poetæ comicò cui deferant. Eum in eo judicio errorem dissolvam tibi. — Ceterum pro ignorantia, imprudentia. *Nepos Epam.* 7. Quoniam dux esse electus bellum imperitus, cujus errore eo esset deducta illa militum multitudine, ut omnes de salute pertimescerent. — Et cum addito Genitiyo rei, quæ ignoratur. *Liv.* 24. 17. Id errore viarum, an exiguitate temporis, Nero exsequi non potuerit, incertum est. per non aver saputo la strada. *Tac.* 2. *Hist.* 72. Quidam militum errore veri, seu turbarum studio, certatum aggregabantur.

B) Speciatim error est deflexio a via, hoc illuc vagatio, quoniam vias ignari extra institutum iter desficiuntur.

1.) Proprie. *Plaut.* *Pseud.* 2. 3. 2. Redurit me usque ex errore h. viam. *Curt.* 5. 13. 23. Jumenta, nullæ regente, decesserant militari via et errore delata per quatuor stadia, etc. Cf. *Lucan.* 8. 7. incerta fuga vestigia (*Pompejus*) turbat, Implicitasque errore vias. h. e. vias variis circuitibus et ambagi-bus confusa. Sic *Pacat.* *Paneg.* *Theod.* 38. Quin ipsos vias (*Maximus fugiens*) implicabat errores, et nunc dexter aut Iexus, nunc vestigia suis obviis, incertum iter anticipit ambage tenebat.

II.) Translate. — 1.) Sæpiissime refertur ad animalium, qui decipitur false opinatur, errore, inganno. — d) Generatim. *Plaut.* *Amph.* 1. 2. 8. Erroris ambo ego illos et dementia complebo. *Cic.* 2. *Zegg.* 17. 43. Opinionibus vulgi rapiuntur in erre-rem, nec vera cernimus. *Id.* 2. *Nat. D.* 28. 70. Quæ res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos. *Id.* 3. *Tusc.* 1. 2. Pæne cum lacte nutricis errorem surisse videmur. *Id.* 5. *ibid.* 27. 78. Egyptiorum mentes imbuitæ pravitatis erroribus. *Id.* 1. *Off.* 41. 148. Nec quenquam hoc errore duci oportet, ut arbitretur etc. *Id.* 12. *Phil.* 2. 6. Bodem captus errore, quo nos. *Id.* 3. de *republ.* 35. Errore quodam fallimur in disputando. *Id. Sull.* 14. 40. In tantis tenebris erroris et inscitiae. *Id.* 1. *Nat. D.* 1. 2. In summo errore atque in maximarum rerum ignoratione versari. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 28. (101). In magno errore sunt, qui etc. *Silv.* vero hoc in loco aliter omnino legit. — Jungitur et aliis pluribus Verbis, quorum præcipua hæc sunt. *Cic.* *Brut.* 85. 293. Inducere imperitos in errorem. *Nepos Hann.* 9. Dicere quæcumque in errorem. *Cic.* *Cæc.* 25. 71. Objicere aliquid errorem. faro fallare. Sic *Seneca Ep.* 67. circa med. Separa ista: nihil erit, quod tibi faciat errorem. Adde *Mamertin.* *Paneg.* *Maxim.* 5. *Cic.* 3. ad *Q. fr.* 9. sub fin. Labi per errorem. *Quintil.* 4. 2. 71. Errori labi. *Sueton.* *Aug.* 33. Errore induci ad aliquid faciendum. *Virg.* 10. *Æn.* 110. Errori teneri. *Curt.* 5. 9. 12. Ferre æquo animo errorem alienus. *Id.* 3. 12. 6. Comperire errorem. *Sueton.* *Tib.* 62. Detegere errorem. *Id. Cæs.* 28.; et *Plin.* 21. *Hist. nat.* 6. 16. (30). corriger. *Cic.* 3. *Off.* 21. 63. Avertire (al. leg. avellere) aliquem ab errore. *Ter. Heccyr.* 5. 2. 26. Exsolvare aliquem errore. *Phœdr.* 4. 4. Solvere errorem. *Cic.* 8. *Phil.* 11. 32. Errorum deponere. *Id.* 2. *Divinat.* 28. 60. depellere. *Orellius* vero h. l. pro errorem legit terorem. *Id.* 1. *Fin.* 11. 37. et 1. de *republ.* 24. tollere. *Id.* 10. *Att.* 4. 6. eripere aliquid. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 140. demere. — Huc pertinent et sequentia. *Sueton.* *Cal.* 30. Punio per errorem nominis alio, quam quem destinaverat. Adde *eumd.* *Cæs.* 85. *Trebell.* *Poll.* XXX. *Tyr.* 17. Per errorem imperator appellatus. Adde *Vopisc.* *Aurel.* 41. — b) Dicitur, præcipue a Poetis, etiam de quæcumque gravi animi perturbatione, scilicet — Ponitur pro furore et amentia. *Cic.* 3. *Att.* 13. 2. Nam quod scribis, te audire, me etiam mentis errore ex dolore absenci; mihi vero meus integra est. *Quintil.* 6. *procœm.* 11. Ipsum illum alienata mentis errorem circa solas litteras habuit. *Horat.* *Art.* P. 454. fatus error. h. e. furiosus error mentis, qualem imitantur Cybeles aut Bellonæ sacerdotes. *Virg.* 3. *G.* 513. Di meliora pili, erroremque hostibus illum. Cf. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 140. mentis gratissimus error. — Item pro timore ac perturbatione animi. *Ovid.* 3. *Fast.* 555. Diffugunt Tyrini, quo quæcumque agit error, ut olim Amisso dubie rége vagantur apes. — Et pro amore. Amor enim errare periculumque compellit, ut ait *Servius* od illud *Virg.* 8. *Ecl.* 41. Ut vidi, ut perit, ut me malus abstuli error. Adde *Propert.* 1. 13. 35.; et *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 9. — Item pro dolo, fraude, adeoque pro quæcumque re, quæ decipi, vel erroris causa est. *Virg.* 2. *Æn.* 48. Aut aliquis latet error: equo non credite, Teucri. *Liv.* 22. 1. Mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis errore etiam sese ab iasidiis munlerat. *Tac.* 4. *Ann.* 63. Par forma aut etiam errorem agnoscentibus fecerat. Cf. *Virg.* 10. *Æn.* 391. similissima proles Indiscreta suis, gratisque parentibus error. — c) Item pro peccato contra grammaticam, historiam, aut ejusmodi. *Liv.* 4. 20. Qui si in ea re sit error, quod veteres annales A. Cornelium Cossum consulēm habuerint, etc. *Quintil.* 1. 6. 2. Suminorum in eloquentia virorum judicium pro ratione, et vel error honestus est magnos duces sequentibus. *Id.* 3. 6. 7. Inde vero ingens male interpretantibus innatus est

error. *Sueton.* Aug. 88. Nam quod sœps non litteras modo, sed syllabas aut permixtae aut præterit, communis homicium error est. — 2<sup>o</sup>) Morali significatio ponitur interdum pro delicto, peccato, *falso*, *delitto*, *vicio*. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 19. Sive velis, qui sint, mores inquire noscere; Errorum misero detrahe, labe earent. *Cf. eund.* 2. *ibid.* 2. 57. et 3. 92. *Cic. fragm.* apud *Lactant.* 6. 24. Errorum pœnitentia corrigitur. *Id. apud Augustin.* 14. de *Trin.* sub fin. Admissere atque implicare se hominum vitis atque erroribus. *Juvenal.* 13. 188. Paullatim vitta atque erroris exuit omnes. *Id.* 8. 163. Fecimus et nos haec juvenes. Esto: desisti nempe, nec ultra Forisli errorem. Breve sit quod turpiter audes. Quædam cum prima resecentur crimina barba. *Cf. Sueton.* Aer. 26. Petulantiam libidinem, luxuriam — sensim quideam primo et occulte, velut juvenili errore, exercuit: sed ut tunc quoque dubium nemini foret, natura illa vitta, non ætatis esse. *Quintil.* 2. 6. 2. Rerorar ab errore jam lapsos. Adde *eund.* 4. 2. 71. et 9. 6. 7. *Forcellinus* hunc resulit et illud *Horat.* Art. P. 308. Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat error. At error hoc loco non morali significatio, sed alia accipiendo mihi videtur.

**ERUBESCENTIA**, a, f. 1. *vercundia*, pudor. *Tertull.* 1. ad *Nation.* 16. Exemplum erubescenție scelerum. Adde *eund.* *Pænitent.* 10.

**ERUBESCO**, rubesco, rübbi, rübescere, n. inchoat. 3. (et et rubesco). Part. *Erubescens* et *Erubescens* 2. — Erubesco, *ἐρύσαις*; est rubens sio, rubore suffundor (It. *farsi rosso*; Fr. *rougir*, *devenir rouge*; Hisp. *bermejear*, *rozejar*; Germ. *errothen*, *roth werden*; Angl. *to grow red*, *blush*). Occurrit. ¶ 1. Generatim. *Ovid.* 2. *Amor.* 8. 16. Vidi te tolis erubuisse genis. *Id. 4. Met.* 329. pueri ruhor ora notavit Nescia quid sit amor: sed et erubuisse decebat. *Cf. eund.* 2. *Pont.* 1. 36. Saxaque rotatis erubuisse rosis. ¶ 2. Speciatim ac sepius est pudore, quia pudorem ruhor ovis sequitur, *arrrossire*, *vergognarsi*; qua significatio *Forcellinus* translate accepit. Usurpatur autem — a) Cum Ablativo sine præpos. *Liv.* 40. 14. Non est res, qua erubescam, si etc. *Ovid.* 5. *Met.* 584. Dote corporis erubescere. *Id. 2. Fast.* 168. Erubuit falso virginis illa sono. Adde *eund.* 4. *Trist.* 3. 64. Tac. *Germ.* 28. Ne ubi quidem — origine erubescunt. *Plin. Paneg.* 31. Pudebat sterilitatis insolitus; nec minus erubescet fame, qua torquebatur. — Et impersonalliter *Curt.* 4. 5. 4. Ubi pueritate suorum erubescendum sit. — b) Cum Ablativo et præpos. in vel de. *Cic. 1. Legg.* 14. 41. O rem dignam, in qua etiam agrestes erubescunt! *Seneca 2. Controv.* 11. ante med. Necesse est, de aliis querari, de aliis erubescam. *Spartian.* *Seretr.* 15. Quum de sorore multum imperator erubesceret. — c) Cum Accusativo et præpos. propter. *Plaut. Truc.* 2. 2. 36. Erubui mecastor misera propter amorem tuum. — d) Absoluto. *Cic. 2. Fin.* 9. 28. Deinde, ubi erubuit, vis enim est per magna naturæ, etc. Adde *eund.* *Hosc. Com.* 3. 8. *Id. 5. Fam.* 12. 1. Epistola enim non erubescit. *Quintil.* 11. 1. 22. Erubescere etiam, quum ab aliis laudabitur, decet. *Id. 12. 11. 3.* Quin alii riderent, alii erubescerent. Adde *Juvenal.* 10. 326. — Illud *Ter. Adelph.* 4. 5. 9. Erubuit: *salva res est*, in proverbium abiit, atque adhibetur ad significandam probitatem aliquius, tametsi quidam peccaverit. Nam qui male factis erubescit, ostendit se pauperem, et damnare quæ admiserit, dum ea rescribi ab aliis pudore suffunditur. — e) Cum addita per Infinitum propositione. *Cic. 1. Legg.* 19. 50. Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia. *Liv.* 10. 8. Noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio babere, quem in censura, quem in consolatu collegam babere potuisti. Adde *eund.* 45. 35. *Virg.* 6. *Ecl.* 2. Nostras nec erubuit silvas habitare Thalia. *Quintil.* 1. 10. 13. Socrates jam senex insitum lyra non erubescet. Adde *eund.* 6. 1. 14. *Curt.* 8. 8. 13. In multis enim gentilibus esse video, que non erubescamus imitari. Adde *eund.* 5. 3. 9, 5. 5. 10., 5. 6. 14. et aliis simpe. *Val. Max.* 6. 2. sub fin. Tam faciem audaciam Dionysius punire erubuit. *Stat. 1. Silv.* 4. 5. erubuit tanto spoliare ministro Imperium Fortuna tuum. — Aninadversione dignum est illud *Curt.* 10. 5. 24. Quæ Alexandro esse superest erubuit. — f) Cum Accusativo. *Propriet.* 3. 12. 19. Inter quos Helene nudis capere arma papillis Feritur, nec fratres erubuisse deos,

*Virg. 2. En.* 541. jura fidemque Supplicis erubuit, corpusque exsanguem sepulcro Reddidit Hectoreum. h. e. reveritus est, religiose servavit. *Seneca Ep.* 95. ante med. Grammaticus non erubescit sollicitusnum, si sciens facit: erubescit, si nesciens. *Curt.* 5. 5. 17. Dignum esse omni molo, qui erubesceret fortuita. *Al. leg. fortuna*; *al. fortuna*. Adde *Quintil.* 6. 4. 8., ubi tamen incerta est lectio. Cicero quoque videtur active usurpare i. *Nat. D.* 40. 111. Se ne intelligere quidem ollum bonum, quod sit sejunctor a voluptatibus: quas quidem non erubescunt, persecutur omnes nominatim. *Id. Latin.* 16. 39. Cognati (te) respiciunt, tribules errant, vicini metuant, affines erubescunt. — g) Hinc Part. *Erubescens* significatio passiva. *Horat.* 1. *Od.* 27. 14. quæ te cumque domat Venus, Non erubescens adiut ignibus. *affetti* vergognosi. Sic *Val. Max.* 2. 7. 1. Ilac turpi et erubescenda sentina vacuefactus noster exeretus. *Flor.* 2. 14. 3. Cause belli proge erubescenda. *Id.* 3. 12. 3. Amni domesticis cladibus miser et erubescendi. — h) Cum Dative habet *Tertull.* *Testim. anim.* 1. *extr.*, si tamen salsa est lectio.

**ERUCCA**, a, f. 1. Scribitor et uruca. — *Plin.* ad *Plin.* 19. *Hist. nat.* 10. 58. (180). in *Cod. Tole-* *tano* semper uruca pro eruca scribi ait, ubi de verio sermo sit, eaque obserratio in omnibus locis ab optimo quoque codice confirmatur. Eruca ¶ 1. Est genus vermis, qui in olerum folia repit, abroditque præsertim brassicæ: a rodendo, vel a rugis, quia reptans se corrugat. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 63. et 10. *ibid.* 333.; *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (229); et *Pallad.* 1. *R. R.* 35. 2. ¶ 2. Est etiam hoc nomine herba Venerem excitans: ab urendo, quasi urica, vel a erodendo, quia linguam rodit acriorima sua. *Horat.* 2. *Sal.* 8. 51.: *Colum.* 11. *R. R.* 3. 29. et 10. *ibid.* 110. et 372.; *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 44. (150); *Juvenal.* 6. 276. et 9. 131.; et *Martial.* 3. 75. Cf. *Fé* (*Op. cit.* vol. 2. p. 302.) hanc exhibet synonymiam: *Εὐρύπεν* Theophr. *Hist. plant.* 1. 9. et 7. 3., et *Dioscor.* 2. 170.: *Eruca Virg. Mor.* 85., *Ovid. Remed. am.* 799., *Coloni.* et *Magdal.* locc. cilt., et *Plin. loc. cilt.* et 20. *Hist. nat.* 13. 49. (125), sunt *Brassica eruca L. Spec. plant.* 932.

**ERUCTIONE**, ūnis, f. 3. Apud *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 15. scribitur eructatio. — Ceterum eructatio est actus eructandi. *Apul. de Mundo.* Eructatio terrenis eructationibus surgit. Adde *Firmic.* 4. *Mathes.* 12. Apud *Apul.* est qui minus recte legit *eruptionibus*. *Theod.* *Priscian.* 4. p. 313. retro edent. *Id.* Ad eructationem, vel stomatici inflationem.

**ERUCTO**, as, are, a. 1. Eructuare legitur a quibusdam apud *Tertull.* *Resurr. carn.* 32. — Eructo est ab ex et ructo; aliqui tamen euentus, eructo simplex esse a *Græco* γέγενος, et ex eo ructu fieri per aphæresin. *At Paul.* *Diuc.* p. 83. 2. *Müll.* docet esse verbū frequentativum: *F. ERUGERE*. — Part. *Eructans* sub A. I. et B. — Eructo est idem quod ructo, vehementer ructo, vel ructando ejicio (*It. ruttare*; Fr. *vomir*, *rejetter*; Hisp. *vomilar*; Germ. *ùlpfen*; Angl. *to belch*, *throw up*, *eruct*). Occurrit A) Stricto; et B) Latiori sensu.

A) Stricto sensu, et quidem

I.) Proprie. *Cic. Pis.* 6. 13. Unde tu nos turpissime eructando ejecisti. *Virg. 3. En.* 632. de *Polyph.* sanienti eructans ac frusta eructo Per somnum commixta meru. *Colum.* 8. *R. R.* 8. 10. Jam nunc Gaæticæ et Ägyptias aves eructant. — Absolutu. *Seneca Thyest.* 909. Resupinos ipse purpura atque auro incubat, Vino gravatum fulcens leva caput, Eructat. Adde *Plin. Paneg.* 49., ubi, pro eructans, alli leg. et ructans.

II.) Translate. *Cic. 2. Cat.* 5. 10. Accubantes in convivis eructanti sermonibus suis cædem honorum atque orbis incendia, h. e. inter ructandum meditantur et jactant.

B) Latiori sensu accipitur pro quovis modo ejice-re. *Lucret.* 3. 1026. Tartarus horriferos eructans faufulos astus. *Farro* 3. *R. R.* 14. 2. Eructare aquam manumittit in fontibus. *Id.* 1. *ibid.* 4. 4. Si propter odorem, quem eructat, pestilentior est sumus. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 6. Eructare virus noxiun. *Pallad.* 2. *R. R.* 13. 7. Humores eructat ager aliquinus. Adde *Justin.* 4. 1. 4. *Virg.* 6. *En.* 297. atque omnem Coctyo eructat arenam. *Sil. It.* 14. 58. Etina eructat caulis ignis inclusi gemitus. *Val. Flacc.* 2. 49. nec me tantum Tritonia cursus erudit; sapio ipsa manu dignata carinam. *Stat.* 10. *Theb.* 506. Et quæ te leges præceptaque fortia bellii erudit genitrix. — f) Cum infinito. *Ovid. 3. Fast.* 619. stantes radio percurrende telas erudit. *Plin.* 33.

Perleg. 345. Undique se totis eructant lumina terris.

**ERUCTUS**, a, um, adject. *Gell.* 11. 7. Furtureum panem esitare, vinumque eructum et fætidum potare. h. e. impurum, fæcalium, sordidum, corruptum, quasi ruelu et vomendo emissum; ob ἔσυγχος eructo. *F. ERUGERE* Alli crudum, vel eruptum leg.

**ERUDERATUS**, a, um. *F. vocem seq.*

**ERUDERO**, as, ãtum, are, a. 1. Part. *Erudatus* I. et II. — Erudero est eruditibus expurgio.

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 2. 7. Erudatur solum. *Ambros.* *Orat.* de obitu *Theod.* Sed Isaac obstructus ab alienigenis puteos erudaverit, nec latere aquam passus est. Adde *eund.* de *Nabath.* 1., cuius verba *I.* in *REDOPERIO*.

II.) Translate. *Sidon.* 5. *Ep.* 7. Aures susurrum fecere completas opportunitate salvi sermois erudatur. h. e. expurgat. *Id. ibid.* 15. Volumen de supervacuis srrentilis eruderatur.

**ERUDIBILIS**, e, adject. qui eruditiri potest. *Fulgent.* de *contin.* *Virgil.* p. 747. *Stoner.* Negue enim erudit, nisi quod eruditibile nascatur.

**ERUDIO** is, iyi rel il, num, irr, a. 4. (ex et rudi). Nimiric licenter primam corripuit *Cappell.* 8. p. 301. Si erudita placent certo sponsalia divisi. *Hopp.* legit divisi; vulgati libri divisi. — Part. *Erudiens* et *Eruditus* I.; *Eruditus* I. 1. et in fin.; *Eruditus* I. 1. — Eruditus, πατέσσω, est et rudi doctum facere, artibus expolire, instituere, ad humilitatem informare (It. *dirozzare*, *dégrossir*, *former*, *enseigner*, *instruire*; Hisp. *instruir*, *enseñar*; Germ. *von der Roheit befreien*, d. i. durch *Kenntnisse ausbilden*, *unterrichten*, *lehran*; Angl. *to teach*, *instruct*, *inform*, *direct*, *bring up*, *educate*).

I.) Proprie. — a) Generatim. — a) Cum Accusativo personæ tantum. Jungitur cum docere apud *Cic.* 1. *Off.* 44. 156. Studiosos diligendi erudire atque docere. Id. 2. *Divinat.* 2. 4. Docere atque erudire juventutem. Cum instituere apud *eund.* 3. *Orat.* 9. 35. diligentissimeque hoc est eis, qui instituunt aliquos atque erudiant, videndum, quo sua quæcumque natura maxime ferre videantur. Cf. *eund.* 3. *Verr.* 69. 161. infra sub d. Ceterum *Id.* 2. *ibid.* 1. 2. Et ea disceremus, quæ Crasso placuerit, et ab his doctoribus, quibus ille uteretur, erudirem. *Id.* 3. *Fin.* 2. 6. Quod si faceremus quasi erudientes, cie. *Quintil.* 1. 1. 2. Utilius domi, an in sebolis (pueri) erudiantur. Adde *eund.* 1. *procem.* 1. 6. *Id.* 2. 17. 33. Gladiatores eruditæ sub eodem magistro. *Sueton.* *Cæs.* 26. Tirones per laniatas in ludo eruditæ. — Ille referti potest et illud *Cic.* 2. *Tusc.* 14. 34. Laboribus eruditæ juventutem, renando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando, arrezzando alle fatiche, al cariare, etc. — b) Cum addito sine præpos. Ablativo rel., qua quis eruditur. *Cic.* 1. *Fam.* 7. extr. Lentulum, eximia spe adolescentem, cum certis artibus, tom in primis imitatione tui fac eruidias. *Id.* 2. *de republ.* 19. Omnibus eos artibus ad Graecorum disciplinam erudit. *Nepos Att.* 1. Erudire sijum omnibus doctrinis. *Id. Themist.* 10. Eridi litteris et sermone Persarum. *Id. Iphicr.* 2. Erudire exercitum omni disciplina militar. *Quintil.* 1. 10. 35. aliquem primis litteris. *Justin.* 12. 16. 7. aliquem studiis litterarum. *Fopisc. Car.* 4. aliquem litteris. — c) Cum addito Ablativo rel et præpos. in. *Cic. 1. Orat.* 59. 253. Oratorem erudit in jure civili. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 3. His in rebus jam te usus ipse erudit. — d) Cum Accusativo rel et præpos. ad vel in. *Cic. 5. Ferr.* 69. 161. Filios instituere atque erudire ad majorum instituta atque civitatis disciplinam, non ad tua flagitia, neque ad tuas turpitudines debuisti. *Id.* 1. *Tusc.* 26. 64. Philosophia nos ad deorum cultum, ad jus dominum, ad modestiem magnitudinemque animi erudit. *Justin.* 16. 5. 13. Virtutem, ad quam quotidie præceptis magistris erudiebantur, patriæ exhibere cupientes etc. *Lactant.* 5. 2. a med. Profisent. se eruditum alios ad veritatem. *Ovid. Heroid.* 1. *sub fin.* natus, qui molibus annis in patrias artes eruditus erat. — e) Cum duobus Accusativis. *Val. Flacc.* 2. 49. nec me tantum Tritonia cursus erudit; sapio ipsa manu dignata carinam. *Stat.* 10. *Theb.* 506. Et quæ te leges præceptaque fortia bellii erudit genitrix. — f) Cum infinito. *Ovid. 3. Fast.* 619. stantes radio percurrende telas erudit. *Plin.* 33.

*Hist. nat.* 11. 53. (149). Eruditia civitate amare etiam, non solum admirari opulentiam externam. Et omisso Accus. personæ *Sil. It.* 11. 351. an tristia vincula Et Decius non erudiant componere mentem. — *g)* Cum relativa. *Orid.* 3. *Fast.* 294. qua possint, erudit, arte rapi. — *h)* Absolute. *Nepos E-pam.* 2. Eruditus autem sic, ut nemo Thebanus magis. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 6. Quorum moutionibus vel uous ex multis (nam est difficile erudire) non solum rusticationis, sed imperandi consequatur scientiam. *Nazar. Paneg. Constant.* 4. Jam tibi quidem in erudiendo, imperator optime, non omnia proponerentur qua sequi velles. — Sic Gerund. erudientia passiva significatione. *Justin.* 17. 3. 11. Athenas quoque erudiendi gratia missus, quanto doctior majoribus suis, tanto et gravior populo fuit. — *2°)* Speciatim erudire aliquem de re aliqua est certiori facere apud *Cic.* 2. *Fam.* 12. Obviam mihi uelut sint litterae tuæ, quæ me erudiant de omni republica. *m. informino, mi dian conterza.*

II.) Translate de rebus. *Orid.* *Remed.* *am.* 690. Ut fierent, oculos erudiere suos. *Id.* 1. *Amor.* 14. 30. Erudit admotas ipse capillus acus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (56). Polycletus judicatur tenebrosus sic eruditus, ut Phidias aperuisse aver ridotto a perfezione. — Ille Part. præter, pass., cuius aliqua superius exempla reliquimus,

*Eruditus, a, um, adjective quoque usurpatum, unde Comp. Eruditior et Sup. Eruditissimus I. et II. — Eruditus, τεταῖεψερος, ammaestralo, eruditio, letterato, dotto, est institutus, litteratus, doctus.*

I.) Proprie de hominibus; et occurrit — *a)* Cum Ablativo rei sine prepos. *Cic.* 2. *de republ.* 15. Façile patior non esse nos transmarinis, nec importanter artibus eruditus, sed genuinis domesticisque virtutibus. *Id.* 4. *Att.* 16. a med. Mancipia literis, aut musicis erudita. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 7. *extr.* Homo doctrina atque optimorum artium studiis eruditus. *Id.* 3. *Orat.* 34. 139. Homines Socratis disputationibus eruditus. Adde *ibid.* 67. 236. *Arch.* 7. 18. et 3. *Nat. D.* 9. 23. *Id.* *Erut.* 82. 283. Calvus orator, litteris eruditior. quam Cato. *Id.* 1. *Orat.* 39. 180. Scavola eruditissimas disciplina juris civilis. (Ceterum Superlativus occurrit etiam apud *Quintil.* 9. 4. 9., 1. 6. 8. et 10. 1. 95.). *Nepos Att.* 12. Eruditus optimis artibus. *Litr.* 42. 52. artibus militiae. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 64. opere rustico. *Quintil.* 1. 10. 33. litteris. *Capitolin. Max. jun.* 3. Soror Graecis inuiditius erudita. Similiter *Cic. Balb.* 20. 57. *Marius* stipendiis et legationibus bellicis eruditus. *Id. Planc.* 9. 22. Eruditus artificio simulationis. — *b)* Cum Ablativo rei et prepos. in. *Spartan. Fer.* 5. In litteris eruditus. — *c)* Cum Accusativo et prepos. ad. *Cic. Finetj.* 15. 33. Homines non litteris ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditos. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 5. *Cineci* diuina servitudo ad uimiam assentationem eruditus. *Trebell. Poll.* XXX. *Tyr.* 18. Ad gerendam rem publicam eruditus. *Capitolin. Max. jun.* 3. ad Graecas nuditas. — *d)* Cum Accusativo per hellenismum. *Gell.* 2. 21. Eruditus Graecas res. *Id.* 19. 12. sub fin. Fiduciam peccandi intentione falsa eruditus. — *e)* Cum Infinito. *Tac. Agric.* 18. Eruditus utilia honestis miscere. — *f)* Absolute. *Cic. 1. Tusc.* 3. 5. Oratorem celeriter complexi sumus; nec eum primo ereditum, optum tam ad dicendum: post autem eruditum. *Id.* 1. *de republ.* 17. *extr.* Quam ob rem semper mihi et doctrina et eruditus homines et tua ista studia placuerunt. *Quintil.* 9. 1. 18. Eruditus vir. Adde *Sueton. Tib.* 70. — Et de Veneris perito. *Auct. Priap.* 41. inter eruditos Eicosissimus ambulator poetæ.

II.) Translate de rebus et abstractis. — *a)* Cum Substantivo. *Cic.* 5. *Fam.* 14. Animus eruditus, qui semper aliquid ex se promittit, quod alios delectet. *Id.* 2. *de republ.* 10. Quod ceteri minus eruditis hominum seculis fuerunt. Et *ibid. paullo post.* Ut iam doctis hominibus ac temporibus ipsis eruditis ad finyndum yix quidquam esset loci. Sic *Id.* 12. *Att.* 18. Quantum his temporibus tam eruditis fieri potuit. *Id.* 5. *Pirad.* 2. 38. Nos quoque oculos eruditos habenuis. *Id.* 2. *de republ.* 42. Quem (concentum) immutauimus aut discrepantem aures eruditæ latre non possunt. Sic *Quintil.* 10. 1. 32. Illi Salustiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius. Rursus *Cic. Pirad.*

præcēm. 4. Aliis est eruditia, alia popularis oratio. Adde *Quintil.* 8. 3. 17. *Id. Quintil.* 8. 6. 24. *Varro Mortuus pugnatum est, eruditus est serino. Id.* 12. 2. 3. Eruditio aliquo sermone *Colum.* 9. *R. R.* 16. 4. Docta et eruditia palata festiūliūnūnūliūm lujuūm. *Tac.* 16. *Ann.* 18. Petronius habebatur non ganeo et prouulgaro, sed eruditio luxu. *h. e. eleganti, di buon gusto.* Sic leg. *Forcellinus* (cum veter. editionibus; recentiores vero plerique leg. gustu. — *b)* Absolute neutr. gen. *Quintil.* 6. 3. 98. Et historia etiam ducere argumenta, eruditum (est). *Id.* 9. 2. 97. Eruditissimum lounge, si per aliani rem alia intelligetur. — Ille

*Eruditus, i, et sèpius eruditī, ȳrum, m. 2. absolute, substantiuyorum more, pro eruditis hominibus usurpatū. — *a)* In plur. num. *Cic. 1. Fin.* 7. 26. Velleum equidem, aut ipse (*Episcopus*) doctrinis suis set instructor (est enim non satis positus illi artibus, quas qui tenent, eruditī appellantur), aut ne deterruisset alios a studiis. *Id. Amic.* 2. 6. Nec sic ut vulnus, sed ut erudit solent appellare sapientem. *Quintil.* 8. 6. 75. Inter eruditos et apud rusticos. *Id.* 1. 5. 25. Quosdam eruditos, nonnullos etiam grammaticos sic docere ac loqui. Adde eundem. 4. 6. 12. et 4. 2. 86. *Id.* 12. 1. 40. Plures eruditorum putaverunt etc. *Id.* 1. 6. 45. Eruditorum consensus. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 11. 44. (113). Apud eruditos non aliud in majore sententiarum varietate est. *Id.* 18. *ibid.* 37. 49. (134). Cerebrum aliud esse, quam medullam, eruditī docent. *Quintil.* 10. 7. 21. Qui statius sideri eruditī volunt, eruditī stulti judicantur. — *b)* In sing. num. *Quintil.* 11. 1. 55. Non idem apud eruditum, quod militarem ac rusticum, deceat.*

*Homonymi.* Quomodo eruditus a docto diffusat, *F. DOCTUS.* Adde, quandoque eruditum opponi artifici: quotenus artifex eum significat, qui artem quamdam proficitur, il professor, eruditus contra eum, qui non uirtutino radix est artis illius, sed ejus cognitione censemur, il dilettante, l'interdente. Ille *Donatus* ad *Ter. Eun.* 5. 1. 19. Hæc ergo artificibus et eruditis, cetera spectatoribus pœta ethihel, il poeta cù propone per li professori e per li dilettanti, il resto pel volgo.

*ERUDIS, e, adjec. ab ex et uis. Vox a Leticio expungenda; occurrit enim autonimodo in *Nut. Tir.* p. 123.*

*ERUDITE, adverb. Comp. Eruditus et Sup. Eruditissimus.* — Eruditus est dote, cum eruditio. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 14. Volumina duo composta facetus et eruditus poterit tradenda curavil. *Cic. Senect.* 1. 3. Qui si eruditius videbitur disputare, etc. *Id. Orat.* 52. 174. Litteræ eruditissime scriptæ. *Quintil.* 1. 5. 35. Illud eruditus queitur, an in singulis quoque verbis possit fieri soleritatem. *Gell.* 18. 5. *extr.* Eruditus simul et affabilliter dicere. *Plin.* 1. *Ep.* 9. in *fin.* Satius est, ut Attulus noster eruditissime simul et facilius dixit, otiosum esse, quam nihil agere.

*ERUDITIO, ūnis. I. 3. ¶ 1. Stricto sensu est actus erudiendi, instituto. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* 1. 4. *extr.* De ejus eruditio quod labores, nihil est, quoniam ingenium eis nosti, studium ego video. *Quintil.* 2. 3. 10. Potiore in scholis eruditione esse, quam domi. *Gell.* 11. 7. Est adeo id vitium usq. utendi verbis nimis obsoletis) plerunque serie eruditio, quam Graeci ἐργαζον appellant. ¶ 2. Latiori sensu est ipsa doctrina, que eruditione acquiritur. — *a)* In singulari numero. *Cic. 2. Orat.* 1. Antonium omnis eruditio exponit atque ignorantia fuisse. *Id.* 1. *Off.* 33. 119. Preclaro eruditione atque doctrina ornatus. *Id.* 1. *ad. (post.)* 2. 4. Quæ sine eruditio Græca intelligi non possunt. *Id.* 1. *Tusc.* 2. 4. Summaru eruditioinem Græci sitam reuocant in nervorum voruquem cañibus. *Sueton. Aug.* 89. Eruditio varia repletas. *Id. Gramm.* 6. Composuit varie eruditiois aliquot volumina. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (134). Atheneum anterior in colore, et in austeritate juvendior, ut in ipsa pictura eruditio eluceat. — *b)* In plurali num. *Gell. præsat.* Quas breviter et indigeste et incondite eruditioibus letctionibusque variis feceramus, eruditioibus, quæ ab aliis didicimus; lectioibus, quæ ipsi legimus. *Führer.* 1. 1. a med. Quam haec disciplina sit abundans eruditioius variae ac pluribus. — *c)* Eloquentiam ab eruditione distinguit *Sueton. Cal.* 53. E disciplinis liberalibus ini-*

nue eruditio, eloquentia plurimum attendit. — *d)* In illo *Senecte Ep.* 47. Libenter ex his, qui a te venient, cognovi, familiariter te cum servis tuis vivere: hoc prudentiam tuam, hoc eruditioem decet. *Lips.* sapientiam intelligit, Stoicorum lingua, qui rudes, stultos habeant: quod pluribus illustrat *Id.* 1. 2. manuduct. ad Stoic. philosoph. dissert. 1.

*ERUDITOR, ȳris, m. 3. qui erudit, docto. *Hieronym.* uit. *Hilarionis*; *Tertull.* *Pall.* 4.; et *Vulgal.* interpr. *Ose.* 5. 2.; *Rom.* 2. 20. et *Hebr.* 12. 9.*

*ERUDITRIX, ūis, f. 2. que erudit. *Flor.* 2. 6. 28. Africæ Haenibalis eruditrix.*

*ERUDITULUS, a, um, adjec. deminut. ab eruditus. Joculariter tantum occurrit, et est Veneris peritus. *Catull.* 57. 7. Uno in leitulo erudituli ambo.*

*ERUDITUS, a, um. *F. ERUDIO.**

*ERUDITUS, os. m. 4. eruditio. In sexto casu singulari habet *Tertull.* advers. *Valentinian.* 29.*

*ERUGATIO, ūis, f. 3. cutis extensio, rugis subtilis. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 12. 50. (184). Candorem cutique erugationem præstat. h. e. cutis rugas demittit.*

*ERUGERE* semel factum significat, quod eructare sepius. Illud enim perfectæ formæ est, hoc frequentative. *Paul.* *Diac.* p. 83. 1. *Müll.* *Hanc Paul.* *Diac.* sententiam confirmat *Macrob.* de diff. *Græci Lat.* verb. p. 2765. *Putsch.* hisce verbis: *Eructat* frequentativum est a principali erugit aquæ vis. V. et *ERUCTUS.*

*ERUGO, as, ere, a. 1. (er et ruga) est cutem extendere et rugas tollere. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 19. 74. (126). Lilli radices erugant corpora. *Id.* 25. *ibid.* 12. 50. (183). Cutem in facie erugari, et tenebrare, et candorem custodire, lacte asinino putant. *Id.* 13. *ibid.* 12. 26. (83). Charta erugatur atque extenditur mallo.*

*ERUGO, is. *F. ERUGERE.**

*ERULUS, i. *F. HERULUS.**

*ERUMPO, rumpi, ūpi, ruptum, rumpere, ȳ. (er et rumpo).* Part. *Erumpens* sub *B.* 1. 2.; *Eruplus* sub *A.* 1. 1.; *Eruplurus* sub *B.* II. — Erumpere est verbum *A)* *Actuum;* et *B)* *Neutrūm.*

¶ 1. Active erumpere est cum impetu emittere, effundere (lt. mandar. suori con impetu); Fr. faire sortir avec impétuosité, jeter, lancer avec force; Hisp. hacer salir con impetuosidad; Germ. heraus-, hervorbrechen; Engl. to send forth).

¶ 2. Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Lucret.* 1. 724. de. *Etaa.* Faecibus eruptos literum vis ut vomit ignes. Et passive *Id.* 8. 581. incita quamvis vis Exagitata forma erumpit. *Cato R. R.* 157. Brassica tumida coecouit: endem erumpit, sa ventre a suppuratione i tumor i e li fa crepare. *Cic. Ital.* 111. Estiferas validis erumpit statibus ignes. *Tibull.* 4. 1. 86. Fontibus ut dules erumpat terra liquores. Et passive *Scribon. Compos.* 85. Quum sanguis erupies est. *Id. ibid.* Sanguinem evagunt magis erumpi per vulnus. *Stat.* 7. *Theb.* 638. Erupimusque sinus vici crux. *Id. leg.* erumpensque. Cf. *Petr. Satyr.* 121. Atque has erumpit lucido pectora votos. *Id. leg.* Inque has erumpit lucido pectora votos. *Id. leg.* Erumpere se est cum impetu effundere ratione, qua emergere se dicimus. Acciui spūi Non. p. 236. 22. Meru. Ita impetus stupidi erumpit se, impus consili. *Varro. Forcellinus* habet Latin. apud eundem p. 16. 8. Venique frigido se ab ate eruperant Pheneticæ septentrionum filii. *Lucret.* 1. 1108. ubi se erupit nervi conjuncta cupido. *Cars.* 2. *B. C.* 11. Portis se foras erumpunt. *Vulg.* 4. G. 384. unde altus primum se erumpit Enipeus, florus Thessal. Sic *Id.* 1. *ibid.* 445. media inter nubila sese Diversi erumpent radii. ¶ 2. Latiori sensu occurrit cum Accusativo loci pro evire, seu foliis magno cum impetu et quasi runpendo extre. *Id.* 22. 50. Per hos, qui inordinati atque incorpositi obstruunt, portas erumpamus. Preferenda lumen videtur vulgata lectio obstruunt portis, erumpamus. *Vulg.* 1. *En.* 384. jamdudum erumpere nubem Ardebat. *Vul. Floe.* 5. 106. Admonit hic socios nebulaque erumpit Iason. *Ulp. Dig.* 29. 5. 3. ante med. Erumpere vineula. *Ezeo* quoque et evado haec ratione usurpatur.

¶ 3. Translate. ¶ 1. Metaphora sumptu a superiori paragr. 1. *Ter. Eun.* 3. 5. 2. Jam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? *Cic.* 16. *Att.* 3. Ne in me stomachum erumpant, quum tibi sint irali. *sfoghiu la collera.* *Tiv.* 36. 7. circa med. Ut erumpere diu coercitam tram in hostes commones posset. *Id. leg.*

coercita ira. *Cæs.* 3. *B.* C. 8. *Nactus circiter* xxx. (*naves*), in cas indiligentia sua ac doloris iracundiam erupit, omneque incendit. *Sic plerique docti viri emendarunt* (V. *Drakenborg ad Liv. loc. mox cit.*) *vulgati libri habent iracundia erupit.* ¶ 2. Metaphorā sumptā a superiori paragr. 2. *Inscripti*, non optimæ tamen note, apud *Murat.* 1013. 5. si quis ERUPERIT LEGEM PRAETERITI (fortasse legendum est proposito) MRI etc.

*B.) Neutrorum more erumpere sœpius usurpatur, et est celeriter, vi et cum impetu exire, prorumpere (It. uscir fuori con impeto; Fr. faire explosion, se précipiter, s'élancer; Hisp. ahalanzarse, arrojarse; Germ. hervorbrechen, - stürzen, - eilen, ausbrechen in etwas; Engl. to break or burst forth, sally forth impetuously).*

*I.) Proprie.* ¶ 1. Stricto sensu occurrit — a) Cum addito loco, ex quo quis erumpit, per Ablativum et præpos. ex vel ab, aut sine præpos. *Cæs.* 3. *B.* G. 5. Post signo dato ex castris erumperunt. *Cic.* 6. *Ferr.* 48. 106. *Ignes*, qui ex *Etna* vertice erumpunt. Sic *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 21. (86). Ex stagno duos amnes erumpere. *Sil. It.* 12. 438. namque angustis e scucibus æquor Erumpit scopulos inter, patuloque recessu Iufundit campis secretum gurgite pontum. *Liv.* 34. 26. Cum erumpentibus a porta Lacedæmonis prælium commiserunt. *Id. ibid.* 28. Tum ab oppido pluribus simul locis erumpunt. *Vopisc.* *Tac.* 12. Erumpere a Mæotide. *Ovid.* in *Ib.* 155. *Stygiis erumpere nitat ab oris. Sall. Jug.* 99. Milites clamorem tollere atque portis erumpere jubet. *Cæs.* 3. *B.* C. 44. Ne quo loco erumperent Pompejani, et nostros post tergum adorirentur, timabant. *Sueton.* *Aug.* 14. Pæne interceptus est a manu gladiatorum, que oppido eruperat. *Sil. It.* 8. 641. Ludificante etiam terroris imagine somnos, Gallorum visi bustis erumpere manes. *Lucret.* 1. 163. erumpere cælo Armenta atque alie pecudes. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 52. 53. (138). Fulmina terra erumpunt. *Lucan.* 6. 553. Erumpit sanguis jugulo. spiccia. — b) Cum Accusative loci, ex quo quis erumpit: *V. supra sub A. I. 1.* — c) Absolute. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 1. Abilit, excessit, erupit. *Cæs.* 1. *B.* C. 81. Sive noctu, sive interdiu erumperent. *Liv.* 29. 33. Ducentos ferme equites Masinissa circa se conglobatos, divisosque turbinant in tres partes, erumpere jubet. Adde *eumd.* 9. 7. *Tac.* 2. *Ann.* 11. Qua celerrimus amnis, Chariovalda dux Batavorum erupit. Adde *eumd.* 14. *Ann.* 37. et 2. *Hist.* 26. *Vopisc.* *Aurel.* 19. Marcomannos erupisse. Adde *eumd.* *ibid.* 6.; et *Spartian.* *Did. Jul.* 1. *Quintil.* 6. 2. 31. Non percussor ille subitus erumpet? *Val. Flacc.* 8. 323. volucrum gens turbida fratrum Erumpit. — d) Cum additis, per que quis erumpit, per Accus. et præpos. inter vel per. *Sall. Jug.* 10t. Solus inter tela hostium vitabundus erumpit. scappa. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 6. 6. (11). Erumpere per casta hostium. Cf. *Lucret.* 6. 888. dispersa (semina) foras erumpere cogit Vis per aquam subito. Sic *ibid.* v. 895. Sic igitur per eum possunt erumpere fontem. Et scaterere illa foras in stupam semina. *Id.* 5. 458. ideo per rara foramina terra Partibus erumpens primus se sustulit aether Signifer. *Nepos Att.* 21. Ut extremo tempore per lumbos fistula portis erupit. — e) Cum addito, quo quis erumpit, per Accus. et præpos. ad vel in. *Sall. Cat.* 43. Simul, cæde et incendio perculis omnibus, ad Catilinam erumperent. h. e. ex Urbe ad Catilinam celeriter se conferrent. *Curt.* 6. 3. 5. Ego vero ad penates meos, ad parentem sororesque, vel renitentibus yobis, erumperem. *Id.* 9. 9. Apes erumpunt ad pugnam. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 7. (23). Delphini solent in terram erumpere. *Curt.* 3. 4. fin. Ne occultus hostis in subeantes erumperet. ¶ 2. Latiiori sensu sumit et simpliciter pro evire, emergere, nasci. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 6. 12. (54). Lentor resinosus e cortice erumpit. *Id.* 15. *ibid.* 14. 15. (52). Geminum folium e latere erumpit. nasce, spinata. *Id.* 18. *ibid.* 7. 10. (51). Erumpit a primo satu bordeum die septimio, legumen quarto. *Id.* 23. *ibid.* 6. 60. (112). Flosculi erumpentes. *Id.* 11. *ibid.* 37. 64. (170). Dentes erumpentes. *Id.* 20. *ibid.* 9. 40. (103). Theodorus bulbis curat erumpentia in capite. h. e. uleera erumpentia. *Sil. It.* 13. 332. Ac parva erumpunt rubricunda cornua fronte.

*II.) Translate occurrit — a) Cum addito, ex quo quid erumpit, per Ablat. et præpos. ex. *Cic.**

*Sext.* 4. 9. Quum illa conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset. *Quintil.* 4. 3. 17. Qui ex media (oratione) erumpit, cito ad id redire debet, unde devertit. h. e. qui in media confirmatione degressio nem facit; ubi *Forcellinus* adnotat, erumpere ex eundi vim habere. — b) Sœpius absolute. — Generatim. *Cic.* 1. *Cat.* 3. 6. Quid est quod jam amplius exspectes, si nec privata domus parietibus contineare vores conjunctionis tuæ potes? si illustrantur, si erumpunt omnia? *Tac.* 3. *Ann.* 41. Erupere primi Andecavi ac Tyroni. h. e. in seditionem. Sic *Id.* 1. *Hist.* 55. Quinta decima et sexta decima legiones nihil ultra fremitum et minas ause initium erumpendi circumspetabant. *Quintil.* 12. 9. 5. Non dum tantum dicendi lumen accesserat, ut etiam per obstantia erumperet. *Id.* 1. 5. 20. Erupit brevi tempore nimis usus, ut etc. — Præcipue de sono. *Cic.* 10. *Phil.* 9. 19. Erupat aliquando vera et me digna vox. *Seneca Ercerit.* vii. 6. Quum verba eruperunt, affectus ad consuetudinem relabuntur. *Quintil.* 9. 2. 76. Verba vi quadam veritatis erumpentia. *Sil. It.* 10. 503. vicinus parte sinistra Per subitum erumpit clamor. *Id.* 6. 283. Erupit tristi fluvio mugitus et imis Murmura fusa vadis. *Minuc. Fel. Octav.* 41. Caecilius sic erupit. h. e. sic locutus est. *V.* mos plura sub c. — De animali motibus. *Cic.* 2. *Orat.* 58. 235. Quomodo (risus) existat, atque ita repente erupat, ut eum cupientes tenere, nequeamus etc. Adde *Quintil.* 6. 3. 9. Sic *Quintil.* 6. 2. 7. Quum ille fletus erupit. *Id.* 11. 3. 75. Dolore lacrima erumpunt. *Cic. Sull.* 24. 67. Furorum incredibilem, biennio ante conceptum, erupisse in meo consulatu scripsi. esse scoppiato. *Liv.* 7. 21. Cura private in certainibus publicis eruperunt. *Id.* 2. 23. Erupit ira. *Sueton. Cal.* 6. s. *sævitia.* *Quintil.* 9. 3. 54. affectus. *Tac.* 2. *Ann.* 11. cupido. *Id.* 1. *ibid.* 77. licentia. — c) Cum addito termino, quo quid erumpit — Per Accus. et prepos. in. *Ter. Phorm.* 2. 2. 11. Vereor, ne iste fortitudine in nervum erumpat denique, vada una volta sinire in prigione. *Cic. Mur.* 23. 47. Ut odia occulta civium, qua tacitis nunc discordis continentur, in fortunas optimi eu jusque erumperent. *Id. Ann.* 21. 76. Erumpunt se pœnitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos. *Id. Mur.* 38. 81. Omnia, que per hoc triennium agitata sunt, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. *Id.* 34. 61. Quod mos in omnium perniciem erupturum esset. *Quintil.* 12. 7. 2. Erupturas in rempublicane conspirationes. *Id.* 8. 3. 4. Ego illos credo qui aderant velut mente captos et quo essent in loco ignarus erupisse in hunc voluntatis affectum. *Sueton. Tib.* 68. Erumpere in omne genus crudelitatis. *Tac.* 1. *Ann.* 36. Imbutasque præda manus in direptione Galliarum erupturas. *Quintil.* 11. 3. 51. Elisa (vox) in illum sonum erupit. *Justin.* 10. 2. 5. Eracerbotus juvenis in iugis patris erupit. proruppe. *Solin.* 1. ad fin. Atys Cræsi, mutas ad id locorum, in vocem erupit vi timoris. *Symmach.* 4. *Ep.* 1. Prior in verba salutationis erupit. Apud *Cic. Dom.* 24. 63. Erumpere in actus. Orellius cum optimis Codd. verba in actus omitit. *V. ACTUS*, us. — Per Accus. et præpos. ad. *Cic. Harusp. resp.* 3. 4. Videbam, erupturum illud malum ad perniciem civitatis. *Liv.* 2. 45. Rem ad ultimum seditionis erupturam. *Sueton. Ner.* 27. Nulla dissimilandi cura, ad majora vita palam erupit. *Tac.* 11. *Ann.* 85. Incensumque et ad minas erumpentem castris inferi. — Per Adverbia motus. *Cic.* 2. *Att.* 20. 5. Hæc quo sint ruptura, timeo. *Id. ibid.* 21. 1. Nunc repente tanto in odio est omnibus (dominatio), ut, quorsus eruptura, horreamus. *Quintil.* 9. 2. 64. Huc erumpit ejus affectus, ut etc.

ERUNCINO, as, are, a. 1. runcina erado: ab ex et runcino. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 157.

ERUNCO, as, are, a. 1. herbas noxias et spinas fructeque extirpo: ab ex et runco. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 28. Omnes alterius generis herbas eruncato. *Id. ibid.* 3. 14. Eruncare areas.

ERÜO, rüis, rüi, rütum, rütre, a. 3. (et et ruo). Part. *Eruens* I. 1. Eruetus in omnibus paragr.: *Eruendus* II. 1.; *Eruurus* I. 1. — Eruere, ègèp̄o. ègèp̄o, ègèp̄o, ès, èstodere, extrahere, quæ terræ obruta sunt, terram amoliendo, educere (It. scavare, tirar fuori); Fr. tirer en creusant ou en feuillant, déterrer, extraire, arracher; Hisp. desentear, extraer; Germ. herausgraben, - werfen, -

reissen, - stürzen, hervorholen; Engl. to pluck, root, or tear up).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 4. *Fin.* 4. 10. Qui sciet, ubi quidque positum sit, is, etiam si quid obrutum erit, poterit eruere. Hinc — a) Usurpatur de metallis, plantis, et ceteris, que sub terra vel jacint, vel radices egerant. *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 53. Aurum terra eruere. *Stat.* 4. *Situ.* 7. 15. Fosso eruere concolor auro. *Poëtire Val. Flacc.* 5. 145. Eruere cubilia ferri, scavare le miniere di ferro. *Marzial.* 8. 28. Erythræis eruta gemma vadis. *Sueton. Ner.* 31. Thesauri antiquissime gæzæ, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa vastissimis specubus abditos, ac posse erui parvula mollientum opera. *Virg.* 5. *Æn.* 449. radicibus eruere pinus. *Id.* 1. *G.* 319. Venti eruant segetem ab radicibus inis. *Sil. It.* 6. 195. penitusque revulsam (quercum) Evertit fundo et radicibus eruit imis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 11. 36. (62). Eruere berbam radicibus. *Ovid.* 1. *Fast.* 351. Nam sata vere novo teneris lactentia sulcis Eruta seligera compertit ore suis. — b) De mortuorum cadaveribus. *Cic.* 1. *Divinat.* 27. 57. Mortuum eratum esse. Adde *Nepot.* *Pausan.* 5.; et *Sueton. Cal.* 59. *Horat. Epod.* 5. 17. Sepuleris eruta capriscus. *Tac.* 2. *Ann.* 69. Et reperiuntur solo ac parietibus eruta humanorum corporum reliquiae. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 30. 44. (106). Eruerunt sepulera hyæna, inquisitione corporum. scava. Sic *Seneca Troad.* 663. et 685. Eruere busta funditus. — c) De oculis, dentibus, etc. *Quintil.* 5. 9. 13. Pueri coturnicum oculos eruent. Adde *eumd.* 6. *proæm.* 6. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 29. (114); *Sueton. Ner.* 5.; et *Lamprid. Alex. Sen.* 16. Eruere alleui oculum. Rursus *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 50. (89). Eruerunt oculi. Cf. *Justin.* 5. 8. Negarunt se Spartani, ex duabus Graecia oculis alterum eruturos. Et per hellenismum *Ovid.* 12. *Met.* 268. Figitur huic duplice Gryncus in lumina ramo, Erueruntque oculos. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (95). Dentes de sinistra parte eruti. *Sueton. Galb.* 9. Eadem illa carmina sacerdos Jovis Clunis ex penetrali, somnio monitus, eruerat. — d) Ponitur interdum etiam pro extrahere per vim. *Tac.* 3. *Hist.* 83. Abditos in tabernis aut si quam in donum perlustrant, erui jugularique populus expostulabat. Cf. *Ovid.* 12. *Met.* 476. Iactanti talia Ceneus Extentum cursu missa latus eruit hasta. h. e. baurit, perfudit. Similiter *Stat.* 10. *Theb.* 817. sedet eruta multo Ungue genas, græffatas in viso. *Diogenes.* Et *Val. Flacc.* 6. 100. Hiberni qui terga Noæ gelidumque (h. e. glaciem) securi Eruerunt. Quarquam *Ovid.* *Stat.* et *Val. Flacc.* loci nuper cit. ad paragraphum proxime sequentem referri possunt. ¶ 2. Speciatim et lationi sensu ab Augusti aetate apud Poetas ponitur pro ab imo agitare, convellere. *Ovid. Heroid.* 5. 54. remis eruta canet aqua. Sic *Sil. It.* 17. 238. Quassans cæruleum genitor caput æquora fundo Eruerunt, et tumidum moverit ultra littora pontum. — Hinc est etiam a fundatis convellendo dejicere. *Virg.* 2. *Æn.* 611. Neptunus tridenti totam a sedibus urbem Eruerunt. *Sil. It.* 3. 212. tantoque fragore Eruuta convulsi prostrernes oppida muris. *Mamertin. Grat. act.* *Jul.* 13. Mittit veteres, qui sato præcipites dati, quorum bona publicata, dominus erute, interdicta posteris nomina.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, metaphorā sumptā a superiori paragr. 1. — a) De abstractis. *Lucret.* 5. 1337. Sic unumquid paullatim protractabit ætas In medium (h. e. invenit), ratioque in luminis eruit oras. *Cic.* 13. *Att.* 30. 2. Mi sieude potes, erues, qui decem legati Mummo fuerint. *Id.* 12. 36. Fanum eruo volo: neque hoc mihi erui potest. h. e. neque hoc meo ex animo erelli potest. *Id.* 2. *Orat.* 34. 146. Scrutari locos, ex quibus argumenta eruimus. Adde *eumd.* 1. *Tusc.* 13. 29. *Id.* 1. *leg. Agr.* 1. 3. Si quid est, quod indagaris, inveneris, ex tenebris erueris. *Id.* 2. *Orat.* 41. 174. Cura et cogitatione eruere aliiquid. *Id. Mur.* 7. 16. Non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tue. *Id.* 2. *Orat.* 88. 360. Quare haec exercitatione non eruenda memoria est, si est nulla naturalis: sed certe, si latet, evocanda est. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 115. Obscurata diu populo bonus eruet atque Proferet in lucem speciosa vocabula rerum, Quæ — Nunc siuis informis premitt et deserta vetustas. *Orid.* 1. *Fast.* 7. Saera recognoscet annualibus eruta priscis. *Quintil.* 12. 10.

36. Sensus sublimis variisque eruantur. *Id.* 12. 8. 13. Multa, quæ litigior nihil ad causam pertinere crediderit, erunt patronus. *Addit. eumnd.* 4. 2. 60. et 9. 2. 64. *Id.* 12. 9. 3. Eruerunt veritatem. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 4. 5. (24). Causa rerum et ratio eruta. *Id.* 2. *ibid.* 46. 45. (118). Ista plures sine præmio alio, quam posteros jurandi, eruerunt. *h. e. scrutati* sunt. *Sic Stat.* 3. *Theb.* 555. Eruerunt, quæ primi dies, ubi terminus ævi, Quid bonus ille deum genitor, quid ferrea Clotho. *Cogit.* *h. e. inquirimus*, scrutanuntur. *Seneca Troad.* 580. Dolor pectoris imo condita arcana eruet. *h. e. prodet, efficit, manifesta redet.* — *b) De hominibus.* *Vatintius apud Cic.* 5. *Fam.* 9. *extr.* Profecto tibi illum reperiam, nisi si in Dalmatiam ausugerit; et inde tamen aliquando eruam. *Curt.* 4. 14. 4. Viros fortes numquam ignorari: at imbellies ex latebris suis erutos, nihil praeter nonna afterre. *Id.* 9. 3. In aliis orbem pars ite, et Indianum quæris Indis quoque ignotam: inter seras serpentesque degentes eruere ex latebris et cubilibus suis expeditis. *Id.* 9. 2. 9. Relegatos in ultimum pæne rerum humanarum persequi terminum et eruere, arduum videbatur. ¶ 2. Speciatim, metaphoræ sumptuæ superiori paragr. 2., ponitur pro diu ruere, everttere. *Virg.* 2. *Æn.* 4. Trojanas ut opes et lamentabile regnum Eruerint Danai. *Stat.* 5. *Theb.* 75. Cura viris tumidos adversa Thracas in ora Eruere et sàvam bellando frangere gentem. *h. e. Thracum gentem.* *Tac.* 4. *Hist.* 72. Eruere civitatem. rovinare, disfare. *Sic Seneca Phæn.* 555. patriam ac penates ferro. *Val. Flacc.* 4. 761. quorum (superum) eruta nata Bebrycias.

**ERUPTIO**, önis, f. 3. actus erumpendi, exitus (It. uscita impetuosa, eruzione; Fr. action de sortir avec impétuosité, sortie impétueuse; Hisp. salida impetuosa; Germ. das Heraus-, Hervorstürzen, - brechen; Engl. a bursting, forth).

I.) Proprie. — a) In singulari numero. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (21). Elephantis universi eruptio nem tentare circumdati clathris ferreis. *Id.* 16. *ibid.* 10. 19. (45). Omnia hæc genera accensa carbonem repente expuunt, cum eruptionis erupitu. *Id.* 18. *ibid.* 17. 44. (150). Si cariosum fuit semen, quin sercretur, prima statim eruptione agnoscurit. b) In plurali numero. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 86. (136). Inhibere eruptiones sanguinis.

II.) Improprie. — ¶ 1. Sæpe est verbum militare, et est egressio subita militum ex oppido aut castris, aggrediendorum hostium causa. — a) In singulari numero. *Liv.* 3. 28. Per media castra eruptionem facere. *Cæs.* 7. *B.* *G.* 24. Duabus portis ab utroque latere turrium eruptione fiebat. *Id.* 3. *ibid.* 5. Si, eruptione facta, extremum auxilium experientur. *Id.* *ibid.* 21. Eruptionem tentare. *Addit. Quintil.* 4. 3. 7. — b) In plurali numero. *Cæs.* 7. *B.* *G.* 24. Resistere eruptionibus. *Addit. Nepot.* *Thrasyl.* 4.; *Quintil.* 6. 4. 14.; *Colum.* 9. *R. R.* 10. 3.; et *Sueton.* *Cæs.* 61. et *Iug.* 96. — Latoris sensu pro excursione occurrit apud *Cæs.* 7. *B.* *G.* 7. Magna coacta manu, eruptionem in provinciam facere contendit. ¶ 2. Illeum est verbum medicorum, quo significatur exitus pusilarum, oleorum, pituitæ, et simili num, quæ alias exanthemata, tuberculæ, papillæ, pustule appellantur. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 38. (63). Ovis ulceræ et eruptiones sanare. *Id.* 23. *procem.* 5. (8). Cænanthe siccat manentes capitis eruptiones. *Id.* 26. *ibid.* 7. 26. (66). et 8. 27. (71). Eruptiones papularum. *Id.* 26. *ibid.* 11. 73. (120). pituitæ. *Id.* 28. *ibid.* 6. 18. (66). in corpore infantium. ¶ 3. Translate. *Seneca* 1. *Clem.* 2. *Eruptio vitiorum.*

**ERUPTOR**, öris, m. 3. Improprie, in re militari, est qui erumpit, seu eruptionem facit. *Annius.* 27. 5. Eruptores perterriti reverteruntur.

**ERUPCUS**, a. um. *V.* *ERUMPO.*

**ERUS**, i. *V.* *HERUS.*

**ERUSCUM**. *V.* *RUSCUM.*

**ERUTUS**, a. um. *V.* *ERUO.*

**ERVILLA**, æ, f. 1. cicera minor, cicereula, genus leguminis folio longiore, quam cicerorum, grano rotundo. *Varro* apud *Non.* p. 204. 23. *Merc.* Sed ut seras hæc leguminæ, arte parva paranda: cicer, ervillam, asparagos, allia asperiora ceteris. *Schneid.* ad *Varro*. 1. *R. R.* 32. 2. correxit ervilia. *Addit. Colum.* 2. *R. R.* 13. 1.; *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (58). et 10. 23. (98); et *Petron.* *Satyr.* 37. *extr.* *Seren. Sammon.* 585. resinas ex terebintho in spaciem ervilæ parvæ glomeratis in orbe. *Paul.*

*Diac.* p. 82. 2t. *Müll.* Eryum et ervilia a Graeco sunt dicta, quia illi eryum ἔρυθρον, ervillam ἔρυθρον appellant. *V. Pontedera Opera positi.* T. 1. p. 34. **ERYUM**, i, n. 2. genus leguminis, siliqua cylindracea, fructu lignoso, quo armenta pingueescunt, ab ὄφεσι, quod idem significat. *Plaut. Host.* 1. 1. 59. Eryom dalurin' estis, bubus quod feram? *Colum.* 2. *R. R.* 11. 11. Eryum letatur loco macro, nec humili, quia luxuria plerumque corruptitur. *Virg.* 3. *Ecl.* 100. Eheu quam pingui maece est mihi taurus in ero! *At. leq. arvo*, quod Pierius improbat. *Addit. Colum.* 6. *R. R.* 3. 4. et 11. *ibid.* 2. 10.; *Pallad.* 2. *R. R.* 8.; *Horat.* 2. *Sat.* 6. 117.; et *Veget.* 5. *Ve-* terin. 4. et *V.* *ERVILIA.*

**ERYNGE**, es, f. 1. et

**ERYNGION**, ii, n. 2. ἕρυγγη et ἕρυγγος, herba est ex aculeatarum genere, dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali et majore aliquanto, radice odorata. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 7. 8. (18); et *Scribon.* *Compos.* 153. et 165. Cl. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 97.) hanc exhibet synonymiam: I. Ἑρύγγης Theophr. *Hist. plant.* 6. 1.; Ἑρύγγη Nicand. de Theriac. v. 645. 849. et 945.; Ἑρύγγης capitulis albis. *Dioscor.* 3. 24. et *Plut. Sympos.* 7. 2; Ἀγαδία Græcor. recent.; *Eryngium candidum* vel *centrum capitatum* *Plin.* 22. *Hist. nat.* 8. 9. (20). et *Eryngium candicans* ejusd. *Plin. loc. cit.* sunt *Eryngium campestre* L. *Spec. plant.* 337. — II. Ἑρύγγης capitulus cruentus *Dioscor.* loc. cit.; Σπαλαγχνός Zacon. recent.; et *Eryngium nigrum* (id est colore intense ceruleo) et *Eryngium albicans* *Plin. loc. cit.* sunt *Eryngium cyanescens* Sibth. *Fl. Græc.* edit. Smith. 1. 175. — III. *Eryngium marinum* *Plin.* 20. *Hist. nat.* 7. 8. (19) est *Eryngium marinum* L. *Spec. plant.* 337.

**ERYSIMON** vel *Latina positione*

**ERYSIMUM**, i, n. 2. ἐρυζίκων, herba est in Asia, Græciaque, inter frumenta connumerata, eademque cum ea, quam Latini irionem vocant, nisi pinguis esset. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 22. (96). Cl. *Fée* (*Op. cit.* vol. 2. p. 129.) hanc exhibet synonymiam: ἐρυζίκων Hippocr., Theophr. 8. 1. et 4. et de Causis 16., et *Dioscor.* 2. 188.; Ἀγριετρός Græcor. recent.; et *Irio* et *Erysimum* *Plin. loc. cit.* sunt *Sisymbrium polyceratum* L. *Spec. plant.* 918. secundum Anguillaram, *Erysimum officinale* L. *Spec. plant.* 922. teste Dodon. Matth. in *Diose.*, et *Sisymbrium Irio* L. *Spec. plant.* 921. teste L.

**ERYSIPELAS**, atis n. 3. ἐρυσιπέλας, ἐρυσιπέλας, morbus, quoniam super inflammationem ruber ulcus ambit, isque cum dolore procedit: ab ἐρυσιπελtro, et πέλας, prope, quia attrahit partes vicinas; vel potius ab ἐρυσιπός ruber et πέλας, aut πέλας niger, lividus, quia rubedini nonnulli alterius admixtum coloris. *Cels.* 5. 26. n. 31. et 33. ubi Græco, et *ibid.* 28. n. 11. ubi Latine legitur.

**ERYSISC.EPTRUM**, i, n. 2. ἐρυσικόπτερον, fruter. Inter odoramenta refert *Plin.* 24. *Hist. nat.* 13. 39. (112). Sed et fruter humilior, aëge spinosus, in Nisyro et Rhodiorum insulis, quem alli erysiscæptrum, alii adipasitheon, Syri diachethon vocant. *Addit. eumnd.* 12. *ibid.* 24. 52 (110). *V.* *ASPALATHUS*, ibique synonymiam.

**ERYTHALES**, is, f. 3. ἐρυθράλης, herba flore luteo, foliis aranti, bibiturque e vino. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 13. 85. (137). Cl. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 410.) ait, hanc plantam definiri non posse, quia de sunt indicia.

**ERYTHACE.** *V.* *ERITHACE.*

**ERYTHALLIS.** *V.* *ERISTHALIS.*

**ERYTHINUS**, i, m. 2. ἐρυθίνος. Est qui legit erythrinus. — Erythrinus est pīrus marinus rubro colore; unde et rubellio Latine dicitur: ab ἐρυθρός ruber. *Ovid. Halieut.* 104. cœruleaque rubens erythrinus in unda. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 16. 29. (56). In quodam genere omnino nou sunt mares, sicut in erythrinis et chaunis.

**ERYTHRUS**, a. um, adjec. ἐρυθρός, rubrum significat, ab ἐρυθρός rubens: unde Erythrinæ oves dista sunt a rutilo vellere, teste *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 73. (191). Similiter erythrus color in mare ovium dicitur a *Colum.* 7. *R. R.* 2. 4. et 6. et *ibid.* 3. 2. qui ad rubrum accedit. — Ceterum *V.* hanc voren in *ONOM.*

**ERYTHRÆTON**, i, n. 2. ἐρυθράτην, genus sa-tyri cortice rubro: ab ἐρυθρός ruber. *Plin.* 26.

*Hist. nat.* 10. 63. (97). Cl. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 405.) hanc exhibet synonymiam: Σετρόπτεν τὸ ἐρυθρόν, οἱ δὲ σατύροι ἐρυθράτης *Dioscor.* 3. 144. et *Satyrion erythraicum* *Plin. loc. cit.* sunt *Erythron Dens canis* L. *Spec. plant.* 437?

**ERYTHRĀNON** vel *Latina positione*

**ERYTRHĀNUM**, i, n. 2. ἐρυθράνος, genus hederae, acinis rubetibus: ab ἐρυθρός ruber. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 33. 62. (147).

**ERYTHRÖCÓMOS**, i, m. adjec. ἐρυθρόκομος, rubeos capilos habens. Sic *erythrocomi* frondes h. e. rubrae, in quadam malorum granularum genere: sicut *leucocomi* albae, in alio ejusdem pomii genere: ab ἐρυθρός ruber et λευκός albus. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 19. 34. (113).

**ERYTHRÖDĀNUS**, i, f. 2. ἐρυθρόδανος, Latine rubia, herba est apta tingendis lanis et coriis perficiendis. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 11. 56. (94). Alia res erythrodanus, quam alii erythrodanum vocant, nos rubiam. *Jutia* cl. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 257.) est *Rubia tinctorium* L. *V.* plura in *RUBIA*.

**ERYTHROS**, a. um, vel rectius erythros, on, adjec. ἐρυθρός, ruber. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (179). Hoc est venenum, quod appellavere erythron. *V.* **STRYCHNUS**. — *Erythros rhus*, semen est fruticis, qui rhis vocatur: a colore sic dictum. *Plin.* 24. *ibid.* 11. 55. (93). Cl. *Fée* (*Op. cit.* vol. 3. p. 85.) hanc exhibet synonymiam: Πούς ἐρυθρή Hipp. Nat. mul. 575.; *Pouz* Theophr. *Hist. plant.* 3. 19. *Potz* βίρροδελψην *Dioscor.* 1. 147., et *Rhus Syl-* *rice* mas et *femina* *Plin.* 13. *Hist. nat.* 6. 13. (55). et *Rhus erythros* ejusd. *Plin. loc. cit.* sunt *Rhus Coraria* L. *Spec. plant.* 379., *Sumac Bellon.*, Arab. et *Hortic.*

## ES

**ESCA**, æ, f. 1. *Esca* in Genit. sing. num, ut *familias, monetas, vias* etc. habet *Livius Andron.* in *Odyss.* apud *Priscian.* 6. p. 679. *Putsch.* Atque esse habemus mentionem. — *Esca*, σέξεψα, ab esum supin. verbi *edo*, est cibus, quo et homines et animalia bruta vescuntur (It. cibo, bevanda; Fr. nourriture, aliments; Hisp. alimento, comida; Germ. Speise für Menschen und Thiere; Engl. meat, food, victuals).

I.) Proprie. — 1. Generatim. *Plaut. Most.* 3. 2. 2. Melius anno hoc mihi non fuit domi, nec quando esca una meruerit magis. *Prandium uxoris* mihi per bonum dedit. *Id. Men.* 3. 1. 10. *Afflatum* est hominum, in dies qui singulas escas edunt. *Id. Pers.* 3. 1. 9. *Cibent* escis alienis studes. ti place il pane altrui. *Addit. eumnd. Cas.* 2. 3. 56. *Pseud.* 3. 2. 41. et *Truc.* 2. 7. 48. *Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 59. *Dii* nec escis aut potionibus vescuntur. *Id. 2. Fin.* 28. 90. Contempissimæ escæ et potionis. *Addit. eumnd. 1. Divinat.* 51. 115. — *Id. 2. Nat. D.* 64. 180. Sus vero quid habet præter escam? *Farro* 5. *L. L.* 78. *Mill. Mergus*, quod mergendo in aquam capit escam. *Virg.* 12. *Æn.* 474. pennis alta atria lustrat hirundo. *Pabula* parva legens nidiisque loquacibus escas. *Addit. eumnd.* 4. 17. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 5. Quæ prima iratum ventrem placaverit esca. *Id. ibid.* 2. 73. Esca simplex. *Ovid.* 2. *Amor.* 19. 26. dulcis. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 1. *Vitis* vel ad escam, vel ad effusionem deponitur. da mangiare. *Addit. eumnd.* 11. *ibid.* 2. 72. et 12. *ibid.* 1. 2. et *Arbor.* 17. 3. *Martial.* 13. 87. Sanguine de nostro tintas, ingrate, lacernas induit: et non est hor satis, esca sumus serviamo di cibo. *Murices* loquuntur. — *Esca* maximæ esse apud *Plaut. Men.* 1. 1. 24. est multi cibi esse, large ratione parare, essere di buon pasto, far buona tavola. — In re quoque medica occurrit apud *Veget.* 4. *Peterin.* 6. 1. *Schneid.* Parvos coliculos decoquæ, et ex oleo ac liquamine per os digeres, eamque escam per dies quinque jejuno (bori) dabis. — 2. Speciatim dicitur de cibo, qui projicitur avibus, feras et piscibus, decipiendi gratia, esca, δέκατη: ad rem *Plaut. Asin.* 1. 3. 87. *Edis* nobis est area, aureum sum ego, esca est meretrict, lectus illex est, amatores aves. *Petron.* *Satyr.* 3. Sic eloquentia magister, nisi tamquam piseator, eam imposuerit hanis escam, nuam scierit appetituros esse piscatores, sine spe prædae moratur in scopulo. *Martial.* 5. 56. Callida sic stultas decipit esca feras.

**H.) Translate.** ¶ 1. Metaphorā sumptā a superiori paragr. 1. Pers. 1. 22. Tunc, retule, auriculis alienis colligis escas? h. e. ergone, quā es astate senex, in id unum incumbis, ut tam infames juvenum auribus illecebras, sive obscēnos versus suppedites? *Liv. 25. 39.* Pars semisomnis hostes cedunt: pars, ignis escas, stramenta arida tectis injiciunt. *At* tamen leg. pars ignes casis, stramenta arida tectis, incendiunt. ¶ 2. Metaphorā sumptā a superiori paragr. 2. *Cic. Senect. 13. 44.* Divine Plato escam malorum appellat voluptam: quod ēa videlicet homines capiantur, ut hamo pisces.

**ESCALIS,** c. adjekt. ¶ 1. Generatim est ad escam pertinens. *Modestin. Dig. 33. 10. 8.* An videatur et argumento escala et potiorum legato contineri. *V. CAPTOR.* ¶ 2. Speciatim est pertinens ad id, quod ascendendo igni inservit, apud *Poet. in Anthol. Lat. 2. p. 453. Burmann.*

**ESCARÍUS,** a. um, adjekt. escalis. ¶ 1. Generatim est ad escam seu cibum pertinens. *Plin. 36. Hist. nat. 26. 67.* (197) Escaria vasa, quae escaria absolute Juvenal. 12. 46. appellat. *Varro 5. L. L. 118. Müll.* Escaria mensa. *Paul. Diac. p. 77. 11. Müll.* Escaria mensa quadrata vocantur, in quibus homines epulantur. *Ulp. Dig. 34. 2. 20. post med.* Si cui escarium argutum legatum sit, solum debet habere quod ad epulandum in ministerio habuit, id est ad cibum et potum. *Paul. ibid. 33.* Argento potorio vel escario legato. Cf. *Inscript. apud Gruter. 582. 9. L. VLPIO ERIDANO AVG. L. AD AVRO ESCARIO. Rursus Paul. Dig. 33. 10. 3.* Vitrea escaria et potoria. — Haud aliter *Plin. 14. Hist. nat. 3. 4.* (42) Escaria uiae. h. e. quae inserviunt escui. ¶ 2. Speciatim est ad ea pertinens, quibus animalia aliiciuntur ac rapiuntur. *Plaut. Men. 1. 1. 18.* Istae nimis lenta vincla sunt escaria: quam magis extendas, tanto adstringont arctius. h. e. alienus cibus, quo perasiti capiuntur. — Hinc

Escaria, *trum*, n. plur. 2. absolute, substantivum more, *V. supra* sub init.

**ESCATILIS,** e. adjekt. escarius. *Tertull. Pcnit. 5. Post manū escatilem pluviam. Adde eund. 1. advers. Marcon. 1.*

**ESCENDO,** scandi, scandi, scensum, scandere, 3. (et et scandi). Escendere pro ascendere usurpasse optimis note auctores, sed in pterisque editionibus esse immutatum in ascendere. *Gruterus. Gronov. ad Liv. 2. 28. Ruhnkenlus ad Rutit. Lup. p. 48.* et alii docti viri testanlur. Itaque si legendum censem et MSS. apud Scriptores inferius allatos; praeter quae *Pareus* alia multa ex *Farron.* *Orid. Cæs., Sall., Gell.* congerit in *Lex. Crit.* — Ceterum esendere est a loco inferiore ad superiore ascendere (It. escendere, salire; Fr. monter, s'élèver; Hisp. ascender, subir, montar; Germ. irgend-, woher-, heraus -, emporsteigen, - klimmen; Angl. to mount, ascend). Occurrit A) Neutrorum more; et B) Active, seu cum Accusativo.

A) Neutrorum more, et quidem

I) Proprie. ¶ 1. Generare fore cum præpos. ad vel in. *Plaut. Mil. glor. 4. 4. 14.* Quum ex alto puto ad summum escenderis. *Id. Merc. 5. 2. 90.* Jam in currum esendi, jam lora in manus cepi meas. *Id. Trin. 4. 2. 100.* An etiam in cælum esendi? *Cic. 3. Off. 20. 80.* Ut omnes simul in rostra post meridiem eserentur. Adde eund. 5. *Tusc. 9. 24.* et *V. ibi Klotz.* Rursus *Cic. 1. ad Q. fr. 2. 5.* et *Liv. 8. 33.* Escendere in conditionem. *Id. Liv. 30. 25.* In malum navis. Adde eund. 2. 23. 2. 37. 35. 13. et 43. et alibi. *Nepos Themist. 8.* Hic in novim omnibus ignotus esendit. Adde *Sall. Jug. 93.* *Colum. Arbor. 14.* et *Veget. 3. Veterin. 16. 27. Schneid.* ¶ 2. Speciatim ponitur pro navi egredi. *Liv. 29. 11.* Legati Asiani pretentes, Delphos quām escendissent, essendo sbarcati. — NB. Pro descendere assertur illud *Liv. 8. 10. ad fin.* Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum escendere, sus non esse. At ibi alii leg. descendere; alii excedere.

II) Translate. *Liv. 7. 30.* Ulque ad nos contemptus Samnitium pervenit, supra non esendit.

B) Active, seu cum Accusativo. *Sall. Jug. 97.* Pars equos escendere, obviam ire hostibus. *Seneca Vit. beat. 23.* Escendersa vehiculum. *Tac. 13. Ann. 5. suggestum. Id. 15. ibid. 59. rostra.*

**ESCENSUS,** us, m. 4. ascensus. In setto casu sing. *Tac. 13. Ann. 39.* Capta escensu munimenta.

**ESCHĀRA.** n. f. 1. ἑρχία. ¶ 1. Est militaris machine basis vel pes, quem describit *Vitrur. 10. 11. 9. Schneid.* ¶ 2. Apud Meditos est crux, que ferro ardenti, aut medicamento caustico cuti inducitur: item quæ sponte sua ulceribus adnascitur. Graeca vox: quam Latine usurpat *Cæl. Aurel. 5. Tard. 1. ad fin.* Similiter *Marcell. Empir. 8. § 5. init.* Ad sordida vulnera oculorum crustasque habentia, quas meli escharas vocant. etc.

**ESCHĀRÖSIS,** is, i. 3. ἑρχύσων; incrustatio *Cæl. Aurel. 1. Tard. 4.* Dehinc escharas medicamine: sive lignis ustura faciendum prolanentes.

**ESCHÄRÖTICUS,** a, um, adjekt. ἑρχόμενος; escharan inducens. *Cæl. Aurel. 1. Tard. 1. extr.*

**ESCIFER,** fera, férum. adjekt. escam et rūbum serenes. *Paulin. Nolani. carm. 19. 223.* Quamquam et ut Eliam, sic istum pascere posset, Esciferas vorueres jejuna per avia mitiens.

**ESCIT** pro erit dictum est. *Paul. Diac. teste p. 77. 13. Müll. Sic Lex. XII. Tab. apud Festum p. 162. 18. Müll.* Ast ei custos nec escit. Item *Lex XII. Tab. apud Gell. 20. 1.* Si morbus levitasque vitium escit. *Latcret. 1. 612.* Ergo rerum inter summam minimamque quid escit? — Hinc sunt superescit supererit apud *Fest. p. 302. 30. Müll.* et obescit obserit apud *Paul. Diac. p. 188. 9. Müll.* — Ut autem recte adnotat *Müllerus ad Paul. Diac. p. 77. 30.* forma hujus escit erat verbi inchoativi, significatio futuri. *V. SUM.*

**ESCO** os, are, a. i. escam peto, aut vesco. *Solin. 40. ext.* Giconis serpentes escandi gratia insectantur.

**ESCOLIMBUS,** i, m. 2. In *Inscript. apud Murat. 484. 3.* mendose legitur escolimbū a colo constituit, quod legendum videtur et colymbū a solo constituit. *I. COLYMBUS.*

**ESCUCLA,** a, f. 1. deminut. ab esca. *Plaut. Men. 3. 1. 10.* In dies qui singulas esculas edunt. *Plerique omnes leg. escas.*

**ESCULENTIA,** a, f. 1. cibus pinguis, pinguedo. *Hieronym. Ep. 3. 5.* Si suum, leporum atque cervorum et quadrupedum animalium esculentius reprobis. *Gloss. Isid. Esculentia, pinguedo.*

**ESCULENTUS,** a, um, adjekt. Comp. *Esculentior.* — Esculentus est esui aptus (It. mangiativo; Fr. mangeable, comestible; Hisp. comestible; Germ. was esbar ist; Angl. eatable, esculente). *Scewola apud Gell. 4. 1. a med.* Penus est, quod esculentum, aut potulentum est. *Cic. 2. Nat. D. 56. 141.* In ea parte otis, qua esculentis et potulentis iter natura patet. *Id. 2. Phil. 25. 63.* Is romens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum et totum tribunal implevit. *Colum. 11. H. II. 3. 50.* Esculentus merx. *Plin. 8. Hist. nat. 53. 81.* (219) Innovia et esculenta animalia. *Id. ibid. 25. 37.* (90) Crocodilus ore semper esculento. h. e. cibi pleno. *Hieronym. Ep. 22. n. 11.* Non posse a vino et esculentibus cibis abstinere. h. e. delicatioribus et magis alilibus. ¶ **ESCULENTIA.**

**ESCULETUM,** i, et

**ESCULEUS,** a, um, et

**ESCULINES,** a, um, et **ESCULUS,** *V. ESCULETUM, ESCULEUS, ESCULINUS.*

**ESCENT.** *V. SUM* sub init.

**ESITATUS,** a, um. *V. voc. seq.*

**ESITO,** as, avi, alum, are, a. 1. Part. *Esitatus.* — Esitare est frequentativum ab esus particip. verb. bi edo, ut *Gell. 9. 6.* docet: et fere consuetudinem edendi significat. *Cato R. R. 157.* Lotum ejus, qui brassicam esitarit. Cf. *Plin. 20. Hist. nat. 9. 33. (83).* Urna ejus, qui brassicam esitaverit. *Plaut. Capt. 1. 2. 85.* Asper meus virtus sane est. *Ran.* Sentes ne esitas? *Id. Pseud. 3. 2. 40.* Vel duenos annos poterunt vivere meas qui esitabunt escas. *Varro apud Non. p. 201. 17. Merc.* Dulcem aquam libat salubrem, et flebile esite repe. *Gell. 4. 11.* Pythagoram non esitavisse ex animalibus. *Id. ibid.* De *zōazō* non esitas. Adde *Apul. 10. Met.*

**ESOCINA,** n. f. 1. stagnum, seu lacus, in quo esoces servantur. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p. 182.*

**ESOR.** öris, m. 3. qui multum edit. *Fronto de fer. Aſſiens.* (edente Iterum *A. Maio*) *Ep. 3. ante med.* Scimus (*Hadrianum*) prandiorum opinorum esorem optimum fuisse.

**ENOX,** öels, m. 3. ἑρχέ, genus piscis, qui præcipue in Rheno insigni magnitudine crescit: ali lu-cium, ali salmonem putant, ali probatius eumdem faciunt atque Italorum storione, qui et attulus dicitur. *Plin. 9. Hist. nat. 15. 17.* (44). Silurus in Nilo, esox in Rheno, attulus in Padu inertia pingue-scens. Adde *Sulpic. Sever. 3. Dial. 10.* — *Isocem* vocat *Isid. 20. Orig. 2.*; quam scribendi rationem *Sittig* quoque probavit in loc. *Plin. cit. V. HUSO* in *Flor. Barb.*

**ESPECTO.** *V. in EXSPECTO.*

**ESPICIO** pro aspicio quidam leg., apud *Plaut. Truc. a. 5. v. 8.* Si mihi ridet, espice. — At lege cum *Bothio:* Ad te hanc minam fero auri, si mihi ridet: spicere. Nimirum ex ridespice, quod in MSS. est, divisim scribendum videtur ridet spicere: prior enim littera s absorta est a subsequente, ut sepsilon-sime alias factum est.

**ESSEDA,** a, f. 1. *V. ESSEDUM* init.

**ESSEDARIA,** a, f. 1. *V. voc. seq.*

**ESSEDARIUS,** a, um, adjekt. *Assidarius* pro es-sedarius legitur in *Inscript. apud Murat. 613. 3.* et apud *Artemid. Oneirocrit. 2. 23. accidētīcō* pro *apōdīcō* scribendum est. — *Essedarius* est ad es-sedum pertinens. *Petron. fragm. Tragur. 45. Burmann.* Mulier esendaria, h. e. quae esedum ducit. — Hinc

*Essedarius,* ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est ¶ 1. Qui esedum regit, et miles, qui ex esesso pugnat: quam pugnandi rationem *Cæs. 4. B. G. 33.* describit. *Cic. 7. Fam. 6.* In Britannia ne ab esedariis decipiaris, caveto. *Cæs. 5. B. G. 19.* Esedarii ex silvis emittebat, et, magno cum periculo nostrorum equitum, cum illis confligebat. — Gladiatores quoque fuere esedarii dicti, nempe e rebus pugnantes. *Sueton. Cal. 35. et Claud. 21.* *Petron. Satyr. 36.* et *Inscript. apud Orell. 2566. 2569. et 2585.* ¶ 2. Item qui eseda facit. *Inscript. apud Murat. 959. 8. c. IULIUS JUCUNDVS ES-SEVARIVS.*

**ESSEDUM,** i, n. 2. Est alia forma eseda, et f. 1., quæ occurrit tantum apud *Senec. Ep. 56.* In his, quæ me sine avocatione circumstrent, esedas transcurrentes pono. — Ceterum esedum est vehiculum, birolum Galiorum et Britonorum, apud Belgas primo repertum, vehendis quidem hominibus oneribus aptum, sed a Gallis præcipue Iltannisque usurpatum in bello, quam ex eo pugnare soliti erant: cujus pugna rationem *Cæs. 4. B. G. 33.* et 5. *ibid. 16.* tradit. Paullatini transiit ad usum Romanorum, tum ad itinera et gladiatorias pugnas, tum oneribus vehendis. *Esedum* dictum videtur ab *accio cum impetu feror;* unde Italorum *accio*, h. e. instigare. *De la Cerdña vero ad Virg. loc. mox citandū ait;* apud Belgas nudo quoque hissem esse inelitare ad cursum; et his esedum esse hessichum, quo sermo etiamnum ariugre Belgici intulerunt. — a) De esedo pluribus, ut diximus. *Cæs. locis citt.*; quibus adde *Liv. 10. 23.* Sic *Virg. 3. G. 204.* Belgia vel molli melius feret eseda collo. feret, inquit, non trahet, quia quum sint binis tantum rotis instructa, partim quidem trabuntur ab equis, partim tamen etiam seruntur. — b) De esedo, quo dirites nobilisque Romani ad magnificientiam utebantur, vel a quo gladiatores pugnabant. *Cic. 6. Att. 1. ad fin.* Venit mihi oliviam cum duobus esedis, et rheda equis juncta et lectica et familia magna. *Id. 2. Phil. 24. 58.* Vehebatur in esedo tribunos plebis. (hoc dicit ad reprobacionem, quod civis R. peregrino luta et extensis vita instrumentis utebatur.) *Ovid. 2. Pont. 10. 33.* Seu rate ceruleas pietra subeavimus undas, Esedea nos agili sive tulere rota. *Propert. 2. 23. 43.* Curve te in Herculeum deportant eseda Tibur? *Marital. 10. 104.* Altam Bilbili et tuum Salomon Quinto forsitan esedo videbis. h. e. quinto itineris die. *Sueton. Cal. 51.* Esedo iter facere. *Id. ibid. 26.* Quosdam summis honoribus functos ad esedum sibi occurrere togatos, per aliquot passuum millia passus est. *Id. Galb. 6. extr.* Ad esedum imperatoris per viginti passuum millia currit. Adde eund. *Aug. 76.* *Cloud. 16. et 38.* et *Galb. 18.* *Horat. 2. Ep. 1. 112.* et *Orid. 2. Anor. 16. 49.* — c) De oneribus vehendis. *Sidon. 4. Ep. 18.* Nulla narraca, nulla eseda subvehendis oneribus attrahebantur.

**ESSENDI.** gerund. a v. esse. *V. SEM.*

**ESSENTIA,** a, f. 1. natura, ratio. *Quintil. 8. 3.*

13. Multa ex Græco formata nova ac plurima a Sergio Flavio, quorum dura quedam admodum videntur, ut ens et *essentia*: quæ cur tantopere aspernemur, nihil video: nisi quod iniqui judices inter nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus. *Id.* 3. 6. 23. *Oὐεῖα*, quam Flavius *essentialiam* vocat: neque sane aliud est ejus nomen Latinum. *Id.* 2. 14. 2. Hæc interpretatio non minus dura est, quam illa Flavii *essentialia* atque entia. *Macrob.* 1. *Somn.* *Scip.* 12. Et hæc est *essentia*, quam individuum, eamdem dividuum, Plato in *Timæo* expressit. *Id.* 2. *ibid.* 14. a med. Si animæ *essentia* motus esset, etc. *Apul.* 1. *Dogm.* *Plat.* *Τάξ εὐεῖας*, quas *essentias* dicimus, duas esse ait. — *Cicero* pro *essentia* fere *naturam* dixit: aliquando tamen et illa vox usus est, teste *Seneca*, qui *Ep.* 58. *Cupio*, inquit, si fieri potest, propitiis auribus tuis, *essentialiam* dicere: sin minus, dicam et iratis. *Ciceronem* auctorem hujus verbi habeo, puto locupletem: si recentiorum quæris, *Fabianum*, discretum et elegantem, orationis ad nostrum fastidium nitidae. Quid enim siet, mi Lucili? quomodo dicitur *οὐεῖα*, res necessaria, natura continens fundamentum omnium? Rogo itaque, permittas mihi hoc verbo uti. Hæc *Seneca* (confer et ejus *epist.* præm. l. 2. *Controv.*) qui quem laudat *Fabianum*, idem est cum *Flavius Quintilius*, nempe *Ser. Flavius Papirus Fabianus*. At *Spaldingius* ad *Quintil.* loc. cit. contendit, pro *Sergio Flavio* legendum *Virgilio Flavio*, quem nepte laudat etiam *Tac.* 15. *Ann.* 71. Etiam *Sidon.* *Epist.* præfixa carminis 14. ad fin. Lecturas es hic etiam novum verbum, idest *essentialiam*: sed scias hoc ipsum dixisse *Ciceronem*, nam *essentialiam*, nec non *indoloriam* nominavit addens: *licet enim novis rebus nova nomina imponere*. et recte dixit. Nam sicut ab eo, quod est, v. gr. sapere et intelligere, sapientiam et intelligentiam nominamus; regulariter et ab eo, quod est, *essentialiam* non tacemus. et in ipso *carm.* 102. Invenit hic (*Plato*) princeps quid prima *essentialia* distet A summo sexto- que hono.

**ESSENTIALIS**, *e*, *adject.* qui ad *essentialiam* pertinet. Vox cadentis Latinitatis, qua usus est *Isid.* 7. *Orig.* 4. *Propria enim sunt essentialia.*

**ESSENTIALITER**, *adverb.* secundum *essentialiam*. *Augustin.* 7. de *Trin.* 2. *Sapientia essentialiter* intelligitur.

**ESTRIX**, *icis*, *f. 3.* quæ edit plurimum. *Plaut.* *Cas.* 4. 1. 17. Illæ autem senem cupiunt extrudere inuenem ex ædibus, ut ipsæ solæ ventres distendant suos. Novi ego illas ambas estrices.

**ESTUR**. *V.* *EDO* sub init.

**ESUDATUS**, *a*, *um*, *particip.* ab inusit. *esudare* pro *ersudare*. *Cæl.* *Aurel.* 2. *Auct.* 1. 5. *Tussicula* est signum *esudati corporis liquoris*. Ceterum *V.* *EXSUDO*.

**ESURIALIS**, *e*, *adject.* ad *esuriendum* pertinens. Joculariter parasitus apud *Plaut.* *Capt.* 3. 1. 8. *esuriales ferias* vocat dies, quibus ad cœnam vocatur a nemine et esurie cogitur: quemadmodum dicuntur *feriae novendiales*, *denicales* etc. *Fronto de fer. Alsiens.* (edente item *A. Malo*) *Ep.* 3. Numquid tu *esuriales ferias* celebras?

**ESURIENTER**, *adverb.* cum *esuritione*. *Apul.* 10. *Met.* Esuriente escas appetere.

**ESURIÉS**, *ei*, *f. 5.* actus *esuriendi*, *esurito*, *esurigo* (It. *fame*; Fr. *faim*, *appétit*; Hisp. *hambre*; Germ. *Hunger*; Angl. *a desire to eat, appetite, hunger*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 7. 14. (29). Cui in appetenda aviditate, esurie non sicut satis? *Al. rectius leg.* *esurire*. Ceterum *Phil. Wagner* a *Silligio* laudatus ingeniose conjectit legendum cui in appetendo ariditatæ etc. *Hieronym.* *Ep.* 125. n. 33. Quos nec esuries aliquando, nec saturitas superavit. ¶ 2. Latiiori sensu est inopia, paupertas, ex quibus esuries est. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 1. sub fin. Ut ego misererer ejus esurie.

II.) Translate. *Sidon.* 6. *Ep.* 6. Avidam nostræ ignorantie pascat esuriem.

**ESURIGO**, *inis*, *f. 3.* idem quod *esuries*. *Varro* apud *Non.* p. 106. 15. *Merc.* Quod esurigo findebat costas.

**ESURIO**, *is*, *ivi*, *itum*, *ire*, *v. 4.* *desiderativum* ab *edo*. Futurum in *ivo* in hac conjugatione frequens est apud veteres. *Pomponius* apud *Non.* p. 479. 7. *Merc.* Non esuribus diutius. *Novius* apud

*eum*. *Ibid.* Mibi algebo et mihi esuribo. — *Part. Esuriens* et *Esuritrus* I. 1. — *Esurio*, *ταῦτα*, est cupio edere, cibum appeto, fame premor (It. *aver fame*; Fr. *avoir envie de manger*, *avoir faim*, *être affamé*; Hisp. *ser hambreado*; Germ. *Hunger leiden*, *hungry sein*; Angl. *to desire to eat, be hungry*).

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut.* *Capt.* 4. 2. 86. *ne*. *Esurire* mihi videre. *ea*. Mibi quidem esurie, non tibi. *Id. ibid.* 4. 4. 4. Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum. *Id. Stich.* 1. 3. 65. Ridiculus æque nullus est, quam dum esurit. Adde *eum*. *Cas.* 3. 6. 6. *Ter. Heaut.* 5. 2. 28. *Spes* est, nos esuritrus satis. *Cic.* 7. *Verr.* 34. 87. Ecce autem, ebrio Cleomene, esurientibus reteris, nunciat etc. Adde *eum*. 5. *Tusc.* 34. 97. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 17. extr. Nostri valde depugnare et facile algere et esurire consuerunt. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 92. positum ante mea quia pullum in parte catini Sustulit esurians, minus hoc jugundus amicus Sit mihi? Adde *eum*. 1. *ibid.* 3. 93. et 2. *ibid.* 3. 113. et *Ovid.* *Rem. am.* 631. *Juvenal.* 3. 78. *Græcius* esurians, in cœlum jusseris, ibit. Adde *eum*. 7. 87. 13. 99. et 14. 127. ¶ 2. Latiiori sensu significat esitare, sæpe comedere, apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 54. 118. (283). Esurandi semper inexplebilis aviditas uni animalium homini.

II.) Improprie. ¶ 1. Dicitur de inanimis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (12). Arbores fetu exinanitas naturale est avide esurire. *Id.* 9. *ibid.* 39. 64. (138). de conchylio. Sic gigantur laudatus ille pallor, saturitate fraudata; tantisque dilutior, quanto magis vellera esuriant. ¶ 2. Metaphoræ sumptuæ a superiori paragr. I. 1., de hominibus ponitur et est avide appetere, concupiscere. — a) Neutrorum more. *Curt.* 7. 8. 20. Quid tibi diritis opus est, quæ te esurire cogunt? *Alii illud te omittunt*: *V. Müzelle* ad b. 1.

— b) Cum Accus. rei. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 10. 47. Nisi totum Parthorum esurisset aurum. *Sillig* vero ex Codice B. pro *esurisset* leg. *usurpasset*. — c) Passive. *Ovid.* 1. *Pont.* 10. 9. Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aer; *Ni* ibi, quod nobis esuriantur, erit. — d) Cum Genitivo, Græco more. *Apul.* de *Deo Socrat.* ad fin. Vere beatitudinis, id est, secundæ vitæ et prudentiae fortunatissimæ esurit et siti. *Alii tamen aliter leg.*

**ESURIO**, *ōnis*, *m. 3.* qui esurit. Joculariter loquitur parasitus, cui nomen est *Saturio* apud *Plaut.* *Pers.* 1. 3. 23. *to*. O *Saturio*, opportune advenis mihi. *sa*. Mendacium edepol dicens, atque haud te decet: nam esurio venio, non advenio *Saturio*. *Petron.* *fragm. Tragur.* 44. *Burmann.* Et quo modo scititas perseverat! iam annum esurio fui. *Ita locum interpungendum putat Franc. Oriolius.*

**ESURITIO**, *ōnis*, *f. 3.* idem quod *esuries*. *Catull.* 23. 12. Atqui corpora scieiora cornu, Sole et frigore et esuritione. *Id.* 21. 1. *Aureli*, pater *esuritio*num. *h. e.* vehementer esurient. *Gell.* 16. 3. *Esuritionem* faciunt inanæ patentesque intestinorum fibrae. *Id. ibid.* Ventris compressione esuritionem posse depelli, creditum est. *Martial.* 1. 100. abisti in tantam miser esuritionem, *Ut* etc. *h. e.* in tantam avaritiam.

**ESURITOR**, *ōris*, *m. 3.* qui esurit. *Martial.* 3. 14. Romam petebat esuritor *Tuccius*.

**ESUS**, *a*, *um*. *V.* *EDO*, *edis* vel *es*.

**ESUS**, *us*, *m. 4.* actus edendi, cibus. *Esui esse* est aptum edendo esse. *Varro* 1. *R. R.* 6. 2. Oleas esui optime condi, scribit *Cato*. *Gell.* 4. 1. sub fin. Non quæ esui tantum et potui forent, sed tus quoque et cereos in penu esse. *Tertull.* *Anim.* 43. a med. Quid si esum et potum de naturæ sortibus eximas? *Isid.* 20. *Orig.* 1. Ab esu et coquesi meusse facilius vocabulum.

## ET

**ET**, *xai*, conjunctio copulativa; a Græco *ēt*; etiam, deinde per apocopen *ēt*, ut docet *Forcellinus*: usurpat autem, vel semel vel iterum et pluries etiam repetita, ut plura inter se verba vel membra seu propositiones conjungantur, sive de rebus ejusdem generis, sive de rebus diversorum generum agatur (It. *e*, *ed*; Fr. *et*; Hisp. *y*, *é*; Germ. *und*; Angl. *and*). De hac particula conjunctiva plurimis

*Handius*, *Tursell.* vol. II. p. 467.-540.: quorum summa capita hæc sunt: A) Generatim et est conjunctio copulativa; B) Speciatim conjungit ea, quæ sunt ejusdem generis vel ejusdem modi; C) Item speciatim hæc particula additur iis, quæ clariore in luce collocari volunt, quemadmodum ea, quæ majoris momenti sunt et præ ceteris auditorum attentionem postulant, sui rei melius definiunt, aut magis generalia sunt; D) Denique speciatim et bis vel plures repetitur, ut res inter se diversæ, sed aliqua tamen ratione connexæ, simul jungantur ac tamquam una eademque vi poitentes effenterant, quod ei cum aliis particulis usuyenit.

A) Generatim. *Ennius* 1. *Ann.* 17. Te nunc sancta precor, Venus et genitrix patrii nostri. *Cato* apud *Gell.* 17. 2. Qui illius impudenter norat et duritudinem. *Nævius* apud *Non.* p. 474. 7. *Merc.* Blande et docte percontat. *Propert.* 2. 7. 69. Sed vobis facile est verba et componere fraudes. *Cic.* *Amic.* 1. 1. Ut, quod possem et licet, a sensu latere numquam discederem. *Id. ad Planc.* post ep. 16. l. 16. ab *Att.* Rogo te, et etiam oro, ut etc. *Id. Orat.* 21. 70. De quo præclare et multa præcipiuntur. *Id. 4. Fam.* 6. Qui filium consularem claram virum et magnis rebus gestis amisit. *Liv.* 21. 31. Major (frater) et qui prius imperitarat, *Braucus* nomine. *Cic.* 2. *Off.* 16. 57. Hæc pueris et mulierculis et servis et servorum simillimis liberis esse grata. — Similiter *Cato R. H.* 9. Sollicita locis aquosis, humectis, umbrosis, propter annes ibi seri oportet. Et id videto, uti etc. *Cic.* 2. *Zegg.* 3. 8. Optime vero, frater; et fieri sic decet. *Id. 2. Acad.* (4. post.) 42. f. 29. Qua de re est igitur inter sommos viros major dissensio? Et omitti illa, quæ refuta jam videntur. — Postponitur nonnunquam ut que. *Tigr.* 2. *Ecl.* 10. Thesyle et rapido etc. *Id. 4. En.* 418. Puppibus et lœti nautæ etc. *Sueton.* *Gramm.* 21. Quare cito manumissus, Augusto et insinuatus est. *Dörgens* rectius legit *etiam*. — Interdum omittitur. *Cic.* 13. *Fam.* 24. 3. A te peto in majorem modum, ut eum etiam atque etiam tuis officiis, liberilate complectare. *Id. ibid.* 11. 3. Si res publica municipii tuo studio, diligentia bene administrata erit. *Orellius* ita edidit; variantes tamen lectiones cum part. et vel que affert, atque hæc adnotavit: Ignoramus, utrum his *ἀνθρώποις* ipse Cicero usus sit in Epp., an vitium tantummodo sit Codicis Medicel. *Forcellinus* afferit etiam illud ejusdem *Cic.*, quod ipse minime inveni, 4. *Fam.* 28. a med. Ut ipse judices, homini te gratissimo, jucundissimo benigne fecisse.

B) Speciatim particula et conjungit ea, quæ sunt ejusdem generis vel ejusdem modi: scilicet ¶ 1. Usurpat ad conjungenda duo vel plura vocabula, quibus res æquales vel similes, aut oppositæ vel dissimiles significantur; hinc et ponitur etiam post particulas *par*, *similis*, *æque*, *idem*, *alius* etc., post quas de more pro et occurrit atque vel quam. *Ter.* *Adelph.* 5. 8. 34. Tu mihi es germanus pariter corpore et animo. Cf. *Justin.* 1. 10. 20. Note nobilitas viri pariter et virtus omnibus erat. *Cic.* *Brut.* 11. 43. Omnia iuisse in Themistocle paris et in Coriolano. *Iucrat.* 2. 414. Neu simili penetrare putas primordia formæ in nares hominum, quum *τηλε* cadavera torrent. Et quum scæna croco Cilici perfusa recens est, Araque Panthæos exhalat proprie odores. Sic *Cic.* 5. *Tusc.* 3. 9. Simile sibi videri vitam hominum et mereatum eum. *Id.* 1. *Fin.* 20. 67. Nisi *æque* amicos et nosmet ipsos diligamus. *Id. Mil.* 17. 46. Ciodius eadem hora Interamnæ fuerat et Roma. *Cæs.* 1. *B. G.* 37. Eodem tempore Cæsari mandata referebantur et legati ab Eduis veniebant. *Sall. Cat.* 58. Non eadem nobis et illis necessitudo impendet. *Cic.* *Cæcin.* 20. 57. Non alia causa est æquitatis in uno seruo et in pluribus. Adeo *eum*. 2. *Off.* 18. 61. et 3. *Orat.* 18. 65.; et *Cælium* apud *Cic.* 8. *Fam.* 1. 3. *Rursus Cic.* 5. *Fin.* 29. 89. Ergo aliter homines, aliter philosophos loqui putas oportere, quanti quidque sit! aliter doctos et indoctos. *Id. Cæl.* 28. 67. Lux longe alia est solis et lycnorum. *Alii leg. ac.* ¶ 2. Item et præterea complet perficitque, et significat et sic quoque, et pariter, et eodem tempore, et præterea, et insuper, immo quandoque etiam præcipue in brevibus ac familiaribus quibusdam dicendi modis. — a) Generatim. *Plaut.* *Most.* 3. 1. 41. *tr.* Salve vere jubeo te Misargyrides, bene da. *Salve et tu.*

*Id. Stich.* 2. 1. 44. c. *Salvus sis. d. Et tu salve. Id. Amph.* 1. 1. 110. Quoniam formam cepli hujus in me et statum, decet et facta moresque hujus habere me similes item. Cf. *Cic.* 1. *Att.* 5. *extr.* Tercentia te maxime diligat salutemque tibi plurimam ascribit, et Tuiliola, delicia nostra. *Varro* 2. *R. R.* 1. 24. Relinquitur nonum, quod dixi de numero, utriusque partis commune. Nam et qui parat pecus, necesse est constitutus numerum. *V.* mox *nam* et sub *b.* *Cic.* 3. *Nat. D.* 33. 82. Multis quidem ante cruciatis et necatis. Et prædones multi saepe peccant. *Id.* 1. *Fin.* 7. 25. Hæc ipsa mihi sunt voluntati: et erant illa Torquatis. *Id. Rosc. Am.* 33. 92. Ubi tunc eras? Romæ. Verum quid ad rem? et alii multi. Cf. *eumd.* *ibid.* § 94. *Id. Amic.* 27. 100. Virtus, virtus, inquam, C. Fanni, et tu, Q. Mucii, et conciliat amicitias etc. *Id.* 2. *Divinat.* 68. 141. Potest omnino hoc esse falsum, potest et verum. *MSS.* plures omittunt et. *Id.* 3. *Off.* 6. 27. Verum autem primum: verum igitur et extremum. *Id.* 7. *Att.* 26. Pueri in Formiano videntur hæmati: num et ego, nescio. Adde *Virg.* 2. *En.* 436. *Tibull.* 2. 6. 9. Castra peto, valeatque Venus valeatque pueri! Et mihi sunt vires, et mihi facta tuba est! Adde *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 83. *Justin. præf.* 5. Quod ad te, non tam cognoscendi, quam emendandi causa transmisisti: simul ut et otii mei, cuius et Cato reddendam operam putat, opud te ratio constaret. *Tac.* 4. *Ann.* 34. Id perniciabili reo, et Cæsar truci vultu defensionem accipiens. — *Et pro etiam* emphasis quamdam habet in his: *Cic. Dejor.* 10. 29. Calamitosus Dejotarus, qui ab eo, qui in hisdem castris fuerit, non modo apud te, sed etiam a suis accusetur. *Propert.* 3. 9. 29. de Cleopatra. Et modo quo nostris opprobria vexerit armis. Et famulos inter feminis triata suos, etc. Adde *Val. Flacc.* 8. 434. — b) Speciationem hoc sensu et jungitur Pronominibus et Adverbii. Sic — *Et ipse, et ille* etc. *Cic.* 1. *Orat.* 46. 202. Ut et ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos datum videretur. *Id. Cœcina.* 20. 58. Si tuus servus nullus fuerit etc. — tamen et ipsi tuæ familiæ genere et nomine continebantur. Adde *Liv.* 1. 12. 6. 3., 8. 3. et alibi. *Cic.* 4. *Tusc.* 34. 73. Nihil verius. Probe et ille. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 13. 28. — Similiter *simul* et *ille*, *simul* et *iste*; ut apud *Cic. Cluent.* 4. 10. Simul et illud, quis est, qui dubitate debeat, contra damnatum et mortuum, pro incolumi et vivo dicere? Adde *eumd.* *ibid.* 17. 48. et 57. 155. et 7. *Verr.* 1. 3. *Sall. Jug.* 20. Certum ratus — omnia Romæ venalia esse, simul et illorum pollicitationibus accensus, quos etc. *Cic.* 3. *Verr.* 41. 106. Tutores — quemadmodum sine periculo suo (*pecuniam*) dare possent, non videbant: simul et istum fore tam improbum non arbitrabantur. — *Et nunc* apud *Plaut. Pœn.* 1. 1. 14. Et nunc ego amore perco. Adde *eumd.* *Circ.* 4. 2. 7. *Cic.* 2. *Legg.* 16. 40. Sacrilego pœna est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum. Quod et nunc multis sit in faniis. Adde *eumd.* 13. *Fam.* 54. 2.; et *Cœs.* 6. *B. G.* 13. Sic *nunc* et apud *Horat. 1. Od.* 4. 9. Nunc deret aut viridi nitidum caput impeditre myroto. Aut flore, terræ quem ferunt solutæ; Nunc et in umbrosis Fauno deret immolare lucis. — *Nam* et apud *Cic.* 1. *Orat.* 49. 214. Crassus vero mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus, immensis pœne, describere. Nam et civitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 11. 48., 1. *Off.* 40. 142., 1. *Legg.* 11. 31. et 2. *ibid.* 25. 63.; et *Liv.* 6. 19. — *Ergo* et apud *Cic.* 1. *Legg.* 12. 33. Quibus enim ratio a natura data est, iisdem etiam recta ratio data est: ergo et lex, quæ est recta ratio in iudendo et vetando. Adde *eumd.* 3. *Fin.* 8. 27. et 1. *Divinat.* 50. 114. — *Itaque* et apud *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 63. Sed hæc omnia faciunt, opinantes, ita fieri oportere. Itaque et *Æschines* in *Themosbenem* invehitur, quod is etc. — *At et, sed et,* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 3. 5. At et morbi pernicioseiores pluresque sunt animi, quam corporis. *Id.* 5. *Att.* 10. *ad fin.* Valde me Albenæ delectarunt — Sed multum et philosophia. Et præcedente non modo, non solum, apud *Cic.* 2. *Verr.* 1. 1. Inveteravit enim jam opinio perniciose reipublicæ nobisque periculosa, quæ non modo Romæ, sed et apud exteriores nationes, omnium sermone percrebuit. Adde *eumd.* *Prov. cons.* 8. 19. et 11. *Att.* 9. 2.; et *Sueton. Aug.*

89. — *Quin* et apud *Cic. Amic.* 19. 88. Quin et in ipso equo, cujus modo mentionem feci, etc. *Alii tamen omittunt et:* V. *Seyffert* ad h. l. *Tac.* 2. *Hist.* 95. Quin et natalem Vitellii diem Cæcina ac Valens celebravere. — *Nonnunquam* et apud *Cæs.* 1. *B. G.* 15. Quo prælio sublati Helvetii — audacius subsistere, nonnunquam et novissimo agmine prælio nostros lassessere cœperunt. *Alii leg. ex.* — *Fors et* apud *Horat.* 1. *Od.* 28. 30. Negligis immeritis nocturam Postmodo te natis fraudem committere, fors et Debita Jura vicesque superbæ Te maneat ipsuni. — *Buc* referri possunt etiam sequentia: sunt et apud *Cic. Topic.* 6. 28. Sunt et alia genera definitionum. Adde *Virg.* 9. *En.* 136. Sic *meruit* et apud *Sueton. Cœs.* 3. Meruit et sub Servilio I-saurico in Cilicia, sed brevi tempore. — Repertur etiam et *autem* interposito verbo. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (91). De pistachis et ipso nucum generi in suo loco retulimus; et hæc autem idem Vitellius in Italiam primus intulit. *anche queste.* *Sic* *Id.* 16. *ibid.* 27. 50. (114). Hoc sicut caprificantur; et caprifici autem adversis foliis nascentur. Adde *Sueton. Aug.* 73. — *Et quoque* interjecto verbo pleonasmus est. *Nepos. Agesil.* 6. Agesilaus laudavit consilium adolescentulorum, et se quoque id fieri debere animadvertisse. *Liv.* 41. 24. *ad fin.* Ne interdictio sine finium nostrorum et nos quoque regno arceamus. *Cels. præf. ad fin.* Et causæ quoque aestimatio saepe inorbum solvit. *Colum.* 12. *R. R. præf. extr.* Quoniam et villici quoque successerunt in locum dominorum. ¶ 3. Particula et usurpat ad duas actiones inter se conjungendas, quæ uno comedique tempore eveniunt, vel quarum altera alteram illico excipit: idque apud Poetas vel etiam Historicos jam inde ab Augusti ætate, præcipue si sermo et actio simul junguntur, ut apud *Virg.* 1. *En.* 402. Dixit et avertens rosea cervice refusit. *Id.* 2. *ibid.* 376. Dixit et exemplo (neque enim responsa dabantur Fida satis) sensit medios delapsus in hostes. *Id. ibid.* 703. Dixerat ille: et jam per mœnia clarior ignis Auditur. *Id.* 3. *ibid.* 258. Dixit: et in silvam pennis ablata refugit. *Val. Flacc.* 1. 568. Dixit, et ingenti flammande nubila sulco Direxit per iuane faciem. Adde *eumd.* 3. 476.; et *Stat.* 2. *Theb.* 120. et 3. *ibid.* 253. Similiter *Virg.* 8. *En.* 443. nec plura effatus; et illi Oclus incubere omnes. *Plerique tamen leg. at. Stat.* 12. *Theb.* 773. sic fatus, et auras Dissipat hasta tremens. *Lucan.* 6. 243. simul hæc effatur et testatur. — Similiter *Virg.* 2. *G.* 80. nec longum tempus, et ingens exiit arbos. *Liv.* 22. 1. Jam ver appetebat, et Iannibal ex hibernis movit. *Alii leg. quum. Plin.* 5. *Ep.* 14. 8. Pauel dies, et liber principis severus. *Tac.* 2. *Hist.* 95. Nondum quartus mensis, et libertus æquabat. *Stat.* 7. *Theb.* 309. nec longum, et pulcher Alatreus editus. — Sic vix et, vix dum et; ut apud *Virg.* 3. *En.* 9. vix punita incepérat astas. Et patet Anchises dare fatus vela jubebat. *Id.* 5. *ibid.* 857. Vix primis inopina quies laxaverit artus; Et super incumbens — liquidas project in undas Præcipitem. Adde *eumd.* 6. *ibid.* 498.; et *Stat.* 2. *Theb.* 293. *Liv.* 43. 4. Vix duni ad consulem pervenisse, et audisse oppidum expugnatum. ¶ 4. Similiter a Poëtis et prosæ quoque Scriptoribus post Augustum particula et post ea, quæ imperantur, seu post Imperativum ponuntur, quoties effectus Imperatis respondens subditur. *Virg.* 3. *Ecl.* 104. Dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 107. Sit mihi, quod nunc est, etiam minus, et mihi vivam Quod superest ævi. *Phædr.* 3. 5. 7. Inpinge lapidem, et digna accipies præmium. *Lucan.* 4. 487. decernite letum. Et metus omnis abest. *Plin. Paneg.* 43. Tene, Cæsar, banc cursum, et probabit experimento, sitne etc. *Id. ibid.* 45. Perge modo, Cæsar, et vim effectumque censuræ tuum propositum, lui actus obtinebunt.

C) Item speciationem particula et additur iis, quæ clariore in luce collocare volumus: sic ¶ 1. Usurpatur, ut quod per ipsam additur, præ ceteris eminet auditorumque animos vehementius percellat; quod saepe fit etiam per ejusdem verbi repetitionem. — a) Generatim. *Cic.* 1. *Cat.* 2. 6. Vives, et vives ita, ut nunc vivis, multis meis et firmis præsidii obcessus. *Id.* 2. *ibid.* 8. 17. Sed eur tamdiu de uno hōste loquimur; et de eo hōste, qui jam fatetur se esse hostem? *Forcellinus* h. l. docet et esse pro et quidem ac vim habere augendi. *Id.* 5. *Verr.* 65.

152. Tenetur igitur, jam judiccs, et manifesto tenetur avaritia. *Id.* 6. *ibid.* 15. 34. Qui reus, et reus legem comperendinatis. *Id.* 7. *ibid.* 46. 121. Errabas, Verres, et vehementer errabas. *Id. Mil.* 23. 61. Magna vis est conscientie, judices, et magna in utramque partem. *Id.* 4. *Verr.* 21. 51. Hostis, et hostis in ceteris rebus nimis ferus et immanis. *Liv.* 26. 13. Quum hostis alienigena in Italia esset, et Hannibal hostis, etc. Adde *Senec.* 1. *Clem.* 15. Rursus *Cic.* *Mil.* 25. 67. Te jam appello, et ea voce, ut me exaudire possis. *Id.* 3. *Tusc.* 20. 48. At laudat, et saepe, virtutem. *Nepos. Miltiad.* 3. *Id.* et facile, effici posse. — b) Speciatim et majore in luce collocat particularia præ generalibus, aut contra generalia præ particularibus. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 42. 129. Omitto illa, quæ refuta jam videntur, et Herillum, qui in cognitione et scientia summum bonum ponit. *Justin.* 29. 3. 7. Romani, quibus Poeni et Hannibal in cervicibus erat. *Tac. Germ.* 2. Carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et aenalius genus est. *Id. ibid.* 3. Monumentaque et tumulos quosdam Græcis litteris inscriptos. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 27. 86. Quanta artificio esset sensus nostros mentemque et totam constructionem hominis fabricata natura. *Id.* 3. *Tusc.* 4. 10. Studiose ab his siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirerantur et cuncta celestia. *Id.* 1. *Fin.* 12. 42. Præterea et appetendi et fugiendi et omnino rerum gerendarum initia proficiscuntur aut a voluptate aut a dolore. *Id.* 1. *Legg.* 21. 55. Valde a Xenocrate et Aristotele et ab illa Platonis familia dispergeret. *Liv.* 3. 25. Quum Virginius maxime et tribuni de lege agerent. — c) Item et cum part. negativa non in causa est, cur quæ sequuntur tamquam peculiari animadversione digna efficerantur. *Cic.* 3. *Orat.* 36. 144. Quod mihi videare aliud quiddam, et non id quod suscepis, disputasse. *Curt.* 4. 5. 20. Illi (responderunt) Pharnabazum quidem jam quiescere et non posse tum adiri. *Id.* 4. 10. 30. Ingenuisse etiam Alexandrum morti et non parcius flevisse. *Id.* 9. 5. 2. Quum vix sperare posset, dimitcam certe et non inulta esse moriturum. — d) Item speciatim et aliquando ita usurpatur, ut correctioni videatur inservire. *Cic.* 3. *Off.* 6. 32. Nulla enim nobis societas cum tyrannis, et potius summa distractio est. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 17. 74. Cur eo non estis contenti? et cur id potius contenditis, quod etc. *Id. ibid.* 11. 127. Hæc nostra ut exigua et minima contemnimus. Cf. *eumd.* *ibid.* 2. 10. Ne majorem largiar ei, qui contra dicturus est, libertatem et licentiam. — e) Aliquando et adversariis vim habere videtur, atque est pro et tamen, at, atqui, ut apud *Sall. Jug.* 6. Plurimum facere et minimum ipse de loqui. *Cic.* 1. *Tusc.* 38. 93. Habes omnium imaginem mortis, eamque quotidie induis. Et dubitas, quin sensos in morte nullus sit, quum in ejus simulacro videoas esse nullum sensum? *Virg.* 5. *Ecl.* 88. At tu sume pedum, quod, me quum saepe rogaret, Non tulit Antigenes, et erat tum dignus amari. Rursus *Cic. Senect.* 9. 28. Omnino canorum illud in voce splendescit etiam, nescio quo pacto, in senectute: quod equidem adhuc non amisit: et videtis annos meos. e pure. *Quintil.* 6. 3. 60. Quamvis reus sum, et panem candidum edo. *Forcellinus* addit etiam illud *Horat.*, quod ad rem minimè facere mihi videtur. 2. *Sat.* 1. 23. Quum sibi quisque timet, quæcumque est intactus, et odit. — f) Sæpe et rem magis definit, vel declarat, præcipue quom pronomina demonstrativa præcedat, vel particula quidem vel adverbio maxime jungitur. *Cic. Senect.* 18. 65. Severitatem in senectute probo, et eam sicut alia modicam. *Id. Amic.* 1. 2. Meministi enim profecto, Attice, et eo magis, quod P. Sulpicio utebare multum, etc. *Id.* 2. *Phil.* 17. Duo milia jugerum rhetori assignasti, et quidem immunia. b. l. et quidem vim habet augendi; et ad declarandum adhibetur apud *eumd.* 14. *Att.* 11. *ad fin.* Modo ve nit Octavius, et quidem in villam Pompeji. Sic et maxime, καὶ μάλιστα, apud *eumd.* 2. *Orat.* 56. 229. Nos autem quonodo (facetius) utamur, quoniam opus sit, quærimus: ut in adversarium, et maxime, si ejus stultitia poterit agitari. *Ces.* 5. *B. G.* 45. Quanto erat in dies gravior atque asperior oppugnatio, et maxime quod, magna parte militum conferta vulneribus, res ad paucitatem defensorum pervenerat; tanto etc. — g) Denique buc pertinet etiam et quidem, quo Rhetores utuntur in confirmatione

et elevatione pro certe, utique, scilicet ea respondendo, quibus aut antea dicta confirmant, aut adversariorum argumenta debilitent. *Cic. 2. Orat. 33.* 142. Sed haec Crassus aliquando nobis expediet. Est enim — heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus, se jus civile — in certa genera coacturum. — Et quidem, inquit, Catulus, haudquam id est difficile Crasso, qui et quod disci potuit de jure, didicit, et cetero. *Id. 1. Fin. 10. 35.* Torquem detraxit hosti. Et quidem se texit, ne interiret. *Id. 2. ibid. 3. 9.* Aliud igitur esse censet gaudere, aliud non dolere. Et quidem, inquit, vehementer errat: nam, ut paulo ante docui, augendas voluptatis finis est, doloris omnis amotio. *Id. Amic. 21. 79.* Rarum genus. Et quidem omnia praeclara rara. *Id. 3. Legg. 10. 24.* At aliquando incenditur. Et quidem saepè sedatur. Et omissis quidem, *Quintil. 11. 2. 12.* Partem ab iis petere jubebatur: et persolverunt. e di fatto glieli pagaron. — Et quidem ad comparandum. *Cic. 11. Phil. 4. 9.* Cruciatus est a Dolabella Trebonius: et quidem a Carthaginensis Regulus. e costi parte, parimente, anche *Regolo*. ¶ 2. Particula et usurpatum etiam ad veritatem aliquam inducendum vel universalem, vel eam, de qua nemo dubitare possit; ac fere locum habet in syllagmisi assumptione, vel propositione minore, in qua pro et saepè atque occurrit. *Cic. 4. Acad. (2. pr.) 13. 40.* Composita ea conclusio sic est: Eorum, quæ videntur, alia vera sunt, alia falsa: et quod falsum, id percipi non potest: nullum igitur est visum, quod percipi possit. *Id. 3. Tusc. 4. 9.* Qui in morbo sunt, sani non sunt: et omnium insipientium animi in morbo sunt: omnes insipientes igitur insanient. Adde *eund. 5. ibid. 17. 49.* *Id. 3. Nat. D. 13. 33.* Præterea nullum potest esse animal, in quo non et appetitum sit et declinatio naturalis: appetuntur autem, quæ secundum naturam sunt, declinatur contraria: et omne animal appetit quedam et fugit a quibusdam. ¶ 3. Particula et usurpatum etiam, quem aliquid maxima vi et asseveratione effertur, et significat et re verâ, et reapse, etc. Porro hoc sensu occurrit — a) Usitata loquendi ratione — Sine additis. *Cic. 3. Tusc. 8. 18.* Qui sit frugi igitur, vel, si mavis, moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem; qui autem constans, quietum; qui quietus, perturbatum omni vacuum: ergo etiam ægritudine. Et sunt illa sapientis. *Id. 2. Legg. 3. 7.* Preclare exigis, Quinte: at ego effugisse arbitrabar: et tibi horum nihil deberi potest. *Virg. 2. Ecl. 44.* Jampridem a me illos abducere Thesylis orat: Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra. *Tac. 2. Ann. 57.* Firmato vultu, ne minari crederetur: et erat, ut retuli, clementior. Huc referri possunt illa quoque, in quibus, ut docet *Forcellinus*, particula et sententia inchoandæ inseruntur. *Ter. Phorm. 1. 3. 19.* Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias. Ubi *Donatus*: Et modo non connexiva, sed inceptiva conjunctio est. *Al. leg.* Quod si. *Quintil. 1. 9. 1.* Et finita quidem sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur. *Cels. præsat. a med.* Et quidam methodici sæculi nostri contendunt etc. — Cum addito certe, ut apud *Ter. Adelph. 1. 1. 53.* Sed estne hic ipsus, de quo agebam? et certe is est. *Id. Eun. 5. 6. 4.* Sed estne ille noster *Parmeno*? et certe ipsus est. — Cum addito hercle, ut apud *Cic. 2. Fin. 8. 23.* Hic homo severus luxuriam ipsum per se reprehendam non putat! Et hercule, Torquate, ut verum loquamus, si sumnum bonum voluntas est, recutissime non putat. Adde *eund. Brut. 72. 251.* et *2. Fam. 18. 2.* — b) In interrogationibus et exclamationibus, in quibus, ait *Forcellinus*, et indignantis est, aut admirantis. *Cic. Mil. 33. 91.* Et sunt qui de via Appia querantur, taceant de curia? *Id. Sext. 37. 80.* Et causam dicit *Sextius de vi?* *Id. pro leg. Manil. 14. 42.* Et quisquam dubitabit, quin etc. Adde *eund. Chuent. 40. 111.* et *1. Phil. 8. 19. Virg. 2. G. 433.* Et dubitant homines serere atque impendere curam? Adde *eund. 1. Ann. 48. et 6. ibid. 807.*; et *Ovid. 3. Amor. 3. 33. et 13. Mel. 338.* Rursus *Cic. 7. Verr. 16. 41.* Et his tot criminibus testimonisque convictus in eorum tabella spem sibi aliquam proponit! Adde *eund. Mil. 12. 33.*; et *Plin. Paneg. 28. Flor. 4. 2. 90.* Et quanto majora erant, de quibus non triumphabat!

D) Denique et bis vel pluries repetitur, ut res inter se diversæ, sed aliqua tamen ratione concreta

simul jungantur, ac tamquam una eademque vi polentes efficerant, quo sensu et cum aliis particulis usuerunt. — a) Et et bis ponitur, quo modo apud Græcos καὶ καὶ vel τε τε. *Plaut. Bacch. 3. 3. 23.* Hoc etiam ad malum arcessebatur malum, et discipulus et magister perhibebant improbi. *Id. ibid. 4. 8. 45.* Et ego te et ille mactamus infortunio. *Id. ibid. 4. 9. 25.* Nam illic eidem audivi Ulytem, ut ego sum, suisce et audacem et malum. *Id. Cist. 1. 1. 59.* Eloquere utrumque nobis, et quid tibi est, et quid velis nostram operam. *Cic. 1. Off. 38. 137.* Ut et severitas adhibeat et contumelia repellatur. *Id. 3. Orat. 34. 137.* Qui sapientes et haberentur et vocarentur. *Id. 1. Tusc. 12. 26.* Quod in omnibus causis et debet et solet valere plurimum. *Id. ibid. 20. 6.* Ut facile intelligi possit, animum et vide et audire. *Id. 3. ad Q. fr. 9. extr.* Dimitto autem (*puerum*) a me, et ut a magistris ne abducam et quod mater discedit. *Id. Topic. 13. 53.* Non et legatum argutum est et non est legata numerata pecunia. — Huc referri possunt etiam illa, in quibus, juxta *Forcellinum*, et sine necessitate, elegantiæ causa, repetitur. *Cic. 1. Off. 30. 109.* Quod in Catulo et in patre et in filio, idemque in Q. Mucio Mancia vidimus. *Plaut. Amph. 2. 2. 91.* Enimvero prægnanti oportet et malum, et malum dari. ubi luditur in ambiguo ponit et mali. — b) Et ter vel pluries repetitur: sic ter apud *Cic. Rosc. Am. 5. 14.* Quo fascilius et hujus hominis innocentissimi miseras et illorum audaciam cognoscere possitis et reipublice calamitatem. Adde *eund. 12. Att. 4. 2. et 3. ad Q. fr. 9. fin.* Sexies apud *eund. 13. Fam. 25.* Eum tibi magno opere commendo, ut et hospitem meum et familiarem et gratum hominem et virum bonum et principem civitatis suæ et tua necessitudine dignissimum. Decies apud *eund. 1. Orat. 20. 90.* Idque argumentis docuerat, quod ita nati essemus, ut et blandiri, et suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, et adversarios minaciter terrere possemus, et rem gestam exponere, et id, quod intendemos, confirmare, et id, quod contra dicetur, refellere, et ad extremum depescari aliquid, et conqueri, quibus in rebus omnis oratorum versaretur facultas: et quod consuetudo exercitatioque et intelligentiæ prudentiam acueret, et eloquendi celestatiæ incitaret. — c) Particula et repetita interdum homonyma conjungit. *Cic. 3. Tusc. 31. 75.* Ut vigeat et habeat quandam viriditatem. *Horat. Art. P. 309.* Scribendi recte sapere est et principium et fons. *Tac. Dial. de orat. 25.* Eos credo solitos et invidere et livere. — d) Apud Poetas interdum aliqui vocabulo postponitur. *Virg. 1. En. 200.* Vos et Scyllæam rabiem penitusque sonantes Accestis scopulos; vos et Cyclopia saxa Experti. *Horat. 1. Od. 37. 25.* Ausa et jacentem visere regiam Vultu sereno, fortis et asperas Tractare serpentes. — e) Et et eadem vi pollenti, atque quemcumque, quamquam alterum membrum præ antecedente eminere videatur. *Cic. 1. Orat. 9. 38.* Et saepè alias et maxime censor saluti reipublicæ fuit. *Id. Quinct. 1. 3.* Homo et in aliis causis exercitatus et in hac multum et sape versatus. *Id. Fat. 1. 2.* Idque et saepè alias, et quodam liberiore, quam solebat, et magis vacuo ab interventoribus die. Adde *eund. 2. Off. 11. 38.* — f) Et semel vel pluries usurpatum cum sibi subjectis particulis que vel atque, ac. *Cic. 1. Orat. 3. 10.* Quis ignorat, quam recordita in arte et multiplici subtilitate versentur? *Id. 13. Fam. 22.* Nam et semper me coluit diligentissimeque observavit, et a studiis nostris non abhorret. *Id. 1. Orat. 21. 95.* Non despero fore aliquem aliquando, qui et studio acerio et otio ac facultate dicendi majore ac maturiore et labore atque industria superiori existat talis orator, qualem querimus. *Id. Dom. 28. 73.* Summum est populi Romani, populorumque et gentium omnium ac regum consilium, senatus. *Id. 2. Cat. 5. 9.* Frigore et fame et siti ac vigiliis perferendis. Nonnulli leg. et vigiliis. — g) Interdum sequitur negativa particula (et - neque); interdum præcedit (neque - et): quod accidit quum duo copulantur membra, quorum alterum sit negativum. *Cic. Flacc. 20. 46.* Qui et rem agnoscit, neque hominem ignorat. *Id. Brut. 4. 17.* Ego vero et expectabo ea, quæ polliceris, neque exigam nisi tuo commodo. *Id. 12. Att. 33.* Ego si et Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damasippum velim aggrediore. *Id. 3. Off. 3. 11.* Cui quidem ita

sunt Stoici assensi, ut et quidquid honestum esset id utile esse, nec utile quidquam, quod non honestum. *Liv. 22. 8.* Et consul aberat, nec per occupatam armis Punicis Italianum facile erat aut nuncium aut litteras mitti. *Cic. 5. Tusc. 38. 112.* Pueris nobis Cn. Aufidius prætorius et in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deera, et Græcam scribebat historiam, et videbat in litteris. *Id. 10. Fam. 1. ad fin.* Furnium nostrum tanti a te fieri, quantum ipsius humanitas et dignitas postulat, nec miror et gaudeo. *Id. 1. Tusc. 23. 55.* Quæ (natura animi atque vis) si est una ex omnibus, quæ se ipsa semper moveat, neque nata certe est, et æterna est. *Justin. 8. 6. extr.* Nam nec in eo jus cognitio servavit, cul admetit regnum, et eum, cui dedit, impudicum fecit antequam regem. — Quod si particula negativa ad unum solummodo verbū refertur, pro neque dicitur non, ut apud *Cic. 2. Att. 4. 6.* Id et nobis erit perjucendum et tibi non sane devium. *Varro 3. R. R. 14. 2.* Locus iste melior, quem et non coquit sol et tangit ros. — h) Post Augusti statutum pro et - et, sibi invicem respondent et - que, vel que - et. Sic apud *Liv. 4. 2.* Id et singulis universis semper honori fuisse. Adde *eund. 5. 26. et 24. 2. Curt. 3. 6. 11.* Admissisque amicis pariter et medicis, in quo me, inquit etc. *Id. 4. 2. 21.* Jamque paullulum moles aquam eminebat et simul aggeris latitudine crescerat. — i) Raro admodum tum - et vel et - tum sibi juviciem respondent. *Cic. 1. Acad. (post.) 4. 16.* Omnis ejus oratio tum in virtute laudanda et in hominibus ad virtutis studium cohortandis consuinebatur. *Id. Brut. 93. 320.* Longius autem procedens et in ceteris eloquentiæ partibus, tum matine in celeritate et continuatione verborum adhærescens, sui dissimillor videbatur fieri quotidie. — l) Item raro alterius membris vis augetur additæ rursum, etiam vero etiam: ut apud *Cic. 1. Tusc. 20. 45.* Quoniam totum terram contuerit sic habebit, ejusque quum situm, formam, circumscriptiōnem, tum et habitabiles regiones, et rursus omnium cultu propter vim frigoris aut caloris vacantes. *Id. 2. de republ. 4.* Sed tamen in his vitiis inest illa magna commoditas, et quod ubique gentium est ut ad eam urbem, quam incolas, possit adnare; et rurus, ut id quod agri efferent sui, quascumque velint in terras portare possint ac mittere. *Id. 9. Fam. 25. 3.* Auctoritate tua nobis opus est et consilium et etiam gratia. *Id. ad Planc. 2. post ep. 16. l. 16. ad Att. Quia quidem voluntate te esse erga Atticum saepè præsens et illi ostendis et vero etiam mihi.*

**ETA**, indecl. n. γέτα, nomen littera Græca. Terrentian. *Maur. de litt. p. 2386.* Putsch. Hinc etiam minus scribimus. Putsch. Græcis litteris edidit. Adde *Auson. Edyll. 12. de litt. 19.*

**ETENIM**, καὶ γέτα, conjunctio composita ex et et enim; eadem significatio, quæ enim, nisi quod etenim præcedentia cum consequentibus artius conjungit: et inservit addendæ vi aut argumentando. It. e in fatti, e veramente, perciocchè anche in verità; Fr. et in effet, et à la vérité, car, savoir; Hisp. y verdaderamente, por que también: Geru. und in der That, und allerdings, denn in Wahrheit auch, nämlich; Engl. and truly, and of a truth, and for, and because that). Ceterum hæc conjunctio jam inde a Lucretio et Cicero tantum usuvit: apud Plautum semel tantum occurrit, apud Cesareum numquam. *Forcellinus* assert etiam illud *Ter. Heaut. 3. 2. 36.* Facile equidem facere possum, si jubes: etenim quo pacto id fieri soleat, calleo. *At alii aliter leg.* — a) Apud optimos quoque prosæ orationis autores semper initio ponitur. *Plaut. Amph. prol. 26.* Verum prolecto hoc petere me precastio a vobis jussit leniter dictis bonis. Et enim ille, cuius hue jussu venio, Juppiter, non minus quam vestrum quivis formidat malum. *Cic. 1. de republ. 22.* Non possum equidem dicere, me ultra in cogitatione acerius aut diligentius solere versari, quam in ista ipsa, quæ mihi, Læli, a te proponuntur. Etenim quoniam in suo quaque opere artificem nihil aliud cogitare videam, nisi quo sit in illo genere melior; ego — me inertiore esse consitare etc. *Id. 3. ibid. 32.* Præclare quidem dicis; etenim video jam, quo perget oratio. *Id. Brut. 6. 23.* Dicendi autem me non tam fructus et gloria, quam studium ipsum exercitatioque delectat. — Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. *Id. 5. Verr. 20. 52.* Id fieri nolles, nisi hanc rationem et cogitatio-

nem salutis tue pecuniae cupiditas ac præsens illa præda superaret. Etenim, quoniam summam et numerum injuriarunt, judices, vobis non possum expōnere; — genera ipsa injuriarum, quæso, cognoscite. *Id. Rabir.* perduell. 11. 31. Utinam fecisset! non supplicium deprecarer, sed præmium postularem. Etenim, si Scævæ, servo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturniūm, libertas data est: quod equiti Romano præmium dari par fuisset? Adde *Sall. Cat.* 20. et *Jug.* 85.; *Quintil.* 5. 11. 5.; *Plin. 7. Ep.* 10., 8. *ibid.* 14., 9. *ibid.* 3. *Paneg.* 85. et alibi saepe; et *Tac. 1. Ann.* 50. — Sæpissime iocum habet in parentesi. *Cic. 8. Verr.* 7. 15. Ejus autem legationis princeps est Hejas (etenim est primus civitatis), ne forte etc. Adde *eund.* 4. *Acad.* (2. pr.) 31. 99. et 10. *Att.* 17. extr. *Nepos Eumen.* 3. Quum neque magnas copias, neque firmas haberet: — Macedones vero milites et tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur (etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperii poterent): Eumenes intelligebat etc. Adde *Liv.* 3. 24. et 7. 5. — b) Interdum postponitur apud Poetas. *Lucret.* 1. 105. Tudem et nobis jam quovis tempore, ratum Terriquois victus dictis, desciscere quæres? Quippe etenim quam multa tibi jam fingerem possum Somnia, quæ vix rationes vertere possint etc. Adde *eund.* 2. 548., 3. 801., 5. 1061., 6. 1234. et alibi. *Horat.* 4. *Od.* 5. 17. Tuttus bos etenim rura perambulat. — *Forcellinus* addit etiam illud *Cic. Senect.* 9. 29. Libidinosa etenim et intemperans adolescentie effetum corpus tradit senectuti. At *Orellius* et alii permulti leg. enim. Item illud ejus. *Cic. Cet.* 3. 6. Sunt etenim ista maledicta perulgata in omnes. Sic edidit etiam *Orellius*; at adnotavit nonnullus *Codd.* habere enim, atque addidit: Valde dubium est etenim sic postpositum apud *Cic.* Et sane etenim ita postpositum legitur tantum apud sequioris avi scriptores.

**ETESIACUS**, a, um, adjekt. ἐτησιακός, ad etesios pertinens, ut Etesiaca vitis apud *Plin.* 14. *Hist. nat.* 3. 4. (36). Arretit propria, quæ etesios variat, et fecdunt cessa.

**ETESIÆ**, àrum, m. plur. 1. ἐτησιάτ, h. e. ἐτησιος. Singulari numero usurpat *Plin.* 18. *Hist. nat.* 33. 77. (335). Aquilo mollitur sidere æstate media, mutatque nomen et etesios vocatur. — Item genere femin. adhibetur, quia, quum vox sit adjectiva, si rivo, aura subintelligitur, feminino, si vero ἀνθροπος ventus, masculino genere effertur. *Hygin.* 2. *Astron.* 4. Aristæus ab Iove impetravit, ut etesies flarent, quas nonnulli etesios dixerunt. — Ceterum etesies sunt venti quidam statim temporibus quotannis flantes: ab ἑτοῖς annis, a quo ἑτοῖς annis. Aliqui minus recte deducunt ab αἰτίῳ postulo, quasi αἰτίαι, eo quod Aristæus eos a Jove postulaverit. Est enim in fabulis, ut narrat *Hygin.* 2. *Astron.* 4, quum Atheniensium regio maximis Caniculari caloribus adseretur, hominesque una cum satis omoibus nimio æstu conflucentur, Aristæum ita ab Apolline patre edocum, ab Iove petuisse, ut quo tempore Canicula oriretur, per dies quadraginta ventum daret, quo flante æstus minuerentur; itaque factum Jove annente. — Huiusmodi ventos *Strabo* l. 3. subsolanos vocat. *Aristoteles* et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 47. (124). Aquilones appellant. Testatur præterea idem *Aristoteles*, nonnumquam eos in Zephyros mutari: quare vere scripsit *Gell.* 2. 22. etesios alia atque alia parte cæli spirare. et *Phavorin.* apud *Apul.* de *Mundo*. Sunt, inquit, etesios spirantes ex omni parte eo tempore æstatis, quo Canis oritur. — Plerumque tamen ab occidente perlant. *Tac. 2. Hist.* 98. Mare quoque etesiarum flatu in oriente navigantium secundum, inde adversum erat. *Cæs.* 3. B. C. 107. Ipse etesios tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi. Hinc *Cic. 6. Att.* 7. Rhodum volo puerorum causa, inde quamprimum Athenas, et etesios valde reflant. Adde *Vitruv.* 1. 6.; et *Liv.* 37. 23., ubi eosdem cum Favonii significat: Favonii autem sunt Zephyri. — Multa die flare incipiunt, et ad meridiem vergeute. *Seneca* 5. *Quæst. nat.* 11. Etesios ob hoc somniculosi a nautis et delicati ve-cantur, quod mane nesciunt surgere. — Incipiunt flare Cal. Aug., inquit *Colum.* 11. R. R. 2. 26., de-sinunt tert. Cal. Septembr. Alii tamen alter id tempus definient. — Ceterum hæc vox occurrit etiam apud *Lucret.* 6. 717.; *Cic. 2. Nat. D.* 53. 131., 12. *Fam.* 25. et *Orat.* 45. 132.; *Plin.* 10. *Ep.* 26.; et *Tac. 6. Ann.* 33.

**ETESIAS**, x, m. 1. in singulari numero pro etesia. *V.* voc. præced. ioit.

**ETESIUS**, a, um, adjekt. ad etesias pertinens. *Lucret.* 6. 730. Tempore eo fiunt, quo etesia flabra aquilonum. Adde *eund.* 5. 731.

**ETESIUS LAPIS** legitur apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 43. (157). Auctoribus curæ suæ lapides mortariorum quoque (b. e. e quibus fierent mortaria), nec medicinalium tantum, aut ad pigmenta pertinentium. Etesium lapidem in eis prætulere certis. Ita legunt *Harduin* et *Silius*, ex optimis Codicib.; et *Vitrur.* 10. 7. *Ephesium* lapidem candidi coloris memorat, et plures *Plinii* editiones Ephesium habent; et *Isid.* 16. *Orig.* 4. 36. eadem fere *Plinii* verba referens edestum habet.

**ETHECA**, x, f. 1. videtur esse Hebraica vox סְבָרָה, quæ sebestram significat, vel etiam super-

riorem domus partem intactam ac sub diu positam; et apud *Vulgat.* interpr. *Ezech.* 41. 15. et 16. ethæce sunt particus: ita enim altitam Hebraicam vocem vertit. *D. Hieronymus* apud *Ezech.* 42. 3. et 5.

**ETHICA**, a, vel *Greca positione*

**ETHICE**, es, f. 1. ἐθικὴ, pars philosophiæ, quæ ad mores pertinet: ab ἡδος mos. *Quintil.* 12. 2. 15. Pars illa moralis, quæ dicitur ethice, certe tota oratori est accommodata. Adde *eund.* 2. 21. 3. *Laclant.* 3. 13. In sola ethica totius philosophiæ vis continetur.

**ETHICOS**, ἐθικῶς, moraliter, mores exprimendo. Adverbium Græcum est Latinis litteris scriptum apud *Senec.* 2. *Controv.* 11. extr. et 12, ab ἡδος mos.

**ETHICUS**, a, um, adjekt. ἐθικός. Prudent. primam corripuit in *Hamarig.* 533. Si licet ex ethicis quidquam præsumere, vel si De physicis exempli aliquid. Habet tamen quo se tueatur *Prudentius*, etenim Græci etiam ἡδος et ἐθικὸς scribunt. — Ethicus est ad mores pertinens: ab ἡδος mos. *Seneca* 2. *Controv.* 10. sub fin. Declamabat Nasc raro controversias, sed non nisi ethicas. *Gell.* 1. 2. Rem vero ethicam, naturaque humani ingenii, virtutumque origines, etc. nulli magis ea esse explorata quam sibi. h. e. moralis philosophia. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. circa med. Ethicam dictionem pro persone, temporis et loci qualitate variabat. h. e. moralam orationem, seu mores experimente, ἐθικὴ λέγων. *Heronym.* *Ep.* 39. n. 2. Ethicus ille psalmus: Justus es, Domine. *Charis.* 2. p. 213. *Putsch.* Invenimus tamen etiam apud eos, qui videntur ethici, mediocriter pathos soleri conciri. *Capell.* 4. p. 154. His omnibus conquisiti argumenta videntur sunt, quibus ad quæstionis ambiguum fides valeat; adhiberi. Fides autem tribus fit modis: conciliando, doendo, permutando; illa prior ethica, sequens apodictica, tertha pathetica nominatur. *Capell.* hec ex *Aristot.* 1. *Rhetor.* 2. hauis: V. *Koppium* ad h. l.

**ETHINICALIS**, e, adjekt. idem quod ethnicus. *Tertull.* *Spectac.* 5. De instrumentis ethnicalium litterarum. *Alii leg.* ethinharum.

**ETHINICÉ**, adverb. ἐθικῶς; more gentium, ut Ethnico vivere. *Tertull.* *Pudic.* 9.

**ETHNICUS**, a, um, adjekt. gentilis, ἐθνικός: ab ἐθνος gens. A Christianis scriptoribus dicitur de iis, qui extra Ecclesiast, vel Synagogam sunt: et eo ducta appellatione, quod Hebrei gentes appellabant eos, qui veri unius Dei cultum nesciebant, fictosque ac plures deos venerabantur. Quia appellatione etiam Apostoli usi sunt, ut patet *Auctor. c. 13.* 45. Hac ratione ethnici intelligendi sunt apud *Tertull.* *Pudic.* 9. *Heronym.* *Augustin.*, etc. Sic historici ethnici apud *Sulpic. Sever.* 1. *Hist.* 1.

**ETHNOLÓGIA**, x, f. 1. ἐθνολογία, morum et affectuum cujusque personæ expressio: ab ἡδος mos et λόγος sermo. *Quintil.* 1. 9. 3. Sententia quoque et chriæ et ethologie, subjectis dictorum rationibus, apud grammaticos scribantur. *Sueton. Gramm.* 4. Genera quedam institutionum ad eloquentiam præparandam, ut problemata, paraphrases, elocutiones, ethologias. — Aliis est idem quod ethopœcia, de qua infra. *V.* etiam dicta in *ÄTIOLOGIA*.

**ETHNOLÓGUS**, 1, m. 2. ἐθνολόγος, morum expressor, qui gestu ipso corporis et sono vocis ita exprimit mores hominum, ut gestibus loqui videatur. *Cic. 2. Orat.* 59. 242. Mmorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscenitas. Adde

eund. *Ibid.* 60. 244. *Inscript.* apud *Reines.* cl. 9. n. 20, quæ est apud *Orell.* 2616. *Dionys. avg.* *Verba ETHOLOGO.* Corrig. vernæ ethologo; postrema enim vocis prioris littera E accepta est pro H, et perperam annexa initio vocis subsequentis. Allata vero *Inscript.* suspecta est *Henzienio*.

**ETHOPŒIA**, x, f. 1. ἐθνοποίησις, apud Rhetores est figura sententiarum, Latine effectio, imago, qua vita et mores alicujus describuntur: ab ἡδος mos et νόσῳ singo. *Cic. 2. leg. Agr.* 5. 13. Jam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur: vestitu obsoletiore, corpore inculto et horrido, capillatior quam ante, barbaque majore, ut oculis et aspectu denunciare vim tribuniciam et minitari rei publici. videretur. Sed vox Graeca est, et Graecis litteris scribitur a *Quintil.* 9. 2. 58. et 9. 3. 99; et Latinis apud *Rutil.* *Lup.* de fig. sentent. 1. 21.; *Jul. Rusian.* de schem. *dian.* n. 13.; et *Aquil. Rom.* 4.

**ETHOS**, 1, n. 2. costumi, ἐθος. 1. Ethos significat mores; itemque est res ethica, h. e. philosophia morum. *Sidon.* *carm.* 15. 101. Physica vel logico, logicum vel jungit ad ethos. 2. Item morales characteres, quales poetis, pictoribus aliisque finguntur ac representantur. *Farro* apud *Non.* p. 374. 7. *Merc.* In argumentis *Cæcilius* poscit palam, in ethesis *Terentius*, in sermonibus *Plautus*. τοῦτο ἐθεοῦ positio Græca. *Oehlerus M. T. Varro.* *Sat. Menipp.* *Reliq.* p. 185. Græcis, alii Latinis litteris exhibent. Similiter *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (98). Aequalis ejus fuit Aristides Thebanus; is omnium primus animalium pinxit et sensus hominis expressi, quæ vocant Græci ethæ, item perturbationes, durior paullo in coloribus.

**ETIAM**, conjunctio ab ei et jam, vel ab ετι, quæ significat quoque, item, vel, ετι, και (It. anche, ancora, etiando); Fr. même, et même, aussi, encore, de plus; Hisp. lo mismo, también; Germ. auch, sogar, noch; Engl. also, likewise, besides). 1. Generalis etiam est conjunctio, qui utimur quam aliquid ceteris addimus ita, ut ipsum illud præ ceteris animadversione dignum ducamus, ac precipue quam aliquid præspectationem inducimus ad coquere rem augemus. — a) Universim, et sine adiutis vel respondentibus particulis. *Plaut.* *Bacch.* 3. 3. 22. Id cui obtigerat, hoc etiam ad malum arcessebatur malum. Cf. *Ter. Andr.* 1. 3. 10. Ad hanc malam hoc mihi accedit etiam. *Rursus Plaut.* *Amph.* 2. 2. 115. Tute istic (disisti) etiam adstante hoc Sosia. *Id. Capt.* prol. 53. Haec res agetur nobis, vobis fabula. Sed etiam est, paucis vos quod monitos voluerim. *Id. Amph.* 2. 2. 129. Obscero, etiamne hoc negabis te auream pateram mihi dedisse dono hodie? *Ter. Eun.* 5. 8. 54. Unum etiam vos oro, ut etc. *Id. Heaut.* 5. 1. 22. Magis unum etiam instare, ut hodie conficeretur nuptiæ. Adde *eund.* *Phorm.* 5. 5. 3. Cf. *Virg.* 11. *Æn.* 352. Unum etiam dools istis, quæ plurima mitti Dardanidis dicique jubes, unum, optimè regum, Adjicias. Adde et *Sueton. Cæs.* 24. *Cic. Orat.* 40. 139. Atque alias etiam dicondi quasi virtutes sequentur. *Id. Brut.* 75. 261. Splendidam quanidam rationem dicendi (*Cæsar*) tenet, voce, motu, forma etiam magnifica et generosa quodammodo. *Id. 9. Fam.* 25. ad fin. Autoritate tua nobis opus est, et consilio, et etiam gratia. *Id.* 5. *Verr.* 98. 228. Quod si haec feruntur omnia, etiam ne haec nova debent edicta rapinasque perfere? etiam ne frumentum gratis dare? etiam ne haec tot detrimeta etc.? *Id.* 4. *Tusc.* 2. 4. Mihi quidem etiam Appii Cæci carmen - Pythagororum videtur. Multa etiam sunt in nostris institutis ducta ab illis. *Id. Senect.* 13. 44. Caret epolis extremitisque mensis et frequentibus poculis: caret ergo etiam vincolata et cruditate et insomniis. *Virg.* 2. *Ecl.* 8. Nunc etiam pecudes umbras et frigori captant. — Ali quando haec particula significat insuper, uno eodemque tempore; quia tamen aliquid præ ceteris emine-re faciat; ut apud *Cic. 3. Tusc.* 5. 14. Non omnes bonos esse etiam beatos. — b) Cum addita part. insuper, ut apud *Ter. Adelph.* 2. 2. 38. Hei mihi! etiam de sorte nunc venio in dubium miser? - etiam insuper defruget? *Sueton. Cæs.* 10. Adjecti insuper Cæsar etiam gladiatorium muuus. — c) Etiam quoque, quoque etiam pheonasmæ sunt. — Etiam quoque apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 70. Etiam tu quoque assentias huc? *Id. Pseud.* 1. 3. 119. Juravisti nempe conceptis verbis. BA. Etiam consultis quoque. Adde *eund.* *Ibid.* 1. 1. 120. cl. *Asin.* 2. 4. 95.; *Lu-*

cret. 3. 293. et 5. 518. et 603.; *Farron.* 1. R. R. 1. 3.; et *Gell.* 18. 12. — *Quoquo etiam apud Plaut.* *Amph.* prol. 30. Atque ego quoque etiam, qui Jovis sum filius, contagione mei patris metuo malum. *Adde eundem.* *Ibid.* 2. 2. 85. et 121.; *Epid.* 4. 2. 19. et *Merc.* 2. 2. 28. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 7. Ego pol quoque etiam timida sum. *Cic.* 4. *Fam.* 8. 1. Itam sim præsto, ut me non solum omnia debere tua causa, sed et quoque etiam, quæ non possim, putem. *Id.* 5. *Verr.* 88. 206. Ut omittam tuos peculatus, ut ob jus dicendum pecunias acceperas, ut ejusmodi cetera, quæ forsitan alii quoque etiam fecerint etc. — d) *Etiam potius* occurrit apud *Cic. Mil.* 19. 52. Profectionis hujus diem illi natum; redditum illius huic notum fuisse: bujus iter necessarium; illius etiam potius alienum. — e) *Sed etiam*, verum etiam sequitur post non modo, non solum; ut apud *Cic. Senect.* 11. 37. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos. *Id. Amic.* 10. 33. Eorum querela inveteratas non solum familiaritates extinguit solere, sed odia etiam gigni scipiterna. *Id. Mil.* 1. 3. Neque solum ut quieto, sed etiam ut magno animo sinus bortantur; neque auxiliu modo defensioni mœci, verum etiam silentium pollicentur. — Et omissa etiam, *Plin.* 6. *Ep.* 16. 9. Dedit quadrimes, ascendit ipse non Rebus modo, sed multis (erat enim frequens amenitas ora) latus auxilium. — Et inverso ordine. *Cic.* 4. *Fam.* 14. Secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimesebam. *Id.* 3. *Off.* 19. 77. Quem Fimbria etiam, non modo Socrates, noverat. — f) Interdum conjunctione etiam respondet particula et, ut apud *Justin.* 18. 6. 2. Quippe hostes ab acie in urbem recepti, occisis conjugibus et liberis, domos quisque suas cum omnibus copulis incenderunt. Eodem congestis etiam servitii et senet ipsi præcipiant. — g) Interdum etiam non manifesta, sed tacita quadam ratione cum aliis rebus conjungitur, peculiariterque vim adquirit, ac significat præcipue, vehementer. *Justin.* 18. 3. 1. Et quoniam ad Carthaginem usus mentionem ventum est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis Tyriorum paulo altius rebus, quorum casus etiam dolendi fuerunt. ¶ 2. Speciatio conjunctio etiam usurpat, ut vehemens aliquares præ ceteris emineat, et — a) Significat immo, eousque ut etc. ben anche, persino, finanche, ut apud *Cic. Deiot.* 13. 37. Quid de virtute ejus dicam? de magnitudine animi, gravitate, constantia? quæ omnes docti atque sapientes summa, quidam etiam sola bona esse dixerunt. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 47. 144. Nos enim defendimus, etiam insipientem multa comprehendere. *Id.* 1. *Fam.* 21. 71. Si infantes pueri, mutè etiam bestiæ pæne loquuntur. *Sall. Cat.* 20. Etenim quis mortallum tolerare potest, illis divitias superare, nobis rem familiariter etiam ad necessaria deesse? *Sueton. Cal.* 33. Collaudans subinde vocem deprecantis, quasi etiam in genitu præ dulcem. *Plin.* 2. *Ep.* 3. Illitteratum, iners ac pæne etiam turpe est non pulare tantu cognitionem etc. — Huc pertinent et illa, in quibus juxta *Forcellinum* etiam ponitur pro etiam. *Cic.* 9. *Fam.* 10. De quo etiam nibil scribete me, te non dubitare certo scio. ancorchè tu nulla scriva. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 30. 59. (139). Cochlear adhaerentes saxis, aut etiam injuria resupinatae, non tamen exentes. — b) Post pro positionem negativam etiam correctioni quadammodo inservit, et est immo, quin potius. *Cic.* 6. *Verr.* 10. 22. Mamertina civitas improba ante non erat; etiam erat iniuncta improborum. *Id.* 7. *Ibid.* 39. 103. Hase si tabulas nibil profuturas; etiam plus suspicione in eo crimine futurum. *Id. Orat.* 71. 236. Ejusmodi infantia, ut qui ea utantur, non stulti homines haberi possiat; etiam plerunque prudentes. *Id. Ibid.* 45. 153. Hoc idem nostri sœpius non tulissent, quod Græci laudare etiam solent. *Id.* 6. *Parad.* 1. 42. Quid, si ne dives quidem? quid, si pauper etiam? *Id.* 2. *Fin.* 17. 54. Tantum abest, ut se indicet; perficiet etiam, ut dolore alterius improbe facto videatur. *Id. Ibid.* 20. 57. Quia in vita tantum abest, ut voluntates consequentur: etiam curas, sollicitudines, vigiliae perferent. — Et cum addito quin vel immo, ut apud *Ter. Eun.* 4. 3. 4. Quin etiam insuper vestem omnem misere discidit. *Id. Hecyr.* 5. 4. 29. Immo etiam, hoc qui oscultari facilius credas. dabo. — c) Sæpissime Comparativis additur. *Ter. Adelph.* 3. 4. 22. n. Mane; nondum audisti, Demea, quod est gravissimum. de. An quid est

etiam amplius? n. Vero amplius. *Cic.* 5. *Fin.* 20. 35. Sunt autem etiam clariora, vel plane perspicua. *Id. Off.* 30. 107. Ut enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt: sic in animis existunt majores etiam varietates. *Id. pro leg. Manil.* 19. 57. Quo mihi etiam indignus videtur obtrectatum esse. *Id.* 6. *Parad.* 1. 44. Filiam quis habet, pecunia est opus; duas, majore; plures, majore etiam. *Id.* 5. *Fam.* 12. 3. Plusculum etiam quam concedet veritas. *Ces.* 1. *B. C.* 53. Hæc pleniora etiam Romani ad suos prescribunt. *Plin.* 7. *Ep.* 9. Habes plura etiam fortasse quam requirebas. ¶ 3. *Etiam* sæpe vim habet affirmandi: bin: *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 32. 104. Ut sequens probabilitatem, ubiquecumque hac aut occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut non respondere possit. o si, o no. — a) Locum habet post simplicem Interrogationem, vel propositionem conditionalem, et est utique, certe, vero. *Plaut. Amph.* 1. 3. 46. *Jvp.* Numquid vis? *Al.* Etiam: ut actutum advenias. *Id. Most.* 4. 3. 8. *Th.* Numquid processit ad forum hodie novi? si. Etiam. *ra.* Quid tandem? *Ter. Hecyr.* 5. 3. 13. *ba.* Tua quod nibil refert, percoartari desinas. *pa.* Nihil aliud dicam? *ba.* Etiam. *Id. Phorm.* 3. 1. 10. *an.* Numquid patri subolet? *as.* Nihil etiam. *Id. Heaut.* 5. 5. 11. *cl.* Pater, omnis faciam: impéra. *ce.* Uxorem ut ducas. *cl.* Pater. *ch.* Nihil audio. *me.* Ad me recipio; faciet. *ch.* Nihil etiam audio ipsum. *Cic. Rosc. com.* 3. 9. Utrum cetera nomina habes, an non? Si nou, quomodo tabulas conficias? si etiam, quamobrem etc.? se si. *Id.* 4. *Att.* 5. Quid? etiam — sublurpula mibi videbatur esse παλιωδίς. Et cum addito *mehercule*, *Id. Planc.* 26. 65. Cui quum respondemus mea provincia decedere: Etiam mehercule, inquit, ut opinor, ex Africa. Adde eundem. 1. *Att.* 13., 2. *Ibid.* 6. et 3. ad *Q. fr.* 1. 7. § 24. *Plin.* 4. *Ep.* 13. Huius ego, Stades? inquam. Respondit, Etiam. Ubi? Mediolani. — Hoc sensu est aliquando concedentis. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 43. 134. Zeno in una virtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam, inquit, beatam, sed non beatissimam. *Id. Mur.* 31. 63. Misericordia commotus ne sis: etiam in dissolventia se veritate: sed tamen est laus aliqua humanitatis. si, ma. Sic *Plin.* 6. *Ep.* 2. sub fin. At quædam supervacua dicuntur: etiam: sed satius est et hæc dici. Cf. *eundem.* 2. *Ibid.* 3. 9. Dices, Habeo hic quos legam, non minus disertos. Etiam: sed legendi semper occasio est, audiendi non semper. — b) Haud raro est etiam interrogantis cum indignatione et increpantibus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 220. Etiam clamans, caruex? *Id. Asin.* 3. 3. 124. Etiam tu, here, istinc anuoxe ab te atque ipse me aggredire? *Ter. Andr.* 5. 2. 8. Etiam tu hoc respondes? mi respondi tu ancora? *Id. Eun.* 5. 7. 16. Quid dixisti pessimam? etiam rides? ancora ridi? *Id. Heaut.* 2. 2. 6. Etiam caues, ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens? vuoi tu star in guardia, accioccchè etc. *Cic. Pis.* 1. 2. Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa asserutum? *Id.* 3. *Verr.* 60. 156. Is mihi etiam queritur, quod a nobis, ix. solis diebus, prima actio sui iudicij translatia sit? Adde *Petrion. Satyr.* 21. et 95. *Plaut. Most.* 4. 2. 28. Illeus reclude: heus, Tranio; etiam aperis? apri tu ancora? *Id. Pers.* 2. 4. 4. Scelerate, etiam respicis? *Id. Most.* 2. 1. 35. etiam vigilis? *Ter. Adelph.* 4. 2. 11. etiam taces? *Id. Phorm.* 3. 3. 9. etiam tu hinc abis? Et cum addito ne interrogativa, *Plaut. Paen.* 1. 3. 22. Etiamne abis? *Id. Asin.* 1. 1. 95. Etiamne ambulas? — c) In familiari sermone jungitur etiam Imperativis; qua ratione *Forcellinus* accipit pro secundo, iterum: certe etiam vim quamdam adit pecularem. *Plaut. Most.* 2. 2. 41. *ra.* Circumspice dum, nun quis est, sermonem nostrum qui aucepit. *ra.* Tum probe est. *ra.* Circumspice etiam (It. guarda un'altra volta). *ra.* Nemo est, loquere nunc jam. Adde *eundem.* *Ibid.* 4. 2. 3. *Id. Bacch.* 5. 2. 70. Etiam tu, homo nibili, quod d' dant boni, cove culpa tua amisis. *Ter. Hecyr.* 5. 4. 1. Vide mi Parmenio, etiam sodes, ut mihi hæc veria et clara attuleris. Cf. *Cic. Ferr.* 75. 175. Cui pecuniam datam dicit? Dic etiam elarius. ¶ 4. Item etiam ad tempus quoque praesens aut præteritum referuntur, et est adhuc, etiamnum. — a) In propositione affirmativa. *Plaut. Trin.* 2. 4. 193. Eisi admnodum in ambiguo est etiam, nunc quid de hac re fuat. *Ter. Hecyr.* 4. 3. 8. Quia de uxore incertus sum etiam quid sim facturus. *Farron.* 6. *L. L.* 54. *Müll.* Olim fano consumens

batur omne quod prostratum erat, ut etiam fit, quod prætor Urbis quotidiani facit quum Herculi immolat publice juvencam. come si fa tuttavia. *Cic.* 5. *Verr.* 23. 56. Quum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est. *Sall. Cat.* 61. Catilina vero longe a suis inter hostium cadavera reperiit, paululum etiam spirans, ferociamque animi — in vultu retinens. *Virg.* 3. *G.* 189. Invalidus etiamque tremens, etiam inscius ævi. — Hinc ETIAM TUM, quod *V.* loco suo. — Sic pro etiamnum occurrit apud *Plaut.* *Asin.* 3. 2. 40. Os opprime: is est: etiam subauscultem. — b) In interrogatione. *Plaut. Most.* 2. 2. 89. Sed tu etiamne adstas, nec quæ dico obtemperas? *Ter. Heaut.* 4. 4. 20. Etiamne tecum hic res mihi est? Adde eundem. *Hecyr.* 3. 4. 18. *Cic.* 1. *Cat.* 1. 1. Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quamdui etiam furor iste tuus nos eludet? — c) Sæpissime in propositione negativa. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 46. Quia tibi minas viginti pro amica etiam non dedit. *Ter. Andr.* 3. 2. 23. Non satis me pernasti etiam, qualis sim. *Id. Andr.* 1. 1. 89. Egomet quoque ejus causa in fucus prodeo, nihil suspicane etiam mali. non per anco sospettando male alcuno. *Id. Eun.* 5. 8. 6. Huic ego numquam videram etiam. Adde eundem. *Ibid.* 5. 9. 62. *Cic.* 1. *Tusc.* 6. 12. Non dico fortasse etiam quod sentio. *Ces.* 6. *B. G.* 43. Ut modo visum ab se Ambiorigem in fugacitivi, nec plane etiam abisse ex conspectu contenterent. — d) Cum addito adhuc, nondum, vizendum; ut apud *Cic.* 5. *Verr.* 84. 194. Improbum facinus, judices, non ferendum, nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 117. Quid egerint inter se, nondum etiam scio. *Id. Ibid.* 5. 1. 19. Mane, nondum etiam dixi id, quod volui. Adde eundem. *Heaut.* 3. 3. 35. et *Andr.* 1. 2. 30. *Cic.* 1. *Cat.* 4. 10. Hæ ego omnia, vixdum etiam cœtu vestro dimiso, compéri. — e) Et cum addito dum apud *Ter. Heaut.* 2. 1. 17. Neque etiamdum scit pater. n̄ per anco lo sa. Al. aliter leg. ¶ 5. Denique etiam alii particulis jungitur vel respondet. — a) *Etiam* atque etiam est iterum ac tertio, vel iterum ac sœpius. Hinc *Cic.* 7. *Verr.* 72. 185. quum varios deos, atque in his Dianam invocasset, paullo post rursus invocans subdit: Teque etiam atque etiam, Diana, quam Ferga spoliavit et *Id. 3. Tusc.* 28. 69. Confitetur multa se ignorare, et multa sibi etiam atque etiam esse discenda. due e più volte. *Id. 13. Fam.* 28. Id igitur (puto enim, etiam atque etiam mihi dicendum esse) velim existimes, mihi le fecisse gravisimum. — Hinc ponitur pro magnopere, majorem in modum; et sæpissime jungitur cum verbis, quæ curare, rogare, reputare etc. significant. *Ennius* apud *Farron.* 7. *L. L.* 73. *Müll.* Quid noctis videtur in altissimo cœli clipeo? Tenui superat stellas sublime etiam cogens atque etiam noctis iter. *Plaut. Trin.* 3. 2. 48. Te moneo, hoc etiam atque etiam ut reputes, quid facere expectas. *Ter. Eun.* 1. 1. 11. Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam hoc cogita. *Cic.* 1. *Divinat.* 4. 7. Diligeuter etiam atque etiam argumenta cum argumentis comparenus. *Id. 13. Fam.* 15. 3. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. *Id. 16. Ibid.* 15. Cura te etiam atque etiam diligenter. *Liv.* 38. 9. Ut etiam atque etiam, quid agendum esset, considerent. Similiter *Cic. pro leg. Manil.* 19. 58.; et *Liv.* 3. 45. Etiam atque etiam considerare. *Cic. Divin.* in *Q. Cœcil.* 12. 37. et 4. *Acad.* (2. pr.) 19. 62.; et *Liv.* 36. 28. videre. *Sall. Jug.* 85. reputare. *Liv.* 22. 13. affirmare. *Id.* 41. 19. curare. *Cic.* 13. *Fam.* 72. commonescere. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 76. aspicere. *Cœull.* 63. 61. queri. — Reperitur quoque etiam et etiam. *Balbus* apud *Cic. post ep.* 15. 1. 8. ad *Att.* El non se totum etiam et etiam ab sermone nostro avertisset. *Al.* tamen rectius leg. stque. — *Etiam* atque etiam aliquando objective, uti ajunt, usurpar. *Lucret.* 1. 296. Quare etiam atque etiam sunt venti corpora cœca. *Cic.* 6. *Fam.* 22. Hæc quamquam nibili meliora sunt, nunc etiam atque etiam multo desperatiora. — b) *Etiam* ponitur et in altero propositionis membro, præcipue post particulas sive, an, aut, vel etc. — *Sive* — *sive* etiam apud *Cic.* 2. *Orat.* 35. 152. A quo quidem bovine — non aberrat oratio tua, sive tu similitudine illius divini ingenii in eadem incurris vestigia, sive etiam illa ipsa legisti atque didicisti, quod quidem magis veri simile videtur. Adde eundem. 4. *Tusc.* 3. 6. et *Mil.* 23. 63. — *In* — *an* etiam apud *Cic.* 4. *Tusc.*

22. 50. Quid igitur hic adhibetis iram? an fortitudo, nisi insanire cœperit, impetus suos non habet? quid? Herculem — iratumne censes conflixisse cum Erymanthio apro, aut leone Nemeo? an etiam Theseus Marathonici tauri cornua comprehendit iratus? — Aut — aut etiam apud Cic. 2. Orat. 82. 335. Controversia autem inter hominum sententias, aut in illo est, utrum sit utilius: aut etiam, quom id convenient, certatur, utrum honestati potius, an utilitat consilendum sit. Adde eund. Cœl. 20. 71., Senect. 19. 60. et 5. Tusc. 18. 51.; et Horat. 2. Ep. 2. 165. — Vel — vel etiam apud Cic. Amic. 22. 85. Nam implicati ultra et cliro vel usu diurno, vel etiam officiis, repente in medio cursu amictias, exorta aliqua offensione dirumpimus. Cf. eund. 3. Orat. 45. 179. — Primum — deinde etiam apud Cic. Amic. 20. 73. Tantum autem cuique tribendum, primum, quantum ipse efficeri possis; deinde etiam, quantum ille, quem diligas atque adjuves, sustineas.

**ETIAM DUM vel etiamdum.** V. voc. preced. 4. e.  
**ETIAM NUM vel etiamnum,** et

**ETIAM NUNC vel etiamnunc.** Apud Cic. et Cœs. postrema tantum occurrit forma. — *Etiamnum et etiamnunc significat nunc quoque (It. anche adesso, adesso pure; Fr. encore maintenant; Hisp. aun ahora mismo; Germ. jetzt noch, noch jetzt, noch; Angl. even yet).* Occurrit ¶ 1. Apud optimos quoque scriptores ea, qua diximus, significacione; et quidem — a) De tempore praesenti — In propositione affirmativa. Plaut. Merc. 4. 5. 14. sv. Etiamnunc mulier intus? sv. Etiam. Id. Stich. 5. 4. 16. Vide utram tibi libet etiamnum capere, capere provinciam. Id. Men. 3. 1. 15. Etiamnum reliquarum spes animum oblectat meum. Varro 3. H. R. 2. 3. Ego vero, inquit, te præsertim (recipio), cuius aves hospitales etiamnunc ructor, quas mihi apposuisti paucis ante diebus. Id. apud Non. p. 11. 15. Merc. Quod frontem lectice struebant, ex ea herba torta torum appellatum: hoc quod inicitur, etiamnum toral dicitur. Cic. Orat. 34. 119. De materia loquor orationis etiamnunc, non ipso de genere dicendi. Id. 2. Divinat. 47. 99. Ut mibi permixtum videatur quemquam existere, qui etiamnunc credit iis, quorum predicta quotidie videat re et eventis refell. Id. Rosc. Am. 52. 150. Si vestra bonitas et misericordia manet, salvi etiamnunc esse possumus. Adde eund. ibid. 28. 78. et 5. Verr. 38. 86. Salt. Cat. 52. Dux hostium cum exercitu supra caput est: vos cunctamini etiam nunc, quid intra moenia deprehensis hostibus faciat? Id. Jug. 31. Qui ne nunc quidem, obnotis iniuricis, exsurgitis, atque etiamnunc timetis eos, quibus decet terror esse. Liv. 3. 3. Se tamen, utrumque sit, etiamnunc, penitentia sua sponte Aequos, quam pati hostilia, nolle. Ovid. 1. Met. 357. terrent etiamnunc nubila mente. Sueton. Aug. 73. Instrumenti ejus et suppeditilis parcerimonia appetet etiamnunc, residuis lectis atque mensis. Id. Cœs. 31. Conversus ad proximos. Etiamnunc, inquit, regredi possumus. Al. leg. tunc. Justin. 8. 4. 7. Greciam, etiamnunc et viribus et dignitate — principem. Val. Flacc. 7. 454. etiamnanc deprecor, hospes, Me sine, et insontem misero dimite parenti. — In propositione negativa. Plaut. Pœn. prot. 99. Neque quidquam cum ea facit etiamnunc stupr. Cic. Mur. 12. 27. Jam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines tam ingeniosus, per tot annos etiamnunc statuere non potuisse, utrum etc. Id. Cluent. 59. 163. Quo de homine nihil etiamnunc dicere nobis est necesse. Ovid. 13. Met. 231. Nec Telamonides etiamnunc hincere quidquam audet. — b) De futuro. Cic. 3. Att. 17. 2. Ego autem, quoniam non longe eo tempore absimus, in quo res disjudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiamnunc circum haec loca commorabor. mi tratterò tuttaria. — De præterito tempore. Farro 1. H. R. 37. 5. Athenis in Lyceo quum etiamnunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse. Cic. 10. Fam. 10. Cujus rei non modo non præteriti tempus, sed ne maturum quidem etiamnunc nec quidem judicio fuit. nè men per anco. Id. 1. Cat. 4. 9. Confirmasti, te ipsum jam esse exiturum; dixisti paululum tibi esse etiamnunc moræ, quod ego viverem. Ctes. 6. E. G. 40. Si, qui in jugo constiterant, aullo etiamnunc usu rei militaris percepto, neque in eo, quod probaverant, consilio permanere, neque etc.

Adde eund. 7. ibid. 62. Asin. Pollio apud Cic. 10. Fam. 32. extr. Epistolam, quam Balbo, quum etiamnunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi. mentre pur anco era in provincia. Virg. 4. G. 135. Quum tristis hiems etiamnum frigore sava Rumperet et glacie cursus frenaret aquarum, Ille conam mollis jam tondebat hyacinthi. Ovid. 3. Fast. 155. Sed tamen errabant etiamnum tempora, donec Cesaris in multis hac quoque cura fuit. Plin. 35. Hist. nat. 3. 5. (16). Primi exercere Aridices Curinthus et Telephones Sieyonis, sive ullo etiamnum colore, jam tamea spargentes lineas litus. ¶ 2. A scriptoribus, qui post Augusti astatem floruerunt, usurpatum est simpliciter pro etiam. Colum. 5. R. 3. 1. Duas etiamnunc formulas praespositis adjiciam. Adde Cels. 5. 26. 20. et 7. 29. ad fin; et Senec. Ep. 113. Plin. 25. Hist. nat. 8. 47. (85). In quibus etiamnunc hodie in more sit latior convictu potionem e cœtuni herbis mulso additis credere saluberrimam. Id. 6. ibid. 33. 39. (211). His addemus etiamnum unam Graecæ inventionis seatentiam. Id. 37. ibid. 11. 71. (186). Est etiamnum alia distinctio. Id. 36. ibid. 5. 4. (26). Mars, etiamnum sedens, colossus. anche sedente. Forcellinus addit etiam illud, quod mihi ad superius paragr. referendum videtur, ejusd. Plin. 18. ibid. 3. 4. (20). Cincianus viator attulit dictaram, et quidem, ut traditur, nudo plenoque pulvere etiamnum ore. — Et cum Comparativis. Cels. 5. 26. 30. Si plus est, quod tolli opus est, adhuc sunt etiamnum vehementiora. Adde eund. 3. 26. et 8. 20.; et Senec. Ep. 87. et 102. Plin. 17. Hist. nat. 22. 35. (177). Si etiamnum infirmior erit, etc.

**ETIAMSI vel etiam si, ei xai,** particula concedendi, quæ in conditionalibus propositionibus locum habet, et significat etsi, quamquam, licet (It. ancorchè, anche se, benché, quantunque; Fr. quand même, quoique, lors même que; Hisp. aunque; Germ. wenn auch, auch wenn; Angl. alt hough, though). Occurrit — a) Cum Indicativo. Plaut. Epid. 3. 4. 81. Eamne ego siam impunim? immo etiamsi alterum tantum perdendum est, perdam potius, quam etc. Ter. Hecyr. 4. 4. 26. Etiamsi duum fuerat ambiguum hoc mihi; nunc non est. Cic. Opt. gen. orat. 2. 6. Etiamsi est in genere tolerabili, certe non est in optimo. Id. 3. Att. 24. extr. Ista veritas etiamsi jucunda non est, mihi tamen grata est. Id. 1. Orat. 17. 79. Quibus etiamsi ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe et otium et hercule etiam studium illud discendi acerrimum defuit. Adde eund. 1. de republ. 16. Id. Senect. 22. 79. Eundem igitur esse credite, etiamsi nullum videbitis. Cic. fil. ad Tiron. 16. Fam. 26. Etiamsi, quod scribas, non habebis, scribito tame. Salt. Jug. 10. In omni certamine, qui opulentior est, etiamsi accipit injuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur. Quintil. 9. 4. 45. Quod etiamsi constat utrumque pedibus, habet tomen non simplicem differentiam. Etiamsi sequente tamen frequenter occurrit apud eund. ut 5. 10. 8., 2. 2. 14. etc. Id. 9. 2. 99. Levissimum autem longe genus ex verbo, etiamsi est apud Cicernem. Ammian. 21. 16. Quod crimen, etiamsi non inventit, malignitas fingit. — b) Cum Conjunctivo. Plaut. Trin. 2. 4. 73. At pol ego, etiamsi vetet, edim atque ambabus malis expletis vorem. Cic. Amic. 27. 101. Omnia brevia, tolerabilia esse debent, etiamsi magna sint. Id. 1. Off. 4. 14. Quod etiamsi nobilitatum non sit, tamen honestum est, quodque vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, natura esse laudabile. Id. Mil. 8. 21. Neque enim hoc cogitavit vir justissimus, neque in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiamsi cupisset. Quintil. 11. 3. 91. Etiamsi juvenes agant. Id. 6. 3. 103. Etiamsi nomen proprium non adiceretur, tamen etc. Id. 5. 10. 118. Recepisse jus, etiamsi quod amiserint, Thebani videntur. Plin. Paneg. 7. Quem constet imperaturum fuisse, etiamsi non adoptasses. Tac. 16. Ann. 16. Etiamsi beata externa — memorarem. Quintil. 10. 1. 89. Etiamsi versificator quam poeta melior, si tamen — perscripsisset, vindicaret sibi juare secundum locum. — c) Omissio verbo. Cic. Orat. 31. 112. Hunc librum, etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necessary sit. Id. Cœl. 3. 8. Quis est enim, qui isti aetati atque etiam isti dignitati non possit, quam velit petulanter etiamsi sine ulla suspitione, at non sine

argumento maledicere? Quintil. 5. 12. 5. Singula levia sunt et communia: universa vero valent, etiamsi non ut fulmine, tamen ut grandine. Id. 11. 3. 48. Etiamsi toto proposito contractum atque summissum: — tamen fuerit, necesse est, aliquid plenius et erectius. Id. proem. 4. Etiamsi necessaria, prouul tamen ab ostentatione positas. Id. 2. 20. 6. Etiamsi non perfecte, tamen ut inessent quedam semina ejus facultatis. Plin. 7. Hist. nat. 27. 28. (100). Quæ mihi omnia etiamsi non prius, attamen clarius fuisse in Scipione Emiliano videntur. — d) Aliquando dividitur interjecto verbo. Cic. 1. Orat. 33. 152. Qui a scribendis consuetudine ad dendum venit, hanc assert facultatem, ut, etiam subito si dicat, tamen illa, qua dicantur, similia scriptorum esse videantur. — e) Interdum pro etiamsi occurrit etiam ut eodem sensu. Cic. 15. Att. 5. 2. Ego autem, etiam ut nullum periculum sit, tantum abest ut Antonii suspicionem fugere non curem, etc. Quintil. 1. 7. 10. Nam k quidem in nullis verbis utendum puto, nisi quæ significat, etiam ut sola ponatur.

**ETIAMTUM vel etiam tum, et raro admodum**

**ETIAMTUNC vel etiam tunc,** particula quæ praeteritum tempus respicit, et significat usque ad id tempus, illo etiam tempore (It. sino allora, anche allora; Fr. alors encore, alors même, encore; Hisp. entonces; Germ. damals noch, noch, damals immer noch, immer noch; Angl. even down to that time, even then). Occurrit — A) *Etiamtum* — 1.) De illis, quæ jam præterierunt, neque amplius existunt. — a) Sapientissime cum Imperfecto. Cic. 2. Orat. 22. 93. Omnes etiamtum retinebant illum Perieli succum: sed erant paulo uberiore filo. Salt. Cat. 2. Etiamtum vita hoquinuni sine cupiditate agitabatur. Id. Jug. 63. Tamen is ad id locorum — patre non audebat: etiamtum alias magistratus plebes, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Tac. 1. Ann. 74. Manebant etiamtum vestigia libertatis. Id. Agric. 39. Nam etiamtum Agricola Britanniam obtinebat. — Et cum Imperfecto Coniunctivi vel Indicativi i præced. part. quum apud Cic. 4. Verr. 39. 97. Veniunt ad istum domestici nuntii litterasque a patre afferunt ante Kal. Decembres, quum isti etiamtum de Sthenio integra tota res esset. Tac. 15. Ann. 64. Ita codicillis prescriperat, quum etiamtum prædives et præpotens supremis suis consuleret. Cic. 7. Verr. 34. 88. Evolarat jam e conspectu fore fugiens quadrirēmis, quum etiamtum certe raves suo in loco moliebantur. Salt. Jug. 54. Itaque multum dei processerat, quum etiamtum eventus in incerto erat. — b) Cum Ablativis absolutis. Cic. 2. Cat. 2. 4. Quum viderem, ne vobis quidem omnibus re etiam tum probata, si illum morte multassem, fore ut etc. Salt. Jug. 40. Inter letitiam plebis et suorum fugam, trepidi etiamtum civitate, quum ex Mamilli roagatione tres quisitores rogarentur etc. Id. ibid. 21. Obscurum etiamtum lumine. Adde eund. fragm. 4. 23. Gerlach. Sic Sueton. Domit. 8. Dubia etiamtum causa. Tac. 11. Ann. 22. Regibus etiamtum imperantibus. Id. 1. ibid. 3. Integra etiamtum domo sua. Id. 2. ibid. 52. Nullio etiamtum urbium cultu. — Huc referri possunt et illa, quæ Ablativorum absolutorum similia sunt. Sueton. Tib. 42. In castris tiro etiamtum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio Biberius — vocabatur. Id. Claud. 27. Inque secundo consulatu natum sibi parvulum etiamtum et militibus pro conclave manibus suis gestans et plebi commendabat. Id. Cal. 10. Quam defunctam prætextatus etiamtum pro rostris laudavit. — c) Aliquando dividitur interjecto verbo. Tac. 13. Ann. 50. Plerasque vettigalium societas a consulibus et tribunis plebis constitutas acri etiam populi Romani tum liberatae. — d) *Tum etiam eodem sensu apud Tac. 3. Ann. 61.* Ubi Latonam partu gravidam et oleæ, quæ tum etiam maneat, adnisam edidisse ea numina. — 2.) Cum Præsente historico. Ter. Hecyr. 1. 2. 70. Diebus sane pauculis post, Pamphilus me solum seducit foras: narratque ut virgo ab se integræ etiamtum siet. Salt. Jug. 54. Ubi videt regis etiamtum animum ferocem esse. Tac. 1. Hist. 49. Truces etiamtum animos cupido involat eundi in hostem. — e) *Etiamtunc legitur apud Cic. Sext. 38. 81.* Si P. Sextius — occisus esset: fuitisne ad arma ituri? an etiamtunc quiesceretis, cunctaremini, timeretis, quum rempublicam a facinorosissimis sicariis et a

servis esse oppressam atque occupatam viderelis? Apud Sueton. Cœs. 31. pro etiamtunc alii leg. etiamtunc.

ETIAM UT. *V.* ETIAMSI sub e.

ETSL, conjunctio concedendi seu concessiva, xai tot; si xai (It. se bene, quantunque, ancora che; Fr. quoique, bien que, quand même, même si; Hisp. aunque; Germ. auch wenn, wenngleich Angl. though, althoug, albeit).

I.) Proprie occurrit — a) Cum Indicativo, et  
respondente part. *tamen*. *Plaut.* *Cas.* 5. 3. 16. Va-  
polo bercle ego inyitus tamen, etsi malum merui.  
*Id.* *Rud.* 5. 2. 63. Tamen fiet, etsi tu Edem ser-  
veris. *Ter.* *Hecyr.* 2. 2. 1. Etsi scio ego, Philome-  
na, meum jus esse: — ego tamen patrio animo victus  
faciam. *Cic.* 6. *Fam.* 18. 3. Etsi abest maturitas æ-  
tatis, jam tamen persouare aures ejus hujusmodi vo-  
cibus non est inutile. *Id.* 1. *ad Q.* f. 1. *init.* Etsi  
non dubitabam, quia banc epistolam etc., tamen ex-  
stimavi etc. *Id.* *Mil.* 1. 1. Etsi vereor, judices, ne  
etc. tamen etc. *Nepos Themist.* 3. Hinc etsi pari  
prælia discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi  
manere. Adde eund. *ibid.* 5., *Alcib.* 8. et *Att.* 10.  
*Firg.* 9. *Zen.* 44. Ergo, etsi conferre manum pudor  
iraque monstrat, Objiciunt portas tamen et pree-  
cepta facessunt. — Et omisso *tamen*. *Plaut.* *Bacch.*  
5. 2. 73. Age, id jam, ut ut est, etsi est dedecorum  
et omisso *tamen*. *Id.* *Amph.* 1. 1. *init.* *Id.* *Amph.* 1. 1.  
Tamen, etsi non poteris, non poteris.

patiar. *Forcellinus* addit locum ejusd. *Trin.* 4. 2. 106., quem ipse non loveni. — Et respondens par- certe apud *Cic.* *Marcell.* 5. Etsi aliqua culpa te- nemur erroris humani, a scelere certe liberati su- mus. — b) Cum Subjunctivo. *Plaut.* *Aulul.* 3. 2. 7. Pol, etsi taceas, palam id quidem est. *Id.* *Capt.* 4. 2. 76. Ut tu cupias facere sumptum, etsi ego ve- tem. Adde *eumqd.* *Truc.* 4. 3. 41. *Cic.* 7. *Att.* 3. El- si cupidissime expeditum a me sit, tamen non est no- stra contentionē perfectum. *Id.* *Sull.* 32. 90. Etsi nihil aliud Sulla nisi consulatum abstulissetis, ta- men eo vos contentos esse oportebat. *Id.* 6. *Fam.* 4. Etsi idipsum nonnullis videatur secus. *Liv.* 3. 3. ad fin. Ubi etsi adjectum aliquid numero sit, magna cererē cædes fuit. Adde *eumqd.* 3. 68., 5. 36. et 5. 42. — Juxta *Forcellinum* aliquando vales et quamvis, se disjunctum scribi debet. *Cic.* *Amic.* 27. 104. Et, si illis plane orbatus essem, magnum tamen offerret mihi ætas ipsa solutum. Hic tamen et conjunctio, si particula conditionalis videtur. — c) Sine verbo. — Etsi vel etsi non — tamen, sicut *Cic.* 3. *Orat.*

— *Etsi ver. et si non — tam apud Cil. 3. Crat. 4. 14.* Atque ei, eti nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio, meritam gratiam debitamque referamus. *Id. Harusp. resp. 31. 44.* Fuit in his omnibus causa, et si non justa, — gravis tamen. *Add. eund. 16. Fam. 24. Liv. 3. 56.* Superbie crudelitatis eti seras, non leves tamen venire pœnas. *Id. 38. 41.* Etsi iniquo loco, prælio tamen justo dimicandum erat, et mox. Etsi iter non infestum, suspicuum tamen. *Add. eund. 2. 16. — Etsi non — at apud Cic. 6. Fam. 6. 2.* Animum tuum — eti non sapientissimi, at amicissimi hominis auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto. *Sueton. Ner. 33.* Cujus necis eti non auctor, at conscius fuit. — *Etsi non — at certe apud Sueton Cal. 12.* Ipsam postea, eti non de perfecto, at certe de cogitato quondam patricidio professum. *Tac. 12. Ann. 30.* Lætis hostibus, tamquam ducem haud spernendum eti non prælium, at certe bellum absumpsisset. *Id. Dial. de orat. 19.* Quin elementis studiorum, eti non instructus, at certe imbutus sit. — *Etsi non — certe apud Liv. 25. 6.* De nobis eti non iniquum, certe triste senatusconsultum factum est. — *Etsi non — saltem apud Liv. 2. 43.* Etsi non abhortatio invisi ducis, suum saltem flagitium, postmodo periculum cogere potuit gradum accelerare.

II.) Translate et si servit eleganter correctioni,  
ut quamquam, et apud Graecos κατεπι, κατο.  
*Plaut. Capt. 3. 5. 86.* Vale atque salve: et si aliter  
ut dicam, meres. *Cic. 9. Att. 10. 2.* De, do penas  
temeritatis meæ: et si quo fuit illa temeritas? *Id.*  
*16. ibid. 7. 2.* Lectis tuis litteris admiratus equidem  
sum, te tam vehementer sententiam commutasse:  
sed non sine causa arbitrabar. Etsi, quamvis non  
fueris suor et impulsor profectio[n]is meæ, appro-  
bator certe fuisti, duummodo Kal. Jan. Romæ essem.  
*Id. 12. ibid. 45. 2.* Nunc hæc, quæ refra[n]cent, biè  
ine magis angunt. Etsi tamen, ubicumque sum, illa  
sunt mecum. se bene però. *Id. 13. ibid. 41.* Utrius-  
que nostrum idem consilium esse debet: et si in me

graviores injuriæ et certe notiores. *Id.* 7. *ibid.* 3. 3. Habet enim res deliberationem: etsi ex parte magna tibi assentior. *Addit. Sueton. Tib. 61.*

## ETUSSIO. V. EXTUSSIO.

**ETYMOLOGIA**, sc. f. i. ἐτυμολογία, oratio qua  
vera origo nominis et ratio exponitur: ab ἐτύπῳ  
verus et λόγῳ sermo. Ad rem *Cic.* *Topic.* 8. 35.  
Multa etiam ex notatione sumuntur. Ea est autem,  
quum ex vi nominis argumentum elicatur: quia  
Graeci ἐτυμολογίαν vocant, id est, verbum ex verbo,  
veriloquium: nos autem novitatem verbi non satis  
apli fugientes, genus hoc notationem appellamus,  
quia sunt verba rerum nota. Itaque hoc idem Ari-  
stoteles συμβολὸν appellat, quod Latine est nota.  
*Quintil.* 6. 5. 1. Etymologia, quae verborum origi-  
nem inquirit, a Cicerone dicta est notatio, quia no-  
men ejus apud Aristotalem inventum συμβολὸν,  
quod est nota; nam verbum ex verbo duetum, idest  
veriloquium, ipse Cicero qui fixit, reformatid. Sunt  
qui vim potius intuiti, originationem vocant. Haec  
habet aliquando usum necessarium, quoties inter-  
pretatione res, de qua queritur, cget: ideoque in  
definitionibus assignatur etymologia locus. Nonnun-  
quam etiam barbara ab emendatis conatur disser-  
nere, ut quam Triquetram dei Siciliam an Triquet-  
ram, meridiem an medidiem oporteat, queratur.  
Continet autem in se multam eruditioinem, etc. Ade-  
de *eund.* 7. 3. 25, 5. 10. 55. et 1. 6. 29. *Cic.* 1.  
*Acad.* (post.) 8. 32. Verborum etiam explicatio pro-  
babatur, idest qua de causa quæque essent ita nomi-  
nata, quam etymologiam appellabant. Ita *Forcellini-*  
*nus*: at rectius *Orellius* Graecis litteris vocem exhibet.  
Addc *Varron.* 7. L. L. 109. *Hüll.*; et *Gell.* 19.  
13. *Cassiod.* *Instit.* div. litt. 1. Etymologia est aut  
vera, aut verisimilis demonstratio, declarans ex qua  
origine verba descendant.

ETYMOLÓGICE, es, f. 1. ἐτυμολόγική, ars verborum originem inventandi. *Varro* 7. L. L. 4. *Müll.* De originibus verborum qui multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendendum; præsertim quoniam dicat etymologicæ, non omnium verborum dici posse causam. *Addic eumd.* ibid. 109.; ubi tamen Græcis litteris *Müllerus* exhibet.

**ETYMOLÓGICUS**, a, um, adject. ἐτυμολόγικός, ad etymologiam pertinens. *Gell.* 1. 18. Vocabulum Græcum resolvit in voces Latinas ratione etymologica falsa.

EU

**EU**, interj. eu, particula approbantis, seu laudantis, et significat bene, recte, optimè (It. oh bravo; bene; Fr. bien, très-bien, bravo; Hispan. bien, bravo; Germ. schön, gut, brav; Engl. bravo! o! brave, well done!) Inservit — a) Gaudio significando. **Plaut.** *Most.* 1. 4. 26. Eu Philotaches. salve amicissime mihi hominum omnium. *Ter.* *Phorm.* 3. 1. 14. Eu Phormio. *Id.* *Eun.* 1. 2. 74. Eu noster, laudo, tandem perdonavit. Ita utroque Tertio loco legi *Agroet. de orthogr.* p. 2272. *Putsch.*, nam alii hoc posteriore heus; priore heu. — b) Admiratio. **Plaut.** *Mil. glor.* 4. 4. 10. Eu, probe! *Horat.* A. P. 347. si de quincunce remota est Uocia, quid superat? poteras dixisse. triens. eu! Rem poteris servare tuam.

EUAN, antis, m. 3. Eūav, unum ex cognominibus  
Bacchi: ab *scīv*, qua vox est, qua Bacchē in sacris  
Baccho clamabant. *Ovid.* 4. *Met.* 15. Nyctelius  
que, Eleusisque pater, et Iacchus, et Euan. *Lucret.*  
5. 742. gradilur simul Euius Euan. — Hinc

*Evans*, *tis*, l. 3, absolute, substantivorum more  
(quasi particip. ab *in*usit. *evo*, *as*) est *barchans*, *furens*,  
*exultans*. *Virg.* 6. *AEn.* 517. *Illa chorum si-  
mulans*, *euantes orgia circum Duebat Phrygias*.  
*Catull.* 64. 386. *Sæpe vagus Liber Parnassi et vertice  
summo Thyadas effusis euantes crinibus egit*. *Sil.*  
*It.* 1. 101. *Non ille euantis Massyle palluit aras*. *h.*

e. Bacchæ Massyliae. *Apul.* 8. *Met.* Attollentes immanes gladius ac secures, evantes exsilient, incitante tibia cantu lymphaticum tripudium.

**EUANGELICUS**, a, um, adject. *euxygenicos*. Littere primam syllabam corripuit *Ennod*. 1. *carm.* 9. 172. quod ab ubere Paulus Presst; euangelicus plena est cui dextra papillis. — Euangelicus est ad Euangeliū pertinens. *Terull*. 4. *contra Marcion*. 2. Euangelicum instrumentum Apostolos auctores babel et 39. a med. Euangelica scriptara. *Prudent Apotheos*. 494. Laxavil Scythicas verbo penetrante pruinias Vox Euangelica.

**EUANGÉLISTA**, *æ.* m. *i.* *scriptor Euangelli,*  
*Eγαγέλτης.* *Prudent.* *6. Cathemer.* *77. Euange-*  
*lista summi Gloriosissimus magistri. Adde Vulgat.* *in-*  
*terpr. *Esai.* *41. 27.*, *Act.* *21. 8.*, *Ephes.* *5. 11.* et  
2. *Tim.* *4. 5.**

**EUANGELIUM**, *ii.* n. 2. Græce est bonus sive latius nuncius; ab *eu* *belle*, *feliciter*, et *āγαλλία* *nuncius*. Hinc Christiani Euangelium appellatunt Christi sermonem et doctrinam, quia in ea passim felicitas æterna illis annunciatur. **Tertull.** 4. *contra Marcion.* 3. — *Euangelia*, *orum*, *sacrificia* et *suppliciones*, quæ pro iudicio nuncio decretui consueverunt; item merces allati iudicandi nunci. **Cic.** 2. *Att.* 3. et 12., et 13. *ibid.* 40.; sed Græce.

**EUANGÉLIZÁTOR**, óris, m. 3. qui Euangellum publice prædicat. *Tertull. Cor. mil.* 9. et *Præscript.* 4.

EUANGELIZOS, us. ut, atque, nec, et, non, quod, quod  
et, bona nuncio, annuncio. *Fulgat. Interpr. Luc.*  
2. 19. Euangelizo vobis gaudium magnum. *Id. Act.*  
*Apel.* 8. 33. Euangelizebat illi Jesum. et 14. 6. Ibi  
euangelizantes erant.

EUAX, interiection ges.

**EUAX.**, indefectio genitivi et substantivae. *Esse esse esse ab auctoritate Euantem, seu Bacchum inclamo* (It. *viva!*; Fr. *hé!*; Hisp. *hé! hé!*; Germ. *juch hei, heisa*; Angl. *hurra, huzza*). *Plaut. Curi. 1. 2. 3. Ubi, ubi est? proge me est: euax! habeo. Id. Cas. 4. 4. 13. Euax! nunc pol demum ego sum liber. Id. Bacch. 2. 3. 13. Nic. Venitne? chry. venit. Nic. euax! asperisti aquam. Id. ibid. 4. 4. 73. Euax dimis bellus, atque ut esse maxime optabam, locus!*

EUBOLION, n. n. 2. idem ac dictamus. *Apul.*  
*Herb.* 62.  
EUCHARIS, l. adject. Græca vox εὐχαρις, affa-  
bilis; ab εὖ bene et χάρις gratia. *Fulgi.* interpr.  
*Ecclesiastes*. 6. 5. Et lingua eucharis in bono homine  
shundat.

**EUCHÁRISTÍA**, ae, f. 1. ab εὐχαριστίῳ gratias ago, a Catholicis scriptoribus adhibetur pro augustinissimo Sacramento Corporis et Sanguinis D. N. I. *S. Cyprian. Ep. 10. V* et voc. sed.

**EUCHÁRISTICON.** Ep. 10. v. et vob. seq.  
EUCHÁRISTICON, i. n. 2. εὐχαριστίκη, quod  
gratis agendis inservit. **Tertull.** *Præscript. haeret.*  
47. Ipsum introducunt ad benedicendi eucharistia  
sua. h. e. oblationes pro gratiarum actione. Alli  
minus recte leg. eucharistica, ut sit eucharistica, oration  
s. plur. 2. — *Eucharisticon* inscribitur carmen  
*Stalii* 4. *Silt.* 2, in quo gratias agit Domitius.

quod convivio ab eo fuerat admisus.

EUCHÈT.E, àrum, m. plur. 1. εὐχέται, heretici, quibus hoc nomen inditum est ex orationis assiduitate, quod incredibiliter, ut inquit *Augustin. 5. de hæret.* 58., perpetuo faciebant, adeo ut monachos fervore vita gratia quidam facere, impium ducent, quia sic interpellaretur orandi facultas.

EUCLEA, &c. s. l. nomen plantæ, quam ridiculo  
sane, sed non semel admisso errore finit Plin., qui  
postquam de antirrhino vel anarrbino egit, addit 25.  
*Hist. nat.* 10. 81. (130). Similiter ea, quam euclæam  
(magi) vocant traduntque ea peruncos commendationis  
esse famæ. Euclæa itaque est Græca vox σύ-  
λλογια, ab εἰ bene et χλέως fama, gloria, hoc est  
bona fama. Nonnulli legunt euples, alii eupilia: at  
euclea legendum est cum Schneidero, Silligio et  
Ehr. Theophr. 9. *Hist. plant.* 18. 2

EUCNEMOS<sub>z</sub>, i. m. et f. ευκνήμος, babens pal-  
cra-crura: ab ει belle et κνήμη crus. *Plin.* 34. *Hist.*  
*nat.* 8. 19. (82). *Strongylion* fecit Amazonem,  
quae excellens exquirit eucnemam ancellant.

**EUDIÆON**, lineum flum, quod medicis extremo in clysterio reliquaunt, per quod  $\lambda\delta\omega\rho\varsigma$  emititur. *Paul. Diac. p. 78. 13. Müll.* Porro **eudiaos**, aut **eudias**; Græce est foramen in navि, quo effluent

pluviae aquæ et quæ e sentina exhauriuntur: vel clavis, seu cuneus ligneus, qui in id foramen insigatur, quo exempto, aquæ effluunt: a cuius similitudine lineum illud filium dictum est.

**EUERGANEUS**, s., um, adjekt. *Euerganeæ tristes*, quas memorat *Vitriv. 5. 1. 9. Schneid.*, aliis ita dictæ sunt, quod sint astabre politæ et compactæ; ab *εὐεργάτης*, quod idem significat: aliis, quod ea derivatio insolens videatur, sunt ab evergendo, quod in aliquam partem vergant et propendeant: sunt etiam, qui vero similius putant, legendum *euerganeæ*, ab *εὐεργάτης efficax*, quia nempe ex *Vitriv. loc. cit.* constat, eas trabes tecto basilicæ sustentando apprime esse destinatas. Recentiores plerique priorem sententiam sequuntur.

**EUTHES**, is, adjekt. Græca vox *εὐθῆς bonis meritis prædictus* (ab εὐ bene et θῆς mos), simplex, et in malam partem stultus. Latinus litteris habet *Ammian. 22. 8. A contrario per cavillationem Pontus Euxinus appellatur, ut euethen Græci dicitur stultum, et noctem euphonren, et furias Eumenidas.*

**EUGALACTON**, i., n. 2. *εὐγαλακτον*, herba, de qua ita *Plin. 27. Hist. nat. 9. 58. (82)*. Giaux antiquitus eugalacton vocabatur, cytiso et lenticulae foliis similibus: aversa candidiora. Rami in terram serpentini senive, admodum tenues ab radice. Flores purpurei excent. Iovenitur juxta mare. Coquitor in sorbitione similaginis, ad excitandam ubertatem lactis. — Ex his *Plin.* verbis appetat, ita esse appellatam ab εὐ bene, abunde, et γάλα, αξος lac: quia nimurum lactis ubertatem excitat. De synonymia *V. GLAUX*.

**EUGE**, εὐε, interjectio variis inservientis affectibus: a Græca vox allata, quæ recte, sane significat; et occurrit fere apud *Plaut.* et *Ter.* tantummodo; si excipias *Martial. 2. 27.*; et *Vulgat. interpr. Psalm. 69. 4.* et alibi saepe. — 1.) *Euge* est — a) Interjectio lætitiae, *Rinc.* — *Sæpe* est lætantis. *Plaut. Aulul. 4. 6. 11.* *Euge, euge, dil me salvum et servatum volunt.* — Et gratulantis. *Plaut. Pers. 1. 3. 10.* *Me dicit: euge!* *Id. Rud. 1. 2. 73.* Ut affllicantur misere! *Euge, euge, perbene!* ab saxo avertit flatus ad litus scapham. — Et plaudentis. *Plaut. Asin. 3. 2. 9.* *Eas nunc legiones, vi pugnantiæ perjurii nostris, euge! potiti. e viva.* — Et approbant et laudant. *Ter. Phorm. 5. 6. 30.* *Euge, Geta! braco.* — Et hortantis. *Plaut. Host. 3. 1. 59.* *Euge, strenue. Huc referri potest et illud inctuentis apud eund. Cas. 2. 6. 34.* *Euge, cave.* — Et animadvertis ex improviso. *Ter. Andr. 2. 2. 7.* *O Pamphile! Te ipsum quero: euge Charine! ambo opportune. oh ve!* Adde *Plaut. Merc. 2. 2. 12.* — b) Est etiam cum ironia approbantis. *Plaut. Amph. 2. 2. 170. ALC. Lavisti. AMPH. Quid, posteaquam Javi? ALC. Accubuisti. 50.* *Euge, optimè! molto bene.* Ade eund. *Pers. 1. 3. 10. Ter. Adelph. 5. 7. 13.* *Euge! Jam lepidus vocor. buono!* — Hinc *euge* est etiam insultans, ut docet *Hieronym.* in *Ezech. 1. 2. c. 6.* — 2.) *Euge papæ* majorem vim habet, est cum ironia approbantis et occurrit apud *Plaut. Merc. 3. 4. 41.* *Dii sciunt, culpan meam istam non esse ullam. CHA. Euge, papæ! Deos absentes testes memoras: qui ego istuc credam tibi? bene! cappita!* — 3.) *Eugepæ* eodem sensu occurrit, quo *euge;* et nonnullis videtur contractum ab *euge* et *pæ*, alias vero compositum ab εὐεις et παι, ita ut scribendum sit per diphthongum ει. Est autem — a) Exultantis. *Plaut. Rud. 1. 2. 81.* At in rado est: jam facile enabit, *eugepæ! e viva.* — Mirantis. *Id. Epid. 1. 1. 11.* *Eugepæ! corpulentior videre atque habilior. cappita!* — b) Ironicæ approbantis. *Id. Amph. 4. 1. 10.* Sed ædes occluserunt: *eugepæ! Pariter hoc sit, atque ut alia facta sunt. buon per mia fe!*

**EUGÈNEUS** vel

**EUGÉNIUS**, a, um, adjekt. *Eugenice uiræ sunt uirorum genus, quæ a nobilitate et generositate sicut dictæ sunt: nam εὐέστοι est nobilitas. Colum. 3. R. R. 2. 16.* Frigidum ac roscidum solum et cætum commodissime sustinent eugenæ, dum sunt in Albano colle: nam mutato loco, vir nominis suo respondent. — Hinc *eugenium* vinum, quod inde fit. *Cato R. R. 6. et Varro 1. R. R. 25. 1.* geminum *eugenium* vocant: quare duplicitis generis suisse videtur.

**EUGÈPE.** *V. EUGE* sub 3.

**EUGIUM**, ii, n. 2. medium foramen τοῦ αἰδοῖου τυπακεῖον, et ipsum αἰδοῖον: ab εὐγεῖος secundus. *Lucilius et Laberius apud Non. p. 107. 30. Merc. et p. 490. 22. V. PUELITOR.*

**EUGHÄGES**, um, m. plur. 3. ita appellati sunt apud Gallos viri sanctioris vitæ genere insignes, qui naturæ arcana scrutari solebant: εὐχάγεις enim sanctum significat. Vide *Ammiani locum in V. BARIDI.*

**EUHYAS** vel

**EUIAS**, adis, f. 3. *Eūtāz, Baccha.* De ratione scribendi, *V. EUHYUS* in *ONOM. Horat. 3. Od. 25.* 8. non secus in jugis *Erosomis* stupet *Eubias* Hebrum prospiciens etc.

**EUHOE.** *V. EUOE.*

**EULOGIARIUS**, ii, m. 2. qui eulogias, seu munera ab episopis ex eorum mensa ad privatos missa, conficit, vel defert. Vox a Lexico expungenda; occurrat enim tantummodo in *Not. Tir. p. 192. V. DUCANGII Glossar. Lat. in V. EULOGIA.*

**EULOGIUM.** *V. ELOGIUM.*

**EUMECES**, is, n. 3. ¶ 1. Est balsami genus levii cortice, ab εὐμηκης bene longus, quod ceteris sit procerius. *Plin. 12. Hist. nat. 25. 54. (113). Cl. Fée (Op. cit. vol. 1. p. 53.)* hæc sit ad h. 1. ¶ Le trois sortes de baumier, qualifiées d'euthieriste (qui se taille aisement), de trachi (qui a une écorce bouteuse), et d'eumeces (élévé), ne sont point continues des modernes et n'indiquent vraisemblablement que trois états différens d'un seul et même arbre. ¶ 2. Item gemma oblonga figura, silici similis, quæ, capiti supposita, visa nocturna oraculi modo reddit. *Plin. 37. Hist. nat. 10. 58. (160).*

**EUMETRIA**, se, f. 1. εὐμετρία, justa proportio; ab εὐ bene et μέτρον mensura. *Veget. 4. Veterin. 2. 21.* Hæc eumetria equi convenit statuæ honestæ ac mediæ.

**EUMITHRES**, æ, f., vel rectius m. 1. geminæ species: ab εὐ bene et Μίθρης, Mithras, numen Persarum, quod idem ac Sol. *Plin. 37. Hist. nat. 10. 58. (160).* Eumithres Belli gemmam, sanctissimi deorum sibi, Assyrii appellant, porracei coloris, superstitionibus gratam.

**EUMOLPIDIÆ**, ñrum, m. plur. 1. *Εὐμολπίδαι*, sacerdotes Athenis, præsides quorundam sacrificiorum nocturnorum, quos Eumolpus (qui et Eumolpus scribitur) Musæ, vel Orphei, vel Neptuni et Cibones filius in honorem Bacchi, vel Cereris in ea urbe instituerat: cuius posteri in id sacerdotium jure quodam sanguinis initiantur. Alii volunt eorum sacrorum Orphei habuisse magistrum. De Eumolpi etiam patria varia traduntur, aliis Thracem, aliis Athœiensem facientibus, aliis Ægyptium. Sunt etiam, qui unum Thracem suisse dicunt, Neptuni filium, alium Eleusinum, vel Atheniensem, Musæ filium, Orphei discipulum. Meminere Eumolpi et Eumolpidarum *Cic. 2. Legg. 14. 35. Neps. Alcib. 4. et 6. (cf. et Justin. 5. 1. 3.) Ovid. 3. Pont. 3. 41. et 11. Met. 93. ; et Tac. 4. Hist. 83.*

**EUNEOS**, i., m. 2. *V. EUREOS.*

**EUNUCHINUS**, a, um, adjekt. ad eunuchum pertinens, ut *Eunuchina facies*, apud *Hieronym. Ep. 22. n. 27.*

**EUNUCHION**, ii, n. 2. *εὐνούχον*, laetucæ genus. *Plin. 19. Hist. nat. 8. 38. (127).* Quidam vocant eunuchion, quoniam hæc maxime refragetur Veneti. *V. ASTYTIS.*

**EUNUCHISMUS**, i., m. 2. eviratio, ut *Eunuchismum facere*, apud *Cel. Aurel. 1. Tard. 4.*

**EUNUCHIZATUS**, a, um, particip. ab inusit. eunuchizo, eunuchus factus. *Hieronym. 1. contra Jovinian. 7. ex Math. 19. 12.*

**EUNUCHO**, is, are, a. 1. *εὐνούχων* castro. *Varro* apud *Non. p. 106. 8. Merc.* Qui se eunuchat.

**EUNUCHUS**, i., m. 2. *εὐνούχος*, castratus, cui nempe adempti sunt testiculi. Etymon est ab εὐνό lectus et ἔχω euro, quia lecti et cubiculi mulierum custos habitus fuit: alii vero derivant ab εὐ bene, νοῦς mens et ἔχω habeo, quasi habens bona mentem, quia res Venetæ amentiam inferunt, et qui illi abstineant, valde sapere videantur: alii denique deducunt ab εὐνός τοῦ ἔχειν, h. e. privatus, expers conubium. Priorem notationem confirmant *Claudian. 1. in Eutrop. 98.* cuncte omnibus una virtus Esset in eunuchis, thalamos servare pudicos, etc. *Id. ibid. 410.* Millitia eunuchi numquam prægressa cubile, et *Ammian. qui 18. 4.* cubicularios vocat, quos paullo ante spadones dixerat. *Gloss. Philox. Eū-*

*νοῦχοι*, cubicularii. Addo *Etymol. M. in V. Eūνοῦχος.* — a) De hominibus. Videtur Semiramis Assyriorum regina omum prima fecisse eunuchos. *Claudian. loc. cit. 330.* seu prima Semiramis astu Assyris mentita virum, ne vocis acutæ mollities levæque genæ se prodere possent, Hos sibi conjunxit similes: seu Parthica ferro Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram, Servatoque diu puerili flore coegit Arte retardatam Veneri servire juventam. *Ammian. 14. 6.* Semiramis regina, qua teneros mares castravit omnium prima, vim injectans natura. — Duplex porro fuit eunuchorum genus, eorum nempe, qui ante pubertatem testiculis privarentur, ut virom, qui præposta Venere delectarentur, libidini diutius inservirent. Hi præcipue ex Delo insula Romanam advehebantur. *V. DELIACUS. Cic. Orat. 70. 232.* Multi eunuchi ex Syria Ægyptoque. *Martial. 3. 82.* Digitæ crepantis signa novit eunuchus. *Lamprid. Alex. Sev. 23.* Tertium genus hominum eunuchos esse dicebat, nec videndum, nec in uso habendum a viris, sed vir a feminis nobilibus. — Alterum vero eorum, qui citra conceptionis periculum feminarum libidini explendæ destinati matura jam estate evirabantur, de quibus loquitur *Juvinal. 6. 366.* Sunt quas eunuchi imbellæ, ac mollia semper oscula delecent, et desperatio barbare. Aut quod abortivo non est opus, etc. Ad hos etiam respicit *Hieronym. 1. in Jovinian. n. 47.* quum ait eunuchum dominæ suæ præsto esse in longam securamque libidinem. Addo *Martial. 6. 67.* Cf. *Seneca 10. Controv. 4. ad fin.* Exoletos suos, ut ad longiore patientiam impudicitæ idonei sint, amputant. — Videntur etiam eunuchi vocis gracilitate commendati aliquando suis dominis suis, ut apud nos qui castroni vocantur. *Ammian. enim 18. 4.* eos memorat, qui inter ministeria vitæ secretioris, gracilitate vocis semper puerilis et blandæ aures principis pulsarent. *Lamprid.* vero *Alex. Sev. 34.* eosdem vocales exoletos appellant. Huc etiam pertinent, quæ habet *Firmic. 7. Mathes. 16. 5.* Mars et Venus in motu ortu collocati cinquæ efficiunt temporum canibus servientes. *Id. ibid. moz.* Si Venus in novissimis signi partibus constituta Saturnum Martemque respicit, cinquæ felices efficiunt, quibus templorum officia credantur, aut nobiles mulieres metreticum faciunt vitiis implicare. — Quibusdam eunuchis non modo testes, sed ipse etiam penis amputabatur, ne scilicet ullam possent cum feminis rem habere, et earumdem castimoniae custodes essent: hos Græci sequioris ævi καρπταμάδες, Latini vero carsamatis vocabant, ut testatur *Ducangius in Gloss. Græc. et Lat.* in his vocibus. Iujusmodi erant Galli ministri deæ Cybeles, *V. GALLI.* et etiamnaum apud Turcarum imperatorem qui gynæreo, *al. Serraggio,* inservient. — b) Translate quoque usurpatur de animalibus. *Juvinal. 12. 34.* imitatus castora, qui se Eunuchum ipse facit. Et de jumentis *Veget. 3. Veterin. 53. 6.* Si nihil proficerit (*purgatio*), castretur (*jumentum*), et vicio carebit: nam podagra raro vernal eunuchos. — c) *Eunuchum suam feminino genere dixit Ter. Eun. prol. 32.* comediam intelligens, quæ *Eunuchus* inscribitur. *V. CENTAURUS.* — d) *Eunuchus Palatinus* inter officia domus Augustæ memoratur in *Inscript.* apud *Henzen. 6318.* si tamen recta est lectio.

**EUO**, are. *V. EUANS.*

**EUODES**, is, n. 3. εὐεῖν, bene oiens, ab εὐ bene et εὐ oleo. Ita appellatur quoddam collyrium. *Inscript.* apud *Tochon. cæchets des oculist. p. 65. G. GINTYMINI BLANDI EVODES AD ASPRITUDINEAL.* Alia apud eund. *ibid. p. 66. PHRONIMI EVODES AD ASPRIT.* Addo *Marcell. Empir. loc. cit. in DIA-SMYRNES;* et *Inscript.* apud *Henzen. 7248.*

**EUOE** vel euhoe, interj. εὐεῖ. Qui scribunt euhoe, aut heuoe, male scribunt. — Placeat *Dausquio aspirationem interscribi*, *Fossio* et aliis non placet. — Vox est disyllaba: neque ullum adhuc vidimus poetæ locum, ex quo necessario conficiatur, esse trisyllabam. — Ceterum est vox bacchantum et Liberum Patrem inclamantium et invocantium: quasi εὐ bene sit illi. *Plaut. Men. 5. 2. 82. Eue, Euie, Bromie, quo me in silvam venatum vocas?* *Catull. 64. 61.* Sæxa ut effigies bacchantis propicil euhoe. et 255. Euhoe bacchantes, euhoe capita inflectentes. *Horat. 2. Od. 19. 5. Euhoe recenti mens trepidat metu. et 7. euhoe! parce Liber.* Addo *Firg. 7. En. 389.* et *Ovid. 4. Met. 522. et 1. Art. am. 563.*

*EUONYMOS vel Latina positione*

**EUÖNYMUS**, i. f. 1. εὐωνύμος, arbor insulae Læsli, non absimilis Punicæ, inter eam et laurum folii magnitudine, figura vero et mollitatem Punicæ, flore candidiore: siliquas fert sesame similes, in quibus granum quadrangula figura, spissum, leste animalibus: nec non in folio cadem vis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 38. (118). Cl. Fée (*Op. cit. vol. 1. p. 128.*) bæc ait: «Sprengel (*Hist. Rei herb.* 83.) désigne, d'après C. Baubin (*Pin.* 468.) pour l'*euonymos* des Grecs (lequel est le même arbre que l'*euonymus* des Latins), l'*Euonymus europaeus* des botanistes, contre l'opinion de Daléchamp (*Hist. lugd.* etc.) qui veut que ce soit le *Rhododendrum ferrugineum* L. Nous ne voyons aucune raison qui doive nous empêcher de croire que notre fusain ne soit bien l'*euonymus* des anciens; seulement nous dirons que l'*Euonymus latifolius* est bien plus commun en Grèce que l'*Euonymus europaeus*. Ce que Plin dit des propriétés nuisibles du fusain est aujourd'hui devenu un objet de controverse parmi les modernes. Il nous semble que son innocuité est démontrée, puisque M. Girard, professeur à Alfort, a nourri des moutons exclusivement avec les feuilles du fusain, et que ces animaux se sont constamment bien portés n. — *NB.* De nom. prop. *V. ONOM.*

**EUPATÓRIA**, æ, f. 1. *subaudi* herba, apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 29. (65). eadem est, quæ agrimonia, a Mithridate Eupatore appellata. *V. AGRIMONIA* et voc. seq. — *NB.* De nom. prop. *V. ONOM.*

**EUPATÓRIOUM**, ii, n. 2. herba eadem, quæ alter eupatoria. *Pelagon. Veterin.* 21.; et *Theod. Priscian.* 4. p. 312. retro ed. *Ald.*

**EUPATRIA**. *V. LUPATRIA.*

**EUPÉLIOS**, ii, f. 2. ab εὐ bene et πελίς lividus: Ita appellata herba eadem ac daphnoides, hypoglossa et victoriola. *Apul. Herb.* 58.

**EUPETÁLOS**, i. f. 2. εὐτέλας, pulera habens folia: ab εὐ bene et πετάλων folium. ¶ 1. Dicitur de genere chamaedaphnes, quod daphnoides vocatur, fructu ramoso, crassior ac molliore, quam laurus, folio, cuius gustatu acceditur os atque guttura, bacis e nigro rufis. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (132). ¶ 2. Item de gemma quatuor colores habente, cærum, igneum, minii, et mali. *Id.* 37. *ibid.* 10. 58. (181).

**EUPHÉMISMUS**, i, m. 2. εὐφημισμός, bonum omen: ab εὐφημίᾳ bene omīnor, bona verba dico: est figura rhetorica, qua res ingratas et odiosas mitioribus vocabulis exprimitur, vel ironice, ut quum Furiae Eumenides vocantur; vel extra ironiam, ut *Vellej.* 2. 93. Si quid acridisset Casari. h. e. si mortuus esset. Sed vox Graeca est, et Graece adhibenda.

**EUPHÔNIA**, æ f. 1. εὐφωνία, bonus sonus, suavis pronunciatio. A grammaticis dicitur, quum singula verba dulcem ac juendum sonum edunt: quæ a Quintil. 1. 5. 24. velut vocalitas vertitur, cuius in eo detectus est, ut inter duo, quæ idem significant ac tantumdem valent, quod melius sonat, malis. De hac *Donatus in Edit.* 2. p. 1751. *Putsch.* Meminerimus, euphoniam in dictiōibus plus interdum valere, quam analogiam et regulam præceptorum.

**EUPHORBIA**, æ, f. 1. herba est specie thysri, follis acanthinis, succum emittens lacteum, qui siccatus turpis effigiem habet: inventa in monte Atlante ab Euphorbo medico Jubæ regis, ut *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (16). et 25. *ibid.* 7. 38. (77). docet. — Dicitur etiam euphorbium, ii, n. 2. ab eod. 25. *ibid.* 12. 91. (143). et 26. *ibid.* 8. 34. (54). Cl. Fée (*Op. cit. vol. 3. p. 336.*) hanc exhibet synonymiam: Εὐφόρβιον διῆγεν Dioscor. 3. 96. et Galen. 9. 4., et *Euphorbia* *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 38. (77) et *Plin.* *Valerian.* 3. 75. sunt *Euphorbia officinalis* L. Spec. plant. 647. f. Plura scita digna apud eum. *ibid.* Idem vero (*Op. cit. vol. 3. p. 396.*) integrum ethibet euphorbiarum, quæ a *Plinio* memorantur, synonymam; quam videbis in v. *TITHYMALUS*, *PALARİUM*, *CHAMASYCE*, *PEPLOS*, *LATHYRIS*, *APIOS*, *PITYUSA* et *PEPLIS*.

*EUPHORBIUM*, ii, n. 2. *V.* voc. præced.

**EUPHRON**, ñnis, adjec. supptov, ab εὐ bene et περι mens, qui sequo animo est, propitius, favens, delentans, hilaris. *V.* locum Ammiani 22. 8. cit. in *J. RUETIUS*. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 4764. ibique alactata.

**EUPHROSÝNON** vel Latina positione

**EUPHROSÝNUM**, i, n. 2. εὐφρόσυνος, ita voca-

tur herba buglossos, cui præcipuum, quod in vino dejecta, animi voluptates auget: ab εὐφρόσυνη hilaritas. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 40. (81). De synonymia *V. BUGLOSSOS.*

**EUPLEA**, æ, f. 1. *V. EUCLEA.*

**EUPLOCAMUS**, a, um, adjec. εὐπλόκαμος, calamistratus: ab εὐ bene et πλόκαμος cincinnus. *Zuclitius* apud *Non.* p. 35. 31. *Merc.* Euplocamo digito discriniculaque capillo.

**EUPLÖCUM**, ii, n. 2. εὐπλόκον, officina textrina: ex εὐ bene et πλόκων texture, quod a πλέκω tezo. *Inscript.* laminæ collaris, quæ servis fugitivis collo imponebatur, ne fugerent, vel, si fugissent, ut ad dominum suum cito reducerentur, apud *Fabretti.* p. 522. n. 365. **FUGI EVPLOCIO** (h. e. ex euplocio) ex *PRÆ* (h. e. ex opere) *TABANO*. Opus porro urbanum est opificium in urbe, et opponitur rustico, quod ruri habebatur.

**EUPÓLIDIUS**, a, um, adjec. ad Eupolidem pertinens. *Mar. Victorin.* 2. p. 2527. *Putsch.* Dimentrus quoque iambicus, quod Archileobium vocatur: *Beatus ille, qui procut* Id si fuerit brachycatulum, Eupolidion nominatur.

**EUPÓRISTUS**, a, um, adjec. εὐπόριστος, paratus facilis: ab εὐ bene et πόρος parabilis. Hinc euporistum absolute usurpat de quolibet medicamento, quod facile paratur. *Theod. Priscian.* præf.

Hujusmodi opus aggressus sum, ut facilloribus potius naturalibusque medicamentis remediis, hoc est euporistis, succis, triticis, farina et hordeo etc. *Id.* 2. 18. Ejus remedium in euporisto nostro invenies. — *NB.* De cogn. Rom. *V. ONOM.*

**EUPTERON**, i, n. 2. εὐπτερον, ab εὐ bene et πτερόν ala, penna. Herba eadem ac polytrichon apud *Aput. Herb.* 51.

**EURE**, ñnum, f. plur. 1. εὐραι, ferramenta ati curruum infixa, ne a rota teratur. *Poltius onomast.* I. c. 10. Τὰ δὲ τῶν ἀξοῦ ἔχει μερα στερία, καὶ τριβόμενα ὑπὲ τοῦ τροχοῦ, εὐραι. Nempe ita appellatae videntur ab εὐ bene et πόνῳ fluo, quia ipsæ curruam velocitatē apprime faciunt. Hinc ob similitudinem ita etiam vocantur ferramenta parieti infixa, quæ peritæ uncini clavatas sustinent ad lavantium, vel iudentium vestes in balneis publicis suspendendas. *Inscript.* Aponti effossa apud *Maff. Mus. Fer.* 127. 4., quæ est apud *Orell.* 2620. q. **MAGRIVS** q. f. **FAB. FEROX AQUIS APONI DIGAVIT EBVAS VIII. ET PRATICAS VINCINORVM XII. X. CLIX.**

**EURÈMATICUS**, a, um, adjec. εὐρηματικός, ad inventionem pertinens. *Liber singularis de eurematiis* appellatur opus *Modestini JCTi*, cuius mention est in *Dig.* 3. 3. 65., 16. 1. 23. et plures alibi. *V. HEUREMATICUS:* ita enim scribenda est vox, ut ipse *Furlanetto*, qui superiora protulit, in altera Appendice monuit, est enim ab εὐρηματικός.

**EUREOS**, i, m. 2. genit. nomen apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 58. (161), cuius bæc sunt verba: Eureos nucleo olivæ similis est, striata concharum modo, non adeo candida. *Silling.* ita legit, alii euneos. A qua Graeca vox nomen eureos deducendum sit, viderint eruditæ.

**EURÍNCUS**, a, um, adjec. ad Eurum pertinens. *Colum.* 11. *Il. R.* 2. 14. *Cal. Febr.* Flidis incipit occidere: ventus eurinus, et interdum austus cum grandine est.

**EURÍPICE**, es, f. 1. εὐρίπιξ, genus junci, cuius semine somnum allici, scribit *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 71. (119); et *Theod. Priscian.* 3. 16. Cl. Fée (*Op. cit. vol. 3. p. 336.*) hanc exhibet synonymiam: Εὐριπίδης διῆγεν Dioscor. 1. 96. et Galen. 9. 4., et *Euphorbia* *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 38. (77) et *Plin.* *Valerian.* 3. 75. sunt *Euphorbia officinalis* L. Spec. plant. 647. f. Plura scita digna apud eum. *ibid.* Idem vero (*Op. cit. vol. 3. p. 396.*) integrum ethibet euphorbiarum, quæ a *Plinio* memorantur, synonymam; quam videbis in v. *TITHYMALUS*, *PALARİUM*, *CHAMASYCE*, *PEPLOS*, *LATHYRIS*, *APIOS*, *PITYUSA* et *PEPLIS*.

**EURÍPUS**, i, n. 2. εὐρίτος, (ab εὐ multum et περιπτον ventilo) fretum mari angustum, ubi aquæ aestu vehementiore reciprocatur, et vehementius agitantur: quale est Thracii Bospori, et alibi (st. strutto di mare; Fr. détroit: Illysp. estrecho, paso estrecho, brazo de mar; Germ. eine Meerenge; Angl. an arm of the sea).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Mur.* 17. 35. Quod enim fretum, quem euripum tot motus, tantas, tam raras habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum? *Plin.* 6. *C. Hist. nat.* 23. 26. (99). Inde vadous navigatio patulisti similis, per euripos tamen quosdam peragitor. ¶ 2. Specialius celebre est hoc nomine fretum inter Eubeam et Boeotiam, qui et *Euripus* per autonomiam dicitur (o *Ltr.* 31. 24.

etc.), ubi mare rapidum (inquit *Mela* 2. 7. ante med.) et alterno cursu septies die, ac septies nocte, fluctus invicem versis, adeo immode dicunt, ut ventos etiam, ac plena ventis navigia frustetur. *Plin.* vero 2. *Hist. nat.* 97. 100. (219). septies die ac nocte reciprocare ait: cui adstipulatur *Seneca Herc.* *Œt.* 779. Alii sexies tantum scripsere. Denique *Liv.* 28. 6. non septies die, inquit, sicut fama fert, temporibus statim reciprorat, sed temere in modum venti, nunc hic, nunc illuc verso mari, velut morte præcipiti devolutus torrens, rapitur; ita nec nocte, nec die quies navibus datur. Et recentioribus scriptoribus prodicunt quidam, bis tantum die et nocte reciprocare: neque tamen id constanter, sed aliquando pluribus etiam vicibus. *Lucan.* 5. 235. Euripusque trahit, cursum mutantibus undis, Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim. — V. *Tzschucki* ad *Mele loc. cit.* multa de Europe ejusque causis disserentes; et addit *Cic. 3. Nat. D.* 10. 24.; *Fal. Flacc.* 1. 454.; et *Flor.* 2. 8. 9. ¶ 3. Item speciatim est et aliis euripis apud Cassandraem, de quo *Liv.* 44. 11.

II.) Translate. ¶ 1. A superiorum similitudine euripi dicuntur alrei, fossæ, aut canales manu facti magnisico opere, qui aquas in morem suiorum deducunt: quod sicut in marinis fretis, ita in his aquæ ripis utrinque angustis inclusæ decurrant. Hujusmodi sunt, qui aquas in privatas domos deferunt, et qui tubis arietatum in sublime effundunt, tum usus causa, tum deliciarum. Dicuntur etiam nili, sed cum discrimine, quia nili exiliores sunt et angustiores, euripi ampliores. *Cic. 2. Legg.* 1. 2. Magnificas villas, et pavimenta marmorea, et laqueata tecta contineant, duetus vero aquarum, quos isti nilos et curpos rotant, quis non, quum hæc videat, irriserit? Adde *Senec. Ep.* 83; *Frontin. Aquæducti.* 84.; *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (123); *Litr.* 7. 5.; et *Plin.* alterum 1. *Ep.* 3. ¶ 2. Item quæcumque lacunæ, vel fossæ vivam aquam, aut stagnantem continent. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 10. 11. (63). Mareotis lacus europe e Canopico ostio miltit. *Id.* 8. *ibid.* 26. 40. (96). Primus hippopotamus et quinque crocodilos Romæ ædilitatis suæ sub judicium. Saurus temporario europe ostendit. h. e. ducta temporaria focea. Hujusmodi fuerunt quos aliquando in circo effodiendos curavit C. Cæsar, metu ne elephanti dimicantes effugerent, ut *Plin.* narrat 8. *Hist. nat.* 7. 7. Cæsar dictator simile (elephantorum) spectaculum editurus, euripi arenam circumdedidit; quos Nero princeps sustulit, equiti loca addens. Cf. *Sueton. Cæs.* 30. *Lamprid.* *Elagab.* 23. Fertur Elagabalus in euripi vino plenis naevales cirrenses exhibuisse. ¶ 3. Sequitur vero tempore euripus vocata est ea circi pars, quæ postea etiam spina, et in *Gloss. Philox.* dicitur *intermetum*, h. e. inter metas, quæque multa decorum signa continebat. *Tertull. Spectac.* 8. Frigabit dæmonum concilium sine suo *Magna Mater*; ea itaque illæ presidet europe. (Hinc apud *Haer.* campum. *Nunni contornati tub.* 4. n. 8. videtur est Cybelen prope obeliscum leoni incidentem.) *Id. advers.* *Hermogen.* 31. Scena autom erat talis et talis, et statu super euripum, et obeliscus super omnia terebatur. *Sidon. carm.* 23. 356. Jam vos (quadrigæ) et oculis velut volantes, Consumpto spatio patentiore (quod est a carceribus ad metam primam), Campus clauserat arcus arte factus, Per quem longam, humilem duplamque muco Euripus sibi machine tetendit. V. *E. Q. Viscont. Mus. Pto-Clem.* T. 5. p. 225. edit. *Mediol.* et *Acta Soc. Lat. Jenensis* T. 5. p. 313. et seqq. *Nibby. Cino di Caracalla* p. 34. et seqq., contendit spina eam aquam contentam fuisse, quæ dickehatur euripus.

**EURÓAQUILO**, ñnis, m. 3. εὐρώκυλον vel εὐρώκυλον, ita vocatur ventus procellosus, qui idem videtur esse atque aquilo. *Fulgat. Interpr. Act. Ap.* 27. 14. Ventus typhonius, qui vocatur euroaquo. Codd. Gr. habent εὐρώκυλον, h. e. ventus late fluctus eius; ab εὐρος latitudo et κύλος fluctus.

**EURÓAUSTER**, stri, m. 2. ventus oppositus Circeo, ab una parte Eorum habens, ab alia Austrum: ita enim *Isid.* 13. *Orig.* 11. 6. Euroauster dicitur, quod ex una parte habeat Eorum, ab altera Austrum. — Idem est atque euronotus, qui postrema appellatione præripue Græci, Romani vero priore usi sunt, ut constat ex *Inscript.* apud *Gruter.* 137. 1., et alia apud *Marin. Inscriz.* Alb. p. 177., in quibus legitur: *Euprotos*, *Euroauster*.

**EURÖBÖREUS**, a, um, adjekt. qui afflatur vento boreo; ab εὐρός ventus et βόρεος boreus. *Jornand.* *Get.* 5. *Scythia* in extremis Asia finibus ab Oceano euroboreo in modum fungi primum tenuis, post hanc latissima et rotunda forma exoritur.

**EURÖNÖTUS**, l. m. 2. εὐρόντος, ventus spirans inter ortum brumalem et meridiem, qui et phoenix, seu phoenix dicitur. *Phin.* 2. *Hist. nat.* 47. 46. (120); *Colum.* 14. *R. R.* 2. 42.; et *Vitrav.* 1. 6. — Alli docent spirare ab oriente hiberno, eundemque esse at *Vulturoum*, Italis scirocco-levente: euroton vero dicti, quod inter Notum et Eurum sit (quae tamen etymologia etiam in priori significacione ei convenit). Ita *Gell.* 2. 22.

**EURÖTIAS**, a, m. 1. genitivo, quæ situ (inquit *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 58. (161)), videtur operire nigrilatum. Est ab εὐρός situs, mucor, putredo.

**EURÖUS**, a, um, adjekt. ad Eurum pertinens, orientalis. *Virg.* 3. *Aen.* 533. Portus ab Euro fluctu curvatur in arcum. *Pier.* *Valerian.* ita se legisse testatur in omnibus pene codicibus antiquis, quos versaverit. Est autem *Eurus* ab *Eurus*, ut *Arctos* ab *Arctus*, *Iesbous* a *Lesbus*. Alii tamen minus recte ἔοικον habent.

**EURUS**, l. m. 2. scirocco-levente, εὐρός, ventus spirans ab oriente brumali, contra Corum, Latina appellatione *Vulturnus*.

L.) Proprie. — a) In singulari numero. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 65. *Eurus*, quem quidam *Vulturoum* appellant. Adde *eund.* 5. *ibid.* 5. 15. *Seneca* 5. *Qwest. nat.* 16. Ab oriente hiberno *Eurus* exit, quem nostri appellavere *Vulturnum*. Et *Livius* (22. 46.) hoc nomine illum appellat. — Sed et *Eurus* fam civitate donatus est, et nostro sermoni non tamquam alienus intervenit. Adde *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 46. (119); *Vitrav.* 1. 6. a med.; et *Veget.* 4. *Milit.* 33. *Horat.* 2. *Od.* 16. 23. *Octor cervis et agente nimbo Oclor Euro.* Adde *eund.* 1. *ibid.* 28. 25. et 4. *ibid.* 4. 43. — b) In plurali numero. *Virg.* 2. *G.* 339. hibernis porcheant flatus *Euri*. *Id. ibid.* 441. animosi *Euri*. *Ovid.* 1. *Amor.* 9. 13. tumidi. *Id. Heroid.* 15. 9. indomiti. *Id. ibid.* 9. 9. trueuentior *Euris*. *Furias apud Gell.* 18. 11. extr. Spiritus *Eurocum virides quam purpurat undas*.

II.) Improprie. ¶ 1. Qui qualior tantum ventos agnovere, nos ab oriente brumali, sed aquinoctiali contra Zephyrum spirare affirmant, et alii a *Vulturno* esse, eundem vero atque Apeliotem et Subsolanum, levante. *Gell.* 2. 22. Qui ventus igitur ab oriente verno, id est aquinoctiali venit, nomipatur *Eurus*, sicut vocabulo, ut isti ἐπυράνοιο ejunt, atq. της ἑας φέν. h. e. ab aurora flans. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 27. modo purpureo vires capit *Eurus* ab oru; Nunc Zephyrus sero vespere missus adest. Adde *eund.* 1. *Mel.* 61. et seqq.; et *Manil.* 4. 589. ¶ 2. Atque hac ratione accipi videtur a poetis, qui interdum *Eurum* pro oriente ponant. *Val. Flacc.* 1. 533. regio, quæ virginis æquor ad Helles, Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro. *Claudian.* 2. *Laud. Stilich.* 417. Unicus extremo Phœnix procedit ab Euro. ¶ 3. Per synecdochen sumuntur pro quovis vento. *Virg.* 3. *G.* 382. Gens effrena virum Rhiphaeo tunditur Euro.

**EURYTHMIA**, a. f. 1. εὐρυθμία, concinnitas, convenientia, apta dispositio. *Vitrav.* 1. 2. Architectura constat ex ordinatione, ex dispositione, eurythmia, et symmetria, et paulo post. Eurythmia est venusta species, commodusque in compositionibus membrorum aspectus. Hæc efficitur, quem membra operis convenientia sunt, altitudinis ad latitudinem, latitudinis ad longitudinem, et ad summam omnia respondent sue simmetriae. Adde *eund.* 6. 2. ext. Videtur autem, inquit *Bald.* in *Lex. Vitrav.*, ea distinctione exprimit quod Italice diciunt garbato, gracio.

**EURYTHMUS**, f. ENRYTHMUS.

**EUSCHEMÉ**, adverb. εὐσχήμως, decore, speciose: præsertim si de vestibus et habitu sermo sit. Vox Graeca, qua utitur *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 58. et *Trin.* 3. 1. 24. *V.* COMEDICE.

**EUSEBES**, is, n. 2. εὐσεβής, pius: ab εὖ bene et οἴσθι veneror. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 58. (161). Lapis eusebes (dictus est), ex quo Tyri in Herculis templo facta scdes, ex qua di facile surgebant. Ubi surgebant exponit *Harduin* eminebat, exstant: *Gesnero* placet vetus lectio difficile pro diu facile, h. e. difficile surgebant religiosi homines ei

ea sella, cuius materia pius lapis. Denique *Silius* ex *Cod. Bamb.* legit ex qua piis facile surgebant. — NB. De epitheto regum, *V.* ONOM.

**EUSÈSAMUM**, i. n. 2. Memoratur a *Theod. Priscian.* 1. 23. tamquam medicina inserviat, et videtur esse optimum aliquod sesami genus, quod fortasse ejusdem *Prisciani* temporibus ita fuerit appellatum ab εὖ bene et σεσαμού. *V.* SESAMUM.

**EUSTÖMACHUS**, a, um, adjekt. σιστόμαχος, qui prodet stomacho: ab εὖ bene et στόμαχος stomachus. *Theod. Priscian.* de *dīcta* 7. Ovum molle plus est eustomachum, quam sorbita. *Gargil. de re hort.* (edente A. A. Scottio) 1. 3. Cydonea plurimi medici eustomacha crediderunt. *Id. de pom.* (edente A. Mai) in *Class. Auct. T.* 3. p. 419. Cydonea plurimi eustomacha vocaverunt.

**EUSTYLOS**, on, adjekt. εὐστῦλος, *V.* DIASTYLOS.

**EUTHÉRISTON**, i. n. 2. εὐθέριστον, h. e. quod facile demulcerit: ab εὖ bene et θέρισθω meto: balsami genus. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (114). Arbori (balsami) tria genera: tenui et capillacea coma, quod vocant eutheriston. *V.* EUMERES.

**EUTHYGRAMMUS**, i. m. 2. vel rectius

**EUTHYGRAMMUM**, i. n. 2. εὐθυγράμμος, regularis, qua utuntur architecti in operibus dirigen- dis: ab εὐδός rectus et γράμμη linea. *Vitrav.* 1. 1. Geometria euthygrammi et circini tradit usum, e quo maxime facilis expedientur normarum et librationum et linearum directiones.

**EUTHYGRAMMUS**, a, um, adjekt. ad euthygrammum pertinens. *V.* voc. præced. *Capell.* 6. p. 130. In his autem pentagona, hexagona, et cetera euthygrammi generis continentur. h. e. et cetera figura, que rectis constant lineis.

**EUTHYS**, ia, y, adjekt. Graeca vox εὐδός rectus. *Capell.* 9. 323. Exhinc in modulando alia euthia dicuntur, quod est recta; alia anacamptos, quod est revertens; alia peripheres, hoc est circumstans: euthia est, quæ a gravi in acumen erigitur; anacamptos, que a contrario deflit; peripheres, que ad utramque aut commodatur aut servit. — Ceterum euthia absolute usurpat et subintelligit linea. *V.* ANACAMPTUS.

**EUZÖMON**, i. n. 2. εὐζόμων; sic appellaverunt Græci semeternæ herbe, quia multæ est suavitatis in condendis obsoniis: ab εὖ bene et ζόμως jus esculentum. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 18. 49. (120). Sic *Marcell. Empir.* 33. sub init. Euzomi, que appellatur herba mentosa, succus. *Emil. Mac. de herb.* 31. 16. de erica. Aut semen gratum dicunt præstare saporem, Euzomonque solent hac causa dicere Græci.

## EV

**EVACATIÖ**, ônis, f. 3. idem ac vacatio, quam vocem vide. *Jul. Val. res gest. Alex. M.* (edente A. Mai) 2. 30. Evacatio militie.

**EVACUATIÖ**, ônis, f. 3. actus evacuandi. Translate *Tertull.* 4. advers. *Marcion.* 24. Fidei evacuatio.

**EVACUATOR**, ôris. m. 3. qui evacuat. Translate *Cassiod.* 3. *Variar.* 51. de spectaculo. Evacuator honestatis, sors irrigua jurgiorum. h. e. qui honestatem expedit.

**EVACUATÜS**, a, um. *V.* voc. seq.

**EVACÜO**, as, ávi, átum, are, a. f. (ex et vacuous). Part. *Evacualis* II.; *Evacundus* I. — Evacuo est vacuus facio, exinanio.

L.) Proprie. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 6. 23. (52). Diocles hydropicis allium cum enaulorio, aut in foco duplo ad evacuandam aluum. Adde *eund.* 32. *ibid.* 9. 33. (104); et *Fulgal. interpr.* *SS. Libr.* ssp.

II.) Translate est infirmare, viribus spoliare. *Imp. Gordian. Cod.* 8. 43. 4. Evacuatoræ obligationis vires reparare. Adde *Venant.* 1. *carm.* 21. 62.

**EVADATICLE**, arum, f. plur. 1. serię videntur ita appellata, seu dies, quibus vadimonium differre licet: contra vero vadaticæ, quibus vadimonium sistendum erat: ut nundinæ dicebantur feriae, seu dies, quibus rustici, operibus rari intermissis, urbem mercandi vendendique causa petebant. Ceterum vadaticæ, vadaticæ et similia sunt vocabula a Lexico expungenda; occurunt enim tantummodo in

*Not. Tir.* p. 120. Vadator, evadatur; vadaticæ, evadatice; radimonium, evadimonium.

**EVADIMONIUM**, ii. n. 2. videtur esse actus illius, qui vadimonium deserit. *V.* vocem præced.

**EVÄDO**, vädis, väsi, väsum, vädere, 3. (ex et vad-). Evästi syncope pro evästisti, et eväset pro eväsisset, illud est *Horatii* 2. *Sat.* 7. 68. et *Sil. It.* 15. 792, hoc ejusdem *Sili* *ibid.* 375., ubi ol. melius leg. eväset. — Part. Evädens sub *A. I.* 1.; Eväsus sub *B. II.* 2.; Eväsurus sub *A. I.* 2. et sub *B. II.* 2. — Evädere, ἔξοχος; ἀποφύγει, est extra vadere, exire, erumpere, aufugere, evolare (It. uscire, evadere, scampare; Fr. sortir de, aller hors, partir, fuir; Hisp. salir, irse, evadirse, escaparse; Germ. herausgehen, - kommen, hervorkommen; Angl. to go out, get away, run away, escape). Occurrit A) Neutrorum more; et B) A-ctive.

A) Neutrorum more est, ut diximus, extra vadere, exire, erumpere, aufugere.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) Cum addito loco, ex quo quis evadit, per Ablativum et præpos. ex, vel per Ablativum sine præpos. *Plaut. Rud.* 1. 2. 86. Salya'st evasit ex aqua; jam in litore est. *Varro* 3. *R. R.* 16. 36. Si (apes) ex alvo minus frequentes evadunt ac subsidit aliquæ pars, suffumigandum. *Cic. Cœl.* 27. 65. Si evasissent sobito ex balneis malueris amici. *Sall. Jug.* 56. Ni Marius evadere oppido properavisset. *Virg.* 9. *Aen.* 99. Evadere undis. *Phaedr.* 4. 8. puto. *Val. Flacc.* 7. 163. patriis tectis. *Id. ibid.* 570. claustris. — b) Absolute. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 1. Abiit, excessit, evasit, erupit. Huc referri potest et illud *Sil. It.* 16. 521. tardato lœtus ovansque Eurytus evadit juvene (*Theronæ*) atque ad præmia victor Emicat. h. e. Theronem, qui pariter ante rubeal (v. 516.), et solus victoriam ei dubiam redditurus videbatur, prætergreditur ac præcedit. — c) Cum addito loco, quo quis evadit, per Accusativum et præpos. aliquam. — Generatim. *Liv.* 29. 27. extr. Evadere in terram. *montari di nave*, sbarcare. Sic *Curt.* 9. 2. 18. Quantumcumque flumen intervenit, idem fatuorum disserunt est evadentium in terram. Similiter *Liv.* 5. 46. Cominius — incubans tortici, secundo Tiberi ad urbem defertur. Inde, qua proximum fuit a ripa, per præruptum, eoque neglectum hostium custodiæ, fanum in Capitolium evadit. — Præcipue usurpatum ad significandum motum ex inferiore in superiori locum, idcoque ponitur pro ascensione. *Cic. 2. Nat. D.* 37. 95. Deinde aliquo tempore patetartis terræ fauibus ex illis abditis sedibus evadere in haec loca, quæ nos incolumis, atque exire potuerint. *Liv.* 33. 8.; et *Curt.* 8. 11. 5. Evadere in jugum. *Curt.* 7. 11. 11. in cacumen. *Liv.* 2. 17. et 4. 34. in muros. *Id.* 2. 65. in ardua. *Sil. It.* 8. 131. in pyram. *Curt.* 5. 3. 5. super capita hostium. *Virg.* 1. *Aen.* 458. ad summi fastigia culminis. *Id.* 6. *ibid.* 128. ad auras supereras. *Sil. It.* 12. 57. ad culmina. *Ammian.* 14. 2. ad summitates collium. *Sueton. Ner.* 48. ad ayversum villas parietem. — d) Cum additis, per quæ quis evadit, et ponitur pro transire, penetrare. *Liv.* 27. 18. ad fin. Locusque ad evadendum et mediis datus est: qui per tam iniquum locum, stantibus integris ordinibus, elephantisque ante signa locatis, nunquam evassent. *Sueton. Domit.* 19. In pueri prætentis pro scopo expansam manus palmarum, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalia digitorum innorue evaderent. Cf. *Cels.* 4. 4. n. 2. Propter angustias, per quas spiritus evadit, sibilum elidit. *Sall. Jug.* 54. extr. Consueti Numidarum equi facile inter virgula evadere. ¶ 2. Speciatim est aufugere, seu fugiendo se liberare, se eripere. — a) Cum additis. *Cic.* 2. *Divinat.* 5. 13. Aut e morbo evasurum ægrotum, aut e periculo nave, aut ex insidiis exercitum. *Id.* 3. *Ferr.* 5. 12. ex judicio. *Cæs.* 3. *B. G.* 19. Reliquos consercati, paucos, qui ex sua evaserant, reliquerunt. *Liv.* 22. 49. Evadere e manibus hostium. *Id.* 42. 18. e tanto periculo. *Quintil.* 2. 17. 20. e custodia. Rursus *Liv.* 28. 26. et 21. 33. Ut periculo prius evaderet. *Curt.* 8. 6. 26. tanto periculo, quo evaserat. *Pau- lin. Nolan.* *carm.* 18. 296. Non tibi celantur, nec de te evadere possunt. *Virg.* 2. *Aen.* 531. Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum. h. e. fugiendo pervenit. *Liv.* 24. 7. Evadere per tela. *Id.* 24. 43. per medios hostes. Cf. *Junian.* 9. 65. Ulysses per aciem Polyphemus evasit. Rursus *Liv.* 24. 26.

Inter medios tot armatos aliquoties integro corpore evaseront. *Id.* 5. 46. Ne quis hostium evadere inter stationes posset. *Quintil.* 6. 3. 96. Nisi si qua Ulixes rate evasit. *Al. leg.* Ulixes intervasis. *Sueton.* *Ner.* 34. Evadere nando. — *Retro evadere* dicitur exercitus, qui ex fuga retro cedit. *Curt.* 5. 3. 23. Itaque signo receptui dato densatis agminibus, scutisque super capita consertis, retro evadere ex angustiis jubet. xxx. fuere studia, quae remensi sunt. Cf. *Tac.* 15. *Ann.* 7. Nam in transgressu Euphratis — nulla patam causa turbatus equus, qui consularia insignia gestabat, retro evasit. — b) Absolute. — Generatim. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 66. Ibis sub furcam prudens, dominoque surenti Commissis rem omnem et vitam et cum corpore samam. Evasi. Credo, metus doctusque cavebis. *E'hai portate fuori.* — c) Ceterum speciatim fere in re militari. *Sall. Jug.* 52. Denique Romani, ubi intelligent, neque sibi perfugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri, — adverso collo, sicuti praecepsum fuerit, evadunt. *Liv.* 10. 1. Ibi intus fumo ac vapore ad duo milia armorum, ructuia novissime in ipsas flamas, dum evadere tendunt, obsumpta. *Id.* 26. 17. Extremo primis tehebris, atque inde tota nocte, quod gravissimum exercitus erat, Hasdrubal, quarumque posset, evadere e saltu jussit. Cf. *Sueton.* *Aug.* 13. Quorum (*praetoriorum*) priore, castris erutas, vir ad Antonii cornu fuga evasit. Adde eundem. *Tib.* 4., 20. et 39. et alibi saepe. *Flor.* 4. 10. 10. Egregius imperator tandem perfugi in Syriam. Ili incredibili quadam mentis recordia ferocior aliquanto factus est; quasi vicisset qui evaserat.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Rud.* 3. 2. 19. Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium, numquam hodie quivi ad conjecturam evadere. *Cic. Senect.* 22. 80. Mihi quidem numquid persuaderi potuit, animos, - quom exsistent ei eis (*corporibus*), emori; nec vero tum animum esse insipientem, quum ex insipienti corpore evasisset. Cf. *eund.* 1. *Tusc.* 19. 43. Arredit, ut eo facilius animus evadat ex hoc aere eumque perrumpat, quod nihil est animo velocius. *Id. ibid.* 41. 98. Tene, quum ab iis, qui se judicum numero haberi volunt, evaseris, ad eos venire qui etc. *Quintil.* 2. 17. 16. Itaque potentissimi eorum breviter occurram, ne in infinitum quæstio evadat. *h. e.* est, procedat, ut recte interpretatus est *Forcellinus*, qui hunc locum singulari paragrapho distinxit. — Et metaphorâ sumptuâ a motu in locum superiore: *V.* supra sub 4. I. 1. c. *Quintil.* 12. 11. 30. Nitamus semper ad optimâ: quod facientes aut evadimus in summum, aut certe multos infra nos videbimus. Cf. *eund.* 2. 4. 17. Ille deum in id, quod querimus, aut ei proximum, poterit evadere. ¶ 2. Speciatim est exitum habere, fieri, eventum habere, contingere, evenire, riuscire, diventare, farsi, accadere. — a) De hominibus: ad rem. *Cic. Orat.* 27. 95. E philosophorum scholis tales sere evadunt. escono. *Id. 1. Orat.* 28. 126. Quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos judicabat non posse oratores eradere, operam apud se perdere. riuscire, diventare, farsi. *Id. Brut.* 35. 131. Fuerat Athenis adolescens; perfectus Epicureus evaserat. n'era uscito. Adde *eund.* *ibid.* 57. 209., et 4. *Fin.* 25. 69. et 28. 78. Cf. *eund.* 5. *Verr.* 69. 161. Nuic pro te Verram substituisti alterum civitati; nisi hoc forte deterior est, si fieri potest, quod tu ejusmodi evasisti, non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis ac divisoris disciplina educatus. *Q. Cic. Petit. cons.* 9. 35. Sic homines sæpe minutatum ex communibus proprii, ex fuscis firmi suffragatores evadunt. diventano. *Liv.* 1. 39. Juvenis evasi vere indolit regia. — b) De rebus præcipue abstractis. *Cic. 1. de republ.* 43. Ut ita fassidiosa mollesque mentes evadant civium, ut etc. *Id. 2. Divinat.* 59. 121. Totas noctes somniamus, et miramur, id quod somniamus, evadere? *h. e.* evenire, accadere. *Id. ibid.* 71. 146. Quomodo distinguunt possunt somnia vera a falsis, quum eadem et iis aliter evadant, et iisdem non semper eodem modo? *Id. ibid.* 53. 108. Si quando aliquod somnium verum evaserit non id fortuito accidisse. *Liv.* 33. 47. Quoniam primum vanum inceptum evassisset, essendo riuscito vano il primo tentativo. *Id. 23. 12.* Vereor, ne haec quoque latilla vaca evadat. — c) Cum addito quo, quorsum, huc etc., aut Accusatio et prepos. in *Plaut. Pren.* 1. 1. 44. Intelligo hercule: sed, quo evadas, pessio, intendo le parate,

*ma non so a qual punto tu miri.* Sic *Ter. Eun.* 3. 3. 11. *Ubi friget, hic evasit, quam pridem pater mihi et mater mortui essent. venne a questo d' interrogarmi, quanto fosse che etc.* *Nursus Plaut. Asin.* 1. 1. 69. *Demiror, quid sit, et, quo evadat, sum in metu.* h. e. quo tendat, quid sibi velit. *Ter. Andr.* 1. 1. 100.; et *Nepos Dion.* 8. *Timeo, quorsum evadas.* *Cic. 9. Att. 18. 4.* *Videamus, hor quorsum evadat.* *Addo Ammian. 27. 3. Cic. 14. Att. 19. ad fin.* *Nihil ante de profectione constituam, quam, ista quo evasura sint, video. qual esito sten per avere.* *Sall. Jug. 14. Hucire. Micipsa pater, beneficia tua evasere, ut etc.? ques! esito adunque hanno avuto etc?* *Ammian. 21. 42. Iterum summa replei prudentis aliorum evasit.* *Ter. Adelph.* 3. 5. 63. *Nimis illa licentia profecto evadet in aliquod magnum malum.* *andò a finire.* Sic *Iuv.* 27. 23. *Pestilentia magis inter longos morbos, quam in perioeciales evasit. andò a finire.*

B) Active, seu cum Accusativo nusquam occurrit apud Cie., immo Augustea tantum ætate usuyenit, et significat transire, praeterire.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Virg.* 2. *Æn.* 730  
omnemque videbar evasisse viam, d'essere uscilo  
dalle strade periculose. *Id.* 3. *ibid.* 282. juvat eva-  
sisse tot urbes Argolitas meliosque fugam tenuisse  
per hostes. Cf. *cund.* 12. *ibid.* 906. lapis vacuum  
per Inahe volutus, Nec spatium evasit totum, nec  
pertulit ictum, oltrepassu. *Orid.* 3. *Met.* 19. Jam  
vada Cephisi Panopesque evaserat arva. area ol're-  
passato, et *Tac.* 12. *Ann.* 35. Annem haud difficil-  
iter evadit, passa. *Colum.* 7. *H. R.* 9. 13. Pordi, si  
evaserint horam, miscent se. *Id.* 9. *ibid.* 12. 1. Apes  
evadunt vestibulum. — Et pro ascendere. *Virg.* 4.  
*Æn.* 685. Sic fata gradus evaserat altos. *Sil.* *It.* 8.  
154. Tecta peto, celsosque gradus evadere nitor.  
*Liv.* 2. 66. Fixis in terram pilis, que leviores ardua  
evaderent, cursu subeunt. *Al.* *minus recte leg.* in  
ardua. ¶ 2. Speciatim ponitur pro effugere. — a)  
Com Accusativo rei. *Virg.* 9. *Æn.* 560. nostrasne  
evadere, demens, Sperasti te posse manus? Simili-  
ter *Sil.* *It.* 9. 568. Seniel, improbe, nostras Sit sa-  
tis evasisse manus. Rursus *Virg.* 5. *Æn.* 689. eva-  
dere hinniam. *Ovid.* 14. *Met.* 126. loca mortis.  
*Liv.* 38. 2. et 21. 32. angustias. *Id.* 45. 41. Inter  
presidia ejus saltum ad Petram evasi. *Sueton.* *Cæs.*  
74. Evadere nocturnas insidias. *Sil.* *It.* 7. 71. vin-  
ciula. *Val.* *Flacc.* 7. 504. tauros. Cf. *Plin.* 9. *Hist.*  
*nati.* 8. 7. (20). Delphini celeritatem nullus piscum  
evaderet. — b) Com Accusativo personæ. *Sueton.*  
*Tib.* 61. Nam mortem adeo teve supplicium putabat,  
ut quum audisset unum e reis, Carnolum nomine,  
anticipasse eam, exclamaverit: Carnulus me evasit.  
*Plin.* 6. *Hist. nat.* 31. 36. (200). Hirta feminarum  
corpora viros perniciete evasisse. *essere scappate*  
dalle mani degli uomini. Sic alter *Plin.* 2. *Ep.* 1.  
Cæsares, quibus invisis virtutibus fuerat, evasit. Cf.  
*Juvenal.* 12. 122. si Libitinam evaserit æger. *For-*  
*cellinus* addit etiam illud *Plaut.* in *Suppos.* *Amph.*  
*Sc.* Tun' me martes? in fin. Numquam evades, qui  
te sacrificem.

II.) Translate. ¶ 1. Generalim, metaphorā sumptā a proxime superiori paragr. 1. *Apul.* 4. *Met.* Vitam evasit. usci di vita. Cf. *Quintil.* 12. 10. 79. Si hec quoque jam lenius supina perseverantibus studiis evaseris. ¶ 2. Speculim pro effugere, metaphorā sumptā a proxime superiori paragr. 2. *Laelius* apud *Non.* p. 294. 7. *Merc.* Idecirō omnes evasuros consentientiūdinem. *Phœdr.* 4. 6. 4. Evadere necero. *Sil.* It. 16. 522, letuuo. *Juvenal.* 12. 17. Nam præter pelagi casus et fulgoris ictum Evasi, densa cælum abscondere tenebra. *Zac.* 14. *Ann.* 6. Evadere gravem casum. *Id.* 3. *ibid.* 14. Non temperaturos manibus, si patrum sententias evasisset. *Id.* 6. *ibid.* 48. Sane paucos et supremos principis dies posse ritari: quemadmodum evasurum imminicentis juventum? *Plin.* 1. *Ep.* 12. *in fin.* Evasit (*moriendo*) perpetuam valetudinem. una malattia cronica. *Id.* 7. *ibid.* 24. Conspicuus forma, omnes sermones malignorum et puer et juvenis evasit. *Val. Flacc.* 7. 298. rupia condi tellure premique Jamdndum cūpīt ad diras evadere voces.

EVADOR, aris, dep. 1. vadimonium desero. *V.*  
EVADATICÆ.

EVAGATIO, ūnis, f. 3. actus evagandi. Plin. 2. Hist. nat. 17. 14. (72). de stellis. Ac spatia longitudinis latitudinum evagatione pensant.

EVALES CO

EVĀGĀTUS, a, om. *V.* in EVAGOR

**EVAGINATIO**, óniſ, f. 3. idem quod evagatio, ab inuisit. evaginor pro evagor, ut a nato est natinor, a domo est dominor. *Arnob. I. 50.* Illi (*Apostoli*) contumaciam canceris sævi ad subiectam cicatricem, circumscriptis evaginationibus, compulerunt.

**EVĀGINĀTUS**, a, um. *V.* voc. seq.

EVĀGINO, as, ávi, átum, are, e. 1. (ex el vagina). Part. *Evaginatus*. — Evagino es e vagina educio. *Justin*. 1. 9. Ipse gladio sua sponte evaginato vulneratus. *Veget*. 1. *Milit*. 18. Tirones evaginatos gladiis tenentes. *Hygin*. *Fab*. 164. Evaginato gladio aliquem persequi. *Vulgal*, *Interpr*. *Ezad*. 15. 0. Evaginabo gladium meum. *Id*. *Judith* 13. 9. Quamque evaginasset illum pugionem).

EVÄGOR, äris, åtus sum, ari, dep. 1. (ex et vagor). Part. *Evagatis* sub A. I. et sub B.; *Evagatus* sub A. II. — *Vagari*, *vagari*, *vagari*, est idem quod *vagari*, vel extra aut *latus vagari*, *expatriari*. It. *vagare*, *andar vagando*; Fr. *courir* çà et là, *se réparer* au loin, *errer*; Hisp. *andar vagando*, *vagar*, *errar*; Germ. *aus-, weg- schweisen*, *sich weit ver-, ausbreiten*; Angl. *to wander*, *stray*, or *run abroad*, *rove about*, *ramble*, *roam*). Occurrit autem A) *Neutrorum more*; et B) *Cum Accusativo*.

#### *d) Neutronium more*

**13 Proprie.** — a) Stricto sensu de hominibus et  
brutis animalibus. *Liv.* 22. 47. Frontibus adversis  
concurrentem erat, quia, nullo circa ad evagandum  
relato spatio, hinc annis, hinc peditum acies clau-  
debat in directum utrinque nitentes. *Id.* 2. 11. in  
fin. Finisque ille tam effuse evagandi Etrusci sicut  
*Fulcat.* *Gall.* *Avid.* *Cass.* 9. Libera evagandi pot-  
estas. *Trebell.* *Poll.* *Gall.* duob. 4. Evagabantur lat-  
rones. *Spartian.* *Hadrian.* 3. procuratori. *Colum.*  
8. *R. R.* 6. 14. Iocubantibus gallinis juxta ponendus  
est oibus, ne longius evagatae refrigerent ova. — b)  
De iis, que natura sua moventur. *Plin.* 10. *Hist.*  
nat. 33. 49. (94). Nilo evaganti molem opponere.  
*Paul.* *Dig.* 9. 2. 30. § 3. Ne ignis ulterius evagetur.  
— c) De plantis. *Plin.* 19. *Hist.* *nat.* 8. 48. (163).  
Cappari evagatur per agros et cogit solum sterilesce-  
re. Cf. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 25. *Vitis* prævalens in  
luxuriam evagatur.

Il.) Translate. Cic. 1. Off. 20. 102. Nam qui appetitus longius evagantur, et tamquam exsultantes, sive cupiendo, sive fugiendo, non satis a ratione retinuerunt, hi sine dubio finem et modum transuent. Liv. 3. 7. ad fin. Per ignota capita late evagata est vis morbi. — De oratione. Quintil. 3. 11. 25. Cupiditate laudis, vel dicendi voluptate evagamur. h. c. deflectimus in alia a proposito. Id. 3. 6. 3. Ne Demostheni permittant evagari, sed cum dicere de ipso cause statim cogant. Adde eundm. 2. 4. 32.

**B)** Cum Accusativo. *Horat. 4. Od. 15. 9.* ordinem  
Rectum evaganti frena licentia Injecit. h. e. vaganti  
extra rectum ordinem. Similiter verum egredi, mo-  
dum excedere dicimus.

**ÉVÁLESCO**, valescis, válisi, välescere, n. *inchoat.*  
3. (ex et valeesco) évaλεχω, validus fio, crescendo  
ires sumo, convalesco (It. prendere forza crescendo,  
crescere, direntar forte; Fr. prendre de la force en  
grandissant, se fortifier; Hisp. fortificarse crescendo;  
Germ. durch Wachsen stark werden, erstarcken;  
Angl. to grow strong, grow up).

I.) Proprie. *Plin.* f7. *Hist. nat.* 15. 25. (116).  
Quin evaluissent flagella pedes binos. *h. e.* crevis-  
sent. *Id.* 16. *ibid.* 30. 54. (125). Ramorum aliqui  
cæci, qui non germinant: quod natura sit, si non  
evaluerem.

### II.) Improper. ¶ 1. Generatim. Quintil. 2. 8.

3. Adjuta cura natura magis evalescit. *Tac.* 14. *Ann.*  
 58. Multa secutura, quae ad usque bellum evalescerent. *Id.* 1. *Hist.* 80. Tempus in suspicionem, causa in crimen, affectatio quietis in tumultum evalui.  
 ¶ 2. Speciatim præteritum perfectum pro posse u-

¶ Speciale prædictio potestis pro-  
suntur, potere, aver forza. — a) Absolute. *Quin-  
tii.* 10. 2. 10. Ut ne ipsa quidem natura in hos ita  
evaluerit, ut non res simplicissimæ utique discriminare  
aliquo discernantur. ha potito tanto. — b) Sæpius  
semente Infinito. *Virg.* 7. *Æn.* 757. Sed non Dar-  
daniæ medicari cuspidis ictum Evaluuit. *Horat.* 2  
*Ep.* 1. 200. nam quæ percivere voces Evaluere so-  
num, referunt quem nostra theatra. *Stat.* 5. *Sih-*

num, telecum quatinus nostra literaturam Stat. & Citt.  
2. 78. illa letales componere successos Evaluuit. Clau-  
dian. 3. *Rapt. Fros.* 91. in dubio vix tandem agno-  
scere visu Evaluuit etc. Adde eumq. *Cons. Honer.*

303.; *Lucan.* 4. 84.; et *Stat.* 2. *Silv.* 1. 77. ¶ 3. Item speciatim est pretium habere, valere. *Macrobi.* 2. *Saturn.* 13. ad fin. Quum ipsa margarita centies sestertium sine contentione evaluerit. ¶ 4. Denique quod ad usum spectat, ponitur pro usu venire, usu dominari; et de vocabulis occurrit, esse in uso, prevalere. *Tac. Germ.* 2. Ita nationis nomen, non gentis evaluisse paullatim. *Quintil.* 9. 3. 13. Ut nunc evaluit rebus agentibus, quod Pollio damnat. Cf. *Id.* 8. 6. 33. Vix illa, quae παραγόντα vocant, nobis permittimus. Sed hoc feliciter evaluit, inval.

**EVÄLIDUS**, a, um, adjekt. *Evalidam hastam* quidam leg. apud *Sil. It.* 1. 552., ubi alii et validam.

**EVALLEFACIO**, facis, faci, facere, a. 3. expello et quasi extra vallum ejicio. *Varro* apud *Non.* p. 217. 23. *Merc.* Retrimenta cibi, quae exierant per posticum evallefecerunt. *Mercerus* legit quae exierint per posticum evalle feci. Rectius tamen *Oehler.* *H. Ter. Varro.* *Sat. Menipp.* reliq. p. 196. Retrimenta cibi qui exirent per posticum vallem feci. h. e. Prometheus, describens quomodo homines edolaverit, ait: Feci in hominibus vallem per posticum (neutr. gen.), quae retrimenta cibi exirent.

**EVALLO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (ex et vallum) expello; quasi extra vallum ejicio: vel a Græco ἐξάλλειν ejicere, ut putat *Döderlein Latein. Synon. und Etym.* vol. 6. p. 390. *Varro* apud *Non.* p. 102. 6. *Merc.* Donec foras nos intus evallaverunt. Adde *Titinium* apud eund. ibid. Pilatricem pallii evallavit.

**EVALLO**, is, ere, a. 3. vannendo purgo, vanno agitando excerno: est verbum diminutivum pro evannulo, ab evanno, ut vallis est diminut. *vanni.* *VALLUS*. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 23. (97). Triticum ante perfundi aqua multa jubet, postea evalli, deinde sole siccatum pilo repeti, et paullo post (99). Et ipsa autem, quae evalluntur, variam pisturaram rationem habent. Acus vocatur, cum per se pisitus spica, etc. *V. PILATRIX.*

**EVAN**. Falsa scribendi ratio: *V. EUAN.*

**EVÄNESCO**, vñescis, vññi, (vñnitum), vñnescere, n. inchoat. 3. (ex et vanesco). Part. *Evaniturus*, tamquam a supino evanitum, est *Lactant.* 5. 4. extr. *Evanituras brevi religiones falsas.* — Part. *Evanescens* II. — *Evanesco*, ἀπαρχομαι, est vanus si, in nihilum redigor, et conspicutus abeo, vaneso (*It. vannire, sparire, perdere;* Fr. s'evanouir, disparaître, se dissiper, passer, se perdre, devenir nul ou vain; Hisp. desvanecerse, desaparecerse, no parecer mas; Germ. hinschwinden; vergehen, krasflos werden, verschwinden; Engl. to vanish away, disappear, fade, decay, perish).

I.) Proprie. *Lucret.* 3. 222. Bacchi quum dos evanuit, aut quum Spiritus unguenti suavis diffugit in auras. *Id.* 2. 827. Evanescere paullatum stinguque colorem. *Id.* 5. 536. Evanescere paullatum et decrescere pondus. *Varro* 2. R. R. 4. 6. Non prius exigunt pastum, quam pruina evanuit. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 34. (115). *Allium* cępamque extra terram quoque germinant, et caulinco acto evanescunt. h. e. vana sunt, absument intus nucleo. *Id.* 13. ibid. 1. 2. (7). Odor celerrime evanescit atque defluit. *Cic.* 2. *Divinal.* 57. 117. Vinum et salsa menta velutate evanescunt. h. e. vim amittunt, vapidula sunt, divitantes insipidi. *Seneca* 3. *Quesst. nat.* 24. Quum aquæ evanescunt. h. e. evaporant. *Ovid.* 2. *Met.* 117. Corruque extremæ velut evanescere luncæ. — Hinc poetice *Virg.* 9. *Aen.* 658. Et procul in tenuem ex ocellis (*Apollo*) evanuit suram. Sic *Sil. It.* 8. 184. Sic fata in tenuem Phœnissæ evanuit suram. *Ovid.* 14. *Met.* 431. Luctibus extremum tenues (*Nymphæ*) liquefacta medullæ Tabuit; inque leves paullatum evanuit auras. Adde *eund.* 2. *Fast.* 509. — Similiter *Flor.* 3. 3. 18. Tigurinorum manus, in diversa dilapsi, fuga ignobilis et latrociniis evanuit. si sciolse et spari. Sic *Ammian.* 16. 6. Quoniam res tu inquisitionem veniret, — et vinculis sunt exuta personæ, qua stranglebant ut consicæ, Dorus evanuit. scampare. Adde *eund.* 19. 9. et 20. 4. — Huc referri potest et illud ejusdem *Ammian.* 26. 8. med. Densatis cohaerentes supra capita scutis — formam ædificii forniciati monstrarent. Quod machinæ genus contra murales pugnas ideo figuratur hac specie, ut missiliū ictus atque sautorum per decursus cadentium labiles, instar imbrrium evanescant.

II.) Translate. *Ter. Hecyr. prol. alt.* 5. Ne cum poeta scriptura evanesceret. *Cic. Brut.* 27. 106. Is et orationes reliquit, quæ jam evanuerunt. h. e. intercederunt. *Id.* 2. *Orat.* 23. 93. Extinctis his, omnibus eorum memoria obscurata est et evanuit. *Id.* 5. *Tusc.* 30. 85. Hæ sunt sententiae, quæ stabilitatis aliquid habeant: nam Aristonis, Pyrrhonis, Herilli nonnullorumque aliorum evanuerunt. *Id. Brut.* 94. 393. Quum jam pene evanisset Hortensius, et ego consul factus essem, revocare se ad industriaem coepi, avendo quasi perduto il vigore oratoria. V. cap. precedens. *Id.* 3. *Att.* 13. Posteaquam extenuari spem nostram et evanescere vidi. *Litr.* 28. 25. Quum evanesceret temere ortus rumor. Adde *eund.* 44. 31. *Id.* 33. 8. Fama stetisse, non viribus, Macedoniam regnum. Eam quoque faniam tandem evanuisse. *Id.* 48. Questi quoque quidam, nimis gloria luxuriare et evanescere vividum quondam illud Cæsonis ingeñum. *Ovid.* 14. *Met.* 356. evanuit omnis Herbarum virtus. *Id. Ib.* 135. Evanescit dolor. *Seneca* 1. *Benef.* 12. Ipsa res evanescere memoriā excent. *Quintil.* 6. 1. 28. Cilius evanescat necesse est illa, quam dicendo effinximus, imago. *Id.* 12. 10. 75. Evanescunt bæc atque emoriuntur comparatione mellorum. *Id.* 1. 7. 6. Verum haec jam inter ipsas ineptias evanuerunt. sono andante in disuso. Sic *Varro* 7. *L.* 31. *Müll.* Quod verbum (adagio) usque eo evanuit, ut Græcum (παραχώμα) pro eo positum magis sit apertum. *Tac.* 2. *Hist.* 32. Multa bella impetu valida per tadia et moras evanuisse. *Ulp. Dig.* 24. 1. 11. § 7. Evanescit donatio, cui ibid. opponitur valēt, non tiene, perisce. Sic *Id. ibid.* 3. 21. Dotis actione evanescit. *Ammian.* 30. 1. Divisus inter se copiis, clausere vias proximas duas — ut transiturus per utramvis caperetur improvidus: sed evanuit cogitatum hoc casu.

**EVANGELICUS**, **EVANGÉLISTA**, **EVANGÉLIUM**, **EVANGELIZATOR**, **EVANGÉLIZO**, *V. EUANGELICUS*, *EUANGELISTA*, *EUANGÉLIUM*, *EUANGELIZATOR*, *EUANGELIZO*.

**EVANÍDUS**, a, um, adjekt. inanis, evanescens, rarus, non solidus atque adeo cito periturus, caducus.

I.) Proprie. *Ovid.* 5. *Met.* 435. Pectoraque in tenues abeunt evanida rivns. *Vitruv.* 2. 8. Vetustate evanida facta materia, cæmentorumque exacta raritate, proruunt monumenta et dissipantur. *Id.* 7. 2. Calix evanida et stiticulosa. *Id.* 2. 10. Arbores propter raritatem fiunt ianæs et evanidæ, ideoque in ædificiis non possunt habere diutinatatem. *Colum. Arbor.* 17. 3. Olearum decet inter sexagenos pedes disponi, ut spatium in latitudinem crescendi habeat: nam quæ in proceritatem extenduntur, evanidas fiunt parumque fructus afferunt. *Schneiderus* ita edidit; sed legendum ejuscidem adnotavit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 18. (70). Quidam è smaragdis seneccunt, paulatim viriditate evanida. h. e. colore viridi evanescere.

II.) Translate. *Ovid. Remed. am.* 653. Fallat, et in tenues evanidus exeat auras, Perque gradus molles emoriuntur amor. *Seneca* *Ep.* 35. Gaudium leve et evanidum.

**EVANNO**, is, ere, a. 3. (ex et vannus) idem quod vanno, aut vannendo purgo, vanno agitando excerno.

I.) Proprie. *Varro* 1. R. R. 52. extr. Ita fit ut quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evanescunt foras extra aream; ac frumentum quod est ponderosum, purum veniat ad corbem.

II.) Translate est ejicere, amovere. *Pomponius* apud *Non.* p. 19. 23. *Merc.* In prima valva est; vix hæret miser; evanescunt, et, mea ocius opera ut fiat, fecero.

**EVANS**, *V. EUANS.*

**EVÄPÖRÄTIO**, önis, f. humoris exhalatio. *Seneca* 1. *Quesst. nat.* 1. Terra omnis generis et varia evaporatio est. *Id.* 6. ibid. 13. Semper aliqua evaporatio est in terra, quæ modo arida est, modo humido mixta. *Gell.* 19. 5. Quoniam, quum aquæ frigore aeris duratur et coit, necesse est fieri evaporationem, et quondam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea et emanare. *Vulgati libri* habent evaporationem: at in eodem capite verbum evaporare bis occurrit.

**EVÄPÖRÄTIVUS**, a, um, adjekt. *Cret. Aurel.* 3. *Acut.* 8. post med. Quum sit evaporativæ virtutis paropesis.

**EVÄPÖRO**, as, are, a. 1. (ex et vapor). *Evaporare* legitur apud *Tertull. Pall.* 6. extr. — *Evapor-*

est vaporem exhalo. *Gell.* 19. 5. Il in ea levissimum est, quod evaporatur. et mox. Quod est salubriss, dissipari atque evaporari ex nive.

**EVÄSIO**, önis, f. 3. actus evadendi. *Vulgar.* interpr. *Judith* 12. 20. Dominus revocavit me vobis in evasione et in liberatione vestra.

**EVÄSTÄTUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EVÄSTO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (ex et vasto). Part. *Evestatus* et *Evestandus*. — Evasto est idem quod vasto, desolo, destruo, diripo, depopolor. *Liv.* 8. 37. Ager Apulus Samniumque evastatum. *Id.* 32. 18. Evestata bellii cladibus loca. *Id. fragm.* I. 91. (edente Niebuhr) p. 96. Evestatis omnibus, proculatisque segetibus. *Id.* 10. 15. Duo exercitus, diversi vagati partibus, omnia evastarunt. *Id.* 32. 33. Spoliare et evastare templum. *Id.* 28. 44. ad fin. Utratur evasteturque invicem Africa. Adde *eund.* 37. 19. *Sil. It.* 15. 183. Evestanda tibi tellus. Adde *Vopisc.* *Aurel.* 15.

**EVÄSUS**, a, um. *V. EVADO.*

**EVÄX**, *V. EUAX.*

**EVECIO**, önis, f. 3. actus evehendi. ¶ 1. Generatim. *Apul.* 3. *Met.* Sublimis evectionis appendix miseranda. ¶ 2. Speciatim est diploma, sive chartula signo principis obsignata, qua potestas alicui permititur utendis equis cursu publico destinatis. Nam sine licetia principis nemini privato licebat cursum publicum currere, qui instituta fuerat sollemmodo ad principis commoditatem, ut quam cito posset et nuncios mittere per provincias, et ea, quæ longe ab Urbe gererantur, cognoscere, ut est apud *Sueton.* *Aug.* 49. Vide *Cod. lib.* 12., tit. 51. qui est *De cursu publico*, ubi multa habentur de jure evocationum. *Cato* apud *Fronton.* 1. ad *Antonin.* *Aug.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 2. extr. Numquam ego evocationem datavi, quo amici mei per symbolos pecuniam magno caperent. *Syrmach.* 4. *Ep.* 6. Evectiones impetrasse me, gaudeo. Adde *Augustin.* *Ep.* 55.

**EVECTO**, as, are, a. 1. frequentat. ab eveho. *Gloss.* *Cyrill.* Τροχοποια, inveho, invento, evento.

**EVECTUS**, a, um. *V. EVEHO.*

**EVECTUS**, us, m. 4. actus evchendi. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 5. 6. (28). Ut operariorum copia prope sit, ut navigiorum erectus, vel itinerum. h. e. navis ultra citroto commenaria. quæ merces evabant. Vide *Varonis locum in V. INVECTUS*, us.

**EVEHO**, vñbis, rex, vectum, vñhere, a. 3. (ex et vevo). Reperitur etiam eveho apud *Ulp. Dig.* 10. 4. 5. — Part. *Evehens* I. 1.; *Evectus* in omnibus paragr.; *Evehendus* I. 1. — *Evehere*, ἔκχωπειον, εζάγω, est extra vñhere, exportare (Il. portare o condur fuori; Fr. transporter, faire sortir, retirer; Hisp. trasportar; Germ. herausfahren, — bringen, — schaffen, — tragen, führen; Engl. to carry or conduct out).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — 1.) Cum Accusativo rei, quæ evehitur; et — a) Addito loco, ex quo quid evehitur. *Cic.* 3. *Ferr.* 20. 53. Omnia ex faniis, ex locis publicis palam plaustra evecta asportataque esse. *Liv.* 1. 38. extr. Infima urbis loca, quia ex planis locis haud facile evehant aquas, cloacis et fastigio in Tiberim ductis siccata. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (224). Amnes aquas inferunt in lacus et evehunt. *Quintil.* 7. 8. 4. Lanæ evehere Tarento non licet. *Al. leg.* vñhere. *Id.* 6. 1. 52. Confragosis atque asperis evecti, tota pandere possumus vela. — b) Omisso loco, ex quo quid evehitur. *Cato R. R.* 5. Stercus sedulo conserva; quum exportabis, spargito et communio. Per auctumnum evehito. *Varro* 1. R. R. 16. 6. Tertio eundem fundum fructuosorem faciunt vecturae, si viæ sunt, qua plaustra agi facile possint: aut flumina propinquia, qua navigari possit. Quibus utrisque rebus evahi atque invehi ad multa prædia scimus. Cf. *Colum.* 1. R. R. 3. 3. Multum conferre agris iter commodum — ad invehenda et exportanda utensilia. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (66). Alii tellurem exercent, merces suas alii evehunt. *Ulp. Dig.* 10. 4. 5. Merces evehendas conducere. *Id. ibid.* 39. 4. 15. Evectas cotes. — c) Cum addito, quo quid evehitur. *Liv.* 25. 27. a med. Dua classes infestæ circa promontorium Pachynum stabant, ubi primum tranquillitas maris in altum evesset, commissuræ. *Seneca Hippol.* 1070. Quocumque payidos equos evit furor, bac ire pergunt. *trasportò.* — 2.) Evehene se occurrit apud *Liv.* 29. 34. Inculta se evahentes Masinissa excepiebat, h. e. incaute erumpen-

tes. Cf. Plin. 8. Ep. 17. Fluvius subruit montas et decidentium mole pluribus locis clausus, dum amissum iter querit, impulit tecta, ac se super ruinas evexit atque extulit. — 3.) Ponitur etiam pro in altum vehere, extollere, sed tamen cum additis, innalzare, sollevare. Virg. 6. Ann. 130. quos ardens exiret ad æthera virtus. Horat. 1. Od. 1. 5. palmaque nobilis Terrarum dominos evicit ad deos. Ovid. 14. Met. 127. Pro quibus aerias meritis evectus ad auras Templa statuam. Juvenal. 1. 38. Evehere in celum. — Absolute. Prudent. 8. nept. cesp. 13. Evectus gladiis alter, et alter aquis. scil. martyr qui gladio, et baptizatus qui baptismi mandatus cæsum petit. ¶ 2. Speciatim ac sepe passive, seu potius Mediorum apud Græcos more ac vi adhibetur, et significat procedere, progreedi, provehi. — a) Absolute. Liv. 4. 33. Ipse princeps (*magister equitum*) calcaribus subditis evectus, effreno equo in medios ignes infertur. Id. 5. 36. Evectus extra aciem equo ducem Gallorum occidit. Tac. 12. Ann. 14. Hostem longius evectum integer a tergo globus circumvenit. Sueton. Aug. 97. Itinere inchoato, Asturum pererrit; et inde, præter consuetudinem, de nocte ad occasionem aurea evectus est. Liv. 44. 28. in fin. Evecti Ægeo mari Delum traherunt. Adde eund. 28. 30. Cf. Curt. 4. 4. 8. Et navis, qua non cohærebat, liberò impetu evecta, in aliud quinqueremis latus invehebatur. — b) Cum addito, quo quis aut quid evetebitur. Liv. 37. 15. in fin. Placuit tamen, Regillum tota classc eveti ad portum Ephesi. Cf. Justin. 2. 8. 11. Ad regem Thessaliam ratibus evecti sunt. Liv. 21. 50. Ubi in altum evecti sunt, Romanus considerere pugnam etc. Id. 22. 45. In stationem quoque pro vallo locataam atque ipsas prope portas evecti sunt. Id. 31. 33. Equites ut semel in hostem evecti sunt. Adde Curt. 3. 13. 8. Similiter Id. Curt. 7. 7. 35. Quo saepius in cuneos barbarorum effusis habenis evectus etc. Liv. 22. 19. Alii resolutis oris in ancoras evetuntur, alii, ne quid teneat, ancoralia incident. — c) Cum Accusativo loci. Curt. 9. 9. 8. Tum aliam insulam medio anni sitam evecti — applicant classem quam accessissent ad aliam insulam. Al. aliter leg. Id. 9. 9. 27. Evectusque os annis quadringentis stadia processit in mare. h. e. egressus ostia fluminis. Cf. Propert. 3. 2. 21. Cur tua prescriptos evecti est pagina gyros? Et Sil. It. 16. 373. medium evecti certamine campum. — d) Et pro in altum ascendere. Liv. 1. 48. Flectens carpentum — ut in collem Esquiliarum evetebetur. — e) Pro descendere. Sil. It. 16. 112. rapido certamina linquit In latebras evectus equo. An legendum evectus? — f) Poetice. Val. Flacc. 2. 34. Jamque Hyperionius metas maris urget Hiberi Currus, et evectus prono lavantur habentæ Æthere.

II.) Translate. — a) Generatim. Cic. Brut. 13. 51. Ut seine et Piræo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas. è uscula fuori. Et cum Accusatio loci Tac. 12. Ann. 36. Fama ejus evecta insulas, et proximas provincias pervagata. Cf. eund. 14. ibid. 52. Privatum modum evectas opes adhuc angere. Alki leg. privatum supra modum. Liv. 42. 62. Spagna evectus, trasportato. Et de oratione Quintil. 9. 3. 87. Longius evectus sum, sed redeo ad propositum. — b) Speciatim ac saepius ponitur pro extollere. — Cum Accusat. et præpos. ad. Sil. It. 8. 506. ad sidera cauto evecta Mantua. Curt. 4. 14. 20. Evehere imperium ad summum fastigium. Tac. Dial. de orat. 13. aliquem ad coosulatum. Ammian. 13. 5. Ad augustum culmen evectus. Id. 16. 6. ad magnum culmen. Id. 22. 1. ad culmen. Vopisc. Carin. 1. rempublicam ad summum. Trebell. Poll. XXX. Tyr. 8. Aliquam militariibus gradibus usque ad imperium evetere. — Cum Accus. et præpos. in. Vellej. 2. 53. Vir in id evectus, super quod ascendi non potest. Id. 2. 56. Coasiliarii in summum evecti fastigium, innalzati, promossi. Id. 2. 90. Usque in tertium consulatum evectus. Huc pertinet et illud Plin. 26. Hist. nat. 4. 9. (18). Magicæ vanitates in tantum evectæ, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. — Cum Datiyo. Spartan. Hadrian. 14. Alii quem summis honoribus evetere.

EVELATUM eventilatum, unde velabrum, quibus frumenta ventilantur. Paul. Diac. p. 77. 15. Müll.

EVELLO, vellis, velli vel vulsi, vulsum, vellere, a. 3. (ex et vello). Præterit. evelli habet Cic. 1. Orat. 53. 230. et alibi; præterit. evulsi pro evelli agnoscunt multi Grammatici, et habent Flor. 4. 12. 38.

Marcell. Empir. 8. et Quintil. 12. Declam. 8. hic est etiam evulsus optimæ notæ vox. — Part. Eveliens et Evulsum I.; Evelendum II. — Eveletere, averti: οντο, est extra vellere, extrahere, extirpare (It. svellere, extirpare, cavare a forza; Fr. arracher, enlever; Hisp. arrancar, quitar con violencia, tirar con fuerza; Germ. heraus-, ausreissen; Engl. to pull up or out, pluck up).

L.) Proprie. Cic. 2. Divinat. 31. 67. Timide signifer evellebat, quod fidenter inficerat. Id. Sext. 28. 60. Linguan se evellisse M. Catoni dixerunt. Cf. Crassus apud eund. 3. Orat. 1. 4. Evulsa lingua. Rursus Cic. 15. Itt. 4. Arbor excisa, non evulsa. Sic Liv. 33. 5. Eveletere arborem. et Sueton. Vesp. 5. arborem radicibus. Horat. 3. Od. 4. 55. truncos. Val. Flacc. 6. 716. oleam. Horat. 1. Ep. 14. 4. spumas agro evellere. Cf. Plin. 17. Hist. nat. 9. 6. (55). Et segete evellere ebulum, cicutam, etc. Ces. 1. B. G. 23. Eveletere ferrum. Curt. 8. 10. a med. Evulsum spiculum. Plin. 26. Hist. nat. 1. 4. (5). Acus evulsa police. Liv. 38. 5. Eveletere vallum. Flor. 4. 12. 38. Tertiarii aquilam signifer, priusquam in manus hostium veniret, evulsi. Phœdr. 2. 2. extram funditus Canos pueri, nigros anus evellerat. Cf. Seneca Edip. 592. Luctus evellens comam. Marcell. Empir. 8. Quom prius pilos evulseris. Plin. 8. Hist. nat. 42. 64. (158). Relictum equum in ecce hærentem, ut se evellisset, secutum vestigia domini. Gell. 10. 16. a med. Si Hercules eum evellerat et petra. Ulp. Dig. 47. 12. 2. Statuam de monumento eveletere. — Poetice Lucrel. 3. 326. communibus inter se radieibus hærent, Nec sine pernicie divelli posse videntur. Quod genus, e turis glæbæ evellere odorem. Haud facile est, quin intereat natura quoque ejus. Sit. It. 7. 335. obessa evellere castra. h. e. ex obssione, e periculo. catar dall' assedio. Cf. Quintil. 12. Declam. 8. Pecora cecidimus, campos evulsimus, silvas destruximus. h. e. arbores e campis. — Forcellinus hoc refert etiam illud Farron. 9. L. L. 16. Müll. Sed ut nutrix pueras a lacte non subito evellit. h. e. depellit, ut Virg. loquitur 7. Ecl. 15. At ibi Müllerus rectius legit avellit.

II.) Translate. Lucret. 3. 311. Nec radicibus evelli mala posse putandum est. Cic. Cluent. 55. 152. Hoc metu proposito, evellere se aculeum severitatis vestram posse confidunt. Cf. eund. Dom. 13. 34. Radicibus evellere actiones aliejuis. h. e. resindere, infirmare, irrita esse ostendere. Celeram Id. Orat. 28. 97. Inserere novas opiniones, evellere insitas. Id. Rosci. Am. 2. 6. Hunc sibi ex animo scrupulam ut evellatis, postulat. Id. 1. Orat. 53. 230. Omneni eorum importunitatem ex intimis mentibus evellit vis orationis tue. Adde eund. Cluent. 1. 4. Id. Sext. 14. 33. Si appellandi sunt consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos putet. Sil. It. 14. 182. sedare monendo Pectora cæca virtus, atque iras evellere avebat.

EVENIO, vénis, (ēni, ventum, vénire, n. 4. (ex ei venio). Evenai pro eveniat, antiquum. Ennius apud Non. p. 507. 20. Mera. Utinam mortem oppet prius, quam eveniat etc. — Part. Eventurus I. et II. 2. — Evenire, άποβαίνω, εμφαίνω, est extra venire, exiendo accedere, pervenire (It. venir fuori, uscendo arrivare; Fr. venir hors, sortir de; Hisp. salir, ir fuera; Germ. herauskommen; Engl. to come out).

I.) Proprie. Plaut. Rud. 3. 2. 17. Eamque eventuram exagagan Capuam, salvam et sospitem. Al. leg. venturam. Id. Cas. 2. 8. 1. Sine modo, rus eveniat. Al. leg. eveniat. Horat. 4. Od. 4. 65. Menses profundo, pulcior evenit. h. e. ἀσπερται, ανικεν, super maris superficiem prodit. Colum. A. R. R. 32. 2. de arundinetis. Bulbus anno celerius naturam partem præbet; talea et tota arundo serius prædicto tempore evenit. h. e. e terra erumpit atque crescit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim saepissime sumunt pro accidere, contingere (V. ACCIDO et CONTINGO), tam in bonam, quam in malam partem, evenire, accidere, toccare, succedere. Occurrit — a) Absolute. Plaut. Amph. 3. 2. 57. In hominum estate multa eveniant hujusmodi: capiunt voluntates, capiunt rursum miseras. Ita intervenient, redent

rursum in gratiam. Verum iræ si qua forte eveniunt bujusmodi etc. Cic. 2. Divinat. 45. 94. Ut alia Tusculi, alia Romæ evenial sæpe tempestas. Id. Quintil. 15. 49. Quid homini potest turpius, quid viro miseriis aut acerbius usu venire? Quod tantum evenire dedecus, que tanta calamitas inveniri potest? Id. 2. Divinat. 24. 52. Quota enim quæque res evenit praedicta ab istis? aut si evenit quipiam: quid afferri potest, cur non easu id evenerit? Sall. Cat. 9. Deabus his artibus audacia in bello, ubi par evenierat æquitate, seque remque publicam curabant. h. e. provenerat. Sic Tac. 4. Ann. 33. Delecta ex his reipublica forma laudari facilius, quam evenire, vel si evenit, haud diurna esse potest. — Præcipue cum Nominativo communis. Cic. 6. Fam. 21. Timebam, ne evenirent ea, que acciderunt. Cf. Sall. Cat. 51. Illis merito accidet, quidquid evenerit. et Nepos Eumen. 11. Utinam quidem istud evenisset, inquit; sed eo non accidit, quod numquam cum fortiore sum congressus. Rursus Cic. 1. de republ. 44. Maxime id in rebus publicis evenit. Id. ibid. 42. Quem si optimates oppresserunt, quod ferme evenit, habet statum respublica de tribus secundarium. Id. ibid. 45. ad fin. Hoc in hac juncta conformatio reipublicæ non ferme sine magnis principiis vitio evenit. Id. 2. ibid. 28. ad fin. Quod pierumque evenit. Id. 1. ibid. 42. Quod evenit saepius. Quintil. 12. 8. 8. Quod saeppe evenit. Adde eund. 5. 7. 29. Id. 5. 5. 2. Quod frequentius evenit. Cic. 2. Fam. 10. Vereor, ne idem evenit in meas literas. — b) Impersonaliter; et quidem — Sine adulis. Ter. Andr. 5. 4. 4. Quid tu Athenas insolens? chre. evenit. è stata un caso, ci sono per accidente. Cic. Plane. 6. 15. Nihil, ut plerumque evenit, præter opinionem accidet. Sueton. Aug. 78. Si interruptum somnum recuperare, ut evenit, non posset etc. — Saepius sequente ut. Ter. Phorm. 1. 2. 15. Evenit scribus ambobus simul, inter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam. Brutus opul. Cic. 2. Orat. 55. 224. Forte evenit, ut in Priveratu essemus. Quintil. 2. 12. 5. Unde evenit nonnunquam, ut aliquid grande inventiat, qui semper querit, quod nimium est. Adde eund. 11. 1. 78., 8. proem. 22. et alibi; Sueton. Aug. 96., Claud. 7. et Galb. 6.; et Plin. Paneg. 41. — Et sequente quomodo. Pompon. Dig. 30. 1. 45. Ob id, quod furtum fecit servus, evenit, quo minus cum habere domino licet; sicut ob id, quod obligatus est fundo, accidere posset, ut cum habere domino non licet. — c) Cum Dativo personæ — Generatim est aliquid accidere, accidere, incontrare, toccare a taluno. Plaut. Men. prol. 67. Illi divitiae evenerunt maxima. Id. Cura. 1. 2. 34. Mihi haud saeppe tales eveniunt hereditates. Id. Stich. 1. 3. 56. Damna evenerunt maxima misero mihi. Id. Capt. 2. 3. 55. Merito tibi ea evenerunt a me. Cic. Sext. 33. 71. Quibus utinam evenissent ea, que tum homines pretabantur. Id. 1. Plin. 16. 53. Itaque non ob ea solum incomoda, quæ eveniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus; sed multo etiam magis etc. Adde eund. 1. de republ. 4. Plin. 9. Hist. nat. 29. 46. (87). Pulpum brachia sua rodere, falsa opinio est; id enim a congris evenit ex. Ammian. 21. 16. Id evenire corporibus a lascivia demotis. Justin. 11. 13. 7. Darius vir denis armatis singulos hostes, si divisio fieret, evenire dicebat. — Speciatim sorte evenire vel etiam evenire aliquid de provinciis usurpatum, et est sorte obvenire, toccare a sorte. Liv. 7. 6. L. Genucio consuli ea provincia sorte evenit. Sall. Jug. 39. et 47. Ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Adde Liv. 3. 4. 3. 57., 9. 41., 2. 40. extr. 5. 12., 7. 16. et alibi saeppe; et Justin. 13. 5. 8. et 13. 4. 16. Similiter de aliis officiis. Lic. 8. 20. Cui Gallicum bellum evenerat. h. e. agendum evenerat. Id. 23. 25. Cui legiones urbanæ evenissent. — d) Si quid mihi eveniat, dictum per euphemismum, simile est ac si quid mihi humanitas acciderit. h. e. si moriar. Sueton. Ces. 86. Rempublicam, si quid sibi eveniret, neque quietam fore etc. Vopisc. Prob. 6. extr. Ut si quid sibi scienti prudenter eveniret etc. h. e. si naturali fato fungi contingere et certus de obitu esset. Spartan. Hadrian. 4. Si quid ei eveniret. Sall. fragm. 5. 8. p. 244. ed. Gerlach. Si in Pompejo quid humani evenisset. ¶ 2. Speciatim evenire ponitur pro evadere, provenire, sequi, evitare habere, nascere, derivare, seguire, riuscire; ut doret Cic. 1. Invent. 28. 42. Eventus est aliquid existitus negotii, in quo quarti solet, quid ex quoque re

evenerit, eveniat, eventurum sit. Cf. Quintil. 5. 10. 86. Quid ex quoque eveniat. Occurrit autem — a) De rebus secundis, quæ — Per Nomina vel Adjectiva significantur. Plaut. *Trin.* 1. 2. 1. Larem, utrū, venerare, ut nobis hæc habitatio bona, fausta, felix fortunataque eveniat. Cic. 1. *Divinat.* 15. 27. Quæ (auspicia) sibi secunda evenerint. Cf. Sueton. *Vitell.* 9. Præmissi agnini latum evenit auspiciū. *Nepos* *Aclib.* 8. Si quid secundi evenisset, nullam in ea res suam partem fore: contra ea, si quid adversi accidisset, se unum ejus delicti futurum reum. *Sall. Jug.* 63. Cuncta prospera eventura. *Liv.* 21. 21. Novisque se obligat votis, si cetera prospera evenissent. *Alleg.* prospere. *Id.* 28. 42. Quæ prospera tibi et populi Romani imperio evenere. *Id.* 37. 47. Ut ea res prospera et lata eveniret. Adic eum. 4. 28. — Per Adverbia. Plaut. *Pseud.* 2. 1. 1. Proh Juppiter, ut mihi, quilibet ago, lepide omnia prospereque eveniant! Cic. 3. *Fam.* 12. 2. Ego vero velim mihi Tulliæque meæ — prospere evenire ea, quæ, me insidente, facta sunt a meis. Adde *Liv.* 9. 19.; et Cic. 2. *Nat. D.* 68. 167. *Sall. Jug.* 92. Sed consul, bene ea res ubi evenit, ad alia oppida pergit. *Cæs.* 4. *B. G.* 25. Contestatus deos, ut ea res legioni feliciter eveniret. Adde *Pallad.* 11. *R. R.* 12. 5. Cic. *Mur.* 1. 1. Ut ea res mihi, populo plebejio Rom. bene atque feliciter eveniret. Adde *Liv.* 31. 5.; et *Plin. Paneg.* 72. Similiter Ter. *Hecyr.* 5. 4. 32. Spero hanc rem esse eventuram nobis ex sententia. Cf. Plaut. *Merc.* 5. 9. 89. Quoniam hæc evenerunt nostra ei sententia: — Absolute. *Plin.* 1. *Ep.* 18. Eventura soleas, au contraire somniaria. *V.* infra sub c. — b) De adversis, quæ — Per Nomina vel Adjectiva significantur. Ter. *Hecyr.* 5. 4. 1. Ain' tu, tibi hoc incommodum evenisse iter? esserti stato di gran disagio. *Sall. Cat.* 26. Postquam — neque petito, neque insidiæ prospere cessere, constituit bellum facere —, quoniam que occulte te lauerat, aspera fœdaque evenerant. *Liv.* 8. 31. Si aduersa pugna evenisset. — Per Adverbia. Plaut. *Circ.* 1. 1. 39. Male illis eveniat. h. e. male sit. Ter. *Andr.* 2. 6. 5. Si quid preter speo evenit. *Id. Phorm.* 2. 1. 16. Quidquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. Adde *eum.* *Andr.* 4. 1. 55. et *Adelph.* 5. 3. 29. Sueton. *Cæs.* 16. Quod quoniam præter opinionem evenisset, etc. Plaut. *Cas.* 2. 5. 37. Quod si fors alter quam voles eveniet. Cic. 2. *Divinat.* 24. 53. Omnia fere contra, ac dicta sunt, evenissem. Tac. 4. *Ann.* 29. Etiamsi tormenta pervicacia servorum contra evenissent. c) Indefinitæ — Sequente quo vel quorsum. Plaut. *Mos.* 2. 1. 48. Istæ blanda dicta quo eveniant, madeo metu, dove vadano a finire. Adde *eum.* *ibid.* 1. 2. 52. et *Bacch.* 1. 2. 36. Ter. *Hecyr.* 1. 2. 118. Nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet. — Eventura pro futuris apud Cic. 2. *Divinat.* 51. 103. Nostra interest scire, que eventura sunt, le cose future. Sic Tibull. 2. 5. 11. et 3. 4. 47. procul eventura videre. *Id. ibid.* 1. 25. eventura precari.

EVENTILATUS, a, um. *V.* voc. seq.

EVENTILÓ, as, alum, are, a. 1. (ex et ventilo). Part. *Eventilatus* I. et II. — Eventilare est ventum agitare, ventilare, ut sit flabellis, aut bujusmodi.

I.) Proprie. Justin. 44. 1. 10. Huc accedunt et marinae aurae undique versus assidui status, quibus eventilata terrestri spiritu, præcipua hominibus sanitas redditur. Colum. 1. *R. R.* 6. 23. Frumenta eventilata mundiora sunt, lapillisque rarent et glæballis. h. e. ventilando purgata. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 8. 28. (49). Fit altitudine ipsa gravior aer, quem emendant assiduo linteorum jactatu eventilando.

II.) Translate. Sidon. 1. *Ep.* 9. Post imperii utriusque opes eventilatas. h. e. jactatas et dissipatas.

EVENTUM, i. n. 2. (evenio). ¶ 1. Est quidquid reapse evenit vel accidit, seu factum est, avenimento, evento. Cic. 3. de republ. 19. Gens Ægyptiorum plurimorum sæculorum et eventorum memoriam litteris continet. ¶ 2. Item evenita dicuntur ea, quæ accidentia Scholastici vorant. Quæcumque enim sunt, aut conjuncta vocantur, aut evenita: (adhibetur enim fere in plurali numero; nam in singulari generis est masculini). Conjunctum (inquit Lucret. 1. 451.) est id, quod numquam sine pernicieti Discidio potis est sejungi seque gregari. Pondus uti saxis, calor ignib', liquor aqua, Tactus corporibus cunctis, intactus inan. Servitium contra, libertas, divitiae, Pauperias, bellum, concordia, cete-

ra, quorum Adventu manet incolamis natura abituque. Hæc soliti sumus, ut par est, evenita vocare. Adde *eum.* *ibid.* 459., 468., 471. (ubi in singulari numeri occurrit), et 482. ¶ 3. Item quod casu fortunave nobis ex aliqua re evenit tam in bonum, quam in malum; rerum exitus, casus, effectus quæ ex causis oriuntur, esito, successo, effetto. — a) Raro admodum in singulari numero. Cic. 3. *Att.* 8. *sub fin.* Existimato, me stultitiae mem̄ poenam ferre gravius, quam eveni. — b) Sæpius in plur. num. Cic. *Rabir.* *Post.* 1. 1. Non plerumque facinus, ut consilia evenitis ponderemus, et cui bene quid processerit, multum illum prouidisse; cui secus, nihil sensisse dicamus. esiti, successi. *Id.* 2. *Divinat.* 47. 99. Quorum (*Chaldaeorum*) prædicta quotidie videat re et eventis refelli. Et cum adiuto nom. *factum*, *Id. fragm.* apud Non. p. 204. 6. *Merc.* Me adiutorius es, ut aliorum facta et events conquiram. Adde *eum.* *Pis.* 41. 98. Et cum opp. *causa*, *Id. Topic.* 18. 67. Causarum cognitio cognitionem eventorum facit. degli effetti. Adde *eum.* 1. *Divinat.* 6. 12. Et generatim *Id. Partit.* *oral.* 27. 96. De incerto fortune statu dubiis eventis rerum futuriarum. *Id.* 1. *Fam.* 7. *ad fin.* Ut te ex nostris events communibus admisionandum putarem, ut considerares etc. Tac. 4. *Ann.* 33. Pauci præudenti honesta ab deterioribus, utilia ab noxilis discernunt; plures aliorum events docentur.

EVENTUS, us, m. 4. (evenio). ¶ 1. Eventus est id quod evenit vel accidit, seu factum est (It. avvenimento, evento, sorte, destino; Fr. événement, sort, destinée; Hisp. acaecimiento, suerte, destino; Germ. d. Ereigniss, auch Zufall, Geschick, Schicksal; Angl. an event, fate, destiny). Cic. 1. *Divinat.* 28. 58. Mibi a perlus in Asia prædictum est; fore eos eventus rerum, qui acciderent. *Id. Quint.* 26. 83. Ita te cæcum — fuisse, ut, quam posse quid futurum esset, ignorares, accidere autem multa possent, spem malefici præsentis in incerto reliqui temporis eventu collocares? Tac. *Agric.* 22. Soliti plerumque damna æstatim hibernis eventibus pensare. *Id. 2. Ann.* 26. Cœbris epistolis Tiberius monebat, rediret ad deeratum triumphum: satis jam eventuum, satis casuum: prospera illi et magna prælia. Cic. *Amic.* 4. 14. Miserere hoc ejus (h. e. Scipio's) eventu, verso ne invidi magis, quam amici sit. h. e. morte. *Liv.* 10. 29. Ibi auditor P. Decii events. h. e. qui, qua conseruissimæ cernebat Gallicum aciem, concitatæ equum, inferensque se ipse infestis telis est interfectus. Adde *eum.* 7. 26., 7. 8. et 45. 19. *Ces.* 4. *B. G.* 31. Eventus nivium suarum. *Liv.* 33. 48. Ita Africa Hannibal excessit, saepius patræ, quam suorum events miseratus. *Cæs.* 1. *B. C.* 21. Quid reliquis acciderit, qui quosque events exciperent. *Id. 2. ibid.* 5. Neque erat quisque omnium, qui non in ejus diei casu suarum omnium fortuniarum eventum consistere existimaret. Ovid. 7. *Met.* 352. superque Othrym, et eventu veteris loca nota Cerambi. h. e. qui in avem a Nympha mutatus atque in Parnassum sublatus superfuit diluvio Deucalioneo. Id. 13. *ibid.* 505. jacet Ilion ingens; Eventuque gravi finita est publica clades. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 18. (55). Ostenta saepè expiata magnis eventibus, con gravi disgrazie. Amian. 17. 7. Eminuere Nicomedæ clades, cuius ruinarum eventum vere breviterque absolvam. ¶ 2. Item events est quidquid evenit ex re aliqua, quod cognosci, priusquam eveniat, non potest, casus, rerum exitus, atque adeo finis, effectus. — a) Generatim. Cic. 1. *Invent.* 28. 42. Eventus est aliquis exitus negoti, in quo queri solet, quid ex quaue re evenierit, eveniat eventurunque sit. *Id.* 2. *Orat.* 15. 63. In rebus magnis memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea events expectantur. *Liv.* 22. 39. Eventus stultorum magister est. *Ebal.* et *Opp.* ad *Cic. post ep.* 8. 1. 9. ad *Att.* Amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent. *Ovid. Heroid.* 2. 83. Exitus acta probat: caret successibus opto, Quisquis ab eventu facta notanda putat. Adde *Clau-dian.* 2. in *Eutrop.* 489. *Horat. Art. P.* 148. Semper ad eventum festinat, et in medias res auditorem rapit. h. e. ad finem, seu rerum exitum. Cic. *Partit.* *orat.* 2. 7. Aut causarum events, id est quæ sunt effecta de causis. *Id. ibid.* 32. 110. Accusatori hæc doma prima sunt, causa et events. *Propert.* 4. 2. 47. de *Vertumno.* At mibi, quod formas unus vertebar

in omnes, Nomen ab eventu patria lingua dedit. datus effetti. — b) Speciatim de rerum exitu, sive in bonam, sive in malam partem. — Cum addito Genitivo rei. Cic. 1. *Orat.* 26. 120. Ut quisque optime dicit, ita maxime varius events orationis pertinet. *Id. ibid.* 27. 123. Nonnunquam summis oratoribus non satis ex sentientia events dicendi procedit. *Cæs.* 3. *B. G.* 3. *estr.* Interim rei eventum experiri. Cf. *Curt.* 8. 1. *med.* Intentum esse in eventum rei. et 7. 7. 9. Explorate sacrificiis eventum rerum. *Cæs.* 7. *B. G.* 49. Eventum pugnae expectare. *Id.* 3. *B. C.* 96. Nihil eos de eventu ejus diei timuisse. *Id. 2. ibid.* 32. et 6. *B. G.* 42. Eventus bellum. *Sueton. Aug.* 96. bellorum. *Id. Cæs.* 20. Desperans tam præcipitis consiliis eventum. *Justin.* 2. 9. 12. Events audacia. — Sine Genitivo. Cic. 14. *Phil.* 2. 5. Spei fructus rei et eventui reservare. *Id. 2. Legg.* 17. 43. Steleris est piena tristis, et, præter eos events, qui sequuntur, per se ipsa maxima est. *Id. 9. Att.* 6. *estr.* Quemvis eventum fortiter ferre. *Id. 6. Fam.* 21. Ad omnem eventum paratus sum. *Cæs.* 5. *B. G.* 42. Hic dies bunc habuit eventum, ut eo die maximus numerus hostium interficeretur. *Lucan.* 4. 730. Fraudibus eventum dederat fortuna. avea pro-sperato le insidie. *Plin.* 5. *Ep.* 20. Ego pro Varenio, non sine eventu, con buon successo. *Id. 10. ibid.* 12. Oeoque immortales precor, ut omnes cogitationes tuas letas sequatur events. *Sueton. Aug.* 28. In retinenda (re publica) perseveravit: dubium eventum meliore, ac voluntate. *Justin.* 2. 13. 3. Ant cum gloria ejus perdonilorum se Græcum; aut, si aliter events ferat, sine ejusdem infamia hostibus cesserum. — Ceterum generalim adde Cic. 1. *Tusc.* 35. 85.; *Liv.* 23. 48.; *Ovid.* 10. *Met.* 600.; *Quintil.* 8. 3. 12.; *Curt.* 4. 16. 28. et 9. 7. 23.; *Colum.* 11. *R. R.* 1. 1.; *Sueton. Ner.* 23. *Claud.* 16. et *Vesp.* 4. et 7.; *Juvenal.* 11. 196.; *Thec. Agric.* 29., 2. *Hist.* 42 et 2. *Ann.* 77.; *Plin.* 4. *Ep.* 8. 6. *ibid.* 33. et *Paneg.* 5.; et *Annan.* 16. 6. — c) Item speciatim *Bonus Eventus* inter Romanorum deos fuit, Græcis vero *Autopœtia* appellatus, ab agricolis præcipue cultus. *Varro* 1. *R. R.* 1. 6. Nec non ei iam precor Lypbam ac Bonum Eventum, quoniam sine successu ac bono eventu frustra est, non cultura. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (77). *Simulacrum Boni Eventus*, dextra pateram, sinistra spicam ac papavera tenens. *V. Bullellin. Archeol.* a. 1844. p. 46. Eadem forma in nummis Titi Aug. videre est hujusmodi numeri cum inscriptione *BON. EVENT.* In *Inscript.* apud *Murat.* 92. 1., quæ est apud *Orell.* 1733., legitur *bono eventu*; at apud *Murat.* *ibid.* 2. et apud *Orell.* 1784. *EVENTI AVG.* Item apud *Orell.* 1785. *DEO SANCTO EVENTO FL. FRONTO EX PRAECEPTO.* In alia apud *De-Vita* 44. *BB.* *T. I.* p. 27. *BONEVENTO PROFECTIONIS ORIENTALIS ET REDITVS AVGSTORVM L. SEPTIMII ET M. AVERILLI ANTONINI COL. JULIA AVG. CONCORDIA FELIX BENEVENTI AVGSTI MAJESTATI AVG. V. plura hic spectantia apud *Eckel. D. N. V.* *T. 5.* p. 303. et apud *Marin. Frat. Arv.* p. 236.*

EVERBERATUS, a, um. *V.* voc. seq.

EVERBERO, as, àvi, stum, arc, a. 1. (ex et verbo). Part. Everberatus I. — Everbero est idem ac verbero, vehementer verbero (It. battere, battere con forza; Fr. frapper, battre à plusieurs reprises; Hisp. pegar, golpear violentemente; Germ. herauspeitschen, — schlagen, zerschlagen; Angl. to strike, beat, buffet).

I.) Proprie. Virg. 12. *Æn.* 866. clipeumque everberat alis. Ovid. 14. *Met.* 578. cimeres plausis everberat alis. *Id. Halieul.* 37. At mugil cauda pendentem everberat escam. Quintil. 2. 4. 18. Qui (*corvus*) os oculosque hostis Galli rostro atque alis everberaret. *Val. Flacc.* 6. 737. pectusque suis everberat armis. *Curt.* 4. 3. 18. Remis pertinacis everberatum mare. *Id.* 9. 4. 13. Remis everberare luctus. Adde *eum.* 6. 9. 31.; et cf. *eum.* 4. 4. 37. Diverberatis fluctibus. Quintil. *Declam.* 5. Quem — tempestas everberat. Seneca 5. *Quæst. nat.* 12. Quin spiritus everberatus cursu parum libero jaculit. *Inscript.* apud Jo. *Labusium, Colonna di Magazzano* p. 10. *VIAM ANNAM LONGA INCIVIA NEGLETAM, INFVENTIBVS PALVSTRIBVS AQVIS EVERVERATAM, SIC ET COMMEANTIBVS INVIAM, INTER PLVRIMA INDVLGENTIARVM SYVARVM IN AQVILEJENSES PROVIDENTISSIMVS PRINCEPS RESTITIVIT. Everberatam scriptum est labente Latinitate pro everberatam.*

II.) Translate. *Gell.* 1. 23. et *Macrob.* 1. *Saturn.* 6. a med. Silentium rei debet puer affirmans, animum mulieris ad inquirendum everberat. h. e. extimulat. *Ammian.* 14. 11. Quum haec taliaque sollicitas ejus aures everberarent, expositas semper hujusmodi rumoribus et patentes.

## EVERGANEUS. / EUERGANEUS.

EVERGO, is, ere, a. 3. (ex et vergo) extra vergo, adeoque effundo, emitto. *Liv.* 44. 33. Montes spem faciebant, quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continet latices.

EVERRE, arum, f. plur. 1. dicuntur purgatio quadam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, qua sit per everriatorem, certo genere scoparum adhibito: ab extra verrendo dicitur. *Paul. Diac.* p. 18. 1. *Müll.*, ubi allii scribunt *Exverre*, quenammodum ipse *Müll.*, et *Exveriae* et *Exverteare*.

EVERRIATOR, ōris, m. 3. qui everrit. *Paul. Diac.* p. 77. 18. *Müll.* Everriator vocatur, qui iure accepta hereditate justa facere defuncto debet: qui si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite loat. Id nomen ductum est a verrendo.

EVERRICULUM, i, n. 2. rete piscatorium a verrendo dictum, vel quod trahitur (nam verrere est trahere), vel quod, si quid fuerit piscium nactum, everrat, ut *Non.* p. 34. 12. *Merc.* interpretatur.

I.) Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 17. 7. Everriculo pescis educere in litu. *Apul. de Mag.* Quum animadvertisset, a quibusdam piscatoribus everriculum trahi, fortunam jactus ejus emisse. *Ulp. Dig.* 47. 10. 13. § 7. Everriculum, quod Græci οὐργῆν dicunt.

II.) Translate. Transfert ad Verrem expilatorem, similius alludit ad nomen ejus *Cic.* 6. *Verr.* 24. 53. Quod unquam, judges, hujusmodi everriculum in illa provincia fuit? — Et ad judicium de dolo malo, quod eo everruntur fraudes hominum e vita civili, *Id.* 3. *Nat. D.* 30. 74. Inde everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit.

EVERRO, verris, verri, versum, verrere, a. 3. (ex et verro) οὐργῆς. Part. *Eversus* II. 1. et 2.; *Everrends* I. — Everrere est extrahendo purgare (verrere enim est trahere), nitidum facere, scopis mundare (It. tirar fuori, scopare, spazzare; Fr. balayer, nettoyer; Hisp. escobar, barrer y limpiar con escola; Germ. auskellen; Angl. to sweep clean or away).

I.) Proprie. *Titinius* apud *Non.* p. 192. 11. *Merc.* Everrite ædes, abstergite araneas. *Varro* 6. *L. L.* 32. *Müll.* Eo die ex æde Vesta stercus everritur. *Id.* 2. *R. R.* 2. 7. Solum stabuli oportet esse crudelatum et proclivum, ut everri facile possit ac fieri parum. *Colum.* 7. *R. R.* 4. 5. Stabula frequenter everrenda et purganda. *Id.* 8. *ibid.* 17. 12. Salsamentorum purgamenta, quæ ceteriorum officinis everruntur. *Seneca* 4. *Controv.* 25. a med. Inter temulentas ebriorum reliquias heuacum everritur caput.

II.) Impropprie. ¶ 1. Pro purgare. *Veget.* 3. *Veterin.* 30. 2. *Schneid.* Jumentum colligatum depositum, et — sagitta aut scalpellum in longum dextram ac sinistra pro mensura tumoris aperitur. — Post egreditis vel eversis omnibus, quæ tumorem moverant. h. e. abstergendo purgatis. *Manil.* 4. 285. everrere retibus æquor. h. e. pisces captare. ¶ 2. VERRO in *DEIXIC* et *LUCRINUS* in *ONOM.* ¶ 2. Translate est expilare et asportare. *Plaut.* *Truc.* prol. 21. Is cum anima ad eam habentiam ἔτοι everrit. *Bothe* vero edidit: Illece anima ad eam habentiam exterrabitur. *Cic.* 4. *Verr.* 21. 52. Quam tu domum, quam urbem adisti, quod fanum denique, quod non eversum atque extersum reliqueris?

EVERSIO, ūnis, f. 3. *ἀνάστασις, αναποτή*, actus evertendi (It. rovescimento, abbattimento; Fr. action de renverser, renversement; Hisp. el acto de trastornar, de derribar; Germ. das Umwerfen; Angl. an overturning, overthrowing, eversion, subversion).

I.) Proprie. — a) In singulari numero. *Cic.* 1. *Phil.* 2. 5. Eversio illius exsecratae columnæ. — b) In plur. num. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 17. 20. (43). Heraha ureolaris contra lapsus, aut vehicularum eversiones, singularis. h. e. quum quis vehiculo excusus laeditur.

II.) Impropprie. ¶ 1. Ponitur pro destructione, ruina, excidio, rovina, distruzione. *Cic. Harusp.* resp. 2. 3. Excisionem, inflammationem, eversionem,

depopulationem, vastitatem tectis atque agris inferre. *Quintil.* 5. 10. 97. Eversio templorum. Add. *Fo-pisc.* *Aurel.* 23. *Flor.* 1. 12. 7. urbis. *Id.* 2. 17. 9. *Gracchus* Callibergis centum et quinquaginta urbium eversione multavit. — Et in plur. num. *Flor.* 2. 16. 1. Quasi sæculum illud eversionibus urbium curreret, ita Carthaginis ruinam statim Corinthus exceptit. — Eversionem urbis oratore amplificando describit *Quintil.* 8. 3. post med. ¶ 2. Item pro expulsione, ejectione. *Flor.* 3. 13. 9. Reduci plebs in agros unde poterat sine possidentium eversione? ¶ 3. Translate est actus turbandi, agitandi, lo sconvolgere, il metter sossopra. *Cic. Senect.* 12. 40. Patriæ proditores, rerum publicarum eversiones. *Tac.* 6. *Ann.* 17. Eversio rei familiaris. ¶ EVERSOR. Cf. *Ammian.* 17. 3. Norat enim hujusmodi provisionum (h. e. quæ ad annonam spectabant), immo eversionum, ut varius dixerim, insanabilis vulnera, sc̄pe ad ultimam egestatem provincias contraxisse: quæ res, ut docetur postea, penitus evertit Illyricum. Rursus *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 31. 99. et 5. *Fln.* 10. 28. Omnis vita eversio. Cf. *eund.* 4. *Acad.* (2. pr.) 10. 31. *Fln.* 10. *Ep.* 111. dignitatis.

EVERSITO, as, are, a. 1. frequentat. ab everso; et EVERSO, as, are, a. 1. frequentat. ab evertō, asseruntur a *Priscian.* super *XII. ver.* *Æn.* 5. p. 1239. *Putsch.*; sed nullo auctore confirmantur.

EVERSOR, ōris, m. 3. qui evertit. I.) Proprie. *Quintil.* 8. 6. 30. Eversor Carthaginis et Numantiae. *Virg.* 12. *Æn.* 545. Priami regnum eversor Achille. *Sil. It.* 8. 639. Regnum eversor cometes. h. e. qui regnum eversionem prædict.

II.) Translate. *Cic. Sext.* 7. 17. Quid dicam consules? hoccine ut ego appellem nomine eversores hujus imperii, proditores vestræ dignitatis? *Plin.* 28. *Hist. nat.* 1. 2. (6). Eversor juris humani. — *Cajus epitom.* *Institut.* tit. 8. eversores vorat nepotes et prodigos, qui bona sua dilapidant. Similiter in *Cod.* 12. 24. 2. dicitur eversor interversor et interceptor pecunia publicæ; et in *Cod. Theodos.* 12. 6. 1. *Imp. Constantini.* usurpat evertire rationes pro conturbare et dilapidare. Et evertire patrimonium eod, sensu *Ulp. Dig.* 47. 6. 1.

EVERSUS, a, um. ¶ EVERTO.

EVERVERSUS, a, um. ¶ EVERRO.

EVERTO (et antiquo more evertō), vertis, verti, versum, vertere, a. 3. (et et verto vel vorto), άναρπέτω, άναρπτη. — Part. *Evertens* L. 1.; *Eversus* in omib; paragr.; *Eversurus* II. 2.; *Evertendus* I. 2. — Evertere est in contrarium statum vertere, invertire, subvertire (It. rovesciare; Fr. mettre sens dessus dessous, retourner, bouleverser; Hisp. transformar; Germ. herausdrehen, — treiben, — wenden, — wuhlen, — werfen; Engl. to overturn, turn upside down, turn topsy-turvy).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est in contrarium statum vertere, atque adeo miscere, turbare, agitare, rovesciare, sconvolgere, metter sossopra. *Ter. Heaut.* 2. 3. 131. Eversæ cervices. h. e. collum caputque inflexum ad aspicendum clam aliquid, seu cervix hic illuc versa. *Virg.* 1. *Æn.* 47. Disjectaque rates everfitæ sequora ventis. *Ovid. Heroid.* 7. 42. eversas concitat Eurus aquas. sconvolte, agitate. Add. *Seneca. Agamemn.* 475. Et *Seneca Ep.* 4. Momento mare evertitur: eodem, ubi luserunt, navigia sorbentur. Eodem sensu *Horat. Epod.* 10. 5. Niger rudentis Eurus inverso mari fractosque remos differat. Similiter *Val. Flacc.* 7. 75. everso campo jacere semina. h. e. vomere subacto. Huc pertinet et illud *Juvenal.* 12. 30. Quoniam plenus fluctu mediis foret aleucus, et iam Alternum puppis latus evertentibus undis etc. h. e. quum latus daret, modo in dextrum, modo in sinistrum inclinata fluctuabat navis incerta cursu. ¶ 2. Speciatim est aliiquid a loco suo removendo excutere ac subverttere, capovolgere, rovesciare. *Cic. 1. Orat.* 38. 174. Duorum scalmorum naviculam everttere. Add. *eund.* 3. *Parad.* 1. 20. et 4. *Fln.* 27. 76. Sic *Seneca. Agamemn.* 1006. Ratibus eversis repletum mare. V. *Mützel.* ad *Curt.* 4. 1. 36. *Ovid. 3. Amor.* 9. 7. Ecce, puer Veneris fert eversansque pharetram. Et fractos arcus et sine luce faciem. *Id.* 12. *Met.* 222. Eversæ mensæ. *Curt.* 4. 15. 16. Equi crebra jactatione cervicum currus evertent. Eodem sensu *Sil. It.* 16. 406. Obliguum Durius conversis pronus habens Opposuit currum, atque eversum propulit axem Atlantis senio invalidum. Cf. *Juvenal.* 3. 158. Nam si preceperit, qui sata Li-

gustica portat, Axis, et eversum fudit super agmina montem, etc. h. e. si axe fracto ruita plastrum, qui excisus e Liguria montibus lapides portat, et impotit molem deturbet in obvio. Hinc eversus etiam dicitur ille, qui lapsus equi, vehiculi, aut hujusmodi læsus est, riballato. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 13. 85. (137). Agaricum contusus et eversis potum duobus obolis in multis cyathis tribus. Add. *eund.* 21. *ibid.* 19. 77. (132). Cf. *Ammian.* 31. 13. Et quis humus rivis operia sanguinis gressus labiles evertet, etc. — Similiter *Virg.* 1. *G.* 256. silvis evertente — pinum. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 31. 56. (130). Aunosa quercus eversa vi tempestatis. Add. *Sueton. Domit.* 15. Sic *Sil. It.* 6. 195. Arboris obstraxit molem, penitusque revulsam Evertit fundo et radicibus eruit imis. Cf. *Pallad. S. R. R.* 2. *Lupinum (aratro)* evertitur. — Et pro jacere, dejicere, gettere. *Ovid.* 11. *Met.* 554. si quis Athos Pindauve revulsus Sede sua, totos in apertum evertet aquor. *Id.* 1. *ibid.* 230. ego vindice flamma In dominum (al. domino) di-gnos everit tacta Penates. — Item pro prosternere, demoliri, excidere, ad nihil redigere, abbattere, rovinare, distruggere. *Cic.* 1. ad *Brut.* 15. a med. Nec tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in evertenda boni. *Poetice Stat.* 6. *Theb.* 107. non sic eversa seruntur Ismara, quum fracto Boreas raput extulit antro. h. e. curvate et effractæ arbore Ismari montis, Borea perlante. *Rurus Cic.* 6. de republ. 11. Carthaginem hoc biennio consul evertes. *Id.* 1. *Off.* 24. 82. Evertere et diripere urbes. Add. *Juvenal.* 11. 101. *Cic. Sext.* 15. 35. Urbs excisa et eversa. *Ovid.* 13. *Met.* 169. Evertere Trojam. *Horat.* 2. *Ep.* 9. 34. castellum. *Sil. It.* 17. 376. funditus arcis Juvenal. 10. 7. domos totas. ¶ 3. Item speciatim est aliquem et possessione expellere, possessione spellare. *Plaut.* *Trin.* 3. 1. 15. Festinat, ut agro evertat Lesbonicum, quando evortit ædibus. *Id. ibid.* 1. 2. 177. Qui hunc adolescentulum bonis evortit suis. *Cic. Rosc. Am.* 39. 115. Evertere aliquem funditus bonis. *Id.* 3. *Verr.* 51. 135. Per sumam injuriam pupillum fortunis patriis evertere. *Id. Divin. in Q. Cecil.* 6. 21. Evertere aliquem fortunis omnibus. *Id. Flacc.* 5. 11. Spoliati, vexati, fortunis eversi. Cf. *Pseudo-Sall. Orat.* 2. ad *Cæs. ante med.* Dignitate alios, alios civitate eversum ire.

II.) Translate. ¶ 1. Stricto sensu raro admodum occurrit, et est dejicere, rovesciare, abbattere. *Lucret.* 5. 164. Sollicitare suis ulla vi ex sedibus umquam, Nec verbis vexare et ab imo evertere summa. *Cic. 5. Fam.* 2. 8. Negue illi quidquam deliberatus fuit, quam me, quacunque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed vi atque impressione evertere. h. e. de statu dejicere. Cf. *eund.* *Quinct.* 23. 74. Ut per se afflictum atque eversum proprium sunto non modo bonis, sed etiam communis luce privaret. ¶ 2. Latiori sensu est subvertere, ad nihil redigere, delere, rovinare, distruggere, annientare. — a) De hominibus. *Juvenal.* 10. 108. Quid Crassus, quid Pompejos evertit, et illum (*Jul. Caesaris*), Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites? h. e. perdidit. *Cic.* 5. *Verr.* 18. 47. Labefactari vehementer aratores jam superior annus, proximus vero suuditus evertat. *H. avea rovinari.* Similiter *Id. Pis.* 35. 86. Evertisti miseras funditus civitates, que non solum bonis sunt exhaustæ, sed etc. *Id. Amic.* 7. 23. Quæ enim domus tam stabilis, que tam firma civitas est, quæ non ollis atque dissidiis funditus possit everti? Add. *Liv.* 30. 16.; et *Quintil.* 2. 16. 4. *Cic. 5. Att.* 16. Perditæ et plane eversa provincia. Sic *Tac.* 15. *Ann.* 43. Interca ferendis pecuniis pervastata Italia, provincia eversæ. Cf. *Sueton. Cæs.* 33., et *Quintil.* 8. 2. 9. Evertere rempublicam. *Ovid. Heroid.* 3. 76. Eversa domus. *Seneca Herc. fur.* 477. Cœuthrautis eversi domus. *Virg.* 1. *G.* 500. Hunc saltē everso juvenem succurrere sæculo Ne prohibete. h. e. afflictis ac perditis rebus totius orbis ob bella civilia. *Pseudo-Sall. Orat.* 2. ad *Cæs. ante med.* Dissensio civilis tot illustres familias ab stirpe evertit. *Curt.* 8. 8. 10. Funditus evertore gentes. h. e. delere. *Quintil. Declam.* 388. a med. Evertore testem. h. e. ei fidem abrogare. — b) De abstractis. *Lucret.* 3. 83. Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiam. Rumpere, et in summa pietatem evertore fundo. *Cic. 2. Fin.* 25. 80. Praecepit, quæ didicisti, funditus evertunt amicitiam. *Id.* 3. *ibid.* 3. 10. Honestum ipsum quasi virtutis lu-

mon exstinguere et virtutem penitus evertere. h. e. destruere, tollere. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 10. 31. Qui negant, quidquam posse comprehendendi, haec ipsa eripunt vel instrumenta, vel ornamenta vita, vel potius etiam totam vitam evertunt funditus. *Id. ibid.* 5. 15. Constitutam philosophiam evertente. *Id.* 2. *de re publ.* 29. Ut quemadmodum Tarquinius, non novam potestatem nactus, sed, quam habebat, usus injuste, totum genus hoc regiae civitatis evertit. *Id.* 4. *Ferr.* 19. 46. Evertire leges, testamenta, voluntates mortuorum, iura vivorum. Adde *eund.* 1. *Cat.* 7. 18. *Sall.* *Orat.* Lepidi contra *Sull.* a med. Tribuniciam potestatem eversum prosceti sunt per arma. *Pseudo-Sall.* *Orat.* 2. ad *Cæs.* sub fin. Eversam libertatem restituere. *Liv.* 8. 30. ad fin. Vieta et eversa disciplina militaris. *Id.* 30. 32. Multa ante parta decora aut cunulaturi eo die, aut eversuri. *Id.* 36. 15. Ne temere coepit segnitas insuper everteat. *Ovid.* 13. *Met.* 623. Eversa spes perduta. *Curt.* 8. 5. 6. Opes regum assentatio sæpius, quam hostis evertit. *Id.* 4. 4. 2. Famâ plura, quam armis evertere. *Ulp. Dig.* 47. 6. 1. Ne quum plures furtum admittant, evertant domini patrimonium. h. e. dilapident: *V. EVERSOR II.* Cf. *Zamprid. Alex. Sev.* 19. Evertere securarium. et *Helagab.* 20. frumenta. — *c)* De oratione. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 6. 18. Ut retineamus eam definitionem, quam Philo voluit evertere. Cf. *eund.* *Orat.* 35. 122. Sus confirmare, adversaria evertere. h. e. infirmare, solvere. *Quintil.* 7. 2. 12. Everso, quo defendimus, reliquum est, quo premiatur. Adde *eund.* 7. 3. 23. et 2. 17. 34. ¶ 3. Est etiam idem atque inverti, paullulum a vero sensu deflecto. *M. Aur. Antonin.* inter epist. Fronton. 1. ad *M. Cæs.* (edente iterum *A. Maior.*) ep. 3. Quos quidem versus orator egregius quondam evertit.

**EVESTIGATUS**, a, um, particip. ab *inv.* evestigo, investigatus. *Seneca Controv.* 9. ante med. Tu, Crasse, post evestigata illa fugitivorum arma ditissimus. (*V. Vellej.* 2. 30. et *Flor.* 3. 20.). *V. INVESTIGATUS.*

### EVESTIGIO. *V. VESTIGIUM.*

**EVEVXUS**, a, um, particip. ab *ereho*, simile *rō* de veru. *Capell.* 8. p. 275. Sique habeatur, quum evexus devexumque mundum dixerit. h. e. rotunda forma sursum ascendentem.

**EVIBRO**, as, are, a. 1. (ex et vibro) vibro, vel extra vibro.

I.) Proprie. *Ammian.* 21. 4. Aptate lignis sagittis ballistæ flexu stridoreque torquebantur, creberima spicula fundantes, et scorpiones, quocunque manus perita ducissem, rotundos lapides evibrabant.

II.) Translate. *Gell.* 1. 11. Ut excitarentur atque evibirentur animi, quod cornua et litui molintur. h. e. excitarentur, estimularentur. *Ammian.* 11. 1. in fin. Non maturitate vel consilii mitigabat, ut aliquoties celso potestates iras principis molliverunt; sed adversando jurgandoque — eum ad rabiem potius evibrabat.

**EVICTIO**, ônis, f. 3. actus evictendi. Apud JCTos est ejus rei, quam adversarius legitimo jure acquisierit, per judicem recuperatio. *Ulpian.*, *Julian.*, *Cajus*, *Paulus*, etc. *Dig.* l. 2. toto llt. 2. qui est *De evictione*, ubi illa sunt: evictionem præstare, de evictione teneri, aliquem in evictione vincere, h. e. in actione de evictione. Item actio de evictione, et pro evictione; evictions nomine obligari, etc.

**EVICTUS**, a, un. *V. EVINCO.*

**EVIDENS**, entis, adject. omn. gen. Comp. *Evidenter* et Sup. *Evidensissimus*. — *Evidens* (quod ratione habita etymî conjungendum est cum v. *video*) est qui aperte videtur, manifestus, perspicuus, patens (lt. *eridens*, *manifesto*; Fr. *visible*, *manifeste*, *patent*, *évident*; Hisp. *evidente*, *manifesto*; Germ. *heraus* —, *hervorcheinend*, *daher deutlich*, *offenbar*, *klar*, *augenscheinlich*; Angl. *evident*, *manifest*, *apparent*, *perspicuous*). *Cic.* 3. *Nat.* D. 4. 9. Neque ego in causis, si quid est evidens, de quo inter omnes convenient, argumentari solem: perspicuitas enim argumentatione elevatur. *Id. Topic.* 26. 97. Narrationes ut planas sint, ut breves, ut evidentes, ut creditiles. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 10. 46. Perspicuus et evidentes res. *Id.* 2. *Nat.* D. 2. 5. Quid enim est hoc evidenter? *Liv.* 8. 9. Evidensissimum id sult quod, etc. *Auct. E. Alex.* 49. Neque ullum genus questus aut magni et evidens, aut minimi et sordidi pretermittitur. *Cels. presaf.* l. 7. Medicina, quæ magna curat, est effectus inter omnes medicinæ partes

evidentissimus. *Quintil.* 4. 2. 64. Evidens expositi. *Id.* 5. 10. 7. probatio. Adde *eund.* 9. 2. 52. ubi Comparativus, et 4. 2. 63. ubi Superlativus occurrit. *Sueton.* *Ner.* 6. Evidens signum. *Id. ibid.* 46. portenta. *Id. Cæs.* 81. prodigia. Adde *eund.* *Vitell.* 7. *Id. Cæs.* 54. Evidentissimæ rapinae. *Id. Aug.* 97. Evidentissima ostenta. *Id. Galb.* Ab evidentissimiis duabus. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 17. 64. (104). In lappa flos nascitur non evides, sed intus occultus. *Id.* 6. *ibid.* 29. 23. (77). Evidens demonstratio. *Id.* 9. *ibid.* 19. 35. (71). ratio. *Id.* 2. *ibid.* 52. 53. (138). argumentum. *Id.* 9. *ibid.* 2. 1. (2). causa. *Id.* 19. *ibid.* 3. 15. (41). Id apud auctores Graecæ evidentissimos invenerimus. h. e. certissimos.

**EVIDENTER**, adverb. Comp. *Evidentius* et Sup. *Evidensissime*. — *Evidenter* est perspicue, manifeste. *Liv.* 6. 26. Quum tam evidenter pœnituerit. *Id.* 42. 29. extr. Cotys evidenter Macedonum partis erat. *Quintil.* 8. 3. 86. Clares atque evidenter. *Ammian.* 20. 8. Evidenter claruit. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9. (43). Evidentissime est causa nominis. *Sueton.* *Tib.* 45. Quantopere solitus sit illudere. evidentissime apparuit Mallonite cujosdam exitu. *Jabolen.* *Dig.* 23. 3. 57. Nisi evidentissime contrarium approbetur. *Julian.* *ibid.* 18. 5. 5. Ut evidenter appareat.

**EVIDENTIA**, æ, I. 1. perspicuitas, apud Rhetores. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 6. 17. Proprietas, quod nihil carius ἐπάρχει, ut Graeci: perspicuitatem aut evidenteriam nos, si placet, nominemus. *Quintil.* 4. 2. 63. Sunt qui adjiciunt his evidenteriam, quæ συγχέεται Graecæ vocalur. *Id.* 6. 2. 32. Insequitur ἐπάρχει, quæ a Cicero illustratio et evidenter non inveniatur: quæ non tam dicere videtur, quam ostendere. (*Illustrum explanationem* habet *Cic.* 3. *Orat.* 53. 202.). *Id.* 9. 2. 40. tradit, figuram hypotyposin a Celsi evidenteriam appellari. *Et* 8. 3. 61. Plus est evidenter, vel, ut alii dicunt, representatio, quam perspicuitas.

**EVIGESCO**, is, ere, n. 3. (ex et vigesco) vigorem amitto. *Tertull.* *Anim.* 38. Mortalem eam (animam) intelligi cupit, quæ cibis sustinatur, debito derogatis eis evigesco, postremo subtractis intercidat.

**EVIGILANTE**, adverb. Idem ne vigilanter. *Cripp.* 6. *Johann.* 202. veneranda senectus Evigilante agit populos.

**EVIGILATIO**, ônis, f. 3. actus evigilandi. *Augustin.* 1. *Sotilog.* 1. Deus pater evigilationis atque illuminationis nostræ.

**EVIGILATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EVIGILO**, as, avi, ètum, are, 1. (ex et vigilo). Part. *Evigilatus* sub *B.* II. 1. et 2.; *Evigilans* sub *B.* II. 1. — *Evigilare*, ἐγείρεσθαι, est. *A.* Verbum neutrum; et *B.* Activum.

*A)* Neutrorum more evigilo est expurgescor, vigilio, de lecto surge (lt. *siegtiarsi*, *destarsi*, *uscir di letto*, *levarsi*; Fr. *s'éveiller*, *se réveiller*; Hisp. *despertarse*, *dezar de dormir*; Germ. *erwachen*, *auf wachen*; Angl. *to awake*, *rise up from bed*, *get up*).

I.) Proprie. *Quintil.* 9. 4. 12. Et quum evigilassem, — et quum somnum peterem. *Sueton.* *Aug.* 78. Si vel offici, vel sacri causa maturius evigilandum esset, etc. *Id. Claud.* 33. Ante median noctem plerunque evigifabat. Adde *eund.* *Galb.* 4. et *Vesp.* 21. *Plin.* 1. *Ep.* 5. 8. Evigilaveram: nuncius a Spurina. *Id.* 9. *ibid.* 36. 1. Evigilo, quoni libuit: plerunque circa horam primam. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 127. de *Palinuro*, puppe magister Evidit, et mediis niter evigilavit in undis. h. e. dormiens ecclit et in undis experrectus est.

II.) Translate est incumbere, elahorare. *Cic.* 1. *ad Brut.* 15. Tanta est industria, tantaque evigilat in studio, ut etc. *Id.* 2. *Parad.* 17. Quid enim ego laboravi? aut in quo evigilarunt curse et cogitatione mea?

*B)* Active evigilare

I.) Proprie, cum Accusativo temporis, est vigilando ageare, passare regiando. *Tibull.* 1. 9. 64. Est mihi nov multis evigilanda modis.

II.) Translate. ¶ 1. Est vigilando confidere, elucidare. *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 108. Quos (libros) studium curuos evigilat idem. *Geil.* 1. 7. Homines iactio multi evigit, cui pleraque omnia veterum litterarum quesita, inedita evigilataque erant. ¶ 2. Hinc est aliquid summa diligentia atque attentione elaborare. *Cic.* 9. *Att.* 12. At quam honesta, al quam expedita tua consilia! quam evigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis! — Et

passive impersonaliter *Cic.* 3. *de republ.* 29. Etsi nobis, qui id ætatis sumus, evigilatum fere est; tamen de posteris nostris et de illa immortalitate rei publicæ sollicito. h. e. etsi, ratione habita ætatis, ad quam perveni, nulla prorsus in me cura est impendenda: tamen etc.

**EVIGORAT**, a, um, particip. ab inuisit. evigoro, vigore privatius. *Tertull.* *Pall.* 4. et *Apolog.* 17.

**EVILESCO**, vilescī, viliū, vilescere, n. inchoat. 3. vilius 60, pretium amitto. *Tac.* 3. *Hist.* 53. *Ægre* id palli Antonius, et culpam in Mucianum conferre, cuius criminalibus eviliusserit pericula sua. *Sueton.* *Claud.* 15. Usque eo evilius, ut passim ac palam contemptu esset. *Vat. Max.* 5. 4. n. 7. Nullis sordibus pretium caræ pictatis evilescit.

**EVINCO**, vincis, vinci, victus, vincere, a. 4. (ex et vincio). Part. *Evinctus* 1. et 2. — *Vincere* est idem ac vincere, vel valde vincere, circumdare, legare, circondare, circadio. ¶ 1. Stricto sensu — a) Raro admodum occurunt ceteri Modi praeter Part. praeter. pass. *Tac.* 6. *Ann.* 42. Insigni regio Tiridatē evinxit. h. e. diadema imposuit. *Id.* 15. *ibid.* 2. Diadema caput Tiridatē evinxit. — b)

Sæpius occurrit Part. praeter. pass. *Virg.* 5. *Æn.* 49. viridi Mnestheus evinctus oliva. *Id. ibid.* 364. evinctis attollere brachia palmis. h. e. cæstibus armatis. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 56. Evincta corone. h. e. vittæ. *Stat.* 3. *Theb.* 534. evincta pudica Fronde manus h. e. lauro coronata. Cf. *Ovid.* 4. *Trist.* 4. 73. Protinus evincti Trivie ducuntur ad aram. — E cum addito Accusativo, Graecorum more. *Virg.* 7. *Ecl.* 32. purpureo suras evincta cothurno. *Id.* 8. *Æn.* 286. evictus tempora ramis. *Id.* 5. *ibid.* 774. evictus caput soliis. *Ovid.* 15. *Met.* 676. evictus vitta crines. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro ligare, et fere de sortibus dirigitur. *Ovid.* 3. *Pont.* 2. 72. Evincti geminas ad sua terga manus. *Sil.* *It.* 2. 48. evincti lacerandum tradit dextra. *Al. leg.* victa: *V. Heinsius* ad h. l.

**EVINCO**, vincis, vici, vicius, vincere, a. 3. (ex et vincio). Part. *Evincens*, *Evictus* et *Evincendus* I. Pro evincendus legitur evincendus in *Inscript.* in *Mem. Rom.* dl *AA.* et *BB.* *AA.* T. 3. p. 71. qvi OB HONORES ET RABITOS HS. L. M. N. DEDIT, EX QVORVM YSVRIS EVINCENDVS QUOTANNIS XIII. KAL. AVG. DIE NATALI EIVS DECURIONIBUS SINQVLIS X. V. DEATVR. — *Evincere*, ἐγνικαω, est idem quod vincere, vel plane vincere, superare (It. *vincere*, *superare*; Fr. *vaincre* complètement, *triompher* entièrement de; Hisp. *vencer*, *superar*; Germ. *völlig besiegen*: Angl. *overcome*, *conquer*, *surpass*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim, et quidem — 1.) Stricto sensu in re militari. *Liv.* 10. 17. ad fin. Et defensa summa vi monia sunt, et locus erat munimento naturaque tutus: sed evicit omnia assuetus præde miles. *Tac.* 3. *Ann.* 46. Imbelles Eudos evicte et fugientibus consulite. Cf. *Seneca Herc.* *Œt.* 562. Cape hunc triumphum: solus evince Herculem. Ille poetice *Virg.* 4. G. 63. Arbor vulneribus evicta supremum congeñul. — 2.) Sæpius latiori sensu extra rem militarem dicitur fere de iis, quæ aliquandiu resistunt, tandemq; cedunt ac succumbunt: in horum multis translate a *Forcellino* accipitur. — a) De hominibus, qui evincuntur. *Virg.* 4. *Æn.* 548. Tu (soror) lacrimis evicta meis. *Id. ibid.* 474. ubi concepit Furias evicta dolore, De crenitque mori. *Œt.* 3. *Fast.* 688. Evictas precibus vivi dedit illa manus. Addit. *Tac.* 4. *Ann.* 57. Similiter *Id. Tac.* 12. *ibid.* 25. His (h. e. dictis, vel argumentis) evictis etc. *Id.* 15. *ibid.* 64. Evictus blandimentis vice. Cf. *Sil.* *It.* 3. 580. Blando desidie veneno evicta virtus. Rursus *Tac.* 12. *Ann.* 49. Evictus donis, corrotto. *Id.* 2. *Hist.* 61. In gaudium evicta donis. *Id.* 11. *ibid.* 37. Evictus ad miserationem. Ille perlit et illud *Vat. Flacc.* 2. 186. evictaque matrum Corda sacer Veneris gemitus rapiit. h. e. corda, quibus pietas ac miseratione abscesserat. Adde *Stat.* 6. *Theb.* 558. et 9. *ibid.* 840. — b) De abstractis, que ab hominibus evincentur. *Ovid.* 1. *Met.* 685. Ille tristes puerul molles evincere soimus. *Centum.* 6. *R. R.* 5. 2. Evincendi sunt quamvis pestiferi morbi et reuictis remedios propulsandi. Cf. *Veget.* 4. *Veterin.* 3. 21. *Schneid.* Sic *Id.* 1. *ibid.* 11. 9. Potionem per dies plurimos dabis, ut tantum discriminem possit evinci. Cf. et *Pallad.* 1. *R. R.* 35. 6. *Seuva Consol.* ad *Polyb.* 36. Pitterre et evincere dolores. Huc pertinet et illud *Liv.* 9. 6.

Superbiā evincit miseratio. — c) Ipsa inanima, ac praeceps plantæ, alias res evincere dicuntur. *Ovid.* 14. *Met.* 769. solis imago evicit nubes. *Petr.* *Satyr.* 79. Certaque linimenta evicunt spississimam noctem, et notabilis candore ostenderunt errantibz via. *Horat.* 2. *Od.* 15. 4. platanosque cælebs Evincet ultros. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 21. 50. (185). Quoniam evincit herbas lupinum, runcatur tantum. h. e. affigit, ut *Pallad.* 2. R. R. 9., seu perimit, ut *Colum.* 2. R. R. 12. 5. loquitur. Cf. *Seneca Hippol.* 457. Arbor celo vertice evincit nemus sorpassa. — 3.) Dicitur etiam de locis periculis, quæ quis eluctando evedit: ad rem *Virg.* 2. *En.* 496. aggeribus ruptis quum spumeus annis. Erigit oppositasque evicit gurgite moles. *Ovid.* 14. *Met.* 76. de rate, evicit remis Charybdi. *Id.* 1. *Trist.* 10. 33. de navī se vehente. Hæc (litora Byzantia) præcor evincat. *oltrepassi.* Sic *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (98). Cancri os ponat evincere non valent: quamobrem regressi circumneunt. Rursus *Ovid.* 15. *Met.* 706. evincere fretum. *Id.* *Heroid.* 10. 153. de *Leandro*, evicta per aquora lapsus. — Similiter evicti rogi sunt, quos eluctando et ex igne evolando umbra evasit. *Propert.* 4. 7. 2. Luridaque evictos effugit umbra rogos. — 4.) Absolute pro superiore, *Quintil.* 8. 3. 45. Evincitibus etiam vitii orationis cedendum est. At *Spalding* et plerique alii rectius leg. *vincentibus.* — 2. Specialiter est per vincere, obtinere, tenere; et occurrit — a) Se quente part. ut *Liv.* 2. 4. Evincuntque instando, ut litteræ sibi ad Tarquinios darentur. Adde *eund.* 3. 41. 4. 25. et 5. 26.; et *Sueton.* *Tib.* 37. — b) Se quente Relativo. *Val. Flacc.* 1. 243. Ite, viri, mecum: dubisque evincite rebus, Quæ meninisse jure nostrisque nepotibus instent.

II.) Translate. — 1. Ponitur pro convincere, convincere. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 250. Si puerilius his ratio esse evincet amare. *Cic.* 3. *Verr.* 1. 1. Tam nefarioris criminibus, tam multis testibus evictus. *Orellius* vero et plerique alii rectius leg. *convictus.* — 2. Apud JCTos evincere est rem ab aliquo jure acquisitam per judicem recuperare. *V.* totum titulum secundum, qui est *De evictione lib.* 21. *Dig.*, et dicta in *EVICTIO.* *Pompon.* *ibid.* leg. 16. Ut servum quisquam a me, aut ab eo, cui vendidisset, evinceret. *Frags. Juris antieust.* edente A. Maij 17. Evicti agris, quanti emptoris interest judicio empti illi estimantur. et *ibid.* § 10. Iniquam sententiam evictæ rei periculum venditoris non spectare placuit, neque stipulationem auctoritatis committere.

**EVINCTUS**, a, um. *V.* **EVINCIO.**

**EVIÖLO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. Adstruunt quidam huic verbo auctoritatem ex illo *Propert.* 1. 7. 18. Quod nolim nostros eviolasse deos. Verum ibi alii alter. *Brouckus.* et alii quamplures præferunt evoluisse ab evolvo.

**EVIRÄTIO**, önis, f. 3. virilium exsectio. Metaleptice ponitur pro depilatione, nam pili sunt virilitatis indicia. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (27). *Eviratio pilorum.*

**EVIRESCO**, is, ere, n. inchoat. 3. viorem amitto, expallesco. *Varro apud Non.* p. 101. 32. *Merc.* Atque exsanguibus dolore evirescat colos.

**EVIRO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (ex et vir). Part. *Eviratus* sub A. et in fin. — Evirare, εὐνούχωσθαι, ost castrare, virilitatem adimere, castrare.

I.) Proprie. *Catull.* 63. 17. de *Aty.* Corpus eviratis Veneris nimio odio: Cf. *Arnob.* 5. 42. *Eviratum* corpus. — *Eviratus* hereditatem non consequitur, apud *Val. Max.* 7. 7. n. 6.

II.) Translate. — 1. Est vires auferre, viribus desistere. *Veget.* 2. *Peterin.* 8. 2. *Schneid.* Ita deinde que febrenti utilis est, et quacumque parte detracatio sanguinis fiat, si consideratis viribus animalis mensura servetur. Nam ut emissus ratione humor relevat, ita enormiter ablatus evirat vel turbat. *Id.* *ibid.* 10. 12. Posteriorē partem phlebotomia lassis non oportet contingi, ne penitus evirentur. — 2. Item est effeminatum et lascivum reddere. *Varro apud Non.* p. 46. 12. *Merc.* Spatale eviravit omnes Venerivaga pueros. — Hinc Part. præter. pass.

*Eviratus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Eviratiō* apud *Martial.* 5. 41. *Evirator* spadone. h. e. effeminator, lascivior.

**EVISCRÄTIO**, önis, f. 3. erexitio ex ipsis visceribus. *Ennod.* *Dict.* 24. Ut non crederetur dura calamonia obscuritatis evisceratione mollire.

**EVISCRÄTUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**EVISCRÉRO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (ex et visceris). Part. *Eviscerans* I. 2.; *Evisceratus* I. 1., 2. et 3. — Eviscerare, ἐξερῆσθαι, est exenterare, viscera extrahere, sventrare.

I.) Proprie. — 1. Stricto sensu. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tuse.* 54. 107. Ipse summis saxis fitus asperis evisceratus latere pendens. *Pacuvius* apud *eund.* 2. *Divinat.* 64. 133. Quadrupes tardigrada —, Eviscerata, iuunia, cum animali sono. h. e. testudo. — 2.

Latiori sensu est dilaniare, dilacerare partem quoque viscerum extrahere. *Virg.* 31. *En.* 723. Accipiter olumbam pedibus eviscerat uncis. *Sil.* II. 13. 845. Alatrat jejunis faecibus Orthrus (canis) — Et morsu petti et polluto eviscerat ungue. Cf. *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 33. Cum scutis currabant, canes eviscerantes, furentes atque banchantes. — Et de hominibus. *Amian.* 14. 9. Doctus id Cæsar, — tamquam obrectatorem audaceum (*Eusebium*) excarnificari præcepit: qui ita evisceratus, ut cruralibus membra deessent, etc. — 3. Item est ex visceribus aliquis rei extra haere. *Solin.* 55. ad fin. In aqua molles est unio: duratur evisceratus. Sic *Amian.* 23. 6. ad fin. Vel uniones ideo sic appellatas (*margaritas*), quod evisceratae conchule singulas aliquoties parunt.

II.) Translate. — 1. Est eviscerare et ad sceleti formam redigere. *Apul. de Mag.* Macilenta vel omnino eviscerata forma diri cadaveris. — 2. Ponitur etiam pro dilapidare, obligurire, ut Eviscerare opes, apud *Cod.* 3. 29. 7.

**EVITÄBLIS**, e, adject. qui evitari potest. *Ovid.* 6. *Met.* 234. Frena lamen dantem non evitabile leuum. Consequitur. *Seneca* 2. *Quesit. nat.* 50. Inevitabilis malia, aut evitabilita. *Coripp.* 1. 265. Evitabilis carnis conditio.

**EVITÄTIO**, önis, f. 3. actus evitandi. *Cic.* 2. *Herenn.* 2. 3. Evitatio incommodorum. *Orellius* et alii leg. *vitatio*. Certior est lectio apud *Senec.* 2. *Quesit. nat.* 39. Evitatio periculi. *Quintil.* 5. 10. 33. malorum. *Popisc.* *Aurelian.* 22. fastidii.

**EVITÄTUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**EVITÖ**, as, ävi, åtum, are, a. 1. Part. *Evitatus* et *Evitandus* sub A. — Evitare duo diversa significat, prout est A) Ab ex et vitare; aut B) Ab ex et vita.

A) *Evitare* ab ex et vitare est idem ac vitare, effugere, cavere, schivare; et occurrit de rebus physiis et de abstractis. *Catull.* 116. 7. Nos tela ista tua evitemus amictu. *Horat.* 1. *Od.* 1. 5. metaque fervidis *Evitata rotis.* *Ovid.* 12. *Met.* 123. nec fratinus errat. Inque humero sonuit non evitata sinistro. *Pers.* 2. 27. Triste jaces lucis evitandumque bidental. *Nepos Tim.* 3. *Evitare* tempestatem. *Id.* *Alcib.* 4. impendentem tempestatem. *Cic. Orat.* 57. 194. continuatos pedes (in oratione). *Quintil.* 9. 4. 145. ejusmodi verba. *Cic. Amic.* 24. 88. Suspiciones et offensiones tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. *Id.* 5. *Fin.* 7. 20. *Evitare* dolorem. *Nepos Dion.* 8. et *Datam.* 2. periculum. Adde *Horat.* 1. *Sat.* 2. 91. *Quintil.* 1. 5. 42. asperitatem. *Id.* 4. 2. 75. expositionem. *Id.* 10. 1. 31. tedium. *Id.* 10. 2. 15. vilia. Adde *eund.* 6. 3. 32. et 4. 1. 71. *Ulp. Dig.* 42. 4. 7. a med. orcursum creditoris.

B) *Evitare* etiam verbum antiquum est, compositum a vita, et significat vitam eripere, vita spoliare. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tuse.* 35. 85. et 3. *ibid.* 19. 45. Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari. *Apul.* 3. *Met.* Nec enim verisimile est hominem solitarium tres tam validos evitasse juvenes. *Alik leg.* enecasse. *Gloss. Gr. Lat.* ἐναπίσθαι, evito.

**EVOCÄTIO**, önis, f. 3. actus evocandi. — 1.

Generatim. *Inferorum evocatio*, apud *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 2. (6). et evocatio deorum ex urbibus obsecisis, apud *Macrobi.* 3. *Saturn.* 9., cuius ibi formulam Carmen referit, multaque de eo antiquorum more disserit. V. *Ansaldi*, de *Romana tutelarium deorū evocatione*; et cf. evocationis formulam apud *Liv.* 5. 21. — 2. Speciatim dicitur de actu, quo debitor a creditor ante prætorum vocabatur. *Auct. B. Alex.* 56: Edictum proposuerat, ut quibus pecunias impetrasset, neque contulissent, se adirent. Quæ evocatio vehementer omnes turbavit. — 3. Item speciatim evocatio dicebatur genus militis per tumultum in re subita collecti, ubi duis alloquitur cives: Qui tempore salvam vultis, me sequimini. *Donatus* ad *Ter. Eun.* 4. 7. 2. et *Servius* ad *Virg.* 7. *En.* 614. Hinc *Cic.* 3. *Herenn.* 2. 3. Vis decer-

natur per exercitus, classes, arma, tormenta, evocationes hominum et alias hujusmodi res.

**EVOCÄTOR**, öris, m. 3. qui evocat: et speciatim qui tumultuum et subitum militem cogit, ut in voce præced. sub 3. dictum est. *Cic.* 1. *Caſ.* 11. 27. Principe conjurationis, evocatore servorum et civium perditorum exire patieris?

**EVOCÄTIVUS**, a, um, adject. ad evocationem pertinens. *Evocativa*, scilicet stipendia, sunt, quæ quis fecit, postquam ad militiam evocatus est. *V.* *EVOCA* sub B. 2. b. *Hinc Inscript.* apud *Orell.* 3460. et 4968. PRINCIPES II. LEG. XIV. GEM. AN. LXIV., STIP. XLVI., MILIT. XVI., CYRATORIA VETERANOR. IIII., EVOCATIVA III.

**EVOCÄTORIUS**, a, um, adject. qui evocat, ut *Evocatoria* epistola, apud *Sidon.* 8. *Ep.* 12. Similiter evocatoria formula apud *Cassiod.* 7. *Variar.* 34. et 35. est, qua quis ad principis comitatum evocatur. — Et de remedis *Theod.* *Priscian.* 1. 21. Sed lenibus linimenti, evocatoriis et curantibus (qui sacro igne laborant) ungendi sunt. — *Hinc*

*Evocatoria*, ox, f. 1. absolute, substantivorum more, pro evocatoria epistola occurrit apud *Jornand.* *Get.* 57. Theodenum genti sua regem audiens ordinatum imperator Zeno, gratum suscepit, eique evocatoria destinata, ad se in urbem venire præcepit, digneque suspiciens bonore, inter processus sui palatiū collocavit.

**EVOCÄTUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**EVOCA**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (ex et voco). Part. *Evacutus* in omnibus fere paragr.; *Evacuturus* sub A. 1. b.; *Evacundus* sub A. 1. c. — *Evacare*, ἔχακειν, est ex aliquo loco advolare, arecessere, vocando elicer, invitare, provocare, pertrahere (It. chiamar fuori, far venire, invitare; Fr. faire sortir en appeler, faire venir, appeler; Hisp. hacer venir, llamar; Germ. heraus-, hervorrufen, — bringen; Angl. to call out, bid to come forth, invite, summon). Occurrit autem A) Generatim; et quidem

I.) Proprie. — a) Cum addito, ex quo quis evocatur, per præpos. ex, ab, vel per Adverbia. *Liv.* 1. 48. Tullia evocavit vitrum e curia. Cf. *Justin.* 7. 3. 4. Evocare aliquem e convivio. *Plaut. Amph.* 3. 3. 12. Gubernatorem a navi hoc evoca meis verbis. *Id. Rud.* 2. 5. 22. aliquem hinc foras. *Ctes.* 4. B. G. 20. mercatores undique ad se. — b) Cum addito, quo quis evocatur. *Plaut. Asin.* 2. 3. 3. Atriensem Sauream, si est intus, evocato huc. *Id. Catin.* 2. 3. 54. et *Pren.* 1. 2. 46. aliquem huc foras. *Id. Most.* 3. 1. 145., *Men.* 1. 3. 35. et *Pseud.* 2. 2. 10. aliquem intus foras. *Id. Mil. glor.* 4. 6. 33.; et *Ter. Heocr.* 5. 1. 7. Abi tu: illum evocato foras. Cf. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 47. Cor, credo, evocatus est foras. *Id. Men.* 4. 2. 111. aliquem ante ostium. *Cæs.* 5. B. G. 58. Magna contumelia verborum nostros ad pugnam evocant. Cf. *eund.* 6. *ibid.* 34. Ad Germanos peruenit fama, diripi Eburones atque altero omnes ad prædam evocari. — c) Absolute. *Cic.* 2. *Orat.* 86. 353. Juvenes stare ad Januam duos, qui eum magnopere evocarent. *Id.* 2. *Att.* 24. His litteris sic te evocabam, ut nihil acrius, neque inclitius fieri posset. *Justin.* 13. 4. Evocatos de singulis manipulis seditionis supplicio tradi jubet. *Quintil.* 12. 8. 9. Agitandus omnibus modis et turbandus et evocandus litigator. — Huc referri possunt et illa *Virg.* 4. *En.* 242. Evocare animas Orco. *Ord.* 1. *Amor.* 8. 17. mortuos sepulcris. *Seneca* *Œdip.* 394. Ipse evocandus noctis aeternæ plagis. *Sueton.* *Ner.* 35. Evocare manes.

II.) Translate dicitur de rebus, quæ quomodocunque elicuntur. — a) In re medica. *Cels.* 4. 14. Fricatione ad extremas partes materia milie evocare. *tirare.* Cf. *Colum.* 9. *R. R.* 14. 15. Succum quasi per siphonem evocare. Adde *eund.* 5. *ibid.* 5. 11. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 4. 41. (83). Oleum cicinum capillum evocat. Rursus *Cels.* 3. 25. Sudorem labore corporis evocare. *promovere.* *Plin.* 31. *Hist. nat.* 10. 46. (119). Nitrum vomitionis evocat. *provoca.* *Id.* 28. *ibid.* 8. 27. (100). Adipis sufflu mulierum menses evocare. *Id. ibid.* 19. 77. (251). Evocare abortus. h. e. educere, expellere. — b) In re agraria. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (182). Vitis evocata ad fructum ejunescit ac moritur. Cf. *Colum.* 4. *R. R.* 19. 2. Se sitius evocari lætitia vitium patitur. *Id. ibid.* 31. 2. Ut in longitudinem potius quam in latitudinem evocetur salix. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (175). Qui-

iam palmitem et cœcant, supina falce auferendo ocios, ut longius evocent, per tirarlo più lungo. *Id.* 14. *ibid.* 1. 3. (40). Vites tonsura annua coercentur, et vis earum omnis evocatur in palmites. si tira, si fa andare ne' tralci. *Pallad.* 1. R. R. 6. 12. Tepora, qua seruntur, evocat. Cf. *Seneca Hippol.* 11. Prata rorisceru mulcens aura, Zephyrus vernalis evocat herbas. fa nascere. — c) Dicitur et de aliis quibusdam. *Seneca Mēd.* 754. Evocare aquas nubibus siccae, cavare aqua, far cadere pioggia. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 53. 54. (140). fulmioa. h. e. elicer, impetrare. V. ELICIO. *Val. Flacc.* 3. 429. ardenti nitidum jubar evocat alto. *Sit. It.* 7. 501. Evoeat et liquidis picsem penetralibus esca.

B) Speciatim; et quidem

I.) Proprie. ¶ 1. In re sacra evocare deos quid sit, docet *Macrobi.* 3. *Saturn.* 9., ut in EVOCA-TIO sub 1. dictum est: *Plin.* vero his verbis 28. *Hist. nat.* 2. 4. (18). Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credit, in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum, cuius in tutela id oppidum esset, promittique illi eumdem, aut ampliorem apud Romanos cultum. Et durat in pontificum disciplina id saerum: constatque, ideo occultatum, in cuius dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Hæc *Plin.* Simile est illud *Ulp. Dig.* 1. 8. 9. Sacrum est locus, in quo sacre res ponuntur: quod etiam in ædificio privato esse potest: et solent, qui liberae eum locum religione volunt, sacra inde evocare. Iabes et apud *Liv.* 5. 21. et 22. quiddam hic pertinens, in expugnatione Vejaruin. Cf. *eumd.* 1. 55. ¶ 2. In re militari. — a) Generatim est in aliquem locum vocare, arcessere; item quoscumque milites ad suhitam et tumultuarium militiam vocare. *Cœs.* 3. B. C. 108. Exercitum a Pelusio clam Alexandriam evocavit. *Auct. B. Alex.* 31. Duas legiones in Egyptum ad Cæsarem mittit. litteris ejus evocatas. Rursus *Cœs.* 1. B. C. 8. Evocare legiones ex hibernis. *Id. ibid.* 3. centuriones. *Id. ibid.* 7. Conflamat legionis – decimæ tertiae, quæ aderat, milites: hanc enim initio tumultus evocaverat. *Id. ibid.* 23. Erant complures adolescentes et magnus numerus equitum R. et decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. *Id. 7. B. G.* 58. Evocare magnam partem oppidanorum ad bellum. *Id. 1. B. C.* 3. multos spe præmii. Adde *eumd.* 3. B. G. 20.; *Liv.* 4. 9. et 45. 31.; et *Justin.* 12. 10. 9. — b) Hinc speciatim evocati, ἀνάλητοι apud Dion. Cass. 45. 12., erant milites veterani, qui quavis stipendia expleverint, nihilominus in gratiam consulim aut imperatorum, ab iis largitione, litteris, precibus invitati, militiam resumebant et honoratore loco in ipsa constituebant: ejus rei exemplum habes apud *Cic.* 15. *Fam.* 4. et *Sueton.* Aug. 10. Hinc *Cic.* 3. *Fam.* 6. ad fin. Antonium praefectum evocatorum nisi ad te, cui si tibi videatur, cohortes traderes. Adde *Sall. Cat.* 50.; et *Cœs.* 7. B. G. 65. *Sueton.* Aug. 56. Affoit et clientibus: sicut Scutario cuidam evocato quandam suo. Adde *eumd.* *Vesp.* 1. *Inscript.* apud *Gruter.* 1110. 4. VALERIUS RUFINTVS ET VOCATVS COHORTIS TERTIAE PRATORIAE. Alia apud *eumd.* 531. 16. M. AVRELIO M. F. SECUNDINO VETERANO EVOCATO EX COHORTE III. PRÆTORIA. Alia apud *Fee.* Var. di notiz. p. 87. C. VEDENNIUS C. F., QUI MODERATVS ANTIC. MILIT. IN LEG. XVI. GAL. A. X., TRANSLAT. IN COH. IX. PN., IN QVA MILIT. ANN. VIII., MISSVS HONFSTA MISSIONE REVOC. AB IMP. F. EVOC. AVG., ARCHITECT. ARMAMENT. IMP. EVOC. ANN. XXII. Baumgarten ad *Sueton. Vesp.* 1. affirmat, evocatos fuisse eadem conditione ac centuriones. Tu videris. — c) Ad horum similitudinem, evocatos appellavit Galba equestris ordinis juvenes, qui manente annorum auroreum usu, excubias circa cubiculum suum vice militum agerent, ut narrat *Sueton.* in ejus *Vita* 10. ¶ 3. In re publica evocare est magistratus, judicis et hujusmodi adesse jubentis ad consilium, ad testimonium, ad causam dicendam, etc. citare, intimare, far venire con editto; quo sensu occurrit tum de pluribus, tum de singulis. *Cic.* 5. *Verr.* 28. 68. Magistratus et quinque primi accitu istius evocantur. *Id. 4. ibid.* 67. 162. Evocat ad se Centuripinum magistratum et decem primos. Adde *Sueton. Tib.* 32. *Cœs.* 5. B. G. 54. Evocare principes civitatis ad se. *Id. 7. ibid.* 33. senatum ad se. *Id. 1. B. C.* 3. senatores. *Plin.* 6. *Ep.* 31. Evocatus in consilium a Cæsare nostro ad Centum Cellas, maximam cepi voluntatem. *Justin.* 9. 4.

1. legatos Corinthum. Adde *eumd.* 34. 1. 6. *Liv.* 23. 43. Evocati ad colloquium. *Id.* 39. 63. ad causam dicendam. Sic *Cœs.* 3. B. C. 108. Queri atque indigari coepit, regem ad dicendam causam evocari. *Plin.* 5. *Ep.* 29. 2. Evocare testes. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 9. 29. *Capitolin. Maxim.* duob. 13. delatores. *Ulp. Dig.* 2. 12. 1. Ne quis messium tempore adversarium cogat ad judicium venire etc., sed si prætor per ignorantiam evocare perseveraverit etc. *Nepos Con.* 5. 1d quum minus diligenter esset celatum, Tebaribazus, qui Sardibus præterat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se mittere velle magna re. *Justin.* 12. 14. Se quoque a Macedonia non ad societatem militare, sed ad ponam evocatum arbitrabatur. *Sueton. Aug.* 16. Evocare aliquem ex provincia in auxilium. *Id. Cal.* 58. Pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati. Adde *eumd.* *Ner.* 34., *Tib.* 62., *Cal.* 25. et *Galb.* 14.; et *Quintil.* 5. 7. 16.

II.) Translate. — a) De hominibus. *Cœs.* 7. B. G. 57. Summa imperii transditur Camulogeno Auferco; qui prope confessus aestate, tamen propter singulariem scientiam rei militaris ad eum est honorem evocatus. *Liv.* 4. 9. Urbem quoque, omnis etiam expertem arte certaminis, multitudine opificum ad spem prædictæ evocata, obsidere parat. *Alii leg.* advoca; *alii revocata.* *Seneca 2. Ira* 21. Evocare aliquem in latitudinem. *Id. 3. ibid.* 5. Ira lento quoque natura et placidos in sævitiam ac violentiam evocat. incita, provoca, tira. Sic *Id. 2. Benef.* 28. Boni consulere, et animum ejus, grata excipiendo, evocare. h. e. ejus, qui beneficium dedit, liberaliter animum ad insuper beneficiandum alicere, pertrahere. Similiter *Quintil.* 1. 1. 20. Contendat interim, et sæpius vincere se putet: præmissi etiam, quæ caput illa atas, evocetur. h. e. allicitur. — b) De abstractis. *Cic. 2. Fin.* 31. 99. Probitatem evocare præmiorum mercedibus. *Id. fragm.* apud *Augustin.* 4. contra *Julian. Pelag.* 14. Quæ enim deformatio coloris et corporis, quod turpe dannum, quod dedecus, quod non evocetur atque elicitor voluntate? *Id. Dejot.* 14. 40. Evocare oratione misericordiam alicujus. h. e. implorare, elicere. *Seneca 3. Ira* 8. iram. *Id. Constant. Sap.* 4. extir. lacrimas. *Id. Ep.* 29. Facetiaz, quæ risum evocare lugentibus possunt. h. e. elicere. *Quintil.* 5. 13. 54. Evocare ictum adversarii. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 12. (47). Evocare indicium, cavar di bocca la rivelazione di qualche misfatto.

#### EVODES V. EUODES.

EVOE. V. EUOE.

EVOLÄTICUS, a, um, adjekt. qd volat, ut Evolatice homines, apud *Plaut. Pten.* a. 2. v. 27. Al tamen leg. volatici.

EVOLITO, as, are, n. 1. frequentat. ab evolo, sæpe evolo. *Colum.* 8. R. R. 8. 1. de columbis. Patentibus fenestris, per quas ad requirendos cibos evolant.

EVÖLO, as, ävi, ätum, are, n. 1. (ex et volare). Part. *Evolans* II. 1.; *Evolaturus* I. — Evolare, αἰρεῖσθαι, est extra vel in altum volare (It. volar fuori o via; Fr. s'éloigner ou s'élèver en volant, s'en-voler; Hisp. volarse; Germ. hervor-, herausfliegen; Engl. to fly out or away).

I.) Proprie. *Cic. 1. Lægg.* 1. 2. Aquila ex quercu evolavit. *Varro* 3. R. R. 9. 15. Evolare extra sæpta. *Id. ibid.* 16. 30. Quum apes jam evolaturæ sunt. *Colum.* 8. R. R. 15. 1. Ne evolandi potestas sit domesticis avibus. — Huc referri potest et illud *Cic. Brut.* 78. 272. Itaque tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro celerrime exire, erumpere; et dicitur tum de animalibus, tum de inanimis. — a) Cum addito, unde quis evolat. *Cic.* 6. de republ. 14. Qui ex corporum vinculis, tamquam e carcere evolaverunt. h. e. extra vincula evolaverunt. Adde *eumd.* *Amic.* 4. 14. Cf. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (174). Evolans ex ore anima. *Rursus Cic.* 2. *Orat.* 6. 22. Quom rus ex urbe, tamquam e vinculis, evolavissent. *Id. Sext.* 12. 28. Exanimatus evolat ex senatu. *Cœs.* 3. B. G. 28. Subito ex omnibus partibus silvæ evolaverunt, et in nostros impetum fecerunt. *Cic. 7. Verr.* 34. 83. Evolat jam e conspectu fere fugiens quadrivemis. — b) Absolute. *Virg.* 9. *Æn.* 477. Evolat infelix, et feminco ululatu etc. *Ovid.* 3. *Art. am.* 810. per medias furibunda — Evolat, ut thyrsò concita Baccha, vias. *Sit. It.* 15. 57. pubes velocior arcu. *Id. 16.* 334. equus ante omnes.

*Id. 12.* 455. pennasque addente furore. Atque ira simul, immanni per proxima motu Evolat et minitans avida ad certamina fertur. *Lucret.* 6. 314. Ut lapidem ferro quem cedimus, evolat ignis. — c) Cum addito, quo quis evolat. *Plin.* 9. *Ep.* 28. 4. Statimque ad nos evolare, h. e. celerrime iter habere. Cf. *Cic.* 2. *Orat.* 6. 22, superias atlatum sub a. *Val. Flacc.* 7. 644. Protinus in fluvium sumantibus evolat armis Esonides. *Justin.* 2. 7. 10. Solon deformis habitu, more recordum in publicum evolat. ¶ 2. Ponitur etiam pro progredi, altius evehi, ascendere, eripere se. *Cic. 1. Divinal.* 50. 114. Ii, quorum animi, spretis corporibus, evolant atque excurrunt foras, cernunt illa, quæ vaticinantes pronunciant. *Id. 3. Verr.* 5. 13. Constringat iste vi suâ consilia senatoria, questiones omnium perrumpat, evolat et vestra severitate. *Id. Prov. cons.* 6. 14. Qua ex poena si tum aliorum opibus, non suis evolantur etc. *Id. 1. Fam.* 7. 8. Quem illi esse in principiis facile sunt passi, evolare altius certe noluerunt. Adde *eumd.* 2. *Orat.* 52. 209. *Id. 1. ibid.* 55. 161. Tantus cursus verborum fuit et sic evolavit oratio etc. h. e. et sic surxit.

EVÖLO, as, ävi, are, a. 1. rubare, rapire, ἀποκάγω, est furare, rapere, quasi in volam recipere. *Plaut. Cist.* 4. 2. 65. Cistellam adolescens hic mihi evolat. *Alii rectius leg.* Cistella mihi hic, mi adolescentis, evolavit.

EVÖLÜTE, adverb. evolvendo: sed occurrit translate tantum pro perspicue. *Boeth.* in *Cic. Topic.* 1. p. 773. Ut definitio id, quod in nomine involutum est, declarat, ita etiam nomen id, quod a definitione dicitur evolute, involute confuse designat.

EVÖLÜTIO, ônis, f. 3. evolvendi actio, explicatio, lectio. *Cic. 1. Fin.* 7. 25. Quid historia cognitio rerum, quid poetarum evolutio?

EVÖLÜTUS, a, um. V. voc. seq.

EVOLVO, volvis, volvi, volvutum, volvere, a. 3. (ex et volo). Apud Poetas diaresin interdum patitur. *Catull.* 66. 74. Condita quin veri pectoris evoluam. *Ovid. Heroid.* 12. 24. Debuerant fusos evoluisse meos. — Part. *Evolvens* I. a.; *Evolutus* I. a. c. et II. 1. et 3.; *Evolvendus* II. 2. — Evolvere, αποχώριω, est extra aut de loco volvere (It. svoltare, rivolgere; Fr. rouler hors, éloigner ou faire sortir en roulant; Hisp. rodar fuera; Germ. herauswälzen, — wickeln, — rollen, herauwälzen; Angl. to roll or tumble over, roll down or away.)

I.) Proprie. — a) Generatim. *Lucret.* 6. 140. vis venti Arbusta evolvens radicibus haurit ab imis. *Ovid.* 12. *Met.* 318. modo se super aera frustra Tollere conatur jactasque evolvere silvas. h. e. a se rejicere. *Id. 5. ibid.* 354. Sæpe remoliri (*Typhæus*) luctatur pondera terra, Oppidaque et magno evolvere corpore montes. *Lucan.* 3. 481. nudis evolunt sara lacertis. *Id.* 6. 170. cadavera plenis Turribus evolvit, subeuntisque obruit hostes. *Cels.* 7. 16. Nonnunquam venter ictu aliquo perforatur, sequiturque ut intestina evolvantur. *Sil. It.* 12. 8. et 6. 74. evolvere membra cubili. — Hinc etiam evolvi, ut apud *Tac.* Germ. 39. Attoli et insurgere baud licitum: per humum evoluntur. *ri-voltoansi per terra.* *Sil. It.* 3. 49. Nereus evolvitur antris. *Id.* 6. 218. serpens evolvitur antro. *Curt.* 8. 4. 9. Fumus evolatus. Adde *eumd.* 7. 11. 10., et V. *Mützell.* ad h. 1. — b) Speciatim dicitur de aquis, quia volvendo se decurrunt. *Liv.* 44. 8. Amnis proutam in mare evolendo terram præstas voragini facit. *Curt.* 5. 4. 7. Araxes multorum aquas torrentium evolvit in Medium. — Hinc etiam evolare se et evolvi, ut apud *Virg.* 5. *Æn.* 807. In mare se Xanthus evolvit. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (79). Danubius in Pontum vastis sex nimibus evolvit. — c) Speciatim est etiam explicare et, quod involutum erat, aperire, sviluppare. *Cic. 9. Att.* 10. *circa med.* Evolvere volvem epistolaram. *Liv.* 26. 19. Proligili ejus (*anguis*) speciem interventu hominum evolutam repente atque ex oculis elapsam. *dispiegata, sviluppata.* *Ovid.* 6. *Met.* 581. Evolvit vestes sayi matrona tyranni, Germanæque sua carmen miserabile legi. *Petron.* *Satyr.* 11. Opertum me amiculu evolvit. h. e. dederit. Similiter *Colum.* 2. R. R. 9. 19. Evolunt furure panicum. h. e. exutum, purgatum. — d) Interdum est eruere, cavar fuori. *Seneca Cœdip.* 966. Radice ab ima funditus vulso simul Evolvit

orbes h. e. eruit oculos. Sic *Lucan.* 2. 184. Ille canvis evolvit sedibus orbes. — Similiter *Plaut. Pseud.* 1. 3. 82. Ego in hoc triduo aut terra, aut mari aliquando evolvam id argentum tibi. h. e. eruam, extirabo, et tibi conficiam.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorā ductā ab aquarū cursu, *Seneca* (Edip. 252. de Sole. Qui tarda celeri saecula evolvis rota, volgi, fai scorrere, et *Med.* 402. Nitidusque certas mundus evolvit vices. Cf. *Ammian.* 25. 7. Dum deliberatur examinatus quid fieri deberet, dies quatuor sunt evoluti inedia cruciabiles et omni suppicio tristiores. ¶ 2. Sæpius dicitur — a) De hominibus, et est legere, leggere, scorrere leggendo, ductum a voluminibus, quæ legi non possunt, nisi evoluantur. *Cic.* 1. *Tusc.* 11. 24. Evolve diligenter ejus eum librum, qui est de animo. *Plin.* 1. Ep. 13. 2. Evolvere librum magna ex parte. *Sueton. Galb.* 21. libellos. *Quintil.* 2. 15. 24. volumina. *Horat.* 1. Sat. 3. 112; et *Ovid.* 1. Fast. 657. fastos. *Ovid.* 2. *Trist.* 307. versus. *Id. ibid.* 238. jocos. — Similiter *Cic.* 1. Fin. 21. 72. poetas. *Sueton. Aug.* 89; et *Véget.* 5. Veteris 60. auctores. *Quintil.* 12. 2. 8. auctores penitus. *Tac.* *Dial.* de orat. 29. Nec in evolvenda antiquitate satatis operæ insumitur. — b) De Pàrcis, et est nere, flaire. *Claudian.* 1. *Rapt.* *Fros.* 53. quæ seriem fatorum pollice ducunt, longaque ferratis evolunt saecula pensis. Hinc poetice *Propert.* 1. 7. 16. Te quoque si certo puer hic concusserit arcu, Quod nolim nosrost evoluisse deos. h. e. nolim Venerem et Amorem id tibi facisse. Et pregnanti, uti ajunt, significatiōne de Paris est nendi actionem ad finem perducere, apud *Ovid. Heroid.* 12. 4. Tunc, quæ dispensant mortalia fata sorores Debuerant fusos evoluisse meos. ¶ 3. Item ponitur pro explicare, adeoque exere, spoliare, sive, ut ait *Forcellinus*, deturbare, expellere: ad rem *Cic.* 2. *Orat.* 86. 350. Te aliquando evolutum illis integumentis dissimulationis tuæ nudatumque perspicio. *Seneca Ep.* 74. Evolutus bonis. *Liv.* 6. 15. Ut istos excubantes publicis thesauris ex prada clandestina evolvas. *Tac.* 13. Ann. 15. Evolutus sede patria rebusque summis. h. e. expulsus, ejectus. *Pacat.* *Paneg.* *Theod.* 19. Evolutus avitis patrimonii. — Hinc evolvere se est se extricare, se expedire, exire: quo sensu *Forcellinus* aut ductum a cursu aquarū. *Ter. Eun.* 4. 4. 55. Hac re te omni turba evolves, et illi gratum feceris. *Id. Phorm.* 5. 4. 5. Nullo possum remedio me evolvere ex his turbis. Cf. *Lucan.* 9. 876. Imus in adversos axes; evolvimur orbe. h. e. egredimur. Et *Ammian.* 15. 2. Pericolo evolutus abscessit. ¶ 4. Item est digerere, explicare, narrare: ad rem *Ovid.* 1. *Met.* 24. Que postquam evolvit cæcoque exemit acervos etc. *Ennius* 6. Ann. 49. causas evolvere belli. Adde *Quintil.* 6. 3. 86; *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 36. 114. Tantum tibi arroges, ut dispensas disciplinam sapientiae, naturam rerum omnium evolves, mores fingas, officia describas, etc. *Id.* 9. Att. 10. a med. Totam hanc deliberationem evolvis accusatus in litteris VIII. Kal. Mart. datis. *Quintil.* 1. 1. 20. Evolvere rem propositam. *Catull.* 66. 74. Condita quin veri pectoris evoluam. Cf. *Val. Flacc.* 4. 117. Ingemit, ac tales evolvit pectora questris. h. e. effundit. *Virg.* 9. *Æn.* 509. Et mecum ingentes oras evolvit belli. *Id.* 4. G. 508. et gelidis hæc evolvisse sub antris *Stat.* 1. *Theb.* 2. sonantes evolvere Thebas. *Sil.* It. 5. 521. tot funera verbis. *Id.* 2. 652. tristia fata. *Ovid.* 15. *Met.* 152. seriem lati. Et de variis *Virg.* 1. *Æn.* 262. fatorum arcana, et *Sil.* It. 7. 494. arcana dedim. — Et sequente relativo *Lucret.* 1. 952. Nunc age summi sequanam sit finis eorum, Necne sit, evolvamus. ¶ 5. Item est secum meditari, versare animo, mente volvere, aliquid clarum sibi atque evidens reddere; ductum a libris evolwendis. *Cic.* 3. Off. 19. 76. Si qui valuerit animi sui complicitatam notionem evolvere. h. e. claram sibi atque evidenter reddere. *Id. Cœl.* 23. 56. Cujus criminis ego neque principium inventare, neque evolvere exitum possum. *Sil.* It. 3. 216. Promissa evolvit somni noctemque retractat. *Seneca Agam.* 116. Tecum ipsa evolve semineos dolos.

### EVOMITUS, a, um. *V.* voc. seq.

EVOMO, vomis, vomili, vomitum, vomere, a. 3. (ex et vomo). Part. *Evolvens* et *Evolitus* I. — Evomere, *εντύπωσις*, est vomendo ejicere (It. vomitare; Fr. vomir, rejeter en vomissant; Hisp. vomi-

tar; Germ. ausbrechen, auspeien, durch Brechen von sich geben; Angl. to vomit forth, cast out).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat.* D. 49. 124. Easque quum stomacho concoxerit, evomere. *Tac.* 12. *Ann.* 67. Ille tamquam nitus evomens adjuvaret, pinnam rapido veneno illitam fauces ejus demississe creditur. *Sueton. Ner.* 2. Evomere venenum. *Id. Claud.* 44. cibis affluente omnia. *Lamprid. Alex.* *Sev.* 16. cholera. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 2. Diocles inquit, evomitos lumbrios nihil alienum significare.

II.) Impropie est emittere; et ¶ 1. Dicitur de rebus physicis, quæ reapse emittantur. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 2. Urbs haec iactari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit forasque projecerit. *Id. Pis.* 37. 90. Pecuniam decoratum evomere. *Colum.* 8. R. R. 15. 3. Ne possit solum stagni herbas evomere. *Sil.* It. 17. 594. Evomit pastos per saecula *Vesuvius* ignes. *Curt.* 4. 6. 8. Mare evomit arenam. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 9. 14. (93). hammas. *Id.* 5. *ibid.* 9. 10. (54). Nilus multis faucibus in Ægyptium mare se evomit. si scarica. ¶ 2. Hinc ducta metaphorā, dicitur de abstractis. *Ter. Adelph.* 3. 2. 14. Ut ego iram hanc in eos evomam omnem. Adde eum. *Id.* 3. 4. 65. et *Hecyr.* 3. 5. 65. *Cic. Amic.* 23. 87. Ut anquirit aliquem, apud quem evomat virus acerbatus suis. *Id. Phil.* 7. 20. In me absentem, orationem ore impurissimo evomuit.

### EVÖNÝMUS. *V.* EUONYMUS.

EVULGÁTUS vel evulgatus, a, um. *V.* voc. seq.

EVULGO vel evolgo, as, avl, atum, are, a. 1. (ex et vulgo). Part. *Evolgatus*. — Evulgo est in vulgus edo. *Liv.* 9. 46. Civile jus repositum in penetalibus pontificum evulgavit. *Tac.* 13. *Ann.* 19. Evulgare injurias. *Id.* 14. *ibid.* 14. Evulgatus pudor. *Id.* 1. *Hist.* 4. Evulgatum arcana.

EVULSIO, öölis, l. 3. evellendi actus. *Cic.* 3. *Nat.* D. 22. 57. Qui primus purgationem alvi dentisque evulsionem invenit. *Theod. Priscian.* 1. 10. Capillorum evulsio. *Vulgat. interpr. Jerem.* 12. 17. Quod si non audierint, evellam gentem illam evulsione et perditione, sit Dominus.

### EVULSUS, a, um. *V.* EVELLO.

## EX

EX vel e, præpos. Ex præponitur omnibus verbis, sive a vocali incipiunt, sive a consonante; et solummodo a consonante incipientibus: quamquam etiam verbis a consonante incipientibus ex frequentius, quam ex præponatur; sic in *Cic. Libris de republ.* ante consonantes et noviesdecies occurrit, ex vero semel et sexages. — Sæpissime suo nomini præponitur; interdum tamen interponitur adjekt. et substant. *Cic.* 5. *Fam.* 8. a med. Quo ex tempore. *Id.* 1. *Tusc.* init. Magna ex parte. — Et suo casui raro admodum postponitur. *Lucret.* 3. 879. Haec eadem, quibus e nunc nos sumus, ante fuisse. *Id. ibid.* 851. Discidium fuerit, quibus e sumus uniter apti. *Id.* 2. 791. Nec quæ nigra client, de nigris, sed variis ex. *Id.* 6. 789. Haec ideo terris et omnia surgunt. *Ovid. Heroid.* 20. 121. Hostibus et si quis etc. — Ceterum ex vel e, quæ ratione habita etymo conjungenda est cum Gr. εκ vel ἐξ, est præpositio, quæ Ablativum regit, et significat actum excundi et interiorē alicuius rei parte, ac propterē prepositioni in recta pponebitur (It. da, fuori da, di; Fr. hors de, de; Hisp. fuera de, de; Germ. aus; Angl. from, out of). Usurpat autem I.) Stricto sensu; et II.) Latiori sensu.

I.) Stricto sensu occurrit A) De loco; B) De tempore; C) De materia, ex qua aliquid sit.

A) De loco; et quidem ¶ 1. Proprie. — a) De acto exequendi ex interiorē alicuius rei parte. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 54. Interea e portu nostra navis solvit; ubi portu exiimus etc. *Id. Most.* 3. 2. 9. Clanculum ex ædibus me edidi foras. *Id. Bacch.* 2. 3. 2. Ibo in Piræum, visam, ecque advenerit in portum ex Epheso navis mercatoria. Adde eum. *Id.* 3. 2. 5., 3. 6. 32. et 4. 1. 2. *Cic.* 2. de republ. 19. Influxit a Græcia rivulus in hanc urbem. *Id. Pis.* 13. 30. Pellere e foro omnes bonos. *Id.* 1. de republ. 14. Quam (sphaeram) M. Marcellus ayus captis Syracusis ex urbe locupletissima atque ornatissima sustulisset, quam aliud nihil ex tanta præda domum suam deportavisset. *Cœs.* 3. B. C. 105. Tollere pecunias ex sacro Diana. *Horat.* 1. Sat. 1. 56. magno de flu-

mine malim, Quam ex hoc fonticulo tantumdem sumere. *Tibull.* 1. 1. 38. neq; vos de paupere mensa dona, nec e puris spernere fictilibus. *Nepos Miltiad.* 3. Ex Asia in Europam exercitu trajecto. *Liv.* 21. 39. Hannibal movit ex Taurinis. *Id.* 28. 2. Mago ex castris citato equo advehitur. — b) De motu, qui ex parte superiori in inferiorem dirigitur. *Lucret.* 5. 1125. E summo, quasi fulmen, dejicit ictos — in Tartara taeta. *Id.* 6. 257. Picis e celo demissum flumen. *Cic. 2. de republ.* 41. E curra trahitur. *Cic.* 5. *Verr.* 26. 66. Pendere ex arbore. Cf. *Virg.* 7. *Ecl.* 13. eque sacra resonant examina quæcū. *Curt.* 4. 19. 11. E muris propugnantes. — c) Interdum de motu, qui ex parte inferiore in superioram dirigitur. Cf. *Ter. Eun.* 3. 2. 38. E flamme cibum petere. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 10. (43). Si pollices pedum pungantur, exque his guttae refabantur in faciem. *Siliq.* vero ex melioribus Codicibus, leg. ecce guttae. *Cic.* 1. *Tusc.* 29. 68. Globum terræ eminentem et mari. *Cœs.* 2. B. G. 8. Collis paululum e planitiis editus. — d) Aliquando et de possessione dicitur, ut apud *Liv.* 41. 14. Coloniam ex hostibus eriperit. h. e. ex hostiis manibus. ¶ 2.

Translate usurpat ad significandum terminum, ex quo aliquid fit vel aliquis proficiuntur, aut etiam patrium locum, ex quo quis est. — a) De termino, ex quo aliquid fit, vel aliquis proficiuntur. *Ennius* apud *Non.* p. 518. *Mer.* Ibi tum de repente ex alto in altum desperit mare. *Cic.* 7. *Verr.* 56. 166. Ut ille ex cruce Italianam carnare ac domum suam prospicere posset. *Cœs.* 2. B. G. 26. T. Labienus — ex loco superiori, quæ res in nostris castris gerentur, conspicatus. *Cic.* 7. *Fam.* 18. 3. Ex qua (vilia) jam audieram frenitum clementiam meorum. *Id. pro leg. Manil.* 17. 52. Ex hoc ipso loco permulta item contra legem eam verba fecisti. *Cœs.* 1. B. G. 4. Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt. Adde *Liv.* 29. 19. *Sueton. Tib.* 33. Judices aut e plano, aut e quæsitoris tribunal admonebant. *Cœs.* 2. B. G. 27. Ut proximi jacentibus insisterent atque ex eorum corporibus pugnarent. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (202). et (209). Ex equo, ex prora, ex puppi pugnare. — Huc pertinet et illud *Nepotis*, in quo præpos. ex causalī significatione proxime accedit. *Epam.* 5. Ex una urbe nostra totam Græciā liberavi. — Hinc illæ formulæ, quæ adverbii more frequenter occurunt, quæque sui loco videlicet, ex altera, ex utraque etc. parte, ex parte, ex adverso, ex diverso, ex contrario, e regione etc. — Hinc etiam ex itinere, h. e. iter faciendo, apud *Cic.* 3. *Fam.* 9.; *Sall. Cat.* 34. et *Jug.* 56.; *Cœs.* 2. B. G. 6. et 29. et 1. B. C. 24.; et *Liv.* 35. 24. — Hinc etiam ex fuga, h. e. fugiendo, apud *Sall. Jug.* 54.; *Cœs.* 6. B. G. 35. et 3. B. C. 95. et 96.; et *Liv.* 6. 29., 28. 23. et 30. 7. — b) Item de patro loco, ex quo quis est. — Cum Verbo. *Ter. Eun.* 3. 2. 18. Ex *Ethiopia* est usque hæc. *Cic. Client.* 17. 49. Quod erat et eodem principio. Adde eum. *Id.* 5. 11. — Sæpius omisso Verbo. *Plaut. Capt.* 3. 2. 10. Rogo, Philocratem ex Alide equis hominum noverit. Sic *Id. Asin.* 1. 1. 38. Meretrix et proximo. et *Aulul.* 2. 4. 11. Vicinus hic Euclio et proximo. *Ter. Eun.* 1. 2. 85. Ex *Ethiopia* ancillula. *Cic.* 3. *Verr.* 5. 14. Negotiator ex Africa. *Id.* 1. *Nat.* D. 21. 58. Epicurei et Græcia. *Id.* 7. *Verr.* 54. 140. Clavis Romanus et conventus Panormitanus. *Cœs.* 5. B. G. 27. Junius ex Hispania quidam. *Horat.* 1. *Od.* 29. 7. prius ex aula. scil. regis barbari. *Liv.* 35. 32. Ex India elephanti.

B) De tempore quoque usurpatur; et quidem ¶ 1. Ad significandum temporis punctum vel momentum, ex quo longa aliqua temporis diutinitas durare incipit, vel caput, incomincianto da, a parte da. — a) De praesenti et sæpius de præterito. *Plaut. Pers.* 4. 3. 10. Bonus volo jam ex hoc die esse. *Cic. Sext.* 1. 1. Si quis ante mirabatur, quid esset, quod etc.: ex hoc tempore miraret potius, si quem bonum — citem viderit. *Id. Quint.* 5. 22. Itaque ex eo tempore res esse in vadimonium cœpit. *Id.* 1. *Phil.* 1. 1. Nec vero usquam discedebam, nec a republica dejiciebam oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus, da quel di. *Id.* 1.

*Fin.* 6. 17. Eum motum atomorum nullum a principio, sed ex æterno tempore intelligi convenire. *Id.* 1. *de republ.* 16. Ut ex hoc die superiores solis defectiones reputantur sint. *Tac.* 14. *Ann.* 53, et *Agric.* 33. Quartusdecimus annus est, ex quo etc. — Hinc ad definienda tempora tum in jure, tum extra jus. *Cic.* 3. *Verr.* 12. 34. Ex ea die ad hanc diem que fecisti, in judicium voco. *Id.* 14. *Phil.* 7. 20. Ex Kal. Jan. ad hanc horam invigilavi reipublicæ. Cf. *Petron.* *Satyr.* 38. Cr. Pompejus Diogenes ex Kal. Iulii conæcum locat. — Hinc ex illo, ex quo, ex eo, etc. subaudi tempore. *Virg.* 2. *Æn.* 169. Ex illo fluere et retro sublapsa referri. Spes Dananni, dopo quel tempio. *Cic.* 2. *Off.* 4. 15. Ex quo leges moresque constituti. *Liv.* 28. 39. Ex quo in provinciam veneruntur da che, sin da quando: ex quo tempore. *Id.* 3. 24. Ex quo semel fuit æger. *Sueton.* *Cæs.* 22. Ex eo se insultaturum omnium capitibus. da indi innanzi. Adde *Tac.* 12. *Ann.* 7. Similiter *Curt.* 5. 11. 10. Equidem æternæ constitutione crediderim, nequaç causarum latentium ex molto ante destinatarum, suum quemque ordinem immutabilis lege percurrere. *Vulgati libri leg.* et: at MSS. plerique omnes ex. — Hinc etiam illa *Cic. Fontej.* 8. 16. Ceteri ex veteribus bellis agro multati. *Id.* 7. *Fam.* 17. 2. Sed quum te ex adolescentia tua in amicitiam et fidem meam contulisses, etc. *Horat.* 2. *Od.* 1. 1. Motum ex Metello consule civicum. — Interdum pro temporis diuinitate, breve spatum significatur, ut apud *Liv.* 40. 5. Prodigem noto dicere, certe speculatorum habemus in sinu; cuius, ex quo obses Romæ fuit, corpus nobis reddiderunt Romani, animum ipsi habent. dopo ch'egli fu ostaggio in Roma. — b) Raro admodum de futuro. *Cic.* 18. *Fam.* 9. 3. Romæ vereor ne ex Kal. Januarii magni tumultus sint. *Id.* 2. *Ferr.* 10. 29. Hunc judicem ex Kal. Januarii non habemus. — Ex Kal. Januarii non judicabunt. *Id.* 5. *Att.* 21. 9. Idibus Febr., quo die has litteras dedi, forum institueram agere Laodiceæ Cibyricum et Apamense; ex Idibus Mart. ibidem Synnadiense; — et Idibus Maj. in Ciliaciam, ut ibi Junius consummatur. ¶ 2. Item ex usurpatum ad tempus aliquod significandum, post quod aliiquid factum est, et significat post, subito dopo, *dopo, in seguito a.* — a) Generatim. *Tac.* *Germ.* 22. Statim a somno, quem plerisque in diem extrahunt, lavantur. *Cæs.* 1. B. C. 70. Ex magis rupibus natus planitem. *Cic. pro leg.* *Manil.* 15. 44. Tanta repente vilitas annona ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est. *Nepos Timoth.* 3. Ex maximo bello tantum otium toti insulae conciliavit. *Quintil.* 6. 2. 35. Vidi ego sape histriones, quin ex aliquo graviore actu personam deposuerint, flentes adhuc egressi. *Cels.* 2. 8. Mulier ex parte si cum febre vehementibus etiam capitis doloribus premitur etc. — b) Speciatim de magistris dicitur. *Cic. Brut.* 52. 318. Cotta ex consulatu est proiectus in Galliam. Sic *Liv.* 4. 31., 40. 1., 22. 49. et 27. 34.; et *Vellej.* 2. 33. 1. ex consularu. *Cic.* 1. *Legg.* 29. 53. et *Mur.* 7. 15.; et *Cæs.* 1. B. C. 22., 31. et 83. ex prætura. *Liv.* 10. 5. ex dictatura. *Vellej.* 2. 31. ex eo magistratu. *Tac.* 3. *Hist.* 46. ad fin. Agrippa ex Asia (pro consule eam provinciam annuo imperio tenebat) Mæsis præpositus est. — c) Hinc factum est, ut apud sequioris ævi scriptores præposito ex conditionem significaret illius, qui aliqua dignitate jam funetus sit, ut ex consule, ex comite, ex duce, ex equite, ex præfecto etc., quæ *V.* suis locis. *Capitolin.* *Gord.* 22. Senatus Pupinum et Balbinum Augustos appellavit, ambos ex consulibus. *Ammian.* 14. 7. Mandabat Domitiano, ex comite largidionum, prefecto, ut etc. *Cod.* 1. 17. 2. § 9. Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum ex questore et ex consule Tribonianum. *Inscript.* apud *Orell.* 2353. IN ALYSTRA EX PRAEFECTO PRÆTORIO ET EX PRAEFECTO VIRBIS. — Similiter ex adulto apud *Ammian.* 16. 7. Quem si Constans Imperator olim ex adulto jacque matrum auditore honesta suadentem et recta, nulla, vel venia certe digna peccasset. ¶ 3. Denique ex usurpatum etiam ad rerum successionem significandam, quæ altera alteram excipit, sape etiam nulla habita Verbi ratione. *Liv.* 21. 39. Otiuum ex labore, copia ex inopia, cultus ex illavie tabeque – varie movebant. — Speciatim hoc sensu occurruunt formulæ diem ex die, aliud ex alio. *Cic.* 7. *Att.* 26. Diem ex die expectabam. un giorno dopo l'altro. *Cæs.* 1.

*B. G.* 16. Diem et die ducere. *Ædui.* *Ter.* *Eun.* 4. 2. 3. Dum rus eo, eorpi egomet in eum inter vias alias rem ex alia cogitare. *Id.* *Heaut.* 3. 3. 37. Ut aliud ex alio incedit. *Lucret.* 4. 821. Aut alia ex alia facies etasque sequuntur. *Cic.* 5. *Fusc.* 25. 70. Rerum cause aliae ex aliis aptae. *Id.* 9. *Fam.* 19. 2. Me quotidie aliud ex alio impedit. *Liv.* 4. 2. Alio ex aliis iniquiora postulando. *Id.* 7. 39. Alias ex aliis fingendo moras.

C) De misteria quoque usurpatum, ex qua aliiquid fit; et quidem — a) De materia rudi. *Varro.* 3. *R. R.* 9. 6. Fenestrae et viminibus factæ. *Id.* *ibid.* 10. 4. Ut habeant (*cellæ*) substramen et palea. *Cic.* 1. *Divinat.* 24. 43. Et eo auro bucullam curasse faciendam. *Id.* 4. *Verr.* 21. 50. Statua ex ære facta. *Id.* *ibid.* 27. 62. Pocula ex auro, vas vinarium ex una genua pergrandi. *Id.* *Arch.* 9. 22. In sepulcro Scipionum Ennius (h. e. Enni statua) putatur esse constitutus e marmore. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 31. 100. Non enim est e sacro sculptus, aut e robore dolatus. *Sueton.* *Cal.* 56. Monilia e gemmis. *Curt.* 3. 8. 18. Cui ex gemma vagina erat. *Id.* 4. 34. 16. Ex auro crateram dieavit. *Id.* 3. 7. 16. Deorum simulacra ex auro argentoque expressa. — b) De cibis et potionibus, quæ cum re aliqua miscentur, adeoque ex eadem quoque constant; ac praescipue in re medicamentorum mixtione, et ex ponitur pro cum vel in. *Plaut.* *Merc.* 1. 2. 28. ac. Jaindum sputo sanguinem. ex Resinam ex melle. Egyptiam vorato, salvum feceris. *Ter.* *Eun.* 5. 4. 17. Quo pacto ex jure hesterio panem atrum vorent. *Cels.* 1. 6. Modici ponderis panem et vino esse. *Id.* 3. 19. Iatrix ex vino. *Id.* 3. 23. Bibat jejunus ex aqua castoreum. *Id.* 4. 4. Pullus hirundinis servatus ex sale. *Id.* 4. 7. Nuclei pinei ex melle, panis vel elota alica ex aqua mulsa danda est. *Id.* 5. 28. Potiones ex absinthio. *Id.* 4. 2. Perfundere caput primum aqua calida, vel salsa, vel ex lauro decocta. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 57. (120). Farina tritici ex aeto cocta. *Id.* 33. *ibid.* 5. 26. (88). Pulvis ex acetato maceratur. — c) Item de colorum, vel etiam gustuum mixtione. *Colum.* 9. *R. R.* 3. 2. Apes et aureolo varie. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (127). Laurus Delphicus æquali colore, viridior, maximis bacis atque e viridi rubentibus. *Id.* *ibid.* (132). Frutex ramosus bacis et nigro rufis. *Id.* 12. *ibid.* 14. 30. (52). Id solido et rubro lacteum trahitur. *Id.* 37. *ibid.* 8. 33. (110). E viridi pallens. *Id.* 13. *ibid.* 9. 18. (62). Ponio color fulvas, commendabilis surco ex austero dulci. Adde *eumid.* 21. *ibid.* 8. 26. (30). *ibid.* 11. *ibid.* 15. 15. (39). Sequunt probatio, ut sit edoratum et ex dulci acre. — d) Item de spirituibus substantiis. *Cic.* 1. *Nat.* D. 35. 98. Homo, qui ex animo consit et corpore raduot et infirmo. *Id.* *ibid.* 3. 14. Aut simplex est natura animalium, ast concreta est ex pluribus naturis. *Id.* 1. *Acad.* (post.) 2. 6. Nostra tu physica nosti, quæ continetur et effectio et ex materia, quam flingit et format effectio. *Id.* 1. *de republ.* 45. Regio autem ipsi præstat id, quod erit aequatum et temperatum ex tribus optimis rerum publicarum modis. *Id.* 2. *Fin.* 14. 44. Cum Epicuro autem hoc est plus negotii, quod e deplaci genere voluntatis conjunctus est. — e) Item aliquando de exemplari, quod sibi quis imitandum proponit. *Cic.* 3. *Orat.* 12. 47. Imitatione ex aliquo expressa. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 4. 9. (16). Ex membris similitudine expressa. *Id.* 35. *ibid.* 12. 44. (153). Hominis imaginem gysso facie expressit.

II.) Latiori sensu et quidem translate præpositio ex vel et tribus præcipue pollet significacionibus, quæ tribus præcedentibus respondent. Itaque ¶ 1. Metaphorā a loco sumptuæ præpositio ex usurpatur — a) Ad multitudinem vel totum aliiquid significandum, ex quo pars aliqua quomodo documque educitur. *Plaut.* *Host.* 4. 4. 24. Ubi ego ex omnibus optimè volo. *Ter.* *Hecyt.* 5. 1. 29. Faciam, quod pot, si esset alia ex hoc quæstu, baud fuerit, scio. *Cic.* 1. *Orat.* 37. 168. Homo ex numero disertorum. *Id.* 2. *de republ.* 37. Unus ex illis decennitis. *Id.* 13. *Fam.* 3. Unus ex meis intimis. *Id.* *ibid.* 1. a. med. Is non est ex istis. *Id.* 1. ad *Brut.* 15. Solon sapientissimus ex septem, et legum scriptor solus ex septem. *Id.* *Cæs.* 3. 7. Vellej. aliquem ex vobis robustioribus hunc maledicendi locum suscepisset. *Id.* *Habir.* *Post.* 17. 45. Erquis est ex tanto populo etc. *Id.* 1. *de republ.* 34. E vectoribus sorte ductus. *Id.* *Rosc.* *Am.* 3. 8. Qui ex civitate in senatum propter

dignitatem, et senatu in hoc consilium electi estis propter severitatem. *Id.* 2. *leg. Agr.* 9. 23. Ex omnibus deligendis potestas. *Id.* 2. *Phil.* 3. 5. Qui tibi detulerat ex latroribus suis principatum. *Id.* 1. *de republ.* 30. Ex tribus istis modis rerum publicarum velim scire quid optimum judices. *Id.* *ibid.* 35. Ex tribus istis quid maxime probas? *Id.* 2. *ibid.* 4. R. barbaris ipsi nulli erant maritimi. *Id.* 2. *Divinat.* 65. 134. Id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse; reliquum, argutum. *Id.* 2. *Orat.* 87. 357. Acerinum ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi. *Id.* 2. *de republ.* 36. Quo e collegio (*centuriorum*) laus est illa eximia C. Juli etc. *Id.* *Mur.* 33. 75. Fuit codem ex studio vir eruditus apud patres nostros. *Cæs.* 1. B. C. 46. Fulgentius ex primo hastato (*ordine*) legionis XIV. *Petron.* *Satyr.* 83. Eum ex hac nota literaturum esse, quos odisse divites solent. *Flor.* 1. 13. 12. Virgines ex sacerdotio Vestre. *Tac.* *Germ.* 29. Batavi non multum ex ripa, sed insulam Rheni annis colunt. *Id.* 2. *Ann.* 1. Tuttissima e presentibus. *Curt.* 6. 7. 13. Nilib ex pristina voluntate mutaverat. Cf. *Vellej.* 2. 110. Aliquid ex negotio remittere. *Forcellinus* hoc loco sit esse pro de. — Hinc factum est ut ex præpositio hac significacione aliquando Genitivum obtinuerit. *Cæs.* 3. B. G. 14. Has turres altitudine puppium ex barbaris navibus superabat. *Cels.* 4. 20. Album ex ovo cum rosa mixtum. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 21. Ex fraxino frondes, ex leguminibus paleæ. — b) Hinc præpos. ex usurpatur ad significandum eum rerum orbem, quo quid continetur, et sepius fontem, unde atiquid physica aut spiritualia ratiōne baurit. *Cic.* *Amic.* 13. 47. Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam et vita tollunt. *Id.* *ibid.* 18. 64. Hunc ex maxime raro genere hominum judicare debemus. *Id.* 1. *Off.* 22. 78. Haec quidem res non solum ex domestica est ratione; attingit etiam bellicam. *Id.* 1. *de republ.* 4. Majores ex otio fractus capere. *Id.* *ibid.* Majorem lætitiam ex desiderio honorum percepimus, quam ex lætitia improborum dolorem. *Id.* *ibid.* 13. Quiescerat ex me Scipio etc. *Id.* 2. *ibid.* 38. Ex te requirunt. *Id.* *Brut.* 46. 172. Quum pertinetare ex quadam antica. *Id.* 1. *ibid.* 11. De quo studio ex te audire, quid sentias. Adde *eumid.* 1. *ibid.* 30. et 46. *Id.* 6. *Att.* 9. 3. Intellexi ex tuis litteris, te ex Turannio audisse, a me provincium fratri traditam. *Id.* 13. *Fam.* 16. Ex eo quum ab incunte ejus atque bene speravissim. — c) Hoc referri potest, et formula pendere ex, quæ de rerum natura dicitur. *Cic.* 2. *Parad.* 1. 17. Cui spes omnis pendet ex fortuna. *Id.* 6. *Fam.* 22. 22. Incolumitati tue tuorumque, qui ex te pendent, consulas. ¶ 2. Metaphorā a tempore sumptuæ (*V. supra sub B. 3.*) præpositio ex adhibetur ad rerum successionem et ex uno in alium statum mutationem significandam. *Plaut.* *Cist.* 3. 21. Si possum tranquillum facere ex irato mihi. *Lucret.* 1. 187. Fierent juvenes subito ex infantibus parvis. *Cic.* 2. *de republ.* 10. Dii ex hominibus parti. *Id.* *Partit.* *orat.* 17. 57. Nilib est tam miserabile, quam ex beato miser. *Id.* 1. *de republ.* 45. Ut exsistat ex rege dominus, ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio. *Flor.* 1. 9. 2. Ex perpetuo amicum placuit, ex singulari duplex. *Justin.* 12. 10. 1. Ex magna desperatione tandem salutem rediit. *Id.* 24. 7. 4. Ex longa inopia ubi primus vino ceterisque commensibus reserua cura inventit. *Id.* 44. 4. 11. Ex agresti cibo multiora vesci. ¶ 3. Metaphorā sumptuæ ex illis, quæ de materia diximus, quæ aliquid sit (*V. supra sub C.*), præpos. ex — a) Significat rerum mensuram, normam, proportionem, et ponitur pro secundum aut pro. — Generatim. *Plaut.* *Epid.* 5. 1. 19. Ex tuis verbis meum futurum corium pulcherum prædictas. *Id.* *Trin.* 4. 3. 42. Ex eorum ingenio horum probant. *Ter.* *Heaut.* 2. 1. 4. Ex sua libidine moderantur, nunc quæ est, non quæ olim fuit. *Id.* *Adelph.* 2. 1. 22. Ornatū esses ex tuis virtutibus. *Cic.* 5. *Fam.* 8. a. med. Et, ut spero, statues ex nostra dignitate. *Id.* *Rosc.* *com.* 10. 28. Nemo illum ex truncu corporis spectabat, sed ex artificio romico aestimabat. *Id.* 1. *Invent.* 38. 68. Leges ex utilitate communis, non ex scriptis, interpretari. *Id.* 2. *Fin.* 11. 31. Quod esse voluntate et virtute, id est honeste vivere. *Id.* 13. *Fam.* 8. 3. Ut magis ex animo rogare nihil possim. *Id.* 12. *ibid.* 4. 2. Nunc quæ scribo, serabo ex opinione bonorum atque fama. *Tac.* 2. *Ann.* 63. Scripsit Tiberio, non ut prologus aut supplex, sed ex

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro excipere, repellere, removere, impedire. — a) Pro excipere, eccluere. Cic. 1. *Fam. 1.* Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompejum. *Sueton. Ner. 23.* Illus, ut sapientes et doctos viros, debere fortuita excludere. — b) Pro repellere, removere. Cic. 1. *Orat. 11. 46.* Repelli oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina. Id. 5. *Phil. 11. 29.* Exclusit illum a republ., distraxit, segregavit scelus ipsius. Id. *Claud. 11. 31.* Excludi ab hereditate fraterna. Id. 2. *leg. Agr. 22. 60.* Qui honore decimviratus nominatim excluditur. Id. 7. *Verr. 45. 118.* Matres ab extremo complexu liberum excludæ. Id. *Balb. 9. 24.* Socii exclusi præmiis et honoribus. Id. 1. *Orat. 37. 168.* Petitor rursus quum petret, exceptione excluderetur. Id. 2. *Invent. 19. 57.* Prætoris exceptionibus multæ excluduntur actiones. Id. *Cæl. 9. 22.* Si qui se in hoc judicium forte projec-

rint, excluditio eorum cupiditatem, judices, sapientia vestra. Id. ibid. 17. 42. Excludere auribus omnem suavitatem, bandis dagli orecchi. Id. 5. *Phil. 7. 19.* Excludere consuetudinem libere dicendi. *Zelius apud Non. p. 301. 14. Merc.* Qua virtute servitatu excluderit. *Stat. 3. Silv. 3. 108.* animoque exclusa voluptas. — c) Pro impedire. Cic. 3. *Verr. 56. 148.* Locat circiter Idus Septembris, temporibus excluduntur omnes. *Cæs. 7. B. G. 11.* Castris ante oppidum positis, dici tempore exclusus, in posterum oppugnationem differt. Adde eundem. 6. ibid. 30. — d) Pro negare assertur illud Cic. *Harusp. resp. 21. 45.* Quod Metellus principi Pompejo sententiam dicens excluderat. *Al. leg. principi dicente: alii excluderat.* ¶ 2. Quam præ verbo præpositionis vis eminet, excludere est emittere, ejicare, effundere, cacciar fuori. — a) Generatim. *Plaut. Pseud. 1. 5. 95.* Excludito mihi oculum, si deder. *Ter. Phorm. 5. 7. 96.* Vel oculum exclude. *Scribon. Compos. 84.* In utramque partem liquorem excludere. *Paul. Dig. 10. 4. 6.* Gemma inclusa auro vindicari non potest; sed ut excludatur, agi potest, si sleghi, si scassi. *Huc Forcellinus referit etiam illud Cic. Orat. 15. 50.* Quum animos prima aggressione occupaverit, infirmabit excludetque contraria. — b) Speciatim hoc sensu sepe dicitur de avibus incubantibus, et foendo ova emittentibus pullos, schiudere. *Lucret. 5. 800.* volucres Ova relinquunt, exclusæ tempore verno. Cic. 2. *Nat. D. 52. 129.* Gallinæ avesque reliqua, quæ ex ovi pullos excluderunt, ita tuerunt etc. Id. ibid. 48. 124.; et *Colum. 8. R. R. 5. 7. et 14. 11.* Exclusi pulli. *Rurus Colum. 8. ibid. 11. 1.* Quæ sovent ova, totum tempus secundatis aut excludendis, aut etiam educandis pullis consumunt. Adde *Sueton. Tib. 14.* — *Hiac joculariter Cic. 2. Orat. 21. 81.* Coracem istum patiamur pullos suos excludere in nido, qui evolent, clamatores odiosi ac molesti. ¶ 3. Quam præ præpositione verbi vis eminet, ponitur pro claudere, finire. *Stat. in epist. præfixa 1. 2. Silvar.* Excludit volumen *Genethlacon Lucani.* — Hinc Part. præter pass., cuius multa superiora exempla retulimus,

**EXCLUSUS**, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Exclusissimus*. Proprie. Ovid. 1. *Amor. 8. 78.* Audiat exclusi verba receptus amans. *Plaut. joculariter Men. 4. 3. 24.* Abiit intro, occlusit ædes: nunc ego sum exclusissimus.

**EXCLUSO**, ônis, f. 3. actus excludendi. Ter. *Eun. 1. 2. 8.* Ceterum de exclusione verbum nullum. *Vitruv. 1. 6.* Exclusio ventorum. *Ulp. Dig. 44. 1. 2.* Exceptio est quasi quedam exclusio, quæ interponi actioni cujusque rei solet.

**EXCLUSOR**, ôris, m. 3. qui excludit. ¶ 1. Generatim. *Augustin. serm. 37. de verb. Dom. 2.* Christus dæmoniorum excluder. h. e. expulsor. ¶ 2. Speciatim est etiam idem quod excusor. *Augustin. in Psalm. 67. § 39.* In arie argenteria excludentes vocantur, qui de confusione masse neverunt formam vasis exprimere! Adde eundem. in *Psalm. 54. § 22.* et *De Spir. et lit. § 17. Inscript. apud Henzen. 7229.* *MEMORIAE AETERNAE POTITIO ROMYLO* qui VI. ANN. XXXV. DEFUNCT. ARTIS ARG. EXCLUSOR. te excluder.

**EXCLUSORIUS**, a, um, adj. ad excludendum pertinens. *Ulp. Dig. 44. 1. 2.* Illud tenendum est, omnem exceptionem, vel replicationem exclusoriam esse: exceptio actorem excludit, replicatio reum. — Hinc

**Exclusorium**, ȳ, n. 2. absolute, substantivorum more, est medicamentum, quod fetui excludendo inservit, apud *Theod. Priscian. 3. 6.*

**EXCLUSUS**, a, um. V. EXCLUDO.

**EXCOCTIO**, ônis, f. 3. actus excoquendi. *Impp. Theodos. et Valent. Cod. 12. 16. 3.* Excoctio calcis. *Impp. Arcad. et Honor. ibid. 39. 1.* panis.

**EXCOCTOR**. V. EXCEPTOR.

**EXCOCTUS**, a, um. V. EXCOQUO.

**EXCODICO** vel excaudico, as, are, a. 1. (ex et codex vel raudex).

I.) Proprie est existipare, ut patet ex veteri lege apud *Frontin. Aqued. 129.* ubi ali perperam legunt excoctare. Hinc apud *Festum p. 251. 18. Müll.* dicitur ager silvestris excoctari, quum stirpes ex eo inoxiles evelluntur. *Codd. habent ex quo dicatur pro excoctari.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro ablaqueare, hoc est circa vitium codicem dolabra terram aperi-

re, et purgatis omnibus velut lacus efficeret, ut solis calore et imbris provocentur. *Pallad.* 2. *R. R.* 1. Ablaqueandae sunt vites, quod Itali exco dicare appellant. ¶ 2. Figurete. *Tertull. Pudic.* 16. Ut intelligas, quanta securi censuræ Apostolus omnem silym libidinum cedat et eradicit et excudit.

**EXCÖGITATIO**, ônis, f. 3. actus excogitandi, inventio. *Cic.* 1. *Tusc.* 25. 61. Quid illa vis, quæ tandem est, quæ investigata occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur? *Id.* 2. *Orat.* 27. 120. Illa, quæ tota ab oratore paruntur, excogitationem non habent difficultatem. h. e. facili inventu sunt.

**EXCÖGITATOR**, ôris, m. 3. qui excogitat, invento. *Arnob.* 3. 32. Verborum excogitator et nominum. *Quintil. Declam.* 10. 7. Sic magum protinus, nescia matre, excogitator hic mortis alterius advocatus.

**EXCÖGITATUS**, a, um. *V. EXCOGITO.*

**EXCÖGITATUS**, us, m. 4. idem quod excogitatio. In sexto casu sing. *Gell.* 5. 10. *extr.* Captionis versus excogitatu frustratus. *Al. leg.* versute excogitatae.

**EXCÖGITO**, as, ayi, ôtum, are, a. 1. (ex et cogito). Part. *Excogitans*, *Excogitatus* etiam in fin. et *Excogitandus*. — Excogito est cogitando invenio, cogitatione assequor (It. *inventare*, *trouver à l'aide de la réflexion, imaginer, inventer*; Hisp. *imaginar, inventar*; Germ. *ausdenken, ersinnen*; Engl. *to consider thoroughly, devise, contrive, invent, excogitate*). *Cic.* 8. *Phil.* 6. 19. Excogitare, quæ tua ratio sit. Calene, non possum. *Id. fragm.* pro *C. Cornel.* apud *Ascon.* Lex ad scribendum difficultis, aut ad excogitandum recondita. *Id. 4. Ferr.* 54. 134. Mira quedam excogitare genera furandi. *Id. Dejot.* 7. 20. Quid igitur cause excogitari potest, cur etc? *Id. 2. Cat.* 4. 7. Quid enim mali aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? *Id. 9. Att.* 6. 7. Ad haec igitur cogita, mi Attie, vel potius excogita. *Id. Client.* 13. 36. Ratio excogitatu Larini est: res translatu Romani. *Ces.* 2. *B.* C. 32. Multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur. In capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur. *Id. 5. B. G.* 31. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneat, et periculum augeatur. *Nepos Att.* 8. Excogitatum est quibusdam, ut privatum ærarium constitueretur. *Val. Max.* 9. 2. n. 10. *extr.* Ac ne Etrusei quidem parum feroce in pena excogitanda. *Curt.* 6. 10. Cur me ipse audire noluerit, non excogito. *Id. 4. 2. Ferreæ manus, corvique, et alia tuendis uribus excogitata. Id. 5. 12. Nova ludibria subinde excogitante fortuna. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 19. 21. (82). Cum recenti sico saltis vice caseo vesel, nuper excogitatum est. — Hinc Part. præter pass.*

*Excogitatus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Excogitissimus*. *Cic. Orat.* 67. 225. O callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda! *Quintil.* 5. 13. 49. Res ab illis dicta, non a nobis excogitata. *Sueton. Cal.* 22. Templum etiam numini suo proprium, et sacerdotes, et excogitatissimas hostias instituit. h. e. exquisitissimas.

**EXCÖGO**, is, ere, a. 3. idem ac cogo, vel maxime cogo, arguo, colligo. *V. COGO.* *Innocent.* agrimens. apud *Goes.* p. 222. Si in monte fuerit constitutus, excogimus sinec habere. *Id. p. 227.* Terminos excogimus requirendo.

**EXCÖLO**, cōlis, cōlū, cultum, cōlere, a. 3. (ex et colo). Part. *Excultus* I. 1. et 2. et II. 1.; *Excolendus* I. 2. et II. 1. — Excolere, εξεργάζομαι, est percolere, diligenter colere (It. *coltivar bene, lavorare con diligenza*; Fr. *travailler avec soin, bien cultiver*; Hisp. *cultivar, labrar cuidadosamente*; Germ. *sorgfältig bearbeiten, pflegen*; Engl. *to cultivate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu occurrit in rusticæ. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (48). Excultæ vineæ. *Id. 8. ibid.* 47. 72. (187). Boves victimum hominum excolunt. *Claudian.* 2. in *Eutrop.* 196. Excolere rura. Cf. *Propriet.* 4. 1. 130. Abstulit excultas pertica tristis opes. h. e. pinguis culta agrorum et ruris. *Ovid.* 2. *Art. am.* 220. Creditur et lanas excoluisse rudes. ¶ 2. Latiori sensu, apud æstatis argenteæ scriptores, de artibus dicitur et est opus laborando perficere, adeoque exornare, finir di labore, abbellire, ornare. *Plin.* 9. *Ep.* 39. Enas marmora, quibus solum, quibus parietes excolantur. Ade de alterum *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (118). Sue-

ton. *Aug.* 28. Urbem excoluit adeo, ut jure sit gloriosus, marmoream se relinquere, quam latericiam accepisset. *Id. ibid.* 72. Prætoria sua non tam statuarum tabularumque ornatu, quam rystis et nemoribus excoluit. *Id. Claud.* 21. Circus marmoreis carceribus auratisque metis excutus. *Flor.* 4. 12. Marcomannorum spoliis insignibus quemdam editum tumulum in tropæ modum excoluit. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 11. 40. (135). L. Paulus, devicto Persico, petiit ab Atheniensibus, ut sibi quan probatissimum mitterent pictorem ad triumphum excolendum. *Nerat.* *Dig.* 7. 1. 44. Excolere aedificium. *Ulp. ibid.* 7. 1. 13. § 7. Fructarius excolare quod invenit potest, qualitate ædium non immutata. Adde *eund.* *ibid.* 13. 7. 25. — Et de ipsis hominibus. *Martial.* 6. 52. vagos restare capillos. Doctus, et hirsutus excoluisse genas. *Sueton. Ces.* 84. Legionarii injecere flammæ armæ sua, quibus exculti funus celebrauerat. *Id. Ner.* 28. Sporus Augustarum ornamenti excutus. — Et pro perficere, perfectionare, ita tamen ut ei ornandi insit significatio. *Sueton. Aug.* 29. Monumetatis vel novis, vel refectis, vel excutis urbem adornare. Cf. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (56). Quique inventa ejus (pictoris) excoluit, Cimonem Cleopœnum.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de moribus et intellectu, et est educare, erudire, perficere: ad rem. *Cic. Parad.* *procœm.* § 3. Nihil tam horridum, tam incolument, quod non splendescat oratione et tamquam excolatur. *Id. Orat.* 9. 31. Excolere victimum hominum, h. e. a ferino more ad humanitatem traducere, inciviliter. *Id. 2. Legg.* 14. 36. Ex agricisti immagine vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus. *Id. 1. Tusc.* 25. 62. A quibus mansueti et exculti a necessariis artificiis ad elegantiora defleximus. *Id. 2. Off.* 4. 15. Quibus rebus exculta hominum vita tantum distat a victu et cultu bestiarum. *Id. Brut.* 25. 95. C. Tuditanus omni vita atque vicetu exculsius atque expoitus. *Id. Arch.* 6. 12. Animos doctrina excolare. *Id. 1. Tusc.* 2. 4. Excultus doctrina. *Id. Orat.* 15. 48. Ingenia disciplinis exculta. *Id. 4. Tusc.* 38. 84. Demus nos philosophie excolendos. *Vir.* 6. *Æn.* 663. Inventas aut qui vitam excoluere per artes. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 15. Protinus excolimur pueri. h. e. eruditur, instituimur. *Id. 4. Pont.* 8. 1. Vir studiis excutus. *Martial.* 12. 95. Fila lyrae novi doctis exculta Camenis. *Quintil.* 4. *procœm.* 3., 12. 2. 1. et 12. 3. 1. Excolere mores aut studia. Sic *Gell.* 13. 5. Complere et excolare studia doctrinarum. *Tac. Dial.* de orat. 22. Cicero primus orationem excoluit. Adde *Quintil.* 8. 3. 86. *Id. Quintil.* 11. 2. 1. Memoria excolendo augetur.

— Hinc et Part. *Excultus* ponitur pro eleganter admodum eruditio, exquisito, incivilito, squisito, rafinato. *Cic.* 2. de republ. 10. Antiquitas recepit fabulas: — hæc ætas autem jam exculta, præsertim eludens omne, quod fieri non potest, respuit. *Quintil.* 8. 3. 20. Excultæ cujusdam elegantia. — Pro augeare. *Curt.* 9. 6. a med. Excolere gloriam. h. e. extender, augere. *Quintil. Declam.* 8. 12. Fortuna hunc pressit pauperiate, illum insperatus opibus excoluit. h. e. instruxit, auxit, ditavit. ¶ 2. Raro admodum de personis occurrit, et est venerari, vereri, observare, prosequi, sive, ut optimi quique scriptores locuti sunt, colere, venerare, rispettare, servire. *Phædr.* 4. 10. verendos excolit pietas deos. *Ovid.* 1. *Pont.* 7. 59. ut te non excolat ipsum, Jus aliquod tecum fratris amicus habet. — Nonnulli afferunt etiam illud *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 16. Excolamus et amemur. *At ibi ex optimis Codd. legendum* Et colamus.

**EXCÖLO**, as, are, a. 1. percolare, liquefacere. *Pallad.* 3. *R. R.* 8. Acetum diligentius excolabis. In *Pers. Vulg. Math.* 23. 24. Culicem excolantes. h. e. vinum, in quo culex incidenter.

**EXCOLUBRO**. *V. dicta in COLUBRA.*

**EXCÖMEDO**, is, ere, a. 3. totum comedo, consumeo. *Apul. Herb.* 8. Herba scelerata cœomedet purinedinem.

**EXCÖMITE**, indeclin. m. qui comes fuit. *Ammian.* 14. 7. Mandabat Domitiano, ex comite largitionum, praefecto, ut etc. Adde *Inscript.* apud *Orell.* 3189. — In plur. num. *Cod. Theod.* 12. 1. 75. Non nomen etiam ex comitibus addi consenserunt. Adde *Inscript.* apud *Orell.* 1108.

**EXCOMMUNICATIO**, ônis, f. 3. separatio a communione Ecclesie. *Augustin. de Fide et operib.* 3. et alibi.

**EXCOMMUNICATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EXCOMMUNICO**, as, Evi, ôtum, are, a. 1. Part. *Excommunicatus*. — Excommunico est ab Ecclesiæ communione separo. *Hieronym.* 2. advers. *Buſin.* n. 18. Frusta ab Ecclesiæ excommunicatum esse dicat. *Cassiod.* 5. *Hist. Eccl.* 34. ad fin. Excommunicaverunt Eusebium, etc. Adde *Ambros.* *Ep.* 8.

**EXCONDÔ**, is, ere, a. 3. condo, facio, fingo, vel manifesto. *Tertull.* 5. advers. *Marcion.* 18. Vere cum et visibile excondit prelatorem.

**EXCONGRÜS**, a, um, adjet. idem atque incongruus. *Symmach.* *oral.* pro *Synes.* (edente iterum *A. Maij*) 5. Nisi forte excongruam putatis istiusmodi laudem.

**EXCONSUL**, *V. voc. seq.*

**EX CONSULE**, indeclin. m. vir consularis, qui scil. aliquando consulatum gessit. *Imp. Justinian.* *Cod.* 1. 17. 2. § 9. Quæ omnia confecta sunt per virum excusum, et quæstori et ex consule, Tribonianum. *Sidon.* 1. *Ep.* 11. a med. Magnus, olim ex prefecto, nuper ex consule. Adde *Inscript.* apud *Orell.* 1162. et apud *Henzen.* 5594., 5585. etc. — Dictum est etiam sequenti illo anno *Exconsul*, lis, ut apud *Isid.* 15. *Orig.* 13.; et *Exconsularis.* *V. voc. seq.* — Item *ex consilibus*. *Capitolin.* *Gordian.* 22. *V. EX DUCE.*

**EXCONSULARIS**, is, m. 3. qui consulari potestate in aliqua provinciali administratione functus est. *Inscript.* apud *Gruter.* 151. 6. CL. POSTHVMVS DARDANVS V. IYL ET PATRICIAE DIGNITATIS, EXCONSULARI PROVINCIAL VIENENSIS. ... ADMITENTE ETIAMI V. IYL. COM. AC FRATRE MEMORATI VIRI GLAESSIMI LEPIDO EXCONSULARI GERMANIAS PRIMAE etc.

**EXCÖQUO**, cōquis, coxi, coctum, cōquere, a. 1. (ex et coquo). Part. *Excocitus* I. 2. et 3. — Excoquere, εξέφω, est valde coquere (It. *cuocere molto*; Fr. *bien cuire*; Hisp. *cocer*; Germ. *auskochen*, *auschmelzen*; Engl. *to boil thoroughly, excocci*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est valde coquere. Ter. *Adelph.* 5. 3. 63. Tam excoctam reddam (psaltriam) atque atram, quam carbo est. *Lucret.* 6. 962. terram sol excocuit et facil are. *Varro* 5. *L. L.* 109. *Müll.* Excoquum parum habet succi. *Cato R. R.* 107. Usque coquito, dum dimidium excocutas. Sic *Colum.* 12. *R. R.* 10. 1. Mustum ad dimidium si quis excocerit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 74. (193). Glæbas melle excocere. *cuocer nel mele.* *Id.* 32. *ibid.* 4. 14. (38). Vino testudinem excocere. *Id.* 34. *ibid.* 13. 37. (135). Lapis excocuit in rubricam. h. e. usque dum rubrum colorem induat. *Tac.* 5. *Hist.* 7. *Arenæ*, admixto nitro, in vitrum excocuntur. *Lucan.* 9. 420. Libya quod fertile terræ est, In nullas vitiatur opes, non ære, neque auro. Excocitur. *Ovid.* 14. *Met.* 712. Durior et ferro, quod Noricus excocuit ignis. h. e. temperat. *Plin.* *Paneg.* 52. Truces horrendæque imagines abjectæ excocatae flammis. colate, strute, disfritte. ¶ 2. Latiori sensu est coquendo purgare, purgare cocendo. *Vulg.* 1. *G.* 87. illis omne per igam Excoquitor vitium, atque exsudat inutilis humor. *Ovid.* 4. *Fast.* 785. Omnia purgat edar ignis, vitiumque metallis Excoquit. *Gell.* 6. 5. sub fin. Argentum excocum. purgato, fino, puro. ¶ 3. Item concoquere, concoquere, digerire. *Colum.* 1. *R. R.* praefat. § 18. Quotidianam cruditatem Laonicis excocimus. — Huc referri potest et illud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 18. (80). Excocia maturitas hordei. h. e. bordeum nimis maturum.

II.) Translate. *Plaut. Pers.* 1. 1. in fin. Usque ero domi, dum excocero lenoni malum. h. e. machinatus fuero, paravero, excocitvero. *Seneca Herc.* *fur.* 105. Concitare pectus: acrior mente excocat, Quam qui caminis ignis Etnæsis surit. h. e. agitet, excitet, vexet, ut *Vulg.* 7. *Æn.* 345. curaque inque coquebant.

**EXCORDOR**, äris, ari, dep. 1. excors sum, insanus. *Commodian.* *Instruct.* 2. *Excordaris*, homo, si putas etc.

**EXCÖRIO**, as, are, a. 1. Part. *Excorians*. — Excorio est corium, seu crustas detrabo. *Apul.* in fragm. 10. *Met.* p. 717. *Oudend.* Hastam mel inguinis nivea spurcile pluscule excorians, emundavii. *Cassiod.* 10. *Hist. Eccl.* 30. Aliorum manus excoraverunt, aliorum dorsa, aliorum capita, a fronte inchoantes, usque ad cervices nuda cute reliquerunt. Adde *Vulgat.* interpr. *Mich.* 3. 3. *Gloss.* *Philox.* Excorio, αποθέρω.

**EXCORNIS**, *e*, *adject.* qui sine cornibus est. *Tertull.* *Pall.* 5. Muræna bestia edentula et exunguis et excornis.

**EXCORNICULARIO**, *m.* indecl. qui fuit cornicularius. *Inscript.* apud *Rénier*. 1080. D. M. L. POMPEJO FELICI PATRI QVI — MILITAVIT AN. XXV. — VIX. AN. LXXX. L. POMPEJUS MAXIMUS FILIUS EX CORNICULARIO FECIT. Adde *Cod. Theod.* 8. 7. 8.; et *Inscript.* apud *Orelli*. 4962., et apud *Henzen*. 6753. et 7170.

**EXCORRECTOR**, *ōris*, *m.* 3. qui fuit corrector. *Inscript.* mendosa apud *Gruter*. 1027. 3., emendator apud *Pratill.* *Via App.* p. 223. L. MAMILIANO LICINIANO V. C. FILIO MAMILIANI LIVIANI V. P. EXCORR. BRVT. (*h. e.* excorrectoris Bruttii) NEPOTI MAMILIANI CRISPINI EXCORR. CAMP. (*h. e.* excorrectoris Campani) etc.

**EXCORS**, *cordis*, *adject.* (*ex* et *cor*) stultus, amens, fatuus, vecors, quasi sine corde, in quo vetores animum et sapientiam collocabant, teste *Cic.* 1. *Tusc.* 9. 18. Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo recordes, recordes dicuntur. *V. CORDATUS* (It. *pazzo*, *sciocco*, *grossio*, *insensato*; Fr. *dépourvu d'intelligence*, de sens, *insensé*, *fou*; Bisp. *insensato*, *necio*, *fatuo*; Germ. *ohne Einsicht*, *kopflos*, *unverständig*, *albern*; Angl. *witless*, *foolish*, *silly*, *simple*, *senseless*). *Plaut.* *Mil. glor.* 2. 6. 63. Nunc demum scio, me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem. *Id. Merc.* 1. 1. 26. Temeritas, incogitantia, excors immodestia, petulantia. *Cic.* 5. *Phil.* 2. 5. Hoc qui non videt, excors est. *Id. Amic.* 26. 99. Aperte adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. *Id. 2. Nat. D.* 2. 5. Quæ anus tam excors inveniri potest, quæ illa extimescat? *Id. 2. Divinat.* 16. 36. An quod asperit excordem Cæsarem, ipse corde privatus est? *Id. Dom.* 18. 48. Neque tu eras tam excors, tamque demens, ut nescires, etc. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 25. Sub domina meretrice fuisse turpis et excors. *Id. 2. Sat.* 3. 67. Tunc insanus eris, si acceperis? an magis excors Rejecta præda? *Gell.* 18. 4. sub *fin.* *stulti* et *excordes*.

**EXCORTICO**, *v.* in *EXCAUDICO*, ubi affertur, dubia tamen lectione: certa vero legitur in *Gloss.* *Philoz.* Excortical, *λεπίζει*.

**EXCREMANTUM**, *i.* n. 2. duo diversa significat, prout est *A*) Ab excernere, aut *B*) Ab excrescere.

*A*) Excrementum ab excernendo cribrandoque ex frumento excernitur, creatura. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 24. Vinacea præbenda (*gallinis*), quæ satis commode pascunt, adjektis interdum tritici excrementis. *Pallad.* 3. *R. R.* 26. 3. Sed deficientibus alimentis præbenda sunt (*porcis*) papula glandis, castaneæ, vel frugum yilia excrementa ceterarum. *¶ 2.* Item speciatim id quod ex acinis uvæ excernitur, vinaceum. *Pallad.* 12. *R. R.* 20. 3. Si acerbas odor fuerit, uvæ excreta, quæ Græci γύρατα vocant, præcipiunt tusa et in massam redacta mersari. *¶ 3.* Sæpius significat purgamentum, quod ex corpore animalium, ex superfluo alimento excernitur, ut sputum, pituita, sterco. *Tac.* 4. *Hist.* 81. Ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. *Id. 16. Ann.* 4. Excreta oris et narum. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 26. 32. (94). Cicadas nullum ad excreta corporis foramen. *Id. 9. ibid.* 45. 68. (147). Reddere excreta.

*B*) Excrementum ab excrescere significat excrescens sive extuberans aliquid. *Sidon.* 1. *Ep.* 2. de *Theodorico rege*. Aream dorsi humilior inter excreta costarum spina discriminat. *h. e.* inter prominentes costas spina dorsi depressior est. *Capell.* 7. p. 239. Sic decem millia ceteraque excreta complentur. *h. e.* numeri excrescentes. *Terentian.* de *metr.* v. 2609. p. 2441. *Putsch*. Hinc primas capiti duas (*syllabas*), Nec non et totidem ultimas Excreta magis putant, Nec docunt numero pedum.

**EXCREMO**, *as*, *are*, *a. i.* idem quod cremo. *Tertull.* *Cult. femin.* 6. Quodcumque enim immundo spiritui excremari solet, etc. *h. e.* in ejus honorem.

**EXCREO**, *v.* *EXSCREO*.

**EXCRESCENS**, entis. *V.* *voc.* *seq.* in *fin.*

**EXCRESCO**, crescis, crèvi, crètum, crescere, *n.* inchoat. 3. (*ex* et *cresco*). Part. *Ex crescens* I. *b.*; *Excretus* in *fin.* — Excrescere, *expūp̄ai*, *ἐπαυξάνω*, est idem quod crescere, aut valde crescere (It. crescere, crescer fuori, alzarsi; Fr. croître, pousser, se dévelepper, s'élever; Hisp. crecer, alzarse; Germ. heraus – oder hervorwachsen, in die

*Höhe steigen, anschwellen*; Angl. *to grow up, increase*).

I.) Proprie. — a) Generatim. *Colum.* 4. *R. R.* 21. 3. Novellis palmis semper vitis renovetur: quæ si satis excreverint, jugo superponantur. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 39. (131). Quum ad semipedem laciœ excreverint. *Id. 16. ibid.* 30. 54. (125). In longitudinem excrescent abies, larix, palma. *Tac. Germ.* 19. In hos artus, in hac corpora, quæ miramur, excrescent. *V. EXCRETUS* in *fin.* *Frontin.* *Aquæd.* 18. Colles propter frequentiam incendiorum excraverunt rudere. *Lucan.* 4. 11. Colle tunet modico, ferique excravit in altum Pingue solum tumulo. *Ulp. Dig.* 43. 11. 1. Si quando flumen imbris ad tempus excraverit. — b) Speciatim a medicis excrescere dicitur caro in corpore præter naturam crescens, *ὑπεραρπόω*. *Sueton.* *Galb.* 21. Excreverat in dexteriore lateri ejus caro, propendebatque adeo, ut ægre fascia substringeretur, *gli era nata un'escrescenza*. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 6. 59. (111). Carnes excrescentes cohibere. *Id. 34. ibid.* 18. 56. (178). Arsenicum tollit quidquid excrescit. — Hinc excrescentia, *iūm*, *n.* plur. 3. absolute, substantivorum more, dicuntur a medicis, quæ in corpore præter naturam excrescent, ut in ulceribus etc. excrescente, *ταρκώτης*, *ἐπαρπόπατα*. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 29. (61). Heliotropium radicis extrahit excrescentia in sedibus. *Id. 34. ibid.* 18. 50. (169). Usus plumbi usi contra inanitatem ulcerum excrescentiae rimasque sedis. *Id. 24. ibid.* 5. 11. (19). Ulcer sordida, et excrescentia in his redi succo inungere. *Id. 36. ibid.* 17. 28. (133). Excrescentia erodere. *Id. 20. ibid.* 9. 36. (93). absumere.

II.) Translate. *Quintil.* 4. 1. 62. *de exordio*. Nec minus evitanda est immodeca ejus longitudo, ne in caput excrescere videatur. *Julian.* *Dig.* 36. 1. 27. § 16. *Fructus in tantum excravit, ut quantitatem partis dimidiæ bonorum exceedat*. *Sueton.* *Vesp.* 10. Litium series ubique majorem in modum excrescat. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 7. (18). Excrescit in dies ejus rei luxus. *Siliq* ex *Cod. Bamberg.* leg. Et crescit in dies ejus luxuria. — Hinc *Part. præter. pass.*

**Excretus**, *a, um*, est qui excravit, qui grandior factus est. Proprie. *Virg.* 3. *G. 308*. Multi jam excretos probinent a matribus bædos. *h. e.* ut habet *Servius*, validiores. Sic *Paulin.* *Nolan.* *carm.* 27. 292. de *vitalia*. Facta per excretum *jam corpus idonea voto*. *Lactant.* 2. 11. *a med.* Nisi forte animalia non tenet nata sunt, sed excreta.

**Excrecentia**, *iūm*, *n.* plur. 3. absolute, substantivorum more, *V. supra sub I. b. in fin.*

**EXCRĒTUS**, *a, um*. *V. EXCERNO*.

**EXCRĒTUS**, *a, um*. *V. EXCRESCO*.

**EXCRIBO**, *V. EXSCRIBO*.

**EXCRŪCIABILIS**, *e*, *adject.* — 1. Passive est dignus, qui excrucietur. *Plaut.* *Cist.* 4. 1. 1. Nullus ego me vildisse credo magis anum excruciablem. — 2. Active est qui excruciat. *Prudent.* 3. *rep: ope: 114*. Ecce parata ministeria excrucialis existi.

**EXCRŪCIATIŌ**, *ōnis*, *f.* 3. cruciatus. *Augustin.* *Tract.* 27. in *Joann.* sub *fin.*

**EXCRŪCIATUS**, *a, um*. *V. EXCRUCIO*.

**EXCRŪCIĀTUS**, *us, m.* 4. Idem quod cruciatus. *Prudent.* 14. *rep: ope: 19*. Corpusque duris excruciatibus ultra offerebat.

**EXCRŪCIO**, *as, avi, ātum, are, a. i.* (ex et crucio). Part. *Excruciatus* I. 1. et II. et II.; *Excruciandus* I. — Excrucio est valde crucio, torqueo, conficio (It. tormentare; Fr. tourmenter, torturer, martyriser; Hisp. atormentar, martirizar; Germ. sehr foltern, martern; Angl. to torture, greatly, excruciate).

I.) Proprie. — 1. Stricto sensu. *Plaut.* *Mil. glor.* 3. 2. 45. Peri! excruciat me heros, quem haec facta scibit. *Id. Bacch.* 3. 4. 24. Mori me mayelum excruciatum inopia. *Id. Stich.* 3. 1. 32. Meam culpam habeto, nisi probe excruciaro. *Lucret.* 5. 1425. Frigus nudos excruciat. *Cæs.* 6. *B. G.* 19. Igni atque omnibus tormentis excruciare. *Id. 7. ibid.* 19. Producit servos, quos fame vinculisque excrucierat. *Id. ibid.* 38. Ipsos crudeliter excruciantur interfici. *Auct. B. Alex.* 55. Minucium libertis transdit excruciam. *Cic.* 3. *Verr.* 17. 46. Hominem ingenuum fumo excruciatum, semiivum reliquit. *Id. pro leg. Manil.* 5. 11. Legatum populi R. vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excru-

ciam necavit. — Habet usum in imprecationibus. *Plaut.* *Pers.* 5. 2. 50. Dii deæque te excrucient.

2. Est etiam verbum causativum apud *Tertull.* 2. ad uxor. 5. extr. Res excrucia. *h. e.* tormentis extorta.

II.) Translate. — 1. Sæpe, et præcipue apud *Comicos*, refertur ad animum, et significat molestia, dolore afflicere, vexare, vehementer angere. *Plaut.* *Cist.* 1. 1. 61. Excrucior, mea Gymnasium, male maceror, doleo ab animo. *Id. Curs.* 1. 3. 14. Ipsus se excruciat. *Id. Epid.* 2. 2. 8. Id ego excrucior, *h. e.* ob id. *Id. Rud.* 2. 3. 57. et *Mil. glor.* 4. 2. 76. Hoc sese excruciat animi. *Id. Trin.* 2. 2. 29. Hæc sunt quæ me excruciant. *Ter. Phorm.* 1. 4. 10. Cum mihi pavo, tum Antipho me excruciat animi. *Cic.* 1. *Fin.* 16. 50. Temeritas et libido et ignavia semper animum excruciant et semper sollicitant. *Id. 10. Att.* 18. 3. Non loquor plura, ne te quoque excruciem. *Id. 14. Fam.* 3. 1. Confidor macero, mea Terentia; nec meæ me miseria magis excruciat quam tuæ. — 2. *Excruziare diem*, apud *Plaut.* est male consumere. *V. LACERO*.

**EXCUBĀTIŌ**, *ōnis*, *f.* 3. actus excubandi. *Val. Max.* 4. 7. *n.* 7. Pro dignitate et salute amicorum perpetua excubatio. *Dig.* 49. 16. 3. Ab excubatione desistere.

**EXCUBIĒ**, *ārum*, *f.* plur. 1. extra aedes cubatio.

I.) Proprie. — 1. Stricto sensu. *Plaut.* *Cas. prol.* 53. Is sperat, si ei sit data, fore sibi paratas clavis uxorem excubias foris. — 2. Latior sensu ac sæpius sunt vigiliae et excubatio, quæ a militibus habetur die noctisque, custodiæ causa, extra castra, vel saltuum extra tentoria. Cf. *ARCUBIĒ* vel *AC-CUBIĒ*. *Cic. Marcell.* 10. 32. Non modo excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur. *Id. Mil.* 25. 67. Si hæc armæ, si Capitolinea cohortes, si excubiae, si vigiliae, etc. Adde eund. 7. *Phil.* 9. 24. et *Planc.* 42. 101. *Virg.* 9. *En.* 159. Vigilum excubis obsidere portas. *Ovid.* 1. *Amor.* 6. 7. Per excubias custodum ire. *Id. 3. Fast.* 245. et *Tac.* 4. *Hist.* 58. Excubias agere alicui. *h. e.* alicuius custodiendi causa. Eod. sensu *Tac.* 13. *Ann.* 18. Excubiae militares, quæ ut conjugi imperatoris olim, tum ut et matri servabantur. *Id. 4. Hist.* 11. Apparatu, incessu, excubis vim principis complecti. *Sueton.* *Aug.* 23. Excubias per urbem indicere. Adde eund. *ibid.* 20. et *Galb.* 10.

II.) Improprie. — 1. Figurate referuntur et ad alia. *Horat.* 3. *Od.* 16. 2. vigilum canum tristes excubiae. *Virg.* 4. *En.* 200. Centum aras posuit, vigilemque sacravérat ignem, Excubias divum æternæ. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 30. (59). Grues excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes. — 2. Per metonymiam ipsi quoque excubias qui ajunt, excubiae dicuntur. *Tac.* 14. *Ann.* 44. Num excubias transiret, cubiculi fores recluderet? ubi sermo est de privatis excubis, quæ in potentiorum domibus ad cubiculi fores noctu a servis agebantur: quarum meminit etiam *Quintil. declam.* 1. 3. *Sueton.* *Claud.* 10. Inter excubias militum pernoctavit. *Claudian.* *Nupt. Honor.* et *Mar.* 80. vii. quoque madentes Excubiae.

**EXCUBIČULĀRIUS**, *ii*, *m.* 2. qui cubiculari munere apud Imp. functus est. *Impp.* *Gratian.*, *Valent.* et *Theodos.* *Cod.* 10. 47. 12. Cubiculari omnes atque excubiculari ab omnibus sordidis miseribus vindicentur.

**EXCUBITOR**, *ōris*, *m.* 3. qui excubias agit.

I.) Proprie. *Cæs.* 7. *B. G.* 69. extr. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur. *Sueton.* *Ner.* 8. Processit ad excubitos. *Id. Claud.* 42. Tribuno excubitorum signum de more poscenti. Adde *Senec.* *Thyest.* 458.

II.) Improprie seu figurata. *Virg.* *Moret.* 2. Excubitorum diem cantu prædictar ales. *h. e.* gallus. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 1. de canib. Quis custos incorruptior? quis excubitor inveniri potest vigilantior?

**EXCUBITÖRUM**, *ii*, *n.* 2. locus, in quo miles excubias agit. Romanus excubitoria fuere totidem, quot regiones, nempe quatuordecim, in quibus excubabant cohortes vigilum ab Augusto instituta ad custodiam Urbis. *P. Victor.* de *regionib.* *Urbis R.* sub *fin.* *V. CUSTODIARIUM*. — Est etiam locus in castris, in quo militaria signa deponebantur. *Inscript.* Aquinci in Pannonia, nunc Buda, recens detecta, et per litteras communicata a Barpt. Borghesi. *EXLTITORIUM* AD TYTELUM SIGNORUM ET IMA-

GINUM SACRARIUM E. TURBANIS PRIMIUS VETERANUS EXCORNICULARIUS LEGIONIS II. ADIUT. ANTONIAE FECUNIA SUA A SOLO RESTITUIT.

**EXCUBITUS**, us, m. 4. excubatio, excubia. *Auct. B. Hisp.* 6. Ut pedestres copiae in statione et in excubitu castris praesidio esse possent. *Coripp. Laud. Justin.* 4. 240. clipeis pia terga (*Augusti*) tegebat Ingens excubitus, protectorumque phalanges Fulgebant rutilo pilis splendidibus auro. h. e. ingens numerus excubitorum militum.

**EXCUBO**, cubas, cibūlī, cibūtum, cibare, n. 1. (ex et cubo). *Part. Excubans et Excubiturus I. 2.* — Excubare, παραχωτεῖν, proprie significat extra domum, foris cubare (It. dormire fuori di casa; Fr. découcher, passer la nuit hors de la maison; Hisp. dormir fuera de casa; Germ. ausser dem Hause liegen, lagern oder schlafen; Angl. to sleep out of doors, lie abroad all night).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, extra domum, foris cubare. *Cic. 1. Divinat.* 43. 96. Atque etiam qui praeerant Lacedæmoni, non contenti vigilantibus curis, in Pasiphæ fano, quod est in agro propter urbem, somniandi causa excubabant. *Orelius* vero hoc loco legit incubabant. *Id. ibid.* 50. 112. Moniti Lacedæmoni, ut urbem et tuta linquerent, armatique in agro excubarent. *Plin. 16. Hist. nat.* 40. 77. (208). Ad excudendum igneum non semper lapidis occasio est. ¶ 2. Latiori sensu in re rustica est excudere, schiudere. *Varro 3. R. R.* 9. 2. De ovis, quemadmodum incubent et excudant. *Id. ibid.* 10. 3. Anseres aliena ova non excudunt. *Id. ibid.* 10. 4. Quum excudit, quinque diebus patientur esse cum matre. *Id. ibid.* 6. 4. et 9. 2. Excusi pulli. *Colum. 8. R. R.* 14. 7. Pullis formandis excudendisque triginta diebus opus est. *Id. ibid.* Ne noceri possit excusis anserculis.

II.) Translate. ¶ 1. Accipitur pro cedendo confidere. *Virg. 6. Aen.* 848. Excudent alii spirantia mollius æra. *Juvenal.* 15. 168. Excudere gladios. *V. CÆLAMEN.* ¶ 2. Et universim pro confidere. *Virg. 4. G.* 56. hinc arte recentes Excudunt ceras, et mella tenacia angunt. ¶ 3. Hinc per metaphoram est componere, studiōse inventire. *Cic. 15. Att.* 27. 2. Excudam aliquid Ἡρακλεῖον, quod lateat in thesauris tuis. ¶ 4. Item vi vel precibus aliquid extorquere. *Colum. 11. R. R.* 1. 1. Excudit mihi, cultus hortorum prosa ut oratione conscriberem. *Schneider ex Cod. Sang.*, qui Ursini et Junii conjecturam confirmavit, rectius legit extudit.

**EXCULCATOR**, òris, m. 3. qui excusat. In Notitia Imperii Occident. memorantur inter auxilia Palatina *Excucatores seniores*, *Excucatores juniores*, etc. qui iidem putantur atque excusatores, aut procucatores, qui hostium itinera explorant. Quare hanc vocem *Turnebus*, *Stewech.* aliisque restitunt *Vegetio 2. Milit.* 15. Post hos erant ferentarii, et levius armaturæ, quos nunc excucatores, et armaturæ dicimus. *V. PROCULCATOR.*

**EXCULCATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EXCULCO**, as, avi, åtum, are, a. 1. (ex et calco). *Part. Excucatus II.* — Excuco

I.) Proprie. ¶ 1. Est calcando exprimo, excutio. *Plaut. Capt.* 4. 2. 30. Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo surfures. ¶ 2. Item calcando firmo. *Cæs. 7. B. G.* 73. Singuli ab infimo solo pedes terra excubantur. h. e. calcando firmabantur.

II.) Improprie. Part. præter. *excucatus* est obsoletus, rejectus, explosus, et quasi antiquitate proutius. *Gell. 11. 7.* Verbis obsoletis excucatisque.

**EXCULPO**, *V. EXSCULPO.*

**EXCULTOR**, òris, m. 3. qui excusat. *Tertull. Monog.* 16. Florum excultor. *Cassiod. 2. Hist. Eccl.* 22. ante med. Eusebius tyrannicæ crudelitatis excultor.

**EXCULTUS**, a, um. *V. EXCOLO.*

**EXCULTUS**, us, m. 4. cultus. *Paul. Diac.* p. 40. 9. *Müll.* Comptum Afranius pro ornatu et excultu pesuit. *Alii et ipse Müller. leg. cultu.*

**EXCUNÉATUS**, a, um, particip. ab inusit. excunneo, cui non est locus in cuneis theatralibus, velut inservit extra cuneum. *Apul. Florid.* n. 16. Serus adveniens amicis suis annuit, locum sessui imperiunt: extimus quisque excuncut queruntur.

**EXCURĀTOR**, òris, m. 3. qui fuit curator. *Constantin. M. ep.* apud *Augustin. Ep.* 88. n. 4. Saturnium excutare, et Calibium janiorem ejusdem civitatis curatorem, atque Solonem servum publicum.

**EXCURĀTUS**, a, um, particip. ab inusit. excuro, probe ac diligenter curatus. *Plaut. Cas.* 3. 6. 6. Lepeide excutatus incessisti. *Id. Pseud.* 5. 1. 8. Excuto vieti festive accepti.

**EXCURIO**, as, are, a. 1. exita curiam ejicio. *Varro apud Non.* p. 36. 30. *Merc.* Apollonium adeo ex-

curiant, quia nihil habebat. *Id. p. 465.* 27. Nihilo magis propter argenti facti multitudinem miserat surrandum; quod propter censoriam severitatem nihil luxuriosum habere licet. Quidam pro miserat surrandum recte putant legendum *jusserset excurandum*: patet enim hic sermonem haberet de P. Cornelio Rufino, qui, quod decem pondio libras argenti facti haberet, a censore C. Fabricio Luscino curia motus fuit, ut narrant *Liv.* 14. 33.; et *Gell.* 4. 8. et 17. 21. Hic *Lambecius* congererat legendum *jusserset excurandi*, cui adsentitur *Schneider* in *Indic. Script. R. R.* ad *Varron.*; sed prior lectio præstat.

**EXCURRO**, curris, cūcurri vel raro curri, cursum, currere, 3. (ex et curro). *Part. Excursens sub A. II. 1. 2. et 3.; Excursus sub B. 1.; Excursus sub A. I. 2.* — Excurrendo occurrit A) Neutrorum more; et B) Raro admodum active.

A) Neutrorum more excurrendo, εκποιητικό, est extra currere, discurrere, incurrendo (It. correr fuori, trascorrere; Fr. courir hors; Hisp. correr fuera; Germ. heraus – oder hervorlaufen, eilig hervorkommen, sich hastig fortmachen; Angl. to run out, rush hastily).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 125. Quum se excurrisse illuc frusta sciverit. *Id. Most.* 2. 1. 12. Ego dabo ei argentum, primus qui in crucem excurrerit. *Cic. 3. Verr.* 26. 87. Excurret aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nunciet. *Id. 3. Fam.* 7. 4. Quum essent duæ viæ, allera Varroenem, altera Leptam tibi obviam misi: mandavi utrius eorum, ut ante ad me excurrent, ut tibi obviam prodire possem. *Id. 10. Att.* 15. 4. Ego, dum panes et cetera in nave parantur, excurso in Pompejanum. *do una corsa sino* etc. *Cæs. apud Priscian.* 10. p. 901. *Putsch.* Excucurristi a Neapol. ¶ 2. Spaciatum in re militari significat erumpere, fare una sortita, aut excursionem facere, fare una scorrieria. *Liv.* 29. 34. Ne sparsi, sine signis, omnibus portis excurrent, facessero la sortita. *Id.* 1. 15. In agrum R. excucurserant, populabundi magis, quam justi more belli. *Al. leg.* excucurserunt. *Cic. 2. leg. Agr.* 32. 87. Carthago excucurrendo ex Africa, immixtæ fructuosissimis insulis populi Romani videbatur. Cf. *Justin.* 13. 5. Excucurus cum valida manu fuerat ad Athenas delendas.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de aquis et plantis. *Curt. 3. 1. 3.* Fons ex summo montis cacumine excurrens. h. e. decurrent. *Pallad.* 12. *R. R.* 15. 1. Ut humor, si quis in venis continetur, excurrat. *Plin. 17. Hist. nat.* 23. 35. (212). Pampini, qui a lateribus excurrent. — Et figurate. *Cic. 1. Divinat.* 50. 114. Quorum animi spretis corporibus evolant atque excurrent foras. ¶ 2. Item — a) De locis, et excucurso dicuntur, quæ protundentur, stenduntur in fuori. *Liv.* 26. 42. Ab intimo sinu paeninsula excurrat, tumulus is ipse, in quo condita urbs est. *Ovid. 13. Met.* 724. Sicani tribus excurrat in æqua linguis. *Curt. 5. 3.* Montes, quorum perpetuum dorsum in Persidem excurrat. *Plin. 5. Hist. nat.* 5. 5. (32). Promontorium per Creticum mare excurrat. — Et metaphora hinc sumpta *Cic. Orat.* 53. 178. Animus aurium nuncio multa sentit quedam (in periodis) et quasi decurtata; productiora alia et quasi immoderatus excurrentia. — b) In hac significacione refertur etiam ad quantitatem. *Paul. Dig.* 16. 3. 26. Debetis mihi ex ratione patris vestri decem, et quod excurrat, e qualche cosa di più. Vult *Budæus* significari decem aureos et aliquot præterea denarios, eo modo, quo nos dicimus dieci lire e soldi, non exprimentes id, quod decem libras excedit, aliquid tamen esse significantes. *Veget. 1. Milit.* 28. Viginti, et quod excurrat, annorum pat Romanos armorum desuetudine energavit. *di vent anni, e passa.* ¶ 3. De abstractis et spiritualibus. *Cic. Mur.* 8. 18. Nullum vobis sors campum dedit, in quo excucurrendo virtus cognoscique possit. *Id. Orat.* 51. 170. Quid est, cur insistere orationem malint, quam cum sententia pariter excucurso? *Id. 3. Orat.* 49. 190. Ne oratio insistat interius, ne excurrat loquax. non trascorra. *Quintil.* 4. 3. 14. Extra ordinem excucrens tractatio. *Id. 9. 4. 79.* Prior (versus) in quatuor, secundas in quinque (syllabus) excurrat. *Id. 10. 5. 16.* Ideo mihi videtur Tullius tantum intulisse eloquentia lumen, quod in hos quoque studiorum successus excurrat. h. e. haec quoque studia attigit. *Plin. 17. Hist. nat.* 2. 2. (16). Quum præcoce excucrente germinationes evocatas indulgentia cœli, secutis frigo-

ribus exurantur. h. e. quum arbores maturius germinaverunt. *Seneca* 2. *Benef.* 34. *sub fin.* Sine ratione in pericula excurrens. h. e. incurrens. *Cajus Dig.* 24. 1. 10. Quia in hoc tempore excurrit donationis eventus, quo etc. s'estende, cade.

B.) Active raro admodum occurrit, et quidem translate, pro præterire. — a) De vita spatio. *Ter. Adeiph.* 5. 4. 6. Vitam duram, quam viri usque adhuc, prope jam excuso spatio, mitto. *Al. leg.* decurso. — b) De oratione pro præterire, omittere, trascorrere, sorpassare. *Seneca* 3. *Controv.* 34. a med. Disertus homo et dicax, a quo multa improbe, sed venuste dicta, ne modum excedam, excurro, et ad Parrhasium revertor.

**EXCURSATIO**, ūnis, f. 3. idem quod excursio. *Val. Max.* 2. 3. n. 3. Quum crebris excursionibus equites nostri resistere non possent. *Gloss. Cyrill. Katakdoopuñ*, decursus, excursatio.

**EXCURSATOR**, ūris, m. 3. excursor: videtur ideni esse quod exculator, et præcursor. *Ammian.* 24. 1. Excusatores quingentos et mille sensim præiure dispositi.

**EXCURSIO**. ūnis, f. 3. ἔξοδος, actus excurrendi (It. corsa, viaggio; Fr. action de sortir de la place où l'on est, excursion; Hisp. el acto de correr fuera, curso, excursion; Germ. das Herauslaufen, Hervorlaufen; Engl. an running out, excursion).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Orat.* 18. 59. Status (oratoris) erectus et celsus: tarus incessus, nec ita longus: excusio moderata eaque rara. *Quintil.* 1. 11. 3. Gestus (oratoris) plurimum abierit a scénico, nec vultu, nec manu, nec excursionibus nimis. *Plin. Ep.* 3. An intentione rei familiaris obeundas crebris excursionibus avocaris? *Scevola Dig.* 33. 1. 13. extr. Longinquæ, aut breves excusiones. ¶ 2. Speciatim in re militari. — a) Est eruptio, sortita. *Ces. 2. B. G.* 30. Primo adventu exercitus nostræ crebras ex oppido excursiones faciebant. — b) Saepius est discursio militaris et irruptionis in hostium fines, scorrieria, κατάδρομη. *Cic. Deiot.* 8. 22. Copia, quibus fines suos ab excursionibus hostium et latrociniis tueretur. *Id. pro leg. Manil.* 6. 16. Quum una excusio equitatus prebrevi tempore totius anni vertigal auferre possit. *Id. Pro. cons.* 2. 4. Via excursionibus barbarorum infesta. *Liv. 37. 14.* Oram maris infestam regia naues excursionibus crebris faciebant. — c) Item prima incursio militaris, qua prælium comiattitur, scaramuccia. *Liv. 30. 11.* Castris in propinquuo positis, primo pauci equites, ex luto speculantes, ab stationibus progrederi: inde jaculis summi recurrere ad suos: inde excusiones invicem fieri. *Id. ibid.* 8. Tumultuosæ hinc inde excusiones. Adde eum. 37. 18.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, metaphora sumpta a superiori paragr. 1. *Quintil.* 10. 3. 32. Relinquendæ erant vacuæ tabella, in quibus libera adjicienda est excusio. *Id. 4. 2. 103.* Ne qua ex narratione fiat excusio. h. e. degressio. ¶ 2. Speciatim, metaphora sumpta a superiori paragr. 2. *Cic. 2. Divinat.* 10. 26. Sed haec fuerit nobis, tamquam levis armatura, prima orationis excusio: nunc communis agamus. *Quintil.* 2. 13. 1. Proximum, proxima huic narratio: propositio post hanc vel, ut qui busdam placuit, excusio.

**EXCURSO**, as, are, a. 1. frequentat. ab excusso. *Stat. 2. Theb.* 550. quos ubi plures, Quam ratus, innumeris videt excusare latebris, Hos prodire jugs, illos e vallibus imis Crescere, etc.

**EXCURSOR**, ūris, m. 3. qui excurrit. ¶ 1. Excusores sunt milites infiniti ordinis et virtutis, qui hoc illuc extra aciem excurrunt, vel prædandi causa, vel speculandi, vel prælii committendi. *Cic. 4. Ferr.* 8. 22. Petit Nævius Turpio quidam, istius excusor et emissarius. Ubi Ascon. Sic vocantur conciliatores furorum, quæ a magistratibus committuntur, atque internuncii. Hæc Ascon.: sed appellatio a militia ducta est. (De eodem Nævio sic habet *Cic. 7. Ferr.* 41. 108. Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni columna præcursorum habere solebat et emissarium.). *Cic. 4. Phil.* 6. 15. Est igitur populo R. omne certamen cum excusore, cum latrone, cum Spartaco. Atii et ipse Orellius leg. percussore. *Val. Max.* 7. 3. n. 7. Lucanum equitem, paratissimum pro vobis excusorum reddidit. *Apul. de Mundo.* Et eo numero erant excusores, diurni atque nocturni exploratores. *Id. ibid.* Excusores venti habentur, qui directo spirant.

funeris excusationem ad moram judicij. il pretesto. Adde *Cæs.* 1. *B. C.* 85. — d) Sequentे Accusatio cum Infinito. *Cic. 5. Phil.* 5. 14. Habent excusationem legitimam, exsili causa solum vertisse, nec esse postea restitutos. Cf. eum. *Amic.* 12. 40. Turpis enim excusatio et minime accipienda cum in ceteris peccatis, tum si quis contra rem publ. se amici causa fecisse fateatur. — e) Sequentē part. quoniam, cur, etc. *Cic. Pis.* 15. 36. Nemini civi ullam, quoniam adesset, satis justam excusationem esse visam. *Id. 4. Fam.* 4. Accipio excusationem tuam, quo usus es, cur saepius ad me litteras uno exemplo dedidisti. *Plancus apud Cic.* 10. *Fam.* 4. Præteriti temporis excusationem affero, quod te prosecutum audieram. *Curt.* 6. 4. Satisfacere alicui excusatione, quod etc. — f) Absolute. *Cic. 6. Verr.* 57. 126. Nam Sappho, quæ sublata de Prytanæo est, dat tibi justam excusationem. *Id. Pis.* 5. 10. An potest olia esse excusatio male sentienti consuli? *Cæs.* 6. *B. G.* 4. Libenter Cæsar petentibus æduis dat veniam excusationemque accipit. *Id. 1. B. C.* 33. Sic triodium disputationibus excusationibus extrahitur. *Curt.* 5. 2. extr. Res digna excusatione. *Petron. Satyr.* 139. extr. Excusationem aliquam idoneam preparare. *Gell.* 1. 12. Mereri excusationem.

H.) Impropiæ, et passive, in iure excusatio a tutela est immunitas, liberatio. *Ulp. Dig.* 27. 1. 5. Omnibus excusatio a tutela competit. Similiter *Id. ibid.* 1. 23. Tria onera tutelarum dant excusationem. Adde eum. *ibid.* 1. 18.

**EXCUSATIUNCULA**, æ, f. 1. diminut. ab excusatio, parva excusatio. *Salyian.* 3. *advers.* Avar. 2. Est umbra excusatiuncula non excusans, dans reo deprecationiuncula speciem, non reatus necessitatem.

**EXCUSATOR**, ūris, m. 3. qui excusat. *Augustin. 3. Civ. Dei* 20. Defensores et excusatores deorum. *Id. serm.* 3. de divers. 3. Quum vis esse excusator tuus, triumphat de te accusator tuus.

**EXCUSATORIUS**, a, um, adject. ad excusationem pertinentis. Hinc

*Excusatorium*, ii, n. 2. absolute, substantivo more, subaudi *carmen*, legitur in lemmate a-pud Sidon. *carm.* 9. *Excusatorium* ad *V. C. Felicem.*

**EXCUSATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EXCUSO**, as, ūri, ūtum, are, a. 1. (ex et causa). In *Inscript.* apud Gruter. 434. 5. legitur EXCAVATO a divo pio. Sed in ead. a J. Fenestres *Syllog. Inscript. Rom.* p. 84. allata legitur EXCVSATO. — Part. *Excusans* I. et II. 1.; *Excusatus* et *Excusandus* I.; *Excusatus* I., II. 1. et in dn. — Excusare, απολογεσθαι, est ex causa aliquem eripere, atque adeo purgare, culpam removere, satisfacere (It. excusare; Fr. excuser, justifier, disculper; Hisp. excusar; Germ. Jem. oder etwas entschuldigen; Engl. to excuse).

I.) Proprie occurrit — a) Cum Accusativo personæ, qua excusat; qua ratione excusare aliquem aliquid vel apud aliquem usurpat. *Plaut. Asin.* 4. 2. 4. Uxori excuses te. *Cic. 15. Att.* 28. Attice me velim me ita excuses, ut omnem culpam in te transferas. *Id. 11. Fam.* 15. Collegæ mandasti, ut te mihi per litteras excusaret. *Id. Brut.* 26. 101. Cui Lælius se excusans. Adde *Quintil.* 4. 1. 75. — *Rursus Cic. 12. Att.* 14. De me excusando apud Apulejum dedram ad te pridie litteras. — *Cic. 2. Orat.* 62. 253. Titius, quam gregales, eum in campum non venisse, requirent, excusavit Vespa Terentius, quod eum brachium fregisse diceret. *Ces. 3. B. C.* 16. Prodit Libo, atque excusat Bibulum, quod is etc. Cf. *Tac.* 1. *Ann.* 59. Germanos homines numquam satis excusatores, quod etc. — *Ces. 4. B. G.* 22. Qui se de superioris temporis consilio excusarent. *Cic. 2. ad Q. fr.* 2. 1. Primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso. — *Id. 12. Att.* 13. Cura, ut excuser morbi causa in dies singulos. *Id. 3. Verr.* 40. 103. His omnibus me vehementer excusat volo, non fore etc. *Id. 5. Phil.* 5. 14. Si citatus judex non responderit, excuseturque Arcopagites esse etc. e si scusi con dire che etc. *Horat.* 1. *Ep.* 9. 7. dixi, cur excusatus ahirem. *Martial.* 2. 79. Excusatum babeas me, rogo: ceno domi. — b) Cum Accusativo rei, que excusatur vel purgatur. *Cic. 15. Att.* 26. extr. Varro memineris excusare tarditatem litterarum mearum. *Liv. 31. 11.* Excusare errorem et adolescentiam. *Ovid. 2. Met.* 397. missos ignes. *Id. 4. ibid.* 256. dolorem. *Id. 4. Trist.* 1. 1. Si qua meis



10. 447. His excussa incepta minis, cacciati, cavati, scossi di capo i disegni. Rursus *Cic. Dom.* 28. 76. Illa calamitas excussum hoc genus totum maledictum, ne quisquam audeat reprehendere consulatum meum. ha sbandito affatto, ha screditato: duxit opinor a grandine, quæ spicas excutit. *Id. 2. Phil.* 29. 73. Plus ille poterat: itaque excussum suis vocibus et ad te et ad prædes tuos milites misit. *Ovid. 10. Met.* 426. Executere amores, deporre, cacciar da se, sbriarsi. *Id. 1. Fast.* 16. metum de corde. *Id. 3. Met.* 689. corde metum. *Virg. 12. En.* 158. Aut tu bella cie, conceptumque excede sedes. h. e. turba, rumpe, discute. *Quintil. 10. 3. 20.* Omnes, quæ erat concepta mentis intentio, mora ei interdum iracundia excutitur. *Seneca Ep. 7.* Socrati et Catoni et Lælio excutere mente suam dissimilis multitudo potuisse. h. e. nubrebe fatto cangiare natura. *Lucan. 1. 60.* Executere orbi pacem, cacciar dal mondo la pace. *Quintil. 10. 1. 126.* Quem Senecam non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus preferri non sinebam. *Virg. 5. En.* 679. excussoque pectori Juno. h. e. excidit animo et mente. *Horat. 2. Sat.* 3. 19. aliena negotia cura, Excussum propriis. h. e. spoliatus, vacuus. Cf. *Cic. Harusp. resp.* 18. 37. Quod te judices emiserunt excusum et exhaustum. — b) Item est per vim extorquere, elicere. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 29. Mibi misero cerebrum excutient tua dicta, soror: lapides loqueris. mi sunno uscir di cervello. *Propert. 4. 6. 52.* Execut armi pudor. toglie a forza di mano. *Horat. 2. Sat.* 3. 20. dummodo risum excutist sibi. h. e. excite. *Tibull. 2. 6. 11.* Magno loquor: sed magnifice mihi magna locuto. Executunt clausæ fortia verba foras. *Seneca Troad.* 575. Magnifica verba mors prope admota excutit. *Ovid. 2. Amor.* 1. 15. similem olliis verbis habet sententiam, qua hæc Tibulli et Senecæ illustratur. *Petron. Satyr.* 98. Executere alicui indicium. h. e. vi extorquere. Huc referri potest et illud *Cic. 3. Off.* 20. 81. Explica et excute intelligentiam tuam. risveglia l'intelletto. — c) Item pro turbare, agitare, instabilem reddere: ad rem *Pallad.* 1. R. R. 9. Ne gradus ambulantum tremor fabricæ titubantis excutiat. *Plin. 1. Ep. 18.* et *Lucan. 4. 536.* Executere alieni mentem. h. e. valde terrere, turbare. Sic excussa mens est de statu dejecta, perturbata apud *Sil. It. 2. 590.* et *Stat. 3. Thib.* 93. Similliter occurrit Part. *Excusus cum Accusativo*, more Græcorum apud *Sil. It. 5. 54.* et *9. 644.* Excusus consuli fatorum turbine mentem. h. e. extra se veluti positus, turbatus, amens. ¶ 2. Speciatim, metaphoræ sumpta a superiori paragr. 2., ponitur pro inquirere, examinare, discutere, esaminare, discutere: ad rem *Cic. Rosc. Am.* 34. 97. Nihil est, Glaucia, quod metuas: non excutio te, si quid forte ferri habuisti: non scrutor. *Id. 2. leg. Agr.* 23. 61. Si iniquum est hos decemviro portatores omnibus omnium pecunias constitui, qui etiam imperatores nostros excutiant. *Id. Partit. oral.* 36. 134. Non enim argumentando hoc genus tractatur, sed tamquam explicando excutiendoque verbo, esaminando. *Id. Mur.* 12. 26. Quidam erant occulta, necessario ab iis, qui ea tenebant, petebantur: postea vero, per vulgata atque in manibus jactata et excussa, inanissima prudentia reperta sunt, fraudis etiam et stultitiae plenissima. *Quintil. 8. 5. 22.* Plerique minimis inventiunculis gaudent, quæ excusso risum habent, inventæ facile ingenii blandiuntur. *Id. 5. 7. 37.* Quæ fere omnia Cicero in crimine vencifici excutit. *Id. 5. 7. 6.* Totum excutianas locum. *Id. 1. 4. 4.* Nec poetæ legisse satis est: excutendum omne scriptorum genus. Adde *eund.* 12. 8. 13., 5. 13. 19. et alibi. *Ovid. 4. Pont.* 8. 17. Executere genus alieujus. *Plin. 6. Ep.* 31. probations. *Id. 10. ibid.* 48. rationem, esaminare i conto. *Ulp. Dig.* 17. 1. 42. vires hereditatis. et mox. vires ejus cui eram crediturus. h. e. inspicere, num habeat, unde sit solvendo. — Illic Part. præter. pass., cuius plurima superius exempla retulimus.

*Excusus*, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Excusissimus*; est autem exentus, vehementer tentus. *Ovid. Heroid.* 4. 43. excusso jaculum vibrare lacerto. *Seneca 2. Benef.* 6. Interest, utrum tela excusso lacerto torqueantur, an remissa manu effuant. *Petron. Satyr.* 95. Os hominis palma excusissima pulsat.

EX DECURIONE, qui decurio fuit. *Inscript.* apud *Gruter.* 45. 4. HERCVLI AVG. N. PVIDENTIVS MA-

XIMVS VET. BX DEC. ALAB TAM. V. S. L. L. M. V. TAMESIANUS in ONOM.; et adde *Inscript.* apud *Renier.* 387. et 3863.

EXDICO, is, ere, a. 1. ita scriptum antiquitus pro edico. *S. C. de Bacchanal.* apud *Fabrett.* p. 427. ITA EXDICKNDVM CENSEVERE.

EXDISPENSATOR, öris, m. 3. qui fuit dispensator, ut exconsul, qui fuit consul. *Inscript.* apud *Lup. Epit. S. Sever.* p. 144. DIOGENT AVGUSTI SERVO EXDISPENSATORI AELIA DIONE CONVIVIÆ MERENTI. Adde aliam apud *Orell.* 291. — Ex dispensatori bus in plur. num. legitur in *Inscript.* apud *Mural.* p. 893.

EXDORSUO, as, are, a. 1. (ex et dorsum). *Plaut. Aulul.* 2. 9. 2. Congrum, muræam exdorsua, quantum potes. *Apul. de Mag. Desquamari et exdorsuari pisces. Non.* p. 17. 29. *Merc.* exponit, dorso nudare: *Paul. Diac.* p. 79. 12. Müll. dorsum confringere: alii apud ipsum, eximere. Hinc exdorsuare est piscibus majoris pinnae detrahere.

EX DÜCE, qui dur fuit, ut ex consule, qui fuit consuli. *Capitolin. Gordian.* 22. Duo ante ipsam aram a Gallicano et consulibus, et Mæcenate ex dubibus interempti sunt. *Salmas.*

EX DUCENARIO, m. qui in militia fuit duecnatus. Legitur in mutila *Inscript.* apud *Orell.* 5064.

EXDUTÆ, exuvia. *Paul. Diac.* p. 80. 2. Müll. Videatur esse a Græco έξδυω, unde sit exuo.

EXDÜMVIR, iri, m. 2. et

EX DÜUMVIRO, indecl. m. qui duumviri munere functus est. *Constantin. M.* apud *Augustin. Ep.* 88. n. 4. Cæcilianus ex duumviro. *Id. ibid. Epistola* lam Cæcili exduumviri falsasse contendunt.

EXEBÉNUS, i. f. 1. εἰσέβεος, gemma. *Plin. 37. Hist. nat.* 10. 58. (159). Erebenum Zoroastres speciosam et candidam tradit, qua auriculas aurum poliunt. *Alia leg.* exhebenus. *Ista. 16. Orig.* 10. 11. eadem prorsus habet.

EXÈCO cum derivatis. *V. EXSECO.*

EXÈCROR cum derivatis. *V. EXSECOR.*

EXÈCUTIO, *V. EXECUTIO.*

EXÈDENTULUS, a, um, adject. edentulus. *Tertull. Pall.* 5. a med. Murana bestia exedentula et exunguis et exornis. *Alia metius leg.* et edentula.

EXÈDO, exèdis vel exes, exèdit vel exest, exèdi, exèsum, exèdere, a. 3. (ex et edo). *Exedim,* is, it, pro exedam, antiquum est et comicum apud *Plaut. Pseud.* 3. 2. 30., cujus verba *V. infra sub I.* — *Exèdis*, it pro exes, exest rarum est; quod et in EDO, exèdis vel es initio adnotavimus. *Seren. Sammon.* 7. de phrenes. Sive calens febris jactatos exedit artus. — Part. *Exesus* in omnibus paragr.; *Exedendus* I. — Exedere, κατέδω, est edere, edendo rodere, corrodere, consumere (lt. mangiare, rodere, consumere; Fr. manger, ronger, consumer; Hisp. comer, roer, consumir; Germ. aufessen, verzehren, zernagen; Angl. to eat up, devour, consume, waste).

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 30. Non condimentis condunt, sed strigibus, vivis convivis intestinis que exedint. h. e. exedant. *Ter. Phorm.* 2. 2. 4. Tute hoc intristi: tibi omnia est exedendum. proverb. *Varro 1. R. R.* 63. 1. Frumentum, quod curriones exesse incipiunt. *Sic Colum. 1. R. R.* 6. 16. Exesæ curculionibus fruges. Cf. *Fig.* 2. G. 214. nigris exesa chelydris creta. *Hygin. fab.* 55. Serpens, qui jecur ejus exesset. — Figurate et obstreno sensu loquitur cinædus cum domino suo de asino, quem pullulum, h. e. delicum suum, vocal ob penis magnitudinem, apud *Apul.* 8. *Met.* Cave, ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum, sed nobis quoque, tuis palumbulis, nonnumquam imperias.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physiis est consumere, ad nihilum redigere. *Lucret.* 5. 1251. Namne ardor Siras exederat. *Cic. 2. Divinat.* 16. 37. Caput est in jecore, cor in exitis: jam abscedet, simul ac molam et vinum insperseris: deus id cripicit, vis aliqua conficit ut exedet. *Id. 5. Tusc.* 23. 66. Appearat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis fere. *Virg. 1. G.* 495. exesa scabra robigine pila. *Id. 4. ibid.* 44. exesa arboris antrum. *Ovid. 4. Fast.* 495. specie exesi structura pumicis asper. *Cels. 7. 12.* Dens exesus. *Curt.* 4. 2. 8. Nec ulla tam firma moles est, quam non exedant undæ per neru operum manantes. *Id. 3. 4. 10.* Multa monumenta vetustas exederal. *Id. 5. 5. 34.* Vetustas non opera solum manufacta, sed etiam ipsam

naturam paullatim exederal perimit. *Plin. 33. Hist. nat.* 6. 32. (99). Argentum vivum erest ac perumput vasa, permanens tibi dira. Plerique tamen Codices, teste Sillig., legunt est. *Seneca Herc.* ¶ 2. 914. Virus exedit artus. præter. *Id. Agamemn.* 763. Et vestis atri funeralis Cingit exesi illa. *Tac. 4. Hist.* 81. Huic non etesam vim luminis. *Stat. 2. Silv.* 1. 154. mors lenta jaentis Exedit pueri decus, quastio, consumio. *Lucan.* 5. 547. Luna orbis medi puros exesa recessus. h. e. quasi detrita atque adeo lucidior. — Huc pertinent et sequentia. *Virg. 5. En.* 785. exedisse neländis Urbem odiis satis est. *Tac. 2. Ann.* 27. Quæ per tot annos rem publican exederal. Et urbanc *Ter. Heaut.* 3. t. 53. Atque hæc una nor: quid te futurum censes, quem assidue exederal? ti mangeranno intorno, ti consumeranno il tuo. ¶ 2. De animo. *Plaut. Epid.* 3. 1. 1. Expectando etedor iniser atque exenterur. *Lucret.* 3. 1006. Tityos, quem erest anxius angor. *Calull.* 66. 23. Quum peritus mœstas exedit cura medullas. *Cic. 3. Tusc.* 13. 27. Egreditu lacera, erest animum plateaque conficit. *Id. 1. Fin.* 18. 59. Accedunt segritudines, molestiae, morores, qui exedunt animos conficiuntque curis. *Id. ibid.* 16. 51. Sollicitudines, quibus eorū animi noctes atque dies exederal. *Id. 5. Tusc.* 6. 16. Illi beati, quos nulli metus terrunt, nulla segritudines exedunt. *V. Hlotz ad b. 1. Curt.* 10. 8. 11. His cogitationibus animos exedebant. *V. Mützell.* ad b. 1. *Val. Flacc.* 2. 136. Eury nome exesa curis castumque cubile Servans. Cf. *eund.* 4. 470. quam exedit labor et miseris festina sanctus. *Stat. 2. Theb.* 319. exedere animum dolor iraque demens.

EXÈDRA, æ, f. 1. έξεδρα. Scribitur et exhedra: tametsi aspirationem frequentior Latinis extrivit usus. — Exedra est locus opertus in portico, vel etiam sub dio, solibus atque aeri pervius, in quo multæ circum positæ sellæ colloquendi causa: ab έδρα sella, sedes, ab έξεδραι sedeo. Ejus usus ex his locis appareat, quæ subjiciunt (lt. sala, portico, mezzado; Fr. salle garnie de sièges, salle de réunion, salon de réception; Hisp. sala de recibir, de conversacion; Germ. d. Sprechhalle, Unterhaltungszimmer; Angl. a place for sitting and conversing in, a hall, parlour, piazza). ¶ 1. Stricto sensu. *Vitriv.* 5. 11. 2. Constituuntur in tribus porticis exedrae spatiose, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetores reliquique, qui studiis delectantur, sedentes disputare possunt. *Id. 7. 9. 2.* Aperte locis, idest peristyliis, aut exedris, quo sol et luna possit splendores ei radios immittere, etc. *Cic. 3. Orat.* 5. 17. Quum in eam exedram venisset, in qua Crassus, leatu posito, recubuisse. *Id. 1. Nat. D.* 6. 15. Quum ad eum venisset, ostendili cum sedentem in exedra, et cum Vellejo disputasset. *Ulp. Dig.* 9. 3. 5. Oportebit, prætorem requirit motum dare actionem in cum, et cuius cubiculo vel exedra dejectum est. exedra hoc loco videtur esse cubiculum in ipsis sedibus, sessioni et confabulationibus destinatum, quod nos diceremus mezzado. Adde *Cic. 5. Fin.* 2. 4.; et *Quintil. 10. 1. 89. Inscript.* apud *Gruter.* 65. 3. SILVANO SANCTO C. AVSTYRMIVS MEDICVS LVDI GALLICI PORTIC. ET EXEDRA. ET SIGA. AEN. VOTO SYSCETO L. XI. DEDIC. KAL. MAI. L. MARCIO ET SEX. JULIO COS. h. anno U. C. DCXLIII. Adde aliam apud *eund.* 172. 3. — Apud nos quoque exedra dici possunt sedilia lignea, aut lapidea, que ponit solent ante fores ædiorum, item cubicula ampliora in ædibus religiosorum hominum, quæ ipsi Capitula vocant. ¶ 2. Latiori sensu est quodvis conclave. *Varro 3. R. R.* 5. 8. Primus in peristylo babuit exedra conclusas aves, quæ pasceret objecto rete.

EXÈDRUM, ii, n. 2. έξεδρον, diminut. ab exedra, parva exedra. *Cic. 7. Fan.* 23. 3. Exedra quædam mibi nova sunt instituta in porticula Tusculani: ea volebam tabellis ornare.

EXEDUM, i, u. 2. herba, que et nodia, et mularris, coriariorum officinis nota: vien habens contra veternum, nomas et scorpiones. Ea est, quæ Italis somnacrio, et botanicis *Rhus coriaria* L. dicitur; V. *Rhus*: ita cl. *Furlanetto*; at cl. *Fle* (*Op. cit. vol. 3 p. 302.*) assernat, exedum esse plantam omnino ignotam. *Plin. 24. Hist. nat.* 19. 115. (175). Ea tempe ita vocata videtur ab exedendi, quia canistica naturæ sit.

EXÈDRATUS, æ, um, particip. ab inosit. exeduro, duritie privatus. *Tertull. Pall.* 4. de *Orphalia pellem leoninam Herculis induente.* Ne sobrie

mulleris quidem, aut viraginis alicuius scapulae sub exuvias bestiae tanta introire posse, nisi diu mollitas, et vigoratas, et exduratas, quod apud Omphaleni balsamo, aut telino spero factum.

**EXEFFICIO**, is, ere, a. 3. plane efficio, conficio, perficio. Legitur a nonnullis apud *Plaut. Cure. 2. 3. 85.* et *Truc. a. 5. v. 17.*; ubi plerique alii melius efficio.

**EXEGETICE**, es, f. 1. ἔξηγητική, pars est grammaticae narrativa, qua pertinet ad officia lectionis. *Diomed. 2. p. 421. Putsch.*

**EXEGETICUS**, a, um, adject. ἔξηγητικός, narrativus. *Diomed. 3. p. 480. Putsch.* Poematus exegeticus vel enarrativus species sunt tres. *V. ANGELTICE.*

**EXEGEMATICUS**, a, um, adject. ἔξηγηματικός, enarrativus. *Probus ad Virg. in proem.* Omne carmen in tres characteres dividitur: dramaticum, in quo personae taatam loquuntur; exegematicum, in quo solus poeta; mixtum, ubi promiscue et poeta et persona.

**EXEMPLĀBILIS**, e, adject. qui exemplum exhibet. *Isid. 2. Orig. 9.* Exemplabile est (*enthymema*) quod alicuius exempli comparatione eventum similem comminatur. Addo *Cassiod. Rhetor. p. 565.*

**EXEMPLAR**, aris, n. 3. Pro exemplar etiam *exemplare*, is, n. 3. Occurrit apud veteres. *Lucret. 2. 122.* Dumtaxat rerum magnarum parva potest res Exemplare dare et vestigia notitia. — *Exemplaris*, e, adject. *V. loco suo.* — Ceterum exemplar ab exemplum, quod ab eximere,

I. Proprie. ¶ 1. Est id, quod ad imitandum nobis proponimus, scilicet exemplum exemplorum, hoc est exemplum quod præ ceteris omnibus eminet, ut docet *Döderlein. Latein. Synon. vol. 5. p. 359.* Inter hoc et exemplum statuitur a *Paul. Dia. p. 82. 4. Müll.* discrimen, ut exemplar sit, et quo simile faciamus, et pertineat ad oculos; exemplum, quod imitando sequamur aut vienius, et pertineat ad animum: sed perperam; namque saepe promiscue usurpantur. (It. exemplare, modello, esempio; Fr. modèle, type, exemple, original; Hisp. modelo, exemplar, norma; Gerin. d. Musterbild, Muster, Vorbild; Angl. an example, exemplar, pattern, model). Occurrit — a) Sæpissime in singulari numero. *Cic. Tim. 2.* Omne quod dignitur, ex aliqua causa digni necesse est. — Quocirea si is, qui aliquod munus efficiere molitur, eam speciem, que semper est eadem, intuebitur atque id sibi proponet exemplar, præclarum opus officia necesse est. — Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis (h. e. mundi) utrum sit imitatus exemplar. Sic in artibus *Seneca Ep. 33. a med.* Meminisse est rem commissam memoriam custodire: at contra scire est et sua facere, nec ab exemplari pendere. *Id. Ep. 65.* In statua id ex quo, æst est: id a quo, artifex est: id ad quod, exemplar est, quod imitatur is qui facit. *Plin. 35. Hist. nat. 12. 45.* (156). Octavio equiti R. cratula facere volenti exemplar e gypso factum talento. *il modello. Id. 36. ibid. 13. 19. (85).* Hinc sumpsit Dædalus exemplar labyrinthi. Ceterum *Cic. Mur. 31. 66.* Ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. *Id. 2. de republ. 11.* Reliqui disseruerunt sine ullo cerlo exemplari formaque reipublice de generibus et de rationibus civitatum. *Id. 1. ibid. 1. M. Catoni*, quo omnes, qui iisdem rebus studemus, quasi exemplari ad industria virtute ducimur, certe licuit etc. *Id. Cicin. 10. 28.* Fabula exemplar antiquæ religionis. Cf. *Plin. 2. Ep. 1.* Exemplar vitæ prioris. *Horat. Art. P. 317.* Respicer exemplar vitæ morumque jubebo Doctum imitatorem et veras hinc ducere voces. *Id. 1. Ep. 2. 18.* quid virtus et quid sapientia possit. Utile propositum nobis exemplar, Ulixem. *Id. ibid. 19. 17.* Decipit exemplar vitiis imitabilem. *Plin. Paneg. 45.* Hos provehis et ostendas, quasi specimen et exemplar. *Tac. 6. Ann. 32.* Exemplar adulatori dedecoris apud posteros. *Id. 12. ibid. 37.* Alternum exemplar clementie. *Id. 15. ibid. 37.* Cæberrimas lutu famaque epulæ fuere, quas a Tigellino paratas, ut exemplar, referam, ne sapiens eadem prodigentia narranda sit. *la racconterò per esempio.* — Hinc ad exemplar, hoc est ad similitudinem. *Horat. 2. Ep. 1. 58.* Plautus ad exemplar Siculi propare Epicharmi. *Quintil. 10. 1. 89.* Si aij exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset. *Plin. 5. Ep. 15.* Cornuto quid melius, quid sanctius, quid in omni genere aij exemplar antiquitatis expressius?

*Tac. 15. Ann. 23.* Certamen ad exemplar Atticas religionis decretum. — b) In plurali numero. *Horat. Art. P. 268.* vos exemplaria Graeca Nocturna versate manu, versate diurna. *Forcellinus h. loco accepit significatione proxime sequenti.* ¶ 2. Item est circopætor, sive id, quod ex autographo descriptum est, copia. *Cic. 4. Att. 5. 1.* Cur igitur cuiquam misi prius? urgebar ab eo, ad quem misi, et non habebam exemplar. *Asinius Pollio apud Cic. 10. Fam. 31. 6.* Ex litteris, quas Pansa misi, cognoscere omnia: nam tibi earum exemplar misi. *Plin. 4. Ep. 7. 2.* Librum in exemplaria transcriptum mille, per totam Italiam dimisit. *Gell. 7. 20. extr.* In libros de corruptis exemplariis factos inciderunt. *Plin. 10. Ep. 75.* Exemplar testamenti. *Plin. alter 35. Hist. nat. 11. 40.* (125). Exemplar tabula, quod apographon vorant copia d'un quadro.

H.) Translate. *Cic. Amic. 7. 23.* Verum amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. *Plin. 35. Hist. nat. 10. 36.* (74). de *Timanthe pictore.* Sunt et alia ingenii ejus exemplaria, veluti Cyclops dormiens etc. *monumenti, opere.*

**EXEMPLARÉ**, is, n. 3. *V. voc. præced. initio.*

**EXEMPLARIS**, e, adject. qui est secundum exemplar. *Macrobi. 1. Somn. Scip. 8.* Virtutes exemplares sunt, que in ipsa divina consistunt, a quorum exemplo reliqua omnes desunt. — Hinc

*Exemplares*, rum, m. plur. 3. absolute, substantivorum nōre, subaudi libri, apud *Fronton. 2. ad Antonin. Imp.* (edente iterum A. Maio) *Ep. 5.* Exemplares eorum excerptorum nullos feci.

**EXEMPLARIUM**, ii, n. 2. exemplar, seu exemplum. *Arnob. 6. 13.* Phryne illa Thespia, quin in acumine ipso esset prælitudinis, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum, que in opinione sunt, Venerum. *Scævola Dig. 32. 48.* Binæ tabulae testamenti eodem tempore exemplarii causa scriptæ. *Hieronym. ad Helvid. 8.* Nec necesse est nunc de exemplariorū varietate tractare.

**EXEMPLATUS**, a, um, adject. ad exemplum factus, ut *Exemplatus libellus*, apud *Sidon. 4. Ep. 16. V.* et voc. seq.

**EXEMPIO**, as, ēvi, ētum, ēre, a. 1. in exemplum afferre, pro exemplo ostendere. *Augustin. Ep. 149. Tollens, inquit, illud de medio, et affigens illud cruci, etruens se cruce, principatus et potestates exemplavit. — Non utique honos, sed malos principatus et malas potestates, diabolicas scilicet et dæmoniacas, exemplavit, id est exemplum de illis dedit. Cl. Quicherat, a quo haec mulauimus, recte adnotat, Græcum esse ἔργον πάτερεν. Cf. voc. præced.*

**EXEMPLUM**, i, n. 2. Quod ad etymon attinet, iuxta *Forcellinum* est ab ἔργον πάτερεν, quod *Hesych. interpretatur*: ἔργον πάτερεν vero est compositum ab ἔργον πάτερεν et ὄπισθι περὶ ὄπισθι syncope. ab ὄπισθι simile: exemplum itaque est, quod ex simili dicitur. At iuxta recentiores philologos exemplum est ab eximere, et significat illud quod ex rerum multitudine exiuntur vel excerptur ad ipsius multitudinis notas indicandas (It. prova, campione; Fr. épreuve, échantillon; Hisp. prueba, muestra; Germ. die Probe; Angl. a sample). Hujusmodi etymon confirmant *Gloss. Philox.* quibus exemplum est harpago, fuscina, instrumentum scilicet ad eximendas et abeno carnes coctas, κρέατζα: item ipsa vox extinxus, quasi exemplus et extra ceteros positus, adeoque excelleus, egregius.

I. Proprie. ¶ 1. Stricto sensu exemplum, ut diximus, est quidquid ex rerum multitudine exemptum vel excerptum ipsius multitudinis notas vel qualitates indicat, la mostra, il campione. *Cic. 4. Herenn. 6. 9.* Si quis purpurari, aut aliud quidquid vendens dicat: Sunt a me, sed hujus exemplum aliunde rogarbo, tibi quod ostendam. Si merces ipsi qui venditent, aliunde exemplum querent, aut in arcis acervos se dicant tritici habere et eorum exemplum pugno non habent, quod ostendant etc. ¶ 2. Hinc latiori sensu exemplum est cuiuscumque rei picta, sculpta etc. imago, simulacrum: qua significatione occurrit — a) De personis, et est tabula, ritratto. *Plaut. Pseud. 2. 2. 56.* Scio equideum, ut qui argutum afferret atque expressam imaginem suam huc ad nos, cum eo ajebat velle mitti mulierem. Nam hic quoque exemplum reliquit ejus. Sic *Id. Plin. 5. 4. 102.* O Apelle, o Zeuxis pictor, cur numero estis mortui? hinc exemplum ut pingentes: nam alios pictores nihil moris hujusmodi tractare exempla. Et

joculariter *Id. Most. 5. 1. 67. tr.* Exempla edepol faciam ego in te. *ra.* Quia placeo, exemplum expetis.

— b) De ædificiis, un disegno, un modello. *Plaut. Most. 1. 2. 20.* Ædes quum sunt parete, expolite, — laudant fabrum atque ædes probant: sibi quisque inde exemplum expetunt. *Id. ibid. 3. 2. 75. tr.* Esse ædificatis has sane bene: nunc hinc exemplum capere vult. si. Næ ille malo quidem ab opere exemplum petit. — c) De scriptis, et est id, quod ex alio descriptum est, απεγραφα, copia. *Cic. 8. Att. 6. 1.* Obisignata iam epistola — C. Sosius prætor in Formianum venit, Pompeji litterarum ad consulem exemplum attulit: *Litteræ mihi a L. Domitio alatae sunt: eorum exemplum infra scripsi.* — Deinde supposuit exemplum epistole Domitii, quod ego ad te pridie misram. *Id. 7. ibid. 23. 3. 8. ibid. 11. 6.* etc. Cesariis epistolarum exemplum tibi misi. *Ovid. 1. Trist. 7. 23.* Quæ quosiam non sunt penitus sublatæ, sed existant, Plusibus exemplis scripta fuisse reor. *Justin. 38. 3. 14.* Orationem dignam duxi, cujus exemplum brevitati hujus operis insererem. *Paul. Dig. 49. 14. 45.* Actorum exemplum edere. dar copia degli atti, dei processi. ¶ 3. Latissimo sensu, quo sæpissime usurpatur, exemplum est res aliqua insignis, ad cuius similitudinem aliquid fieri potest, et quæ imitanda proponitur, tum in bonato, tum in malo partem, uno verbo exemplar, il modello, l'exemplare. — a) Generatim. *Cic. 2. Invent. 1. 2.* Zeuxis Helenam pictus: Prebetem mihi, quæso, inquit, ex istis virginibus formosissimas, ut motum in simulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. *Id. 3. Off. 17. 69.* Nos veri juris germanæque justitia solidam et expressam effigiem nullam tenemus; umbra et imaginibus utimur. Eas ipsas utinam sequeremur! feruatur enim ex optimis naturæ et veritatis exemplis. *Id. 10. Phil. 2. 5.* Proponere alicui exempla ad imitandum. *Id. Mur. 31. 66.* Domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Cf. *Sueton. Gramm. 2.* nostris exemplo fuit ad imitandum. *Cic. 1. de republ. 48.* Exposita ad exemplum nostra republica. — Hinc illa *Ter. Andr. 4. 1. 27.* Capere exemplum de aliquo. h. e. ab aliquo eum imitando. *Id. Adelph. 3. 3. 52.* Ex aliis sumere exemplum sibi. Cf. *Cic. Amic. 11. 38.* Loquitur de iis amicis, qui ante oculos sunt. — Ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt et eorum maxime, qui ad sapientiam proxime accidunt. *Rursus Ter. Adelph. 5. 1. 5.* Exemplum discipline. *Id. Andr. 1. 1. 65.* continentia. *Cic. 1. Orat. 53. 229.* Quum esset ille vir exemplum innocentia. exemplare. *Id. Sext. 8. 19.* Unum aliquem te ex barbatis illis exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columnen reipublicæ dices intueri. Cf. *Quintil. 10. 2. 2.* Intueri aliquid in exemplum. h. e. imitandi causa. *Rursus Cic. 3. de republ. 5.* Quum et ipsa sis quasi unicum exemplum antiquæ probitatis et fiduci. *Id. 3. Phil. 6. 15.* Quis hoc adolescentem castior? quis modestior? quod in Juventute habemus illistris exemplum veteris sanctitatis? *Id. Dejet. 10. 29.* Eum virum unde pudoris padicitaque exempla peterentur. *Ziv. 9. 17.* Magna exempla causum humanorum. *Id. 45. 41.* Nobilia matine sortis mortalium exempla. *Curt. 5. 17. 5.* Inter paucam fortunam exemplia memorandum. *Vellej. 2. 116.* Adolescentes in omnium virtutum exemplo genitus. *Tac. 14. Ann. 48.* Publicæ clementie maximum exemplum. *Annian. 27. 3.* Inter præcipua nominandus exemplia doctrinarum atque nodestiz. *Rursus Tac. 16. Ann. 35.* Firmare animum constantibus exemplis. h. e. exemplis constantiæ. *Sic Id. 2. Hist. 61.* Exemplum modestum. h. e. modestia. Cf. *Plin. 3. Ep. 1.* Uxor singularis exempli, et *Inscript.* apud *Gruter. 394. 8.* EXEMPLVM FERIUT, CASTAE LYGETE PVELLAE: OPPIA IAM NON EST, EREPTA EST OPPIA FIRMO. — Hinc etiam illa *Ter. Heaut. 5. 1. 47.* Non tibi ego exempli satis sum? non ti servo io a bastanza di esempio? *Id. ibid. prol. 20.* Habet exemplum bonorum: quo exemplo sibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. *Cic. 4. Fam. 3.* Quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant, ad imitatione aliorum. *Id. 3. Legg. 14. 32.* Vitiosi principes plus exemplo, quam peccato nocent. col mal exemplio. *Nepos Agesil. 4.* Exemplum alicuius sequi. *Ovid. 3. Art. am. 87.* Ita per exemplum, genus o mortale, dearum. *Plin. 9. Ep. 13. extr.* Vera ne habeat, affirmare non ausim, interest tamen exempli, ut vera videantur. *Id. 8. ibid. 22. extr.* Quem iusignire, exempli

pli non nibil: non insignire, humanitatis plurimum refert. *Id.* 6. *ibid.* 29. Suscipiendas esse causas amicorum, aut destitutas, aut ad exemplum pertinentes. *Id.* *Paneg.* 6. Inducere pessimum exemplum. *introdurre un pessimo esempio.* *Trajanus apud eum.* 10. *Ep.* 98. Res pessimi exempli est. *Inscript.* apud *Gruter.* 338. 2. *PARENTIBVS IN EXEMPLVM PISSIMIS.* *Alia apud eum.* 457. 6. *CVRATOR MAXIMI EXEMPLI.* — b) Speciatim usurpatum de singulis eventibus, casibus, actibus. *Plaut.* *Epid.* 1. 1. 7. Quid tu? agis ut velis? *th.* Exemplum adest. h. e. ecco exemplum ac testimonium ejus rei, quam queris. *Al. leg. exemplum habes:* quod eodem recedit. *Cic.* 2. *de republ.* 17. Tullus Hostilius de imperio suo, exemplo Pomplii, populum consuluit curiam. *Id.* 1. *ibid.* 3. Hinc illa et apud Græcos exemplia, Mittiadem, Actorem domitorumque Persarum — vitam — in circulum vinculis profundisse. — Nec vero levitatis Atheniensium crudelitatisque in amplissimos cives exempla deficiunt. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 2. Cupuisse te, quoniam Smyrna duos insulenses in culleum, simile in superiori parte provinciæ edere exemplum severitatis tuae. *Sic Cœs.* 1. *B. G.* 31. Omnia exempla cruciatus edere in aliquem. *Auct. B. G.* 8. 44. Exemplum supplicii deterrendos reliquos existimat. Et cum Inflito *Sil.* 17. 44. tum vincula viro — Addita, et, exemplum non unquam fidere latet, Scæptriferas arcta palmis vincere catena. — c) Hinc exemplum saepe est propositio, seu narratio rei peculiaris, que ad faciendam fidem, aut ad explicandum quippiam affertur, exemplio, *τακαδερμα.* *Cic.* 4. *Herenn.* 49. 62. Exemplum est aliquid facti aut dicti præteriti, cum certi auctoris nomine, propositio. *Id.* *ibid.* 3. 5. Hoc interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur id, quod dicimus, cuiusmodi sit: testimonio esse illud ita, ut dicimus, confirmatur. *Id.* 1. *Invent.* 30. 49. Exemplum est, quod rem auctoritate aut causa alicuius hominis aut negotii confirmat aut infirmat. *Id.* 2. *ibid.* 51. 150. Uniuscujusque constitutionis exemplum supponere non gravamus. *Id.* 1. *Divinat.* 20. 33. et 2. *ibid.* 3. 8. Exemplis grandioribus ut et claris et illustribus. *Id.* 1. *ibid.* 30. 64. Divinare morientes etiam illo exemplo confirmat Posidonius, quo afferit, Rhodium quendam sex nominasse etc. *Quintil.* 10. 2. 11. Assumeret aliquid in exemplum. portar per exemplio. *Sueton.* *Tib.* 21. Ex quibus in exemplum pauca subiecti. per exemplio. *Terentian.* *de metr.* p. 2385. *Putsch.* Exemplia solent sensibus admovere lucem. — Hac porro significacione sepiissime occurunt formulae exempli causa, exempli gratia; ut apud *Cic.* 13. *Phil.* 2. 2. Cum Antonio per esse potest? cum Censorino, Ventidio, Trebellio? — Exempli causa paucos nominavi: genus infinitum immanitatemque ipsi cernitis reliquorum, per cagione d'esempio. *Id.* *Mur.* 12. 27. Quia in alicuius libris, exempli causa, id nomen invenerat, putarunt etiæ verbigracia. Adeo *eund.* 1. *Invent.* 37. 60. *Nepos Lysand.* 2. Cujus de perfidia satis est, unam rem, exempli gratia, proferre. *Quintil.* 6. 5. 6. Idem in reliqua parte faciemus: pauca tamen exempli gratia ponam. Adeo *eund.* 9. 2. 56. et 5. 10. 110. *Plin.* 2. *Hist.* nat. 17. 15. (77). Exempli gratia, in Martis sidere etc. ¶ 4. Speciatim exempla dicuntur graves animadversiones et supplicia, ut exemplo futura sint, vel que enarranda sint tamquam exemplum. *Ter.* *Eun.* 5. 5. 4. Quæ futura exempla dicunt in eum indigna! et 6. Quid ait? in quem exempla sicut? *Id.* *Heaut.* prol. 51. Exemplum statuite in me, ut adolescentuli vobis placere studeant polius, quam sibi. *Cic.* 4. *Herenn.* 35. 47. Qui parentes habebit, ostendite istius supplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberis sunt, statuite exemplum, quantæ peccata in civitate sint hominibus istiusmodi comparatae. *Tac.* 14. *Ann.* 44. Habet aliquid ex inique omne magnum exemplum. *Id.* 12. *ibid.* 20. Meritum quidem novissima exempla Mitridatem.

II.) Impropræ. ¶ 1. Ponitur pro ratione, modo, conditione etc. rei aliquid. *Plaut.* *Trin.* 4. 2. 76. cr. Nomen patris quod ad exemplum est? sy. Ad hoc exemplum est, Char. cn. An Chares? an Charminides? a qual altro nome s'assomiglia? etc. principia così, Char. *Id.* *Pers.* 3. 1. 7. Ad hoc exemplum te exornavi, in questa foggia. *Id.* *Mil. glor.* 2. 4. 6. Credo, istoc exemplio tibi esse eundum extra portam, in questo modo, in questa positura. *Id.* *ibid.* 3. 1. 132. Uno exemplo ne omnes vitam viverent. *Id.*

*Bacch.* 3. 6. 11. Multi more isto atque exemplo vivunt, quos quam censes esse amicos, reperuntur falsi salomonis. Cf. *Cœs.* 1. *B. G.* 8. Negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare. *Liv.* 31. 12. Questionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius prætor ante babuissel, col medesimo rito. *Ovid.* 4. *Met.* 621. Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquose Fertur, a guisa di etc. *Sueton.* *Clod.* 20. extr. Superposuit altissimam turrim in exemplum Alexandri Phari, a foggia. Huc referri potest et illud *Plin.* 7. *Hist.* nat. 16. 15. (68). Cum dentibus nasci, in feminis inauspicata fuit exempli. *d'infelici conseguenze.* ¶ 2. Item est illud ipsum, quod aliqua scriptio continetur, senso, tenore. V. superius I. 1. c. *Cic.* 4. *Fam.* 4. 1. Accipio excusationem tuam, que usus es, cur sèpius ad me litteras uno exemplo dedisses. *Id.* 9. *ibid.* 16. De quo et tu mihi antea scripseras, bis eodem exemplo. *Id.* 9. *Att.* 6. 3. Capua litteræ sunt allatae hoc exemplo: Pompejus mare transit etc. *Id.* 2. *leg. Agr.* 20. 53. Quarum (epistolæ) ego jam exemplum ab istis compositum arbitror. (Eodem sensu *Sueton.* *Cal.* 53. Quorum codicillorum argumentum erat etc.). *Sueton.* *Tib.* 76. Testamentum duplex; — sed eodem exemplo.

**EXEMPTILIS**, e, adjct. qui eximi potest. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 4. Haec perticæ idcirco sunt exemplares, ut quum res exigit, a paxillis deductæ liberum aditum convergentibus stabulum præbeant. *Ulp. Dig.* 34. 2. 25. § 11. Margarita, vel alii lapides exemplares.

**EXEMPTIO**, ônis, f. 3. actus eximendi. — a) Generatim. *Varro.* 3. *R. R.* 16. 34. Exemptionem slyi apiarior facere. h. e. mel eximere, quod castrare alvos apum dixit *Colum.* 9. *R. R.* 15. 11. Idem *Colum.* 3. *ibid.* 18. 5. Quum per exemptionem inæ partes (seminal, seu malleolorum) perfractæ sunt. h. e. extractionem. Adeo *eund.* *ibid.* 19. 1. *Pompon.* *Dig.* 19. 5. 16. Si post exemptionem cretae fossam replevero. — b) Speciatim in jure. *Paul.* *ibid.* 2. 7. 4. et *Ulp.* *ibid.* 5. Exemptio ejus, qui in jus vocatus est. h. e. quum quis vi, aut dolo detinetur, quo minus in jus vocatus eat: qua de re toto eo titulo agitur.

**EXEMPTOR**, ôris, m. 3. qui aliquid eximit. *Plin.* 36. *Hist.* nat. 15. 24. (125). Exemptores quoque affirmant, compleri sponte illa mortuum ulceræ. *Plinius de lapidum fodini his loquitur, et exemptores vocat eos, qui lapides seu marmora eruunt.*

**EXEMPTUS** vel exemptus, a, um. V. EXIMO.

**EXEMPTUS**, us, m. 4. Idem quod exemplio, ablatio. *Vitriv.* 9. 9. Cuneorum adjectus aut exemptus plus perficere cogit.

**EXENTERATUS**, o, um. V. voc. seq.

**EXENTERO**, as, èvi, atum, are, a. 1. (ex et èvrops intestinum). Part. *Exenteratus* I. — Exentero est eviscero, interiora aufero.

I.) Proprie. *Justin.* 1. 5. 10. Epistola exenterato lepori inseritur. *Voss.* in *Etymol.* testatur, in quibusdam vct. codicib. legi exinteratus, quasi sit ah intus. *Fulgat.* *interp.* *Tob.* 6. 5. Exentera hunc pisces, et cor ejus et fel et jecur repone tibi.

II.) Translate. ¶ 1. Est evacuare. *Plaut.* *Epid.* 2. 2. 2. Acutum cultrum habeo, qui seni exenterem inarsupium. *Id.* *ibid.* 3. 4. 74. Exentero ineum marzapum. *Id.* *ibid.* 5. 2. 7. opes argentarias mibi. ¶ 2. Item ponitur et pro cruciare. *Id.* *ibid.* 3. 1. 1. Expectando exedor miser atque exenteror.

**EXEO**, is, Ivi vel II, itum, ire, 4. (ex et eo). Exire pro exhibet habet *Tertull.* *advers.* *Jud.* 13.: V. EO iuit. Exiebat pro exhibet legitur in *Inscript.* apud *Gervas.* *Osserv.* intorno a due iscr. *Messin.* p. 1. — Part. *Exiens*, euntis sub A. I. 1. et II. 2.; *Exitus* sub B. II.; *Exiturus* sub A. I. 1. et II. 4.; *Exeundus* non est usitatum: V. tamen verbum EO init.; Sup. *Exeundum* pass. impers. occurrit apud *Cœs.* 1. *B. C.* 69., cujus verba V. sub A. I. 2. a. — Exire A) Est verbum neutrum; sed aliquando B) Cum Accusativo occurrit.

A) Neutrū exire, έξειχομαι, est extra ire, egredi (H. andar fuori, uscire; Fr. sortir de, aller hors de; Hisp. salir fuera, irse fuera; Gerin. von einem Orte heraus-, fort oder weggehen, ihn verlassen; Angl. to go out).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim; et quidem — 1.º De hominibus et brutis animalibus. — a) Cum addito loco, ex quo quis exit — Per quendam ad-

juncta, ut apud *Plaut.* *Epid.* 5. 1. 43. Ego modo huius frater factus, dum intro eo atque exeo. *Id.* *Cas.* 5. 2. 51. Inde foras tacitus exeo hoc ornatu, Adde eundem. *ibid.* 2. 5. 42. et *Ter.* *Andr.* 1. 2. 3. Rursus *Plaut.* *Rud.* 2. 2. 2. Herus quam modo exibat foras, ad portum se ajebat ire. — Sèpius per Ablat. et præpos. ex. *Plaut.* *Amph.* 1. 3. 35. Exire ex urbe volo. *Cic.* 4. *Fam.* 1. 2.; et *Cœs.* 2. *B. G.* 33. ex urbe, ex oppido. *Cic.* *Pis.* 14. 33. e patria. Al. leg. a. *Nepos Themist.* 8. ex navi. *Cœs.* 1. *B. G.* 5. e finibus suis. *Id.* 7. *ibid.* 20. clam ex castris. — Per Ablat. et præpos. de. *Cic.* 2. *Orat.* 65. 263. de triclinio, de cubiculo. *Id.* *ibid.* 55. 223. de balneis. *Id.* 2. *Att.* 7. 4. de navib. *Curt.* 8. 1. extr. de convivio. *Plin.* 10. *Hist.* nat. 16. 18. (38). Cornix exit de ovo a cauda. — Per Abalivum cum præpos. ab, vel sine ulla præpos. *Ter.* *Eun.* 3. 4. 7. Exire ab aliquo. h. e. domo alicuius. *Liv.* 16. 37. ab urbe. V. *Drakenborg*, ad h. l. *Plaut.* *Mil. glor.* 5. 39. Postquam exierunt porta, nihil cessarunt illico osculari atque amplexari inter se. *Cic.* 1. *de republ.* 12. Nunciavit, venire ad eum Lazium domoque jam exisse. Adeo *eund.* 1. *Fam.* 9. ante med. Sic *Cœs.* 1. *B. G.* 6. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. Adde *eund.* *ibid.* 12. et 29. — b) Cum addito, quo quis exit — Per Accusativum et præpos. in. *Cic.* 1. *Off.* 32. 118. Herculem dicunt exire in soliditudinem, atque ibi sedentem etc. *Id.* *ibid.* 17. 54. Qui quum una domo jam capi non possit, in alias domos, tamquam in colonias, exiunt. *Cœs.* 1. *B. G.* 33. Quum omnem Galliam occupasset, in Provinciam exirent, oltrepassassero. *Plin.* 10. *Hist.* nat. 44. 61. (126). in pascua. *Cic.* 7. *Verr.* 51. 135. et *Nepos Alcib.* 8. extr. in terram. sbarcare, smontare. *Lucret.* 1. 170. in lumen oras. h. e. nasci. — Per Accusativum et præpos. ad. *Ter.* *Hecyr.* 4. 1. 6. Exire ad aliquem. h. e. domo ad aliquem visendum. *Plin.* 9. *Hist.* nat. 57. 83. (175). ad pabula. *Id.* 11. *ibid.* 10. 10. (21). ad opera. — Poetice per Infinitum. *Stat.* 1. *Achill.* 288. Exierunt dare veles opes, divæque severas Fronde ligare conas. — c) Absolute. *Nepos Themist.* 6. Solus profectus est: resti qui legali ut tun exirent, præcepit, quum etc. *Id.* *Alcib.* 3. Priusquam classis exiret, uscisse del porto. *Cic.* 9. *Fam.* 6. Exire Ostia, sbarcare ad Ostia. *Seneca* 3. *Benef.* 16. Feminae exiunt matronorum causa. h. e. domo et familia. — Inter exeo et emigro differre aliquando aliquid (quamvis fere promiscue semper usurparunt) monet nos *Ciceronis* locus 4. *Verr.* 36. 89. Domus ejus emigrat Verres, atque adeo exit: nam jam ante migrarat. Ex hujus loci sententia emigrare est alio se ad habitandum conferre, vasis tamen relictis: exire vero significat universa sua discedendo secum asportare. — d) Passive impersonaliter. *Plaut.* *Cas.* 4. 3. 15. Crepuit ostium: exitur foras. *Cato R. R.* 1. Ut inde exiri possit. *Verr.* 6. L. L. 58. *Müll.* In Velabro, qua in Novam viam exitur. — 2.) De inanimis et abstractis. Sic — a) Exire pertinet ad sortitiones. *Cic.* 1. *Att.* 19. 3. Quum de consularibus mea prima sors exisset. Sic *Horat.* 2. *Od.* 3. 25. omnium Versatur urna; scruis oculis Sors exitura. Rursus *Cic.* 4. *Verr.* 51. 127. Cujus nomen exisset. — b) De peruria. *Cic.* 4. *Verr.* 25. 61. Quum omnes perspicerent ad istum illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant, revertisse, erano usciti dalle mani di costui. — c) Pertinet etiam ad flumina in mare influentia. *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 10. de Nilo. Per septem portus in mari exit aquas. sbocca. *Val. Flacc.* 8. 187. de Istro. septem exit aquis, septem osilia pandit. — d) Ponitur etiam de plantis, verbis etc. pro terminari, desinere, finire, terminare. *Plin.* 16. *Hist.* nat. 23. 35. (86). Populo albæ foliæ vestitiora in angulos exiunt. *Id.* 37. *ibid.* 6. 22. (83). Vitium opali, si color in florem heliotropi exeat. *Seneca* 1. *Benef.* 1. Verbis malignis et vix exentibus. *Quintil.* 1. 5. 61. Ne in a quidem atque s litteras exire temere masculina Graeca nomina recto casu patiebantur. *Id.* 1. 5. 6. Nonna, quorum prima positio in easdem, quas *Castor*, litteras exit. (Alio sensu *Id.* 1. 6. 7. Dummodo per eamdem litteram in penultima infiniti habebant. *¶ 2.* Speciatim in re militari est e castris exire, ex ad iter faciendum vel ad pugnam committendum. *Cœs.* 1. *B. C.* 64. Ut eos milites, qui de tertia vigilia exissent, consequerentur. *Id.* *ibid.* 6. Palu-

dati, votis nuncupatis, excent consules. h. e. ex urbe ad bellum profiscuntur. Sic *Nepos Agesil.* 6. Quam a plerisque ad exercendum premeretur, exire noluit. *Cic. 2. Fam.* 16. 3. Exire ex Italia ad bellum civile. *Virg. 4. G.* 67.; et *Liv. 44. 39.* ad pugnam. *Liv. ibid.*; et *Curt. 9. 4.* in aciem. — Passive impersonaliter. *Plaut. Amph.* 1. 1. 64. Postquam exitum est maxima copia. *Cæs. 4. B. C.* 87. Non posse clam exiri. *Id. ibid.* 69. Nemo erat adeo tardus, quin statim castris exercendum putaret. Huc pertinent et poetica illa *Stat. 11. Theb.* 353. a nostris in fratrem amplexibus exis. h. e. postquam me amplexus es, prodis ad pugnandum contra fratrem. *Hinc exire in aliquid* est infesto animo ire, apud *eumd. ibid.* 724. in hunc odiis et regni viribus exis. *Id. 2. ibid.* 490. exi in unum Plebs ferro Jurata caput. *Id. 5. ibid.* 151. ferroque omnes exire per annos. h. e. servire in omnibus statis homines. ¶ 3. Item exire de vel e vita est mori, quo sensu excedere vel decedere de vita sibi occurrit. *Cic. Amic.* 4. 15. Quem fuerat æquius, ut prius introieram, sic prius exire de vita. Adde *Plin. 3. Ep.* 9. 5. Rursus *Cic. 1. Fin.* 15. 49. E vita tamquam e theatro exire. ¶ 4. Item in jure exire de potestate vel a potestate aliquibus dicitur qui liber fit. *Ulp. Dig.* 37. 4. 1. § 6.; *Paul. ibid.* 62.; et *Modestin. ibid.* 28. 6. 3. V. POTES-TAS. — Similiter *Cic. Dom.* 14. 37. Exire e patriis. h. e. ex ordine patricio ad plebejum transire. — Sic exire de nomine familiae, vel absolute de nomine dicebantur monumenta sepulcralia, quæ exteris heredes e diversa familia ortos accipiebant. *Inscript.* apud *Gruter.* 762. 5. HOC AVTEM MONUMENTVM CVM AEDIFICIO NEQUE MVTABITVR, NEQUE VAENIT, NEQUE DONABITVR, NEQUE PIGNORI OBLIGABITVR, SED NEG VLLO MODO ABALIENABITVR, NE DE NOMINE EXEAT FAMILIAE SVAE. Alia apud *Marin. Iscriz. Alb.* p. 66. c. *AVERELLIUS APOLLOPHANES VIVVS SIBI, VNORI, FRATRI ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE LIBERORVMQVE MORVM ET POSTERISQVE FECIT ITA, NE DE NOMINE EXEAT.* ¶ 5. Item de effectu, qui ex causa prodiit. — a) De hominibus. *Cic. 2. Orat.* 22. 94. Isocrates magister istorum omnium, cuius e ludo, tamquam ex equo Trojano, meri principes exierunt. *Vellej.* 2. 82. 3. Fugam suam, quia vivus exierat, victoriam vocabat. perchè l'avea portata fuori vivo. — b) De ianamis. *Horat. Art. P.* 22. currente rota, cur urceus exiit? *Cic. 13. Att.* 13. Libri quidem ita exierunt, — ut in tali genere ne apud Græcos quidem simile quidquam. h. e. come una statua di bronzo esce dallo stampo di creta, uscirono i libri etc. ¶ 6. Item de plantis ponitur pro germinare, pullulare. *Varro 1. R. R.* 45. 1. Primum plerunque e terra exit hordeum diebus septem, nec multa post triticum. *Plin. 11. Hist. nat.* 30. 36. (109). Formime semina arrosa conidunt, ne rursus in fruges e terra exant. *germogno.* *Id. 25. ibid.* 4. 9. (28). Folia a radice excent, spontaneo vel cominciano. *Colum. 2. R. R.* 10. 3. Lupinus agro limosus exit. *Plin. 18. Hist. nat.* 7. 10. (57). Fabæ in fôlia excent ac deinde caerule emittunt. — Et absolute *Colum. 2. R. R.* 11. 3. Ut vix illa herba exeat. *Pallad. 3. R. R.* 4. Lens sata exit. *Val. Flacc.* 7. 519. Exit messis. ¶ 7. Interdum ponitur, sese apud Poetas, pro ascendere, erigi, in altum ferri. *Lucret.* 6. 886. ignem expirare foras exireque in auras. *Virg. 2. G. 81.* iugens Exiit ad cælum ramis felicibus arbor. *Plin. 13. Hist. nat.* 4. 8. (37). Paluis religant cornas, ut in altitudinem exant. Cf. *Stat. 6. Theb.* 838. sic grandibus site Insurgens humeris hominem super improbus exit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Cic. 3. Tusc.* 5. It, Nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, quam exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia, et mox. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, inquit dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. Similiter *Id. 4. ibid.* 36. 77. Itaque iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente. *Petron. Satyr.* 90. Quotiescumque cœperis a te exire, sanguinem tibi a capite mittam. *impazzire.* — Sic pro liberari a re molesta, *sbrigarsi*, uscire. *Lucilius apud Non.* p. 296. 16. *Merc.* Exire ex æramna. *Cic. 11. Phil.* 6. 13. ex ære alieno. — De verbis. *Cic. 76. 265.* Quantum pondus in verbis! quam nihil non consideratum exhibat ex ore! *Nepos Timol.* 4. Nihil unquam neque insolens, neque glo-

riosum ex ore ejus exiit. — Et pro vulgari, emanare. *Cic. Rosc. Am.* 1. 3. Nequaquam similiter oratio mens exire atque in vulgus emanare poterit. Cf. *Plin. Paneg.* 75. Hoc vero et in vulgus exire et posteris prodi, ex utilitate publica fuit, et *Gell. 12. 12.* Ea res prodita est et in vulgus exiit. *Nepos Hann.* 9. Magnam secum pecuniam portabat, de qua seiebat exisse famam. Et sequente *Infinito Nepos Dataam.* 6. Si in turbam exisset, ab homine tam necessario se relictum. *Sueton. Galb.* 20. Quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam suam, respondisse etc. *Id. Ner.* 53. Exiit opinio, descensurum eum ad Olympia inter athletas. ¶ 2. Speciatim de tempore ponitur pro desinere, ad finem venire. *Cic. 1. Divinat.* 25. 53. Quinto anno exeante, *sul fine del quinto anno.* *Liv. 4. 30. ad fin.* Indicarum dies exierat era spirato. Adde *eumd.* 30. 25. et 42. 47. *Id. 9. 34.* Censuræ dies exierat. Sic *Id. 22. 33.* stipendii dies. *Seneca Ep. 8.* Nullus mihi per optimi dies exit. mi passa. *Plin. Paneg.* 68. Securus tibi et laetus dies exit. ¶ 3. De his, quæ e memoria elabuntur. *Seneca 3. Benef.* 38. Opus laudabile, numquam a memoria hominum exiturum. Et sequente *Infinito Liv.* 6. 37. An jam memoria exisse est quatuor et quadraginta annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse? ¶ 4. Item cum præpos. extra, supra, in et Accusat., est modum vel fines excedere, extendi, proferri, adeoque transire, mutari; ad rem *Lucan.* 8. 461. Emensus Cypri scapulos, quibus exit in Austram. s'estende verso mezzodi. Sic *Id. 5. 380.* Appulus Hadriacus exit Garganus in undas. *Ovid. 5. Fast.* 189. Circus in hunc exit mensem. viene a finire. *Plin. 33. Hist. nat.* 7. 37. (113). Nonaginta annis ante Praxibulum: quod tempus exit in Urbis nostra ducentesimum sexagesimum nonum annum. viene a cadere. *Varro 2. R. R.* 1. 25. Vide, ne novenæ istæ partes non exant extra pecoris minoris ac majoris nomen. *Seneca Brevit.* vit. 6. Vesta vita, licet supra mille annos exeat, in arctissimum contrahetur. *Plin. 2. Ep.* 11. 18. Probationes in terrium diem exierunt. tirarono innanzi sino etc. — Similiter est dicendo egredi a proposito, fare una digressione. *Quintil.* 11. 2. 11. More poësis frequissimum digressus, in laudes Castoris et Pollucis exierat. *Plin. Hist. nat. præfat.* § 2. Ut in quedam acta exeat, affinchè io faccia menzione di certa cose già pubblicate. Similiter *Quintil.* 4. 2. 51. Si tamen adhibitis his quoque artibus, in longum exierit orlo rerum, etc. riuscirà lungo. — Et pro mutari, transire. *Quintil.* 8. 6. 14. Continuus metaphoræ usus in allegoria et enigmata exit. passa, si muta. *Id. 1. 5. 71.* Verba repudiata etiam in jocos exant. passano in ischerzo. *Plin. 7. Hist. nat.* 19. 18. (79). Exiit hic animi tenor aliquando in rigorem quemdam torvitatemque naturæ. *Lucan.* 5. 409. rapidi tempora belli In signes exisse moras. *Id. 3. 112.* Exire in iram. h. e. irasci.

B) Cum Accusativo occurrit tantum apud Poetas, et apud prosæ scriptores post Augusti ætatem; et

I.) Proprie ¶ 1. Stricto sensu est prætergredi, excedere. *Ter. Hecyrr.* 3. 3. 18. Exire limen. *Ovid. 10. Met.* 51. donec Avernas Exierit valles. *Val. Flacc.* 4. 698. Exire flumen. ¶ 2. Prægnante, ulti ajunt, significazione est vitare, declinare, schivare. *Virg. 3. En.* 438. Corpore tela modo atque oculis vigilantis exit. *Lucret.* 5. 1329. seros exibant dentibus. *Id. 6. 1315.* procul absilicbat, ut acrom exire odorem. *Id. 6. 1205.* exire profluvium sanguinis. *Virg. 11. En.* 750. vim viribus exit. h. e. viribus suis vim impetumque hostis avertit. Adde *Stat. 6. Theb.* 802.

II.) Translate. *Ovid. 9. Met.* 632. Quum pigat tentasse, libert tentare; modumque Exit et infelix commilit sc̄epe repecli. h. e. exedit. Et de tempore *Paul. Diaç. p. 28. 5. Müll.* Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem.

#### EXÉQUELE. V. EXSEQUOLE.

EX ÉQUITE, m. qui fait eques. *Inscript.* apud *Orell.* 3453. SEX. PILONIUS SEX. F. STE. MODESTVS BENEVENTO EX EQVITE ROMANO MILITAVIT IN LEG. VII. etc. Adde aliam apud *eumd.* 3454.

#### EXÉQUOR, et similis. V. EXSEQUOR, etc.

EXERCÉO, ces, cibi, citum, cere, a. 2. Part. Exercens I. et II. 1. et 3.; Exercitus I., II. 3. et in fin.; Exercituru I.; Exercendus II. 1. — Ratione habili etyma est ab ex et arceo, quia, ut ait *Forcellinus*, quæ excentur, hoc est excoluntur, sub certa

lege ac ratione coercentur continenturque: vel, ut recentiores philologi opinantur, quia exercere est ex clauso loco aliquid extrahere, in lucem proferre, excitare, atque adeo tractare atque opere versare. Alii volunt esse ab ἔργον (simili τῷ εὐργεω) sive ab ἔργασθαι, idem significante, τὸ ἔργον opus: alii etiam ab ἔργαζεν exercere. — Ceterum exercere, διατένει, est in opere detinere, colere, excolare, tractare, opere versare (It. tenere in exercizio, lavorare, collivare, maneggiare, trattare; Fr. mettre en activité, remuer, trarziller, cultiver; Hisp. meter en actividad, revolver, trabajar, labrar, cultivar; Germ. beschäftigen, bewegen, bearbeiten; Angl. to labour, work, ply, cultivate).

I.) Proprie occurrit apud Poetas, vel apud prosæ scriptores, qui post Augusti ætatem floruerunt. — a)

De hominibus et brutis est, ut diximus, in opere detinere, tenere in exercizio, far lavorare. *Ter. Heaut.* 1. t. 22. Quod in opere faciendo opera consumis tuæ, si sumas in illis (servis) excrendis, plus agas. *Id. Adelph.* 4. 2. 48. *ne.* Sed cesso ad eum pergere. sv. I sane, ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicrium. *Forcellinus* b. 1. exercere accepit pro vexare. *Ulp. Dig.* 33. 7. 8. Homines qui agrum colunt, et qui eos exerceat præceptio sunt his, quorum in numero sunt villici et monitores. *Virg. 1. G.* 210. Exercete, viri, tauros, serite bordas campis. Cf. *Sil. It.* 1. 363. de fatorica. Dum penitus pluteis Vulcanum exeret adestis. h. e. applicat et quodammodo in pluteis comburendis laborare facit, fatigat. — b)

**EXHORRÉO**, es, ere, n. 2. (ex et horreo). Prester. exhorri V. in voc. seq. — Exhorreo est valde horro. *Colum.* 10. *R. R.* 154. Nec mutata loco siccos exhorreat restus.

**EXHOBRESCO**, horrescis, horruī, horrescere, n. 3. (ex et horresco) idem atque exhorreo, horridus si, timore perturbor; et usurpatur — a) Absolute. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 18. Non possum non exhorrescere, si quid intra eutem subest vulneris. *Cic.* 1. *Fam.* 13. 43. Sapiencia nos exhorrescere metu non sinit. *Id.* 3. *Orat.* 14. 53. In quo igitur homines exhorrescant? quem stupefacti dicentem intuerentur? *Ovid.* 4. *Met.* 134. oraque buxo Pallidiora gerens, exhorruī æquorū instar. Quod fremit, exigua quam summum stringitur aura. *Val. Flacc.* 7. 527. atque omnis spiris exhorruī arbor. — b) Cum Acerusativo more Græcorum. *Virg.* 7. *Æn.* 265. vultus neve exhorrescat amicos. *Sil. It.* 3. 146. Nec tamen incautos laudum exhorrescat furores. *Val. Flacc.* 6. 52. nec *Nymphae* genitos exhorruī angues. *Id.* 4. 380. Verbere candentes quolies exhorruī armos. — c) Cum Instito. In fragm. orat. *Claudii Imp.* in *Tab. cen.* *Lugdun.* apud *Gruter.* 502. col. 1. lin. 4. Deprecor, ne quasi novam istam rem introduci exhorrescat.

**EXHORTAMEN**, inis, n. 3. idem atque exhortamentum. *Actim.* 6. 102. Haec dicens teneros sancto exhortamine sensus Impulit.

**EXHORTAMENTUM**, i. n. 2. exhortatio. Non. p. 151. 21. *Merc.* Excursum et exhortamenta moderari.

**EXHORTATIO**, ὁνις, I. 3. adhortatio, hortamen. — a) In singulari numero. *Plancus apud Cic.* 10. *Fam.* 7. 1. Quae et tua exhortatione excepti, et mea affirmatione tibi recepi. *Tac.* 1. *Hist.* 36. Strepere runcta clamoribus et tumultu et exhortatione mutua. *Quintil.* 12. 2. 6. Haec exhortatio mea non eo pertinet. — b) In plurali numero. *Colum.* 11. R. R. 1. 17. Variisque exhortationibus in opere ipso exhibaret laborares. *Justin.* 38. 3. 10. Milites variis exhortationibus ad bellum incitare. Adde *Quintil.* 10. 1. 47. — c) Cum Genitivo rei. *Quintil.* 12. 11. 25. Sufficit ad exhortationem studiorum. — d) *Rutitius* et *Celsus* Inter figuras sententiarum et exhortationem posuerunt; sed excludit *Quintil.* 9. 2. 103., ubi tamē legunt exhortationem.

**EXHORTATIVUS**, a, um, adject. ad exhortandum pertinens. Ita verit *Quintil.* 3. 6. 47. Graeca verba πρόταπτικός εἰ πράπετρικός, ubi de statu agit. *Macrobius* de differ. *Graeci Latiniq.* verbi p. 2753. *Putsch.* Quoniam autem dicimus fugiamus, discamus, nutriamus, aremus, doceamus et similla, ad exhortativum sensum, non ad imperativum modum pertinere dicenda sunt.

**EXHORTATOR**, ὄρης, m. 3. qui exhortatur. *Tertull.* de fuga in persecut. in fin. Exhortator omnium tolerantiarum.

**EXHORTATORIUS**, a, um, adject. exhortatus, ut Exhortatoria epistola, *Hieronym.* Ep. 2. n. 1. et *Augustin.* Ep. 209.

**EXHORTATUS**, a, um. *V. EXHORTOR.*

**EXHORTO**, as, etc. *V.* voc. seq. 1. e.

**EXHORTOR**, ἀρις, ἀτος sum, ari, dep. 1. (ex et hortor). *Exhortari* passive *V.* sub 1. e. — Part. *Exhortans* et *Exhortatus* 1. d; *Exhortandus* 1. a. et 2. — *Exhortor* ¶ 1. Stricto sensu cum Accusativo personae est vehementer hortor; et occurrit — a) Cum Accusativo personae, et Accusativo rei cum praepos. in vel ad. *Virg.* 7. *Æn.* 472. Certatim Rutuli se se exhortantur in arna. *Ovid.* 7. *Met.* 35. Exhortari tauros in aliquem. *Id.* 10. *ibid.* 685. se in ambos. *Id.* 13. *ibid.* 234. trepidos cives in hostes. Cf. *eumd.* 15. *ibid.* 152. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 107. 111. (241). Milites ad ultionem exhortans. *Quintil.* 10. 7. 19. Exhortandis in haec spem, qui loro preparantur, utile exemplum. — b) Cum particula ut et *Conjunctivo*. *Quintil.* 12. 8. 7. Liberum demus iis — tempus ac locum, exhortemurque ultra, ut etc. *Tac.* *Dial.* de orat. 14. Quam Maternam ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas converteret exhortatus est. Adde *Petrion.* *Satyr.* 140. — c) Et omissa particula ut. *Plin.* *Paneg.* 69. Nec segnius juvenes nostros exhortatus es, consulatus circumirent, senatui supplicant. — d) Absolute. *Virg.* 12. *Æn.* 159. sic exhortata reliquit Incertum. *Petrion.* *Satyr.* 109. Exhortantibus universis, odia detumescunt. — e) Passive. *Cic.* *Senect.* 12. 42. Exhortatus in convivio a scorto est, ut etc. *Al. rectius leg.* exortatus. — *Exhortari* latens passive legitur apud *Augustin.* Ep. 228. Nulli Dominici corporis communione fraudantur, omnes consuluntur, edificantur, exhortantur, ut Deum rogent. ¶ 2. Latori sensu cum Accusativo rei est aliud exhortationibus excitare ac gignere. *Seneca Ep.* 121. Desiderio tuo satisfaciam, et virtutes exhortabor, et via conaverberabo. *Al. leg.* ad virtutes. *Gell.* 13. 23. Plus herele promovet ad exhortandam parsimoniam sustinendamque inopiam, quam etc.

**EXHOMÓRO**, as, are, a. 1. (ex et humor) humor rem detraho. *Cel.* *Aurel.* 4. *Thrd.* 1. ad fin. Alli cutis vulnerationem affectandam probant, quae corporis exhumoretur. h. e. noxiis humoribus liberetur.

**EXHYDRÍE**, ἄταν, m. plur. 1. vocantur venti Atticorum lingua, quum imber effusus conciet flabra, οὐδέποτε ἀνέψοι. *Apul.* de *Mundo*.

**EXSIBO**. *V. EXSIBO.*

**EXISCO**. *V. EXSICCO.*

**EXICIA**. *V. AXICIA.*

**EXICO**. *V. EXSECO.*

**EXIGNESCO**, is, ere, n. 3. ignem, seu calorem concipio, ignis fio. *Censorin.* de die nat. 18. a med. Mundus tum exignescere, tum exaquecere videtur.

**EXIGO**, igis, actum, igere, a. 3. (ex et ago). Part. *Exigens* II. 6.; *Exactus* in omnibus fere paragr. et in fin.; *Exacturus* II. 2.; *Exigendus* I. 1.

et 3. et II. 1. — *Exigere*, ἔχειν, est extra agere, adeoque expellere, educere, emittere (It. cacciare fuori, mandare fuori, menar fuori; Fr. pousser dehors, faire sortir, tirer de, chasser, expulser; Hisp. pujar, empajar fuera, hacer salir, echar fuera, expeler; Germ. heraus — oder hervortreiben, — jagen, — bringen, — holen, — schaffen, — ziehen; Angl. to lead out, to send forth or out, to drive out).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) Pro expellere. — De personis. *Plaut.* *Aulul.* 3. 1. 7. Itaque omnes exigit foras. *Nævius* apud *Non.* p. 291. 4. *Merc.* Indigne exigit patria innocens. *Cic.* 2. *Orat.* 48. 199. Neque reges ex hac civitate exigi sine nobilium dissensione potuisse. *Id.* 1. *ibid.* 9. 37. Exacti reges. *Id.* 1. de republ. 40. Exacto Tarquino. *Horat.* 2. *Od.* 13. 31. Exacti tyranni. *Liv.* 3. 61. Pulsum hostem exigit e campo. *Id.* 37. 41. extr. Exigere hostem campo. Cf. *Plin.* *Paneg.* 29. Exactius hostis mari. Rursus *Liv.* 39. 11. Exigere aliquem domo. *Tac.* 13. *Ann.* 56. ad fin. Exacti terris. *Id.* 6. *ibid.* 3. curia et Italia. *Id.* 16. *ibid.* 17. in Sardiniam. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 68. 68. (175). Exigere accolas ultra famam. *Ab.* fines. — Sic *Plaut.* *Hil.* glor. 4. 6. 62. Tua causa exigit virum a se. *Ter.* *Heccy.* 2. 1. 45. Exigere uxorem. far divisorum. Adde *Sueton.* *Cæs.* 50. et *Claud.* 26. Sic *Cic.* 2. *Phil.* 28. 69. Illam suam (uxorem) suas res sibi habere jussit ex duodecim tabulis: claves admetit: exigit. — Iluc pertinent etiam illa *Seneca* 1. *Ira* 6. Exigere aliquem vita privar di vita. et *Val.* *Flacc.* 3. 381. ferroque morantes Exigere hinc animas. — De rebus. *Sil.* It. 16. 234. Exigere e stratis corpus. bazar di letto. *Sueton.* *Aug.* 94. Exigere maculam. levavi via. — b) Pro emittere. *Ovid.* *Heroid.* 2. 114. Et sacer admissas exigit Hebrus aquas. h. e. proponit in mare. *Quintil.* 11. 3. 33. Dilucida erit pronunciatio, si verba tota exegerit, quorum pars devorari, pars destitui solet. *Cels.* 5. 28. n. 14. *Musquita*, que radices altius exigit mettonio. Sic *Colum.* 3. *R.* 2. 10. et 6. 2. Vitis secunda uvas cum plures exigit. Rursus *Cels.* 8. 1. ante med. Vertebræ ab utroque latere processus duos exigit. — c) Pro educere. *Varro* 2. *R.* *R.* 3. 8. Desistente auctummo, exigit (capellas) a grege in campos, hircos in caprilia. *Id.* *ibid.* 4. 6. Hiberno tempore non prius exigit (sues) pastum, quam pruina evanuit. — d) Sic de armis pro educere, sguainare. *Ovid.* 5. *Met.* 171. Non circumspectis exactum viribusensem Fregit. h. e. vibratum. *Seneca Herc.* *Œt.* 845. Eat per artus ensis exactus meos. Adde *Lucan.* 5. 565. et 8. 656. — Hinc poetice est injicere, innitire, adigere, cacciar dentro. *Virg.* 10. *Æn.* 815. validum namque exigit ensim Per medium Eneas juvenem, totumque reconcili. *Seneca Troad.* 1155. dextra ferrum penitus exacta abdidit. *Flor.* 4. 2. 68. Gladium per viscera exigit. *Sil.* It. 1. 307. telum exactum per viscera. *Seneca Consol. ad Marc.* 16. Exigere tela in aliquem. Adde *Stat.* 6. *Theb.* 717. *Ovid.* 5. *Met.* 138. Torquet in hunc hastam, media quæ nare recipia, Cervice exacta est. passò suorū pel collo. — Item poetice pro transfodere, passare da parte a parte. *Val.* *Flacc.* 6. 572. illum exigit basta, Hunc fugat. Denique hoc pertinet et illud *Quintil.* 6. 4. 8. Prope sub conatu adversarii manus exigena. ¶ 2. Speciatim in re scenica exigere fabulam est excludere fabulam, que populo minime placuit, improbaro. *Ter.* *Andr.* prot. 27. Spectanda (fabulæ), an exigenda sint vobis prius. h. e. excludende, improbaro. *Id.* *Heccy.* prot. 2. v. 4. Fabulae exactæ. *Id.* *ibid.* prot. 2. v. 7. Quas (fabulæ) primum Cæcili didici novas, partim sum earum exactus; partim vix steti. ¶ 3. Item speciatim in re pecunaria publica et privata, in collationibus et similibus, esti reposcere, flagitare, exigena obtinere, esigere, riscuotere. — a) Active. *Cic.* 13. *Fam.* 11. Ad eas pecunias exigendas, quæ a colonis debentur, legatos misimus. *Id.* *Divin.* in *Q.* *Cæcil.* 10. 33. A civitatibus pro frumento pecunias exegerunt. *Id.* *Pis.* 16. 38. et 3. *Nat.* D. 34. 84. Exacte pecuniae riscoesse, ricavate. *Cæs.* 3. *B.* *C.* 32. Acerbissime exigena pecunias Imperatas. *Cic.* *Fontej.* 5. 9. Quaternos denarios in singulas vires amphoras portiorum nomine exigit. Cf. *Petrion.* *Satyr.* 8. Pro cella assem exiger. Rursus *Cic.* 3. *Fam.* 7. 3. Exigere tributa. *Id.* 6. *ibid.* 18. 5. pensionem. *Id.* 3. *Ferr.* 10. 28. nomina sua. *Id.* *Annic.* 21. 80. mercedem.

Cœs. 1. *B.* *C.* 30. Equilum pedilunque certum numerum a civitatibus Siciliae exigebat. *Id.* *ibid.* 12. Exigere obides ab Apollonistibus. — Similiter et in publicis ædificiis faciens qui exigena obtinet, exigena dicitur. *Cic.* 3. *Verr.* 59. 154. Quam tu viam thensarum atque pompe ejusmodi exegisti, ut etc. *Pseudo-Ascon.* ad h. l. Exigere viam dicuntur magistratus, quum viciniā cogunt munire quam diligentissime sumptu facto. *Liv.* 42. 3. Cui (censori) sorta tecta exigena sacris publicis et loca tuenda more majorum traditum esset. — b) Passive, præcipue apud veteres, exiger aliquid est flagitor, esse re collectato a pagare. *Plaut.* *Trin.* 2. 4. 26. Quas (drachmas) sponsione pronuper tu exactus es pro illo adolescent. *Cæcilius* apud *Gell.* 15. 14. et apud *Non.* p. 106. 24. *Merc.* Ego illud minus nihil exiger portorium. h. e. exigitur de me portorium. *Q.* *Metellus Numid.* apud *Gell.* loc. cit. Socios questum venisse, sese pecunias maximas exactos esse. h. e. pecunias a se maximas exactas. *Jabolen.* *Dig.* 23. 4. 32. extr. Quod pacto convenio, re invitū exigeretur, concevit. Similiter *Dracont.* 3. *Hexam.* 32. Non exactorem pudor insicit, aut dolor ullus, Aficit exactum. h. e. eum, a quo exigitur. Ceterum *Gell.* l. c. has loquendi rationes nove dictas ait, et Graeci rationis, Graeci enim dicunt εἰς ἐργάζασθαι αὐτούς, exigit me pecuniam. Similiter translate *Juppiter* apud *Stat.* 1. *Theb.* 215. quoniam usque nocentum Exigar in poenas? Et *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 45. Ferus sancte vineae devastator (*Julianus Aug.*) poenas exactus est vastationis sue, jacetque mortuus terroribus minisque frustratus. *Id.* *ibid.* 32. Sed pro his impietatibus non post multum poenas exacti sunt. ¶ 4. Item de loco estducere, ultraducere, producere, transmittere, condurre, menor olire. *Val.* *Flacc.* 2. 75. quam primus equis exigit anhelis Phœbus Albon, mediæque diem dispersit in ondas. *Propert.* 3. 10. 3. Tu quoque qui aestivos spatiosius exiges ignes, Phœbe, moratura contrahe lucis iter. *Stat.* 2. *Theb.* 41. ubi prona dies longos super equora fincs Exigit umbra. h. e. extenuit, product. — Iluc pertinet et illud, quod *Forcellinus* singulari paragraphe distinxit, *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. (87). Troglohyda hibernum matre exigit circa brühnam, Euris tum maxime flantiibus. h. e. trahunt, transcurrunt, trascorron, oltrapassano. ¶ 5. Item distractere, venale aliquid extrudere, spacciare. *Liv.* 34. 9. a med. *Mercari* et ipsi ea, quæ externa iacebentur, et agrorum exige fructus yolebant. *Colum.* 10. *R.* *R.* 317. Exacte merces vendute. ¶ 6. Item in re mathematica, seu de mensura, est examinare, ponderare, ad aliquam mensuram redigere: quia significatione *Döderlinus* (*Latein.* *Synon.* und *Etym.* vol. 6. p. 116.) confert ἔχειν, wägen, agina etc. *Cic.* 3. *Verr.* 51. 133. Nisi forte vis ad perpendicular columnas exige. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 63. (188). Materia crassitudine semipedali ad regulam et libellam exigitur. *Sueton.* *Cæs.* 47. Margaritarum pondus sua manu exige. Sic *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (159). Exigere aliquid mensuræ misurare, ridurre a misura. — Hinc exigitus est examinatus et publica auctoritate probatus, ballati, saggianti. *Inscript.* in æoneo conglo apud *Fabrett.* p. 526. n. 372. IMP. CAESARE VESPASIANO VI, TITO CAESARE AVGVSTI FILIO III. CONSULIBUS MENSVRÆ EXACTAE IN CAPITOLIO. rondo x. *Alia* in statera in *Mus. Borbon.* T. 1. lav. 50. IMP. VESPASIANO AVGVSTO IIIX, TITO IMP. AVGUSTI FILIO VI. CONSULIBUS EXACTA IN CAPITOLIO. *V.* ARTICULUS.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est expellere. *Plaut.* *Capt.* 5. 4. 4. Illic ibi demum est locus, ubi labore lassitudine omni est exigena ex corpore. *Lucilius* apud *Non.* p. 291. 8. *Merc.* Vestimentis frigus atque horrem exigenatur potest. *Horat.* 4. *Od.* 15. 17. Custode rerum Cæsare, non furor Civilis, aut vis exigit otium, cacciar la pace. — Iluc referi potest et illud *Ovid.* 4. *Trist.* 4. 70. Furoris exactus Orestes. h. e. exagitatus, vexatus, agitato, cacciato. ¶ 2. Seipiùs metaphora sumpta a superiori paragr. 3., est reposcere, flagitare, exigena obtinere, sed extra rem pecuniarum. — a) Cum Accus. rei. *Cic.* *Brut.* 4. 7. Ego vero et expectatio ea quæ pollicaris, neque exigam, nisi tuo commodo, et erat mihi pergrata, si solveris. *Id.* 2. *Fam.* 6. Ne id, quod petat, exigenre magis, quam rogare videatur. *Id.* 15. *ibid.* 16. Longiores litteres expectabo. vel potius

exigam. *Id.* 2. *Fin.* 22. 73. Omnibus ex rebus voluntatem, quasi mercedem, exigit. *Id.* 1. *Legg.* 1. 4. Non ut a poeta, sed ut a teste veritatem exigunt. *Cappell.* 1. p. 15. Exigere consilium. *Ovid. Remed.* am. 333. Exige quod cantet, si qua est sine voce puerilla. *Id.* 14. *Met.* 477. antiquo memores de vulnere pœnas. Exigit alma Venus. h. e. pro vulnere. *Flor.* 3. 19. *extr.*; et *Ovid.* 8. *Met.* 531. Exigere supplicium, pœnas de aliquo. *Aurel. Vict. vir. illustr.* 12. ab aliquo. *Sil.* 17. 280. Arcta fames pœnas misera exactura Sagunti. *Liv.* 29. 18. *ad fin.* Exigere ab aliquo gravis piacula. — Invenitur etiam exigere pœnas alicui. *Ovid.* 4. *Fast.* 230. huic pœnas exigit ira dea. Adde *Senec.* 2. *Ira.* 23. *Clau-dian.* VI. *Cons. Honor.* 113. Ense Thystiodes pœnas exigit Orestes. *Id. B. Get.* 194. Tandem suppli-cium cunctis pro montibus Alpes Exigere Getis. — b) Segnente part. ut. *Cic.* 4. *Fin.* 28. 80. Hanc exigam a te operam, ut audias me. *Id.* 2. *ibid.* 35. 119. Exigere a te cogereque ut responderes. Cf. *Sueton. Claud.* 12. Ut rata essent, quas procuratores sibi statuerent, precario exigit. — c) Sequente Infinito. *Paul. Dig.* 29. 7. 8. Exigimus potuisse eum eo tempore testamentum facere. Adde *Ulp. ibid.* 24. 3. 2. — d) Absolute. *Cic.* 2. *Off.* 18. 64. Conveniet, quum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. — Sic necessitas exigit, ratio, usus exigit, apud *Quintil.* 4. 1. 22.; et *Colum.* 7. *R. R.* 12. 9, et 9. *ibid. procem.* Si communis utilitas exigerit, apud *Quintil.* 12. 1. 37. Ut res exigit, prout res exigit, come richiede il bisogno, apud *Plin.* 27. *Hist. nat.* 4. 5. (17), et 31. *ibid.* 6. 31. (58); et *Quintil.* 12. 10. 69. Sic *Id. Quintil.* 10. 3. 3. Illic opes reconditæ, unde ad subitos casus, quum res exigit, proferantur. Adde *eundem.* 5. 11. 5. — Huc pertinet etiam exigere ab aliquo, pro quæ-re, exquirere. *Tac.* 2. *Ann.* 85. Exactum est a La-beone, cur nitionem omisisset. si dimandò, si fece-ro render conto. ¶ 3. Metaphora sumptia a superiori paragr. 4., exigere dicitur de tempore, et est transigeri, agere, passare, menare. *Ter. Heaut.* 2. 3. 39. Quo studio vita suam te absente exegerit. *Lucret.* 4. 1231. Exigere ævum. Sic *Virg.* 7. *Æn.* 776.; et *Ovid.* 12. *Met.* 208. Solus ubi in silvis Italii ignobilis ævum Exigeret. *Ovid.* 1. *Amor.* 5. 1. Æstus erat, mediamente dies exegerat horam. h. e. adduxerat, vel potius transierat. *Petron. Satyr.* 115. Cibis corruptis utecumque curati, tristissimam noctem exigimus. *Tac.* 3. *Ann.* 16. Exigere diem supremum noctemque. *Plin.* 3. *Ep.* 1. Nescio, an ultum tempus jucundius exegerim. — Huc pertinet et illud *Plaut. Capt.* 5. 4. 12. Tu, cuius causa hanc ærimumam exigo. h. e. tolero, perfero. — Eodem sensu sepe occurrit etiam Part. præter. pass. *Cic.* 1. *Tusc.* 39. 93. Exacta ætate mori. *Virg.* 3. *G.* 190. At, tribus exactis, ubi quarta accesserit æstas, etc. *Horat.* 3. *Od.* 22. 6. Per exactos annos. al fine d'ogni anno. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 47. Exacta lux. giorno finito. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 48. (130). Exacto quadriennio. *Id.* 16. *ibid.* 25. 41. (102). Exacto frigore. Similiter. *Propert.* 2. 11. 3. Nec sic errore exacto lætatus Ulysses. *Virg.* 6. *Æn.* 637. Bis demum exactus, perfecto munere dive, etc. ¶ 4. Binc a proxime superiori paragr., quoniam exigere tempus est transigeri, adeoque completere, perficere, factum est ut exigere rem aliquam significaret perficere, ab-solvere, finire, compire. *Ovid.* 1. *Met.* 117. Perque huius æstusque et inæquales auctumnum Et breve ver spatis exigit quatuor annum. h. e. complevit, compositus. *Horat.* 3. *Od.* 30. 1. Exigi monumentum ære perennius. *Propert.* 3. 7. 10. Exactus Calamis se mihi jacat equis. h. e. affabre et perfecte elaboratis: fuit enim Calamis statuarius. *Id.* 3. 1. 8. Exactus tenuì pumice versus eat. *Quintil.* 10. 7. 30. Commentarii ita sunt exacti, ut in memoriam posteritatis videantur esse compositi. *Id.* 1. 9. 2. Esopi fabellas narrare sermone puro; deinde eamdem gracilitatem stilo exigere condiscant. h. e. imitari, assequi, exacte assimilare, ad eam gracilitatem stilo se conformare. ¶ 5. Metaphora sumptia a superiore paragr. 6., exigere est examinare, ponderare, explorare. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 6. Si ad illam summam veritatem legitimum jus exegeris, ca-vendum tibi erit, ne etc. *Liv.* 34. 31. a med. Nolle ad vestras leges et instituta exigere ea, quæ Lacedæmonie sunt. *Ovid.* 2. *Art. am.* 502. Exigere opus ad vires suas. *Seneca* 4. *Ques.* nat. 5. Si omnia argu-

menta ad obrussam cœperimus exigere, silentium indicetur. *Id.* 1. *Clem.* 1. Exigere principatum ad anni gustum. *Id. Ep.* 11. *in fin.* Opus est aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. h. e. si confor-ment, dirigant. Cf. *Sueton. Aug.* 31. Ut ad illorum velut exemplar et ipse, dum vivet, et in sequen-tium ætatum principes exigerentur a civibus. *Quintil.* 1. 5. 2. Emendate loquendi regulam diligenter examinet. Hæc exigitur verbis aut singulis, aut pluri-bus. *Id.* 1. 5. 19. Illa non nisi aere exiguntur, quæ sunt per sonos. *Id.* 1. 4. 7. An cujuslibet auris est exigere litterarum sonos? *Martial.* 7. 28. Exige, sed certa, quos legis, aure jocos. h. e. examina, perpende versiculos jocosos. *Att. leg.* Excipe. — Sic Part. præter. pass. exactus pro examinatus, perpensus. *Virg.* 1. *Æn.* 311. quas vento accesserit oras, Quæ-rere constituit, sociisque exacta referre. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 36. Nec sibi cœnarum quivis temere sibi ar-roget artem, Non prius exacta tenui ratione saporum. ¶ 6. Exigere quippiam cum aliquo et interdum exigere absolute, est agere, tractare, delibe-rare, cum aliquo rem examinare et quasi ad regulas rationis et prudentiae exigere, trattare, discorrere, consultare. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 24. *ad fin.* De his rebus ut exigeret cum eo, Furnio mandavi. Cf. *Virg.* 4. *Æn.* 476. Decreveritque mori: tempus secum ipsa modumque Exigit. esamina, pensa. *Se-neca* *Ep.* 27. In secretum te meum admitto, et, te adhibito, mecum exigo. *Plin.* 6. *Ep.* 12. Sentio, quanto opere me diligas, quum sic exigeris mecum, ut solebas cum filio tuo. *Id.* 9. *ibid.* 26. *in fin.* Dummodo destines diem, quo et de his coram exigere possumus. *Liv.* 22. 49. a *med.* Hæc exigentes prius turba fugientium cœlium, deinde hostes oppressere, mentre coi diuisavano. Sic Græci ἔξηγε: Σῶτι, ser-mone agere, colloqui. — Hinc exactum est, constitu-tum est, certum est. *Ovid.* 3. *Fast.* 637. Non tam-exactum, quid agat. *Id.* 3. *Amor.* 7. 16. Nec satis exactum est, corpus, an umbra forem. — Et exactus pro liberatus. *Ovid. Heroid.* 17. 177. Et libet, et timeo, nec adhuc exacta voluntas Est satis. *Grat. Cyneg.* 259. tamen huic (cani) exacta voluntas h. e. promptus, paratusque et constans animus. — Hinc Part. præter. pass., cuius plurima superioris exempla retulimus,

*Exactus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Exactior* et Sup. *Exactissimus*; et quidem translate pro completo, perfecto, absoluto, preciso, esatto. *Liv.* 3. 5. *ad fin.* Difficile est, quot cedec-rint, exacto affirmare numero. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 27. 42. (251). Exacta falcis aries. *affilata.* *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 46. Exacta fides. *Sueton. Tib.* 18. Cura exactior. *Frontin. Aquæd.* 89. Præstare exactissi-mam diligentiam. — Transfertur etiam ad homines. *Plin.* 8. *Ep.* 23. Quod ille obsequium Serviano, exactissimo viro, præstisti? h. e. accuratissimo et ex-acto omnia facienti. *Martial.* 4. 87. moneoque te, li-belle, ut docto placeas Apollinari: Nil exactius erudi-tiusque est; Sed nec candidius benigniusque. — Et cum Genit. *Ovid.* 3. *Fast.* 383. Mamurius mor-rum, fabræ exactior artis, Difficile est dicere. — Hinc

*Exactus*, i, m. 2. absolute, substantivorum mo-re, occurrit in *Inscriptionibus*, et est immensus: sci-llect exactus cos. vel proc. est idem ac beneficiarius consulis vel procuratoris, ut docet *Borghesi* ad *Steiner.* *Inscript. Rhæn.* p. 8. *Inscript.* apud *Henzen.* 5668. DEO MARTI ARM. ILLIVS EMERITVS MIL. LEG. VIII. AVG. SEVERIANAE.... EXACTVS COS. DEDICATA XIII. KAL. MAIAS MAXIMO ET AELIANO COS. F. S. L. M. h. e. an. a Chr. n. 223. Adde alias apud *Orell.* 3131. et apud *Henzen.* 5668. et 6816.; et V. quæ de officio exacti *Mommsenius* disputavit in *Annot.* dell' *Institut. Archeol.* a. 1853. p. 253.

*EXIGÜE*, adverb. Adverbialiter usurpatur etiam *Exiguum*, subaudi tempus, et *Exiguo*, subaudi tempore. — Exigue est exiguo modo, parum, levi-ter, tenuiter (It. poco, ristrettamente, scarsamente; Fr. peu, petitement, faiblement, avec parcimo-nie; Hisp. poco, tenuamente, escasamente; Germ. wenig, gering, kurz, spärlich, nothdürftig, knapp; Angl. very little). — a) *Exigue* occurrit apud *Ter. Heaut.* 1. 2. 33. Erige sumptum præbent. *Cæs.* 7. *B. G.* 71. Ratione inita, frumentum se exige die-rum triginta habere, sed paullo etiam longius tolere posse pariendo. h. e. vix. *Cic.* 3. *Orat.* 36. 144. Quum de duabus primis celester exigueque ditisses.

*EXIGUUS*

*Id. Amic.* 16. 58. Hoc quidem est, nimis exigue et exiliter ad calculos revocare amicitiam. *Id.* 11. *Att.* 16. 1. Epistola exigue scripta. h. e. quæ pauca con-tinet, eaque inania. *Gell.* 9. 9. Virgilius hunc Homeri versum exigue secutus est. h. e. parum expre-sit. *Id.* 19. 3. Turpius esse exigue atque frigide lau-dari, quam insectanter ac graviter vituperari. — b) *Exiguum*, subaudi tempus, apud *Plin.* 10. *Hist.* 75. 97. (209). Exiguum dormire. Alter *Plin.* 3. *Ep.* 6. In hac certe perquam exiguum sapio. *Ovid. Heroid.* 18. 141. exiguum misero contingis a-manti. h. e. exiguo tempore. *Lucan.* 5. 431. Exiguum tument vela. — c) *Exiquo*, subaudi tempo-re, apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 3. (7). Exigu post obitum ipsius. h. e. paullo post. *Scribon. Compos.* 240. Exigu ora ulceris tangere.

*EXIGUITAS*, alis, I. 3. paucitas, parvitas. *Cæs.* 2. *B. G.* 21. et 33.; et *Liv.* 24. 17. Exiguitas tem-po-is. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 10. Exiguitas co-piarum. Sic *Cæs.* 3. *B. G.* 23. Suas copias propter exiguitatem non facile diduci. *Id.* 4. *ibid.* 1. Propter pellum exiguitatem magna est corporis pars aperta. *Id. ibid.* 30. Paucitatem militum ex castro-rum exiguitate cognoscere. *Cic.* 4. *Fin.* 12. 29. In quibus, propter earum (voluptatum) exiguitatem, obscuratio consequitur. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 5. Exiguitas cibi maciem facit. *Quintil.* 6. 3. 52. Exiguitas congitaliorum. *Sueton. Claud.* 28. fisci. *Justin.* 43. 3. terræ. *Dig.* 19. 2. 18. fructum.

*EXIGÜO* et

*EXIGÜM*, adverb. F. *EXIGUE*.

*EXIGÜUS*, a, um, adjetc. Comp. *Exiguior* et Sup. *Exigüissimus* sub b et c. — Ratione habita etym., est al exiguo, ut *ambiguus* ab *ambigo*, con-tiguus a *contingo*, unde proprie *exiguus* dicitur, ut docet *Forcellinus*, qui nullo negotio exigi eūcique potest, seu potius, ut recentiores volunt, quoniam exigere significat etiam examinare, ponderare, ad mensuram redigere (F. *EXIGO* I. 6. et II. 5.), *exiguis* est ad mensuram redactus, adeoque, quod ad mensuram pertinet, limitibus circumscriptus. *Döderlein* vero, *latein. Synon.* vol. 5. p. 26, a v. ege-re deducit — Ceterum exiguis, μικρός, ὁ λαχος, est, quod ad mensuram vel numerum pertinet, limitibus circumscriptus, atque adeo parcus, exilis, tenuis, parvus (It. picciolo, poco, breve, tenue; Fr. exigui, pe-tit, modique, faible, court; Hisp. exiguo, pequeño, modico, corto; Germ. klein, knapp, kurz, wenig, gering, spärlich, kärglich, dürlig; Angl. small, brief, slender, scanty, slight). Occurrit — a) Pos-it. *Cic.* 2. *Divinal.* 16. 37. Possum suspicari, contactum aliquo morbo, bovis exile et exiguum et vle-tum cor fuisse. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 24. Me corporis exigui, præcanum etc. *Nepos Agesil.* 8. Exiguis et claudis altero pede. piccolo di statura. *Virg.* 1. *G.* 181. Exiguis mus. *Cic.* 3. *Orat.* 19. 70. Ex ingenti campo in exiguum gyrum oratorem compellere. *Id.* 1. *ibid.* 62. 264. Quoniam exiguis quibusdam flabi-bus totum oratoris manus circumdedisti. *Horat.* 1. *Od.* 18. 10. Exigu flues. Kursus *Cic.* 1. de republ. 17. Exigua pars terra. *Horat.* 2. *Od.* 9. 24. campi. *Cas.* 5. *B. G.* 47. casta. *Auct. B. G.* 8. 5. adiudic. *Quintil.* 2. 17. 28. locus eloquentia. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 13. toga. *Id.* 3. *Od.* 6. 12. turques. *Cæs.* 7. *B. G.* 17. Civitas exigua et infirma. *Cic.* Babir. per-duell. 3. 9. Alteram partem, deinceps Saturnini, ni-mis exiguum atque angustum esse voluisti. *Id.* 5. *Fam.* 7. Litteræ tuæ exiguum significationem tuæ erga me voluntatis habebant. *Id.* 2. *leg. Agr.* 2. 5. Cujus errato nulla venia, recte facto exigua laus et ab invitatis expressa proponitur. *Id.* 1. *Fin.* 19. 63. Exiguum fortunam intervenire sapienti aver la for-tuna poco luogo o parte nelle azioni del savi. *Quintil.* 11. 3. 15. Grandis aut exigua vox. Adde *Sueton. Ner.* 20. *Horat. Art. P.* 77. Exigui elegi. *Cic.* 6. *Parad.* 3. 49. Exiguis fructus. — Huc re-ferriri potest et illud *Spartian. Sever.* 19. Tam exiguus vestibus usus est, ut vir tunica ejus aliquid pur-puræ haberet. *Forcellinus* hunc locum singula*i* pa-ragrapho distinxit, et docuit exiguum significare vi-lem parvique preti. — Ceterum *Cic.* 1. *Orat.* 4. 16. Exiguis oratorum numerus. *Id. Quintil.* 1. 2. Exiguæ amitorum copia. *Nepos Miltiad.* 4. extr. Exiguæ copiis dimicare. Adde *Cæs.* 2. *B. G.* 39. *Cic.* 6. *Parad.* 3. 49. Exigui fructus. *Cæs.* 1. *B. C.* 78. facultates. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 43. census. *Lucan.* 3. 182. Exiguæ puppes. poche navi. *Martial.* 12. 83.

*Exiguī capilli.* h. e. rari. *Cic.* 1. *Orat.* 20. 92. *Exiguū tempus.* *Id.* 6. de *republ.* 23. pars unius anni. *Cœs.* 4. *B. G.* 20. pars restatis. — *Cum Genitivo. Claudian.* 2. in *Eutrop.* 331. Abundans corporis, exiguisque animi. — b) *Comp. Cōlōn. Arbor.* 28. sub *fin.* *Cytisum aridum* si dabis, exiguis dato. *Frontin.* *Aquæd.* 32. Vicenariam exiguiorem faciunt, diametro digiti semisse. *Ulp. Dig.* 43. 11. 1. a med. Ut aqua exiguior facta minus sit navigabilis. *Id. ibid.* 30. 1. 14. *extr.* *Exiguius esse præstandum.* *Id. ibid.* 29. 5. 1. a med. *Literat.* alii validioris vocis sint, alii exiguioris. — c) *Sup. Ovid. Heroid.* 14. 115. De fratribus populo pars exiguisima restat. *Plin.* 7. *Ep.* 24. *Exiguisima legata.* — Ille.

*Exiguū, ut,* n. 2. absolute, substantivorum more, est parum; et occurrit sere cum Genitivo. *Zin.* 27. 27. *Exiguū campi ante castra erat.* *Id.* 22. 24. *Exiguū spatii.* *Ovid.* 5. *Trist.* 2. 20. *Exiguū pleno de mare demat aquæ.* *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 106. (169). Cum croco et exiguo aquæ frigidæ trita. *Id.* 28. *ibid.* 9. 37. (139). *Exiguū mellis adjiciunt.* Alter *Plin.* 7. *Ep.* 27. 13. *Exiguū temporis.* *Sil.* 4. 248. *Exiguū salutis.*

*Exiguo* et

*Exiguū, adverb.* V. EXIGUE.

*EXILE,* adverb. V. EXILIS in fin.

*EXILICA.* V. EXSILICA.

*EXILIO.* V. EXSILIO.

*EXILIS,* e. adjecit. *Comp. Exilior* sub a.; Sup. *Exillisimis* legitur tantum in *Not. Tir.* p. 67., quæ omni prorsus carent auctoritate. — Quod ad etymon attinet, *Paul. Diac.* p. 81. 4. *Müll.* derivat a *tenuitate inarum*, τῶν ἴνων, hoc est fibrarum, seu *subtilium venularum* in chartis intercursantium. At fortasse est derivandum ab *ex et ile*, qui nempe exiguis est illis, seu lateribus, quemque *Horat.* 1. *Sat.* 2. 93. *brevi latere dicit, sfancato.* *Hoc Forcellinus*, quocum consentit *Seyffert* ad *Cic. Amic.* 16. 58. *Priscian.* 4. p. 631. *Putsch.* *Exilis a Græco ἔξτροψος*, h. e. evanidus. Alii tamen, inter quos *Freund* et *Klotz*, deducunt ab *exigere*, *quemadmodum et exiguis*, ita ut *eritis contractum sit pro exigitis*; quam sententiam pœnitentia syllaba utpote longa confirmat. Denique *Döderlein* ab *ex et egere* derivat. — Quidquid sit de etymo, exilis, λεπτός, est tenuis, subtilis, gracilis, exiguis, mager (It. esile, sottile, tenue, piccola; Fr. petit, mince, menu, délié, grêle, chétis, faible; Hisp. pequeño, menudo, delgado, chico; Germ. klein, geringfügig, dünn, dürlig, schmächtig, mager, dürr; Angl. slender, thin, slight, mean, small, empty). Occurrit — a) De rebus physicis. *Cic.* 2. *Divinat.* 16. 37. Possum suspicari, contactum aliquis morbo, hovis exile et exiguum et vietum cor. *Id. ibid.* 13. 30. Eadem hora aliae pecudis jecur ottidum atque plenum est, aliae horridum et exile. *Horat.* *Epod.* 8. 10. Exile femor. cui *ibid.* opponuntur lumentes suræ. *Ovid.* 1. *Pont.* 10. 27. *Exiles artus.* *Sic Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9. (46). *Caryotæ maero corpore exiles.* *Id.* 15. *ibid.* 13. 12. (43). *Exilior prounitor caro.* *Id.* 24. *ibid.* 6. 20. (29). *Exilia folia.* *Horat.* 1. *Od.* 4. 17. *vorsat exilium domum* *Plutoeiam*, in qua sunt Manes sine corpore et tenues umbras. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 25. 67. Quod solum tam exile et macrum est, quod aratro præstringi non possit? h. e. arenosum, vel exigui fundi. *Sic Cōlōn.* 1. *R. R.* 4. 3. *Exilis ager.* *Lucan.* 3. 204 glæbis exilis Ariste. h. e. macri soli. *Seneca* 1. *Quesit. nat.* 1. ante med. *Ignes tenuissimi iter exile designant.* *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 89. (220). *Exilis humor.* *Id.* 11. *ibid.* 51. 12. (269). Feminis vox exilior, quam maribus. cui *ibid.* opponitur gravior. *Id. ibid.* (270). *Exilior vox in senecta.* — b) De oratione, de re familiaris, itemque de abstractis; in quibus omnipibus (præter locum *Val. Max.*) *Forcellinus* translate accepit. *Cic.* 2. *Orat.* 38. 159. Genius sermonis non liquidum, non fusum ac profluous, sed exile, aridum, concisum ac minutum. *Id.* 4. *Fin.* 3. 7. *Ista ipsa, quæ tu breviter, a te quidem apte et rotunde, habes enim a rhetoribus: illorum vero ista ipsa quam exilia de virtutis vi.* h. e. inornata, subtilis, secca, tenuis. *Id.* 2. *Orat.* 77. 315. *Exile exordium.* *Id.* 1. *ibid.* 18. 83. *Spinosa et exilis oratio.* *Sic Quintil.* 8. 3. 56. *Exilis oratio.* cui *ibid.* opponitur tumida. Similiter de oratoribus *Id.* 10. 2. 16. Pro pressis exiles. Et de vocabulis *Id.* 11. 3. 15. et 13. *Vox exilis.* cui *ibid.* *opponitur plena.* *Nepos Eumen.* 5. *Exiles res animi magnitudinem etsi non*

frangebant, tamen imminebant. h. e. tenues, immunitæ, adversæ et calamitosæ. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 45. *Exilis domus est, ubi non et multa supersunt etc.* h. e. pauper, tenuis. *Plin.* *Paneg.* 40. *Parva et exilis hereditas.* *Val. Max.* 0. 12. n. 8. *extrem.* *Tenuis et exiles virium reliquias lovere.* *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 6. *Exilis via.* h. e. brevis. *Apul.* 10. *Met.* *Exilis metus. poca paura.* *Gell.* 14. 2. *Argumentum admodum exilibus nitebatur. deboli.* — *Cum Genit. Plaut. Stich.* 4. 1. 21. *Ita, me absente, familiarem rem exor curavit meum: omnium me exirem atque inanem fecit ægritudinem.* h. e. exorsus, immunis, nullus exigitudine circumdatum, omni cura spoliatum. — Ille

*Exile alverbit ritu pro exiliter.* *Stat.* 7. *Theb.* 262. *redit atque exile profatur.*

**EXILITAS**, atis, f. 3. *tenuitas, gracilitas; cui pinguitudine et ubertas opponuntur* (It. sottigliezza, tenuità, esilità; Fr. petitesse, exiguité; Hisp. pequeñez, debilidad; Germ. d. Dünne, Schwäche, Magerkeit, Dürfligkeit; Angl. smallness, shortness, paucity).

I.) Proprie. *Cōlōn.* 8. *R. R.* 16. 6.: *Exilitas soli.* *Plin.* 24. *Hist. nat.* 19. 118. (178). *Folia fastigantur in exilitatem.* *Id.* 11. *ibid.* 2. 4. (3). *Exilitas aculei apum.* *Quintil.* 1. 11. 1. *Exilitas feminæ vocis.*

II.) Translate. *Cic.* 1. *Orat.* 12. 50. Qui disceres eorum, quos nominavi, obvertatem in dicendo et copiam, ab eorum exilitate, qui hac dicendi varietate non utuntur? *Id. Brut.* 82. 284. Atticum se *Calvus noster dici oratorem volebat: inde crat illa exilitas, quam etc.* *Quintil.* 1. 11. 4. Quarundam litterarum vel exilitate, vel pinguitudine nimis laboramus.

**EXILITER,** adverb. *Comp. Exilis II.* — *Exiliter* est tenuiter, graciliter, eique leviter et jejune respondent.

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Orat.* 11. 41. *Nolo, verba exiliter exanimata exire;* nolo inflata, et quasi arhelata gravioris.

II.) Translate. *Farro* 5. *L. L.* 2. *Müll.* De quibus duabus rebus in his libris pro-noscere dicam, sed exilis de posteriore. h. e. parcus, brevis. *Cic.* 1. *Orat.* 11. 50. *Ilsdem de rebus jejune quosdam et exiliter disputavisse.* h. e. tenui, et incrassato stilo. *Id. Brut.* 27. 106. *Annales sare exiliter scripti.*

**EXILIUM.** F. EXSILIUM.

**EXIM.** V. EXIN.

**EXIMIE,** adverb. excellenter, egregie. *Cic. Arch.* 9. 20. *Marius L.* *Plocium eximie dilexit.* *Liv.* 25. 40. *Eximie ornatum templum.* *Id.* 42. 29. *Antiochus omnia per suos legatos senatui eximie pollicitus erat.* *Cōlōn.* 8. *R. R.* 17. 1. *Stagnum eximie optimum.* *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 89. (241). *Eximie utilis.* *Id.* 29. *ibid.* 6. 38. (126). *Eximie professa.* *Id. ibid.* (131). *Oculis eximie medetur.* *Id.* 27. *ibid.* 12. 104. (127). *Proserpinara anginam eximie curari.* *Juvenal.* 11. 1. *Eximie canare.* *Gell.* 13. 8. *Eximie atque verissime opinari.* *Id.* 11. 13. *Eximie et unice delectare.*

**EXIMIETAS**, atis, f. 3. *præstantia.* *Symmach.* 3. *Ep.* 3. *Spondeo tuam eximietatem reperire posse multa, quæ tacui.* *Adde Augustin.* *Ep.* 32. 231. et 237.

**EXIMIUS,** a. um. adjecit. ab *eximo*, ἔξαιρετος. I.) Stricto sensu est egregius, exemplus, extra ceteros positus, exceptus (It. tratto fuori dagli altri, che fa eccezione, eccettuato; Fr. tiré du nombre, mis à part, excepté, exemple; Hisp. puesto a parte, exceptuado, erento; Germ. ausnehmend, eine Ausnahme machen, ausgenommen; Angl. select, excepted). Occurrit — a) Generatim. *Ter. Heyr.* 1. 1. 9. sy. *Et mox et hortor, ne coqusum miserent.* *rn.* *Utin eximium neminem habeam?* (h. e. ut neminem eximam, excipiam), sy. *Neminem.* h. e. neminem eximam, omnes eodem modo tractem, qui ad me luxuriatum veniant, quin eos spoliem, multum, laterem. *Cic. Divin.* in *Q. Cœs.* 16. 52. Neque esset verisimile, quin omibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximiam, cui consuleret, suis. *Liv.* 9. 34. *Tu unus eximius es, in quo horum præcipuum et singulare valeat?* V. *Draconis hortus ad h. l.* — b) Propriè ait *Forcellinus*, dicebatur de animalibus ad sacrificium electis, quia in sacrificiis optimum perus e grege eximebatur, teste *Paul. Diac.* p. 82. 3. *Müll.* et *Macrobi.* 3. *Saturn.* 5.. et adhuc magis proprie de porcis majoribus, qui ad sacrificandum excepti liberius pascheinantur. Nam boves, qui ad hoc eleeti erant, egregi dicebantur et oves lectæ. *Donatus*

ad *Ter. Heyr.* 1. 1. 9. Sed haec nomina saepe indiferenter usurpantur. *Vtrg.* 4. *G.* 538. Quatuor eximos præstanti corpore tauros Elige. ¶ 2. Universim et late usu accipitur pro excellenti, insigni, singulari, præstanti (It. eccellente, singolare, raro, insigni; Fr. choisi, distingué, excellent, eminent, remarquable, rare; Hisp. distinguido, selecto, excelente, eminent, raro; Germ. auszeichnend, vorzüglich, außerordentlich; Angl. choice, excellent, remarkable, notable). Occurrit — a) Absolute. — *Sepissimum in bonam partem.* *Cic.* 1. *Off.* 20. 67. Ea, quæ eximia plerisque et præstantia videtur, parva ducere. *Id.* 2. *Orat.* 28. 126. Haec ipsa semper in te eximia et præstantia fuere. *Id.* 7. *Verr.* 31. 82. *Mulier eximia facie.* *Id.* 1. *Divinat.* 25. 52. *Vidisse se in somnis pulcritudine eximia facinam.* Cf. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 12. 10. (55). Eximos forma pueros vendidit. Rursus *Cic.* 6. *Fam.* 5. *Eximium ingenium.* *Id.* 1. *ibid.* 7. *extr.* *Lentulus eximia spes et summa virtus adolescens.* *Id. pro leg. Marit.* 1. 3. *Pompeji singularis eximia virtus.* Cf. *Cœs.* 1. *B. R.* 46. *Propter eximiam virtutem.* *Rursus Cic.* 1. *Fin.* 13. 42. *Eximia pulcherrima virtutes.* *Id.* 1. de *republ.* 12. *Propter eximiam bellum gloriam.* *Id. ibid.* 10. *Eximia gloria virtutis.* Cf. *Cœs.* 2. *B. G.* 8. *Propter eximiam opinionem virtutis.* *Cic.* 2. de *republ.* 36. *Quo e collegio Ius est illa eximia C. Julli, qui etc.* *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 104. (127). *Proserpinara est eximia adversus scorpiones remedii.* *Id.* 24. *ibid.* 16. 95. (152). *Herba eximia usus ad vulnera.* *Id.* 2. *ibid.* 63. 63. (154). *Eximia merita.* *Id.* 5. *ibid.* 4. 3. (24). *Regio fertilis eximia.* *Id.* 21. *ibid.* 5. 11. (23). *Eximius candor.* — *Raro admodum in malam partem.* *Lucret.* 2. 593. *Eximis vero furit ignis impetus Aetnae.* — b) *Et neutr. absolute.* *Plin.* 21. *Hist. nat.* 20. 86. (150). *Caligines oculorum succo inungi, eximium habetur.* — c) *Cum Genitivo partitivo, Graeco more.* *Stat.* 6. *Theb.* 15. *Eximii regum.* — d) *Cum addito, in quo quis est eximus.* *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (171). *de mulia.* *Animal viribus in labores eximium, quamquam illud in labores pendere potest a n. viribus.* *Lucon.* 3. 696. *Eximus in aliqua re.* — e) *Poetice cum insatio.* *Lucan.* *ibid.* *pugna fuit unus in illa Eximus Phœbus animam servare sub undis, Serutaque fretum.* — NP. *Pro maximus.* *Liv.* 42. 15. *Harpalus quanta eximia releritate poterat, regressus in Macedoniam.* *Plerique temer leg. quanta maxima.*

**EXIMO,** imis, ēmi, emptum vel emtum, imere, a. 3. Part. *Exemptus* I. 1. et II. 2. et 3.; *Eximendus* II. 1. et 2. — *Eximere, ab ex et ant. emere, quod olim accipere et sibi comparare significabat, teste Paul. Diac.* p. 4. 18. *Müll.*, quodque in demere et adimere servatum est. *Exemptus*, est extrahere, educere, eructe (It. cavar fuori, trar fuori, Fr. tirer de, retirer, enlever, retrancher; Hisp. tirar, sacar á fuera, llorar; Germ. abnehmen, benehmen, hinwegnehmen, ausschneiden, herausnehmen, entfernen; Angl. to take out or away, take or draw from).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cato R. R.* 112. Ubi triduum preterierit, eximito (acina) de dolio. *Id. ibid.* 28. *Oleas, ultros bene cum radicibus eximito, cum terra sua quamplurima.* *Horat.* 2. *Ep.* 2. 212. *Quid te exempta levia (al. juval) spinis de pluribus una?* *Cels.* 6. 9.; et *Sueton. Vesp.* 5. *Eximere aliqui dentem.* Sie *Plin.* 28. *Hist. nat.* 14. 49. (181). *Exemptus dens.* *Id.* 26. *ibid.* 11. 71. (116). *Medullam e caule eximere.* Sie *Id.* 13. *ibid.* 4. 9. (39). *Exempta medulla vivunt palme.* *Id.* 30. *ibid.* 6. 17. (51). *Cani viventi lienen eximere.* *Id.* 28. *ibid.* 8. 28. (107). *Lapillus ventre crocodili exemptus.* *Martell.* *Dig.* 11. 1. 8. *Lapis terra exemptus.* *Plin.* 19. *Hist. nat.* 12. 62. (188). *Eximere acetum de oponitis apio.* *Quintil.* 9. 2. 75. *Eximere telum.* *Sueton. Tib.* 73. *Exemplum anulum aliqui tradere: dein rursus aptare digitu.* *Apic.* 8. 7. *ad fin.* *Exempta cochlearæ cavate dal guscio.* — Huc pertinent et sequentia. *Cic.* 4. *Verr.* 52. 139. *Eximi jubet non diem ex mensa, sed et anno uomum mensem.* *Id. ibid.* 40. 99. *Ne tu ex reis eximerere.* *Id.* 6. *ibid.* 19. 41. *Eximere absentem de reis.* *Id.* 2. *Orat.* 66. 288. aliquem ex serariis. *Nepos Att.* 10. *quemplam de numero proscriptorum.* *Horat.* 2. *Od.* 2. 18. aliquem numero heatorum non conter tra i felici. *Quintil.* 1. 4. 3. *Ut auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.* *Id.* 10. 1. 74. *Qui turbæ*

quamvis bonorum auctorum extimatur. *Curt.* 6. 11. med. Eximere se hominibus. trarsi fuori degli uomini, non voler passare per uomo. — Huc pertinet et illa *Inscript.* apud *Orell.* 4476. DIE, QVA EXEMPTVS EST REBUS HUMANIS, et 4624. QVOD ABSENTE SE AIBAE (scil. conjur et filia) EADIM HORA SINT HORIS EXEMPTAE. ¶ 2. Specialim ac praeognante, uti ajunt, significatio est subtrahere, liberare, sottrarre, liberare, esimere. *Cic.* *Orat.* 23. 77. Eximere aliquem e vinculis. *Id.* 5. *Fam.* 6. 2. aliquos ex ob- sidione. *Liv.* 38. 15. 27. 41. 36. 13. et 37. 22. aliquos obsidione. *Cic.* 2. *Phil.* 39. 101. agrum de vettigibus. *Flor.* 3. 21. 15. se iudicrio hostium.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, metaphora sumpta a superiori paragr. 1., est adimere, auferre, tollere, togitiere via, levare via. *Cic.* *Amic.* 7. 23. Quod si extemeris ex rerum natura benevolentia conjunctionem. *Forcellinus* leg. vinctio. *Liv.* 24. 29. Id extimendum de fredere est. *Plin.* 2. *Ep.* 12. Exemptus honoribus. h. e. cui ad honores interclusus est aditus. *Plaut.* *Herc.* 1. 2. 17. Numquam edepol omnes balineo mihi hanc lassitudinem eximent. Rursus *Cic.* 2. *Tusc.* 12. 29. Illud, quod me angebat, non extemis. *Horat.* 3. *Od.* 14. 14. Hic dies vere mihi festus atras Extimel curas. *Id.* 1. *Ep.* 5. 18. Solliciti animis onus eximit. *Liv.* 4. 31. Extimere religionem. levare lo scrupolo. *Quintil.* 1. 10. 28. dubitationem hujus utilitatis. *Justin.* 30. 3. Quæ res omnem cunctationem belli senatus eximit. *Sueton.* *Claud.* 14. Extimere aliquid memoriae abolit la memoria di qualche cosa. *Virg.* 1. *Æn.* 220. Exempta fames epulis. *Justin.* 11. 11. Illi aucta insolentia, exemplia comitas, deposta, levata. *Ovid.* 1. *Fast.* 626. Jus exemptum restituere. h. e. ademptum. *Alleg.* erupsum. In *Edicto Praetor.* apud *Ulp. Dig.* 4. 6. 1. et 26. Exempta actio. h. e. adempta, quam scilicet quis desit posse agere. *Lucret.* 1. 974, omne Cogit, ut exempta concedas sine patere. h. e. sine fine ac termino. — Passive impersonaliter. *Tac.* 6. *Ann.* 22. Plurimi mortalium non extimunt, quin primo cujusque ortu ventura destinentur. ¶ 2. Speciatim, metaphora sumpta a superiori paragr. 2., est subtrahere, liberare; et occurrit — a) Apud classicos Auctores cum Ablativo et præpos. ex, vel sine præpos. *Plaut.* *Rud.* 1. 4. 13. Extimere aliquem ex metu. *Cic.* 2. *Invent.* 7. 24. Iis (rationibus) accusator ad alios ex culpa extimendos abutetur. *Liv.* 6. 24. a med. Orare singulos universosque, ut se, reum fortunæ ejus diel, crimine extimer. *Id.* 34. 52. Qui servitum exempti fuerant. *Id.* 28. 39. ad fin. Extimere cives servitio. *Id.* 6. 40. a med. se arbitrio alterius. *Id.* 5. 15. rem miraculo. h. e. efficerre, ut res miraculo tribuenda non sit. *Pompon.* *Dig.* 45. 2. 19. Quum duo eamdem pecuniam deborent, si unus capitis diminutione exemptus est. h. e. liberatus obligatione solvendi. — b) Apud sequioris ævi scriptores cum Dative. *Liv.* 8. 35. Non noxa (al: leg. noxa) extimitor. C. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit, sed nona damnatus donatur populo Romano. V. *Drakenborg* ad h. 1. *Curt.* 7. 1. Supplcio magis, quam criminis exemptus est. *sottratto.* *Tac.* 14. *Ann.* 48. Extimere aliquem morti. *Val.* *Flacc.* 2. 256. Extimere nos sceleri, pater, et miserere piorum. *Gell.* 4. 20. Noste jam destinatæ exemptus est. *Paul.* *Dig.* 48. 10. 22. § 4. Extimere aliquem paenæ. Adde *Quintil.* 12. 2. 28. — c) Absolute. *Quintil.* 4. 2. 74. Nec sorte opus fuisse, nisi quod se quisque extimere voluerit. ¶ 3. Item speciatim de tempore. — a) In re forensi extimere diem est extrahere, protrahere, et sic judicio auferre. *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 1. 3. Clodius rogatus, diem dicendo extimere capiit. *Id.* 4. *Att.* 3. Metellus calumnia dicendi tempus extemis. *Lip.* 1. 50. ad fin. Cura reconciliandi eos in gratiam moratur esse: et quia ea res extimescit illum diem, postero die acturum, quæ constituisset. *Plin.* 5. *Ep.* 21. Dimittuntur centumviri, extimuntur dies. Similiter per metaphoram. *Sueton.* *Oth.* 6. Medium quoque tempus religio et Seletus extemis. — b) Et generatim pro transigere. *Pallad.* 11. *R. R.* 15. Exemptis quadraginta diebus, melle addito, uteris. *Id.* 12. *ibid.* 20. Postea, tribus diebus exemptis, auferunt. *Id.* 3. *ibid.* 17. sub fin. Anno exempto. *Id.* *ibid.* 26. Quarto exemplo mense pariunt.

## EXIN. V. EXINDE.

EXINANIO. is, ivi, itum, ire, a. 4. (ex et inanis). Part. *Exinanens.* *Exinanitus* et *Exinanundus*. — Exinanio est evacuo, inanem reddo (It. votare;

Fr. vider, épouser; Hisp. vaciar, agotar; Germ. leer machen, auslceren, erschöpfen; Angl. to empty, exhaust). *Plaut.* *Truc.* 4. 2. 2. Arma rem tuam: istum (amatorem) exinanit. h. e. emunge, exauri, spolia. *Sisenna* apud *Non.* p. 107. 23. *Merc.* Exinanitis castris. *Cic.* 7. *Verr.* 25. 64. Nov illa tota exinanunda navi consumitor. *Id.* *ibid.* 40. 104. Habet confratam nayem et minus exinanitam. *Id.* *Divin.* in *Q. Caecil.* 4. 11. Siciliam provinciam Verres do- populatus esse, Siculorum civitates vastasse, domos exinanis, fana spollasse dicitur. *Id.* 7. *Verr.* 50. 119. Vastare et exinanire agros. *Id.* 2. *leg. Agr.* 27. 72. Regibus atque omnibus gentibus exinanitis. *Cres.* 1. *B. C.* 48. Exinanire civitates. *Varro* 3. *R. R.* 16. 28. Apes relinquunt exinanitas alvos. *Auct. B. Afr.* 20. Omne regionem exinauire frumento. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20. 19. (82). Exinanire onusta vehicula. *Id.* 32. *ibid.* 5. 17. (47). Exinanita clysteribus corpora. *Id.* 24. *ibid.* 8. 35. (52). Exinanire hydropticos. *Id.* 25. *ibid.* 5. 20. (45). Ille nem. *Id.* 26. *ibid.* 8. 36. (57). Radix et alvum et billem et pituitam exinanit. *Id.* 17. *ibid.* 2. 2. (12). Exinanite fetu arbores. h. e. viribus exhauste. *Id.* 18. *ibid.* 22. 51. (189). Nisi multiplici parti exinanatur ubertas, pereunt luxuria singuli fructus. *Id.* 36. *ibid.* 14. 21. (96). Paullatim exinanitis imos. *Curt.* 4. 51. 34. Exinanire ultimam aciem. *Paul.* *Dig.* 31. 1. 89. ad fin. Patrimonium suum donationibus exinanire. *Pelagon.* *Veterin.* 4. 1. Medio fere in utroque cruce equi venia solvuntur, et, ne plus justo exanietur (corrigere exinanetur), stercus ipsius jumenti fluentibus venis ad modum fascis obligetur. Adde *Apic.* 2. 1. et alibi saepe.

EXINANITIO, ônis, f. 3. evacuatio. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 38. (118). Succurrat aliquando praeceps ari exinanitio. *Id.* 17. *ibid.* 2. 2. (13). Exinanito florescendi. h. e. emissio florum, qua vires arborum exhauiuntur.

## EXINANITUS, a, um. V. EXINANIO.

EXINDĒ et per apocopen exinde, adverb. *Exin* pro exinde metri causa dici, ait *Paul.* *Diac.* p. 82. 7. *Müll.*: certe est per apocopen pro exinde, quenadmodum dein et proin pro deinde et proinde; ut docet ipse *Cic.* *Orat.* 45. 154. Deinde etiam saepe ei exin pro deinde et exinde dicimus. — Ceterum exinde, ab ex et inde, est idem atque ex eo, scilicet ex eo loco, tempore etc. ordinemque significat (It. di là, da quel punto; Fr. de là, de ce lieu; Hisp. de allá; Germ. von da heraus, von da her, von da; Angl. after that). Occurrat autem A) De loco; B) De tempore; C) De causa vel re; D) Et de mensura, sed tamen translate accepta.

A) De loco seu de ratione loci est ex eo loco, post eum locum, et usurpatur

I.) Proprie. *Plaut.* *Epid.* 1. 2. 47. Utcumque in alto ventus est, Epidice, exin velum voritur. Adde *eumd.* *Pæn.* 3. 5. 9. *Cod. Justin.* 1. 12. 4. Si servus coquusquam in ecclesiam altariave armatus irruerit, exinde protinus abstrabatur. *Tac.* 15. *Ann.* 12. Regionem Commagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petivit.

II.) Translate est deinde, dipoi, poscia, appresso. *Cic.* 2. *Nat.* 39. 101. Ac principio terra univer- sa cernatur etc. — At vero quanta maris est puleritudo! — Exin mari finitimus aer. — Restat ultimus omnia cingens et coercens cœli complexus etc. *Id.* 2. *ibid.* 43. 111. Hanc (stellam) propter versatur Andromeda. — Ille Equus summum contingit caput alvo. — Exin contortis Aries cum cornibus hæret. *Tac.* 2. *Ann.* 16. Auxiliare Galli Germanique in fronte, post quos pedites sagittarii, deinde quatuor legiones, — exin totidem aliae legiones.

B) De ratione temporis est ex eo tempore, postea, deinde, et occurrit

I.) Proprie. — a) Absolute, h. e. sine particulis, quibus exinde respondeat. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 108. Interca sol albi recessit in infera noctis; Exin candida se radiis dedit ita foras lux. *Legg.* X. *Tab.* apud *Cic.* 3. *Legg.* 3. 7. POPVL PARTES IN TRIBVS DISTRIBVNT; EXIN PECVNIAS, AE- VITATES, ORDINES PARTIVNTO. *Cic.* 1. *Divinat.* 26. 55. Servus per circum, quum virgis cæderetur, sur- cani ferens duetus est. Exin euidam rustico Romano dormienti visus est venire qui diceret — illum non asum. Iterum esse idem jussum et monitum, ne vim suam experiri vellet; ne tum quidem esse asum. Exin filium ejus esse mortuum etc. *Virg.* 6. *Æn.*

## EXISTIMATIO

743. Quisque suos patitur Manes. Exinde per am- plum Mittimus Elysium. *Liv.* 24. 42. Ad Mundum exinde castro Punica mota. *Tac.* 3. *Ann.* 36. Exin promptum quod multorum intimis questibus tege- batur. — b) Precedente ubi, vel postquam. *Plaut.* *Circ.* 2. 3. 84. Ostium ubi prospexi, exinde me illi- co protinus dedi. *Forcellinus* de loco accepit. *Id.* *Truc.* 1. 1. 63. Postquam alium repetit, qui plus daret, me exinde amovit loco.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur in rerum enumera- ratione, et est postea preterea. *Virg.* 6. *Æn.* 891. Inciduntque animum famæ venientis amore: Exin bella viro memorat, qua deinde gerenda. *Id.* 8. *ibid.* 306. Exin se cuncti diuinis rebus ad urbem Perfectis referunt. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 341. *Liv.* 31. 4. Per eos dies P. Allio consule comitia habente creati consules P. Sulpicius Calba, C. Aurelius Cotta. Praetores exinde facti Q. Minutius etc. Adde *eumd.* 31. 6., 37. 47., 40. 35. et 42. 9. *Tac.* 11. *Ann.* 2. Suillio corruptionem militum —, exin adulterium Poppææ, ac postremum mollissim corporis objectante. Adde *eumd.* 15. *ibid.* 41. ¶ 2. Apud sequitoris ævi scri- ptiores ponitur etiam pro ex illo tempore; et quidem — a) Absolute. *Justin.* 1. 2. Ne novo habitu all- quid occultare videretur, eodem ornata et populum vestiri jubet: quem inorem vestis exinde gens uni- versa tenet. *Paul.* *Dig.* 10. 1. 4. Post item con- testatam etiam fructus venient in hoc iudicio: nam et culpa et dolus exinde præstantur. Adde *Pompon.* *ibid.* 41. 6. 4. et *Tryphonin.* *ibid.* 49. 15. 12. *Cod. Justin.* 7. 33. Quum post notam et omissam quæ- stionem res ad nova dominia bona vide transierint et exinde novi viginti anni intercesserint, non est inquietanda, quæ nunc possidet, persona. — b) Se- quente part. ut, quam, ex quo. *Apul. de Mag.* Ex- inde, ut curiam participare coepi. Adde *eumd.* 2. *Met.* *Id.* 1. *ibid.* Exinde quum ex astu a magistro digressi sumus. *Ulp. Dig.* 1. 16. 4. § 6. Credendum est videri legatum habere jurisdictionem non exinde, ex quo mandata est, sed ex quo provinciam procon- sul ingressus est. Adde *eumd.* *ibid.* 5. 1. 67.; et *Cod. Justin.* 2. 22. et 4. 32.

C) De causa, et est et ea re, da ciò, per ciò. *Apul.* 6. *Met.* Nec quidquam idonei lucri exinde cepimus, sed vulnus. *Cod. Justin.* 1. 3. 35. Quum exinde sus- tentatio vel educatio orpbaos comparetur. *Ibid.* 1. 2. 14. Quodcumque exinde inconvenitum ecclesiæ contigerit.

D) Apud veteres occurrit etiam de mensura trans- late accepta, et est secundum, secondo ciò, in cor- rispondenza a ciò. *Plaut.* *Pseud.* 2. 3. 13. Proinde ut quisque fortuna utitur, ita præcellet: atque exinde sapere eum omnes dicimus. *Id. Most.* 1. 3. 71. Ut fama est homini, exin solet pecuniam invenire: ergo si bonam famam mibi servasso, sat ergo dives. *Varro* 1. *R. R.* 20. 4. Ad molas illi asellis, alti vac- cis ac multis utuntur, exinde ut populi facultas est.

EXINFULABAT, exserebat; infulas enim sacerdotum filamenta vorabat. *Paul.* *Diac.* p. S1. 18. *Mull.*

## EXINTERO. V. EXENTERO.

EXJOCOR, ɔris, ari, dep. 1. idem quod jocor, la- do. *Catull.* 21. 5. nam simul exjocaris una. *Hærens* ad latus, omnia experiris. Altii multo rectius leg- iam simul es, jocaris una, *Hæres* ad latus, etc. h. e. cum illo consuecis, vel edis.

EXISONA. *Vitruv.* 4. 8. 4. Schn. Uti reliqua exi- sona, quæ solent esse in frontibus, ad latera sunt translati. *Barbarus* vertit le altre parti eguali, quasi sit ab *icos* equalis et *Vitruv.* scripsit *ëgi- cov*, ex cuius corruptione exiterit paullatim illud exisona: quæ conjectura est *Baldi* in *Lex.*, ubi ad- dit placere *Turneo* lectionem mutari et ex his omnia legi. *Schneiderus* vulgatam lectionem reti- nuit, et *Baldi* conjecturam parvi pendit, quoniam in hoc *Vitruv.* loco de re nobis incognita sermo est.

EXISTIMABILIS, c, adjct. qui existimari pot- est, probabilis, veri similis. Est *Cæsii* *Aurel.* 2. *Acut.* 5. et 35., et 3. *ibid.* 17. ad fin.

EXISTIMATIO vel existimatio, ônis, f. 3. actus existimandi; et occurrit ¶ 1. Subjective, ut vulgo ajunt, et est opinio, judicium, existimatio (It. stima, giudizio; Fr. opinion, jugement, sentiment, avis; Hisp. opinion, juicio, sentir; Germ. der Glaube, das Urtheil, die Meinung, Behurtheilung; Angl. an estimation, esteem, opinion, judgment). Existimatio sæpe cum judicio coniungitur, ut apud *Cic. Cluent.* 20. 56. Atque hoc tam judicio facto e:

Oppianico re et existimatione jam, lege et pronunciatione nondum condemnato. *Id.* 1. ad *Q.* fr. 1. 15. 43. Non est tibi his solis utendum existimationibus ac judiciis, qui nunc sunt, hominum, sed iis etiam, qui futuri sunt. *Id.* 7. *Verr.* 68. 176. Non illa tacita existimatio, sed velhemens et liberum populi Romani judicium. *Id.* *Cuent.* 29. 80. Non modo ab iis, quorum judicium atque potestas est, sed etiam ab illis, quorum tantum existimatio. *Id.* 5. *ibid.* 82. 190. In hoc genere facilior est existimatio, quam reprehensio. *Id.* *Prov. cons.* 17. 40. Quomodo sūpe aut interpellare a nonnullis, aut tacitorum existimatione reprehendar. *Id.* 5. *Verr.* 58. 133. Omnim existimationi satisfacere. *Id.* 3. de *republ.* 17. Vir optimus omnium existimatione. *Liv.* 4. 41. Quanta prudentia rei bellicae in C. Sempronio esset, non militis de imperatore existimationē esse, sed populi Romani fuisse, quoniam eum comitiis consulem legeret. *Id.* 4. 20. Qui si in ea re sit error, communis existimatio est. ognuno può giudicarlo. *Vitrav.* 5. 5. a med. Indecens status signorum publice civitati vitium existimationis adjicit. mancanza, disfatto, ignoranza di buon gusto. *Sueton.* *Tib.* 58. extr. Dictum factum alicujus existimatione aliqua lādere. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 16. 16. (47). Propior vero prior existimatio feret, si etc. sarebbe più verisimile la prima opinione, se etc. Alter *Plin.* *Paneg.* 62. extr. Ne resperxeris clandestinas existimations nullisque magis quam audientibus insidiante susurros. *Ascon.* ad *Cic.* *Mil.* 12. 32. p. 46. *Bait.* Compares alias, nimis etiam, ut existimatio est, asperitate usus, damnavit. come comunemente si stima. — Differt ab estimatione, quod hac fere ad prelīo refertur; existimatio ad cetera. Præterea existimatio est de re perpeccata et cognita judicium: existimatio est de re putata et probabili. Contra illi putant, existimationem esse cogitationis et opinionis, existimationem perfecti omnino judicii. ¶ 2. Objective, uti ajunt, seu passiva significatio sumitur pro bone fama, opinione, auctoritate, dignitate, honestate, eūdōgīa, δέξα, επιτρίπα (It. buon concetto, riputazione, stima, onore; Fr. estime, considération, réputation, honneur; Hisp. estima, estimacion, reputacion; Germ. der Auf, der gute Name, die Achtung, Gelung, der Credit; Angl. good opinion, reputation, credit, honour, fair fame). Ita definit *Calistrat.* *Dig.* 30. 13. 5. Existimatio est dignitatis illesse status, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro, auctoritate legum, aut minuitur, aut consumitur. *Cic.* 5. *Fam.* 20. Nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem, aut existimationem tuam. *Id.* *Flacc.* 22. 52. Homo egens, sordidus, sine honore, sine existimatione, sine censu. Sic *Id.* *ibid.* 15. 35. Homo fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus. *Id.* 1. *Att.* 1. Inopem esse ab amicitia et existimatione. *Id.* 2. *Orat.* 49. 200. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse. *Id.* *Rosc.* *Com.* 6. 16. Judicia summae existimationis et pene dicam capitū. *Id.* 1. *Att.* 1. 4. Non contra amici summam existimationem mīserissimo ejus tempore venirem. *Nepos Att.* 15. Suan existimationem in ea re agi putabat. *Id.* *Agesil.* 4. Bonam existimationem regno præponere. *Sueton.* *Ner.* 12. Existimationis integræ vir. — Jungitur et multis Verbis. *Cic.* 13. *Fam.* 73. 2. Alicujus existimationem violare. *Id.* *Planc.* 2. 6. et 3. *Fam.* 8. 7. offendere. *Id.* 3. *Fam.* 10. 8. oppugnare. *Sueton.* *Cæs.* 75. lacerare. *Cic.* 4. *Herenn.* 10. 14. Perdere existimationem. *Nepos Cat.* 2. Detrimentum existimationis facere. *Cic.* 1. ad *Q.* fr. 1. 4. Committere alteri existimationem suam. *Id.* *ibid.* 1. 5. Alicujus existimationi consulere. *Cæs.* 3. *B. C.* 1. Ad debitorum tuendam existimationem. h. e. fidem, il credito. — Quod attinget ad judicia summae existimationis apud Romanos, V. *Klotz* ad *Cic.* *Cœc.* 3. 8.

**EXISTIMATOR**, ūris, m. 3. qui existimat, certet. *Cic.* 3. *Orat.* 22. 83. Stultus alieni artifici existimator. *Id.* *Brut.* 39. 146. In augendo, in ornando, in refellendo magis existimator metuendus, quam admirandus orator. *Id.* *ibid.* 54. 200. Existimator intelligens dicendi. *Id.* *ibid.* 93. 320. doctus et intelligens. *Id.* *Orat.* 31. 112. Ut existimatores videamus loqui, non magistri. *Id.* 3. *Fin.* 2. 6. Te habeo equissimum existimatorem et judicem. *Gell.* 20. 1. 10. Existimator non levius.

Homonym. In quo existimator differat ab estimatore, V. in v. o. praeced. 1.

**EXISTIMATUS** et antique existumatus, a, um. V. voc. seq.

**EXISTIMO** et antique existumo, as, ävi, åtum, are, a. 1. Part. Existimans sub c.; Existimatus sub a. et b.; Existimatur sub d.; Existimandus sub a. — Ratione habita etyma, conjungendum est cum cestimo, quocum saepē in MSS. libris confunditur (*V. Criticos* ad *Liv.* 34. 2.), et a quo quid differat in **EXISTIMATIO** 1. diximus. Ceterum existimare, δοξέω, νομίζω, est putare, opinari, censere (It. giudicare, pensare, stimare; Fr. juger, apprécier, avoir telle ou telle opinion, estimer, croire, penser; Hisp. juzgar, hacer dictamen, estimar, reputar, presumir; Germ. urtheilen, glauben, meinen, das fürhalten; Angl. to judge, think, repute, esteem, determine). Occurrit — a) Cum accusativo rei aut personæ. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 24. 38. Si improbum Crespontem existimaveras. *Ter.* *Heaut.* 2. 3. 41. Ea res dedit existimandi copiam quotidiana vita consuetudinem. *Cic.* 5. *Verr.* 82. 190. Eum, qui hoc facit, avarum possimus existimare. *Quintil.* 5. 12. 21. Athletarum corpora decora vere existimaverunt. — Passive. *Cic.* *Cœc.* 4. 6. Fulcinus domi sua honestus existimatus est. *Id.* 2. *Orat.* 66. 268. P. Cornelius, homo, ut existimabatur, avarus et furax. *Id.* *Harusp.* resp. 13. 29. Dejotarus a senatu regali nomine dignus existimatus. *Quintil.* 11. 3. 8. Qua fama diu princeps oratorum existimandus est. *Id.* 5. 9. 13. Popularitas signum affectati regni est existimatum. *Id.* 9. 1. 27. Assimilata et arte composita procul dubio sunt schemata existimanda. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 14. (35). Capillus juxta feminis virisque existimatur in probro. *Id.* 24. *ibid.* 15. 84. (135). Chamæcissos quum floret, existimari potest alba viola. *Gell.* 1. 9. Pro existimato captu solertia. *Id.* 10. 23. Cato non solum existimat, sed multatas quoque a judice mulieres refert. censurate, riprese. — b) Cum Infinito. *Plaut.* *Most.* 1. 3. 147. Tu me amas, ego te amo; merito id fieri uteque existimat. *Id.* *Asin.* 1. 2. 23. Ne id quidem me dignum esse existimat, quem ad eam etc. *Id.* *Bacch.* 3. 6. 19. Atque il se quum frustantur, frustrari alios stolidi existimant. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 33. 89. Si maiores nostri existimassent, quemquam Rulli similem futurum. *Id.* 15. *Fam.* 21. Non possum existimare, plus quemquam a se ipso, quam me a te amari. *Id.* *Brut.* 36. 138. Ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos. — Passive. *Cic.* 2. *Orat.* 1. 4. Fuit hoc in utroque eorum, ut Crassus non tam existimari vellet non didicisse, quam illa despiceret etc. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. Disciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam translatā esse existimatur. *Nepos Phoc.* 2. Qui bene de republica mereri existimabantur. *Quintil.* 9. 2. 92. Themistocles suasisse existimatur Atheniensibus etc. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (118). Faba hebetare sensus existimata. — Et passive impersonaliter. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. Huc (insulæ) millia passuum nccc in longitudinem esse existimatur. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (81). Trapobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est. Huc referri potest et illud *Liv.* 23. 13. a med. Existimatu facile est. — c) Sequentia relativa. *Ter.* *Phorm.* 1. 1. 11. Haud existimans, quanto labore partum. *Cic.* 1. ad *Brut.* 4. Quanta sim laetitia affectus, facilis est tibi existimare, quam mihi scribere. *Sall.* 3. *Hist. in orat.* *Macri Lic.* trib. pleb. Si, Quirites, parum existimaretis, quid interesset etc. *Id.* *Jug.* 85. Nunc vos existimate, facta, an dicta pluris sint. In his duobus *Sallustii* locis, nec non in atlatis *Ter.* *Phorm.* 1. 1. 11. et *Heaut.* 2. 3. 41. *Forcellino* videbatur existimare ponit pro existimare. *Cæs.* 3. *B. G.* 102. Utrum avertendæ suspicionis causa Pompejus proposuisset, ut etc. —, an novis delectibus Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat. *Liv.* 22. 59. Qui (*Pyrrhus*) utrum avarior, an crudelior sit, vix existimari potest. — d) Cum Ablat. et præpos. de. *Cic.* 1. *Legg.* 2. 7. De scriptoribus, qui nondum ediderunt, existimare non possumus. formar giudizio. *Id.* 1. *Fam.* 7. 5. Ex eventu homines de tuo consilio existimatos videmus. — Passive impersonaliter. *Cic.* *Brut.* 21. 82. Orationes, ex quibus existimari de ingeniosis oratorum potest. — Huc pertinet et loquendi ratio bene aut male existimare de aliquo, ut apud *Cic.* 6. *Att.* 2. 3. De isto Dicæarcheo non minus bene existimabat (Dionysius), quam tu de C. Vestorio. *Id.* 2. *Off.* 10. 36. Quos improbos putant,

eos contemnunt quidem neutquam, sed de iis male existimant. — Bene aut male existimare de aliquo non solum est bene aut male opinari, sed etiam per metonymiam bene aut male loqui. *Seneca* 3. *Ira* 22. Quid facilius sit Antigono, quam duos manipulares duci jubere, qui incubentes regio tabernaculo faciebant, quod homines et periculosissime et libentissime faciunt, de rege suo male existimabant? *sparavano*. *Id.* *Ep.* 68. Quid autem tecum loquaris? quod homines de aliis libentissime faciunt: de te apud te male existimas. — e) Absolute. *Quintil.* 9. 1. 29. Ut Cicero existimat. *Id.* 8. 6. 67. Sicut multi existimarent. — Et passive impersonaliter. *Cic.* 2. de *republ.* 15. Sæpe hoc de majoribus natu audivimus, et ita intelligimus vulgo existimari.

**EXISTO**. V. EXISTITO.

**EXISTIBILIS**, e, adjet. existium afferens, existialis. *Cic.* 10. *Att.* 4. 3. Bellum comparat non injustum ille quidem, suis tamen ciyibus exitiabile. *Liv.* 29. 17. Exitiabilis tyrannus. *Ovid.* 6. *Met.* 257. Temum exitiabile. *Sueton.* *Aug.* 23. Clades pape ex ixiabilis. *Id.* *Claud.* 25. discordie. *Tac.* 6. *Ann.* 24. Exitiabilis in suos, infensus reipubl. animus. *Vellej.* 2. 112. 3. Exitiabilis famæ.

**EXISTIBILITER**. V. EXITALITER.

**EXISTITALIS**, e, adjet. existium afferens, permicidus, existiosus. *Cic.* 7. *Verr.* 6. 12. Perditæ civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus existitiae habere, ut damnati in integrum restituantur. *Virg.* 2. *Æn.* 31. Donum exitiale. *Id.* 6. *ibid.* 511. scelus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 72. 93. (198). Animalia venenata magis existitiae, si etc. *Capell.* 2. p. 44. Exititalis horror. *Sueton.* *Cal.* 50. Criminosum et existitiae habebatur.

**EXITALITER**, adverb. permicidose. *Augustin.* 6. *Confess.* 7. Quia circum existitiae amabat. *Al.* leg. existitabiliter, quod idem sonat.

**EXITIO**, ônis, f. 3. exitus. *Plaut.* *Truc.* 2. 6. 30. Quid illi ex utero exitio est?

**EXITIOSÉ**, adverb. permicidose. Occurrit tantum Superl. *Exitiosissime* apud *Augustin.* *Ep.* 8. 3. Videtur mibi exitiosissime credi.

**EXITIOSUS**, a, um, adjet. Comp. *Exitiosior* et Sup. *Exitiosissimus*. — Exitiosus est exitium afferens, existialis. *Cic.* 4. *Cat.* 3. 6. Hanc tantam, tam exitiosam haberi conjugationem a ciibus numquam putavi. *Id.* *Planc.* 36. 87. A servis cædem fieri bonorum reipubl. exitiosum fuisse. *Id.* 6. *Fam.* 1. 5. Et fieri posse ex exitiosum fore videbam. *Tac.* 2. *Hist.* 31. Otho luxu, sævitia, audacia reipublicæ exitiosior ducetab. *Tertull.* *Anim.* 34. Helena exitiosissima Priamo.

**EXITICUM**, ii, n. 2. Exitium pro exitiorum dixit *Pacuvius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 67. et *Orat.* 46. 155. — Exitium ab exire ¶ 1. Generatum est exitus. *Paul.* *Diac.* p. 81. 4. *Müll.* Exitium antiqui ponebant pro exitu; nunc exitium pessimum exitum dicimus. ¶ 2. Hic specialiter est pernicio, ruina, extrema calamitas, interitus, ὀλεθρός (It. rovina, danno totale, ultima rovina, mal fine, morte; Fr. ruine, perdition, perle, destruction, renversement, chute; Hisp. ruina, destrozo, perdition, caimento; Germ. das Verderben, der Untergang, das Unheil; Angl. ruin, mischief, perdition, destruction, death). Occurrit — a) In sing. numero. *Plaut.* *Cist.* 4. 1. 10. Ego illam anum irridere me ut sinam? satius est mihi quovis exitio interire. *Lucret.* 1. 225. Nullius exitium patitur natura. *Id.* 5. 99. et 345. Exitium cæli terræque. *Id.* 5. 98. et *Seneca Med.* 1001. Dare aliquem exitio. *Cic.* 1. *Cat.* 4. 9. Qui de meo nostrumque omnium interitu, qui de hujus urbis atque adeo orbis terrarum existit cogitent. *Id.* 4. *ibid.* 5. 10. Quum de pernicie populi Romani, exitio hujus urbis tam acerbe tamque crudeliter cogitaret. *Id.* 1. ad *Q.* fr. 4. 4. Me miserum' ego omnibus meis exitio fuero. Sic *Horat.* 1. *Od.* 28. 18. Exitio est avidum mare nautis, et similiter *Sueton.* *Cæs.* 1. Exitio esse alicui. *Rursus Horat.* 1. *Od.* 16. 17. Ira Thyesten exitio gravi Stravere. *Id.* 3. *ibid.* 16. 13. concidit auguris Argivi domus ob lucrum Demersa exitio. *Sall.* *Cat.* 55. extr. Ita ille patricius ex clarissima gente Corneliorum (h. e. Lentulus) dignum moribus factisque suis exitium vita inventit. *Ovid.* 1. *Met.* 146. Imminet exitio vir conjugis, illa mariti. *Sueton.* *Aug.* 94. Velliterni pene ad exitium sui cum Romanis belligeraverunt. *Id.* *Cal.* 11. Exitio suo omniaque Ga-

rum vivere. *Apul.* 5. *Met.* Exitum mortis. *Seneca Agamemn.* 523. Mittere exitio Doricum genus. *Id. Phoeniss.* 342. Rapere in exitium omnia. *Id. Med.* 513. Trahere in exitium quempiam. *Tac.* 1. *Ann.* 22. Armare quempiam in exitium alterius. *Id. ibid.* 32. Dedere aliquem ad exitium. *Id. ibid.* 43. Iras civiles in exitium hostibus vertere. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 10. 58. (178). Formicæ non minimum hortorum exitium. — b) In plur. numero. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 7. Omnia me mala consecutantur, omnibus exitibus interii. *Pacuvius apud Cic.* 1. *Divinat.* 31. 67. et *Orai.* 46. 155. Jamque mari magno classis citâ Texitur, exitium examen rapit. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 4. 10. Neque vero illa popularia sunt existimanda, judiciorum perturbationes etc. — qui civitatum afflictarum perditis jam rebus extremi exitiorum solent esse exitus. *Id. Mil.* 2. 8. Quos P. Clodii furor rapinis et incendis et omnibus exitiis pavit. *Virg.* 7. *Æn.* 129. haec res supraea manebat Exitus positura modum. *Val. Flacc.* 1. 809. date fallaci pudibunda senectæ Exitia indecoresque obitus. *Forcellinus* hunc *Flacci* locum singulari paragi, distinxit, et exitium accepit pro exitu, fine, interitu.

## EXITUS, a, um. V. EXEO.

EXITUS, us, m. 4. (exeo) actus exeundi, ἔξοδος (It. uscita, esito; Fr. action de sortir, sortie; Hispan. el acto de salir, salida; Germ. das Herausgehen, Fortgehen, der Ausgang; Angl. a going out, exit).

I.) Proprie. ¶ 1. Subjective, uti ajunt, et abstracte pro exeundi actu. — a) De hominibus. *Cic.* 4. *Parad.* 29. Reditum mihi gloriosum injuria tua dedit, non exitum calamitosum. *Cæs.* 7. *B. G.* 44. Quin pene circumvallati atque omni exitu et pabulatione interclusi viderentur. *Id.* 3. *B. C.* 69. Primis oppressis, reliqui per horum corpora salutem sibi atque exitum pariebant. — Et in plur. num. *Cæs.* 1. *B. C.* 21. Hostiatur (tribunos militum), non solum ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asservent. — b) De rebus inanimis. *Lucret.* 6. 493. per spiracula mundi Exitus introitusque elementis redditus exstat. *Id.* 1. 101. Hostia concideret mactatu mæsta parentis, Exitus ut classi felix faustusque daretur. *Id.* 6. 727. fit liber minus exitus amni. *Id. ibid.* 586. exitus animalium. h. e. venti. *Quintil.* 1. 11. 7. Qua (tibiae) præclausis, quibus clarescunt, foraminibus, recto modo exitu graviore spiritum reddunt. ¶ 2. Objective, uti ajunt, seu concreto sensu est locus, unde exitur. *Varro* 5. *L. L.* 115. *Müll.* Exitus non habet, ac pervium non est iter. *Cæs.* 7. *B. G.* 28. Quoniam angusto portarum exitu se ipsi premerent. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (228). In exitu palidis. *Id. ibid.* 63. 63. (156). Spiritu exitum quærere. *Id.* 11. *ibid.* 31. 40. (116). Cibi exitus. h. e. foramen sedis. — In plur. num. *Nepos Hann.* 12. Ut in omnibus partibus ædificiis exitus haberet. *Liv.* 39. 51. Septem exitus e domo fecerat. *Val. Flacc.* 4. 718. et 8. 185. Exitus Istri. le bocche. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 14. 48. (82). Alvorum, quoniam mel eximitur, illinere exitus. *Colum.* 6. *R. R.* 30. 8. Obsessos naturales exitus adaperire. h. e. intestinorum canales.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim ponitur pro sine cuiusque rei, fine. *Cic. pro leg. Manil.* 1. 3. Hujus orationis difficillus est exitum, quam principium invenire. *Id. 3. Fam.* 12. 2. Quemadmodum expediam exitum hujus institutæ orationis, non reperto. non so, come venire a capo. Cf. *Cæs.* 4. *B. G.* 8. Ad hæc Cæsar, que visum est, respondit; sed exitus fuit orationis sibi nullam cum his amicitiam esse posse. *Cic.* 1. *Nat. D.* 20. 53. Tragici poætae, quoniam explicare argumentum exitum non potestis, confugitis ad Deum. *Id. 5. Tusc.* 6. 15. Adducta ad exitium quæstio est. *Id. 10. Fam.* 22. 2. Quoniam propter tarditatem sententiarum ea, quæ consulebantur, ad exitium non pervenirent. *Id. Orat.* 33. 116. Numquam ad exitum perveniri potest. *Id. Fat.* 19. 44. Utrique ad eundem exitum venient, ranno a finire nella stessa cosa. *Cæs.* 3. *B. C.* 22. Ita magnarum initia rerum celerem et facilem exitum habuerunt. — Similiter exitus verborum est eorum positio extrema, desinenza. In plur. num. *Varro* 10. *L. L.* 62. *Müll.* Habent exitus aut in a, aut in e, *Cic. Orat.* 49. 161. Verba, quæ casus habent in exitu similes. — Item de aliis. *Cic.* 5. *Phil.* 16. 42. Fuga exitum non habebat. h. e. non patet fugienda locus. *Liv.* 43. 17. Reit exitum imponere, dar sine. *Horat.* 3. *Od.* 6. 6. Huc omne principium, huc refer exitum. *Cic. Mur.*

57. 80. In exitu est meus consulatus. *Liv.* 35. 10. Io exitu jam annus erat. era sul fine. *Id.* 30. 26. Exitu superioris anni. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (170). Exitu veris. *Cæs.* 3. *B. C.* 9. oppugnationis. — In plur. num. *Cic. Brut.* 34. 128. Bonis initisi orsus tribunatum tristes exitus habuit consulatus. *Id.* 2. *Orat.* 77. 312. Ea causæ sunt plenissimæ, quæ plurimos exitus dant ad ejusmodi degressionem. ¶ 2. Speciatim exitus vita et exitus absolute est vita biois, mors, fine, morte. — a) Cum additis. *Nepos Eumen.* 13. Eumenes tam exitum vitæ habuit. *Vellej.* 2. 7. 1. Hunc Gracchi vita mortisque habuerunt exitum. — b) Absolute. *Cic.* 1. de repub. 16. Quibus quidem Romulus tenebris etiam si natura ad humanum exitum abripiuit, virtus tamen in caelum dicitur sustulisse. *Nepos Phoc.* 4. Hunc exitum plerique clari viri habuerunt. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 74. (197). Duraveræ usque ad Sejanum exitum. *Ammian.* 14. 11. Tertore propinquants exitus jam præsepultus. — Sic exitum facere est idem atque habere. *Sueton. Ner.* 46. Daturos penas sceleratos, ac brevi dignum exitum facturos. Adde *Petron. Satyr.* 2.; et *Senec. Ep.* 115. a med. — Io plur. num. *Cic. 3. Nat.* 37. 89. Non unquam bonos exitus habent boni. *Id. 2. Divinat.* 9. 24. Non isset ad arma Pompejus; non transisset Crassus Euphratem; non suscepisset bellum civile Cæsar. Non igitur fatales exitus habuerunt. ¶ 3. Item speciem ponitur pro eventu, successo, effetto. *Cic.* 6. *Fam.* 1. 5. Si mihi alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum est. *Id. Marcell.* 5. 15. Incertus exitus et anceps fortuna bellum. *Id. 1. ad Brut.* 10. sub fin. Eam rem publicam, quam virtute magis, quam evenitum rerum liberasti, exitu libera. h. e. re ipsa, in effetto, col fato. *Cæs.* 7. *B. G.* 52. Quod plus se, quam imperatorem, de victoria atque exitu rerum sentire existinarent. *Id. ibid.* 62. Incerto etiam nunc exitu victoriae. *Id. ibid.* 77. Concilio coacto de exitu fortunarum suarum consultabant. *Id. 3. ibid.* 8. Nihil nisi communis consilio acturos, eumdemque omnium fortunæ exitum esse laturos. *Plancus apud Cic. 10. Fam.* 8. 3. Ut quæ reipublice polliceremur, exitu præstaremus. *Horat.* 3. *Od.* 29. Prudens futuri temporis exitum Caligino nocte premittit Deus. *Ovid.* 6. *Fast.* 563. Exitus accessit verbis. al detto segui il fatto. — In plur. num. *Cic. 2. Fam.* 16. 6. Sed ego fortasse vaticinor, et hæc omnia meliores habebunt exitus. *Id. 2. Divinat.* 21. 52. Responsa haruspicum, quæ aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios, o non ebbero effetto, o avvennero al contrario. *Horat.* 4. *Od.* 8. 34. Liber vota bonos ducit ad exitus. riduce a buon fine. *Id. 4. ibid.* 14. 38. Fortuna Belli secundos reddidit exitus. — Exitus acta probat apud *Ovid. Heroid.* 2. 85. genus proverbii est, l'esito approva, giustifica le azioni. Quod tamen a sapientibus improbatur. Nam eventus est stultorum magister, ut ait *Liv.* 22. 39. et *Clau. dian.* 2. in *Eutrop.* 480. Improbat etiam *Ovidius ibid.*

**EXJURO**, as, arc, a. 1. idem quod juro, aut valde juro. *Plaut. Amph.* 3. 3. 18. Quando istæ omnia exjuravisti te mihi dñe per jocum. *Ita Non.* p. 103. 22. *Merc.* Sed in plerisque editionibus *Plauti* sic versus deest.

**EXLAUDAT**, extra finem laudat. *Gloss. Placid.* edente A. Mai. p. 461.

**EXLETUS**, a, um, adjct. valde latetus. *Apul.* 3. *Met.* Tandem Fotis mea sui longe dissimilius advenit: non exulta facie, sed etc. *Alii divisim scribunt ex laeta, alií melius non enim laeta.*

**EXLÉCÉBRA**. V. ELECEBRA.

**EXLEX**, legis, omn. gen. qui nulla lege tenetur, qui supra leges est: sive quia non debet, sive quia non vult subjici legibus. *Varro apud Non.* p. 10. 19. *Merc.* Postremo quero, parebis legibus, an non? anne exlex solus vives? *Lucilius apud eum.* ibid. *Cic. Cluent.* 34. 94. Non quod illi exlegeam esse Sullam putarent. *Horat. Art. P.* 224. Spectator potus, et exlex. *Liv.* 9. 34. An hoc dicas, lege populum teneri, te unum exlegeam esse?

**EX LIBERTO**, indect. qui fuit libertus. V. EXDUCE. *Vel. Scholast.* ad *Jureval.* 14. 306. Licius ille ex liberto Claudi.

**EX LIBRARIO**, m. qui fuit librarius. *Inscript.* apud *Rénier.* 102. ex l. (h. e. ex librario) AVFIDIVS PROCESSVS. ex l. l. (h. e. ex librario legati) STENIVS

FLAVIANVS. Adde *ibid.* pluries; et *Inscript.* apud *Henzen.* 5534.

**EXLINEARIUS**, a, um, adjct. qui ex lineis constat. *Simplic.* p. 87. *Goes.* Subseciva appellantur, quæ a secundantibus lineis remanent, naturam extremitatum servantia, quæ quum vel communis iuris, aut publici essent, possessionibus vicinis tunc Domitianus imperator præfatur, hoc est, ut exlinearia arclinalium, vel occupatorlorum licentiam trüberet. *Hæc ita Goes. legenda putat.*

**EX MAGISTRO**, m. qui fuit magister. *Ammian.* 22. 11. 2. Post quem Marcelli ex magistro equitum et peditum filius — publica deletus est morte. Adde *Inscript.* apud *Henzen.* 5595. *Cod. Theod.* præfat. Comes, ex magistro libellorum. Adde *Ibid.* 11. 1. 1. — Et in plur. num. *Ibid.* 1. 1. 5. Comazontem atque Kubulum ex magistris scriniorum. Adde *Ibid.* 7. 8. 3.

**EX MAJORIARIO**, m. qui fuit majorarius. *Inscript.* apud *Orell.* 1532. HERCVLI AELIANO SACRVM QVEM CONSEGRAVIT SAMNIVS TERTULLINVS EX MAIORIARIO.

**EXMENS**, mentis, omn. gen. 3. demens, amens. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 59. qui non moderabitur iræ, Infectum volet esse dolor quod suaserit exmens. *Ple-riq. omn. rectius leg.* et mens.

**EX MILITE**, m. qui fuit miles. *Inscript.* apud *Orell.* 3584. VALERIVS ..... SVS CAVSARIVS EX MILITIS PRAETORIANI FRAT. ET CONIVX PARAV.

**EXMOVEO**. V. EMOVEO.

**EXNAUPHYLAX**, acis, m. 3. qui nauphylacis mundare functus est. V. NAUPHYLAX.

**EXÖBRÜO**, brûis, brûtum, brûre, a. 3. (ex et obruo). Part. *Exobratus.* — Exobruo est ero. *Vulgat. Ital.* (edente A. Mai) *Proserb.* 29. 22. Vir animosus fodit contentionem, vir autem iracundus exobruet peccata. *Apul.* 9. *Met.* Dolium exobruti protinus tradatur emptori.

**EXOBRUTUS**, a, um. V. voc. præced.

**EXOSÉCRO**, as, are, a. f. valde obsecro. *Plaut. Asin.* 1. 3. 93. Supplicabo, exobsecrabo, ut quemque amicum video.

**EXOCHÁDIUM**, ii, n. 2. diminut. *Exochadov*, ali *Exochyn* prominentia, est tuberculum in ano. *Marcell.* *Empir.* 31. Exochadia acetio illinere. Adde *Theod. Priscian.* 2. 30. et 1. 27. sub init. V. et vocem seq.

**EXOCHAS**, *Edis*, f. 3. *Exochys*, tuberculum in ano, idem quod exochadium. *Augustin. Ep.* 149.

**EXOCHE**, es, f. 1. *Exochy*, excellentia. Inter verborum figuram enumeratur ab *Isid.* 2. *Orig.* 20. hisce verbis: Exoche. Quis eos appellavit? Appius. Quis produxit? Appius.

**EXOCETUS**, i, m. 2. *Exoxotov*, pisces ita dictus, quod in siccua dormiendo causa creat, apud *Plin.* 9. *Hist. nat.* 19. 34. (70), ab *Exo extra et xotov* cubiti vel somnis.

**EXOCULASSO** et

**EXOCULATUS**. V. voc. seq.

**EXOCULO**, as, avi, åtum. are, a. f. (et et oculus). Part. *Exoculatus.* — Exoculare est privare oculis. excæcare. *Plaut. Rud.* 3. 4. 26. Si ne ei caput exoculassisit, ego vos virgis circumvinciam. pro exoculaveritis. Quidam ex hoc *Plauti loco male* formant *Exoculasso*, ls. *Apul.* 7. *Met.* Cæram et prorsus exoculatum esse fortunam. Adde *eumd.* 8. *Ibid.*

**EXÓDIARIUS**, ii, m. 2. in fine fabulæ intrabat, recitabatque aliquid extra rem, ad exilarandos animos tragicis affectibus turbatos, ut *Vel. Scholast.* ad *Juvenal.* 3. 175. docet. *Ammian.* 28. 4. Exodiario, venatori, aurigæ et hystrionicum generi omni. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* 637. 1., quæ est apud *Orell.* 2591.

**EXÓDIUM**, ii, n. 2. *Exodiov*. ¶ 1. Generatim, si verbi vim species, exodium est exitus, finis, ut *Non.* p. 27. 14. *Merc.* docet, et *Paul. Diac.* p. 80. 18. *Müll.* confirmat: apud quem alii leg. exodium. Quo sensu *Varro apud Non.* ibid. Quoniam Socrates bibisset καρπον in exodium vita. et. Ab origine ad exodium. et. Quod cuperas modo in via, norra, ut ad exodium ducas. *Tertull.* Habit. mul. 2. Miser pulvis, quo oculorum exodia producuntur. — Hinc ponitur et pro qualibet conclusione. *Hieronym.* Ep. 129. n. 1. Ut secundum præclarri oratoris exodium, spes in ea (*infantula*) magis laudabilis sit, quam res. Respicit illud *Cic. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 6. *Æn.* 877. *Fannii*, causa difficultis laudare pueri;

non enim res laudanda, sed spes est. ¶ 2. Specia-  
tim Græcæ est canticum, quod in exitu fabulæ can-  
batur: ab ἔξοδος exitus, finis. A Latinis exodia  
(quæ initio ab honestis adolescentibus accepitabantur,  
ut est apud *Liv.* 7. 2., postea mīmis relicta) dicta  
sunt ridicula intexta versibus, quæ fabellis potissi-  
mum Atellanis conscrebantur, ad risum moveendum.  
Aliud omnino suere posterioribus temporibus, nem-  
pe fabulæ breviores (ut ex *Sueton.* *Domit.* mox af-  
ferendo colligitor), quæ præcipue agebantur in fine  
tragœdiarum, ut quidquid lacrimatum atque tristitia  
spectatores cogissent ex tragicis affectibus, hu-  
jus spectaculi risus detergeret, ut ait *Vet. Scholias.*  
*Juvenal.* ad illud 3. 174. taediumque redit ad pulpi-  
ta oclum Exodium, quum personæ pallentis hiatum  
In gremio matris formidat rusticus infans. *Id.* 6. 71.  
Urbiens exodio risum movet Atellanæ. *Sueton.* *Tib.*  
45. Exodium Atellanarum. *Id.* *Domit.* 10. Quid  
scenico exodio, sub persona Paridis et Cœnones, di-  
vortium suum cum uxore taxasset.

EXÖDÖRÄTUS, a, um, partie, ab inusit. exodo-  
ro, odore privatus, apud *Tertull.* *Pall.* 4. Alii re-  
ctius leg. exeduratus, quam vocem vide.

EXÖDUS, f. 2. ἔξοδος, exitus. Hinc Exodus in-  
scribir liber Moysi, in quo Israelitarum ex Ägypto  
exitus narratur. *Tertull.* *advers.* *Jud.* 14.

EXÖLÉO, es, évi, étum, ere. *V.* voc. seq.

EXÖLESCO, ölescis, ölevi, öletum, ölescere, n.  
inchoat. 3. Alia forma exoleo, nulla tamen auctoritate  
Irmata, legitur tantum apud *Priscian.* 9. p. 872. *Putzsch.* Exoleo quoque exolevi, unde exoleitus,  
exolecta, exoleatum. Item *Not. Titr.* p. 167. Olet, ab-  
oleo, exoleo. — Part. *Exolescens* I. 3.; *Exolefus* I.  
1. 2., et II. — Exolesco (ab ex et ant. olesco, quod  
est cresco) proprie est crescere desino, ut docet  
*Paul. Diac.* p. 5. 7. *Müll.* Exolefus qui excessit  
olescendi, id est crescendi modum. et p. 80. 12.  
*Müll.* Exolefus qui adolescere (an legendum  
olescer?), id est crescere desito. παραχράσιον (It.  
finir di crescere; Fr. cesser de grandir, avoir termi-  
né sa croissance; Hisp. cesar de crecer; Germ.  
auswachsen, zur vollen Grösse gelangen; Angl.  
to fade, grow stale).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim ac stricto sensu.  
*Plaut. fragm.* apud *Priscian.* loc. cit. Domi reliqui  
exolefati virginem, h. e., ut ipse *Priscian.* ibid. ia-  
terpretatur, grandem, quæ exoleverant. adulta, avan-  
tata in etâ. ¶ 2. Specialem exolefi — a) Dicun-  
tur pueri meritorii adultæ jam atatis, qui tum viro-  
rum, tum seminarum libidini satisfacere possunt.  
*Martial.* 12. 92. Communis tibi cum viro, Magulla,  
Quoniam sit lectulus, et sit exolefus. Cf. *Sueton.* *Gall.*  
22. Libidinis (erat) in mares prorioris, et eos non-  
nisi prædros exolefatosque. — b) Universum vero  
ita appellantur quicunque pueri impudici et alienæ  
libidini inservientes, quorum publicum usum Philip-  
pus Aug., teste *Lamprid.* *Alex. Sev.* 24. et *Ela-  
gab.* 32.; vel ut testatur *Hieronym.* in *Isaiam* 1.  
2. 7., Constantinus Aug. omnium primus edicto sus-  
tulit. *Plaut. Pten.* prol. 17. Scortum exolefum ne  
quis in proscenio sedeat. *Cic. Mil.* 21. 55. Clodius,  
qui semper secum scorta, semper exolefatos, semper  
lupas duceret etc. Adde *Sueton.* *Ces.* 49. et 76.,  
*Tib.* 43., *Cal.* 24., et *Tit.* 7.; et *Martial.* 3. 82. —  
c) Adjective. *Vellej.* 2. 26. In qua civitate petulantis  
convicli judicium bistrioni exolefo redditur. *Tac.*  
15. *Ann.* 37. Remiges exolefi. — Exoletorum usus,  
seu potius infamis abusus apud Romanos minime  
vetitus fuit, dummodo meritorii hi pueri ex servili  
conditione essent. Eos primus vetuit Philippus Aug.,  
sed irrito conatu, ut constat ex *Aurel. Vict. Cæ-  
sar.* 28. Quare ab *Hieronymo* standum, qui, loco  
mortuando, eorum publicum usum edicto sustulisse  
Constantinum M. narrat; quamquam apud *Aurel. Victor.*  
nulla ejus rei fiat mentio. *Lamprid.* *Ela-  
gab.* 32. Sæpe amicos suos cum Äthiopibus amiculis  
inclusi nocturni mansionibus; fecit hoc etiam de  
pueris, et tuoc, utpote ante Philippum, licetbat. *Id.*  
*Alex. Sev.* 24. Habuit in animo, ut exolefatos veta-  
ret, quod postea Philippus fecit. *Hieronym.* 1. in  
*Isai.* 2. 7. Ut inter scorta quoque in formicibus spe-  
cialiorum pueri steterint publicæ libidinibus expositi,  
donec sub Constantino imperatore, Christi Evange-  
lio coruscante, turpitudo deleta est. ¶ 3. Prægnanti-  
li, ut ajunt significatione, dicitur de iis, quæ non  
solum crescere desinunt, sed deficiunt etiam atque  
evanescent. *Colum.* 2. *R. R.* 18. 3. Multa sunt, quæ

negligentia exolescent et sunt sterilia. *Sueton.* *Aug.*  
7. Nactus puerilem imagineculam —, ferreis ac pene  
jam exolescentibus litteris hoc nomine inscriptam.  
*Apul.* 9. *Met.* Exolescent lactuæ veteres in ama-  
ram cœnosi succi curiem.

II.) Translati dicti de his, quibus homines uti,  
vel quorum meminisse desierunt, et est in desuetu-  
dinem, vel oblivionem venire, etc. *andare in dis-  
so, in dimenticanza.* *Liv.* 2. 52. Quoniam patris favor  
baud dom exolevisset. *Id. ibid.* 35. extr. Exolefum  
jam vetustate oclum. *Id.* 27. 8. Exoleta vetustate  
annualium exemplia, quibus ibid. opponitur recentis-  
simus consuetudinis usus. *Curt.* 3. 13. in fin. Non-  
dum in omnium animis memoriam majestatis sue  
exoleuisse cerebat. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 20. Exole-  
scit gratia pascui usu continuo. *Sueton.* *Gath.* 4.  
Vetus et exolefus mos. *Id. Aug.* 86. Exolefas et re-  
conditas voces aucupari. *Quintil.* 1. 6. 11. Quoniam in  
xit tabulis legeremus, Ni ita pagunt, inveniebamus  
simile huic, cadunt: inde prima positio, etiam-  
si vetustate exoloyerat, apparebat, pago, ut cado:  
unde non erat dubium sic pepigi nos dicere, ut ce-  
cidi. *Id.* 8. 2. 12. Exolefas auctores scrutari. *Plin.*  
29. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Quoniam modo exoleverint  
in medicina usu, quæ jam parata erant. *Id.* 34. *ibid.*  
2. 3. (5). Exolevit fundendi artis ratio. *Id.* 37. *ibid.*  
5. 18. (72). Catchedonii nescio an in totum exole-  
exoleverint. *Tac.* 11. *Ann.* 15. Ne vetustissima Ital-  
iae disciplina per desidiam exolesceret. *Id.* 4. *ibid.*  
10. Rumor adeo validus, ut pondum exoloscat. *Id.*  
6. *ibid.* 25. Nondum is dolor exoleverat. *Stat.* 1.  
*Silv.* 6. 99. Quos ibit procul hic dies per annos!  
Quoniam nullu sacer exolesceret ayo! — Et absolute  
Part. præter. pass. apud *Sueton.* *Claud.* 22. Exolefa  
revocavit, aut etiam nova instituit.

EXÖLÉTUS, a, um. *V.* voc. præced.

EXOLVO. *V.* EXSOLVO.

EXÖMIS, idis. f. 3. ἔξωμος, vestis substricta et  
brevis, propria veterum Romanorum et comlicorum,  
sine manicis, ab ὥπος humerus, sive quod ex ea  
humeri exsererentur, sive quod illa ex humeris pen-  
deret. *Paul. Diac.* p. 81. 3. *Müll.* et *Gell.* 7. 12.;  
sed hic Græce utitur. — Sunt tamen qui recte put-  
tant, ita appellari eam tunicam quæ alterum buime-  
rum una cum mamma nudabat, quæque Græcis ἔτε-  
πουστχαλος dicitur; ea plerumque utebantur Am-  
azones, Bacchantes et virgines Spartanæ, ut videtur  
est apud *Viscont.* *Mus.* *Pio-Clem.* T. 3. tab. 27.  
*V.* EXPAPILLATES. — Ceterum *Müll.* ad *Paul.*  
*Diac.* loc. cit. hæc adnotat: Exomides apud Græcos  
non cornici tantum erant vestitus, sed Latini Græco  
vocabulo in comedia potissimum usi esse videntur.  
Quamquam etiam apud Græcos *Pollux* 4. 18. 418.  
ἔξωμίδα εσθῆτα κωμικήν appellat. Cf. *eumd.* 7. 13.  
47.

EXÖMIUM, ii. n. 2. idem quod exomis, ut Exo-  
miuum pullum apud *Quintil.* 5. 10. 71., ubi alii me-  
lius leg. exordium, quam vocem vide.  
EXÖMÖLÖGESIS, is, f. 3. ἔξοπλόδογης, Græca  
voz confessionem significans. *Tertull.* *Prenit.* 9. Is  
actus, qui magis Græco vocabulo exprimitur et fre-  
quentatur, exomologesis est, qua delictum Domino  
nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus  
satisfactor confessione disponitur, confessione  
penitentia nascitur, penitentia Deus mitigatur. Ita-  
que exomologesis posternendi et humiliificandi homi-  
nis disciplina est, conversationem injungens miseri-  
cordie illucem. De ipso quoque habitu atque vieta  
mandat, sacco et cineri incubare, corpus sordibus  
obscurare, animalium mæroribus dejicere etc. Adde  
eumd. de oratione 7.; et *Cyprian.* Ep. 61. et alibi  
sæpe.

EXÖNÉRATIÖ, önis, f. 3. exonerandi actus, et  
translate solutio, ut Exoneratio mercedis, *Ulp. Dig.*  
19. 2. 15. ad fin.

EXÖNÉRATOR, öris, m. 3. qui exonerat. *In-  
script.* apud *Gruter.* 11. 17. 5. SEX. CORNELIO VITA-  
LIONI EXONERATORI CALCARARIO HOMINI DVLCISSIMO  
etc.

EXÖNÉRATUS, a, um. *V.* voc. seq.

EXÖNÉRÖ, as, évi, étum, are, a. 1. (ex et onero).  
Part. *Exonerans* I.; *Exoneratus* I. et II.; *Exone-  
raturus* et *Exoneratus* I. — Exonerare, απο-  
φροντιζω, est onere levare (It. scaricare; Fr. de-  
charger; Hisp. descargar; Germ. entlasten, von  
einer Last befreien, austäden, forschaffen; Angl.  
to unload, disburden, lighten, exonerate).

I.) Proprie. *Plaut.* *Stich.* 4. 1. 20.; et *Auct. B.*  
*Afr.* 8. Exonerare navem. Sic *Seneca* 4. *Excerpt.*  
*controv.* 4. jactu navigia. *Petron.* *Satyr.* 103. Ac-  
clinatus lateri navi exonerabat stomachum nausea  
gravem. Sic *Sueton.* *Claud.* 33. Ut piuna in os in-  
dereetur ad exonerandum stomachum. *Martial.* 10.  
48. Malvæ exoneraturæ ventrem. Adde *Sueton.*  
*Fesp.* 2. *Petron.* *Satyr.* 27. Exonerare vesicam.  
*Plin.* 10. *Hist. nat.* 44. 61. (120). alvum. *Id.* 8.  
*ibid.* 26. 40. (96). Profluvo sanguinis morbidum  
corpus exonerat. *Id.* 9. *ibid.* 29. 47. (88). Nautilus,  
emissa omni aqua, velut exoneratus scutina, facile  
navigat. *Id.* 11. *ibid.* 10. 10. (21). Apes onustæ re-  
meant: excipiunt eas terrea quaternæque et exone-  
rant. *Id.* 3. *ibid.* 16. 20. (118). Annes et Iacus in  
Padum sese exonerantes. *Ovid.* 3. *Fast.* 818. Exo-  
nerare colos. h. e. nendo colli pensum detrahere. —  
Huc pertinent et illa *Plaut.* *Epid.* 3. 4. 34. Ut eam  
ex hoc exonerates agro. h. e. abducas, alio amandas.  
Cf. *Liv.* 10. 6. Exonerata plebe coloniis deductis.  
Et *Tac.* 5. *Hist.* 2. Exundantem per Ägyptum mol-  
titudinem proximas in terras exoneratam. h. e. de-  
positas.

II.) Translate est levare, auferre, atque adeo sol-  
vere. *Liv.* 2. 2. Exonerare civitatem metu. *Id.* 10.  
21. Parte curæ exonerarunt senatum consulis littore-  
ræ. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 36. hanc odiis exoneratae su-  
gam. *Curt.* 4. 13. Exonerare animum sollicitudine.  
*Liv.* 42. 13. extr. Functus necessario mihi officio,  
et quodam modo liberata atque exonerata fide mea,  
quid ultra facere possum, quam etc. *Curt.* 6. 8. Exo-  
nerare conscientiam suam. et eodem sensu *Id. ibid.*  
9. Exonerare se. h. e. arcuam detegendo. Sic *Seneca*  
*Ca Ep.* 3. Quidam quæ tantum amicis committeeoda  
sunt, in quilibet aures exonerant. *Petron.* *Satyr.*  
123. Exonerare dolorem convicio. sfogare. *Seneca*  
*Hippol.* 453. Curas Bacchus exonerat. *Tac.* 3. *Ann.*  
54. a med. Exonerari laborum meorum partem fa-  
teor. *Id.* 4. *Hist.* 40. Fastos adulatione temporum  
fædatos exonerare. purgare. *Ulp. Dig.* 23. 3. 5.  
§ 10. Exonerare æs alienum. h. e. solvere.

EXÖPINO, as, are, n. 1. idem quod opinor. *Pe-  
tron.* *Satyr.* fragm. *Tragur.* 62. *Burmann.* Si aliter  
exopinassent. Alii leg. exopinissent, alii aliter.

EXOPTABILIS, e, adjet. desiderabilis. *Plaut.*  
*Stich.* 2. 3. 66. Nuncius exoptabilis. *Sil.* *It.* 11.  
387. Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus.

EXOPTATUS, a, um. *V.* EXOPTO.

EX OPTIÖNE, indecl. qui optio, seu vicarius  
fuit alicujus. *V.* OPTIO. *Inscript.* apud *Gruter.*  
556. 6. PETRONIVS CASTVS EX OPTIONE PROCVRATORIS  
DVGENARI. *V.* DUCENARIUS.

EXOPTO, as, ävi, åtum, are, a. t. (et et opto).  
Part. *Exoptans* sub a.; *Exoptatus* in fin. — Exo-  
ptare, επευχουμαι, est valde optare, expetere, valde  
desiderare (It. desiderare ardente, bramare  
motio; Fr. désirer vivement; Hisp. desechar viva-  
mente, anhatar; Germ. sehrlich wünschen, lebhaft  
herbeutinschen; Angl. to wish or desire greatly).  
Usurpatur — a) Cum Accusativo. *Plaut.* *Bacch.*  
3. 4. 3. Illum exoptavit potius? habeat. *Id.* *Asin.* 3.  
3. 133. Exopta id, quod vis maxime tibi evenire:  
fiet. *Forcellinus* in his duobus et in alio *Plauti* loco  
*Men.* 5. 2. 64. (*V.* infra sub c.) exoptare accepit  
pro eligere. *Cic.* 1. *Off.* 32. 118. Quæ majori parti  
pulcherrima videatur, ea maxime exoptant. *Liv.* 9.  
25. Exoptantes Samnitum adventum. — El in ma-  
lam partem pro imprecari. *Cic.* *Pis.* 40. 96. Omnes  
te oderunt, tibi postem exoptant. — El omisso Ae-  
cues, qui tamen facile subauditur. *Cic.* 1. *Orat.* 1. 2.  
Neque nobis cupientibus atque exoptantibus fructus  
otii datum est. — b) Cum Infinito. *Empius* 18.  
*Ann.* 13. Omnes mortales sese laudari exoptant.  
*Ter.* *Andr.* prol. 20. Quorum æmulari exoptat ne-  
gligentiam, potius quam istorum obscenam diligen-  
tiam. *Cic.* 4. *Fam.* 6. 3. Multis de causis te exopto  
quampriimum videre. — c) Sequenti parti. ut  
*Plaut.* *Men.* 5. 2. 64. Si intra ædes hujus unquam  
penetravi pedem, omnium exopto ut fiam miserorum  
miserrimus. *Cic.* 2. *Fam.* 7. Ut semperne laudi  
tibi sit iste tribunatus, exopto. — Hinc Part. præter-  
pass.

Exoptatus, a, um, adjective quoque occurrit,  
unde Comp. Exoptatior et Sup. Exoptatissimus, et  
est valde optatus, σύγχρονος, desiderato assit. *Plaut.*  
*Amph.* 2. 2. 22. Edepol me uxori exoptatum cre-  
do adventorum domum. Adde eumd. *Truc.* 2. 6.

33. *Id. Capt.* 5. 4. 9. Salve exoptate gnate mi. Adde eundem. *Circ.* 2. 3. 27. *Id. Trin.* 4. 3. 65. O mi here exoptatissime, salve. *Ter. Heaut.* 2. 4. 28. Antiphila, maxime animo exoptata meo. *Cic. Rosc. Am.* 7. 19. Exoptatum nuncium asserre. *Id. 5. Att.* 15. Nihil exoptatus adventu meo, nihil carius. *Id. 4. ibid.* 1. Exoptatissima gratulatio. — Hinc

*Exoptatum*, i., n. 2. absolute, substantivorum more. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 20. Erit et tibi exoptatum obtinget. *Id. Asin.* 3. 3. 136. Animo sis bono facie: exoptata obtingent.

**EXORABILIS**, e., adject. Comp. *Exorabilior* 1. — *Exorabilis* ¶ 1. Passive est qui exorari potest et a quo facile obtinemus quod petimus. *Cic. 1. ad Q. fr.* 1. 13. extr. Iracondia si exorabiles, summa est levitas. *Id. 1. Att.* 3. Experiri aliquem in se minus exorablem. *Horat. 2. Ep.* 2. 178. metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabillis auro. *Sil. It.* 5. 131. Nulli exorabili. *Seneca Ep.* 116. Nulli vitio non initium est verecundum et exorable. *Id. 1. Clem.* 20. In suis, quam in alienis, exorabilius injurii. *Sueton. Tib.* 13. Exorabilis in vitricum. h. e. apud Augustum, qui Tiberii vitricus erat. *Tac. Agric.* 16. Missus Petronius tanquam exorabili. ¶ 2. Active est qui facile exoratur. *Val. Flacc.* 1. 782. Stygiasque supremo Obsecrat igne domos, jacit jam exorable retro Carmen agens.

**EXORABULA**, órum, a. plur. 2. argumenta, preces, illecebri, quibus aliquis exoratur. *Plaut. Truc.* 1. 1. 5. Quot amans exemplis ludificetur, quot modis pereat, quotque exoretur exorabili. *Apul. Florid.* n. 18. Exorabula judicantium, decipula adversantium, artificia dicuntur.

**EXORATÍO**, ónis, f. 3. actus exorandi. *Quintil. Declam.* quae inscribitur Trib. Marianus. 8. Quid nocentissimis parviciis Manum prodest exoratio paternorum? *Id. leg.* manuum exoratorio paternorum. Certior est lectio apud *Vulgat. interpr. Eccl.* 16. 12. Potens exoratio et effundens iram. *Id. Vulgat. Ital.* (edente A. Maio) 1. *Reg.* 12. 3. Si ex aliojus manu accepi pro exoratione vel corrigiam calceamentorum, dicide adversum me et reddam vobis.

**EXORÁTOR**, óris, m. 3. qui exorat seu orando impetrat. *Ter. Hecyr.* 2. *prot.* 1. Orator ad vos venio ornata prologi: sinite exorator sim.

**EXORÁTRIX**, iei, f. 3. que exorat. *Satyrian.* 3. *Gubernat. Dei* 9. ad fin. Sic oratio corum auctoritatis magis criminum, quam exoratrix.

**EXORÁTUS**, a. um. *V. EXORO.*

**EXORBÁTUS**, a. um, particip. ab inusit. *exorbo*, orbatus. *Inscript.* apud *Rénier.* 3981. DVLCISSIMA MATER. SALLSTIVS HONORATVS CLAVDIAE EXTRIKATAE MATRI KARISSIMAE, QVOD TV MINI, VEL QVOS MYSEROS EXORBATOS RELIQVISTI, DEBVISTI FAGERE etc.

**EXORBÉO**. *V. EXSORBEO.*

**EXORBÍTATÍO**, ónis, f. 3. actus exorbitandi, a recto alieojus rei ratione degressio. *Tertull. Idolol.* 14. Exorbitatio disciplinae.

**EXORBÍTATOR**, óris, m. 3. qui exorbitat. *Tertull.* 3. *advers.* *Marcion.* 6. *extr.* Judaismi exorbitator et destructor.

**EXORBÍTO**, as, ávi, átum, ore, 1. (ex et orbita). Part. *Exorbitans* sub A. I.; *Exorbitaturus* sub A. II. — Exorbito usurpatur A) Neutrorum more, et B) Active.

A) Neutrorum more exorbito est ab orbita redendo, a recto tramite aberro.

I.) Proprie. *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. a med. Exorbitantes boves, qui vehiculum trahebant, rota puerum obtriverunt. *Lactant.* 2. 5. Stellis exorbitare a præstabilitis itineribus non licet.

B) Active. *Sidon.* 5. *Ep.* 16. Nec animum tuum a tramite communium gaudiorum vicinae obsidionis terror exorbitat. h. e. expellit, dejicit.

**EXORBO**. *V. EXSORBEO.*

**EXORCISMUS**, i., m. 2. *ἐξορκισμός*, obtestatio, adjuratio, quem demoni magico carmine, vel efficacibus sacre Scripturæ verbis necessitas parendi imponitur. *Tertull. Cor. mil.* 11. Exorcismis fugare dæmones.

**EXORCISTA**, ie, m. 1. *ἐξορκιστής*, qui exorcizat. *Impun.* *Valer.* *Valens* et *G-ctian.* *Cod.* 1. 3. 6. et

*Firmic.* 3. *Mathes.* 5. et 9. ad fin. *Hieronim.* 2. in *Math.* 12. 27. Si exorcista gentis illius (*Judeorum*) significat, qui ad invocationem Dei ejiciebant dæmonia. — Exorcista est etiam qui tertio ex minoribus ordinibus sacris insignitus est. *Inscript.* apud *Labus. Monum. epigraf.* p. 12. SATYRVS EXORCISTA.

**EXORCIZO**, as, ávi, átum, are, 1. *ἐξορκίζω*. Part. *Exorcizandus*. — Exorcizare est obtestari, per divina dæmonem adjurare. — a) Absolute. *Ulp. Dig.* 50. 13. 1. Si incantaverit, si impetratus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) exorcizavit. — b) Cum Accus. *Sulp. Sev. Dial.* 3. 6. Si quando exorcizandorum dæmonum Martinus operam recepisset.

**EX ORDINÁRIO**, m. qui fuit ordinarius. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 345. EX ORDINARIO LEGIONIS. Cf. *Inscript.* apud *Orelli.* 3391.; et *V. ORDINARIUS.*

**EXORDIÓR**, orditis, orsus sum, ordiri, dep. 4. (ex et ordior). Part. *Exordiens* II. b.; *Exorsus* II. a. et d., et passiva significatio I. et in fin. *Exordiendus* II. a. — Pro exorsus etiam exorditus passiva significatio legitur apud *Festum* p. 185. 31. *Müll.* Ordiri est rei principium facere; unde et togæ vocantur exorditæ. *Codices* habent exordiæ Müllerus legendum putat exordia. — Ceterum exordiri, προκαταρχοῦ, est idem quod ordiri, inclinare; et proprie de territoriis dicitur filia trame in tela vel in fine ordinariis (It. incominciar l'orditura di un tessuto, ordire, cominciar da principio; Fr. commencer un tissu, commencer à ourdir, ourdir; Hisp. comenzar un teñido, urdir; Germ. ein Gewebe anfangen, anzetteln, anfangen; Engl. to lay the warp).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 136. Funem lorem exordiri oportet longum pedes LXXXII., toros tres habent, lora in toros singulos novem, lata digitos duos: quam tortus fuerit, erit longus pedes XLIX. Cf. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 116. Exorsa haec tela non male omnino mihi est. exorsa est passiva signif. Adde *Visell.* apud *Priscian.* 8. p. 793. *Putsch.* — Hinc allegorice. *Plaut. Pseud.* 1. 4. 6. Neque exordiri primum, uide occipias, babes, neque ad detexundam telam certos terminos. *Cic. 2. Orat.* 33. 135. *Perteke, Antoni*, quod exorsus es. *Id. ibid.* 38. 138. Reperiunt non modo ea, que jam non possint ipsi dissolvere, sed etiam, quibus ante exorsa et potius detexta prope, relaxantur.

II.) Translate est incipere, inchoare; et sœpe ad initium orationis refertur. Occurrat autem — a) Cum Accusativo. *Plaut. Asin.* 1. 1. 102. Pergam, quo cecepi, atque ibi consilia exordiar. *Id. Bacch.* 1. 2. 19. Etiam me adversus exordire argutias? *Id. ibid.* 4. 4. 71. Exordiri facinus. *Cic. 1. Herenn.* 7. 1. In exordienda causa servandum est, ut etc. *Liv.* 4. 17. Ab causa tam nefasiam bellum exorsi. *Sueton. Ces.* 32. Ingenti spiritu classicum exorsus. *Ovid. 10. Met.* 483. Exordiri preces. *Quintil.* 4. 1. 2. causam. *Sueton. Aug.* 85. tragœdiam magno spiritu. *Id. Ner.* 33. parviciet et cædes a Claudio. — b) Cum infinito proprium est *Cic. 1. de republ.* 36. Imitabor ergo Aratum, qui magnis de rebus dicere exordiens, a Jove incipiendo putet. *Id. 1. Fin.* 8. 29. Tunc dicere exorsus est. *Id. 2. Divinat.* 49. 101. Tum ego rursus quasi ab alio principio exorsus sum dicere. *Nepos Pelop.* 1. *extr.* De quo scribere exorsi sumus. — c) Cum addito per prepos. ab Ablativo rei, a qua quis exorditur. *Cic. 1. Herenn.* 6. 10. Ab adversarii dicto exordiemur, et ab eo matime, quod ille nuperime dixerit, prendre l'exordio. *Id. 2. Orat.* 79. 320. Exordiri ab ipsa re. *Id. 2. ibid.* 8. 31. a veritate, a dignitate. — d) Absoluta. *Cic. 2. Orat.* 19. 80. Jubent ita exordiri, ut eum, qui audiat, benevolium nobis faciamus et docelem et attentum. *Quintil. præf.* § 4. Exordiri ita, quasi etc. *Tac. 3. Ann.* 50. Lepidus in hunc modum exorsus est. *Id. 6. ibid.* 6. His verbis exorsus est. *Cic. Cæl.* 15. 38. Quid clamore exorsa (soror), verbis párvo rem magnam facis? — hinc a Part. *Exorsus*, cuius multa superioris exempla retulimus.

**EXORSA**, órum, a. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt exordia, initia rerum, aut dicendi. *Virg. 2. G.* 45. nou hie te carmine ficto. Atque per ambages et longa exorsa tenacio. *Id. 10. Enn.* 111. sua cùique exorsa labore. Fortunamque ferent.

**EXORDITUS**, a. um. *V. voe. præced.* Iuit.

**EXORDIUM**, ii. n. 2. initium, origo, principium;

et proprie dicitur de tela a textoribus ordiri excepta (It. orditura, ordito; Fr. ourdissage, commencement d'un tissu; Hisp. urdidura; Germ. der Anfang eines Gewebes; Engl. the warp of a web).

I.) Proprie raro admodum occurrit. *Quintil.* 5. 10. 71. Non possum togam pretextam sperare, quum exordium pulium videam. h. e. mentre veggere esse oscuro e vile l'ordito.

II.) Translate ac sœpissime ¶ 1. Generatim est quodcumque principium, αρχὴ (It. principio; Fr. commencement, principe; Hisp. principio, comenziamento; Germ. d. Anfang, d. Beginnen; Engl. the beginning, commencement). Occurrat — a) In sing. num. *Ennius* apud *Cic. 2. Herenn.* 22. 34. Neve inde navis inchoanda exordium Cepisset, quæ nunc nominatur nomine Argo. *Cic. 2. de republ.* 2. Quod habemus instituta reipublicæ tam clarum ac tam omnibus notum exordium, quam hujus urbis condenda principium profectum a Romulo? Sic *Id. 1. Invent.* 3. 3. Hujus quoque exordium mali, quoniam principium boni diximus, explicemus. *Id. 5. Fin.* 7. 18. A qua totius vita ducat exordium. *Id. 1. Legg.* 3. 8. A quibus temporibus scribendi capiat exordium. Sic *Plin. 6. Hist. nat.* 23. 26 (96). Unde reperunt exordium. *Sueton. Tib.* 42. De quibus singillatim ab exordio referam. *Id. Vesp.* 8. Pæne ab exordio Urbis. *Id. Claud.* 11. *extr.* Exordium principatus. *Plin. 3. Hist. nat.* 1. 3. (16). Aliunde aliis exordium mensuræ est. *Pallad.* 9. R. R. 8. A quæ sub terris exordium de monte sumunt. — b) In plur. num. *Lucret.* 3. 31. cunctarum exordia rerum. Ade eundem. 2. 233. et 4. 26. et 113. *Id. 3. 381.* exordia prima animal. *Id. 5. 472.* solis lunæque. *Id. 1. 150.* rationis. *Virg. 7. En.* 40. prima revocabo exordia pugna. ¶ 2. Speciatim de principio sermonis, aut orationis. — a) Universum. *Cic. 1. Orat.* 27. 122. Sæpe animadvertis, summos oratores in dicendi exordio permoveri. *Id. 1. Tusc.* 4. 8. Ergo ita nascerur exordium. *Apul. 5. Hel.* Exordio sermonis hujus quam concordes fallacias attexamus. — b) Peculiariter exordium dicitur pars orationis, introductione, proemio, exordio, προπόνος; quam ita definit *Cic. 1. Herenn.* 3. 4. Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris aut judicis constituitur vel apparatur ad audiendum. Cf. *Quintil.* 4. 1. 1. — In sing. num. *Cic. 2. Orat.* 77. 315. Tum denique id, quod primum est dicendum, postremum solo cogitare, quo utar exordio. Nam si quando id primum invente volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgaris atque commune. *Quintil.* 3. 11. 28. Primum liber a prima parte, id est exordio incipiet. *Id. 9. 4. 133.* In exordio pro Milone. *Plin. 18. Hist. nat.* 6. 7. (35). Hoc exordio præcepta pandere ingressus. — In plur. num. *Quintil.* 11. 3. 161. Neque uno modo dicuntur exordia. *Virg. 4. En.* 283. quo nunc reginam ambi sunt furentem Audeat astutus? que prima exordia sumat? ¶ 3. *Colum.* 5. R. R. 11. 13., 7. *ibid.* 5. 1. et 12. 1., 10. *præf.* 3. et 11. *ibid.* 3. 55. sumit exordium non pro initio sermonis, sed pro integro tractatu seu libro. Primi loci verba sunt: Ne longiore exordio legentem fatigemus. Secundi: Quinquam pars haec exordii pene tota jam exhausta sit, quum de medicina majoris pecoris disputaremus. Terti: Ut exordio priore sum pollicitus. Quarti: Isque, sicut institueram, prosa oratione prioribus subnectetur exordiis. Quinti: Quamvis villicum eruditum omni opere rustico esse oportere, prima parte hujus exordiorum censuerim.

**EXORIENS**, entis. *V. voe. seq.*

**EXORIOR**, óreri, ortus sum, óriri, dep. 3. et 4. (ex et orior). Part. *Exoriens* sub A. I. et B. I.; *Exortus* sub A. I. et B. I. et II. — Exoriri, ἀναστῆσαι, ἀναβαῖναι, occurrit A) Stricto; et B) Latori sensu.

A) Stricto sensu est idem quod oriri, exsurgere, extolliri, et fere dicitur de his, que repente atque ex improvviso oriuntur (It. sorgere, innalzarsi d'improvviso; Fr. se lever, s'elever, monter, surgir; Hisp. elevarse, ascender; Germ. aufsteigen, hervorsteigen, sich erheben; Engl. to rise, arise, spring up).

I.) Proprie. — a) De stellis. *Cic. 2. Divinat.* 44. 93. Post solstitium Canicula exoritur. *Lucret.* 3. 1037. Exortus sol. *Virg. 1. G.* 438. Exoriens sol. Sic *Id. 4. En.* 130. Jubare exorto. — Ilinc Port. præs. *Exoriens* absolute, substantivorum more, pro

sole exortente. *Propert.* 3. 3. 49. Qua venit exoriens, qua deficit. Sic *Aibinov.* 2. 58. ad extremos exorientes equos. Et latior sensu pro Oriente *Colum. Arbor.* 3. Plantaria facito ab exortente, *dalla parte di oriente.* — b) De hominibus. *Lucret.* 1. 125. unde sibi exortam Homeri Commemorat speciem. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 16. Tu sola exorere, quae perturbas hæc tua impudentia. *insorgi, salti fuori.* Ubi *Donatus:* Verbum hoc impudentiam notat: *Cicer. Deojet.* 1. 3.) Exortus est servus, qui quem in ecclœo appellare non posset, eum accuset solitus.

II.) Translate. *Cic. 3. Off.* 12. 52. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. *Justin.* 4. *Instit.* 18. 8. Lex Julia de vi aduersis eos exoritur, qui vim commiserint. Rursus *Cic. 7. Att.* 26. Ego nunc paullum exerior, et maxime quidem iis litteris etc. h. e. re-spiro, recreor, inastitia levor, mi sollevo.

B) Latiore sensu est exsurgendo nasci, existere, erumpere, exordiri (It. *nascere, spuntare, uscir fuori, originarsi, principiare;* Fr. *paraître, commencer, naître, venir, se montrer;* Hisp. *nacer, principiar, començar, empezar;* Germ. *aufgehend oder entstehend sich erheben, entstehen, entspringen, beginnen, werden;* Angl. *start up).*

I.) Proprie. *Lucret.* 6. 724. Ille ex aestifera parte venit annis (*Nitius*), ab Austro — Exoriens penitus media ab regione diei. *Id. 1. 187.* E terraque, exorta repente, arbusta salirent. *Id. 1. 180.* Quod si de nihilo fierent (*res*), subite exorerentur Incerto spatio atque alienis partibus anni. *Cic. 3. leg. Agr.* 3. 10. Repentinus Sulla nobis exoritur. *Id. 3. Off.* 9. 38. de Gyre. Sic repente anuli beocius rex exortus est Lydus. h. e. evasit, factus est, exsilit. *Virg. 4. En.* 625. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, Qui etc.

II.) Translate. *Plaut. Amph.* 5. 1. 40. Exorti ute-ro dolores. Cf. *Plin. 10. Hist. nat.* 50. 71. (139). Exorta pestis. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 10. A Myrrhina hæc sunt exorta omnia h. e. profecta sunt. *Lucret.* 2. 506. Namque alii aliud præstantius exoreretur. V. ORIOR. *Cic. 2. de repub.* 37. Horum (decemvirum) ex iniustitia subito exorta est maxima perturbatio et totius communio reipublicæ. *Id. 5. Fin.* 23. 61. Honestum, quod ex virtutibus exoritur. *Id. 2. leg. Agr.* 33. 99. Nihil potest existere, quod non ante existens atque opprimi posset, quoniam plane exortum ac natum esset. *Id. Amic.* 14. 48. Id quem contingit, amor exoriat, necesse est. *Id. ibid.* 22. 85. Repente in medio cursu amicitias exorta aliqua offensione dirumpimus. *Id. 1. Fam.* 5. Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. *Cæs. 2. B. C.* 12. Nullam exoriri moram posse, quo minus diriperentur. *Tibull.* 3. 1. 2. Annus exoriens. *Virg. 12. En.* 583. Exoritur trepidos inter discordia cives. *Liv.* 31. 40. Tot bella repente aliis ex locis exorta sunt. *Id. 6. 21. sub fin.* De Praestitorum defectio-ne fama exorta est. — Hinc Part. præs.

*Exoriens, entis, absolute pro sole oriente, et pro plaga orientali.* V. sub A. I. a.

EXORMISTON, i. u. 2. *ξερμιστόν*, inter pisces regium genus, compar murensis corpore, colore distans, naribus setosis, saporis jucundi, qui quam spumis fluctuantibus inter aeris conuinia cœperit enatare, nescit ad cubilia redire, quæ deserit, ferturque super undas velut corpus exanimat. Hæc et alia *Cassiod.* 12. *Variar.* 14. de muranis statis, quæ in Siculo dumtaxat freto occurunt, quæque ita appellantur ab *ξερμιστώ navem e portu in altum duco*, quia ex profundo maris erumpentes ad ejus superficiem præ pinguedine flotant, et solis calore terre-factæ curvare amplius fibras nequeunt, ut demergantur. *Id. ibid.* 4. Exormiston Siculum quibuslibet laboribus offeratur. V. FLUTA et CARPA.

EXORNATIO, ônis, f. 3. exornandi actus, orna-mentum.

I.) Proprie. *Cic. fragm. Econom.* apud *Colum.* 12. *R. R.* 3. 2. Quæ ad lavationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam atque epulacionem pertinent.

II.) Inpropre. ¶ 1. De oratione. *Cic. 4. Herenn.* 13. 18. Hæc in verborum et sententiarum exornationem dividitur. *Id. 2. Invent.* 3. 11. Epone-re aliqd simpliciter sine ulla exornatione. ¶ 2. Sæpissime locum habet in rhetorica; scilicet — a) Ipsa quoque schemata quibus exornatur oratio, exornationes dicuntur. *Cic. 4. Herenn.* 8. 14., 16. 24., 22. 32., 23. 33., 24. 34., 29. 41., et alibi saepè.

b) Eliam demonstrativum genus hoc nomine appellatur. *Cic. Partit. orat.* 3. 10. Tria sunt genera iudiciorum, delliberationis, exornationis, quæ quia in lau-tatione maxime conferunt, proprium habet jam ex eo nomen. — c) Denique exornatio pars est argumentationis rhetoricae. *Cic. 2. Herenn.* 18. 28. Ab-solutissima argumentatio est ea, quæ in quoque partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, complectionem, et mox. Exornatio est, qua utimur rei honestandæ et colloquielrandæ causa, confirmata argu-mentatione. Deinde *ibid.* 19. 29. hujus rei exemplum proponit.

EXORNATOR, ôris, m. 3. qui exornat, et occurrit figurate tantum de oratione apud *Cic. 2. Orat.* 12. 54. Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNATUS, a, um, adjiective quoque occurrit,

unde Comp. Exornator et Sup. Exornatissimus; et est valde ornatus. *Cic. 4. Herenn.* 47. 60. Exornatissima eithara, euro et ebore distincta. *Auct. eleg. a Burmann.* editæ in *Anthol. Lat.* T. 1. p. 692 v. 23. Ornatum nullo potes exornatori esse. — NB. Exornatum et naufragam, h. e. ornatum privatum, dixit *Tertull. Cult. fem.* 9. gratiam decoris. Alii tamen rectius leg. exarmatam.

EXÓRO, as, ávi, átum, are, a. 1. (ex et oro). Part. Exorans sub d; Exoratus sub b, c. et e.; Exoratur sub d; Exorandus sub c. — Exorare, ξερνέω, iurta *Forcellinum*, est vehementer orare, obsecrare; item orando impetrare; item exorare aliquem est orando inducere ad faciendum, quod petitur; denique ponit universum pro placare, reconciliare: quæ tamen omnia in unum idemque recidunt. Itaque — a) Exorare est vehementer orare, obsecrare, *pregare assai.* *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 21. si quid agi sperabis posse precando, Quos colis, exora supplice voce deos. — Et absolute *Plaut. Stich.* 1. 22. Exorando, haud adversando sumendum operam censeo. — b) Item orando impetrare, *impetrare, ottenere pregando.* — Cum Accus. rei. *Plaut. Trin.* 2. 2. 44. Res quedam est, quam rolo ego me abs te exorare. *Ter. Andr.* 3. 4. 18. Gnatum ut det oro, vtque id exoro. *Virg. 3. En.* 369. cœsis de more juventis, Exorat pacem diuyn. h. e. litat. — Et figurae Ovid. 3. *Amor.* 11. 43. Facta movent odium: facies exorat amorem, si *fa amare.* — Cum altero Accus. persona. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 82. Hanc veniam illis sine te exorem. *Id. Capt.* 2. 1. 17. Unum exorare vos sinite nos. *Stat. 2. Silv.* 7. 121. Uuum, quæso, diem deos silentum exores. Cf. *Ovid. 9. Met.* 698. dea sum auxiliaris, opemque Exorata fero. — c) Exorare aliquem est orando inducere ad faciendum, quod petitur, *piègare, indurre pregando, vincere con preghi.* Occurrit — Cum Accus. personæ tantum. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 167. Ambo te, mea voluptus, sine te exorari. *paragoge pro exorari.* *Ter. Heaut.* 5. 5. 5. Da veniam, Chremæ; sine, te exoret. *Id. Andr.* 1. 1. 140. Restat Chremæ, qui mihi exorandus est; et spero confore. *Cic. Prov. cons.* 17. 42. Sive iratus mihi, sive exoratus. h. e. precibus victus. Sie poetice *Propert.* 4. 11. 6. Non exorato stant adamante via. Bursus *Cic. Mur.* 29. 61. Viri non esse neque exorari, neque placari. Huc referri potest et illud ejusd. *Cie. post redit. ad Quir.* 9. 23. Beaumeritos quin colias, exorari fas non est. — Hinc exorari saepè in *Inscriptionibus dieuntur dñi, Græcē ἔπαινοι et εὐάκουστοι.* *Inscript. apud Gud.* 32. 8. *SACELLVM HERCVLI COMITI CONSER EXORATO.* *Alia apud eum.* 42. 7. *TEMPLVM SILVANO SANTO EXORATO.* *Alia apud Gruler.* 83. 9. *TEMPLVM ISIS EXORATAE.* — Sequente part. ut vel ne. *Cic. 1. Orat.* 29. 132. Nunc te exoramus necesse est, ut nobis explices etc. *Id. Rose. com.* 16. 46. Quam ego, ut mentitur, inducere possum; ut pejeret, exorare facile potero. *Hirtius apud Cic.* 15. *Att.* 6. 2. Brutus et Cassius ultimam, quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorarent, ne quod rallidius ineat consilium. — d) Ponit et universum pro placare, reconciliare, placare, riconciliare. *Ovid. 2. Trist.* 22. Exorant magnos carnina saepè deos. *Id. 3. ibid.* 13. 23. tura nihil exorant divos. Cf. *Horat.* 1. Ep. 1. 6. Neu populum extrema toties exorari arena. *Val. Flacc.* 1. 155. Exoret Pelias nostris cum matribus undas. *Claudian. Edyll.* 6. 87. Parcarumque colos exoratura severas. *Plin. 2. Ep.* 5. Si quis exstiterit, qui putet, nos laetus fecisse, quam orationis severitas exigat, hujus, ut ita dixerim, tristitiam reliquæ partes actionis exorare debebunt. *Sueton. Tib.* 11. Oficci duxit, exorare filiæ patrem frequentibus litteris. h. e. exorare patrem pro filia. Hic filiæ est casus dativus. *Justin.* 9. 7. 4. Aliquam a filiæ cæde ægre precibus exorare. h. e. detergere, pervincere, ne filium occidat. Alii leg. revocare. — e) Exoratus dicitur et is, qui orata meruit, esaudito, apud *Stat.* 1. *Theb.* 566. at tu stupescisti a limine Phœbi Exoratus abis. — NB. Exorare causas pro orare, agere, trattare, legunt plerique apud *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. post med. Turpe esse causas exoranti jus, in quo versaretur, ignorare. Nonnulli tamen leg. vrant.

Exornatus, a, um, adjiective quoque occurrit, unde Comp. Exornator et Sup. Exornatissimus; et est valde ornatus. *Cic. 4. Herenn.* 47. 60. Exornatissima eithara, euro et ebore distincta. *Auct. eleg. a Burmann.* editæ in *Anthol. Lat.* T. 1. p. 692 v. 23. Ornatum nullo potes exornatori esse. — NB. Exornatum et naufragam, h. e. ornatum privatum, dixit *Tertull. Cult. fem.* 9. gratiam decoris. Alii tamen rectius leg. exarmatam.

EXÓRO, as, ávi, átum, are, a. 1. (ex et oro). Part.

Exorans sub d; Exoratus sub b, c. et e.; Exoratur sub d; Exorandus sub c. — Exorare, ξερνέω, iurta *Forcellinum*, est vehementer orare, obsecrare; item orando impetrare; item exorare aliquem est orando inducere ad faciendum, quod petitur; denique ponit universum pro placare, reconciliare: quæ tamen omnia in unum idemque recidunt. Itaque — a) Exorare est vehementer orare, obsecrare, *pregare assai.* *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 21. si

quid agi sperabis posse precando, Quos colis, exora supplice voce deos. — Et absolute *Plaut. Stich.* 1. 22. Exorando, haud adversando sumendum operam censeo. — b) Item orando impetrare, *impetrare, ottenere pregando.* — Cum Accus. rei. *Plaut. Trin.* 2. 2. 44. Res quedam est, quam rolo ego me abs te exorare. *Ter. Andr.* 3. 4. 18. Gnatum ut det oro, vtque id exoro. *Virg. 3. En.* 369. cœsis de more juventis, Exorat pacem diuyn. h. e. litat. — Et figurae Ovid. 3. *Amor.* 11. 43. Facta movent odium: facies exorat amorem, si *fa amare.* — Cum altero Accus. persona. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 82. Hanc veniam illis sine te exorem. *Id. Capt.* 2. 1. 17. Unum exorare vos sinite nos. *Stat. 2. Silv.* 7. 121. Uuum, quæso, diem deos silentum exores. Cf. *Ovid. 9. Met.* 698. dea sum auxiliaris, opemque Exorata fero. — c) Exorare aliquem est orando inducere ad faciendum, quod petitur, *piègare, indurre pregando, vincere con preghi.* Occurrit — Cum Accus. personæ tantum. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 167. Ambo te, mea voluptus, sine te exorari. *paragoge pro exorari.* *Ter. Heaut.* 5. 5. 5. Da veniam, Chremæ; sine, te exoret. *Id. Andr.* 1. 1. 140. Restat Chremæ, qui mihi exorandus est; et spero confore. *Cic. Prov. cons.* 17. 42. Sive iratus mihi, sive exoratus. h. e. precibus victus. Sie poetice *Propert.* 4. 11. 6. Non exorato stant adamante via. Bursus *Cic. Mur.* 29. 61. Viri non esse neque exorari, neque placari. Huc referri potest et illud ejusd. *Cie. post redit. ad Quir.* 9. 23. Beaumeritos quin colias, exorari fas non est. — Hinc exorari saepè in *Inscriptionibus dieuntur dñi, Græcē ἔπαινοι et εὐάκουστοι.* *Inscript. apud Gud.* 32. 8. *SACELLVM HERCVLI COMITI CONSER EXORATO.* *Alia apud eum.* 42. 7. *TEMPLVM SILVANO SANTO EXORATO.* *Alia apud Gruler.* 83. 9. *TEMPLVM ISIS EXORATAE.* — Sequente part. ut vel ne. *Cic. 1. Orat.* 29. 132. Nunc te exoramus necesse est, ut nobis explices etc. *Id. Rose. com.* 16. 46. Quam ego, ut mentitur, inducere possum; ut pejeret, exorare facile potero. *Hirtius apud Cic.* 15. *Att.* 6. 2. Brutus et Cassius ultimam, quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorarent, ne quod rallidius ineat consilium. — d) Ponit et universum pro placare, reconciliare, placare, riconciliare. *Ovid. 2. Trist.* 22. Exorant magnos carnina saepè deos. *Id. 3. ibid.* 13. 23. tura nihil exorant divos. Cf. *Horat.* 1. Ep. 1. 6. Neu populum extrema toties exorari arena. *Val. Flacc.* 1. 155. Exoret Pelias nostris cum matribus undas. *Claudian. Edyll.* 6. 87. Parcarumque colos exoratura severas. *Plin. 2. Ep.* 5. Si quis exstiterit, qui putet, nos laetus fecisse, quam orationis severitas exigat, hujus, ut ita dixerim, tristitiam reliquæ partes actionis exorare debebunt. *Sueton. Tib.* 11. Oficci duxit, exorare filiæ patrem frequentibus litteris. h. e. exorare patrem pro filia. Hic filiæ est casus dativus. *Justin.* 9. 7. 4. Aliquam a filiæ cæde ægre precibus exorare. h. e. detergere, pervincere, ne filium occidat. Alii leg. revocare. — e) Exoratus dicitur et is, qui orata meruit, esaudito, apud *Stat.* 1. *Theb.* 566. at tu stupescisti a limine Phœbi Exoratus abis. — NB. Exorare causas pro orare, agere, trattare, legunt plerique apud *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. post med. Turpe esse causas exoranti jus, in quo versaretur, ignorare. Nonnulli tamen leg. vrant.

EXORS. V. EXORS.

EXORSUS, a, um. V. EXORDIOR.

EXORSUS, us, m. 4. ideum quod exordium. *Cic.*

*pro leg. Manil. 4. 11.* Quoniam is est exorsus orationis mea.

**EXORTIVUS**, a, um, adjekt. qui ad ortum spectat. ¶ 1. Generatim de stellis. *Plin. 7. Hist. nat. 49. 50.* (160). Quenquam nonaginta partium exortivam measuram transgredivit. ¶ 2. Speciatim de sole dicitur, et ponitur pro orientali. *Plin. 18. Hist. nat. 34. 77.* (333). A parte exortiva solstitiale habebit exortum. *Id. 37. ibid. 2. 11.* (39). A Septentrione in exortivum Oceanum. — Hinc

*Exortiva, örüm*, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, subaudi loca, sunt quae orientem solem spectant. *Plin. 6. Hist. nat. 34. 39.* (215). Narbonensis Galliae exortiva.

**EXORTUS**, a, um. *V. EXORIUS.*

**EXORTUS**, us, m. 4. actus exorendi. *Varro 1. R. R. 12. 1.* Quae villa positæ est ad exortus aequinoctiales, aptissima. *Cic. 3. Herenn. 22. 36.* Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur. *Plin. 12. Hist. nat. 11. 23.* (40). Aperire florem incipit solis exortu. *Id. 2. ibid. 15. 12.* (61). Stellæ faciunt aut edunt exortus matutinos, aut vespertinos. *Id. 7. ibid. 2. 2.* (10). Exortus aquilonis. *Id. 31. ibid. 6. 31.* (57). Aqua subit altitudinem exortus sui.

*EXOS*, ossis, comm. gen. 3. et *Exossis*, is, vel minus recte, *Exrossus*, a, um, adjekt. sine osse.

I.) Proprie. *Lucret. 3. 721.* unde avimatum copia tanta Exos et exsanguis tumidos perfluctuat artus? *Apul. de Mag.* Lepus marinus, quem sit cetera exossa, duoæcim ossa in ventre habet.

II.) Translate. *Apul. de Mag.* In juventute saltantis fabolis exossis plane et enervis. h. e. corpore adeo flexibili, ut sine ossibus esse videatur. *Id. 1. Met.* Puer flexibus tortuosis enervem et exossem salutationem explicat. *Al. minus recte leg.* exossem. *Plaut.* eod. sensu dixit *Mil. glor. 3. 1. 74.* Ad saltandum non cineras malarus æque est, atque ego.

**EXOSCULATIUS**, önis, f. 3. exosculandi actus. *Plin. 10. Hist. nat. 34. 52.* (104). de columbis. Mor in satisfactione exosculatio.

**EXOSCULATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**EXOSCÜLO**, as, etc. passive. *V. voc. sequent.* sub I. b.

**EXOSCÜLOR**, äris, ätus sum, ari, dep. 1. (ex et osculari). Part. *Exosculans I.* *Exosculatus I.* et II. — Exosculor est arcte et amanter osculari.

I.) Proprie. — a) Active. *Plin. 5. Ep. 17.* Multum ac diu adolescentem exosculatus. *Sueton. Vitell. 7.* Quosque militum obvios exosculans. *Id. Cal. 33.* Quoties uxoris collum exoscularetur. *Id. Oth. 12.* Cum felu manus jacentis exosculati. *Tac. 2. Hist. 49.* Vulnus manusque Othonis exosculantes. Adde eumd. 1. *ibid. 45.* *Petron. Satyr. 91.* Exosculatus pectus sapientia plenum. — b) Passive occurrit tantum Part. *Exosculatus apud Apul. 11. Met.* Exosculatus vestigis deæ. *Id. 4. ibid.* Macu ejus exosculata. *Ammian. 22. 7.* Effuso cursu a vestibulo longe progressus, exosculatura susceptumque (*philosophum*) reverenter secum induxit.

II.) Translate est vehementer diligere, approbare, admirari: quo sensu occurrit tantum Part. præter et quidem Activa significatione. *Gell. 2. 26. sub fin.* Tum Favorinus scientiam rerum uberem, verborumque ejus elegantiam exosculatus, absque te inquit etc. h. e. blande approbans et admirans.

**EXOSSATIM** et

**EXOSSATUS**, a, um. *V. EXOSSO.*

**EXOSSIS**, is, adjekt. *V. EXOS.*

**EXOSSO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. (ex et os, ossis). Part. *Exossus I.* et II. — Exoso est ossa detraho.

I.) Proprie. *Plaut. Amph. 1. 1. 162.* Exossum os esse oportet, quem probe percusseris. *Id. ibid. v. 163.* Hic me quasi murænam exosso cogitat. *Id. Aulul. 2. 9. 3.* Murænam exdorsu, atque omnia exossoa fac sicut. *Ter. Adelph. 3. 4. 14.* Congrum istum in aqua sinito ludere; ubi ego venero, exosabitur.

II.) Figurate. *Lucret. 4. 1265.* Atque exosso ciet omni pectore fluctus. h. e. pectore ita inflexo et incurvato, ut sine ossibus esse videatur. Alii leg. *exossum*, quod eundem facit sensum. — *Exossum ager* est probe cultus et lapidibus purgatus, qui sunt velut ossa terræ, ut apud *Ovid. 1. Met. 393.* legiuit. *Pers. 6. 51.* non adeo, inquis, Exossum ager junta est. Alii aliter interpr.

**EXOSSUS**, a, um. *V. EXOS.*

**EKOSTRÄ**, æ, f. 1. *Exoscez.* ¶ 1. Est machina

ligneæ in theatro, qua que intus geruntur et sunt, versatione rotarum spectatoribus ostendantur. *Cic. Prog. cons. 6. 14.* Quibuscum jam in exostra heliuatur: antea post siparium solebat. h. e. qui ante clanculum, velut cum bistrionibus in scena post siparium, solitus erat helluari, id jam propalam facit. *Hæc Turneb. l. 20. adversar. c. 9.* Alli apud *Cic. leg. orchestra*, alli exedra. Dicitur autem suis des subliris elata, et strata longulis, super quibus sella. Ita enim describit *Pollus* l. 4. c. 19. n. 128. τὸ ἔργοντα, quod idem atque ἔργοντα fuisse affirmat. ¶ 2. Item pons, qui de turri lignea in murum obssessæ urbis repente protruditur et protenditur, ut docet *Veget. 4. Milt. 21.* quem aliis verbis describit *ibid. 17.* est autem ab ἔργοντα extrudo, expello. ¶ 3. Item menianum. *Imp. Honor. et Theod. Cod. 8. 10. 11.* Meniana, quæ Græco vocabulo τειχοτάς appellant. Alii leg. ἔργοντα.

**EXOSUS**, a, um, particip. ab inusit. exodi (odisse), quod occurrit ¶ 1. Active, et est qui odio habet. *Firg. 5. En. 687.* si nondum exosus ad unum Trojanos. *Id. 12. ibid. 517.* juvenem exosum nequicquam bella Menetens. *Id. ibid. 818.* pugnas exosa relinquio. *Curi. 8. 25. 12.* Patrios mores exosus es. *Flor. 4. 11. 1.* Quoniam exosus arma in otio ageret. ¶ 2. Passive, qui aliis odio est. *Gell. 2. 18. 10.* Non omnes omnino diis exosos esse. *Eutrop. 7. 23.* Ob sceleris universis exosus esse ceperit.

**EXOTERICUS**, a, um, adjekt. ἔξωτερικός, extra positus, communis, vulgaris. *Varro 6. L. 5. 5.* ad sūn. edit. vet. (apud *Müllerum* eam locum minime inveni); et *Gell. 20. 5. V. ACROATICUS*; et cf. *Cic. 5. Fin. 5. 12. et 4. Att. 16.*

**EXOTICUS**, a, um, adjekt. ἔξωτικός, peregrinus, adventicius; ab ἔξω extra. *Plaut. Most. 1. 1. 41.* Non omnes possunt olere unguenta exoticæ. *Id. Men. 2. 1. 11.* magnam Graeciam exoticam vorat, quod Græci ipsi ἔξωτικος et barbaros vocabant Græcos Italos, tamquam a se divisos et aliis moribus utentes. *Gell. 13. 5.* Exoticum vinum. *Apul. 1. Met. init.* Exoticus sermo. *Id. 10. ibid.* Pisces exoticæ jure perfusi. — Hinc

*Exoticum*, i. n. 2. absolute, substantivorum modus apud *Plaut. Epid. 2. 2. 48.* est vestimenti genus peregrinum et ab alterius gentis more inventum.

**EXPALLEO**, es, vel rectius

**EXPALLESCO**, pallescis, pallō, pallescere, n. 3. (ex et pallesco). Occurrit tantum Præt. perf. *Expallui*. — Expallesco est pallidus sum, pallidus fio. — a) Absolute. *Plaut. Curi. 2. 3. 32.* Viden' ut expalluit? *Cic. 2. Herenn. 5. 8.* Expalluisse signum est conscientiæ. *Ovid. 6. Met. 602.* totoque expalluit ore. *Plin. 1. Ep. 5. 13.* Expalloit notabiliter, quamvis pleat semper. Adde *Lucan. 1. 539.* — b) Poetice cum Accusativo. *Horat. 1. Ep. 3. 10.* Pin-darici fontis qui non expalluit haustus.

**EXPALMO**, as, are, 1. palmis cedo. *Gloss. Cyrrill. Patiçō*, expalmo, alapo. — Hinc *Gloss. Isid.* Expalmare, depilare.

**EXPALLIATUS**, a, um, particip. ab inusit. expallio, pallio spoliatus. *Plaut. Cas. 5. 3. 6.* Expallitus sum, miser.

**EXPALLIDUS**, a, um, adjekt. valde pallidus. *Tertull. Resurr. carn. 57.* Corpus frigidum et expallidum. *Sueton. Cal. 50.* Statura fuit eminenti, expallide colore. *Al. leg. pallido.*

**EXPALPO**, as, are, a. 1. et

**EXPALPOR**, äris, ari, dep. 1. (ex et palpo) valde palpo, blandior, blandiendo extorquo. *Plaut. Pæn. 1. 2. 144.* Eixer, blandire, expalpa. *Pomponius* apud *Non. p. 104. 12.* *Merc.* Si quid expalpare possum ab illo. — Deponitis forma. *Plaut. fragm.* apud *Non. p. 104. 12. et p. 476. 24.* *Merc.* Nunc servus argento a patre expalpabitur.

**EXPALPONIDES** nummorum dicitur a *Plaut. Pers. 4. 6. 22.* qui blanditiæ et fallaciæ nummos ab aliquo extorquet. Quia *nummorum expalponides* joculariter conjunctis vocibus ibi dicitur.

**EXPANDITOR**, öris, m. 3. qui expandit. *Plin. Paneg. 30. de Nilo.* Neque enim solum vagus ille et expanditor annis intra usurpata semper collum substituer atque hæserat. id est qui se extra alveum suum expandit et effundit. *Schwarzus* tamen et *Gierigius* rectius legunt: vagus ille, quum expanditur, annis.

**EXPANDO**, pandis, pandi, pausum vel passum, pandere, a. 3. (ex et pando). De part. præst. pass. hæc

*Gell. 15. 15.* Ab eo quod est pando veteres passum dixerunt, non pausum, et cum præpositione *expassum*, non *expansum*. — Part. *Expassus* et *Expansus* et *Expandendus* I. — Expando est extendo, explico, aperio (It. spiegare, aprire; Fr. étendre, déplier, étailler, ouvrir; Hisp. extender, desplegar, abrir; Germ. ausbreiten, ausspannen; Angl. to lay open, spread out, display, expand).

I.) Proprie. *Cæcilius* apud *Gell. 15. 15.* et apud *Non. p. 370. 16.* *Merc.* Flammum expassum domi. *Tac. 5. Hist. 13.* *Expassæ delobri fr̄es. Colum. 12. R. R. 13. 2.* Hæc herbae diligenter purgantur et sub umbra expanduntur. *Id. ibid. 13. 3.* Fieus in sole expandere. *Plin. 10. Hist. nat. 38. 54.* (111). Graes expandunt alas. *Id. 2. ibid. 103. 106.* (228). Supra fontem frigidum expassæ vestes accenduntur. *Id. 31. ibid. 6. 37.* (70). Expansa vellera circa navim. *Id. 9. ibid. 33. 52.* (103). In obliquum, in rectum expensa. *Hieronym. Ep. 14. n. 10.* Expandenda vela sunt ventis. *Tertull. Apolog. 30.* Sic nos ad Deum expansos ungulæ fodiant, cruces impendant, ignes lambant. h. e. manibus expansis, ut paulo ante ait, qui habitus fuit Christianorum orantium. — Passive. *Plin. Paneg. 30.* Expanditur annis. *V. voc. præced.*

II.) Translate sumitur pro explicare, idest declarare. *Lucret. 1. 126.* et rerum naturam expandere dictis.

**EXPANGO**, is, erc, a. 3. figo, constituo. *Plin. 2. Hist. nat. 26. 24.* (95). Ac sidera ad normam expandere. *Harduin.* ex MSS. legit *expungere*: *Siliq.* ex plurimi itaque optimis Codicibus leg. ad *nomen expungere*.

**EXPANSIO**, önis, f. 3. actus expandendi. *Cæl. Aurel. 5. Tard. 11.* *Expansio corporis.*

**EXPANSUS**, a, um. *V. EXPANDO.*

**EXPILLATÆ**, a, um, particip. ab inusit. *expapillo. Plaut. Nil. glor. 4. 4. 44.* Palliolum habeat ferrugineum: id connerum in humero lævo, expilliato brachio. h. e. usque ad papillam renudato, ut *Non. p. 103. 4.* *Merc.* exponit: vel brachio exerto; quod cum sit, papilla nudatur, ut *Paul. Diac. p. 79. 10. Müll.* quod codem recedit. Alii apud *Plaut.* leg. expilato: rectius tamen legeretur effasato, quod sane legitur apud *Paul. Diac. p. 83. 6. Müll.* et apud *Placidi Gloss.* edente *A. Mai p. 460. V. EXOMIS.*

**EXPARTÆ** pecudes sunt, quæ jam pepererunt. *Gloss. Isid.* *Exparta*, partu vacua. *Varro 2. R. R. 5. 6.* Ut sint hæc pecudes ætate potius ad ferendos fructus integræ, quam jam expartæ. Ita legit *Scabig.* itemque *Schneid.* Alii expertæ. Etiam parta hoc sensu usurpatur a *Colum. 7. R. R. 4. 3.* Et parta nutricti consociata minus laboret in educatione fetus sui.

**EXPASSUS**, a, um. *V. EXPANDO.*

**EXPATIOR**. *V. EXPATIATOR.*

**EXPATARE** in locum patientem se dare, sive in spatum se conferre. *Paul. Diac. p. 80. 5. Müll.* Alli corrigunt *expatratæ*, ali<sup>r</sup> *expatitæ* a spatio: sed nihil mutandum, ait *Müllerum* ad h. 1. *Patere*, patere et pandere eadem sunt inter se proportiones, ut *sedare*, *sedere* et *ridere*, *parere*, *parere* et *parere*, *liquare*, *liquere* et *liquere* et alia multa. Primæ conjugationis significatio solet esse causativa, secunda statum indicat, tertia verbum habet primitivum, nisi quod sœpe in præsens tempore additamento quadam auctum est.

**EXPATRIUS**, ti, m. 2. qui patriciam dignitatem depositus. *Imp. Zeno Cod. 3. 24. 3.* Quoties viro forte patricio, vel expatrio, vel ei, qui etc. *V. PATRICIATUS.*

**EXPATRO**, as, ävi, are, a. 1. *Catull. 20. 16.* an hæc sinistra liberalitas Parum expatriavit? an parum heliuatus est? h. e. libidioibus effudit, absumpit? Habet enim et patro huic simile obscurum sensum. Simile est etiam illud cujusdam poetæ apud *Sueton. Cæs. 51.* Aurum in Gallia estatuisti.

**EXPATIATOR**, a, um, particip. ab inusit. *expauso*, delassatus. *Veget. 5. Veterin. 38. Schneid.* Expausatum jumentum, h. e. quod a labore requievit.

**EXPÄVEFACIO**, fäcis, fäci, factum, fäceré, a. 1. (ex, paveo et facio). Part. *Expavesfaciens* et *Expavesfactus*. — Expavesfacio est exterreo. *Seneca Ep. 85. sub fin.* Domitores ferarum sævissima animalia, ad occursum expavesfacientia hominem, docent pati jugum. Alii minus recte leg. exterrentia, ali expaventia. *Hygin. fab. 47.* Mugitu lauri equal expavescti Hippolytum distracterunt.

**EXPAVEFACTUS**, a, um. *V.* voc. præced.

**EXPÄVÉO**, es, ere, 2. (ex et pavo). De præter. perf. *V.* vocem seq. Part. *Expavendus*. — Expaveo est valde pavo, timeo. Cum Accusativo rei. *Stat. præf.* l. 3. *Silvar.* Quum hanc audaciam stili nostri frequenter expaveas. *Capell.* 1. p. 21. Quidam (h. e. Hercules) roboris inauditi et expavendis semper adversitatibus præparatus. Ita *Cort.* et *Kopp.* pro *expavandis*. — Absolute. *Fulgat.* interpr. 4. *Esdr.* 6. 15. Ideo quum loquitur, tu non expaveas.

**EXPÄVESCO**, pavesco, pavi, pavescere, 3. (ex et pavesco). Part. *Expavescens* sub d.; *Expavescens* sub a. — Expavescere est valde pavesco, valde timeo; et occurrit — a) Cum Accusativo rei. *Horat.* 1. *Od.* 37. 22. nec muliebriter Expavit ensem. *Sueton.* *Aug.* 99. et *Tib.* 69. Tonitrua præter modum expavescet. *Seneca* *Edip.* 27. Cuncta expavesco, meque non credo mihi. *Petron.* *Satyr.* 26. Nec puella expaveral nuptiarum nomen. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (23). Delphinus hominem non expavescit. *Id.* 25. *ibid.* 2. 6. (17). Miles a morsu canis incipiens aquas expavescere. *Sil. It.* 3. 464. acres Expavit moles Rhodanus. *Stat.* 11. *Theb.* 316. primam expavit famam. *Id. 8. ibid.* 637. subito quam pigra tumultu Expavit domus. *Quintil.* 9. 4. 35. Nog tamen id, ut crimen ingens, expavescendum est. *Tac.* 2. *Hist.* 76. Nec speciem adulantis expaveris. — b) Cum Accusativo et præpos. ad. *Liv.* 6. 34. Cum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 75. 97. (209). Ad tumultum aliquem expavescere. — c) Cum Ablativo et præpos. ab. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 11. 36. (62). Anseres a primo conspectu ejus expavescunt. — d) Absolute. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 24. (49). Neque expavesceribus repente, nec spasticis, aut rursus torpentinibus.

**EXPÄVIDUS**, a, um, adjecit. valde pavidus. *Gell.* 1. 3. *extr.* Expavidus, ictusque pecunias magnitudine.

**EXPECTO**, as, ere, a. 3. *Quintil.* 1. 7. 4. Ut ex præpositionem si verbum specio sequeretur, adjecta secundæ syllabæ s littera *exspecio*; sed si pecto, remota s, *expecto* scriberemus.

**EXPECTÖRÖ**, as, ävi, åtum, are, a. 1. extra pectus ejicio. *Præsa vor.* *Ennius* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 19. Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato (ali⁹ et animo) expectorat. *Accius* apud *Non.* p. 16. 6. *Merc.* Eloquere propere, ac pavorem hunc meum expectora. et *ibid.* 8. Desertum a fortuna, abjectam, afflictum et animo expectorant. *Quintil.* 8. 3. 31. At veteres ne expectorat quidem timuerat.

**EXPÈCULIATUS**, a, um, adjecit. peculio exhaustus. *Plaut.* *Pœn.* 4. 2. 21. Expèculati servi.

**EXPÈDIENTIA**, æ, f. utilitas. *Boeth.* *Aristot.* *Topic.* 6. p. 703. Us si clementiam expedientiam iustorum (dixerit); nam justum expediens quiddam est.

**EXPÈDIO**, is, ivi vel ii, itum, ire, a. 4. (ex et pes, pedis). *Fut.* *expedito* pro *expediam* antiquum est. *Ennius.* *Pacuvius.* *Accius* et *Pomponius* apud *Non.* p. 505. 15. *Merc.* et p. 477. 2.; et *Plaut.* *Truc.* I. 2. 36. — Part. *E pedens* II. 1.; *Expeditus* I. 2., II. 1. et in fin. *Expeditus* I. 1. et II. 1. — Expedire proprie est pedem ligatum liberare, cui contrarium est *impedire*; atque adeo est *atratulus*, solvere, liberare, extricare (lt. *sciogliere*, *sviluppare*, *sbrigare*, *slacciare*, *liberare*; Fr. *dégager*, *débarrasser*; Hisp. *desempeñar*, *desembarazar*; Germ. *herauswickeln*, *herauswinden*, *befreien*, *losmachen*; Angl. *loose*, *unloose*, *disentangle*, *disengage*, *extricate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de persona aut re, qua impedire est, et significat, ut diximus, solvere, liberare, extricare. — a) De personis. *Cic.* 4. *Verr.* 42. 106. Vide te, in quo se laqueos induerit, quorum ex nullo se unquam expedire. Sic *Id. ibid.* 43. 103. Vide te, ut dum expedire se vult, induat. *Horat.* 3. *Od.* 24. 8. Non mortis laqueis expediens caput. *Id. 1. ibid.* 27. 23. Vix illigatum te trifomi Pegasus expediet Chimæra. *Virg.* 2. *Æn.* 632. ducente deo flammam inter et hostes Expeditor. *Ovid.* 4. *Fast.* 669. Expediit errante memori graissima conjux mette in strada. — b) De rebus physicis et de abstractis. *Cic.* 5. *Att.* 21. Tum hic nodus expediatur. *Cæs.* 7. *B. G.* 86. Aggere et cratibus fossas explet, aditus expediunt. si fanno strada per entrare. *Id.* 2. *B. C.* 9. Expedire sibi locum. *Liv.* 38. 2. sub fin. Per invias atque ignotas rupes iter

fugæ non expediens, non trovarano la strada, s'intricavano. *Colun.* 2. *R. R.* 2. 12. Expedire agrum sarosum lectione lapidum. *neltare*, *sgombra-re*. *Fronto* de eloq. (edente iterum *A. Maij*) initio. Capillus etsi non cotidie seu ornandus, tamen pecti-ac cotidie expediens est. Huc referri potest et il lud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 46. (132). Cacri men-tras purgationes expediunt. *facilitano*, *promuo-vono*. ¶ 2. Latiori sensu dicitur de re, qua impe-dimenta tolluntur, et significat depromere, educere, proferre, parare, *metter fuori*, *allestire*, *preparare*. — a) Generatim. *Sisenna* apud *Non.* p. 297. 1. *Merc.* Funes expediunt, claustra toribus imposita periclitantur. *Ovid.* *Heroid.* 17. 200. Expedire vela. *Cic.* 7. *Verr.* 62. 161. Hominem nudari, et virgas expediti jubet. *Ovid.* 1. *Art. am.* 422. Iastitor expedit merces soas. *Virg.* 1. *Æn.* 705. Cereremque canistris Expediunt. *Val. Flacc.* 2. 341. mediis famulæ convivia tecis Expediunt. *Varro* 2. *R. R.* 10. 6. Expedire cibaria pastoribus. h. e. parare, *procu-rare*, *procacciare*. Sic *Tac.* 6. *Ann.* 43. Illuvie ob-situs, et alimenta arcu expediens. procacciantesi il vitto colla caccia. Et *Cic. fragm.* apud *Non.* p. 298. 22. *Merc.*; et *Sueton.* *Cæs.* 4. Expedire pecuniam. h. e. confidere, colligere et expendere. — b) Speciatis ac saepe hoc sensu ad rem militarem pertinet. *Cæs.* 7. *B. G.* 18.; *Virg.* 4. *Æn.* 592.; et *Tac.* 2. *Ann.* 79. Arma primo expediere: deinde mutua for-midine non ultra jurgium processum est. misero mano all'armi. *Liv.* 33. 25. ad fin. Expedire tela animosque equitibus jessis. *Id.* 24. 26. ferrum. sfoderare la spada. Cf. *Val. Flacc.* 8. 302. Expedire clipeos et tela trabalia dextris. *Cæs.* 2. *B. C.* 4. na-ves. *Auct. D. Alex.* 25. classem atque instruere. *Cæs.* 7. *B. G.* 27. vineas in occulto. *Tac.* 13. *Ann.* 7. copias. — c) *Expedire* se est remotis impedi-mentis paratum se promptumque præbere, *allestiri*, *accingersi*, *preparari*. *Plaut.* *Amph.* 1. 1. 152. Cingitur: certe expedit se. *Liv.* 38. 21. Expedire se ad pugnam. *Tac.* 2. *Hist.* 99. Cætinam et Valentem expediri ad bellum jubet. *Cæs.* 1. *B. C.* 51. Celeriter tamen sese Galli equites expeditum prælumique committunt. — Et absolute. *Tac.* 1. *Hist.* 10. Ni-mæ voluntates, quum vacaret: quoties expederiat, magna virtutes. h. e. expederiat se ad bellum, in ex-peditionem iera. *Id. ibid.* 88. Multos consularios Otho, comitum specie, secum expedire jubet. *andar seco in campagna*. — d) Figurate expedire di-secum, jaculum, est ejicere, *lanciare*, *geitare*. *Horat.* 1. *Od.* 8. 12. saepe disco, Sæpe trans finem jaculo-nobilis expedito.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphora sumpta a superiori paragr. 1., expedire dicitur de molestia, periculo et similibus, et est liberare, eique contrarium est *impedire*, ut apud *Ter.* *Hecyr.* 3. 1. 17. Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea (re amatiora) expediti animum inueni. Sic apud *Cic.* *Rabir.* *Post.* 9. 24. Sapientis est, quum stultitia sua impeditus sit, quo modo possit, se expedire. *Id.* 14. *Fam.* 19. Me multa impeditunt, quæ nunc quidem expedita sunt. Cf. *eumd.* *Fis.* 30. 74. Hærerem, nisi tu me expedites. — *Plaut.* *Capt.* 2. 3. 95. Expediri e servitudo filium. *Ter.* *Adiph.* 4. 4. 5. Quonodo ne erit hac expediens turba tanta? *Id.* *Hecyr.* 5. 1. 29. Expedire se crimine. *Id. ibid.* 3. 1. 8. ærumnis. *Id.* *Phorm.* 5. 4. 4. cura. *Cic.* 2. *Att.* 25. Expedies nos omni molestia. *Id. 3. ibid.* 20. Quou se in tanta he-reditate ab omni occupatione expeditis, valde mihi gratum est. *Horat.* 1. *Od.* 22. 11. Expeditus curis. *Id.* *Epod.* 11. 25. Amor Lycisci me tenet, Unde expedire non amicorum quantic Libera consilia. *Id.* 4. *Od.* 4. 73. Quas (*Claudias manus*) et be-nigno nomine Juppiter Defendit, et cura sagittæ Expedient per acuta belii. *Val. Flacc.* 1. 217. per quot discriminata rerum Expeditor? h. e. eva-duo. *Cic.* *Mil.* 4. 10. Si vita nostra in insidiis, in vim, in tela latronum incidisset, omnis honesta ra-tio esset expediens salutis. h. e. a periculo liberan-dæ, di scampar la vita, di procacciarsi salverza. *Forcellinus* hunc locum ad paragr. proxime seq-retulit. ¶ 2. Significat etiam remotis impedimen-tis rem in ordinem ponere, rem aliquo difficilem confidere et absolvere, *sbrigare*, *finire*, *spedire*. *Cic.* 11. *Att.* 18. Cum Antonio loquare, velim quamprimum concendas. *Quintil.* 4. 2. 67. Sic magis expedit. *Id.* 7. 3. 18. Ut expedit cause. *Justin.* 41. 3. *extr.* Fides promissa nulla, nisi quatenus expedit. — Hinc Port. præter. pass.

*Expeditus*, a, um, adjective quoque usurpat, unde Comp. *Expeditor* et Sup. *Expeditissimus* sub b. Occurrit autem — a) De hominibus, et est so-luius, non *impeditus*, *promptus*, *paratus*, *scito*, *bi-bero*, *proto*, *spedito*. — Speciatis in re militari

expediri, qua restant, vix poterunt, si hoc inchoatum reliqueris. *Id.* 3. *Fam.* 12. Itaque quemadmodum expediant exitum hujus institute orationis, non re-perio. *Ces.* 7. *B. G.* 36. De obsessione non prius agendum constituit, quam rem frumentariam expeditisset, acesse compita la provisione dei viveri. *Cic.* 10. *Att.* 6. Nomina mea, per deos, expedi, exsolve liquida i conti e paga i miei debili. Sic *Id.* 13. *ibid.* 29. Expedire nomen. Adde *eumd.* 12. *ibid.* 29. Et joculariter ad hanc dicendi rationem alludens *Bibaculus* apud *Sueton.* *Gramm.* 11. Mirati sumus unicum magistrum, Summum grammaticum, optimum poetam, Omnes solvere posse quæstiones, Unum difficile expedire nomen. — Similiter *Plaut.* *Capt. prof.* 40. Expedire docte fallaciam. *Tac.* 14. *Ann.* 55. Qui me non tantum prævisa, sed etiam subita expedire docuisti. trovar ripiego o spediente. *Id.* 3. *Hist.* 73. Expedire consilia sua, esquire i suoi disegni. Sic *Val. Flacc.* 8. 333. expediant donec Junonia sese Consilia, atque aliquem bello ferat anxia finem. h. e. ad exitum perducantur. *Id.* 7. 276. Peiopis duros prior Hippodamia labores Expediit. sbrigò, diè fine. Et *Id.* 4. 667. Adverte de dei, defi-razie numina pontio, Quid scopulis præclusa ratis, quid dura juventus Expediat. h. e. conetur, tentet, mollitur, ut res ad exitum perducatur. ¶ 3. Per-tinet saepe ad loquendum, et significat rem obscuram implicitamque tum evolvere dictis et explicare, tum paucis expondere, spiegare, diciferare, dir in poche parole. *Ennius* apud *Non.* p. 505. 19. *Merc.* Id ego æquum fecisse expedibo atque eloquar. Adde *Pacuvius*, *Accium* et *Pomponium* apud *eumd.* *Non.* *ibid.* *Ter.* *Eun.* 4. 4. 26. Agedum, hoc mihi expedi primum: istam, quam habes, unde habes ve-stem? *Id.* *Phorm.* 2. 3. 52. Bliacide expedire. *Id.* *ibid.* 1. 4. 20. Quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi. *Sall.* *Jug.* 5. Priusquam hujusmodi rei initium expedio. *Virg.* 4. *G.* 286. altius omnem Expediam prima repetens ab origine famam. *Id.* 3. *Æn.* 377. Paucia tibi e multis etc. expediari dictis. *Id.* 11. *ibid.* 314. quæ sit dubia sententia menti, Expediam, et paucis (animos adhibe) docebo. *Phœdr.* 3. 14. Expedi, quid fecerim. *Tac.* 4. *Ann.* 1. Nunc originem, mores, et quo facinor domi-nationem raptum ierit, expedi. *Id.* 4. *Hist.* 48. Ea de cæde quam verissime expediunt. ¶ 4. *Res expedit* vel *expedit* impersonaliter, utile est, con-ducit, prodest, è spediante, giova, torna a conto. Oc-currat — a) Cum Nomin. rei. *Plaut.* *Amph.* 1. 3. 23. Nequier pene expeditivis prima parasitatio. h. e. pene noctui. *Al. leg.* expeditivis. *Cic.* 3. *Off.* 19. 76. Non igitur facit, dixerit quis, quod utile sit, quod expedit? Immo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit injustum, utile, emolumenatum, lucrum; expedit, facilitatem et prosperitatem si-gnificat. *Id.* 2. *leg.* *Agr.* 25. 66. Ut saltenti delibera-re plebs Romana possit, quid intersit sua, quid ex-pedit. *Id.* *Amic.* 10. 33. Ut non idem expedit, incidere saepe. — Cum addito Dat. personis. *Cic.* *Marcell.* 10. 30. Multi dubitabant, quid sibi expedit. *Id.* 1. de *republ.* 32. Ex utilitatibus varietatibus, quum aliis aliud expedit, nasci discordias. *Id.* 7. Att. 22. Nihil minus Cæsari expedit ad diurnitatem dominationis. — Et in plur. num. *Plaut.* *Trin.* 2. 1. 10. Amoris artes eloquar quemadmodum expeditant. — b) Cum Infinito, qui Nominativi vicem gerit. *Ter.* *Heaut.* 2. 4. 8. Expedit bonas esse vobis. *Cic.* 13. *Phil.* 8. 16. Omnibus bonis expedit salvam esse rempublicam. *Id.* *Cæcin.* 6. 16. Quum eam (pecunianam) in prædiis collocare maxime expedit. *Horat.* 2. *Od.* 8. 9. Expedit matris cineres opertos Fairete. *Quintil.* 6. 4. 16. Ubi vinci necesse est, expedit cedere. — c) Apud sequioris ævi scriptores sequente part. ut vel ne. *Justin.* 34. 1. Expedire omnibus dicunt, ut singula civitatis suas leges ha-beant. *Justinian.* 1. *Instit.* tit. 8. Expedit republi-ca, ne sua re quis male utatur. — d) Absolute. *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 2. 4. Tu, si ita expedit, velim quamprimum concendas. *Quintil.* 4. 2. 67. Sic magis expedit. *Id.* 7. 3. 18. Ut expedit cause. *Justin.* 41. 3. *extr.* Fides promissa nulla, nisi quatenus expedit. — Hinc Port. præter. pass.

*Expeditor*, a, um, adjective quoque usurpat, unde Comp. *Expeditor* et Sup. *Expeditissimus* sub b. Occurrit autem — a) De hominibus, et est so-luius, non *impeditus*, *promptus*, *paratus*, *scito*, *bi-bero*, *proto*, *spedito*. — Speciatis in re militari

*expeditus* dicitur, qui minus habet impedimenti ad iter, ad nognam, ut levis armaturae miles, aut sine viatico, solis armis instructus, aut sine impedimentis et sarcinis. *Sisenna* apud *Nom.* p. 58. 8. *Merc.* Inermis armati, impeditos expediti interficiunt. *Cic.* 8. *Att.* 9. *extr.* Pompejus expeditus precesserat legiones Lucceria. *Ces.* 1. *B.* 6. *G.* 49. Et circiter hominum numero XVI. millia expedita cum omni equitatu Arianovis misit. *Id.* 1. *B.* 6. *C.* 42. Reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit. *Liv.* 38. 4. sub fin. Cum mille expeditis Ambraciam profectus. Adde *Ces.* 2. *B.* 6. *G.* 19. 6. *ibid.* 25. et alibi. Cum Genitivo *Liv.* 39. 9. Cum omni equitatu expeditisque militum. *Att.* *leg.* expeditissimisque. — Generatio. *Cic.* *Quinet.* 6. 23. Cum ceteris quæ habebat vadimonia, differi, ut expeditus in Galiam profici possit. *Id.* *Mil.* 10. 28. Obviam fit ei Clodius expeditus in equo. Cf. *Horat.* *Epol.* 5. 25. Sagana expedita. Rursus *Cic.* 11. *Phil.* 10. 26. Expeditus nobis homine et parato opus est. *Id.* 2. *leg.* *Agr.* 30. 82. Expeditus ad eadem. *Id.* 2. *Orat.* 30. 131. ad pronunciandum. *Id.* *Brut.* 48. 180. T. Junios facilis et expeditus ad dicendum. — b) De rebus physicis et de abstractis, et est non impeditus, facilis, *libero*, *facile*, *spedito*. — De rebus physicis. *Ces.* 1. *B.* 6. *C.* 27. His expedito loco actuaria navigia reliquunt. *Cic.* *Flacc.* 41. 104. Quam illam viam sibi videant expeditiores ad honores. *Id.* *Annic.* 4. 13. Reditum in caelum patere optimo et justissimo cuique expeditissimum. *Id.* 11. *Fam.* 24. Pecunia expeditissima quæ erat, tibi decreta est. h. e. quæ in promptu erat. *Id.* 10. *ibid.* 25. Rationes expeditas habere, *un modo facile*. *Plin.* 3. *Ep.* 12. Veniam ad conam: sed jam nunc pacis oratione; sit expedita, sit parca. h. e. paratus facilis et parvi sumptus. Alter *Plin.* 13. *Hist.* *nat.* 1. 2. (8). Expeditissimam unguentorum. — De abstractis. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 33. 165. Sic igitur inducito et constituto probabilis, et ea quædam expeditio, solito, *libero*, nulla re implicato, vides profecto etc. *Id.* *Brut.* 63. 227. Expedita et perfacile currens oratio. *Id.* *ibid.* 61. 229. Expedita ac profluens dicendi celeritas. *Id.* *ibid.* 76. 283. Inops ad ornandum, sed ad inventandam expedita Hermaeone disciplina. *Id.* 2. *ad Q.* pr. 5. sub fin. Parva sunt, quæ desunt, et ea sunt ad explicandum expeditissima. *scilicet* *da* *brigare*. *Ces.* 3. *B.* 6. 70. Prope jam expeditam Cæsaris victoriam interpellaverunt. — Hinc

*Expeditum*, i. n. absolute, substantivorum more, occurrit in formula *in expedito esse*, h. e. in promptu esse et ad manum, *essere in pronto*. *Seneca* *Ep.* 94. ante *med.* Quedam sunt quidem in animo, sed parum prompta: quæ incipiunt in expedito esse, quam dicta sunt. *Quintil.* 10. 7. 24. Prompta res est et in expedito posita. Adde *Plin.* 4. *Hist.* *nat.* 23. 37. (121). Similiter *Liv.* 36. 16. In expedito haberent integras copias ad opem ferendam.

*EXPEDITE*, adverb. Comp. *Expeditius* et *Sup. Expeditissime*. — Expeditus est facile, plene, celeriter, sine difficultate (It. *speditamente*, *facilmente*; Fr. *facilement*, *aisément*, *promptement*; Hisp. *facilmente*, *prontamente*, *aceeleradamente*; Germ. *rüstig*, *bereit*, *flink*, *mit Bereitwilligkeit*, *Pertigkeits*, oder *Rüstigkeit*; Angl. *quickly*, *expeditiously*, *readily*, *easily*). *Plaut.* *Men.* 1. 2. 63. Expeditus fabulus est. *Cic.* 5. *Fam.* 12. 36. Res celeriter expeditus percepere. *Id.* *Brut.* 67. 237. Expeditus explicans quod proposuerat. *Id.* 6. *Fam.* 20. 2. Ex quo te quoquam opus erit, facilius et expeditissime conferas. *Id.* 2. *Invent.* 23. 69. Non implieite et abscondite, sed patentius et expeditius. *Id.* 6. *Att.* 8. Expeditus navigare. *Colum.* *Arbor.* 11. Puitatio expeditus fit. *Sueton.* *Aug.* 89. Expeditus loqui.

*EXPEDITIO*, fonis, f. 3. actus expediendi: sed occurrit speciatim tantum, et

I. Proprie in re militari est apparatus ad rem bellicam, iter militare ad bellum, ipsaque belli exercitatio, *spedizione*, *campagna*, *façade*, *στρατεία*. *Cic.* 1. *Divinat.* 33. 72. Quam C. Postumius haruspex orare illum (*Sullam*), ut in expeditionem exercitum educeret. *Ces.* 5. *B.* 6. 10. Tripartito militis equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, persequerentur. *Auct.* *B.* 6. 34. Nonnunquam expeditionibus nocturnis castella nostrorum adorium. *Seneca* *Ep.* 98. in fin. Expeditiones periculosisimas obire. *Sueton.* *Claud.* 17. Suscipere expeditionem. *Id.* *Agr.* 20. Quam expeditio Can-

tabrica lecticam ejus fulgor praestrixiisset. Adde *eumq.* *ibid.* 8. et 25., et *Claud.* 46. et 58. *Curt.* 7. 9. a med. Iste expeditio deficiente Asia domini. *Plin.* 12. *Hist.* *nat.* 6. 12. (24). Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. *Id.* 7. *ibid.* 2. 2. (26). Expeditionem cum ternis mensibus confici.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphora sumpta a superiori paregr. *Plin.* 11. *Hist.* *nat.* 8. 8. (19). Apes noctu deprehense in expeditione, excubant susine. ¶ 2. Specialius apud Rhethores expeditio est actus absolvendi ac perficiendi, confectio. *Cic.* 4. *Herenn.* 54. 68. Habet paucis comprehensa brevitas militarum rerum expeditionem. ¶ 3. Item exornatio rhetorica, quum rationibus pluribus enumeratis, quibus aliqua res aut Geri, aut non fieri potuerit, certe tolluntur, una relinquuntur, quam nos intendimus. Ita *Cic.* 4. *Herenn.* 29. 40. ¶ 4. Denique in architectura expeditio est aedificiorum dispositio vel confessio. *Vitriv.* 6. 5. 3. et 8. 6. 5. *Schneid.* ¶ 5. Singularis significatio vox est apud *Cassiod.* 1. *Tarjar.* 17. Castrum juxta vos positum oraculum communis. Munitione quippe tunc efficitur prævalida, si diutius fuerit excitatione robora. Hanc merito expeditionem nominare maiores: quia mens devota priuiliis non debet aliis cogitationibus occupari. scilicet *l'essere libero e sciolla da tutte le cure del secolo*.

*EXPEDITIONALIS*, e, adject. ad militarem expeditionem pertinens. *Spartan.* *Nigr.* 10. Jussit oras argenteas submoveri de usu expeditionalium. *Ammian.* 31. 16. Ad sortim expeditionalium rerum habilius. *Impo.* *Honor.* et *Theod.* *Cod.* *Theod.* 13. 3. 35. Portus expeditionalis. h. e. unde milites in expeditionem proficiendi solabant.

*EXPEDITUM*, i. f. *EXPEDIO* in fin.

*EXPEDITUS*, u. um. f. *EXPEDIO*.

*EXPEDITUS*, us, m. 1. idem quod *expeditio*. *Cassiod.* 8. *Hist.* *Ecc.* 13. a med. Duinde (*Valens*) Trajanum cum expeditu contra Barbaros destinavit. Adde *eumq.* 9. *ibid.* 4.

*EXPELLO*, pellis, puli, pulsum, pellere, a. 3. (ex et pello). Part. *Expellens* et *Expulsus* I. et II.; *Expulsurus* et *Expellendus* I. — *Expellere*, *expellere*, est extra pellere, ejicere, exurbare (It. *espellere*, *cacciare fuori*; Fr. *pousser hors de, repousser, chasser*; Hisp. *pujar fuera, rempujar, rechazar*; Germ. *heranstreßen, vertreiben, verjagen*; Angl. *to drive out or away, expel*).

I. Proprie occurrit — 1.) De hominibus et raro de brutis animalibus. — a) Cum addito loco, ex quo quis expellitur, per Abiat. et prepos. *ex* vel *ab*, aut sine prepos. *Cic.* *Mil.* 37. 161. Memoriam Milonis retinebitis, insume efficiatis? — hec tan-ta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, proiegetur? *Id.* 6. *Fam.* 6. Expellere aliquem et re-publica. *Id.* *Quinet.* 7. 28. Expelli et ricti et predio. *Id.* 2. *leg.* *Agr.* 31. 84. Exturbare et expelli plebem ex agris. *Nepos* *Epam.* 10. Praesidium ex arce ex-pellere. *Ces.* 7. *B.* 6. 55. Romanos ex provincia. Cf. *Auct.* *B.* *Alex.* 47. Classis ex illo siu expulsa. — *Cic.* *Sext.* 13. 30. Expellere cives a patria. Cf. *Liv.* 41. 3. ab litore nave in altum. — *Cic.* *Pis.* 7. 16. Me domo mea expulisti, Pompejum domum suam compulisti. *Ces.* 4. *B.* 6. 4. Expellere aliquos agris. *Id.* 6. *ibid.* 21. humiliores possessionibus. *Id.* 4. *ibid.* 3. hostes finibus. *Firg.* 1. *En.* 620. Finibus expulsi patriis. *Justin.* 38. 1. Auxilia sorori ad expellendum Cappadocia Nicomedem mittit. Similiter *Cic.* 10. *Att.* 4. Nisi me civitate expulissent. *Ces.* 3. *B.* 6. 110. Expellere aliquem regno. — b) Absolute. *Cic.* 2. *de republ.* 31. Hac mente tum nostri maiores et Collatinum innocentem suspicione cognationis expulerunt, et reliquos Tarquinios offensione nominis. *Id.* 2. *ibid.* 30. Expulso Tarquinio. *Liv.* 35. 19. Hoc sacramento me in pace patria mea expulsi: hoc patria extorem in tuam regiam adduxit. *Ovid.* 2. *Trist.* 2. 17. Procui expulsus, rilegato di-lontano. Huc referri potest et illud *Horat.* 1. *Ep.* 10. 24. Naturam expellas forca, tamen usque recurserit. Similiter *Cic.* *Claud.* 5. 14. Expulsa atque ex-turbata filia. h. e. repudiata. *Justin.* 9. 5. Expellere uxorem proper stupri suspitionem. — De brutis. *Liv.* 2. 11. Ut eliceret predatores, edicti suis, postero die porta Espulsa expellerent peras. — c) Cum addito fine. *Cic.* *Annic.* 12. 12. Quum proprius invidiā (Themistocles) in exsilium expulsi esset. *Liv.* 38. 50. Carthago Haunialem in exsilium ex-

pelit. *Sueton.* *Cal.* 1. Ad componendum Orientis statum expulsa. h. e. Roma missus, compulsa. Sic *Plin.* 11. *Hist.* *nat.* 11. 11. (27). Apes furoes in opera expellunt. *springono*, *cacciano a lavorare*. — 2.) De inanimis. *Curt.* 9. 4. Naviglia expulsa in ri-pam. *Tac.* *Agrie.* 12. Margarita expulsa colligere. h. e. ad litus ejeta. — Speciatim de telis. *Ovid.* 8. *Met.* 381. Arcu sagittam expellere. h. e. emittere, jaculari. *Quintil.* 10. 3. 6. Expulsi tela nervos retro tendimus. Cf. *Petron.* *Satyr.* 27. Pilis inter manus, lusu expellente, vibrabat. *Ovid.* 9. *Met.* 705. expellit se pondus in auras.

II.) Translate. — a) De hominibus. *Cic.* *Mur.* 16. 34. Ipso Pompejus regno (*Mithridatis*) posse-so, ex omnibus oris ac notis sedibus hoste pulso, tam tam tantum in unius anima posuit, ut non ante quam illum vita expulit, bellum confectum judicari. prima che non lo avesse cacciato dal mondo. et *Lucret.* 3. 359. Expelli sevo. h. e. mori. *Sueton.* *Vesp.* 14. Quidam ex officio admissionis cum expulsa. *Contra Plaut.* *Bach.* 4. 9. 41. Expulsi me pericolo. h. e. erui, elcui, evasi. — b) De abstractis.

— Cum addito, ex quo quid expellitur. *Lucret.* 5. 51. qui cuncta (vilia) subegerit, ex animoque Expulserit dictis, non armis. *Catull.* 76. 22. Expellere ex otio pectori latitare. *Plaut.* *Trin.* 3. 2. 24. Capis sis irritum animo et corde expelle distidam tuo. *Lucan.* 3. 53. Expellere curas pectori. — Absolute. *Ces.* 5. *B.* 6. *extr.* Quæ res omnem dubitacionem adventus legionum expulit. *Id.* 1. *B.* 6. 34. Ne nova Cæsaris officia veterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 137. Expulit belleboro morbum bitemque meratu. *Ovid.* *Heroid.* 14. 72. Expulerunt sonnos haec mea dicta tuos. h. e. abstulerunt. *Id.* 8. *Met.* 530. Expellere quietem. *Id.* 6. *Fast.* 215. Spem meus expulserit. *Id.* 6. *Met.* 617. per vulnera milii Sontem animam expellam. Cf. *Tac.* 16. *Ann.* 19. Expellere vitam, uccidere in fretta. *Seneca* *Med.* 910. Expulsus pudor. *Petron.* *Satyr.* 10. Quæstibus paupertatum ex-nellere. *Quintil.* 6. 8. 16. Metaphora aut vacante occupare locum debet, aut, si in alienum venit, plus valere eo, quod expulit. *Plin.* 8. *Ep.* 14. *extr.* Sententia expulsa. h. e. rejecta.

*EXPENDO*, pendis, pendi, pensum, pendere, a. 3. (ex et penlo). Part. *Expendens* II. 1.; *Expendens* I. 1. et 2.; *Expendendus* II. 1. — *Expendere*, *traducere*, est ponderare, pendere (It. *pesare*; Fr. *peser*; Hisp. *pesar*; Germ. *abwägen*; Angl. *to weigh*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est ponderare, pendere. *Plaut.* *Asin.* 2. 2. 34. LE. Quot pondo te esse censes nodum? LT. Non edepol scio. LE. At pol ego, qui te expendi, scio. *Cels.* 5. 19. n. 12. Quoties bacca, aut nucem posuero, scire oportebit, antequam expendatur, ei summam pelliculam esse demandam. — Poetice *expensus gradus* est quasi numeratus, latus, compositus, mulierbi quadam segnitie. *Proper.* 2. 3. 6. Ibas et expenso planta mortale gradu. Fortasse est, quod *Ter.* *Phorm.* 5. 1. 27. dicit *ire suspensa gradu*. ¶ 2. Lazlorū sensu est impendere, spendere, pagare; quod olim ante pene-riam cusum, ut pondere sollebat per libram. — a) Modis finitis. *Cic.* *Flacc.* 28. 68. Ante pedes pretoris in foro expensum est usi pondo centum. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 105. Causis nominibus certis expendere nummos, dar fuori a censo. *Justin.* 12. 11. Viginti millia talenta in hos sumptus expensa. *Paul.* *Dig.* 19. 1. 47. Usuras gravissimas expendere, pagare. — b) Hoc sensu sepe occurrit Part. *preter-pass.*; et quidem neutr. gen. absolute, substantivum more. *Plaut.* *Mos.* 1. 3. 136. Bene igitur ratio accepti et expensi inter nos convenit. *il conto dell'avere e del dare*. *Gell.* 14. 27. Probari debere pecuniam datum consuetis modis, expensi latrone, mensa rationibus, chiographi exhibitione. — Hinc expensum ferre vel pecuniam expensam ferre, frequens locutio in rationibus, est scribere v. gr. in codice expensi, se pecuniam expendisse, numerasse, dedisse, ut ait *Asconius* ad *Cic.* 3. *Ferr.* 39. 100. *scriversi creditore*, darsi credito, dar debito, *ἀποχρέψομαι*, *ἀποχρέψημαι*. *V.* *acceptus* in *ACCIPIO*. *Cic.* loc. cit. Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expensum tulit. et paulo post § 102. Satis te elapsurio omni suspicione arbitrabare, si, quibus pecuniam credebas, his expensa non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres, quem tot tibi nominibus accepimus *Curti*

referent. Quid prederot tibi te expensum illis non tulisse? *Id. Rosc. com.* 5. 14. Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit, o contata, o scritta, o promessa. *Auct. B. Alex.* 56. Accessit omnes, qui sibi pecunias expensas tuleraat, acceptasque eas jubet referri. — c) Urbane *Cic.* 9. *Fam.* 10. Nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum et Vidiūm judicem esse. Profert alter duobus versiculis expensum Niciae: alter Aristarchus hos ὅπερι. Ego, tamquam criticus antiquis, iudicatus sum, utrum sint τοῦ ποντοῦ, an παρεργάθηντο. produce in due rīge un debito di Nicia: Faltro ha per falsificata quella partita, etc. Loquitur hoc modo *Cic.*, quia hi grammatici erant. — d) Neque solūmodo perscriptione pecunia expensas significat, sed etiam ipsam pecunia numerationem ac præstationem. *Liv.* 8. 20. Homines prope quadragesimos protulisse dicitur, quibus sine senore pecunias expensas tulisset. h. e. quibus pecunianas credidisset sine senore. — e) Transferit et ad alia. *Cælios* apud *Cic.* 8. *Fam.* 4. Mētio facta est de legione ea, quam expensam tulit C. Cæsari Pompejus. h. e. tradidit, ut legitor apud *Auct. B. G.* 8. 54. — f) Dicitur etiam expenso ferre. *Jabolen. Dig.* 33. 10. 10. Qui vestem omnem et res plurim generum supellectilis nomine expenso ferre solitus erat. registrare col nome di suppellettile. — g) Translate. *Ulp. Dig.* 36. 4. 3. Ipsam enim facilitati sua expensum ferre debere, quæ minus idoacos fidjassores accepit, dover ascrivere. *Sævola ibid.* 42. 8. 24. Alii creditores suæ negligenter expensum ferre debent. ¶ 3. Item latiori sensu, apud *Plaut.* tantummodo, est pendente estimare, penden- do exāquare. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 1. Hunc hominem decet auro expendi. h. e. auro contra estimari, pe- sare e stimare come l'oro. *Id. Merc.* 2. 4. 20. Achillem orabo, aurum mihi det, Hector qui expen- sus fuit. h. e. estimatus. *Id. Rud.* 4. 4. 43. Aurum auro expendetur, argentum argento exāquabitur. h. e. compensabitur.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphora sumpta a super. paragr. 1. est cianinare, considerare, esaminare. *Cic. 2. Orat.* 76. 309. Equidem quum colligo ar- gumenta causarum, non tam ea numerare soleo, quam expendere. Sic *Id. 6. de republ.* 1. In disse- sione civili expéndendos cives, non numerandos pu- to. *Id. Orat.* 15. 57. Nec vero utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendat ac seliget. *Id. post redit. in senat.* 6. 15. Iudem expendunt acque es- timant voluntates, sententiamque dicunt, et judi- cant etc. *Id. Flacc.* 5. 12. Vos in privatis minima- ram rerum judicis testem diligenter expeditis; etiam si formam hominis, si nomen, si tribum nostis, mores tamen exquirendos putatis. *Id. Brut.* 50. 186. Hæc expendere arte aliqua. Sic *Tac. 13. Ann.* 3. verba arte. *Virg.* 12. *Æn.* 20. tanto me impensis aquum est Consulare, atque omnes metuentem expendere casus. *Ovid. 3. Amer.* 5. 34. Expended animo singula visa suo. *Id. 13. Met.* 150. meritis expendere causam. *Tac. 1. Hist.* 87. Belli consilia expendere. — Et sequente Relativo. *Cic. 1. Off.* 31. 113. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui. ¶ 2. Metaphora sumpta a superiore paragr. 2. est luere, solvere, dare. *Accius* apud *Cic. 2. Tusc.* 10. 23. pñnasque Jovi fato ex- pendisse supremo. *Virg.* 11. *Æn.* 237. infanda per orbem Supplicia et scelerum penas expeditimus omnes. abbiemo pagato illo. *Id. 2. ibid.* 229. Ex- pendere scelus. h. e. penas sceleris. *Tac. 12. Ann.* 19. Capite penas expendere. *Sil. It.* 13. 697. dignas pro talibus ausis Carthago expendat penas. *Id. 6. 587.* nimium vivacis dura senectæ Supplicia expendi. *Id. 7. 712.* Penoque ob militia facta Dignum ex- pendamus pretium. — Hinc

*Expensem*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, *V. sub 1. 2. b.*

*EXPENSA*, æ, f. 1. proprie est particip. præter. pass. ab expendo (subaudi pecunia), sumptus, im- pensa. *Claud. 1. Cons. Stilich.* 145. non indecora æteria lassant *Expensæ*. *Ulp. Dig.* 27. 10. 1. Qui ueque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua profundit. *Veget. 2. Milit.* 18. in fin. Quidvis efficit solertia, si competentes non denegentur expense. Adde *Cassiod. locc. citi. in EXERCITUA- LIS.*

*EXPENSE*, adverb. impense, vehementer. *Cic. 5. Auct. 2. a med.* Quum me expense e sua villa, num-

quid vellem, rogasset. *Altii rectius leg. ex Pansæ villa. Theod. Priscian. de dicta 15.* Cæliacos ex- pece desirante.

*EXPENSILATIO* et rectius expensi latio, ònis, f. 3. respondet accepitationi, et significat, quum in codice expensi perscribit aliquis, se pecuniam ex- pendisse, et alteri numerasse; vel quum stipulatur, et alteri aidentient declarat, se pecuniam dedisse. *Gell. 14. 2.* Probari debere pecuniam dataam con- suetus modis expensione, measus rationibus, chi- rographi exhibitione etc.

*EXPENSIO*, ònis, f. 3. actus expendendi, sumptus. *Imp. Vatens. Gratian. et Valentian. Cod. Theod.* 6. 4. 23. Ne quis semel præstite expensio- nis transeat modum. *Syriach. 5. Ep.* 74. (al. 76.). Gessantibus novis expensionibus.

*EXPENSO*, as, avi, are, a. 1. frequent. ab ex- pendo, ejusdemque sere significacionis: scilicet ¶ 1. Pondero, examino, numero. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 31. Res rationesque heri euro, argentum accepto, expen- so, et cui debet dato. *Sævola Dig.* 40. 5. 41. circa med. Tutoris Cupido servo exactionem commiserunt: isque hummos redactos expensayit eidem tutoribus. ¶ 2. Pro dispensare. *Macrobi. 1. Saturn.* 13. Alter- nisque annis binos et vicenos, alternis ternos et vi- cenos dies intercalares expensabant intercalationibus quatuor.

*EXPENSUM*, i, et

*EXPENSUS*, a, um, *V. EXPENDO.*

*EX PERFECTISSIMIS*, m. plur. qui fuerant per- fectissimi. *Cod. Theod.* 8. 1. 6. *V. PERFECTUS.*

*EXPERGEOFACIO*, facis. fœci, factum, facere, a. 3. (expergesci et facio). *Expergesci* pass. agnoscurt a *Dioned.* 1. p. 372. *Putsch.*, unde Part. *Experge- factus* I. et II. — *Expergesci* est electio a sonno.

I.) Proprie. *Sueton. Cal.* 6. *Expergesci* et so- mno. Tiberius est gratulans vobis. *Id. Claud.* 8. Ut repente expergesci faciem sibi stricaret. Adde eund. *Aug. 94.* *Cal.* 33. et *Oth.* 11.

II.) Translate. *Plant. Cerc.* 1. 3. 42. Magum sagittum probrumque, Phædrome, expergesci. h. e. excitas, admittis, perpetras. *Lucret.* 2. 413. Ac Mu- sea mele, per chordas organicas que Mobilibus digitiis expergesci figurant. h. e. soni musici, quos ex- citatos chordarum pulsatione, organicas varie modu- lantur. *Cic. 4. Herenn.* 34. 45. Hic Italianum tumultus expergesci terrore subito. *Id. 7. Ferr.* 15. 33. Si forte expergescere te posses.

*EXPERGEOFACIO*, ònis, f. 3. excitatio a somno. *Augustin. de vera Relig.* 50. A somno expergesci. *EXPERGEOFACIUS*, a, um, et

*EXPERGEOFACIO*, is, etc. pass. *V. EXPERGE- FACIO.*

*EXPERGIFICO*, as, are, a. 1. expergesci. *Gell.* 17. 12. Ingenio expergisci ando idonee res.

*EXPERGIFICUS*, a, um, adjec. qui expergesci. *Apul. Florid.* n. 13. Galli expergisco carmine occi- nunt.

*EXPERGISCO*, is, etc. *V. voc. seq. init.*

*EXPERGISCOR*, pergesciri, perrectus sum, per- gisci, dep. 3. (a simplici *expergo*), vel potius pass. 3., ut sit *Forcellinus*. — *Expergiscer* παραγόμενο pro expergisci legitur apud *Plaut. Asin.* 2. i. 1. — *Expergiscer* active quod ad formam, neutraliter vero quod ad significacionem attinet, dixit *Pompo- nius* apud *Non.* p. 473. 6. *Merc.* Quum tam clare tonuerit, ut, si quis dormitaret, expergiceret, si sveglieret. Nonnulli expergiscerunt apud *Plin.* 22. *Hist. nat.* 13. 15. (31); ubi alii rectius exper- gisci. — Part. *Expergesci* et *Experrectus* I. et in fin. — *Expergisci*, ξυγέρωσαι, est e somno ex- citari (It. svegliarsi, destarsi; Fr. s'éveiller, se ré- veiller; Hisp. despertarse, deixar de dormir; Germ. wach werden, erwachen, aufwachen; Angl. to awake, rouse or bestir one's self).

I.) Proprie. *Cic. 2. Att.* 23. 3. Si dormis, exper- giscere, si stas, ingredere etc. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 16. 51. Quum somnauavit (*Ennius*), ita narrat. — Ita- que simul ut experrecti sumus, visa illa conteini- mus. Adde eund. 1. *Divinat.* 28. 59. et 13. *Att.* 38. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 32. Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones: Ut te ipsum serves, non exper- gisceris? *Plin.* 22. *Hist. nat.* 13. 15. (31). Urtica in- faustum sedes tactu rosilire cogit; lethargicos exper- gisci tactis cruribus. *Cel. Aurel.* 2. *Acut.* 2. Exten- sio crurum tamquam morte et somno expergescit.

II.) Translate. *Plaut. Asin.* 2. i. 1. Nunc te me-

liu' si expergiscier, atque argento comparando fingero fallaciā. *Ter. Adelph.* 4. 4. 21. Cessatum usque adhuc est: nunc porro, Ἐσχίne, expergiscer- a. *Sall. Cat.* 21. Quin igitur expergiscimini? en illa, quam ssepe optasti, libertas. Cf. *Pseudo-Sall.* orat. 2. ad *Cœs. de rep. ordin.* ante med. Ut o- mnes expergiscantur ad libertatem. — Hinc Part. præter. pass.

*Experclus*, a, um, adjective quoque occurrit. unde Comp. *Experrectior*: translate autem sumitur pro vigilanti, attento, acri. *Cic. Rosc. Am.* 49. 141. Experrecta nobilitas armis atque ferro rempublicam recuperavit. *Colum.* 9. R. R. 7. 5. Ut sint apes ex- perrectiores: nam frigus ignaviam creat.

*EXPERGITE*, adverb. vigilando. *Apul.* 8. *Met.* Expergitie auscultare. *Id. 2. ibid.* Expergitie manus obire.

*EXPERGITUS*, a, um. *V. voc. seq.*

*EXPERGO*, gis, gi, gitum, gere, a. 3. (ex et per- go). Part. *Experrectus* V. in *Expergiscor*. — *Diomed.* 1. p. 372. *Putsch.*, et *Paul. Diac.* p. 80. S. Müll. discrimen tradunt inter *expergitus* et *exper- rectus*; ut *expergitus* dicatur, qui satiatis somno sponte evigilat; *experrectus* a quiete impeditus, seu ab alto excitatus. Apud *Paul. Diac.* alii leg. *exper- rectus*. — Ceterum Part. *Expergitus* I. et II. — *Expergo* est e somno excito.

I.) Proprie. *Lucret.* 3. 943, nec quisquam exper- gitus extat. Frigida quem semel est vital pausa secu- ta. Accius apud *Non.* p. 104. 16. *Merc.* fleu vigiles properate, expergitie pectora tarda sopore: exsurgite. *Sanctro* ibid. Omnes vocis expergit sono. *Lucilius* apud *Diomed.* loc. cit. et apud *Priscian.* 10. p. 888. *Putsch.* E somno pueros cum mane expergitus clamo. Al. melius leg. cum mane, expergitie, clam. *Fronto Prince. Hist.* p. 319. Primam vigilam facile vigilare, postrem jaunditum expergitus L. Verus opperiri. *Apul. 2. Met.* Cum derum *Diophanes* ex- pergitus, sensit imprudentia sua labem.

II.) Translate est excitare. *Gell.* 6. 10. Quum aliis salubribus exemplis hortabatur ad philosophiam ca- pessendam, tum vel maxime ista re animos juvenum expergebat. *Apul. de Mag.* Animus expergitus cito ad divinam naturam redigitur.

*EXPERIENS*, entis. *V. EXPERIOR* in fin.

*EXPERIENTER*, adverb. perite. *Boeth. Aristot. Topic.* 2. 3. p. 678. Quod justè est, scienter et exper- ienter est: quod injustè est, ignoranter et inexperi- enter est.

*EXPERIENTIA*, æ, f. 1. ¶ 1. Stricto sensu est actus experiendi, experimentum, periclitatio. *Farro* 1. II. II. 18. 8. Nos debemus et imitari alios, et aliter ut faciamus experientia tentare quædam. *Cic. 4. Tusc.* 26. 56. Egritudinem suscipere pro experien- tia. *Id. Habir. Post.* 16. 43. Equitem R. non libidine, non turpibus impensis copiditatum atque jactu- rum, sed experientia patrimonii amplificandi iuden- tem exceptit. h. e. dum tentat patrimonium augere. *Plancus* apud *Cic. 10. Fam.* 18. ad fin. Quæ si ad- ventus meus represserit, agam gratias fortuna constanteque meæ, quæ ad hanc experientiam excita- vit. *Ovid. 1. Met.* 225. hæc illi placet experientia veri. h. e. hoc modo placet illi verum explorare. *Id. 7. ibid.* 737. Cui non ista satis fidel experientia sano Magna foret? *Al. leg.* Cui non ista fide satis etc. *Vellej.* 2. 78. Cesar crebris experimentibus, pallientia peregrorum bellique experientia durabat exercitum. *Id. ibid.* 57. Laudandum experientia consilium Panæ est. h. e. exit. ¶ 2. Latiori sensu est sci- entia et cognitione et multis experimentis acquisita. *Fing.* 1. G. 4. apibus quanto experientia parcis. h. e. solertia. *Cels. præfat. post med.* Ad curandi ratio- nem nihil plus confert, quam experientia. *Colum.* 10. R. R. 338. Ipsi novas artes varia experientia rerum Et labor extendit miseric, ususque magister Tradidit agricolis etc. *Manil.* 1. 61. Per varios usus artem experientia fecit. Exemplio monstrante viam. *Tac. 1. Ann.* 4. Agrrippa non ætate neque rerum experientia tantæ molli par. *Id. ibid.* 46. Vir longa experientia.

*EXPERIMENTO*, as, ævi, Ætum, are, a. 1. Part. *Experimentatus*. — Experimentare est experimen- tis probare. *Theod. Priscian.* 4. p. 312. edent. Ald. Ad hydropem, quam frequenter experimentavit Eugamius, confectio. *Id. 3. 5.* Omnibus experimentatum usibus remedium. *Id. 4. p. 312. edent. Ald.* Ad hy- dropem potio experimentata a Cornelio. et paullo

post. Ad dolorem ventris et ad tortionem experimentum a Cornelio.

**EXPERIMENTUM**, i. n. 2. experientia, tentamentum, argumentum. *Sall. Jug.* 50. Metello experimentum cognitum erat, genus Numidarum infidam esse. *Cic. 3. Tusc.* 30. 74. Hoc maximum est experimentum; quum constet, ægritudinem vetustate tolli, banc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diurna. *Quintil.* 2. 5. 15. Minus valent præcepta, quam experimenta. *Id.* 6. 2. 25. Quæ non aliquo tradente, sed experimento meo accepi. *Id.* 3. 8. 36. Facillime ad consentendu[m] homines dicuntur ex experimentis. *Tac.* 13. *Ann.* 24. Ut plebs experimentum daret, an amotis custodibus, modestiam retinere. *Vellej.* 2. 94. Præcipua omniū virtutum experimenta edere. *Plin. Paneg.* 43. Probatur experimentum, sit ne feracius etc. *Plin. alter 5. Hist. nat.* 1. 1. (12). Id plerumque fallacissimum experimento reprehenditur. *Id. 29. ibid.* 1. 8. (18). Medicis experimenta per mortes agunt. *Id. 13. ibid.* 2. 3. (19). Ugaentorum experimentum inversa manu capitur. *Id. 17. ibid.* 2. 2. (13). Inutilissimum experimentis creditur. *Veget.* 3. *Milit.* 1. Veteres remedia difficultatum experimentis didicierunt. *Prudent.* 2. *nept. orsp.* 406. Tunc ille: Coctum est, devora et experimentum cape. *Pelagon. Veterin.* 28. 23. Hec de experimento est. h. e. experimentis liquet.

**EXPERIOR**, pértris, pertus sum, périri, dep. 4. (ex et antiquum periri, quod erat conari, seu potius periculum facere, a πειράω vel πειρόποια, ut et *Voss.* docet). — *Experior pro exterior nonnulli legunt apud Catull. 21. 6.; sed alii rectius ibidem experiris leg. pro experib[us]. V. locum in EXJOCOR.* — *Experiscar et experiscatur pro experiar et experiat ab inusit. experiscor, legitur in Inscript. non optimæ notæ apud Fea, Var. di notiz. p. 174. MEVIA SOPHE, IMPETRA, SI QVAE SVNT MANNES, NE TAM SCLESTVN DISCIDIUM EXPERISCAR DIVITIS HOPES. Alia in Giorn. Arcad. T. 39. p. 237. si qvis HVNG (lyculum) AMOERIT, SEMPER DOLOREM EXPENSICATVR, QVM EGO EXPERTA SVM.* — Part. *Experiens* I. 1. et in fin.; *Expertus* I. 1., 2. et in fin.; *Experitus* I.; *Experiendus* et *Experiundus* I. 1. et 3.; *Experitus* quidam legunt apud Caton. R. R. 157., at alii experirer legunt. — *Experiri, πειράποια, est probare, periculum facere (It. far esperienza, experientare esaminando, mettere alla prova, provare; Fr. éprouver, faire l'expérience ou l'essai, mettre à l'épreuve; Hisp. probar, experiminar; Ger. prüfen versuchen, prüfen, den Versuch machen, auf die Probe stellen; Engl. to try, attempt, prove, experience).*

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximas, probare, periculum facere; et usurpatur — a) Cum Accusativo rei, aut aliquando etiam personæ. *Plautus.* Experiri fidem alicujus. *Forcellinus* assert loco non laudato, quem ipse micino inventi. *Cic. Cœl.* 24. 58. Habuisse ajuni domi (*venenum*), viisque rius esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato: cuius perreleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum. *Id. Brut.* 65. 231. Te arbitror, malle ipsum tarere, quam taciturnitatem nostram experiiri. *Id. 16. Att.* 16. c. 1. Facile patior datum tempus, in quo amorem experire tuum. *Cœs. 2. B. C.* 16. His persuaserunt, ut caenam bellii fortunam experientur. *Liv. 2. 59.* Monentes, ne utique experiri vellit imperium, cuius vis omnis in consensu obedientium esset. h. e. utendo in disserim adducere. *Virg. 2. G.* 222. Experiri terram facilem colendo. *Ovid. 2. Fast.* 367. Cœstibus et jaculis et missi pondere saxi Brachia per lusus experienda dabant. *Quintil.* 10. 1. 109. In quo totas vires suas cloquenter experirentur. *Id. 2. 5. 12.* Frequenter interrogare et judicium discipularum experiiri. *Id. 11. 2. 34.* Experiri memoriam alicujus. *Id. 5. 7. 20.* animum. *Plin. 8. Hist. nat.* 32. 50. (117). Cervi cornua ad arbores subinde experientes, faciendo prova. *Id. 16. ibid.* 12. 23. (56). Nihil non experiente vita. — Cum Accus. personæ. *Plaut. Merc.* 4. 4. 29. Vin' me experiri? *Ter. Heccr.* 5. 2. 12. Hanc experiamur. *Cic. Amic.* 22. 84. Tum se denique errasse sentiunt, quum eos (amicos) gravis aliquis casus experiri coxit. *Id. 2. Divinal.* 48. 97. Quadrangenta et septuaginta milia annorum in pericitandis experientis que pueris, quicunque nati essent, Babylonios posuisse, ajunt. in trouver la nativité. *Nepos Hamilt.* in fin. Ut interire, quum non Romanos experiri,

mallet. h. e. explorare commiso prælio. *Ovid. 3. Trist.* 2. 27. Experiri deos iniquos, provare, sentire. — b) Sequent Relativi. *Ennius* 6. *Ann.* 30. Vos ne velit, an me regnare, hera quidve ferat Fors, Virtute experiamur. *Plaut. Trin.* 4. 2. 93. Lubet experiri, quo evasurus est. *Id. Truc.* 2. 4. 44. Sese experturam, quanti se penderem. *Cic. 1. Orat.* 26. 121. In me ipso experior, ut exalbescam etc. *Liv.* 25. 38. Experiri libet, quantum audeatis, duce vestro auctore. *Virg. 3. Eccl.* 28. Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, vicissim Experiamur? *Curt.* 6. 11. a med. Ut experiemur, ulrum vino gravatus etc. *Petr. Satyr.* 31. Experiri volui, si tota familiæ causaret. *Plin. 3. Ep.* 14. Abjiciunt in servens pavimentum, ut experientur, an viveret. — c) Sequenti Infinito. *Plaut. Barch.* 3. 2. 3. Id opera expertus sum esse ita. *Ter. Phorm.* 3. 3. 5. Rursum ei beneficium experiamur reddere. *Quintil.* 2. 4. 13. Expertus sum protesse. — d) Absolute. *Cic. 12. Phil.* 2. 6. De me exterior, cujus idem consilium, quod tuum, sentio quam reprehendatur. Sic Experiendi apud eum. 1. *Fam.* 7. 10. Experiendo magis, quam discendo cognovi. Cf. *Liv.* 44. 41. Pleraque nova commenta, experiendo, sine ullo effectu evanescunt. *col metterli in pratica o alla prova.* Similiter *Experiendum* est, bisogna far la prova, spud *Cic. Amic.* 17. 62. Judicare difficile est sane, nisi expertum: experendum autem est in ipsa amicitia: ita precurrit amicitia iudicium tollitque experiendi protestatum. — d) Part. *Expertus* active illud modis occurrit. — *Cum Accus. rei aut persone.* *Cic. Flanc.* 9. 22. Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis. *Virg. 1. G.* 118. hæc quum sint hominumque bouisque labores Versando terram experti. *Horat.* 4. *Od.* 4. 3. expertus fidem (Aquilam) Jupitern in Ganymede flavo. *Id. 3. ibid.* 14. 10. Puellæ jam virum experte. h. e. nuptæ. *Quintil.* 6. 5. 7. Quum suaderet bellum Albinensibus parum id propere expertis. — Sequenti Relativi. *Val. Flacc.* 5. 562. Expertique simul, si tela artusque sequantur. — Sequenti Infinito. *Quintil.* 10. 3. 32. Expertus, juvenem prælongos habuisse sermones. *Plin. 9. Ep.* 13. Expertus usu, non esse consulendos etc. — Absolute. *Cic. Mil.* 26. 69. Qui motus communium temporum quam crux accidat, experti scire debemus. *Id. 2. Orat.* 17. 72. Dicam enim tibi, Catule, non tam doctus, quam (id quod est majus) expertus. *Ovid. 5. Fast.* 674. Si juvat expertis credere, numen habet. Cf. *Quintil.* 1. 12. 11. Ut frequenter experti sumus. — Sic expertum est, experimento compertum est, si sa per experientia. *Gell.* 15. 7. Observatum in multa hominum memoria, expertusque est in senioribus plerisque. ¶ 2. Item est agendo experiri, suas vires in re aliqua experiri, adeoque cooari, tentare. — a) Cum Accusativo rei, quam agendo experimur, tentamus. *Experiri omnia* hoc sensu særissime occurrit. *Ter. Andr.* 2. 1. 11. Omnia experiri certum est, prius quam pereo. h. e. tentare. Sic *Cœs.* 7. B. G. 78. Omnia experiri, prius quam etc. Cf. *eum.* 3. B. C. 57. Sese omnia de pace expertum. Et *sunt. Cat.* 26. Extrema omnia experiri. *Brutus* apud *Cic. 1. ad Brut.* 16. *ad fin.* Experiari et tentabo omnia. Sic *Cic. Orat.* 1. 4. Qui desperatione debilitati experiiri id nollent, quod se assequi posse dissident. Sed par est omnes omnia experiri, qui res magna et magno opere expetendas concupiverunt. — De aliis. *Sall. Jug.* 31. Experiri libertatem. h. e. libertate uti. Sic *Ovid. 4. Fast.* 814. Magna fides ayium est: experiri aves. — b) Sequenti Infinito. *Quintil.* 2. 13. 17. Quæ sunt tomen tradita, quid ex his optimum, et, si quid mutari, adjici, detrahi, melius videbitur, dicere experiari. — c) Absolute. *Cic. Orat.* 1. 2. Quod quoniam me sapientis rogas, aggrediar, non tam perficiundi spe, quam experiri voluntate. *Cœs. 4. B. G.* 3. Hos quum Suevi, multis saepe bellis experti, finibus expellere non potuerint. ¶ 3. Speciatim in jure experiri jus, et experiri absolute, est jus suum ad rem aliquam in iudicio exponere. — *Paul. Dig.* 2. 4. 1. In jus vocare, est juris experiri causa vocare. *Ulp. ibid.* 47. 8. 4. Quum primum de ea re experiri potestas fuerit. — Huic affine est experiri jure vel legibus, andar per via di giudizio, iudicio agere. *Cic. Quinct.* 11. 38. Si quid in controversiam veniret, aut intras parietes, aut summum jure experiretur. *Nepos Timol.* 5. Hanc enim speciem libertatis esse, si omnibus quid quicque vellit, le-

gibus experiri licet. — Absolute. *Cic. Quinct.* 23. 75. A me diem petivit: ego experiri non potui: latitavit. *Liv.* 40. 29. ad fin. Si quod seu jus seu auxilium se babere ad eos liberis repetendos existimat, experiretur.

II.) Translate, metaphoræ sumpta a paragr. 3. proxime superiori, experiri cum aliquo ponitur universum pro contendere. *Plaut. Cist.* 2. 1. 11. Maritimis inoribus mecum experitor. — Hinc Part. præs.

*Experiens, entis, adjective quoque occurrit, unde Sup. *Experientissimus*; et juxta super. paragr. 1. 2. est qui multa expertus est, calidus, peritus, itemque omnia experiens, navus, strenuus, industrius, pratico, dī molta esperienza, intraprendente, industrioso, attivo. — a) Absolute. *Cic. 5. Ferr.* 21. 53. Homo gnarus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. *Id. 6. ibid.* 17. 37. Promptissimus homo et experiens. *Id. Cluent.* 8. 23. Vir fortis et experiens. *Liv.* 6. 34. Vir acer et experiens. *Ovid. 14. Met.* 159. comes experientia Ulyssis. *Id. 3. Pont.* 7. 11. Ne gravis utori dicar, qua scilicet in me Quam proba, tam timida est experiensque parum. *Id. 1. Amor.* 9. 32. desiderium quicunque vocavit amorem, Desinat: ingenii est experiens amor. — b) Cum Genitivo. *Ovid. 1. Met.* 414. Ide genus durum sumus experientiasque laborum, tolleranti delle fatiche. — c) Cum Ablat. et præpos. in. *Vulgat. interpr.* 2. *Macchab.* 9. In bellicis rebus experientissimus. — Et Part. præter., cuius plurima superius activa significatio exemplia retulimus,*

*Expertus, a, um, passiva significatione adjectiæ usurpatur, unde Sup. *Expertissimus*; et est experientia probatum, experimentalis, consciunt per prova. *Cic. Balb.* 6. 16. Cuius igitur audita virtus dubitatione locum non daret: hujus presentis, experta atque perspecta obtrectorum voce laudetur? Sic *Liv.* 3. 44. Vir acer et pro causa plebis expertæ virtutis. *Id. 1. 34. extr.* Ut per omnia expertus, postremo tutor etiam liberis regis testamento instituatur. *Id. ibid.* 17. Libertatis dulcedine nondum experta. *Propert.* 1. 3. 18. Expertæ sacerit. *Sueton. Vespa.* 4. Industria. *Id. Tib.* 19. Confidens ostento sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. *Tac. 3. Ann.* 17. Artes tam feliciter expertas vertere in aliquem. *Plin. 29. Hist. nat.* 1. 5. (11). Populus Romanus expertam medicinam damnavit. *Claud.* in orat. ad senat. apud *Gruter.* 50. 2. col. 2. lin. 34. obsequivium (comitiae Galliae) MYLTIS TREPLOIS REBUS NOSTRIS PLVSQVM EXPERTVM. — b) Cum Genitivo. *Virg. 10. Æn.* 172. Sexcentus illi dederat Populonia mater Expertos belli juventus. *Tac. 4. Hist.* 76. Nec subitum nullitem, sed veterem expertumque bellum.*

EXPERISCOR. *V.* voc. præced. init.

EXPERITOS, imperitos. *Paul. Dioc.* p. 79. 15. *Mähl.* — NB. De nom. propre. *V. ONOM.*

EXPERJÜRO. as. are. a. t. valde juro. *Afranius apud Non.* p. 473. 23. *Merc.* Experjurabant, exerabant se ac suos.

EXPERRECTUS, a, um. *V. EXPERGISCOR.*

*EXPERTS*, pertis, adject. omn. gen. (ter et pars) ἀπορος, qui aliquid rei nullam habet partem (i. non participes; Fr. qui ne participe pas; Hisp. el quien no participa; Germ. der an etwas nicht Theil hat oder nimmt, untheilhaft; Angl. not concerned in).

1.) Proprie usurpatur cum Genitivo. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 83. Expertem te amoris oculi habui. h. e. clavij te amorem nati. *Ter. Heaut.* 1. 1. 39. Si moreretur, ne expertis partis esset de nostris bonis. *Cic. 1. de republ.* 27. Et in regnis nimis expertis sunt etior communis juris et consilii. et in optimatum dominstu vix particeps libertatis potest esse multitudo. *Id. ibid.* 31. Sunt expertes Imperii, ronsilli publici, judicij electorum iudicium. *Id. 8. Att.* 8. Omnes nos expertes sui tam consilii relinquerebat.

II.) Translate est privus, vacuus, immunis, tum in bonam, tum in malam partem; et occurrit — a) Sæpissime cum Genitivo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 16. Ipse dominus dives operis et laboris experts. *Titinius apud Non.* p. 495. 13. *Merc.* Omnium vitium (h. e. vitiorum) expertem, consilii plenum prohibui. *Cic. 1. Legg.* 7. 22. Solum est ex tot animalium generibus atque naturis particeps rationis et cogita-

tionis, quum cetera sint omnia expertia. *Id.* 1. *Off.* 16. 50. Feræ rationis et orationis expertes. *Id.* 2. *Orat.* 1. 1. Omnis eruditio expertus atque ignarus. *Id.* *ibid.* 19. 81. Homines expertes veritatis. *Id.* 1. de republ. 2. Omnes negotii publici expertes. *Id.* 2. *Divinat.* 38. 81. Humanitatis expertes. *Id.* 4. *Fam.* 14. ad fin. Omnim periculorum expertis. *Id.* 4. *Verr.* 78. 191. Ut nulla ejus vita pars summa turpitudinis esset expertis. *Id.* *Amic.* 23. 87. Serpit per omnium vilas amicitia, nec ullam astatim degende rationem patitur esse expertem sui. *Virg.* 4. *Æn.* 550. Vita thalami expertis. *cēlibe.* *Horat.* 2. *Sat.* 8. 15. Chium viuum matris expertis. *Id.* 3. *Od.* 4. 65. Vis consilii expertis. *Seneca Troad.* 675. Expertis sui. h. e. sibi minime compos, fuori di se. *Stat.* 5. *Silv.* 5. 60. Expertis imperii Fortunæ. h. e. qui aduersam Fortunam non est expertus. — Huc pertinet et illud *Plaut.* *Asin.* 3. f. 1. Nequeon' ego te interdictis facere mansuetam meis? An ita tu es animata, ut qui expertis matris iuperis sies? h. e. non parens, negligens imperium matris. — b) Cum Ablativo. *Plaut.* *Pers.* 4. 3. 40. Ea res me domo expertem facit. *Id.* *Amph.* 2. 2. 81. Fo more expertem te offendit. *Id.* *Asin.* 1. 1. 31. Expertis meta. *Turpilius apud Non.* p. 501. 7. *Merc.* Expertis malitiæ. *Sall.* *Cat.* 33. Omnes fama atque fortunis expertes sumus. — NB. Est qui putet, *experts* etiam contrario sensu usurpari, ut sit pro participio *expertus*, et participem significet: legitur enim in *Glossa Philox.* Expertis, ἀπειπος, και επιπεπος, *Catull.* 66. 77. loquitur coma Berenices. Quicum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus expertis Unguentis, myrras millia multa bibi. h. e. abundans: alii tamen alter legunt et interpretantur. *Pers.* 6. 38. postquam sapere Urbi Cum piper et palmis venit nostrum hoc maris expertis. h. e. sapientia Graeca et transmarina, que mare est experta, dum illud transit: alii interpretantur masculo robore carens, alii sine sale, insulsum; sed prius præstat.

**EXPERTE**, adverb. perite. *Boeth.* *Geom.* 1. p. 1519. Divisiones igitur, quantumlibet jam experto lectoris animus introductus, facile valeat dignoscere.

**EXPERTIO**, ônis, f. 3. verbale ab expertiori, experimentum, probatio. *Vitriv.* 8. 5. Expertiones et probationes eorum sic sunt providendæ.

**EXPERTOR**, ôris, m. 3. qui tentat et experitur. *Sil. It.* 12. 502. Turbarum expertor. Sed viris doctis valde suspectus est locus. *P.* *Dausqu.*, Barth. et Heins. apud *Drakenborch.*, item *Ruperti* adnotata.

**EXPERTUS**, a. um. *V.* EXPERIOR.

**EXPES**. *V.* EXPES.

**EXPETENTER**, adverb. cupide. Legitur apud *Diodem.* 3. p. 472. *Putsch.*; sed locus mutitus et corruptus videtur.

**EXPETESSO** vel expetisso, is, ere, a. 3. antique pro expeto: a petissimo vel petesso. *Plaut.* *Asin.* 3. 1. 23. Ultra amas, ultra expetessis, ultra ad te arcessi jubes. *Id.* *Mil. glor.* 4. 1. 13. Tuam expetissi pulcritudinem. *Id.* *ibid.* 4. 6. 14. Quem amo quemque expetesso. *Id.* *Rud.* 1. 5. 1. Qui sunt, qui a patrona mea preces expetessunt? h. e. patronam meam precantur. *Id.* *Trin.* 2. 1. 4. Utrum potius harum mihi artem expetessam.

**EXPETIBILIS**, e, adject. Comp. *Expetibilior.* — Expetibilis est optabilis. *Tac.* 16. *Ann.* 21. Parum expetibilem operam praebuerit. *Plerique alii leg.* expetabilem. Certior est lectio apud *Boeth.* *Aristot.* *Topic.* 3. f. p. 680. Nullus enim dubitabat, utrum felicitas, an divitiae expetibiliiores. et mox. Et omnino quod ad vita finem expetibilius.

**EXPETISSO**. *V.* EXPETESSO.

**EXPETITOR**, ôris, m. 3. qui aliquid expertit. *Symmach.* 8. *Ep.* 45. (al. 46.). Jamdudum hoc animus meus vestri expertitor efflagitat.

**EXPETITUS**, a. um. *V.* voc. seq.

**EXPETO**, pētī, pētī vel pētī, pētītum, pētēre, 3. (et ei pēto). Part. *Expetens*, *Expeditus*, *Expeturus* et *Expetendus* sub A. 1. — Expertere occurrit A) Active; et B) Neutroruin more.

A) Active. ¶ 1. Generatim expertere, éπειπειν, éπειπει, est valde petere, querere, adseiscere, velle, optare (It. bramare, cercare, volere, dimandare istantemente; Fr. désirer vivement, souhaiter, convoiter, rechercher, aspirer à; Hisp. desear vivamente, anhelar, codicitar, appetecer, pretender, aspirar; Germ. nach etwas auslangen, verlangen, trachten, etwas begehrhen, fordern, wünschen; Engl. to desire much or greatly, long for, covet). Occurrat — 1.) Cum Accusativo. — a) De hominibus et aliquando de brutis. — Universim. *Plaut.* *Cas.* 12. Intelleximus studiose expertere vos Plautinas fabulas. *Id.* *Amph.* 5. 1. 75. Pacem Jovis multis hostiis expertere. *Cic.* 1. *Off.* 20. 66. Nihil hominem, nisi quod honestum sit, aut admirari, aut optare, aut expertere debere. *Id.* pro leg. *Manil.* 2. 5. Unum ab omnibus ad id bellum imperatore deposci atque experti. *Id.* *ibid.* 19. 57. Expertere ac postulare aliquid. *Id.* *ibid.* 11. 30. Italia ab hoc auxilium absente expertivit. *Id.* 2. *Orat.* 40. 172. Perunia tantopere expertitur. *Id.* 1. *Off.* 8. 25. Expertuntur divitiae quum ad usus vita necessarios, tum ad perfruendas voluntates. *Id.* *Amic.* 22. 84. In qua (societas) omnia insunt, quæ putant homines expertanda, honestas, gloria, etc. — Si ita volumus adipisci, virtuti opera danda est, sine qua nec amicitiam, neque ultam rem expertandam consequi possumus. *Id.* 6. *Verr.* 49. 108. Summa cupiditate expertere aliquid. *Id.* 1. *Tusc.* 48. 116. Ea vita expertitur, quæ sit animi corporis expleta virtutibus. *Id.* *Orat.* 20. 66. In concionibus tracta quædam et fluens expertur oratio. *Id.* 1. *Tusc.* 48. 116. Erechthei filiæ cupide mortem expertivere pro vita civium, incontrarono. *Seneca Thysest.* 509. Complexus mihi reddi expertitos. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 34. (174). Fons expertitus navigantibus. *Id.* 9. *ibid.* 36. 60. (125). Purpure nos tingendis expertus vestibus. Cf. *eund.* 12. *ibid.* 24. 52. (110). Radix esplathæ mire unguentis expertitur. h. e. ad unguentia conficienda. *Id.* 8. *ibid.* 23. 26. (104). Emporium Indiæ non expertendum propter vicinos piratas. h. e. non audeamus. *Id.* 8. *ibid.* 10. 10. (31). Manus elephanti experti saporis in callo. *Id.* 25. *ibid.* 8. 53. (92). Herba, quæ mire capris expertitur. — Speciæstum est repetere, exposcere, sumere, ubi de pena aut jure sermo est. *Cic.* *Marcell.* 6. 18. Dil pœnas a populo Romano ob dictum expertiverunt. *hanno fatio pagare il suo.* *Id.* *Flacc.* 38. 95. Nunc a Flacco Lentuli pœna per vos expertuntur. Adde *eund.* *Pis.* 7. 16. *Liv.* 1. 23. In omne Albanum noioen panas expertere ob bellum impium. Cf. *eund.* 22. 13. Expertere supplicium. *Id.* 3. 40. Rempublicam, si a volentibus nequeat, ab iniis jus expertituram vorrà il suo gius. Cf. *Cic.* 6. *Fam.* 17. Alicujus promissum experte. — Item experte consilium est capere. *Ennius apud Cic.* 1. *Orat.* 45. 199. Se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui cives consilium expelant. *Plaut.* *Hast.* 4. 1. 3. Sciri, qui nibil metuunt, postquam sunt malum meriti, stulta sibi expertunt consilia: exereant se ad cursuram, fugiunt, prendono pæze risoluzioni. *Id.* *Cas.* 2. 7. 7. Id non tam ægre est, jam viisse villicum, quam id expelinvis opere tam magno senem. — Item impetrare, lassesse, aggregi. *Cic.* *Deoj.* 11. 30. Non fieri crimine insectari, non experte ritam (*ejus*), non capitum arcessere. — Pro sciscitari, demandari per sapere, ricercare. *Val.* *Flacc.* 5. 577. Ipse autem tantis concita furoribus arma Expertit Esonides et amicos ordine reges. — Expertere preces est precari. *In epist.* *Cornelice matr.* *Gracchor.* inter fragm. *Nepotis.* Non pudet te eorum deum preces expertere, quos etc.? Adde *Plaut.* in EXPETESSO. — Expertere aliquem est ad aliquem se conferre. *Sever.* *Sulpici de Vita S. Martini.* 5. Hilarium Pictavæ episcopum civitatis expertivit, et aliquandiu apud eum commoratus etc. *Pautin.* *Petrocor.* de *Vita ejusd.* 1. 179. Doctorem fidei per tota documenta probatum Expertit Hilarium. — b) De inanis. *Cic.* 2. *Nat.* D. 45. 116. Mare quum supra terram sit, medium tamen terras locum expertens conglobatur undique æquabiliter. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 18. (41). Abies experta naviis. — 2.) Cum Infinito. *Plaut.* *Rud.* 1. 4. 20. Videte te experto. *Ter.* *Heaut.* 5. 1. 17. Mane, hoc prius scire experto, quid perdideris. *Id.* *Hecyr.* 5. 1. 1. Non hoc de nihilo est, quod Laches me nunc convenientem esse expertit. *Pacuvius apud Non.* p. 104. 7. Dili me etsi perdunt, tamen esse adjutam expertet. *Horat.* *Epos.* 11. 3. Qui (Amor) me prater omnes expertit mollihus in pueris aut in pueris urere. *Curt.* 6. 6. Paulatimque servilibus ministeriis ut victores gentium imbure expertebat. ¶ 2. Speciatim expertere cætatem est durare, æstatem ferre. *Plaut.* *Pœn.* 3. 3. 22. Malo si quid beneficias, id beneficium interit: bono si quid malefacias, æstatem expertit.

schen; Engl. to desire much or greatly, long for, covet). Occurrat — 1.) Cum Accusativo. — a)

De hominibus et aliquando de brutis. — Universim. *Plaut.* *Cas.* 12. Intelleximus studiose expertere vos Plautinas fabulas. *Id.* *Amph.* 5. 1. 75. Pacem Jovis multis hostiis expertere. *Cic.* 1. *Off.* 20. 66. Nihil hominem, nisi quod honestum sit, aut admirari, aut optare, aut expertere debere. *Id.* pro leg. *Manil.* 2. 5. Unum ab omnibus ad id bellum imperatore deposci atque experti. *Id.* *ibid.* 19. 57. Expertere ac postulare aliquid. *Id.* *ibid.* 11. 30. Italia ab hoc auxilium absente expertivit. *Id.* 2. *Orat.* 40. 172. Perunia tantopere expertitur. *Id.* 1. *Off.* 8. 25. Expertuntur divitiae quum ad usus vita necessarios, tum ad perfruendas voluntates. *Id.* *Amic.* 22. 84.

In qua (societas) omnia insunt, quæ putant homines

at sibi consilium. Sic *Sil. It.* 11. 216. Explorare,  
an urbs patet. *Quintil.* 7. 1. 8. Exploratum est,  
ubi controversia incipiat. — c) Sæpe occurrit Part.  
præter. pass. et est inquisitus, compertus, perspectus,  
certo cognitus. *Plaut. Capt.* 3. 4. 110. Quin explo-  
ratum dico et provisum hoc tibi. *Cic.* 1. de repub.  
13. Jam explorato nobis sunt ea quæ ad domos no-  
stras pertinent, si quidem, quid agatur in cælo, que-  
rimus? *Id.* 3. Att. 15. 8. Fac, ut omnia ad me per-  
specta et explorata perscribas. Sic *Liv.* 42. 13. Res  
non incertis jactata rumoribus, sed compertas et  
exploratae. *Ces.* 2. B. G. 3. De numero eorum  
omnia se habere explorata Remi dicebant. — d)  
Ablativus explorato absolute positus. *Tac.* 2. *Hist.*  
49. Et explorato, jam profectos amicos, noctem  
quietam egit. h. e. postquam exploratum est illi et  
cognitum. ¶ 2. Speciem ad rem militarem re-  
fertur, et dicitur de illis, qui res et consilia hostium  
indagatori præmittuntur: unde exploratores. —  
a) Cum Accusativo. *Cic. pro leg. Manil.* t2. 34.  
Nondum tempore ad navigandum mari, Siciliam

edit, Africam exploravit, scorse osservando. *Sall.*  
*Jug.* 39. Itinera egressusque ejus, postremo loca at-  
que tempora cuncta explorat. *Ces.* 1. B. C. 68.  
Postero die Petrejus cum paucis equitibus ad ex-  
ploranda loca proficisit. *Id.* 5. B. G. 50. Ut  
exploratis itineribus minore cum periculo vallem  
rivumque transiret. *Liv.* 22. 55. Hæc exploranda  
noscedaque per impigros juvenes esse. *Auct. B.*  
G. 8. 18. Nostri, explorato hostium consilio, ad  
præliandum — parati. — b) Sequentia relativa.  
*Ces.* 5. B. G. 47. errr. Speculatoribus in omnes  
partes dimissis, explorat, quo commodissime itinere  
vallem transire posset. *Liv.* 37. 28. Iude ex propin-  
quo explorans, quid hostes agerent. — c) Ablati-  
vus explorato absolute positus. *Liv.* 23. 42. a  
med. Ante explorato, et subsiditis positis et sub si-  
gnis ad populandum duecentib.

II.) Translate est experiri, periculum facere, ten-  
tare, far esperienza. *Colum.* 2. R. R. 2. 20. Effos-  
sæ glebae dulci aqua permisceantur, ac more lue-  
centi vini diligenter collata gustu explorentur. *Sic*  
*Tac.* 12. *Ann.* 68. Panis potionisque bonitatem gu-  
stu explorare. assaggiare. *Virg.* 1. G. 175. Et sus-  
pensa foci explorat robora fumus. h. e. probat, an  
sint optima; quod ex eo noscitur si fumo siccata ri-  
mas non contrahant. *Zukan.* 2. 603. Taurus in ad-  
versis explorat cornua truncis. *Pallad.* 1. R. R. 9.  
Regula explorare æquale. *Sil. It.* 11. 358. Hoc ju-  
gulo dextram explora. h. e. experire vires tuas in  
hoc jugulo. *Liv.* 37. 7. et Ovid. 1. Art. am. 456.  
Explorare animos. Sic *Tac.* 1. *Hist.* 15. Secundu-  
res acrioribus stimulis animos explorant. h. e. tent-  
tant, excitant. *Lucan.* 8. 582. Explorare fidem ali-  
cujs. Similiter *Stat.* 3. *Silv.* 5. 44. Fides tot ex-  
plorata per usus, experimentata. — Hinc Part. præ-  
ter. pass., cujus multa superioris exemplia retulimus.  
Exploratus, a, um, adjective quoque occurrit,  
unde Comp. *Explorator* et Sup. *Exploratissimus*; et  
est certo cognitus, adeoque manifestus, certus.

— a) Posit. *Cic. Mur.* 24. 49. Ut ei jam explorata  
et domi conditus consulatus videretur. *Id.* 10.  
*Phil.* 10. 20. Magna nos quidem spe et prope ex-  
plorata liberatis causam suscepimus. Adde eumq.  
3. *Off.* 33. 117. et 5. *Tusc.* 9. 27. *Id.* 1. *Nat.* D.  
23. 64. Non est igitur tam explorata ista ratio ad  
id, quod rultis, confirmandum, quam videtur. *Id.*  
3. Att. 17. 1. Litteræ exploratae a timore, che assi-  
curano da ogni timore. *Ces.* 7. B. G. 52. Explorata  
victoria. — Sic exploratum esse apud *Cic.* 2.  
*Fam.* 16. 6. De quo mihi exploratum est, ita esse,  
ut scribis. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 17. 54. Cui possit  
exploratum esse de sua sanitate? *Id.* *Senect.* 19.  
67. Quis est tam stultus, quamvis sit adolescenti,  
cui sit exploratum, se ad vesperum esse victorum?  
— Similiter exploratum habere apud *Cic. Amic.*  
26. 97. In qua (amicitia) nisi, ut dicitur, apertum  
pectus vides tuumque ostendis, nihil fidum, nihil  
exploratum habecas. *Id.* 7. *Phit.* 16. 16. Poteritis igitur  
exploratum habere pacem, quin in civitate Antonium  
videbitis? *Id.* 1. *Nat.* D. 19. 51. Deus habet  
exploratum, fore se semper in aeternis voluntati-  
bus. — Sic pro explorato habere apud *Ces.* 6.  
B. G. 5. Pro explorato habebat. Ambiorigem præ-  
lio non esse certaturam. — b) Comp. *Cic.* 16.  
Att. 2. 4. Brundisium cogito. Facilius enim et ex-  
plorator devitatio legionum fore videatur, quam pi-  
ratarum. *Brutus* apud *Cic.* 1. ad *Brut.* 17. Quid  
mihi exploratus esse potest, quam illius animus in  
republicam? — c) Sup. *Cic. post redit ad Quir.*  
6. 15. Quum mihi esset exploratissimum, P. Lentu-  
lum proximo anno consulere futurum. *Fellej.* 2. 84.  
Longe ante, quam dimicaretur, exploratissima fuit  
victoria. — Hinc Explorato, absolute: *V. supra*  
sub I. 1. d. et 2. c.

EXPLÖSIO, ūois, f. actus explodendi. *Cælus*  
apud *Cic.* 8. *Fam.* 11. 4. Multa transi, in primis  
ludorum explosiones et funerum etc.

EXPLÖSUS, a, um. *V. EXPOLIO, polis.*

EXPÖLIO, as. *V. EXSPOLIO.*

EXPÖLIO, pōlis, pōlīi vel pōlli, pōlitum, pōli-  
re, a. 4. (ex et pollo + Part. *Exploratus* I. 2., II. et  
in fin.; *Explorandus* II.). — Expolire propriæ est  
verbū fūlōnum vēstēs pāmōsque concinnantū.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de fūlōniis.  
Figureat *Plaut.* *Pren.* 1. 1. 60. 46. Placet consi-  
lium. m. Immo etiam ubi expoliero, magis etc.  
17. dicta in CONGILIO. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 37. 56.

(135). Herinace cutæ expollunt vestes. ¶ 2. La-  
tiori sensu ponitur pro perlolare, excolare, exorna-  
re, ἀποξέω, καταρρέω (It. fregare, ripulire,  
adornare, abbellire; Fr. polir, lisser, nettoyer,  
ornier; Hisp. pulir, acicalar, limpiar, ornar,  
adornar; Germ. abglätten, abputzen; Engl. to  
polish well, furnish, smooth, finish, adorn, em-  
bellish). *Plaut. Most.* 1. 2. 18. *Ædes* quum exten-  
sione sunt paratae, expolita, factæ probe, examissim.  
Sic *Vitrav.* 7. 9. Expolitus paries. *Catull.* 1. 2. Li-  
bellus arida modo pumice expolitus. *Quintil.* 2. 19.

3. Si illud (signum) idem artifex expolisset. *Inscript.* apud *Henzen.* 6588. *SEXTILIS* m. l. *EROS*  
*GENIVM ET YPAETRVM STRAVIT, — CLATROS IN FENE-  
STRA FOSVIT ET EXPOLITVM MONUMENTVM DE SVA PE-  
CNVIA.* *Plin.* 24. *Hist. nat.* 4. 6. (12). Unguim  
sebætias expolire. *V.* et *Expolitus* in fin. — Me-  
diolorum apud Græcos more. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 10.  
Ex industria ambæ numquam concessavimus lavari,  
fricari, poliri, expoliri, pingi.

II.) Translate est perficere, limare. *Plaut. Most.*  
1. 2. 45. Primum dum parentes fabri liberum sunt  
— expolunt, docent litteras, jura, leges. *Cic.* 3.  
*Orat.* 34. 139. Dionem Plato doctrinis omnibus ex-  
polivit. *Id. Brut.* 25. 95. Vir omni vita atque victu  
excultus atque expolitus. Similiter *Cell.* 15. 1.  
Græca doctrina expolitus. Rursus *Cic.* 1. *Orat.* 10.  
40. Non te, inquit, Antoni, expolivit hominemque  
reiddidit. Cf. *Plin.* 1. *Ep.* 10. Illi te expolendum  
imandumque permittas. *Cic.* 2. *Invent.* 1. 3. Nihil  
omni ex parte perfectum natura expolivit. *Id.* 2.  
*Herenn.* 18. 27. Fere non difficile est inventire: dif-  
ficiillimum vero est, inventum expolire. *Id.* 1. *In-  
vent.* 41. 76. Expolire partitiones. *Quintil.* 8. 3.  
42. orationem. — In malam partem. *Plaut. Truc.*  
2. 7. 3. Expolire se improbus artibus. h. e. instruere.  
Alii tamen aliter leg., et quidem rectius. — Hinc  
Part. præter pass., cujus multa superioris exemplia retulimus.

Expolitus, a, um, adjective quoque occurrit, unde  
Comp. *Explorator* et Sup. *Exploratissimus*; et  
est politus, exorialis; *V. supra* 1. 2. *Catull.* 39.  
20. Deus expolitor. *Scipio* apud *Gell.* 2. 20. Agri  
optime culti et villa expolitissime. *Colum.* 2. R.  
R. 21. 6. Frumenta quanto sunt expolitiora, minus  
a cerealiibus exduntur. h. e. magis purgata,  
più purgati, più netti.

EXPÖLITIO, ūnis, f. 3. actus expoliendi, exor-  
natio.

I.) Proprie. *Cic.* 3. ad *Q. Fr.* 1. 2. extr. Urba-  
nam expolitionem urget ille quidem et Philotimus.  
Abile eumq. *ibid.* 3. *Vitrav.* 6. in fin. et 7. præf.  
in fin. Expolitiones parietum, pavimentorum. h. e.  
quum tectorium et marmoratum inducitur. *Id.* 7. 9.  
Si quis viderit expolitionem miniaeum suum colo-  
rem retinere.

II.) Translate de oratione. — a) Generatim.  
*Cic. Orat.* 55. 185. In verbis inest quasi materia  
quædam: in numero autem expolitio. *Id.* 1. *Orat.*  
12. 50. Composita oratio et ornata et artificio quo-  
dam et expolitione distincta. *Id.* 1. *Invent.* 40. 74.  
Argumentatio est inventi artificio expolitio. — b)  
Speciatio in re oratoria expolitio est figura, quin  
in eodem loco manemus, et aliud atque aliud dicere  
videmur. Ea dupliciter sit, si aut eamdem plane  
rem dicemus, aut de eadem re. Eamdem rem dice-  
mus non eodem modo (nam id quidem obliudere  
auditorum est, non rem expolire), sed commutatae.  
Commutabimus tripliciter, verbis, pronunciando,  
trahendo etc. Hæc et alia multa *Cic.* 4. *Herenn.*  
42. 55. et sequentib.

EXPÖLITUS, a, um. *V. EXPOLIO, polis.*

EXPOMPO, as, are, a. 1. in pompa quasi ad-  
duco, hoc est laudo. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 11. a  
med. Sed quomodo poterant inveniri facile, quibus  
erat studium diligentissimum suum vitam latere, et  
non sicut nunc plurimi bonum elati per gloriam  
semelposuimus et cunctis insinuamus?

EXPÖNO, pōvis, pōsū, pōstum, pōnere, a. 3.  
(ex et pono). Perf. *expovisit* occurrit apud *Plaut.*  
*Cas.* 4. 4. 27. — Part. *expovitus* per syncopon pro  
*expovitus* legitur apud *Virg.* 10. *Æn.* 694. Obvia  
tentorū fūlōni expostaque ponit. Adde *Stat.* 7.  
*Theb.* 197. — Part. *Expovitus* in omnibus fere  
parat. et in fin.; *Expovitus* II. 2.; *Exponen-*  
*dus* I. 2. — Exponere, exst̄d̄nu, est extra ponere,  
explicare, proferre, proponere (Il. *esporre*, metter  
sur); Fr. *mettre hors*, mettre en vue, expoter,

éater; Hisp. meter fuera, exponer, parar; Germ. heraussetzen, hervorstellen; Angl. to put out, set forth, expose).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Mur.* 36. 75. Strativit pelliculis bædinis lectulos, et exposuit vasa Samia. *Id. 6. Ferr.* 16. 35. Ab hoc abaci vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. *Sueton. Cæs.* 10. Exponere apparatum in porticibus. *Colum. 12. R. R.* 28. 1. Herbau in sole exponere, aut in furno, ut siccaserat. Cf. *Gell. 9. 7.* Exponi ad oculos et ad solem. *Plin. 35. Hist. nat.* 7. 33. (52). Pingi gladiatoria munera, atque in publico exponi cœpta. Cf. *Cic. 1. Orat.* 41. 186. Expositæ a Cn. Flavio pri-mum actions. publicatae. Huc referri potest et illud *Ovid. 3. Pont.* 1. 49. Exposuit inea me populo fortuna videndum. — Pro abjicere, dejicere, a se removere, cacciare via, rigittare. *Plaut. Cas.* 4. 4. 27. Ut valentula est! pâne exposivit cubito. *Id. Truc.* 3. 1. 14. Nunc ego istos mundulos amasios hoc ietu exponam atque omnes ejiciem foras. ¶ 2. Speciatim exponere filios suis dicebant parentes, qui eos educare nolent, nec tamquam filios habere: quod extra limen ædilium eos humi abjicere solebant, exponere in abbandono. *Plaut. Cist.* 1. 3. 18. Dat eam puerum ei servo exponendam ad necem. Is eam proicit: hæc puerum sustulit. Addit. *eund. Cas. prol.* 41.; *Ter. Heaut.* 4. 1. 37.; et *Cic. 2. de republ.* 2. *Liv. 1. 4.* In proxima alluvie pueros exponunt. *Sueton. Claud.* 27. Claudiam quamvis alieceptam, exponi tamen ad matris januam et nudam jussit abjici. *Id. Cal.* 5. Partus conjugum expositi. *Trajanus apud Plin. 10. Ep.* 72. Qui liberi nati, expositi, deinde sublati a quibusdam, in servitute educati sunt. Addit. *Sueton. Gramm.* 7.; et *Justin. 1. 4.*; et V. EXPOSITICUS. ¶ 3. Item speciatim est verbum nauticum: et — a) De hominibus, nautæ quum eos e navi dimittunt, exponere dicuntur, sharcare. — Cum addito, unde aliqui exponuntur, per Ablat. et præpos. ex vel de. *Ces. 5. B. G.* 54. Quibus ex navibus quum essent expositi milites circiter ccc. etc. *Virg. 10. Æn.* 287. socios de pippibus altis Pontibus exponit. — Cum addito loco, in quem quis exponitur per Accus. et præpos. in, vel per Ablat. et præpos. in, vel per Ablat. sine præpos. *Ces. 3. B. C.* 23. Noctu militibus in terram expositis. *Id. 1. ibid.* 31.; *Auct. B. Alex.* 10.; *Liv.* 24. 40. et 34. 8.; et *Frontin. 2. Strateg.* 5. 44. Exponere aliquem in terram. *Liv.* 37. 28. In litore. Ad hunc et superiorem simili verbi usum pertinet illud *Sueton. Claud.* 25. Quum ægra et affecta mancipia in insulam Æsculapii, tædio medendi, exponerent, omnes qui exponerentur, liberos esse sanxit. *Vellej.* 2. 79. 4. Legiones expositæ in terra. *Sueton. Ces.* 4.; et *Justin. 22. 5.* Exponere aliquem in litore. *Justin. 18. 1.* in portu. *Ces. 3. B. C.* 29. Quibus regionibus exercitum exposeret, et quid militum transvetisset. *Nepos Themist.* 8. Ei hæsim pervenit, ibidemque Themistocles exponit. — Absolute. *Hortat. 1. Sat.* 5. 23. quarta vix denum exponimur hora. — b) De mercibus, et est navem iis exonerare. *Cic. 3. Off.* 12. 51. Adverxi frumentum, exponui: vendo meum, etc. *Labeo Dig.* 14. 2. 10. Exponere merces. — c) Item est super navis transtra proferre. *Marcian. Dig.* 39. 4. 16. Si propter necessitatem adversæ tempestatis expositum onus fuerit, non debere hoc commissio vindicari. ¶ 4. Item in renummaria, exponere pecuniam est alicui utendam exhibere, mettere una somma di danaro a disposizione di qualcheduno. *Cic. 5. Att.* 4. 3. De Oppio bene curasti, quod ei dico. exposuisti. *Id. 5. ibid.* 1. 2. eodem sensu dixit aperius. — Hinc figurate *Id. 3. Orat.* 57. 217. Illi sunt artori, ut pictori, expositi ad variandum colores. ¶ 5. Prægnante, uti ajunt, significatione, apud sequioris ævi scriptores est obficere, exponere, sotipoporre. *Tac. 3. Hist.* 5. Ne incumes provincie barbaris nationibus exponerentur. *Flor. 3. 11.* Exercitum hosti exponere. Sic *Plin. 11. Hist. nat.* 19. 21. (67). Tot hostibus, tot casibus apes expositæ. *Petron. Satyr.* 115. Piscibus bellisque expositus. *Plin. 15. Hist. nat.* 5. 6. (21). Expositus solibus locis.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim pro exhibere, proponere. *Cic. Rosc. Am.* 12. 34. Totam causam, judices, explicemus atque ante oculos expositam consideremus. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 8. 27. Vi-tam alteram totam explicare, alque eam non modo in animis iudicem, sed etiam in oculis conspectaque

omnium exponere. *Id. 4. de republ.* 3. Disciplinam purilem ingenuis ouillam certani, aut destinatae, aut publice expositam, aut unam omnium esse voluerint. *Id. 1. Orat.* 53. 227. Quam orationem in Originibus suis exposuit Cato. h. e. scripsit atque edit. *Id. Brut.* 44. 164. Plura etiam dicta, quam scripta, quod ex quibusdam capitibus expositis, nec explicatis, intelligi potest. *Id. Quinet.* 23. 74. Quasi eximio præmio scleris exposito. *Id. fragm. apud Non. p. 104.* 3. *Merc.* Vitam suam exponere ad imitandum juventuti. *Id. 1. de republ.* 46. Exposita ad exemplum nostra republika. *Sueton. Cæs.* 49. Opprobrio ad omnium coœviciam exposito. — Huc referri potest et illud *Lactant.* 1. 7. Sciant tamen, quo nomine appellari debeant, ne Deum verum viotent, cuius nonen exponunt, dum pluribus tribunt. h. e. vulgant, prosituant. ¶ 2. Frequentissime de oratione occurrit, et est dicere, narrare, disserere, exponere, dire, raccontare. a) Cum Accusativo rei. *Cic. 1. de republ.* 11. Cujus sphærae speciem ipsam non sum tantopere admiratus. — Sed postea quam copit rationem hujus operis scientissime Gallus exponere etc. *Id. ibid.* 26. Ounis populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem exposui etc. *Id. 2. ibid.* 23. Hæc, que adhuc exposui, ita mixta fuerunt etc. *Id. 4. Fin.* 1. 1. Tam multa memoriter, tam obscura dilucide expositi. *Id. 3. ibid.* 4. 15. Rem pluribus verbis exponere. *Id. Pis.* 3. 7. et 3. *Cat.* 1. 3. rem breviter. *Id. 2. Orat.* 12. 49. mandata in senatu, aut ad imperatorem, aut ad regem, aut ad populum aliquem. *Id. Orat.* 62. 210. narrationem. *Id. Amic.* 1. 3. sententias ejus disputationis hoc libro. *Id. 3. Orat.* 20. 75. artes rhetoricas. *Id. 1. de republ.* 8. disputationem alicui. *Id. Amic.* 1. 3. sermonem de amicitia alicui. *Id. Orat.* 7. 23. Ille sermo noster, qui est expositus in Bruto. *Varro 8. L. L.* 1. *Müll.* Prima parte exposita, de secunda incipiunt hinc. *Cæs. 7. B. G.* 38. Exponere eadem multitudini. *Liv.* 30. 17. Omnia expositi ordine patribus. *Nepos Dion.* 3. De hoc in meo libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est. *Horat. Art. P.* 89. Versibus exponi tragicis res comica non vult. *Tac.* 15. *Ann.* 72. Quasi gesta bello expositurus. — *Quintilianus 4. 2. 36.* exponere idem est quod narrare, in actione oratoria: siut expositio idem quod oratoria narratio. — b) Cum Ablativo rei et præpos. de. *Cic. 1. de republ.* 26. Hi cœtus igitur, hac, de qua exposui, causa instituti. *Id. 1. Orat.* 22. 102. Hoc, de quo modo exposuit Antonius. *Id. 1. Fam.* 9. 10. De quo cœperant exponere. *Id. Parlit. orat.* 12. 44. Quoniam dictum de altero est, exponi nuce de reprehendendo. — c) Sequentia relativa. *Cic. 3. Legg.* 20. 47. Annal. rensoris, qui magistratu abierint, edant et exponant, quid in magistratu gesserint. *Id. Rosc. Am.* 5. 14. Ab initio, res quemadmodum gesta sit, volvis exponemus. *Id. 3. Cat.* 6. 13. Ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censurit, exponam. *Nepos Att.* 18. Versibus expositus, qui honore ceteros populi Romani præstiterunt. — d) Cum Infinito. *Cic. 1. Tusc.* 12. 26. Expone igitur primum animos remanere post mortem, tum — docebis, curre omini malo mortem. — e) Ablutivus expositio absolute positus. *Ces. 7. B. G.* 52. Cæsar contione advocata — exposito, quid iniqüitas lori posset, etc. Cf. *Curt.* 4. 13. Exposito quod nunciatum erat. — Hinc Part. præter pass., cuius plurima superioris exempla retulimus.

*Expositus*, a, n, adjective quoque usurpatur; et I.) Proprie est patens, apertus, omnibus obvius, aperto, exposito a tutti. *Stat. 1. Silv.* 2. 34. licet expositum per limen aperto ire, redditus gradu. *Id. 2. ibid.* 2. 152. Expositi census. h. e. in usum omnium patentes, non sepositi ad avaritiam: Sic *Lucan.* 5. 103. Expositum numen. h. e. nulli negatum. Similiter *Plin. 1. Ep.* 11. 2. Amari ab eo laboravi: etsi non erat laborandum: est enim obvius et expositus plenusque humanitate. F. et paragr. proxime seq.

II.) Translate. ¶ 1. In bona partem sumitur pro comi, affabili, facili. *Stat. 5. Silv.* 3. 246. Quid referam expositus, vulgata pondere, mores? *Forcellinus* hoc retulit etiam loc. *Plin. 1. Ep.* 10. 2., qui paulo supra sub I. allatus est. ¶ 2. In malam partem ponitur pro vulcari, plebejo, communi, publico. *Jurenat.* 7. 53. Sed vatem egregium, cui non sit publica vena. Qui nihil expositum soleat deducere etc. — Hinc

*Exposito*, absolute: F. supra sub II. 2. e.

## EXPOSCO

EXPÖPÜLATIÖ, ônis, f. 3. populatio. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 18. Quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominatur. *Optime tamen editio-nes, ut et Schneideri, habent populationem.*

## EXPORGO. V. EXPORRIGO.

EXPORECTUS, a, um. F. voc. seq.

EXPORRIGO (et apud *Comicos per syncopen* exporgo), porrigit, porrecti, porrectum, porrigerere, a. 3. *Paul. Diac.* p. 80. 11. *Müll.* derivat a porro et ago; alii a porro et rego, alii rectius a pro vel porro et rego V. PORRIGO. — Part. *Exporrigens* et *Exporrectus* I. — Exporrigo est extra porrigo, extendo, dilato (It. stendere, distendere; Fr. étendre, déployer; Hisp. extender, estirar; Germ. ausdehnen, aussprechen, ausbreiten; Engl. to stretch out, extend).

I.) Proprie. *Plaut. Pseud. prot. in fin.* Exporrigi melius est lumbos atque exsurgier. h. e. extendi lumbos, quia sedentibus complicati sunt lumbi, stolidus extensi. *Ter. Adelph.* 5. 3. 53. Da te mihi hodie: exorge frontem. h. e. explica, et ad bilaritatem compone. *Auct. B. Afr.* 42. Proprius eorum aciem instituit exporrigere munitiones. *Id. 78.* Suos equites exporrigere coepit in longitudinem. *Plin. 9. Hist. nat.* 30. 48. (91). Polypi resupinati exporrigunt se. *Id. 18. ibid.* 10. 23. (98). Sesamam exporrigere in sole super linteas. *Id. 11. ibid.* 48. 108. (259). Crura exporrigentia se verius, quam crescentia. *Mela.* 1. 19. 13. Hinc orti montes longo se jugo exporrigunt. *Pers.* 3. 82. exporrito trutinatur verba labello. h. e. protenso. *Prudent. Hamartig.* 856. Illic purpureo latus exporrecta cubiti. h. e. prostrata. — Locum *Varronis* apud *Non. p. 477.* *Merc.*, qui a *Forcellino* hic assertur, V. in EXPERGISCOR.

II.) Figurate. *Seneca Brevit.* vit. 9. Quid in tanta temporum fuga lentes, menses ibi et annos et longam seriem exporrigis?

EXPORTATIÖ, ônis, f. 3. actus exportandi.

¶ 1. Generatim de rebus. *Cic. 2. Off.* 3. 13. Jam vero earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum, quibus egereamus, inventio certe uilla es-set. ¶ 2. Specialium de hominibus sumitur pro exsilio seu deportatione. V. DEPORTATIO. *Seneca Tranquill.* 11. Quæ dignitas, cuius non præ-tiat et augurale et lora patricia comitentur et sor-des et exportatio?

EXPORTO, as, à, àrum, are, a. 1. (sæ et porto).

Part. *Exportatus* 1.; *Exportandus* 1. et 2. — Exporto est extra porto, aufero (It. portar fuori; Fr. porter hors, exporter; Hisp. llevar, traer fuera; Germ. ausführen, fort tragen, wegbringen, aus-schiffen; Engl. to carry out, convey away, export). Occurrit ¶ 1. Generatim de rebus. *Plaut. Truc.* 1. 2. 1. Asservate aedes, ne qui manus attulerit steriles intro ad nos gravidas foras exportet. *Id. ibid.* 2. 2. 56. Quæ nunc ad vos jam exportatur. *Varro 2. R. H.* 5. 3. *Taurus*, qui exportavit per mare et Phœnicio Europam. *Cic. 6. Ferr.* 10. 23. Per istos, quæ volebat, in nave in clavis impoenia, occulta exportanda curabat. *Id. 4. ibid.* 72. 176. Magnum numerus strumenti Syracusum exportare. *Id. Flacc.* 7. 17. frumentum in fane. *Id. ibid.* 28. 67. Quoniam aurum quotannis ex Italia et ex omnibus provinciis Hierosolymam exportari soleret. *Id. fragm.* apud *Non. p. 431.* 16. *Merc.* Phœnices mercaturis inexplicabiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Græciam. Ita leg. *Forcellin.* itemque *Orell.*, qui hunc *Cic.* locum ad lib. 3. *de republ.* in fin. restituit. *Mercerus* vero, et quidem rectius, pro exportare legit importaverunt. *Cæs. 4. B. G.* 18. Sua omnia exportare. *Virg. 4. G.* 255. tum corpora leuce parentum Exportant tectis et tristis funera dunt. *Sueton. Domit.* 17. Corpus populari sandapila per vespillones exportatum nutrix in suburbano suo funeravit. *Justin. 11. 15.* Darius clauso vehiculo per noctem exportatus. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 22. Nec spinarum, vel graminum semina in agrum exportata segetes herbidas reddant. ¶ 2. Speciatim est in exsilio agere, deportare. *Cic. 3. Ferr.* 15. 40. O portentum in ultimas terras exportandum.

EXPOSCO, poscis, posco, posere, a. 3. (ex et posco). Part. *Exposcens* et *Exposcendus* 1. et 2. — Exposeere, εξατέω, est flagitare, enixa petere, et ad animi affectum præcipue referrere; V. EXPOS-TULO (It. domandare con istanza; Fr. demander instantanément, solliciter vivement; Hisp. de mandar, rogar instantemente; Germ. etwas her-

ausfordern, heftig verlangen, oder inständig darum bitten; Angl. to ask or require earnestly, request, beg, extreat). Occurrit — ¶ 1. Generatim. — a) Cum Accusativo rei. Cic. Mil. 34. 92. Misericordiam ipse non implorat, ego autem, repugnante hoc, et imploro et exposco. Cœs. 7. B. G. 19. Milites si- gnum prælii exposcentes. Sic Id. 3. B. C. 90. Hac habita oratione, expostibus militibus et studio pugnae ardentiibus, tuba signum dedit. Id. 2. B. C. 5. Victoriam ab diis exposcere. Liv. 1. 16. Exposre preibus pacem. Curt. 4. 14. a med. Open, misericordiam, fiduci alicuius exposcere. Tac. 4. Hist. 19. Ut atriis exposerent, que sciebant negaturum. Val. Max. 1. 1. n. 1. Quum aliquid expusendum est. — b) Cum altero Accus. Liv. 7. 40. Quod deos immortales inter nuncupanda vota exposceti. — c) Cum Infinito. Virg. 4. Ær. 78. Iliacos iterum audire labores Exposcit. ¶ 2. Speciatim significat depositare, hoc est ad pœnam poscere. Nepos Themist. 8. Quum ut Athenensibus expostaret publice, supplicem non prodidit. Adde cumd. Hann. 7. Liv. 38. 31. Ad exposcendos eos legati extemplo Lacedæmonem missi sunt. Id. ibid. 33. ait deposcendos. Sic Tac. 1. Hist. 58. Exposcare aliquem ad pœnam. — Et absolute Liv. 39. 50. Victa Messene bello, expostibent Achæi, noxios dediti.

**EXPÓSITO**, adverb. explanante, explicante. *Gell.* 3. 2. Non exposito et aperte ostendere, sed recondita significatio.

**EXPÓSITIUS** vel expositilius, a, um, adject. qui expositus et abjectus fuit; ut Expositia pœnia, apud Plaut. *Cas. prot.* 79. *V. EXPOÑO* I. 2. et **PROJECTICUS**.

**EXPÓSITIO**, ónis, f. 3. actus exponenti; et est vocabulum quod aera tantum aetate usuvenerit ac translate de oratione. ¶ 1. Generatim. Cic. 1. *Herrn.* 10. 17. Distributio dividitur in duas partes, enumerationem et expositionem. Expositio est, quum res, de quibus dicturi sumus, exponimus breviter et absolute. Id. ibid. 3. 4. Narratio est rerum gestarum expositio. et mox. Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseveratione. et 2. ibid. 2. 3. Simplex et dilucida expositio. ¶ 2. Speciatim — a) In illis verbis Ciceronis 3. *Orat.* 53. 203. et rogatio atque hinc finitima quasi percunctatio, expositioque sententiae suæ, describitur subjectio, figura sententiarum, qua orator seipsum interrogat, sibi quisque respondet. — b) Quintil. 3. 9. 7. et 4. 1. 35. et 2. 39. narrationem orationum expositio nomine appellat. — c) Cic. 2. *Herrn.* 20. 32. primam propositionem syllogismi oratori.

**EXPÓSITIUNCULA**, æ, f. 1. deminut. ab expositio, brevis expositio. Hieronym. 1. *advers.* Joristan. n. 37. In Salomonis exemplis breves expositiunculas subdidi.

**EXPÓSITIVUS**, a, um, adject. qui exponentius est. *Aggen.* Urbic. de limit. agr. p. 63. *Goes.* Expositus est status controversie, quies finitimum argumentorum ratiæ demonstratione et puritatem magis exigit narrationem, per quam exponentium sit, quo sint genere terminandæ, aut persuadendum judici, etiam si loci natura finitima exhibeat similitudinem.

**EXPÓSITOR**, óris, m. 3. explanator. *Firmit.* 5. *Mathes.* 13. n. 5. *Sortilegi*, astronomi, somniorum expoñentes. *Cassiod.* 9. *Variar.* 21. Tam grammaticus, quam orator, nec non et juris expositor commoda sui decessoris ab eis, quorum interest, sine illa immissione percipiatur. Adde Boeth. p. 290. *Vet. Scholiast. ad Lucan.* 2. 322. Expositor Lukan.

**EXPÓSITUS**, a, um. *V. EXPOÑO.*

**EXPÓSTULATIO**, ónis, f. 3. actus expostulandi, postulatio, petitio cum querela, aut criminatio. — a) In singulari numero. Cic. *Claud.* 59. 161. Expostulationem facere. Id. Dom. 7. 16. Flagitabat honorum expostulatione. Tac. 1. Ann. 13. Fessus clamore omniū, expostulatione singulorum, flexit paullatim. — b) In plurali numero. Cic. 2. ad Q. fr. 1. 1. Fuere nonnulli aculei in Cæsarem, contumelie in Gelium, expostulationes cum absente Pompejo. Liv. 35. 17. Dum suas quisque nunc querelas, nunc expostulationes inserit.

**Homonym.** *Donatus ad Ter. Andr.* 4. 1. 15. et *Hecyr.* 1. 2. 105. ita distinguit inter postulacionem et expostulationem, ut haec sit querela facta

apud eum ipsum, qui injuriam intulit; illa apud quemvis alium.

**EXPÓSTULATUS**, a, um. *V. EXPÓSTULO.*

**EXPÓSTULATUS**, us, m. 4. expostulatio. *Syrmach.* 9. *Ep.* 13. Expostulatibus modum facere.

**EXPÓSTULO**, as, ávi, átum, are, a. 1. (ex et postulo). Part. *Expostulatus* 1.; *Expostulatus* 2.

Expostulare, ἔξαρτεω. ¶ 1. Generatim est vehementer postulare, flagitare, et proprium est ejus qui flagitat sui juris conscientia fretus; in quo differt ab exposcere (It. dimandar con istanza; Fr. demander instamment, avec chaleure; Hisp. demandar instantemente; Germ. heftig oder dringend verlangen; Angl. to ask or require earnestly, request). Occurrit — a) Cum Accusativo rei. Plaut. *Pers.* 4. 3. 25. Expostulare auxilium. Cic. *Rosc.* com. 17. 50. Quidquam expostulare ab aliquo et impetrare. Recentiores tamen, et quidem rectius, leg. et postulare. V. integr. loc. Tac. 15. Ann. 53. Primas sibi partes expostulabat. Id. 1. Ann. 19. Si tenderent in pace tentare, qua ne civitatem quidem bellorum victores expostulaverint. areano pretes. Id. ibid. 28. Tarda sunt, qua in communione expostulantur. Colum. 12. R. R. 2. 3. Quo facilis, quum quid expostulabit usus, recipere possit. il bisogno richiederà. — b) Cum Infinito. Tac. 15. Ann. 17. Armentum præsidii vacuum fieri, expostulabat. dimandara, che s'evacuasse. — c) Sequentia part. ut vel ne. Tac. 12. Ann. 46. Ut Iberi obsidio decadant, expostulat. Plin. *Paneg.* 75. Quia contentione, quo nisu, quibus clamoribus expostulatum est, ne affectus nostros, ne tua merita supprimeres! — d) Absolute. Vellej. 2. 77. 1. Expostulante consensu populi, pax inita. ¶ 2. Speciatim cum Accusativo personæ est depositare, h. e. ad pœnam poscere. Sueton. *Domit.* 23. Expostulare autores cædis ad pœnam. Tac. 1. *Hist.* 45. Marium Celsum ad supplicium expostulabant. Id. ibid. 73. Expostulata ad supplicium Galvia Crispinilla. ¶ 3. Item speciatim expostulare cum aliquo aliquam rem vel de aliqua re, vel etiam absolute, est vehementer postulare querela adversus alium adhibita, aut criminatio, piatrix o querelarsi chiedendo ragione o esigenzia soddisfazione. Porro quid a postulo differat, ex *Donato* in **EXPÓSTULATIO** dictum est. — a) Expostulare cum aliquo aliquam rem vel de aliqua re occurrit apud Ter. *Andr.* 4. 1. 15. Adeamne ad eum, et cum eo injuriam hanc expostulem? Cic. *Planc.* 24. 58. Ne illom quidem Juventum tecum expostulavisti, quem etc. h. e. non accusavi factum Juventi, illudque falsum esse, ostendi. — Et cum Infinito pro Accusativo Plaut. *Mil. glor.* 3. 1. 102. Obstetrici expostulavit mecum, parum missum sibi. — Cic. 5. *Fam.* 2. 9. Lenis a te et facilis existimari deheo, qui nihil terum de his ipsis rebus expostulam. Id. 3. ibid. 10. 6. Significatur in tuis litteris suspicio quedam et dubitatio tua, de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. — Et omissio Ablativo rei. Id. 2. ibid. 17. 6. Sed locus esse videtur terum expostulandi. *Fronto ad M. Cœs.* p. 197. edente 1. Mai. Cur tu tam familiaribus litteris mecum expostules. Id. p. 217. Sæpe etiam expostulo cum dis immortibus et fata jurgio compello. — Et omissio cum aliquo, occurrit apud Cic. 5. *Verr.* 89. 207. Lugent omnes provinciæ, queruntur omnes liberi populi; regna denique etiam omnia de nostris cupiditatibus et injuriis expostulant. — b) Expostulare cum Infinito, aut cum relativo, apud Cic. 5. *Tusc.* 5. 14. Ne expostulent et querantur, se beatæ vita esse relietas. Tac. 13. Ann. 37. Mittebat oratores, qui suo nomine expostularent, cur, redintegrata amicitia, veteri possessione depelleretur. — c) Absolute. Plaut. *Mosi.* 2. 2. 88. Ita me di amabunt, mortuum illum credidi expostulare, quia percussisse fore. Cic. *Sull.* 15. 44. Cur non mecum quæstus es? act. quoniam tam facile invenheris in amicos, iracundius ac vehementius expostulasti? *Fronto ad M. Cœs.* 22. Apud censores expostulare. Ulp. *Dig.* 1. 12. 1. § 8. Quod dictum est, ut servos de dominis querentes præfectus audiat, sic accipiemus, non accusantes dominos, sed si verecundus expostulent.

**EXPÓTUS**, a, um. *V. EPOTO.*

**EXPRAFECTUS**, i, vel exprefecto, qui præfetus fuit. *Inscript.* apud Gruter. 151. 6. **EXQUÆSTUS**. **EXTRAFFECTUS**. **TRAET.** h. e. exquæstore exprefecto

prætorii. Adde alias apud Orell. 2355. et 3189., et apud Henzen. 5594. *Capitolin. Maxim.* 20. Marcellum Papienum exprefecto urbi, ignobilem gener, sed virtutibus clarum, etc. *V.* et Sidon. in **EXCON-**

**EXPREPÓSITUS**, i, vel expræposito, qui præpositus fuit. *Inscript.* apud Gruter. 152. 8. sub *Theodorico*, et 161. 1. sub *Justiniano*. **EXPREPÓSITO SACRI PALATII**. Cf. Orell. 1162. et Henzen. 5597. et 6734.

**EX PRÆSIDÈ**, m. qui præsidis munere functus est. *Cod. Theod.* 7. 23. 1. Quicumque autem eodem est ex præside factus induito. — Et in plur. num. *Ibid.* 12. 1. 41. Ex comitibus et ex præsidibus universi. Adde *Inscript.* apud Orell. 490.

**EX PRÆTORIANO**, m. qui fuit prætorianus. *Inscript.* apud Rénier. 1622. **C. APBRONIS LANVARIS VETERANUS EX PRÆTORIANO** SE VIVO SIBI ET NAEVIAE LANVARIAS CONIVGI SVAS.

**EXPRAETORIUS**, a, um, adject. *Inscript.* apud Gruter. 524. 8. c. ATVGIO ALBANO VETERANO EXPRATORIO etc. *Abia* apud Murat. 845. 6. TITUVS ACCEPTVS VETERANS EX PRÆT. etc. Utrobius divisim legendum videtur ex prætorio, ita ut significetur miles veteranus ex prætorianus.

**EXPRESSIF**, adverb. Comp. *Expressius* I. et II. — Expressus est pressæ, pressa manu.

1. Proprie. *Scribon. Compos.* 198. Oleo caldo subinde artus perfunctos expressius fricare.

II.) Translate est plane, aperte, significanter. Cic. 4. *Herrn.* 7. 10. In precipiendo expresse conscripsa ponere oportet exempla. *Colum.* 11. R. R. 1. 29. Quod ipsum expressius Hesiodus hoc versu significavit. Plin. 2. Ep. 14. Ut mihi Attilius noster expresse dixisse videatur, sic pueros etc. Val. Max. 8. 7. n. 1. extren. Demosthenes quam artis, quam affectabat, primam litteram dicere non posset, vitium tanto studio expugnavit, ut ea a nullo expressius efficeretur.

**EXPRESSIM**, adverb. idem quod expresse; sed translate tantum occurrit. Paul. *Dig.* 46. 3. 98. ante med. Si hoc ipsum expressim agebatur. *Modestin.* ibid. 49. 1. 19. Expressim contra juris rigorem data sententia.

**EXPRESSIO**, ónis, f. 3. actus exprimendi. ¶ 1. Generatim. Vitruv. 9. 9. Ex tactu cœli et expressiōnibus spiritus vocesque nasci. Pallad. 7. R. R. 7. 3. Nobilis mel erit, quod ante expressionem secundam velut sponte profluxerit. ¶ 2. Speciatim in re hydraulica. Vitruv. 1. 1. et 8. 7. Expressiones aquarum. h. e. quibus in altum aquæ exprimuntur in aqueductibus. V. **EXPRESSUS**, us. ¶ 3. Item speciatim in architectura expressiones appellat idem Vitruv. 4. 4. in fin. emineatess partes, seu prominentias in aliquo opere. ¶ 4. Item in re grammatica ponitur pro dictione seu elocutione, expressione recentium Italorum. Pompej. *Comment. art.* Donat. p. 408. Donatus dixit, sensus verus est, expressio non est plena. *Macrob.* de differ. *Græci Latinique verbi* p. 2765. Putsch. *Itæ formæ (frequentativa)* nonnunquam uno gradu, nonnunquam duobus derivatur, ut cano, canto, cantio; nec tamen est in posterioribus major, quam in prioribus frequentationis expressio.

**EXPRESSOR**, óris, m. 3. qui exprimit et extrahit. Figurare tantum occurrit apud Tertull. *Apolog.* 46. Veritatis integrator et expressor. Avien. *Or. marit.* 1. 38. ad ejus (*Sallustii*) ligitur inclitus Descriptionem, qua locorum formulam Imaginem quo expressor efficax stili. Et veritatis pæne in obtutus dedit Lepure linguae, multa rerum junxit.

**EXPRESSUS**, a, um. *V. EXPRIMO.*

**EXPRESSUS**, us, m. 4. idem atque expressio; sed speciatim tantum occurrit in re hydraulica. V. **EXPRESSIO** 2. Vitruv. 8. 7. expressum vocat viuentium aquarum ascensum per fistulas. Ejus verba sunt: Ita per fistulas plumbeas aquam qui ducent, his rationibus bellissime poterunt efficere et decursus et circumductiones et ventres et expressus.

**EXPRETA** antiqui dicebant, quasi expertia habita. Paul. *Diac.* p. 79. 6. *Mül.* Est autem expreta per metathesis pro experta: hor vero ab experita factum per syncopen videtur. V. **EXPERITUS**. Plaut. *Bacch.* 3. 3. 42. It magister quasi laterna uncto expretus lincto. *Alii melius leg. expletus.* Apud Paul. *Diac.* vero ali pro expreta leg. exper-

ta, et pro experientia leg. extra partem. *Müllerus* vero hæc adnotat: « Idem vocabulum (*exprētus*) constat legi in *Plauti Bacch.* 3. 3. 42. ex auctoritate optimorum codicium, sed in sententia admodum obscura. Voc. *exprētus*, quum a nulla Latinorum verborum stirpe rectius duci possit, quam a *spērno*, ac *Verrī* quoque verilogium, quamquam falso, ad eundem tamen significatum digitum intendat: etiam *Plautus* ita explicandus videtur, ut magister a patre pueri verberari *exprētus* esse dicatur, quoniam ea, quæ narrantur omnia in iudicio coram patre fieri, ostendunt quæ sequuntur: *Itur illinc jure dicto* ».

**EX PRIMICERIIS**, m. plur. qui primicerii munere functi sunt. *Cod. Theod.* 6. 30. 19. Ex primiceriis sacrarum largitionum.

**EX PRIMIPILARIBUS**, m. plur. qui in militia primipilares fuerunt. *Cod. Theod.* 11. 23. 4. Qui ex primipilaribus sunt.

**EXPRESSO**, primis, pressi, pressum, primere, a. 3. (ex et premere). Part. *Exprimens* I. 3. et II. 2.; *Expressus* in omnibus fere paragr. et in fin.; *Exprimendus* II. 2. — *Exprimere*, *exprīsō*,

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de succo vel alia re, quæ exprimitur, et est premendo el cerere, extrahere (It. *spēmēre*, *cavare* o *cacciare* a forza; Fr. *faire sortir en pressant*, *exprimer*, *extraire*, *arracher de*; Hisp. *exprimir*, *sacar y extraer de*; Germ. *ausdrücken*, *auspressen*, *gewaltsam herausbringen*; Angl. *to press*, *wring*, *strain*, or *squeeze out*). Occurrit — a) De succis et liquidis aliis, nec non de ceteris quibuscumque, quæ premendo elicuntur vel extrahuntur. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 26. 59. (129). Ex malobathro exprimitur oleum ad unguenta. *Siliq.* vero ex optimis Codicibus legit premitur. *Id.* 20. *ibid.* 1. 2. (3). Succus expressus e semine. *Id.* 21. *ibid.* 19. 74. (127). Succum flore exprimere. *Id.* 13. *ibid.* 1. 2. (8). Oleum amygdalis amaris expressum. *Id.* 6. *ibid.* 28. 32. (161). Vinum palmo exprimere, oleum sesame. *palmiss et sesamæ Dativi* sunt. Sic *Id.* 27. *ibid.* 13. 109. (136). Exprimitur succus radici. et 12. *ibid.* 28. 63. (135). Sucrus nuci expressus. *Lucret.* 5. 488. Expressus de corpore sudor. *Ter. Eun.* 1. 1. 23. Oculos terendo falsam lacrimulam vi exprimere. *Cic.* 2. *Divinal.* 19. 44. Si nubium conficitur ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. *Martial.* 7. 37. Exprimere torantem frigore nasum, h. e. emungere. *Tac.* 15. *Inn.* 57. Fasciæ in modum laquei indidunt cervicem, et spirituum expressit. si cacciò del corpo l'anima. *Ovid.* 12. *Met.* 437. Iquor rari sub pondere cribri Manat, et exprimitur per densa foramina. Cf. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 39. (145). Medullæ liquefactæ per linea exprimuntur. si colano, si fanno passare. *Id.* 7. *ibid.* 44. 45. (144). Fauces intortæ et expressus per aures sanguis. — b) Significat etiam extollere, in altum educere, (cui contrarium est *deprimere*) ut sit in aquis, que per angusta tubolorum fluere coactæ, in exitu in altum ascendunt, innalzare, trarre in alto. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 23. (39). Aqua expressa in altum. Adde *Ovid.* 1. *Art. am.* 82. *Vitriv.* 8. 7. ante med. Aqua exprimatur in altitudinem summi clivi. *Auct. B. Alex.* 6. A quæ magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere. Cf. *Seneca Const. Sap.* 4. Quæ nervo tormentum in altum exprimuntur. Similiter *Cæs.* 7. *B. G.* 22. Turris altitudinem, quantum has quotidianus agger exprimerat, adæquabant. — c) Dicitur et de pecunia pro extorquere; quo sensu translate accipi potest. *Cic.* 1. *Att.* 19. *ad fin.* Blanditiis ab aliquo numerulorum aliquid exprimere. *Id.* 4. *Verr.* 69. 165. Nullam pecuniam nisi vi expressam et coactam. *Sueton.* *Vesp.* 4. et *Oth.* 5. Exprimere alicui pecuniam. ¶ 2. Latiior sensu dicitur de re, ex qua comprimento aliquid elicitur, et est valde premere, comprimere, stringere, premere, spremere, comprimere, stringere. *Cels.* 4. 24. circa med. Spongia imposta, quæ subinde ex oleo, vel acetato, vel aqua frigida exprimitur. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 2. 9. (31). Lana ex vino, vel acetato expressa. *Ovid.* 3. *Art. am.* 224. Venus madidas exprimit imbre conias, stringe et asciuga. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 11. 47. (128). Spongia expressæ inter duas tabulas. *Id.* 12. *ibid.* 27. 60. (130). Olea adhuc alba expressa. *Colum.* 6. *R. R.* 11. Expressa sanie. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 73. (121). Rosea folia exprimere. *Id.* 11. *ibid.* 11. 12. (29). Apes regios imperatoribus futuris

exstruunt separatas, tuberculo eminentes; quod si exprimatur, non gignuntur soboles. ¶ 3. Latissima, seu prægnante, uti ajunt, significatione, est premando efflere, effungere, adeoque repræsentare, imitari, fare, formare, ritrarre, rappresentare. *Horat.* Art. P. 32. unques Exprimet et molles imitabitur ære capillos. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 40. (140).

Quum exprimere vellet Athamantis furorem, æs ferrumque miscuit, ut rubigine ejus, per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundia rubor. *Plaut.* *Pseud.* 1. 1. 53. Miles hic reliquit symbolum, expressum in cera ex anulo suo imaginem. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 44. (153). Hominis imago gypso e facie ipsa expressa, et mox. De signis effigiem exprimere. *Id.* *ibid.* 2. 2. (6). Expressi cera vultus. Cf. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 248. Nec magis expressi vultus per ahenea signa, Quam per yatis opus mores animique virorum Clarorum apparent. *Curt.* 3. 3. Deorum simulacra ex auro expressa. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (66). Alexandrum amicorumque ejus imagines summa omnium similitudine, — Thespin venatorem et Thespiadas, prælium equestre etc. expressit. *irrasse al vivo*. — Huc pertinent et poetica illa, et Græca constructione, *Val. Flacc.* 1. 398. casusque, tuos expressa, Phalere, Arma geris. h. e. quæ casus tuos insculptos descriptosque habent. et 2. 655. Potula bellorum casus expressa recentum. — Similiter *Tac. Germ.* 17. Vestis stricta et singulos artus exprimens. che fū redere o risaltare. *Quintil.* 8. 3. 10. Pulcher aspectu sit athleta, cuius laceros exercitatio expressit. fa corripere, risaltare. — Huc referri possunt et illa *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 61. (170). Idei dactyli pollicem humanum exprimunt. rassomigliano, rappresentano. *Id.* *ibid.* 10. 63. (173). Meconites gemma papavera exprimit.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphora sumpta a superiori paragr. 1., est eruere, extorquere; et occurrit — a) Sepissime cum Accusativo rei. *Cic. Mil.* 4. 10. Est haec non scripta, sed nata lex, quam non diciamus, acceperimus, legimus, verum ex natura ipsa arripiimus, hausimus, expressimus. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 29. expressa arbusto convicia. h. e. petita, deducta, bausta ex more vinitorum et rusticorum. *Lucret.* 5. 1027. varios linguae sonitus natura subegi Mittere, et utilitas expressit nomina rerum. fe' imporre. *Cas.* 1. *B. G.* 32. Quum ab iis saepius quereret, neque ullam omnino vocem exprimere posset. *cavar di bocca.* *Liv.* 25. 16. extr. Exprimere alicui confessionem. Sic *Sueton.* *Galb.* 10. Expressa cruciatu confessio. *Lucan.* 6. 599. verom. *Liv.* 2. 13. Expressa est Romanis necessitas obsides dandi. furono costretti i Romani. *Id.* 3. 2. Delitionem ultima necessitate expressam aspernari. Nephos *Thrasib.* 4. Huic corona a populo data, quod amer civium, non vis expresserat, nullam habuit invidiam. *Auct. B. Alex.* 36. Victoria nuncius latitudo exprimebat. *Plin.* 4. *Fp.* 7. extr. Risum magis potest exprimere, quam gemitum. far ridere, far piangere. — b) Sequeunt part. ut. *Cic.* 5. *Verr.* 47. 112. Quum in jus ipsum eduxi, expressi, ut conficeret se tabulas negaret. a grande stento ostenni. Sic *Curt.* 6. 7. Expressit, ut polliceretur. ¶ 2. Metaphora sumpta a superiori paragr. 3., est imitando effingere, describere, repræsentare, manifestare, præcipue verbis. — a) Universim. *Cic. Rabir.* Post. 2. 4. Quoniam magnitudinem animi, tum liberalitate vitam patris et consuetudinem expresserat. *Id.* 2. *Zegg.* 5. 13. Lex est justorum injutorumque distinctione, ad illam antiquissimam expressa naturam, ad quam etc. *fatta a norma*, sul modello di etc. *Id.* 3. *Orat.* 12. 47. Vitia imitatione ex aliquo expressa. — b) Speciatim de iis, que verbis repræsentantur. *Cic. 4. Herenn.* 49. 62. Reio ante oculos ponit, quoniam exprimit omnia perspicue, ut res prope dicam manu tentari possit. *Id.* *ibid.* § 63. Effictio est, quoniam exprimit atque effingitur verbis corporis cuiuspiam furma, quod satis sit ad intelligendum. *Id.* 1. *Divinal.* 36. 79. Hanc speciem Pasiteas ceavit argento, et noster expressit Archias versibus. *Id.* 2. *Orat.* 43. 184. Exprimere oratione mores aliquos. *Id.* *Aych.* 6. 14. Multas nobis imagines fortissimorum virorum expressas scripentes Græci et Latini reliquerunt. *Id.* *ibid.* 12. 30. Consiliorum ac virtutum effigies summis ingenii expressa et polita. *Id. Flacc.* 22. 53. Fateantur in Maenætrii persona expressam faciem civitatis. *Id.* 3. *Orat.* 4. 15. In Platonis libris omnibus fere Socrates exprimitur.

*Id. Arch.* 9. 21. Mitridaticum bellum magnum atque difficile totum ab hoc expressum est. *Id.* 9. *Att.* 15. Omnen illius neumque sermonem, omnibus verbis expressum, statim mittam. a parola per parola. *Id.* 2. *Fin.* 2. 6. Diligenter exprimi oportet, qua vis subjecta sit vocibus. *Plin.* 5. *Ep.* 16. et 10. *ibid.* 2. Exprimere verbis non possum, quantum ele-

— Et absolute. *Cic. Orat.* 55. 185. Oratio nuda ac rudis ad solos animalium sensus exprimendos reperita. *Sueton.* *Aug.* 86. Sensum animi quam apertissime exprimere. *Kellej.* 2. 124. 1. Quid tunc homines timuerint, mihi exprimere non vacat. *Plin.* 5. *Ep.* 15. Exprimere non possum, quanto sim gaudio affectus. *Id.* 9. *ibid.* 26. Sunt enim maxime periculosa, utque Græci magis exprimunt, παραβολα, dicono con più viva expressione. *Id.* 4. *ibid.* 30. in fin. Mihi abunde est, si satis expressi, se ho spiegato abbastanza. — Exprimere aliquid apud JCtos sæpe est disertis verbis palam aperteque significare, declarare, demonstrare, esprimere, significare. *Julian.* *Dig.* 34. 5. 14. a med. Si quis interroget, eorum quid, quæ tibi objiciuntur, fecisti? ille neget; hoc exprimit, eorum quid, quæ objiciuntur, non feci, id est nihil horum feci. *Ulp.* *ibid.* 32. 1. 11. ante med. Haec verba non satis exprimunt fideicommissum. *Modestin.* *ibid.* 31. 1. 34. Exprimere testamento, a quibus legata prestari velis. — c) Item speciatim exprimere dicuntur, qui ex una in aliâ lingua transferunt, traducre. *Ter. Adelph.* prot. 11. Verbum de verbo expressum extulit. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 10. 31. Καταληγων, verbum e verbo exprimentes, comprehensionem dicemus. *Id.* 1. *Fin.* 2. 4. Fabelias Latinas ad verbum de Græcis expressas legere. *Id.* 1. *de republ.* 43. Tum fit illud, quod a Platone est luculentè dictum, si modo id exprimere Latine potuero. *Plin.* 4. *Ep.* 18. Quædam epigrammata ænarii Latine et exprimere tentavi.

— d) Item exprimere dicuntur, qui distincte verba proferunt, exprimere, articolare. *Cic.* 3. *Orat.* 11. 41. Exprimere litteras patinas, aut obscurare negligenter, articolare affectatamente. *Quintil.* 9. 4. 10. et 11. 3. 104. Exprimere verba. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. Septimo se:me anno lingua sermonem exprimit. — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima superius exempla retulimus,

*Expressus*, a, um, adjective quoque usurnatur, unde Comp. *Expression* sub II. 1. et 2.

I.) Proprie est extans, eminens, prominens, rilevato. *Cic. 1. Nat.* D. 27. 75. Species deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sicut pura, levis, perlucida. *Id.* 4. *Verr.* 77. 189. Litteræ littoræque omnes (exscribendo) assimilatae, expressæ, de tabulis in libros trans feruntur. *Quintil.* 8. *procem.* 19. Corpora sana et exercitatione formata et colorata et adstricta et laetitiae expressa sunt. h. e. existentes habentia lacertorum toros. *Id.* 2. 4. 6. Protinus omnibus membris expressus infans.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est manifestus, apertus, evidens, quasi existantibus lineamentis formatus, evidente, espresso, manifesto, chiaro. *Cic. Cœl.* 5. 12. Habuit Catilina per multa maximorum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Cf. *eumid.* 3. *Tusc.* 2. 3. Est enim gloria solida quædam res et expressa, non adumbrata. *Id.* 3. *Off.* 17. 69. Nos veri juris germanæque justitiam solidam et expressam effigiem nullam tecumus: umbra et imaginibus utimur. *Id. Planc.* 12. 29. Haec sunt indicia solida et expressa, haec signa probitatis non fucata forensi specie. *Id. Rosc.* *Am.* 22. 62. Existit operet expressa scleris vestigia. *Id.* 1. *Fam.* 7. 9. Haec profecto vides quanto expressiora quantoque illustriora futura sint. *Quintil.* 9. 4. 138. In procemis plerumque summissi, in narratione pleni atque expressi, in argumentis citatis, chiaro, schietti. *Plin.* 5. *Ep.* 15. 3. Cornuto autem quid melius, quid sanctius, quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius? più rassomigliante gli antichi costumi. *Tertull. Resurr.* *Corn.* 3. Quid expressius aut signatus in hanc causam? aut cui alli rei tale documentum? *Forcellinus* huc retulit etiam illud *Petron.* *Satyr.* 118. Curandum, ne sententia eminant extra corpus orationis expressæ, sed intexto vestibus colore niteant. ¶ 2. Speciatim de oratione dicitur, et expressus est distincte prolatus. *Cic.* 1. *Off.* 37. 133. Sonus erat dulcis; litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut

putidum. articulare affectatamente. — Hoc Cicer. loco in vito ponitur; in laude apud Quintil. 1. 11. 4. Vitia, si qua sunt, oris emendet, ut expressa sint verba, ut suis queque litteras sonis eouidentur. *Id.* 1. 1. 37. Expressio sermo. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 42. 59. (119). Minor nobilitas, sed expressio loquacitas generi picarum est. *favella* più articulata.

**EX PRINCIPE**, m. qui in militia fuit princeps. *Inscript.* apud Rénier. 103. GENIO CASTRORVM LEG. III. AVG. PRO SALVTE ET INCOLVITATE DD. KN. IMP. Diocletiani et Maximiani Augustorum M. AURELIUS DECIMVS V. P. P. N. (h. e. vir perfectissimus præses provinciae Numidiae) EX PRINCIPE PEREGRINORVM YOTVM SOLVIT. Adde alias apud eumd. 104. et 2543.; item alias apud Henzen. 5522. et 6922.

**EXPROBRABILIS**, e, adjec. qui exprobrari potest. *Venant.* præfat. Nec tantum exprobrabile est nesciri, quod horreat, quam patere, quod urat. *Vulgat.* interpr. *Proverb.* 18. 1. Omni tempore erit exprobribilis. *Id. ibid.* 25. 10. Ne exprobribilis fiat.

**EXPROBRATIO**, ònis, f. 3. actus exprobrandi, opprobrium. — a) Cum Genitivo tantum rei, que exprobratur. *Ter. Andr.* 1. 1. 17. Istæ commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii. *Justin.* 38. 9. 9. Exprobratio levitatis puerilis. *Id.* 1. 8. 13. Exprobratio crudelitatis. — b) Cum Genitivo rei et Dative persona. *Liv.* 23. 35. Ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunæ discordiam inter ordines sereret. — c) Absolute. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (57). Garnarii desideria etiam in exprobratione erant.

**EXPROBRATOR**, òris, m. 3. qui exprobrat. *Seneca* 1. *Benef.* 1. Eiprobratores et exactores. *Id.* 3. *Contraf.* 21. ad fin. Oderant me patres, quasi publici mali segregem exprobratorem.

**EXPROBRATRIX**, icis, f. 3. que exprobrat. *Seneca* 7. *Benef.* 22. Ut hac nimia et exprobratrix memoria subsideret, obliuisci eum, qui dedit, jussimus.

**EXPROBRATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**EXPROBRO**, as, òvi, òtum, are, a. 1. (ex et probrum). Part. *Exprobrans*, *Exprobratus* et *Exprobratus*. — Exprobrare, οὐεῖσθαι, est beneficium alteri objicere, vitio quidpiam tribuere, probrare (It. *sinfacciare*, *rimproverare*; Fr. *reprocher*, *blâmer*, *imputer à crime*; Hisp. *reprochar*, *reprender*, *vituperar*; Germ. *Jemandem etwas vorwerfen*, *vor halten*, *vorrücken*; Angl. *to upbraid*, *reproach*, *reprove*). Occurrit — a) Cum Accusativo rei. *Cic. Amic.* 20. 71. Plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. et mox. Odiosum genus hominum officia exprobrantium. *Liv.* 37. 49. Prope exprobrates virtutem suam in Philippi bello. *Id.* 2. 23. Exprobrat sūm quiske militiam. *Curt.* 8. 1. Adject. eum exprobratur sibi fuisse vitam a semetipso datam. *Tac.* 1. *Ann.* 44. Supplices et vera exprobari fatentes orabant, puniret noxiis etc. *Cic.* 7. *Verr.* 50. 132. Num casua bellicos tibi exprobrare, aut objicere videor? ascriverit a culpa. *Id.* 2. *Orat.* 75. 305. Exprobrare vitia adversariis. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 63. 63. (150). Velut exprobrato furore. — b) Cum Ablativo et præpos. de. *Nepos Epam.* 5. Desine de uxore mihi exprobrare. — c) Sequentia Infinito. *Plaut. Mil. glor.* 3. 4. 59. Pergin' servum me exprobrare esse, id quod vi hostili obtigit? *Liv.* 2. 29. Exprobrantibus consilibus, nihil plus sanitatis in curia, quam in foro esse. — d) Sequentia quod. *Cic.* 5. *Fam.* 15. Litteræ ipsæ quasi exprobrare videntur, quod in ea vita maneam, in qua etc. — e) Absolute. *Quintil.* 11. 3. 176. Eadem verba mutata pronunciatione indicant, affirmant, exprobrant. *Id.* 6. 3. 94. Est gratis jocus, qui minus exprobrat, quam potest. *Id.* 11. 3. 92. In exprobrando et coarguendo gestus acer alique instans. *Id.* 11. 3. 16. Dulcis esse debet, non exprobrans sonus.

**EX PROCONSULE**, m. qui proconsulis munere functus est. *Cod. Theod.* 6. 4. 15. Facundus ex proconsule. — Et in plur. num. *Ibid.* 7. 22. 7. Seu ex vicariis, sive ex proconsulibus, seu ex prefectis. *Inscript.* apud Henzen. 6904. POSTVLANDAM (statuam) ESSSE CREDIDIT QVOD NLLI PROCONSULVM VEL EX PROCONSULIBVS STATVENDAM ANTEA POSTVLARIT.

**EXPRODITA**, exclusa. *Gloss. Isid.*

**EXPROMISSIO**, ònis, f. 3. actus expromittendi, serio facta promissio. *Ulp. Dig.* 4. 3. 7. § 8. Si patronus nolit expromissionem ipsum manumissionem

accipere. Ita *Haloand.*, sili rectius expromissorem.

**EXPRÓMISSOR**, òris, m. 3. qui pro se, vel pro altero quocumque modo promittit: expromissor autem est plus quam fidejussor, nam hic, nisi excusso debitore, conveniri non potest; ille vero potest, quia totam obligationem in se recipit: fidejussor porro est idem atque appromissor. *Ulp. Dig.* 42. 1. 4. Idoneum expromissorem habere. *Cajus ibid.* 18. 1. 53. Expromissore, aut pignore dato. Adde *Ulp. ibid.* 4. 3. 7. § 8. *V.* voc. preced.

**EXPRÓMITTO**, mittis, misi, missum, mittere, a. 3. (ex et promitto) idem quod promitto, recipio vel pro me, vel pro altero: ex eni auget. *Varro* 2. *R. R.* 2. 5. Quum empator dixit: tanti sunt mi emp̄tae? et ille respondit, sunt: et expromisi nummos. *Al. perperam leg.* exprompsit. *Ulp. Dig.* 23. 3. 36. Debitor mulieris, jussu ejus, pecuniam viro expromisit. *Paul. ibid.* 16. 1. 22. Si mulieri dederim pecuniam, ut eam creditori meo solvat, vel expromittat.

**EXPRÓMO**, prōmis, prompsi vel promisi, prōnuntiū vel promtū, prōmēre, a. 3. (ex et promo). Part. *Expromptus* II. 1. et 2. — *Expromere*, προφέω, est promere, depromere, effere, educere (It. *tirar fuori*, *cavare*; Fr. *tirer de*, *faire sortir*, *faire paraître*; Hisp. *tirar*, *sacar a fuera*; Germ. *hervorlangen*, *herausnehmen*, — *holen* — oder bringen; Angl. *to draw out*, *draw or bring out*).

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 18. Heminas octo exprompsi in urceum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 72. 93. (199). Simia condidit in thesauros maxillarum cibum —, mox inde sensim ad mandendum manibus expromit. *Virg.* 2. *En.* 279. ipse videbar Compellet virum et mæstas expromere vuces.

II.) Translate. ¶ 1. Generativ. — a) Cum Accusativo rei. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 64. Exprome benignum ex te ingenium. *Ter. Andr.* 4. 3. 8. Mibi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia opus est. *Lucret.* 2. 387. Quid id est, animum quod percutit ipsum, Quod movet et variis sensus exprouere cogit. *Catull.* 65. 3. Nec potis est dulces Musarum expromere fetus Mens animi. h. e. edere, dar fuori. *Cic.* 2. *Att.* 12. 2. Deinde suum exprompsit odium. *Id. Mil.* 13. 33. In meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam. *Id.* 2. *Cat.* 10. 22. Quorum omnium industria vita et vigilandi labor in antelucanis omnis expromitur. h. e. prostratur, adhibetur. *Id. Orat.* 36. 125. Quum causa ea inciderit, in qua vis eluentia possit expromi. *Seneca Troad.* 106. Nunc vires exprome dolor tuas. — Et alio sensu *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 72. Vel hilarissimum convivam hinc indidem expromasti tibi, ti proverò d'un commensale. — b) Absolute. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 9. Servus nisi habet multipotens pectus, ubicumque usus sit, pectore expromat suo. ¶ 2. Speciatim de oratione, et significat expondere, narrare, enunciare, dire, dire, spiegare, manifestare. — a) Cum Accusativo rei. *Ter. Heaut.* 3. 3. 14. Nemo' st neutrum aniscutum bodie, apud quem expromere omnia mea occulta audeam. *Cic.* 2. *Legg.* 7. 17. Sed jam exprome, si placet, istas leges de religione. *Fronto de eloq.* (edente iterum *A. Mai*) p. 234. Thersite verbis exprompta sententia. Sic *Tac.* 12. *Ann.* 9. Exprome sententiam. et *Capell.* 1. p. 2. Quidquid' ille (*Jupiter*) exprompta sententia dictaverit. Rursus *Tac.* 4. *Hist.* 85. Mucianus quod diu occulaverat, ut rezens exprompsit: quoniam benignitate deum fractæ hostium vires forent etc. *Catull.* 64. 223. multas expromam mente querelas. *Ovid.* 3. *Fast.* 725. expromere causas. — b) Sequentia Infinito. *Tac.* 16. *Ann.* 1. Expromit, repertum in agro suo specum altitudine immensa. racconta. — c) Sequentia relativa. *Cic.* 2. *Dirinat.* 72. 150. Conferre causas, et quid in quamque sententiam dici possit, exprome. *Liv.* 29. 1.; et *Curt.* 4. 10. Quid sentirent, expromere jubet.

**EXPROMPTUS** vel expromptus, a, um. *V.* voc. preced.

**EXPRÓPERATUS**, a, um, particip. ab inosit. ex proprio, valde properatus. *Inscript.* apud Gruter. 669. 10. Hic aquilae cineres miserabilis vrna sevyltos contegit; et patis expromerata nimis. occidit infelix coepito modo flore iuventas etc.

**EX PRÖTECTÖRIBVS**, m. plur. qui fuerunt protectores. *Cod. Theod.* 7. 21. 1. Ideoque si qui ex protectoribus, vel ex prepositis, vel ex tribunis

epistolas reportaverint. Adde *Inscript.* apud Gruter. p. 1056.

**EXPROXIMUS**, i, m. 2. qui proximus dignitate functus est. *Imp. Theod. et Valent. Cod.* 12. 9. 1. Hoc beneficium ad proximos etiam sacrorum scribnorum et expromis volumus propagari.

**EXPÜBET**, est quasi pudet. *Gloss. Placid.* edente *A. Mai* p. 456.

**EXPUDÖRÄTUS**, a, um, particip. ab inosit. expudor, qui omnem pudorem exxit. *Petron. fragm. Tragur.* 39. *Eurymach.* Habet frontem expudoratam.

**EXPUGNABILIS**, e, adjec. qui expugnari potest.

I.) Proprie. *Liv.* 33. 7. Urbs terra marique expugnabilis est.

II.) Figurate apud Poetas. *Stat.* 4. *Theb.* 836. de fluvio. Iuus et nulli ruis expugnabilis astro. h. e. nulla canicula exsiccati potes. *Id.* 9. *ibid.* 103. situ non expugnabile robur. h. e. quod corrumphi non potest.

**EXPUGNATIÖ**, ònis, f. 3. actus expugnandi; et occurrit — a) In singulari numero. *Cic. pro leg. Manil.* 5. 13. Ut ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. *Cæs.* 7. *B. G.* 36. De expugnatione urbis desperavit. *Sueton. Claud.* 21. Edidit in Martio campo expugnationem directionemque oppidi. *Id. Cæs.* 2. Expugnatio Mitylenarum. *Tac.* 15. *Ann.* 4. Expugnationem sumere. — b) In plurali numero. *Cic.* 11. *Att.* 23. 3. Nocturnæ (œdium) expugnations. *Vellej.* 2. 98. Gentes ferociissimas nunc acie, nunc expugnationibus in pristinum pacis rededit modum.

**EXPUGNATOR**, òris, m. 3. qui expugnat.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Invent.* 50. 93. Expugnator urbis. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 38. 39. (126). Rex Demetrius, expugnator cognominatus. πολεοχητης.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Verr.* 4. 9. Non adulterum, sed expugnatorum pudicitiae. *Stat.* 4. *Theb.* 363. pecoris lupus expugnator opimi.

**EXPUGNATORIUS**, a, um, adjec. ad expugnandum pertinens. *Tertull.* *Anim.* 57. Expugnatoria dominatio.

**EXPUGNATRIX**, icis, f. 3. que expugnat. *Cassiod.* de anim. 11. Animis carnem illam expugnatrixem humani generis per quietem debellant.

**EXPUGNATUS**, a, um. *V.* EXPUGNO.

**EXPUGNAX**, ácis, adjec. omn. gen. qui valde expugnat. *Ovid.* 14. *Met.* 29. sive aliquid regni est in carmine, carmen ore move sacro; sive expugnacior herba est. Uttere tentatis operosæ viribus herbe. *Al. leg.* expugnacior: *V. Bach.* et *Jahn.* ad h. 1.

**EXPUGNO**, as, ávi, átum, are, a. 1. (ex et pugno). *Expugnasse* pro expugnaturum esse, prisco dicendi modo, est *Plauti Amph.* 1. 1. 54. Sin aliter sicut aiuntati. sese suom vi corrum oppidum expugnassere. — Part. *Expugnans* 1. 2. et in fin.; *Expugnatus* I. 1. et 2. et II.; *Expugnandus* I. 2. — *Expugnare*, καταπέμψειν, est pugnando vincere o prender; Fr. prendre d'assaut, de force, vaincre; Hisp. expugnar, ganar a fuerza de armas; Germ. erobern, erstürmen, einnehmen; Angl. to take by storm, force or assault, to conquer, vanquish).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de oppidis et locis munitis. *Cæs.* 2. *B. G.* 12. Id oppidum ex itinere oppugnare conatus, expugnare non potuit. *Id.* 2. *ibid.* 10. et 3. *ibid.* 14. et 23. Expugnare oppidum. *Id.* 3. *B. C.* 55. Nonnullas urbes per vim expugnavit. Sic *Liv.* 2. 12. *Expugnare* urbem. *Sall. Jug.* 23. Cirtam armis. *Cæs.* 2. *B. G.* 9. et 3. *ibid.* 1. castellum. *Nepos Agesil.* 3. Loco multa expugnata. Poetice *Lucret.* 2. 1144. Expugnata mœnia mundi. ¶ 2. Latior sensu expugnari dicuntur res ipsæ, aut homines, qui pugnando ab aliis hominibus capiuntur. *Cæs.* 3. *B. G.* 15. Expugnatis compluribus navibus — singulas nostri consecutati expugnarebunt. *Justin.* 7. 6. Thessaliam improvisus expugnat. *Plaut. Psud.* 4. 7. 76. Expugnare carcere. *Ter. Eun.* 4. 7. 3. iedes. *Sall. Jug.* 44. villas. *Tac.* 14. *Ann.* 25. præsidium. *Liv.* 37. 25. Philippus et Nababis expugnati. *Curt.* 9. 4. Inclusos mœnibus expugnat. *Id.* 6. 6. a med. Ad expugnandos eos, qui editio montium occupaverat, reddit. *Justin.* 3. 5. Messennii, quam virtute non posset, per insidias expugnauit. *Tac. Agric.* 41. Tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti. Adde *Flor.* 2. 2. — Huc referri potest et illud *Plaut. Bacch.* 4. 9. 5.

Non Pelides tormento fuit, præ ut ego herum expugnabo meum, sine classe sintque exercitu et tanto numero militum. Cepi, expugnavi amanti herili filio aurum ab suo patre. — Item illud *Stat.*, ubi pro oppugnare occurrit, 6. *Theb.* 777. ut præceps cumulo salit unda minantes In scupulos et fracta redit; sic ille forentem Circuit expugnans.

II.) Translate. — 1.) Raro de rebus physicis, que alia quomodoemque dominant. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (138). Flumina id oppidum expugnare, atterravono. *Ibid.* 5. *Ibid.* 24. 20. (85). Euphrates Taurum montem expugnat. h. e. irrumpt, perfringit, perneat. *Id.* 28. *Ibid.* 10. 45. (139). Lacte equino vecana et toxira expugnantur. — 2.) Sapientis de abstractis et de animo pro vincere, domare; et occurrit — a) Cum Accusativo. *Cic.* *Cluent.* 13. 36. Oppianicus sperare cœpit, hoc se Avilio tamquam aliqua machina adiutoria capere Asinii adolescentiam et fortunas ejus patrias expugnare posse. impossessari per forsa. *Id.* *Cet.* 20. 59. Expugnare pudicitiam. *Liv.* 37. 56. ad fin. pertinaciam legatorum. *Colum.* 10. *R. R.* præfat. 3. Propositum meum expugnat frequens postulatio tua. *Petron.* *Satyr.* 126. Expugnata paupertas, h. e. vieta aucto patrimonio, superata. *Flor.* 3. 1. Jugurtha in Scythia ipsos Romani imperii mores expugnaverat. h. e. Scyraum pecunia corrumpendo. Cf. *Marital.* 13. 123. Quum tua centenos expugnat sportula cives. h. e. tibi conciliat. *Cic.* 2. *Verr.* 2. 4. Nihil tam sanctum, quod non violari, nihil tam munatum, quod non expugnari pecunia possit. *Id.* 4. *Parad.* 1. 27. Sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia, virtutibus — vincetur et expugnabitur. *Stat.* 4. *Theb.* 187. Mens expugnata fatiscit. *Sueton.* *Tib.* 21. Expugnatus precibus uxoris. *Expugnatus* absolute eodem sensu occurrit apud *eundem*. *Ces.* 1. et *Vesp.* 22. — Huc pertinet et illud *Ovid.*, ubi expugnare ponitur pro perficere, 9. *Met.* 617. Nam primum (si facta mihi revocare licet) Non cœpisse fuit, copta expugnare secundum. Cf. *Cic.* 3. *Verr.* 16. 44. Quanta iste cupiditate illam sibi legationem expugnavit! h. e. vi obtinuit. — b) Sequente part. ut, et significat vi obtinere, extorquere, pervincere, ottener a forza. *Cic.* 4. *Verr.* 52. 130. Certe aliqua ratione expugnasset iste, ut dies tollerentur. *Petron.* *Satyr.* 108. Ægre expugnavit, ut etc. a grande stento ottenne, che etc. — Hinc Part. præs.

*Expugnans*, antis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Expugnantior* apud *Ovid.* 14. *Met.* 20, ut quidem leg. *Ebach*, *Jahn* et alii: *V. EXPUGNAX.*

EXPULLULO, as, are, n. 1. valde pullulo. *Ibid.* 17. *Orig.* 7. Ilæc arbor, simul ut excisa fuerit, tamquam silva expullulare consuevit.

EXPULSATUS, a, um. *V. EXPULSO.*

EXPULSIM, adverb. antiqui dixerunt pro expellendo, ut cœsion pro cœdendo. *Karrow* apud *Non.* p. 104. 29. *Merc.* Videbis pueros pila expulsim ludere.

EXPULSIO, ônis, f. 3. actus expellendi. *Cie.* 6. *Parad.* 2. 46. Qui expulsiones vicinorum, qui latrocina in agris, etc. *Theod.* *Priscian.* l. 2. part. 1. c. 13. At quum per vias expulsions eorum (humorum) impetus torrens et repentinus, eruperit, sic, si possumus, precessus periculum removemus.

EXPULSIVUS, a, um, adject. qui expellit, seu vici expellendi habens. *Cassiod.* de ant. 6. Virtus anima expulsive, quæ, ut natura fiat libera, sibi novera depellit.

EXPULSO, as, avi, atum, are, a. 1. frequentat. ab expello. Part. *Expulsatus* I. — Expulso est frequenter pulsando executio.

I.) Proprie. *Ammian.* 23. 6. Seleucia per duces expulsata, h. e. puisata, vexata, afficta, adeoque expugnata.

II.) Figureate. *Martial.* 14. 46. Si me mobilibus scis expulsare sinistris, Sum tua: si nescis, rustice, reddi pilam.

EXPULSUS, a, um. *V. EXPELLO.*

EXPULTRIX, icis, f. 3. quæ expellit. *Cic.* 5. *Tusc.* 2. 5. O vita philosophia dux, o virtutis indagatrix, expulsive vitiorum!

EXPUMICO, as, are, a. 1. (ex et pumex) pumice polio. Occurrat translate tantum apud *Tertull.* ad-

vers. *Valent.* 16. Hic, opinor, susceptum ab omnibus injuriis passionis expumicat.

EXPUMO. *V. EXSPUMO.*

EXPUNCTIO, ônis, f. 3. actus expungendi. *Tertull.* *Idolol.* 16. Operæ meæ expunctio. h. e. præstatio. *V. EXPUNGO* sub B. II.

EXPUNCTOR, ôris, m. 3. qui expungit et delct.

*Tertull.* *Orat.* 1. Expunctor totius retro vetustatis.

EXPUNCTUS, a, um. *V. voc. seq.*

EXPUNGO, pungis, punxi, punctum, pungere, a.

3. (ex et pungo). Part. *Expunctus* sub A. I. et sub B. I. — Expungere duo diversa significat, scilicet A) Notatis punctis delere; aut B) Notatis punctis ultimam inanum calvulo imponere.

A) Expungere, εξαλεῖσθαι, est notatis punctis,

quod scriptum est, deterc (It. cancellare; Fr. effacer, rayer; Hisp. borrar, testar, deshacer; Germ. ausstechen, auspunctiren; Engl. to blot out, efface, expunge).

I.) Proprie expungi dicitur nomen, quom, perso- luta pecunia, debitoris nomen ex tabu's accepti et expensi delctar: item milites expungi dicuntur a militia, quom nomina eorum ex albo eraduntur et ipsi a militia removentur: item judices dicuntur ex pungi, quando amoventur a judicando, velut erasi ex albo judicium; id enim sicut punctis circumscriptis, vel, ut affirmat A. *Malus* in præfat. ad *Cie.* *libr.* de republ. p. 36., superne, raro inferne nota- tis. *Plaut.* *Cist.* 1. 3. 41. Nunc quod reliquum restat, volo persolvere, ut expungatur nomen, ne quid debeam. (Ille pertinere videatur illud *Senecæ Ep.* 9. in fin. Quam vocem tu boni consul, etiam si hunc diem jami expunxi. h. e. persolvi quod hoc die debebam; atque adeo bujus diei nomen rationes confeci, ho saldata la partia di questo di. et illud 4. *Benef.* sub fin. Rejiciendi genus est, protinus ali- quid invicem mittere, et munus munere expungere. h. e. beneficio accipiendo dandoque pariu facere. *Forcellinus* hac duo *Senecæ* loca ad posteriorem paragr. B. 1. retiluit.). Ceterum *Plaut.* *Circ.* 4. 4. 29. Miles pulcre centuriatus expuncto in manipulo. *Papinian.* *Dig.* 49. 16. 15. Ex causa desertionis no- status, temporis, quo in desertione fuit, suspenditis expungitur. h. e. privatur stipendii ejus temporis. *Sueton.* *Claud.* 15. Decurias judicum expungere. h. e. discutere et ordinare, qui retinendi essent, quive dimittendi. *Forcellinus* putat hoc *Sueton.* loco du- clam esse metaphoram ab expungendis rationibus: *V. infra* sub B. I. — Hinc figureat *Plaut.* *Pers.* 5. 2. 66. Heu i nates pervellit. FAB. Liceit: jaundi sape sunt expunctæ. h. e. παρατίθησθαι, pervulsæ, depi- latæ.

II.) Translate est extrudere, expellere, loco mo- vere. *Pers.* 2. 12. pupillum utinam, quem pro-

ximus heres Impello, expugnam. — Apud *Plaut.* in suppositis *Amph.* Dì nostram fidem, v. 27. expun- gare gloria partam, est auferre.

B) Expungere est etiam notatis punctis ultimam manum calculo imponere, rationes perficere aedoeque in ordinem redigere, terminare un conto, met- terlo in chiaro, metterlo in ordine, liquidarlo.

I.) Proprie. *Hermogen.* *Dig.* 44. 3. 4. Reipubli- cæ rationes subscriptæ et expunctæ, adversus eum quidem, qui administraverit, ultra viginti, adversus vero heredem ultra decem annos retractari non pos- sunt. h. e. dispunctæ, examinatæ, consertæ. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 26. 24. (95). Ausus est annumerare posteris stellas ac sidera ad nomen expungere. h. e. descriptis astrorum nominibus, eorum singula veluti appellare et eorum nominum rationes consertere. *Tertull.* *Cor.* mil. init. Proxime facta est liberalitas prestantissimorum imperatorum: expugnabat- tur milites laureati. h. e. douabantur ab imperato- ribus militibus: eorum autem nomina, qui donativum accepissent, notabantur, ne bis quis acciperet.

II.) Translate est confidere, disponere, in ordinem collocare. *Tertull.* *Apoloq.* 33. Expungere effectum. *Id.* *ibid.* 21. adventum. *Id.* *ibid.* 35. vota et gaudia Cesarum. — NB. Expungere pro pungere legunt nonnulli apud *Martial.* 7. 83. et 8. 52.; sed utrobius que alii expungere. *V. EXPINGO.*

EXPÜO. *V. EXSPUEO.*

EXPURGATIO, ônis, f. 3. actus expurgandi; et figurae excusatio. *Plaut.* *Amph.* 3. 3. 10. Habui expurgationem; facta par est. h. e. excusationem. Adde eundem. *Merc.* 5. 3. 4. *V. voc. seq.* II. 2.

EXPURGO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et purgo).

Part. *Expurgandus* I. et II. 1.; *Expurgatus* II.

2. — Expurgo est idem quod purgo, vel omnino purgo (It. nettare, purgare; Fr. nettoyer, emun- der, purger; Hisp. limpiar, purgar, purificar; Germ. reinigen, säubern; Engl. to purge, cleanse, purify).

I.) Proprie. *Colum.* 4. R. II. 24. 5. Si trunci pars peraruit, aut cavata vitis est, dolabella conveniet expurgare quidquid emortuum est. *Id.* 2. *ibid.* 9. 11. Quum amplior messis proveniret, quidquid exstiterit, capisterio expurgandum erit. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 14. 87. (142). Aristolochia sordida ulcera expurgat. *Sillig* vero leg. purgat. *Id.* 23. *ibid.* 7. 64. (126). Caprificus lepras, psorūs, lichenas, lentigines expurgat.

II.) Improperie. *V. 1.* Figureate de oratione. *Cic.* *Brut.* 74. 259. Expurgandus est sermo. — De ani- mo *Horat.* 2. *Ep.* 2. 52. sed, quod non desit, ha- bentem Qua poterunt unquam satis expurgare ci- cutæ, Ni etc.? *V. 2.* Translate ponitur pro excusa- re, a culpe se liberare, objecta criminis refellendo. *Plaut.* *Capt.* 3. 4. 87. Me expargare tibi volo. *Id.* *Mil. glor.* 2. 6. 17. Tune te expargas mihi? *Gell.* 1. 3. Legatos miserunt, qui temeritatē quorundam popularium suorum deprecarentur, et fidem consiliisque publicum expurgarent. *Tac.* 16. *Ann.* 24. Requirens objecta, et expurgatum asseverans.

EXPÙTATUS, a, um. *V. EXPUTO.*

EXPÙTESCO, is, ere, n. 3. (ex et putesco) peni- tuit putesco. *Plaut.* *Cura.* 2. 1. 26. Dum intestina exputescunt tibi. *Al.* leg. exputescunt.

EXPÙTO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et putō).

Part. *Expulatus* II. — Expulare est ramos superfluos ex arboribus, vel sarmenta ex vilibus rēsecare.

I.) Proprie. *Colum.* 3. R. II. 15. 3. Vetus veter- nam vitem totam expulare. *Id.* 11. *ibid.* 2. 12. Pa- los una opera cädere, et expulatos assuere centum numero potes. Adde eundem. 5. *ibid.* 6. 31.

II.) Translate ponitur pro cogitare, mente volte- re, perpendere, ratiocinari. *Plaut.* *Trin.* 2. 1. 8. Sic faciam, opinor: utramque rem simul exputem; judex sim. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 24. 6. Quæ mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria avo- carint, exputare non possum.

EXPÙTRESCO. *V. EXPUTESCO.*

EXQUÆRO, is, etc. et

EXQUÆSITUS, a, um. *V. EXQUIIRO* sub init.

EXQUÆSTOR. *V. in EXCONSULE.*

EXQUIIRO, quiris, quisivi, quisitum, quittere, a. 3. (ex et quero). Exquerer pro exquirere legitur apud *Plautum*; sic exqueris in *Bacch.* 4. 4. 70., exquæsivero in *Capt.* 2. 2. 43., et exquæsitem in *Stich.* 1. 2. 50.: quamquam spud eundem legitur exquiris in *Amph.* 1. 1. 186., exquisivero in *Capt.* 2. 2. 1. et *Rud.* 2. 2. 24., exquisitum in *Capt.* 3. 4. 105., *Amph.* 2. 1. 81. et 2. 2. 159. et alibi. — Part. *Exquirens* et *Exquirendum* sub a; *Exquisi- tum* sub a, et in fin. *Exquisitum* sub c. — Exquæsitere, εξαποθέσθαι, est diligenter inquirere (It. cercare diligenter, informarsi; Fr. chercher avec soin, rechercher, s'informier; Hisp. buscar, inquirer di- ligentemente, solicitar, informarse; Germ. aus- forschen, etwas genau erforschen, sich erkundigen, fragen, ersinnen; Engl. to search out, inquire diligently into, inform). Occurrat — a) Cum Accusativo rel, quæ exquiritur, addito interdum Ab- lativo persone, ex qua res exquiritur. *Plaut.* *Capt.* 2. 2. 1. Jam ego revertar intra, si ex his quæ volo exquæsivero. *Id.* *ibid.* 2. 2. 43. Ego ex hoc, qua volo, exquæsivero. *Id.* *Stich.* 1. 2. 50. Quid istuc est, quod hoc exquæsitem multiter mores venis? *Id.* *Amph.* 2. 1. 81. et 2. 2. 159. Mi istuc primum ex- quisito est opus. h. e. opus est, me hoc exquirere. *Cic.* 2. *Divinat.* 20. 46. Quum ex te causas divinationis exquirerem. *Id.* 7. *Att.* 12. 4. A te nihil dum certi exquo, sed quid videatur. Similiter urbane *Id.* 7. *ibid.* 18. 3. Sed haec non nimis exquo a Græcis. h. e. non expecto, non postulo. *Id.* *Fal.* 4. 2. Exquætent ea consilia, quæ ad pacem pertinen- tent. *Id.* pro leg. *Manil.* 17. 51. Omissis auctorita- bus, ipsa re ac ratione exquirere possumus verita- tem. *Id.* 2. *Divinat.* 12. 28. Soli sumus; Heet ve- ruru exquirere sine invidia, mihi præsertim de ple- risque dubitanti. *Id.* 1. *Off.* 36. 132. Cogitatio in vero exquirendo maxime versatur. *Id.* 5. *Tusc.* 23. 66. Meus rationibus agitandis exquirendisque alit. *Id.* 6. *Verr.* 5. 10. Noli ejus facta ad antiquæ reli-

gionis rationem exquirere. Cf. eumd. *Orat.* 49. 163. Verba legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea, non ut poete, exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. *Id.* 4. *Phil.* 2. 5. Quem appellare possumus eum, contra quem qui exercitus durunt, iis se natus arbitratur singulares exquirendos honores? h. e. conferendos, procurare, procacciare. *Ces.* 3. *B. C.* 3. Consilio convocato, sententias exquirere. *Id.* 1. *B. G.* 41. Itinero exquisito per Divitiacum, informatosi della strada. *Tac.* 6. *Ann.* 8. Exquirere abitos sensus aliquius. — Et cum addito infinito. *Plaut. Capt.* 3. 4. 105. Satis istuc mihi exquisitum est, fuisse hunc servum, sono informato abbasanza, che etc. — b) Raro admodum cum Accusativo persona. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 91. Idem ego dicam, si me exquireret miles. Cf. *Ter. Heyr.* 5. 2. 7. Ancillas dedo: quo lubet cruciatu per me (h. e. me auctore et permittente) exquirere. — c) Cum Ablativo persona et praepos. de. *Cic. Deoj.* 15. 42. Exquirere de Blesamio, nunquid ad regem contra dignitatem tuam scripserit. Informati de Blesamio, inquire ab aliis de Blesamio. Cf. eumd. 13. *Att.* 22. 1. De Varrone non sine causa, quid tibi placent, tam diligenter exquirere. *Sueton. Cat.* 33. Exquisitum se vel fulliculus de Cæsonia sua, cur etc. h. e. a Cæsonia: che ricercherebbe di Cæsonia per via di tormenti. — d) Sequentia relativa. *Plaut. Auful.* 4. 10. 70. Exquire, sit ne ita, ut ego prædicto. *Cic. 1. Off.* 41. 147. Secum et cum aliis, qui in eo peccatum sit, exquirere. Addo allata sub c. — e) Absolute. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 3. 7. Neque nos studium exquirendi desatigati relinquemus. — Hinc Part. præter. pass.

*Exquisitus*, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Exquisitor* et Sup. *Exquisitissimus*; et est diligenter quisitus, atque adeo exiguius, singularis, excelleus, lectus, cercato con diligencia, scelto, squisito. — a) Posit. *Cic. 1. Orat.* 58. 250. Ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita deserunt, ben esamine. *Id. Brut.* 79. 274. Reconditæ exquisitæque sententiae. *Id. 1. Off.* 37. 133. Ut exquisito iudicio litterarum. *Fin.* *Id. 1. Fin.* 9. 30. Sentiri hoc putat, ut calere ignem, nimis esse albam, dulce mei: quorum nihil oportere exquisita rationibus confirmare; tantum satis est admovere. *Id. 1. ibid.* 1. 1. Summis ingenios exquisitaque doctrina philosophi. *Id. 2. Orat.* 41. 175. Non est exquisita arte prescribere, sed mediocris ingenii judicare. *Id. 3. Off.* 27. 100. Ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci. *Id. Brut.* 27. 104. Semper habuit exquisitos e Græcia magistros. *Id. 1. Off.* 36. 130. Munditia non odiosa, neque exquisita ominus. *Id. Pis.* 27. 67. Nihil apud bone lautum, nihil elegans, nihil exquisitum. *Plin. 9. Hist. nat.* 35. 58. (119). Exquisitus apulis saginari. — b) Comp. *Cic. Brut.* 82. 283. Accuratus et exquisitus dicendi genus. *Quintil. 11. 1. 33.* Verba exquisitora. — c) Sup. *Cic. 4. Phil.* 3. 6. Laudare quemplam exquisitissimis verbis. *Id. 2. de republ.* 21. Tarpquinus omnibus iis artibus, quas ipse didicerat, ad exquisitissimam consuetudinem Greecorum Servium erudit. *Plin. 6. Hist. nat.* 33. 39. (211). Sententia exquisitissimæ subtilitatis. *Siliq.* legit Scientia.

*EXQUISITE*, adverb. Comp. *Exquisitus* et Sup. *Exquisitissime*. — Exquisite est diligenter perquirendo, atque adeo accurate, exacte, studiose, cum cura. *Cic. Brut.* 80. 277. Quum de eo criminis accurate et exquisite disputavisset. *Id. ibid.* 93. 322. Exquisitus stuvere litteris. *Id. 1. Tusc.* 48. 116. Rationes ex, que exquisitus a philosophis colliguntur. *Quintil. 8. 2. 21.* Id denum elegantius atque exquisitum putant, quod interpretandum sit. *Id. 12. 10. 73.* Exquisitus dictum. *Gell.* 13. 7. Aristoteles libros de animalibus exquisitissime compausit. *Tiro Tull.* apud *Gell.* 10. 1. Eam rem Pompejus exquisitissime retulit ad doctissimos civitatis.

*EXQUISITIM*, adverb. idem quod exquisite. *Farro* apud *Non.* p. 513. 29. *Merc.* Eger medicos exquisitum convocabas, ut convalesceres.

*EXQUISITIO*, onis, f. 3. inquisitio, investigatio. *Imp. Justinian. Cod.* 5. 9. 9. extr. Neque aliam in ea re exquisitionem fieri. Addo *ibid.* 7. 17. 1. *Fulgal.* interpr. *Sap.* 14. 12. Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum.

*EXQUISITOR*, onis, m. 3. qui exquirit. *Fulgal.* interpr. *Baruch.* 3. 23. Exquisitores prudens et

intelligentia. *Cassiod.* 7. *Variar.* 5. Archimedes quoque subtilissimus exquisitor cum Metroblio tibi semper assistat. *Jornand. Gel.* 37. Ut erat consilio-rum in rebus bellicis exquisitor.

*EXQUISITUS*, a, om. *V.* EXQUIRO in fin.

*EXRADICATUS*,

*EXRADICUTUS* et

*EXRADICO*. *V.* ERADICATUS, ERADICUTUS, ERADICO.

*EXRÖGARE* est ex lege vetere aliquid exire per novam legem. *Paul. Diac.* p. 82. 2. *Müll.* V. ABROGO.

*EXRÜMINANS*. *V.* EXGRUMANS.

*EXSATIABILIS*, e, adject. qui exsatiat potest. Vot a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 33.

*EXSÄCRIFICO*, as, are, a. 1. idem quod sacrificio. *Vet. Poeta* apud *Cic. 1. Divinat.* 21. 42. Exsacrificabat hostiis balantibus.

*EXSEVIO* vel exævio, is, ire, n. 4. (ex et saevio) saevire desine. *Liv.* 30. 39. Stetit ibi, dum reticuum tempestatis exsævire.

*EXSANGUINATUS* vel exanguinatus, a, um, participe, ab iauis exsanguino, exsanguis, imbecillis. *Vitriv. 8. proem.* Animalia si fuerint sine humoris potestate exsanguinata et exsucta.

*EXSANGUIS* vel exanguis, e, adject. (ex et sanguis) exsanguis, sine sanguine, et vulnere aut morto (It. senza sangue, esangue; Fr. qui n'a plus de sang; Hispan. sin sangre; German. blutlos; Angl. without blood, bloodless).

I.) Proprie. *Lucret.* 3. 721. unde animantium copia tanta exs. et exsanguis. *Cic. Sext.* 37. 79. Jackson et concius plurimis vulneribus, extremo spiritu exsanguis et confactus. *Id. Pis.* 36. 88. Exsanguis et mortuus concidisti. Cf. *Liv.* 29. 9. Ipsam hostiliter lacerant, et prope exsanguem, usq; auribus mutilatis, relinquant. *Rursus Cic. Sext.* 10. 24. Homines enervati atque exsangues. *Id. 7. Ferr.* 49. 130. Exsanguis corpora mortuorum. *Virg.* 6. *Æn.* 401. Exsangues umbras. h. e. animæ defunctarum.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro pallido, pallente. *Fetus Poeta* apud *Cic. 3. Tusc.* 12. 26. Lacrima perdere humore exsangues genas. *Cic. Harusp. resp.* 1. 2. Exsanguis atque astuans se ex curia rerente prorupit. *Virg. 2. Æn.* 212. Diffugimus visu exsangues. *Ovid. 9. Met.* 224. Exsangues metu. *Id. 4. ibid.* 267. Exsangues herbae. — Poetice causalem quoque vim habet, et est qui pallere facit. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 18. Exsangue cum inum. h. e. quod pallidos et exsangues reddit, ut *Plin. 20. Hist. nat.* 14. 57. (159). docet. Sic *Claudian.* 2. in *Rufin.* 130. exsanguis Rufinum perculit horr. Cf. *Ovid. 15. Met.* 627. Pallidaque exsanguis squealbant corpora tabo. ¶ 2. Item ponitur pro eo, qui nervis ac viribus caret. *Cic. 4. Herenn.* 11. 16. Aridum et exsanguis orationis genus. Sic *Tac. Dial. de orat.* 18. Calvum Ciceroni visum exsanguem et attritum. *Ovid. 3. Trist.* 1. 55. Aspicis exsanguis chartam pallere colore? *Gell.* 13. 20. Muta, ut urbis dicas: nimis exilis vox erit et exsanguis. *Stat.* 11. *Theb.* 323. exsangues crudescunt luctibus anni. h. e. anni senectutis. *Id. 5. ibid.* 325. Exsangue imperium et maestum sine culmine Lemon. h. e. ubi domini occisi.

*EXSANIO*, as, are, a. 1. (ex et sanies) sanitem extrahere, vel saepius humore tætro vel crudo. qui quasi quedam sanies est, liberare.

I.) Proprie. *Cels.* 5. 27. sub init. Si sat aridus vulneri imponitur, superque id duobus digitis verberatur, exsaniat enim. *Colum.* 12. *R. R.* 53. 2. de salsura carnis. Compositis tergoribus aut frustis vasta pondera imponit, ut exsanietur. *Id. ibid.* 47. 10. Patimur pondere pressam baccaem velut, exsanieri.

II.) Translate est emittere et purgare. *Colum.* 12. *R. R.* 57. 1. Ut omnem amaritudinem ei pallorem exsaniet. h. e. emitat et purgetur.

*EXSARCIO* vel exercicio, vel s omissa exsarcio, exercio, sarcis, sartum, sarcire, a. 4. (ex et sarcio). Part. *Exsarturus*. — Exsarcio est idem fere quod sarcio. *Ter. Heaut.* 1. 1. 91. Servos, nisi eos qui opere faciendo facite sumptum exarcent, (vel, ut leg. *Muretus*, exsarcirent) omnes vendidi. At male leg. facile victim exercent. *V.* EXERCIO. *Q. Cic. Petil. cons.* 11. 45. Quum id petitur, quod honeste promittere non possumus, belle negandum est, ut

ostendas necessitudinem, demonstres quam moleste feras, alii te id rebus exsarturum esse persuadeas. *At. leg.* exacturum. *Paul. Diac.* p. 81. 7. *Müll.* Exsarcirent, sarebant.

*EXSATIATUS*, a, um. *V.* voc. seq.

*EXSATI*, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et satio). Part. *Exsatiatus* I. et II. — Exsatio est omnino satio.

I.) Proprie. *Liv.* 40. 28. Exsatiati cibo vinoque.

II.) Figurate. *Liv.* 38. 54. Ne morte quidem aliquis exsatiari. *Ovid. 8. Met.* 542. Parthaonæ tandem Letoia clade Exsatiata domus. *Curt.* 9. 6. Exsatiata lauui modum facere. *Sil. It.* 7. 535. Multo exsatuare exsatiare enses. *Stat.* 9. *Theb.* 14. Exsatiare tela.

*EXSATURABILIS*, e, adject. qui saturari potest. *Virg. 5. Æn.* 784. Junonis gravis ira, nec exsaturabile pectus. *Sic leg. optimi Codd. et edit.* Alii vero et inexasurabilis.

*EXSATURATUS*, a, um. *V.* voc. seq.

*EXSATURO*, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et satura). Part. *Exsaturatus* I. et II.; *Exsaturandus* I. — Exsatura est omnino satio, satura.

I.) Proprie. *Cic. 5. Tusc.* 35. 101. Sardanapalus jussit incidi in busto: Haec haieo, que edi, quæque exsaturata ibido Hausit. *Ovid. 5. Met.* 19. Bellua exsaturanda visceribus meis.

II.) Figurate. *Cic. 7. Ferr.* 26. 65. Aliujus supplicio passere oculos animunque exsaturare. Cf. *Stat.* 6. *Theb.* 176. vulnere justo Exsaturata oculos. *Virg. 7. Æn.* 296. odis exsaturata quievi.

*EXCALPO* vel excalpo, pis, psi, plum, pore, el

*EXCALPTUS*, a, um. *V.* EXSCULPO.

*EXSCENDO*, is, etc. *V.* ESCENDO.

*EXSCENSIO*, onis, f. 3. descensus, eorum praesertim, qui navi egrediuntur. Est vox *Livii* propriæ et jungitur cum verbo facere. — a) In singulari numero. *Liv.* 44. 10. ad fin. Classis exscensionem ad populandum fecit. *Id.* 28. 8. Quinqueremus septem ad Erythras exscensionem fecit. *Curt.* 9. 4. 14. Exscensione, ducentia stadia processit, depopulatusque regionem, etc. Adde *Liv.* 37. 17. ubi alii desessionem, et 27. 29., et 8. 17., ubi alii excursionem reponunt: item 22. 20., ubi pro exscensione ab navibus in terram facta, al. leg. exscensu facto. — b) In plurali numero. *Liv.* 22. 31. Ca. Servilius Genius consul cum classe centum viginti naviam — in Africam transmisit: et, priusquam in continentem exscensiones faceret, Meninge insula vastata, etc. Adde eumd. 29. 28.

*EXSCENSUS*, us, m. 4. idem quod exscensio. *V.* in voc. præced. sub a.

*EXSCINDO* vel excindo, scindis, scidi, scissum, scindere, a. 3. (ex et scindo). Exscindere pro excidere quidam leg. apud *Sil. It.* 7. 543. ut sit a coed: sed tuas excidere esset scribendum. — Exscindere est diruo, destruo.

I.) Proprie. *Virg. 2. Æn.* 177. Exscindere urbem telis. et 12. *ibid.* 543. domos. *Id. 9. ibid.* 137. Gentem aliquam ferro exscindere. *Ces.* 7. *B. G.* 50. portas. *Tac. 2. Ann.* 25. Populari et exscindere hostem. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 123. rupes et sara necactia ferro.

II.) Translate. *Tac. Agric.* 19. Causas bellorum exscindere. *Plin. Paneg.* 34. Exscidisti intestinum malum, et provida severitate covisti, etc.

*EXCISATUS*, a, um. *V.* EXCISATUS.

*EXSCREABILIS* vel excrebilis, e, adject. qui excreari potest. *Plin. 20. Hist. nat.* 14. 55. (157). Pulmonum vita excrebilis facit.

*EXSCREAMENTUM*, quod spuimus vel excremamus habetur. *Gloss. Placid.* edens *A. Mai* in *Class. Auct.* T. 3. p. 456.

*EXSCREATIO*, onis, f. 3. actus excreandi cum quadam, ut Exscreatio sanguinis. Exscreatio cruenta. *Plin. 27. Hist. nat.* 12. 91. (113), et 28. *ibid.* 12. 53. (195).

*EXSCREATUS*, us, m. 4. idem quod exscreatio. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 11. Cum quodam exscreatus despiciatur. Adde eumd. 5. *ibid.* 10.

*EXSCRÉO*, as, are, a. 1. (ex et sereo). Part. *Exscreans*. — Exscreo est cum impetu et sonitu expulso.

— a) Cum Accusativo rei. *Plaut. in suppositis Amph.* Tun' me mactes, v. 7. Ut cum dentibus linguis exscrees. *Cels.* 4. 6. Per tussim exscreatur, si tolerabilis morbus est, pituita; si gravis, sanguis. *Plin. 24. Hist. nat.* 16. 92. (145). Exscreentes pu-

ra. — b) *Absolute.* Ovid. *Heroid.* 21. 24. *Exscreat*, et facta dat modo signa nola. — *Exscreare minime licetabat in scena, ut constat ex Sueton. Ner.* 24. et *Tac.* 16. *Ann.* 4.

**EXSCRIBO**, bis, psi, ptum, here, a. 3. (ex et scribo). Part. *Exscriptus* I. f. et in fin.; *Exscribendus* I. 2. — *Exscribo* est describo, ex aliquo exemplari scribo (It. copiare, trascrivere; Fr. copier, transcrire; Hisp. copiar, transcribir; Germ. ausschreiben, copiren; Engl. to copy, transcribe).

I.) *Proprie.* ¶ 1. Stricto sensu de eo, qui verba ab aliquo alio libro scribit. *Varro* 2. R. 5. 18. *Complura exscripta e Magonis libris.* Cic. 4. *Verr.* 77. 189. *Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo.* Id. *Fonteij.* 4. 8. *Quod vos, si nulla alia ex re, ex litteris quidem nostris, quas exscriptas habetis, et missis et atlatis, certe seire potuistis. Ita restitutus fuit locus hic corruptus.* *Cell.* 3. 3. Et *Plauti comedie duos versus exscribere.* ¶ 2. Latiori sensu de eo, qui pingendo describit. *Plin.* 4. Ep. 28. *Magni astim in bibliotheca sua ponere imagines Cornelii Nepotis et Titi Cassii: petitique, si sunt istae, exscribendas pingendasque delegem.*

II.) *Translate.* *Plin.* 5. Ep. 16. 9. *Amisit filiam, quae non mihi mores ejus, quam os vultumque referebat, totumque patrem mira similitudine exscriperat.* — *Hinc Part. praeter pass.*

*Exscriptus*, a, um, quod usurpat pro simpli citer perscriptus, notatus. *Plaut. Rud. prol.* 15. *Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem. et 21. Bonus in aliis tabulis exscriptos habet.*

**EXSCRIPTOR**, oris, n. 3. qui exscribit. *Hinc Linius apud Cic. 1. Fin.* 2. 5. de *Attila* ita loquitur: *Ferreum scriptorem virum opinor, exscriptorem tamen, ut legendum sit. Attila tamen rectius leg. Ferreum scriptorem; verum, opinor, scriptorem tamen, ut legendum sit. Nihil igitur est vox exscriptor.*

**EXSCRIPTUS**, a, um. V. EXSCRIBO.

**EXSCULPO** vel exculpo, sculpis, sculpsi, sculptum, sculpere, a. 3. (ex et sculpo). Pro *exsculpo* nonnulli leg. *exscalpo* apud *Caton. R. R.* 18., *Varro.* 3. L. L. 143. *Müll.*, *Nepot.* *Pausan.* 1. et *Quintil.* 2. 19. 3. — Part. *Exsculptus* sub A. I. — *Exsculpare* duo diversa significat, prout prepositio ex A) Est intensiva; aut B) Privaliva.

A) Quum prepositio ex est intensiva exsculpere, ἔγγραψον, διαγράψω, est scalpendo excavare, scalpendo aliquid inde effingere, perfecte sculpere (It. scavare, scolpire; Fr. creuser, sculpter; Hisp. ahondar, cavar, esculpir; Germ. ausgraben, herauskratzen, ausmeisseln; Engl. to scratch or scrape out, to excavate, to engrave, carve).

I.) *Proprie.* *Cato R. R.* 18. *Foramina arborum exsculpta digitos sex.* *Varro* 5. L. L. 143. *Müll.* *Sercan* unde exsculperant, füssam vocabant. Id. 3. R. R. 9. 8. In pariete exsculpta sunt cubilia carum. et mox. Cubilia gallinarum in parietibus aut exsculpta, aut afficta firmiter. Cic. 13. Att. 23. 2. *Nescio quid e quorum exsculperam, quod videretur simile simulaci.* *Quintil.* 2. 19. 3. Si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exsculpere. Cf. *eumd.* 2. 4. 7. de ubertate eloquentiae. Materiam esse primum volo vel abundantiorum atque ultra quam oporteat fusam: sit modo, unde excidi possit, et quod exsculpi. Erit autem, si non ab initio tenemus omnium laminam duxerimus et quam cælatura actione ruinat.

II.) *Translate* pro extrahere, extorquere, cavar fuori. — *Hinc proverbiū de re valde difficulti.* *Lucilius apud Non.* p. 102. 22. *Merc.* *Leoni* esurienti ex ore exsculpere prædam. — *Ceterum locum habet apud Comicos tantum.* *Ter. Eun.* 4. 4. 44. *Possum ne hodie ex te exsculpere verum?* *Plaut. Cist.* 2. 2. 6. In quæstione vix exsculpsi, ut dicteret.

B) Quum prepositio ex est negativa, exsculpere sumitur pro delere quod insculptum est, abradere. *Vetus Pausan.* 1. Quum tripode aureum Delphis posuisset, in quo erat haec sententia: hos versus Lacedæmonii exsculperunt. — *Exsculpere aliqui oculum apud Ter. Phorm.* 5. 7. in fin. est ejicere. Plurique tamen leg. excludere.

**EXSCULPTUS**, a. um. V. voc. præced.

**EXSECATIO**, ònis, f. 3. idem quod exsecatio, que est eadem vot per syncopen contracta. *Cassiod.* 12. *Variar.* 28. ante med. His aiditor Alemannorum nuper fugata subtropio, quasi salutaris ferri exsecratio purgata.

**EXSECO** vel execo, sècas, sècūl, secum, sècare, a. 1. (ex et sero). *Exsecaveris pro exsecueris habet Cato R. R.* 42. — *Exsico pro execo legitur apud Plaut.* locu infra cit. sub I. 1. Quidam hoc a sica deducunt, et pœnultimani protrahunt. — Part. *Exsectus* in omnibus paragr.; *Exsecandus* I. 1. — *Exseco* est exido, extra seco (It. tagliar via; Fr. enlever en coupant, couper, retrancher; Hisp. cortar, cortar, dividir; Germ. ausschneiden; Angl. to cut out or away).

I.) *Proprie.* ¶ 1. Generatim. *Plaut. Rud.* 1. 2. 34. *Quin tu in patudem is, exsicasque arundines, qui pertegamus villam, dum sudum est?* Cic. *Claud.* 66. 187. *Stratunem in cruceum actum exsecta scitote lingua.* Id. *Claud.* 64. 179. *Armarii fundum exsecuit, et pecuniam abstulit.* Id. 2. leg. Agr. 33. 9f. *Exsecare nervos reipublice.* Sic *Id.* 2. Att. 1. Non minus esset probanda inedi ina, quæ sanaret vitiosas partes reipublicæ, quam quæ exsecatur. Id. *Sext.* 65. 135. *Exsecare pestem aliquam, tamquam struam civitatis.* Horat. 1. Sat. 5. 59. *Frons cornu exsecere.* *Colum.* 5. R. R. 11. 3. *Arborem, quæm inservere voles, serrâ diligenter exsecato ea parte, qua etc.* Seneca *Ep.* 78. a med. Qui dum varices exsecandas preberet. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 55. 81. (217). *Fetus ventri leporis exsecatos, vel uberibus ablatos in cibatu habere.* Ulp. *Dig.* 28. 2. 12. *Filius exsecuto ventre editus.* ¶ 2. Speciatim ponitur pro castrare. *Marzial.* 6. 2. *immortos exsecuisse mares.* Add. *Cic.* 2. *Nat.* D. 24. 63.; ei *Sueton. Ner.* 28. — *Hinc exsecuti absolute dicuntur, quibus amputata virilia sunt.* *Auct. B. Alex.* 70. *Neque interfectis amissam vitam, neque exsuctis virilitatem restituere posse.* *Lucan.* 10. 133. *infelix ferro mollita juvenus Atque exsucta virum. hellenismus.*

II.) *Translate;* ad rem *Fronto de eloquent.* (eden- time iterum *A. Mai.* p. 229). *Si lingua quis uni homini exsecet, immanis habeatur; eloquentiam humana non generi exsecari mediocre facinos putas?* Horat. Sat. 2. 14. *Quinas hic capiti mercedes exsecat, ubi quinas mercedes sive usuras cogita quovis mente numerandas, h. e. 60 pro 100 per spatum annuum. Scite autem exsecare junxit cum capite; omnium callidus fenerator quasi alter Hercules capit per secundo mercedes exsecat.* *Plin.* 2. *Ep.* 12. *Quid enim misericors, quam exsecutum et exemptum honoriibus senatoris, labore et molestia non carere?*

**EXSECABILIS** vel exerrabilis, e, adjekt. Comp. *Exsecrabilior* 1. — *Exsecrabilis occurrit* ¶ 1. Passive, et est exsecratione dignus, detestabilis. *Val. Max.* 1. 1. n. 15. *Exsecrable ac dirum solum.* *Plin.* 9. *Hist. nat.* 48. 72. (155). *Sed nihil exsecrabilis, etc.* ¶ 2. Item active, qui cum exsecratione conjunctus est, vt *Odiū exsecrabilis*, *Liv.* 9. 26. *Exsecrabilis carmen.* Id. 31. 17.

**EXSECRABILITAS** vel exerrabilitas, ätis, f. 3. abominatio. *Apul.* 2. *Dogm.* *Plat.* *Vitia pariunt exsecrabilitatem.*

**EXSECRABLITER** vel exerrabiliter, adverb. Comp. *Exsecrabilius.* — *Exsecrabiliter est cum exsecratione.* *Augustin.* *Ep.* 35. (al. 169.). Ab eis vero considera, queso te, quam exsecrabiliter fiat. *Nouell. Anthem.* tit. 1. Sed ad illicita consortia exsecrabiliter adspirantes. *Augustin.* 8. *Confess.* 7. *Tanto exsecrabilius me oderam.* Adde *Eunod.* *Dict.* 20, ubi quoque *Compar.* occurrit.

**EXSECRAMENTUM** vel excrementum, i. n. 2. idem quod exserratio. *Tertull. Apolog.* 22. et advers. *Jud.* 5., sed utrobique alii aliter leg. Nutantem vocis autoritatem obsurma hoc loco *Fulgat.* *Interpr.* *Ecccl.* 15. 13. *Omne exsecramentum erroris odit Dominus.*

**EXSECRANDUS**, a, um. V. EXSECROR.

**EXSECRAȚIO** vel excretatio, ònis, f. 3. actus exsecrandi (It. exsecratione, maledizione; Fr. imprestation, malediction, exécration; Hisp. exsecracion, imprecacion, malediccion; Germ. Verwüschung, d. Fluch; Angl. the imprecation or exsecration added to an oath, an oath). Occurrit ¶ 1. Generatim et est imprecatio, detestatio. *Cic. Sext.* 33. 71. *Exierunt malis omnibus atque exsecrationibus duo vulturi paludati.* Id. *Pis.* 19. 43. *Thyestes ista exsecratio est, ut in naufragio expulsus ero.* *Sueton. Claud.* 12. *Diris exsecrationibus incessere aliquem.* *Kellej.* 2. 22. *Precautus deos in exsecrationem Cionæ partiumque eius.* *Plin.* 19. *Hist. nat.* prætem. 1. 6. *Nulla exsecratio sufficit contra inventorem.* *Tac.* 3.

*Hist.* 25. *Sævissimi belli exsecratio.* ¶ 2. Speciatim est sacramenti genus, quo quis diras ibi, vel alteri impetratur, si failat. *Cic. Sext.* 7. 15. *Hunc Pompejus omni cautione, fôdere, exsecratione devinxerat, nihil contra me esse facturum.* *Id.* 7. *Ferr.* 10. 104. *Ebi fides? ubi exsecrationes? ubi dextræ complexusque?* *Id.* 3. *Off.* 13. 55. *Quod Athenis exsecrationibus publicis sacerdici est.* *Sall. Cat.* 23. *Humani corporis sanguinem in pateris circumfuluisse, inde quin post exsecrationem omnes degustavissent, siuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperiisse consilium suum.* Add. *Liv.* 26. 25. *Tac.* 4. *Hist.* 15. *Barbaro rito et patriis exsecrationibus universos adgit.*

**EXSECRATOR** vel excretor, ònis, m. 3. qui exsecratur et detestatur. *Tertull. Pudic.* 15. *Exsecrator impunitatis.* Add. *Augustin.* *Ep.* 168. sub fin.

**EXSECRAȚUS** vel excretus, a, um. V. EXSECATOR.

**EXSECRO**, as, etc. V. voc. seq.

**EXSECUTOR** vel excretor, aris, ätus sum, ari, dep. 1. (ex et sacer). *Exsecrare activa positione habet Afranius apud Non.* p. 473. 24. *Merc.* *Experjurabant, exsecrabant se ac suos.* *Confirmat Priscian.* 8. p. 797. *Putsch.*, itemque Part. *Exsecratus et Exsecrandus passiva significazione, quæ V. in fin.* — Part. *Exsecratus sub e;* *Exsecratus sub a, b, e.* et in fin.; *Exsecrandus in fin.* — *Exsecrari, xatapodazat,* est male alicui precari, diris devovere, detestari, abominari: ab ex et sacer, quasi sacram esse et ira deorum obnoxium declaro (It. pregar male, fare imprecazioni, detestare, maledire; Fr. maladire, charger d'imprécazioni, vouer à l'exécration; Hisp. maldecir, echar imprecações; Germ. verwünschen, verfluchen; Ang. to curse, execrate, detest, imprecate). Occurrit — a) *Cum Accusativo personæ aut iei, cui quis male precatur.* *Cic. Pis.* 40. 96. *Te oderunt, tibi pestem exoptant, te exsecrantur.* Add. *eumd.* *ibid.* 14. 33. *Id.* 1. *Legg.* 12. 33. *Recte Socrates exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura sejunxit.* Add. *eumd.* 3. *Off.* 3. 11. *Val. Max.* 3. 2. n. 20. *Se ipsum et suos exsecratus.* *Sall. Cat.* 48. *Exsecrari consilia Catilinæ.* *Justin.* 13. 1. 7. *severitatem nimiam et assiduam belli perficula.* *Id.* 39. 1. 3. *superbiam regis.* *Ulp. Dig.* 4. 7. 4. *item.* — b) *Cum Accusativo personæ et præpos.* in *Liv.* 30. 20. *Respxisse Hannibalem sæpe Italæ litora et deos homines accusantem, in se quoq; ac suum ipsius caput exsecratum, quod non cruentum, ab Cannensi victoria militem Romam duxisset.* *Id.* 39. 51. *extr.* *Exsecratus deinde in caput regnumque Prusiae.* — c) *Poeticum cum Accusativo, sed communis, diratum, quæ flunt.* *Horat. Epod.* 16. 35. *Hæc et quæ poterunt reditus abscondere dulces Eamus omnis exsecrata civitas.* — d) *Sequente part. ut Cic.* 1. *Tusc.* 44. 107. *Exsecratur Thyestes, ut naufragio perent Atreus.* — e) *Absolute.* *Liv.* 1. 59. *extr.* *Tullia domo profugit, exsecrabitibus, quacumque incedebat, invocantibus parentum furias viris mulieribusque.* *Ovid.* 5. *Met.* 105. *semianimi verba exsecranta lingua Edidit.* — *Hinc Part. præter.*

*Exsecratus, a, um, passiva quoque significatio, et adjectum occurrit, unde Sup. *Exsecratisimus*, et est exsecrabilis, exsecrando, detestabile, xatapodazat. *Cato* apud *Priscian.* 8. p. 792. *Putsch.* *Exsiles duo legi publica exsecrati.* xatapodazat, ut *Priscian.* exponit, diris devoti, ea ratione, quæ in *EXSECRAȚIO* 2. dictum est. *Cic.* 1. *Phil.* 2. 5. *Eversio exsecratae columnæ.* *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (27). *Exsecratisinia auguria.**

*Exsecratus, a, um, passiva quoque significatio et adjectum occurrit, unde Sup. *Exsecrandissimus*; et est abominandus, detestabilis. *Cic.* 2. *Phil.* 26. 65. *Non te exsecrandum populo Romano, non detestabilem — scias.* *Plerique tamen leg. exsecratum.* *Salvian.* 7. *Gub. Dei* 19. *Exsecrandissimum nefas.**

**EXSECRAȚIO**, ònis, f. 3. actus exsecandi. — a) *In singulari numero.* *Cic. Cluent.* 67. 191. *Exsecrato lingua.* *Id. ibid.* 64. 180. *Quum exsecrato illa fundi in armario animadverteretur.* — b) *In plurali numero.* *Arnob.* 5. 14. *Exsecratae mammaram.*

**EXSECRATOR**, ònis, m. 3. qui exsecat, seu castrat. *Apul.* 8. *Met.* *Detestabilis exsecrator virilis.*

**EXSECUTUS**, a, um. V. EXSECO.

**EXSECUTIO** vel executio, ònis, f. 3. actus exsecundi; sed occurrit translate tantum. ¶ 1. Generatim est actus præstandi ac perficiendi aliqui: V.

I.) Proprie raro admodum occurrit. *Plaut. Auful.* 4. 8. 6. Multo prius me collocavi in arborem, indeque exspectabam, ubi autem abstrudebat senex. At meliores libri leg. spectabam vel exspectabam. *Varro apud Non.* p. 99. 25. *Merc.* Sin autem deletionis causa veniamini, quanto satius est, salvis cruribus in Circu exspectare, quam bis descobinatis in silva correre! *Al. leg. spectare.* *Petron. Satyr.* 17. Attonti exspectavimus lacrimas ad ostentationem doloris paratas. *Al. leg. spectavimus. Adde Paul.* *Dig.* 41. 1. 26., ubi edidit *Torrentin.* exspectaretur. Certa lectio est solummodo apud *Stat.* 5. *Silv.* 2. 21. qualis per jugera Cirri Quum pulcher visu, titulus generosus avitis Exspectatur equus etc. Illum omnes aucent plausus etc. — Nonnullis hue referendum videtur et illud *Ovid.* 14. *Met.* 417., quod V. infra sub II. 2. a.; sed minus recte. — Quidam hoc sensu scribunt exspecto in locis *Plauti* et *Petron.* allatis.

II.) Translate duo precipue significat, prout objective potius quam subjective, uti ejunt. aut vice versa exspectandi actio cogitatur: objective enim exspectare est illud, quod imminet aut futurum est. præstolari, oppiri, quia dum aliquid exspectamus, saepe adspiciimus; subjective autem exspectare proprium est animi, qui de futuro anxius est, ille caput atque optat, aut timet. Hoc das per jorum jenitatem in illo apud *Quintil.* 8. 3. 65. Quum Proculo quereretur de filio, quod in mortem suam exspectaret, et ille dixisset. se vero non exspectare: *Immo*, inquit, rogo exspectes. V. eumdem jocum apud *Ilut.* *Lup.* 1. 3. Hinc *Forcellinus*: Videlur inesse disserim aliquod inter exspectare et optare. Nam qui exspectat, optat quidem, nihil tamen facit, quo potiatur: et qui optat, magis anxius est. *Seneca* 5. *Benef.* 17. Quis non patri suo supremum diem, ut innoren sit, optat; ut moderatus, exspectat; ut plus, cogitat? Itaque ¶ 1. Objektive. ut ajunt, exspectare, èphora, προσδοκῶ, est illud, quod imminet aut futurum est, præstolari, oppiri (It. aspettare, attendere, stare in attesa; Fr. attendre quelque chose qui doit arriver ou se faire, être dans l'attente; Hisp. aguardar, detenerse; Germ. auf etwas, das kommen oder geschehen soll, warten, es abwarten, erwarten, dessen gewörtig sein; Angl. to look for, wait for). Occurrit — a) Cum Accusativo. *Plaut. Asin.* 3. 1. 28. Ecstori nobis periculum magnum portenditur, dum ejus exspectamus mortem, ne nos moriamur fame. *Cato R. R.* 3. Lutbet caritatem exspectare. *Cic.* 2. de republ. 35.

Quum ea Scipio dixisset, silentioque omnium reliqua ejus expectaretur oratio etc. *Id.* 2. *Att.* 21. 2. transitum tempestatis. *Cœs.* 1. *B. G.* 27. Quum eos (*Helvetios*) in eo loco, quo tum essent, suum adventum expectare jussisset. *Id.* 6. *ibid.* 9. Expectare adventum hostium. *Id.* 7. *ibid.* 49. Ipse paulum ex eo loco progressus, ubi consiliterat, eventum pugnae expectabat. *Id.* 1. *B. C.* 3. Expectare responsum suis postulatis. *Liv.* 36. 43. Classis ibi apud expectaturam hostem. *Cels.* 2. 10. Expectanda igitur remissio est. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 9. cœantes haud animo æquo Expectans comites. *Ovid.* 3. *Met.* 136. scilicet ultima semper Expectanda dies homini est, dicique beatus Ante obitum neuno debet. *Id.* de nuce 120. Non expectata quum venit imber aqua. inexpectata. *Curt.* 8. 9. Expectatam mortem pro decoro vita habent. — De abstractis occurrit permanere in illo *Horat.* 2. *Sat.* 1. 57. seu me tranquilla senectus Expectat, seu mors atris circumvolat alis. — b) Sequentia relativa. *Ennius* 1. *Ann.* 100. uler esset Induperator Expectant, veluti consul quum mittere signum Vult, omnes avidi spectant ad carceris oras. — Sic expectabat populus atque ora tenebat Rebus, atri magni Victoria sit data regn. *Plaut.* *Poen.* 4. 1. 1. Expecto, quo pacto mea technæ processura sient. *Ter. Andr.* 1. 1. 7. Expecto, quid velis. *Cic.* 2. *Invent.* 28. 85. Ne utile quidem est, quam mox judicium fiat, expectaretur. h. e. differre. *Cœs.* 3. *B. G.* 24. Quid hostes consilii caperent, expectabat. *Quintil.* 11. 3. 159. Velut expectans, quando incipiendum sit. *Curt.* 10. 2. Quidnam dicturus esset, expectabant. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (121). Expectante Antonio, quiduan esset actura. stando a vedere. — c) Sequentibus part. dum, donec, si, ut, quin. — Sequentia dum, donec. *Cic.* 2. *Tusc.* 7. 17. Expectas fortasse, dum dicat etc. *Cœs.* 4. *B. G.* 13. Expectare, dum hostium copiae augerentur, summa dementia esse judicabat. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 42. Rusticus expectat, dum desfluat amnis. *Quintil.* 4. 2. 43. Nec dum repetatur, expectat. *Trajanus* apud *Plin.* 10. *Ep.* 122. Si expectasses, donec me consuleres. — Et impersonaliter. *Cic.* 4. *Acau.* (2. pr.) 7. 19. Nec vero hoc loco expectandum est, de remo in flexo aut de colto columbae respondeam. *Cœs.* 1. *B. G.* 11. Cæsar non expectandum sibi statuit, dum in Santonos Helvetii pervenirent. Et expectato Ablat. *Tac.* 11. *Ann.* 20. Nec ultra expectato, quam dum Claudius Ostiam proficeretur. Cf. eund. 12. *ibid.* 7. — Sequentia si. *Plaut.* *Pœn.* 12. Jamdudum expecto, si tuum officium scias. *Id.* *Trin.* 1. 2. 61. Expecto, si quid dicas. *Cœs.* 2. *B. G.* 9. Paludem si nostri transirent, hostes expectabant. *Id.* 2. *B. C.* 31. Vallem uterque, si adversiorum copie transire conarentur, expectabat. — Sequentia ut. *Cœs.* 1. *B. C.* 6. Neque expectat, ut de eorum imperio ad populum referatur. *Quintil.* 7. 10. 17. Quare nemo expectet, ut alieno tantum sit labore disertus. — Dicitur etiam expecto te, ut hoc facias, pro expecto, ut tu hoc facias. *Liv.* 42. 40. Expectari nos arbitror, ut respondamus litteris tuis. — Sequentia quin et impersonaliter. *Cœs.* 3. *B. G.* 24. Quum omnium voces audirentur, expectari diutius non oportere, quin ad castra iretur. — d) Absolute. *Cic.* 15. *Fam.* 17. Comites ad portam expectare dicunt. *Quintil.* 4. 5. 19. Frequenti sunt admonendi, expectanti paulum et agi ordine sinant. Ita referendum videtur et illud *Cic.*, in quo diem tamquam Accusativus temporis accipi potest, *i. Att.* 26. 3. Tibi crebro ad me seribent nihil rescripsi, quod diem ei die expectabam, ut statuerem, quid esset faciendum. — Metonymice est morari, otiōsum esse, tempus terere. *Virg.* 4. *Æn.* 224. Dardanumque ducem, Tyria Carthaginæ qui nunc Expectat, falsisque datu non respicit urbes, Alloquere. — *¶* 2. Subjective, ut ajunt, expectare proprium est animi, qui de re futura anxius est, cupidine ac desiderio, aut timore; adeoque est cupere, optare, sperare, timere, desiderare, bramare, sperare, temere. Occurrat — a) Cum Accusativo tantum et quidem — Cum Accusativo rel. que cupitur, optatur. *Plaut.* *Circ.* 1. 2. 56. Magnum inceptas, si id expectas, quod nusquam st. *Ter. Adelph.* 5. 4. 20. Illum, ut vivat, optant; mean autem morte expectant scilicet, desiderano. *Cic.* 15. *Fam.* 21. extr. Reliquum est, ut tum profectionem amore prosequar, redditum spe experient, absentem memoria colam. *Id.* ad *Planc*

*Expectatio maturus Italice significat più presto di quello che si aspettava.* *Velley.* 2. 123. 1. Ille ad patrem patriæ expectato revolat maturus. — c) *Ante expectatum*, eodem sensu, *προσδοκητός*, inaspettatamente. *Virg.* 3. *G.* 348. et hosti Ante expectatum positus stat in agmine castris. *Seneca Ep.* 114. Verba ante expectatum cadentia. Adde *Ovid.* 4. *Met.* 789. et 8. *ibid.* 5. — d) *Non expectato*, adverbii ritu, idem *Sil.* *It.* 16. 409. Non expectato subitusque erupit.

**EXSPERO** vel expargo vel expero, gis, si, sun gere, a. 3. (ex et spargo). Apud *Lucret.* 5. 371. nonnulli pro expargi legunt expargi; item apud *Veget.* — Part. *Expectans* 1. et 2. — *Expecto* ¶ 1. Est dispergo, dissipo, spargo. *Lucret.* 3. 828. Exspargi quo possit vis animali. h. e. dilatari, diffundi. *Id.* 5. 371. Nec porro natura loci spatiumque profundi Deficit, expargi qui possint monia mundi. *Veget.* 3. *Milit.* 13. Melius est plures acies facere. quam militem expargere. *Id.* *ibid.* Hostibus in campus exparsis atque securis opportunum præsum semper infurter. ¶ 2. Item est conspargo, seu liquidis madefactio. *Virg.* 3. *Æn.* 625. sanique exparsa notarent Limina. Ubi *Servius*: Ille fuit vera lectio, id est madefacta: nam si aspersa dixeris, id est irrorata, tapinosis et hyperbole junguntur.

**EXPERSUS**, a, um. *V.* voc. pœced.

**EXPES** vel expes, adj., qui occurrit tantum in Nominali sing. numeri: in obliquis casibus expectant falem rastrosque tenaces. — c) Cum Accusativo rel. et Ablativo personæ per præpos. ab vel raro admodum *ex*; qua ratione eleganter expectare dicitur, qui beneficium sperat ab aliquo. *Cic.* 11. *Fam.* 3. 3. A te hoc civitas, vel omnes potius gentes non expectant solum, sed etiam postulant. *Id.* 3. *ibid.* 10. 1. Omnia volu a me et postules et expectes: vincam meis officiis cogitationes tuas. *Id.* *ibid.* 12. 4. Dixi Servilio, ut omnia a me in majora expectaretur. *Id.* 1. de *republ.* 4. Neque bac nos patria lege genuit aut educavit, ut nulla quasi alimenta expectaret a nobis. *Id.* 6. *ibid.* 19. extr. A quibus expectare gloriam certe nullam potestis. *Cœs.* 2. *B. C.* 28. His pauca ad spem largitionis addit, quæ ab sua liberalitate expectare deberent. *Cic.* 2. de *republ.* 22. Proletarios nominavit, ut ex iis quasi proles civitatis expectari videretur. — Et de re mala *Cic.* 2. *Tusc.* 12. 28. Quo dedecus majos a philosopho nullum expecto. — d) Sequentia relativa. *Ter. Phorm.* 1. 3. 9. Dum expecto, quam mox veniat, qui adimam hanc mihi consuetudinem. — e) Cum Infinito. *Fronto* ad *Z. Verum imp.* 6. Nunc expecto cognoscere ex tuis litteris, quantum etc. — f) Absolute. *Ter. Phorm.* 5. 8. 36. Quid mihi affers, quoniam obrem expectem, aut sperem, potro non fore? *Cic.* 1. de *republ.* 4. Si aliter, ut disl, acridissit, qui possum queri, quum mihi nihil improviso, nec gravius quam expectavi in pro tantis meis factis evenisset? *Quintil.* 12. 8. 11. Dum omnia querimus, aliquando ad verum, ubi minime expectavimus, pervenimus. — Hinc part. præter pass., cuius exempla etiam sub II. 1. retulimus,

*Expectatus*, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Expectatior* et Sup. *Expectatisimus*; et est exoptatus, quæsus (F. supra sub II. 2.), bramat, èκποθετε. — a) Posit. *Cic.* 16. *Fam.* 17. Carus omnia expectatasque venies. *Id.* 4. *ibid.* 10. 1. Cura, ut quam primum venias, venies enim, mihi crede, expectatus, neque solum nobis, sed prois omnibus. Cf. *Liv.* 26. 40. Consul in Siciliam, veteribus novisque sociis expectatus, quem venisset. et *Virg.* 2. *Æn.* 282. quibus Hector ab oris Expectate venis? *Catull.* 62. 2. Diu expectatus. *Val. Flacc.* 4. 437. Longum expectatus. *Cic.* *Senect.* 19. 68. Fratres tui expectati ad altissimam dignitatem. — In illo *Ter. Adelph.* 1. 2. 29. Ubi te expectatum ejuscepsit foras. *expectatum* est illum, enjus mors expectatur, adeoque odiosum, gravum. — b) Comp. *Plaut.* *Nost.* 2. 2. 12. Nimio ille potuit expectare venir, qui te vinceret mortuum. — c) Sup. *Cic.* 4. *Att.* 4. Mihi tuum aduentum suavissimum expectatissimumque esse. *Id.* 10. *Fam.* 5. Ut ad me mihi expectatissima littere perferreantur. *Auct. B. G.* 8. 51. *Expectatissimus triumphus*. — Hinc

*Expectatum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more. — a) *Expectata* sunt res expectate. *Velley.* 2. 75. 2. Quis non diversa præsentibus contrariaque expectatis aut speret, aut timeat? — b)

*Expectatum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more. — a) *Expectata* sunt res expectate. *Velley.* 2. 75. 2. Quis non diversa præsentibus contrariaque expectatis aut speret, aut timeat?

b) Neutrorum more, sive absolute, est spirando exire (Il. uscire sofflando; Fr. s'exhaler, sortir, s'évaporer, s'échapper; Hisp. exhalar, echar de si, vahar, vahear; Germ. herausblasen, hervorkommen; Angl. to breath off in breath, smoke or vapour).

c) Proprie. ¶ 1. Generatio. *Lucret.* 6. 639. per fauces montis de Ætna. *Exspirare* ignes interdum turbine tanto. *Id. ibid.* 886. ignis *exspirare* foras etireque in auras. *Ovid.* 15. *Met.* 299. Vis fera ventorum. cœsi inclusa cavernis. *Exspirare* aliquæ cupiens. *Val. Flacc.* 4. 493. patruque *exspirat* Averni bellus. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 3. 4. (20). *Ungueata illico exspirant.* *Exspirare* Ille pertinet et illud *Lucilius* apud *Non.* p. 38. 30. *Merc.* Distento corpore *exspire* vis. ¶ 2. Specialiter ponitur pro mori, spirare l'animæ, morire. *Virg.* 10. *Æn.* 731. alram Tundit hamum *exspirans*. *Horat.* *Epod.* 5. 91. Ubi perire jussus *exspiravero*. *Liv.* 2. 20. Inter primas curationem *exspiravit*. *Id.* 28. 19. *Exspirare* inter

verbera et vincula. *Curt.* 9. 8. a med. Barbari venu-  
no tinxerant gladios; itaque sauci subinde expira-  
verant. *Quintil.* 6. 2. 31. Extremus expirantis bia-  
tus. *Id.* 9. 2. 73. Marito expirans. *Plin.* 7. *Hist.*  
nat. 45. 46. (149). Destinatio expirandi et quatu-  
ridi inedia major pars mortis in corpus recepta. —  
Passive impersonaliter. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 67.  
(178). Quoniam membranā cerebri incisa statim ex-  
spiretur.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphora sumpta a super-  
iori paragr. 1. *Catull.* 64. 194. Ira pectoris expira-  
entes. ¶ 2. Metaphora sumpta a superiori paragr.  
2.: ad rem *Varro* apud *Non.* p. 106. 5. *Merc.* Si  
qui patrata, majorem parentem, extinguit, in eo  
est culpa, quod etc. *Liv.* 28. 28. Si ego morerer,  
mecum expiratura res publica erat. *Plin.* *Paneg.*  
57. Libertate jam expirante. — Apud *JCTos* expi-  
rare dicuntur, quae finiuntur solvanturve. *Martian.*  
*Dig.* 49. 17. 1. extr. Criminis causa expirat. *Paul.*  
*Ibid.* 45. 1. 58. Prior obligatio expirat. *Ulp.* *Ibid.*  
24. 3. 19. Redintegrato matrimonio, judicium ex-  
pirat.

**EXSPISSATUS** vel expissatus, a, um. *V.* voc. seq.  
**EXSPISSO** vel expisso, as, ávum, are, a. 1. (ex et  
spissō). Part. *Exspissatus*. — Exspiso est spissum  
facio. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 95. (152). Necat, san-  
guinem expissando. *Alii leg.* spissando. *Id.* 20. *Ibid.*  
7. 24. (58). Lac expissatum. *Alii plerique leg.* spis-  
sum. *Siliq.* utrobique spiss.

**EXSPLENDEO** vel explendeo, es, et rectius  
**EXSPLENDESCO** vel explendesco, splendescis,  
splendū, splendescere, n. 3. (er et splendesco). Part.  
*Exsplendescens* I. — Exsplendesco est valde splen-  
desco.

I.) Proprie. *Seneca* 2. *Quesit. nat.* 23. Ignis, qui  
exsplendescat, nec exsilat. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 12.  
12. (30). Præcipue ipso Sirio exsplendescente fit.

II.) Translate. *Nepos Att.* 1. Clarius exsplende-  
scet, quam generosi considicipuli æquo animo fer-  
re possent. *Sueton. Tit.* 3. In puer statim corporis  
animique dotes exsplenderunt.

**EXSPLENDIDUS**, a, um, adject. valde splendi-  
dus. *Tabula* œn. *hospitalis* reperta Genusiae non  
multis abhinc annis, qua pertinet ad ann. a Chr. n.  
ccccxcv., nunc vero exstat in *Mus. Bourbon. Nea-  
pol.*, edita a Constant. Gazzera, Decret. di patron.  
e client. p. 99. *FLAVIYS SUCCESSVS ORNATVS ET EX-  
SPLENDIDVS VIR.*

**EXSPOLIATIO** vel expoliatio, ónis, f. 3. actus  
exspoliandi. *Augustin.* 20. *Civ. Dei* 8. extr. Ut et  
ligati et soluti expoliatio sequeretur. *Vulgar. inter-  
pr.* *Coloss.* 2. 11. Circumcis estis circumcitione  
non manu facta in expoliacione corporis carnis, sed  
in circumcione Christi.

**EXSPOLIATOR** vel expoliator, óris, m. 3. qui  
spoliat. *Salvian.* 7. *Gub. Dei* 21. p. 288. *Rittersh.*  
Ponit expoliatores domorum, quem sit ipse expoli-  
ator civitatum atque provinciarum.

**EXSPOLIATUS**, a, um. *V.* voc. seq.  
**EXSPOLIO** vel expolio, as, ávi, átum, are, a. 1.  
(ex et spolio). Part. *Exspoliatus* II.; *Exspoliandus*  
I. — Deponentis forma, expoliari habet *Claudius*  
*Quadrigarius* apud *Non.* p. 480. 16. *Merc.* Ita per  
serennium agrum Campanum expoliabantur. *Vet.*  
*Poeta* apud *Donat. de Barbar.* p. 1769. *Putsch.*  
Expoliast eos, et corpora nuda relinquunt. —  
Ceterum expolio est idem ac spolio, seu ounnio  
spolio.

I.) Proprie. *Sall. Cat.* 50. Expoliare fana atque  
domos. *Cic. Dejot.* 9. 25. Auctionatus est, seseque  
expoliare moluit, quam tibi pecuniam non subini-  
nistre. *Curt.* 9. 5. 10. Ad expoliandum corpus  
aloter gaudio accedit. *Ovid.* 13. *Met.* 561. digitos  
in perfida lymna condit, Expoliatus genas oculis.  
*Alii tamen aliter leg.*

II.) Translate. *Plaut. Truc.* 2. 7. 3. Improbis se-  
se artibus expoliare. *Cæs.* 7. *B.* 7. Hos vestro  
auxilio expoliasti. *Cic.* 10. *Att.* 1. 3. Expoliare  
aliquem provincia et exercitu. *Auct. B.* 7. 50.  
Omni honore et dignitate expoliare aliquem. *Am-  
bos.* in *Psalm.* 38. Minorem etiam laborem nobis  
expolitus homo velut, quam supervestitus asserret.

**EXSPOLIOR**, óris, etc. dep. 1. *V.* vocem præced.  
init.

**EXSPOLTIO**, ónis, f. 3. expundi actus, ut Ex-  
spolitio sanguinis, *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 14. (20).

**EXSPUMO** vel expumo, as, are, n. 1. (ex et spu-

mo) spumando emanu. *Cels.* 6. 7. n. 8. Donec inde  
humor aliquis expumet.

**EXSPUO** vel expuo, plis, pūi, pūnam, pūere, a. 3.  
(ex et spuo). Part. *Exspuens* I. a. et II. 1.; *Exspu-  
tus* II. 1. — Exspuo est salivam vel aliud quidpiam  
ore emitto (It. sputar fuori; Fr. cracher, rejeter en  
crachant; Hisp. escupir fuera; Germ. ausspeien;  
Angl. to spit out, spit).

I.) Proprie occurrit — a) *Cam Accusativo rei.*  
*Plin.* 7. *Hist. nat.* 23. 23. (87). Espuit lingua  
in os tyranni. *Id.* 35. *Ibid.* 16. 53. (101). Prosan  
sanguinem expuentibus. *Scribon. Compos.* 194. Ab  
ore sanguinem expuere. — b) *Absolute.* *Varro* 3.  
*R. R.* 3. 9. Quum ille gustasset et expuisset. *Plin.*  
30. *Hist. nat.* 2. 6. (17). Espuere in more fas non  
pulant. *Id.* 14. *Ibid.* 22. 28. (148). Non respirasse in  
hauriendo, neque expuisse.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro ejicere, mega  
cum vi emittere. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 73. Pumiceos  
oculos habeo: non quo lacrimam exorare ut ex-  
spuant unam modo. *Catull.* 64. 154. Quænam te  
genuit sola sub rupe leæna? Quod mare concepnum  
spumantibus expuit undis? *Sidon.* 1. *Ep.* 7. sub  
in. In insulam conjectus est, ubiisque ad inimicorum  
dolorem devenustatus, et a rebus humanis veluti  
vomitum fortunæ nauseantis exputus vitam trahit,  
uncum et laqueum per horas turbulenti carnificis  
borrescens. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 98. 101. (320). Circa  
Messanam similia expuntur in litus purga-  
menta. *Id.* 9. *Ibid.* 36. 60. (126). Purpuras cum te-  
sta vivas frangunt, ita demum rorem eum expuentes.  
*Id.* 16. *Ibid.* 10. 19. (45). Tæde carbonem re-  
rente expuunt cum eruptionis crepitu. *Id.* 33. *Ibid.*  
6. 32. (99). Argentum vivum optime purgat au-  
rum, ceteras ejus sordes expuens crebro jactatu.  
¶ 2. Parum concinnæ translationes videntur hæ, que  
tamen frequenter sunt, in quibus expuere ponitur  
pro amovere, amoliri. *Ter. Eun.* 3. 1. 16. Illam  
ubi expueret miseriam ex animo. *Lucret.* 2. 1038.  
Desine qua prepter, novitate exterritus ipsa. *Exspu-  
re ex animo rationem; sed magis acri Judicio per-  
pende.* *Seneca* 3. *Ira in fin.* Jam ipsum spiritum  
expuimus, interim dum trahimus. *Val. Flacc.* 3.  
107. purpuream sioglitibus expuit auram. *Seneca*  
*Thyest.* 245. Ferro peremptus spiritum inimicum  
expuat. *Add. eund. Herc.* *Œt.* 1469. et *Troad.*  
1169.

**EXPUTUS** vel exputus, a, um. *V.* voc. præced.  
**EXTANS** vel extans, antis. *V.* EXSTO.  
**EXTANTIA** vel extantia, æ, f. 1. prominentia.  
*Colum.* 5. *R. R.* 5. 12. Capita sine ulla extantia  
neque arato, neque bubus obnoxia. *Cœl. Aurel.* 1.  
*Tard.* 5. Ventris extantia. *Add. eund.* 5. *Ibid.* 10.  
**EXTERNATUS** vel externatus, a, um. *V.* voc. seq.  
**EXTERNO** vel externo, as, ávi, átum, are, a. 1.  
Part. *Externatus* sub A. — Externare duo diver-  
sa significat, prout A) Est ab ex et sterno, vel B)  
Ab externus.

A) Externare ab ex et sterno est præ conser-  
natione deuentem facio. *Catull.* 64. 71. Ab misere-  
ram, assiduis quam lucibus externaro Spinosas E-  
rycina serens in pectore curas! *Id.* 64. 164. Sed quid  
ego ignarus nequicquam conqueror auris. Externata  
malo? *Ovid.* 1. *Met.* 641. se externata refugit. *Id.*  
11. *Ibid.* 77. Externata fugam frustra tentabat. *Id.*  
412. Externata equi.

B) Externare est etiam externum facere, seu ex-  
berare. *Apul.* de *Mag.* Filiam Rusini heredem non  
reliquit, etc. ut intelligeretur potius externare, quam  
oblitus præterisse. *Al. leg.* extraneasse. Similliter  
*Cassiod.* Complex. ad 1. *Petr.* 1. Ut ab eis mundi  
externaret affectum. *Alii leg.* extranearet. — Porro  
in hac significations est ab extra, et scribendum est  
sine s. Quamquam et in priore s omitti potest, si non  
a sterno, sed ab externus ducatur, ut significet ex-  
ternum et alienatum a mente reddere. Hucusque  
Forcellinus. Ceterum apud *Apul.* et *Cassiod.* præ-  
ferendum est extraneare.

**EXSTILLO** vel extillo, as, ávi, átum, are, a. 1.  
(ex et stillo) guttatum defluo; et occurrit — a) Ab-  
soluto. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 29. Sinapi, oculi ut ex-  
stilleat, facit. *Ter. Phorm.* 5. 7. 82. Exstillaire la-  
crimis. — b) Cum *Acusativo*. *Colum.* 12. *R. R.*  
30. 2. *Schneid.* Atque omnem amaream exstillare.

**EXSTIMULATOR**, óris, m. 3. qui extimulat et  
excitat, ut translate Acerrimus extimulatur rebel-  
lionis. *Tac.* 3. *Ann.* 40.

**EXSTIMULATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**EXSTIMULO**, as, ávi, átum, are, a. 1. (ex et  
stimulo). Part. *Exstimalatus* I. — Extimulo est  
valde stimulo, pungo.

I.) Proprie. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 37. 61. (132). Co-  
blea aculeo extimulatae.

II.) Figurate sæpius usurpatur pro incitare. *Ovid.*  
5. *Met.* 165. Tigris extimulata fame. *Id.* 6. *Fast.*  
588. His solita est dictis extimulare virum. *Id.* 3.  
*Trist.* 2. 29. Extimulare fati cessantia. *Colum.* 6.  
*R. R.* 27. 3. Id præcipue armament libidinis exti-  
mulatur furis. *Id.* 8. *Ibid.* 11. 8. Extimulare libi-  
dinum. *Tac.* 15. *Ann.* 50. animalum. *Id.* 1. *Hist.* 25.  
Extimulare milites, et impellere in eversionem. *Sil.*  
It. 1. 32. Corda extimulare furore bellandi. — Pas-  
sive. *Tac.* 4. *Ann.* 59. Dum a libertis et clientibus,  
aspicende potentie properis, extimulatur, ut er-  
cetum et fidente animi ostenderet.

**EXTINGUITO** vel extinctio, ónis; f. 3. actus ex-  
tinguendi, extinctus.

I.) Proprie. *Boeth.* *Aristot.* *Analyt. post.* 2. 9. p.  
549. Extinctione luminis. Cf. eund. *Ibid.* p. 550. So-  
nus extinctionis ignis in nube.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Tusc.* 49. 117. Supremus  
ille dies (*mortis*) non extinctionem, sed commuta-  
tionem afferit loci. *Augustin.* de *Trin.* 14. Extinctio  
et quasi quies vita.

**EXTINGCTOR** vel extictor, óris, m. 3. qui ex-  
tinguit.

I.) Proprie. *Cic.* 11. 26. Prope a meis adibis  
sedebas, nou extictor, sed auctor incendii.

II.) Figurate est interactor, qui vitam adimit.  
*Cic.* *Sull.* 31. 89. Extictor patriæ. h. e. evversor.  
*Justin.* 16. 1. Cassandra extictor regis domus. —  
Et cum abstractis. *Cic. Dom.* 38. 101. Non extictor  
conjurationis, sed auctor et dux. *Id.* *Harvest.*  
res. 23. 94. Extictor belli.

**EXTINGUITUS** vel extictus, a, um. *V.* EXSTIN-  
GUO.

**EXINCTUS** vel extictus. us, m. 1. extictio.  
In sexto casu singulari. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 7. 3. (43).  
Quum plerumque abortus causa fiat odor a lucerna-  
rum extictu.

**EXTINGUIBILIS**, e, adject. qui extingui pot-  
est. *Lactant.* 7. 20. Ut si animæ non extinguiabile  
in totum, tamen cruciabilis fiant. Add. *Epitom.* 36.

**EXTINGUEO** vel extingo, stinguere, a. 3. *Extinxit* pro *extinxerit* ἀποχαίρετις est *Plaut. Truc.* 2. 6. 43. (*V.* infra sub II.  
1.). Extinxem per syncop. pro extinxissim apud  
*Virg.* 4. *Æn.* 606.; et *Ibid.* 682. extinxiti pro ex-  
stincti. — Part. *Extinctus* in omnibus paragr.;  
*Extinctus* I.; *Extinctus* II. 2. — Ratione  
habita etyma, iuxta *Forcellinum* est ab ex et stin-  
guo, quod significat opprimere, restinguere, delere:  
vel ab ex et linguo pro tingi, ut proprie dicitur de  
igne, qui aqua tinctus opprimitur; quis ratione sine  
s scribi oportebit. At fortasse stinguere conjungen-  
dum est cum Gr. ἀποχαίρετις, unde et instigare, insti-  
ctus, stigmatus et similia: ita ut extinguere sit si-  
mulum sive incatum vim austere, adeoque opprimere,  
delere. — Ceterum quidquid sit de etymo, extin-  
guere, ἀποχαίρετις est opprimere, restinguere, de-  
lere; et proprie referunt ad ignem et lumen (It. ex-  
tinguere, smorzare, spegnere; Fr. éteindre; Hisp.  
apagar, matar et fuego ó la luz; Germ. auslöschen,  
verlöschen; Engl. to put out, extinguish, quench).

I.) Proprie usurpatur, ut diximus, de igne et lu-  
mine. *Lucret.* 6. 792. Nocturnumque recens extin-  
ctum lumen ubi acres Nidore offendit nares etc. Sic  
*Cic.* 4. *Fam.* 3. 2. Extincta lumina. Similliter *Plin.*  
2. *Hist. nat.* 103. 106. (228). Fons immersas faces  
extinguere. *Id.* 31. *Ibid.* 3. 28. (49). Extinguere lu-  
cernam. Rursus *Cic.* 6. de *republ.* 22. Deficeret sol  
hominibus extinguique visus est. *Id.* *Senect.* 19. 71.  
Adolescentes mihi mortis sic videntur, ut quam aqua  
multitudine flammæ vis opprimitur; senes autem  
sic, ut sua sponte nulla adhibita vis consumptus ignis  
extinguitur. Sic *Liv.* 10. 24. Eum igaenæ sit extin-  
ctum ait. *Ovid.* 1. *Fast.* 712. Extincti ignes. *Plin.*  
28. *Hist. nat.* 7. 23. (81). Carbo in sanguine ex-  
tinguitus. *Cic.* 4. *Fam.* 13. 2. Extinguere incendium.  
*Ovid.* 1. *Trist.* 3. 44. Extincti foci. *Id.* 5. *Fast.*  
425. Extinctus cinis. *Cic.* 2. *Nat.* D. 9. 23. Refri-  
gerato et extincto calore occidimus ipsi et extingui-  
mur. *Vitriv.* 2. 5. Extinguere calcem. h. e. post-  
quam excocta est, aqua perfundere, spegnere.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad vitam et ad alias naturales vires, et significat vita aut viribus privare. — a) De vita. *Plaut. Truc.* 2. 6. 43. Ne, ille priusquam spolia capiat, hic nos existinxit fames. h. e. extinxerit. *Ter. Adelph.* 3. 2. 18. Seul animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit seclusus. *Virg.* 2. *En.* 585. existinisse nefas (h. e. nefarium) et sumpsisse merentis Laudabor penas. *Cic. Cat.* 32. 79. Nolite, hunc jam natura ipsa occidentem, velle, materiis extinguit vulnere vestro. *Id. Brut.* 1. 1. Vir egregius alienissimo reipublica tempore extinctus. Adde eumq. 6. de republ. 14. *Liv.* 8. 3. Invictus bellis juvenem fortuna morbo extinxit. *Virg.* 5. *Ecl.* 20. extinctus crudeli funere Daphnis. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 14. extinctus amabitur idem. *Ovid.* 3. *Met.* 470. Extincti in ævo primo. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 7. (20). Extinctus nuper in longa secessa. *Id. 9. ibid.* 8. 8. (25). Extinctus morbo. *Tac.* 3. *Ann.* 7. subita morte. *Id. 4. ibid.* 33. Familia extincta. *Ovid.* 1. *Pont.* 9. extr. Extinctis enumerare aliquem. — b) De aliis naturalibus viribus. *Cic. Brut.* 96. 329. Sic Q. Hortensi vox extincta fato suo est, nostra publico. *Quintil.* 6. *proœm.* 15. Fortuna vires ingenii extinguit. *Curt.* 6. 4. Vel modico tempore succus extinguitur. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 2. 32. (67). Extinctuæ inameras. h. e. exsiccare. *Id.* 20. *ibid.* 23. 97. (259). Semen cannabis geritum virorum extinguit. h. e. tollit, sistit. *Id. ibid.* 17. 69. (179). Extinctuæ venena. *Id. 19. ibid.* 6. 34. (113). odorem attii. *Liv.* 5. 16. sub fin. Aquam emissam per agros rigare dissipatamque rivis extingue. ¶ 2. Item referuntur ad alia plurima, et significare delere, destruere, tollere, evertere, perdere. — a) Generatim. *Cic. 4. Verr.* 70. 172. Ut, si posset, quæ auctea scripserat, ea plane extingueret. *Id. 7. ibid.* 43. 113. Non posse Verrem, testes interficiendo, criminis sua extingui. *Id. 8. Off.* 1. 2. Extinctus senatus, deleta judicia. *Id. 3. leg. Agr.* 2. 5. Tyrannis institutis leges omnes extinguntur atque tolluntur. *Id. Divin. in Q. Cœcil.* 8. 26. Ut mihi non tantum uous homo improbus opprimendus sit, sed omnino improbitas extingueda atque defenda sit. *Id. Harusp. resp.* 4. 6. Pestem comprimere, extingui, funditus decire. *Id. Rosc. Am.* 13. 36. Vos hominum ejusmodi intolerandam potentiam primo quoque tempora extinguiere atque opprimere debetis. *Id. Amic.* 21. 78. Banda opera est, ne qua amicorum discidia fiant: sin tale aliquid evenierit, ut extincta potius amicitia, quam oppressæ esse videantur. *Id. 1. Orat.* 16. 60. Admoveare orationem ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel etiam extinguedendos. *Id. 6. Phil.* 7. 18. Extinctuæ furorum aliquujus. *Petron. Satyr.* 94. iram. *Cic. Balb.* 6. 16. invidiam. *Id. Proœv. cons.* 9. 22. inimicitias. *Matius apud Cic.* 11. *Fam.* 28. causam dissensionis nascentem. *Rursus Cic.* 10. *Fam.* 25. 1. reliquias belli. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 26. 27. (96). Extinctum bellum civile. *Cic. Dom.* 35. 94. Extinctum maledictum crudelitatis. *Nepos Themist.* 1. Extincture conlumeliam. *Cic. Amic.* 10. 35. Inabilitates. *Id. Cœl.* 25. 61. Extincta consuetudo. *Id. 1. Fam.* 1. 4. Gratiam nostram extinguit hominem suspicio. *Liv.* 23. 45. Extincta spes. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 2. 3. (5). Extincta artis auctoritas. *Cic. 3. Orat.* 1. 1. Extincta virtus. *Id. 3. Verr.* 18. 48. Extinguere religionem. *Id. Mil.* 2. 5. saltem aliquujus. *Id. 4. Cat.* 4. 7. nomen populi Romani. *Cœs. 5. B. G.* 29. superiorem gloriam rei militaris. *Cic. Mil.* 27. 73. memoria publicam. *Id. 4. Verr.* 69. 168. infamiam. *Liv.* 27. 16. famam preditionis. *Cic. Cat.* 30. 71. Memoria non extincta, sed repressa vetustas. *Id. 6. de republ.* 23. extr. Sermo omnis ille et obruitur hominum interitu et oblivione posteritatis extinguitur. *Id. 15. Att.* 1. a med. Rumor extinguitur. *Cœs. 1. B. C.* 60. ad fin. Extinctus rumoribus de auxiliis legionum. *Liv.* 23. 22. Vocem hominis lemeriarum silentio extinguerit. *Ter. Phorm.* 1. 2. 58.; et *Cic. 4. Herenn.* 27. 37. Extinctuæ formam. *quastare la belleza.* Cf. *Petron. Satyr.* 140. Matrona anus et floris extincti, di morta bellezza. *Virg.* 4. *En.* 322. Extinctus pudor. *Liv.* 39. 8. Discriben omne pudoris extinguerit. *Id. 28. 20.* Vestigia quoque urbis extinguerit. *Sall. Jug.* 100. Sulla genitio patricie nobilis fuit, familia prope jam extincta majorum ignavia, h. e. in qua pauci honores fuerunt et jamdu cesseravunt. *Ovid. 7. Met.* 569. Extinctuæ siliu. *Seneca Ep.* 18. famen. *Pet.*

tron. *Satyr.* 126. *Pedum candor Parium marmor extinxerat, facea scomparire.* — b) Speciam illa suat J. Ctorum propria, *Ulp. Dig.* 47. 2. 42. Extinguitor actio. h. e. evanescit, intercidit, tollitur. *Sic Id. ibid.* 9. 1. 1. med. Si ante item contestatam deserit animal, extincta erit actio. *Id. ibid.* 32. 1. 11. circa med. Extinguere fideicommissum. et *ibid.* Extinguitor constantia debilit. *Modestin.* *Ibid.* 20. 1. 9. *Jus pignoris extinctum est.* *Nerat.* *Ibid.* 34. 3. 1. Extinguitor legatum, et *ibid.* Confusione perinde extinguitor obligatio, et solutione. *Cajus* *Ibid.* 7. 1. 3. usus fructus. *Paul.* *Ibid.* 46. 7. 8. stipulatio.

**EXSTIRPATIO** vel extirpatio, ois, actus extirpandi, eradication. *Colum.* 2. R. R. 2. 13. Filicis extirpatio frequens, quæ arato fieri potest.

**EXSTIRPATUS** vel extirpatus, a, um. *V. voc. seq.*

**EXSTIRPO** vel extirpo, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et stirps). Part. *Extirpatus* I. 1. et II.; *Extirpandus* II. — Extirpo est una cum stirpe seu radice evello.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Martial.* 6. 56. Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto. *Curt.* 7. 8. 14. Arbores magnas dia crescere, una hora extirpari. Cf. *Prudent.* *Hamarlig.* 241. Et cedit immodicis silva extirpata procellis. ¶ 2. Latiori sensu extirpari dicuntur, quæ per extirpationem purgantur. *Colum.* 11. R. R. 2. 52. Silvestris ager de crescente luna utilissime extirpatur. *Pallad.* 8. R. R. 1. 1. Agros arboribus atque virgultis extirpare.

II.) Figurate est funditus evertere, omnino tollere. *Cic.* *Amic.* 13. 48. Nisi ex ejus animo extirpatam humanitatem arbitremur. *Id.* 4. *Tusc.* 19. 43. Perturbationes extirpandas putamus. *Id. Fat.* 5. 11. Vitia ex naturalibus causis nata extirpari et funditus tolli. *Seneca* 1. *Ira* 18. a med. Extirpare nomina inimica libertati. h. e. tollere, vetando, ne quis deinceps nomen habeat ejus, qui libertatem violavit, ut in Manlio Capitolino factum narrat *Liv.* 6. 20.

**EXSTO** re expto, stas, (stiti, statum), stare, n. 1. Præteritum exstisti cum exsisto commune est; *V.* ligatur in **EXSISTO**. — A supino exstatum fit extaturus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35 (n. 7.). Extatura vitis duabus gemmis. In *Silligi* editione hunc locum a *Forcellino* allatum non inveni. *Pompon.* *Dig.* 47. 2. 78. Si rei dominus nemo exstaret, nec extaturus esset. *Al. leg.* exstitero. *V.* **EXSISTO** init. — Part. *Exstans* I., II. 2. et in fin. — Estante, ἔχω, est extra stare, eminere, prominere (lit. stare in fuori, esse eminente o rilevante); Fr. être élevé au-dessus, dépasser, être prééminent, saillant; Hisp. ser saliente; Germ. hervorstehen, hervorragen; Angl. to stand out, stand or stick up, appear or be above).

I.) Proprie. *Ces.* 5. B. G. 18. Quum milites capite solo ex aqua exstant. Et absolute *Id.* 1. B. C. 62. Ut equites possent flumen transire, pediles vero tantummodo humeris ac summo pertore exstant. Ceterum. *Ovid.* 11. *Met.* 358. celosque exstant super æquora collo. *Id.* 5. *Trist.* 11. 14. Navis exstat aquis. *galleggia.* *Id.* 9. *Met.* 128. exstabat ferrum de pectore. *Colum.* 5. R. R. 11. 5. Sureculos sic inserito, ut semipede, nec amplius ab arbore exstant. *Ovid.* 8. *Met.* 804. Ossa sub incurvis exstant ariada lumbis. *Id.* *Heroid.* 13. 103. Sive latet Phebus, seu terris altior exstat. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (89). Edificia inodice ab humo exstantia. *Geil.* 19. 13. Brevi atque humili corpore homines, paulum supra terram exstantes. *Firg.* 6. *Æn.* 668. humeris exstant suspicit allis. *Id.* 3. G. 370. summis vix cornibus exstat. *Tac.* 1. *Ann.* 70. Modo pectore, modo ore tenuis exstantes. — Poetice cum Accusativo. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 116. quantum egomet Nereides exsto. h. e. procerior sum.

II.) Improprie. ¶ 1. Metaphora sumpta a superiori parn. *Cic.* 3. *Orat.* 26. 101. Quod magis id, quod erit illuminatum, exstare atque eminere videatur. *Quintil.* 8. 5. 29. Hæc eminere et exstare aliquatenus. *Val. Flacc.* 5. 252. Exebius, Gradive, tens: presentia luco Arma tubæque sonent: vox et tua noctibus exstet, si facias sentire: vincat vox tua armorum tabarumque sonum. *Claudian.* *Cons. Mall. Theod.* 232. Lene fluit Nilus, sed euenitis annibus exstat Utilior. ¶ 2. Sepius, significata causa pro effectu, exstare est superesse, existere, durare, apparet, esse, durare, sussistere, apparire, vederi. — a) De hominibus. *Plaut.* *Trin.* 2. 4. 142. Nemio exstat, qui ibi se menses vicerit. *Eur.* 1. 18.

EXSTBUO

Auctorem doctrinæ ejus, quia non existat aliis, Pythagoram edant. Cf. Quintil. 7. 2. 57. Pecuvia, cuius auctor non existat. Horat. 1. Sat. 5. 55. Garmenta domina existat. *vire*. — b) De rebus. Cic. Bald. 5. 7. Qui locus est, in quo non existent hujus fortitudinis impressa vestigia? Id. 2. Att. 4. Carabo, ut hujus peregrinationis aliquod tibi opus existet. Cf. Plin. 35. Hist. nat. 4. 7. (2d). Huiusque pulcris ejus operibus Veroma existantibus. Rursus Cic. 2. Off. 14. 48. Existant epistole Philippi ad Alexandrum. Id. 1. Invent. 39. 70. Si litteræ non existarent. Id. 5. de republ. 2. Numa legum etiam scriptor, quas scitis existare. Quintil. 10. 7. 30. Cujus tres orationes existant. — c) De abstractis. Cato apud Cic. Planc. 27. 66. Clitorum virorum non minus olli, quam negotiū rationem existare oportere. Cir. 1. Divinat. 37. 71. Sine oculis non potest existere officium et munus oculorum. Adde eund. 2. ibid. 52. 107. Id. 1. Fam. 8. extr. Studium nostrum existabit in convenientiis magistratibus. Id. Planc. 1. 2. Video hoc in numero neminem, cuius non existet in me suum meritum. Nepos Tinal. 2. Ejus benignitas memoriam solebat existare. — d) Impersonaliter. Cic. Brut. 15. 57. Quem vero existet et de quo sit memoriam proditum eloquentem fuisse. Id. 1. Orat. 16. 72. Quibus ipsis (artibus) si in dicendo non uitam, tamen appetat atque existat, ultrum simus carum rudes, an didicerimus. — Hinc Part. præs., cuius exempla et supra retulimus.

*Exstans, antis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Exstantior*, et proprio est extra stans, eminens, *eminente*, che sta in fuori, rilevato. Ovid. Halieut. 235. Signis existantibus asper crater. Plin. 17. Hist. nat. 14. 24. (112). Duos digitos existans. Stat. 9. Theb. 455. Amoris super ripas utroque existantior ibat Aggere. — Hinc existantia absolute sunt partes existantes vel eminentes apud Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (127). Magnus prorsus arte in aequo existantia ostendente, et in contracto solida omnia, le parti eminenti.*

**EXSTRUCTIO** vel extractio, **ōnis**, f. 3. actas cre-  
struendi. ¶ 1. Generatim — a) In singulari nu-  
mero. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 150. Exstructio tectorum.  
*Id.* 14. *Phil.* 13. 34. Eaque exstructione, quæ sit ad  
memoriam aeternitatis. — b) In plurali numero  
*Filtruv.* 7. 1. circa med. Pavimenta struuntur sive  
sestilibus, sive lesseris: quum ea exstructio fuerint, et  
fastigia exstructiones habuerint, ita fricentur, ut  
nulli gradus existent. h. e. exstructiones habuerint  
fastigia, seu prominentias. ¶ 2. Speciatim apud  
*Tertull.* accepit pro exornatione et culta corpo-  
ris, 2. ad *Uxor.* 3.

**EXSTRUCTÖRIUS** vel extuctorius, a, um, adject. qui extruit. Translate. *Tertull. Car. Christ. 17.* Dei verbum extectorium vitæ.

**EXSTRUCTUS** vel **exstructus**, a, um. **V.** **EXSTRUO.**  
EXSTRUCTUS vel **exstructus**, us, m. 4. idem quod **exstructio**. *Manil.* 5. 285. Et quia dispositis aptatur spica per artem Frugibus, structus simili componitur ordo, Seminoibusque suis cellas atque horrea praebet. h. e. sicut in spica grana suis cellis atque folliculis inclusa et disposita sunt, ita qui sub sidere spicas nascuntur, disponent fruges per horrea et cellas, scilicet erunt borrearii. Ita edidit *Lemaire ex Cod. Gembac.*; ali pro exstructu simili habent **instructus** simili; et *Jacobius* (v. 287.) atiter omnia legit.

**EXSTRÜO** vel extruo, strūis, struxi, stractum, strñere, a. 3. (ex et stru). Part. *Exstructus* in omnibus paragr. et in fin.; *Exstructurus* et *Extritus* 1. 2. — *Exstruere*, *extazkevəz̄o*, est strues facere, accumulare (lt. *accatasare*, *amonticchiare*, *accumulare*; Fr. *accumuler*, *entasser*; Hisp. *acumular*, *cumular*, *omontanar*; Germ. *in die Höhā häusen*, *austhürmen*, *aufhäusen*; Eng. *to accumulate*, *heap together*, *anass*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu pro struere, a-  
ccumulare. *Cic.* 2. *Att.* 2. 2. *Magnam-acervum (librorum) Diræctari mihi ante pedes exstrueret.*  
*Colum.* 6. *R. R.* 3. 1. *Strumenta in acervum exstrui debent.* *Cæs.* 3. *B.* *G.* 29. *Omnem eam materialm pro vallo ad utrumque latus exstruebat. ammonio-  
chiava.* *Cic.* 5. *Tusc.* 21. 62. *Measæ conquisiti-  
smis epulis exstruebanlur, si caricavano.* *Id. Seneet.*  
13. 44. et *Pie.* 27. 67.; et *Ovid.* 11. *Het.* 119. Men-  
sæ exstructas dipubis. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 104. Fer-

culaque exstructis inerant hesterna canistris. Cf. Tibull. 2. 5. 99. festas exstruet alte Cespitibus mensas cespitibusque forum. Horat. Epod. 2. 43. Ligae summa cum exstruere. h. e. ingerere ardentis grandia ligna foco, ut Tibull. 2. 1. 22. sit. Horat. 2. Od. 3. 19. exstructis in altum Divitiis potierunt heres. accumulate. Cf. Petron. Satyr. 84. Solas exstruere divitias curant. **accumulate, ammassare.** ¶ 2) Latiori sensu est struendo educere, excitare, innalzare fabbricando. Cic. 2. Legg. 27. 68. Exstru vetat sepulcerom altius quam etc. Id. Dom. 47. 124. Ad caelum exstruit villam in Tuscolano. Cf. Ovid. 5. Fast. 39. Exstruere hi montes ad sidera summa parabat. Rursum Cic. Mil. 27. 74. Exstruere sedificium in alieno. V. Kloz ad h. l. Id. 14. Phil. 12. 33. monumentum, molem opere magnisbro. Tac. 3. Ann. 72. Pompeji theatrum, igne fortuito haustum, Cesar exstructorum pollicitus est. Ces. 6. B. 15. Exstruci tunnuli. Id. 2. B. 1. Aggerem in altitudinem pedum octoginta exstruit. Nepos Themist. 6. Quum satis altitudo muri exstructa videatur. Sall. Jug. 23; et Ces. 3. B. C. 54. et 112. Exstruere turres. Cic. 3. Fin. 22. 76. rogam. Sic Ovid. 3. Fast. 546. Dido Aserat exstructis in sua fata rogis. Sall. Cat. 20. Divitias profundere in exstruendo mari. h. e. jactis in altum molibus, in mari adfiscando. Huc referri potest et illud Cic. 2. de republ. 11. Aream sibi sumpsit, in qua civitatem exstrueret arbitratu suo.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphora sumpta a superiori paragr. 1. Cic. 4. Herenn. 32. 44. Verba sint ad poetum quendam numerum exstructa. h. e. constructa, composita. Gell. 13. 24. Crimen uomum vocibus multis atque stolis exstruere. h. e. exaggerare, amplificare, esagerare. ¶ 2. Metaphora sumpta a superiori paragr. 2. Cic. 5. Fin. 24. 71. Exstruere animo altitudinem excellentiamque virtutum. Id. 4. ibid. 1. 1. Non modo fundata, sed etiam exstructa disciplina. Petron. Satyr. 118. Exstruere poema. — Hinc Part. prater. pass., cujus plurima superius exempla retulimus,

*Exstructa, a, um, adjective quoque occurrit, unde Sup. Exstructissimus, et est alte eductus. Apud deo Socrat. sub fin. Species adfisciorum amenissimae, exstructissima, ornatissima.*

EX SÜOPTIÖNE, m. quiuit suboptio. Inscript. apud Gruter. 529. 8., que est apud Orelli. 3470., quamque V. in OPTIO.

EXSUCÄTUS, a, um. V. EXSUCO.

EXSUCCIDUS, a, um,

EXSUCCO, as, etc. et

EXSUCCUS. V. EXSUCIDUS, EXSUCO et EXSUCUS.

EXSUCIDUS vel exsucidus, a, um, adj. exsuccus, sine succo. Tertull. Anim. 32. Arida et exsuccida.

EXSUCO vel exsucco, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et succo). Part. Exsuculus. — Exsucu est sucum extra, exsicco. Cael. Aurel. 2. Tard. 14. Exsucare marrubium. Id. ibid. 13. Tanto valentius malia (cydonia) exsucamus, quo expressa ultimum atque crassiorum sucum dimitant, ut etiam eorum cortex, si quid humoris habuerit, sudet. Id. 4. ibid. 8. a med. Facit idem sinapi exsucatum. h. e. recens expressum. Pallad. 10. R. R. 1. 1. Ne sternore exsucata nihil prospicit. Theod. Priscian. 4. 2. part. 2. c. 16. Quum postea (malograna et cydonia) exsucata fuerint, separantur. Cassiod. Instit. div. litt. 1. Quem (Orogenem) quidam non immerito more auctihi habeant esse dixerunt, qui, dum sacrarum condit pulmentaria litterarum, ipse tamen decocetus exsuccusque projector.

EXSUCTUS vel exctus, a, um. V. EXSUGO.

EXSUCUS vel exsuccus, a, um, adj. Comp. Exsuccio. — Exsuccus est sine succo.

I.) Proprie. Seneca Ep. 30. Scis, illum semper infirmi corporis et exsucci suis. Pierique omnes leg. exsusti. Tertull. Anim. 50. Corporis substantia exsucia.

II.) Translate. Quintil. 12. 10. 15. Oratores aridi et exsuci et exsanguis.

EXSUDÄTIO vel exudatio, önis, f. 3. expressio sudoris. Cael. Aurel. 5. Tard. 10. ante med. Alii ajunt vias esse latentes, per quas limpida vel purulenta quadam exsudatione ferantur.

EXSUDÄTUS vel exudates, a, um. V. vor. seq.

EXSUDO vel exudo, as, avi, atum, are, 1. (ex et

sudo). Part. Exsudatus sub B. II. — Exsudare est A) Verbum neutrum, et B) Activum.

A) Neutrorum more exsudare est sudando emitti. Virg. 1. G. 88. omne per ignem Excoquitur vitium, h. e. patronus uon crit extraneus libertis suis, quia heres non fuerit.

B) Active exsudare est per sudorem emittere.

I.) Proprie. Colum. 12. R. H. 48. 3. Quum oliva, quidquid habuit, exsudavit. Id. 7. ibid. 8. 4. Exsudare acidum liquorem. Plin. 24. Hist. nat. 9. 37. (56). sucum. V. et ESUDATUS.

II.) Translate. Horat. 1. Sat. 10. 28. Exsudare causas. h. e. magno labore agere. Liv. 4. 13. Exsudare certame. h. e. sudando perferre. Sic Id. 5. 5. Exsudare labores. Ammian. 15. 5. 28. Exsudati pro republica labores. Adde Sil. It. 3. 531.

EXSUFFLATUS, a, um. V. voc. seq.

EXSUFFLO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et sufflo).

Part. Exsufflatus. — Exsufflo est sufflando ejicio. Usurpatur a Sulpic. Sev. 3. Dial. 8., sed ipso quoque latente, parum Latine dici. Habent tamen et Augustin. Ep. 105. sub fin. et Tertull. Idolol. 11. Immo Part. Exsufflatus legitur apud Cael. Aurel.

4. Tard. 3. Exsufflatis omnibus, quæ de se forte admiserint, ac depurgatis. Similiter Vulgat. interpr. Eccl. 43. 4. Tripliciter sol exerens montes, radios ignacos exsuffans. Adde ibid. Agg. 1. 9. et Malach. 1. 13.; et Pelagon. loc. cit. in FISTELLA.

EXSUGEO, es, ere, a. 2. ac scipius

EXSUGO vel exugo, gis, xi, etum, gere, a. 3. (ex et augo). Ad formam exsugeo pertinet tantum fut.

exsugebo, quod habet Plaut. Epid. 2. 2. 5. Atque corrum exsugebo sanguinem, senari qui columen eluent.

Part. Exsugens et Exsuctus etiam in fin. — Exsugo est sugendo elicio. Plaut. Pten. 3. 2. in fin. Nunc ego illi egredienti sanguinem exsugam procul. Varro 2. R. R. 4. 15. Arenam injicere oportet, aut aliud quod exsugat humorem. Vitruv. 2. 8. Exsugere liquorem de materia. Id. procem. 1. 8. Apimalia exsanguinata et exsucta. Colum. 4. H. R. 24. 9. Ab uno latere exsugitur. Id. 1. præfat. 16. Exsucto sudore sicuti querimus. Plin. 23. Hist. nat. 1. 27. (56). Aceto os colloquent venena exsugentes. Cels. 5. 27. n. 3. Quisquis, exemplum Psylli secutus, id vulnera exsuxerit. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempia et supra retulimus,

Exsuctus vel exctus, a, um, adjective quoque usurpatum, unde Comp. Exsuctior apud Varro. 2. R. R. 7. 11. Restibiles segetes sunt exsuctiores. Gell. 20. 8. Luna nunc videlicet senescit; ea re ostrea quoque tenuis exsuctaque est.

EXSUL vel exul, illis, comm. gen. 3. (ex et solium) ex patria ejectus, exilio multatus, extorris, quasi extra solum, ut Paul. Diac. docet p. 350. 5. Müll. quocum cf. Fest. p. 351. 4. ibid., et Non. p. 14. 25. Merc. Quare melius interjecto s scribitur: quod et Cellar. probat (It. exsule, bandito; Fr. exilé, banni, proscribit; Hisp. desterrado; Germ. d. v. seinem Grund und Boden Vertriebene, d. Verbannte, Ausgewanderte; Angl. one banished from his country, an exile).

I.) Proprie of tribus exsulum generibus in EXSILUM dictum est. — Ceterum exsul occurrit — a) Masc. genere; et quidem — Absolute. Cic. 2. Orat. 18. 75. Quum Hannibal, Carthagine expulsus, Ephesum ad Antiochum venisset exsul. Id. Client. 62. 175. Quum vagus et exsul erraret, atque undique exclusus. Id. 4. Parad. 2. 31. Omnes scelerati atque impii, quos leges exsilie affici volunt, exsules sunt, etiamsi solum non mutantur. Ces. 5. B. G. 55. Exsules damnatosque ad se allicer. Adde eund. 3. B. C. 110. Nepos Att. 20. Exsul his terris. — Cum Verbis. Cic. 1. Phil. 1. 3.; et Sueton. Claud. 12. Exsulem restituere. Cic. 2. Herenn. 28. 45. et 12. Fam. 1. 1. Exsulem reducere. — Cum addito Genitivo. Horat. 2. Od. 16. 19. patris quis exsul Se quoque fugit? Alii leg. patrìa, ut a præcedentibus pendeat. — b) Fem. genere. Ovid. 6. Met. 188. Nec exslo, nec humo, nec aquis dea vestra recepta est: Exsul erat mundi. Id. Heroid. 14. 129. Exsul Hyperionesta. Tac. 14. Ann. 63. Non alia exsul (Octavia). Cf. Lucan. 8. 837. Exsul adhuc jacet umbra ducis.

II.) Figurate. Publ. Syrus apud Petron. Satyr. 55. Cicopia avis exsul hicmis. h. e. quæ estate apud nos degit, hieme alio migrat, ut Plin. 10. Hist. nat. 23. 31. (61). — Poetice Ovid. 9. Met. 410. Altocitius malis, exsul mentisque domusque. Martial.

10. 5. Errat per urbem pontis exsul et clivi. h. e. expersi pontis et clivi, in quo stipem querat, ut solent mendicari. Id. 19. 34. Libertis exsul non erit ille suis. h. e. patronus uon crit extraneus libertis suis, quia heres non fuerit.

EXSULABUNDUS vel exulabundus, a, um, adject. qui exsul, vel exsulatus est. Gloss. Philox. Exsulabundus, οὐγαδεύς.

EXSULANS vel exulans, antis. V. EXSULO.

EXSULÄRIS vel exularis, e, adj. ad exsulem, seu ad exsulum pertinens. Ammian. 14. 5. Exsularis mæror. et 15. 3. pœna.

EXSULÄTICUS vel exulatius, a, um, adj. qui ad exsalem pertinet. Gloss. Philox. Exsulatius, οὐγαδεύς.

EXSULÄTIO vel exulatio, önis, f. 3. exsulium. Flor. 1. 22. Clarissimos principes exsulatione mulavit.

EXSULÄTUS vel exulatus, us, m. A) exsulatio, exsulium. Messala Corvin. de prog. Aug. 29. Tarquinii Junii Brutii opera pulsus, in exsulatum cum scleste conjugæ ac filiis fuga perexit.

EXSULIUM pro exsulium, antiquæ dictum fuit. Ita Forcellinus.

EXSÜLO vel exulo, as, avi, atum, are, n. 1. Part. Exsulans sub A. I. et II.; Exsulaturus sub A. I. — Exsulara est A) Verbum neutrum, et B) Activum.

A) Neutrorum more exsul est exsul sum, in exsilio sum (It. essere exiliata, stare in bando; Fr. être exilé, être banni, vivre en exil; Hisp. ser desterrado, vivir en exilio; Germ. in d. Verbannung, als Verbannter leben; Angl. to live in exile, be an exile).

I.) Proprie. Cic. 1. Orat. 39. 177. Qui Romam in exsilio venisset, cui Romæ exsulare jus esset. Id. 3. Tusc. 18. 39. Pulsus patriæ exsulans atque regns. Id. 4. Parad. 2. 32. De te privilegium tollit, ut si in operum Bonæ Deæ accessisses, exsulares. Id. 2. Divinat. 24. 52. Hannibal apud Prusium regem exsulavit. Id. 4. Fam. 8. 2. Antissimus ad exsulandum locus. Id. 5. Tusc. 37. 107. Jurc exsulanten consulari non oportet. Liv. 2. 35. Damnatus absens, in Volscos exsulatum abiit. Curt. 5. 8. Exsulare in regno. Ovid. 4. Pont. 9. 41. Mente tamen, quæ sola loco non exsulat, utar. Id. 3. Trist. 14. 11. per extremas profugus pater exsulat oras. Justin. 26. 1. Perpetuum cum viris exsulature. Id. 2. 10. Exsulare apud aliquem. — Exsulare e patria assertur ex Plaut. Most. 3. 1. 69., sed varia ibi lectio et incertæ. Martial. tamen habet Spectac. 4. Exsulare ab urbe Ausonia.

II.) Translate. Plaut. Pers. 4. 4. 7. Perfidia ex urbe et avaritia si exsulant. Id. Merc. prot. 42. Amare coipi meretricem: illico res exsulatum ad illam abibat clani patris. Ter. Eun. 3. 5. 62. Periti, nam domo exsalo nunc. Cic. 4. Parad. 2. 30. Quum omnes meo discessu exsulasse rempubl. pacient. — Hinc Part. præs.

Exsulans, antis, adjective ac translate legitur apud Tertull. Cult. fem. 9. Exsulantes animalibus. h. e. abstinentes animalium carne in cibis. Al. leg. exsulentes, h. e. solitus et usitatus usum carnium abdicantes.

B) Active exsulare aliquem est in exsulium pellicere. Hinc passive Hygin. fab. 26. de Medea. Tunc iterum exsulatur. Dict. Creten. 5. 4. exsul. Deceritor. Antinachum et omni Phrygia exsulendum.

EXSULÄBUNDUS vel exultabundus, a, um, adject. seu potius particip. fulurum ab exsulio; idem quod exsultans, sed majorem habet vim. Justin. 18. 7. Ausasque es maesta ac lugentia casta vel exsulabundus intrare? Solin. 5. Exsulabundus ad cantum elevatur.

EXSULTANS vel exultans, antis. V. EXSULTO.

EXSULTANTER, adverb. cum exsultatione et iætitia: occurrit translatum tantum Comp. Exsultans apud Plin. 3. Ep. 18. sub fin. Quum ea potius, quæ pressius et adstrictius, quam illa, quæ hilarius et quasi exsultans scripsi, possint videri accessita.

EXSULTANTIÄ vel exultantia, a, f. 1. actus exsultandi, exsultatio. Translate. Gell. 12. 5. Cum peccata mortali dolorisque exsultantia collectantur. h. e. insolentia. Paulin. Nolan. carm. 21. v. 564. ludibrium Hostilis exsultantiae.

EXSULTATIÖ vel exultatio, önis, f. 3. actus exsultandi.

I.) Proprie. *Colum. 7. R. R. 3. 18.* Agnum claudi oportebit, ne velut puerili nimia exultatione mactescat. *Plin. 8. Hist. nat. 54. 80.* (215). Simias luna cava tristes esse, novam exultatione adorare. *Quintil. 2. 2. 12.* Proni aique succincti, ad omnem clausulum non assurgunt modo, verum etiam exercent, et cum indecora exultatione conclamant.

II.) Translate. *Auct. B. Afr. 31. extr.* Constituerat, gloriam exultatione inque eorum pati, donec etc. *Seneca Tranquill. 15. sub fin.* Animos in exultationem libertatemque extrahendus. *Id. 2. Ira 21.* Gaudium exultatio, exultationem tumor et nimia aestimatio sui sequitur. *Tac. 1. Hist. 72* Par exultatio, impetrato Tigellini exitio. *Gell. 2. 27.* Laetitia dicitur exultatio quedam animi cum gaudio effervescere.

**EXSULTIM** vel exultim, adverb. saltando, exultando. *Horat. 3. Od. 11. 10.* Quae, velut lati equa tria campis, Ludit exultant, metuitque taigi.

**EXSULTO** vel exulta, as, avi, atum, are, n. 1. (ex ei salto a salio). Part. *Exsultans I., II. 2.* et in fin. — Exultare, ἔξηργω, intensivum ab *exsilire*, est in alium salire, immoderate et veluti extra limites saltare (It. *sallire*, *saltare* fortemente in alto; Fr. *sauter vivement*, bondir; Hisp. *saltar vivamente*, *brincar*, *levantarse en alto*; Germ. *aufspringen*, stark in die Höhe springen; Angl. to leap, *frisk*, bound).

I.) Proprie. — a) De hominibus et brutis animalibus. *Ennius apud Charis. 2. p. 214.* *Putsch.* cuboē euhium Ignotus juvenum eccl̄ta alterna vice Inibat alacris, Bacchico exultans modo. *Lucret. 2. 631.* Curetes inter se forte catena Ludunt, in numerumque exsultant. *ballano*, *danzano*. *Tac. 14. Ann. 34.* Hostis exultare per turmas et catervas. *caracollare*. *Cic. 1. Off. 26. 90.* Equi serocitate exultantes. Cf. *Nepos Eumen. 5.* Equos verberibus cogebat exultare et calces remittere. *Cic. 2. Divinat. 70. 145.* Gubernatores, quum exsultantes lolligines viderint, tempestatem significari putant. *Id. fragm. apud Non. p. 66. 1.* *Merc.* Exsultantes pisculi. *Ovid. 2. Met. 864. de taurō.* Et nuoce alludit viridique exsultat in herba. *Plin. 18. Hist. nat. 35. 88.* (364). Pecora exsuntantia et indecora lascivula dentantia. — b) De inanimis. *Lucret. 2. 195.* et nostro quum missas corpore sanguis Emicat exultans alte. *Seneca 6. Quæst. nat. 10. sub fin.* Pita quum cecidit, exsultat ac sèpius pellitur. *Virg. 7. En. 464.* Exsultant estu latices. *bollono*. Cf. *Plin. 31. Hist. nat. 10. 46.* (114). Nitrum uritur in testa operium, ne exsultet. *Virg. 3. En. 557.* Exsultant que rada atque æstu miscentur arenæ. *Plin. 18. Hist. nat. 19. 40.* (179). Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquuntur, glæbæ ne exsultent. *Id. 17. ibid. 22. 35.* (180). Sic coercetur impetus materie, densioresque circa pampini exsultant, *nascono*, saltano suorū. Huc referri potest et illud *Quintil. 9. 4. 91.* Breves syllabæ si miscentur cum quibusdam longis, curvant; si contionantur, exsultant. h. e. si continuantur, illi veluti subsultat oratio.

II.) Translate. ¶ 1. Exultare est libere se movere, sed impropre. *Lucret. 3. 142.* Hic (in corde) exsultat pavor et metus; haec loca circum Laetitiae mulcent. h. e. salit, trepidat: batte il cuore di paura. *Cic. 4. Acad. (2. pr.) 35. 112.* Quum sit campus, in quo exsultare possit oratio, cur eam in tantas angustias compellimus? Sic *Id. Orat. 8. 26.* In reliquo orationibus exsultavit audacius Demosthenes. Cf. *Quintil. 2. 2. 9.* Assurgent exsultandique in laudando licentia. — In bona partem. *Stat. 4. Silv. 4. 37.* Te quoque flammabil facite repetita parum per Desidias, et solidos novus exsultabis in actus. h. e. alacer accedes ad res magnas agendas. — Cum Accusativo. *Tac. 11. Ann. 28.* Dom bistro cubiculum principis exsultaverit, cedecus quidem illatum etc. h. e. adulterio infamaverit, contaminaverit, quasique fabulam, ceu in scena, saltaverit. Al. tamē leg. *insultaverit*; melloribus libri adulteraverit. ¶ 2. Sèpius est immodice jactare se gaudio, gestire, immoderate gaudere, atque adeo successu aliquo efferrī ac superbire, exultare, trionfare, gloire, inbalduisse. *Vet. Poeta apud Cic. 3. Orat. 41. 166.* Erras, erras: nam exsultant te et præfidentem tibi Repriment validas legum habentes atque imperi Insistent iugis. *Cic. 2. de republ. 25.* Rex (*Turquinus*) victorii divitisque subnixus, exsullabat insolentia, neque suos mores regere poterat, neque

exsorum libidines. *Id. 1. ibid. 40.* Tarquinio exacio mira quadam exultasse populum insolentia libertatis. *Id. 1. Divinat. 29. 60.* Illa (*pars animi*), in qua feritas quedam sit atque agrestis immoderata, quem sit immoderate tumefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno immoderataque jactari. *Id. fragm. de republ.* apud *Non. p. 301. 7.* *Merc.* Est quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate, vel molestia frangitur. *Id. Cluent. 5. 14.* Tum vero illa egregia mox palam exsultare laetitia, triumphare gaudio capitur. *Id. 5. Tusc. 6. 16.* Estant levitate, inanique laetitia exsultans et temere gestiens. *Id. 15. Att. 21. 1.* et *Liv. 27. 2.* Exsultare laetitia. *Cic. 2. Phil. 27. 66.* gaudio. *Id. Rosc. Am. 6. 16.* victoria. *Virg. 2. En. 300.* successu exsultans animisque Corœbus. *Quintil. 6. 4. 17.* Exsultare vanæ spe. *Tac. Agric. 8.* Nec Agricola unquam in sumum famam gestis exsultavit: ad auctorem et ducem, ut minister, fortunam refebat. s' *inorgogli*. *Cic. Balb. 26. 58.* Non exsultavit in ruinis nostris Cornelius. *Id. 1. Att. 46. circa med.* Alacris exsultat improbitas in victoria. *sulta e gavazza.* *Id. fragm. de republ.* apud *Non. p. 300. 26.* Quæ mens immoderata in omni crudelitate sic exsultat, ut vix hominum acerbis funeribus satietur.

*Id. Senect. 4. 10.* Hannibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. *Id. Harusp. resp. 1. 1.* Hominem furentem exsultantemque continuit. *Id. Sext. 44. 95.* Qui aliqua ex parte ejus furentem exsultantem repressit. *Id. Topic. 22. 86.* Oratio quum iracundiam restingens, tum metum eripiens, tum exsultantem laetitiam comprimens. Cf. *Gell. 12. 5.* Affectiones animi exsultantes opprime et obterere. che *insolentiscono* Rursus *Cic. 6. Att. 1. 15.* Græci exsultant, quod peregrinis judicibus utuntur. *Id. 2. Legg. 15. 39.* Illa theatra (h. e. spectatores), quæ solebant quandam compleri severitate jucunda Livianis et Neviadis modis, nunc ut eadem exsultant: ut cervices oculosque pariter cum modorum flexionibus torquent! — Hinc Part. præs., cuius plurima superius exempla retulimus,

*Exsultans, antis.* adjective quoque occurrit, unde Sup. *Exsultantissimus I.* I.) Proprie est exsiliens, immoderate sallens. *Quintil. 9. 4. 108.* Paullulum moræ damus inter ultimum et proximum verbum: — alioqui sit exsultantissimum. h. e. quo veluti subsultet oratio. *Id. sub I. b.* II.) Translate (*V. supra II. 2.*) de oratione occurrat, et est immodicus. *Quintil. 10. 2. 16.* Funt pro grandibus tumidi, pressis exiles, latis corrupti, compositis exsultantes. *Id. 12. 10. 12.* M. Tullium suorum homines temporum incessere audentant, ut tumidiorem, et in compositione fractum. exsultantem ac pæne viro molliorem. h. e. nimis oratione lascivientem et petulantem. *Id. 8. ibid. 3. 56.* In elocutione et lumida et exilia et abundantia et arcessita et exsultanta sub idem nomine κακογένιον cadunt. Adde eundem. 9. 4. 69. et 10. 4. 1.

### EXSÜO. *V. EXUO.*

**EXSÜPERA**, a, f. 1. **PATRICALIS.**

**EXSÜPÉRABILIS** vel exuperabilis, e, adj ect. ¶ 1. Passive est qui superari potest, superabilis. *Stat. 1. Theb. 214.* nec exsuperare diris Ingenium mortale. ¶ 2. Item active qui superare potest. *Claudius Quadrigarius apud Gell. 17. 2.* Cujus operam apud Gallos cum prime fortem atque exsuperabile res publica sensit. *Servius* hoc trahit illud *Virg. 3. G. 39.* Immane inque rotam, et non exsuperabile satum. scil. Sisyphi: non quod, inquit, superari non potest, sed quod superare non valet sunnum moctis carcum. Idem ab Homer. *Odys. I. 11. v. 507.* λαχας ἀναθήνης dicitur.

**EXSÜPÉRANS** vel exoperans, antis. *V. EXSUPERO.*

**EXSÜPÉRANTIA** vel exuperantia, a, f. 1. occurrit translati tantum, et est excellentia, praestans, quæ intra mediocritatem non continentur, sed rata osti et singularis. *Cic. 5. Tusc. 36. 103.* An hoc non ita sit omni in populo? nonne omnem exuperantiam virtutis oderunt? Aristides nonne ob eam causam expulsi est patria? *Gell. 4. 18.* Sunt hæc duo exempla ejus (*Scipionis Africani*) fiducia atque exuperantia ingentis. *Id. 14. 1. ante med.* Eos planetas cernere homines non possunt propter exuperantiam vel splendoris, vel altitudinis.

**EXSÜPÉRATIO** vel exuperatio, ōnis, f. 3. exsu-

perantia, superlatio; et occurrit tantum pro figura rhetorica (Gr. ὑπερβολή), de qua ita *Cic. 4. Herenn. 53. 67.* Significatio per exsuperationem fit, quam plus dictum est, quam patitur veritas. *Al. leg. exuberationem.*

**EXSÜPÉRATOR** vel exuperator, ūris, m. 3. superator, vitor. In numero Constantini M. apud Eckhel. *D. N. V. T. 8. p. 83.* Exsuperator omnium gentium.

**EXSÜPÉRATORIUS** vel exuperatorius, a, um, adj ect. *Lamprid. Commod. 11.* Menses quoque in honorem ejus, pro Augusto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Invictum, pro Novembri Exsuperatorium, adulatores vocabant. et 12. Appellatus imperator v. kal. Exsuperatorias. Commodus autem dicit se οὐ περιπότερα, quod idem significat, unitus gaudebat: *Salmas. ex Dion.*

**EXSÜPÉRATUS** vel exuperatus, a, um. *V. voc. seq.*

**EXSÜPÉRÓ** vel exupero, as, avi, atum, are, 1. (ex et supero). Part. *Exsuperans sub A. II., B. II.* et in fin. *Exsuperatus sub B. I.* — Exsuperare, ὑπερβάλλω, usurpat. *Al.* Neutrorum more; et *B* Active.

¶ 1. Neutrorum more exsuperare est ascendere, super alias res existare, sormontare, sporgere in fuori.

I.) Proprie. *Virg. 2. En. 758.* Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento Volvit: exsuperant flamme; surit æstus ad auras.

II.) Translate est præ aliis eminet, preponderare, avere il sopravvento. *Lucret. 5. 384.* quum sol et vapor omnis Omnibus epotis humoribus exsuperant. *Id. 6. 1276.* præsens dolor exsuperabat. *Virg. 12. En. 19.* quantum ipse feroci Virtute exsuperas, tanto me impensus æquum est Consulere. *Ovid. 6. Fast. 372.* arma capessant, Et, si non poterunt exsuperare, cadant. *Sil. It. 1. 56.* Hannibal exsuperans astu, sed devios æqui h. e. abundans. Cf. *Gell. 1. 22.* Abundans nimis et affluens et exsuperans. — Apud *Cic. post red. ad Quirit. 10. 24.* Dum anima exsuperabo mea. *rectius legendum est* spirabo.

B) Active exsuperare est idem quod superare, ascendere adeoque prætereire, ascendi, sormontare, oltrepassare.

I.) Proprie. *Virg. 2. En. 206.* Pectora quorum inter fluctus arrecta jubæque Sanguinem exsuperant undas. stanno sopra l'onde. *Al. leg. superant.* *Plin. 14. Hist. nat. 1. 3. (12).* Vites ulmos exsuperant. *Lucret. 2. 232.* corpus aquæ naturaque tenuis Aceris haud possunt æque rem quamque morari, Sed citius cedunt gravioribus exsuperant. *Virg. 11. En. 905.* Exsuperant jugum, silvaque evadit opaca. *Seneca Ep. 31.* Surge et respira et elivum istum uno, si potes, spiritu exsuperas. *Val. Flacc. 2. 622.* Jagi juga Percotes Pariumque infame fragoris Exsuperant Pitiamque vadis. *Plin. 6. Hist. nat. 17. 21. (62).* Exsuperare amnum. *Id. 36. ibid. (2).* 1. 1. Alpes ab Hannibale exsuperant. — Huc pertinent et illa *Plin. 18. Hist. nat. 18. 47.* (168). Nilus exsuperayit sedecim cubita. h. e. excessit. *Id. 9. ibid. 17. 30. (64).* Binas libras ponderis raro exsuperant.

II.) Translate. *Vet. Poeta* (h. e. *Ennius*; *V. Ennianæ poesis reliq. ed. J. Vahleno*) apud *Cic. 4. Tusc. 35. 77.* Quis homo te exsuperavit usquam gentium inuidientia? *Liv. 3. 11.* Exsuperare omnes Tarquinios superbia. *Id. 28. 43.* Laudes alicujus noui soutin assequi, sed etiam exsuperare. *Ovid. 4. Trist. 4. 2.* Exsuperas morum nobilitate genus. *Id. 1. Twist. 5. 56.* Materia vires exsuperante meas. *Plin. 2. Hist. nat. 11. 8. (50).* Exsuperare aliquid latitudine. *Id. 17. ibid. 23. 35. (213).* Reditum impedita exsuperant. *Vet. Poeta* apud *Cic. 2. Divinat. 10. 25.* Quod fore paratum est, id summum exsuperat Jovem. h. e. vincit. Sic *Virg. 7. En. 391.* Exsuperare cæcum consilium. h. e. furentem populi reprimere impetum. *Liv. 7. 24.* Multitudo Gallorum, seosum omnem talis danni exsuperans, velut nova rursus exortente acie, etc. *Vol. Maz. 5. 9. extr.* Tu vero, pater, vive, et me quoque exsuperas. h. e. mihi superstes sis, a me sopravivi. *Plin. 14. Hist. nat. 2. 4. (33).* Vitis vino, quod genuit, exstatum non exsuperans. h. e. ultra æstatem non durans. — Hinc Part. præs., cuius exempla et superius retulimus,

Exsuperans, antis, adjective quoque occurrit,

quae Comp. *Exsuperantior et Sup. Exsuperantis-*  
*simus: translate usurpatum, et est praestans, excelle-*  
*re, excellente.* *Gell.* 6. 8. *Müller exsuperantior for-*  
*ma, Id. 3. 9. de quo Sejano. Haud credibili pulcri-*  
*tudine vigoreque, et colore exsuperantissimo. Ita*  
*Cohn emendaendum putat pro exuberantissimo,*  
*quod exhibent vulgati libri. Id. 14. 3. extr.* De iis  
*spud altos, uter esset exsuperantior, certabatur.*  
*Apul. Dogm. Plat.* 1. Providentiam esse summi  
*exsuperantissimum deorum omnium. Inscript. a-*  
*pud Spon. Miscell. erud. antiqu. p. 71. 1. o. m. SVM-*  
*MO EXSUPERANTISSIMO. Adde aliam apud Don. cl. 3.*  
*n. 31. In nummo Commodi Aug. apud Eckhel. D.*  
*N. V. T. 7. p. 115. IOVI EXSUPERANTISSIMO. Ille*  
*idem Jupiter a Calymacho hymn. in Jov. v. 91.*  
*appellatur. Κρονίης παντοπότας. V. Winkel-*  
*mann. T. 8. p. 99.*

**EXSUPPURO**, as, are, a. 1. pus amoveo. Translate. *Tertull. Pall.* 5. exir. Non facile quis has purulentias civitatis eliciet et exsuppurabit. *At. leg.* exvaporabit.

**EXSURDATUS** vel exardatus, a, um. *V.* vor seq.

**EXSURDO** vel exurdo, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et surdus). Part. *Exsurdatus*. I. — Exurdo est surdum reddo.

I.) Proprie. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 52. (141). Paniculae flos aures si intravit, exsurdat. *Val. Max.* 2. 2. n. 3. Graecis actionibus aures curiae exsurdantur. *Seneca Ep.* 94. a med. Exsurdatus clamoribus.

II.) Translate. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 38. Fervida quod subtle exurdant vina polaturn. h. e. hebetant.

**EXSURGO** vel exurgo, surgis, surrexi, surrectum, surgere, n. 3. (ex et surgo), *εγένετο*, est idem quod surgere, consurgere, erigi (It. sorgere, alzarsi in piedi, rizzarsi; Fr. se lever quand on est assis, se mettre debout; Hisp. levantarse de la silla, ponerse en pie; Germ. sich erheben, emporheben, in d. Höhe richen, aufstehen; Angl. to rise, rise up).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de hominibus. *Plaut. Rud.* 1. 5. 22. Manus mihi date, exsurgite a genibus ambae. levatevi da' miei ginocchi. Cf. *Liv.* 27. 41. Tempus exsurgendi ex insidiis et aggrediendi hostem. Rursus *Plaut. Rud.* 4. 2. 10. De nocte multa impigre exsurrexi. *Id. Bacch.* 4. 4. 105. Ubi erit accubitum semel. ne quoquam exsurgalis. non vi moviate per andare altrove. *Id. Mil. glor.* 2. 1. 3. Qui auscultare nolit, exsurgat foras. sorga e vada. *Cic. 1. Orat.* 62. 265. Et quem exsurgaret, simul arridens etc. *Id. Cquent.* 60. 168. Tu autem, nisi molestum est, paullisper exsurge. *Id. Planc.* 42. 102. Huc exsurge tamen, queso: retinembo et complectar. alzati e vien qua. *Tac. 2. Hist.* 14. Aries ita instruta, ut pars in colles exsurgere, etc. salisse e si postasse sui colli. ¶ 2. Latiori sensu de inanimis, quae exsurgere dicuntur, quum attolluntur. *Liv.* 6. 4. Et Roma quin frequenter crescere, tum tota simul exsurgere adificis. *Seneca Hippol.* 1012. furenti pontus exsurgit sion, regante Coro. si gonia. *Sil. It.* 7. 274. Qua nemora-sa-juga et scopulosi vertice colles exsurgunt. *Plin. 5. Hist. nat.* 27. 27. (97). Ubi Taurus ab Indico mari exsurgit. *Id. 24. ibid.* 19. 113. (173). Inde alii ramuli exsurgunt. *Seneca Troad.* 536. Generosa in ortus semina exsurgunt suos. h. e. exascurunt crescuntque. — Passive impersonaliter. *Plaut. Pseud.* prot. in fin. Exorgi melius est lumbos atque exsurgier paragoge pro exsurgi.

II.) Translate est erigi atque adeo — a) Recreati, confirmari, sollevarti, rimetterti, prender animo. *Cic. 2. leg. Agr.* 32. 87. Haec non solum affixerunt, sed etiam, ne quando recreata exsurgere atque erigere se possent, funditus sustulerunt. *Id. 13. Phil.* 18. 38. Si causa Pompejanorum esset jugulata, numquam exsurgere. *Id. 12. Fam.* 10. extr. Auctoritate vestra respublika exsurgit, et in aliquo statu tolerabili consistet. *Albinov.* 1. 353. Alta mane, supraque tuos exsurge dolores. — b) Item insurgere, crescere. *Seneca Med.* 49. Gravior exsurgat dolor. *Petrion. Satyr.* 2. Grandis et, ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa, nec turgida, sed naturali pulcritudine exsurgit.

**EXSUSCITATIO** vel exsuscitatio, omnis, f. 3. actus exsuscitandi: appellatur translate figura rhetorica, de qua *Cic. 4. Herenn.* 43. 55. Mutatur res tractan-

do, si traducitur ad exsuscitationem, quam et nos communis dicere videamus, et auditoris animum commovemus. *Id. ibid.* 42. 55. Si sententiam trahicimus aut ad sermocinatioem, aut ad exsuscitationem.

**EXSUSCITO** vel exsuscito, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et suscito) idem quod suscito, addita ex intensitate, h. e. a somno suscito.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic. Mur.* 9. 22. Te gallorum, illum buccinarem cantus exsuscitat. ¶ 2. Latiori sensu dicitur de igne. *Liv.* 21. 3. extr. Parvus ignis magnum incendium exsuscitat. *Ovid. 5. Fast.* 507. Ipse genu posito flammam exsuscitat aura.

II.) Translate. *Cic. 3. Herenn.* 21. 34. Si naturalem memoriam exsuscitaverimus bas notatione. *Id. 1. Off.* 4. 12. Quae cura exsuscitat animos, et majoros ad rem gerendam facit. *Brutus apud Cic. 1. ad Brut.* 16. Magis tu te exsuscita, ut etc.

**EXSUSURRO**, as, are, a. 1. valde susurro. Vox a Lexico expugnanda; occurrit enim tantummodo in *Nat. Vir.* p. 45.

**EXTA**, drū, n. plur. 2. *Extum pro extorum* dure dixit *Pacuvius* apud *Cic. Orat.* 46. 155. — *Exta, ex, f. 1. lector in Inscript. apud Marin. Frat. Arv.* n. 41. *lin.* 18. *DEINDE REVERSES AD ARAM EXTAS REDDITI PORCILIARES; ITEM IN CIRCO EXTAM VACCINAM REDDIDIT. et n. 42. lin.* 12. *quorum extas redditae sunt. et n. 42. lin.* 22. *extas reddit ad aram.* Hę *Inscriptions* pertinent ad an. a. *Chr.* n. 218. et seqq., imperante Antiochino Aug. Elagabalo. — Ratione habita etyma, *Paul. Diac.* p. 78. 18. *Müll.* Extas, inquit, dicta, quod ea diis prosecutur, que maxime extant eminentique. Alii deducunt ab exsecando, quasi exsecia. *Döderlein, Latein. Synonym.* vol. 6. p. 117. contendit, exta esse per synecopam ab ἔxκατα intestina. — Ceterum exta sunt viscera, ac praesertim cor, pulmo, jecur, lien, in eo autem differunt a visceribus, quod viscera est nomen generale, exta vero particularē, ut patet ex *Plin. 11. Hist. nat.* 37. 77. (197). Extas a homini ab inferiore viscerum parte separantur membrana. *Id. ibid.* Exta serpentibus et lacertis longa. *Id. 28. ibid.* 5. 14. (56). *Hippocrates* tradidit, non prandientum exta celerius senescere. *Plaut. Pæn.* 3. 6. 9. Extis satur sum factus probe. — Porro veteres et ad divinationem et ad sacrificia extis utabantur. Ab extis multa solebant divinare. Inspiciebantur enim casæ hostiæ viscera, quæ si felicia essent, (felicissima autem habebantur, si duplicita apparerent; item si integra, sana, etc.; contra vero tristia, si aliquæ confecta tabe, aut si eorum aliquid decesset) coquebantur in foco, deinde secabantur partes, quæ diis essent immolanda, et quæ ad vescentium sacrificiis relinquenda. Caput in extis quid sit, in *CAPUT* dictum est. *Cic. 2. Divinat.* 12. 28. Si est in extis aliqua vis, quæ declarat futura, necesse est, etc. et mox. Non dicam gallinaceum fel, (sunt enim, qui vel argutissima haec exta esse dicant) sed tauri opimi jecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit? et 13. 32. Extis exquirere aliquid. et *ibid.* Exta inspicere. et 15. 36. Tristissima exta sine capite. *Curt.* 7. 7. et 9. 4. Exta spectare. *Virg. 4. En.* 63. pecunia reclusus Pectoribus iohians, spirantia consulti exta. *Servius* docet, quum probata et elia aria superponerentur. Simile est illud *Liv.* 26. 23. in fin. C. *Claudius Baeren Dialis*, quod exta perperam dederat, flaminio abiit. *Dare* enim exta est ea ita distribuere, ut ritus postulat sacrificii: nempe quædam in extis abscondebantur et projiciebantur; quædam diis in ora offerebantur; quædam a sacerdoti et populo consumebantur, ut in *Festo* p. 218. 2b. *Müll.* colligitur. Cf. *Varro 1. R. R.* 29. 2. Sic quoque exta diis quinu dabant, porrigere dicebantur. *Veranius* apud *Macrobi.* 3. *Saturn.* 2. Exta porrigiuntur, diis danto in altaria, aramye, focumve, eovæ, quo exta dari debebunt. *Martial.* 11. 57. Exta Jovi dare. *Virg. 8. En.* 252. Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras, Et solida imponit taurorum viscera flammis, Pingue super oleum infundens ardentibus extis. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 31. Si sacrificem summo Jovi, atque in manibus exta teneam, ut porriciam. (V. *POBRICIO*). *Id. Pæn. a. 2. v. 18.* Omnibus in extis ajebat

**EXTEMPLO**

portendi mihi malum damnumque. *Sueton. Ces.* 77. *Exta latiora. Cic. 2. Divinat.* 17. 38. Primit extis minari, bene promittere secundis, et mox ibid. Exta bona, aut non bona. *Id. Topic.* 20. 77. Praesensio per exta. *Tibull.* 3. 4. 5. venture nuncia sortis Vera monent Tusci exta probata viris. — *Mutu exta* appellabant, in quibus nihil divinalis animadvertebant. *Paul. Diac.* p. 156. 12. *Müll.* Hinc fibra loqui dicuntur, quum significant ac portendunt. V. **FIBRA**. — *Regalia exta* appellantur, quæ potentibus imperator honorem pollicentur; privatis et humilioribus hereditates; filio familiæ dominationem. *Festus* p. 289. 27. *Müll.* — *Extorum tri-* stium notæ quæ fuerint omnes, habes apud *Senec. Cæd.* 353. et seqq. et *Lucan.* 1. 608. et seqq. — *Arietum exta* non in veru, sed in olla coqu solita in sacrificiis, docet *Varro* 5. L. L. 98. *Müll.* — *Exia obscena* vocat membra virilia *Minuc. Fel. Octav.* 24. ad fin.

**EX TABELLARIO**, m. qui in militia fuit tabellaris. *Inscript. apud Renier.* 416. D. M. S. ET BO-NA-QVIETI ATRELIAE SEVERAE - HELIODORY AVGG. LIB. EX TABELLARIO CONIVG PISSIMAB.

**EXTABEO**, bes, vel rectius

**EXTABESGO**, bescis, blii, bescere, n. 2. (ex et tabesco) tibi consumor, contabesco.

I.) Proprie. *Cic. 3. Tusc.* 12. 26. ex vet. Poeta. Refugere oculi, corpus macie extabunt, Lacrimæ perdere humor exsangues genas. *Sueton. Galb.* 7. *Fame* extabuit.

II.) Translate. *Cic. 2. Nat.* D. 2. 5. Vidamus certas opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse. h. e. evanuisse.

**EX TABULARIO**, m. qui fuit tabularius inter officia domus Augusti enumeratus. *Inscript. apud Orell. 2063. LVCIDAS AVGG. TERR. MARITAE INCORPORABILI QVÆ VIX. ANN. XXIII. M. II. D. XY. CATSERIARIVS AVGG. LIB. EX TABVLAR. h. e. libertus et tabulario, seu tabularis, ut apud *Don.* p. 312. 5. *Aria apud Murat.* p. 890. M. ARIEL. VICTORINO AVG. LIB. EX TABVLARIS. h. e. tabularis.*

**EXTENIATUS. V. EXTENUATUS.**

**EXTALIS**, is, m. 3. In *Gloss. Philar.* exponitur ἔπος, quod tum podicem, tum intestinum rectum podici commissum significat. *Veget.* 5. *Veterin.* 5. 1. et 2. et 3. et 5. *Ibid.* 10. 1. *Schneid.* pro intestino recto, quod morbo aliquo ex podice exstet, arcipere videtur. *Hinc Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 5. 9. Computrescebant prominentes extantes eorum. h. e. haemorrhoides. Et *Marcell. Empir.* 31. ante med. Extalem prominentem vino lavari prius, deinde cordo angli, et pollice propelli introrsum oportet.

**EXTANS. V. EXSTANS.**

**EXTANTIA. V. EXSTANTIA.**

**EXTAR**, olla, ubi exta coquebantur. Ita *Gloss. Philar.* *Hæc el. Furanello:* ipse legendum potio Extaris olla etc. V. vor. seq.

**EXTARIS**, e, adjact. ad exta pertinet. *Plaut. Rud.* 1. 2. 47. Semper petunt aut culturum, aut veru, aut aulam extarem. h. e. olla exta coquendis nam exta aut veru assabuntur, aut olla elabescuntur. V. vor. præc.; et *Marin. Frat. Arv.* p. 593.

**EXTASIS**, is, f. 3. alienatio a sebus. stupore. a v. Graeco ἔσθρημα effero, et obstrupecio. *Vulgar. interpr.* Act. 3. 10. Et impleri sunt stupore et extasi in eo, quod configural illi. In *lemmate Psalm.* 30. *Psalmos David*, pro extasi.

**EXTEMPLO**, adverb. Videbor quibusdam dictum esse per synecopam ab extemplo, quod eodem sensu usurpatu a *Plaut. Autul.* 1. 2. 15., *Cist.* 1. 1. 99. et 2. 3. 30., *Bacch.* 4. 9. 44., *Mil. glor.* 2. 5. 51. et *Pæn.* 1. 1. 55. Itaque extemplo idem esse patet, quod ex tempore, ut a tempore factum sit deminut. tempulum, inde extemplo, extempo. Hanc sententiam recentiores plerique tuentur. At *Forcellinus* hæc addit: Verius est tamen, illud u. per enchythesin interjectum esse metri causa, quia semper in fine versus a *Plauto* adhibetur in eo metri genere, quod penultima syllaba brevem habeat. — Ceterum extemplo (omissis variis etymologorum sententiis) idem omnino est atque illico, teste *Merusio*. Ut enim hoc ab e loco factum est, ita illud ab ex templo: templum enim et ipsum locum aliquando significat. Itaque ut e vestigio dicimus pro statim; ita illico, h. e. loco, et extempo. Porro hac ratione ab auguris fortasse traxit originem, in quibus augures, auspicio impetrato, continuo ex templo capto disce-

debant, deorum exploratam voluntatem nunciaturi. *V. Servium ad Virg.* 1. *Æn.* 92. et 2. *ibid.* 599. — Porro hoc adverbium sepiissimum occurrit apud *Plautum* et apud alios ante Augusteum etatem, nec non apud senioris ævi scriptores; semel tantum apud *Cic.*, nunquam apud *Cæs.* et *Quintil.* — Itaque exemplo *æx:xa*, est ex tempore, e vestigio, repente, illico, statim, contioquo, cito (It. *tosto*, *subito*, *incontante*; Fr. à *instant*, *sur-le-champ*, *aussillot*, *tout de suite*; Hisp. *luego*, al *instante*; Germ. von dem *Momente oder Augenblicke aus, im Augenblicke, sofort, unverzüglich*; Angl. *immediately*, *quickly, soon*). Occurrit — a) Absolute. *Ennius* 14. *Ann.* 5. Verrunt exemplo placide more marmore flavo. *Plaut. Rud.* 3. 6. 3. PL. Quin occidisti exemplo? *tr.* Gladius non erat. Adde *eum* plurimis in locis. *Nævium*, *Cæcilius* et *Clodius Quadratus* apud *Gell.* 2. 19. 23. et 26. et 9. 13. *Civ. Rosc. com.* 3. 8. Erubescit: quid respondet, nescit: quid singat exemplo, non habet. *Virg.* 1. *Æn.* 96. Exemplo *Æneas* solvuntur fætigè membra. *Id.* 2. *ibid.* 376. Dixit et exemplo sensit etc. *Ovid.* 15. *Met.* 663. Exemplo somnus abit. *Liv.* 41. 1. Alii gerendum bellum exemplo, antequam contrahere copias hostes possent, ali consilendum prius senatum censebant. *Id.* 39. 48. Hac exemplo in invidiā, mox etiam in perniciē vicerunt. *Id.* 40. 48. Exemplo fusi, fugati: mox intra vallum compulsi; postremo exauuntur castris. — Huc referri potest et illud *Stat.*, ubi exemplo est primo aspectu, a prima vista, 2. *Achill.* 88. sed nox illataque fallunt Lumen: et exemplo latuit mensura jacentis. — b) Interdum respondet temporalibus aut conditionibus particulis ubi, ut, quum, quando, postquam, si. — Cum part. ubi apud *Plaut. Curt.* 1. 1. 80. Vinosissime est, eaque exemplo, ubi vino has coaspersi fore, de odore adesse me scit, aperit illico. Adde *eum*. *Capt.* 3. 4. 27.; et *Cæcilius* apud *Gell.* 2. 23. — Cum part. ut apud *Virg.* 8. *Æn.* 3. Utque acres concusserit equos, utque impulit arma. Exemplo turbati animi etc. Adde *Plin. Paneg.* 55. — Cum part. quum apud *Ter. Andr.* 3. 2. 37. Quum intellexerat id consilii capere, eur non dixit exemplo *Pambilio?* *Curt.* 4. 16. Quam quum diu avidi turbidam hausissent, tendebantur exemplo pectoria premitre limo. — Cum part. quando apud *Plaut. Bacch.* 4. 5. 9. Adambulabo ad ostium, ut, quando exeat, exemplo advenienti ei tabellas denū in manus. — Cum part. postquam apud *Ter. Hecyr.* 3. 8. 13. Postquam ictori, exemplo ejus morbiū cognovi miser. — Cum part. si habet *Nævius* apud *Gell.* 2. 19. Si unquam quidnam filium resicerero Argentum amonis causa sumpsæ mutuum; Exemplo illo te ducam, ubi non despicias. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 52., *Rud.* 2. 3. 74. et *Truc.* 1. 1. 24. — c) Apud *Plaut.* sœpe occurrit *quum* exemplo pro simul ac, tosto che: sic *Bacch.* 2. 3. 70. Quum exemplo a portu ire nos cum auro vident, subducunt lebnum. *Id. Most.* 1. 2. 18. Edes quum exemplo sunt parate, expolite—laudent fabrum. Adde *eum*. *Merc.* 2. 2. 24. et *Pœna*. 3. 2. 15. *Id. Capt.* 4. 2. 6. Quum exemplo ad forum advenero, omnes loquantur: hic ille est senex etc. Adde *eum*. *Trin.* 3. 2. 99.

**EXTEMPORALIS**, *e*, *adject.* qui ex tempore fit: et sere ad dicendum refertur. *Quintil.* 2. 4. 15. Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, circulatoria vere jactationis est. *Id.* 10. 7. 16. Extemporalis actio auditorum frequenta excitatur. *Id.* 10. 6. 5. Si aliquis inter dicendum affulserit extemporalis color. *Id.* 11. 2. 3. et 4. 1. 54. Extemporalis oratio. *Id.* 2. 4. 27. dictiones. *Id.* 10. 7. 18. facilitas. *Petron. Satyr.* 6. declamatio. *Tac. Dial. de Orat.* 6. audacia. *Sueton. Aug.* 84. facultas. *Martial.* 5. 54. rhetor. *Plin. I. Ep.* 30. figuræ. *V. Hieronym.* 3. in *Hifin.* n. 10. ad fin.

**EXTEMPORALITAS**, *atis*. *f. 3.* facultas ex tempore aliquid dicendi, faciendive. *Sueton. Tit.* 3. Latine Graecæque linguae vel in orando, vel in fingendis poematisbus promptus, facilisque vel ad extemporalitatem usque.

**EXTEMPORALITER**, *adverb.* exemplo. *Sidon.* 9. *Ep.* 14. Extemporaliter scribere.

**EXTEMPORE**. *V. TEMPUS.*

**EXTEMPULO**. *V. EXTEMPOLO.*

**EXTENDO**, tendis, tendi, tensus et *sæpius* tenuum, tendere, a. 3. (ex et tendo). Part. *Extensus*

II. 1.; *Extensus et Extensus* I. et in fin. — Extendere, extensio, est extra seu ultra tendere, porrigerere, explicare (It. stendere, distendere, allungare; Fr. étendre, allonger; élargir; Hisp. extender, estirar, alargar, ensanchar; Germ. ausdehnen, ausspannen, ausbreiten; Angl. to stretch out, extend, continue, lengthen, enlarge).

I.) Proprie. — a) Generativum. *Plaut. Men.* 1.

1. 18. Istæc nimis lenta vincula sunt escaria; quam magis extendens, tanto astrinxunt arcuus, quanto più li tiri. *Lucret.* 6. 433. quasi quid pugno brachique superne. Conjectu trudatur et extendatur in undas. si cacci, si fischi, c'immerga. *Varro* apud *Non.* p. 215. 14. *Merc.* Scientia docet, quemadmodum in psalterio extendamus nervias. *Cic. 2. Orat.* 59. 212. Idem Crassus quin per tuas statuas dixit, et extendere brachio paullum etiam de gestu addidit, rehementius risimus. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 47. 145. Extensis digitis adversam manum ostenderat. Sic *Quintil.* 11. 3. 119. Extendere mennum. *Velley.* 2. 70. 2. Extentam cervicem præbere. *Plin. 10. Hist. nat.* 61. 84. (183). Extendere crura ad longitudinem. *Id. 32. ibid.* 6. 21. (65). Teste ostorum enim ceterum mulierum extendit. *Id. 18. ibid.* 12. 26. (83). Extendere malleo chartam. *Id. 9. ibid.* 59. 85. (182). Ille inane. *Cæs.* 2. *B. C.* 9. capita tigrorum. *Plin. 34. Hist. nat.* 12. 32. (123). Restes super piscinas lignæ extensa. *Ovid. 4. Trist.* 6. 9. extentus tumet uva racemis. h. e. musto distensis. *Horat.* 1. *Ep.* 23. 21. Majores pennas nido extendisse. h. e. majora sum esse, quam domestica fortuna cerebat. *Plin. 3. Ep.* 5. extr. Extenuere epistolam. h. e. longiorum facere. Cf. *eum*. *2. ibid.* 13. preces. et 7. *ibid.* 9. extr. Immodice epistole me extendi. mi sono steso. *Horat. Art. P.* 208. Extendere agros, dilatare, ingrandire, agros agris adjungere. *V. alia sub d.* *Quintil.* 10. 1. 29. Extendere verba, aut corripere, allungare, producere atiquid addendo per prothesin, penthesin, aut paragogen. — b) Speciatum in re militari. *Curt.* 3. 9. ad fin. Extendere agmen ad mare, porlo in ordine di battaglia. *Id. ibid.* latius aciem. *Id.* 4. 46. 23. phalangem in duo cornua. *Frontin. 2. Strateg.* 4. 18. et consuetudine classem. — Item pro nimis extendero aique adeo extenuare, assottigliare apud *Curt.* 4. 14. Ordine rari, cornua extenta, media aries vana et exulta. *Id.* 4. 13. ad fin. Qui cornibus præterant, extenderat ea jussi, ita ut nec circumvenirentur, si arcuus starcent, nec tamen medium aciem extinarent. — c) Item speciatum ponitur pro sternere, prostrancere, distendere, prostrare. *Petron. Satyr.* 20. Extendere loddiculum in pavimento. *Virg.* 5. *Æn.* 374. Perculit et multa morbiū extendit arena. *V. plura sub d.* — d) Mediorum apud Graecos ratione. *Colum. Arbor.* 17. Oleæ, quæ in proceritatē extenduntur, exaridæ fiunt. *Id. 4. R. R.* 20. 30. Quum ad summum palum vitis extensa est. *Ovid. 1. Met.* 43. Jussit et extendi campos, subsidere valles. *Virg. 10. Æn.* 407. Ignis extendorit per campos, si dilata. *Id. 8. ibid.* 423. Fucus humi lotioque ingens extenditur antro. *Curt.* 9. 5. ad fin. Capit linqui animo et veluti morbiū extendi. *Id. 4. 9.* Si qua eminebant, jussi aquari totumque fastigium extendi. appianare, atterrare. — e) Per extensem funem ire posse proverbi locutione dicitur is, qui quamvis rem arduam, difficultem, mirabilem aggredi potest et perficere. *Horat. 2. Ep.* 1. 210. Ille per extensem funem multi posse videtur ire poeta, meum qui poetus etc.

II.) Translate. — 1. Generativum. *Virg.* 10. *Æn.* 468. Extendere famam factis. *Horat.* 3. *Od.* 3. 45. nomen in ultimas horas. h. e. diffundere. *Liv.* 28. 43. Longius quam quantum vita spatiū est, cupiditas gloriæ extenditur. *Id.* 24. 48. In Africam quoque spem extenderunt. *Quintil.* 4. 5. 3. Extendere partitionem ultra tres propositiones. *Liv.* 34. 4. Extendere se supra vires, far più di quel che si può. *Quintil.* 3. *Declam.* 13. Ad altiorem se honorum gradum extendere, ascendere, avanzarsi. *Petron. Satyr.* 140. Per hanc successionem artem suam per severat extenderem, continuare. *Sueton. Cal.* 38. Pretia (rerum) extendens usque eo, ut pte. accrescendo. Adde *Justin.* 11. 4. *Martial.* 12. 6. Extendere breves census. *Virg.* 12. *Æn.* 609. Extendere cursum, stendere il corsu, avanzarsi, currendo progressi. Sic *Cæs.* 3. *B. C.* 77. Magnis itineribus se extenderem, et *Liv.* 30. 19. Extensis itineribus ire. h. e. inchoato gradu, celeriter, a marcie continuata. — Il-

la sum *JCtorum*, *Modestin.* *Dig.* 32. 1. 33. extr. Nisi specialiter defuncti ad ulteriores voluntatem suam extenderit. *Callistrat.* *ibid.* 48. 10. 15. a med. Quod ad liberas personas extendi non debet. Scœ vola *ibid.* 20. 4. 21. Ad lapidum venditionem officium suum extendit. — 2. Speciatum referit ad tempus. *Liv.* 27. 2. Extendere pugnam ab hora tertia ad noctem. *Sueton. Tit.* 7. commissiones ad medium noctem. *Martial.* 4. 8. labores in horam quatuor. *Virg.* 2. *G.* 405. curas venientem extendit in annum. pensa per l'anno vegnente. *Plin. Paneg.* 49. Non ipsum tempus epularum tuarum, quem frugalitas contrabat, extendit humanitas? Cf. *Seneca 4. Benef.* 13. Sol diem extendit et contrabit. *Plin. Paneg.* 61. Extendere consulatum. *Horat.* 2. *Od.* 2. 5. Extento aro vivere. longa vita. Sic *Sil.* 1. 3. 94. te longa stare senecta. Exunque extendisse velim. et *Vellej.* 1. 11. Extentum vita spatiū. Et poetice *Slat.* 3. *Silv.* 1. 172. Extendere colos, allungar la vita. — Huc referri potest et illud *Plaut. Bacch.* 3. 3. 26. Extendere astatem suam in exercitio aliquo, passare gli anni. — Hinc Part. præter, pass., cuius multa superior exempla retulimus,

Extensus vel *sæpius extensus*, *a*, *um*, *adjective* quoque occurrit, unde Comp. *Extensor* et Sup. *Extensissimus* et *Extentissimus*; et est intentus, prolatus, steso, tirato in lungo, allungato. *Horat.* 2. *Od.* 15. 2. undique latius Extenta visentur Lucrino Stagna lacu. *Quintil.* 11. 3. 76. Oculi rigidi et extenti, aut languidi et torpentes. *Plin. 10. Hist. nat.* 29. 43. (81). de luscina. Sonus acutus, creber, extensus, tirato in lungo, disteso, continuato. *Quintil.* 11. 3. 116. Manus extensores. *Al. leg. ciseriores.* *Theod. Priscian.* 2. *p.* 1. *c.* 2. Si passio augmenta perceperit, ita ut extensoribus vigiliis et febribus et alienationibus adhuc molestissimis terreamur, etc. *Liv.* 21. 32. Castra quam extensissima potest valle collucat. *Al. leg. extentissima*: *V. Drakenborg* ad h. l. *Solin.* 52. Extentissima spatia.

**EXTENEBRO**, *as*, *are*, *a*. *f.* e tenebris educo, In lucem profero. *Varro*: Atque omnes adeo perquirit, atque extenebrat artes. Ita refert *Gevartius* ad *Stat.* 2. *Silv.* 3. 71., quem penes sit fides, unde enim hoc fragmentum eruerit, non compri.

**EXTENSE**, *adverb.* late, ample. Occurrit tantum Comp. *Extensus* apud *Tertull.* *Idolol.* 2. Dominus extensus ista disponit.

**EXTENSIO**, *ōnis*, *f. 3.* actus extendendi. *Veget.* 5. *Veterin.* 14. 2. *Schneid.* Propter quod (in ischuria) extensiones et tubercula nascentur in dorso, et prælocatio circa fauces ex dolore ventris. *Isid.* 2. *Orig.* 15. Ex mallearum percussu et chordarum extensione. *Fulgat.* *Interpr.* *Esaï.* 8. 8. Et erit extensio alarum ejus implens latitudinem terræ tuae. *V. EXTENTIO.*

**EXTENSIPES**, *pediti*, *m.* 3. apud *Diomed.* 3. *p.* 475. *Putsch.* nomen est pedis molossi, qui tribus longis constat.

**EXTENSIVUS**, *a*, *um*, *adject.* qui extenditur, vel extendi potest. Traçolate *Paul. Dig.* 38. 17. 6. Quoniam verba extensiva sunt, premitutia ejus usque ad annum admittenda est.

**EXTENSUS**, *a*, *um*. *V. EXTENDO.*

**EXTENSUS**, *us*, *m.* 4. *V. EXTENTUS*, *us*.

**EXTENTE**, *adverb.* Comp. *Extentius*. — Extente est extendendo. *Ammian.* 23. 4. de ballista. Quadratus eminet stilus extensus. *Al. leg. extensus.* — De syllabarum quantitate est idem ac producte. *Rufin.* p. 2741. *Putsch.* Fuit, extente prima syllaba, metris causa.

**EXTENTIO**, *ōnis*, *f. 3.* actus extendendi. *Vitrini.* 9. 1. 13. *Schneid.* Radii solis extentiocibus portrecti. *Al. leg.* extensionibus. *Theod. Priscian.* 1. 2. *part.* 1. *c.* 3. Lethargicis et phreneticis simile est capitum aut meningæ sub extensione vel constrictione periculum. In cap. proxime preced. meningæ tensio legitur.

**EXTENTO**, *as*, *stum*, *arte*, *a*. *f.* intensivum ab extendo. Part. *Extentans* I: *Extentatus* II. — Extentate est totis viribus extende.

I.) Proprie. *Lucret.* 3. 491. extental nervos, torquetur, anhelat. *Ammian.* 22. 14. Ridebatur, ut homo brevis humeros extentans augustos.

II.) Translate. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 2. Quænam istæc est pulsatio? Quæ te mala crux agitat, ad istum qui modum alieno vires tuas extentes ostio? *Id. Most.* 3. 1. 65. Quid tu te homo omnium tetterime

venisti hue extenuatum? h. e. ut vires laterum tuorum clamando experiri atque ostenderes?

EXTENTUS, a, um. *V. EXTENDO.*

EXTENTUS, us, m. 4. extensio. *Sil. It. 4. 617.* immensusque per armos (elephantum). Et laterum extenus venit alia cuspide valvis. Al. leg. extensus eod. sensu: significantur enim spatha laterum. *Stat. t. Silv. 1. 29. laterum passus, et 4. Theb. 473. laterum tractus dixit.*

EXTENUATIO, ūnis, f. 3. actus extenuandi, deintus.

I.) Proprie. *Seneca 2. Ques. nat. 57.* Aer aut molles extenuat, aut extenuatio incendit. *Plin. 17. Hist. nat. 26. 39. (246).* Vitium extenuatio et dominata palmitum. *Theod. Priscian. 4. p. 313. retro ed. Ald.* Qui sunt pinguissimi corpore ut extenuantur. Ossifragi avis ventriculum siccum ad ventrem attigatis, ita ut corpus contingat et cum homine maneat: ad extenuationem, quantum voluerit, reniet.

II.) Improperie est hoc nomine figura rhetorica sententiarum, qua res extenuamus dicendo et imminuimus: Græcis ἔλαττως, μακρως, ἐποδευτικς. *Cic. 3. Orat. 53. 202.* Et distincte concisa brevitas, et extenuatio. Adde *Quintil. 9. 1. 28. et 9. 2. 3.*

EXTENUATÖBIUS, a, um, adject. extenuandus habens. *Theod. Priscian. de dicta 15.* Extenuatoria virtus.

EXTENUATUS, a, um. *V. EXTENSO.*

EXTENUISSIME, adverb. superl. Legitur a quibusdam apud *Senec. 1. Controv. 4. in fin.*, sed lectio admodum varia est.

EXTENUO, as, avi, atum, are, a. 1. (ex et tenuo). Part. *Extenuans I. 2.; Extenuatus I. 1., II. et in fin.; Extenuandus II. 1.* — Extenuare, καταλεπτων, est tenuum ac subtilem facere (It. assottigliare, diminuire; Fr. rendre mince, tenu, amincir, diminuer; Hisp. extenuar, arregazar, disminuir; Germ. verdünnen, verkleinern, vermindern, schwächen; Angl. to make small or slender).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Varro 1. R. R. 40. 6.* Falce lignum extenuare. *Cic. 2. Nat. D. 39. 101.* Aer extenuatus sublimus fertur. *Id. ibid. 54. 134.* Dentibus manditur, extenuatur et molitur cibus. *Catull. 64. 295.* Extenuata vestigia, che appena si veggono. *Ovid. 5. Met. 429.* Extenuari in aquas. *Plin. 18. Hist. nat. 16. 43. (148).* Arescit et in pulvere extenuatur. *Id. ibid. 7. 10. (53).* Pauici paullatim extenuatus culmus, pene in surculum. *Id. 15. ibid. 3. 3. (10).* Serenitas corpus oleo extenuat. *Id. 31. ibid. 3. 21. (31).* Aquæ cursu percutuisse ipso extenuantur. si fanno più leggiere. *Id. ibid. 9. 45. (105).* Extenuare et levare cutem. amorphidire. At *Silius. reetus leg. extendere;* sequitur enim levare. *Curt. 7. 7.* Modicus cibus et cervicis dolor extenuabat vocem. *infuscchina. Liv. 5. 38.* Extenuare sciem. h. e. ita disponere, ut in longuis tantummodo protendatur: indebolire l'ordinanza. *Sic Id. 31. 22.* Media aries diductis cornibus extenuata. *Id. 21. 62.* In Piceno lapidibus pluisse et Cære sortes extenuare. *Lipstius mallet extenuatoe, h. e. tenuis, quibus involvebantur, solute sed aliis criticis non placet; et sane dixit Id. Liv. 22. 1.* Attenuata sortes. V. *Drakenborg.* ad h. 1. ¶ 2. Speciatim est verbum medicorum, quo minuere, attenuare, discutere significant. *Cels. 6. 6. n. 8.* Vitatis tamen omnibus pituitam extenuantibus. *Plin. 26. Hist. nat. 3. 8. (14).* Extenuare morbos. *Id. 29. ibid. 6. 38. (127).* albugines. *Id. 21. ibid. 21. 89. (154).* destillationes. *Id. 22. ibid. 23. 49. (101).* nervorum vitia. *Id. 20. ibid. 6. 23. (53).* rauicitatem. *Id. 32. ibid. 10. 31. (140).* scabiem. *Id. ibid. 4. 14. (37).* cicatrices.

H.) Translate est inminuere, debilitare, eminui-  
re, extenuare. *Cic. 2. Off. 20. 70.* Neque verbis auget suum munus, sed etiam extenuat. *Id. 4. Ferr. 53. 138.* Locupletissimi ruiusque reus extenuantur, tenuissimi aueriant. *Id. 2. Legg. 23. 59.* Sumptus extenuatus. spesa diminuita. Cf. *Callistrat. Dig. 50. 6. 5. a. med.* Extenuare lacuitates. et *Ulp. ibid. 27. 9. 13.* circa med. Expedire pecuniam ad extenuandum a. alieno. per diffalcare. Rursus *Cic. 5. Att. 13. 1.* Spes nostra extenuatur et evanescit. *Id. 3. Tusc. 16. 34.* Quæ cogitatione una maxime molestias omnes extenuat et diluit. *Id. 7. Ferr. 40. 108.* Si hoc crimen extenuare vellet: nam omnino tolli posse non arbitrabatur. *Liv. 5. 37.* Extenuantes et a. famam belli. *Horat. 1. Sat. 10. 14.* Extenuare

vires. *Ovid. 3. Trist. 3. 57.* extenua fortis male corde ferendo. allegorisci le disgrazie. *Id. 1. Pont. 3. 25.* Cura quoque interdum nulla inedificabilis arte; Aut, ut sit, longa est extenuanda mora. *Tac. 4. Hist. 46.* Extenuare consensum multitudinis. — Huc Part. præter pass., cuius et supra exempla retulimus, Extenuatus, a, um, adjective quoque occurrit, un. Sup. *Extenuatissimus L.* ei est attenuatus, de-minutus.

I.) Proprie. *Brutus apud Cic. 11. Fam. 13. 2.* Copiose meæ sunt extenuatissimæ et inopia omnium rerum pessime acceptæ. *Frontin. de colon. p. 114. Goes.* Extenuati limites.

H.) Translate. *Cic. 2. Herenn. 24. 37.* Hujusmodi in rationibus non universa neque absoluta, sed ex-tenuata ratione exposito confutatur.

EXTER vel exterius, a, um, adject. (ab extra, ex). Comp. *Exterior sub B.; Sup. Extremus (cum alio Comp. Extremor et Sup. Extremissimus) sub C., et Extimus sub D.* — Rectus casus exter agnoscitur a *Priscian.* sub init. l. 3., qui ita legit illud Statii 41. *Theb. 428.* Sed quid apud tales, quies nec sua pignora cura. Exter honos? Verum hodie in libris alter legitur, ut et illud *Ennius apud Festum p. 258. 9. Müll.* Et quis exter erat Romæ regare quadrata (quod *Fahler.* in *Enz. Poes. rel. leg.* Et qui sextus erat Romæ etc.). *Papinian. Dig. 31. 1. 71.* Quod exter etiam heres prestat cogetur. *Pau- lin. Nolan. carm. 21. 507.* Nunc iste vobis exter et uester manet. *Aude eumd. ibid. 816.* — Ceterum exterius, ἀλισπος, est exterius, extenuans, alienus; et quam de personis seimus est, significatur is, qui alienus est vel civitate, vel ditione, vel familia, vel collegio etc. (It. esterno, straniero; Fr. du dehors, extérieur, externe, étranger; Hisp. exterior, extero, extraño, extraniero, forastero; Germ. ausserhalb besindlich, auswärtig, fremd; Angl. of another country, foreign).

4) Posit. *Exterus apud Cic. et Cœs. in plurali tantum numero occurrit; quod enim Forcellinus assert *Cic. 2. Cat. 13. 29.* Ab extero hoste atque longinquu corrigendum est externo, ex plurimorum optimorumque Codicum fide. *Papinian. Dig. 29. 2. 83.* Exterus heres institutus. *Id. ibid. 29. 2. 84.* Emancipatus vero aut exterus non aliter possunt redditum capere etc. *Id. ibid. 31. 1. 69.* Si duos de familia heredes scriperit, et partem quartam extero largaverit. *Lucret. 2. 435.* tactus Corporis est sensus, vel quam res extera sese insinuat, vel etc. *Id. ibid. v. 277.* Extera vis multis pellit. *Irig. 4. En. 350.* et nos fas extera querere regua. *Cic. Divin. in Q. Cœcili. 5. 18.* Hæc lex socialis est, hoc jus natuum exterarum est. *Id. Fontej. 11. 25.* Dubitabitis non modo vestris civibus, verum etiam exteris nationibus ac gentibus ostendere, vos etc. *Id. Cœcili. 34. 100.* Apud exteras civitates. *Cœs. 3. B. C. 43.* Apud exteras nationes. *Quintil. 11. 1. 89.* Ad exteras nationes. *Sueton. Cœs. 84.* Exterarum gentium multitudo. — Absolute. *Plin. 18. Hist. nat. 3. 5. (22).* De cultura agri præcipere principale fuit etiam apud exteros. — Et neutr. plur. num. cum Genitivo. *Plin. 2. Hist. nat. 67. 67. (169).* Ed extera Europa noscenda missas Himilio. i paesi fuori d'Europa. *Id. 22. ibid. 23. 49. (103).* Laser ad extera corporum indubitate concessiones habet, p' malii, che vengono al di fuori de' corpi.*

B.) Comp. *Exterior, ius, ūris, ἔξτρεμος (It. esteriore, al di fuori; Fr. du dehors, extérieur; Hisp. exterior, lo que está por la parte de afuera; Germ. weiter nach Aussern, besindlich, äusserlicher; Angl. more outward, outer, exterior)* positivi tere significationem habet, sicut contrarium est interior, ut apud *Cic. Tim. 7.* Quum alterum fecisset exteriorum, interiorum alterum amplectus orbem. Sic apud *Cœs. 3. B. C. 63.* Simul ex navibus milites in exteriorum vallum tela jaciebant; — et legionarii, interioris munitionis defensores etc. *Id. 7. B. C. 79.* Colle exteriore occupato. *Id. ibid. 87.* Circumire exteriore munitiones. *Id. ibid. 74.* Pares munitiones contra exteriorem hostem perfecit. *Horat. 2. Sat. 5. 15.* Qui quamvis perjurus erit, sine gente, cruentus sanguine fraterno, fugitivus; ne tameo illi Tu comes exteriore, si postulsi. ire recuses. h. e. comitari loco inferiore, ita ut tanquam minor, tegas latas et obsequare. *V. INTERIOR.*

C.) Sup. *Exterus, a, um, tex quo et Comp. Ex- tremor apud Apul. 1. et 7. Met., et Sup. Extre-*

missimus apud *Tertull. Apolog. 19.*) *extato;* *sa-xxato;* est ultimus, postremus. It. *ultimo, estremo,* fuori di tutti; Fr. *extrême, dernier;* Hisp. *extremo,* postremo, ultimo; Germ. *der, die, das äusserste,* letzte; Angl. *extreme, last, final.*

II.) Translate est extricare, liberare, eripere. — a) Mala, quibus quis aut quid liberatur, occurrint in Ablatiyo vel raro in Dativo. *Ter. Phorm.* 1. 4. 3. Quæ (mala) neque util devilem scio, neque quo modo me inde extraham. *Id. Hecyrr.* 5. 4. 36. Nec scis, Parmeno, quantum hodie profueris mihi et ex quanta seruina extracteris. *Cic. Sext.* 4. 11. Quam jam Capuam metu Sextius liberasset, urbem senatus atque omnes boni, me duce, ex periculis maximis ex- traxissent. *Seneca Phæniss.* 5. Inveniam viam, que me ab hac vita extrahat. *Ulp. Dig.* 21. 1. 23. § 3. Qui (servus) aliquid fecit, quo magis se rebus hu- manis extractat, ut puta laqueum torsit, medicamen- tum pro veneno bibit etc. *Seneca Ep.* 95. circa med. Imbecilliores aijugabit malisque opinacionibus extra- het. *Seneca Troad.* 657. Aliquem pcoæ extrahere, soltrarre. Et absolute *Nepos Eumen.* 5. Se ac suos omnes extractit incolumes. — b) Aliquando mala in Accusativo occurrint cum addito Ablativo ejus, qui ab his liberatur; et extractare est evellere, dele- re. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 34. 108. Carneades opinationem et temeritatem ex animis nostris extractit. Cf. eundem. 1. *Nat. D.* 43. 121. Epicurus ex animis hominum extractit radicis religionem. — c) Inter- dum additur finis, in quem quid extractur, et est producere, publicare. *Liv.* 39. 16. ad fin. Qui (di) ex occultis ea (sceleris) tenebris in lucem extracte- runt. *Seneca Hippol.* 884. Secreta mentis verberum vis extractit. ¶ 2. Speciatim usurpotur de tempore; et occurrit — a) Cum Nominativo persone et Accusativo rei, et est in longum trahere, protractare, tirare in lungo, portare innanzi. *Cic. 1. Fam.* 4. 1. Res ab adversariis nostris extracta est variis ca- lumbis. *Liv.* 34. 46. Si videtur ei, maturaret ve- nire: se tergiversando in adventum ejus rem extra- clerum. *Id.* 4. 41. Usque ad noctem extractum cer- tam. *Id.* 3. 2. Extractum in tertium annum bel- lum est. *Tac.* 4. *Ann.* 73. Pugna in posterum extra- cta. *Id. Germ.* 22. Somnum plerumque in diem extra- hant. *Frontin. Aquæd.* 5. Qui (*Appius Claudius Cæcilius*) multis tergiversationibus extractisse censu- ram traditur, donec et viam et bujus aquæ ductum consummaret. *Quintil.* 4. 1. 43. Extrahere aliquid in infinitum. allungare. — b) Cum Nominativo personæ et Accusativo temporis, et est trahendo con- sumere, transigere, consumare, passare tirando in lungo. *Cæs.* 1. *B. C.* 32. Catone acerrime repugnat te et pristina consuetudine dicendi mora dies extra- hente. *Id. ibid.* 33. Triduum disputationibus excu- sationibusque extractur. *Id.* 3. *ibid.* 28. Simulatio- ne deditiois extractum primum noctis tempus. *Liv.* 32. 9. Ne, missa e manibus hoste, sine ultro effectu cæstas extractheretur. Adde *Cæs.* 5. *B. G.* 22. *Liv.* 38. 44. Et tempus eum morando extracturum diceret. *Seneca 2. Benef.* 5. in fin. Diem de die extractare. *Curt.* 10. 2. Prolatando aliquantum extracterant tem- poris. Adde eundem. 8. 14. et alibi sæpe. *Frontin. 1. Strateg.* 1. 10. Extrahere simulato morbo aliquantum temporis. *Id. ibid.* 5. 19. conditionibus dies aliquot. *Fal. Flacc.* 1. 277. noctem dulci testudine vates Extractus. — c) Absolute. *Liv.* 2. 22. Jam re- tro eludi atque extracti se multitudine putare. — d) Poeticæ. *Stat. 3. Theb.* 574. Bisseno premis ora die, populumque ducemque Extractus incribit. *Id. 1. ibid.* 322. spes auris mentem Extractit, et longo consumit

gaudia voto. h. e. suspensum tenet et cruciat ani- mum.

**EXTRAMEATUS** et extremitatus, us, m. 4. actus meandi extra. Vox a Lexico expungenda, occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 85.

**EXTRAMUNDANUS**, a, um, adject. qui extra mundum est. *Capell.* 1. p. 14. Extramundanus petere latitudines. *Id.* 2. p. 45. Extramundanus latitudines eum transcendisse cognoverat. *Id.* 9. p. 308. Extramundane omnes intelligentiam surreverunt. *Ca- pell.* quæ hic extramundana, alibi, scil. 2. p. 43, ul- tramundana vocat. Ceterum e Neo-Platonorum doctrina hæc explicanda sunt, ut recte monet *Koppius* ad h. l. *Capella enī Latice reddit Græcum ὑπερφύσιον*, quo Jamblicus et Sallustius philosophus utuntur duo deorum genera distinguentes: ὑπερφύ- σιον et ὑπερφύσιος, ut Sallustius; sive, ut Jambli- cus, ὑπερφύσιος.

**EXTRAMURANUS**, a, um, adject. qui extra mu- rum est, rui opponitur intramuranus. *Lamprid.* *E- lagab.* 27. Exoleti extramurani et intramurani. V. **INTRAMURANUS**.

**EXTRANATURALIS**, e, adject. ad naturam non pertinens. *Tertull.* *Anim.* 43. Naturalium et extra- naturalium discretio.

**EXTRANEE**, advarb. extranea ratione, adeoque improprie. *Boeth. Aristot.* *Topic.* 1. 14. p. 671. Quæ commune in omnibus genus assignantes, ar- blitrarim non entrante defloire.

**EXTRANO**, as, etc. V. **EXTERNO**, as.

**EXTRANEUS**, a, um, adject. (extra) extrarius, externos. ¶ 1. Generatio. *Cic. 3. Herenn.* 1. 2. Propter aliquam extraneam causam. *Id.* 4. *ibid.* 31. 42. Cognovisse quadam extraneo. *Id.* 2. *Invent.* 56. 168. et 59. 177. Utilitas aut in corpore positæ est, est in extraneis rebus. *Plerique tamen leg. extractis.* *Id. fragm.* apud *Colum.* 12. R. R. *præsat* (si modo ea *Ciceronis* verba sunt, et non sola sententia). A natura comparata est opera molieris ad domesticam diligentiam: viri autem ad exercitationem forensem et extraneam. ¶ 2. Speciatim qui ex alia familia est, aut patria, aut gente. *Sueton. Aug.* 60. Filium extraneorum ecclœ adeo prohibuit, ut etc. *Id. Claud.* 4. *extr.* Ne heredem quidem, nisi inter tertios, ac pene extraneos nuncupavit. *Tac. Agric.* 43. Finis vita ejus nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotusque non sine cura fuit. *Justin.* 1. 10. Ut non tali in extraneum translatum, quæ in familiam reversum videretur, *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 7. (39). Extranei interventu aut si dormiens spectetur infans.

**EXTRÄORDINÄRUS**, a, um, adject. qui est extra ordinem, qui præter consuetum morem cursum re rerum fit. *Varro* 2. *R. R.* 1. 28. Extraordinaria fructuum species duæ accidunt magnæ, quarum una est tonsura, altera de lacte et caseo. h. e. præter ordinarium, qui est ex seculis. *Cæs.* 1. *B. C.* 32. Se nullum extraordinarium honorem appetit: sed exspectato legitimo tempore consulatus, eo suis contentum. *Cic. 11. Phil.* 8. 20. At enim C. *Cæsari* extra- ordinariū imperium mea sententia dedi: ille enim mihi præsidium extraordinarium dederat. *Id. Brut.* 63. 226. Extraordinaria consulatus petitio. *Id. 7. Ferr.* 14. 35. Extraordinaria cupiditates. et 3. *ibid.* 39. 100. pecunia. h. e. quæ nec de redditibus, neque de anninis, neque de aliqua legitima accessione vi- dentur adjectæ, ut al. *Ascon.* sed ex sordida lucris et lurtis: V. *Klotz* ad h. l. *Liv.* 40. 31. Equites extra- ordinarii sinistriæ alæ. *Id. ibid.* 27. et 34. 47. Extraordinariae cohortes. h. e. alarizæ, ex militibus so- ciorum selectæ, qui erant extra ordinem ac numero legionum. Vel legionarie quidem, sed extra legi- onum aciem, separato ordine dispositæ. et *ibid.* Extraordinaria porta erumpere. h. e. prætoria, inquit *Gronov.* ubi tendebant extraordinarii. Non ideo ita dicta, quia ibi tenderent, sed quia illa porta extra ordinem erumpere jussi sunt, quo robur legionum exire mos erat, non cohortes aliquot extraordinarias. Lips. vult, meadow esse, et ordinaria reponi, eamdem prætoriam intelligendo. — Extraordinaria a JCtis dicuntur ea, de quibus nihil legi est constitutum, sed eorum cognitio et judicium extra ordinem ad prætorem pertinet, ejusque arbitrio subjicitur. Hinc titulus 11. lib. 47. *Dig.* De extra- ordinariis criminibus inscribitur: et tit. 13. lib. 50. De extraordinariis cognitionibus. *Ulp. Dig.* 47. 20. 2. Coercitio extraordinaria.

**EXTRÄRIUS**, a, um, adject. (extra) exterior, ex-

ternum. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 4. 277. Extraria lux oculorum pertinet. *Cic.* 2. *Herenn.* 13. 19. Absoluta judiciali constitutione utemur, quum ipsam rem jura factam dicimus, sine ulla assumptione extraria defensionis. *Id.* 2. *Invent.* 56. 168. Utilitas aut in corpore posita est, aut in exterioribus rebus. *Al. leg.* extraneis. *Quintil.* 7. 2. 9. Aut in extrariam, aut in ipsis qui perit voluntatem. *Sueton. Vesp.* 5. Canis extrarius et trivio. ¶ 2. Speciatim est alienus, non domesticus, hoc est qui non est ex nostra domo, patria, gente, aut ditione. *Ter. Phorm.* 4. 1. 13. Hanc conditionem si cui tolero extrario. *Al. leg.* extraneo. *Astranius apud Non.* p. 103. 11. *Merc.* Extrarium esse ab aliquo. *Quintil.* 7. 4. 9. Sub extrario accusatorem prodesse numquam potest, in domesticis disceptationibus potest. *Al. leg.* extraneo. *Jabolen. Dig.* 38. 2. 36. Libertus, præterito patrino, exterioris reliquit heredes. — *Paul. Diac.* p. 78. 16. *Müll.* inter extrarium et extraneum sic distinguunt, ut extrarius sit, qui extra focum, sacramentum jusque sit; extraneus ex altera terra, quasi exterraneus.

**EX TRECENTARIO** vel ex tercentario, m. qui in militia fuit trecentarius. *Inscript.* apud *Henz.* 6767., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 66. m. *VETTIO M. F. ANI VALENTI MIL. COH. VIII. PR. PRAEF. PR. DONIS DONATO BELLO BRITAN. TORQVIBUS ABMILLIS PHALERIS EVOG. AVG. CORONA AVREA DONAT.* — EXERCITATORI EQVIT. SPECVLATORVM PRAETOR. — ¶ 1. LEG. XIII. CEM. E TRECENTARIO LEG. VI. VICTOR. DONIS DONATO etc. Adde aliam apud *Orell.* 3457., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 208.

**EXTREMISCO**, is, ere, n. 3. idem ac tremisco. Quidam tribuunt *Minucio Octav.* 28., sed plerique leg. contremiscunt.

**EXTREMITAS**, atis, f. 3. id quod in quoque re extremum est; et occurrit — a) In singulari numero. *Cic.* 2. *Fln.* 31. 102. Infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. *Id. Tim.* 6. Mundus globosus est fabricatus: quod cœptosidēs Græci vocant: cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Id. 4. Acad.* (2. pr.) 36. 116. Extremitas, et quasi libramentum. h. e. extima superficies, eminētia. *Plin. 2. Hist. nat.* 17. 14. (73). Extremiss circuli. *Id. 35. ibid.* 10. 35. (68). pictura. Cf. *Petron. Satyr.* 83. Tanta enim subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem praescisse, ut crederes, etiam animorum esse picturam — b) In plurali numero. *Plin. 6. Hist. nat.* 30. 35. (157). Extremitates *Ethiopiae*. *Id. 31. ibid.* 7. 39. (73). Extremitates lacuum laetum increasunt. *Id. 28. ibid.* 8. 17. (61). corporis. *Id. 23. ibid.* 1. 24. (49). Februum accessiones cum frigore extremitatum. Adde *Petron. loc. cit. sub a.* — Speciatim de vocabulo terminatio. *Charis.* 1. p. 36. *Putsch.* Omnia igitur nomina — non plus quam per duodecim ultimas litteras finiuntur: quoque vocales a, e, i, o, u; sex semivocales l, m, n, r, s, x; unam motuam t. Sequemur ergo has extremitates aut per omnia, aut per ea que in quibusdam nominibus sunt: singulisque extremitatibus quæstiones suas et subjiciemus et solvemus.

**EXTREMO**, mis, mīi, mere, n. 3. idem ac tremino. *Sedul.* 4. 286. Extremuit letale chaos. *Al. melius leg.* Et tremuit.

**EXTREMUS**, a, um. *V.* EXTER.

**EX TRIBUNO**, qui tribunū munere functus est. *Inscript.* apud *Orell.* 3355. m. *DEARIO EX TRIBUNO MILITAVIT ANN. XL.* etc. — In plur. num. *V.* EX-PROTECTORIBUS.

**EXTRICATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**EXTRICO**, as, avi, atum, are, a. 1. (ex el trico). Part. *Extricatus* I.; *Extricaturus* II. 1. — Extrico est exsolvo, expedio, explico, libero.

I.) Proprie. *Horat.* 3. *Od.* 5. 31. Extricata densis cerva plagis. *Ulp. Dig.* 9. 2. 27. ad fin. Si quoniam maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito vel in seculo viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur. h. e. solutas, nullo funiculo colligatas.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro præstare, acquirere, colligere. *Plaut. Epit.* 1. 2. 49. Aliqua ope exsolvam, extricabor aliqua. *Varro* apud *Non.* p. 8. 28. *Merc.* Pucas, eos non citius trices Atellanæ, quam id extricatos? *Valtinus* apud *Cic.* 5. *Fam.* 10. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico. *Phœdr.* 4. 22. Quil magna quoniam maritatis, extricas nihil. h. e. magna jacitas, pollicitusque, nihil expedit, nihil præstas. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 88. Mercedem aut num-

mos unde unde extricat. h. e. parat, expedit. ¶ 2. Item pro purgare. *Colum.* 3. *R. R.* 11. 3. Silvestris ager etiam fructus, aut arboribus obsessus est, facile extricatur.

**EX TRIERARCHO** vel extrierarchus, i. m. qui trierarchi munere functus est. *Inscript.* apud *Orell.* 3600. d. M. L. DOMITIANI EXTRIERARCH. CLASSIS GERM. — Et in plur. num. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 103. d. M. P. PETRONI AFRODISI EX TRIERARCHIS NAVAR.

**EXTRILLIDUS**, a, um, adject. impavidos, quasi qui extra lasciandum est: ab extra et *lēdo*. *Gell.* 19. 1. Hominem conspicimus impavidum et extrillidum. Alii extrillidum interpretantur ex albidum, timore pallentem. *V.* ipsum *Gellii* locum. Alii denique ipsam lectionem sollicitant.

**EXTRINSECUS**, adverb., quod effectum videtur ab antiqua forma extrim, quæ ab adject. *exter*, *exterus*; et est ἔξοδα, extra seu potius ab externo (It. dall'esterno, dal di fuori; Fr. venant du dehors, de l'entérieur; Hisp. por fuera; Germ. von ausser her, von außerhalb; Engl. from without, on the outside, extrinsically).

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 15. 48. Si qui tremerent vel ipsi per se motu mentis aliquo, vel obiecta terribili re extrinsecus. *Id. 2. Orat.* 78. 318. Hæc in dicendo non extrinsecus aliquid querenda, sed ex ipsis visceribus causa sumenda sunt. Cf. *Quintil.* 7. 4. 7. Factum per se improbabile assumptis extrinsecus auxiliis tuemur. Adde *Cic.* 2. *Orat.* 39. 163. *Lucret.* 1. 528. Hæc (corpora) neque dissolvi plagis extrinsecus icta possunt. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 40. 125. Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus inimicos, nobis dormientibus. *Id. 2. Nat. D.* 54. 136. Quam puimones et cor extrinsecus spiritum adducunt. *Id. 2. Divinat.* 27. 58. Humor allapsus extrinsecus. *Id. 2. ibid.* 11. 26. Naturale genus divinandi, quod animus arriperet aut ex ciperet extrinsecus ex divinitate. *Id. 2. ibid.* 50. 103. Quod habet extreum, id cernitur ex alio extrinsecus. *Liv.* 2. 32. Sine ullo metu extrinsecus imminentis bellū. *Cels.* 5. 26. Quum quid extrinsecus læsit, ut in vulneribus: quum quid intra scipsum corruptum est, ut in cancro. *Seneca Ep.* 33. Extrinsecus auscultare. *ascoltar dal di fuori, stando di fuori.*

II.) Impropte. ¶ 1. Extrinsecus est ab vel in exteriori parte, exteriormente: quo sensu eidem opponitur *intrinsecus*, intus, introrsus, ut apud *Cels.* 4. 1. Jecur *intrinsecus* cavum, *extrinsecus* gibberum. *Colum.* 2. *R. R.* 9. 13. Extrinsecus albidum, intus candidum. *Seneca Tranquill. anim.* 10. Sed sciamus, omnia æque levia esse, extrinsecus diversas facies habentia, introrsus pariter vana. — Ceterum *Cic. Tim.* 6. Deinde quoniam animalium circumdedit corpore et vestit extrinsecus. Cf. *Varro 7. R. R.* 1. 79. Ut facilius obscuram operam Myrmecidis ex eborre oculi videant, extrinsecus admovent nigras setas. et *Sueton. Vesp.* 12. Adeoque nibil ornamenti extrinsecus cupide appetivit. *Rursus Cic. 1. Divinat.* 24. 48. Hannibalem, quum columnam auream auferre rellet dubitaretque, utrum ea solida esset an extrinsecus inaurata, perterebravisce. *Id. 5. Fln.* 14. 39. Et nunc quidem, quod eam tuerit, ut de vite potissimum loquer, est id extrinsecus. *Apul. de Mundo.* Extrinsecus singuli custodes locorum erant et janitores et atrientes. ¶ 2. Est etiam extra rem, *fuori di proposito*, apud *Colum.* 1. *R. R.* 6. 17. Hæc etsi extrinsecus, non tam in tempestive videor hoc loco retulisse. ¶ 3. Item pro præterea. *Eutrop.* 9. 25. Pulso Narseeo castra ejus diripiunt, uxores, sorores, liberos cepit, infinitam extrinsecus Persarum nobilitatem. ¶ 4. Adjective. *Tertull. Pall.* 1. Pallium extrinsecus habitus, et ipse quadrangulus estrinsecus. Sed non est imitandus.

**EXTRITUS**, a, um. *V.* EXTERO.

**EXTRO**, as, are, n. 1. exeo, apud veteres. *Afranius* apud *Non.* 104. 21. *Merc.* Similis limen intrabo, illi extrahunt illico. Cf. INTRO, as.

**EXTROMEATUS**. *V.* EXTRAMEATUS.

**EXTROSSUM** et

**EXTROSSUS**, adverb. (extra et versus) in locum exteriorum. *Charis.* 2. p. 168. *Putsch.* Adverbia in locum, ut quo —, foras, introrsum, extrossum, sinistrorsum, retrorsum. Eadem et per s litteram extremam efficerunt, ut extrossus, sinistrorsus, et cetera. *Gloss.* *Cyrill.* Eliz. τὸ ἐξωτερον, extrossum.

**EXTRUCTIO**. *V.* EXSTRUCTIO..

**EXTRUCTUS**. *V.* EXSTRUCTUS.

**EXTRUDO**, dis, si, sum, dere, a. 3. (ex et trudo). Part. *Extrusus* 1. et 3. — Extrudo est extra trudo, per vim expello, compello aliquem celestier proficiisci, quadam vi et veluti manu adhibita. ¶ 1. Stricto sensu de hominibus. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 5. Me extrusisti ei ædibus. et 31. Decies die uno sape extrudit ædibus. *Ter. Eun.* 4. 5. 11. Extrudere aliquem foras. *Id. Hecyr.* 1. 2. 98. Eo invitum Pamphilum extrusit pater. *Cic.* 7. *Verr.* 15. 38. Domine aliquem extradere. *Id. 2. Orat.* 58. 234. Non nimis liberale hospitium meum dices; nam te in viam, simulac perpaelum gustaris, extrudam et ejiciam. *Id. 10. Phil.* 5. 10. Extrudi a senatu in Macedoniam. Cl. eum. 16. Att. 2. 4. *Id.* 14. Fam. 6. Pollicem, si non est projectus, quamprimum fac extrudas. Adde eum. 1. ad Brut. 14. Tac. Agric. 33. A Intebri suis extrusi hostes. ¶ 2. Latiōnē sensu de inauimis. *Lucret.* 6. 693. Extruditque (*Ætna*) simul mirando pondere saxa. *Cæs.* 3. *E. G.* 12. Mare aggere ac molibus extrudere. *Mela* 7. 9. Eubœa ad meridiem promontorium Gereston et Capharea extrudit. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 10. Multa fidem promissa levant, ubi plenus æquo Laudat venales, qui vult extrudere, merces. h. e. cupidio vendere, et quasi invitis emptoribus distrahere. ¶ 3. De abstractis. *Lucret.* 3. 978. Cedit enim rerum novitate extrusa vetustas.

**EXTRŪO**. *V.* EXSTRUO.

**EXTRŪSUS**, a, um. *V.* EXTRUDO.

**EXTUBERASCO**, is, ere, n. 3. idem quod extubo. Part. *Extuberascens* apud *Jul. Val.* res gest. *Alex. M.* (edente *A. Mai*) 1. 29. Eminentias quinque, quibus in cateno æquore extubercentibus deus urbis est maximum.

**EXTUBERATIŌ**, ōnis, f. 3. caro ex morbida causa alicubi in corpore excrescens. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 9. 45. (104). Luxurias imponit sal cum farina et melle: item extubercentibus.

**EXTUBERO**, as, avi, atum, are, 1. (ex el tuber). Part. *Exuberans* sub A; *Exuberatus* sub B. — Extuberare est verbum A) Neutrum, et B) Actuum vel causativum.

A) Neutrorum more extubero est intumesco, excresco. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 16. 56. (96). Radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberas. *Id.* 37. *ibid.* 8. 33. (110). Gemma oculi figura extuberans.

B) Active ponitur pro tumescere facio. *Seneca G.* Quæst. nat. 4. Desert montes, subrigit plana, vallies extuberat. *Ammian.* 22. 15. Aviditate nimia extuberat venter. *Id.* 25. 10. Extuberato capite perlisse feruntur successione prunarum immensa. Cf. *Cassiod.* 7. *Hist. Eccl.* 6. *Sotin.* 27. circa med. Enormi corpulentia extuberatus.

**EXTULO**, is, dicebant antiqui pro extra fero. Itaque legunt nonnulli in *Plaut. Most.* 1. 2. 41. Extulunt, parant sedulo, etc. Alii extollunt.

**EXTUMEO**, es, ere, n. 2. tumeo, vel valde tumeo. *Plaut. Truc.* 1. 2. 97. Utrum illi numquam extulerent sensi.

**EXTUMESCO**, is, ere, n. 3. idem quod extumeo.

I.) Proprie. Occurrit tantum Part. *Extumescens* apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 18. (69). Smaragdi extumescentes. *Codices fere omnes ita leg.*; at *Bamberg.* habet intumescentes, quam lectionem *Sillig.* in textum recepit.

II.) Translate. *Donatus de Irag. et com. ante med.* Terestanæ fabulæ eo sunt temperamento, ut neque extumescant ad tragicam celesitudinem, neque abijicant ad mimicam vilitatem.

**EXTUMIDUS**, a, um, adject. idem ac tumidus. *Varro 1. R. R.* 51. 1. Aream potissimum rotundam, et medium paucilo extumidam.

**EX TUNC**, adverb. ex illo tempore. *Apul.* 7. Met. Ex tunc poenæ reservatus. Alii melius leg. Extremæ poenæ. Addunt quidam locum *Fal. Mac.* 1. 5. in fin., sed ibi et tunc est legendum. Occurrit tandem apud *Vulgat. interpr.* *Psalm.* 75. 8. et 92. 2. *Esaï.* 16. 13. et alibi.

**EXTUNDO**, tundi, tudi, tūsum, tundere, a. 3. (ex et tundo). Part. *Extundendus* II. 1. — Extundere, ἐπαγγέλλω, occurrit tantum apud Poetas vel antiqui et senioris ævi scriptores, numquam vero apud Cie. et *Ces.*; et est tundendo expellere, excutere (It. cacciare fuori battendo; Fr. faire sortir en frappant); Hisp. sacar à fueras cascando, golpear-

de; Germ. herauschlagen, -treiben; Angl. to beat, hammer, or force out).

I.) Proprie. *Phedr.* 1. 21. calcibus frontem extudit. *Al. leg.* exterit. *Seneca* 5. *Controv.* 33. Alium distorquet, alium delumbat, alterius diminutas scapulas in deforme tuber extundit. *Cels.* 4. 4. n. 5. Frequens tussis sanguinem quoque extundit. Huc referri potest et illud *Auct. Paneg.* ad *Fis.* 164. Illo dulce melos Nereus extudit heros Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem. h. e. chelyn pulsando elicuit sonum.

II.) Translate. ¶ 1. Quum de bonis agitur — a) Sunnit pro lundendo, hoc est precibus instando, aut alia quapiam ratione obtinere, extorquere ab invito, ottenerere a stento, canare a forza di preghiere, per importunita. — Cum Accusativo rei, que obtinetur. *Plaut. Most.* 1. 3. 63. Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi, atque olim, priusquam id extudi, quum illi subblan diebar. *Sueton. Vesp.* 2. Latum clavum diu aversatus est, nec, ut tandem appetaret, compelli, nisi a matre, potuit. Ea denum extudit magis convicio, quam precibus vel auctoritate. — Sequent part. usf. *Val. Max.* 1. 4. n. 4. Corvi duo in os ejus adversum, velut iter impedientes, advolaverunt; vixque extiderunt, ut domum rediret. *Id.* 5. 2. n. 10. Perseveranti postulatione extiderunt, ut etc. — Cum Accusativo personae. *Quintil.* 1. 3. 6. Quosdam continet metus, quosdam debilitatem: alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit. h. e. extorquet, exprimit ab iis, ut litteras addiscant. — b) Item pro excutere inventiendi causa, studiose quadrare, expisciari, excogitare, trovar fuori. *Virg.* 4. G. 315. Quis deus hanc, Muse, quis nobis extudit artem? *Id. ibid.* 326. hume vita mortalis honorem. Quem mihi via frugum et pecudum custodia solers O mnia tentanti extuderat etc. h. e. pepererat, comparaverat. *Gell.* 17. 20. Eloquentiae unius extundente gratia Athenas venisse. h. e. acquirendae, addiscendae. Huc pertinet et illud *Tac. Dial.* de orat. 9. Ut quum toto anno, per omnes dies, magna nocturna parte, unum librum extudit et elucubravit, cogare ultra cogatur, ut sint qui dignentur audire. h. e. molendo fecit, confecit: nos *Veneti* vulgo dicitur ha buttato fuori. ¶ 2. Quum de malis agitur, extundere est expellere. *Horat.* 2. Sat. 2. 14. Quum labor extuderit fastidia. *Bentlejus* perperam extulerit legit.

### EXTURBATUS, a, um. *V.* voc. seq.

EXTURBO, as, avi, atomi, are, a. 1. (ex et turbo). Part. *Exturbans* et *Exturbatus* I.; *Exturbandus* II. — Exturbare, ἔγωγε, ἐξβάλλω, est per vim ejicere, expellere, excutere (It. cacciare fuori, scacciare; Fr. faire sortir de force, repousser, chasser, bannir; Hisp. echar fuera, rempujar; Germ. stürmisich herausstoßen, verlossen, verjagen; Angl. to drive or thrust out).

I.) Proprie. — a) Cum Accusativo persone et — Ablativo loci cum praepos. ex. *Plant. Trin.* 1. 2. 100. et 2. 4. 200. Eum, nos, exturbasti ex ædibus. *Cic. Sull.* 25. 71. Exturbare homines e possessi onibus. *Id. Mur.* 22. 45. hominem e civitate. *Id. 2. leg. Agr.* 31. 84. Exturbare et expellere plebem ex agris. Cf. *eumd. Gluent.* 5. 14. Expulsa atque exturba filia, et *Id. Quint.* 15. 49. Exturbare quempiam ei numero virorum. — Cum Ablativo loci si ne prepos. *Plaut. Trin.* 3. 3. 76. Cunctos exturba ædibus. *Accius* apud *Non. p.* 14. 27. *Merc.* Extoris regno, exturbatus mari. *Cic. L. Ferr.* 30. 67. Antiochus præcepis provincia exturbatus. *Id. Rosc. Am.* 8. 23. Nudum ejicit domo, atque sociis patris düs que penalibus præcipitem *Sextum* exturbat. *Id. Quint.* 31. 95. Exturbari fortunis omnibus. h. e. spoliari. — Absolute. *Plaut. Trin.* 4. 3. 77. Nos exturbavit toras. Cf. *Ovid.* 15. *Met.* 175. cæde nefanda Exturbare animas. h. e. ex corporibus ejicere. — b) De inanimis. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 168. Non ego homo triobol<sup>um</sup> sum, nisi ego illi mastigæ exturbo oculis atque dentes. *Catull.* 64. 108. Pinus radicatu exturbata. *Ascon. argum.* *Milonianæ p.* 33. *Erat.* Milo exturbari tabernam jussit. h. e. dejici, everti, buttar gù le porte. At *Madrigius* eumque seculis *Baiter. rectius leg.* *Clodium vulneratum exturbari* taberna juesil. *Plin. 20. Hist. nat.* 10. 42. (109). Radix ex vino pota calculos quoque exturbat. *Sil. It.* 16. 482. Ocius offusis nervo exturbante sa gitatis.

II.) Translate. *Plaut. Curc.* 2. 1. 8. Auscultes mihi atque istam exturbes ex animo ægritudinem. *Sic Justin.* 14. 3. Exturbare ex animo facti memoria. *Tac.* 11. *Ann.* 12. Messalina in Silium ita extaserat, ut Juniam matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero poliretur. *Cic.* 1. ad *Q. fr.* 4. 4. Multa convernerunt, quæ mentem exturbarent meam. h. e. de statu dejicerent. *Brutus* apud *Cic.* 1. ad *Brut.* 16. sub fin. Cicero judicium suum tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio. *Plaut. Most.* 4. 3. 38. si. Numquid Transturbavit? *rx.* Immo exturbavit omnia. *Stat.* 1. *Theb.* 441. Exturbare odii tranquilla silentia noctis. *Forcellinus* postrema hæc duo loca singuli paragraphe distinxit, et exturbare interpretatus est valde turbare, misere, perturbare, mettere in confusionem.

**EXTUSSIO** vel etussio, is, itum, ire, a. 4. (ex et tussio). Part. *Extussiens* et *Exlüssitus*. — Extussio est tussiendo aliquid ejicere. *Cels.* 2. 8. a med. Vomicam excitat, sic ut extussiatur. *Plin. 23. Hist. nat.* 3. 35. (72). Sanguinem ejicientibus, et suppura ta extussientibus. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 16. Singulari etiam extussilla de pulmone venire manifestum est. *Id.* 5. *Tard.* 10. Quo liquida et purulenta eiusstantur.

### EXÜBERANS, antis. *V.* EXUBERO.

**EXÜBERANTIA**, æ, f. 1. exuberatio. *Gell.* 2. 26. Phœnicæus color exuberantiam splendoremque significat ruboris. *Id.* in titulo c. 7. l. 8. Exuberantia memorie.

**EXÜBERATIO**, ônis, f. 3. abundantia. *Vitruv.* 1. 4. Exuberationibus, aut defectuibus laborare. *Theod.* *Priscian.* 4. ad fin. p. 317. ed. Ald. Atque ex ipsa (*fellis*) exuberatione facta, aliud ad vesicam, aliud ad oculos, aliud ad superficiem totius corporis effundi.

**EXÜBERO**, as, are, 1. (ex et ubero). Part. *Exuberans* sub A; *Exuberandus* sub B. — Exuberare est A) Neutrum, et B) Activum, sed raro admodum.

A) Neutrorum more exuberare est superabundo. *Virg.* 2. G. 516. pomisque exuberat arbor, et 1. *ibid.* 191. luxuria foliorum exuberat umbra. *Id.* 7. *Æn.* 465. alle spumis exuberat amnis. *Tac. Dial.* de orat. 30. Ex multa eruditio, ex pluribus artibus exundat et exuberat eloquentia. *Colum. proem.* 24. In Asia Mysiaque densa et glutinosa terra maxime exuberat. *Sueton. Cal.* 40. Luerum exuberat. *Val. Flacc.* 3. 234. sanguis exuberat ulna. h. e. abunde exit. *Plin. 2. Hist. nat.* 103. 106. (228). Fons in crescens ad medium noctis exuberat, ab eo rursus sensim deficit. *Gell.* 7. 22. Luxuriare et exuberare. — Hinc Part. præs.

Exuberans, antis, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Exuberantissimus*, et est uberioris abundantis. *Pacuvius* apud *Varron.* 7. L. L. 18. *Müll.* Colydonia altrix terra exuberantium virum h. e. multorum: vel fortium, magnorum, illustrum, virtute exuberantium. At *Müllerus* pro exuberantium rectius legit exuperantium, h. e. exsuperantium: *V. Exsuperans* in fin. v. **EXSUPERO.** *Gell.* 3. 9. Vigoreque et colore exuberantissimo. *Lactant.* 4. 29. Fons exuberans.

B) Active raro admodum occurrit. *Colum.* 2. R. R. 16. 2. Materiam meliorem vindemiis exuberantis, h. e. vindemiis uberioribus reddendis. *Id.* 9. *ibid.* 4. 5. Quæ favorum ceras exuberant. h. e. uberes redundant.

### EXUCCUS. *V.* EXSUCCUS.

### EXUCTUS. *V.* EXSUCTUS.

### EXUDO. *V.* EXSUDO et ESUDATUS.

### EXUGO. *V.* EXSUGO.

### EXUL cum derivatis. *V.* EXSUL.

### EXULCRATIÖ, ônis, f. 3. plaga.

I.) Proprie. *Plin. 20. Hist. nat.* 3. 8. (17). Et interaneorum vesicarumque exulcerationibus. *Cels.* 4. 22. Si nulla exulceratio est.

II.) Translate. *Seneca Consol. ad Helv.* 1. Verebar, ne hæc non consolatio, sed exulceratio esset. h. e. doloris renovatio.

**EXULCRATORIUS**, a, um, adject. exulcerandi vim habens. *Plin. 23. Hist. nat.* 7. 64. (126). Exulceratoria medicamenta.

**EXULCRATRIX**, icis, f. 3. que exulcerat. *Plin. 27. Hist. nat.* 12. 80. (105). Vis ei septica et exulceratrix.

### EXULCRATUS, a, um. *V.* voc. seq.

**EXULCERO**, as, avi, atomi, are, a. 1. (ex et ulcus). Part. *Exulceratus* I. et II.; *Exulcerandus* I. — Exulcero est uicus induco.

I.) Proprie. *Varro* 2. R. R. 9. 14. de canib. Perungunt aures et inter digitos, quod muscae et ricini et pulices solent ea exulcerare. *Cels.* 3. 21. a med. Ferramentis candentibus venter exulcerandus est. *Id.* 4. 16. Cutis exulcerata. *Plin. 27. Hist. nat.* 12. 90. (112). Polyanthemum caustica vi exulcerat cicatrices. *Id.* 28. *ibid.* 2. 32. (66). Fæx aceti ponos discutit nondum exulceratos. *Colum.* 7. R. R. 9. 5. Exulcerare yulvas. — Absolute. *Cels.* 4. 15. Omnis agitatio exulcerat.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Orat.* 75. 303. Cur aut adversariorum adjumenta confirmant, aut ea, que sanare nequeunt, exulcerant? *Id. Brut.* 42. 156. Ut ea non modo non exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videatur. Cf. *Plin. 1. Ep.* 12. Exulcerare dolorem. Rursus *Cic. Dom.* 11. 28. Tot suspicionibus rertorum hominum et sceleris exulceratas. *Id. Deiot.* 3. 8. Ut in exulcerato animo facile fietum crimine insideret. *Id. 1. Fam.* 1. 4. Ut in rebus ab ipso rege et ab intimis Pompeji clam exulceratis, deinde palam a consularibus exagitatis et in summam invidiam adductis; ita versamus. *Iuv.* 10. 14. Ira exulceratos ignomio stimulabat animos. *Petron. Satyr.* 111. Cetera, quibus exulceratae mentes ad sanitatem revocantur. h. e. ægræ, afflictæ, marentes.

### EXÜLO. *V.* EXSULO.

### EXULULÄTUS, a, um. *V.* voc. seq.

**EXULULO**, as, avi, atomi, are, a. 1. (ex et ululo). Part. *Exululans* sub init.; *Exululatus* in fin. — Exululo est valde ululo. *Ovid. 1. Met.* 233. noctusque silentia ruris Exululat, frustraque loqui conatur. *Val. Flacc.* 8. 171. Sic genitrix, similique implet soror omnia questu Exululans. *Sil. It.* 12. 598. sparsæque solutis Crisibus exululant matres. — Hinc part. præter.

*Exululatus*, a, um, *V.* 1. Deponentis forma est qui exululat. *Ovid. 4. Trust.* 1. 41. Usque suum Bacchis non sentit saucia vuinus, Dum stupet Edonis exululata jugis. ¶ 2. Passive est ululando clamans. *Ovid. 1. Art. am.* 507. Ita jube faciant, quorum Cybeleia mater Concinitur, Phrygiis exululata modis.

### EXUNCTUS, a, um. *V.* EXUNGO.

**EXUNDANTIA**, æ, f. 1. exundatio, superfluentia. *Ambros.* 2. *Hægem.* 1. In quo (die) conditum calum, terram creatam, aquarum exundantiam, circumfusum aerem — cognovimus.

**EXUNDATIÖ**, ônis, f. 3. supereffluentia. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 13. (37). Nisi exundatione illuminum levato semine a Tiaris.

**EXUNDO**, as, avi, are, a. (ex et undo). Part. *Exundans* sub A. II. — Exundare occurrit. A) Neutr. et B) Active.

A) Neutrorum more exundare est extra undare, abunde ruere.

I.) Proprie usurpatur de liquidis. *Colum.* 8. R. R. 17. 6. Rivas, per quos exundat piscina, prædestinatur tenei cancelli. *Plin. 2. Hist. nat.* 103. 106. (229). Fons a tercia noctis hora in sextam exundat. *Seneca Agamemn.* 222. Alto sanguine exundans solum. et 903. Truncus crux exundat. *Tac. Germ.* 45. Tuba balsamique in proximum mare labuntur, ac vi tempestatis in proxima litora exundant. h. e. fluant, renuntur, exundat in litus.

II.) Translate. *Juvenal.* 10. 119. Exundans ingenti fons. Cf. *Sil. It.* 14. 62. Exundat flammam torrens. *Tac. Dial.* de orat. 30. Exundat et exuberat eloquentia. *Seneca Edip.* 924. Mersus alte magnum exundat dolor. et *Med.* 492. Exundat furor. *Senec.* 1. *Ira* 7. Temperare iram: coque detracto, quod exundat, ad salutem modum cogere. *Sil. It.* 3. 314. in Lybiam dirum fluxisse cruxorem: Inde Medusam terram exundasse chelydris. *Id.* 3. 456. Spiritus exundans perflavit campum. h. e. morientis anima exiens. *Stat.* 12. *Theb.* 431. exundant diviso vertice flammæ.

B) Active, seu cum Accusativo. *Sil. It.* 2. 630. densum qua turbine nigro Exundat fumum piccus caligine vertex. *Al. leg.* Exundat fumans.

**EXUNGO**, ungis, unclum, ungere, a. 3. (ex et ungo). Part. *Exuncius*. — Exungo est valde ungo.

*Plaut.* *Aud.* 2. 7. 21. *Elias tu, an exungare, eic-  
cum non interdum.* *Id. Trin.* 2. 4. 5. *Quid factum  
est eo (argento)? Comesum, expotum, exunctum,  
elatum in balneis.* *h. e.* unguentis emendis nbsum-  
ptum.

**EXUNGUIS**, *e*, *adject.* qui ungue caret. *Tertull.*  
*Pall.* 5. *Muræna bestia edentula et exunguis et ex-  
cornis.*

**EXUNGÜLO**, *as, ati, are, n. 1.* (*ex et ungula*) un-  
guess amitto. *Veget.* 3. *Veterin.* 57. 1. *Schneld.* Si  
exungulaverit jumentum. — Active pro unguis au-  
ferre assertur locus ex *Plaut.* *Truc.* 2. 2. 57, sed ibi  
legendum est *sexungula*, quam vocem *V.* suo loco.

**EXÜO**, *iiis, ii, itum, ïerc, a. 3.* Quod ad etymon  
attinet, *juxta Forcellinum* est ab *ëxðw*, quasi *ecdo*,  
ut *Voss.* docet et probat *Cellar.* (conformatum  
vox *Exdutus* pro *ecratus* apud *Paul. Diac.*; *V.  
EXDUTUS*): opponitur autem *tw* *induo*, quod ab  
*ëvðw* subeo. Sunt, qui minus recte ab *ex* et *suo* du-  
cant, et *exsuo* scribunt. — Part. *Exuens* II. 2.; *Ex-  
ulus* I., II. 1. et 2.; *Exuendus* II. 2. — Exuere,  
*ëxðw*, *ëxðw*, est indumenta, aut quidquam aliud  
corpori adhaerens detrahere, aut deponere, spoliare  
(It. *spolcare*; Fr. *dépouiller*; Hisp. *despojar*; Germ.  
*ausziehen*, *abziehen*, *abthun*, *entblössen*; Angl.  
*to strip off*, *put off*).

I.) Proprie occurrit — a) Cum Accusativo ve-  
stis, vel rei, que exurit, cum addito interdum  
Ablativo vel etiam *Datiyo* ejus, e quo exurit.  
*Plaut. Men.* 1. 3. 16. Si non saltas, exuc igitur  
scil. pallam. *Lucret.* 4. 59. quum lubrica scipens  
Exuit in spinis vestem. *Apul.* 1. *Met.* Exuere man-  
ticam humero. *Ovid.* 2. *Met.* 419. pharetram humi-  
ro. *Poetico Stat.* 9. *Theb.* 297. Sed miseratur  
equum, magnoque a vulnera telum Exuit. *h. e.* ex-  
trahit, educit, tira fuori, cava. Sic *Id. ibid.* 76. Ex-  
uere vagina ensim, snudore il ferro. *Ovid. Heroid.*  
13. 147. clipeum alicui. *Id. ibid.* 7. 773. jamdudum  
vincula pugnat Exuere ipse sibi. *Liv.* 35. 17. jugum.  
*Virg.* 1. *Æn.* 693. Amor exuit alas. *Id. 5. ibid.*  
420. Trojanos exuere cæstus. Huc referri potest et illud  
*Ovid.* 9. *Met.* 52. Exuere amplexus, sbrigarsi,  
cavarsi, liberarsi. — b) Cum Accusativo mem-  
brorum vel personæ, que cruentor, addito saepè  
Ablativo vestis vel rei, qua exauertur. *Horat. Epod.*  
17. 15. Setosa dutis exuere pellibus membra. *Virg.*  
5. *Æn.* 423. Et magnos membrorum artus, magna  
ossa lacertosque Exuit. *Id. 2. ibid.* 153. Sustulit ex-  
uatas vinciles ad sidera palmas. *Martial.* 14. 109.  
Exuere digitos. scil. aculis. *Sueton. Ner.* 32. Veste  
aliquem exuere. *Martial.* 10. 4. Erutus puer pen-  
nis labentibus. *h. e.* Icarus. Huc referri potest et illud  
*Ovid. Medic.* facie 54. hordea Exue de palea  
tegninibusque suis, netta, purga, spoglia. Item illud  
*Martial.* 9. 60. cuens et opertos exuit orbes. *h. e.*  
detexit, scapri. Ceterum *Cic.* 7. *Verr.* 58. 151. Ex-  
uere se ex laquois. *Liv.* 34. 13. se jugo. — Passive  
et Græca constructione. *Virg.* 4. *Æn.* 518. Uuum  
exuta pedem vincili. *Ovid.* 7. *Met.* 317. minuantur  
corporis artus, Cornuaque exuirer necnon cum cor-  
nibus annos. *Stat.* 11. *Theb.* 460. vittis exuta com-  
mam. *Id. 9. ibid.* 163. Exutus canos lacerò diade-  
mate crines. — Insignis est hypallage in illo *Ovid.  
Heroid.* 9. 111. hirsuti costas exulta leonis Aspera  
texerunt vellera molle latus. *h. e.* vellera detracta  
costis leonis. Usitata hypallage erat, costæ exutæ  
vellera.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de personis pro  
spoliare, privare; et occurrit — a) Cum Accusativo  
personæ et Ablativo rei. *Ces.* 3. *B. G.* 6.  
Omnibus hostium copiis fusis armisque exutis se  
in castra recipiunt. Sic *Sall. Jug.* 93.; *Liv.* 34. 28.;  
et *Virg.* 11. *Æn.* 395. Exuere hostem armis. *Ces.*  
7. *B. G.* 14. et 42.; et *Curt.* 4. 15. hostem impedi-  
mentis. *Sall. fragm. epist. Mithrid.* classe. *Liv.* 31.  
42., 41. 3. et 41. 12.; et *Vellej.* 1. 9. 4. hostem ca-  
stris. *Flor.* 3. 1. Hostis exutus urbibus. *Tac.* 13.  
*Ann.* 39. Exuere hostem sedibus, cacciario dal suo  
passe. *Id. 4. ibid.* 31. aliquem avili bonis. *Sueton.  
Gramm.* 11. Exutus patrimonio. *Tac.* 16. *Ann.* 33.  
Omnibus fortunis exutus. *Sall. fragm. in orat. Le-  
pidi.* Exutus imperio, gloria. Cf. *Stat.* 4. *Sall.* 3. 50. Hi  
cædunt nemus exuuntque montes. *h. e.* spoliant ar-  
boribus. — Illud quoque eleganter translatum est  
*Liv.* 2. 23. Primo se agro paterno avitoque exuisse,  
deinde fortunis alius. *h. e.* dividendo agro æris  
alieni causa. — b) Absolute. *Tac.* 1. *Ann.* 2.

Pompejus apud Siciliam oppressus exutoque Lepido, [  
interfecto Antonio. *h. e.* Lepido spellato auctoritate  
et potentia. ¶ 2. De re et est deponere, abjecere,  
removere, deporre, spoliari, rimuovere; et oc-  
currit. — a) Cum Accusativo rei, que abjecitur.

*Cic. Zigor.* 5.114. Si clamare expasses, Cæsar, ræve  
ignoscas, cave te stratum miserearur: nonne omnem  
humanitatem exuisses? Sic *Id.* 13. *Att.* 2. 1. Sed jam  
ad ista obduiriunt et humanitatem omnem exuimus.  
*Seneca Ep.* 90. a med. Sapientia vapitatem  
exuit mentibus. *h. e.* removet, detrahit, expellit. Cf.  
*Juvenal.* 13. 188. Paullatim vitia atque errores ex-  
uit omnes Prima docens rectum sapientia. *Ovid.* 14.  
*Met.* 777. Exuere avinam morire. Cf. *Plin.* 33.  
*Hist. nat.* 11. 40. (139). Herculem ab Oeto monte  
Doridos exulta mortaliitate consensu deorum in ca-  
lam euntem. *Sillig.* ex Codice Bamberg. et alii leg.  
exusta, quod placet. *Juvenal.* 11. 188. ante meum,  
quidquid dolci, exuc limen. *Quintil.* 12. 10. 76.  
Illum exuant mentitum colorem. *Virg.* 2. *G.* 51.  
Exuere silvestrem animum. *Ovid.* 3. *Anor.* 4. 43.  
vultus severos. *Id. 3. Fast.* 281. fertatem. *Liv.*  
27. 8. mores antiquos. *Id. 34. 7. ad fin.* servi-  
tatem. *Ovid.* 2. *Art. am.* 241. fastus. *Id. 1. Met.*  
622. metum omnem. *Martial.* 10. 30. curas. *Petron.*  
*Satyr.* 122. in carm. mores omnes, togliere ognij in-  
digio. *Tac.* 6. *Ann.* 25. vitia. *Virg.* 4. *Æn.* 319.  
exue mentem. deponi il pensiero. *Sil.* 1. 7. 496.  
mente monita. *Tac.* 3. *Ann.* 17. Exuta dignitas.  
*Id. 12. ibid.* 14. Exuendam ad fidem hostes enuer-  
ti, per multar casacea. *Id. 1. ibid.* 75. virtutes. *Id.*  
6. *ibid.* 8. amicitiam alicujus. *Id. 3. Hist.* 5. jus  
fasque. *Id. 13. Ann.* 13. obsequium in matrem. *Id.*  
11. *Ann.* 19. jussa, disobbedire. *Id. 4. ibid.* 72. pa-  
cem, romper la pace. *Id. 6. ibid.* 43. pacta, non  
istare al pattiuto. *Id. 13. ibid.* 44. promissa, man-  
car di parola. *Id. 5. Hist.* 5. patriam, scordarsi,  
deporre ognij affetto della patria. *Cic.* 5. *Fin.* 12.  
35. Fugere plane se ipse, et hominem ex homine ex-  
uens, naturam odisse videatur. *Tac.* 14. *Ann.* 52.  
Finitam Neronis pueritiam et robur juvenæ adesse.  
Exueret magistrum satis amplis doctoribus instru-  
ctus, lasciasse da parte, non badasse. — b) Pas-  
sive cum Accusativo more Græcorum. *Martial.* 5.  
7. exuta est veterem nova Roma senectam. *Sil.* 1. *It.*  
6. 100. Exutus senium. *Id. 5. 15.* castumque exuta  
pudorem. *h. e.* qua abiecit. — c) Sequenti latinitate.  
*Cic. 3. Nat.* D. 3. 7. Mibi quidem ei animo exu-  
non potest, esse deos, non mi si può cavar di testa,  
che non si diano dici. Sic plerique leg. ex conjectu-  
ra; *Forcellinus* vero exuri, quod translatum sit  
pro delere, tollere. ¶ 3. Interdum ponitur pro li-  
berare. *Cic.* 5. *Tusc.* 25. 70. Mens exuta viuis.  
Plerique tamen alter legunt. *Seneca Ep.* 11. Ex-  
uere se omnibus viuis.

**EXURDO.** *V.* EXSURDO.

**EXURGO**, *es, ere, a. 2.* exprimo, elicio: ductum  
a sponia, que ut hominem reddit, urgetur et com-  
primitur. *Plant. RUD.* 4. 3. 69. Ego te, ifidem quasi  
penicillus novus exurgo solet, exurgebo quidquid  
humoris tibi est. *Cato R. R.* 156. In linteum exur-  
geo surcum. *Al. et ipse Schneider.* leg. exsugito.  
*V. EXSUGO.*

**EXURGO.** *V.* EXSURGO.

**EXURO**, *irris, ussi, ustum, ïercere, a. 3. (ex et uro).*  
*Part.* *Exuens* II.; *Exustus* II. 1. et 2.; *Exustu-  
rus* II. 1. — Exuere, *xaxaxaiw*, est idem quod  
urere, aut valde et ex omni parte urere, perure  
(It. abbruciare intieramente; Fr. brûler complètement,  
embraser, incendier; Hisp. quemar, abrasar totalmente;  
Germ. zu Ende —, völlig verbrennen;  
Angl. to burn, set on fire).

1.) Proprie. *Cic. 3. Verr.* 27. 70. Domi suæ vivus  
exustus est. *Id. pro leg.* *Manil.* 2. 5. Exurere vicos  
complures. *Auct. B. Afr.* 26. Villas exuri, agros va-  
stari, pecus diripi. *Virg.* 1. *Æn.* 43. Exurere clas-  
sem Argivum.

II.) Impropi. ¶ 1. Ponitur pro exsiccare, tor-  
rere, inflammar, disseccare, scottare, infiammare,  
riscaldare. *Sall. Jug.* 19. Loca exusta solis ardoribus  
disseccati, inariditi. *Virg.* 3. *G.* 432. Exusta  
palus seccata. *Phœdr.* 1. 6. Sol onus ubus exurit  
larus, secca. *Virg.* 1. *G.* 107. Exustus ager. *Lucret.*  
5. 411. torrentes auræ exurunt res. *Colum.* 7. *R. R.*  
8. 5. Sole exustus caseus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 11. 8.  
52. Sol exustus terras. *Id. 17. ibid.* 9. 7. (56).  
Hæc omnia segetem exurant. *Curt.* 4. 7. Fervido

solo exurente vestigia. *scottava.* Sic *Tibull.* 2. 3. 9.  
Nec quererer, quod sol graciles exureret arius, et  
et Potentia. ¶ 2. De re et est deponere, abjecere,  
removere, deporre, spoliari, rimuovere; et oc-  
currit. — a) Cum Accusativo rei, que abjecitur.  
*Cic. Brut.* 4. 16. Sic omnis fetus repressus, exustus  
que flös siti veteris ubertatis exaruit. *Curt.* 1. 10.  
extr. Vim veneni tale esse constat, ut ferrum quo-  
que exurat, corroda, consumi. *Annian.* 21. 1. Per-  
ibus Italiani bellis savissimis exurens. — NB. De  
loco *Cic. 3. Nat.* D. 3. 7., V. EXUO II. 2. c. ¶ 2.  
Metaphora sumpta a super. par. I., ponitur pro  
accendere, velare: ad rem *Petron.* *Satyr.* 121. in  
carm. nec enim minor ira rebellat Pectore in hoc,  
leviore exurit flamma medullas. *h. e.* stimulat, ad  
furorem incitat. *Tibull.* 4. 2. 5. Illius ex oculis,  
quum vult exurere diuos, Accendit geminas lampadas  
aeris amor. *h. e.* amore accendere. *Lucret.* 3.  
931. Quod sitis exurat miseros atque arida torreat.  
Sie *Curt.* 4. 16. Sitis exurit fatigatos. *Seneca Aga-  
memn.* 665. Magis exurunt, quos secreta lacerauit  
eure. *h. e.* pungunt, angunt. *Sil.* 1. 8. 273. quos  
plurima passos Tertius exurit lacrimosis casibus an-  
nus. molestia, travaglia, strazia, maltratta.  
**EXUSCITO.** *V.* EXSUSCITO.

**EXUSTIO**, *ónis, f. 3. ustio.* *Cic. 6. de republ.*  
21. Propter eleviones exustionesque terrarum. *Plin.*  
17. *Hist. nat.* 24. 37. (229). Exustio solis. *Vulgat.*  
*Interpr.* *Esai.* 64. 2. et 11. Exustio ignis.

**EXUTUS**, *a. um.* *V.* EXUO.

**EXUVIÆ**, *árom, f. plur.* 1. *Exuvium*, *ii, n. 2.*  
singular, quod ponitur a quibusdam Lexicographis,  
caret adhuc idoneo Latino auctore. — Hoc nomen  
singulari numero omnino caret. — Exuviae, exdúp-  
ta, sunt vestes aliud corpori adhaerens, quo quis  
se exuit; ab exuendo, ut *Paul. Diac.* p. 81. 1. *Müll.*  
dicit (It. spoglie; Fr. dépouilles; Hisp. despo-  
jo; Germ. was vom Körper abgezogen, abgenom-  
men wird, Kleidung, Rüstung, Waffen etc.;  
Angl. clothes put off or left). Occurrunt ¶ 1. Genera-  
tiva. — a) De hominibus et diis. *Plaut. Men.*  
1. 3. 9. Induyæ tuæ atque uxoris exuviae. *h. e.* ves-  
tis surrepta a Menechino uxori et amicæ dedita. Sic  
apud eundem. *ibid.* v. 13. Exuvias facere. *h. e.* se spo-  
liare ad amicam vestiendam. *Virg.* 8. *Ecl.* 91. Ha-  
bitum exuvias mihi perfidus ille reliquit. *Id.* 4. *Æn.*  
496. pyram Erige et arma viri, thalamo que fixa  
reliquit Impius, exuviasque omnes — super imponas.  
Festus p. 364. 10. *Müll.* Tensa m ait vocari Sin-  
nus Capito vehiculum, quo exuvie deorum bidicuntur  
Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur. *h. e.* or-  
namenta, insignia deorum. Adde *Paul. Diac.* p. 365.  
1. Sic *Sueton. Aug.* 94. Cam fulmine et scæptra  
exuviasque Jovis. — b) Dicuntur et de pelle quomo-  
domique detraeta animalibus. *Virg.* 2. *Æn.* 473.  
de angui pellam exuente. Quum positis novis ex-  
uiliis nitidusque juventa etc. scoglia. *Acrius* apud  
*Non.* p. 458. 13. *Merc.* Tunc perudum exuvias lævo-  
pictas lateri accommodant. *Virg.* 9. *Æn.* 397. pel-  
lēm horrentisque leonis Exuvias. *Id. 11. ibid.* 577.  
Tigridis exuviae. *Val. Flacc.* 6. 19 et 8. 65. Exuviae  
sacra pecudis. *h. e.* yellus aureum. *Id. ibid.* 358.  
bovis exuvias multo frangere olivo. *cojame.* Festive  
*Plaut. Most.* 4. 1. 26. lora ei corio buñulo, quibus  
ceduntur servi, exuvias bubulas vocat. — c) Exu-  
vite verticis apud *Catull.* 66. 62., et capitis apud  
*Senec. Hippol.* 1181. sunt capilli. ¶ 2. Speciatim  
ac saepè de his, quea victio detrahuntur hosti, ut ar-  
ma, vestes, ceteraque spolia omnia, *laçosa, syaza.*  
*Virg.* 2. *Æn.* 274. quantum mutatus ab illo Hecto-  
re, qui redit exuvias indutus Achillis. *Id.* 10. *ibid.*  
423. Haec arma exuviasque viri tua quercus bahebil.  
*Tibull.* 4. 1. 54. Ut domus hostiles præferat exuvias.  
*Liv.* 30. 28. Exercitum exuvias non militum tantum,  
sed etiam imperatorum, portantem. *Juvenal.* 10. 133.  
Bellorum exuviae. *Cic. pro leg.* *Manil.* 18. 55. Quum  
eum locum (*h. e.* Rostra) nobis maiores nostri ex-  
uvias nauticæ et classium spoliis ornatum reliqui-  
sent.

**EXVAPÓRO.** *V.* EXSUPPUCRO et EVAPORO.  
**EXVÉHO.** *V.* EVEHO.

**EX VELARIO**, *m. qui fuit velarius.* *Inscript.*  
apud *Murat.* 861. 4., que est apud *Orell.* 3642.,  
quamque *V.* in VELARIUS.

EXVELATUS. *V. EXSINUATUS.*EXVERRÆ. *V. EVERRE.*EXVERTO, is, ere, a. 3. prævenire, præoccupare.  
Plaut. *Poen.* 4. 2. 52. Cito homo exverti potest.  
Optimi codices habent perverti.EXVIBRISSO, as, are, n. 1. idem ac vibrissos. *Titinius* apud *Paul. Diac.* p. 370. 2. *Müll.* Si erit tibi cantandum, facito usque exvibrisses. At *Müllerus* divisim legit ex vibrissos.EX VÍCARIO, indeclin. qui vicarius fuit. *Inscript.* apud *Gruter.* 28. 5., quæ est apud *Orell.* 2355. *CEJONIUS RVIVS VOLVSLANVS V. C. ET EX VICA-*  
*RIO ASIAE. Ammian.* 22. 11. Gaudentius ille notarius, Julianus quin etiam ex vicario morte perire posset. — In plur. num. *Impp. Honor.* et *Theodos.* *Cod. Theod.* 6. 21. 1. Ita ut eorum, qui sunt ex vicariis, dignitate potiantur. Adde *ibid.* 1. 5. et 6. 22. 7.

## DE LITTERA F

F, indecl. n., vel f. si nomen littera subauditatur. — a) *F* littera a *Prisciano* 1. p. 542. et 560 et 569. *Futsch.* inter mutas numeratur, quod vim mutat habeat, tametsi, quia in proferendo a vocali incipit, prolationem habeat semivocalis: a *Diomedes* 2. p. 417. et 419. et aliis inter semivocales. Pronuncianda est non tam fixis labris, ut ph; ut *Priscian.* docet *ibid.* p. 543., hoc enim inter illas differt, quod nostra f minore spiritu exprimitur, quam Græca ph. Habet autem vim u consonantibus præposita, sed aliquanto pleniorum: qua de re *Quintil.* 12. 10. 29. Illa, quæ est sexta nostrarum, præne non humana voce, vel omnino nouo voce potius, inter discrimina dentium efflata est: que, etiam quoniam vocalem proxima accipit, quassa quodam modo, utique quoties aliquam consonantem frangit, (ut in hoc ipso frangit) multo fit horridior. *V. FRANGO.* — b) Figuram habet Græci digammatis: et aliquando pro illo adhibita fuit, ut in *DIGAMMA* dictum est. Sic in frango pro frago ab etymo φάγη verbū ἔργων, in frigus a πῖτος, etc.: *V. etiam FRIGEBA* et *FRUMEN.* — c) Appungi quoque mos erat loco aspirationis, præcipue apud Sabinos et in rusticis Roinapagoru sermone: sic dictum est sircus pro hincos (*Varro* 5. *L. L.* 97. *Müll.*) et fasena pro harenæ; item fordeum, trafo, veso, fodus pro hordeum, traho, veko, hædus (*Priscian. loc. cit.* p. 580. et *Paul. Diac.* p. 84. 5. *Müll.*) His addo fætis, fastis, folius; Formis et similia; quæ *V.* suis locis; et confit filius ab uo: Contra pro finiterum usurpatum est aspirata h, ut in habo pro faba. (*Vel. Long.* p. 2230. *Futsch.*) Cf. et *Servitius ad Virg.* 7. *Enn.* 695. et *Scaur. Orthogr.* p. 2252. *Futsch.* — d) Quoniam, ut diximus, littera f sono suo ad Græcum φ proxime occedit (*V. Quintil.* 1. 4. 11.), eam Latini pro Gr. φ usurparunt in voc. *fama*, *fero*, *fuga*, *fur*, Φίμη, Φέρω, Φύγω, φώπ: sed quoties aspirationem significare voluerunt, præcipue in his vocabulis, quæ ipsi a Græca linguis mutuata sunt, φ per ph scriperunt. — e) Aliquando f et pro b usurpatum est, ut in *sistilare* pro *sibilare*, teste *Non.* p. 531. 3. *Merc.* V. si lubet *Lips. de recta rat. pronunc.* *Zat. ling.* c. 12. Hinc in derivatis aliquando pro b ponitur, ut in *rufus a ruber*. Confer et *selēs*, *freno βόσκω*, *fascio βαρχινώ*, etc. — f) Interdum et pro s usurpatum, ut in *sors*, *fore*, *fortuna*, et *sum*, *fai* (obsol. *fuo*). — g) Præponitur vocalibus omnibus, *faba*, *ferrum*, *filius*, *forum*, *fumus*, et duebus consonantibus liquidis l et r, ut *fleo*, *frigus*. — h) la compositione b, d, s et x per assimilationem in f mutantur, ut in *offerō*, *affero*, *differō*, *effero*. — i) In notis Romanorū F saepissime *filiū* significat. In illo tamen *Cic. Brut.* 45. 177. Festivitate et facultis C. Julius L. F. et superioribus etc. Illud F fratrem significare quidam patant. Nam C. et L. Julius Cesares fratres fuissent, cum ex *Pseudo-Iason.* in oral. pro *Scauro*, tum et ipso *Cic.* constat 3. *Orat.* 3. 10. Ceterum in *Inscript.* ionibus F valet *filius*, ut *F. F. c. filius ponendum curatur*: *F. A. filio amantissimo* etc. Item saepissime valet facere, ut *v. F. virus fevit*: *F. M. ferit*

*monumentum*: *F. c. faciundum curavit*: *F. c. n. fieri curavit heres*: *F. I. fieri jussit*: *F. E. D. factum esse dicitur* etc.

## FA

FABA, æ, f. 1. Scribitur et *haba*: *V. supra* de littera F sub c. — Quod ad genus nominis attinet, in veteri Calendario apud *Gruter.* 139. legitur in mensa Decembr. *VINEAS STERC.* *FABA SERVENTES*, MATERIAS DEFICIENTES, ut sint *faba*, *ortum*, neutr. gen. Sed illud incertæ auctoritatis est, praesertim quoniam in *V. FABA* s littera facillime omitti potuit a lepidula s alia sequente. *V. temen FABATUS*, ubi in *Gloss. Philox.* habetur *φαβατος κοκκος*, ex quibus verbis patet, sequior tempore usitatum fuisse etiam apud Græcos τὸ φάβα, τοῦ φάβατος. *V. Ducangium* in *Glossar.* *Græcitat* in *V. Φάβα*. — *Faba* est genus leguminis. *Isid.* 17. *Orig.* 4. *Faba*, Græca etymologia, a vescendo vocabulum sumpsit quasi *faga*: φαγεῖ enim Græca comedere dicitur; primum enim homines hoc leguminæ usi sunt. Ita *Isid.* Sunt vero qui putant, sic esse appellatum a φάβῳ sindo, inserto digammate Μολιο, quasi effissa, ex folliculis nempe; quibus innascitur; seu quia grana habet bifaria divisa. Qui accurate de plantis scripsere, putant fabam veterum, Græcc φαυρον, non esse eam, quæ a nobis *fava* dicitur, sed aliud legumen fructu rotundo et multo minore, quam nostra est. Hanc autem nostram *phaselum* fuisse dictam. Viderint allii (*It. fava*; *Fr. féve*; *Hisp. haba*; *Germ. d. Bohne*; *Angl. a bean*).

I.) Proprie. — 1. De legumine, ut diximus, quod equis præcipue esui præbetur. — a) Generatim. *Cato R. R.* 35. Fabam in locis validis non calamitosis serito. *Virg.* 1. *G.* 215. Vere fabis satio. *Add. Varron.* 1. *R. R.* 44. 1.; *Colum.* 2. *R. R.* 10. 5. et 12. 6. et 7. *ibid.* 12. 2.; *Pallad.* 2. *R. R.* 9. 2. 7. *ibid.* 3. et 12. *ibid.* 1. 1.; et *Veget.* 2. *Veterin.* 57. 2. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (117). Inter legumina maximus bonus fabæ, quippe ex qua teptatus sit etiam panis. *Id.* 19. *ibid.* 3. 15. (40). et 27. *ibid.* 5. 23. (49). *Faba* fracta aut fresa, favarella, faveetta. — Pythagoricis interdictum erat, ne faba vescerentur, ut docet *Cic.* 1. *Divinat.* 30. 62. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magna in cibis, tranquillitatem menis, querenti vera, contrarium. Ad le eund. 2. *ibid.* 58. 119. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 63. faba Pythagoræ cognata. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (118). *Faba* habebat existimata, insomnia quoque facere: ob hoc Pythagorica sententia damna: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animæ sint in ea. Alter autem sensisse videtur Aristorenos, teste *Gell.* 4. 11. Aristorenus nullo spacio legumentum Pythagoram dicit usum, quoniam fabis, quoniam is cibus et subducet sensim olyvum et levigaret. *Gell.* vero *ibid.* sententiam hanc refellere conatur. — Fabam ad mortuos pertinere docet *Fabius Pictor* apud *Gell.* 10. 15. Fabam neque tangere Diali mos est, neque nominare: quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam et lemuralibus jacitur larvis, et parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore ejus lutes littere apparet evidenter. Ita etiam *Plin. loc. cit.* et *Paul. Diac.* p. 87. 13. *Müll.* Similiter *Ovid.* 5. *Fast.* 436. uigras accipit ante fabas, Aversusque jacit; sed dum jacit, haec ego mitto, His, inquit, redimo meque meosque fabis. *Varro apud Non.* p. 135. 16. *Merc.* Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, et dicunt, se lemures domo extra januam ejicere. — *Cl. Féee (Op. cit. vol. 2. p. 458)* hanc exhibet synonymiam: Κυαμος *Plut. Polit.* 2. 12. *Dioscor.* 2. 127. et *Hornier.* 13. *Iliad.* 589.; Κυαμος Σλλαγων *Hippocr.* *Morb.* mnl. 608. et *Theophr.* *Hist.* 8. 3.; et *Faba* *Virg.* *Varron.* et *Gell. loc. cit.* *Colum.* 2. *R. R.* 10. et *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (117). sunt *Faba vulgaris* *Moench.* *Meth.* 150. — b) Proverbium est illud *Plaut. Aulul. act. 5. v. 9.* strao. Reperi. ix. Quid teperisli? strao. Non quad clamitant in faba se repere. h. e. non rem nihil, pota biluni, aut curculionem aliumve similem vermiculum, sed rem pretiosam. — c) *Isage in me cuderetur faba*, h. e. hoc malum in me recidet: proverb. apud *Ter. Eun.* 2. 3. 89. vel inde dictum, quod quidam olim male coctam fabam supra caput coqui

## FABARIUS

saxo comminderis; vel quia, quem faba cuditur, solum laborat, in quo editur. *Donatus.* Alli ducunt ex eo, quod antiqui fabam peccantibus in manu cudebant: unde usus inoleverit, fabam pro culpa aut peccata dici. Alli scuticam servilem significari ajunt, cuius extrellum nodos haberet in modum fabæ. Sed postremum hoc non placet. — d) *Tam perit, quam extrema faba*, h. e. omnino certeque perit, quod faba, quæ est in extremo agro, plerunque aut protinus, aut decerpitur a priore unitibus. *Festus* p. 363. 17. *Müll.* — 2. *Faba* *Egyptia* fuisse videatur camdens ac colocasia, quæque a *Theophr. Hist. plant.* 1. 4. c. 9. itidem χαροπος Αἰγύπτια dicitur. Hujus meminit *Cels.* 6. 7. n. 1. Vel id quod amarum in *Egyptia* faba est, conteritur, rosa adjecta. *Id. ibid.* vi. 2. Est Menophili validum admodum medicamentum, quod constat ex *Egyptia* faba partis interioris, nucum amarorum etc. — 3. *Faba* *Græca* est fructus pomii figura, carne pallida, rufa et pulposa, Italice guajaco, a *Colum.* 7. *R. R.* 9. 8. et 5. *ibid.* 10. 20. *siliqua Græca* dicitur. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 30. 53. (123). Alia arbor in eacumine ramosa, ut pinus, lotos, sive faba *Græca*, quam Romæ a suavitate fructus silvestris quidem, sed cerasorum pecc natura, lotos appellant. *Cl. Féee (Op. cit. vol. 1. p. 369.)* ait ad h. 1. «Ce lotus est le micocoulier, *Celtis australis* de Linné, le perlaro des Italiens. — Pline a accélè sans doute par erreur le nom de *Faba* *Græca* à ce lotus: il n'y a aucun rapport entre la fève grecque et le micocoulier». Porro *lotus* arbor vulgo dicebatur etiam *faba Syriaca*, teste *Hygin.* (ab *A. Maio* edit. in *Class. Auct.* T. 3. p. 45.) fab. 196. *Lotos* *nymphæ* quedam fuit, quam quamquam amatam Priapus insequeretur, illa deorum miseratione in arborem versa est, que faba *Syriaca* dicitur. His similia habet *Lactani*. *Plin.* apud *eucaul.* ibid. p. 148. fab. 179.

II.) Improperie. — 1. Transfertur et ad alias generis grana. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 21. (95). Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod centigranum vocant. Inventus est jam et sepus unus centrum fabis onustus. h. e. spicis. *Id.* 19. *ibid.* 12. 60. (185). In fabis caprini sunt singulæ cavatis si porri, erucæ, lacrymæ, nasturtii semina inclusa seruant, mire provenire. h. e. globulis firmi fabæ magnitudine. — 2. In medicamentis conficiendis occurrit pro mensura. *Veget.* 5. *Veterin.* 66. 2. *Schneid.* Optimæ laseris, quantum fabæ patitur magnitudi, commiscet. *Id. ibid.* 11. 3. Quod etiam hominibus prodest ad fabæ magnitudinem cum ovo dedisse. Adde *Scribon.* *Compos.* 73., 89., 113. et 138.; et *V. Salmas.* ad *Solin.* p. 688.

## FABACÉUS

FABACIUS, a, um, adject. fabalis. *Pallad.* 12. *R. R.* 1. 2. *Ager*, qui calamos fabaceæ messis eduit. *Macrob.* 1. *Saturn.* 12. a med. Carnæ dñe pulite fabacia et larido sacrificatur. *Theod. Priscian.* 4. p. 314. retro ed. *Ald.* *Lomentum* fabacium. — *Fabaccus mucus*, apud *Veget.* 3. *Veterin.* 36. 2. *Schneid.* est humor candidus et viscosus effusus e naribus equorum. — *Hinc*

*Fabacia*, æ, f. 1. absolute, substantivorum more est fabacia puls. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (118). Quin et prisco ritu fabacia sua religionis dñis in sacro est. *Sillig* leg. *fabata*. — *Fabacia virides* apud *Apic.* 5. 6. sunt caules et siliquæ virides fabarum.

FABAGINUS, a, um, adject. fabalis, fabaceus. *Cato R. R.* 54. *Paeas* triticeas, acus fabaginum, vieniam dato.

FABALIS, e, adject. ad fabam pertinens, fabaceus. *Varro* 1. *R. R.* 31. 4. *Fabalis* seges. *Ovid.* 4. *Fast.* 725. de viliulo cinerem stipulosque fabales. *Sepe tuli.* Adde *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (120). — *Hinc* *Fabalia*, *tum*, u. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt calimi fabales, et quibus siliquæ pendunt. *Cato R. R.* 37. *Stercus* unde facias, stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus. *Schneiderus metius* leg. *fabalium acus*. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 69. (141). *Fabalium* siliquaramque cinis. Adde *Varron.* 1. *R. R.* 23. 3. et 31. 4.; *Colum.* 2. *R. R.* 10. 9.; et *Tertull.* *Anim.* 31.

FABARIUM ii, n. 2. est locus fabis consitus, ut pomarium pomis. *Vor* a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Vir. p. 111.*

FABARIUS, a, um, adjct. fabalis, ad fabam pertinens. *Hinc fabarium pilum*, scilicet fabis tundea-

dis, et farrearium inter agrestia instrumenta enumerat *Cato R. R.* 10. *extr.* — *Fabaria insula*, nunc *Borkum*, in Oceano Germanico, contra ostia Amisii fluvii, qui nunc *Ems*. *Plin. 4. Hist. nat.* 13. 27. (97). Eorum insularum nobilissima Burghana, *Fabaria nostris dicta*, a frugis similitudine sponte provenientis. *Id. 18. ibid.* 12. 30. (121). *Fabaria insulae in plur. num.* — *Fabaria negotiatio* in *Inscript. apud Murat. 132. 3.* ubi pro eorum negotiationis fabarice legendam est *forum negotiationis fabarice*, ut est apud *Orell. 2515*. — *Fabaria kalendae* dicebantur Juniae, quod in iis fabae recentes rebus divinis adhibebantur. *Macrobi. 1. Saturn.* 12. — *Fabarius* item est appellatus cantor, qui emolliendis vocis causa fabis vescebatur. *Isid. 2. de eccles. Offic.* 12. Antiqui pridie, quam cantandum erat, cibis abstinebant, psallentes tamen, legumine rausa vocis assidue utebantur: unde et cantores apud Gentiles fabarii dicti sunt. — *Hinc*

*Fabaria*, *æ*, f. 1. absolute, substantivorum more, est mulier negotiatrix fabaria. *Inscript. apud Donat. 465. 9. ANTISTIA VICTORINA FABARIA.*

**FABATARIUM**, *ii*, *n. 2.* *vas amplum*, in quo fabata, *h. e.* fabarum grana reponuntur. *V. FABATUS* et *FABA*. *Lamprid. Elagab.* 20. Barbas mulorum jubebat exhibiri plenis fabataris et discis.

**FABATUS**, *a*, *um*, *particip.* ab *inusit. fabare*, *faba conditus*, ex *fabe factus*. *Festus p. 277. 24. Müll.* In sacrificiis publicis, quum puls fabata diis datur, nominatur *refriva*. *V. FABACIUS*. — *Hinc*

*Fabatum*, *i*, *n. 2.* est *granum fabae* in *Gloss. Philox.* *Fabatum*, *φαβάτος κύκκος*. Mendose in editionibus legitur *falatrum*. *V. FABA*. — *NE*. De cogn. Rom. *V. ONOM.*

**FABATUM**, *i*, *n. 2. V. voc. præced.*

**FABEA**. *V. FAVEA*.

**FABELLA**, *æ*, *f. 1. diminut. a fabula*, *parva fabula*. ¶ 1. Generatim dicitur de brevi aliqua ac vera narratione. *Cic. 5. Fin.* 15. 42. Parva fabellam auditione duci. *Phœdr. 2. 4.* Hanc emendare, si tamen possum, volo Vera fabella. *Seneca Ep. 77. circa med.* In fabellam excessi non ingrata tibi: exitum enim amici cui cognoscere non difficilem, nec miserum. Adde *Quintil. 5. 11. 21.* ¶ 2. Speciation est narratuncula commentaria, doilli, et longe a vero remota. *Cic. 2. Divinal. 38. 30.* Nihil debet esse in philosophia commentielis fabellis loci. *Tibull. 1. 5. 85.* Referre fabellas. *Horat. 2. Sat.* 6. 77. anites fabellas garris. *Id. 2. Ep. 1. 190.* surdo asello narrare fabellam. (proverb.) *Phœdr. 4. 6. extr.* Quid ergo possum facere tibi, lector Cato, Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ? *h. e.* nec *Æsopæ* breves humilesque fabulæ, nec longiores grandiosæ narrations, cujusmodi in tragis argumentis tractantur. *Quintil. 1. 9. 2. et 5. 11. 19.* *Æsopæ* fabella. *Apul. 6. Met. Bella fabella.* ¶ 3. Item speciatim ponitur pro narratione, quæ in comediis et tragediis exhibetur. *Cic. 2. ad Q. Fr. 6. 3.* Quamquam a te actiam fabellam video esse festive.

**FÄBER**, *fäbta*, *fäbrum*, *adjecit. translate tantum occurrit*, *metaphora sumpta a voc. seq., pro artificiose, artificiose, ingegnoso*. *Ovid. 8. Met.* 159. *Dædalus ingenio fabrae celeberrimus artis*. *Id. 3. Fast.* 383. *Mamurius morum, fabræ exactior artis*, *Dificile est dicere*. *Apul. de Mag.* *Fabra levitas speculi*. *Id. Florid. n. 8.* *Faberrimum anuli aurei signaculum*. *Prudent. Apotheos.* 1034. *Solus homo emeruit Domini formabilis dextra Os capere, et fabro deitatis signime nasci*. *Cf. Furlanetto in Append.* addit etiam il ludi *Plaut. Most. 1. 2. 39.* Parentes fabri liberum sunt: quod tamen rectius referas ad voc. seq.

**FÄBER**, *fäbri*, *m. 2.* In Genit. plur. usitatus est *fäbrum*, quam *fäbrorum*. *Cic. Orat.* 46. 156. Jam, ut censoria tabula loquuntur, *fäbrum* et *procum audeo* dicere, non *fäbrorum* et *procorum*. *Cæs. apud Cic. 9. Att. 8. C. 2.* Jam duo *præfecti fabrum Pompeji* in meam potestatem venerunt. Adde *eumd. 1. B. C. 21. Liv. 1. 43.* *Dux fabrum centurie*. *Plin. 34. Hist. nat.* 1. 1. (1). *Arserium fabrum collegium*. — Reperitur tamen etiam *fäbrorum*. *Plaut. Most. 1. 2. 54.* *Fragi usque et probus fuli*, in *fäbrorum* potestate duum sui. *Cic. 3. Verr.* 56. 147. Quantum paucæ opæ *fäbrorum* tulerunt. Adde *Vitruv. 10. 1. in fin.* *Plin. 35. Hist. nat.* 15. 51. (182). *Fäbraria* *fäbrorum officinae*. *Inscript. apud Don. cl. 9. n. 9.* *Collegio fabrorum D. D.* — *Ceterum faber est*

omnis artifex, qui e quavis duriore materia facit aliiquid; *a facio*: nam qui ex gypso, argilla, aut cera a liquidū conficit, *plastes vocatur*, τεχνατης (*It. fabbro*, artesice; *Fr. ouvrier*, artisan, travailleur; *Bisp. oficial*, oficialazo, obrero, obrador; *Germ. d. Tischler*, *Zimmermann*, *Schmied*; *Angl. a forger*, smith, artificer, handcraftsman).

I.) Proprie. — a) Habet amplam significationem, quæ tamen limitibus circumscrivit addito adjectivo, ut *faber ferrarius*, qui aliquid ex ferro conficit; *lignarius*, qui ligna ad ædificia concinnat; *aurarius*, qui ex auro aliquid excludit; *navalis*, qui naves frabricatur, et sic de ceteris. *Plaut. Rud. 2. 6. 47.* Ut fortunati sunt fabri ferrarii, qui apud carbones assident! Sic *Inscript. apud Orell. 4083*. Fabri ferrarii Dibionenses. *Cic. Brut.* 73. 257. Ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. Adde *eumd. 2. de republ.* 22; et *Inscript. apud Henzen. 7230* Sic *Cayus Dig.* 50. 16. 235. Fabros tignarios dicimus non eos dumtaxat, qui ligna dolant, sed omnes qui edificant. *Inscript. apud Gruter. 640. 1. P. LONGIDIENVS P. F. CAN. FABER NAVALIS SU VIVO CONSTITVIT. Alia apud Nibby. Viaggio antiq. T. 2. p. 293. L. LEPUNIO EVTYCHO QVINQUENNIAL PERPETVO CORPORIS FÄBRYM NAVALIVM OSTVNIVM.* Cf. *Inscript. apud Orell. 4245. Atia apud Orell. 4182. Faber intestinarius. Alia apud eumd. 4280. Faber flaturarius sigillarius. Alia apud eumd. 4302. Faber eborelius. Alia apud eumd. 7. et 4302. et a apud *Henzen. 5735*. Faber argentiarius. Similiter alia apud Orell. 4181. Faber a Corinthiis. Alia apud eumd. 4185. Faber oculariarius. — Et cum Genitivo materiarum, ex qua faber aliquid eonsiliit. *Horat. 2. Ep. 1. 96.* Marmoris aut eboris fabros aut æris auavit. *Juvenal. 8. 175.* Inter carnifices et fabros sandapularum. — Alii porro fuerunt fabri, quorum collegia in omnibus sere municipiis et coloniis olim suis se constat ex plurimis vetustis inscriptionibus, quæ eorum mentionem faciunt: haec instituta præcipue fuerunt arcendorum in urbibus incendiis causa, quique illis præterat *præfectus fabrum* dicebatur: alia præterea fuerunt collegia fabrum tignariorium, ferrariorium etc., illis similia, quæ apud nos *fraglie dei falegnami*, *fabbri* etc. *Plin. 10. Ep. 42.* Dispe, au instituendum putes collegium fabrorum, dumtaxat hominum cl.; ego attendam ne quis nisi faber recipiat. *Hinc Symmach. 10. Ep. 27. (al. 34.).* Sicut qui fabriles manus augustis operibus accommodant, per alios fortuita orecentur incendia. *Inscript. apud Gruter. 261. 4. MAGISTER QVINQVENNALES COLLEGII CORPORUM, FÄBRYM FERRARIORVM, TIGNARIORVM, DENDROPHORORVM ET CENTONARIORVM.* Adde *Inscript. apud Orell. 3690., 4088., 3361., 80., 2177., 4160., 3319.*; apud *Henzen. 6745. 7201., 7021., 7198.* et alias quamplurimas. *V. PRÆFFECTUS.* — b) *Absolute*. *Cic. Planc. 25. 62.* Ut nos in manripiis parandis quamvis fragi hominem, si pro fabro aut pro teucto emimus, ferre moleste sollemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, forte nesciverit etc. *Id. 7. Verr. 19. 48.* Vel Capitolum publice, coactis fabris operisque imperatis, gratis ædificari potuit. *Id. 9. Fam.* 2. 5. Non desesse, non morbo ut architectos, veruni etiam ut fabros ad ædificandam rempublicam. *Tibull. 1. 3. 38.* nec ensem Immitti sevus duxerit arte faber. *Horat. 2. Ep. 1. 116.* tractant fabrilia fabri. *Id. 1. Sat.* 8. 2. Quoniam faber, incertus sciamnum faceretne Priopum etc. Adde *Quintil. 7. 10. 9.*; et *Juvenal. 14. 106.* Et poëtie de Dædalo Juvenal. 1. 54. Et mare percussum puer (*h. e.* Icaro) fabrunque volantem. — Fabri fuerunt etiam in legionibus. *Cæs. 5. B. G. 11.* Ex legionibus fabros delegit et ex continentis alios arcessiri jubet. His qui præterat, apud *eumd. Cæs. 1. B. C. 24.* *præfectus fabrum* dicitur. Adde *Cætium apud Cic. 8. Att. 6.* Horum fabrorum munera ita describit *Veget. 2. Milit. 11.* Habet præterea legio fabros tignarios, structores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquosque artifices ad hibernorum ædificia fabricanda, ad machinas, turres ligneas ceteraque, quibus vel expugnatur adversariorum civitates, vel defenduntur proprie, preparatos, qui arma, qui vehicula, etc. Horum judex proprius *præfectus fabrum* in militia et in municipiis, *V. Bulletin. del' Institut. archéol. a. 1839. p. 66.* — c) Proverbiū est illud *Appi* apud *Sall. ad Cæs. de rep. Ordin. 1.* Res docuit id verum esse, quod in carmine*

nibus Appiis alt, fabrum esse quemque fortunæ suæ. — d) *Fabrum cedere*, quum ferimus fullorem, proverbiū apud *Arnob. 6. 9.* de his dictum, qui dum quidpiam queritant, in aliud deterius incident. *Al. leg. cadere*.

II.) Impropte faber est pisces genus, alio nomine zeus, proprium Atlantici et Gaditani maris. *Plin. 9. Hist. nat.* 18. 32. (68), et 32. *ibid.* 11. 53. (148); et *Colum. 8. R. R.* 16. 9. *V. ZEUS.*

**FÄBRÈ**, *ai* verb. Sup. *Faberrime*. — Fabre est artificiose. *Plaut. Men.* 1. 2. 23. Hoc factum est fabre. Adde *eumd. Stich.* 4. 1. 64. *Sil. II.* 14. 320. Trabs fabre teres, atque erasis undique nodis. *Att. leg.* Trabs trabe juncta teres, derasis undique nodis. *Apul. 11. Met.* Navis faberrime facta. *Ammian. 23. 5.* Fabre polire aliquid. *Id. 29. 3.* Thorace polito faberrime. *Id. 20. 11.* Faberrime aptare aliquid. *I.* et voc. seq.

**FÄBRÉFACIO**, *sæcis*, *sæci*, *factum*, *sæcere*, a. 3. Part. *Fabrefactus* sub I., quod et *fabre factus* divisi scribitur: Pass. *Fabrefeo* sub I. — *Fabrefacio* est artificiose ædifico, compono.

I.) Proprie. — a) De navibus. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 38. Classem magis validam, quam decoram fabrefecit. *Liv. 37. 27.* *Fabrefacta* navigia. *Apul. Florid.* n. 22. Navis bona, fabrefacta. *Al. scrib. divit. — b)* De aliis rebus. *Liv. 26. 21.* Pacis diuturnæ regiæque opulentiz oracula, argenti ærisque fabrefacti vis, alia superlex pretiosaque vestis etc. *Ammian. 29. 1.* Lans ex diversis metallicis materialis fabrefacta. *Vulgat. interpr. Exod. 31. 4.* Quidquid fabrefacti potest ex auro et argento et ære, marmore et gemmis et diversitate lignorum.

II.) Translate. *Plaut. Cas.* 5. 1. 7. Nec fallaciam astutorem ullus fecit poeta, atque ut hæc est fabrefacta a nobis. *Al. divit. leg. fabre facta.*

**FÄBREFACTUS**, *a*, *um*, *et*

**FÄBREFIÖ**. *V.* *voc. præced.*

**FÄBRICA**, *æ*, *f. 1. proprie est fabri officina, ἀρχαιοτέρων (It. bottega; Fr. atelier des ouvriers ou artistes; Hispan. oficina; Germ. die Werkstatt des in harthen Stoffen arbeitenden Handwerkers oder Künstlers; Angl. a shop, place to work in).*

I.) Proprie. *Ter. Adip.* 4. 2. 45. sv. Apud ipsum lacum est pistrilla et ex adversum fabrica: ibi est. ibi. Quid ibi facit? sv. Lectulos in sole lignis pedibus faciundos dedit. Adde *eumd. Ibid.* 4. 6. 4. *Cic. 3. Nat. D.* 22. 55. Vulcanus, qui Lemni fabriæ traditur presulisse. — *Fabrica armorum*, quas *Cæs. 1. B. C. 31. officinas armorum dixit. Veget. 2. Milit. 11. (item *Lamprid. Alex. Sev.* 31; et *Cöripp. 4. 12.*) eas vocat, quas publicas per singulas provincias Romanæ sequiori tempore habebant, *manifatture d'armi*; privatim enim exercere volebant, et ul ex *Novell. 85.* constat. *Notit. Imper. Occid.* 32. *Fabricæ infra scriptæ*. Italiæ: *Concordiensis sagittaria*; *Veronensis scutorum et armorum*; *Mantua curiaria*; *Cremonensis scutaria*; *Ticinensis arcuaria*; *Lucensis spatharia*. Porro *fabricenses* dicebantur, qui hujus modi *fabricas* exercebant ad armæ publicæ euendenda; quique illi præterat, *præfectus fabrorum* apud *Veget. loc. cit.* et *præpositus fabriæ* apud *Ammian. 29. 3.* et in *Inscript. apud Gruter. 283. 4.*, quæ est apud *Henzen. 6751.*, appellatur. *V. Zirardini, Edit. di Rav. p. 14. et 19.* Horum *fabricensium collegium* memoratur in *Inscript. apud Orell. 4079. IVLIVS VITALIS FABRICIESIS (h. e. fabricensis) LEG. XX. V. V. STIPENDIORVM IX. ANOR. XXIX. NATIONE BELGA EX COLEGIO FABRICÆ (h. e. fabricæ) ELATVS H. S. E.**

II.) Translate. ¶ 1. Fabrica est ipsa ars fabrilis, arte, mestiere. *Vitruv. 1. 1.* Fabria est continuata ac tria usus meditatione, quæ manibus perficitur et materia, cujuscumque generis opus est, ad propositum deformationis. Sic de arte tignaria, *h. e.* ædificandi, *Zucret.* 4. 516. Denique ut in fabrica, si prævia est regula prima, Normaque si fallax rectis regionibus exit, Et libella aliqua si ex parti claudatur hilum, Omnia mendose fieri – prona, supina atque absossa tecta. *Cic. 2. Nat. D.* 13. 35. Pictura et fabrica ceteræque artes habent quemdam absoluti operis effectum. *Id. 1. Divinal. 51. 161.* Materia quid jucaret, nisi confectionis ejus fabricam habereimus? *Id. 1. Nat. D.* 20. 53. Natura effectum esse mundum; nihil opus fuisse fabria. *Id. 2. Ibid. 60. 150.* Omnis fabrica aris et ferri. *Plin. 7. Hist. nat.* 56. 57. (197). Fabrica materialia, æraria, forrea. *h. e.* urs ducendi

ferrum etc. *Justin.* 36. 4. Tradere se fabricæ seriatim artis. *Plin.* 16. *Ep.* 8. Fabrics carpentaria. *Quintil.* 2. 21. 10. Ejus fabricæ, quam Græci χαλκευτινην vocant. *Id.* 2. 17. 10. Nec fabrica sit ars: casas enim primi illi sine arte fecerunt. *Apol.* 6. *Met.* Fanum solerti fabrica constructum. *Lamprid.* *Alez.* *Sev.* 20. Fabricarum peritissimus. Adde *Vopisc.* *Tac.* 11. — Hinc adjective, seu per appositionem. *Paul. Dig.* 33. 7. 19. *extr.* Servus arte fabrica peritus. ¶ 2. Hinc fabrica dicitur peritissima et exquisita rei aliquujus elaboratio. *Cic.* 2. *Nat.* D. 47. 121. Adioirabilis fabrica membrorum animantium. *Id.* 4. *Off.* 35. 127. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Cf. *Capitolin.* *Pertin.* 8. Vehicula arte fabricæ nova. ¶ 3. Metaphora hinc sumpta pro dole, seu machinatione accipitur, *inganno, frode.* *Plaut.* *Mil. glor.* 2. 1. 69. Ei nos facetis fabricis et doctis dolis glauconiam ob oculos objicitus. *Id. Cist.* 2. 2. 5. Quot admixtis illi fabricas, quot fallacias! *Id. Pen.* 5. 2. 39. et *Baceh.* 2. 3. 132. Fabricas apparare. *Ter.* *Heaut.* 3. 2. 34. Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? *Ammian.* 14. 9. Prædictum enim Montium, sub ipso vivendi termino, — fabricarum culpasse tribunos. — Huc referri potest et illud ejusdem *Ammian.* 18. 4. Comiteus fabrica eamdem incudem, ut dicitur, diu noctuque tundendo ad spadonum arbitrium, imperatori suspiciens ac timido intendebat Ursicinum. h. e. delatores aulici, qui in comitatu imperatoris Constantini priorem locum obtinebant, quique caluniarum perpetui erant fabricatores. ¶ 4. Abstractum pro concreto, agud sequioris ævi scriptores, fabrica est opus ipsum fabricatum, fabrica. *Pallad.* 1. R. R. 9. 2. In fabricis planis observandum est, ut aequalis et solida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremor fabricæ titubantis excusat. *Id. ibid.* 7. 4. Fabrica vilistica. Adde *eund.* 2. *ibid.* 22. et 8., et 12. *ibid.* 15. 1. *Trebell.* *Poll.* *Gall.* duob. 5. Fabricæ devariora sunt cum habitatoribus. — A *Prudent.* *Hymn.* de *Nat. Dom.* 45. fabrica dicitur homo, quippe qui a Deo formatus.

FÄBRICABILIS, e, adjekt. qui fabricari potest. *Gloss.* *Philox.* Fabricabilis, ἐγγίσιος.

FÄBRICARIUS, a, um, adjekt. qui fabricando indoneus est. *Gloss.* *Philox.* Σύλλα ἐγγίσιος, ligna fabricaria.

FÄBRICATIO, ūnis, f. 3. actus fabricandi, item ipsa fabrica.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat.* D. 54. 133. Si erit tota hominio fabricatio perspecta. *Vitruv.* 2. 1. Fabricationes adiutoriorum. *Id.* 9. 2. Pythagoras normam siue artificis fabricationibus inventam ostendit.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Orat.* 42. 167. Ne illa quidem traductio atque immutatio in verba quandom fabrificationem habet, sed in oratione. h. e. artificium, artem.

FÄBRICATOR, ūris, m. 3. qui fabricatur, seu aliquid facit ac componit.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 38. 120. Minitorum opuscularum fabricator. *Id. Tim.* 2. Utrum illa fabricator tanti operis sit imitatus exemplar. *Quintil.* 2. 16. 12. Fabricator mundi. Cf. *Capell.* 7. p. 239. Monadem fabricatori deo, dyadem materiae procreanti, triadem idealibus formis consequenter aptamus. h. e. δημοσιεγα. *Verg.* 2. *En.* 264. Doli fabricator. h. e. equi. *Facat.* *Pan.* *Theod.* 4. rerum. *Firmic.* 3. *Mathes.* 6. n. 9. Fabricatores deorum. h. e. qui deorum signa faciunt. ¶ 2. Latiori sensu fabricator dicitur etiam qui aliquid fabricandum curat. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 100. n. 227. FABRICATORI ET MAXIMA PARTE ETIAM CIVITATIS NOSTRAE, MYLTA ET VSTI ET ORNATI ADVENTI UMBRONIO (*Guarinini Ricerche di Etolo* p. 104. ex ipso lapide corrigit Umbonio) MANDATIO V. C. PATRONO DIGNISSIMO ORDO CIVITATIS AECLANENSIVM STATVAM PONENDAM CENSUIT.

II.) Translate. *Zucret.* 3. 473. Nam dolor et morbus iei fabricator uteque est.

FÄBRICATRIX, ūsis, f. 3. que fabricatur. Translate *Lactant.* 6. 22. Mortis fabricatrix voluptas. Adde 17. 12. et *Epitom.* 9. ad fin.

FÄBRICATUS, a, um. V. FABRICO.

FÄBRICATUS, us, m. 1. idem quid fabricatio. In sexto casu singulari *Solon.* 3. *Ep.* 13. ad fin. Illo fabricatoe amictiarum culmen edificat.

FÄBRICENSIS, e, adjekt. ad fabricam pertinens. — Hinc

*Fabricensis*, is, m. 3. absolute, substantivorum more, est qui in publicis fabricis ad arma cedenda exercetur: V. FABRICA. I. in fin. *Cod. Justin.* 11. tit. 8.

FÄBRICIUS, a, um, adjekt. idem ac fabrilius. Ura fabricia pro fabritis (V. FABRILIS ad fin.) legitur apud *Theod.* *Priscian.* l. 2. part. 1. c. 13., si tamen salva est lectio.

FÄBRICO, as, avi, atum, are, a. i. apud Poetas et in prosa oratione apud scriptores qui post Augustum ævum floruerunt: et frequentius

FÄBRICOR, ūris, atus sum, ari, dep. 1. Part. *Fabricans* 1. a.; *Fabricatus* 1. a. et b.; *Fabricandus* 1. a. — Fabricari vel fabricare est fabricari arte quiliplam facere, τεχναιοπαι (It. fare, lavorare, fabricare; Fr. faire, faconner, confectionner, fabriquer; Hisp. hacer, labrar, artistamente, componer, fabricar; Germ. arbeiten, etwas verfertigen aus Holz, Stein, Metall; Angl. to make, frame, forge, fabricat, construct, build).

I.) Proprie. — a) Forma fabricor apud *Cic.* 1. *Off.* 41. 147. Pictores et il, qui signa fabricantur, suum quisque opus a vulgo considerari vult. *Id.* 3. *Orat.* 46. 180. Capitolii fastigium illud non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. *Id. Rabir.* *Post.* 3. 7. Qui fabricatus gladium est. *Id.* 2. *Dicitur.* 19. 43. Non te puto esse eum, qui Jovi fulnea fabricatos esse Cyclopis putes. Cf. *Lucrel.* 6. 365. Quorum utramque opus est fabricanda ad fulmina nobis. Rursus *Cic.* Tim. 6. Mundum globosum usi fabricatus. *Orell.* recte ita leg.; *Forcellinus* et alii: *Mundus globosus* passive. *Sueton.* *Claud.* 19. Nives mercature causa fabricantibus magna cibaria constituit. *Tac.* 11. *Ann.* 29. Naves fabricantes plano alveo. *Id.* 4. *ibid.* 51. Pontes et scalas fabricati. *Sil.* *It.* 15. 197. Ad tela fabricanda. — b) Forma fabrica. — Active *Horat.* 1. *Sat.* 3. 102. Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus. Adde *Epopoe.* *Prob.* 20. *Ovid.* 13. *Met.* 683. Misera hunc (cratera) illi Therses, fabricaverat Alcon. *Phœdr.* 4. 6. Fabricasset Argus opere Palladio ratem. *Sueton.* *Cal.* 37. Fabricavit et de cedris liburnicas, gemmatis pupillibus. Adde *Colum.* 4. R. R. 3. 1. et 6. *ibid.* 2. 10.; et *Quintil.* 2. 17. 3. *Capitolin.* *Anton.* *Phil.* 13. Fabricare seculerum. — Passive. *Ivirg.* 9. *En.* 144. mœnia Trojae Neptuni fabricata manu. *Id.* 2. *ibid.* 46. in nostris fabricata est machina muros. *Ovid.* 8. *Met.* 669. Sistitur argilla crater fabricataque fago Pocula. *Id.* 1. *ibid.* 259. Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum. *Quintil.* 2. 16. 6. Non fabricari militi gladius. *Fopisc.* *Prob.* 23. Fabricariarma. Adde *Colum.* 7. R. R. 10. 8.; *Pallad.* 1. R. R. 38. 1.; et *Annian.* 24. 2. *Colum.* 8. R. R. 3. 8. vasu. *Sueton.* *Ner.* 32. Situlaera ex auro vel argento fabricata. *Id. Aug.* 16. Fabricari naves. *Id. Claud.* 16. escedaro. *Id. Ner.* 12. In amphitheatro ligneo intra annis spatium fabricato. *Id. Cœs.* 25. pontem. *Sil.* *It.* 1. 445. tecta. *Vellej.* 2. 27. Cuniculi miro opere fabricati. *Id.* 2. 79. Speciosissima fabricata classe. *Annian.* 14. 6. Fabricari urgana hydraulicia.

II.) Translate. — a) Forma fabricor apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 27. 87. Jam illa præclaræ, quanto artificio esset sensus nostros mentemque et totam constructionem hominio fabricata natura! — Hoc affirmare poles. Luculle, esse aliquam viam cum prudenter et consilio scilicet, que sinicit, vel, ut tuuero utar, que fabricata sit hominem? qualis ista fabrica est? ubi adhibita? *Id. ibid.* 10. 30. Quanto quasi artificio natura fabricata esset primum animal omne, deinde hominem maxime. *Id.* 1. *Nat.* D. 2. 4. Ut ea ipsa di immortales ad usum hominum fabricati pene videantur. *Id.* 3. *Orat.* 45. 178. Ut in plerisque rebus incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata. 4-pul. 7. *Met.* Prandium fabricator opipare. h. e. instruit, apparat. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 6. 17. Nihil est clarus εὐεργεῖς, ut Græci: perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus fabricemurque, si opus erit, verba, inventiamo, formiamo nuove parole. — Hinc pro machinari, excoigitore fallacias. *Plaut.* *Asin.* 1. 1. 89. Fabricare quidvis, quidvis communis, perficio, argentum hodie ut habeat filius. *Id. Bacch.* 4. 4. f2. Compara, fabricare, si que quod lubet, conglutina, ut senem hodie doctum dorte fallas. Et absolute *Id. Cas.* 2. 5. 52. Argento, fabricamini. — b) Forma fabrico apud *Senece.* *Ep.* 16. Philosophia animum format et fabricat. *Manil.* 1. 772. Etheriusque *Platon.* et qui fabrica-

veret illum. Damnatusque suas melius damnavit Athenæ, h. e. instituerat, docuerat. *Sil.* *It.* 16. 671. Ne fabricare moras. *Apul.* 3. *Met.* risum. *Id. ibid.* 6. extr. mortem sibi manibus. — Et passive *Quintil.* 10. 7. 2. Dum illa verba fabricentur et vox præparetur.

FÄBRICULA, ūs, f. 1. diminut. a fabrica, parva fabrica. Ita appellatur agellus apud *Cassiod.* 8. *Varius.* 28., quia fortasse eidem parva fuerat fabrica imposita. Ceterum absolute *Alcim.* *Ep.* 2. addit. a med. Fabricula videtur injuncta esse dedicatio.

FÄBRICUS, a, um, adjekt. idem ac fabrilius. V. FABRICA.

FÄBRICATIO, ūnis, f. 3. fabricandi actio. *Ter-tull.* *Apolog.* 12. Non sentiunt injurias et contumelias sueæ fabricationis dili vestri.

FÄBRILIS, e, adjekt. ad fabrum pertinens. *Cic.* 6. *Att.* 1. a med. Erratum fabrile putay. *Liv.* 27. 49. Fabrile sculptum. *Orid.* 4. *Met.* 175. et quod opus fabrili dextra tenebat. Excudit. *Id.* 1. *Amar.* 9. 30. Mars quoque depresso fabricilia vincula sensit. *Cels.* 8. 7. Fabrile gluton. *Seneca* 6. *Benef.* 38. Nullo igne levigant tecta; jacebit opera fabrili. *Cepell.* 9. p. 302. Lemnius Illycibus fabricum tantum operum solers maritus. h. e. sordidarium, illiberatum, quas Græci βαρύνουσι appellant, irgeniusque et liberalibus opponunt. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 49. (182). Fabrile glutinum. *Id.* 14. *ibid.* 1. 3. (16). Vinis gratiam offert fumus fabrili. — Sic fabrilem uoram dici ait *Cœl.* *Julrel.* 4. *Tard.* 3. post med. qæsumi fumi vapore siccata est. *Edict.* *Dioclet.* p. 20. Uva passæ fabriles. — *Fabriles bulbi.* V. BULBUS. — *Einc*

Fäbrilia, ūm, n. plur. 3. absolute, substan iovore more, sunt res fabrorum. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 116. tractant fabrilia fabri.

Fäbriles ūm, in plur. 3. absolute, substantivore more, appellantur vasculari fictiliarii, qui amorphas alliqa vasa ex argilla fingebant. *Inscript.* in quadam amphora apud *Don.* *pref.* p. 86. FÄBRILES MARCELLAE. — FÄLICITATEM. Artifices scilicet e familia Marcellæ Saturnalibus dono eidem dederunt hunc amphoram cum laeta exclamacione.

FÄBRILITER, adverb. artificiose, more fabrili. *Prudent.* *Apotheos.* 583. Opifex fabrilitate aptans Compositum.

FÄBRIÖ, is, ivi, ire, a. 4. idem ac fabrico. *Fenant.* 2. *carm.* 12. 23. Quod nullus ventiens Romana gente fabrit, Hoc vir barbarica prole peregit opus.

FÄBÜLA, ūs, f. 1. narratio, Id quod in ore omnium versatur, rumor populi, sermo pervagatus; res passim divulgata, sive sit vera, sive falsa; a factum, ut ait *Dionet.* 3. p. 488. *Putsch.* Latine fabule appellantur, sive fabulæ λόγος, μύθος (It. discorsi, racconto, favole; Fr. récits, histoire, bruit public; Hisp. recitacion, narracion, historia; Germ. Erzählung von einem Ereignisse, Geschichte, Sage; Angl. a report or saying, tale, story, hearsay, rumour). Occurrat autem A) Generatim; et B) Speciatim.

A) Generatim est, ut diximus, narratio, rumor populi, sermo pervagatus.

I.) Proprie. ¶ 1. De narratione diciter. *Liv.* 1. 11. Additur fabula, quod vulgo Sabini aureas armillas brachio hero habuerint, pepigisse eam eis. *Id. pref.* Que ante conditam condamnat urbem poetis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur etc. *Orid.* 3. *Pont.* 2. 97. Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo, Laudarunt omnes facta piacum fidem. *Id.* 4. *Met.* 189. netissima fabula. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 95. Unnidius, qui tam (non longa est fabula) dives, Ut metiretur nummos etc. *Id.* 1. *Ep.* 2. 6. Fabula, qua Paridis propter narratur amorem Græcia Barbaræ lento collisa duello etc. *Id.* 1. *Sat.* 1. 70. mutato nomine de te Fabula narratur. *Petron.* *Satyr.* 92. Utequinque tamen, tamquam non agnoscerem fabulam, tacui, quasi ch'io non sapessi, come la cosa stava. Et sequente *Infinite.* *Gell.* 19. 12. Ne id accidat, quod cuiquam Thraco venisse usu, fabula est, si dire, si racconta. *Curt.* 5. 1. 32. Super aree, vulgatum Græcorum fabulis miraculum, pensiles horti sunt. *Justin.* 1. 4. (3). Hinc igitur fabulae Syllam et Charybim peperere, et pacculo post § 17. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulae compostum, sed neta et admiratione transeuntium. *Jure-* *nal.* 15. 72. A devertitudo repetatur fabula. *Stat.* 2.

*Achill.* 273. *Fabula puerilis.* *Claudian.* 2. in *Eutrop.* 550. monstruosa. *Hieronym.* Ep. 1. 38. Brevis tibi fabulam referam. Adde *Spartian.* Pesc. 11.; et *Capitolin.* Gord. tr. 24. — Sæpe (etiam in malam partem) de illis quæ publice narrantur. *Sueton.* Domit. 15. Idque ei cenant, a mimo Latino, qui præteriens forte animadverterat, inter ceteras diei fabulas referretur. *Id. Ner.* 6. Emanavit in vulgo, missos a Messalina uxore Clandii, qui cum meridiantem quasi Britonice æmulum strangularent. Additum fabula est, eosdem dracones e pulvino se profondere conterritos refugisse. Quæ fabula exorta est etc. *Plin.* 8. Ep. 18. sub fin. Dabes omnes fabulas urbis, tutte le dicerie e le chiacchiere della città. Cf. *Petron.* Satyr. 111. Una igitur in teta civitate fabula erat, non si parlava d'altri che di costei. Rursus *Plin.* 1. Ep. 13. Ad audiendum pigre coitur, plerique in stationibus sedent, tempusque audiendi fabulis conterunt. Adde *eumd.* 6. ibid. 15. *Justin.* 12. 6. 12. Reputabat deinde, quantum in exercitu suo, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidit, quantum apud ceteros amicos metum et odium sui fecerit. *Martial.* 1. 91. tibi mecum fabula nulla dabat, nintu sparla di te, come se avessi degli adulteri. Adde *Propert.* 2. 10. 14.; *Quintil.* 9. 2. 95.; *Tac.* *Dial.* de orat. 3.; et *Lucan.* 8. 605. ¶ 2. Item de ipsa publicarum narrationum sermonumqæ materia, l'oggetto dei pubblici discorsi, delle pubbliche dicerie, la favola. *Horat.* 1. Ep. 13. S. Asinæque pateroum Cognomen vertas in risum et fabula fias, diventi la favola del volgo. Sic *Tibull.* 1. 4. 83. Parce puer, queso, ne turbis fabula fiam, Quum mea videbunt vana magisteria. *Id.* 2. 3. 31. Fabula nunc illæ est: sed cui sua cara puella est, Fabula sit, mayult, quam sine amore deus. *Propert.* eodem sensu L. 5. 26. rumor eris. *Horat.* Epod. 11. 8. heu me, per urbem Fabula quanta fu! quanto ho dato a dire di me! *Ovid.* 3. Amor. 1. 21. Fabula (nec sensit) tota tactaris in urbe, si dice di te per tutta la città. *Propert.* 2. 32. 26. Semper formosissima fabula pœna fuit. *Sueton.* Aug. 70. Cœna ejus secretior fuit in fabulis. si fecero molti discorsi d'una sua cena etc. ¶ 3. Item confabulatio, sermo, qui privatim inter aliquos fit, conversazione. *Tac.* *Dial.* de orat. 2. Quos ego in judiciis non utrosque modo studiose audiebam, sed domi quoque et in publico assecabar, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotæ dictio[n]is exciperem, privati discorsi. *Lamprid.* Elagab. 25. Quum inter fabulas privatas sermo esset ortus, quanti berniosi esse possent in urbe Roma. *Id. Alex.* *Ser.* 33.; et *Capitolin.* Pertin. 12. Fabula literatæ. *Lamprid.* Alex. Ser. 43. la fabulis amabilis. *Tac.* 6. Ann. 5. Ne verba prave detorta, ne convivallum fabularum simplicitas in crimen duceretur, postulavit. Adde *eumd.* 2. *Hist.* 72. Cf. *Juvend.* 1. 145. It nova, nec tristis per cunctas fabula coronas. Adde *Lucan.* 4. 200. — Huc rescripsi potest et illud *Martial.* 5. 20. Sed gestatio, fabula, libelli, Campus, porticus, umbra, virgo, therma; Hæc es-sent loca semper, hi labores. Cf. tamen *Furlanetto* *Append.* alt. fabulan hic esse locum, in quo multi fabulantur otiani causa. ¶ 4. De saepe dictis *Capitolin.* Pertin. 13.

II. Translate apud *Comicos* Interdum dicitur de re, cuius principiū et ratio non intelligitur. *Plaut.* Pers. 5. 2. 11. Sed quid ego aspirio? quæ hæc est fabula? che nego? è questo? *Ter.* *Andr.* 4. 4. 8. Quæ hæc est fabula? cho, Mysis, puer hic unde est? Cf. *Fopisc.* Prob. 10. Inepit fabula est scire.

B) Speciation. ¶ 1. Supissime de narratione rei fictæ, ut docet *Cic.* 1. Herenn. 8. 13. Fabula est, quæ neque veras, neque veri similes continet res. fabula, novella. *Ter.* *Andr.* 5. 4. 22. Fabulam incepit. *Cic.* 2. Divinat. 55. 113. Num igitur me cognis etiam fabulis credere? quæ delectationis habeant quantum voles, — auctoritateam quidem nullam de demus, nec fidem commenticis robis adjungere. *Id. Mil.* 3. 8. Hoc, judices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memorie prodiderunt, eum, qui patris uincendit causa matrem necavisset, sapientissimæ dæc sententia liberatum. *Id.* 2. de republ. 10. Antiquitas recepit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondite: hæc etas autem jam exulta, præscriptum eludens omne, quod fieri non potest, respuit. *Id. ibid.* 2. Ut jam a fabulis ad facta veniamus. *Horat.* 2. Sat. 5. 61. Quid lamen ista velit si-

bi fabula, etc. *Ovid.* 10. Met. 561. non fabula rumor illæ fuit, h. e. non fuit factus. *Quintil.* 1. 9. 2. Fabulæ nutricularum. *Id.* 1. 8. 19. aniles. Adde *eumd.* 6. 1. 41. et 11. 2. 11.; *Curt.* 8. 1. 17.; *Justin.* 44. 3. 1.; et *Sueton.* Rhæt. 1. — Per appositionem, *Horat.* 1. Od. 4. 16. Jam te premet nos fabulæque Manes. Sic *Auct. carm.* in *Anthol.* Lat. T. 2. p. 473. *Burmann.* Avernus, Fabulas Manes ubi rex coercet. ¶ 2. MANES. — Hinc adhibetur eleganter in responsionibus, ubi quis narranti non credit. *Ter.* *Heaut.* 2. 3. 95. sv. Quamobrem id faciat, vera causa est. cl. Fabula! *Id. Andr.* 1. 3. 19. Ibi tum hoc ejectum Chrysidis patrem recepisse orbam, parvam. Fabula! Mibi quidem hercle non fit verisimile: atqui ipsi commentum placet. — Quomodo fabula hoc sensu ab apologeto differat, ¶ 3. APOLOGUS. ¶ 2. Fabulas sunt etiam compositiones rerum magna et parte confitiarum, ad delectationem et utilitatem inventæ, quæ publice ab histriónibus agantur, scilicet comedie et tragedie. *Cic.* Brut. 18. 72. *Odyssea Latina* est tamquam opus aliquod Dædall, et Livianæ fabulæ non satis dignæ, quæ iterum legantur. Atque hic Livius primus fabulam, C. Clodio Cæci F. et M. Tuditanu coss., docuit. *Id. Se-nect.* 19. 70. Neque histrio, ut placeat, peragenda est fabula; modo in quoquaque fuerit actu, probetur. *Id. Amic.* 7. 24. Qui clamores tota cœva nuper in M. Pacuvii nova fabula! *Horat.* 1. Sat. 2. 21. fabula Terentii. *Id.* 2. Ep. 1. 80. Attæ. *Quintil.* 10. 1. 66. *Eschyll.* Adde *eumd.* 11. 3. 73. Rursus Horat. 2. Ep. 1. 176. Securus, cadat an rectio stet fabula talo. *Id. Art.* P. 190. Neye minor, neu sit quinto producitur actu Fabula. *Seneca* Ep. 77. Fabulas agere. *Quintil.* 5. 10. 9. ad scenam compone-re. *Ammian.* 14. 6. Fabulæ theatralæ. — Docere fabulas dicuntur, qui fabulas seu comedias compo-nunt, et agendas dant. histriónibus. ¶ 4. loc. *Cic.* Brut. 18. 72. superius allatum, et v. DOCEO. — Dare fabulam codem fere sensu dicitur. *Ter.* *prol.* Hecyr. 1. Hecyra est huic nomen fabula; haec quam data est nova etc. ubi *Donatus*: Ita dicitur, data est fabula, ut data est cœna, datum est prandium, et dari dicitur fabula, quæ agitur; stare, quæm placet. Adde *Ter.* *Eun.* prol. 9. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 3. Annis fere bx. post Roman conditam Livius fabulam dedit. — Facere fabulum idem est quod doce-re: agere ad histriónem pertinet. *Varro* 6. L. L. 77. Müll. Poeta facit fabulam et non agit: contra actor agit et non facit. Adde *Ter.* *Andr.* prol. 3. et *Eun.* prol. 25. — Hujusmodi autem fabulæ diversa sortiuntur nomina pro habitu et qualitate personarum, quæ in eis introdecentur. Aliæ enim *Togatæ* dicebantur, quarum personæ togis et Romancorum cultu erant ornatae. Aliæ *Palliatæ*, quam persona Greco more palliis induitæ in scenam prodibant: erat et nim pallium Græcis peculiare, ut Romani togæ. Deinde togistarum genera quatuor erant, *Prætextatae*, *Tabernariae*, *Atellane*, *Planipedice*. *Prætextatae* erant, in quibus regum, vel magistratum, qui praetexta induiti erant, acta comprehendebantur. *Tabernariae* illæ erant, quibus humiles et privatae perso-næ inducebantur, quales sere sunt mercatores et in-stitores, qui in tabernis merces suas vendere consueverunt. *Atellane* erant, in quibus ridiculae personæ inducebantur jocis et solibus vellicantes: dictæ ab Atella Campania oppido. *Planipedice* dictæ sunt a planis histriónum pedibus, qui ob humiliitudinem argumenti et vilitatem personarum neque cothurnis utebantur, neque soccis. — Translate *Cic.* 2. Phil. 14. 34. Si meus stilus illæ fuisset, ut dicitur, mihi crede, non solum unum actum, sed totam fabulanam confidessim. ¶ 3. Item fabulæ sunt narrationes rerum confitiarum ad delectationem et utilitatem inventæ, favole, come produzione letteraria: cuiusmodi sunt *Æsopi* et *Phædri*, de quibus *Id. prol.* 1. 3. Nunc, fabularum cur sit inventum genus, Brevi docebo. *Cic.* 1. Invent. 17. 25. Sin res dabit, nou inutile est, ab aliqua re nova et ridicula incipere, aut ex tempore quæ natæ sit, aut jam parata, quæ vel apologetam, vel fabulam, vel aliquam continentat irrisionem. *Quintil.* 5. 11. 19. Nota illæ de membris humanis adversus ventrem discordantibus fabula. *Justin.* 43. 4. 4. Subiectit et illam fabulam: Canem aliquando partu gravida locum a pastore precario pelisse, in quo pareret etc. — *Lupus in fabula* pro-verbi, est, quo utimur, quem is ipse, de quo aduc collocuti sumus, repente adest. *Ter.* *Adolph.* 4. 1.

21.; et *Cic.* 13. Att. 33. 4. Eodem sensu *Plaut.* *Stich.* 4. 1. 71. Lupus in sermone. ¶ 4. LUPUS.

FABULA, æ, f. 1. diminut. a faba, parta faba. *Plaut.* *Stich.* 5. 4. 8. Hoc convivium est pro opibus nostris satis commodù, nucibus, fabulis, sicutis.

FABULARIS, e, favoloso, adjct. idem ac fabulosus, ut Historia fabularis in qua multa falsa. *Sueton.* Tib. 70. Maxione tamea curavit historiam fabularis notitiam. Adde *Censorin.* de die nat. 4. *Priscian.* Præserc. rhet. p. 1131. *Putsch.* Species autem narrationis quatuor sunt, fabularis, fictilis, historicæ, civilis. Fabularis est, ad fabulas supradictas pertinentes.

FABULATIO, ònis, f. 3. novella, faceta narratio vel colloquio. *Capell.* 6. p. 189. Cura districtor iuri forensis fabulationis partibus alligata aciem industria melioris obtutit. Cf. *Vulgat.* *Interpr.* *Psalm.* 118. 85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes; sed non ut lex tua.

FABULATOR, òris, m. 3. novellatore, qui fabulari. ¶ 1. Generatim est facetus allocutor. *Seneca* Ep. 122. a med. Pedonem Albinoyanum narrantem audieramus (erat autem fabulator elegantissimus) habitasse se etc. *Sueton.* Aug. 78. Lectoribus, aut fabulatoribus arecessitis somnum resumebat. *Gell.* 3. 10. Herodotus homo fabulator. ¶ 2. Speciatim est qui fabellas narrat. *Gell.* 2. 29. *Æsopus* ille e Phrygia fabulator. — NB. De cogn. Rom. ¶ 3. ONOM.

FABULIS, e, adjct. idem quod fabalis, ut seges fabalis apud *Varro*. 1. R. R. 31.; et fabulia mārare, b. e. faba segetem, *Id. ibid.* 23. Alli tamea leg. *fabalis* et *fabalia*.

FABULO, as, avi, atum, are, a. f. idem quod fabular, sed veterum proprium. *Plaut.* *Mil.* glori. 2. 4. 18. Quæ cum hoc insano fabalem. *Id. ibid.* 2. 5. 33. Stuita, quæ vobisœum fabulam. illi tamen his locis legunt fabuler. Afranius apud Non. p. 232. 26. *Merc.* De vita ac morte domini fabularere ad-vorsum fratrem illius ac dominum suum. — Hinc passive fabularier per paragone pro dici. *Plaut.* in supposit. *Amph.* sc. *Dii vostri.* fid. v. 3. Verum est, quod olim est auditum fabularier.

FABULO, ònis, m. 3. congerro, qui nugas loquitor: item fabolarum inventor, ut legitur in *Gloss.* *Isid.* *Macrob.* 2. *Saturn.* 1. Planipes et fabulo impudica verba jacens. *Al. aliter leg.* V. SABULO.

II.) Translate. *Plaut.* *Pers.* 4. 3. 46. Nequicquam tibi fortuna faculam lucifricam alucere vult. h. e. occasione viamque lucrandi preberet. — De eu-  
gnom. Rom. IV. ONOM.

**FACULARIUS**, ii, m. 2. qui facultam fert. *Gloss.* *Philox.* Faculariis, δεσμούχος.

**FACULTAS**, atis, f. 3. *Facultatum* in Genit. plur. dixit *Paul.* *Dig.* 32. 1. 78. (al. 76.), ut *Torrentin.* edidit. — Facultas propriæ est facilitas agenti; ab antiquo facul, et a facilitate per synecopen. Hinc omnis ars facultas appellatur, quia dat regulas et rationem faciendo aliiquid. *Ter.* *Andry.* 1. 4. 5. Dii, date facultatem huic variandi. *Cic.* 1. *Invent.* 27. 41. Facultates sunt, aut quibus facillius sit, aut sine quibus aliquid confici non potest. — *Plin.* distinguit facultatem a facilitate, illum vorans gratiam ac virtutem faciendo, hanc promittitudinem dumtaxat. Sic enim inquit 6. *Ep.* 29. Quia nimia assiduitate facultas magis, quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur. — Distinguit etiam *Paul.* *Diac.* p. 87. 1. *Müll.*, quod facultas ad mores pertinet, facultas ad res, opes, artes. — Quin etiam differt, si proprio loquaris, facultas a potestate. *Cic.* 2. *Invent.* 7. 24. Aut potestas alii defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas: potestas, si aut recessisse, aut non adfuisse dicetur; facultas, si ratio, adjutores, adjumenta defuisse demonstrabuntur. — Ceterum facultas universim significat communitatem potestatem, vim, occasionem faciendo aliiquid, sive a natura sit, sive a fortuna, ab arte, ab ingenio, industria etc. δύναμις (L. potenza, forza, potestà, facoltà, possa, capacità, occasione; Fr. vertu, pouvoir, faculté, possibilità, capacità, occasione; Hisp. virtud, poder, potencia, facultad, posibilidad, capacidad, ocasión; Germ. Gelegenheit; Angl. power, ability, faculty, occasion, opportunity).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — a) Cum Genitivo: et cum Verborum Gerund. *Lucret.* 1. 111. restandi nulla facultas. *Cic.* *Mil.* 17. 45. Miloni manendi nulla facultas, exundi etiam necessitas fuit. *Id.* *Rosc.* Am. 33. 92. Videamus, erga facultas suscipiendo maleficil fuerit. *Id.* *Flacc.* 8. 19. Libenter arripere facultatem laedendi, quecumque detur. *Id.* pro leg. *Manil.* 7. 18. Neque iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque alii voluntas propter timorem. *Id.* 4. *Verr.* 73. 179. Facere facultatem alicui vere atque honeste judicandi. *Id.* *Orat.* 32. 113.; et *Brutus et Cassius*

ad Anton. apud *Cir.* 11. *Fam.* 2. habere facultatem aliecujs rei faciende. *Ces.* 3. *B. G.* 6. Facultatem sui colligendi relinquere hostibus. *Nepos.* *Phoc.* 4. Qua de te re perorandi quidem ei data est facultas et dicendi causam. Adde eum. *Att.* 2. — Cum Genius Nomini. *Cic.* 2. *Off.* 16. 56. Theophrastus est multis in laudanda magnifice ita et apparatione popularium numerum, taliumque sumptuum facultatum fructum divitiarum putat. il poter for tali spese. *Ces.* 1. *B. G.* 32. Quod reliquis fuga facultatis daretur. *Quintil.* 6. 3. 2. Denostebus facultatem defuisse hujus rel, Ciceroni modum. *Ovid.* 4. *Trist.* 9. 15. Facultas vindictæ. *Justin.* 20. 3. 1. victoria. *Plancus* apud *Cir.* 10. *Fam.* 4. ad fin. Si facultas tui præsens esset, s'io potessi averti presente. et *Cic.* 2. *Orat.* 53. 215. Omnia rerum in contrariae parties facultatem ex iisdem suppeditari locis. h. e. nt in utramque partem tractari possit. — b) Cum præpos. ad. *Cic. Fontej.* 6. 12. Ne irato facultas ad dicendum data esse videatur. *Id.* 1. de repub. 9. Debent haec ferias tibi opportunitate sane facultatem ad explicandas tuas litteras. *Ces.* 2. *B. G.* 38. Ut megam ad dicendum bellum daret facultatem. — Et in plur. num. *Cic. Client.* 4. 10. Tibi si in presentia satis facere non potuero, tamen multe mihi ad satis faciendum reliquo tempore facultates dabuntur. — c) Sequent ut. *Cic. Cœc.* 25. 71. Nonnquam improbo facultas dari, ut etc. *Id. Rabir.* perduell. 6. 18. Utinam hanc mihi facultatem causa concederet, ut etc. *Id.* 3. *Cat.* 2. 4. Facultatem mihi oblatam putavi, ut etc. Adde eum. *Client.* 28. 77. *Id.* 2. *Off.* 6. 19. Assequi banc facultatem, ut hominum studia complectamur. *Id.* *Orat.* 33. 117. Erit igitur haec facultas in eo, quoniam volumus esse eloquentem, ut etc. *Id.* 1. *Fam.* 7. 4. Si res facultatem habitura videatur, ut Alexandria tenere possit. se l'affare portera, permetterá, che etc. — d) Cum Dativo. *Colum.* 4. *R. R.* 29. 1. Si sit sarmentis aliendis facultas. se abbian le viti forza e virtù di etc. — e) Cum Infinito apud sequoris ævi Poetas. *Val. Flacc.* 3. 16. tibi enim superum data, virgo, facultas Nosse animos rerumque vias. Adic *Stat.* 4. *Theb.* 513. et 12. *ibid.* 36. Babet tamen etiam *Auct.* B. *Afr.* 78. Equites exporrigerè ceperit in longitudinem, ut haberent facultatem turmas Jubinas circumfundere et nihilo minus fortissime aceritneque pugnare. — f) Absolue. *Cic.* 3. ad Q. fr. 9. 4. Cave quidquam, quod ad meum comodum attineat, nisi maximo tuo commodo et maxima tua facultate cogitaris. *Id.* 7. *Fam.* 8. 2. Quia tu urges istam occasionem et facultatem, qua melior dumquam reperiatur. *Id.* 2. *Orat.* 84. 312. Ut opes et copiae non superbiae videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiali dedisse. *Id.* 2. *Phil.* 17. 43. Quam facultatem mihi multitudine istius vitiorum peccatorumque largitur. *Id.* 1. *Invent.* 46. 86. Illa nobis alio tempore atque ad alium institutum, si facultas erit, exprimatur. Cf. *Ces.* 7. *B. G.* 50. Hinc abite, dum est facultas, sincè potete farlo. *Cic.* 2. *Invent.* 3. 10. Quod facultas feret, per quanto ci sarà possibile. Eodem sensu *Sueton.* *Oth.* 10.; et *Quintil.* 10. 3. 15. et 10. 7. 7. pro facultate. et *Quintil.* 6. 3. 1. pro nostra facultate. — Et in plur. num. *Cic. Partit.* oral. 35. 119. Facultatum informatione uteor, si aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum etc. *Id.* *Rosc.* Am. 33. 93. Age nunc ceteras facultates quoque consideremus. le altre faciliità e comodità. ¶ 2. Speciatim dicitur de facultate, eloquentia, vel arte oratoria. — a) Cum Genitivo. *Cic. Quint.* 2. 8. *Hortensius*, cui summa copiam facultatemque divendi natura largita est. *Quintil.* 12. 1. 32. Facultas dicendi si in malos incidit. *Id.* 11. 2. 49. Sibi facultatem aliquam dicendi ex tempore paraverunt. *Id.* 12. 1. 33. Vis ar facultas diceendi. *Id.* 2. 1. 2. Scientiam declamandi ac facultatem tradere. *Id.* 10. 1. 69. Tanta in eo inventi copia et eloquendi facultas. *Id.* 2. 4. 15. Facultas loquendi. *Id.* 3. 5. 1. orandi. *Id.* 2. 15. 3. persuaendi. Cf. *Id.* 4. 4. 1. legende scribendique. — Similiter *Cic.* 1. *Off.* 1. 1. Idem ubi censeo faciliendum, ut pars in utriusque orationis facultate. *Id.* 1. *Orat.* 14. 62. Neque Asclepiades in eo ipso, quod ornata dicebat, medicinæ facultate utelatur, non eloquentia. arte. *Id.* *ibid.* 31. 142. *Onus oratoris vis ac facultas in quinque partes dis-*

tributa est. — b) Cum aliis additis, aut absolte. *Sueton.* *Galb.* 3. Modicem in direndo facultatis, causas industrie activitatis. *Quintil.* 2. 2. 11. Sic stilo facultas contingat. *Cic.* 2. *Orat.* 7. 30. Artificium dicendi res mihi videtur esse facultate præclarar, arte mediocris. *per la forza, virtù e possanza.* *Tac.* *Dial. de orat.* 33. Nique enim arte et scientia, sed longe magis facultate eloquentiam contineri consistere nelli copia e facilità di dire. *Cic.* 2. *Orat.* 12. 50. Facultas ex ceteris rebus comparata. *Id.* *Brut.* 95. 327. Niuis fortasse placuit, quam placuisse, si illum flagrantem studio et forentem facultate audire potuisses. Adde *Plin.* 1. *Ep.* 20. 18. *Sueton.* *Aug.* 81. Neque apud viriles locutus est unquam, nisi meditata et composita oratione; quamvis non deficeret ad subita extemporalis facultate. ¶ 3. Item speciem animi dotibus. *Cic.* 2. *Orat.* 84. 343. Virtutes, quae posse sunt in aliqua ingenii facultate, *prægio, dote.* — Et in plur. nom. *Cic.* 3. *Att.* 10. Ecquis unquam tam et amplio statu, tam in bona causa, tantis facultatibus ingenii, consiliis, gracie, concidit? Sic *Nepos Epam.* 1. Quare dicimus primum de ge ere ejus, — tum de moribus ingeniorum facultatis. ¶ 4. A *Celso* 5. in *præf.* et *ibid.* 17. dicitur *facultas virtus, qua inest in mediocritate, herbis, allisque rebus ad sanandum, virtus.*

II.) Translate. ¶ 1. Sumitut pro copia et abundantia, abbondanza. *Cic.* *Quintil.* 4. 16. Romæ sibi nummorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret. *Cæs.* 1. *B. G.* 38. Omnia in renum, quæ ad bellum usit erant, summa erat in eo oppido facultas. *Id.* 3. *ibid.* 9. Romanos neque ullum facultatem habere navium, neque etc. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 8. Si facultas ejus sacri sit copiosior. *Id.* 8. *ibid.* 17. 12. Ut ex his aliqua, quorum erit facultas, præbeamus, che si poteranno avere. Sic *Cic. Sull.* 14. 42. At quos viros! non solum summa virtute et fide, cuius generis in senatu facultas maxima: sed etiam etc. *Id.* *Partit. orat.* 28. 98. Quas ad causas facultas petitur argumentationum ex iis, de quibus mox dicetur, requirit locis. ¶ 2. *Facultates sunt bona, patrimonium, la facultà, gli averi.* *Cæs.* 6. *B. G.* 1. Tantas videri Italiam facultates, ut, si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modo id brevi tempore sarciri, sed etiam majoribus adaugeri copiis posset. Adde *eund.* 1. *B. C.* 49. Cf. *Nepot. Hann.* 6. Exhaustis iam patriæ facultatibus. *Cic.* 2. *Off.* 4. 15. Effectumque, ut dando et accipiendo, multa disque facultatibus et commodis, nulla re egeremus. Adde *eund.* 1. *ibid.* 3. 9. *Id.* 1. ad *Q. fr.* 3. 7. Quasi vero nunc me non ita facultates sustineant. *Sueton.* *Galb.* 3. Altritis facultatibus urbe cessit. *Quintil.* 6. *procem.* 16. Facultates patrimonii nostri alii relinqueremus. *Petron.* *Satyr.* 112. Quidquid boni per facultates poterat, coemebat. *V.* et paragr. seq. ¶ 3. Interdum facultas est quantum quisque potest re sua familiari. *Paul. Dig.* 26. 7. 11. Mercedes præceptoribus pro facultate patrimonii constituet. *Forcellinus* addit etiam illa *Cic.* et *Cæs.*, quam sequuntur, quæque ad paragr. proxime præcedentem pertinent. *Cic.* 1. *Off.* 14. 42. Videndum, ne major benignitas sit, quam facultas. *At rectius leg.* facultates. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Et suam rem familiarium auxisse, et facultates ad largiendum magnas comparasse. Illud *Cic.* 2. *Off.* 16. 56., quod hoc loco addit *Forcellinus*, V. supra sub I. 1. a.

*Homo ym.* 1. In quo facultas differat a facilitate, et a potestate, V. supra init.

II.) *Facultates* qua bona et patrimonium significant, differunt a copiis et opibus, itemque a divitiis. Et saepe divitiae genus; *facultates, copiae et opes* totidem species dici possunt. *Divitiae* sunt amplæ fortunæ, omnium rerum abundantia, quæ, ut at *Cic.* 1. *Off.* 3. 25. expetuntur quum ad usos necessarios, tum ad perfruendas voluptates; *divitiae* itaque sunt amplæ fortunæ et qua possessio et qua instrumentum, quo quisque cupidinibus animi satisfaciat. *Facultates* sunt ipsæ divitiae, qua ea tantum suppeditant, quæ ad victum necessaria sunt; *copiae* sunt ipse divitiae, qui ea, quæ ad victum necessaria sunt, abunde sufficiunt; *opes* denique sunt ipsæ divitiae, qui instrumentum ad aliorum existimationem, potentiam honoresque assequendos. *Opes* itaque ad publicam vel forensem, divitiae, *facultates* et *copiae* ad privatam vel domesticam hominis vitam referuntur. Præterea ex qualuor his vocibus opes et

*copiae* tantum ad exercitum quoque significandum usurpantur. *Cic.* *Amic.* 6. 22. Ceteræ res, quæ expetuntur, opportune sunt singulæ rebus fere singulis: *divitiae*, ut utare; *opæ* ut colare; *honores*, ut laudare. *Id.* 1. *de republ.* 34. *Divitiae*, nomen, *opæ*. *Id.* *ibid.* 32. *Divitiores* opulentioresque. *Id.* 1. *Off.* 3. 9. Anquirunt aut consultant, ad vitæ commoditatem jucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad *opæ*, ad potentiam, quibus et se possent juvare et suos, conducat id nece, de quo deliberant. *Id.* 8. *Att.* 11. Moderatei reipublicæ beata civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples sit.

FACULTATICULA, æ, f. 1. eadem ac facultala. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 51.

FACULTATULA, æ, f. 1. diminut. a facultas, parva facultas: V. FACULTAS II. 3. *Hieronym.* *Ep.* 108. n. 10. Pro facultatula sua, pecunia pauperibus distributa. Adde *Augustin.* *Ep.* 45. circa med. *Ennod.* 2. *Ep.* 23. Universas matris ejus facultatulas Torisa vel alii asserit fuisse competitas.

FACULTER antiqui dicebant pro facile. *Paul. Diac.* p. 87. 1. *Müll.* Similiter *Charis.* 2. p. 163. *Putsch.* Nonnulli etiam *faculter* ajunt oportere dici, cuius compositum hodieque in uso est, quoniam quidem dicunt *difficulter*.

FACUNDÆ, adverb. Comp. *Facundius* et Sup. *Facundissime.* — Facundus est discrete, eloquenter, eloquentemente, facondamente, *εὐφράδης*. *Plaut.* *Mit.* *glor.* 4. 4. 5. *Nimis facete nimisque facundus male* est. *Liv.* 28. 18. Ut hostem etiam infensissimum facunde alloquendo sibi conciliaret. *Tac.* 1. *Ann.* 39. Quantum dedecoris adierit legio facundus miseratur. *Id.* 12. *ibid.* 58. Facundus exequi aliquid. *Fronto B. Parth.* (edente iterum *A. Maij.*) p. 204. Nemo unquam neque Romana, neque Graecorum lingua facundus laudatus, quam *Cn. Pompejus* in ista oratione. *Seneca Suasor.* 2. a med. Locum facundissime describere. Adde *Val. Max.* 3. 3. 4.; et *Gell.* 13. 8., apud quos Sup. occurrit.

FACUNDIA, æ, f. 1. facultas disserendi, quam præcipue natura largita est, *λογοτέχνη* (Il. *facondia*; Fr. *faconde, facilité d'élocution*; Hisp. *facilidad de hablar*; Germ. *d. Bereditsamkeit*; Angl. *eloquence*).

I.) Proprie. — a) In singulari numero. *Sall.* *Cat.* 53. *Facundia* Graecos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. *Id.* *Jug.* 63. Graeci facundia se exercere. Sic *Sueton.* *Cat.* 20. *Facundia* Graeca Latinique et *Quintil.* 12. 10. 27. *Latina* facundia similis Graecæ ac prorsus ejus discipula. Cf. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 30. (117). *Facundia* Latiarumque sacerdotum parens Cicero. *Quintil.* 1. *procem.* 23. Alere facundiam, vires augere eloquentie. *Id.* 12. 3. 9. *Facundia* virtus. *Id.* 2. 16. 10. Arma facundia. *Id.* 12. 10. 16. Quod nondum satis perito loquendi facundiam concupierint. *Horat.* 4. *Od.* 7. 21. Quum semel occideris, non te facundia, non te Bestiæ pietas. *Sall. Jug.* 32. Memini facundia clara pollensque. *Quintil.* 12. 10. 64. *Facundia* summa in Ulyse. *Gell.* 19. 14. *Facundia* præstanti vir. *Id.* 18. 5. Vir facundus florentis. *Sall. fragm.* apud *Lactent.* 6. 18. et apud *Non.* p. 60. 25. *Merc.* Canina, ut at Appius, facundia exercetur. h. e. facundia mordacium rabularum de foro turbulentorumque hominum, adversarios proterva dieacitate iacecentium ac laceraantium. V. *Kritz.* ad h. 1. *Gell.* 19. 9. Clamator tantum, et facundia rabida jurgiosa. *Id.* 11. 13. ad fin. Ne vos facile præstringeret modulatus aliquis currentis facundia sonitus. torrente di parole. *Id.* 4. 15. *Facundia* verborum *Sollustus*. h. e. vis significandi, verba valde exprimentia et veluti gravida sententia. Adde *Juvenal.* 10. 10.; *Tac.* 2. *Hist.* 80. et 6. *Ann.* 15.; *Justin.* 13. 4. 1. et *Amian.* 29. 1. — b) In plurali numero. *Gell.* 3. 17. Facionis Graecarum facundiarum magniloquentia condignum.

II.) Improprie de persona. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 69. Sustipe Romanæ facundia, Maxime, lingue.

HOMONYM. Differt quidem ab eloquentia, ut ex allato *Quintil.* 1. *procem.* 23. loco colligitur. Est enim *facundia* facilis diceendi et copia: eloquentia addit insuper, ut bene apteque facillitas illa et copia adhibeat. *Facundi* enim, docente *Varro.* 6. *L. L.* 52. *Müll.*, sunt qui facile fantu; eloquentes, qui facile et bene. Sepe tamen pro eloquentia

ponitur, ut apud *Sall.* loc. cit., *Tac.* 11. *Ann.* 6. *Petron.* *Satyr.* 83., *Ovid.* 3. *Pont.* 5. 55. etc. Hucusque *Forcellinus*. V. et DISERTUS. Ut vero hæc omnia in unum colligantur, hæc addenda putamus. *Facundus* appellatur, qui facile et eleganter dicit, ut facetus conviva: *disertus*, qui dilucide ac bene de re aliqua disserit, ut qui discipulus docet: *eloquens* vero, qui facile perspicue ornanteque dicit et curu vi persuadendi, ut classici scriptores et publici oratores (*homines d'Etat*); atque *eloquens rhetoris* et *oratoris* significationem in se uno complectitur. *Sueton.* *Cal.* 53. *Eloquentia* quam plurimum attendit, quantumvis facundus et promptus. h. e. natura facundus. *Sall.* apud *Quintil.* 4. 2. 2. et *Gell.* 1. 15. Attilius loquax magis, quam facundus. *Vellej.* 2. 48. 3. Curio eloquens, audax et facundus malo publico. h. e. eloquens in foro, facundus in privatis sermonibus. Similiter *Sempronius Gracchus* dicitur a *Tac.* 1. *Ann.* 53. prave facundus. *Cic.* *Orat.* 5. 18. Antonius disertos att se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. *Id.* 1. *Orat.* 21. 94. Eum statueram disertum, qui posset satis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communis quadam opinione dicere: eloquentem vero, qui mirabilis et magnificentius augere posset atque ornare, quam vellet, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum pertinenter, fontes anima ac memoria continaret. *Quintil.* 8. *procem.* 13. Diserto satis dicere, quæ oporteat; ornare autem dicere proprium est eloquentissimi. *Cic.* *Brut.* 70. 247. Lentulus *Marcellinus* nec unquam indisertus et in consulatu pereloquens visus est. *Id.* 3. *Orat.* 32. 129. Eloquentior fuit et disertior Socrates. *Id.* *Orat.* 3. 13. Ita et doctis popularis eloquentia, et disertis elegans doctrina definit. *Id.* *Brut.* 25. 77. Cassios multum potuit nou eloquentia, sed diendo.

FACUNDIOSUS, a, um, adject. facundus. Præsa et obsoleta vox. *Sempron.* *Asellius* apud *Gell.* 4. 9. ad fin. Facta sua spectari oportere, dicta nou, si minus facundiosus essent.

FACUNDITAS, atis, f. 3. idem quod facundia, sed minus usitatum. *Plant.* *Truc.* 2. 6. 13. Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit.

FACUNDUS, a, um, adject. εὐφράδης. Comp. *Facundior* et Sup. *Facundissimus.* — Facundus est verbis copiosus, disertus, eloquens. Est a *sando*, ut *Varro* docet 6. *L. L.* 52. *Müll.*; et proprie significavit enim qui facile loquitur, cuicunque verba non de sunt: in quo differt ab eloquentie ut in *FACUNDIA* dictum est: tametsi cum eo aliquando confunditur (Il. *facondo*, verboso, eloquentie; Fr. qui parle facilement, qui a le talent de la parole, eloquent; Hisp. *discreto*, eloquente; Germ. einer, welcher leicht redet, die Gabe hat, leicht zu reden; Angl. *eloquent*). Occurrit ¶ 1. Stricto sensu de hominibus. *Ennius* apud *Gell.* 12. 4. *Suavis homo, facundus, suo contentus beatus.* *Sall. Jug.* 100. *Sall. facundus, callidus et amicitia facilis.* *Id. fragm.* apud *Quintil.* 4. 2. 2. et *Gell.* 1. 15. M. Attilius loquax magis, quam facundus. Adde *Liv.* 2. 32. *Horat.* 1. *Od.* 1. 1. *Mercuri facundus nepos Atlantis.* *Ovid.* 13. *Met.* 92. *facundus Ulysses.* *Sueton.* *Cal.* 53. Minimum eruditio, eloquentia quamplurimam attendit, quantumvis facundus et promptus. *Tac.* 1. *Hist.* 8. *Rufus*, vir facundus. *Vellej.* 2. 48. 3. *Facundus homo.* *Quintil.* 12. 10. 44. In omnibus genitibus alius alio facundior habetur. *Id.* 12. 2. 27. In exemplum bene dicendi, facundissimum quaque proponet sibi ad imitandum. Adde *Prudent.* 2. *Symmach.* 19.; et *Pacat. Paneg.* *Theod.* 4., apud quos Sup. occurrit. ¶ 2. Latiiori sensu dicunt etiam de inanimis. *Sall. Jug.* 89. *Facunda et composita oratio.* *Horat.* 4. *Od.* 1. 35. *lingua.* *Ovid.* 4. *Fast.* 245. vox. *Id.* 5. *ibid.* 698. cs. *Id. Heroid.* 15. 193. *pectora.* *Id.* 13. *Met.* 127. *ditta.* *Quintil.* 10. 1. 65. *libertas.* *Martial.* 12. 43. *Facundi versus.* — NB. De nom. serv. V. *ONOM.*

FÆCÆUS, a, um, adject. idem ac fæcosus. *Pelagon.* *Veterin.* 5. a med. *Muccus* fæcaceus, spissus a glandulis.

FÆCARIUS, a, um, adject. ad fæcum pertinens,

**FÆCATUS**, a, um, adjet. seu potius particip. ab inuisit. *fæco*, *are*, e fæcibus expressus, quel che si træ dalla fonda o *fæccia*, τρυγόδης. *Cato R. R.* 155. Vino fæcatum sic facito: Fæcinae olearias Campanicas duas illæ rei habeto: eas faris impletio, sub præsum subditio exprimitoque. *Plin. 14. Hist. nat. 10. 12.* (86). Tertium est fæcibus vini expressum, quod fæcatum Cato appellat. Hoc idem *Colum. 12. R. R. 40. 1.* *Ioram* vocat.

**FÆCINUS** vel

**FÆCINUS**, a, um, adjet. qui multum fæcis habet, ut fæcinæ uera apud *Colum. 3. R. R. 2. 14.*, que plus quam ceteræ, fæcis affluerunt; eadem ab eod ibid. a colore rubelliance, et a loco Nomentane vocantur. *Plin. 14. Hist. nat. 2. 4.* (17). essendo fecenias appellat, quod in fecinias mutandum videtur. Hinc apud *Colum. 12. R. R. 47. 6.* Fæcium vimum. Schneiderus quoque ita legit: at *Cod. Lips.* habet *Setinum*, quam lectionem præferebat *Gesnerus*.

**FÆCOSUS**, a, um, adjet. fæccioso, fæculentus, fæce abundans. *Martial. 13. 102.* Accipe fæcosum, manera cara, garum. *Gerum* enim fæx quædam est liquore denso: quare quo magis fæce abundant, eo est pretiosius. Alii leg. fastosum, h. e. dite homine dignum.

**FÆCULA**, æ, f. 1. diminut. a fæx, parva fæx. — *Fæcula* per syncopen occurrit apud *Cæl. Auct. 2. Tard. 1.* — Cæterum fæcula ¶ 1. Speciatim dicitur genus liquamini et condimenti (quod et ales dicitur) de quo *V.* in **FÆX**. *Lucret. 2. 430.* et que Titillare magis sensus, quam Iudicere possunt. Fæcula jam quo de genere est inualeque sapores. — Distincta ab hac, quamvis et ipsæ liquamen et condimentum, est qaz *Coa* appellatur ab *Horat. 2. Sat. 3. 9.*, sive quod in *Co* insula optima flebat, sive quod ex *Co* vini fæce constaret. Hanc *Horat.* hoc loco ab ales distinguit, siser, ales, fæcula *Coa*: illam autem priorem cum eo conjungit *2. Sat. 4. 73.* ego fæcum primus et ales etc. (ea ratione qua *Virg.* dixit paterni libanum et auro), item *Plin.* ut in **FÆX** dicimus. Quare fæcula *Coa* erit liquamen fæcula, seu fæce multo pretiosius, et sumptuosus cœni aptum, qualis est, que ab *Horat.* in illa *Sat. 8.* describitur, ut aper (animal propter convivia natum, ut ait *Juvenal. 1. 141.*) et nobilia vina illata satis ostendunt. ¶ 2. Item speciatim fæcula usus fuit etiam in medicina. *Scribon. Comps.* 228. et 236.; et *Veget. 6. Veterin.* 16. 1. *Schneid.* Sic *Marcell. Empir.* c. 12. Si fæcula vini, qua tinctores utuntur, cum aqua permixta locum perunteris — et continuo destringas; nam si diutius fuerit, altius vis ejus insideri et uelut grande faciet. *V. Schneid.* ad *Veget. 3. Veterin.* 19. 2.

**FÆCULENTIA**, æ, f. 1. fæcis abundantia.

I.) Proprie. *Sidon. 3. Ep. 13.* Fæculentia par cloacæ, qua quo plus commota, plus fæcida est.

II.) Translate. *Fulgent. Contin. Virgil. p. 756. Staver.* Dum quis in temporis gurgitis cœnositas moriunque fæculentias transit.

**FÆCULENTUS**, a, um, adjet. De orthographia *V.* in **FÆX** init. — Comp. *Fæculentior* et *Sup. Fæculentissimus* I. — Fæculentus est fæcibus plenus, pieni de *fæccia*, τρυγόδης.

I.) Proprie. *Colum. 2. R. A. 2. 20.* et *Pallad. 11. R. R. 14. 19.* Fæculentum viuum. *Cels. 5. 26. n. 19.* Fæculentum pus. *Macro. 7. Saturn. 12. tabes. Feget. 5. Veterin. 3.* Fæculentum mingit animal. *Solin. 33. Fæculentum superficies. Augustin. de vera relig. 40.* Quorum aliud fæculentissimum redditur terra. h. e. excreuentia. — *Sardonyches fæculenta* apud *Plin. 37. Hist. nat. 6. 23.* (89). sunt colore veluti fæce conspircere.

II.) Translate. *Arnob. 3. 33.* Semeleius Liber fæculentæ hilaritatis dator. Cf. *Varro*, qui vini doles congesit, apud *Non. p. 28. 20. Merc.* Vino nibil iucundus quisquam bibit. Hoc ægritudinem ad mendaciam invenerunt, hoc hilaritatem dulce seiminationem: hoc continet coagulum convivia.

**FÆCUTINUS**, a, um, adjet. idem quod fæcatus. Translate *Val. Proh.* apud *Gell. 13. 20.* Non eas finitiones præramandas, neque fæculinas grammaticas spectaveris. *Al. leg. fæculinas a fæto.* — NB. In *Thesaur. Latin.* edit. ab *A. Mai.* in *Class. Auct. T. 8.* p. 230. fæculina, æ, est qualibet sordida cauæ, per quam mollier fæcum tentat ejicere.

**FÆNUM**, cum derivatis et compositis. *FÆNUM.*

*Plin. 16. Hist. nat. 44. 91.* (242). Fæcum nemus. Id. *ibid. 5. 6.* (16). Fæga glans.

**FÆGINEUS**, a, um, adjet. di faggio, Φεγίνεος, idem ac fageus. *Cato R. R. 21.* Fæginea materia. *Ovid. 4. Fast. 656.* Bis sua faginea tempora fronde premiss. *Id. 8. Met. 654.* Fæginea alveus.

**FÆGINUS**, a, um, adjet. di faggio, Φεγίνεος, idem ac fagineus vel fageus. *Tibull. 1. 10. 8.* Fæginus syphus. *Virg. 3. Ecl. 37.* faginea poena. *Id. 3. G. 172.* fagineus axis. *Colum. 12. R. R. 45. 5.* Arcola faginea. — *Hinc*

*Faginus*, i, absolute, substantivorum more, pro fagus occurrit apud *Calpurn. 2. Ecl. 59.* Inter pamphyreas ponetur fagineus ulmos. Sic humani pro homines apud *Lucret. 3. 79.*

**FAGUS**, i, f. 2. Φεγίνεος, faggio. Reperitur etiam in quarta declinat. *Virg. Cul. 139.* Umbrosaque manuent fagus, hedereque ligantes Brachia. — Fagus est arbor glandifera, quales præter ea sunt tres aliae, robur, querqus, asculus. Dicta est a Φεγίνεος pro φαγεῖνοι, quia glandes primis mortalibus cibis fuisse dicuntur. *Virg. 1. Ecl. 1.* Tityre, tu patuke recubans sub tegmine fagi. *Id. 2. ibid. 3.* Tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos. *Id. 1. G. 173.* Creditur et illa ante jugo levis, altaque fagus. *Cæs. 5. B. G. 12.* Materia cuiusque generis in Britannia est, præter fagum et abietem. *Plin. 16. Hist. nat. 5. 6.* (16). Dulcissima omnium fagi glans, ut qua obsecros etiam homines durasse in oppido Chio tradat Cornelius Alexander. *Id. ibid. 6. 7.* (18). eam accurate describit. *Id. vero 24. ibid. 5. 9.* (14). ejus et foliorum usus in medicina essequitur. Cf. *Fœ* (*Op. cit. vol. 1. p. 289.*) hanc exhibet synonymiam: Οὐρά Theophr. 3. 10.; Φεγίνεος Dioscor. 1. 144.; et *Fagus* Plin. loc. cit. et *Pallad. 12. R. R. 15.* sunt *Fagus silvatica* Lamk. *Dict. 3. 125. DC. Flor. fr. 2113.*

FAGUTAL, alis. *H. voc. seq.*

**FAGUTALIS**, e, adjet. ad fagum pertinens: ita cognominatus est locus Romæ in Esquilinis, ubi fagus fuit, Jovi saec. *Varro 5. L. L. 152. Müll.* Lucas fagutalis. Müllerus vero legit fagutal. — Jupiter ipse, cui eo in loco sacellum direatum erat, fagutalis cognominatus est. *Varro loc. cit.*; et *Plin. 16. Hist. nat. 10. 15.* (37). — *Hinc*

*Fagutal*, alis, m. 3 est ipsum sacellum eo in loco Jovi dicatum. *Paut. Diac. p. 87. 6. Müll.*

**FALLA**, æ, f. 1. turris lignæ militaris, ex qua missilia jaciebantur: unde falarica. Dicta est, inquit *Paul. Diac. p. 88. 12. Müll.*, ab altitudine, scil. a falandro seu falanto, quod epud Etruscos calum significat. Possit etiam ducere a Graeco Φάλαι, qui sunt ἄσπις, σφαῖτις, ut *Hesych.* dicit. h. e. montes, arces, speculae. Quare allis placent phala scribi et phalarica. Quamquam apud *Hesych.* alii alter iugunt.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Ennius* apud *Non. p. 114. 7. Merc.* Malos defendunt: sunt tabularia faleque. Cf. *Servius* ad *Virg. 9. Enn. 705.* (*V. nov. infra sub 2.*): et *Salmas.* ad *Solin. p. 640.* ¶ 2. Latiori sensu, fala etiam sunt appellata septem illæ lignæ turricule, in ovi seu coni similitudinem formatæ, quæ ad singulos bigarum vel quadrangularum circuitus designandos in Circu supra columnas, quemadmodum et supra alias totidem delphinorum simulacia, erigebantur; quod fuit inventum M. Agrippa teste *Dione 1. 49. c. 43.* (at *Liv. 41. 27.* hoc factum narrat ann. ab *E. M. 579.*) has memoriavit *Non. loc. cit.* et *Servius* ad *Virg. 9. Enn. 705.* qui tamen locus corruptus videtur. *Juvénal. 6. 589.* Consulti ante salas delphinorūque columnas. *V. OVUM.*

II.) Translate, metaphorâ sumptâ à superiori pâragr. 1. *Plaut. Most. 2. 1. 10.* Isii qui hastis trium numerorum causa subeunt sub fala. h. e. gravissima subeunt pericula, ui qui sub hostium turres lignæs accidunt. *V. et FALLA:* namque locis ibi cit., a *Forcellino* huc referunt, et pro machina, fala fala accepitur.

**FALACER**, eris, m. unus ex quindecim flaminibus, quos Romani, aneta civitate, atque adeo et sacerdotiis, constituerunt. Nomen habet a deo Falacere, quem *Turnebus* putat profuisse fala Ciræ. Illius mentionem facit tantummodo *Varro 5. L. L. 84. Müll.* Flamen Falacer a divo patre Falacere. *Id. 6. ibid. 3.* Flamines Volturnalis, Palatalis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis. (*Ennius* versus be-

**FÆX**, fæcis, l. 3. Sunt qui scribunt fæx, sed contra *Priscian. 2. p. 572. Putsch. Manut. Dausus.* Cætar, qui diphthongum tuenter: non tamen ob caus rationem, quod ita distinguatur in Dative a præterito fæci, que levis admodum est et nugatoria. Elymon est a πεγίνεος coagulum, quod a πεγίνεοι si- ve πεγίνω cogo, mulata tamen littera p in affinem f. Latine vero diphthongum recipit, ut etiam scena, licet hæc sit a σχημή. — In Genitivo plur. fæcum habet, teste *Charis. 1. p. 114. Putsch.* non fæciū. — Ceterum fæx est multarum rerum excrementum, præsertim liquidarum, purgamentum subsidens, aut supernatans (It. fæccia; Fr. sédiment, dépôt des liquides, lie, résidu, fæces, bourre; Hisp. sedimento, poco, borra, hez; Germ. d. Bodensatz, d. Hefe; Angl. the dregs or lees of wine, sediment).

I.) Proprie. — a) De liquidis. *Lucret. 3. 498.* omnis mundi quasi linus in limu[m] conflutus gravis et subsedit funditus, ut fæx. *Horat. 3. Od. 13. 16.* Poti fæce tenus radi. Adde emul. 1. *ibid. 35. 27. Id. Art. P. 277.* perunt fæcibus ora. *Plin. 23. Hist. nat. 2. 31.* (63). Fæx vini. Cf. *Martial. 10. 48.* vinum sine fæce. *Plin. 28. Hist. nat. 16. 62.* (215). Fæt aceti. *Id. 23. ibid. 2. 33.* (68). sapæ. — Quodnam sit discremen inter fæcem olei et amarum, videt in hac voce. — b) De solidis. *Plin. 31. Hist. nat. 7. 42.* (92). Fæx satis. *Id. 33. ibid. 6. 31.* (103). plumbosissima stibii. *Id. 34. ibid. 13. 37.* (135). æris. — c) Hæc referri potest et illud *Ovid. 1. Met. 68.* æther nibil terrena fæcis batens. — d) Joculariter *Martial. 14. 13.* Si quid achaæ superest de nostri fære locelli. h. e. de reliquis pecunia.

II.) Impropriæ. ¶ 1. Pro eo, quod Italire sale di tartaro, epud *Horat. 2. Sat. 4. 53.* Surrentina vafer qui miscet fæce Falernæ Vina. h. e. ut viuum Surrentinum tenui admixta fæce Falerna robur assumat. De re *Colum. 12. R. R. 30. 2.* Si que vina erant duriora, aut minus bona, — sumito fæcem vini boni et panes facito et in sole arefacito et coquito in igne: postea terito et pondo quadrantem amphoris singulis infricato. *Horatius igitur loc. cit.* fæcem dicit in crustam vel panem duratam. ¶ 2. Est etiam genus condimenti (idem quod fæcula et ales) ex pisciculis quibusdam salsæ maceratis et putrefactis, fæculento liquore innatante, salamoja: vitium gari a *Plin. 31. Hist. nat. 8. 44.* (95). appellatur, quia est gari imperfecta nec rotula fæc: sed primo a pauperibus adhiberi ceptum, transit paulatim in luxuriam, creveruntque ejus genera in infinitum. *Horat. 2. Sat. 4. 73.* ego fæcum primus et ales etc. *V. ditta in ALEC. Ovid. 8. Met. 665.* Conditaque in liquida corna auctamalna fæce. ¶ 3. Item genus fæci, quo faciem pinguit mulieres, qui ab *Ovid. Meædic. fac.* pluribus describitur, belletto. *Id. 3. Art. an. 211.* Quem non offendit toto fæce illata vultu, Quum fuit in tepidis pondere lapsa siuus? ¶ 4. Translate dicitur de vilioribus hominibus et abjectis, itemque, sed raro admodum, de rebus. — a) De hominibus. *Lucret. 5. 1140.* Res itaque ad summam fæcem turbasque residit, Imperium sibi quum ac summatum quisque petchat. h. e. ad regimen infime plebis. *Cic. 2. ad Q. fr. 5. 3.* Apud illam perditissimam atque insinam fæcem populi. *Id. 1. Att. 16. 11.* Apud sordeum urbis et fæcem. *Id. 2. ibid. 1. 8.* Dicit enim tamquam in Platoni περὶ τῆς, non tamquam in Romul fæce sentiant. *Id. 3. Virg. 30. 99.* Ex ea fæce legionis quæstoriaque tunc procurationis illa sunt nomina. — b) De rebus. *Martial. 1. 27.* A caprone tibi Laletana petatur. h. e. vinum Laletanum, scilicet etile et nullus pretii. — c) De fæce hauriente proverbum est de eo, qui viliors quæque et abjectiora persecuritur. *Cic. Brut. 69. 244.* Tu quidem de fæce hauris, idque jadum ad fæcē. h. e. gravissima quo oratores enumeras. — d) Dies sine fæce est lux pura. *Martial. 8. 14.* Hibernis objecta Notis specularia puros Admittunt soles et sine fæce diem. h. e. sine pluvia; aut nive, quæ diei lutem quodammodo do fedant.

**FÆFE**, interjectio, si, si, quum putoris aliquid perhorrescimus et aversamur. *Charis. 2. p. 213. Putsch.*, si sanus est ille locus. *Lindemannus* secutus *Niebuhrum* edidit fusæ; pro quo fæce corrigendum putat *Klotz.*

**FÆGEUS**, a, um, adjet. qui est ex fago arbore.

roos apud *Varron.* hoc loco agnoscit *Müllerus*: V. *Ennianae poesis* reliq. edente J. *Vahlen* p. 20.). Eorum origo *Voltumna*, *Palatua*, *Furina*, *Flora*, *Falacer* pater, *Pomona*. — *Falacer* fortasse significat flaminem, *φαλάρης* enim (τε *φαλῆς* crista et ἄκρον apex) illum denotat, cuius caput acuto tegmine seu pileo tegitur, quod erat proprium flaminis. *Inscript.* apud *Murat.* 100. 6. r. **FLAVIO PRIMICE-NIO FALACRI DEAE POMONAE T. FLAVIVS T. F. KIGRIVVS ORNAMENTARIUS.** h. e. qui ornamento tantum flaminatus habet.

**FALANCARIUS** et

**FALANGARIUS.** *V. PHALANGARIUS.*

**FALANGIO,** ōnis, m. 3. *V. PHALANGIUM.*

**FALARICA,** æ, f. 1. *φαλαρική*, *χειροβαλιστρα*, genus teli ad modum hastæ, valido ferro præfatum: a falcis, id est locis exstructis, unde jaciebatur, ut affirmant *Paul. Diac.* p. 88. 10. *Müll.* et *Non.* p. 555. 14. *Merc.* Alii derivant a *φαλῆς* *splendidus*; et *phalarica* scribunt. — Saguntinorum falaricam in obsidione Hannibal his verbis describit *Liv.* 21. 9. Erat missile telum hastili abiegni et cetera tereti præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat: id, sicut iu pilo, quadratum stuppa circumligabat, lineabante pice: ferrum autem tres juncum babebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime, etiam si haec esset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod quum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præhebat. Hæc *Liv.*, cui addendus *Sil. It.* 1. 330. Arnavii clausos ac portis arcuit hostem Librari multa consueta falarica dextra, Horrendum visu robur, celsisque nivosæ Pyrenæ trabs lecta jugis, cui plurima cuspis, Vix muris toleranda lues; sed cetera pingui Uncta pice atque atro circumlitia sulphure fumant. Fulminis hæc ritu summis et mœnibus arcis incita, sulcata tremula secat aera flanima, et mox. Hæc ictu rapido pugnatum sæpe per auras, Attonito ductore, tulit fumantia membra. Hæc vestæ lateri tauris ceu turbine fixa, Dum penitus pluteis Vulcam exercet adesis, Arma virosque simul pressit flagrante ruina. V. *Drakenborg* ad *Sil. It.* l. c.; et aude *Veget.* 4. *Milit.* 18., et *Servium* ad *Virg.* 9. *En.* 705. — Falarica figuram habet in lapide sepulcrali C. Firmidii Rofi, millitis cohortis VI, prætoriae apud Bartoli *A.A.* di *Aquileja* p. 153. — Duplex fuit: una major, quæ catapulta: altera minor, quæ manu mittebatur. De hac *Virg.* loc. cit. tum (*Britian*) sternit, Non jaculo; neque eniū jaculo viam ipse dedisset: Sed magnum stridens contorta falarica venit, Fulminis acta modo. et *Grat. Cyne.* 342. Terribilemque manu vibrata falarica dextra Dei sonitum. et *Liv.* 34. 14. Ut emissis soliferreis falaricisque gladios strinxerunt. Adde *Emnium apud Non.* p. 555. 16. *Merc.*

**FALCARIUS,** ii, m. 2. qui falces conficit. *Gloss. Græc. Lat. Δρεπανοτούς*, falarius. — Hinc factum nomen vico eidem Romæ, quod ibi falarici habitarent. *Cic. 1. Cat.* 4. 8. Dico te priori nocte venisse inter falaricos. Adde eundem. *Sull.* 18. 52.; et *V. LIGNARIUS.*

**FALCASTRUM,** i, n. 2. *Isid.* 20. *Orig.* 14. 5. Falcastrum a similitudine falcis vocatum. Est autem ferramentum currum cum manubrio longo ad densitatem veprium succidendum. Hi et runcones dicti, quibus vepres secantur, a runcendo dicti.

**FALCATUS,** a, um, adject. seu potius particip. ab inusit. *falcare*. **¶ 1.** Est falcibus instructus, armatus, ut Falcati currus, apud *Liv.* 37. 41.; *Auct. B. Alex.* 75.; et *Val. Flacc.* 6. 105. et *Veget.* 3. *Milit.* 24. Similiter *Val. Flacc.* 6. 387. Falcati arcis. *Curt.* 4. 9. 4. quadrigæ. — Horum currum usus fuit in præliis, concitatiss equis in medias acies permittendo, ut prominentibus a temnone hastis, ad axes falcibus et ad rotarum radios, quidquid incurserint, abscederent, lacerarentque. Pluribus eos describunt *Liv.* et *Curt.* locis cit. **¶ 2.** Item formam falcis habens, simile a falce, falcato, δρεπανοτούς. *Ovid.* 4. *Met.* 727.; et *Sil. It.* 3. 378. Falcatus ensis. *Ovid.* 11. *Met.* 224. Est sinus Hammonie curvo falcatus in arcus. *Id.* 3. *Ibid.* 681. de *dolphinis*. Falcatæ novissima cauda est. A *Seneca Oedip.* 45. dicitur cauda lunata. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 21. 24. (48). In subline caudam quoque falcatam erigens. *Id.* 17. *Ibid.* 10. 11. (63). Serendas (*amygdalus*) quanti ma-

xime falcatas et e novella. h. e. quæ maxime altera sui parte in modum falcis curvatae sint. Sic *Id.* 15. *ibid.* 24. 26. (95). Digitorum omnis longitudu illis (prædulcibus silquis, alle carobe) et interim falcata.

**FALCICULA,** æ, f. 1. *deminut.* a falc., parva falc. *Pallad.* 1. *R. R.* 43. 5. Falciculas brevissimas tribulatas, quibus filicem solemus absindere. Adde *Arnob.* 6. 26.

**FALCIFER,** færa, férum, adject. **¶ 1.** Generatim est falcem feras. *Ovid.* 13. *Met.* 928. Non apis inde tulit collectos sedula flores; Non data sunt capiti genialia serta, nec unquam Falciferæ secuere manus. Cf. *Sil. It.* 17. 418. Agmina falcifero circumvenit arcta covino. h. e. falcato. *V. Lucret.* 3. 642., ubi multis describitur cœdes curruum falciferorum. **¶ 2.** Speciatim est cognomen Saturni, quod primus in Italia agricultura usum credatur indicasse: vel quod tempus omnia metat, exsecet et incidat, ut *Macrob.* 1. *Saturn.* 7. et 8. docet. Hinc *Ovid.* *Ib.* 218. falciferum senem vocat. Sic *Martial.* 5. 16. Falciferi defendere tempora Tonantis.

**FALCIPEDUS,** a, um, adject. qui pedes habet in modum falcis curvatos, vel crura, simulant quæ cornua Lunæ, ut *Martial.* 2. 35. vocatur. *Petrion.* *fragm. Tragur.* 75. *Burnmann.* *V. FULCIPEDIA.*

**FALCO,** ōnis, m. 3. *falcone*, *ἰεράζ*, *φάλακρον* apud *Suidam.* **¶ 1.** Avis est accipitrum genere, quod unguis more falcis habeat introrsum flexos. *Servius ad Virg.* 10. *En.* 145. *Firmic.* 5. *Mathes.* 8. n. 2. Equorum nutritores, accipitrum, falconum ceterarumque avium, quæ ad aucupium pertinent. *Sidon.* 5. *Ep.* 5. Quasi de hilario (*al. barilao*, *al. harilio*) vetere novus falco prorumpas. Adde *Isid.* 12. *Orig.* 7. 57. **¶ 2.** *Falcons* etiam illi homines dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati, a similitudine falcis. *Paul. Diac.* p. 88. 8. *Müll.* Adde *Servium* loc. cit. — *NB.* De cognom. Rom. *V. ONOM.*

**FALCULA,** æ, f. 1. *deminut.* a falc., parva falc., *falcetto*, *δρεπανός*.

**1.) Proprie.** *Cato R. R.* 11. Falculae vineaticæ, ruscariae. *Colum.* 12. *R. R.* 18. 2. Falculae et unguis perardi et excavandi sunt.

**II.) Impropria** a similitudine falcularum appellantur curvae acutæque unguis quorumdam animalium, ut felium, pardorum, etc. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 15. 17. (41). Pardos, panthers, leones et similia, condito in corporis vaginas unguium macrone, ne restringantur hebetentur, ingrediendo; aversisque falculis currere, nec nisi in appetendo pretendere. — *NE.* De cognom. Rom. *V. ONOM.*

**FALERE,** is, n. 3. verbum est architecturæ. *Varro.* 3. *R. R.* 5. 14. Subter columnarum stylobatem est lapis, a falere pedem et doronatem altum: ipsum falere ad duos pedes altum a stagno, latum ad quinque. Ad quem loc. *Scalig.* Falere vocat id, quod magis proprie esset pila: *χτηνή* vocat *Thucydides*, *Virgil.* *saxeam pilam*. Sustinet autem falere omne peristyllo oous, et stagno oppositum et oppilatum est. Itaque pilæ litoribus immolite a veteribus faleria dicuntur, quia ante faleria dicerentur παρὰ τὴν αἴλα sal. Argumento quod Falerii populi ita dicti sunt, quia apud eos sal fieret; antea Falerii dicti, auctore *Paul. Diac.* p. 91. 8. *Müll.* (qui tamen fale, non sale, legit). Nisi sit, quod omnia alta φάλανη vocabant Græci. Haec tenet *Scalig.* At Turnebus interpretatur crepidinem lapideam stagnum ambientem, nomine scilicet a candore lapidis imposito; Græce enim φάλανη significat candidum; unde etiam Athenis portus Phaleræus a candido lapide dictus.

**FALISCUS,** a, um, adject. ad Faliscos Etruria populos pertinens: *V. ONOM.* — Hinc **¶ 1.** Quis *Cato R. R.* 4. memorat bonas præsepes, faliscas clathratas, et 14. præsepes bubus hibernas, testicas faliscas, putat Turneb. *Adversar.* l. 14. c. 2., intelligendas esse præsepes lignis in clathri modum intervallo distinctis confectas, in quibus populum gramineum et herbaceum bubus apponitur: ideoque easdem dici testicas, quia testate foenum herbaeque dantur: quem hibernas perpetuo ligno lu modum canalis constare oporteat, quia hiemo pabulum mi-

nutum iis datur, hordeum, lupinum, eryum et hujusmodi, quæ clathralis lignis contineri non possent. Porro faliscas vel dictas esse a falis, vel potius a Faliscis populis, qui bujusmodi præsepibus usi sint. Alii putant dici, quasi paliscas, a palis, seu lignis, quibus clathri constant. **¶ 2.** *Faliscus* venter et *faliscus* absolute est venter suillus, aut alterius animalis, farcinim plenus, conditus more a Faliscis usurpat. *Varro* 5. *L. L.* 111. *Müll.* *Stat.* 4. *Sil.* 5. 35.; et *Martial.* 4. 46. **¶ 3.** *Faliscus* meum constat tribus dactylis et pyrrhichio, ut est hoc: Docta Falisca Pheronyme paras. *Servius in Centimetre.* p. 1824. *Putsch.* Vide *Wernsdorf.* in *Poet. Lat. min.* T. 2. p. 252.

**FALLA,** æ, f. 1. idem ac fallacia. *Nævius* apud *Non.* p. 109. 20. *Merc.* Me non vocant: ob eam rem banc feci fallam. *Alii legunt falam* (*V. FALA*), et translate accipiunt, eadem tamen significatione. At *Gloss. Placid.* edente *A. Mai* in *Class. Auct.* T. 3. p. 462. Falla, fallacia, artificia subtilitas.

**FALLACIA,** æ, f. 1. Aliam formam *V.* in *voc.* seq. — Quod ad etymon attinet, hæc *Varro* 6. *L. L.* 55. *Müll.* A fando falli, falso, fallacio, quæ propterea quod fando quem decipit, sc. contra quam dixit, faciat. Itaque si quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia, sed translatione, ut a pede nostro pes lecti ac pes beta. Hæc *Varro* et rectius etymon *V.* in *FALLO*. — Fallacia est quidquid ad fallendum fit aut dicitur, præcipue vero quinque aliud promittitur, aliud præstat, οὐτίζει, τὸ λόγος (It. inganno, fallacia, furberia; Fr. tromperie, fourberie, ruse, supercherie, artifice, tour d'adresse; Hisp. falacia, engaño, embuste, dolo; Germ. d. Täuschung, List, Betrug, Ränke, Verstellungskünste; Angl. deceit, trick, artifice, craft). **¶ 1. Generatim.** a) In plurali numero sèpius occurrunt. *Plaut. Cist.* 2. 2. 5. Quot admaliti fabricas! quot fallacias! *Id. Pten.* 3. 5. 29. Componere fallacias. *Id. Pseud.* 4. 7. 27. Fallaciis ab aliquo mulierem abducere. Adde eundem. *Capt.* 3. 5. 13. et 16. et 20.; et *Mil. glor.* 2. 2. 37., 3. 3. 2., 4. 4. 20. et alibi. *Cic. 3. Nat. D.* 29. 73. Doli, machinæ, fallacia, præstigiæ num sine ratione esse potuerunt? *Id. Rosc. Con.* 7. 20. Nonne ab imis ungulibus usque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? *Id. Cluent.* 36. 101. Exagitabantur omnes ejus fraudes atque fallacia. *Id. 2. Orat.* 46. 191. Nihil est opus simulatione et fallaciis. *Id. 1. Att.* 1. 1. Negare sine luce et fallaciis. *Auct. B. Alex.* 24. Fallaciis aliquem eludere. *Ammian.* 15. 5. Falliarum nubem discutere. — b) In singulari numero. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 15. Per malitiam et per dolum et fallaciis. *Id. Asin.* 2. 1. 2. et 4. Fingere fallaciæ. *Id. Cas.* 5. 1. 6.; et *Ter. Andr.* 1. 3. 7. Astutam fallaciæ fecere. *Plaut. Pten.* 1. 1. 67. et *Pseud.* 2. 4. 75. Fallaciæ ferre. h. e. inferre, adhibere. Sic *Ter. Andr.* 2. 6. 1. portare oculi. *Id. Heaut.* 3. 2. 2. intendere in aliquem. *Id. ibid.* 3. 3. 36. inventire. *Id. Andr.* 4. 5. 39. Fallacia alia aliam tradit. *Phœdr.* 3. 16. Fallacia aggredi aliquem. *Id. 1. 31.* Consilium veriere ad fallaciæ. *Petron. Satyr.* 12. 5. Fallaciæ proditio detegere vel deletere, scoprire. *Flor.* 1. 16. 7. Fallacia insidiarum. *Sueton. Tib.* 62. Per fallaciæ. Adde eundem. *Cal.* 39. et *Rhetor.* 1.; et *Ammian.* 28. 6. **¶ 2. Speciatim** de fascinatione et præstigiis magicis. *Proper.* 1. 1. 19. At vos, deducere quibus est fallacia luna. Et labor in magicis saepe piare socii etc. **¶ 3.** De rebus inanimis. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 68. Nonnulli gustu explorare uvæ maturitatem tentaverunt. sed et hæc ipsa res habet aliquam fallaciæ.

**FALLACIES,** ei, f. 5. idem ac fallacia. *Apul.* 5. *Met.* Fallacie germitatis inducta.

**FALLACIOLÆQUENTIA,** æ, f. 1. sermo fallaciæ, *Accius* apud *Cic. 4. Fin.* 25. 68. malitiae fallaciolæquentia, ut quidem legit *Non.* p. 113. 18. *Merc.*, vel fallaciæ loquela; alii vero melius fallaciolæquæ malitiae, ut ipse *Orellius* edidit.

**FALLACIOLÆQUUS,** a, uni, adject. qui alias loquendo fallit. *V. voc.* præced.

**FALLACIÖSUS,** a, um, adject. īgannevole, *οὐτίζεις*, fallaciæ plenus. *Gell.* 14. 1. *ad fin.* Quibus hujusmodi ambages fallaciæ consuntur. *Id.* 7. 3. a med. Argumenta vatra et fallaciæ. *Apul.* 8. *Met.* Fallaciæa promissio. *Id.* 9. *ibid.* Fallaciæa mulier.

FALLACITAS, atis, f. 3. fallacia. *Gloss.* Cyril. *Aeterni*, *fraus, seductio, fallacitas*.

FALLACITER, adverb. Sup. *Fallacissime*. — Fallaciter est per fallaciā, dolose, fallacemente, *con inganno, δικτύως*. *Cic. Dom.* 29. 77. Qui non facte et fallaciter popularis, sed vere et sapienter surunt. *Id. 3. Off.* 17. 68. Ne quid insidiōse, ne quid simulate, ne quid fallaciter. *Id. 1. Divinat.* 18. 35. Fallaciter portenta interpretari. *Id. Partit.* orat. 25. 90. Voleptas boni naturam fallaciter imitaudo adulterat. *Id. Harusp. resp.* 23. 48. Fallacissime se venditare alicui. *Plin. 12. Hist. nat.* 16. 35. (71). Myrrha fallacissime adulteratur.

FALLAX, scis, adjekt. omn. gen. *Fallacum* in Genit. plur. pro *fallaciam* habet *Catull.* 30. 4. Nec facta impia fallacum hominum cœlicolis placent. — Comp. *Fallacior* et Sup. *Fallacissimus* sub a. et b. — Fallax est qui fallit, hoc est promittit et non præstat, vel aliud promittit, aliud præstat, dolosus, mendax, *απάνθος* (lt. *fallax, ingannevole, fraudolento*; Fr. *troupeur, imposteur, perfide*; Hisp. *engañador, engañoso, embuster*, *trampista*; Germ. *betrügerisch, täuschend*; Angl. *deceitful, evasive, fallacious, treacherous, hollow, false*). Occurrunt — (a) De hominibus. *Cic. 1. Divinat.* 19. 37. Astrologi vniū atque fallaces. *Id. Amic.* 25. 91. Multis nominibus est hoc vitium notandum levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. *Id. Planc.* 9. 22. Vicinias non assueta mendaciis, non fucosa, non fallax, non erudita artificio simulationis. *Id. Dom.* 9. 23. Homo teterinus, eruditissimus, fallacissimus. *Virg. 6. En.* 343. fallax Apollo. *Tibull.* 3. 7. 19. puella. *Ovid. 2. Amor.* 9. 38. amica. *Id. 13. Met.* 799. Galatea Durior annos queru, fallacior undis. *Id. 1. Amor.* 15. 17. fallax servus. Cf. *eund.* 3. *Met.* 1. Jamque deus posita fallacis imagine tauri Se confessus erat. — (b) De inanimis et abstractis. *Horat. 1. Sat.* 6. 113. Fallaceum Circum vespernumque pererro Sæpe forum. h. e. ubi astrologi siere divinatores populum falleggant. *Cic. Amic.* 19. 68. Ut tamquam in herbis non fallacibus fructus apparet. *Ovid. 1. Art. am.* 401. Non semper credenda Ceres fallacibus arvis. *Tac. 1. Ann.* 61. Fallaces campi. *Virg. 1. G.* 195. Silique fallaces. *Id. 4. Ecl.* 24. fallax herba veneni. h. e. quæ non videtur, et est venenata. *Lucret.* 4. 517. Fallax norma. *Cic. Rabir. Post.* 14. 40. Fallaces et fucosa merces. *Virg. 5. En.* 850. credere fallacibus Austris. *Id. 9. ibid.* 392. silva. *Ovid. 4. Pont.* 2. 41. Fallax alea. *Id. 2. Amor.* 11. 8. via. *Plin. 8. Hist. nat.* 8. 8. (24). Convallis manu facta et longo tractu fallax. h. e. quæ exitum babere videtur, sed re vera non habet. *Id. 5. ibid.* 31. 34. (128). Fallacia yada. *Id. 3. ibid.* 6. 12. (80). Planaria insula a specie dicta, æqualis freto, iteque nayigis fallax. *Martial.* 4. 56. Fallax haninus. *Ammian.* 24. 4. Foveæ fallaces. *Val. Flacc.* 3. 186. tenebris fallacibus acti. *Ovid. Remed. am.* 687. At tu nec voces (quid enim fallacius illis?) Crede, nec æternos pondus babere deos. *Cic. 2. Divinat.* 43. 91. Oculorum fallacissimo sensu judicant ea, quæ ratione et animo videre debebant. *Id. 12. Phil.* 2. 7. Quod si est erratum spe falsa atque fallaci, redeamus in viam. *Id. Mil.* 34. 94.; et *Sil. It.* 7. 57. Fallax spes. *Cic. 4. Acad.* (2. pr.) 15. 46. Fallaces et captiosas interrogations. *Id. ibid.* 46. 140. Fallax imitatio simulatioque virtutis. *Id. 3. Nat. D.* 30. 75. Malitia est versuta et fallax noendi ratio. *Auct. B. Alex.* 24. Fallaces disciplina. *Ovid. 5. Fast.* 191. sententia hominum. *Id. Heroid.* 16. 321. fiducia. *Plin. Paneg.* 32. anni fides. *Id. 1. Ep.* 19. 17. judicium ingenia. *Val. Flacc.* 5. 631. insidia. *Id. 1. 809.* senecta. — (c) Absolute. *Plin. 36. Hist. nat.* 25. 62. (186). Subdialis pavimenta Græci invenere, talibus domos contegentes, facile tractu tepente, sed fallax ubicumque imbræ gelant. — (d) Cum Genitivo. *Tac. 16. Ann.* 32. Homines species bonaarum artium falsi et amicitiae fallaces.

FALLENTER, adverb. fallaci ratione, fallendo. Est Novation. Trinit. 18. Ortu luminaris istius (h. e. solis) medioeribus incrementis fallenter assurgens oculos hominum sensim assuefacit ad totum orbem suum ferendum per incrementa radiorum.

FALLO, fallis, fælli, falsum, fallere, a. 3. *Fallere* pro *falli* est apud *Pers.* 3. 50. — Præteritum passivum *falsus sum* vide sub 1. b.; pro quo *fællitus sum* habetur apud *Petron.* fragm. *Tragur.*

to. 33. Falluntur, qui existimant etc. Sic *Tac. 1. Hist.* 30. Falluntur, quibus luxuria specie libertatis imponit. *Id. 11. Ann.* 24. Libertinorum filii magistratus mandari non, ut plerique falluntur, repens, sed priori populo facilitatum est. *Plin. 1. Ep.* 5. Coepit vereri, ne sibi irasceret; nec fallebatur; irascerat. *Virg. 5. En.* 49. Jamque dies, ni fallor, adest. *Horat. Art. P.* 42. Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor. *Val. Flacc.* 4. 674. sequor o, qui cumque deorum, *Æsonides*, vel fallor, ait. *Id. 8. 331.* Fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventus Ipsa movet? — Similiter *Plaut. Autul.* 2. 1. 4. Haud falsa suni, nos odiosas haberi, non mi sono *ingannato*. *Id. Men.* 5. 2. 3. Id quam facile sit mihi, haud sum falsus. *Ter. Andri.* 4. 1. 23. Me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo! *Ram.* Falsus es, *ti se ingannato*. *Sall. Jug.* 85. Ne illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter expectant, ignavia volatatem et premia virtutis. *Id. ibid.* 10. Neque ea res falsum me habuit, m' *ingannò*. *Liv. 4. 46.* Nec falsus vates fuit, nè il *vate* *ingannò*. *Tac. 2. Hist.* 17. Ut adesse omnem Cæcinae exercitum trepidi ac farsi nesciarent, *trepidi ed ingannati*. Sic *Lactant.* 4. 14. Falsi decepti sunt. *Auson. Ep.* 22. 13. Hic sepe falsus messibus vegravidibus, Nomen porosus villici. h. e. deceptus a messe minus copiosa. *Ter. Eun.* 2. 2. 43. Ut falsus animi est! et *Sil. It.* 13. 886. de *Hannibale*. Assyrio famulus regi falsusque cupiti Ausonie motus. h. e. frustratus spe excitandi in Romanos bellum. — Et cum *Infinito*. *Lucan.* 7. 288. cælumque tremens quum lancea transit. Dicere non fallar, quo sit vibrata lacerio, non fallere dicendo. — (d) Singulare est illud *Val. Flacc.* 7. 238. Promisi: ne falle, precor. h. e. ne credas, te a me falli. — (e) Absolute, h. e. sine Accusativo personæ, qui tamē subauditur. — Cum Nominativo personæ. *Cæcilius* apud *Cic. 3. Nat. D.* 29. 73. Neque quo pacto fallam, nec quid inde auferam, Nec quem dolum ad eum aut machinam communior, Scio quidquam. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 9. At faciem quum asperias eorum, haud mali videntur; operâ fallunt. *Cic. 1. Off.* 13. 41. Totius injustitia nulla capitalior quam eorum, qui, quum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. *Cæs. 4. B. G.* 13. Simul, ut, si quid possent, de inducili fallendo impetrarent. *Nepos Themist.* 7. Quin Lacedæmonii quærerentur, opus nihilominus fieri, eumque ea re consari fallere etc. *Sueton. Ner.* 16. Quibus — fallere orfari per jocum jus erat. Adde *Sil. It.* 17. 559. Huc pertinet et illud, quod *Forcellinus* singulari parag. distinxt. *Gell.* 7. 14. Plerumque inflati atque tumidi (in dicendo) fallunt pro uberibus, *facilmente passano per facondi, copiosi*. — Cum Nominativo rei. *Cic. 1. Divinat.* 14. 25. Ea (divinatio) fallit fortasse nonanquam, sed tamē ad veritatem sepiissime dirigit. *Liv. 29. 35.* Veriti, ne falleret bis relata eadem res. *Horat. Epod.* 16. 45. Germinat et numquam fallentis termes olivæ. *Quintil.* 11. 3. 121. Si memoria fællerent. *Id. 5. 11. 26.* Solent fallere similititudinum species. *Id. 10. 7. 3.* Sæpe ea, quæ opinati surus —, fallunt. *Tac. 2. Hist.* 8. Propior ad fallendum fides. *Val. Flacc.* 2. 282. semel orgia fallent. Adde *Ammian.* 26. 4. — (f) Impersonaliter *me fallit* (subaudi opinio) est idem ac fallor, *me m' inganno*. *Ter. Heçyr.* 5. 1. 2. Nec pol me multum fallit, quin quod suspicor, sit quod velit. nè m' inganna di molto. *Cic. 14. Att.* 12. 2. Qui quidem semper erunt clari; conscientia vero facti sui etiam beati. Sed nos, nisi me fallit, jacobimus. *Id. 1. ad Brut.* 18. sub fin. Matimus autem, nisi me forte fallit, in republica nodus est, inopia rei pecuniarie. *Id. Cœl.* 19. 45. Nisi me propter benevolentiam forte falleret. *Id. 2. Off.* 7. 25. Nec eum fællit. *Varro 2. R. R.* 1. 25. Vide, ne te fallat. *Plin. 33. Hist. nat.* 1. 6. (18). Fallit pterisque, quod arbitrantur etc. Cf. *etiam infra sub II. 1. in fin.* ¶ 2.

Item generatim de rebus, et est violare, scilicet nou praestando quod expectabatur. *Cic. 1. Off.* 13. 39. Regulus ad supplicium redire maluit, quain fidei hosti datam fallere, di quello che mancare alla parola. Sic poetice *Virg. 6. En.* 612. quique armæ secuti Impia, nec verili dominorum fallere dextræ. *Curt.* 7. 10. Fallere promissum. *Tac. 1. Ann.* 73. Juven perjurio. *Ovid. Heroid.* 16. 284. legitimi fallere jura tori. *Id. 9. Met.* 119. Nessoque parante Fallere depositum. h. e. Dejaniram auferre, qua ipsi

credita fuerat. Sic *Id.* 5. *ibid.* 180. arvaque jussit Fallere depositum, vitiataque semina fecit. h. e. arvis mandavit, ne sibi credita semina redderent, atque adeo coloni spem frustrarentur. *Cic.* 1. *Orat.* 1. 2. Quam spem cogitationum et consiliorum meorum quum graves communium temporum, tum variis nostri casus fefellerent. *delusero*, tradirono. *Id.* 4. *Cat.* 11. 23. Quod si meam spem vis improborum fefellerit atque superaverit. Cf. *Ovid. Heroid.* 17. 234. Fallitur augurio spes bona saepe suo. Rursus *Cic.* 1. *Fam.* 6. *extr.* A me omnia summa in te studia officia expsecta: non fallam opinionem tuam. Sic *Cæs.* 3. *B. C.* 86. Ne usu manuque reliquorum opinionem fallerent. *Justin.* 2. 15. 21. Nec in bello judicium diligentium fefellerit: siquidem non inferior virtutibus patris etc. *Claudian.* 6. *Cons. Honor.* 87. nec eventus vota fefellerit. *Ovid.* 9. *Met.* 696. fallere mandata alicuius. h. e. non exequi. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 38. (125). Fefellerit imperium militaris imprudentia. *Ovid.* 2. *Fast.* 837. Brutus adest, tandemque animo sua nomina fallit. h. e. contra agit, ac suum nomen Bruti significabat. Huc pertinet et illud *Curt.* 4. 9. Quum lubrica sara vestigium fallerent. Sic *Sil. It.* 17. 469. Lubrica qua tellus lapsantis sanguine fratris fallebat ovis. h. e. impiedebat et minuebat vim standi pugnandique. — Huc referri possent et poetica illa, in quibus fallere ponitur pro fingere, simulare, itemque abscondere, tegere decipiendi causa. *Virg.* 1. *Æn.* 687. Tu faciem illius noctem non amplius unan Falle dolo, et notos pueri puer inde vultus. *Propert.* 4. 5. 14. Et sua nocturno fallere terga lupo. h. e. formam suam sub forma lupi tevere. Cf. *Ovid.* 3. *Fast.* 22. Et sua divisa farta fefellerit ope. *nascose*. ¶ 3. Speciatim si sciens fallo, tum me Juppiter etc. formula est jurantibus, et sibi mala precentis, si fidem fefellerit. *Paul. Diac.* p. 115. 4. *Müll.* Lapidem silicem tenabant juratibus per Jovem haec verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Dispiter salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. *Cic.* 7. *Fam.* 1. 2. Is jurare quum cœpisset, vox eum defect in illo loco: Si sciens fallo. *Plin. Paneg.* 64. Si sciens fefellerit. *Liv.* 21. 45. Ea ut rata scirent fore, agnum laeva manu, dextera silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus deos, ita se mactarent etc. Sic *Propert.* 2. 16. 15. Ossa tibi juro per matris et ossa parentis: Si fallo, cinis heu sit mihi utequer gravis. Adde *eumd.* 4. 7. 53.; et cf. *Horat.* 2. *Od.* 8. 9. Fallere matris cineres opertos et toto signa cum caelo.

II.) Improprie, vel latiori significatione. ¶ 1. Eleganter fallere dicuntur, quæ latent, et scientiam visum nostrum effugient. — a) Cum Accusativo persone. *Cic.* 1. *Orat.* 60. 255. Neque enim hoc te, Crasse, fallit, quam multa sint genera dicendi. tu sai benissimo, che etc. *Liv.* 5. 47. Tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem excitarent. Sic *Ovid.* 4. *Met.* 85. Fallere custodes nocte silenti. et *Horat.* 1. *Od.* 10. 16. Quin et Atridas duce te (*Mercurio*) — Priamus — Thessalosque ignes et iniquis Troja Castra fefellerit. *Id.* 4. *ibid.* 4. 52. Quos fallere et effugere est triumphus. *Id.* 1. *Ep.* 5. 31. Atria servantem postico falle clientem. *Id.* 3. *Od.* 14. 19. Spartacum si qua potuit vagante fallere testa. h. e. latere. Cf. *Sueton. Cæs.* 43. Si qua obscuris custodes fefellerint. Rursus *Horat.* 1. *Ep.* 6. 15. Exillis dominus est, ubi non et multa supersunt, Et dominum fallant et prosunt furibus. *Id. Epod.* 15. 21. Nec te Pythagore fallant arcana. *Lip.* 41. 2. Nec quidquam eos, quæ terra marique apergentur, fallebat. *Id.* 4. 11. Ut plebem tribunosque falleret judicii resculendi consilium initum. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 98. acta deos numquam mortalia fallunt. *Id.* 4. *ibid.* 2. 17. Nos procul expulsos communia gaudia fallunt. *Id.* 13. *Met.* 462. Mors tantum vellem matrem mea fallere posset. *Id.* 3. *Art. am.* 627. Tuta quoque est fallitque aliis e lacte recenti littera: carbonis pulvere tangere: leges. *Id.* 6. *Met.* 64. In quo diversi niteant quam mille colores, transitus ipse tamen spectantia lumina fallit. h. e. unius coloris ad alium transitus oculis non distinguuntur. *Id.* 4. *ibid.* 177. Retinque et laqueos, quæ lumina fallere possint, Elimatis. Sic *Plin.* 9. *Hist. nat.* 50. 74. (157). Tanta celeritate, ut visum fallant, non si veggono, non si può accorgersene. *Ovid. Heroid.* 20. 190. Fallere casses. h. e. evitare, effugere, schiavare, sfuggire. Similiter

*Id. ibid.* v. 45. retia. *Curt.* 4. 16. Nulla adeo avia lacuna erat, quæ vestigiorum situm falleret. *Tac.* 13. *Ann.* 13. Quæ mutatio neque Neronem fefellerit. — b) Passiva forma et Mediorum significatione. *Plaut. Epid.* 2. 2. 55. Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallere tamen. sapere per quæ che discoreano. — c) Absolute, h. e. sine Accusativo. *Liv.* 22. 33. Speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus. Adde *eumd.* 25. 9.; et *V. Drakenborg.* ad *eumd.* 41. 2. *Id.* 8. 20. Ne alio itinere hostis falleret ad urbem incendens. *Id.* 5. 47. Vigiles eius loci, qua fefellerat ascensio hostis, citati. *Tac.* 2. *Hist.* 98. Deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani — nullum et centurionum quidam, ad Vitellium missi necessari: plures fefellerat, fide amicorum aut suorum astu occultati. *Quintil.* 8. 2. 13. Fallunt etiam verba vel quibusdam regionibus familiaria, vel artium propria. h. e. ignorantur. — Proverbium est vivens falle, quo monemur vitare turbam, abstinere a republica, et nobiscum habitare. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 10. Nec vivit male, qui natus moriensque fefellerit. Cf. *Plutar.* chi commentatio εἰ καλῶς εἴρηται τῷ λόγῳ βιωσας, et *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 25. Crede mihi; bene qui latuit, bene vixit. *V. et Cic.* 3. *Tusc.* 24. 57. — d) Impersonaliter, fallit me, praepucie cum particulis negativis atque in interrogationibus, est idem ac latet me, Italice non so, ignoro. Sic apud *Plaut. Bacch.* 2. 3. 64. Non me fefellerit: sensi: eu exanimatus fui. non mi sfuggi: me ne accorsi: etc. — Cum Infinito. *Ter. Heaut.* 3. 2. 3. Num me fefellerit, hosce id struere? non lo diss'io? *Cic.* 3. *Att.* 23. 4. In lege nulla esse ejusmodi capita, te non fallit. tu sai benissimo che etc. Adde *Quintil.* 2. 4. 40. et 3. 6. 58. Sic *Virg.* 4. *Æn.* 96. Nec me adeo fallit, retinat me mania nostra. Suspectas babuisse donos Carthaginis altæ. *Plin. 2. Hist. nat.* 103. 106. (233). Jam omnes fontes æstate, quam hieme, genitiores esse, quem fallit? chi nol sa? — Et cum Gen. animi apud *Lucret.* 1. 137. Nec me animi fallit, Grajorum obscura reperta Difficile illustrare Latinis versibus esse. — Cum relativo. *Lucret.* 5. 98. Nec me animi fallit, quam res nova miraque menti. Accidat. Adde *eumd.* 1. 921. *Quintil.* 3. 8. 41. Nec me fallit, qua statim cogitatio subire possit legem. — Sequentia part. quin apud *Cæs.* 3. *B. C.* 94. Neque vero Cæsarem fefellerit, quin ab his cobortibus initium Victoria oriretur. ¶ 2. De tempore vel de re molesta est levare, lenire, ita transigere et evadere, ut ne advertamus quidem; qua significatione occurrit apud Poetas et raro apud alios sequioris avi scriptores. *Ovid.* 8. *Met.* 631. Interea medias fallunt sermonibus horas Sentirique morau prohibent. passare senza sentirne il tedi. *Id. Heroid.* 1. 9. spatiosam fallere noctem. *Val. Flacc.* 2. 349. dapibus capti mox tempora fallunt noctis et in seras durant sermonibus umbras. *Ovid. Heroid.* 19. 37. Tortaque versato ducentes stamina suo Feminea tardas fallimus arte mioras. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 114. Jam vino querens, jam sompo fallere curam. divertire. Sic *Ovid.* 3. *Trist.* 2. 16. Fallebat curus ægraque corda labor. et 5. *ibid.* 7. 39. Detineo studiis animum falloque dolores. Sic *Val. Flacc.* 3. 319. tenui luctum solamine fallens. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 12. Molliter austerior studio fallente labore. Sic *Ovid.* 6. *Met.* 60. Brachia docta moyent, studio fallente labore. *Id.* 14. *ibid.* 121. Cum dure Cumæ fallit sermone labore. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 7. 28. (49). Absinthium pueris dedere in fico sicca, ut amaritudinem fallerent. acciucchè non sentissero. — Hinc Part. præter. pass.

*Falsus*, a, um, adjective quoque occurrit; unde Comp. *Falsior*, de quo *Paul. Diac.* p. 92. 11. *Müll.* *Falsius* et *falsior* quum rationabiliter dici possint, non tamen sunt in consuetudine. *Petron.* tamen *Satyr.* 132. *extr.* *met.* 1. Nihil est hominum inepta persuasione falsius, nec finta severitate ineptius. Adeo *Augustin.* 7. *Civ. D.* 5. et *Boeth.* p. 286. Falsior et magis contraria est opinio illa, quæ etc. Adde *eumd.* p. 460. — Sup. *Falsissimus* occurrit apud *Colum.* 1. *R. R.* 6. 17. Id autem falsissimum est. — Ceterum falsus usurpat passive, ut supra relutimus sub 1. 1. c.: at sepius active dicitur de eo, qui fallit, decipit, ingannatore, infidele, mendace, *ψευδης*: itemque de rebus, et est factus, simulatus, vanus, inanis, mendax, falso. — a) De hominibus. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 12. Quos quum censeas esse a-

micos, reperiuntur falsi falsimoniis. *Sall. Cat.* 10. Ambitus multos mortales falsos fieri subigit, aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere. *Cic.* 2. *Divinat.* 11. 27. Testes aut casu veri, aut malitia falsi fictio esse possunt. *Id.* 1. *Orat.* 38. 175. De cuius morte quum domum falsus ab exercitu nuncius venisset. *Sueton. Cæs.* 81. Spuriannam falsum arguens. *Id. Tib.* 14. Falsus conscient. *Tac.* 16. *Ann.* 32. Falsi specie bonarum artium. *Id.* 13. *ibid.* 13. Orabantque cavere insidias mulieris semper atrocis, tum et falsa. *Id.* 3. *ibid.* 3. Ne omnium oculis vultum eorum scrutantibus falsi intelligerentur. *Id.* 1. *ibid.* 7. Quanto quis illustrior, tanto magis falso a festinantes. *Id.* 6. *ibid.* 4. Senit vetus regnandi falsos in amore odio non fingere. *V. et sub c.* — Cum Dativio. *Gatull.* 30. 1. Alſene immemor, atque unaniinis false sodalibus. Sic *Claudian.* 4. *Cons. Honor.* 277. falsus amicis. — b) De rebus et præcipue de abstractis. *Ennius apud Non.* p. 511. 5. *Merc.* Sieviter suspicionem ferre falsam, futulam est. *Plaut. Rud. prol.* 13. Qui falsas lites falsis testimoniis petunt. *Ter. Eun.* 1. 1. 22. Falsa lacrimula. *Id. Hecyr.* 5. 4. 2. gaudium. *Cic.* 2. de republ. 15. Falsum est id totum, neque solum fictum, sed etiam imperie absurdum fictum. *Id.* 2. *Nat. D.* 21. 55. Omnis ordo, veritas, ratio, constantia: queque his vacant, eimentita et falsa plenaque erroris sunt. *Id.* 2. *Orat.* 45. 189. Nihil nisi falsum et imitatione simulatum. *Id.* 2. *Divinat.* 62. 127. Falsa et mendacia visa, et *ibid.* Visa falsa et inonia. *Id. Horat.* 4. 110. Pro re certa spem falsam domum relulerunt. *Id.* 12. *Phil.* 2. 7. Spe falsa atque fallaci etrare. *Id. Sall.* 32. 91. Falsa spes. *Id.* 11. *Phil.* 2. 5. Complexus summae benevolentiae falsi indices in amore simulato. *Id.* 1. *Invent.* 48. 90. Falsum est argumentum, in quo perspicue mendacium est. *Id. Flacc.* 17. 39. Poena falsarum et corruptorum literarum. Cf. *Liv.* 40. 56. Falsas esse litteras et a scriba vitiatas. et *Sueton. Aug.* 19. Falsarum tabularum rei. Ruris *Cic.* 3. *Orat.* 25. 98. Molliores sunt et delicatores in canto flexiones et falsæ vocalæ, quam certa et severæ. falsetto, voci contrafallat, canto in quilio. *Id. Amic.* 4. 15. Non tam ista me sapientie fama delectat, falsa presertim. *Cæs.* 6. *B. G.* 20. Falsi rumores. *Virg.* 6. *Æn.* 513. gaudia. *Horat.* 3. *Od.* 7. 14.; *Ovid.* 13. *Met.* 308.; et *Sueton. Ner.* 35. crimina. *Id.* 1. *Ep.* 16. 38. probria. h. e. haud merita. *Id. ibid.* 16. 39. Falsus honor juval et mendax infamia terret. Quem nisi mendosus? *Id.* 2. *ibid.* 1. 212. terrores. *Id.* 1. *Sat.* 1. 61. cupidus. *Id.* 2. *Od.* 2. 19. voces. *Ovid. Heroid.* 7. 67. falsæ perjuria lingua. *Id.* 10. *Met.* 19. os. *Id.* 7. *ibid.* 289. odium. *Val. Flacc.* 6. 661. vultus. *Quintil.* 8. 5. 7. sententia. *Id.* 7. 3. 5. appellatio. *Id.* 1. 10. 39. ratio. *Justin.* 38. 2. 9. nomina. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 23. 46. (87). opinio. *Id.* 16. *ibid.* 22. 34. (82). definitio. *Id.* 33. *ibid.* 9. 46. (132). Falsa moneta, falsus denarius. *Tac.* 1. *Ann.* 11. auditio. *Id.* 1. *ibid.* 67. favor. *Id.* 4. *Hist.* 32. Et missus cum mandatis Montanus ad Civilem, ut absisteret bello, neve externa armis falsis velaret. e non celasse la sua roversione a Roma sotto l'apparenza della guerra per Vespasiano. — c) De eo, qui videri volit, aut qui putatur is esse, qui re vera non est, finto, creduto. *Virg.* 3. *Æn.* 302. in Juco, falsi Simoentis ad undam, Libabat cineri Andromache. *Orid.* 3. *Met.* 249. mersisque in corpore rostris Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 360. *Val. Flacc.* 8. 265. neque enim fugit æquore raptor Juppiter, aut falsi sequimur vestigia tauri. *Stat.* 7. *Theb.* 739. Lernæo falso simulans Aliagnona vultu. Cf. *Tac.* 1. *Hist.* 2. Mota prope etiam Parthorum arma falsi Neronis ludibri. et *Justin.* 1. 9. 18. Et in cædem falsi regis impulsos, sacramenti religione obstringit. — d) Cum Genitivo. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 18. 41. (82). Felix appetulator Arabia, falsa et ingrata cognominis. — Hinc

*Falsus*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est res falsa, falsitas, il falso; et occurrit tum singulari, tum plurali numero. ¶ 1. Generatim. — a) Cum contrario rerum, ut apud *Lucret.* 4. 477. Notitiam veri que res falsique erarit. *Cic.* 2. *Divinat.* 51. 106. Ex falsis verum effici non potest. *Horat.* *Art. P.* 151. veris falsa remiscet. Cf. *Sil. It.* 11. 130. tum veris falsa per artem Virrius admiscens. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 29. vero distinguere fal-

sum. *Nepos Datam.* 9. Experiri voluit, verum falsum sibi esset relatum. *Ovid.* 9. *Met.* 138. falsa addere veris. *Tac.* 2. *Hist.* 70. Jam tribuni præfectique, sua quisque facta extollentes, falsa vera aut majora vero miscebant. Cf. *Sall. Cat.* 51. Falsum aliud pro vero credere. — b) Universim. *Cic.* 7. *Att.* 14. 2. De quibus ante ad te falsum scripseraint. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 6. Acclinis falsis animus. *Tac.* 2. *Ann.* 82. Nec obstitit falsis Tiberius, donec tempore ac spatio vanescerent. *Id.* 3. *ibid.* 12. Falsa in majus vulgare. *Id.* 3. *Hist.* 54. Falsis iugravescit malum. *Id.* 6. *Ann.* 46. Simulationum falsa in sinu avi perdidicerat. *Id.* 3. *ibid.* 56. Modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta retulit. — c) Adverbli more. *Cic.* 3. *Off.* 29. 108. Non enim falsum jurare perjurare est. Adde *Ovid.* 3. *Amor.* 3. 11. Cf. *rumd.* *Ovid.* 13. *Met.* 558. spectat truculenta loquentem Falsaque jurantem. *Tac.* 4. *Ann.* 60. Enimvero Tiberius torvus, aut falsum renidens vultu. *Id.* *ibid.* 50. exir. Tela in falsum jecere. h. e. in vanum et sine ictu. — d) Adverbli FALSO *V.* loco suo. ¶ 2. Speciatim crimen falsi est, si quis chirographum alienum imitetur, aut libellum, aut rationes intercidat, vel describat, si falsam monetam cudat, testamentum supponat, pro advocatione testibus pecuniam accipiat, etc., de quibus *Chi* *Dig.* 48. tit. 10. qui *Ad leg.* *Cornel.* de falsis inscribitur. Hinc falsum facere et committere *Martian.* *ibid.* leg. 1, accusare aliquem falsi *ibid.*, subiici pœnae falsi *ibid.*, falsi reus *Papinian.* *ibid.* leg. 12, et sexcenta hujusmodi. Absolute *Quintil.* 7. 2. 53. In falso quoque ratio similis: aut enim plures in culam vocantur, aut unus.

*Homonym.* Fallere et frustrari unum idemque significant, hoc est in errore inducere, inganare; in eo tamen differunt, quod fallere ad mentis cognitionem, frustrari ad animi spem referunt: atque hinc falsus dicitur is, cui aliquid contingit alter omnino atque ejus ferebat opinio; frustratus vero is, cui res non successit ex voto, sed aliter atque ipse sperabat. Item fraudare et impunere intrumque ad perfidiam pertinet: sed fraudans aliorum fidei, impunens allorum credulitate abutitur, ille ut aliquid sibi compareat aliosque spoliat, hic ut alli fidem dicunt habeant, quibus ipse fraudem vel fallaciam facit. Denique decipere et circumvenire ad rationem refringuntur, qua quis utitur ad fallendum: illud tamen discriminis interest, quod decipiens clau atque oculo aliquem irretit, circumveniens autem machinatione callide et diu exigituta velut ex improviso aggressus aliam fallit. *Tac.* 4. *Ann.* 45. Per deruptu et avia sequentes frustratus est; neque diu fecellit. *Vellej.* 2. 82. Ardashen fraude deceptum. *Cic. Mur.* 36. 77. In eo quidem fassis et decipis. *Id. Rosc.* *Am.* 40. 117. Nocim homines honestissimos — induxit, decepit, destitut, adversaris tradidit, omni fraude et perfidia fecellit. *Id. Rosc. com.* 6. 17. Qui socium fraudarit et fecellerit, consideremus. *Tac.* 1. *Hist.* 30. Falluntur, quibus luxuria specie (*al. leg. speciem*) liberalitatis imponit.

FALSARIUS, n. m. 2. falsario, falsificatore, μεταρράφων, qui decipiendi gratia verum supprimunt, ac præcipue scripta publica corruptunt, ut testamento, etc. *Cato apud Isid. de diff. verb.* 220. (vol. 5. p. 29. *Areval.*) Tu, inquam, si verum supprimis, falsarius agnosceris; si falsa confingis, mendax esse videris. *Sueton. Ner.* 17. Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulae, nisi pertusæ, ac ter uno per foramina trajecto obsignarentur. *Id. Tit.* 3. Imitari chirographa, quæcumque vidisset, ac profiteri, si maximum falsarium esse potuisse. *Tertull.* *Idolot.* 5. Credo, falsarios utique non pedibus, sed manibus operari malas litteras.

FALSATIO, ònis, f. 3. falsandi actus, falsificamento. *Hieronym.* 2. in *Rufin.* 5. Falsatio Apostolorum ab hereticis.

FALSATUS, a, um. *V.* FALSO, as.

FALSE, adverb. Sup. *Falsissime.* — False est fallaciter, inaniter, falsamente, φυδός. *Plaut.* *Capt.* 3. 4. 79. False facere. *Sisenna apud Charis.* 2. p. 179. *Putsch.* Judicium false factum. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 56. 141. Cui si assensus sim, non assentias sœpe false. *Orellius editid falsio*, addita var. lect. *Augustin.* 10. *Confess.* 13. Quæ adversus haec falsissime disputantur. *V.* FALSO.

FALSIDICENTIA, æ, f. 1. falsiloquium. *Ju. l. Val*

res gest. *Alex. M.* (edente A. *Maio*) 2. 2. Increpare valem falsidicentia cœperat.

FALSIDICUS, a, um, adjekt. φυδολόγος, qui falsa consuevit dicere. *Plaut. Capt.* 3. 3. 13. Me meaque rem tuis scelestis falsidicis fallaciis dilaceravisti. Adde *eumd.* *Trin.* 3. 3. 40.; et *Accium apud Priscian.* 6. p. 709. *Putsch.* *Auson. Epigr.* 118. 17. Falsidici vates, temerant qui carnime verum.

FALSIFICATUS, a, um, particip. ab inusit. falsifico, falsus, falsificus. *Prudent. Hamartig.* 551. Nil de pestiferis opibus aut falsificatis Terrarum spolis stinto oblectamine libans.

FALSIFICUS, a, um, adjekt. falsario, φυδοποιος, qui facit fallacias. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 36. Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsijurium.

FALSIJURUS, a, um, adjekt. qui falsa jurat, spargit, φυδορυων. *V.* voc. præced.

FALSILOQUAX, acis, adjekt. omn. gen. idem ac falsiloquus. *Venant.* 1. *Vit. S. Martin.* 101. Mentitus speciem humanæ sub imagine forme, Falsilouquax pereunte fide, male doctus in arte, Quod petetur iter, querit.

FALSILÖQUUM, ii, n. 2. mendacium. *Augustin. procem. Retract.* ad fin. Ex multiloquio incident in falsiloquum.

FALSILÖCUS, a, um, adjekt. φυδολόγος, qui falsa loqui consuevit. *V.* FALSIFICUS; et adde *Plaut. Capt.* 2. 2. 14.; et *Prudent. Apotheos.* 107. Sic *Vulgat.* *interpr.* *Job.* 16. 9. Rugas inæst testimoniū dicunt contra me, et suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.

FALSIMONIA, æ, f. 1. vel falsimonium, ii, n. 2. frode, fallacia, εξανάτη, fraus, fallacia. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 12. Quos quam ceusas tibi amicos, reperiuntur falsi falsimonii.

FALSIPARENS, tis, adjekt. qui falsum habet parentem, id est cuius pater is esse creditur, qui minime est. *Catull.* 68. 111. Quod quandam eosis montis fodisse medullis Audit falsiparens Amphitryonides.

FALSITAS, atis, f. 3. falsitas, φυδος, vitium, quo id asserimus esse quod non est: item ipsa res falsa. *Cic. Cluent.* 2. 5. Etenim sicut alii in locis parum firmamenta et parum virium falsitas habet etc. Alii leg. veritas habet. *Arnob.* 1. 56. Inditae scriptis falsitates. *Amian.* 16. 1. Quidquid autem narrabitur, quod non falsitas arguta concinnat, sed fides integra rerum absolvit, documentis evidenterbus fulta.

FALSITESTIS, is, m. 3. falsus testis. *Gloss. Philox.* Falsitests, φυδομαρτυρος.

FALSO, ali. erb., seu potius Ablativus ab Adjekt. falsus adverbli more usurpus, et significat non vere, φυδος (It. falsamente; Fr. faussement, à faux, à tort, sans raison, sans fondement; Hispan. falsamente; Germ. fälschlich, falschlicher Weise, mit Utrecht; Angl. falsely, untruly). Occurrit — a) Cum opposito vero vel vere, ut apud *Plaut. Most.* 1. 3. 21. Nimis tu quidem stulta es mulier. Ebo mavis vituperari falso, quam vero extollit? Evidem pol vel falso tamen laudari multo malo, quam vero culpari. *Id. Trin.* 1. 2. 173. Falsou an vero laudent, culpent, quam velint, non floci faciant. Cf. *Curt. loc. infra cit. Sueton. Galb.* 12. Illa quoque, vereno an falso, per ludibrium jactabantur, etc. — b) Universim. *Ennius apud Non.* p. 470. 16. *Here.* Is non bene vult tibi, qui falso criminat apud te. *Cato apud Charis.* 2. p. 179. *Putsch.* Et rei dant operam, ut mihi falso maledicatur. *Plaut. Amph.* 2. 2. 181. Vir ego tuus sim? ne me appellata falso nomine. *Id. Bacch.* 3. 6. 43. Habeve aliquem falso suspectum. Cf. *Ter. Heaut.* 2. 3. 27. Falso suspicari. Rursus *Plaut. Amph.* 3. 2. 21. Falso aliiquid dicere. *Id. ibid.* 4. 2. 7. Neque me perpetiar probri falso insinulatam. *Cic. Ferr.* 41. 107. Non possum quemquam insinulare falso. *Id. 5. Fam.* 5. 2. Ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te aijunt falso in me solere conferri. *Id. pro leg. Manil.* 14. 4t. Quod jan nationibus exteris incredibile ac falso memoria proditum videbatur. *Id. 2. de republ.* 21. Quum Tarquinius ex vulnera ager fuisse et vivere falso diceretur. *Ces. 1. B. C.* 14. Caesar adventare jam iamque et adesse ejus equites falso nunciabantur. *Liv.* 42. 2. Quum alii abesse eum, alii ægrum esse, falso utrumque fingerent. *Ces. 8. 8.* Quod falso creditum est. *Ovid. 3. Amor.*

12.43. Laudata falso feminæ. *Nævius apud Charis.* 2. p. 179. *Putsch.* Ilujus gnatus dicitur germanum alterum falso occidisse. h. e. per errorem. *Liv.* 34. 32. Jube vincos produci, ut miseri parentes quos falso lugent, vivere sciant. Cf. *Curt.* 3. 42. Falso lamentari eas Darium vivum. *Tac. Germ.* 36. Inter imponentes et validos falso quiescas. *Tibull.* 3. 3. 20. falso plurima vulgus aiat, senza ragione, a torto, immerito. Sic *Sall. Jug.* 1. Falso queritur de natura sua genus humanum. et *Curt.* 5. 2. Vero ne an falso bonis cuique habebetur, ignorari non poterat. immixtum. — c) Per ellipsis. *Ter. Andr.* 3. 2. 24. DA. Si quid narrare occipi, continuo dari tibi verba censes. si. Falso. *Cic.* 3. *Off.* 18. 75. Atqui in talibus rebus aliud utilè interdum, aliud honestum videri solet. Falso: nam eadem utilitas, que honestatis est regula. Sic *Quintil.* 2. 17. 12. Ad cujus rei confirmationem afferunt, Demadæ romigen et Eschinem hypocritæ oratores fuisse. Falso: nam etc. Cf. *Nepos Alcib.* 9. Alcibiades in Thraciam se abdidit, sperans ibi facilime fortunam suam occuli posse. Falso: nam Thracæ insidias ei fecerunt, etc.

FALSO, as, ævi, atum, are, a. 1. (fallo). Part. Falsatus. — Falso est falsum facio, corrumpo, adultero, falsificare. *Modestin. Dig.* 48. 10. 32. Qui pondera, aut mensuras falsassent. *Hieronym.* 2. in *Rufin.* 5. a med. Liber Hilarii falsatus ab hereticis. Adde *Sulpic. Sev.* 1. *Dial.* 6.

FALSOSUS, a, um, adjekt. qui alium fallit vel decipit. *Gloss. Isid.* Falsosum, circumventosum, deceptosum.

FALSUS, a, um. *V.* FALLO in fin.

FALX, cis, f. 3. In Geotivo multitudinis falculum habet, non falcum. *Charis.* 1. p. 114. *Putsch.* — Falx ¶ 1. Est ferramentum incurvum, seu adumcum, ad varios usos in re rustica: aliud est, quo sagetes metuntur, falce da mettere, falciola; aliud quo ferum secatur, falce: aliud quo putantur arbores, falceetto, pennato, segolo; aliud quo vepres rubi ascinduntur, ronca, falcione, roncone, etc. Videatur falx esse pro fale ex τέλεσος securis, quod ab Hebr. פְלָח phalach, secuit. At minus recte *Kar-*

ro

5. L. L. 137. *Müll.* Falces a farre, littera commutata: haec in Campania seculæ, a secundo: a quadam similitudine harum aliae, ut quod apertum unde, falces fenariae et arboriae; et, quod non apertum unde, falces lumariae et sirpiculae. *Cic. 5. Tusc.* 23. 65. Immissi cum falculibus multo purgaretur et apuerunt locum. *Varro 1. R. R.* 22. 5. Falces sylvaticæ, arborarie, rustarie. *Calo R. R.* 10. fenariae, stramentariae et 11. vineaticæ. *Pallad.* 1. R. R. 43. 2. putatoria, messoriae. — Veneriorie seu putatoria, falcis figuram, partes, usum accurate describit *Colum.* 4. R. H. 25. 1. Ad hanc pertinent illa *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 24. (101). Falce levigare truncum, et *ibid.* 22. 35. (175). Supina falce oculos vitis auferre. et (176). Vitem falce curare. *Horat.* 1. *Od.* 31. 9. Falce vitem premere. *Colum.* loc. cit. Ductu falcis putationem conficer. *Quintil.* 2. 4. 11. Frustribus adhibere falcem. *Virg.* 3. *Ecl.* 11. Vites falce incidere. — Ad messorianum pertinent illa *Virg.* 1. G. 348. maturis falcam supponere aristis. *Ovid.* 3. *Amor.* 10. 12. Falce subsecare. *Id. 4. Fast.* 914. Sata falculibus apta. h. e. matura. *Id. 2. Art. am.* 322. plena falce metere. ¶ 2. Est etiam bellica falcis, similis, opinor, iis quas hastili oblongo, ferroque partim curvo et falcato, partim acuto rectoque, alabarde vocamus. *Sisenna* apud *Non.* p. 536. 22. *Merc.* Falces injectas commununt; pluteos, proprie collocatis harpagis, dejiciunt. *Cic. Mil.* 33. 91. Cum faribus ad curiam cucurserant, cum falculibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. *Id. Sull.* 5. 17. Ille arma misit, cornua, tubas, falces, signa, legiones. *Curt.* 9. 2. Elephants securibus falculisque mutilare. *Ces. 3. B. G.* 14. Falces præcautæ, insertæ affixaque longitidis: non absimili forina muralium falculum. et 7. *ibid.* 86. Falculibus valbum et loricae resindunt. *Stat.* 2. *Achill.* 416. didici, quo Pæones armis rotatu. Quo Macetas sua gæsa citent, quo turbine cæstum Sauromates, falconemque Getes, arcumque Gelonus etc. Adde *Zucret.* 3. 650.; *Curt.* 4. 3. 24.; *Tac.* 3. *Hist.* 27.; *Veget.* 4. *Milit.* 23. et 46.; et *Martial.* 14. 32. — Falces murales, quas *Ces.* memorat, erant majora ferramenta adunca, cuspide curvata et solida, ad perfodiendum aggerem, evellendos

lapides murinque subruendum. Græci δορυφέπτα-  
yx appellant. *Id.* 7. *B. G.* 22. Laqueis fæces aver-  
tebant; quas cum destinaverant, tormentis intror-  
sus reducebant. De usu istarum fæcium *V. Liv.* 38.  
5. Inter arma navalia eas enumerat *Veget.* 5. *Mi-*  
*lit.* 14. Cf. etiam *v. FALCATUS.*

FAMA, *a.*, *f.* 1. In plurali num. raro admodum occurrit. *Plaut. Trin.* 1. 2. 149. Maledictas famas terunt. *At. tamen aliter leg. Sall. fragm.* apud *Senec. Ep.* 114. a med. Inter arma civilia æqui boni famas petit. *Arruntius ibid.* Ingentes esse famas de Regulo. *Seneca* hoc in Arruntio reprehendit, ut nimis effectuum. *Arnob.* 7. 12. In honestas famas adjungere diis. — Fama, a Dorico φάμα prū φημη, quod a φημί dico, generatim est idem ac rumor, id est quidquid de aliquo divulgatur, sive in bonum, sive in malum (*It. diceria, voce, fama;* Fr. ce qui se dit, bruit public, rumeur, nouvelle, conte; Hisp. rumor, novelas, cuento; Germ. d. Gerede, Gerücht, Sage, Rede; Angl. report, rumour, fame). *Fama* tamen et *rumor* differunt: *rumor* enim est res sine teste, sine indice, ut ait *Quintil. De elem.* 18. 6., vel sine capite, sine auctore, ut *Cic. 12. Fam.* 10.; at *fama* est communis et consentiens opinio. *Hinc Quintil. 5. 3.* Fama in atque rumores pars altera consensum civitatis et velut publicum testimonium vocat, altera sermonem sine ullo certo auctore dispersum, cui malignitas iniuriam dederit, incrementum credulitas. *Ammian. 31. 5.* Fama rumurum nutrit maligna. Altatum tamen discrimen non est perpetuum. *I. Homonym. in fin.* — Ceterum occurrit *A) Generativum;* et *B) Speciativum.*

*A) Generativum.* ¶ 1. Fama est quæcumque vulgo feruntur ac narrantur, sive ea nova sint ac recentia (voxi, notitiæ, dicterie), sive iamdiu in veterata et firmata in opinione hominum (opinione, credenza, tradizione); et occurrit — a) Cum infinito rem significante, quod divulgatur. *Plaut. Trin.* 3. 2. 63. Ne mibi hanc famam disterant, me germanani incam sororem in concubinatum tibi sic sine dote dedisse. *Cic. 2. Nat. D.* 37. 95. Si essent, qui sub terra semper habitavissent; — accepissent autem fama et auditione, esse quoddam nomen et vim deorum, e aressero inteso per fama. *Id. 1. ad Q. fr.* 4. 8. 24. Quod tibi et esse antiquissimum et ab initio fuisse, constante fama atque omnium sermone celebratum est. *Id. 2. de republ.* 13. Quum esse praestantem Numam Pompilium fama ferret. *Id. 12. Fam.* 4. 2. Fama noncibat, te isse in Syriam. *Ces. 3. B. G.* 43. Quum fama per orbem terrarum percrebuisse, illum (Pompejum) a Cesare obsideri, neque audiens prælio dimicare. *Nepos Ages.* 2. Fama exierat, Artaxerxes comparare classem. *Id. Themist.* 10. Fama fuit, venenum sua sponte sumpsisse. *Horat. 1. Sat.* 10. 63. capsis quem (*Cassium*) fama est esse librisque Ambustum propriis. *Plin. 35. Hist. nat.* 10. 36. (68). Faman dispersit, se omere, divulgò. *Justin. 2. 14. 8.* Fama venit, vicisæ Græcos. *Val. Flacc.* 5. 318. nec fama fecellit, sotigenum Aetœ regnare. — b) Cum Conjunctivo et part. quasi apud *Sueton. Domit.* 22. Eratque fama, quasi concubina ipsæ divelleret. — c) Cum Ablativo rei et prepos. de. *Cic. Flacc.* 6. 13. Si quid ipsi audistis communis fama atque sermone de vi, de manu, de armis. *Id. Mil.* 35. 98. Quæ fides imperii populi Romani sunt, et non solum fama jam de illo (interitus *P. Clodii*), sed etiam Istituta prægravit. *Id. 6. 1. p. v.* 30. 68. De cuius avaritia fama percreuit. *Id. 7. Att.* 26. 1. Bona de Bonitio, præclaræ de Afrani fama est. *Ces. 5. B. G.* 39. Nondum ad eum fama de Titioni morte perlatæ. Sic *Id. ibid.* 53. Tertium ad Labienum per Renios incredibili celeritate de vi tota Cæsari fama perierat. *Id. 3. B. C.* 80. Et fama jam præcurserat, quam supra docuimus, — præi. *Dyrrha* hito. *Nepos Themist.* 2. Fama de tenui perlatæ. *Id. Datam.* 6. Fama de re perver-  
ta et suis. *Sueton. Claudi.* 44. De subsequentibus diversa fama est. *Tac. 1. Hist.* 73. Adversam de Domitiano famam accipit. — In plur. num. *V. Arrun-*  
*ti* lorum allatum init. — d) Cum Genitivo rei. *Id. Sall.* 4. 12. Vit ad aures meas istius suspicio-  
nis fama pervenit. *Nepos Datam.* 3. Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipse perveniret. *Sueton. Cal.* 6. Quum ad primaria famam valitudinis atomita et moesta civitas sequentes nuncios operieretur etc. *Curt. 9. 6.* Contulisse apud barbatos famam

mortis suæ. *Tac. 4. Hist.* 12. Isdem diebus crebre-  
scerent cladi Germanicae famam nequaquam mor-  
ta civitas excipiebat. — e) Absolute. *Ter. Indr.* 1. 1. 69. Uno ore omnes oculis bona dicere, et laudare fortunas nreas, qui gnatum haberent tali inge-  
nio præditum. Quid verbis opus est? Hac fama im-  
pulsus Chremes etc. *Cic. 9. Att.* 3. 2. A Brundisio  
nula adhuc fama venerat, niuna nuova. *Id. 14. Phil.* 6. 15. Quam tristis a Mutina fama manavit. *Id. Cœl.* 16. 38. Quid signi? Nulli sumptus, nulla  
jactura, nulla versura. — At fuit fama. — Quotusquisque  
est, qui istam effugere potest in tam malefica  
civitate? *Cœlius* apud *Cic. 8. Fam.* 2. Magna il-  
lico luna surrexit, et de damnatione ferventer loqui  
est cœptum. *Cœs. 6. B. G.* 30. Ut prius ejus adven-  
tus ab horumib[us] videbatur, quam fama ac nuncis  
afferreret. *Id. ibid.* 21. Reliquos (deos) ne fama quide-  
m accepérunt, non gli hanno n[on] men senti[re] a  
dire. *Id. ibid.* 24. Quam (*Hercyniam silvam*) —  
quibusdam Græcis fama notam esse video. — Sic  
pro inveterata re et fama in opinione hominum,  
credenza, tradizione. *Cic. 2. de republ.* 2. Qui Ro-  
mulus patre Marte natus (concedamus enim famam  
hominum, presertim non inveterata solum, sed etiam  
sapienter a majoribus prodita etc.). *Id. Har-*  
*rusp. resp.* 10. 20. Mittu illam veterem ab ipsis diis  
immortalibus, ut hominum fama est, Etruria datam  
disciplinam. *Firg. 4. An.* 218. nos munera templis  
Quippe tuis seribus, famamque sovernum inanem.  
*Non. p.* 303. 18. *Merc.* interpretatur spem profutu-  
ri nuntiis. *Virg. 6. En.* 14. Dædalus, ut fama est, fu-  
giens Minoia regna etc. *Horat. 2. Sat.* 1. 36. pulsis  
(vetus est ut fama) Sabelius. *Ovid. 12. Met.* 197.  
Æquorū vim passa dei est: ita fama fererat. — Ce-  
terum *Firg. 4. G.* 42. si vera est fama. *Id. 4. En.* 173. it fama per urbes. *Id. 4. ibid.* 666. bacchatur  
fame per urbem. *Id. 9. ibid.* 473. Nuncia fama ruit.  
*Id. 3. ibid.* 121. Fama volat. Cf. *Ammian. 18. 6.*  
volat. *Curt. 4. 1.* Fama totas urbes discurrit. *Plin.*  
9. *Ep.* 33. 5. Serpit per coloniam fama. *Sueton.*  
*Cœs.* 79. Valida fama pererebuit. *Lucan.* 5. 775. fe-  
rit fama inusta remotas terras. *Val. Flacc.* 1. 46.  
Fama refert. *Ammian. 16. 8.* vulgar. *Vellej.* 2. 93.  
Ut fama loquitur. *Justin. 18. 4.* Fama hanc rei lo-  
quebatur. *Id. 2. 13.* Fama in majus omnia extollens.  
*Tac. 2. Hist. 9.* Gliscens in dies fama. *Id. ibid.* 73.  
Esse in ore et fama, partarsene da tutti. — In plur.  
num. V. *Arnobii* loc. altatum init. ¶ 2. In fabulis  
Fama est Terre, Alia, Cori et Engeladi soror, in Gi-  
gantum ultionem a matre edita: nam per ipsam deo-  
rum criminis vulgata sunt, ut at Servius ad 4. *En.*  
179., ubi *Virg.* eam describit pedibus celerem et  
perniciibus alis: Monstrum horrendum, ingens, cui  
quot sunt corpore plumæ, Tot vigiles orculi subter,  
tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures,  
etc. Ejus dumum describit *Ovid. 12. Met.* 39. V. et  
nam eum. *Ovid. 9. ibid.* 37.; *Val. Flacc.* 2. 116. et  
*Stat. 3. Theb.* 426. Cf. et *Homér.* 2. *Iliad.* 93.; et  
*Hesiod. ἔργα* xxi v. 760. *Hinc Catull. 76. 10.* et  
quis sis, fama loquetur anus. *Inscript.* apud *Henzel.*  
3817. *FAMAE PVBLIVS...* v. s. l. m. ¶ 3. Impropiæ de  
hominibus. *Ter. Hecyra.* 2. 1. 18. An, quia ruri cre-  
bro esse soleo, nescire arbitramini, quo quisque pa-  
cto hic vitam vestram exigat? Multo melius hic  
quæ sunt, quam illie ubi sum assidue, scio: ideo  
quia, ut vos militi domi eritis, profinde ego ero fama  
foris. scil. quod ab illarum vita et conversatione do-  
mestica sua fama foris pendret; qua bona, si vita  
illarum talis; mala, si et illa. *Casaubon.*

*B) Speciativum.* ¶ 1. Sæpe diritur de hominum  
opinione, iudicio et existimatione, opinione, fama,  
concelto, tum bona, tum mala. — a) Universi.  
*Ces. 1. B. C.* 82. Cæsar aciem instauit: contra op-  
inionem enim militum famamque omnium videi  
præsumisse, magnum detrimentum afferebat.  
*Id. 3. ibid.* 36. Pompejus, ut famam et opinionem  
hominum temret, sic pro castris exercitum constituebat, ut etc. *Cic. 3. Tusc.* 2. 4. Illa qua se ejus  
(glorie) imitati esse vult, teneraria atque in-  
considerata, et plerumque peccatorum vitorumque  
laudatrix, fama popularis simulatione honestatis for-  
manum ejus pulchritudinemque corrupit. Adde eum.  
5. *ibid.* 16. 46. Q. *Cic. Petri. cons.* 5. 17. Fere om-  
nis seruo ad forensim famam a domesticis emi-  
nat auctoribus. *Plaut. Most.* 1. 3. 70. Ut fama est  
homini, exim solet perusiam invenire: ego si honam  
famam mihi servasso, sat ero dives. *Cic. 3. Fin.* 17.

57. De bona autem fama (quam euini appellant εἰ-  
δεξία, optius est hoc loco bonam famam appellare,  
quam gloriam) Chrysippus et Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem ejus causa porrigidum  
esse dicebant. *Id. Sext.* 66. 139. Qui bonam famam  
honorum, quæ sola vere gloria nominari potest, ex-  
petunt. Cf. *Catull.* 61. 62. bona fama. *Rursus Cic.*  
*Brut.* 74. 259. Suavitæ vocis et lenis appellatio literarum (Catulo) bene loquendi famam consecrat. *Quintil.* 7. 1. 41. Fama eloquentia. *Cic. Amic.* 4.  
15. sapientia. *Quintil.* 8. 2. 12. eruditio. *Sueton.*  
*Tit.* 4. modestia. *Tac. 15. Ann.* 49. Quod famam  
carminis ejus premebat Nero. *Plin. 7. Ep.* 25. Fama subtrahit aliquid quies et modestia. *Cic.*  
1. *Fam.* 9. 11. Non putavi famam inconstantiae mihi  
pertimescendum, si quibusdam in sententiis paullum  
me immutasse. *Id. 1. ad Brut.* 18. Subire famam  
temeritatis. *Id. Mur.* 4. 8. Summam crudelitatis famam  
inuere. *Horat. 1. Sat.* 2. 12. Fufidius vappæ  
famam timet ac nebulous. — *Jungitur* pluribus  
Verbis, quorum præcipua hæc sunt. *Cic. 5. Att.*  
10.; et *Nepos Themist.* 1. Fama servire. *Sall. Cat.*  
51.; et *Vellej.* 2. 115. consulere. *Quintil.* 3. 6. 62.  
stuvere. *Sall. Cat.* 26. et 56. parcer. aver riguardo  
all onore. *Nepos Lysand.* 1. Magno sui famam  
relinquere, magis felicitate, quam virtute partam.  
*Quintil.* 7. 1. med. Affectare famam eloquentia.  
*Id. 2. 12. 9.* querere. *Plin. præsat. Hist. nat.* (30).  
aucupare. *Horat. 1. Sat.* 4. 83. captare. *Plin.*  
36. *Hist. nat.* 5. 4. (43). consequi. *Quintil.* 10.  
1. 116. insignem merere. *Plin. 4. Ep.* 9. ad fin.  
ferre justitiae et constantiae riportare. *Cic. 3. Fam.*  
8. Detrahere de fama alicuius. *Sall. Jug.* 101.; et  
*Plin. 3. Ep.* 7. Famam iædere. *Firmic.* 5. *Mathes.*  
10. denigrare. *Id. ibid.* 12. Suum famam dissipare.  
*Nepos Timoth.* 4. De fama dimicare. *Quintil.* 12.  
5. 5.; et *Plin. 37. Hist. nat.* 3. 11. (43). Alicui famam  
facere. *Tac. 16. Ann.* 18. Proferre quempiam  
ad famam. farlo famoso. *Plin. 36. Hist. nat.* 21.  
39. (149). Faman magnam habere. *Nepos Reg.* 1.  
Fama justitia florere. *Plin. 5. Ep.* 15. 3. Fama u-  
ltima frui. *Tac. 2. Ann.* 13. sui frui. *Sueton.* *Cœs.*  
2. Secundiore fama esse. *Sall. Jug.* 55. De Metello  
fama præclara esse. *Virg. 1. En.* 383. notus super  
æthera fama. *Plin. 2. Ep.* 4. Magnum habes facili-  
tatis meæ pignus, cuius fiducia debes famam defun-  
cti (patris tui) pudorencque suscipere. h. e. debes  
quæprimum paternam hereditatem adire: hoc pa-  
cto tutaberis famam ac pudorem patris tui mortui;  
sin minus, declarares illum omnia sua dilapidasse.  
— In plur. num. V. *Sallustii* loc. allatum init. —  
b) Speciativæ de bona fama, seu de nominis celebri-  
tate et gloria. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 30. Animum so-  
dicant, bona distinguit, facta et famam sauciant.  
*Cic. Amic.* 17. 61. Ut amicorum aut caput agatur,  
aut fama. *Id. 2. Off.* 20. 71. Fundamentum est per-  
petua commendationis et famæ justitia, sine qua  
nihil potest esse laudabile. *Id. Quint.* 15. 50. Eigo  
cujus bona ex dicto possidentur, hujus omnis fama  
et existimatio cum bonis simul possidetur. *Id. Diein.* in *Q. Cœcili.* 22. 71. Ut ante collectam famam  
conservet. *Id. Arch.* 3. 5. Post in ceteris Asia  
partibus sic ejus adventus celebrabantur, ut famam  
ingenii exspectatio hominis superaret. — Hac tanta  
celebritate fama quum esset jani absentibus notus  
est. Cf. eum. *ibid.* paulo ante. Celeriter antecel-  
lere omnibus ingenui gloria contigit. Similiter fama  
et gloria sibi invicem respondent apud eum. 1.  
*Tuse.* 46. 110. Prius Bœotia Leuctra tolletur, quan-  
i pugne Leuctrica gloria. Multo autem tardius fama  
deserat Cœtum, Fabricium, etc. *Id. 9. Fam.* 16. 3.  
Fama ingenii abicienda. Cf. *Quintil.* 11. 1. 74. Se  
non de ingenii fama, sed de fide esse sollicitum. *Id.*  
11. 3. 8. Ejus scripta tantum intra famam sunt. *Id.*  
12. 11. 7. Quoniam fama in tuto collocari. *Zir.*  
10. 24. Ad famam populi Roniani pertinere, eos  
consules esse, quorum nitrolibet dure bellum Etrus-  
cum geri recte possit. *Horat. 2. Sat.* 3. 95. Virtus.  
fama, deus divitias parent. *Id. 1. Ep.* 4. 10. Cui  
gratia, fama, valetudo contingat abunde. *Auson.*  
præf. *Eidyll.* 11. Quem (*libellum*), juvante Vulca-  
no, liberabis infamia; si pervenire non debet ad ta-  
marum. — c) De infamia. *Tarpilius* apud *Non. p.*  
306. 2. *Merc.* Quæ te semper stultiuit perdere, dete-  
gere, despoliare, opprimeare adro fama ac flagitiis.  
*Ter. Adelph.* 2. 3. 10. Maledicta famam, meam a-  
suorem ei peccatum in se translati. *Virg. 4. En.*

170. neque enim specie famave moveretur, Nec jam fortivum Dido meditatur amore. ¶ 2. Improprae de homine famoso. *Tibull.* 4. 1. 110. Testis Arupinus et pauper natus in armis. Quem si quis videat vetus ut non fregerit astos, Tercia minus Pyliet miretur saecula fama. h. e. famosi Nestoris. Cf. *Proper.* 1. 15. 21. Conjugis Evadne miseris elata per ignes Occidit Argivæ fama pulchritudine.

**HOMONYM.** I.) *Fama* differt a *rumore*: rumor enim est sermo in populo de recenti re, interdum secreto, dispersus, sine teste, sive indice, ut ait *Quintil. Declam.* 18. 6., vel sine capite, sive auctore, ut ait *Cic. 12. Fam.* 10.; *fama* est sermo de re aliqua publice aperente vulgatus: *rumores* praecedunt; *fama* subsequitur: illi proprii sunt eorum, qui nimis cura utuantur in rebus alienis exquirendis, et ad recentes eventus referuntur; haec non modo eventui cuiuscumque, verum etiam historiae celebrandæ tradendæque inservit: *rumor* ex rei novitate; *fama* ex maximo rei pretio ac momento constat: *rumor* certo nuncio; *fama* oculari testi opponitur. *Ces. 6. B. G. 20.* Si quis quid de republica a Britannis rumore ac *fama* accepit. *Cic. pro leg. Manil.* 9. 25. Calamitas tanta fuit, ut eam ad aures Luculli non ex praetorio nuncius, sed ex sermone rumor afferret. *Cato* apud *Festum* p. 193. 11. *Müll.* Rumorem, famam floeci fecit. *Liv. 22.* 39. Resistes adversus famam rumoresque, si satis firme steteris, si te neque collegæ vana gloria, neque tua falsa infamia moverit.

II.) *Fama*, alio sensu, est vocabulum medium, quod tum pro bona, tum pro mala usurpatur (*V.* supra sub *B. 1.*). *Bona* autem *fama* differt ab *existimatione*, quod *bona fama* est, qui quamcumque allorum animadversionem effugit; *existimatione* vero gaudet, qui, aliorum judicio jam late, eā dignus habitus est. *Cic. Quint.* 15. 50. Huius omnis *fama* et *existimatio* cum bonis simul possidentur.

III.) *Fama* et *existimatio* sunt insimus, ut ita dicant, nominis celebritatisque gradus: majora sunt *laus* et *honor*, que significant præstantiam vel excellentiam quamdam in eo inesse, cui haec debentur, sive dictis, ut *laudibus*, sive factis, ut *honoribus* tribuantur. Denique *gloria ei claritas summa* nominis celebritatisque fastigium dici possunt: porro *laus* et *gloria* in eo differentur, quod *laus* est aliquid temporiorum ac peculiare; *gloria* vero aliiquid perpetuum et generale: demum *gloria* et *claritas* unum idemque sunt, nisi quod *gloria* admirantium hominum sermones denotat; *claritas* vero nominis veluti splendorem præ se fert. *Plin. Paneg.* 56. *Magnus* est differre *honorem*: *majus*. *gloriam*. *Tac. Dial. de orat.* 12. Nec ullis aut *gloria* maior, aut *augustior honor* (*quam poetis*), primum apud deos —, deinde apud illos dis genitos sacrosogre reges. *Curt.* 8. 1. 1. Alexander majore *fama*, quam *gloria* in ditionem redacta patra. *Cic. Mur.* 5. 12. Et Asia — laus familiæ, memoria generi, honos et *gloria* nomini constituta est. *Id. 1. Phil.* 13. 33. Num te, quum haec pro salute reipublicæ tantu gessisses, fortunæ tue, num amplitudinis, num claritatis, num *gloriae* pœnit?

**FAMATUS**, a, um, particip. ab inusit. *famo*, l. dem ac pervulgatus vel diffamatus. *Cic. fragm. pro Scaur.* (edente iterum *A. Maio*) p. 22. Quibus criminibus haec tota apud ignaros aut invidios famata causa est. *Cramerus barbaricum et insiticium, Heinrichius vero et Peyronius antiquum et genuinum verbum putant atque ita interpretantur: Quorum criminum gratia, haec causa famam obtinuit apud ignaros facti, vel invidios Scauro.* *Klotz contra legendum putat diffamata; quod magis placet. Schölast. Crug. ad Horat. Art. P. 301.* Licius nomen tonsoris famati, qui postea dicitur factus senator a Cæsare.

**FÄMEL**, idem quod *famulus*, apud Osros teste *Paul. Diac.* p. 87. 5. *Müll.* V. **FAMILIA**.

**FÄMELICE**, adverb. esurienter. *Gloss. Philox.* *Famelicus*, λαπεζηνος.

**FÄMELICOSUS**, a, um, adjct. *Gloss. Philox.* *Famelicous*. Βρύλιμος. *Paul. Diac.* p. 87. 4. *Müll.* *Famelicous* terram, terram palustrem vocavit. h. e. plenam famelicorum. Alii tamen rectius leg. *famicosam*, quæ nempe alibi scaturigiosa dicitur. V. **FAMEX**.

**FÄMELICUS**, a, um, adjct. *famelicus, affamato*, βρύλιμος, fame laborans, esuriens.

I.) Proprie. *Plaut. Rud.* 2. 2. 6. Salvete fures maritimi, famelica hominum natio. *Phædr.* 1. 20. canes famelich. *Juvenal.* 14. 146. Nocte boves matri, lassoque famelica collo Armenta ad virides hujus mittentur aristas. *Plin. 10. Hist. nat.* 10. 12. (28). Milvus rapacissima et famelica semper ales.

II.) Translate. *Apul. 1. Met. in fin.* Famelicum convivium. h. e. nimis parcum, et famelicos dimittens convivas. — *Uinc.*

*Famelicus*, f, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui fame laborat. *Ter. Eun.* 2. 2. 20. Ad eumnam vocant, adveatum gratulantur. Ubi ille miser famelicus videt etc.

**FÄMELIA**, *ω*, diminutivum a *fama*. *Paul. Diac.* p. 87. 17. *Müll.*

Velut exturbatum e judicis fas omne discessit. *Quintil.* 3. 8. 26. Fas, justum, pium, requium subjici possunt honestati. — Ad fas in universum et illa pertinent *Cic.* *Dom.* 13. 35. Factus es ejus filius, contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti. Sie *Sueton.* *Claud.* 39. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem. *Horat.* 3. *Od.* 29. 32. ridetque (deus) si mortalibus ultra fas trepidat. *Virg.* 3. *En.* 55. Fas omne abrumperet. *Tac.* 13. *Ann.* 5. Neque fas, neque fidem pensi habere. *Id.* 4. *Hist.* 67. Fas et fædera respicere. *Ammian.* 14. 1. med. Fas jusque perspensum. — Sæpe jungitur cum nefas. *Horat.* 1. *Od.* 18. 10. Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum Discernunt ayidi. *Ovid.* 6. *Met.* 585. Fas nefasque confundere. Adde *eund.* 1. *Art. am.* 739; et *Tac.* 2. *Hist.* 56. Significatur autem hac ratione loquendi, nullam rationem discrimenque habeti aequi et iniqui, honesti et dishonesti. Cf. *Virg.* 1. *G.* 505. Quippe ubi fas versus atque nefas, tota bella per orbem, et *Horat.* *Epod.* 5. 87. Venena, magnum fas nefasque, h.e. venena magnum fas sunt, quum incedunt vulnibus, tollendis morbis rite adhibentur, etiam ubi noxi morte puniuntur; magnum nefas sunt venena, ubi ad evertendos et infestandos homines invios usurpatur. — b) Sæpissime occurrit fas est, b. e. licet et justum est. — *Jusque fasque est apud Plaut.* *Cist.* 1. 1. 22. qv. Amabo, hiccine istud deceat? *Iz.* Jusque fasque est: nemo alienus hic est. Cf. *Ter.* *Hecyr.* 3. 3. 27. Si jus, si fas est. *Liv.* 1. 2. Situs est, quemcumque eum dici jus fasque est, super Numicium ilumen. — *Fas est* et *Kecl* sæpe junguntur. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 7. 19. Domitus, quod per cæmerionas populi fieri non poterat, ratione asseditus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad licet, populi ad partes daret. *Id.* 3. *de repub.* 22. Huic legi nec abrogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potes? *Ovid.* 9. *Met.* 551. quid licet, nefasque fasque sit. *Lucan.* 1. 359. et 9. 241. Si licet et fas est veras exprimere voces. *V.* *infra* sub 3. — Sæpissime fas est cum Infinito usurpat. *Plaut.* *Ebach.* 4. 9. 102. Nunc si me fas est obsecrare abste, paler, da mihi ducentos nummos. *Cic.* *Amic.* 3. 11. Quid non adeptus est, quod homini fas esset optare? *Id.* *Mur.* 37. 80. Hæc cives, cives, inquam, si eos hoc nomine appellari fas est, de patria sua cogitant. *Id.* *Dom.* 35. 94. Quum mihi uni, opera mea hauc urbem esse salvam, jurato dicere fas suisset. *Id.* *Claud.* 5. 12. Gencri sui, contra quam fas erat, amore rapta ubi *Infinitus* subaudilur. Ceterum *Liv.* 1. 16. Ut contra interui fas esset. *Virg.* 5. *En.* 809. Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, tu hai tutto il diritto, ogni ragion ruote che etc. *Id.* 6. *ibid.* 63. fas est vos parere genti. *Horat.* 4. *Od.* 4. 22. Nec scire fas est omnino. *Ovid.* 15. *Met.* 867. fas appellare pium. subaudi est. *Id.* 4. *Pont.* 8. 55. Dil quoque carminibus, si fas est dicere, sicut, et *Stat.* 2. *Achill.* 221. dixisse. *Sueton.* *Tib.* 44. Nedum credi fas sit. *Quintil.* 10. 5. 7. Fas erat existimari. *Id.* 10. 7. 31. Ad quos (libellos) interim respire fas est. *Id.* 2. 13. 1. Velut si aliter facere fas non sit. *Plin.* *Paneg.* 5. An fas erat nihil differre? *Id.* 2. *Ep.* 1. 10. Fas est fære. *Tac.* *Agri.* 46. Neque plangi fas est. *Val.* *Flacc.* 3. 414. fas accedere cœtus. *Id.* 7. 208. fas dilexisse manes. *Id.* 3. 3. 309. fas jungere pectora. *Id.* 8. 419. consultaque vestra. Fas audire mihi. — *Fas est* dictu apud *Cic.* 5. *Tusc.* 13. 38. Humanus animos decerpitus ex mente divina cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. — *Fas existimare, putare, habere cum Infinito.* *Plaut.* *Asin.* 3. 1. 11. Neque te accuso, neque me id facere, fas existimo. *Cæs.* 6. *B. G.* 14. Neque fas esse existimant, en litteris mandare. *Id.* 5. *ibid.* 12. Leporem et gallinam et anserem gustare fas non pollut. Adde *eund.* 6. *ibid.* 23. Sic *Plin.* 1. *Ep.* 5. 7. Ne interrogare quidem fas puto. *Plaut.* *Trin.* 2. 2. 10. Quod manus non queunt tangere, tantum fas habent, quo manus abstinent. h. e. solus putant, fas esse abstinerre manus ab illis, quæ tangere et rapere non possunt. *Tac.* 14. *Ann.* 30. Cruore captivo adulere aras et hominum fibris consulere deos fas habebant. Adde *eund.* *Germ.* 9. et *Quintil.* 3. 8. 13. — Huc pertinet et illud *Ovid.* 2. *Trist.* 205. Fas prohibet. Latio quemquam de sanguine natum, Cæsaribus salvis, barbara vincla pati. — e) Aliquantando adjectivi vim habet. *Ovid.* *Heroid.* 4. 134. Jupiter esse pium statuit, quodcumque juvaret: Et fas

omne facit fratre mariti soror, rende ogni cosa lecita e permessa. ¶ 3. *Fas* est aliquando significat è possibile, fieri potest. *Cæs.* 1. *B. G.* 50. Non esse fas, Germanos superare, si ante novam lucam prælio contendissent. *Cic.* post redit. *ad Quir.* 7. 17. Huic ego homini, Quirites, tantum debeo, quantum hominem homini debere vir fas est. *Id.* *Dom.* 43. 113. Negabas fas esse, duos consules esse in hac civitate inimicos reipublica. Duo sunt inventi, qui se natum tribuno furenti constrictum traderent etc, atque che non era possibile etc. *Ovid.* 3. *Art. am.* 151. Nec mihi tot positus numero comprehendere fas est. *Virg.* 7. *En.* 692. Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro. *Ovid.* 3. *Trist.* 12. 41. Fas quoque, ab ore freti longæque Propontidos undis. Huc aliquem certo vela dedisse Notu. si pia dare, può essere che etc. — Fortasse ita quoque verti potest, quotiescumque cum licet jungitur. *Id.* 1. *Fast.* 25. Si licet et fas est, vates rege vatis habendas. *Stat.* 8. *Theb.* 90. Si licet et sanctis hic ora resolute fas est. Manibus. ¶ 4. *Fas* interdum et pro fato ponitur. *Ovid.* *Heroid.* 13. 71. Si cadere Argolico fas est sub milite Trojam, Te quoque non ullum vulnus habente cadat. Cf. *Virg.* 6. *En.* 438. quan vellet æthere in alto Nunc et pauperiem et duros perferre labores! Fas obstat, tristisque palus inambabilis unda Alligat etc.

**HOMONYM.** *Fas* esse et licere sic rectius distinguenda sunt: *fas* esse dicimus, quod divina vel naturali lege conceditur; *licere* autem dicimus, ut ait *Cic.* 13. *Phit.* 6. 14., quod (humanis) legibus, quod more majorum institutisque concedeatur. Porro quum *fas* esse et *licere* pro fieri posse accipiuntur, sic accipiuntur ut utrumque moralem significet possibilitem, cui opponitur hinc verbum posse physicam possibilitem significans, illinc verbum oportet moralem sæpissime obligationem denotans. *Cic.* *Mit.* 16. 43. Clodius ita judicia contempserat, ut cum nihil delectaret, quod aut per naturam *fas* esset, aut per leges licet. *Id.* *Balb.* 4. 10. Hujus de facto ita queri, ut id agatur, licuerit ei facere, quod fecit; an vero, non dicam non licuerit, sed nefas fuerit (contra fædus enim, id est contra populi Romani religionem et fidem fecisse dicitur), non turpe populo Romano? *Tac.* 3. *Hist.* 33. Aliud cuique fas, nec quicquam illicitum. *Cic.* *Cæl.* 11. 27. Si licet, si fas est. *Id.* 2. *leg. Agr.* 7. 19. Quoad posset, quoad fas esset, quoad fieret. *Ovid.* *Heroid.* 12. 235. Qua licet et possunt, luctor celare furem. *Cic.* 6. *Perr.* 20. 44. Licuit posse domesticis copiis ornare convivium. *Id.* 3. *Parad.* sub fin. Quid licet non oportet, scelus esse: quiequid non licet, nefas putare debemus.

**FASCALIS**, e, adjct. ad fascem pertinens. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 274. n. 154. MAXIMO FASCALIS AVG. N. BICTORIA COVGI INCOMPABILI. Idem *Fabrettus* hic adnotat, fasces binæ inde cum securibus in lapide representari, unde intelligimus hunc Maximum fuisse Augusti cujusdam lictorem, cuius professio hac voce cadentia Latinitatis propria significatur.

**FASCEA,** **FASCEATIM** et **FASCIATIM**, **FASCIATUS**. **FASCIATUS.** **FASCIÀ**, **æ**, **f.** 1. olim et *fascea* scriptum fuit. Ceterum fascia

1. Proprie est pannus lineus, vel laneus, oblongus et angustus, ad obligandum, vestiendumque, *fascia*, *σπάσαρος*, *στραγγαῖος*, — a) Quales sunt, quibus infantes, aut vulnera obvolventur. *Plaut.* *Truc.* a. 5. v. 13. Puero fasciis opus est, pulvinis, eunis. *Cic.* *Brut.* 60. 217. Deyinetus erat fasciis, et multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus. *Sueton.* *Domi.* 17. Brachium laicus fasciisque obvolvere. *Id.* *Galb.* 21. Latus fascia substringere. *Gell.* 16. 3. Fasciis ventrem strictissime colligare. — b) Fuit fasciarum usus etiam vestiendi, et sustentandi, et obtegendi causa: ut quas adhibebant viri cruribus forendis, amicando pedi, ne in eateco aut hedderetur, aut nataret: et quas iidem herinis sustinendis; et quas mulieres tegendo pectori et papillis. De prioribus *Cic.* *fragm.* apud *Non.* p. 537. 5. *Merc.* Quam vincircatur pedes fasciis, quam calanticam capitum accommodaretur, scarpete, peduli. *V.* CALVATICA. *Quintil.* 11. 3. 144. Fasces quibus crura vestiuntur, et focalia, et aurum

ligamenta sola excusare potest valetudo. *Cic.* 2. *Att.* 3. Epiceram suspicor lascivum fuisse: etenim mihi colligamus, ut fasciae cretæ, non placebant. De Pompejo loquitur, de quo et *Val.* *Maz.* 6. 2. n. 7. Candida fascia erus alligatum habenti, Favouius: Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diademata. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (221). Fasciæ, quibus in calcatum utebatur. *Lamprid.* *Alex. Sev.* 40. Fasces semper usus est. h. e. pedulibus: de quibus multa ibi *Salinas*, disserit. *Ulp.* *Dig.* 34. 2. 25. Fasciæ crurales pedulesque loco vestium sunt. *Grat.* *Cyng.* 338. tegat imas fascia suras. Adde *Justin.* 38. 1. ad fin. et *V.* CRURALIS. — c) De alteris, *V.* VINCTURA. — d) De tertii. *Ovid.* 3. *Art. am.* 274. Inflatum circa fascia pectus eat. *Id.* *Remed.* am. 337. omne papillæ Pectus habent tamidæ; fascia nulla tegat. *Propert.* 4. 9. 49. de Hercule. Molles et hirsutum cepit mihi fascia pectus. *Martial.* 14. 134. cuius lemma est *fascia pectoralis*. Fascia crescentes dominæ compescit papillas. Adde *Celon.* apud *Festum* p. 265. 2. *Mull.* *V.* PECTORALIS et STROPHIUM. — e) *Fascias* lecti cubicularis memorat *Cic.* 2. *Divinat.* 65. 134, et sunt quibus culicita ipsa sustinebatur. *Martial.* 5. 62. Nulla tegit fractos nec inanis culicita lectos: Putris et abrupta fascia recte jacet. *Id.* 14. 159, cui titulus *Tomenum Lingonicum*. Oppressa nimium vicina est fascia plumæ. — f) *Fascia corona* addita regium erat insigne, nempe diadema. *Sueton.* *Cæs.* 79. Quum quidam statutus ejus coronam lauream candida fascia preligitam imposuerit, et tribuni pleb. corona fasciam detrahit, hominemque duci in vincula jussissent. *Seneca Ep.* 80. extr. Vides illam Scythæ regem, insigni capitia decorum? Si vis illum aestinare, fasciam solve, multum mali sub illa latet. — g) Quas in publico epulo Caligulan pueris et feminis fascias purpuræ ac conchylii distribuisse, narrat *Sueton.* 17., fuisse videntur institæ præterendæ in ima toga et fascia pectorales. — h) *Fascia juncta* apud *Plin.* est involucrum e junco 15. *Hist. nat.* 17. 18. (66). Uvas sole siccatas juncti fascis involvit, eadiisque conditas gypse includit.

II.) IMPROPRIE. ¶ 1. *Fascia* aliquando corticera significat, inquit *Non.* p. 541. 19. *Merc.* afterens illud *Farronis*: Libysa citrus fasciis cingit fores. Quæ verba affect etiam *Id.* p. 86. 9. *Merc.*, et intelligentia sunt de opere vermiculato, Itali dicunt tarsia, inlarsatura, in quo veteres utebant citræ laminis ad fores, mensas, subsellias, lectos et reliquæ domorum supellectiliæ ornandum. *V.* CITRUS. ¶ 2. In architectura *fascie* per similitudinem dicuntur membra quedam oblonga et angustiora in epistyliis longe codem tenore procurrentia, et fasciæ instar extensa. Referunt enim speciem ad pæctarium regularem, liste, listelli. *Vitruv.* 3. 5. 11. *Schneid.* Corone cum suo cymatio præter simam, quantum media fascia epistylii. ¶ 3. Nubes quoque in modum fasciarum longo per celum tractu protensæ, et tempestatis nunciæ, fasciæ dicuntur. *Juniper.* 14. 294. Nil color hic eæli, nil fascia nigra minatur. ¶ 4. Etiam zonæ in cælo. *Capell.* 6. p. 196. Orbis terræ in quinque zonas, sive melius fascias dico, discernit. ¶ 5. Non est nostræ fascie, h. e. nostræ sortis, conditionis, ordinis: proverb. apud *Petron.* *fragm.* *Tragur.* 46. *Burmarn.*, in quo ali respectum volunt ad fascias infantium: alli ad mereatorum consuetudinem, unius generis merces eadem fascia involvendi; alli ad fascias cruiales, quas ditiones ex pretioso panno, ex sordido pauperes gestare solent.

**FASCIATIM** vel fasceatum (nam et fascea olim scriberant), adverb. per fasces. *V.* *locum* *Quintil.* 1. 4. 20. in ATTRACTIO.

**FASCIATUS**, a, um. *V.* FASCILO.

**FASCIULARIA**, um, n. 3. que in fasciculum colligantur et fasciæ modo portantur. *Veget.* 2. *Milit.* 19. extr. Fascicularia tamen, id est lignum, ferum, aquam, strauen, etiam legitimæ milites in castra portabant.

**FASCIULUS**, i, m. 2. *fascetto*, *βερπίς*, *φαξελ-*-*κτός*, diminut. a fascis, parvus fascis. *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 12. Fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat et mea, et *Balb.*, tolim sibi aqua modicum redditum esse. *plico.* Adde *eund.* 2. *Att.* 13. 1. *Horat.* 1. *Ep.* 13. 12. ne forte sui alia Fasciculum portes liberorum, ut rusticus agnum. *Cic.* 3. *Tusc.* 18. 43. Fasciculum (florum) ad nares admovere. *Colum.* 2.

R. R. 10. 14. Fasciculus leguminum. Id. 12. *ibid.* 19. 4. freniculi. *Scribon. Compos.* 114. murti. Addit. eundem. *Compos.* 83. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 3. (16). Linum in fasciculis manuales colligatum siccatur in sole.

FASCIGER, gera, gerum, adjec. fascem, vel fasces gerens. *Paulin. Nolan.* 13. *Natal. S. Felicis* 321. Te duce fascigerum gessi primaevus honorem. h. e. honorem coasularitatis Campaniae, in qua dignitate non bisseros fasces, sed bis ternos gerebant consulares, ut ipse *ibid.* 312. Ergo ubi bis terno ditionis fasce levatus Deposui nulla maculatae cæde securim.

FASCINA, æ, f. 1. fascina, fasces sarmentorum et virgarum. *Cato R. R.* 37. De vinea et arboribus putatis sarmenta degere et fascinam face. *Schneiders* omnium primus in textum pro fascinam recepit ex Pontederte conjectura, qui in *Antiquit. Gr. et Lat.* p. 51, Codicis Politiani auctoritate fultus, Lexicis hanc vocem addendam censuit, quum et Itali et Galli eamdem admiserint a vetustissimis Latinis vulgo eam usurpatibus mutuati.

FASCINABELLUM et

FASCINABULUM, i, n. 2. diminut. a fascinum. Voces a Lexico expungendas: occurunt enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 182.

FASCINATIO, ðais, f. 3. matia, βασκανία, actus fascinandi. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (22). Cur et aseinationibus adoratione peculiariter occurrimus? *Siliq.* vero pro et fascinationibus leg. effascinationibus. *Id. ibid.* 4. 7. (35). Fascinationes reperculere. *Id. ibid.* 8. 27. (101). Fascinationibus resistere. *Vulgat.* *Interpr. Sap.* 14. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona et inconstantia concupiscentie transvertit sensum sine malitia.

FASCINATOR, βάσκανος. *Gloss. Lat. Græc.*

FASCINATÖRUS, a, um, adjec. ad fascinandum pertinens. Est *Servii ad Virg. 7. Ecl.* 28. Lingua fascinatoria. *V. Catulli loc. in v. FASCINO.*

FASCINATUS, a, um. *V. voc. seq.*

FASCINO, as, avi, åtum, are, a. 1. animatiare, βασκανία. Part. *Fascinans* et *Fascinatus*. — Fas-  
cino est maleficio aspectu, aut alio quovis veneficio  
allicui noceo. *Virg.* 3. *Ecl.* 103. Nescio qui teneros  
orulos mihi fascinat agnos. *Catull.* 7. 11. Quæ (ba-  
sa) nec pernumerare curiosi Possunt, nec mala fa-  
scinare lingua. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9. (40). Con-  
tra fascinantes. *Veget.* 7. *Veterin.* 73. *Schneid.*  
Animal fascinatum. *Vulgat.* *Interpr. Galat.* 3. 1. O  
insensat Galatae, quis vos fascinavit non obedire  
veritati?

FASCINOSUS, a, um, adjec. Comp. *Fascinosior*. — Fascinosus est bene peculiatus, magno pene pre-  
ditus. *Auct. Priap.* 80. Non es poeta fascinosior no-  
stro. *At. leg.* sarcinosior eod. sensu; sed prior le-  
ctio prior est. *V. voc. seq.*

FASCINUM, i, n. et

FASCINUS, i, m. 2. Genere neutro sepius occurrit; masculino autem genere habent *Virg.*, cuius verba *V.* infra sub 2. in fin., et *Plin.* quem *V.* sub 3. — Ceterum *V.* 1. Fascinum, Græce βάσκανία, est quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non sint, nec mentis compotes, et sepe ad extremam corporis maciem devenerint: a βάσκανος, ut *Cloatius Verus apud Gell.* 16. 12. docet. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (18). scribit et *Cic.*, mulieres omnes, quæ duplices habent pupillas, ocu-  
lis fascinum circumferre. Translate *Symmach.* 1. *Ep.* 7. (al. 13.). Nullo fascino felicitas publica mor-  
deatur. *V.* 2. Usurpatum etiam pro veretro, quia veteres adversus fascinationem veretro utebantur. Nem omnia turpia malos invidorum oculos ab instituto avertant atque avocant. Ut igitur ayes inauspiciatae soribus afflue amoliri infortunum eredebantur, sic veretra, quorum in fascinando usus erat, fa-  
scinum etiam depellere consebantur. Hinc testis *Varron.* 7. *L. L.* 97. *Müll.* pueris figura veretri pro amuleto de collo suspendebatur; quod etiam non apud nostrates obtinet, etsi propter hujuscem rei ignorationem alia de causa id fieri plerique potent. Et *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (50). Hortoque et foro tantum contra inadvertitum effascinationes di-  
cari videmus in remedio satyrica signa. h. e. tenta veretra. *Cœl.* vero *Rhodiginus Antiq. lect.* 1. 4. c. 6. et *Farron* narrat, in sacris Bacchi veretrum magna celebritate plaustris per agros et per urbes cir-  
cumferri solitum fuisse, ut fascinatio a plantis et sc-

getibus, ab agnis et aliis bestiis, ab hominibus el-  
iam averteretur. Hinc est quod paucis abhinc annis Pompeji supra furni os repertum fuerit lapideum  
veretrum cum hoc inscriptione: hic HABITAT FELI-  
CITAS, *V. Mich. Ardit* dissert. *Il fascino presso gli antichi. Napoli* 1825.; ex quo sane invento magna lux affunditur. *Symmach* loco supra § 1. allato.  
*Horat. Epod.* 8. 18. Minus languet fascinum. Alde *Auct. Priapej.* 22. 79. et 83. *Auct. carm. in Anthol. Lat. T. 2. p. 473. Burmann. ad Priapum.* Da mihi, ut pueris et ut poëtis Fascino pla-  
ceam bonis procaci. *V. SPURIUS. Petron. Satyr.* 133. Profert Enthea sorteum fascinum. h. e. ve-  
retrum et corio. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 62. (96). Altera satyros (*herba*) distinguitur internodis et ramosiore fructu, radice fascini. *Arnob.* 5. 28. Si-  
mulacra virilium fascinorum. Addit. *Tertull. Apolog.* 23.; et *Augustin.* 6. *Civ. Dei* 9. et 7. *ibid.* 24. Mascul. genere *Virg. Catal.* 5. 19. Non me vo-  
cabis pulera per Gotytia Ad feriatos fascinos. ¶ 3. *Fascinus* est etiam dei nomen apud veteres, qui nihil aliud fuit, quam vere trum, de quo sic *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 7. (39). Illos religione tutatur et fasci-  
nus, imperatorum quoque, non solum infantium, custos, qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur, et currus triumphantium sub his pendens defendit, medicus invictæ etc. ¶ 4. Est etiam nomen cuiusdam piscis apud *Apul. de Mag.* Posse dic-  
citis ad res venerales sumpta de mari spuria et fasci-  
na, propter nominum similitudinem. *Paulo ante spuria dixerat* virginale, fascina vero vere illam.

FASCIÖ, as, åtum, are, a. 1. fascia, οναργα-  
νων. Part. *Fasciatus*. — Fasciare est fascia ligare. *Martial.* 12. 57. Nec fasciato naufragus loquax truncō. *Capitolin. Antonin.* 13. Tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectus incederet. *Veget.* 3. *Veterin.* 17. 4 *Schned.* Anacolima lanæ infundes et super oculum curatum impones ac desuper fasci-  
bis. Addit. *Vulgat. Interpr. Ezech.* 30. 21.

FASCIÖLA, æ, åtum, are, a. 1. diminut. a fascia, parva fascia, piccola fascia, fasciete ἐπιδέρμον. *Cic. Har-  
rusp. resp.* 21. 44. A mulieribus scleis purpleis que fasciolis. *Varro* 5. *L. L.* 29. *Müll.* Texta fasciola, qua capitum in capite alligarent, dictum capital a capite. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 235. ponas insig-  
nia morbi, Fasciolas, cubital, focalia. Addit. *Scri-  
bon. Compos.* 57. *Theod. Priscian.* 2. p. 2. c. 9. Eorum (quibus de thorace sanquis emerserit) articulos vel extrema femoruin fasciculis (lege fasciolis) competenter astrigo. *Apul.* 2. *Met.* Ipsa linea tu-  
nica mundule anicta, et russe fasciola praesente altiuscule sub ipsa papillas succinctula etc. *Vopisc.* *Aurel.* 4. Vinctum fasciola Aurelianum aquila innoxie de canis levavit. *V. et voc. seq.*

FASCIÖLUS, i, m. 2. diminut. idem quod fasci-  
ola, parva fascia. *Veget.* 3. *Veterin.* 37. 1. *Schneid.* Si exungulaverit jumentum, — papyrum candelarum purgatam subtiliter carpis, iointis in ori crudi al-  
bamento, circa nudatum pedem in circuitum pones, panne et fasciolo superligabis.

FASCIS, is, m. 3. φάσκλος, δίσην, lignorum cl-  
terius rei congeries simul colligata (It. fascio, fa-  
stello; Fr. faisceau, paquet; Hisp. lio, fardo, pa-  
quete; Germ. d. Bündel, Bund; Angl. a bundle of wood, twigs, straw, reeds etc., a fagot, fascine). Occurrit autem A) Generatim; et B) Speciatim.

I.) Proprie. *Plaut. Epid.* 1. 1. 26. Viminei fasces virgarum. *Auct. B. G.* 8. 15. Fasces stramentorum se virgultorum, per manus inter se transditos, ante aciem collocaverunt. *Liv.* 6. 10. Fasces stramentorum. *Tac.* 13. *Ann.* 35. Fasces lignorum portare. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 3. (16). Fasces lini. *Martial.* 14. 38. calamorum. *Justin.* 12. 5. 7.; et *Ammian.* 21. 16. epistolarum. *Ammian.* 15. 5. Fasces com-  
mittere. h. e. colligare. *Virg.* 9. *Ecl.* 65. ego hoc te fasce levabo. *Id.* 3. *G.* 347. injusto sub fasce viam rarpore. h. e. sub gravi pondere sarcina militaris (quod illustrat *Cic. 2. Tusc.* 16. 37.). *Id.* 4. *ibid.* 203. de apid. Sæpe etiam duris errando in cotibus alas Attriveret, ultraque animam sub fasce dedere. h. e. sub onere florum.

II.) Translate. *Plin.* 3. *Ep.* 9. Tot crimina, tot reos uno velut fasce complecti. *far come un fascio di tante accuse.*

B) Speciatim.

I.) Proprie. Apud Romanos fasces erant virga-

ruin seu bacillorum fasciuli, pierunq; et betula arbore, quibus simel colliguntur erat securis, ferro eis extante. Hi a lictoribus præferebantur magistris tamquam eorum insigne atque animadversiorum instrumenta: bini quidem prætoribus urbanis; seni proconsulibus et prætoribus provincialibus; duodecim consulibus; vigintiquatuor dictatori. Du-  
unviritis quoque municipalibus in suis municipiis, primo bacillus, deinde fasces binos cum securibus ha-  
bere, mos fuit. *V. Cic. 2. leg. Agr.* 34. 93. et *Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 10. 31. 53. Quæstores etiam in provinciis fasceribus usos, colligitur ex eod. *Cic. 4. Verr.* 4. 11. *V. LICTOR.* Yetuloniam Etruria urbem fasces cum securibus invenisse tradit *Sil. It.* 8. 483. Mæoniæque decus quandam Yetulonia gentis: Bissenos haec prima dedit præcedere fasces, Et junxit totidem tacito terrore securis. Si castigatione opus erat, virgis; si graviori supplicio, securi ute-  
bantur: quamquam interdum virgis quoque ad necem usque eos quosdam legimus. Quod autem colligata hæc potestas instrumenta instituta sint, eo pertinet, ut intelligenter magistratos, eorum i-  
ram non debere esse in puniendo præcipitem; et ut dum solvuntur fasces expedienturque securis, morta afferretur aliqua iratis animis et cuncta rei matu-  
rius deliberaetur, ut est apud Plutarch. *Quæst. Rom.* — Præferebantur a lictoribus subtati in humerum sinistrum: quod si forte majori magistratu in via minor occurreret, demittantur ex humero. honoris habendi causa. Hoc dicebatur fasces sub-  
mittere: quod primum fecisse Vater. Poplicolan Cos., qui submissis fasceribus (et securi vacufactis. ut est apud *Val. Max.* 4. 1. n. 1.) in contionem as-  
cendit, narrat *Liv.* 2. 7., gratum multitudini speci-  
aculum, veluti confessionem, populi, quam consulis, majestatis vincere esse maiorem. Simile quidam de Pompejo narrat *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (112). Hinc submittere fasces translate est cedere, seque minorem fateri. *Cic. Brut.* 6. 22. Quum libi aetas nostra jam cederet fascesque submittere. — Hinc *Lucr.* 5. 1232. Usque adeo res humanas vis addita quadam obterit, et pulcros fasces sanguinasque securis Proculeare ac ludibrio sibi habere videtur. *Horat.* 1. *Od.* 12. 35. Superbi fasces. *Ovid.* 1. *Fast.* 81. novi. *Tac.* 3. *Ann.* 2. versi. *Albinov.* ad *Liv.* 177. fracti. *Aurel. Vict. vir. ill.* 20. lictori. *Virg.* 7. *Æn.* 173. attollere fasces. *Cic.* 1. *de repub.* 46. demillere. *Quintil.* 3. 7. 18. submittere. Addit. *Liv.* 1. 8. et 3. 33.; *Sueton. Cæs.* 71., *Claud.* 7. et *Tib.* 4.; *Vellej.* 2. 99. 4.; *Flor.* 1. 22. 2., 3. 20. 7. et 1. 5. 5.; *Plin. Paneg.* 6. 1.; et *Claudian. Cons. Olybr.* 233. — Inter consules ita comparatum aliquando fuit, ut non ambo, sed alter fasces imperiumque ha-  
beret, si ambo adessent, alternis aliquando dichus (ut constat ex loco Livii mos citando, minime vero ex auctoritate *Diarii consularis* apud *Murat. Inscript.* T. 2. p. 610, quod spurium esse et fictium multis probat argumentis Jo. *Labusius* in adnot. ad *Morcelli Dissert.* dei lictori de magistr. R. p. 30. et *Baumgarten* ad *Sueton. Cæs.* 20.) plerumque mensibus; altero vel securim lantummodo, et fasces ipsos omnino domi attinente. Cui vero jus es-  
set primi mensis fasces sumere, pluribus docet *Gell.* 2. 15. ex lego Julia. *Sueton. Cæs.* 20. Antiquum ei-  
nam retulit morem, ut quo mense fasces non habe-  
ret, accrescens ante eum iret, lictores pone sequentur. *Liv.* 8. 12. *Emilius*, cujus tum fasces erant, collegam dictatorem dixit. *Val. Max.* loc. cit. Ad quem, quia major natu erat, priores fasces transferri jussit. — A Poplicola jam laudato mos institutus, ut in Urbe consules fasribus sine securi utearentur: cuius rei exemplum habes apud *Liv.* 24. 9.: non item dictatores et decenviris, quia sine provocazione erant: qua de re *V. eund.* 3. 36. et quæ diximus in DICTATOR. — Fasces coronati erant quibus lauræ corona præfixa erat, quoque in nummis videre est a *Spanhem. de usu et præst. numm.* T. 2. p. 88. et seqq. illustratis. *Laureai* vero, qui lauri tan-  
tum folia præferebant, insignia nempe imperatorum post reportatam victorianam, quemadmodum et littore, quas publice de hoste victu mittebant Romaini, iisdem foliis exornabant; quæ videre est apud *Maff. Mus. Ver.* p. 117. et apud *Winckelman. Monum.* Ined. T. 2. tab. 178. et alibi. *Ces.* 3. B. C. 71. Neque in litteris, quas Pompejus scripere est solitus, neque in fasceribus insignia lauræ prætulit. *Cic. 1. Divinat.* 28. 59. Visus C. Marius cum fasci-

bus lauratis. Addo eund. 8. Att. 3. a. med.; et Tac. 13. Ann. 9. — Fasibus decorabant etiam duunviri et quatuorviri in colonis et municipiis. Apul. 10. Met. p. 711. Oudend. Gradatim permeatis honoribus, quinquennali magistratu fuerat destinatus, et, ut splendor capessendorum responderet fastum, munus gladiatorium triduanis spectaculis pollicitis, latius munificentiam suam porrigebat. Imp. Honor. et Theodos. Cod. 10. 31. 53. et Cod. Theod. 12. 1. 174. Duumyrum impune non licet exstoliere potestalem fasculum extra metas propriae civitatis. Inscript. apud Henzen. 5758. a. XVIII. AIVAE ALEXANDRIANAE. HANC ARAM NYMPHIS EXTRIXI NYMINE LAETYS, CVM GEREREM FASCIAS FARTIAE RVMORE SEGVNDO. PLVS TAREN EST NMI GRAVVS HONUS, QVOD FASCIAS ANVVS IS NOSTRIS DATVS EST, QVOD SANCTO NOMINE DIVES LARBAESEN LANGO PREFVENT FLVMINE NYMPHA. Hinc est quod in antiquis monumentis saepe videtur est insculptos fasces, sine scutulis tamen, qui ostendunt eos, quorum nomina ihil leguntur, sive duunvirios aut quatuorviris, vel saltem duunvirilibus aut quatuorviralibus ornamenti decoratos, vel denique, licet Augustales tantum fuerint, iisdem fasibus honoratos esse. V. Tabus adnotat. ad Rosm. Stor. di Milano T. 4. p. 438. — Etiam praefectus Urbis fasces tribuebantur, ut conpertium est ex Cassiod. I. Variar. 42. Te ad praefecturam Urbis erigimus, tribuentes tibi in ea civitate fasces, ubi sunt perpetui honores. Adeo eund. ibid. 43. — Item consularibus Campaniae fasces tributos constat et Inscript. apud Orell. 3170. CLAUDIO IVLIO PACATO V. C. CONS. CAMP. OB ALVITATEN IUDICIS ET PATROCINIA JAM PRIVATI ORDO BENEFVENTANORVM PATRONO POST FASCIAS DEPOSITOS CENSIVIT CONLOCANDAM scil. statum.

II.) Metonymice fasces ponuntur pro magistratu, pricipue vero pro consulatu. Lucret. 3. 1009. Petere fasces. Cic. Dom. 10. 24. Qui locus in orbe terrarum vacuus extraordinaris fasibus atque imperio Clodiano fuisset? Virg. 2. G. 495. Illum non populi fasces, non purpura regam Flexit. Horat. 1. Sat. 6. 96. Parentes honesti fasibus et sellis. Id. 1. Ep. 16. 34. Deserre et detrahere fasces indigno. Ovid. 4. Poni. 9. 61. alterna feretis Gaudia, tu fratris fasibus, ille tulis. Juvenal. 5. 110. et titulis et fasibus olim Major babetur donandi gloria. Addo Sil. It. 11. 152. Sueton. Ner. 43. Suscipere fasces. Flor. 1. 9. 3. Fasces abrogati. Id. 1. 24. 2. relenti. — De loco Cic. Brut. 6. 22. V. supra sub B. t.

## FASÉLARE. I. FACELARE.

## FASÉLARIA et

## FASÉPLUS et

## FASEÓLUS. V. PHASELARIA, PHASELUS, PHASEOLUS.

## FASIANUS. V. PHASIANUS.

## FASSUS, a, um. V. FATEOR.

## FASTI, ôrum, m. plur. 2. V. FASTUS; a, um.

FASTIDIBILIS, e, adjec. fastidium afferens, ut Fastidibilia judicia, Tertull. Anim. 33. ad fin.

FASTIDIENTER, adverb. fastidiose. Apul. 5. Met. Parentibus fastidienter appellatis.

FASTIDILITER, adverb. fastidiose. Varro apud Non. p. 112. 11. Merc. Quibus instabilis animus ardens mutabiliter aet habere, et non habere, fastidibiliter inconstanti pectori.

FÄSTIDIO, is, ivi vel ii, itum, ire, n. et a. 4. Part. Fastidiens I. A. et in fin. Fastiditus II. B.; Fastidiens I. B. — Fastidire, quod justa Forcellinum est a fastu, ut sit proprie cum fastu despiciere, rejicere (V. tamen FASTIDIUM), est respire, recusare, abhorrire, aversari, aspernari (It. infastidirsi, annoarsi, sfuggire, rigettare; Fr. avoir du dégoût, de la répugnance, être dégoûté; Hisp. haber desgana, inapetencia, disgusto; Germ. Widerwillen, Ekel haben, fühlen, empfinden gegen etwas, verabschätzen; Angl. to despise with a degree of haughtiness, disdain, scorn, dislike, loathe).

I. Proprie referunt ad stomacham cibos responsum; et interdum etiam ad nares et aures; et occurrit A) Neutrorum more; et B) Active.

A) Neutrorum more. — De stomacho. Plaut. Stich. 5. 4. 33. Bibendum hercile hoc est, ne nega: quid hic fastidio? cos' è rhe non ti piace? Horat. Epod. 5. 78. Majus parabo, majus infundam tibi Fastidenti peculum. Seneca Ep. 2. Fastidentis stu-

machi est multa degustare. — De naribus. Plaut. Men. 1. 2. 58. Me. Olfacta igitur hinc, penicule lepide. Ut fastidis! pe. Decet. me. Quid igitur? quid olet?

B) Active. — De stomacho. Horat. 1. Sat. 2. 115. num esuries fastidis omnia praeter pavonem rhombumque? Id. 1. Ep. 17. 15. olus. Phœdr. 3. 7. pulmentarium. Colum. 8. R. R. 16. 4. Docta palata fastidiant fluvialem lupum. Id. 2. ibid. 9. 19. Fastidire pultem. Plin. 21. Hist. nat. 16. 57. (97). Cactus non fastidiunt in cibis, in veteratos quoque. Yet. Poeta apud Sueton. Tib. 59. Fastidire vinum. — De naribus. Plin. 25. Hist. nat. 7. 38. (79). Eu-phorbie succus fastidiendum odorem habet. — De auribus. Quintil. 9. 4. 118. Aures plena sentiunt, patrum expleta desiderant, — clauda deprehendunt, redundantia se nimia fastidiant.

II.) Translate quoque occurrit A) Neutrorum more; et B) Active.

A) Neutrorum more. — a) Absolute. Plaut. Cura. 5. 2. 34. Ut fastidit gloriros! Id. Most. 4. 2. 4. Vide, ut fastidit simia! Cic. Mil. 15. 42. Nil est tam fragile aut flexibile, quam voluntas erga nos sensusque civium, qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in reete factis saepe fastidiant. At. delent in. — b) Cum Genitivo, quo modo tædet et similia. Plaut. Aulul. 2. 2. 67. Abilit, neque me certiore fecit: fastidit mei. Tifinius apud Non. p. 496. 15. Merc. Quo te avortisti? mei fastidis? Lucilius apud eund. ibid. Tristes, difficiles sumu, fastidimu bonorum.

B) Active. — a) Cum Accusativo. — De hominibus. Plaut. Bacch. 2. 3. 98. cr. Soccis habet auro subpectum solum. si. Cur ita fastidit? cr. Tantus divitias habet: nescit quid facial auro. Virg. 2. Eccl. 73. Invenies alium, si te hic fastidit, Alexim. Horat. 2. Ep. 1. 20. Cetera nequaquam simili ratione modique. Estimat, et nisi qua terris semota suisque Temporibus defuncta videt, fastidit et odit. Id. 1. ibid. 14. 2. viliice silvarum et agelli, Quem tu fastidis. Id. ibid. 3. 11. Fastidire lacus et operarios rivos. Id. 1. Sat. 3. 43. pater ut gnati, sic nos debemus, amici Si quod sit vitium, non fastidire. Liv. 34. 5. extr. preces alicujus. Curi. 6. 10. 23. mores alicujus. Id. 8. 7. 13. Jovem. Quintil. 1. 1. 18. hoc lucrum. Id. 1. 4. 6. tamquam parva, grammaticae elementa. Justin. 14. 2. 7. Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidlebant. Martial. 3. 31. Fastidire minores. Addo Claudian. 4. Cons. Honor. 302. Quintil. 5. 13. 22. Ut quæ dicendo refutare non possumus, quasi fastidiendo calcemus. — De rebus et abstractis. Martial. 5. 44. te Quum fastidierit popina dives, Antiquæ venies ad ossa cœnæ. Horat. 3. Od. 1. 21. Sonnum agrestium Lenis vitorum non humiles domos Fastidit umbrosanque ripam. Claudian. Epithal. Pultad. et Ceter. 6. Æstus fastidit amictum. — b) In Part. præter. pass. Ovid. 1. Trist. 6. 31. laudatus abunde, Non fastiditus si tibi, lector, ero. Id. 2. ibid. 119. Turbaque doctorum Nasonem novit, et audet Non fastidius annuere viris. Eucan. 7. 844. Latia pars maxima turbæ Fastidita jacet. Ovid. 4. Pont. 1. 19. oro, ne fastidita repellas Verba. — Et neutr. absolute, substantivorum novitatem. Plin. præfat. Hist. nat. § 15. Res ardua vetus novitatem dare, obsoletis nitorem, fastiditis gratiam. — c) Cum Infinito. Ovid. Remed. am. 305. Diligit ipsa alios: a me fastidi. amari. Phœdr. 4. 6. jocorum legere fastidis genus. Liv. 10. 8. Ne fastidieris nos in sacerdotum numerus accipere. Id. 2. 41. Plebs exeperat fastidire munus vulgatum isse. Curt. 4. 14. a med. An creditis, tequo animo his servire, quorum reges esse fastidiant? Petron. Satyr. 121. Ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere. Quintil. 2. 3. 4. Fastidii prestatre banc inferioribus curam. Id. 5. 11. 39. Repetere auctoritatem a plurimis verbis non fastidierunt. Ital. Max. 2. 6. 8. Nec mortis spectator esse fastidisti. Plin. 16. Hist. nat. 32. 59. (135). Fastidit balsamum alibi nasci. — Hinc Part.

Fastidiens, entis, adjective cum Genitivo nominis apud Cell. 6. 15. Communium vocum responsus omnis ac fastidiosus.

Fastidius, a, um, activa significazione, pro eo qui fastidivit, occurrit apud Petron. Satyr. 48. Ne me putes studia fastidium.

FASTIDIOSÆ, adverb. Comp. Fastidiosius. —

Fastidiose est cum fastidio, fastidiosamente, conuersione, con disdegno, υπερτικῶς. Cic. Planc. 27. 65. Hunc ergo jam stomachaus fastidiose, immo ei Sicilia, inquam. Id. 2. Orat. 89. 364. Quem ego paulo sciebam: vel pudentius, vel invitus (quod enim dicere de tam suavi homine fastidiosus) ad hoc genus sermonis accedere. Id. 1. Ibid. 26. 118. Diligenter et prope fastidiose judicare, difficulte contentandosi. Id. 2. Att. 1. Lenle ac fastidiose probare. Phœdr. 3. prol. 23. Fastidiose in cœtum recipi. Petron. Satyr. 13. Tamquam mendici spolium etiam fastidiose venditabat, con spesso, senza stima o cura di ciò che vendea.

FASTIDIOSUS, a, um, adjec. Comp. Fastidiosus sub A. II. et Sup. Fastidiosissimus sub A. I. et II. — Fastidiosus dicitur et est A) Qui fastidio captivus; et B) Qui fastidium affert.

A) Fastidiosus est qui fastidio capit, qui fastidit, abhorrens, διστολος, fastidioso.

I.) Proprie. — De stomacho: V. FASTIDIO 1. Varro 2. R. H. 5. 15. Vacca quoniam patere cooperunt, secundum stabula pabulum servari oportet integrum, quod egredientes degustare possint: fastidiosæ enim flunt. — De auribus. Cic. 4. Herenn. 23. 32. Aurum sensus fastidiosissimus. — Huc referri potest et illud Plaut. Mil. glor. 4. 6. 18. ut. Ille illas spernit segregatæ a se omnes extra te unam. ac. Ergo ista metas mea macerat, quod ille fastidiosus est, ne oculi ejus sententiam mutant, ubi videbit me, atque ejus elegancia meam extemplo spectem spernat.

II.) Translate est qui abhorret, difficultis, disgnoso, difficile da contentare. Plaut. Rud. 2. 3. 42. Neptunus quamvis fastidiosus ædilis est: si que improbus sunt merces, jucit omnes. Cic. 1. de republ. 43. Ex hac infinita licetia hæc summa cogitur, ut ita fastidiosæ mollescent mentes evadant civium, ut, si minima vis adhibeatur imperii, irascantur et perferre nequeant. Id. 4. Herenn. 40. 52. In superiores contumax, in aquos et pares fastidiosus, in inferiores crudelis. Id. Brut. 37. 207. Antonius facilis in causis recipiens erat, fastidiosior Crassus. Id. ibid. 70. 247. C. Memmius perfectus litteris, sed Græcis: fastidiosus sane Latinarum. Sic Horat. 3. Od. 1. 36. Dominus terræ fastidiosus. h. e. fastidiosæ sedes, quas in terra habet, in mari adiutare parat. et Capell. 9. p. 342. Virgo fastidiosa mortallum. Seneca 1. Benef. 11. Fastidiosus æstimator. h. e. qui pluris æstimat, quam res postulat. Plin. 8. Ep. 6. a med. Fastidiosissimum mancipium. h. e. superbissimum. Id. 6. ibid. 17. ad fin. Res difficultis, ardua, fastidiosa, et quæ eos, a quibus contemnitur, dignatur.

B) Item qui fastidium affert, nauseoso, noioso. Translate Horat. 3. Od. 29. 9. Fastidiosum desere copiam. Respicit Horat. ad fastidium ciborum. Id. Epod. 17. 72. Frustra viocla gutturi nectes tuo fastidiosa tristis ægrimoniam.

FASTIDITAS, ètis, f. 3. idem ac fastidium, aver-satio. Cassiod. 7. Variar. 1. ad fin. Nec tamen spes restra velut fastiditatem deseritur; nam, si bene provinciarum administrationibus præsidentis, honores vos amplissimos sperare leges inerito ceusserunt.

FASTIDIUM, ii, a. 2. Quod ad etymon spectat, volunt nonnulli esse per syncopen a voce. fastus tædium: certe cum nom. fastus conjungendum est. Fastidium autem est aversatio, tædium, offensio. contemptus: et fere dictur de offendente stomachi cibum respiciens, aut non retinetis; quæ et nausea appellatur, καταρρόντς (It. inappetenza, roggiatezza, nausea, fastidio, avversione; Fr. dégoût, répugnance; Hisp. desgana, inapetencia, disgusto; Germ. Ekel gegen etwas, Wider-wille, Abneigung; Angl. loathing, squeamishness, fastidiousness, nauseousness, aversion, disgust).

I.) Proprie. Cic. 1. Invent. 17. 23. Cibi satietas et fastidium aut subamara aliquo re relevatur, aut dulci mitigatur. Horat. 2. Sat. 4. 78. Magna movet animo fastidia, seu puer uictis Tractavit calicem manus, sive etc. Ovid. 1. Pont. 10. 7. Os hebes est, positeque movent fastidio mensa: Et queror, inquit quum veit ora cibi. Seneca 3. Quest. nat. 18. Tantum in illis esse fastidium, ut nollent attingere, nisi eodem die captum pisces. Juvenal. 14. 183. grata post munus aristæ. Contingunt homines veteris fastidia querens. Colum. 6. R. R. 8. 1. Fasti-

dium afferre cibo. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 50. (109). Mel stomachini inflat, fastidium creat. *Id.* 14. *ibid.* 16. 18. (99). Fastidium aliqui gignere uvas appetendi. *Id.* 29. *ibid.* 5. 32. (100). Fastidium sentire. *Id.* 23. *ibid.* 9. 81. (161). abigere. *Id.* 26. *ibid.* 7. 25. (41). abstergere. *Id.* 19. *ibid.* 8. 38. (127). auferre. *Id.* 22. *ibid.* 25. 74. (165). detrahere. *Id.* 23. *ibid.* 1. 27. (54). discutere. *Id.* 25. *ibid.* 8. 51. (91). Fastidium deducunt canes herba canaria. *scil.* vomitum excitando. Sic *Id.* 8. *ibid.* 27. 41. (101). purgare. Adde *Varron.* 8. *R. R.* 9. 18; *Quintil.* 1. 12. 5.; et *Favorin.* apud *Gell.* 15. 8. *Pelagon.* *Terterin.* 29. 4. Cardiacum equum intelligimus, si stans sudaverit, si fastidium sustinerit. h. e. se fastidiosa it cibo.

II.) Translate. ¶ 1. Transfertur et ad sensum videnti apud *Cic.* 2. *Fam.* 16. 2. Nostri non modo stomachi nici, sed etiam oculorum in hominum insolentiam indignitatem fastidium. ¶ 2. Ceterum de animo dicitur, et generatim est aversatio, contemptus, antipatia, aversione, dissimilitudo, disprezzo. — a) In singulari numero. *Cic.* 3. *Orat.* 23. 98. Cur ea, que specie prima acerrime commovent, ab iis celerime fastidio quodam et satietate abalienemur. Cf. *Quintil.* 5. 14. 30. Si ciocquontia et ei copia satietatis, et ex amplitudine fastidium tulerit. *Roruz Cic. Mur.* 9. 21. Ista nostra assiduitas, Servi, nescis quantum interdum afferat hominibus fastidium, quantum satietatis. *Id.* 3. *Orat.* 50. 193. Horum vice-situdines efficiunt, ut neque illi satientur, qui audient, fastidio similitudinis, nec nos etc. Cf. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 40. (81). Nulla voluptas est, que non assiduitate fastidium pariat. Sic *Sueton.* *Tib.* 10. Vitato assiduitatis fastidio. *Cic.* 1. *Fin.* 2. 5. Rudem esse omnino in nostris poetis, aut incertissime segnitiae est, aut fastidii deliciatissimi. *Id.* 4. *Tusc.* 10. 23. Habere ad certas res virtuosam offensionem atque fastidium. *Id.* *Opt. gen. orat.* 4. 12. Intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. h. e. quo vir quidquam audiunt, quod placet, qui vir cibum loyentur, quod non fastidiant, difficultate contentantur. Sic *Sueton.* *Ner.* 44. Exagit pari fastidio et acerbitate numnum asperum etc. Cf. et *Horat.* locum sub b. affatum. *Cic.* 1. *Fin.* 3. 10. Ego satis mirari non quo, unde hoc sit tam insolens rerum domesticarum fastidium. *Id.* 12. *Phil.* 10. 20. Non possum animo aequo videre tot, tam importunos, tam sceleratos hostes: nec id fit fastidio meo, sed caritate reipublicae. h. e. superbia, aversatione, odio, contemptu. *Seneca Ep.* 9. in fin. Omnis stultitia laborat fastidio sul. *Sueton.* *Aug.* 44. Cacozelos et antiquarios pari fastidio spectit. *Curt.* 4. 10. Patriam fastidio esse, abdicari Philippum patrem. *Quintil.* 9. 3. 3. Quotidiani servitios fastidium levare. *Id.* 2. 4. 29. Fastidium movere. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 1. 1. (8). Ne sit fastidio Graecos sequi. *Id.* 12. *ibid.* 19. 42. (91). Ipsum vero liquum in fastidio est. h. e. rejicitur, contemnitur. *Id.* 11. *ibid.* 2. 1. (4). Fastidio dominare aliquid. *Id.* prefat. *ibid.* § 14. Adducere quidquam in fastidium. *Tac.* 11. *Ann.* 26. vertere. Kursus *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 41. (79). Parere fastidio, aver riguardo di non recar noia. *Macrob.* 5. *Saturn.* in fin. Si fastidium facere non timorem, ingentia poteram volumina de his implere, fare o dar fastidio. — In arboribus fastidium est, quam in allam terram translate non proveniunt difficultate comprehendendi. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 32. 58. (134). Non omnia (h. e. arbores) in omnibus locis nasci docuimus, nec translati vivere. Hoc alias fastidio, alias contumacia, sepius imberbilitate eorum, que transierant, evenit. — b) In plurali numero. *Cic.* 1. *Orat.* 61. 258. Et distinx, non tam ea, que recte sunt, probari, quam quae prava sunt, fastidii adhaerere. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 214. qui se lectori credere malunt, Quam spectatoris fastidia ferre superbi. *Id.* *Epud.* 12. 13. Agitare verbis fastidia aliquis. h. e. mouere, excitare, augere. *Firg.* 4. *Ecl.* 61. Matri longa decem tulerunt fastidio menses. Adde *Val.* *Flacc.* 4. 496. *Ovid.* *Heroid.* 16. 97. At mihi cunctarum subeunt fastidia (puellarum). *Tac.* 11. *Ann.* 36. Acciis ultro noctemque intra unam a Messalina proturbatus erat, paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia. ¶ 3. Speciatim pro arrogancia, superbia, que aversationem et contemptum complectitur. — a) In singulari numero. *Cic.* 1. de republ. 32. Quam in populis aliquis unus plus

resve divitiores opulentioresque existissent, tum ex eorum fastidio et superbis (regna) nata esse commemorant, cedentibus ignavis et imbecillis et arrogantia divitium succumbentibus. *Id.* 1. *Off.* 26. 90. Atque etiam in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus superbiam magno opere, fastidium arrogantiamque fugiamus. *Id.* 1. *leg. Agr.* 7. 20. Quid enim cavendum est in coloniis deducendis? si luxurias, Hannibalem ipsum Capua corrupit: si superbis, nata inibi esse haec ex Campanorum fastidio videtur. Cf. *Plin.* *Paneg.* 55. Ut appareat, non superbis et fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigeris. *Cic.* 10. *Phil.* 9. 18. Quorum, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. *Id.* *Amit.* 15. 54. Non solum ipsa fortuna eam est, sed eos etiam plerique efficiunt eacos, quos complexa est: itaque effrenuntur fere fastidio et contumacia. *Tac.* 11. *Ann.* 38. Decreta Narciso questoria insignia, levissimum fastidii ejus. — b) In plurali numero. *Virg.* 4. *Ecl.* 14. tristes Amaryllidis iras Atque superba pati fastidio. V. FASTUS, us. *Tibull.* 1. 8. 69. Oderunt, Pholos, moneo, fastidia divi.

**Homonymi.** I.) Fastidium et nausea unum idemque significant, scilicet offensionem stomachi, cibum respuitis aut non retinentis: in eo tamen differunt, quod fastidium stomachus quoque bene valens affectur proprii nimium ciborum usum; contra nausea, praeterquamquid praecipue navigantibus evenire solet (unde et nomen, ut Graece ναυτια) ritiali stomachi propria est. Porro fastidium est satietatis sensus, ut dolor est sensus frigoris. *Cic. Mur.* 9. 21. Assiduitas quantum interdum afferat hominibus fastidii, quantum satietatis. *Id.* 3. *Orat.* 23. 98. Fastidio quodam et satietate. I. hac eadem pluribus sub II. 2. a., et *ibid.* etiam *Quintil.* loc. *Cic.* 1. *Invent.* 17. 25. Cibi satietas et fastidium. *Id.* 5. *Att.* 13. Navigantium sine timore et nausea. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 69. (112). Cruditates nauseam faciunt.

II.) Translate nausea et nauseare, raro quidem, pro fastidio et fastidire occurunt. *Martial.* 4. 37. Numeres oportet aliquid, ut pati possim; Quotidianam nauseam resice nummis; Audire gratis, Afer, ista non possum. *Phaedr.* 4. 6. Hoe illis dictum est, qui stultitia nauseant.

III.) Item fastidium est corporis, quod ex nimio ciborum usu, h. e. satietate, cibum ipsumaversatur; fastidium est animi, qui ex nimia patienti exercitatione nimioque labore fessus languet: fastidium capimus ex iis, quae afflatum usurparimus; tedium ex iis quae aliquamdiu pertulimus: fastidio sapor seu gustus amittitur, tedium patientia exultur. Sic *Lit.* 34. 34. Oppugnatio urbium obdidentibus prius quam ob sessis tedium afferat. Sic *Id.* 4. 61. Tediumque recessum foret inde. h. e. ab arce obessa. et *Tac.* 12. *Ann.* 39. Tedium curarum fessus. Ceterum ad rem *Sueton.* *Tib.* 10. Statuit repente secedere —, dubium, usorise tedium, quam neque criminari, neque dimittere auderet, neque ultra perseverre posset; an ut, vitato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentia fueretur atque etiam augeret, si quando indiguisset sui respublica.

**FASTIATIUS**, *omis.* f. 3. actus fastigandi. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 24. (106). Ut fastigatio levi descendat cuneo. *Apul.* *Florid.* n. 9. Strigilecula, recta fastigatio clausula, flexa tubulatione ligula. Al. leg. *fastigatione.* V. FASTIGO.

### FASTIGIATUS vel

### FASTIGIATUS, a, um. I. FASTIGO.

**FASTIGIUM**, *ii.* n. 3. (fastus et ago) summitas tertii, cacumen a latitudine surgens et paullatim in arcum desinens, ἀκρα, κυρφή, αἴτων (lt. frontispizio del tetto; Fr. faute, sommet, fastage; Hisp. la cumbre de un edificio; Germ. d. Spitz e. Giebel, d. Giebel, Fronton; Angl. the roof of a house).

I.) Proprie. — a) Dicitur primo de tectis sacra- riis, que olim ex una tantum parte inclinata erant, et in unum locum pluviam demittebant: postea inventum est, ut medio sui assurerent altius, atque ex utraque parte pluviam dejicerent. *Cic.* 3. *Orat.* 46. 180. Capitali fastigium illud et eeterarum aedium non venustas, sed excessus ipsa fabricata est; nam quam esset habita ratio, quemadmodum ex utraque tecti parte aqua delaberebatur, utilitatem templi fastigii dignitas consecuta est; ut etiam si in caelo statueretur, ubi imber esse non pos-

**FAVEO**, *faves, favi, faustum, favere, n.* 2. *Part. Favens* in omnibus paragr.; *Fauturus* 1. — *Charis* 3. p. 265. *Putsch.* aequo Latine dici ait *faveo tibi et faveo te*: sed nulla auctoritate fulcit. — *Favere, ratione habita etyma*, est fortasse idem atque *avere addito digammate*; et sane haud aliter atque *avere*, occurrit et pro *cupere, velle, cum infinito*. *Ennius* apud *Servium ad Virg.* 1. *G. 18.* *Matronae merores complent, spectare faventes*. *Ovid. Heroid.* 6. 99. *adscribi factis procerumque tuisque se faveat*. *Hinc favere alicui est avere seu cupere bona alicui; atque adeo favore completi, cupere ac velle prodesse, studere, amare, sive id corde tantum, sive operibus quoque fiat, εὐφεμία (It. favorire, favoreggiare; Fr. être propice, favorable, favoriser, séconder, aider; Hisp. favorecer, aclarar, fomentar, sostener, apoyar; Germ. Jeman den gewogen sein, ihm Gutes wünschen, sich freuen, günstig sein, ihn begünstigen; Engl. to favour, countenance, befriend)*. — 1. *Generatim* occurrit — a) *Cum Dativo*. — *De personis*. *Cœs.* 1. *B. G. 18.* *Favere et cupere Helvetiis propriam eam affinitatem*. *Cic. Brut.* 97. 331. *Tibi favemus: te tua frui virtute cupimus; tibi optamus eam reipublicam, in qua etc.* *Id. Rosc. Com.* 10. 29. *Qui diligebant hunc, illi favebant: qui admirabantur hunc, illum probabant*. *Id. 12. Att. 49. 1.* *Rescupsit patrino illi nihil opus esse: me tamen ei fautorum*. *Id. 3. Fam. 6. 4.* *Quum meum factum cum tuo comparo, etsi non magis mibi faveo in nostra amicitia tuaenda, quam tibi, tamen multo magis meo facto delector, quam tuo*. Cf. *Nazar. Paneg. Constant.* 37. *Quinque miraretur fratrem, etiam sibi favit, quod ex annis ejus quam proximus tantum gloria esset agnovit*. *Quintil.* 2. 2. 8. *Quanto libertius imitemur eos, quibus favemus*. *Sueton. Cal.* 55. *Omnibus ad insaniam fayit*. *Val. Flacc.* 1. 11. *favere canenti*. *Cic. 10. Fam.* 19. 2. *Non multo plus patrie faveo, quam tuæ gloriae*. *Id. 12. ibid. 7. 1.* *Favebam et reipublicæ, cui semper favi, et dignitati ac gloriae tuæ*. *Id. 1. ibid. 7. 8.* *Quod olim nascenti prope nostræ laudi dignitatis favisti*. *Id. 15. ibid. 4. 14.* *Hinc meæ voluntati ut favere adjutorque sis, vehementer te rogo*. Cf. *Cœs. 1. B. C. 7.* *Cujus ipse honori et dignitati semper faverit adjutorque fuerit*. *Cic. 1. Tusc.* 23. 55. *Favere sentientiae*. *Id. Planc.* 1. 1. *Invidios hunc accusationi esse fautores*. *Orellius vero var. lectionem fautores prætulit*. *Id. Ligar.* 3. 8. *industriæ alicujus*. *Id. 12. Fam. 4. med. voluptati alicujus*. *Cœs. 6. B. G. 6. rebus Gallicis*. *Id. 2. B. C. 18. rebus Caesaris*. *Nepos Att.* 2. et *Liv.* 45. 22. *Dissociatis animis civium, quom alii Sullanis, alii Cinnanis partibus favarent*. *Horat.* 2. *Ep. 1. 88.* *favere et plaudere ingenii sepultis*. *Tibull.* 2. 5. 110. *Et fave morbo (h. e. amoris), tam juvat ipse dolor*. *Ovid. 2. Amor.* 5. 11. *Favere dolori suo*. *Quintil.* 9. 2. 78. *Favere ingenio suo*. *Id. 9. 2. 68.* *Nemo non illi furto faveat*. *Plin. 5. Ep. 17.* *Faveo enim seculo, ne sit sterile et effectum*. — *Singulare est illud Ovid. 3. Met. 152.* *Hac pro parte socer frustra pius et nova conjux Cum genitrice favent, h. e. parti, quasi pro parte stare*. — *De brutis animantibus et inanimis*. *Cic. 2. Divinat.* 26. 57. *Qui (galli) silentio noctis, ut ait Ennius, favent fauibus russis cantu plausuque premunt alas*. *Ovid. 15. Met. 366.* *Florilegia noscuntur apes: quæ more parentum Rura collunt, operique favent, in spemque laborant*. *Id. 3. ibid. 388.* *Huc coeanus, ait. — Coeanus, retulit Echo, Et verbis faveat ipsa suis*. *Cic. Planc.* 8. 20. *Quid ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri ipsi prope dicam montesque faverunt*. *Claudian. Cons. Mall. Theodos.* 179. *Glæba, quæ favet frugibus*. *h. e. quæ fertilis est*. — b) *Passive impersonaliter*. *Cic. 2. Off.* 13. 45. *Non invidetur*

illi etati, verum etiam favetur. *Addo eum* d. 2. *Orat.* 51. 207. *Sic Quintil.* 5. 7. 31. *Ei præcipue vulgo favetur*. *Spartian.* *Pescenn.* 2. *Huic Romæ ita faustum est, ut etc*. — c) *Absolute occurrit apud Poetas et argentei ævi scriptores*. *Tibull.* 2. 5. 1. *Phœbe, favē*. *Id. 3. 3. 34.* *Faveas, Cypris, Virg. 1. G. 18.* *Adsis, o Tegœ favens*. *Horat. 3. Od. 11. 50.* *Dum favet nov et Venus*. *Ovid. 4. Fast. 722.* *Si favet alma Pales*. *Id. 3. Met. 613.* *Quisquis es, o favēas*. *Plin. 6. Ep. 25. extr.* *Dii favent, ut sic inventiat ipsum, quemadmodum jam cum quo fuissest, invenit*. *Tibull.* 1. 10. 30. *Favente Marte*. *Sueton. Galb.* 10. *Faventibus diis*. *Plin. 26. Hist. nat.* 3. 7. (13). *Cunctis faventibus*. *Quintil.* 6. 2. 6. *Irasci, favere, odisse, misereri*. *Id. 3. 7. 25.* *Maxime favet iudex, qui sibi dicentem assentiri putat*. *Id. 4. 1. 73.* *Judices, ut favent, rogamus*. — *Ovid. 15. Met. 49.* *ventis faventibus æquor Navigat Ionum*. *h. e. secundis, prosperis*. — 2. *Speciatim in re sacra*. — a) *Favere linguis præro jubebat in sacris publicis boni omnis causa*. *Cic. 1. Divinat.* 45. 102. *Omnia majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix fortunatumque esset, præstabantur: rebusque divinis, qua publice flerent, ut faventem linguis, imperabatur; inque sensu imperandis, ut tubis et jurgiis se abstinerent*. — Porro hæc loquendi ratio duo significat. *Paul. Diac.* p. 88. 6. *Müll.* *Faventia bonam *ominationem* significat*. *Nisi præcones clamantes populum sacrificis favere jubeant*. *Favere enim est bona fari: at veteres poetae pro simile usi sunt favere*. *Hær Paul. Diac.* *Ennius apud Philargyr. ad Virg. 4. G. 230.* *Hic insidiantes vigilant, partim requiescent, Contecti gladiis sub scutis, ore faventes. Itaque favere linguis, ore, animis etc. est εὐφημία, bona verba dicere, volis, faustis omnibus, precibus sacram ipsum et sacerdotem preces et vota concipientem comitari aut sequi*. *Ovid. 1. Fast. 71.* *Prospera lux oritur: linguis animisque favete*: *Nunc dicenda bono sunt bona verba*. *Tibull.* 2. 2. 1. *Dicamus bona verba, venit Natalis, ad aras*. *Quisquis ades, lingua vir mulierque fave*. *At. leg. venit Natalis, ad aras Quisquis ades* etc. *Ovid. 15. Met. 677.* *Et deus en, deus en: linguis animisque favete* *Quisquis ades, dixit: sis, o pulcherrime, visus Utiliter, populosque juves tua sacra colentes*. *Quisquis adest jussum veneratur numen, et omnes Verba sacerdotis referunt geminata, plium que æneadæ præstant et mente et voce favorem*. Cf. *Id. 3. Trist.* 13. 18. *Concipiamque bonas ore favente preces, et 5. ibid. 5. 5.* *Lingua favens adsit (dies natali), longorum oblita malorum*. — *Et in malam partem*. *Ovid. Ib. 97.* *peragam rata vota sacerdos: Quisquis ades sacris, ore favete, meis: Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba etc*. *Hinc Lacstant.* 1. 21. *docet sacra Herculis non εὐφημία, bonis verbis, sed execratione et maledictis celebrari solita, et pro violatis habere si inter faciendum cuiquam vel imprudenti bonus verbum excidisset*. — b) *Deinde significat etiam tacere, silentium sacris prestare, non quidem absolute, sed eatenus, quatenus abstinehat profanis voribus et mali omnibus, ne sacra religio violaretur, et publice precantibus obstrepere*. Aliquando enim favetur sacris boni verba dicendo, aliquando tacendo, quod et in Christianis sacris usuvenit. *Hoc sensu videtur locutus* *Plin. 28. Hist. nat.* 2. 3. (11). *Videmus, certis precatiōnibus obsecrasse magistratus, et, ne quid verborum præterea aut prepostero dicatur, de scripto præire aliquem: rursusque alium custodem dari, qui attendat; aliquem vero præponi, qui favere linguis jubeat; tibicinem canere, ne quid aliud exaudiatur*. *Sil. It. 16. 295.* *Mente favete pari, atque aures advertite vestras*. *Seneca Vit. beat.* 26. extr. *Quoties mentio sacra litterarum interyenerit, favete linguis*. *Hæc verbum, non, ut plerique existimant, a favore trahitur: sed Imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla mala voce obstrepente*. *Hæc Seneca; ubi illa hoc verbum, et deinceps, non nullos criticos adsciticia putare et addita a nescio quo interpretandi causa, iam adnotavit Linsius. Aristoph. in Thesmoph. 1. 39.* *Εὐφημος τὰς ἔστρω λέοντας αὐγάκειος*. — c) *In alterutram trahit possunt illa Propert. 1. 6. 1. Sacra facit vates: sint ora faventia sacris*. *Horat. 3. Od. 1. 2.* *Favete linguis: carmina non prius Audita Musarum sacerdos Virginibus puerisque canto*. *Virg. 5. Fn. 71.* *Ore favete omnes*

et cingite tempora ramis. — Nonnulli hue referunt etiam illud *Ter. Andr. prol. 24.* Favete, adeste æquo animo. *h. e. silete*. *Forcellinus* vero hunc locum retulit ad paragr. præced. — 3. Item speciatim ad circum et theatrum pertinet, et significat non solum studiosum esse, sed etiam plaudere, fausta acclamare, applaudire, fare acclamationi. *Horat. 3. Od. 24. 46.* *Vel nos in Capitolium, Quo clamor vocat et turba faventium etc*. Cf. *Ovid. 2. Amor. 2. 43.* *Aurea pompa venit: linguis animisque favete*: *Tempus adest plausus, et 1. Art. am. 148.* *Tu Veneri dominae plaudite favente manu*. *Liv. 1. 25.* *Tum clamore, qualis ex insperato faventium solet, Romani adjuvant militem suum*. *h. e. Horatium*. *Sueton. Cal.* 30. *Infensus turbæ faventi (subaudi histrioni bus) et gladiatoriibus adversus studium suum*. *Sil. It. 16. 315.* *Fluctuat æquoreo frenitu rabieque faventum, Carreribus nondum reseratis, mobile vulgus*. *Lamprid. Commod.* 15. *Quum illi sepe pugnant, ut deo populus favisset*. *Addo Plin. 9. Ep. 6.* *Marital. 13. 131.* et *Coripp. 4. 63.*

**FAVILLA**, *a.* f. 1. *ciniis illa tenuior ac levior, quæ, extincto igne remanet, fuligo, αἴσθηση, σπόδος: a φῶι luceo (It. cenere, fuligine; Fr. cendres chaudes, brûlantes; Hisp. ceniza calida; Germ. die leichte, noch glimmende, glühende Ashes; Engl. ashes, cinders, soot)*.

1. *Proprie*. — 1. *Generatim*. *Ter. Adelph.* 5. 3. 60. *Atque ibi favilla plena, sumi ac pollinis coquendo sit fato et molendo*. *Lucret.* 2. 675. *Scintillas ageant a late differre favillam*. Cf. *Orid. 7. Met. 79.* *Ut solet a ventis alimenta resumere, quæque Parva sub inducta latuit scintilla favilla*. *Crescere et in veteres agitata resurgere vires*. et *Plin. 18. Hist. nat.* 35. 84. (358). *Quum contextus ignis ex se favillam discutat scintillam emittit*. *Id. 26. ibid. 11. 72* (118). *E carbone restincto favilla dicitur sublata*. *Ad eum* d. 3. *ibid. 8. 14.* (88) et 19. *ibid. 1. 4.* (19). *Id. 36. ibid. 25. 63* (198). *Sabulo, calce ac favilla mixta*. *Vitriv. 8. 7.* *Coagmenta fistularum favilla obtinere*. — *Favillam stereorando inservire doct Colum.* 2. *R. H. 14. 5.* *Quin etiam satis profut cineris usus et favilla*. *Id. 3. ibid. 11. 4.* et 5. *ibid. 9. 14.* *hoc genus appellat simum siccum*. — *Item fistilibus tubis glutinandi inservire ait Pallad.* 9. *R. H. R. 11. 3.* *Sed antequam in iis (tubis) aquæ cursus admittatur, favilla per eos mixta exiguo liquore decurrat, ut glutinare possit, si qua sunt vitia tuborum*. Cf. *Claudian. Ipon.* 35. *Nullo cum strepitu madidisque infecta favillis Despumat niveum fistula cana salem*. — 2. *Speciatim ac sepe a Poetis dicitur de rogi cineribus*. *Virg. 6. En. 227.* *Reliquias vino et bibulani lavare favillam*. *Tibull.* 5. 2. 10. *Conditaque ossa super nigra favilla teget*. *Horat. 2. Od. 6. 22.* *ibi tu calentem Debita sparge lacrima favillam Vatis amici*. *Propert. 1. 19. 19.* *Quæ tu, vita, mea possis sentire favilla*. *Addo Ovid. 3. Fast. 561.* et *Lucan. 6. 537.* — 3. *Est etiam ignis favilla tenuis, ciniis igne mixta, scintilla, favilla, scintilla, fuoco*. *Sueton. Tib. 74.* *Ciniis favilla et carbonibus ad calescendum triclinium illatus*. *Sat. 2. Sil. 1. 2.* *ante rogos et adhuc vivente favilla*. *Sil. It. 17. 105.* *Ardenti volitant per nubila summa favilla*. *Ovid. 8. Met. 670.* *Ovaque non acri leviter versata favilla*. *Sic Martial. 11. 52.* *ora tenui versata favilla*. *Claudian. B. Get. 21.* *Et juga taurorum rapidis ambusta favillis*.

II.) *Impropri*. — 1. *Favilla salis apud Plin. 31. Hist. nat.* 7. 42. (90). *est pars ejus levissima et candidissima*. — 2. *Transfertur etiam ad significandum principium, indecum*. *Propert. 1. 9. 17.* *Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni*: *Hæc est venturi prima favilla mali*.

**FAVILLACUS** et

**FAVILLATICUS**, *a. um*, *adject.* *a favilla*, *ut Favillo favillacea*, *Solin. 35.* *Favillatira humus*, *Id. 27. a med.*

**FAVILLESCO**, *is, ere, n. 3. inchoat.* *in favillas redigor*. *Fulgent. Contin. Virg. ante med.* *Amor septulsi in oblivionis cinere favillescit*.

**FAVISSE**, *ärum, f. plur.* 1. *ita videtur appellata a φῶι, vel φῶι sindo, cognatum verbo inusit. φῶο, unde foreat: vel a favis apum, quia eodem figura sua imitantur. Locum porro sic appellabant, inquit Paul. Diac.* p. 88. 4. *Müll.* in quo erat aqua inclusa circa templo. *Sunt autem qui patant, favisis esse in Capitolio cellis cisternisque similis*.

ubi reponi erant solita ea, quæ in templo vetustate erant facta inutilia. Hæc *Paul. Diac.*, quocum consentunt *Placi Gloss.* edente *A. Mai.* in *Class. Auct. T. 3. p. 462.* Favissæ fossæ quedam in Capitoliis, quæ in modum cisternarum eovatae excipiebant dona Jovis, si quæ vetusta erant hominum, a fruge danda. Cf. *Ovid. 10. Met. 691.* Luminis exigui fuerat prope templo recessus Spelunca similis, nativo pumice tectus, Religione sacer prisca: quo multa sacerdos Lignea contulerat veterum simulacula deorum. In nostris quoque templis etiamnum bujusmodi locus eidem usui est destinatus, et *sacra*rio dicitur. In *Gtorn.* vero *Arcad. T. 3. p. 119.* ubi Fæsulanis veteris ædifici, nunc *Chiesa di S. Alessandro*, reliquæ describuntur, sermo est de tribus subterraneis cellis ibidem repertis, in quibus cornuum, ferreorum utensilium, idolorum etiam æneorum, et fistillum ollarum lucernarumque, et vitreorum phalorum fragmenta constituta fuerant, unde, quinam fuerit illarum cellarum usus, satis appareat. Etiam *Varro* apud *Gell. 2. 10.* et *Non. p. 112. 29. Merc.* interrogatos, quid essent favissæ *Capitolinæ*, eadem fere tradit, quæ *Paul. Diac.* Addit etiam ex *Val. Sorano*, Graeco nomine thesauros appellari: priscos Latinos flavissas dixisse, quod eo flata signalaque pecunia conderetur. Conjecturare igitur se, detractam esse ex eo verbo secundam litteram, et favissas dictas esse celias quasdam et specus, quibus ædifici Capitolini uterentur ad custodiendum res votives religiosas. Hinc porro legitur in *Gloss. Philox.* Favisse, Σηκαυποι, ripostigl.

FAVISSOR et

FAVITOR, òris. *V. FAUTOR.*

FAVONIÁLIS, e, adject. ad Favonium pertinens.

*Gloss. Philoz.* Favonialis, Ζεφύριος.

FAVONIÁNUS, a, um, adject. ut Favoniana pira, genus pirorum rubrorum, a quedam Favonio insitio. *Plin. 15. Hist. nat. 15. 16. (50).*; et *Colum. 5. R. R. 10. 18.* — *Dalechampius* affirmit, aliquos putasse, Favoniana fuisse appellata, quod Favonio nascit formentur.

FAVONIUS, ii, m. 2. *Zeffiro, Ponente, Zéphyrus*, ventus, al. *Zephyrus*, qui spirat ab occasu æquinoctiali, contra *Subsolanum*: a favendo, quia favet geniture, siquidem est spiritus genitalis mundi, quo plantæ hiberno frigore enectæ reviviscant, et quo hausto quedam animalia concipiæ existimantur. Aliqui derivant a favendo, quasi Favonium, quia soveat sata. *Plin. 2. Hist. nat. 47. 46. (319).* et 18. *ibid. 34. 77. (337).*; *Seneca 5. Quæst. nat. 16.*; *Gell. 2. 22.*; et *Vitruv. 1. 6.* — Hujus ortum Latini rusticæ assignabant circa Idus Februario, teste *Varron. 1. R. R. 28.* quod eo primum tempore tellus moveri, et plantarum non paucæ vivere incipient. Hinc *Id. ibid. 29.* In primo intervallo, inter Favonium et æquinoctium vernum, haec fieri oportet: Seminaria ut serantur, etc. *Cic. 7. Ferr. 10. 27.* Veris iunctum iste non a Favonio notabat; sed quum rosam viderat, etc. *Horat. 1. Od. 4. 1.* Solvit acris hiems grata vice veris et Favoni. *Cattull. 64. 282.* Aura parit flores tepidi secunda Favoni. *Lucret. 1. 11.* Genitalis aura Favoni. *Ovid. 9. Met. 660.* Lene spiratio Favonius. Ceterum addit *Plaut. Mil. glor. 3. 1. 71.*; *Horat. 3. Od. 7. 2.*; *Colum. 2. R. R. 21. 5.*; *Stat. 3. Silv. 1. 72.*; et *Claudian. Cons. Pro布. 272.* — In plurali numero. *Colum. 3. R. R. 11. 7.* Quum Favoni spirare coepissent, id est tempus ab Idibus Februario ante Martium mensem. Addit *Plin. 2. Hist. nat. 47. 47. (122).*; et alterum *Plin. 2. Ep. 17. 19.* — *Verg. 4. Milt. 38.* Favonium eundem facit ac Iapyga, et ad dexteram Zephyri spirare sit. Hic autem ventus Corus, et Argestes dicitur, Ponente Maestro, ab occidente solstitiali. — *NB.* De cogn. Rom. V. ONOM.

FAVOR, òris, m. 3. συνθηκα, voluntas, studium: a favo (It. favore, propensione, amore, parzialità, genio; Fr. faveur, intérêt, sympathie, protection, appui; Hisp. favor, inclinacion, ayuda, patrocinio; Germ. d. Begünstigung, Gunst, Zuneigung, Neigung; Angl. favour, good-will, kindness, partiality). Vox hæc hac significatione nova erat Ciceronis astate. Ita enim legitur in fragm. epist. ad Brut. apud *Quintil. 8. 3. 31.* Eum amorem, et eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabis. *Cic. Sext. 54. 113.* Ei vero, qui penjet a rebus levissimis, qui rumore, et, ut ipsi lo-

quantur, favore populi tenetur et ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est. *V. § 2.* ubi ex locis ibidem allatis apparel, vocem suam propriam populi in ludis theatricalibus et gladiatoriis, et in contentionibus. ¶ 1. Generatim. *Sall. Jug. 76.* Imperatori nobilitas, quæ ante decori, invicta esse; at illi alteri generis humilitas favorem addiderat. *Id. ibid. 13.* Ex maxima invicta in gratiam et favorem nobilitatis Jugurtha venit. *Id. ibid. 73.* Favor populi. *Horat. 2. Ep. 1. 9.* Ploravere, suis non respondere favorem Speratum meritis. *Ovid. 4. Fast. 868.* Poscere favorem populi. *Id. 9. Met. 246.* Tutus favore. *Id. Ib. 121.* Solitus favor. *Liv. 7. 25.* Triumphus a Popillio de Gallis actus, magno favore plebis. *Id. 2. 56.* Amplecti favore aliquem. *Vellej. 2. 54.* Ingens partium Pompeji favor bellum excitaverat Africum. *Seneca Thyest. 351.* Numquam stabilius favor. *Quintil. 4. 1. 9.* Est enim naturalis favor pro laborantibus. *Id. 7. 1. 2.* Favor e tenerendi gratia. *Id. 7. 1. 33.* Favorem facere. h. e. parere, conciliare. *Id. 6. 1. 25.* Favorem captare ex aliquo re. *Tac. 15. Ann. 53.* elicer. *Id. 1. ibid. 52.* quærere. *Id. 1. Hist. 53. extr. et 15. Ann. 48.* Favor militum in aliquem. *Id. 2. Hist. 30.* Favor inanis. *Id. 3. ibid. 44.* Inclyitus erga Vespasianum favor. *Flor. 1. 9. 5.* Velificari favor ci-vium. *Id. 3. 12. 10.* Plebis favorem conciliare. *Id. 3. 13. 1.* Stadium ac favorem populi auctorari. *Sueton. Tib. 57. et Vitell. 15.* Favor hominum. *Id. Vesp. 6.* Favor absentium. *Id. Cat. 12.* Favorem colligere. *Id. Vitell. 7.* Per favorem. *Justin. 27. 1.* Favorem asserre alicui. *Id. 13. 6.* Sollicitare quemplam in favorem sui. *Id. 33. 1.* In favorem sui trahere. *Id. 17. 2.* Quum in gratiam memorie Ptolomæi, et in favorem ultionis Lysimachi ambitiosus apud populares esset. *Id. 5. 1. extr.* Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat. *Ammian. 29. 5. init.* In favorem concinere. *Val. Flacc. 3. 701.* Favor versus ad Alciden. *Id. 4. 669.* Pendet favor ab orsis. *Claudian. Cons. Stilich. 6. 45.* Favorem dividere. *Id. Ep. ad Hadrian. 2.* Permutare favorem odiis. ¶ 2. Speciatim sèpissime dicitur de studio et plausu spectantium in theatro, vel circo, εἰσίστης, εὐθημια; ideoque nova vox visa est Ciceroni in priori usu. Nam in his et ipse, sine ulla venia petitione, usurpat: *Rosc. com. 10. 29.* Quod studium et quem favorem secum in scenam attulit Panurgus? *Id. 2. Legg. 5. 11.* Quæ sunt autem variae et ad tempus descripta populi, favore magis, quam re, legum nomen tenet. *Phœdr. 5. 5.* Jam favor mentes tenet. Et derisuri, non spectaturi sedent. — Ille ponitur et pro plausu et acclamationibus, acclamazione, applauso. *Virg. 5. En. 343.* Tuttatur favor Euryalum. *Ovid. 2. Trist. 506.* Plauditur, et magnæ palma favore datur. *Val. Flacc. 4. 228.* Nec sonat *Obalis* cavae favor. *Sueton. Claud. 21.* Quam essedario, magnæ omnium favore, indoluisse rudeum. *Quintil. 3. 8. 7.* Audientium in panegyricis favor. *Stat. 1. Silv. 6. 81.* Tollunt innumeratas ad astræ voices Et dulci dominum favore clamant. *Pöplic. Aurelian. 48. extr.* Ipsum primum donasse oratione populo R., quibus uteretur populus ad favorem. *Ammian. 24. 1.* In favores principis consurge-re. *Id. 29. 5. med.* Celebrabilis favore susceptus. Addit *Cassiod. 6. Variar. 4. Macrob. 7. Saturn. 15.* de plausu conviviali. His dictis favor ab omnibus exortus est. ¶ 3. *La fablus* Favor deus est mino-rum gentium, teste *Capell. 1. p. 16.* eadem sorte, qua Iovida, Fortuna, etc. — *NB.* De cogn. Rom. V. ONOM.

Homonym. Favor a studio differt. Studium, ut definiuntur a *Cic. 1. Invent. 25. 36.*, est animi assi-dua et vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, ut philosophia, poëtice etc.; hinc generatim studium est in rem vel hominem cura, voluntas, animus, ardor, quo quidem summa esse possunt, carent tamen amore seu benevolentia; homines enim ipsi tamquam res ducuntur nostra eura ac voluntate dignæ: præterea studium fere proprium est inferiorum in superioribus, atque ideo de iis etiam dicitur, qui aliquæ partes sequuntur. Contra favor semper in se benevolentiam comple-tetur. et fere proprius est superiorum in inferiores, vel saltē eorum, qui utilitatibus aut detractione esse possunt. *Cic. 1. Att. 14.* Neque id magis amici-tia Clodii adductus facit, quam studio perdita-rum rerum et partium. *Id. Rosc. com. 10. 29.* Quod

studium et quem favorem secum attulit in scenam Panurgus? *Sueton. Galb. 14.* Ad retine-dum ceterorum hominum studium ac favo-rem. *Flor. 1. 13.* Studium ac favorem populi auctorari. — Ceterum *V. et Homonym.* in fin. v. GRATIA.

FAVORABILIS, e, adject. Comp. *Favorabilitior* 1. et 2. — *Favorabilis* ¶ 1. Active dicitur de eo, qui favorem afferit, favorevoli. *Liv. 22. 26.* Auram favorabilis populi ex dictatoria invidia petiti. *Alleg.* favoris popularis. *Plin. 5. Ep. 14. 3.* Ut deprecati magis (id enim favorabilis et tutius), quam defendi videretur. *Quintil. 12. 10. 74.* Jucundior ac favorabilis eloquentia. *Id. 4. 1. 26.* Quæ sint in causis favorabili. *Id. 10. 5. 21.* Favorabili deser-pere. *Tac. 12. Ann. 6.* Favorabili oratio. ¶ 2. Passive de eo, qui favorem habet, favorito, gradito. *Quintil. 11. 1. 42.* Ut quisque honestus, humilis, invidiosus, favorabilis erit. *Id. 12. 6. 6.* Facilis et favorabili causa. *Seneca 3. Ira 2.* Modo eloquio favorabili habitus, iram suæ contentionis exceptit. *Sueton. Ner. 57.* Nonnen favorabile reddere. *Tac. 2. Hist. 97.* Integrum illic ac favorabile proconsulatum Vitelli, famosum invisumque Vespasianus egerat. *Plin. 20. Hist. nat. 8. 30. (74).* Suceo cichoriæ cum oleo perunctos, favorabiliores fieri, et quæ velint, facilis impetrare. *Plin. alter 4. Ep. 9.* Fer-cerat eum favorabile renovata discriminum vetus fama. *Flor. 4. 4.* Octavius Caesar aestate et injuria favorabilis. *Ammian. 17. 13.* Decore corporum favorabiles. *Id. 26. 7.* Favorabili princeps. *Id. 29. 3. auriga. Id. 17. 13.* Favorabili ore omnia. *Tal. Mar. 9. 15. 4.* In centumvirale judicium favorabili descendit. Adde *Eutrop. 8. 23.*

FAVORABILITER, adverb. Comp. *Favorabi-litas.* — *Favorabiliter* est cum favore, favorevolente, ἐπουδαπερεν. *Quintil. 4. 3. 1.* In aliquem latum atque plausibile locum, quam maxime pos-sint, favorabiliter occurtere. *Sueton. Ner. 7.* Tro-jam favorabiliter lusit. Adde *Pallad. R. R. proœm. 13.*; et *Macrob. 7. Saturn. 1.* *Paul. Dig. 40. 4. 10.* Tunc favorabili respondetur, liberum fore.

FAVORALIS, e, adject. idem ac favorabilis. Vox a Lexico expungenda: occurrit enim tantummodo in *Nat. Tir. p. 134.*

FÄVUS, i, m. 2. κηρίος, loculus, quem apes fun-gunt multicavatum et cera, quin singula cava sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Ita *Varro 3. R. R. 16. 24.* describit: est autem a Κέω sinda, separo (It. siala, favo; Fr. gâteau ou gaufre de miel des abeilles, rayons; Hisp. panel de miel; Germ. d. Honigscheibe; Angl. a honey-comb).

I.) Proprie. *Cic. 1. Off. 44. 157.* Apum examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed quum congregabili natura sint, unctione favos. *Varro 3. R. R. 16. 32.* Eximendorum favorum primum putant esse tempus vergiliarum exortu. *Id. ibid. 16. 22.* Favi melliti. *Tibull. 2. 1. 50.* apis complet dulci sedula melle favos. *Virg. 1. G. 344.* Cui tu lacte favos, et miti dulce Baccho. h. e. mel. *metonymia.* *Id. 4. ibid. 161.* favos ponere. *Ovid. 4. Fast. 152.* expressis mella liquata favis. *Colum. 11. R. R. 2. 50.* Nonnullis locis favi demetuntur. h. e. eximuntur, et mellatio fit. Adde eund. 9. *ibid. 15. 6.* *Vulgat. interpr.* *Luc. 24. 43.* Favus mellis. *Stat. 2. Silv. 1. 48.* Hybleis vox tincta favis. — *Crescere tamquam favum*, proverbio dicuntur ea, quæ felici-ter, parvo impedio, et occulte augentur, ita ut prius crevissit intelligas, quam incrementi initia de-prehenderis. *Petron. fragm. Tragur. 43. et 76. Bur-mann.*

II.) Translate. ¶ 1. *Vitruv. 7. 1. de pavimentis.* Ita frumentur, uti, si sectilia sint, nulli gradus in scu-tulis, aut trigonis, aut quadratis, seu favis exten-ti. h. e. exagonis lapillis. ¶ 2. Est etiam genus quad-dam dulcorum. *V. NEPHELA.*

FAX, facis, I. 3. Olim in recto singulari facies di-cutum fuit, teste *Paul. Diac. p. 87. 9. Mitt.* — In Genitivo plurali est facum, ut *Charis.* docet f. p. 113. *Putsch.* Sic dux habet ducum, et vox vo-cum. Neque tamen, si quis facium dixerit, damnare ausim. — Fax est frustum ligni, ut pinus, tæde, la-ricis etc. ce: a aut oleo inunctum, aut etiam per se solum; vel alterius materia igni concipiendo aptæ, ad lumen faciendum ignemque circumferendum, frequenti usu præsertim apud rusticos: videturque

esse a *φωτι* *splendore*, unde *φῶς lumen*, *φάτης λαμπτῆς* (It. *face*, *facella*; Fr. *torche*, *flambeau*, *tison*, *brandou*; Hisp. *antorcha*, *hacha*; Germ. *Kienholz*, *Holzbrand*, *Fackel*; Engl. *a torch*, *flambeau*, *lumière*, *taper*, *fire-brand*).

1.) Proprie. — a) Generatim. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 18. 30. (73). Facibus carpinus et corylus familiarissimæ. *Id.* 19. *ibid.* 2. 7. (27). Faces et sparaco. *Id.* 18. *ibid.* 26. 63. (233). Reliqua opera nocturna maxime vigilia constant: quales texere, faces incidere, ridicas præparare. *Virg.* 1. *G.* 291. seros hiberni ad luminis ignes Pervigilat, ferroque faces inspicat acuto. *Ovid.* 5. *Fast.* 507. Ipse genu positu clamans exsuscit aurâ, Et profert quassas communitique faces. *Varr.* 1. *R. R.* 14. 1. Primum naturale sapientum viva sæpes, quid obseri sulet virgultis aut spinis, quoniam habet radices, viatoris prætereuntis non metuit facem ardentem. Cf. *Ovid.* 4. *Fast.* 167. Semustaenque facem vigilata nocte viator Ponet, et 1. *Met.* 493. Ut facibus sæpes ardent, quum forte viator vel nimis admovit, vel iam sub luce reliquit. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 52. Ebrius (et magnum quod dedecet) ambulet ante Noctem cum facibus. *Ammian.* 18. 6. *med.* Prælucere sebalem facem duci lenius gradienti Persæ credentes etc. *Plin.* 4. *Ep.* 9. 11. Ut enim faces ignem assidua concussione custodiunt, dimissum ægerim reparant: sic et dicentes calor et audientis intentio continuatione servatur, intercapidine et quasi remissione tangescit. *Cic.* 6. *Verr.* 34. 74. Erat admodum amplius et excelsum signum (*Diane*) cum stola: sagittæ pendebant ab humero, sinistra manu retinebat arcum, dextra ardente faciem præferebat. *Horat.* 4. *Od.* 13. 28. Pilapsam in cineres facem. — b) Facum usus plurimus fuit in inferendis incendiis. *Cic.* 1. *Cat.* 13. 32. Obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad flammandam urbem comparare. *Id.* *Pis.* 2. 5. Ego faces iam accensas ad hujus urbis incendium comprehendit, protuli, extinxi. *Id.* *Harusp.* *resp.* 18. 39. Ardentes faces in vicinorum tecta factare. *Id.* 14. *Att.* 10. 1. Servi in testa nostra cum facibus immisii. *Id.* 2. *Phil.* 36. 91. Tu illas faces incendiisti, et eas quibus sumustulatus ille est, et eas quibus incensa L. Bellieni domus deflagravit. *Id.* *Amic.* 11. 37. Si te in Capitolium faces ferre vellet. Cf. *Ovid.* 14. *Met.* 530. fert ecce avidas in pinea Turnus Texa faces, h. e. in naves. *Cæs.* 7. *B.* 21. Alii faces atque aridam materiem de muro in aggerem eminus jaciébant. Adde *Liv.* 22. 16. *Sueton.* *Galb.* 3. Iltis galbano facibus oppidum succedit. *Curt.* 5. 7. 4. Subdere faces urbi, et mox. Aggerare faces. *Tac.* 4. *Hist.* 60. Directis castris faces injicere. Sic *Flor.* 1. 13. 14. injicere tectis. *Id.* 1. 18. 6. vibrare in turres. *Seneca Herc.* *Cet.* 1915. jaculari. *Val. Flacc.* 1. 623. Inferre tectis. *Ammian.* 20. 6. Facesque cum tædis ardentibus et malleolis ad exurendum imminens maluni undique convolabant. — c) Mos fuit novæ nuptæ ad sponsum transcenti facem et foco ejus accensam prælerti, ab ingenuo pueri patrimo et matrino, vel in honorem Cereris, quæ facibus filiam Proserpinam, a Plutone raptam, diu conquisivit; vel ut nova nupta ignem, quod maxime necessarium est vita elementum, cum marito communicare videretur, vel quia (quod verius est) olim non nisi noctu nubentes duecebantur ab sponsis, ut *Varr.* docet apud *Servium* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 29. Hæc autem fax auspicatissima erat ex spina alba, quoniam inde fecerant pastores, qui rapuerunt Sabinas, ut ex *Masurio* tradit. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 18. 30. (73). et *Festus* p. 245. 3. *Müll.*, itemque *Varr.* apud *Nom.* p. 112. 27. *Merc.*, ubi quod quidam legunt fax et pīnu ablatā esset, corrigendum et spina alba esset. Ideo autem hec arbor prælata ceteris, quia nox pellendis aptissima habita est, ut *Ovid.* 6. *Fast.* 129. colligitur. Quamquam et alia materia nonnunquam adhibita est. *Virg.* *Cir.* 439. Pronuba nec castos accendet pinus odores. *Festus* p. 289. 7. *Müll.* tradit, morem suis, ut rapere tur fax, qua prælucente nova nupta deducta erat, ad utriusque amicis, ne aut utor eam sub lecto viri ex nocte poneret, aut vir in sepulcro comburendam curaret: quo utroque mors propinquæ alteriusutrius captari potabatur. — Quidam tradunt, non unam, sed quinque faces præferri solitas in honorem Jovis, Iubonis, Veneris, Suadæ et Lucinae. *Plaut.* *Cæs.* a. 1. v. 30. Huic lucebis novæ nuptæ facem. *Varr.* apud *Nom.* p. 112. 27. *Merc.* Quum a

nova nupta ignis in face afferretur. *Catull.* 61. 98. viden? faces Aureas quatuor comas: Prodeas nova nupta. *Virg.* 8. *Ecl.* 29. Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor. Adde *Ovid.* 10. *Met.* 6.; *Stat.* 2. *Theb.* 259.; *Sil. It.* 17. 78.; *Petron.* *Satyr.* 26.; et *Justin.* 11. 1. 4. Hinc *Cic.* *Claud.* 6. 15.; et *Liv.* 30. 13. Faces nuptiales. *Ovid.* *Heroid.* 11. 101. maritæ. *Val. Flacc.* 2. 344. Jugales. *Lucan.* 2. 356. legitimæ. — d) Celebris est etiam fax funera, qua defuncto conjunctior sanguine aversa facie rogum accendebat. *Ovid.* 2. *Fast.* 561. Conde tuas, Hymenæ, faces, et ab ignibus atris Aufer: habent alias mortæ sepulcræ faces. *Propert.* 4. 11. 46. Viximas insignes inter utramque facem. — Funerea quoque illæ erant, quæ adhibebantur in exequiis eorum præsertim, qui immatura morte efferreruntur: quia noctu efferrí solebant, ut *Tac.* 13. *Ann.* 17. et *Servius* ad *Virg.* 11. *En.* 143. docent, ne funere immaturo sobolis dominus funestaretur: quod præcipue servabatur in filiis eorum, qui erant in magistratu. *Seneca Tranquill.* *anim.* 11. Totiens in vicinia mea conklamatum est: totiens præter Umen imnaturas exsequias fas cereusque præcessit. *Id.* *Breuit.* *vit.* in *fin.* Mehercule istorum funera, tamquam minimum vixerint, ad faces et cereos ducenta sunt. *Id.* *Ep.* 122. Quantum enim a funere absunt, et quidem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt? *Virg.* 11. *En.* 142. de funere *Pallantis*. Arcades ad portas ruere, et de more vetusto Funestas rapuere faces: lucet via longo Ordine flammaram etc. *Ovid.* 3. *Met.* 503. Jamque regum quassaque faces ferereturque parabant. *Id.* *Heroid.* 2. 120. fax sepulcræ. *Martial.* 8. 43. funeren. Adde *Flor.* 3. 18. 4. — e) Faces tribuebantur Cupidini. *Tibull.* 2. 1. 81. Sancte (*Amor*) veni dapibus festis, sed non sagittas. Et procul ardentes binæ procul abde faces. Adde *eumid.* *ibid.* 5. 114.; *Propert.* 3. 14. 16.; *Ovid.* *Remed.* *am.* 140., 3. *Amor.* 9. 8. etc. De amore ipso *Stat.* 1. *Achill.* 304. et 637. — f) Item de Furii. *Virg.* 7. *En.* 337.; *Ovid.* 4. *Met.* 482. et 508., 6. *ibid.* 430. et 10. *ibid.* 350.; *Quintil.* 9. 3. 47.; *Val. Flacc.* 4. 393.; *Senec.* *Herc.* *Cet.* 1014.; et *Claudian.* 2. *Rapt.* *Pros.* 215. — Hinc *Tac.* 14. *Ann.* 30. Stabat pro litore diversa acies, densa armis virisque, intercursantibus feminis: in modum *Furiarum*, veste ferali, crinibus dejectis, faces præferabant. et *Flor.* 3. 12. 13. Hæc (*dominandi cupidus*) Cæsarem atque Pompejum surialibus in exitium reipublicæ facibus armavit. Sic *Ammian.* 31. 5. Ubi aliud accessit atrocis, quod arsuras in commune exitium faces furiales accendit.

II.) Translate. — 1. Quoniam faces in nuptiis adhibebantur, poetice pro nuptiis ponuntur. *Horat.* 3. *Od.* 11. 33. Una de multis, face nuptiali Digna, perjuror fuit in parentem Splendide mendax. *Ovid.* 7. *Met.* 49. Te face solemni junget sibi. Cf. et *Propert.* 4. 11. 46. allatum sub 1. c. — 2. Item poetice de splendori solis et stellarum. *Lucret.* 5. 974. Dum rosea face sol inferret lumina cælo. *Poeta* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 11. 18. Phœbi fax, tristis numen bellæ. Quæ magnum ad columnam flammato ardore volabat. Sic *Seneca Hippol.* 379. Phœbea fax, et *Thyest.* 835. Æternæ facis exortus. *Horat.* 4. *Od.* 6. 38. canentes Rite crescentem face Noctilucam. Hinc *Val. Flacc.* 5. 370. et saevum quum nocte accedit auro, Luciferas (*rectius Luctiferas*) crinitæ faces. — 3. Item pro fugire. *Val. Flacc.* 1. 568. Dixit, et ingenti flammanteu nobila sulco Direxit per inane facem. *Id.* 4. 670. Prima coruscanti signum dedit ægide virgo Fulmineam jaculata facem. — 4. Dicuntur etiam faces ignes in aere apparentes et brevi evanescentes. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 26. 25. (96). Emicant et faces, non nisi quam decidunt, visæ. Duo genera earum: lampades vocant plane facies: alterum bolidas. Distant, quod faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem. Hinc *Virg.* 2. *Nat. D.* 5. 14. Tum facibus visis caelestibus, tum stellis iis, quas Græci cometas, nostri crinitas vocant. Adde *eumid.* 3. *Cat.* 8. 18.; *Liv.* 41. 21. et 29. 14.; *Ovid.* 16. *Met.* 787; et *Ammian.* 25. 2. *Lucan.* 1. 528. veloque volantes Obliquas per inane facies. Sic de cometis *Petron.* *Satyr.* 122. Fax stellæ comitata novis inrendia dicit. Cf. *Claudian.* *B.* 242.; et addit. *Senec.* *Octan.* 232. — 5. Poetice item dicitur de pulcris oculis. *Propert.* 2. 2. 24. oculi, geminæ, sidera nostra, faces. *Val. Flacc.* 5. 38. Has ego credo faces, hæc virginis ora Diana. *Stat.* 1. *Achill.* 164. tranquillaque faces oculis. — 6. Fax prima noctis est primum noctis tempus, quem faces accendi incipiunt. *Macrobi.* 1. *Saturn.* 3. sub fin. Tempus diel occiduum, mox suprema tempestas, hoc est diele novissimum tempus: deinde vespera: ab hoc tempore prima fax dicitur, deinde connubia etc. *Gell.* 3. 2. Post medianam noctem proficiscuntur, et post primam facem, ante medianam sequentem, revertuntur. Adde *eumid.* 12. 1.; et *Apul.* 2. *Met.* — 7. Generatim transfertur ad significandum stimulum, incitamentum, auctorem, originem et similitudinem, sive in malam partem. *Cic.* 1. *Tusc.* 19. 44. Quoniam corporis facibus inflammati solcamus ad omnes ferre cupitatem. h. e. irritamentis ad stimulis, quibus animus atque cupiditate accedit. *Horat.* 3. *Od.* 9. 13. Me torret face mutua Calais. h. e. amore. Sic *Val. Max.* 7. 3. 10. Amantissimus quidam filii, quum eum inconcessis ac periculis facibus accensum ab insana cupiditate inhibere vellet, salubri consilio petiti, ut prius quam ad eam, quam diligebat, iret, vulgari ac permissa venire uteretur. *Lucret.* 3. 304. irai fax numquam subdita percit. h. e. ardor ac vis. *Plin.* *Paneg.* 8. Irritamentum iratum et fax tumultus. *Val. Flacc.* 3. 664. Non ea fax diu. *Pallad.* 8. *R.* 2. 4. 15. Ut facem libidinis augeat dilatio voluptatis. Et in bonam partem *Sil. It.* 6. 332. traxitque virum fax mentis honestæ Gloria. h. e. stimulus, incitamentum. *Cic.* 2. *Orat.* 51. 205. Neque parvis in rebus adhibendas sunt haec dicendi faces, h. e. ardens vis orationis, qua auditorum animi inflammatur. *Id.* 3. *ibid.* 1. 4. Quum homini et vehementi et diserto Philippo quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille et graviter exarsit. *Quintil.* 1. 2. 25. Id nobis acriores ad studia dicendi faces subdividisse. *Ovid.* 1. *Pont.* 7. 28. Hortator studii causaque faxque meli, guidæ e maestro. *Prudent.* 10. *neq; orat.* 67. imitator et fax omnium. *Cic.* *Mit.* 35. 98. Quoniam omnes a meis inimicis faces invidiae inæc subjiciantur. *Vellej.* 2. 48. Subjecere facem bellis civilibus. *Tac.* 1. *Hist.* 24. Flagrantibus jam militum animis velut faces addiderat. *Mævius Pudens.* *Liv.* 32. 38. Rogationes, duas faces norantibus res ad plebem in optimates accendendam. *Cic.* *Dom.* 5. 13. Ne in hanc tantam materiem seditionis ita funesta fax adhaeresceret. *Id.* 1. *Cat.* 6. 13. Cui ut adolescentulo non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem præstuli? h. e. incitasti, dux fuisti, viam ostendisti. Sic *Tac.* 2. *Hist.* 86. Accerrimam bello facem præferre. *Cic.* 2. *Phil.* 19. 48. Antonius omnium Clodii incendiorum fax. *Plin.* 4. *Ep.* 9. Princeps et fax accusationis et origo. h. e. qui primus accusationem, quasi incendium aliquod, quo reus conflagraret, accendit et instituit. *Liv.* 21. 10. Juvenem (*Hannibalem*) tanquam furiam facemque hujus bellæ. Sic *Vellej.* 2. 25. Sertorius bellæ fax. h. e. auctor. Adde *Flor.* 2. 9. 1. *Ammian.* 24. 7. Fax Bellona. — Et funereæ facis ratione habita *Flor.* 3. 18. 4. Eadem fax, quæ illum (*Drusum*) cremavit, socios in arma et oppugnationem Urbis accedit. Sic *Id.* 3. 23. 2. Fax illius motus ab ipso Sylla rogo exarsit. Cf. *Val. Max.* 9. 1. 9. de *Catilina*. Martiale facem ex rogo filii accedit. — *Cic.* 2. *Off.* 10. 37. Dolorum quum admoverentur faces, præter modum plerique exterrentur. Sic *Id.* 2. *Tusc.* 25. 61. Quumque quasi faces ei doloris admoverentur, et 5. *ibid.* 27. 76. Dolor esse videtur accerrimus virtuti adversarius, et ardentes faces intentat. — *Plin.* 7. *Hist. nat.* 8. 6. (45). Caju et Nero totidem facies generis humani. h. e. exitium, pernicies. Cf. *Flor.* 4. 3. 1. Populus Romanus, Cæsare et Pompejo trucidatis, rediisse in statum pristinæ libertatis videbatur: et redierat — si non collega quondam, mox æmulus Cæsarianæ potestate, fax et turbo sequentis sæculi, superfulisset Antonius. — 8. Speciatim pro ardore. *Flor.* 1. 1. 5. Igitur statim prima juventæ face, patruum Amulium ab are deturbat, avum repavit. h. e. primo juvenili fervoris ardore atque impetu. *Seneca Ep.* 115. Accedunt deinde carmina poetarum, quæ affectibus nostris facem subdant. *Claudian.* I. *Cons. Stich.* 2. 220. et mens aliorum prona favori. Index dura sui, facibus successa pudor

ris. h. e. accensa pudore et velut igne quondam af-  
fuso erubescens.

## FAXIM et

FAXO, is, it pro faciam, fecerim et fecero. V. in  
FACIO.

## FE

## FEBRARIUS, a, um. V. FEBRUARIUS.

FEBRESCO, is, ere, n. 3. inchoat. febri laborare  
incipio. Solin. 19. a med. Patuit, numquam eos fe-  
brescere.

FEBRIBILIS, e, adjekt. qui febrem excitat. Cœl.  
Aurel. 4. Tard. 8. ante med. Diocles lumbros vi-  
vos, vel plenos ac sanguinolentos febribiles dixit.

FEBRICITO, as, ēvi, ētum, are, n. 1. Quod ad  
quantitatem attinet, cl. *Furlanetto* in APPEND.  
monet, secundam syllabam esse producendam, nam  
in allato *Martial.* loco ea syllaba in febricitantem  
longa profecto est, et in febriculosis apud *Catull.*  
loco ibid. citato; quare item in febricula secunda  
syllaba longa esse debet. — Part. *Febricitans.* —  
Febricito est febri labore, febri corripior, aver la  
febre, πυρετός. Cels. 3. 6. Scire oportet, non fe-  
bricitare eum, cuius venæ naturaliter ordinatae sunt.  
*Id.* 2. 7. ad fin. Ab eo die, quo primum febricitavit  
aliquis. *Seneca* 4. *Benef.* 39. Surgam ad sponsalia,  
quia promisi, quamvis non concorserim: sed non, si  
febricitavero. *Colum.* 6. R. R. 9. 1. Febricitanti  
bovi convenit abstinere cibo uno die. *Martial.* 11.  
98. Febricitantem basiabit et fientem. Adde *Colum.*  
7. R. R. 5. 10.; et *Scribon.* *Compos.* 114., 131. et  
169.

FEBRICOSUS, a, um, adjekt. qui febri laborat,  
febricitante. *Veget.* 2. *Veterin.* 10. 4. Ex qua re  
(equi) sunt hydropeci, febricosi.

FEBRICULA, æ, f. 1. denunt. a febris, parva  
febris, febbretta, πυρετός. Cic. 6. Att. 8. 1. Febricula  
habore. *Plancus* apud Cic. 10. *Fam.* 21. Qui  
ex labore in febriculam incidit, assiduum et satis  
molestem. Cels. 3. 5. Manet febricula. *Id.* 2. 17.  
Lentis febriculis diu detineri. *Plin.* 10. Ep. 28. 1.  
Febricula vexari.

FEBRICULENTUS, a, um, adjekt. febriculosus.  
*Marcell.* *Empir.* 22. Febriculento potionem dare.

FEBRICULOSUS, a, um, adjekt. πυρετώδης.  
¶ 1. Est qui sacer habet febrem. *Catull.* 6. 4. Ve-  
rum nescio quid febriculosi Scorti diligis. malatica-  
cia, malsana. ¶ 2. Item qui cum febri conjungi-  
tur. *Gell.* 20. 1. Non morbus his febriculosus, aut  
nimium gravis. ¶ 3. Item qui febrem excitat.  
*Fronto de orat.* (edente iterum A. Mai) Ep. 1.  
Partim Senecæ mollibus et febriculosis prunuleis  
insita.

FEBRIFUGIA, æ, f. 1. herba vim habens fugan-  
da febris, alio nomine centaurea minor. Apul.  
*Herb.* 35.

FEBRILIS, e, adjekt. ad febrem pertinens. *Gloss.*  
*Philox.* Febrile, πυρετός.

FEBRIO, is, Ivi, Ium, ire, n. 4. Part. *Febriens.*  
— Febric est febrem patior, aver la febre, πυρε-  
to. Cels. 4. 4. n. 2. Si non febric, venter solvendus  
est. *Colum.* 6. R. R. 38. 1. Febricenti multa cruda  
brassica datur. *Macrob.* 7. *Saturn.* 4. Febricenti simi-  
pli cibum dare. Adde *Veget.* 1. *Veterin.* 13. 8.;  
*Spartian.* Hadrian. 25. init.; *Auson.* *Epigr.* 117.;  
et *Theod.* *Priscian.* 4. p. 311. retro *Att.*

FEBRIS, is, i. 3. In quarto et sexto casu singula-  
ri duploem habet terminacionem, in e et in i; pas-  
simque occurunt exemplia: et quidem in quanto se-  
pius in e, in sexto saepius in i desinit. — Febris,  
πυρετός, est intemperies calida totius corporis: a  
serveo, seu ferbeo, unde est ferbis, et per metathesis  
febris. *Varro* apud *Non.* p. 46. 21. *Merc.* Ap-  
pellamus a calendo calorem, a fervore febrim (It.  
febre; Fr. fièvre; Hisp. calentura, fiebre; Germ.  
d. Fieber; Angl. a fever).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu occurrit — a)  
In singulari numero. Cic. 16. *Fam.* 15. Is mihi nun-  
ciavit, te plane febri carere. *Id. Fat.* 8. 15. Febrem  
habere. *Id.* 6. Att. 9. Te Romanum venisse cum febri.  
*Id.* 1. *Cat.* 13. 31. Æstu febrique jactari. *Lac.* et. 6.  
656. Accipere febrim. *Plin.* 7. *Hist.* nat. 51. 52.  
(171). Febre corrip. *Juvenal.* 10. 218. calore. *Sueton.*  
*Vitell.* 14. Febre affici. *Id. Tit.* 10. Febrim

vancisci. *Id. Oth.* 6. Febrem simulare. *Plin.* 7. *Ep.*  
1. 4. Febri perustus. *Cels.* 2. 17. Liberari febre.  
*Plin.* 26. *Hist.* nat. 11. 71. (116). A febre liberari.  
Siliq. omittit a. *Cels.* 3. 5. ad fin. Febris instat,  
augetur, consistit, decedit, finitur. *Id. ibid.* 4. acce-  
dit, desinit, inhæret, se incolinat. *Id.* 2. 14. remittit.  
*Id.* 3. 9. renitit. *Id. ibid.* 14. ex toto intermit-  
tit. *Id.* 2. 14. increscit. *Id. ibid.* levatur. *Id.* 3. 6.  
conquievit. *Id. ibid.* decrescit. *Id. ibid.* 7. n. 2. ar-  
dens extoret. *Id. ibid.* 9. intenditur, et 3. quotidiana,  
tertiana, quartana. *Id.* 2. 8. ardens, continuens,  
assidua, et 14. increscens. *Id.* 3. 5. consists. et 9.  
lenta, et 4. recidiva, et *ibid.* inclinata, sed tamen  
adhue inhaerens, et *ibid.* continua. *Id.* 3. 7. tentata  
aut levata. *Zucret.* 6. 804. servida. *Plin.* 26. *Hist.*  
nat. 11. 71. (115); et *Quintil.* 5. 11. 31. irrigida.  
*Sueton.* *Tib.* 73. Fortuita febris accessio, et dece-  
sio, et 9. remissio, et 12. circuitus. periodo. — b)

In plurali numero. *Nepos.* Att. 21. Febres accidunt.  
*Ovid.* 1. *Pont.* 10. 5. febribus uror anhelis. *Cels.* 3.  
3. Febres aliae ab horrore incipiunt, aliae a frigore,  
aliae a calore. *Id.* 7. 18. sub fin. Febres asperre. *Ho-  
rat.* 1. *Ep.* 7. 9. adducere. *Martial.* 2. 16. facere.  
*Plin.* 28. *Hist.* nat. 9. 33. (130). habere. *Id. ibid.*  
8. 25. (90). Mederi quotidianis febribus. *Id.* 25.  
*ibid.* 9. 59. (106). Febres abigere. *Id. ibid.* 4. 17.  
(37). depellere. *Id.* 28. *ibid.* 8. 28. (107). arcere. *Id.*  
24. *ibid.* 9. 33. (60). solvere. *Id. ibid.* 8. 31.  
(121). sanare. *Cels.* 2. 17. tollere. *Id.* 3. 21. submo-  
vere. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 48. deducere. *Quintil.* 2. 17.  
9. quiete et abstinentia mitigare. *Plin.* 29. *Hist.*  
nat. 3. 8. (15). Febres periodicæ. *Ammian.* 26. 4.  
rapidae. *Id.* 31. 11. intervallae. *Plin.* 23. *Hist.* nat.  
1. 7. (12). Ardor febrium. *Cels.* 2. 7. Dissectiones  
februm. ¶ 2. A Romanis ut dea culta est, ne no-  
ceret, ejusque fanum in Palatio prope Velabrum, al-  
terum in area Marianorum monumetorum, in mo-  
te Esquilino, tertium in summa parte vici Longi A-  
quilæ in regione Transtiberina publice dedicatum  
fuit, teste *Plin.* 2. *Hist.* nat. 7. 3. (16), et *Val.  
Max.* 2. 5. extr., in caue reuicia, qua corporibus  
aegrorum admota fuerant, deferebantur. *Cic.* 3. *Nat.*  
D. 25. 63. Febris fanum in Palatio. *Id.* 2. *Legg.* 11.  
28. Araque, quæ vetustissima est in Palatio, Febris.  
*Inscript.* apud *Gruter.* 97. 1. FEBRI DIVAS, FEBRI  
SANTAE, FEBRI MAGNAE CAMILLÆ AMATA PRO FILIO  
MALE AFFECTO p. V. *Theod.* *Priscian.* loc. cit. in  
QUARTANA. De cultu huic deæ a Romanis tribu-  
to doctam *Dissertat.* edidit Romæ an. 1814. *Jos.*  
de *Maltheis*, quam legesis.  
II.) Metaphorice atque urbane *Plant.* *Pseud.* 2.  
2. 48. Scio, hoc tibi febrim esse, quia non licet hoc  
injicere ungulas. h. e. cruciare to instar febris.

FEBRUA, òrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum  
more, dicebantur sacra expiatoria, et omne id  
quod vim purgandi habere existimatatur: a serveo,  
seu ferbeo, unde est ferbum, et trajectis litteris  
februm. Nam iustitio febat plurimum igne, aut  
undis ferentibus. *Ovid.* 2. *Fast.* 19. Februa Roma-  
ni dixerunt piamina patres: Nunc quoque dant verbo  
plurima signa fidem. Pontifices ab rege petunt et  
flamme lanas. Quis veteri lingua Februa nomen  
erat. Quæque capit tector domibus purgamina cer-  
tis, Torrida cum mica farra, vocantur idem. Nonne  
idem raimo, qui casus ab arbore pura, casta sacer-  
dotum tempora fronde tegit. Ipse ego flaminicam  
poscentem Februa vidi: Februa poscenti pinea vir-  
ga data est. Denique quodcumque est, quo pectora  
nostra plauis, Hoc apud intonsos nomen habebat  
avos. Addit *Servius* ad *Virg.* 8. *En.* 343. ipsam  
caprinam pellem, qua Luperci mulieres ferent, —  
februm dictam esse. *Ovid.* 4. *Fast.* 725. Certe ego  
de vitulo cinerem stipulas fabales Sæpe tuli ple-  
na, Februa casta, manu. — Hinc Februa dicta quo-  
que sunt sacra, que purgandi atque expiandi gratia  
quoque anno sibi sunt xv. Kal. Mart., fortasse a Ju-  
none februti vel febrata, cui ea sacra fiebant.  
*Varro* 6. L. L. 13. *Müll.*; et *Paul. Diac.* p. 85.  
17. *Müll.* Hinc spectant verba *Ovid.* 5. *Fast.* 423.  
pia Februa.

FECIÁLIS, is, m. 3. V. FETIALIS.

FECUNDÁTUS, a, um, V. FECUNDO.

FECUNDÉ, adverb. Comp. *fecundius* et *Sup.  
fecundissime.* — Feconde est multo fetu aut fru-  
ctu, secundamente, fertilitate, γονιμος, εὐρεπειος.  
*Varro* 7. L. L. 2. *Müll.* *fecunditus* poemata ferrent  
fructum. *Plin.* 16. *Hist.* nat. 36. 65. (165). Arundo  
recisa *fecundius* resurgit. *Id.* 29. *ibid.* 4. 30. (94).  
Cantharides nascuntur *fecundissime* in latino. *A-  
pol.* de *Mundo.* At quam pulcre et secunde Horæ  
procreantur! *Al. leg.* pulchrae et secundæ.

FECUNDIA, æ, f. 1. idem ac secunditas. Vox a  
Lexico expugnanda: occurrit enim tantummodo in  
*Not. Ter.* p. 122.

FECUNDITAS, atis, f. 3. De ratione scribendi et  
etymo V. voc. seq. init. — *fecunditas* est copia fru-  
ctuum aut fetuum, feracitas, fertilitas; et proprie-  
dicitur de agris et animalibus, εὐρεια, εὐρεια  
(It. *secundità*, fertilità; Fr. *secundité*, fertilité;  
Hisp. *fecundidad*, fertilitad; Germ. d. *Fruchtbar-  
keit*; Angl. *fruitfulness*, *fertility*).

## FECUNDITAS

streus. Nonis Februariis edicit, hunc diem Februa-  
tum appellat. Februum Sabini purgamentum, et id  
in sacris nostris verbū; nam et Lupercalia februa-  
tio, ut in Antiquitatibus libris demonstravi.

## FEBRÁTUS, a, um. V. FEBRUEO.

FEBRUEO vel februalis dicta est Juno a Roma-  
nis, quod ipsi Februario mense sacra fiebant. *Paul.*  
*Diac.* p. 85. 14. *Müll.* et *Capell.* 2. p. 37. — Apud  
*Arnob.* 3. 30. legitur *Febralis*, quod mendosuni  
videtur pro *Februlis*.

FEBRÜO, as, atum, are, a. 1. Part. *Febratus*.

— Febraro est lustrare, expiare, purgare, expurga-  
re: a febris, purgare καθαριζω. *Varro* apud  
*Non.* p. 114. 22. *Merc.* In eorum enim sacris, liba-  
quam sint facta, injicere solent farris semina ac dicere,  
se ea februare, id est pure facere. *Id.* 6. L. L.  
34. *Müll.* Ego arbitror Februarium a die februato,  
quod tunc februator populus, id est Lupercis nudis  
lustratur antiquum oppidum Palatinum gregibus  
humanis cinctum. *Paul.* *Diac.* p. 85. 13. *Müll.* Fe-  
brarius inensis dictus, quod tum, id est extremo  
mense anni, populus februaretur, id est lustraretur  
ad purgaretur; vel a Junone Februata — quo ipsi eo  
mense sacra fiebant ejusque feriae erant Lupercalia,  
quo die mulieres febrabantur a Lupercis amictu Ju-  
nonis, id est pelle caprina: quam ob causam is quoque  
die febratus appellabatur. — Id vero quod purgatur,  
dictur febratum. Cf. *Censorin.* de die *Nat.* 22.

## FEBRUTIS, V. FEBRULIS.

FEBRÜUS, a, um, adjekt. ad purgamentum per-  
tinens. *Macrob.* 1. *Saturn.* 13. Deus februus lustra-  
tionis potens. Addit *Isid.* 3. *Orig.* 33.; et *Servium*  
ad *Virg.* 1. G. 43. — Hinc

Februi, i, n. 2. absolute, substantivorum mo-  
re, est vocabulum Sabinorum sacrum, quod purga-  
mentum significat. *Varro* 6. L. L. 13. *Müll.* Fe-  
bruum Sabini appellant purgamentum: et id in sa-  
cris nostris verbū. Cf. *Servius* ad *Virg.* S. *En.*  
343., cuius verba V. infra in fin. — Hinc

Februa, òrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum  
more, dicebantur sacra expiatoria, et omne id  
quod vim purgandi habere existimatatur: a serveo,  
seu ferbeo, unde est ferbum, et trajectis litteris  
februm. Nam iustitio febat plurimum igne, aut  
undis ferentibus. *Ovid.* 2. *Fast.* 19. Februa Roma-  
ni dixerunt piamina patres: Nunc quoque dant verbo  
plurima signa fidem. Pontifices ab rege petunt et  
flamme lanas. Quis veteri lingua Februa nomen  
erat. Quæque capit tector domibus purgamina cer-  
tis, Torrida cum mica farra, vocantur idem. Nonne  
idem raimo, qui casus ab arbore pura, casta sacer-  
dotum tempora fronde tegit. Ipse ego flaminicam  
poscentem Februa vidi: Februa poscenti pinea vir-  
ga data est. Denique quodcumque est, quo pectora  
nostra plauis, Hoc apud intonsos nomen habebat  
avos. Addit *Servius* ad *Virg.* 8. *En.* 343. ipsam  
caprinam pellem, qua Luperci mulieres ferent,  
februm dictam esse. *Ovid.* 4. *Fast.* 725. Certe ego  
de vitulo cinerem stipulas fabales Sæpe tuli ple-  
na, Februa casta, manu. — Hinc Februa dicta quo-  
que sunt sacra, que purgandi atque expiandi gratia  
quoque anno sibi sunt xv. Kal. Mart., fortasse a Ju-  
none februti vel febrata, cui ea sacra fiebant.  
*Varro* 6. L. L. 13. *Müll.*; et *Paul. Diac.* p. 85.  
17. *Müll.* Hinc spectant verba *Ovid.* 5. *Fast.* 423.  
pia Februa.

## FECIÁLIS, is, m. 3. V. FETIALIS.

FECUNDÁTUS, a, um, V. FECUNDO.

FECUNDÉ, adverb. Comp. *fecundius* et *Sup.  
fecundissime.* — Feconde est multo fetu aut fru-  
ctu, secundamente, fertilitate, γονιμος, εὐρεπειος.  
*Varro* 7. L. L. 2. *Müll.* *fecunditus* poemata ferrent  
fructum. *Plin.* 16. *Hist.* nat. 36. 65. (165). Arundo  
recisa *fecundius* resurgit. *Id.* 29. *ibid.* 4. 30. (94).  
Cantharides nascuntur *fecundissime* in latino. *A-  
pol.* de *Mundo.* At quam pulcre et secunde Horæ  
procreantur! *Al. leg.* pulchrae et secundæ.

FECUNDIA, æ, f. 1. idem ac secunditas. Vox a  
Lexico expugnanda: occurrit enim tantummodo in  
*Not. Ter.* p. 122.

FECUNDITAS, atis, f. 3. De ratione scribendi et  
etymo V. voc. seq. init. — *fecunditas* est copia fru-  
ctuum aut fetuum, feracitas, fertilitas; et proprie-  
dicitur de agris et animalibus, εὐρεια, εὐρεια  
(It. *secundità*, fertilità; Fr. *secundité*, fertilité;  
Hisp. *fecundidad*, fertilitad; Germ. d. *Fruchtbar-  
keit*; Angl. *fruitfulness*, *fertility*).

I.) Proprie. — Generatum. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 1. Natura parem legem fecunditatem dixit videntibus atque hominibus ceterisque animalibus. — Speciam de agris. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 152. Aquarum inductionibus terris fecunditatem damus. *Id.* 2. *ibid.* 5. 13. Ecce fecunditas terrarum. *Id.* 2. *Divinat.* 42. 94. agrorum. — De hominibus. *Cic.* 2. *Phil.* 24. 58. O misere mulieris fecunditatem calamitosam! *Plin.* 14. *Hist. nat.* 18. 22. (116). Vinum fecunditatem feminis importat. *Id.* 28. *ibid.* 19. 77. (248). Fecunditatem afferre. *Id.* 16. *ibid.* 44. 95. (251). dare. *Id.* 37. *ibid.* 10. 66. (178). addere. *Id.* 10. *ibid.* 59. 79. (162). corrumperem. *Id.* 29. *ibid.* 4. 27. (85). Quoniam aliquarum fecunditas plena liberis tali via indiget. *Tac.* 12. *Ann.* 2. Femina experta fecunditatis. *Id.* 2. *ibid.* 75. Femina infelici fecunditate fortune toties obnoxia. Adde *Plin.* 8. *Ep.* 10. — Huc referri potest et illud *Vopisc.* *Aurelian.* 4. Substituta fecunditas prolixa. h. e. per adoptionem. — De brutis. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 2. Sed ribus idoneis fecunditas earum (*gallinarum*) elicenda est, quo maturius partum edant. *Justin.* 44. 3. 1. Que fabula ex equorum fecunditate et gregum multitudine nata sunt. — Fecunditati quasi deae templum Romae extructum fuit in gratiam Poppeæ uxoris Nerouis. *Tac.* 15. *Ann.* 23.

II.) Improprie. ¶ 1. Ponitur pro ejusque rei copia, abundantia. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (162). Galactitis nutricius lactis fecunditatem facit. *Siliq.* hanc lertionem minime damnat; sed secunda leg. *Justin.* 25. 2. 8. Gallorum tantum fecunditatis juvenis fuit, ut Asiam omnem velut examiné aliquo impletet. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 2. (11). Fecunditas voluntum M. Varro. ¶ 2. Transfertur et ad animalium. *Cic.* 2. *Orat.* 21. 88. Volo se effter in adolescentiae fecunditas (h. e. stilli ubertas): nam facilius, sicut in vitibus, revocantur ea, quæ sese nimium profuderunt. *Plin.* *Hist. nat.* præfat. § 5. Magna fecunditas animi.

FECUNDITO, as, are, a. 1. Idem quod secundo; et occurrit tantum in *Inscript.* apud *Fabrett.* 169.

FECUNDO, as, atum, are, a. 1. Part. *Fecundatus.* — Fecundare est fecundum facere, secundare, evaginari. *Virg.* 4. G. 291. Et viridem Egyptum nigra fecundat arena. *Pallad.* 3. *R. R.* 9. Pampinarius in suo loco fecundatur a matre: translatus vero tenet sterilitatis vitium. *Id.* 12. *ibid.* 16. 7. Fecundare vites. *Id.* *ibid.* 1. 2. terram. *Id.* 10. *ibid.* 9. loca. *Vopisc.* *Prob.* 15. Fecundare pecus equinum. *Claudian.* I. *Cons.* *Sillich.* 239. Quod paler Maria fecundet semini regnum. Adde *eund.* 1. *Bapt.* *Pros.* 186.; *Clad.* *Mamert.* *Paneg.* *Jul.* 22.; et *Augustin.* *Trinit.* 13. 18. *Alcim.* *Avit.* *Ep.* 2. Ric (Gabriel) verbo Virginem fecundatam divini germinis promissione dotavit.

FECUNDUS, a, um, adject. Legitur et *fecundus* per ae; sicut etiam qui *fecundus* per oe scriberet: sed omnia dipthongum tollant *Varro* apud *Gell.* 16. 12. et apud *Non.* p. 54. 8. *Herc.*, item *Manut.* et *Cellar.* in *Orthograph.* et *Voss.* in *Etymolog.* Nummos quoque prope innumeros Augustarum apud *Ausch.* *Lex.* num. T. 2. p. 930. et seqq. habes, in quibus omnibus *Fecunditas* et *Fecundus*, et a. apud *Marin.* *Iscriz.* Alb. p. 137. DIFFIDENS FECUNDITATIS SYNE. Derivant autem etymologi ab obsoleto *feo*: unde etiam *fetus*, *femina* et *fenus* oriri ajunt: eamdem esse in omnibus scribendi rationem. — Comp. *Fecundior* sub A. I.; Sup. *Fecundissimus* sub A. II. 1. et 2. — Fecundus dicitur A) De eo, qui per se fertilis est; et B) De eo, qui aliis fecundat.

A) De eo, qui per se fertilis est, secundus est qui frugibus aut fetu abundat, ubi, fertili, ferax; et dicitur de agris et animalibus, εὐρέπες, γένεσις (R. *secondo*, *fertile*, *ferace*; Fr. *second*, *fertile*; Hisp. *secundo*, *fertil*; Germ. *fruchtbar*; Angl. *fruitful*, *fertile*).

I.) Proprie. — De agris. *Cic.* *Senect.* 15. 73. Fossiones agri repastinationesque, quibus sit multo terra fecundior. Cf. *Quintil.* 10. 3. 2. Terra generans olenisque seminibus fecundior. *Lucrat.* 1. 212. et 5. 271. Fecunda glebae. *Tac.* *Agric.* 12. Solum pallens frugum, secundum. Adde *Quintil.* 2. 19. 2. Cf. *Justin.* 2. 1. 8. Solum Egypti ita secundum, ut alimentorum nulla terra feracior fuerit. *Colum.* 9. *R. R.* 4. 2. Regio secunda fructus exigui, et maxime thymini aut origani. *Justin.* 41. 1. 4. Hispania

in omnia frugum genera secunda est. *Ammian.* 23. 6. med. Carmaria cæspitis ubere secunda. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 21. (78). Tellus secunda metallorum. Cf. *Ovid.* 10. *Met.* 220. Amathus metallis. *Tac.* 4. *Ann.* 65. Mons silvæ frequens et secundus. *Lucan.* 9. 696. sterilis tellus secundaque nulli Arva bono. — Similiter *Cic.* *Orat.* 15. 48. Segetes secundæ et uberes. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 7. 36. (120). Nihil oculi secundius. — De animalibus. *Lucret.* 4. 1250. quibus ante domi secunda sapientia nequissimis Uxores parere. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 31. Fecunda conjux. *Id.* 3. *Od.* 23. 6.; *Catull.* 65. 281.; *Ovid.* 2. *Met.* 472.; et *Quintil.* 2. 19. 2. mulier. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 44. lepus. *Cle.* 2. *Nat. D.* 64. 160. Sue, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura secundus. *Ovid.* 4. *Fast.* 631. bos.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro copioso, abundantia, præcipue apud Poetas. — a) Absolute. *Horat.* 1. *Ep.* 3. 19. Fecundi calices quem non fecere disertum? *Ovid.* 14. *Met.* 791. Larida supponunt ferundo sulphura fonti. *Id.* *ibid.* 347. Utique novas legeret fecundis collibus herbas. *Val. Flacc.* 3. 205. Fecundus Jupiter. h. e. pluvias abundans. *Cic.* *Ha-rusp. resp.* 20. 42. Quesitus secundus et uber. *Tac.* 12. *Ann.* 63. Byzantium fertili solo, secundo mari. h. e. pisibus abundanti. *Plin.* *Paneg.* 31. Fecundissima gens. h. e. arpone et frugibus dives. — b) Cum addito Ablativo vel Genitivo rei, qua quid abundant. *Ovid.* 3. *Met.* 31. specus Überibus secundus aquis. *Id.* 8. *ibid.* 222. secunda melle Calymne. *Sil.* *It.* 1. 212. Africa secunda veneno. *Id.* *ibid.* 1. Fecunda nimis tempora. *Lucan.* 10. 303. nigris Mercurii secunda colonis. *Val. Flacc.* 6. 470. secundaque monstris Cingula. *Tac.* 13. *Ann.* 57. Flumen gignendo sale secundum. *Id.* 1. *Hist.* 11. Ægyptum, provinciam aditu difficilium, annones secundam. *Id.* 6. *Ann.* 27. Æmilium genus secundum bonorum civium. ¶ 2. Item qui aliquid ex se parit, translata tamen significati. — a) Absolute. *Cic.* 1. *Divinat.* 13. 22. Inque Academia umbrifero nitidoque Lyceo Fuderuot clarae fecundi pectoris artes. *Id.* *Orat.* 1. 15. A quo (*Anatagora*) eum (*Periclem*), quum aliqua præclara quadam et magisca didicisset, uberem et secundum fuisse. h. e. non modo dicendi copia, sed etiam facilitate ornatum fuisse: *Forcellinus* vero hunc locum ad superiorem paragt. retulit, et secundum interpretatus est in dicendo copiosum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 10. 15. (72). Fecundum mathematici ingenium. *Siliq.* legil *Fecundus* tamquam nomen proprium. *Id.* 35. *ibid.* 10. 36. (71). Fecundus artifex. *Id.* 34. *ibid.* 8. 19. (62). Fecundissima ars. *Tac.* *Dial.* de *orat.* 33. Differentiamque nostra desidia et insensitia adversus acerrima et secundissima eorum studia demonstrasti. *Varro* 8. Z. L. 9. *Hill.* Duo genera verborum: unum secundum, quod declinando multas ex se parit dispares formas, ut est *lego*, *legis*, *legam*, sic alia: tertium genus sterile, quod ex se parit nihil, ut est *etiam*, *vix* etc. — b) Cum addito Ablativo vel Genitivo rei vel Accusativo ac prepos. in. *Plaut.* *Cist.* 1. 1. 71. Amor et melle et felle est secundissimus. *Tac.* 4. *Hist.* 30. Garamantes exiverat, genteum indomitum et inter accolas latrociniis secundam. *Horat.* 3. *Od.* 6. 17. Fecunda culpe sacula. *Sil.* *It.* 13. 490. veri secunda sacerdos. *Id.* 2. 498. Fecundum in fraudes hominum genus.

B) Fecundus est etiam, qui fecundat. *Virg.* 2. G. 325. Tum pater omnipotens secundis imbribus. *Exter.* Conjugis in gremium latre descendit, et omnes Magnus alti, magno commixtus corpore, fetus. Sic *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (54). Nilus certis diebus auctu magno per totam spatiatus Egyptum, secundus innatat terra. *Ovid.* 2. *Fast.* 427. Excede secundus patienter verbera dextre. h. e. Lupercorum ferientium pelle expræ mulieres, unde secunditas illi dari credebatur. *Id.* 4. *Met.* 698. quam (*Danaen*) implevit secundo Juppiter auro.

Homonym. *V.* in fin. v. FRUCTUOSUS.

FÉDUM antiqui dicebant pro helo. *Paul.* *Diac.* p. 84. 5. *Müll.* *V.* DIGAMMA.

FEL, felis, a. 3. In plurati numero *fetta* habet. *Seren.* *Sammon.* 19. 333. Lutea si crescunt et euæ nosia fella. Adde *Cœl.* *Aurel.* 3. *Acut.* 19. et t. *Tard.* 6. sub init.; et *Tertull.* *Cor.* mil. 14. — Ceterum fel est bilis lava, quæ in corpore animalis vesicula confinatur sub hepate: etymo hujus vocis cum *bilis*, facilis duorum priorum litterarum per-

mutatione, cognationem quandam habere videtur: non longe tamen a vero aberrare potandus, qui *fel* a Gr. voce ξλῆν, que idem significat, deduceret (It. *stele*; Fr. *poché du fel*, *fel*; Hisp. *hiel*; Germ. *d. Galle*; Engl. *gall*).

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 74. (191). In jecore est fel, non omnibus datum animalibus. In Eubœa Chalcide nullum petori: in Naxo prægrande geminumque. Equi, muli, asini, cervi, capreæ, apri, camelii, delphini non habent, et *Cels.* 4. 1. Jecor a dextra parte sub præcordis: ex inferiore parte ei fel inharet. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 10. 46. (119). Felle suffusorum praritos nitrum comprimit, deglitterici. *Cic.* 2. *Divinat.* 12. 29. Fel gallinaceum. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. 3. et 15., et 4. *ibid.* 10. 4.; et *Scriban.* *Compos.* 70. et 230. taurinum. *Scriban.* *Compos.* 38. *hyena*. — Fel nigrum est alra bilis, lasanæ causa homini, morsque, si totum reddatur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 75. (193). ¶ 2. Latior sensu dicitur de sucis venenatis. *Virg.* 12. *En.* 856. Sagitta armata felle veneti. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 17. mortis sevo geminent ut vulnere causas. Omnia vipereo spicula felle linunt. Adde *eund.* 3. *Trist.* 7. 16. Adde *Prudent.* 9. *Cathemer.* 176.; et *Seren.* *Sammon.* 47. *Scribit* *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 16. (86). mustclarum silvestrium fel contra aspides efficax dici, cetero venenum esse.

II.) Improprie. ¶ 1. Quid est amarissimi gustus, ita ut a canibus non attigeratur, ut ait *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 74. (192), hinc translate ponitur pro quacunque re amara, inordaci, aduersa. *Plaut.* *Cist.* 1. 1. 71. Amor et melle et felle secundissimus. Cf. *Plin.* 3. *Ep.* 21. 1. Fellis et scilicet pluriorum habere. et *Auson.* *Epigr.* 15. qui melle carnosus atque felle temperans. Rursus *Plaut.* *Truec.* 1. 2. 76. In melle sunt linguae sita vestra atque orationes lateque: corda felle sunt lita atque acerbo aceto. *Ovid.* 2. *Trist.* 505. Candidus a scilicet suffusis felle refugi, detti *mordaci*, *pungenti*, *maledicti*. *Id.* 2. *Art. am.* 519. Litora quod conchae, tot sunt in amore dolores: Quæ patinum, multo spicula felle mandent. *Auson.* *Profess.* 2. 31. Nullio felle tibi mens livida. h. e. nullus tibi ferox. *Tibull.* 2. 4. 11. Nonne et amara dies, et noctis amarior umbra est: Omnia jam tristi tempora felle madent. h. e. tristia suot, adversa, calamitosa. *Martial.* 7. 25. Dulcia quam tantum scribas epigrammata semper. Et cernuata caudidiora cule; Nullaque mica salis, nec amari sufficiunt illi Gutta sit; o demens, vis lamen ista legit. h. e. severitas, acrimonia, que datecum veluti corrigit. Hinc dictar de ira, ut bilis. *Virg.* 8. *En.* 219. Ille vero Alcidæ furils exaserbat atro Felie dolor. ¶ 2. Fel terce apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 21. (68); et *Scriban.* *Compos.* 227.; et *Apul.* *Herb.* 37. herba est, de qua *V.* CENTAUREUM.

FÉLLES, is, f. 3. Repertur etiam *felles*, et aliquando etiam *fèles*, quod in vocis etymon inferioris sub A. I. allatum apprime convenit. — Nominitivus *felles* occurrit tantum apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (178). — *Felles*.

1.) Proprie. ¶ 1. Est animal quadrupes domesticum, acutis ungibus, mira velocitate, oculisque etiam noctu cernentibus præsuum, muribus et avibus infestissimum: est a Græca vox οὐραῖς, praefixa Εολίco diganumate F; ea vero composta est ab ei οὐραῖς οὐραῖς, quod felis propium est: ut etiam leonis, pardii aliquaque animalium ejusdem generis (It. *gatto*; Fr. *chat*; Hisp. *gate*; Germ. *d. Katze*; Engl. *a cat*). *Cic.* 5. *Tusc.* 27. 78. *Ægypti* quanvis carnificinam prius subierint, quam aut feline, aut canem, aut crocodilium violent. *Id.* 1. *Nat.* D. 29. 82. Fana multa expoliata et simulacra deorum de locis sanctissimis ablata vilemus a nostris; ut vero ne fando quidem audiremus est crocodilum, aut ibini, aut feline violatum ab Ægyptio. *Phœdr.* 2. 3. Felis cavernam nocte, in media pepererat. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (178). Oppidum, in quo felis aurea pro deo colebat. *Id.* 10. *ibid.* 73. 94. (202). Fries quidem que silentio, quam levibus vestigiis obrepunt avibus! quam vixit speculate in musculos exsilunt! Excrements sua effossa obruant terra, intelligentes odorem illuar indicium sui esse. *Id.* 11. *ibid.* 37. 63. (172). Leonibus, pardis, omnibusque generis ejus, etiam felibus lingua imbricata asperitatis, ac limæ similit. et *ibid.* 55. (151). Felis in tenebris fulgent radiisque oculi. — In Eboratis, metu Gigantum diis bellum inferentium, Fe-

ie soror Phœbi, nivea Saturnia vacca, Pisces Venus latuit, ut est apud Ovid. 5. *Met.* 330., h. e. in eas bestias sese transformarunt. ¶ 2. Item sera illa, quæ et mares dicitur, a nostris martorelo et fui- no, altibus avibus infestissima, et præcipue gallini- nis. *Varro* 3. *A. R.* 11. 3. de *scepto anatum*. Omnes parietes tectorio lævigantur, ne seles, aliave bestia introire ad nocendum possit. *Colum* 8. *R.* 14. 9. de *anseribus*. Ne coluber, ne viperæ, se- lesque, aut etiam mustela possit aspirare. Adde eund. 8. *ibid.* 3. 6.; et *Nemesian* 55.

II.) Translate. *Plaut. Pers.* 4. 9. 14. de *lenone*. Seclæta felix virginaria. *Id. Hud.* 3. 4. 3. Tu ne hic, felix virginalis, liberos parentibus subiectos ha- bebis? *Auson. Epigr.* 70. de *pædicone*. felix nuper pollaria dictus.

## FELICATUS. V. FILICATUS.

FELICITAS, atis, f. 3.

I.) Proprie est secunditas ac fertilitas terræ, aut plantarum. *Plin.* 3. *Ep.* 19. 5. Agri sunt fertiles, pingues, aquosi; sed hæc felicitas terræ imbecillis cultoribus fatigatur. *Plin. alter* 18. *Hist. nat.* 18. 47. (170). Excellentius Thebaidis regioni frumentum: similis ratio, sed felicitas major Babylonica Seleucia; Euphrate atque Tigris restagantibus. *Fronto* 2. ad *Amic.* (edente literum A. Mai) *ep.* 6. Quænam est arboris felicitas? rami secundi et frugi- fieri, baccis et pomis onusti.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est *euðæuðovia*, status et conditio ejus, cui res omnes secundæ fluunt, bona fortuna, prosperitas, beatitudo (It. *feli- cità*; Fr. *prospérité*, *bonheur*; Hisp. *prosperi- dad*, *felicidad*; Germ. d. *Glück*, d. *Glückseligkeit*; Angl. *felicity*, *happiness*). *Cic. fragm.* apud *Am- mian.* 21. 16. Neque enim quidquam aliud est felicitas, nisi honestarum rerum prosperitas. *Id.* 2. *Phil.* 21. 59. Fuit felix, si potest illa esse in seclæ- re felicitas. *Id. Brut.* 98. 329. de *Hortensio*. Illum videtur felicitas ipsius, qua semper est usus, ab eis misericordia vindicasse. *Curt.* 6. 5. 3. Perpetua felicitate florere. *Plin.* 10. *Ep.* 7. Felicitas temporum. *Plin. alter* 7. *Hist. nat.* 44. 45. (146). Nulla est profecto solida felicitas, quam contumelia illa vitæ ranxit. *Sueton. Aug.* 58. Quod bonum, inquit, fa- stumque sit tibi domique tuæ, Cæsar Auguste (sic enim nos perpetuam felicitatem reipublicæ et hæta huic precari existimamus) senatus etc. Adde *eund.* ibid. 94. et *Ner.* 40. *Quintil.* 8. 5. 15. Felicitatem tuam fortiter feras, *Id.* 12. 5. 6. Sed hoc votum est et rara felicitas, quæ si non adsit etc. *Justin.* 16. 3. 8. Accedit saevitiae insolentia, crudelitati arrogan- tia; interdum enim ex successu continuæ felicitatis obliviscitur se hominem; interdum Jovis filium se dicit. ¶ 2. Specialiter dicter de bona rujuscumque fortuna in rebus agendis, ac præcipue de bona im- peratoris fortuna militari. — a) In singul. num. *Cic. pro leg. Manil.* 10. 28. In summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militari, virtutem, auctoritatem, felicitatem. *Id. ibid.* 16. 47.; et *Nepos Timol.* 2. Incredibili felicitate Dionysium tota Siciliæ depulit. *Cæs.* 2. *B. C.* 31. Felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus, et res adverse odia conciliant. *Sueton. Domit.* 6. Bellum civile motum a L. Antonio superioris Germaniae præside conseruit absens, felicitate mira; quum ipse dimicacionis hora resolutus repente Rhenus transituras ad Antonium copias barbarorum inhibuisset. Adde *eund.* *Cæs.* 35. *Justin.* 23. 3. 41. Imperium Siciliæ tam cito amisit, quam facile quæserat. Sed nec in Italia meliore felicitate usus, in Epirum revertitur. Adde *Flor.* 3. 6. 15., 3. 2. et 4. 2. 29. *Ammian.* 16. 1. Res virtute felicitate corriger. *Id.* 15. 5. Prosperis (felicitatis cursibus. Adde *Fopisc. Aurelian.* 32. — b) In plurali numero. *Ter. Eun.* 2. 3. 32. Nec quemquam esse ego hominem arbitror, qui magis bona felicitates omnes adversæ sicut, tutte le buone for- tune. Sic *Cic. Mil.* 31. 84. Ea vis, enigunt ipsa, quæ sæpi incredibilis huic urbi felicitates atque opes attulit, illam perniciem extinxit ac sustulit. ¶ 3. Apud Romanos dea fuit, templo, ara, sacris cella. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 18. et 23. V. et *Sueton. Tib.* 5. ¶ 4. Fuit etiam Romanorum Imperatorum titulus, ut apud *Syrmach.* 10. *Ep.* 31. — V. De cogn. Rom. V. ONOM.

FELICITER, adverb. Comp. *Felicius* I. et II. 2.; Sup. *Felicissime* II. 2. — Felicititer

I.) Proprie refertur aliquando ad feracitatem ter- ræ, et facilitatem proveniendi in herbis et arbori- bus. *Virg.* 1. *G.* 54. Hic segetes, illæ veniunt felici- ciosus uæ.

II.) Translate. ¶ 1. Est favorabiliter, ita ut for- tuna afferatur. *Ennius* apud *Non.* p. 112. 2. *Merc.* Quod mihi meæque fide et regno, vobisque, Quiriti- es, se fortunam, felicitæ ac bene vortat. *Plaut. Aulul.* 5. 10. 57. Quæ res tibi et gnata tuae bene felicitæ vortat. — Hinc felicitæ frequens est acclamandi et bene precandi formula. *Phœdr.* 5. 1. Ut mos est vulgi, passim et certaitem ruunt, Felicitæ, suclamant. *Cic.* 13. *Att.* 42. Felicitæ velim, inquam, teque laudo. *Sueton. Claud.* 7. Acclamanti populo, felicitæ, partim patrua imperatoris, partim Germanici scatri. Adde *eund. Domit.* 13., *Juve- nal.* 2. 119.; et *Flor.* 3. 3. 20. Sic felicitæ quod agis apud *Senecam* *Ep.* 67. sub fin.; et felicitæ optare, εὐ πρᾶττσων, apud *Spartian. Pesc.* 2. ¶ 2. Sæpius est prospere, beate, fortunate, felicemente, fortunatamente, εὐδαιμονος. *Plaut. Merc.* 4. 5. Rem felicitæ gerere. Adde *Sueton. Tib.* 21. *Cic.* 3. *Fin.* 7. 26. Omnes sapientes semper felicitæ, absolute, fortunate vivere. *Id. 14. Phil.* 14. 37. Res bene, fortiter felicitæ quæ gestæ. *Id. Mur.* 1. 1. Ut ea res fauste, felicitæ propereque eveniret. *Id. 4. Ferr.* 38. 95. Satis felicitæ navigare. *Id. 7. Fam.* 28. Sapienter hæc reliquisti, si consilio; felicitæ, si casu. *Ces.* 1. *B. C.* 7. Rempublicam felicissimæ ges- sissee. Adde *Cic. Prog. cons.* 18. 33.; et *Quintil.* 10. 1. 96., ubi quoque Superlativus occurrit. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 166. Nam spirat tragicum satis, et felicitæ audet. *Ovid.* 247. niveum mira felicitæ arte Sculpsit chur. *Id. ibid.* 305. Nec tua, quam Pyrrhi felicitas ossa quiescant. *Id. Heroid.* 7. 161. Ascaniusque suos felicitæ implent annos. *Spartian. Hadrian.* 19. Felicitæ venari.

FELICITO, as, are, a. 1. frequentat. felicitare, felicem identem reddo. Part. *Felicitandus* habet *Donatus in vita Virg.* 4. Rogat, quam ad felicitando homines facultatem haberet.

FELINEUS, a, um, adject. *felineus*. *Cels.* 5. 18. n. 15. Malagina, quod babet visci, felini stercoris, resi- sine, sulphuris pares portiones. *Targa* putat legend. *suilli stercoris*, quia illius memorat in medicina usum *Plin.* 28. *Hist. nat.* 17. 70. (234).

FELIO, is, ire, n. 4. verbu[m] exprimens vocem pardi. *Auct. carm. Philom.* 50. Panther cauit a- mans, pardus biendo felit. Alli derivavit a *Felo*, is, 3. conjugat.

FELIS. V. FELES init.

FELIX, iis, adject. omn. gen. Sunt qui scribunt felix; sed male. Contra enim sunt libri veteres, la- plides, nummi, *Manut.*, *Dausq.*, *Cellar.*: immo et etymon ipsum, est enim a *feo*, unde *fetus*, *secun- das*, *semina*, *fenus* (V. *FECUNDUS* init.). Porro *felix* conjungi etiam potest cum *beo*, as: V. que di- ceta sunt de littore F. — Comp. *Felicitas* sub I. et II. II.; Sup. *Felicissimus* sub II. B. — Felix pro- prie est secundus, frugifer, serax, εὐρεός, γενιπος (It. *secondo*, *fertile*, *ferace*; Fr. *second*, *fertile*; Hisp. *segundo*, *fertil*; Germ. *fruchtbar*; Angl. *fruitful*, *fertile*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Paul. Diac.* p. 92. 10. *Müll.* Felices arbores Cato dixit, quæ fructum ferunt, infelixæ quæ non ferunt. V. *Frontonis* verba in paragr. proxime seq. *Liv.* 5. 24. Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. *Lucr.* 5. 1377. Arbusculæ tenent felicibus obsita circum. *Virg.* 2. *G.* 81. Exist ad cælum ramis felicibus ar- bos, Miraturque novas frondes et non sua poena. *Horat. Epod.* 2. 13. Inutiliter facie ramos ampu- tans, Felicioris inserti. Cf. *Virg.* 4. *G.* 329. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (60). Hinc felix illæ Campanis est. (Cooper nom. pr. *Arabia Felix*: V. ARABIA in ONOM.). *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 51. Felicitæ regio, *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 179. Quis felix olea- tractus. *Ful. Flacc.* 6. 711. si quis aquis et fertilis ubere terræ Educat, ac ventis oleam felicibus im- pliet. *Sil. It.* 5. 465. Equana felicia Baccho. h. e. vino. *Martial.* 13. 29. Felices horti. Adde *Grat. Cyneq.* 442. ¶ 2. Specialiter in sacris felicis ar- bores habentur querus, resculpti, illex, suber, fa- gus, eorylus, sorbus, fagus alba, pirus, malus, vitis.

pronus, cornus, lotus: atque hæc diis superis sacre erant. Contra *infelices* fœtus atra, filii, acrisfolium, ruscus, pirus silvestris, rubus, sentes, alaternus, sa- lix, et quæcumque bacca migna nigra nigrosa fructus feroci: quæ inferum deorum in tutela erant. Hæc ex *Veranio* de verbis pontificalib. et *Tarquinio Prioco* habet *Macrob.* 2. *Saturn.* 16. 2. At *Fronto* 2. ad *Amic.* (edente literum A. Mai) *ep.* 6. Leges pleræque (*Dig.* 47. 72. et *Paul. Sentent.* recept. 5. 20.) pœna sanciunt, ne quis felicem arborem succidat. Quænam est arboris felicitas? rami secundi et frugiferi, baccis et pomis onusti. Nemo can- nam et arundinem, quamvis proceram, felicem di- cerit. Ceterum sacra, de qua dicuntur est, significatio *Ammian.* 29. 1. Linteis quidam indumentis amictus, calcatusque itidem linteis sorcis, torulo capiti circumflexo, verbenas felicis arboris gestans, litato conceptus carminibus numine prescriptionum auctore etc. *Tac.* 4. *Hist.* 53. Undecimo Kal. Jul. serena luce spatiu[m] omne, quod templo dicabatur, evinctum vallis coronisque. Ingressi milites, quis fausta nomina, felicibus ramis.

II.) Translate dicitur A) De eo, qui felicitatem afferit; et B) De eo, qui felicitate fruatur.

A) Active, h. e. de eo, qui felicitatem afferit, quæ de re dicitur, faustum significat, prosperum, secundum, utilem, commodum, prospero, utile; quæ de persona, est proptius, seu qui alios facit felices. — a) De rebus. *Cic.* 1. *Divinat.* 45. 102. Quæ (omina) majores nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis quod bonum, FAV- STM, FELIX FORTVNATVMQVE ESSET præfabuntur. Vel. formula apud *Farron.* 6. Z. L. 86. *Müll.* QVOD BONVM, FORTVNATVM FELIXQVE SALVTABEVN SIEIT POPVL ROMANO QVIRITIVM. *Liv.* 10. 28. Qvod bonum, faustum felixque sit. *Id.* 22. 30. Quod tibi mibique sit felix, spb imperium tuum redeo. *Plaut. Trin.* 1. 2. 3. Ut nobis hæc habitatio bona, fausta, felix fortunataque eveniat. *Virg.* 1. *G.* 345. Terque novæ circum felix est hostia fruges. *Id.* 3. *Zn.* 120. Nigrum Hiemi pecudem (profecturus mactauit), Zephyrus felicibus albam. *Id.* 11. *ibid.* 32. Re- licibus auspiciis. Adde *Justin.* 1. 18. 3. *Orid.* 10. *Met.* 5. et 2. *Pont.* 1. 35. omen. *Id.* 1. *Amor.* 2. 51. arma. *Id.* 1. *Trist.* 2. 103. sæcula. *Id.* 13. *Met.* 319. sententia. *Lucret.* 1. 101. exitus. *Propriet.* 4. 69. totela. *Plin.* 14. *Hist. nat. proœm.* (3). Felicis industria, cui ibid. respondet fertilis cura. *Id.* 37. *ibid.* 9. 40. (122). Amethysti Indicae absolutum felicis purpure coloroy habent. h. e. præstantis et pretiosæ, et, quam habere, felix fortunatumque est. *Martial.* de librario suo defuncto 1. 102. Illa manus quondam studiorum fida meorum, Et felix domino. — b) De personis. *Virg.* 1. *Zn.* 334. Sis felix, nostrumque leves quæcumque laborent. *Id.* 5. *Ecl.* 55. Sis bonus o felique tuis. Cf. *Propriet.* 3. 11. 15.

B) De eo, qui felicitate fruatur, felix est is cui omnia surcedunt, fortunatus, florens, beatus, εὐ- οπος, παξίς; (It. felice, fortunato; Fr. heureux, qui a du bonheur; Hisp. dichoso, feliz, afortuna- do; Germ. glücklich, im glücklichen Zustande be- findlich, glückselig, begütkt; Angl. happy, fortu- nate, felicitous). Occurrit — a) Absolute. — Cum contrario *infelix* apud *Cic.* 2. *Phil.* 26. 64. Cæsar Aleandria se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur: mea autem sententia si quis reipublicæ sit in- felix, felix esse non potest. *Id.* 5. *Fin.* 30. 92. Polyterat Samium felicem appellabant. Nihil accidebat ei, quod nollet, nisi quod anulum, quo delectabatur, in mari abjecerat. Ergo infelix una molestia: felix rursus, quum is ipse anulus in præcordiis piscis inventus est. — Id. *Cic. Fontej.* 15. 33. Virum ad labores belli impigrum, ad pericula sortem, — ad consilia prudentem, ad easum fortunamque felicem. *Sall. Jug.* 95. Sulla felicissimus omnium ante ci- villem victoriam. *Horat.* 1. *Od.* 13. 17. felices ter et amplius. Quos irrupta tenet copula. *Id.* 1. *Sat.* 1. 12. Solos felices viventes clamat in urbe. *Quintil.* 6. *proœm.* 4. Felix decessit. *Plin.* 5. *Ep.* 18. Felicior, antequam felicissimus fieret. h. e. Nerva be- atior quam postquam princeps est creatus. *Vat. Flacc.* 7. 37. tu prima malorum Causa mihi, tu, Phryxe gener: non to æquore mersum. Quo soror, ut felix nullus nunc nomine Grojos Nossem ego? *Horat. carm. octav.* 66. Latium felix. *Ovid.* 14. *Met.* 112. sed jam felicior telas Tertia dedit; tremu-

loque gradu venit ægra senectus. *Justin.* 5. 7. 11. Feliciorum prorsus priores urbis ruinas ducentes, quæ etc. *Val. Flacc.* 4. 329. Felix labor. *Quintil.* 10. 1. 111. Felicissima facilitas. *Id.* 9. 4. 27. Felicissimus sermo. — Nonnunquam *felix* dicitur de mortuo, ut Grace μακάριος et μακάριτης. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 28. Omnes compositi. Felices! nunc ego resto. *V. BEATUS.* — Interdum est divites, beatus, rictus. *Ovid.* 1. *Anor.* 8. 27. Tam felix es, quam formosissima, vellem: Non ego, te facta divite, pauper ero. — b) Cum Ablativo. *Cic. Brut.* 16. 63. Ille Græcus ab omni laude felicior. — *Id.* 1. ad *Q. fr.* 1. 10. 30. In te retinendo fuit Asia felicior, quam nos in deducendo. *Id. Amic.* 16. 60. Quin etiam si minus felices in diligendo suissemus. — *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (69). Praxiteles quoque marmore felicior, ideo et clarior fuit. *riuscī pīu ne' marmi.* *Virg.* 6. *Ea.* 787. Felix prole virum. *Sic Fal. Flacc.* 5. 384. Felix prole parens. (*Cf. Petron.* *Satyr.* 94. O felicem, inquit, matrem tuam, quæ te talem peperit!). *Ovid.* 11. *Met.* 266. Felix et nato, felix et conjugi Peleus. *Trebell. Poll.* XXX. *Tyr.* 32. Felix imperio. *Val. Flacc.* 1. 444. Te quoque dant campi tanto pastore Pheræi Felices, Admete. — c) Cum Genitivo. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 12. o te, Bolane, cerebri Felicem, ejabant tacitus. *Sil. It.* 4. 359. Felix uteri, σύντεχνος. *Ovid.* 4. *Met.* 267. Felicesque vocat pariter studique locique Mnemonidas. *Sil. It.* 4. 398. leti. *Id.* 2. 570. necis. *Id.* 4. 731. fame. *Juvenal.* 14. 119. animi. *Stat.* 4. *Silv.* 4. curarum. *Plin.* 14. *Hist. nat. prouem.* (7). Virgilius beatus felix gratiae. *Virg.* 1. G. 276. Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna Felices operum. — d) Cum Infinito. *Virg.* 9. *Æn.* 772. quo non felicior alter Ungere tela manu ferrumque armare veneno. h. e. peccitor, inquit *Servius.* Significat autem semper successum habuisse inferenda necis tela ab eo venenis illita. *Cf. eumid.* 1. G. 284. Septuaginta post decuam felix et ponere vitem; Et prenos domitate boves, et licia telæ Addere. *Sil. It.* 13. 127. felixque senectat durisse. — NB. De cognom. Rom. *V. ONOM.*

**Homonym.** *Felix* activa et neutra significatio- ne occurrit; *prosper* et *faustus* activa tantum, sunt enim felicitatem afferentes; *fortunatus* et *beatus* passiva, sunt enim fortuna donis locupletatis. *Felix* et *beatus* tum de personis, tum de rebus; *prosper*, *faustus* itemque *secundus* de rebus tantum usur- pantur. *Secundum* a v. sequi dicitur *Id.* quod ad rei cursum pertinet eique favendo in causa est, cur ad eventum festinet; *prosperum* (quod a pro spe deducunt) ad successum pertinet et significat rem ex voto successisse; *faustum* ad religionem spectat, ac rei ex deorum immortalium munere et benignitate evenisse deputat; *fortunatus* est is, cui fortuna maxime favit, fortuna filius; *felix* vero is, cui omnia, quæcepit ac gessit, prospere evenerunt, ita tamet ut felicitas objectiva, uti ajunt, sit potius quam subjectiva, sive in externis potius rebus, quam in homine ipso constat; contra *beatus* est is, cui omnia abunde sufficiunt, ut cupiditatibus suis satis- faciat; is cui nihil deest, qui talis est subjective, uti ajunt, sentit enim se beatum esse ac sorte sua con- tentus est.

**FELLATOR**, ōris, m. 3. qui fellat. ¶ 1. Dicitur de corvo, quia corvos ore coire et parere vulgus arbitratur, falso tamen, ut *Plin.* 10. *Hist. nat.* 12. 15. (32). docet. *Martial.* 14. 74. ¶ 2. Item qui obscena uitatur libidine, de qua *V. FELLO*. *Martial.* 11. 30.

**FELLÉBRIS**, c, adject, a fellando. *Solin.* 2. a med. de *boa serpente*. Überibus bovis se innectit, surtique continuo saginata, ita fellebrei satiitate extuberatur, ut etc. h. e. copioso lacris succu. *Alii leg.* celebri, aliis funebri. Ceterum *Gloss.* *Idst.* et *Gloss. Pil.* Fellebre, adhuc luctum viventem. *Martin.* conjectat adhuc lacte viventem, et dictio- nem a v. *fellare* dedit.

**FELLEUS**, a, um, adject. ad fel spectans. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 12. 76. (124). Sudores felleos mor- tali. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 6. Urina fellea.

**FELLICO**, us, are, a. 1. frequentat. a fello, ut fellico a tello. Part. *Fellicans* et *Fellicandus*. — *Fellicare* est lac exsugere. *Solin.* 45. sub fin. Ne- quisquam mater pullo ulera præbet fellicanda. *Alii leg.* fellitanda, rel. fellitanda, eodem sensu. *Arnob.* 2. 39. Exsugent fellicantes mammulas. *Alii leg.* felli- tantes. *Gloss.* *Idst.* *Fellitar.* sugit.

**FELLICULA**, æ, f. 1. cholera, ut docet *Isid.* 4. *Orig.* 5. Unde et cholera, id est fellicula, nominata est, hoc est fellis effusio.

**FELLIDUCUS**, a, um, adject. fel abducens, ut Fellida medicamenta, apud *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 4., que ἐλαγραῖα Graci vocant.

**FELLIPUS**, a, um, adject. felle fluens. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 19. de cholera. *Fellipus* passio.

**FELLITO**, as, are, a. 1. frequentat. a fello, ut cœnito a cœno. *V. FELLICO.*

**FELLITUS**, a, um, adject. seu potius particip- præter. pass. ab inusit. *felliare*, est idem ac *fellow*, felle imbutus.

I.) Proprie. *Rufus Fest.* Avien. in *Anthol.* *Lat.* *Burmann.* T. 1. p. 495. *Epigr.* 58. *fellitas amaran* Ora sapor. *V. AMARANS.* *Pelagon.* *Veterin.* 1. In morbo regio aut sulphure oculi, aut felliti admodum sunt. *Gloss. Lat. Gr.* *Fellitus*, χρήσις.

II.) Translate. *Cassiod.* 1. *Variar.* 13. Qui nec malevolentia studio nocendi artes fellitis sensibus exquisivit.

**FELLO**, as, ævi, arc, a. 1. Sunt qui contendunt fello scribendum esse. — Ceterum fello ¶ 1. Est lac exsugo, ab Εολικο φύλαιω pro δηλαιω mainnam sugo, succidare, poppare, Σηλαιω. *Varro* apud Non. p. 113. 14. *Merc.* Tum eum lac humanum fallasse. *Id. ibid.* p. 242. 33. Lupum alumni fellarunt oblit. ¶ 2. Reservat et ad obsecnain infundamque libidinem. *Martial.* variis in locis, ut 1. 9. γρ. τρέσσειω, ora morigeror.

**FELLOSUS**, a, um, adject. felle imbutus, felle abundans. *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 6. *Fellosa*, aut sa- niosa ventris egestio.

**FELO**, *V. FELIO* et **FEILLO**.

**FEMELLA**, æ, f. 1. diminut. a femina, *femella*, *donnicciula*, γυναικος, parva femina. *Catull.* 55. 7. *Femellas* omnes, amice, preendi.

**FEMELLARIUS**, ii, m. 2. *donnajuolo*, qui fe- mellas consecutatur. *Idst.* 10. *Orig.* *Femellarius*, fe- minis deditus, quem antiqui mulierarium appellau- bat.

**FEMEN**, inis. *V. FEMUR.*

**FEMINA**, æ, f. 1. Scribitur et *femina* per ae et *femina* per oe. Priorem scribendi rationem pauci: alteram plures cum *Dausquio*: nostram vero, qua diaphongum omnem excludimus, tuncut *Manut.*, *Cellar.* et *Voss.* in *Etymol.* cum antiquis libris et lapidib. Est autem ab inusit. φεω pro φεω, unde Latinum *fa*, et *fendo* vel *fundo*: ait enim *Idst.* 11. *Orig.* 2. Femina a partibus feminorum dicta, ubi sexus species a viro distinguuntur. Ita *Idst.* Hinc femi- na *Hebr.* פָּלָד, h. e. perforata appellatur. *Hinc Arnob.* 5. 25. cundum vocat partem corporis, per quam sexus feminorum nomen solet acquirere generi, hoc est per quam femina ita est appellata. Unde etiam repetenda sunt *fetus*, *secundus*, *fe- mur*, aliaque quamplurima his similia et ex eisdem derivata. — Femina est idem quod mulier: tatus tamet patet usus, quem æque dicatur de omniibus animalibus; mulier vero de homine tantum. γυν (It. *femmina*, donna; Fr. *femme*; Hisp. *hembra*; Germ. d. *Geschöpf* weiblichen *Geschlechtes*, d. *Frau*, d. *Weib*; Angl. a *woman*, the female in all animals).

I.) Proprie. — 1.) De hominibus. — a) Cum contrariis mas vel vir, ut apud *Cic.* 1. *de republ.* 23. Ut a prima congressione maris et feminæ deinceps a progenie et cognatione ordiari. *Id.* 1. *Nat.* D. 34. 95. El mares deos et feminas esse dicitis. *Ovid.* 4. *Met.* 230. Ambiguus fuerit modo vir, modo fe- mina *Sithon.* *Zucret.* 4. 821. Femina vir uti factus videatur adesse. *Cic.* 1. *Tusc.* 12. 27. Mors in clari- sis viris et feminis. *Ovid.* 6. *Met.* 313. Tum vero runcuti manifestam nimis iram Femina virque timent. *Sueton.* *Aug.* 25. Eosque servos adhuc viris feminisque perquiniosioribus indictos. *Justin.* 2. 1. 2. Nec virorum imperio magis, quam feminorum vir- tutibus claruerit. Cf. *Liv.* 36. 24. Utpote congregatis feminis puerosque et imbelli alia turba in arem. — Generatim. *Cic.* 1. *Dicinat.* 25. 52. Socrates di- cens, vidisse se in somnis pueritudine eximia femi- nam. *Cæs.* 6. B. G. 21. Inta aponum vicesimum fe- minæ notitiam habuisse, in turpissimis (*Germani*) habent rebus. *Cic.* 2. *Legg.* 12. 29. Ei (*Festæ*) co- lendæ virginis præsent, ut advigletur facilis ad cu- stodiā ignis, et secutam mulieres, naturam femi-

**FEMINAL**

nari omnem castitatem pati. *Id.* 3. *de republ.* 10. Cur pecuniam non habeat mulier? — Cur autem si pecunia modus statuendus sit feminis, P. Crassi filia posset habere, mea non posset? *Id.* 3. *Phil.* 6. 16. Tua conjux, bona femina. *Id.* 5. *Fam.* 9. 2. Praestantissima omnium seminarum uxor tua. *Id.* 5. 11. 2. primaria. *Id.* 1. *ad Brut.* 18. prudentissima et diligentissima. *Id.* 3. *Phil.* 6. 16. sanctissima atque optima. *Id.* *Cæcina.* 4. 10. probatissima. *Petron.* *Satyr.* 111. singularis exempli. *Sueton.* *Cæs.* 49. generosissima. *Id.* *Vitell.* 3. ignobilis. *Id.* *Cæs.* 50. illustres feminæ. *Id.* *Tib.* 35. famosæ. *Ho- rat. carm. scœcul.* 17. Diva (*Lucina*) producas so- bolem, patrumque Prosperes decreta super jugandis Feminis. *Virg.* 4. *Æn.* 569. varium et mutable semper Femina. — b) Adjective *femina* turba pro feminæ dictum est a *Proportion.* 2. 23. 4. Inter quas Danai femina turba sensis. — c) Aliquando convi- cium est in virum effeminatum et mollem. *Ovid.* 12. *Met.* 470.; *Justin.* 1. 3. 3.; *Sil. It.* 2. 361.; *Sueton.* *Cæs.* 22.; et *Curt.* 3. 10. 10., 6. 11. 3. et 8. 1. 37. Quo pertinet illud *Virg.* 9. *Æn.* 617. O vere Phrygia; neque enim Phryges, et Homeri Αχαιδες, ouxer *Aχαιοι*. Similiter *Sall.* in orat. *Le- pidi fragm.* *Hist.* 1. 4. 45. ed. *Kritz.* An, quibus prælatibus in magistris capiundis Fusilius, ancilla turpis, honorum omnium debonementum? Et *Cic.* de Curione, *Cæsaris* studioso, 1. *Att.* 14. Con- cursabant barbatuli juvenes, duce filiola Curionis. *Id.* de Clodio *ibid.* 11. Perscribe ad me, quid Appius, quid illa populi Apuleja? *Horat.* 1. *Sat.* 8. 39. fragilis *Pediatis*. h. e. mollis *Pediatus*, eques Romanus. *V. plura*, quæ *Heindorf.* ad hunc *Horat.* locum congesit. Itaque, ut ex iis patet, cum irri- sione, feminari vocabula ad viros transferuntur, ut significetur eos ingenio ac moribus ad feminam infirmitatem et impotentiam degeneresse. — 2.) De brutis animalibus. *Cic.* 2. *Nat.* D. 51. 128. Bestie aliae mares, alias feminæ sunt. *Quintil.* 9. 3. 6. Tam mares esse talipes damasque, quam feminas. *Ennius* 1. *Ann.* 70. *Vahl.* Lopus femina feta repente. *Plaut.* *Truc.* 2. 2. 29. Femina musca. *Cic.* 2. *Legg.* 22. 57. Porco femina piaculum pati. *Id.* 2. *Divinat.* 29. 62. Femina anguis. *Colum.* 7. R. R. 9. 3. sus. *Id.* *ibid.* 11. 10. pavones. Adde *eumid.* 12. *ibid.* 1. 3. *Ovid.* 2. *Art. am.* 482.; et *Plin.* 9. *Hist.* nat. 50. 74. (157). piscis. *Plin.* 29. *ibid.* 5. 33. (104). San- guis feminæ anatis. *Justin.* 1. 4. 10. Canis femina. *Ovid.* 2. *Met.* 701. Juncta suo pretium dabitur tibi femina tauro.

II.) Translate occurrit — a) De plantis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 7. (31). Mas in palmitæ floret, fe- mina circa florem germinat tahtum spica modo. *Id.* *ibid.* (34). Cetera sine maribus non gignere feminas sponte edito nemore confirmant. Adde *eumid.* 18. *ibid.* 33. 60. (139), et 34. 62. (145), et 21. *ibid.* 10. 32. (58). — b) De gemmis aliisque lapidibus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 25. In omni genere carbuncolorum masculi appellati acrius, at feminæ languidius refulgentes. Sic de magnete *Id.* 38. *ibid.* 16. 25. (128). Differentia prima mas sit in feminæ; proxima in colore. — c) *Filtrov.* 9. 9. a med. car- dinem masculum a cardine feminæ distinguit. *V.* **MASCULUS**. — d) In re grammatica. *Quintil.* 1. 4. 24. Quæ feminina positione mares, neutræ feminas significant. Adde *eumid.* 1. 6. 12.

**Homonym.** *Femina* et *mulier* unum idemque significant, namque in utroque ratio naturæ physi- cae habent: hoc tamen discriminare, quod in *femina* spectatur sexus et ideo *mas* ipsi opponitur; in *mu- liere* spectatur natura debilis ac' moilis (ub hac enim voce illam deducunt) et ideo *vir* ipsi opponitur: hinc etiam, ut diximus, *femina* de omnibus animalibus; *mulier* vero de homine tantum usurpat. *Varro* 7. *L. L.* 17. *Müll.* Homo mas an feminæ sit. Adde *Liv.* 27. 37.; et *Cic.* 1. *Nat.* D. 34. 95. supra cit. *Id.* *Cic.* supra cit. 2. *Nat.* D. 51. 128. Bestia aliae mares, alias feminæ sunt. *Varro* 8. *L. L.* 41. *Müll.* Alterum nomen virum, alterum mulierem significat. *Cic.* 3. *Verr.* 26. 66. Negavit moris esse Græcorum, ut in convivio viro- rum accumperent mulieres. — *V.* alia in fin. v. **MULIER**.

**FEMINAL**, ælis, n. 3. feminine pudendum, interfeminum. *Apul.* 2. *Met.* Glabellum feminæ ro- sea palmula potius obumbrans de industria, quam legens verecundia. Adde *eumid.* de *Hag.* ante med-

Sic Sotin. 4. Feminis perinde est infusa nativitas, si consertum feminat fuerit.

FEMINALIA, ium, n. plur. 3. παραπορία, παραπορίες, legumenta feminina et subligacula. Sueton. Aug. 82. Hicne quaternis tunics et feminibus (al. femoralibus) et tibialibus muniebatur. Ubi nota Casaubon, per feminalia et tibialia non intelligi quod hodie bracas et tibialia dirimus (calzoni e calze), sed fascias quibus antiqui pedes, tibias et feminae tegebant vel valetudinis, vel molitiae, vel inclemens cœli causa; neque enim tunc in uso fuisse, ut bracati et calceati essent. Quæ omnia confirmat Ferrar. l. 2. elector. c. 2. Hieronym. Ep. 64. n. 10. Lineis feminibus, quæ usque ad genua et popliteis venient, verenda celantur, et superior pars sub umbilio vehementer astringitur. Hor genus vestimenti Graece περιστάνη, a nostris feminalia, vel bracæ usque ad gena pertingentes. Cf. Isid. in Exod. 39. de pontifice. Feminalia vero illa, quibus induitur, constitutæ corporis Christi et integratitudine ostendunt. V. BRACA.

FEMINALIS, e, adject. ad feminam pertinens. Theod. Priscian. 4. 1. ad fin. Nam sponsæ feminatis vis magno est, siquidem et paucis inscrisptis nosritur. It legendum videtur feminalis.

FEMINAMAS, māris, legitur apud Tertull. advers. Valent. 10. et est androgynos; sed rectius divisim scribendum *femina mas*.

FEMINARIA. V. SEMINARIA.

FEMINATUS, a, um. V. FEMINO.

FEMINEUS, a, um, adject. Στρατεύει, ad feminam pertinens, mulieris (It. *feminile*, donne, femino; Fr. *de femme*, féminin; Hisp. *femenino*, *femineo*; Germ. d. *Frau angehörig*, *weiblich*; Angl. *of or belonging to a woman, womanly, like a woman*). ¶ 1. Stricto sensu. *Fet.* Poeta apud Cic. 2. Tusc. 8. 20. Feminæ manus. Virg. 2. En. 488. cave plangoribus aedes Feminæ ululant. Val. Flacc. 1. 318. Feminæ ululatus. Virg. 11. En. 878. Feminæ clavus. Val. Flacc. 4. 603. Feminæ catervæ. Plin. 36. Hist. nat. 16. 25. (129). Feminæ sexus. Ovid. 6. Met. 651. Feminæ sors. condizione di donna. Id. 12. ibid. 610. Marte feminæ cadere. per man di donna. Id. 3. Amor. 2. 40. Feminæ amor. h. e. quo feminæ amat. Id. 1. ibid. 13. 23.; et Tibull. 2. 1. 63. labor. h. e. Ianiſcium. Ovid. 9. Met. 151. dolor. h. e. quo feminæ dolet. Id. 14. ibid. 341.; et Quintil. 1. 11. 1. Feminæ vox. Ovid. Heroid. 19. 38. Feminæ ars. Stat. 1. Achill. 327. dulci. Lucan. 7. 39. vulpus. Scribon. Compos. 16. genus. Virg. 2. En. 583. nullum memorabile nomen. Feminæ in poena cyl. h. e. quo punitur feminæ. Juvenal. 9. 53. Calendæ feminæ, h. e. cal. Martii. V. CALENDÆ. Ovid. 10. Met. 86. Feminæ Venus. scilicet libido, qua quis utilit in feminis, et aversa Femæ, qua quis in pueris viciandis (V. VENUS); quemadmodum masculæ libido dicitur, qua mulier utilit tum in feminis, tum in maribus tribadum more coniuprandis. V. MASCULUS. ¶ 2. Latori significatione saepe est effeminatus, languidus, imbellis, mollis. Cir. 3. Herenn. 15. 27. Si utemur amplificatione per conquestionem, feminæ plangore et capitæ ictu uti oportebit. Orellius rectius legit *feminis plangere*. Ovid. 3. Art. am. 286. Sed leve nescio quid feminorumque sonent. Id. 13. Met. 693. Pectus non feminum. Virg. 11. En. 782. Feminæ preda et spoliorum ardebat amore. h. e. impotenti, nimbo, quales sunt feminarum affectus. Sil. It. 9. 262. Ferti hæc, ait, omnia Paulus: Namque illum, cui feminæ stant corde timores, moverit ista manus et. Plin. 2. Hist. nat. 101. 104. (223). Lonus feminine ac molle sidus.

FEMININÉ, adverb. feminino genere. Festus p. 253. 85. Müll. Annem feminine enunciabant antiqui. Adde Arnob. 1. 59., et Charis. 1. p. 55. Putsch.

FEMININUS, a, um, adject. *femminton*, feminus: et occurrit fere in re grammatica. Farro 3. B. R. 5. 6. Femininum nomen. Quintil. 1. 4. 24. Nomina que feminina positione mares, neutrali feminas significant. Adde eund. 1. 6. 14. et 1. 6. 5. Plin. 10. Hist. nat. 68. 87. (189). Neque est illi (*salamandris*) genus masculinum femininum. Adde Arnob. 1. 59.

FEMINO, as, ènum, are, s. 1. Part. *Feminatus* II. — Feminare est in feminam naturam vertere, idem atque effeminare.

I.) Proprie. Cœl. Aurel. 4. Tard. 9. Nemo pruens corpus feminando correxit, vel virilis vere tructu mitigavit. Id. hic loquitur de viris mollibus, qui se alicui pædicando præbent, vel se masturbant.

II.) Translate. Cic. vertens particulam Trachinior. Sophocl. 2. Tusc. 9. 21. Sic feminata virtus afflita occidit. h. e. effeminata, infracta, perdomita. At legendum est Eefeminata, h. e. effeminata, ut recte atque aperte demonstravit Klotz, Nachträge und Berichtigungen zu Cicer. Disput. Tusc. Lips. 1643. p. 76.

FEMORALIA, ium, n. plur. 3. tegumenta femorum. Isid. 19. Orig. 22. Femoralia appellata, eo quod femora tegant. V. FEMINALLA. Fulgat. Interpr. Eccl. 43. 10. Circumpedes et femoralia et humerale posuit ei (Aaron).

FEMUR, feminis, frequenter quam femoris, n. 3. Iis est non una inter grammaticos de hoc nomine. Negat primo Charis. 1. p. 105. Putsch. in recto casu *femen* a veteribus usurpatum: agnoscunt tam, ut Latinum, Caper apud Servitum ad Virg. 10. En. 344. et 778. et Priscian. 6. p. 701., quamquam in raro uso esse fateantur: V. Zumpt. ad Cic. 6. Virg. 43. 93. Sunt etiam quid id legunt apud Apul. 2. Met.; sed ille locus est legendus, ut eum retulimus in V. FEMINALIA. Deinde discrinunt quidam inducent bujusmodi, ut *femora* exteriores eorum partes, *femina* interiores moliores significent. Sed hoc nullum est. Tertio sunt qui scribunt *femen*, quos refellit Dausqu. in Orthograph. Etiam *femus* dici contendit Oudendorpus ad Apul. 8. Met. p. 590. — Obliqui casus femoris, femori etc. leguntur apud Tibull. Ovid. et alios, qui allati sunt sub 1. c. — Ceterum femina sunt membra duo in corpore animalis, crassa et carnosa, post ossa intenbris ad crus pertinente. In quadrupedibus posterior intelliguntur. Cels. 8. 1. a med. Imæ spina in coxarum osse desinit, etc. Inde femina oriuntur, *πρός* (It. coscia; Fr. cuisse; Hisp. muslo; Germ. d. Oberschenkel; Angl. the thigh).

J.) Proprie. — a) Nom. et Accus. *femur* apud Cic. Brut. 80. 278. Frons non percussa, non femur. Cf. Quintil. 11. 3. 123. Femur ferire et usitatum est et indignantes decet et excitat auditorum. Id. 2. 12. 10. Femur cedere. Liv. 21. 7. Baanibal ipse adversum femur tragula grayiter ictus recidit. Adde Hoyat. Epop. 8. 9. et 1. Sat. 2. 81. Sueton. Vitell. 17. Alterum femur subdebile. Curt. 3. 11. 10. Femur dextrum inercone perstrictum est. Annian. 18. 8. Femur sagitta transfixus. — De brutis animalibus. Plaut. Mil. glor. 1. 1. 25. AR. Eulep vel elephanto in India quo pacto pugno pugregisti brachium! rv. Quid, brachium? an. Illud dicere volui, femur. Martial. 6. 75. Quum militis turdumque milhi, quadrumque placenta. Sive femur leporis, sive quid his simile etc. Id. 21. 37. Femur polli. — b) Obliqui casus *feminis*, etc. apud Plaut. Mil. glor. 2. 2. 48. Nisos levè, in feminine haie levam manum, dexterâ digitis rationem computat. Cic. 3. Herenn. 15. 27. Sin utemur amplificatione per conquestionem, feminæ plangore et capitæ ictu uti oportebit. Id. 6. Virg. 43. 93. Signum Apollinis pulcherrimum, ejus in semine nomen Myronis erat inscriptum. Id. 1. Nat. D. 35. 99. Tuus deus non digito uno redundat, sed capite, — manus, pedibus, feminibus, cruribus. Ces. 7. B. G. 73. Teretes stipites feminis exassitudine. Virg. 10. En. 788. enim Eripi a feminine. Adde Liv. 30. 18. Curt. 8. 10. 12. Jovis feminine Liberam Patrem esse celatum. Id. 6. 1. 4. Femina perfossa. Plin. 28. Hist. nat. 15. 61. (218). Femina alteri adiurique equitatu, notum est. Adde Sueton. Tib. 44. et Tit. 4. — De brutis animalibus. Farro 3. R. R. 9. 5. Galli feminibus pilosis, erubribus trevibus. Colum. 6. R. R. 2. 6. Ventri quoque (boum) et sub feminæ manum subjectere, ut ricini, qui plerunque feminibus inherent, circumstantur. — c) Obli' qui casus *femoris*, etc. apud Tibull. 1. 9. 26. Sed noruit femori conservuisse femur. Adde Ovid. 1. Amor. 4. 43. et 3. ibid. 7. 10. Et Id. Civid. 14. Met. 64. Et corpus querens femorum crurumque pedumque. Lucan. 9. 770. sine ullo Tegmine poples era: femorum quoque muscularis omnis Linguitur. Sueton. Ces. 68. Transitus femore et humero. Id. Aug. 80. Femore valere. Apul. de Mag. Votum in altis status femore assignasti.

II.) Translate. ¶ 1. In architectura *femur* dici-

tura a Vitru. 4. 3., Græce πρός, pars triglyphi in zophoro Dorico, quamdam habens cum humano scmore similitudinem, pianetto. ¶ 2. *Femur bubulum* appellatur herba, nervis et ipsa utilis, recens in acetato ac sale trita. Ita Plin. 27. Hist. nat. 9. 56. (81.), nihilque de ea preterea neque ipse, neque alii. Cf. Fée (Op. cit. vol. 3. p. 50.) ait hanc herbam nobis quoque incognitam esse; et C. Bauhin, nullo fretum argumento, putasse eamdem esse Leonurus Cardiacam.

FENARIUS vel fenarius, a. um. adject. da *feno*, χρυσόν, ad fenum pertinens. Cato R. R. 19. et Varro 3. L. L. 137. Müll. Fenarie falces. falci fene. Adde Pallad. 7. R. R. 93. 2.; et Trebell. Poll. Claud. 14. ad med. — Ille

Fenarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum nomine, est feni venditor, mercante di feno. Fenariorum collegium, corum nempe, qui fenum in feminibus asservantur dividenter, Romæ erat. Inscript. apud Gruter. 175. 9., quæ est apud Orelli. 35. Vetus AVG. L. AEGEVIS PROCURATORI MAVOLLEI IMAGINEM COBINTHEUM THRAIANI GAESARIS COLLEGIO FAENARIO RUM D. D. Alia apud Mommsen. Inscr. Neap. 2905., quæ est apud Henzen. 7232. L. SATTL. L. L. ONESIMI FAENARI DOMITIA SP. F. MAXIMA. — Ceterum V. FENERARIUS.

FENDICE, ènum, f. plur. 1. *budelle*, birre. Arnob. 7. 24. Non enim placet fendiças nominare, que et ipse sunt biræ, quas plebis oratio illa solet, quoniam eloquitur, nuncupare. Fendiças dicta a fendo, quid e fessis dissestisque intestinis fiant. V. OF FENDIX.

FENDO, is, ere, a. 3. ad iram concito apud veteres. Verbum est obsoletum, cuius composite offendere et defendere sunt in uso. Priscian. 11. p. 923. Putsch. — In Gloss. Isid. Irigitur sensus, iratus. — Hucusque *Forcallinus*. Ceterum fendo proprie est pello, impingo, irtare; et a Prisciano assertut ad conposita tantum declaranda.

FENÉBRIS vel fenebris, e, adject. di usura, ξενεπτυχία, ad fenus pertinens. Liv. 35. 7. Quoniam multissimis fenebris legibus constricta avaritia esset. Sueton. Cat. 41. Priebere alicui pecuniam fenebrem. prestare danaro ad usura. Tac. 6. Ann. 16. Vetus urbi fenebre malum et seditionum discordiarumque cerebrima causa.

FENERALIA, ium, n. plur. 3. Affertur pro hac voce, qua significari ajunt tempus, quo fenus cessabat et finiebatur, locus Liv. 35. 7.; sed ibi rectius legitur *Fenaria*.

FENERARIUS vel fenerarius, ii, m. 2. fenerator. Firmic. 3. Astron. 8. sub fin. — Apud Cassiod. 10. Fariar. 28. Macellarios. vinarios, fenerarios et cellaritas sic servari desideramus. pro fenerarios videtur legendum fenerarios.

FENERATICUS vel feneratius, a, um, adject. ad fenus pertinens, feneratorius. Insp. Justinian. Cod. 4. 30. 14. Feneratia cantio. Alii leg. feneratica et ibid. Feneraticum instrumentum.

FENERATIUS vel feneratius, ônis, l. 3. il dare ad usura, usureggiamento, ξενεπτυχία, actus fenerandi. Cic. Flacc. 23. 56. Haec pecunia ab honoribus translata est in quæsum et fenerationem. Id. 2. Fin. 35. 117. Nec enim, si tuam ob causam euquam commodes, beneficium illud habendum est, sed feneratio. Adde eund. 5. Virg. 72. 168. Cetum. t. R. R. prefat. 8. An feneratio probabiliter sit, etiam illi invisa, quibus succurrere videtur? la propositio de usurajo.

FENERATICUS vel feneraticus. V. FENERATIUS.

FENERATO vel fenerato, adverb. con usuro, επι τοκῳ, sub feno. Plaut. Men. 1. 2. 40. Næ iliam mercator fenerato abstulisti, con tuo scapito e danno. Id. Asin. 5. 2. 52. Næ ille ecator fenerato fundit.

FENERATOR, ônis, l. 3. qui pecuniam dat feneratori, ξενεπτυχία, che da denaro ad usura, anche usurajo. Cato R. R. præm. 1. Majores nostri hoc sic habuerunt, et ita in legibus posiverunt, forem dupli condemnari, feneratorem quadrupli: quanto pejorem eiveni existimari. Feneratorem, quam fenerem, hinc nec existimari. Cic. 1. Off. 42. 150. Impoluantur li quæstus, qui in olio hominum incurvant, ut poritorum, ut feneratorum. Id. 6. Att. 1. 6. Acerbissimi feneratores. Adde eund. 5. Fam. 6. 2. Salt. Cat. 33. Miseri egentes, violentia atque cru-

delitate feneratorum pierque patria, sed omnes fama atque fortunis expertes suinus. *Horat.* Epod. 2. 67. Hæc ubi locutus fenerator Alphius, Omnim redegit (al. relegit) Idibus pecuam, Querit Calendis ponere. *Colum.* 1. R. R. 7. 2. Vt optima nomina non appellando fieri mala, fenerator Alphius dixisse verissime fertur. Adde *Sueton.* Tib. 48., *Vitell.* 14. et *Vesp.* 11.; *Flor.* 1. 23. 1.; et *Gell.* 16. 12. *Val.* *Max.* 4. 8. 3. Q. Considius nummorum suorum, non civilis sanguinis, fenerator. — Est etiam hoc nomine una ex comedis C. Cæcili Stilli, cuius meminit *Non.* p. 543. 27. *Merc.*

FENÉRATÓRIUS vel feneratorius, a, um, adj. usurario, ad fenus pertinens, fenebris. *Val.* *Max.* 2. 6. n. 11. Avara et feneratoria Gallorum philosophia.

FENÉRÁTRIX vel feneratrix. Icis, f. 3. quæ fenori dat. *Val.* *Max.* 8. 2. n. 2. Ex amica obsequenti subito distractam feneratricem agere coepit, nummos petendo. — Est etiam titulus unius comedie *Plauti* desperdita, quam memorat *Festus* p. 372. 27. *Müll.*

FENÉRATUS vel feneratus, a, um. f. voc. seq.

FENÉRÓ, as, avi, àtum, are, a. 1. et apud optimos scriptores

FENÉROR, aris, àtus sum, ari, dep. 1. Part. Feneratus I. et II. 4.; Fenerandus II. 1. — Fenerari est pecuniam dare sub senore, daveiçō (It. dare ad usura, a censo; Fr. prêter de l'argent à intérêt, faire l'usure; Hisp. prestar a usura; Germ. gegen Zins ausleihen, wuchern; Engl. to lend money on interest or usury.).

I.) Proprie. — a) Depon. forma. *Cato R. R.* proœm. 1. Est interdum præstare mercaturis rem querere, ni tam periculosa sit; et item fenerari, si tam honestum sit. *Cic.* 4. *Ferr.* 70. 170. Pecunias istius extraordinariae grandes suo nomine fenerabatur. *Id.* 5. *ibid.* 70. 165. Primum quam posita esset pecunia apud eas societas, binis centesimis feneratus est. il 2 per 100 al mese, il 24 per 100 al anno. *Id.* 2. *Off.* 25. 89. A quo (*Calone*) quum quereretur, quid uaxire in re familiaris expedire? respondit: Bene pascere. — Et quoniam ille qui quæsiuerat, dixisset: Quid fenerari? tum *Cato*: Quid hominem occidere? — b) Activa forma. *Paul. Dig.* 22. 1. 11. Feneravit pecuniam publicam sub usuris solitis. *Id.* *ibid.* 26. 7. 46. § 2. Fenerare pecuniam pupillarem. *Seneca Ep.* 41. Multum fenerat. *Scœvola Dig.* 26. 7. 46. Pecunia fenerata a tutoribus. Adde *Paul.* *ibid.* 46. 3. 100. *Pseudo-Acon.* ad *Cic. Divin.* in *Q. Cæcil.* 7. 24. Pecunia gravioribus usuris fenerata, quam pro consuetudine. — Et absolute. *Lip.* 7. 42. Invenio apud quoddam, L. Genuicum, tribunum plebis, tulisse ad populam ne fenerare licet. *Al. leg.* fenerari. *Dig.* 14. 6. 1. Qui pessimo exemplo fenerarent. Adde *Senec. Ep.* 2. *Martial.* 1. 86. nil debet: fenerat inimo magis.

II.) Improproprie. ¶ 1. Est senore pauparem reddere, exhaustire. *Cic.* 6. *Parad.* 2. 46. Dimissiones libertorum ad fenerandas diripiendasque provincias. ¶ 2. Est etiam sub senore accipere, torre ad usura. *Ulp. Dig.* 46. 3. 35. Si quis pecuniam dominican a servo feneratus esset. ¶ 3. Significat mutuam dare pecuniam, etiam sine usuris: atque ita intelligendum videtur in verbis S. C. Macdoniani apud *Ulp. Dig.* 14. 6. 1. Bine translate *Plin. 2. Hist. nat.* 6. 4. (13). Sol suum lumen ceteris quoque sideribus fenerat. h. e. commodat, largitur. *Martial.* 1. 77. nummos habet arca Minervæ: illæ sapit, omnes fenerat una deos. h. e. mutuuntur omnibus diis. *Seneca Suasor.* 7. Juba et Petrus mutuis vulneribus concurrerunt et mortes feneraverunt. s' imprestarono l'un l'altro, cioè si diedero reciprocamente. ¶ 4. Item translate est reddere cum senore, senore multiplicare. *Ter. Adelph.* 2. 2. 9. Metuisti, si de tuo jure concessisses paululum, atque adolescenti esesses morigeratus, ne non tibi istuc feneraret? che non tel rendesse con usura. *Id. Phorm.* 3. 2. 8. Feneratum istuc beneficium tibi pulcre dices. *Cic. Amic.* 9. 31. Benefici liberasque sumus, non ut exigamus gratiam (neque cuius beneficium feneramus), sed etc. *Capell.* 6. p. 216. Cujus (regionis) satie centesimo messis incremento feneratur. Aliis verbis *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 3. (24). Cum centesima fluge agricolis fenus redente terra. Cf. *Solin.* 27. 6.; et V. FENUS II. 2., ubi plura hujus generis.

Tom. II.

vit pupilla. *Siliq.* leg. cornua. *Cassiod.* 1. *Variar.* 6. Jenus fenestræ.

II.) Translate. *Vitriv.* 3. *præfut.* Oportuit hominum pectora fenestrata et aperta esse.

FENESTRULA, a, f. 1. deminut. a fenestra, parva fenestra. *Apul.* 9. *Met.* sub fin. Dum obliquata cervice per quamdam fenestrulam, quidnam sibi vellet tumultus ille, propiscere gestio.

FENÉUS vel fœneus, a, um, adj. d. sieno, ex feno constans.

I.) Proprie. *Cic. fragm. pro Cornel.* de majest. apud *Aeson.* Honines feneos in medium ad tentandum periculuni projectos. Ubi hæc adnotat *Aeson.* Simulacra effigiesque hominum ex feno fieri solebant, quibus objectis ad spectaculum præbendum tauri incitarentur.

II.) Translate est nullius pretii; ut principes feneos vocat *Pescennius* apud *Spartian.* *Pescenn.* 12. imperatores τούς οἰτεῖσαν, h. e. nullius ingeni et imbellis. *Imp. Arcad.* et *Honor. Cod. Theod.* 11. 28. 3. Noverint igitur officia ad se omne dispendium redditum, si occultis idoneis, in eorum locum feneos defectosque subjecerint. h. e. qui solvendo non sunt. *Auct. Excerptor.*, qua cum *Ammiano* edi solent, § 60. Quamquam (*Theodericus*) ærarium publicum ex toto feneum invenisset suo labore recuperavit et opulentum fecit.

FENICULÄRIUS vel fenicularius, a, um, adj. ad feniculum pertinens, ut *Fenicularius campus*, locus nempe in Hispania Tarragonensi, ita appellatus, teste *Strab.* l. 3. c. 4., a copia feniculi, quam gignit. *Cic.* 12. *Att.* 8. Scribe, queso, quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis, utrum ipse in Feniculärion, an in Martium campum cogitet, h. e. utrum Cesar bellum in Hispania sit persecuturus, an Roman ad comitium venturus; seu utrum candidatos in campum Feniculärion, an in campum Martium evocare cogitet, utrum scilicet liberam sit creando magistratu potestatem permitturus, nec ne. Ita recte interpretantur *Lips. Elector.* l. 2. c. 20. et *Schützius* ad *Cic. loc. cit.*

FENICULUM vel feniculum, i, n. 2. *sinocchio*, μάρασπος, herba species. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 95. (254). Feniculum nobilitavere serpentes gustatu senectasi exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo: unde intellectum est, hominum quoque caliginem præcipue rolevare. *Seren. Samnon.* 43. 809. Praeterea nimios reserati vulneris amnes Feniculi etiam astringit aut simbra porri. Adde *Theod. Priscian.* 1. 10.; *Pallad.* 3. R. R. 24. 9.; *Scribon. Compos.* 38. et 176.; et *Isid.* 19. *Orig.* 11. Cl. *Fée* (*Op. cit. vol. 2. p. 453.*) hanc exhibet synonymum: *Maçapão* Hipp. de Morb. mulier. 1. 597., Nicand. de Theriac. 391. et 893. *Dioscor.* 3. 81. et Galen. de Fac. singul. 7.; et *Feniculum* *Plin.* et *Pallad.* locc. cit. et *Apul. Herb.* 104. sunt *fennethum Feniculum* L. *Spec. plant.* 377.

FENILÈ vel fœnile, is, seu rectius

FENILLÆ vel fœnilla, iumi, n. plur. 3. *fenile*, ρυπόδαχτος, locus, in quo asservatur fenum. *Virg.* 3. G. 321. nec tota claudas fœnilla bruma. Adde *Ovid.* 6. *Met.* 457.; *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (258.); et *Colum.* 1. R. R. 6. 9. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 102. Fenilia tepida. *Sever. Etn.* 365. Plena que desceto surgunt fœnilia capuo.

FENILIS, e, adj. idem ac fenebris. Vox a Lexico expungens; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 68.

FENISECA vel feniseca, a, n. 1. idem ac fenisæ. *Colum.* 2. R. R. 18. 5. Ut decubi ferramentum fenisæ possint offendere. *Pers.* 6. 40. Feniseca crasso vitiarunt ungine poltes. h. e. oleo condire coperant pultes, quas olim nullis vitiales condimentis edere solebant. V. *Plinii* locum in FENISEX.

FENISECIA vel fenisecia, a, f. 1. V. FENISICIA.

FENISECIUM vel fenisecium, ii, n. 2. V. FENISICUM.

FENISECTOR vel fenisector, vel rectius divisi feni sector, ūris, n. 3. fenisæ. *Colum.* 11. R. R. 1. 12. Arator reperitur aliquis bonus, et optimus fessor, aut fenisector.

FENISECTUM vel fenisectum, i, n. 2. V. FENISICUM.

FENISEX, vel fenisex, sēcis, n. 3. qui fenum setat. *Varrone* 1. R. R. 49. 2. Falibus consecanda,

quæ feniseces præterierunt. Adde *Colum.* 2. *R. R.* 18. 4. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (260). Fuit hoc (*fenisicum*) majoris impendii spud priores: Creticis tamen transmarinisque cotibus notis, nec nisi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oculum ad crus ligata fenisex incedebat.

**FENISICIA** vel *fenisicia*, *æ*, f. 1. Scribitur a nonnullis etiam *feniseca*; et est idem ac *fenisicum*. *Varro* 1. *R. R.* 49. 1. Atque addere *fenisicum* cumuum. Adde *eumd.* *ibid.* 47. et 56.

**FENISICUM** vel *fenisicum*, *ii*, n. 2. Scribitur et *fenisicum*, et est *feni* *sectio* et *veluti* *messis* *feni*. *Varro* 1. *R. R.* 17. 2. *Vindemias* ac *fenisicia* administrare. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 21. 7. et 3. *ibid.* 2. 6. *Id.* 5. *L. L.* 136. *Müll.* Qui homo in pratis, per *fenisicia* eundo, festucas corradit, quo ab rasurastelli dicti. *Ita leg. vett. edit.*; at *Müllerus leg. fenisecta*. *Colum.* 2. *R. R.* 18. 6. Altero tamen anno minora pecora post *fenisicia* permittimus admitti. Adde *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (258); et *V. FENUM* sub 1.

**FENUM**, vel *fenum* et *fænum*, *i*, *n. 2*. Ad scriptum quod attinet, per diphthongum *ae* scribi in *Pandect.* *Florentin.* testatur *Dausq.* in *Orthogr.* Sunt etiam qui *fenum* malunt, ut sit ab eadem origine, unde *secundus* et *fetus*, inter quos est *Paul. Diac.* p. 86. 4. *Müll.*, quem recentiores sere omnes nosque ipsi secuti sumus. Frequenter tamen est ea scriptio, quo diphthongus *oe* adhibetur, teste eodem *Dausquo*: ita enim scriptum in *Inscriptio*ne, quam *V.* in *voc. Fenarius*: adde pluries in antiquis lapidibus mentionem fieri gentis *Fenæ*, que a *fenum* derivari videtur, numquam vero *Fænæ*. — Ceterum *fenum* est herba resecta et arefacta in pabulum, *xóptos* (*It. fieno*; *Fr. foin*; *Hisp. heno*; *Germ. d. Henn*; *Angl. hay*).

I.) Proprie. *Colum.* 2. *R. R.* 19. 1. *Fenum* *condere*. et *ibid.* *succidere*. *Pallad.* 6. *R. R.* 1. 2. *Feni* *sectio*. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 12. *sector*. *Id.* 2. *ibid.* 18. 2. *Schneid.* *Fenum* in metas exstruere. *Id.* *ibid.* 18. 4. *Feni semina*. — Ceterum *feni* *socandi* et *condendi* *rationem* docent *Varro* 1. *R. R.* 49. 1; *Colum.* 2. *R. R.* 18. *Schneid.*; et *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (260). — In plurali num. *Apol.* 3. *Met.* in *fin.* In assini faciem *feni* rodebam. *Al. leg. frena*. — *Cic.* 2. *Orat.* 57. 233. Ego primum loquar de facelis et docebo sus, ut ajunt, oratorem eum, quemquam *Catulus* nuper audisset, *fenum* *alios* *ejebat esse* *oportere*. *h. e.* *alios* *esse* *stupidos* ac *bardos* *homines*. — *Fenum* *habet* in *cornu*, proverb. apud *Horat.* 1. *Sat.* 4. 34. de illis, qui ad uilescendum paratissimi sunt, si vel minime lœdantur: tractum a *bobus cornutepis*, quorum in *cornu* *bubulci* manipulum *feneum* alligare solent, ne ietu noceant, et obvii ad cavendum admoneantur.

II.) Impropræ *fenum* *Grecum* vel *fenum* *græcum* herba est, alio nomine *silcia*, aut *siliqua*, que in pabulum *bubus* scritur, levi aratione proscrisso agro: quantoque pejus tractatur, tanto provenit melius. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 39. (140).; et *Colum.* 2. *R. R.* 11. 33. De synonym. *V. SICILIA*.

**FÉNUS**, *ōris*, *n. 3*. In *Genit.* pro *fenoris* legitur etiam *feneris*, unde *fenerare*, *fenerator*: immo *Capell.* 3. p. 80. dubitat, num *fenoris*, au *feneris* scribendum sit. *V. locum cit.* in *STERCORA*. — *Varro* apud *Gell.* 16. 12. et apud *Non.* p. 54. 5. *Merc.* *Fenus* dictum a *fetu* et quasi a *fetura* quadam pecunia patientis atque increcentis. *Paul. Diac.* p. 94. 1. *Müll.* *Fenus* appellatur naturalis terra fetus: ob quam causatum et nummorum fetus *fenus* est vocatum, et de ea re leges fenebris. Similiter *Id.* p. 86. 1. *Fenus* et *feneratores* et *lex de credita pecunia fenebris a fetu dicta*, quod crediti nummi *alios* pariant, ut apud *Grecos* eadem res *tòxos* dicitur. Addit *Varro Catonem* et ceteros antiquiores sine o littera *fenus* pronunciante, ut *fetus* et *fecunditas*. Ex quo intelligimus rectius sine diphthongo scribi: quod *Manut.* et *Cellar.* probant, itemque *Foss.* in *Etymol.*, qui recte ab obsoleto *feo* deducit, unde et *fecundus* et *fetus*. Alii dicunt a *xóptos merces*, *preium*, et scribunt *fænus*, *fætus*, *fecundus*: quæ scriptio *Dausquo* et aliis nūnus recte placet. — Ceterum *fenus*, *tòxos*, est lucrum ex pecunia proveniens, quum creditur alteri pecunia ex lege, ut et aliquando tota restituatur, et interim, dum abest, aliquid ab eo, qui accepit, quotannis aut quotmensibus creditori soivatur. Quis

fenoris modus apud Romanos fuerit, *Tac.* 6. *Ann.* 16. docet (*It. usura*; *Fr. intérêt, usure*; *Hisp. interes, usura*; *Germ. d. Gewinn von etwas, Zinsen vom Capital*; *Angl. usury, the interest of money*).

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Att.* 21. *ad fin.* *Senatusconsultum* factum est, ut centesimæ perpetuo fenore ducerentur. *h. e.* sine anatocismo, seu renovatione usura in singulos annos, seu sine usuris usurarum. *Id.* 6. *ibid.* 3. *Scapitus* ceutesimis, renovato in singulos annos fenore, contentus non fuit. *Id.* 4. *ibid.* 15. *Fenus* ex triente *Idib.* Quint. factum erat besibus. *Id.* 6. *ibid.* 1. *a med.* *Græci* solvunt tolerabilis fenore. *Id.* 16. *ibid.* 15. *ad fin.* Iniquissimo fenore versuram facere coactus est. *Varro* 6. *L. L.* 65. *Müll.* *Pecunia*, quæ est in fenore. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 80. Multis occulto crescit res fenore. *Id.* 1. *Sat.* 2. 13. et *Art.* P. 42t. dives positis in fenore numeris, dati a censo. *Id.* *Epd.* 2. 4. *Solutus* onni fenore. *Lactant.* 1. 20. *Pecuniam* reliquit, cuius ex anno fenore suus natalis dies celebraretur. — Ceterum junguntur et aliis Verbis. *Plaut. Curc.* 4. 1. 19. *Pecuniam* fenore dare. *Id.* *Most.* 3. 1. 1. *Dare* *argentum* *fenori*. et *Cic.* 4. *Ferr.* 70. 170. *Pecuniam* allicui dare *fenori*. *Ulp. Dig.* 32. 1. 11. *a med.* Certam summam usuris certis *fenori* dare. *Varro* 3. *R. R.* 5. 8.; et *Screvola* *Dig.* 26. 7. 16. *Dare* *pecunias* in *fenus*. *Plaut. Most.* 3. 1. 34. *Dare* *allicul* *fenus* et *soritem argenti*. *Sueton. Aug.* 39. *Pecunias* graviore fenore collocare. *Nepos Att.* 9. *Pecuniam* sine *fenore* *allicul* credere. *senza interesse*. *Cic. Flacc.* 21. 51. *Pecuniam* adolescenti, grandi *fenore*, fiducia tamen accepta, occupavisti. *Plaut. Asin.* 2. 4. 23. *Quæritare* *argentum* in *fenus*. *Id.* *ibid.* 1. 3. 95. Si mutuas (*mínas*) non potero, certum est, sumam *fenore*. *Sic Ter. Phorm.* 2. 2. 71. *Pecuniam* sumere *fenore*. *Rursus Plaut. Curc.* 4. 1. 19.; et *Liv.* 5. 10. *Accipere* *pecuniam* *fenore*. *Cic.* 5. *Ferr.* 72. 169. *Fenus* *accipere* ab aliquo. *Ulp. Dig.* 17. 1. 12. *circa med.* *Majoribus* *usuris* *fenus* *accipere*. *Id.* *ibid.* 16. 3. 7. *Pecunias* *fenore* apud *nummulatos* *exercere*. *Tac.* 6. *Ann.* 16. *unciario* *fenore* *exercere*. *Modestin. Dig.* 12. 1. 33.; et *Sueton. Ves.* 1. *Exercere* *fenus*. *Lamprid. Alex. Sev.* 20. *Fenus* *triantarium* *exercit*. *Liv.* 27. 2. *Fenus* *facere*. *Plaut. Men.* 4. 2. 14. *Fenore* rem partam habere. *Tac.* 6. *Ann.* 16. *Auctitare* *pecunias* *fenore*. *Sueton. Cæs.* 27. *Aliquam* *levi* *fenore* *obstringere*. *Plaut. Curc.* 4. 2. 22. *Fenore* *lacerare* *homines*. *Cic. Cæt.* 18. 42. *Fenore* *trucidari*. *Liv.* 35. 7. *Fenus* coercere. *Sueton. Aug.* 41. deminucere.

II.) Translate. ¶ 1. De ipsa sorte *fenus* dicitur, *h. e.* de *pecunia fenebri* seu *fenori* data, *il capitale*. *Plaut. Most.* 3. 1. 101. Adeo etiam *argenti* *fenius* creditum audio? *Cic.* 6. *Att.* 4. 1. Itaque aut totela cogito me abdicare, aut, ut pro *Gaiatribus Scrovula*, *fenus* et *impedimentum* *rebus* recusare. ¶ 2. **IMPENDIUM**. *Tac.* *Germ.* 26. *Fenus* agitare et in usuros extendere, ignotum. *Id.* 6. *Ann.* 17. *Senatus* præscriperat, duas quisque *fenoris* partes in agris per Italianum collocaret. *duæ parti del capitale*. *Seneca Ep.* 17. *Expectabisse* *fenoris* *questum*, aut ex merce compendium, — *quum fieri possis statim dives?* *Sic Pers.* 6. 67. *Fenoris* accedit merces. *V.* et *locum Isid.* cit. in *v. USURA*. — *Hinc etiam pro sorte ac luero inde proveniente simul sumplis, h. e. pro ære alieno, debiti.* *Liv.* 6. 14. *Fenore* obrui. *Id.* 35. 7. *laborare*. *Id.* 6. 17. *Fenore* *immersum esse*. *Id.* 7. 21. *Fenus* levare. *Id.* 7. 27. *Fenus* *ingravescens*. *Huc fortasse spectat et illud Gell.* 2. 17. Et *Cato* et *Salustius* *fenoribus*, inquiet, copertus (pro cooperatus) est. — *Et metaphorâ hinc sumpta de semine, quod terræ creditur*, *Plin.* 2. *Hist. nat.* 63. 83. (155). *Quoniam bona fide terra creditum fenus reddit!* ¶ 2. Transferunt ad quodcumque lucrum et accessionem significandam. *Cic. Senect.* 15. 51. *Terra, quæ oumquani* *recusat imperium*, nec unquam sine usura reddit quod accepit, sed alias minore, plerumque majore cum fenore. *Tibull.* 2. 7. 3. *spes sulcis credit aratis Semina, quæ magno fenore reddat ager.* *Manil.* 5. 273. *Seminaque in fenus sulcatis crederet terris.* *Ovid.* 1. *Fast.* 634. *Hordeaque ingenti fenore reddit ager.* *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 3. (24). Cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra. *Id.* 18. *ibid.* 17. 45. (162). *Sic quoque cum quinquagesimo fenore messes reddit exilitas soili: verum diligenteribus cum centesimo. cinquanta, cento*

per uno. *Tac.* 14. *Ann.* 53. *Ubi est animus ille modicis contentus?* talis hortos exstruit, et per hæc suburbanum incedit, et tantis agrorum spatius, tam iato fenore exuberat? Cf. *eumd.* *ibid.* 55. *Propriet. 1. 7. extr.* Sæpe venit magno fenore tardus amor. *Id.* 3. 1. 22. At mihi quod vivo detraterit invida turba, Post obitum dupli fenore reddet bonus.

**FENOCULUM** vel *fenosculum*, *i*, *n. 2*. *deminut.* a *fenus*, parvum *fenus*, *lucellum*. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 52. *Amabas?* invenires mutuum, *Ad danistam devenires, adderes fenosculum*.

**FERA**, *æ*, *f. 1*. *V. FERUS*, *a*, *um*, *sub 1*.

**FÉRABITÉ**, positum pro agresti. *Sisenna Hist.* 1. 4. Et partim ferabile, partim lauro et arbusto, ac multa pinu ac myrtetis abundant. Ita *Non.* p. 113. 23. *Merc.*, sed legendum est *fera vite*.

**FÉRACITAS**, *itis*, *f. 3*. *fertilitas*, *euφορία*, *fertilitas*, *fecunditas*. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 31. *Ubi nihil erit, quod priorit, feracitatem vitis potius sequitur.*

**FÉRACITER**, adverb. *fertilemente*, *εὐφόρως*,  *fertiliter*. Occurrit tantum *Comp. Feracius apud Liv.* 6. 1. *Velut ab stirpibus latius feraciusque renata urbs.*

**FÉRÄLE**, adverb. *V. FERALIS* in *fin.*

**FÉRÄLIA**, *ium*. *V. vor. seq.*

**FÉRÄLIS**, *e*, *adj.* Primam syllabam corripit *Prudent. Psychom.* 565. monstrumque ferale sequuntur. Ceterum prima syllaba, licet a *fero* vel a *ferio* deducatur, longa est, quam tamè brevis in *Feralia* (*V. infra sub I. 3.*); ideoque potius ad *Æolicu* φέρι pro δέρη *fera* deducendum esse cl. *Furlanetto* videbatur. *V. et Bach.* ad *Ovid. 9. Met.* 213. — *Comp. Feratior et Sup. Ferallissimus II.* — *Ferrals*, quod iusta *Varronem* derivat a *fero*, universum est ad mortuos perlensis, funebres, funestus, *vexixōς* (*It. relativo ai morti, mortuario, ferale, funebre*; *Fr. relatif aux Mânes, de morts, lugubre*; *Hisp. de muerto, funereo*; *Germ. auf die Toten sich beziehend*; *Angl. deadly, mournful, dismal, belonging to funerals*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generat. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 81. *Tu tamen extincte feralia munera fert*. *Virg.* 6. *Æn.* 216.; et *Ovid.* 3. *Trist.* 13. 21. *cupressus*. *Sic Sil. It.* 10. 53. *Ac, ferale decus, mœstas ad busta cupressos.* *Ovid.* *Ib.* 101. *ferales sumere vittas*. *Sic Val. Flacc.* 7. 57. *Haud ego cum vittis statui feraleibus Hellen.* *Lucan.* 1. 616. *Feralia sacra*. *Apul.* 1. *Met. officia*. *Lucan.* 8. 733. *pompa*. *Val. Flacc.* 5. 31. *acervus*. *h. e. rogus.* *Tac.* 3. *Ann.* 1. *urna*. *Id.* 2. *ibid.* 75. *reliquiae*. *Id.* 14. *ibid.* 30. *vestis*. *Flor.* 1. 12. 7. *habitus*. *Juvenal.* 5. 85. *etigua feralea cena patella*. *Sic Apul. Florid.* n. 19. *Feralia cœnam a tumulo ad mensam referent*. *V. SILICERNIUM*. *Colum.* 10. *R. R.* 350. *feralia carmina flera*. *Cf. Virg.* 4. *Æn.* 562. *Solaque culminibus feralei carmine bubo Visa queri*. et *Sil. It.* 3. 223. *Letiferum murmur feraleique horrida cantu Buccina*. *Petron. Satyr.* 120. *Enyo feralei*. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 272. *de Plutonis curru*. *ferales habentæ*. — Et absolute *Tac.* 1. *Ann.* 62. *Neque imperatorem auguratu et vetustissimis cæmoniis prædictum atrectare feralia debuisse*. — *Similiter de magistris artibus*. *Apul.* 2. *Met. init.* Omnia prorsus ferale murme in aliam effigiem translata. *Id.* 3. *ibid.* *Prius apparatus solito (saga) instruit feralem officinam*. *Lucan.* 6. 338. *Tbessala quin etiam tellus herbasque noventer Rupibus ingenui sensu raue saia canentes Arcanum ferale Magos.* ¶ 2. *Speciatim est ad festa pertinens diis Manibus sacrata*; de quibus mox dicemus sub 3. *Ovid.* 2. *Fast.* 34. *placatis sunt tempora pura sepulcris*. *Tunc quam ferales præteriere dies*. *Id.* 5. *ibid.* 486. *Feralia tempus*. *Colum.* 10. *R. R.* 191. *Ferals mensis*. *h. e. Februarius*. *Hinc* ¶ 3. *Feralia, ium, n. plur.* 3. *absolute, substantivorum more*. *Paul. Diac.* p. 86. 11. *Müll.* *Feralia diis Maibus sacra festa, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata*. *Varro* 6. *L. L.* 13. *Müll.* *Feralia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum apulas ad sepulcrum, quibus jus ibi parentare*. *Celebrabantur mense Februario per aliquot dies, quorum ultimus erat dies decimus septimus, ut est apud Ovid. 2. *Fast.* 567. *Id. ibid.* 569. *Hanc, quia justa ferunt, dixerunt Feralia lucenti. Ultima placantis Manibus illa dies*. *Cic.* 8. *Att.* 14. 1. *Eodem die video Cæsarein a Corfinio projectum esse, id est Feraleibus*. *Liv.* 35. 7. *Cujus**

(*feroris*) coercendi quum ratio quereretur, diem finiri placuit Feralia, quae proxime fuissent. *V.* *Drakenborg.* ad h. l. — Alii dicunt fuisse diem decimum nonum (quae est recentiorum ferme omnium sententia), alii vigesimum primum, ut in *Calendar.* apud *Gruter.* p. 133., alii vigesimum tertium ejus mensis. — Quod vero prima syllaba a poetis producitur, mallet *Jos. Scalig.* legere apud *Ovid.* dicunt Feralia.

II.) Translate feralis est exitialis, perniciosus, tristis, terribilis. *Ovid.* 9. *Met.* 214. Tu ne, Licha, dixit, feralia dona tulisti? Tu ne mea necis auctor eris? *Id.* 15. *Met.* 374. Feralis papilio. h. e. qui a *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (65). papilio pestifer dicitur. *Lucan.* 10. 59. de *Cleopatra.* Latili feralis Erynnis. *Ammian.* 22. 5. Ferales plerique Christianorum. h. e. sibi ipsi extiosi, quia mortem pro religione subiungunt. *Tac.* 4. *Ann.* 64. Feralis annus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 65. (237). Idus Mart. ferales Cæsari. *Pacat.* *Paneg.* *Theod.* 46. Qui (*Rotæ*) Alliensi die Emathia funestior, Cannis Collina feralior. *Tac.* 5. *Hist.* 25. Ferale bellum. h. e. extiosum. *Lucan.* 6. 398. bella. *Id.* 2. 261. arma. *Claudian.* B. *Gild.* 124. renovet ferales Allia pugnas. *Lucan.* 8. 874. austri. *Ammian.* 15. 7. turbo. *Id.* 22. 9. dens apri. *Lucan.* 7. 408. nomina. *Flor.* 3. 22. 2. tabula. *Id.* 4. 7. 7. signum. *Claudian.* 2. in *Eutrop.* 233. auspicium. *Id.* 1. in *Rufin.* 131. ferale seusit Britannia murmur. h. e. terribile. *Prudent.* *Psychom.* 565. monstrum. h. e. avaritia. *Nazar.* *Paneg.* *Consiant.* 23. dominatio. *Ammian.* 22. 11. Delatorum aussa feralia. *Id.* 19. 12. supplicia. *Satelian.* 1. *Gub.* D. ad fin. Nefas ferallissimum. *Id.* 6. *Ibid.* 2. Illud est ferallissimum et gravissimum. *Sil.* *It.* 6. 216. Feralis aula. h. e. sedes, cubile immanis serpentis, in Africa ab exercitu occisi. *Prudent.* 5. nepti otep. 312. domus. h. e. carcer. — Hinc.

Ferales, adverbii ritu, feralem in modum. *Claudian.* 3. *Rapt.* *Pros.* 190. Si buxos inflare velum, ferale gemiscunt.

*Feralia, ium, n. plur.* 3. absolute, substantivum more, *V.* supra sub I. 1. et 3.

Homonym. *V.* in fin. v. *FUNESTUS* et *FUNUS.*

**FERALITER.** adverb. more ferarum. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 1. a med. Ut leo feraliter invadit.

**FERATRINA,** *et. f. 1.* parco, vivarium, locus in quo feræ inclusæ servantur. *Non.* p. 63. 26. *Merc.* Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus, ut feratrina, ut fetutina. *Alii leg.* seratrina.

**FERAX,** acis, adject. *Comp.* *Feracior* sub A. I. et II.; *Sup.* *Feracissimus* sub A. I. — Fera a fero usurpat *A)* Fere passive, *B)* Raro admodum active.

*A)* Passive ferax, αὐθόπος, est feraritate praeditus, fertilis, frugifer, uber, secundus (It. ferace, feritle, abbondante; Fr. fertile, féconde, productif; Hisp. fertil, secundo, abundante; Germ. fruchtbar; Engl. fruitful, fertile, abundant).

*I.) Proprie occurrit — a) Absolute.* *Cato R. R.* 44. Locus ferax. *Plaut.* *Epid.* 2. 3. 2. Agros feracissimos possidere. *Cæs.* 2. B. G. 4. Agri feracissimi. *Horat.* 1. *Od.* 31. 3. opium Sardinia segetes feracis. *Virg.* 2. G. 79. Feraces plantæ. *Plin.* *Paneg.* 30. 1. Feracissima terra. *Sueton.* *Aug.* 18. Egyptus. *Justin.* 2. 4. Feracior terra. *Pallad.* 4. R. R. 9. vitis. — *b) Cum Ablativo.* *Virg.* 2. G. 222. Illa ferax oleo est. Ita leg. *Non.* p. 500. 19. *Merc.* et ita in codice vetustissimo Romaine note, et in Medicis haberet testatur *Pierius*: al. leg. olear. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 7. Terra ferax Cerere, multoque feracior uis. *Al. leg.* Cereris et uvae. — *c) Cum Genitivo.* *Horat.* *Epod.* 5. 22. Hiberia venenorum ferax. *Ovid.* 7. *Met.* 470. nitidæque ferax Reparabos olivæ. *Colum.* 6. R. R. 36. 3. Terra feraces seminum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 24. 29. (100). Acini feraces musti. *Plin.* alter 2. *Ep.* 17. Terra ferax arborum. *Justin.* 44. 1. 7. mini. *Val. Flacc.* 6. 102. niveumque ferax Evarchus olorum.

II.) Translate, et quidem — *a) Absolute.* *Cic.* 3. *Off.* 2. 5. Nullus feracior in philosophia locus est. nec uberior, quam de officiis. *Id.* *Orat.* 15. 48. Nihil est feracius ingenii, iis præsertim, quæ disciplinis exculta sunt. *Plin.* *Paneg.* 48. Sit ne feracius et uberior, non ad laudem modo, sed ad pecuniam principi, si etc. — *b) Cum Ablativo.* *Plin.* 4. *Ep.* 15. Ferax sæculum bonis artibus. — *c) Cum Genitivo.* *Horat.* *Carm.* *sec.* 19. prolixus novæ fer-

ci lege marita. *Justin.* 4. 2. 3. Tyrannorum nulla tera feracior. *Tac.* 4. *Ann.* 72. Sallus belluarum feraces. *Plin.* 8. *Ep.* 20. 2. Terra miraculorum ferac. — *d) Singulare est illud Capitolin.* *Anton.* *Phil.* 15. Animus ad virtutes feracior.

*B) Active* ferax dicitur qui aliiquid fertile reddit.

*Pallad.* 12. R. R. 5. Amat hæc arbor (*olea*) — feracibus ventis clementer agitari.

Homonym. *V.* in fin. v. *FRUCTUOSUS.*

**FERBÜL.** *V.* *FERVEO.*

**FERCTUM.** *V.* *FERTUM.*

**FERCULUM,** i. n. 2. a verbo fero, est machina ferendo apta, gestamen: *plastrum* appellat *Ter-tull.* *Spectac.* 7., véhicule alii, carrette dicunt nunc vulgo Patavini, barelle Itali.

*I.) Proprie erat — a) Gestamen, quo signa deorum in pompa circensi vehebantur. Cic. 1. *Off.* 36. 131. Cavendum, ne tarditatibus utamur in ingressu mollaribus, ut pompatum forcitus similes esse videamur. *Sueton.* *Cæs.* 76. Sedem autem in curia, tensam et serculum circensi pompa, tempia, aras, etc. recepit. — *b) Item gestamen, quo in esequiis cineres, aut majorum imagines transvehebantur.**

*Claudian.* 1. Matris fratriisque cineres Roinam Tiberi subvectos, per splendidissimum quemque equestris ordinis, medio ac frequenti die, duobus serculis mausoleo insulit. Addit *Stat.* 6. *Theb.* 126. — *c) Item gestamen, quo in triumphis hostium spolia, simulacra oppidorum ac regionum, etc. vehebantur.* *Liv.* 1. 10. Spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id apte serculo gerens, in Capitolium ascendit. (In hoc *Livii* loco memoratur M. Claudius Marcellus, qui ann. U. C. *DXXXI.*, cæso manu propria hostium duce Vindomaro Gallo Insubre, serculum cum ejusdem spoliis Jovi Capitolino obtulit, quem expressum videre est in nummo gentis Claudi apud *Morell.* *Thesaur.* *Fam.* *Rom.* tab. 1. n. 1. Hic igitur serculum dicitur hasta, circa quam spolia hostilia, seu tropæum, adnexa sunt. Idem vero serculum manu et humero dextris habet M. Æmilius Lepidus eques in nummo apud eum. *ibid.* *tab.* 1. n. 4. et D., cuius hæc est inscriptio: *M. LEPIDVS ANNORVM XV. PROCESTATUS NOSTREM OCCIDIT, CIVEM SERVAVIT.* V. etiam *ibid.* nummos G. *Antiæ* n. 1. et 2., in quibus Hercules nudus dextra clavam sublimem, sinistra serculum cum tropæo et leonis exuvias gestat. Ceterum *Sueton.* *Cæs.* 37. Pontico triumpho inter pompa sercula trium verborum prestiti titulum, Veni, vidi, vici. Addit *Plin.* *Paneg.* 17.; *Flor.* 4. 2. 88.; *Senec.* *Her.* *Et.* 110.; *Val. Flacc.* 3. 530.: *Claudian.* *Laudi Stilich.* 3. 23.; et *Prudent.* 2. in *Symmach.* 580.

*II.) Improptie serculum est missus eiborum, qui singulis vicibus nensse inferuntur, sive ex pluribus lascibus constet patinisse, sive ex singulis tantum: a ferendo, portata, servizio.* *Petron.* *Satyr.* 35. Laudationem serculum est insecurum, plane non pro expectatione magnum. Repositorym enim rotundum duodecim habebat signa in ore disposita, super quæ proprium convenientemque materiae strator imposuerat cibum: super Arietem cicer arietinum, super Taurum bubale frustum, etc. *Id. ibid.* 36. Videamus in altero serculo atilia et sumina, etc. *Sueton.* *Aug.* 74. Cœnam ternis serculis, aut quin ebundantissime senis præbebat. *Lamprid.* *Elagab.* 5. Exhibitum aliquando et late convivium, ut balarer viginti duo sercula ingentium epularum. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 10. 47. (136). Ptolemaeum mille convivas, totidem aureis potoriis, mulantem ea vasa cum serculis, saginasse. *Juvenal.* 1. 94. quis sercula septem Secuto cœnabit avus? *Id.* 7. 184. Sercula doceta componere. *Id.* 11. 64. cuncta singillatim enumerat sercula cœnæ sua. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 104. Multaque de magna superercent sercula cœna. h. e. multi cibi. Addit *Auson.* *Epigr.* 8. et *Propert.* 4. 4. 74. — *sercula funerum sunt ciuiam ferales epulae, quas Manibus placantis ad sepulcra afferre mos fuit.* *Plin.* 10. *Hist. nat.* 10. 12. (28). Milvus rapacissima et famelica semper ales nihil esculentis rapit unquam ex funerum serculis.

**FERE,** adverb. Secunda syllaba ab *Auson.* corripit (*epigr.* 105. 5. Nam tecum fere totus ero, præter morem veterum meliorumque poetarum, ut *Virg.* 3. *Æn.* 135. et 5. *ibid.* 327. et 835.; et *Ovid.* *Heroid.* 19. 43.. 1. *Amor.* 5. 4. et 7. *Met.* 804. — *Fere a fero deducit Ferro* 7. L. L. 92. *Müll.* Ferre dicitur quo nunc fere, utrumque dictum a fe-

rendo, quod id, quod fertur, est in motu atque adventat. — Itaque fere appropinquandi vel accedendi significacionem p̄ se fert: ac propiore *¶ 1.* Generatum significat alii rei aliquantum accedere, atque idem est ac ferme, p̄ne, prope; et dicitur de numeris, mensuris et similibus, μηχανή δέν (It. quasi, poco più poco meno, a un di presso, all' incirca; Fr. presque, à peu près, environ, en grande partie; Hisp. casi, cerca, poco fatta; Germ. un gefähr, beinahe, etwa, fast, nahe an, grösstentheils, hauptsächlich, besonders; Engl. almost, within a little, nearly, well near, well nigh).

*Ter.* *Hecyr.* 5. 3. 24. Meini abhinc inenses decem fere ad me nocte prima confugere anhelantem domum. *Id.* *Phorm.* 5. 8. 28. Violentus fere abhinc annos quindecim mulierculam copressit. *Id.* *Andr.* 1. 1. 77. Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt, Chrysis virina hæc moritur. *Cic. Pis.* 6. 13. Quin ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissim. *Id.* 7. *Att.* 16. Litteras hora fere nona accepi. *Id.* 14. *ibid.* 20. 1. Hora fere tertia. *Cæs.* 4. B. G. 23. Tertia fere vigilia. *Cic.* 1. *de repub.* 48. Nec tantum Carthago habuisset opum secentos fere annos. *Id.* 2. *ibid.* 33. Non longo intervallo, sexto decimo fere anno, consecutum est. *Id.* 1. *ibid.* 5. Ille quum legatus noster esset, anno fere ante, quam consul est declaratus. *Id.* 2. *ibid.* 15. Ex quo intelligi potest, anno fere centesimus et quadragesimus post mortem Numæ primum Italiam Pythagoram attingisse. *Id.* 1. *ibid.* 16. Qui (*Ennius*), ut scribit, anno trecentesimo et quingentesimo fere post Romanum conditum. *Id.* 2. *ibid.* 32. His ipsis temporibus dictator etiam est institutus decent, fere annis post primos consules. *Nepos.* *Arist.* 1. Sexto fere anno post. *Id.* *ibid.* 3. Fere post annum quartum. *Justin.* 15. 2. 3. Fere annos quatuordecim excesserat. *Gell.* 4. 3. Quingenitis fere annis. *Cic. Pis.* 6. 14. Illo fere biduo. *Curt.* 7. 9. 16. Media fere nocte in castro redierunt. *Cic.* 14. *Att.* 20. Eadem fere hora, qua veni. *Curt.* 10. 1. 43. et 4. 5. 11. Iisdem fere diebus. *Sall.* *Cat.* 42. Iisdem fere temporibus. *Justin.* 5. 11. 1. et 34. 4. 1. Eodem fere tempore. *Plaut.* *Pœn.* 4. 2. 80. Herus meus Agorastocles ibidem gnatus, inde subreptus fere sexennis. *Cic. Brut.* 48. 179. Cujus auditor, meus fere æqualis. *Id.* 3. *Off.* 1. 1. Cato, qui fuit ejus fere æqualis. — *Curt.* 2. 8. 15. Sed postquam regnum adventare compertum est, pulsi ab incolis duo milia fere et ducenti congregantur. *Id.* 10. 9. 18. Tum Perdicca, ut torpentes et obnoxios vidit, trecentos fere, a ceteris discretos, elephantis objicit. *Id.* 5. 5. 5. Captivi erant Græci ad quatuor milia fere, quos etc. *Id.* 7. 9. 16. Ceciderunt autem Macedonum equites sexaginta, pedites centum fere, milie sauci suerunt. *Id.* 7. 5. 27. Inter hæc rei, electis nongentis fere, equiti bina talenta dedit, pediti terna denarium millia. *Cic. Cluent.* 16. 46. In quibus quantus splendor sit, quam fere omnium constantis ratio vitæ, nemo ignorat. *Id.* 6. *de repub.* 18. Qui numerus rerum omnium fere nodus est. *Cæs.* 7. *B.* 19. Hunc (*collem*) ex omnibus fere partibus palus difficilis et impeditus cingebat. *Cic.* 6. *Fam.* 10. 3. Omnes fere familiarissimi Cæsaris me observant. Sic *Cæs.* 2. *B. G.* 25.; *Liu.* 21. 60.; et *Sueton.* *Cæs.* 87. omnes fere. *Cæs.* 5. *B. G.* 53. Omnes fere Gallie civitates. *Nepos.* *Arist.* 2. omnes fere civitates Græciae. *Id.* *Chabr.* 3. omnes fere principes. *Id.* *Petop.* 2. hi omnes fere. *Cæs.* 4. *B. G.* 29. omnibus fere bellis. Similiter *Nepos.* *Petop.* 4. ceteræ fere omnes. *Id.* *Eumen.* 2.; *Cæs.* 5. *B. G.* 13. et 23.; et *Colum.* 2. *R. R.* 1. 1. fere omnes. *Plaut.* *Capt.* 2. 1. 36. nam fere maxima pars. *Cic.* 2. *Fin.* 31. 100. Totidem fere verbis interpretatus sum. *Quintil.* 11. 1. 4. Nec fere pluribus in Oratore eadem disserit. *Plaut.* *Truc.* 1. 1. 45. Nunc lenonum et scorporum plus est fere, quam olim muscarum. *Quintil.* " 1. 1. 126. Solus hic fere in manibus adolescentium fuit. *Cic. Amic.* 4. 14. Cujus disputationis fuit extremitum fere de immortalitate animorum. *Quintil.* 10. 1. 80. Phalereus ille Demetrius ultimus est fere ex Atticis. *Id.* 10. 1. 53. Quamvis ei secundas fere deferat. — *Cic.* 3. *Off.* 2. 4. Ipsa Peloponnesus fere tota in mari est. *Cæs.* 1. *B. G.* 30. Totius fere Galliae legati ad Cæsarem gratulatum convenerunt. *Id.* 2. *ibid.* 23. Tum totis fere a fronte et ab sinistra nudatis castris. *Curt.* 7. 11. 3. Per totum fere spatium fontes manant. *Nepos.* *Eumen.* 9. dimidium fere spatium. *Plin.* 5. *Ep.* 6. 20. Contra medium fe-

re porticum dieta paulum recedit. *Cæs.* 7. *B. G.* 33. Quum umer utriusque esset exercitus in conspectu, sereque e regione castris castra poneret. — *Cic.* 2. *Orat.* 6. 22. Semper fere cum Scipione solitum rusticari. *Id.* 1. *Off.* 18. 60. Ab his rebus quemadmodum ducatur officium, satis fere diximus. *Id.* 2. de republ. 18. Tempur illorum tantum fere regum illustrata sunt nomina. *Id.* 2. *ibid.* 23. Et antiquissimus ille Lycurgus eadem vidit fere. *Sall. Cat.* 48. Eadem fere, qua Voltumnus, de paratis incendiis — senatum docet. *Quintil.* 5. 10. 1. Etiamsi vis eodem fere tendit. *Cic.* 1. de republ. 34. Hæc fere et quadam ejus generis ab his disputari solent. *Id.* 3. *Nat. D.* 39. 93. Hæc fere dicere habui de natura doorum. *Id.* 7. Att. 1. Hæc fere sunt in illi epistola. *Sic. Id.* 2. *ibid.* 16. 12. *Fam.* 30. extr. — *Orat.* 54. 182. et 4. *Acad.* (2. pr.) 32. 102. hæc fere. *Nepos Reg.* 1. Hi fere fuerunt Græciæ gentis duces. *Liv.* 38. 38. In hæc fere verba. *Quintil.* 2. 4. 41. His fero veteres facultatem dicendi exercuerunt. *Sueton. Cæs.* 25. Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, hæc fere. *Cic.* 12. *Fam.* 5. extr. Hæc erant fere, que tibi nota esse vellem. *Quintil.* 2. 15. 37. Hi sunt fere fines etc. *Cic.* 1. *Nat. D.* 16. 42. Exposui fere non philosophorum judicula, sed delirantium somnia. *Quintil.* 9. 4. 138. Sic fere compendium, quomodo pronunciandum erit. Adde eund. 5. 12. 16. et 12. 2. 25. ¶ 2. Item significat alii rel quoniam maxime accedere, sique ideo habet eundem vim ac valde aut omnino. — a) Affirmative. *Ter. Heaut.* 1. 1. 70. Domum reverto nescius, atque animo fere perturbato atque incerto præ ægritudine. *Cic.* 1. *Off.* 18. 61. Declaratur autem studium bellicæ gloriae, quod status quoque videmus ornatu fere militari. *Id. Amic.* 1. 2. In eum sermonem illum incidere, qui tum fere multis erat in ore. *Horat.* 1. Sat. 3. 96. Quis paria esse fere placuit peccata, laborant, Quum ventum ad verum est. *Liv.* 36. 7. Quum circa banc fere consultationem disceptatio omnis verteretur. *Id.* 37. 20. Ad radices fere collis, in quo posita est urbs, regi succedebant. *Curt.* 6. 10. 9. Maligna est calamitas; et fere noxius, quum suo suppicio crucetur, acquisit alieno. — Jam fere est *Ennius* 8. *Ann.* 286. *Fahl.* Jamque fere pulvis ad cælum vasta videtur. Adde *ibid.* 580. Sic *Id.* apud *Non.* p. 355. 17. *Merc.* Hector vi summa armatos educit foras, Castrisque casta ultra jam fera occupat. — b) Cum part. negativis, et est haud facile. *Ter. Heaut.* 1. 1. 3. Nec rei fere sane amplius quidquam fuit, e per veritatem non c' è stato quasi altro di più. *Cic.* 7. Att. 6. De republica valde timeo: nec adhuc fere inventi, qui non concedendum putaret Casari, e fin ora non ho trovato così facilmente uno, che etc. *Id. Sezt.* 24. 51. Denique ex bellica Victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta, quasi nessuno affatto. *Id. Brut.* 40. 150. Æstates vestrae, ut illorum, nihil aut non fere multum differunt. *Id.* 3. *Off.* 3. 15. Vulgus, quid absit a perfecto, nibil fere intelligit: quatenus autem intelligit, nibil putat prætermissum. *Id.* 2. *Tusc.* 3. 8. Non fere præter suos quisquam in manus sumit (*Epicurum*). *Id. Topic.* 16. 60. Illud genus causarum errorem alterre non fere solet, non suole quasi mai etc. *Id. ibid.* 21. 79. Nec fere omnes locos incidere in omnem quæstionem. e che non tutti i luoghi così facilmente etc. *Cæs.* 7. *B. G.* 35. Erat in magnis Cassari difficultibus res, ne majorem æstatis partem lumine impeditur, quod non fere ante auctumnum Elaver vado transiri solet. *Quintil.* 9. 4. 101. Duo spondei non fere jungi patientur. — *Cic.* 1. *Tusc.* 17. 38. Rationem illi sententiae sua non fere reddabant, nisi quid erat numeris aut descriptionibus explicandum. *Id. Amic.* 20. 12. Quod non fere contingit, nisi lis qui etc. *Quintil.* 6. 3. 82. In se dicere non est fere nisi scurrarum. — *Cic.* 1. de republ. 8. In qua disputatione nibil fere, quod magno opere ad rationes omnium rerum pertineret, prætermissum puto. *Id. Amic.* 1. 5. Tum est Cato locutus; quo erat nemo fere senior temporibus illis, nemo prudenter. — *Cæs.* 5. *B. G.* 53. Neque ullum fere totius hiemis tempus sine sollicitudine Cæsaris interessit, quin etc. *Quintil.* 10. 7. 27. Neque enim fere tum est ullus dies occupatus, ut nibil etc. — Huc referri potest et illud ejusdem *Quintil.* 1. 2. 15. Nam quid fere undique placet? ¶ 3. Specialiter quum de tempore agitur ratioque habetur eorum,

que accidere solent, fere ponitur pro plerumque, per lo più. — a) Siue additis. *Cic.* 6. de republ. 10. Fli fere, ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliiquid in somno talc, quale de Homero scribit Ennius. *Id. pro leg. Manil.* 9. 24. Jam hoc fere sic fieri solet accipimus. *Id.* 1. Invent. 29. 46. Probabile autem est id, quod fere solet fieri. *Id.* 2. *ibid.* 4. 14. Cum hoc, ut fere sit, in via sermonem contulit. Sic *Curt.* 8. 2. 34. et 8. 10. 16. ut fere sit. *Id.* 8. 4. 20. quod fere sit. Cf. *Quintil.* 9. 3. 77. Ex quibus fere sunt, que τριπλά dicuntur. *Id.* 5. 13. 55. 7. 4. 24. et 9. 4. 109. fere accidit. *Sueton. Claud.* 8. quod ei fere accidebat. — *Plaut. Capt.* 2. 1. 36. Nam fere maxima pars morem hunc homines habent: quod sibi volunt, dum id impetrant, boni sunt etc. *Ter. Phorm.* 2. 3. 16. Ruri fere se continebat. *Cic.* 2. *Off.* 20. 69. A quo expeditior et celerior remuneratio fere videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. *Id.* 1. de republ. 44. Sic omnia nimis in contraria fere convertuntur, maxime id in rebus publicis evenit. *Id.* 2. *Herenn.* 18. 27. Nam fere non difficile est invenire, quid sit causa adjuamento. Sic *Scribon. Compos.* 53. fere non difficile est. *Cæs.* 3. *B. G.* 18. Quod fere libenter homines id, quod volunt, credunt. *Id.* 6. *ibid.* 30. Adficiio circumdat silva, ut sunt fere domicilia Gallorum. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 235. Sed veluti tractata notam labemque remittunt Atramenta, fere scriptores carmine fædo Splendida facta linunt. Adde eund. 1. *ibid.* 19. 5. et 6. 9. *Ovid.* 4. *Pont.* 4. 4. Mixta fere duris utilis herba rubis. *Sueton. Aug.* 82. Itinera noctibus fere faciebat. *Id. ibid.* 76. Clivi minimi erat atque vulgaris fere. *Id. Claud.* 32. Convivia agitavit ac fere patentissimis locis. *Quintil.* 11. 2. 44. Etiam illa prævelox (memoria) fere cito effluit. *Id.* 11. 1. 8. Quod deceat, fere prodest. — b) Junctum cum plerumque pleonasmus est, non inelegans tamen; interdum et cum plerumque jungitur. *Ter. Phorm.* 1. 2. 39. Hic solebamus fere plerumque eas opperiri. *Cic.* 3. *Tusc.* 30. 73. Qui suos casus aliter ferunt, atque ut auctores altis ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quam fere plerique, qui avari avios reprehendunt. — c) Interdum fere et plerumque sibi invicem respondent. *Cic.* *Amic.* 15. 54. Fortuna eos plerumque efficit cœcos, quos complexa est: itaque efferuntur fere fastidio et contumacia. *Sueton. Tib.* 68. Adducto fere vultu, plerumque tacitus. — d) Fere opponitur raro, interdum, stepe apud *Cels.* 6. 2. Fereque id in capillo fili: rarius in barba; aliquando etiam in supercilio. *Colum.* 4. *R. R.* 17. 5. Fere prædicta ætas hæto solo truncoque tres materias, raro quatuor desiderat. *Sueton. Aug.* 15. Ipse Circenses ex amicorum fere libertinorumque, et romani spectabat, interdum et pulvinari. *Id. ibid.* 53. In consulatu pedibus fere, extra consulatum sape adsperta sella per publicum incessit.

FERENS, entis, particip. *J.* FERO.

FERENTARIUS, a, nm, adject. vel rectius

FERENTARIUS, ii, m. 2. Ferentarii erant levissimis armaturæ milites, a ferendo, quia ea tantum arma habebant, quæ feruntur, non quæ tenentur, quippe qui fundis lapidibusque, vel arcu et telis pugnabant, ut *Paul. Diac.* p. 85. 7, et 14. 15. et 369. 5. *Müll.* (ubi et *Catōnem* auctorē afferit) docet, itemque *Varro* 7. *L. L.* 57. *Müll.* et apud *Non.* p. 520. 11. *Merc.* Sed *Non.* p. 534. 26. *Mer.* ferentarios vorat milites levissimis armaturæ auxiliatores, ensis et telis instructos, a ferendo auxilio, quia, quicquid opus erat, opem ferebant, et tela pugnantibus ministrabant. *Sall. Cat.* 60. Postquam eo ventum est, ut a ferentariis prælium committi posset. *Veget.* 1. *Milit.* 20. Erant inter pedites, qui dicebantur funditores et ferentarii, qui præcipue in cornibus lorabantur, et a quibus pugnandi summittetur evordium: sed hi et velocissimi, et exercitatiissimi legulantur. Adde eund. 2. *ibid.* 2. et *Tac.* 12. *Inn.* 35. *Varro* loc. cit. etiam equites ferentarios nominat. — Ferentarius amicus *Plaut. Trin.* 2. 4. 55. dicitur qui celer et expeditus est ad opem ferendam. Quod vero hunc euodem locum *Varro* ibid. referens, ferentiarum exponit, inanem et sine fructu: censet *Turneb.* alaudi ab eo ad levem ferentiarum armaturam, a *Plauto* vero ad vocem ipsam, nempe a ferendo. Cerle quidem *Varro* interpretatio ad *Plauti* integrum sententiam minime facit. *Bothe* ad *Plaut.* loc. cit. leg. ferentaneum, ita enim in MSS. esse affir-

mat. Müllerus autem *Varro* locum corruptum putat.

FÉRÉOLA vitis. Fortasse a ferendo, h. e. ab illius feracitate, ita est appellata. De ea sic. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 28. Nuper mihi cognitis pergulanam et tritolanam fereolamque, non facile asseverem, quo gradu habendæ sint. *Ahi leg.* ferreolam.

FÉRÉTRUM, i, n. 2. Φέρετρον, a fero, est — a) Capulus, instrumentum, quo cadavera efferruntur ad sepulturam vox Græca est, sed usu Latina facta, feretro, cataletto, bara. *Virg.* 6. *Æn.* 222. pars ingeniti subiere feretro, Triste ministerium, etc. Sie *Id.* 11. *ibid.* 149. feretro Palantæ reposto Proculbus super atque hæret lacrimansque genemusque. *Ovid.* 3. *Met.* 508. Jamque rogum, quassasse facies feretrumque parabant. Adde eund. 14. *ibid.* 747. *Val. Flacc.* 5. 11. positumque feretro Congenuere. Adde *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (176), ubi tam *Siliq.* pro feretro ex plur. Codic. leg. foro; *Stat.* 2. *Silv.* 1. 20. et 6. *Theb.* 55. — b) Item ferculum portandis imaginibus in esequiis. *Sil. It.* 10. 567. celisti de more feretria. Præcedens prisca esequias decorabat imago. — c) Item ferculum. portandis spoliis in pompa triumphali. *Sil. It.* 5. 168. quis opima vulenti Dona Jovi portet feretro suspensa cruento. *Id.* 17. 630. Ante Syphax, feretro residens captiva premebat Lumina. *Grat.* *Cyneg.* 488. et viridi fumantia liba feretro. h. e. feretro e frondibus composite. Adde *Tertull.* *Patient.* 14. Apud *Liv.* quoque 1. 10. hæc vox a nonnullis reponitur pro ferculo, ubi de Romulo spolia opima Jovi Feretrio dicante sermo est: docentque fuisse truncum arboris ramosum, vel duo ligna transversa, e quibus suspendebantur arma hostibus capta in morem trophae.

FÉRIA, a, f. 1. *V.* vor. seq. init.

FÉRIÆ, ērum, f. plur. 1. In singulari numero *Paul. Diac.* p. 85. 12. *Müll.* Feria a feriendis victimis appellata. *Cod. Theod.* 3. 12. 2. A die octavo Calendarum Julii usque in Calendas Augusti missis feria concedatur. A decimo autem Calendarum Septembribus usque in Idus Octobris viñemialis feria concedatur. *Tertull.* *Jejun.* 2. feriam vocat quincunxum hebdomadæ diem. — Ceterum feriae, serie, di festiui, εποται της περιοδος,

1.) Proprie sunt dies cessationum ab opere. Aliquibus dictæ videntur a feriendis victimis: alii ab epulis ferendis, quod in illis fiebant epulaciones ex prevento fetus pecudum et frugum. *Cic.* 2. *Legg.* 12. 29. Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et jurgiorum, in servis operum et laborum. — Aliae erant cum festo, ut *Saturnalia*, quibus epulaciones adjungebantur; aliae sine festo, ut *Nundinae*. Deinde aliae erant publicæ, aliae privatae. Feriarum publicarum quatuor erant genera, stativæ, conceptricæ, imperatiræ, nundinæ, de quibus *V.* suis loc. Privatae feriae erant vel propriæ quorundam familiarium, vel singulorum hominum. Feriae propriæ familiarium erant, quas queque familia ex usu domesticæ celebritatis observabat, ut *Fericæ Claudiæ*, *Emiliae*, etc. Proprietate singulorum erant, ut natalium dierum, quæ natalicie dicebantur, expiations fulgurum, et funerum. *Cic.* 3. *Orat.* 22. 85. Forenses feriae, feste di palazzo. *Cæs.* 3. *B. C.* 2.; et *Liv.* 21. 1. et 32. 1. Latinae. *Cic.* 2. *Llegg.* 22. 37. Habere triduum ferias. *Liv.* 3. 5. Ferias indicere in triduum. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 2. 2. 5. Custodiare ferias, et *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. observare, fere osservare le feste. *Sueton. Cat.* 23. Solemnibus ferias celebrare victorias. — De feriarum diebus *V. Martial.* 10. 62.; *Dig.* 2. 12. 1. et 3.; *Cod. Justin.* 3. 12. 7. et *Cod. Theod.* 2. 8. 2. — Feriæ et per ferias, diebus feriarum, *Cato R. R.* 2. Per ferias potuisse fossas tergere, vias muniri. *Colum.* 2. *R. R.* 22. 2. Feriis licet flumen ablueret gregem, et mox. Feriis ritus majorum illa permittit, far pinsere, facies incidere, etc. — Ferias de diebus, quibus otium agbaratur, dixit *Cato R. R.* 138. Boys feriis conjungere licet. — De brutis animalibus *Id. ibid.* 132. Eo die feriae bubus et bubuleis, et qui dapem facient.

II.) Translate. *Varro* apud *Gell.* 1. 25. Feriae belli. h. e. inducæ, suspensione d'armi, tregua. — Ille serie usurpatum pro otio ac vita tranquillitate. *Plaut. Capt.* 4. 1. 1. Jupiupiter supreme — maximas opimitates opiparasque offens mihi: laudem, faciem, ludum, jecum, festitatem, ferias. *Id. E-*

pid. 3. 4. 32. Si sexaginta mihi denumerantur in fine, tuas possidebit mulier fax ferias. h. e. hec multier tuarum tuique oti erit particeps. Cf. Horat. 4. Od. 5. 37. Prestore Hesperiae longas ferias. h. e. longam pacem. Et Petron. Satyr. 24. Agere ferias. stare in ozio. — Rursus Plaut. Capt. 3. 2. 18. Venter gutturque resident esuriales ferias. h. e. jejunant. — Et de messis et vindemiae tempore Sueton. Ces. 40. Fastos correxit, jampidem viatore pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque messium feriae astati, neque vindemiarium anctummo competerent. Cf. de scholarum feris Augustin. 9. Confess. 2. Opportune jam paucissimi dies supererant ad vindemias ferias, et statui tolerare illos, ut solemniter abscederem. Et de forensibus feris Menuc. Fel. Octav. 2. Sane et ad vindemiam feriae judiciarum curam relaxaverant. — De feris scholarum, quae pueri discentibus dantur. Prudent. 9. nept. 75. Non petimus toties te praecopte negatas. Avare doctor, jam scholarum ferias. Hic pueri Cassianum preceptorem increpat. — Hinc sine ullis feritis, proverb. sine ulla intermissione. Arnob. 1. 13. Numquam omnino respiressisse mortalita, et sine ulla, ut dicitur, feris, multiplicitum formas sustinuisse discriminum. — Feritis caret necessitas, aliud proverb. apud Pallad. 1. R. R. 5. 7.: Itali dicunt necessitat non ha legge.

**FERIALE**, is, n. 3. registro delle ferie, edictum, seu potius index in quo feriae per cujusque anni dies celebrande enumerantur. Inscript. non nullis abhinc annis Capuae reperta, quae pertinet ad ann. a Chr. n. CCCLXXXVII, edita vero et illustrata a Franc. M. Avelino in Opusc. div. T. 3. p. 215. 304., et apud Henzen. 6112. ADMINISTRANTE ROMANO JVN. SACERDOTE FERIALE DOMINORVM SIG. III. NONAS JAN. VOTA, III. IDVS FEBR. GENITALIA etc. In feriali soli dies ferlati, in calendario etiam rater recensentur.

**FERIATICUS**, a, um, adject. idem quod feriatus, seu festus, ut Feriatici dies, Ulp. Dig. 2. 12. 2., ubi al. leg. feriati. Sed nihil mutandum, nam præterquam quod in optimis Codicibus ita legitur, sic habetur in Respons. Papian. tit. 11. ad fin. Fiscalia vero negotia dici etiam feriaticis diebus licet.

**FERIATUS**, a, um, adject. idem quod feriatus,

**FERICULUS**, a, um, diminut. a ferus, aliquantis per ferus, subagrestis. Petron. 3 agm. Tragur. 39. Burmann. Nam mihi nibil novi potest asseriri, sicut illi. Fericulus tamel (h. e. tamen ille) babali proxim. h. e. callebat lamen, quae magistra rerum experientia docet. Ita restituit locum ex Cod. Tragur. Fr. Oriolius in Opusc. letter. di Bologna T. 1. p. 63.

**FERNUS**, a, um, adject. *Suppos*, ad ferias pertinens (It. di fiera, ferino; Fr. de bête, sauvage; Hisp. de bestia, bestial; Germ. von wilden Thieren, thierisch; Angl. of or belonging to a wild beast).

I.) Proprie. Lucret. 5. 1417. Ferina vestis. h. e. ex pelibus ferarum. Cic. 1. Invent. 2. 2. Victu ferino sibi vitam propagare. Alii leg. fero. Catull. Perig. Ven. 38. Strages ferine. Sall. Jug. 21. et 91.; Liv. 35. 49.; et Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (161). caro. Virg. 11. En. 571.; et Val. Flacc. 2. 157. lac. Ovid. 2. Met. 523. Ferini vultus. Id. 5. Trist. 12. 55. Ferina vox. Id. 7. Met. 675. Sumi nemorum studiosus, ait, cædisque ferinae. Id. 15. Met. 457. Ferina domus. Plin. 13. Hist. nat. 4. 9. (43). Pomum sapore ferino, quem ferme in apris novimus. Stilig. legit: Sapore quodam ferina in apris, evidentissime quæ causa nominis. Justin. 2. 2. 9. Ferina pullis. Val. Flacc. 6. 379. Ferina gales.

II.) Improperie. Gell. 19. 2. Ferina voluntates, piaceri brutalis. Sic Ammian. 26. 6. Ferina vita. h. e. vilis et abjecta. Id. 15. 3. Honorum vertices ferinis morsibus appetunt. Ammian. hoc loco metaphoram sumpsit ab apro, qui sc̄pē ferus dicitur: V. Salmas. ad Scriptores rer. August. vol. 2. p. 133. — Hinc

Ferina, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est ferina caro. Virg. 1. En. 210. Impletur veteris Bacchi, pinguisque ferina. salvaticina. Adde Val. Flacc. 3. 569.

**FERIO**, is, ire, a. 1. Feriunt pro feriunt antiquum est. teste Paul. Disc. p. 162. 24. Müll. — Ferio pro feriam ponit Charis. 3. p. 222. Putsch., quæ positio est in verbis quartæ conjugationis apud antiquos usitata. — Carel Præterito et Supino, et,

quam opus est, ab ico aut percusio mutuatur. Charis. tamen 3. p. 222. Putsch. integrum ejus coniugationem referens, ferii, ferieram, ferierim, ferissem, ferisse, feritum ire ei tribuit, sed sine exemplis. Feritur usurpavit Servius ad Virg. 7. En. 498. — Imperat. feri legitur apud Plaut. Men. 1. 2. 63.; et Sueton. Cal. 30. — Part. Feriens I. 1. 2. et II. 1. Feriendus I. 1. et 2. — Ferire est percute-re, pulsare, cædere, vulnus inferre, rictus, zottus, natus (It. ferire, colpire, percussione, battere; Fr. frapper, heurter, choquer, battre; Hisp. cascar, herir, golpear, aporrear; Germ. stechen, hauen, stossen; Angl. to strike, smite, beat, hit, knock).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est percute-re, pul-sare. — a) De hominibus et brutis animantibus. Plaut. Men. 1. 2. 63. PE. Jan forces ferio? me. Feri. battere alla porta. Cic. Cœl. 24. 59. Quum Metelius paritem sapere feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, circro Catulum nominabat. battendo la mano sul muro. Cf. Sall. Jug. 76. Si postquam murum arietibus feriri vident etc. Lucret. 2. 441. si forte manu corporis ipse Tute tibi partem ferias. ti tocchi o ti percussa. Sic Cic. 1. Att. 1. Ferire frontem, battersi la fronte. Quintil. 11. 3. 123. ferar. Id. 11. 3. 106. manus. Ovid. 3. Trist. 3. 48. pectora manus. Id. 4. Met. 553. plan-gore pectora. Seneca Herc. Et. 831. ore terram languidus prono ferit. Cf. Lucan. 4. 786. ferientia terram Corpora. Cels. 6. 7. in fin. Ferire tabulam malleo. Tibull. 2. 5. 85. ferit pede rusticus uvas. Virg. 2. En. 299. Cetatum socii feriunt more. h. e. remis pulsant. Calpurn. 4. Ecl. 128. Seu cantare juvat, seu ter pede lata ferire Gramina, ballare, ter pede humum pulsare, ut alt Ovid. 1. Art. am. 112. (Alt. leg. lenta ferire carmina, h. e. cantum carminum leota salutatione exprimere ei sequi. Simile est illud Ovid. 4. Trist. 10. 50. de Horatio. Dum ferit Ausonia carmine culta lyra). Rurus Calpurn. 2. Ecl. 11. ales ferit aera penitus. Et poetice Horat. 1. Od. 1. 36. Sublimi feriam sidera vertice. h. e. con-tingant. — Cic. 2. Tusc. 23. 36. Pugiles etiam quam feriunt adversarium, in jactandis cestibus ingemiscunt. Id. Topic. 17. 64. Jaceret telum voluntatis est; ferire quem nolueris, fortunæ. Val. Flacc. 6. 249. gladio Sibotes serit ultima teli. Ovid. 3. Fast. 755. Ille cadit præcepit et calcis feritur asselli. Id. Ib. 483. venenato ab angue feriri. Plin. 29. Hist. nat. 4. 22. (71). Constat, contra omnium serpentium ictus ipsarum serpentium exta auxiliari, eosque, qui aliquando viperæ fecur coctum hauserint, numquam postea feriri a serpente. Adde eund. ibid. 4. 23. (74). Virg. 4. En. 579. varina eripit enseu fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro, h. e. inedit funes. — Absolute. Quintil. 2. 8. 13. Sicut ille exercendi corpora peccitus, non, si docendum pancretiū suspererit, pugno ferire vel calcere tan-tum docebit. Horat. 2. Sat. 7. 98. velut si Re vera pugnent, feriant vitentque moventes Arma viri, ri-tent est ictus vitent, quod nomen ex verbo ferient elicendum est. Virg. 9. Ecl. 23. Orcasare rapro; cornu ferit ille, cævto. — b) De inanimis. Ovid. 1. Trist. 2. 47. Nec levius latulæ laterum feriunt ab undis. Quam grave ballistæ mortia pulsat onus. Id. ibid. 11. 40. cæruleis charta feriunt aquis. Id. 1. Art. am. 328. Quæ brevis equoëis dia (insula) furitur aquis. Sic Sili. II. 5. 393. quoniam seva Tethys Calpen Herculeam ferit. Ovid. 6. Met. 57. subtemen inter staminum ductum Pereusso feriunt insecti pectine dentes. Seneca Troad. 833. Tinunculus plectro feriente chordas. Val. Flacc. 1. 384. puniceo cui circumfusa rotundu Palla imos ferit alba pe-niles. h. e. puisat atque adeo contingit. Lucan. 10. 244. Venti aquas assidue feriunt. Horat. 2. Od. 10. 11. feriuntque summos Fulmina montes. Id. 3. ibid. 3. 7. Si fractus illaturbas orbis. Impavidum feriunt ruina. Cf. Sili. II. 14. 768. Nec turbatibus animi, tanta feriente ruina. Rurus Horat. Art. P. 350. Nec semper feriet, quodecumque osinabitur, arcus. ¶ 2. Speciatione ponitur pro occidere: quæ significative occurrit — a) De hominibus et brutis ani-mantibus. Ennius 8. Ana. 40. Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis. Sic Sall. Cat. 7. et 60. et Jug. 83. Ferire hostem. Cic. 3. Ferr. 30. 75. Condemnatur Philodamus et ejus filius: urget Dulabella, ut quam primum secuti feriuntur. Virg. 12. En. 294. Telo trabali aliquem graviter ferire. Sueton. Cal. 30. Ita feri. ut se meri sentiat. Quintil. 6. 3.

61. Ferire rotarium. Val. Flacc. 1. 225. Euse fe-tire aliquos. Adde eund. 3. 176. et 200. Sall. Jug. 6. Ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras priuinas aut in primis ferire. Ovid. 3. Met. 715. Ille mihi feriendus aper. Tre-bell. Poll. Gall. duob. 12. Ferire taurum. — b) De victimis et hostiis. Horat. 2. Od. 17. 30. reddere victimas. Ædemque votivam memento: Nos hu-milem feriemus agnam, scannerè in sacrificio. Sic Virg. 6. En. 251. ferire vaccam Proserpinæ. — c) Huc pertinet etiam dicendi ratio ferire feridus, hoc est jungere, facere, quia in feridibus faciendis metabatur victimæ, et cassa jungebant ferida porca, ut ait Virg. 8. En. 641. seu rectius ferire feridus proprie est ferire, h. e. mactare haedum ad so-cietatem ineundam (P. qua dicta sunt de littera F). Fetus formula apud Liv. 1. 24. Si prior defexit (popu-lus Romanus) publico consilio dolo malo, tu illo die, Juppiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Id. 9. 5. Quid aut sponsoribus in feridæ feriuntur ob sidibus. ubi precatione res transigitur? Per quem (est hec precationis formula) populum fiat, quo minus legibus dictis stetur, ut eam ita Juppiter feriat, quem admodum a Feridibus porcus feriatur. Cic. Habir. Post. 3. 6. Nec ei regi, qui alienus ab hoc imperio esset, sed ei, quicum feridus feriri in Capitolio vide-rat. Virg. 10. En. 151. Tarchon jungit opes feridæ dusque ferit. Cic. Dom. 50. 129. Fædera serieban-tur provinciarum. Id. Cœl. 14. 34. Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fædera ferires? affinchè tu stringessi ille-cite amicizie. Adde eund. 2. Invent. 30. 92.; Var-ron. 2. H. R. 4. 9.; Flor. 1. 10. 20.: et Ammian. 17. 12. ¶ 3. Ferire pecuniam est crudere, bâter moneta. Plin. 33. Hist. nat. 3. 13. (44). Constitutumque, ut asses sextangulari pondera feriuntur. — Hiæ illa in vet. nommis et lapidibus ni-vir. A. A. A. F. F. h. e. auro, argento, ære flando, feriundo.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de iis, quæ sub sensibus cadunt eosque vehementer percussant; itemque de iis, quæ animum afficiunt. Lucret. 6. 692. Res feriunt oculorum acies visuque lacentur. Ade-de eund. 4. 218., 258. et 329. Id. 6. 242. Propera sit. ut speciem quo vertimus, omnes Res ibi-um contra ferient formæ atque colore. h. e. incur-rant in oculos. Cic. 15. Fam. 16. 2. His spectris etiam oculi possent feriri, animus qui possit, non video. Sili. II. 3. 694. major repente lux oculis ferit. Lucan. 6. 742. pessime mundi Arbitor, iniuitatam ruptis Titana cavernis, Et subito feriunt die. h. e. pererillam perstringamus tuos orulos subita tibi-que iuvisa luce. Cf. Ovid. 7. Met. 804. Sole feri radiis feriente cacumina primis. et Claudian. cons. Probi et Olybr. 122. de hasto cuspide, tremulisque ferit splendoribus Hebrum. — Cic. Orat. 67. 226. Nec ullum genus est dicendi aut melius, aut fortius, quam binis aut ternis ferire veribus. Quintil. 8. 5. 13. Ut omnis sensus in fine sermonis feriat aurem. Id. 9. 3. 4. Quæ etiam feriuntur rebus, consuetas aures minus feriunt. Seneca Herc. Et. 1944. Sonus trepidas aures ferit. Lucan. 2. 23. ferire crebris ululatibus aures. Virg. 5. En. 140. ferit æthera clamor. Lucan. 5. 774. feriat dum morta remotas Fama procul terras. h. e. rumoribus suis impletat. — Horat. 2. Sat. 3. 274. ferire verba pâlato. h. e. exprimere, loqui, lingua palatum velut sentiente. Cf. Quintil. 11. 3. 61. Sonat vox, ut feritor. — Lucret. 4. 260. Acre ferit frizus. Lucan. 9. 396. Me calor ætherius feriat. Stat. 3. Theb. 422. armo-rum tonitru ferit corda. Seneca Hippol. 293. Cupido virginum ignoto ferit igne pectus. Quintil. 12. 10. 48. Feriunt onium sententiae. Id. 6. pœm. 3. Accidit, ut ieu simili ferit. h. e. morte proquinque. Cic. 1. Off. 21. 73. Quæ faciliora sunt philosophis, quo minus multa patent in eorum vita, quæ fortuna feriat. Lucan. 7. 580. libertas ultima mundi. Quo steterit ferienda loco. ¶ 2. Apud Comicos est dolo fraudare, fallere, per fraudem quippiam aliqui au-ferre, multare. Plaut. Thib. 2. 1. 19. Ubi illa pen-derent ferit, jam amplius orat. Ter. Phorm. 4. 1. 13. Porro autem Geta feriatur alio munere, ubi hebas peperatur. Hinc Prepert. 4. 5. 44. Quam ferit usitatos comicos mecha Getas. Id. 3. 2. 50. Qui vollet austeros arte ferire virus. ¶ 3. Est etiam puni-

Ie. Cod. 11. 11. 1. Ferire aliquem condemnatione centum librarum auri.

**H**omonym. Plura sunt apud Latinos, quæ percotere, pulsare, cædere generatim significant: horum precipua ita distinguenda videntur.

I.) *Ferire* proxime accedit verbo *icere*: utrumque ictus vim tamē exhibet, ut, si sermo sit de animalibus, occidere, si de victimis, immolare significet: in eo fortasse differunt, quod in uno verbo *icere* ratio habeatur termini a quo ad præcipue termini ad quem ictus descendit (*V. ICERE* loco suo). Quoniam vero ultrumque defectivum est, verbi enim ferire præsens, imperfectum et futurum, verbi autem *icere* perfectum et plusquamperfectum solummodo in usu sunt; ita sepe alterum alteri sufficitur. *Liv.* 2. 33. Cum Latinis populis ictum sedus. Ad id feriendum consul alter Romæ mansit.

II.) *Ferire* et *verberare* (quod volunt esse ex eodem etymo geminatio verber pro *ferfer*) percutiendi significacionem præ se ferunt, ita tamen, ut *feriens* percutiat instrumento acuto, penetrabili et aliquando lacerante, contra *verberans* instrumento, quod resultat. Præterea ultrumque iædendi significacionem complectitur; sed unum *verberare*, proprio ac stricto sensu, de hominibus tantum ceterisque animalibus usurpatur. *Cic.* *Topic.* 17. 64. Jacere telum voluntatis est; ferire quem nolueris, fortuæ. *Plaut.* *Amph.* 2. 1. 60. *sos.* Sum obtusus pugnis pessum. *AMPH.* Quis te verberavit?

III.) *Ferire* est percutere et vulnerare generatim; cædere, pulsare, mulcare et tundere unum idemque significant, sed spesialiter. *Ferimus* enim non modo securi, gladio, flagello, virgis etc., verum etiam baculo, pugnis, pedibus: sed qui *cædit*, instrumento utitur, quod secat, ut securi, gladio etc., vel quod vulnerat, ut flagello, virgis etc.: qui vero *pulsat*, *tundit* et *mulcat* instrumento utitur duro atque obtuso, ut baculo, pugnis, pedibus. Præterea *pulsari* et *tundi* quidquid dicitur, ut homo, jaua, humus etc.: *mulcari* scire de animalibus et præcipue de homine usurpatur. Denique qui *pulsat*, *tundit* et *mulcat*, rei superficiem percutit, nec semper discindit ac dilacerat: qui *cædit* et *ferit*, rem plerumque discindit ac dilacerat, hoc tomen discrimine, quod *cædens* lineam (*cæsim*), *feriens* vero punctum (*punctum*) tangit. *Curt.* 8. 11. 14. Quum superne tela barbari iugenerent, saepius ipsi feriebantur, quam vulnerabant. *Liv.* 35. 5. Obstabant duces hastilibus cædentes terga trepidantium. *Id.* 2. 5. Nudatos virgis cædunt, securique feriunt. *Id.* 22. 48. Tergaque ferientes ac poplites cædentes stragem ingentem fererunt. *Cic.* 7. *Ferr.* 54. 142. Cædunt acerrime virgis: denique proximus lictor — converso bacillo oculos misero tundere vehementissime cepit. — Quum jacenti latera tunderentur etc. *Id.* 6. *ibid.* 43. 93. Male mulcati clavis et fustibus repelluntur.

IV.) *Verberare* de reo vel servo speciatim usurpatur, a quo, jure ac legitime, publicus magistratus vel dominus penas exigit ac sumit; eique respondet verbum *vapulare*: *pulsare* vero, *mulcare* et *tundere* dicuntur, qui alium injurya et vi, odii uloscendi causa percutiunt; et præterea qui *pulsat*, levius percutit et, potius quam corpus, hominis iædi dignitatem; qui *tundit* et *mulcat*, violentius ac ferocius percutit summoq; dolore corpus afficit. *Cic.* 5. *Ferr.* 26. 66. Videtis pendere alios ex arbore, pulsari autem alios et *verberari*. *Id.* 7. *ibid.* 54. 141. Lictores valentissimi et ad pulsandos verberandosque homines exercitatiissimi. Pro tundere. *V. locum Cic.* allatum sub III. Rursus *Cic.* *Mil.* 14. 37. Vibienus illa est *mulcatus*, ut vitam amiserit.

V.) Denique etiam *pavire* et *cudere* significant percutere: sed *pavire* a Gr. *παίω* est rem mollem pulsando et calcando solidare, unde *pavimentum*; *cudere*, unde *incus*, *cudis*, est rem solidam ac duram percutere, donec nova ei forma inducatur. *Varro* 1. *R. R.* 51. 1. Aream esse oportet solidam, terra pavita. *Cudere* autem et *ferire* eodem sensu occurunt, quum de pecunia sermo est, *cæs* *cudere*, *nes* *ferire*. — A verbo *cudere* differt etiam *tundere*, hoc est maximo conatu et violenter percutere, imino aliquando comminuere: quod discriben ex compositis præcipue patet; namque *cudere* est aliquid artificiose, *extundere* est aliquid per vim

percutiendo eruere et efficere. *Virg.* 6. *Aen.* 848. *Excudent* alii spirantia mollus æra. *Cels.* 4. 4. *Frequens* tussis sanguinem quoque extundit. *Virg.* 1. *G.* 133. Ut variis usus meditando extundet artes, Et silvis venis abstrusum excuderet ignem. — NB. Alia, ut battuere, hostire etc., quippe parum usitata ac vetera, omittenda putavimus.

**F**ERIOR, Æris, Ætus sum, ari, dep. 1. Part. *Feriatu*s in fin.; *Feriaturus* init. — Ferior usum habet maxime in præteritis; et est ferias ago, ab opere cesso, otiosus sum, *οχολάσσω* (It. far vacan-a, oziare; Fr. ne rien faire, prendre du repos; Hisp. estar ocioso; Germ. ruhen, feiern, müssig sein, Feierfest haben, halten; Angl. to keep holiday, be vacant or free from work or study). *Varro* 6. *L.* 2. 55. *Müll.* Qui Fornacalibus suis non fuerint feriati. *Cic.* apud *Macro*. 1. *Somn.* *Scip.* 4. *Tertium* diem iam feriati sumus. *Macro*. *ibid.* 7. Achilles recenti lacessitus injurya ab armis cum suo milite feriabatur. *Id.* 1. *Saturn.* 2. Non ludo, sed serio feriari. *Sidon.* 9. *Ep.* 11. a med. Animus tandem feriaturus. — Hinc Part. præter.

*Feriatu*s, a, um, adjective occurrit, et est qui otiosus et quietus est et nihil agit.

I.) Proprie de hominibus. *Plaut.* *Mil.* *glor.* 2. 2. 62. *Ferialis* ne sis. *Varro* 1. *R. R.* 16. 4. Ne de fundo familia ab opere discedat, ac pro festis diebus ambulet feriata (Italice *vada a spasso*) potius quam opere faciendo agrum fructuosorem reddat. *Cic.* 1. *Nat.* D. 37. 102. Deum sic feriatus volumus cessatione torpere. *Id.* 3. *Orat.* 15. 58. Sic illi a negotiis publicis, tamquam ab opere, aut temporibus exclusi aut voluntate sua feriati, tolos se ad poetas contulerunt. *Trebonius* apud *Cic.* 12. *Fam.* 16. 2. Ne putes, in Asia feriatus illius ab his studiis, in qua tua cohortatione incitat, futurum. *Martial.* 3. 47. Nec feriatus ibat ante carrucam, Sed tuta fœno cursor ova portabat. *Macro*. 1. *Saturn.* 16. Flaminica feriata erat. *Capell.* 1. p. 13. Jain velut maritali vacatione feriatus, h. e. ob matrimonium et consuetus munera vacationem. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 2. Musæ feriatae. — *Male* feriatus dicitur, qui interpestivo otio deditus est. *Horat.* 4. *Od.* 6. 14. male feriatus Troas, et latum Priami choreis. Falleret aulam. *Sic Gell.* 10. 22. ad fin. Ilæc Plato disseruit de ista futili atque puerili meditatione orgiasticum, in qua id genus homines consenserunt male feriati, quos philosophos esse vulgus putat.

II.) Translate de robis. *Feriatu*s dies sunt, in quibus feria aguntur, giorni di festa. *Plin.* 10. *Ep.* 24. Et sequens mensis complures dies feriatos habet. *Id.* 3. *ibid.* 14. Et charta adhuc superstes, et dies feriatus patitor plura contexi. Adde *Ulp.* *Dig.* 2. 12. 2. — *Plaut.* *Mil.* *glor.* 1. 7. Ego hanc mancharam mihi consolari volo, ne lamentetur, quia se jampridem feriatus gestim. h. e. quod ea jampridem non sim usus. Sic *Pacat.* *Paneg.* *Theod.* 40. An ego quum ab Alpibus Julis otioso feriatoque ferro, non præmium fuisse videam, sed triumphantum etc. *Plin.* 7. *Ep.* 3. Toga feriata. h. e. que neumo utitur. *Prudent.* 6. *Cathemer.* 27. pectus. *Id.* 6. *nepi* *orat.* 156. freta. h. e. tranquilla. *Ennod.* 4. *Ep.* 14. In Panfronii mei commendatione ore feriato mens dictat epistola.

**F**ERITAS, atis, f. 3. duo diversa significat, prout est A) a *ferus*, a, um; vel B) a *fero*, fers.

A) *Feritas* a *ferus*, *ἄρπτός*, est natura ejus, qui ferus est, h. e. nullo cultu mitigatus, aut mansuetus, silvestris, non dominus, feræ similis, mores ferini, naturæ asperitas, immanitas, crudelitas (It. selvaticezza, rozzezza, fierezza; Fr. mœurs sauvages, ferocité, naturel farouche; Hisp. costumbre silvestre, ferocidad; Germ. die *Wildheit*, d. *Rohheit*, d. wilde *Wesen*; Angl. savageness, wilderness, fierceness, cruelty, barbarity).

I.) Proprie usurpatur de hominibus. *Cic.* 1. *Off.* 44. 157. Magnitudo animi, remota communitate conjunctioneque humana, feritas est quedam et immanitas. *Id.* *Sext.* 42. 91. Ex feritate ad justitiam atque manusstudinem traducere homines. *Id.* 2. *Tusc.* 8. 20. Feritatem expellere. *Auct.* B. G. 8. 25. Trevitorum civitas cultu et feritate non multum a Germanis differebat. *Ovid.* 4. *Fast.* 217. Feritas mollitia, et 103. deposita, et 3. *ibid.* 281. Feritatem excutere. *Id.* 1. *Pont.* 7. 5. Inamobilis feritas. *Sil.* It. 1. 148. Fructus regni feritas erat. *Tac.*

*Germ.* 43. Feritas insita. scil. Ariorum. *Flor.* 1. 22. 1. Feritas populi Romani. *Id.* 2. 11. 4. Genuina feritas eorum (*Gallorum*). *Sueton.* *Cal.* 23. Feritas infantis. *Justin.* 23. 1. 16. Feritatem incendere. *Id.* 18. 3. 8. Trux feritas. *Id.* 25. 2. 7. Feritas finitiorum. *Id.* 43. 3. 4. Feritas Gallica. *Vellej.* 2. 106. Langobardi, gens etiam Germana feritate serior. *Ammian.* 14. 10. init. Inopia simul et feritas. *Eumen.* pro rest. *Schol.* 18. Feritas Francorum. *Id.* *Pan.* *Const.* Aug. 5. Feritatem ponere.

II.) Impropiæ dicitur de rebus inanimis. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 112. Scythici loci feritas asprezza del paese. *Cf.* *Stat.* 2. *Silv.* 2. 33. Feritas inanimæ viæ. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 37. de menta. Que res feritatem detrahit, atque edomitam reddit. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (124). Compescere nimiam iniustitatem.

B) Feritas, a ferendo, pro fertilitate videtur ussurpari a *Tertull.* *carm.* de *Sodoma*.

**F**ERITO, as, are, a. 1. frequentia. a fero. Occurrit tantum Part. *Feritans* apud *Solin.* 56. Palmella caryotis feritaria. *Alli* leg. ferentia.

**F**ERME, adverb. idem ac *fere*, illud enim me nihil aliud est quam suffixum: ita enim docet *Varro* 7. *L. L.* 92. *Müll.* Ferine dicitur, quod nunc fere; est in motu atque adventat. — Itaque ¶ 1. Ferme significat aliqui rei aliquantum accedere, et est quasi, propemodum, circiter, *οχεῖν* (It. quasi, a un di presso, presso che, all' incirca; Fr. presque, à peu près, environ, en grande partie; Hisp. casi, cerca, poco falia; Germ. ziemlich, höchstens, ungefähr, beinahe, fast, grösstenteils, hauptsächlich; Angl. almost, nearly). Occurrit — a) De numero, mensura etc. *Plaut.* *Bacch.* 3. 2. 4. Ut in Ephesus bine abi (hoc factum est ferme abhinc biennium) etc. *Liv.* 1. 40. Duo de quadragesimo ferme anno, ex quo regnare coepérat Tarquinius, etc. *Vellej.* 2. 90. extr. Ad eam pacem abhinc annos ferme quinquaginta perduit Cæsar Augustus. *Id.* 1. 5. 3. Nam ferme ante annos noogentos et quinquaginta floruit, intra mille (*Homerus*) natus est. *Id.* 2. 11. extr. Quippe intra duodecim ferme annos hujus temporis consules lucri Metelli aut censors. *Id.* 2. 10. 2. ante annum ferme. *Tac.* 6. *Ann.* 51. tribus ferme et viginti annis. *Justin.* 41. 6. 1. eodem ferme tempore. *Id.* 17. 1. 1. per idem ferme tempus. *Id.* 18. 2. 8. et 29. 1. 1. itidem ferme temporibus. *Apul.* 4. *Met.* init. diem ferme circa medium. *Sall.* *Jug.* 48. A quo flumine aberat mons ferme millia viaginti. *Liv.* 30. 9. extr. Abest ab Carthagine quindecim millia ferme passuum. *Id.* 30. 8. In tumulo quatuor ferme millia distante ab castis regiis condedit. Adde eund. 9. 1. *Curt.* 9. 8. 30. Deflexio ad insulam medio ferme alveo enataam. *Liv.* 30. 10. sub fin. Sex ferme oneraria abstractae sunt. *Tac.* 15. *Ann.* 18. ducentæ ferme naves. *Liv.* 30. 10. Mille ferme delecti propugnatores oneratis imponuntur. *Curt.* 4. 10. 10. Persarum exploratores erant mille ferme. *Id.* 3. 3. 21. Dextra lœvae regem ducenti ferme nobilissimi propinquorum coniunctabantur. *Liv.* 42. 51. Summa omnium quadriginta millia armata fuere, quorum pars ferme dimidia phalangeta erant. *Justin.* 22. 4. 5. major pars ferme militum. *Mamertin.* *Grat.* 24. duo aut tria ferme amicorum paria. *Justin.* 24. 1. 2. omnes ferme Graecæ civitates. *Id.* 12. 1. 6. Graecia ferme omnis. *Id.* 20. 1. 2. universa ferme Italia. *Id.* 35. 1. 9. totius ferme orientis. *Id.* 42. 2. 11. totius ferme orbis. *Tac.* 3. *Ann.* 76. Quum ferme conetus proceres cum horo nomine nominavisset, Cesarem omisit. *Ter. Phorm.* 5. 7. 21. Ferme eadem omnia, quæ tute dum coram me incusaveras. *Cic.* 1. *ad Brut.* 2. sub fin. De me possum idem, quod Plautinus patet in *Trinumino* (2. 2. 38.): Mibi quidem atas acta est ferme. *Tac.* 15. *Ann.* 25. In tantum ferme modum aucta potestate. — b) Item de aliis, ac præcipue de iis, quæ sermone aliquo, vel scriptura etc. continentur. *Liv.* 23. 24. In has ferme leges sedus ieiunum. *Id.* 6. 29. his ferme incisa litteris. *Tac.* 2. *Ann.* 38. his ferme verbis usus. *Id.* 14. *ibid.* 55. sic ferme respondit. *Id.* 30. 24. In conspectum ferme Africæ prospero cursu vectus. *Ces.* 3. *B. G.* 12. Erant ejusmodi ferme sitiū oppidorum. *Liv.* 1. 15. Haec ferme Romulo regnante gesia sunt. h. e. præcipue. *Id.* 21. 59. Equata ferme pugna est. h. e. maxima ei parte. ¶ 2. Item significat aliqui rei quam

proxime accedere, et est valde, omnino. — a) Affirmative. *Nœvius apud Varro.* 7. L. L. 92. *Müll.* Econtra venire video ferme injuria. *Cic. 1. Divinat.* 11. 18. Quod ferme dirum in tempus cecidere Latini. *Plaut. Pers.* 1. 1. 3. Atque edepol, ferme ut quisquam rem accurat suam, sic ei procedunt postprincipia denique. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 32. Illa mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia. *Id. Andr.* 1. 5. 49. Jam ferme moriens me vocat. *Lucret.* 3. 63. Turpis enim ferme contemptus et acris egestas. *Gell.* 14. 2. Eum constabat virum esse ferme bonum, notisque et experta fidei, et vita incipiassimae. — b) Sæpe jungitur negativis, et est non facile. *Plaut. Pren.* 4. 2. 40. Facio, quod manifesto moechi baud ferme solent: refero vasa salva. *Id. Trin.* 3. 3. 3. Namque hercule honeste flori ferme non potest. *Ter. Andr.* 3. 1. 1. Fidelem haud ferme mulieri inventias virum, non così facilmente troverai. *Cic. 1. de republ.* 45. Hoc in hac moderatè permixta conformatio reipublicæ non ferme sine magnis principum vitiis evenit. *Id. 5. Tusc.* 38. 111. Sopientia cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocates. *Id. Brut.* 43. 161. Ut nihil eo ferme quisquam possit addere. *Id. 2. de republ.* 34. Quod quum honore longe antecederent ceteris, voluptatibus erant inferiores, nec pecuniae ferme superiores. *Liv.* 1. 24. Nec ferme res aliqua alia est nobilior. *Id. 36. 43.* Ita numero non ferme impares futuros. *Id. 22. 9. ad fin.* Quod non ferme decernitur, nisi quum etc. ¶ 3. Quum ad eventus refertur, est plerumque, per lo più, per l'ordinario, per solito. *Cic. 1. de republ.* 42. Quem (*tyrannum*), si optimates oppresserunt, quod ferme evoluti, etc. *Sall. Jug.* 74. Romani signorum et armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti: nam ferme apud Numidas in omib[us] præliis magis pedes, quam arma tutæ sunt. *Liv.* 21. 54. Ritus circa obsitus palustribus herbis, et, quibus inulta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque. *Id. 34. 13.* Nocte ferme proficiscebantur. *Id. 7. 2.* Ceterum parva quoque, ut ferme principia omnia, et ea ipsa peregrina res fuit. *Tac. 2. Ann.* 2. Et accepere barbari lætantes, ut ferme ad nova imperia. *Id. 6. ibid.* 17. Acribus, ut ferme talia, initii. *Id. 2. ibid.* 54. Sed certis e familiis et ferme Miletio adscitus sacerdos. *Id. 12. ibid.* 36. Ut ferme intata sunt adversa. *Id. 4. Hist.* 70. Ut ferme acerima proximoru[m] odie sunt. *Juvenal.* 13. 256. Mobilis et varia est ferme natura malorum.

FERMENTARIUS, a, um. *V.* voc. seq.

FERMENTATICIUS, a, um, adject. fermento imbutus, ut Fermentaticius panis apud *Isid.* 20. *Orig.* 2. Alii leg. fermentarius vel fermentatus; sed fermentaticius retinendum; nam clibanicius etiam et focacius aliis dicitur.

FERMENTATUS, a, um. *V.* FERMENTO.

FERMENTESCO, is, ere, n. 3. inchoat, a fermento, *γεύομαι*. Part. *Fermentescens*. — Fermentescere est crescere et rarescere, addito fermento, et proprio de pane dicitur. Translate de terra, quum densitas illa glæbarum rarefit et resolvitur. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (15). Tellus quoque illo modo (h. e. ex nive diutius sedente) fermentescit. *Id. 28. ibid.* 8. 28. (109). Crocodilia, quum teratur inter digitos, fermentescens.

FERMENTO, as, avi, stum, are, a. 1. Part. *Fermentatus* I., II. 1. et in fin. — Fermento, *γεύω*, est fermento imbuto (lt. lievitare, fermentare; Fr. faire fermenter, faire entrer en fermentation; Hisp. fermentar; Germ. in Gährung bringen; Engl. to leave or ferment).

1.) Proprie dicitur de pane. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 26. (103). Quum fieret panis hordeaceus, ervi aut cicerularia farina ipse fermentabatur. *Id. ibid.* (104). Validiora esse corpora, quæ fermentatio pane aluntur. Adeo *Cels.* 2. 25. et 29. — Et de aliis. *Colum.* 12. R. R. 17. 1. Ficus viridis in amphoras conditur, et ibi sinitur fermentari: deinde quum excauit, etc.

II.) Impropiæ. ¶ 1. Transfertur ad terram, quæ stercoratione solvit, rarefit atque intumescit. *Varro* 1. R. R. 38. 1. et *Colum.* 2. R. R. 15. 1. De his præstare columbinum stereus, quod calidissimum sit et fermentare possit terram. *Colum.* 11. *ibid.* 3. 13. Vis frigoris etcouit terram fermentatamque solvit. ¶ 2. Metaphorice. *Paulin.* *Nokan.* carm. 10. 283. et male dulces Fermentare joros satyrae inordensis acetō. — Hinc Part. præter. pass., cuius supetius exempla tetulimus.

*Fermentatus*, a, um, adjective quoque usurpat, et quidem translate tantum et ¶ 1. Est molli. *Varro* 2. R. R. 9. 4. de notis optimorum canum. Debent esse pedibus magnis, digitis discretis, unguibus duris, solo nec ut corneo, nec nimium duro, sed ut fermentatio ac molli. h. e. leviter intumescere simul et lentescente. *Colum.* 4. R. R. 1. 3. Si deprimentur semina in regesto, quod est fermentatum, plus dipondio occuisse. h. e. solutum latumque, et velut fermento quadam intumescens, ut *ibid.* paulo post dicit, atque adeo in altitudinem crevit. ¶ 2. Hinc metaphorice fermentatu[m] mores apud *Prudent.* *Iapotheos.* 354., h. e. corrupti, mali. Fermentum enim ex corruptis rebus et accescentibus fit, ut videre est apud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 26. (104).

FERMENTOSUS, a, um, adject., quod translate tantum occurrit pro corrupto: *V.* FERMENTUM II. 2. *Theod.* *Priscian.* 4. p. 316. bis retro *Ald.* Tribus ergo, ut supra diximus, officiis ac discreti[n]ibus non recte constitutis, non digeri cibos, et in alboem inquit verti, putredinem seu fermentosam sunere qualitatem, quam zymosis appellavit.

FERMENTUM, i, n. 2. *γεύη*,

1.) Proprie est intritum ex farina aqua subacta et macerata sine sale, donec acescat, ut *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 26. (104). docet: a servendo, quasi fermentum, quia massam ad panificium subactam, cui injicatur, quasi servescat et attollit, turgidamque residit (lt. fermento, lievito; Fr. ferment, levain; Hisp. fermento, levadura; Germ. das was zum Gährung bringt, daher Sauerteig; Engl. leaven, ferment, barm). *Cels.* 2. 24. Stomachio autem apta sunt — panis sine fermento, et elota alica, vel orza etc. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (68). Spuma item concreta pro fermento utinatur. *V.* PANIFEX.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de eo quod terram resolvit et raram ac tumidam reddit. *Colum.* 4. R. R. 1. 7. Repastinata humus, dum est recens, soluta laxaque velut fermento quadam intumescit. Adde eundem. 3. *ibid.* 11. 13. et 2. *ibid.* 2. 19. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (159). Solum apricum — bidente pastinari debet, ternos pedes bipallo alto, marra reticul quaternum pedum fermento, ita ut pedes binos fossa procedat. Ita *Harduin.* (quem et *Sillig.* sequitur) legit ex MSS. (al. ferramento) et interpretatur: humus et fossa duum altitudinem pedum extracta, ad pedum quatuor altitudinem debet crescere, quum luxior facta est repastinatio[n]is ope. Adde *Pallad.* 3. R. R. 18. 1. ¶ 2. Apud *Virg.* 3. G. 379. et pocula lateti Fermento atque acidis imitantur vites sorbis. fermentum est cervisia, quæ fit ex hordeo, aut frumento, in quamdam similitudinem vini corrupto, ut ait *Tac. Germ.* 23. ¶ 3. Metaphorice dicitur de ira, quia animus ira, tamquam fermento, et acescit et turgescit. *Plaut. Merc.* 5. 3. 3. et *Cas.* 2. 5. 17. Meus uxor tota in fermento jacet. ¶ 4. Item pro causa irascendi et indignandi. *Juvenal.* 3. 188. accipe, et illud Fermentum tibi habe. ¶ 5. *Pers.* 1. 24. Quo didicisse, nisi hoc fermentum, et quæ simul iulus Innata est, rupto jecore exierit caprificus? h. e. sicut frustra injicias fermentum in massam, nisi ut eam inflat et majorem faciat, sic, quid mea mihi eruditio proderit, nisi erumpat et clariorem me faciat? Cf. *Solin.* Epist. ad Advent. Cui libro, si animum proprius intendaris, velut fermentum cognitio magis ei inesse, quam bractæ eloquentiae deprehendes. h. e. res ejusmodi, unde cognitio multiplex augetur, quemadmodum fermentum massæ farine adiectum eam crescere facit.

FERO, fera, tuli, latum, ferre, anom. Præteritum cum reduplicatione non semel apud veteres legitur: tetuli enim occurrit apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 84. et 168., *Men.* 4. 2. 25. et 66. et *Rud. prol.* 68.; tetulisti apud *Accium* et *Cœcilium* apud *Non.* p. 178. 17.; tetulit apud *Plaut. Most.* 2. 2. 40. et *Men.* 2. 3. 30. et *Ter. Andr.* 3. 1. 13.; tetulerunt apud *Lucret.* 6. 673.; tetulero apud *Plaut. Cist.* a. 3. v. 19.; tetuliterit apud *Plaut. Pan.* 3. 1. 58. et *Rud.* 4. 3. 101.; tetulissent apud *Ter. Andr.* 4. 5. 13.; tetulisse apud *Plaut. Rud.* 4. 1. 2. — Ferris per syncopen pro fereris, h. e. diceris, est apud *Au[s]son. epigr.* 114. — Part. Ferens 1. 1. et in fin.; *Latus* I. 1. et II. 12. b.; *Latus* II. 7. 1.º; Ferendus I. 1. — De hoc verbo *Quintil.* 1. 4. 29. Quedam etiam inutantur, ut fero in præterito. *Id.* 1. 6. 26. Quod verbis etiam accedit, ut fero, cuius præteri-

## FERO

tum perfectum et ulterius non invenitur. — Itaque fero est verbum compositum ex duabus primitivis fero, πέπω, et tuto (unde tollo et deinde tolero) τλαω, τλημ, latum euin est pro tlatum, ut a τλαω est τλητος. Significat autem portare, gerere (It. portare; Fr. porter, apporter; Hisp. llevar, traer; Germ. tragen, bringen; Angl. to carry, bear, bring).

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu ferre est bajulare, ut docet *Cajus* 50. 16. 235. Ferri proprie dicimus, quæ quis suo corpore bajulat: portari ea, quæ quis in iumento secum ducit: agi ea, quæ animalia sunt. *Liv.* 39. 54. Arma deinde sibi, et postremo omnia, quæ ferrent agerentur, adempta. Hæc tamen discrimina inter fero et porto non fere observantur.

— *Ter. Phorm.* 3. 3. 29. Audacissime oneris quidvis impone et feret. *Id. Heaut.* 1. 1. 17. Quin te in fundo conspicere fodere, aut arare, aut aliquid ferre. *Cæs.* 1. B. G. 29. Qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent, et item separatis pueri, senes mulieresque. *Horat. Epop.* 9. 13. Ferre armæ et vallum. *Flor.* 2. 18. 10. vallum. *Tac.* 14. *Ann.* 65. Caput-amputatum latumque in urbem Poppæa videt. *Cic. 1. Divinat.* 26. 53. Servus per circum, quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. *Nepos Pelop.* 2. Illi igitur duodecim (adolescentul) cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes. *Horat. 1. Sat.* 3. 11. Ferre sacra Junonis (in capite). *Id. 2. ibid.* 5. 86. cadaver humeris. *Quintil.* 8. 4. 21. Ionicam humeris. *Petron.* *Satyr.* 122. aliquid humeris. *Val. Flacc.* 2. 459. super terga locutio[n]em. *Ovid.* 2. *Met.* 872. mediique per æquora ponti (*Juppiter in laurum conversus*) Fert prædam. h. e. Europen, quæ dicitur paulo ante v. 869. ausa tergo considerare tauri. *Sil. It.* 9. 586. Clamantemque ferens calcata per agmina portat. h. e. sustinens. *Harat.* 2. *Sat.* 6. 85. de mure. Ore ferens acinum scismaque lardi frusta. *Plaut. Asin.* 3. 3. 142. Pater nos ferre argentum jussit ad te. *Id. Bacch.* 2. 3. 30. Exempli ostendit symbolum, quem tute dederas ad eum, ut ferre filio. *Ter. Andr.* 2. 2. 32. Olearia et pisciculis minutis ferre obolo in cenan seni. *Horat.* 2. *Od.* 3. 14. Huc vina et unguenta et flores ferre juve. *Id. 2. Sat.* 8. 15. Cœcuba vina. *Id. ibid.* 8. 86. deinde seculi Mazonio pueri magno discerpta forentes Membra gruis. *Id. ibid.* 3. 172. postquam te talos, Aule, nucesque Ferre sinu laxo, doare et ludere vidi. *Justin.* 1. 5. 10. Epistola, quia palam ferri nequivat, exenterato lepori inseritur; lepusque in Persæ Cyro ferendus fido servo traditur. *Id.* 18. 4. 7. Nec alter ferri, nisi in ungula equi, venenum potuit. *Id.* 31. 7. 4. Ferre peculiare domum Africano. *Curt.* 3. 1. 23. tributum alicui. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 77. Surda sit oranti tua janua, laxa ferenti. h. e. ferenti munera. *Cic. Amic.* 11. 37. Si te in Capitolium facies ferre vellet. *Id. 2. Phil.* 41. 106. Operia lectica latus per oppidum est ut murru. *Nepos Hann.* 4. Qua valetudine quoniam etiam premeretur lecticaque ferretur. et *Sueton. Claud.* 2. Lectica in Capitolium latus est. *Quintil.* 6. 1. 47. Circa judices latus puer. *Sueton. Cal.* 19. Præ se ferens (in essedo) Darium puerum. *Virg.* 11. *Æn.* 730. Tarchon fertur equo. *Id.* 8. *ibid.* 549. pars cetera prona Fertur aqua. *naviga a seconda.* V. parag. proxime seq. — Poetice sequente. *Infinite.* *Stat.* 1. *Achill.* 133. natum ad Stygius iterum fero mergere fontes. — Huc pertinent et poetica illa *Virg.* 3. *Æn.* 490. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferent, portava. et *Stat.* 1. *Achill.* 339. sic ergo gradus, sic ora manusque, Nata, ferens. Similiter *Virg.* 1. *Æn.* 193. cervi capita alta ferentes Cornibus arboreis. — Huc deinde pertinet et illud ferre aliquem in oculis, h. e. vehementer amare, tener caro, amare teneramente. *Cic. 6. Phil.* 4. 11. Odorat tunc, nunc fert in oculis. Adeo eundem. 3. ad *Q. fr.* 1. 3. 9. et *Harusp.* resp. 23. 48.; et *Q. Cic. 16. Fam.* 27. Sic per elipsin *Ter. Eun.* 3. 1. 11. Rex te ergo in oculis. h. e. fert. Alii tamen aliter interpretantur. ¶ 2. Generatim de quorum motu, et præcipue de ceteri ac rapido ussuratur. — a) Sic de motu ab inferiori parte ad superiori, sive pro extollere, innatare. *Lucret.* 3. 433. in somnis sopiti ubi cernimus alta Exhalare vapore altaria ferre que fumum. *Id.* 1. 726. ut vis evanuit ignes, Ad calumque ferat flammarum fulgora rorsum. *Horat.* 3. *Od.* 23. 1. Cælo supinas si tuleris manus. *Val. Flacc.* 3. 437. hinc alto Phœbi surgentis ad orbem

Ferre manus. Cf. Sil. It. 1. 360. Hæc (*ignea lampas, seu stella transcurrentes*) ictu rapido pugnatum sepe per aras, Attonito ductore, tulit famam membræ. Sueton. Aug. 94. Flamma supergressa fastigium templi ad cælum usque fertur. — b) Sæpius de motu a loco ad locum, sive pro transferre. Ovid. 4. Met. 335. manus ad eburnea colla serenti. Quintil. 11. 3. 99. Supina manus in sinistrum latus fertur. Plaut. Truc. 1. 2. 24. Tu fer contra manum et pariter gradere. h. e. manum porrige, *porgere*, slender, quod in salutatioibus ferri solebat. Contra Virg. 5. En. 401. In medium geminos immanni pondere cæstus Projicit: quibus acer Erys in prælia suetus Ferre manum, duroque intendere brachia tergo. h. e. conserere, congredi, *azzuffarsi*, venire alle mani. Cic. Amic. 11. 36. Ferre arma contra patriam. *guerreggiare*. Nepos Att. 4. Cum quibus, ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. Liv. 38. 11. Hostes eosdem habeto, quos populus Romanus, armatur in eos fert, bellum pariter gerito. — Similiter in re militari *ferre signa* est castra movere, muovere, levare il campo. Cœs. 1. B. G. 39. Nonnulli Cæsari renunciabant, quum castra moveri ac signa ferri jussisset, non fore dicto audientes milites, neque propter timorem signa laturos. Adde eund. 1. ibid. 40.; et Liv. 9. 23., 10. 5. et 30. 10. Poetice Sil. It. 1. 142. Dum fert Herculeis Garantias signa columnis, Occubuit sevo Tylius certamine ductor. h. e. dum fert arma, agmina. — c) Ferre pedem est ire, accedere, andare, accostarsi. Ter. And. 4. 5. 13. Pol, si id stiscem, numquam hoc tetulissemi pedem. Virg. 2. En. 756.; Horat. 2. Od. 12. 17.; et Val. Flacc. 7. 112. pedem. Lucret. 4. 683. gressum. Ovid. 4. Fast. 488.; et Sil. It. 3. 180. agiles gressus. Plaut. Merc. 5. 2. 41. gradum. Ovid. 7. Met. 185. vagos gradus. Sil. It. 9. 101. vestigia. Id. 9. 243. vagos cursus. — d) Ferre se est ire, incidere, portarsi, andare. Cic. Planc. 40. 96. Ferre se obyiam alicui. Cf. eund. 1. de republ. 4. Non dubitaverim me gravissimis tempestibus obvium ferro. Virg. 2. En. 672. neque extra teccia cerebain. Id. ibid. 453. infelix qua se, dum regna manebant, Sæpius Andromache ferre incomita solebat Ad soceros. Seneca Med. 946. Ferte vos hoc. Sil. It. 5. 402. hic sess cohos tulit. Val. Flacc. 8. 110. Ferre se ad caput arboris. Id. 4. 199. se silvis. Id. 8. 448. se jugis. Id. 5. 405. se adytis. Sil. It. 2. 527. ferens sess Saturnia eastris. Id. 14. 317. se proprius leonis tulere. Virg. 8. En. 199. de Caco. magna se mole cerebant. Sic Sil. It. 1. 497. tota se mole tulit. Rursus Virg. 11. En. 779. capitulo ut se ferret in auro. per farsi vedere, comparire. Sueton. Aug. 32. Grassatorum plurimi palam se cerebant. Forcellinus addit etiam illud Nepot. Datam. 4. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferente, pertinacis. — Et de inanimis. Lucret. 6. 673. Ubi forte ita sess tulerunt semina aquarum. — e) Etiam ferri hoc sensu dicitur, sed velocitatem atque impetum plenius significat. Cœs. 3. B. C. 78. Timens, ne præoccuparetur, ad eum omni celeritate et studio incitatus cerebatur. Virg. 9. En. 553. ferri saltu supra venabula fertur. Id. 11. ibid. 530. Ille juvenis nota fertur regione viarum. Id. 2. ibid. 511. densos fertur moriturus in hostes. si slanaria, si scaglia. Id. 10. ibid. 442. In Pallantis feror. Id. 12. ibid. 346. in prælia. Ovid. 4. Trist. 9. 27. in pugnas. Cf. eund. 2. Met. 69. in præceps. Val. Flacc. 6. 330. feror Arctois nam liber in arvis. Virg. 2. En. 725. ferinur per opacæ locorum. Val. Flacc. 2. 299. Icta per urbem ferar. Flcr. 3. 3. 6. Tripartito agmine per Alpes cerebantur. Horat. Epod. 11. 20. incerto pede fertur. Val. Flacc. 1. 65. rapidis fertar passibus. Virg. 1. G. 514. fertur equis auriga. Sic Id. 5. ibid. 574. equis. Horat. 2. Ep. 2. 200. ego, utrum Nave ferar magna an parva, ferar unus et idem. Virg. 3. En. 263. ferimus spumanibus undis. Val. Flacc. 4. 56. æquore ferri. Quintil. 12. 10. 37. Nou alio semper feremur: nam et littora interim sequenda sunt. Cf. Cic. Orat. 23. 75. Neque quidem jam, quoque feremur, danda nimis vela sunt. Catull. 53. 25. volatil ferri. Horat. 2. Od. 20. 4. non tenui ferar Penna bifornis per liquidum æthera Vates. Virg. 5. En. 587. facta nunc pace feruntur. Sil. It. 1. 521. glomerata morte feruntur. Id. 4. 521. ruimpens iter fertur. Val. Flacc. 3. 678. ferri comes abscit. h. e. in Colchis. — f) Res ipsæ ferri dicuntur. Lucret. 4. 747.

significatione occurrit — a) Cum additis palam, vultu, aperte, etc. *Plaut.* *Mil. glor.* 4. 8. 39. Nos nunc palam sic ferre per urbem haec omnia, nequis hic vito vertat. At pro palam sic leg. secundum. (*Ferre occulte, obscure, clam recta* opponitur. *Ter.* *Adelph.* 3. 2. 29. cr. Amare occipit aliam. so. Vm miserae mibi. cr. Neque id occulte fert: ab lenone ipsus eripuit palam. *Cic.* *Cluent.* 19. 54. Neque id obscure ferchatur, nec dissimilare ullo modo poterat: aderat frequens, advocabat etc. *Liv.* 31. 47. Haud clam tulit iram adversus prætorem, quod absente se rem gessisset.). *Tac.* 2. *Hist.* 65. Lætitiam et gratulationem vultu ferens. Et cum propos. pendente *Id.* 4. *ibid.* 85. Dux hostium Valentius, nequaquam abjecto animo, quos spiritus gessisset, vultu ferens. *Cic.* *Planc.* 14. 34. Eum ipsum dolorrem hic tulit paulio apertius. *Id.* 14. *Att.* 13. 2. Lætitiam apertissime tulitus omnes. *Id.* 9. *Phil.* 3. 7. Auctorem senatus extinctum, lète atque iisolenter tulit. — b) Sæpe dieimus præ se ferre, quod et conjunctum scriptum præsefere in omnibus personis reperitur: et dicitur tum de hominibus, tum de rebus cum Infinito vel cum Accusativo. *Cic.* 1. *Nat.* *D.* 5. 12. Cujus rei tanta facultatem consecutum esse me, non profiteor: secutum me esse, præ me fero. Cf. *Fronio* 1. *ad amic.* 18. Ditem et præ me tuleram, satis me diligenter in ista oratione conjectarum divisisse argumentis et refutasse. *Cic.* 2. *Nat.* *D.* 18. 47. Noli quæso præ te ferre, nos plane expertes esse doctrinæ. *Id.* 2. *Att.* 23. 3. Non mediocres terrores jacit, et Sampsonio negat: ceteris præ se fert et ostentat. *Liv.* 42. 10. Præ se ferens si quid decerneretur, intercessurum. Sic *Justin.* 20. 4. 12. Præ se ferentes, vera ornamenta matronarum. pudicitiam, non vestes esse. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 2. 4. Non tabellam, vindicem tætitæ libertatis, sed vocem vivam præ vobis, iudicem vestrarum erga me voluntatum: ac studiorum, tulistas. *Quintil.* 2. 13. 11. Hanc virtutem præ se feruot. *Id.* 12. 11. 21. Liberalium disciplinarum præ se scientiam tulit. *Sueton.* *Aug.* 28. Præ se ferre voluntatem. *Id.* *Cal.* 14. odiū. *Id.* *Vesp.* 12. mediocritatem. *Id.* *Tit.* 8. studium armaturæ. *Quintil.* 11. 3. 148. Turbatæ comæ aliquid affectus præ se ferunt. *Id.* 10. 1. 11. Oratio præ se fert felicissimam facilitatem. *Id.* 11. 1. 37. Verba præ se ferunt animum. — c) Hac referri possunt et illa *Tac.* *Germ.* 7. Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt (h. e. ostentant); nec illæ numerare aut exigere plaga parent. *Id.* *Dial. de orat.* 25. Adstrictio Calvus, numerosior Asinius, etc. — omnes tamen eamdem sanitatem eloquentiam ferunt. — 9. Item est nunciare, narrare, dicere, apportare, narrare, raccontare, dire. — a) Generatim. *Plaut.* *Pers.* 3. 1. 24. Nam inimici famam nou ita, ut nata est, ferunt. *divulgano*, *pubblicano*. *Ter.* *Phorm.* 5. 6. 18. Quod fers, celo, dñ su quel che porti di nuovo. *Id.* *Adelph.* 4. 7. 3. Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adolescentis. *Virg.* 1. *Æn.* 644. rapi dom ad noves præmittit Achatem, Ascanio ferat hæc, ipsuñque ad membra ducat. *Sil.* *It.* 4. 286. Ferre hæc umbris proavoque memento. Quam procul occumbas Tarpeja sede. *Id.* 11. 64. Ergo electa manus gressu fert dicta citatio. *Tac.* 15. *Ann.* 60. Hæc ferre Gaynis Silvanus jubaret. *Virg.* 2. *Æn.* 160. promissi manes, si vera feram. *Tac.* 6. *Ann.* 47. Tormentis servorum Macrom præsesdisse, commentarii ad senatum missi ferentur. — *Cœs.* 2. *B. G.* 17. M. Varro amicissime de Cæsare loquebatur. — Hæc omnibus ferentur sermouibus. *Liv.* 23. 31. Patres faina ferantur, id dis cordi non esse. *Id.* 1. 42. Ut Servium conditorem posteri fama ferentur. Cf. *Tac.* 1. *Ann.* 5. Simul excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem fama eadem tolit. — *Lucret.* 3. 42. Qund sæpe homines morbos magis esse timeados Infaunemque ferunt vitam, quam Tartara leti. *Liv.* 22. 14. Si militaris suffragii res esset, hanc dubio ferentur Minucium Fabio duci prælaturos. *Ovid.* 6. *Met.* 469. Facundum faciebat amor: quotiesque rogabat Ulterius justo; Procul ita velle ferentur. *Tac.* 15. *Ann.* 72. Ex Cajo Cæsare se genitum ferentur. — b) Speciatim ferunt, ferunt, feruntur etc. ususpat ferre de his, quæ non ab uno, sed vulgo in ore et sermone habentur. *Cic.* 1. *de republ.* 2. Quin etiam Xenocratem ferunt, quum quæreretur ei eo etc. — respondisse. *Id.* 2. *ibid.* 19. Feisse quemdam ferunt Demaratum etc. *Id.* 3. *Nat.* *D.* 23. 57. Quem et Hyperborœis Delphos ferunt advenisse. *Cœs.* 6. *B. G.* 17. Deum maxime Mercurium colunt: hunc omnium inventorem artium ferunt. *Jirg.* 6. *Æn.* 283. quam sedem somnia vulgo Vanu tenere ferunt. *Id.* 2. *ibid.* 229. scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. *Horat.* 3. *Od.* 17. 2. Quando et priores hic Lamias ferunt Denominatos. *Liv.* 1. 4. Faustulo fuisse nomen ferunt. *Quintil.* 2. 3. 3. Timotheum ferunt solitum etc. *Sueton.* *Aug.* 23. Adeo namque consternatum ferunt, ut etc. Adde eund. *Cœs.* 29. et 45.; et *Justin.* 20. 1. 6. *Sueton.* *Cœs.* 80. Sunt qui putent confusum eum etc. — Alii e diverso opinantur etc. — Alii ferunt dicere solitum etc. — *Cic.* 1. *Orat.* 11. 45. Homo omnium in dicendo, ut fererant, acerrimus et copiosissimus. *Sueton.* *Aug.* 71. Circa Tibidines hæsit: postea quoque, ut ferunt, ad viandas virginis promptior. — *Lucret.* 3. 14. Ceres fert fruges. Liberque liquoris Vitigeni latice mortalibus instituisse. *Cic.* 2. *de republ.* 3. Romulus Amulum regem interemisse fertur. *Id.* *ibid.* 10. Qui in concione dixisse fertur, a se visum esse Romulum etc. Adde *Sall.* *Jug.* 64. *Jirg.* 1. *Æn.* 19. Quam Juno fertur coluisse. *Phœdr.* 1. 10. Ditisse fertur simius sententiam. *Id.* *ibid.* 27. Fertur locutus. *Justin.* 7. 1. 5. Reguasse fertur Pelagonus. *Id.* 14. 6. 12. Crura conterisse fertur. *Virg.* 7. *Æn.* 208. Threiclamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur. si dice, si chiama. *Nepos Att.* 1. Nobilis inter æquales fereretur. *Sueton.* *Cœs.* 59. Invictum nomen Scipionum fereretur. *Horat.* 2. *Od.* 19. 26. Quamquam choreis aptior et jocis Ludoque dictus, non sat idoneus Pugna fereretur. *Sueton.* *Vitell.* 5. Dona atque ornamenta templorum surripuisse et commutasse quædam, fereretur. — *Cic.* 1. *Orat.* 11. 49. Si ornate locutus est, sicut fertur et mihi videtur. *Id.* *ibid.* § 45. Quam quæstor ex Macedonia venissim Athenas florente Academis, ut temporibus illis fereretur, quod etc. ¶ 10. Hinc ponitur etiam pro factare, prædicare, vantarsi. *Liv.* 4. 45. Faro Senatusconsulto, ut duo ex tribunis ad bellum proficerentur, uous res Romæ curaret, certamen subito inter tribunos exortum: se quisque belli ducem potiorem ferre, curam urbis, ut ingratis ignobilemque aspernari. Cf. *eund.* 45. 44. Polybius, eum regem (*Prusianum*) indignum majestate nominis tanti tradit, pœnitentium, capite raso, obviam ire legis solitum libertumque se populi Romani ferre. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 21. tu possis villa, verum Dante minor, quamvis fers te nullius egenum. *Virg.* 5. *Æn.* 372. qui se Behrycia venient Amyci de gente fereretur. *Liv.* 35. 47. Qui, se oriundum a Magno Alexandro ferens, filii duobus Philippum atque Alexandrum ei filie Apiani nomina imposuerat. *Sueton.* *Vesp.* 23. Qui ingenium se et Lachetem mutato nomine ceperat ferre. *Vellej.* 1. 11. Qui se Philippum regiæque stirpis fereretur, quin esset ultimæ. ¶ 11. Hinc etiam de dictis et scriptis ferri est idem ac circumferri, esse in ore vel manibus hominum, andare intorno per le bocche o per le mani di tutti. *Cic.* *Amic.* 2. 6. Multa ejus (*Calonis*) et in senatu et in foro vel provisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute fereretur. *Sueton.* *Domit.* 9. Ferrebatur vox ejus: Principes qui delatores non castigat, irritat. *Lucilius* apud *Non.* p. 303. 20. *Merc.* Et sola ex multis nuoc nostra poemata ferri. *Cic.* *Brut.* 7. 27. Pericles, cuius scripta quædam ferentur. *Quintil.* *præfat.* 7. Sub nomine meo libri fererantur artis rhetorice. *Id.* 7. 2. 24. Cetera, quæ sub nomine meo feruntur. *Sueton.* *Cœs.* 55. Feruntur quædam ejus orationes. *Id.* *Aug.* 31. Quidquid fatidicorum librorum vulgo fereretur. *Id.* *Cres.* 20. hi versus. *Id.* *ibid.* 56. scripta. *Id.* *Gramm.* 1. volumina. *Id.* *ibid.* 4. commentarii. *Vopisc.* *Tac.* 11. Multa hujus feruntur. *Id.* *Aurel.* 21. Fertur epistola ejus. ¶ 12. In re publica et juridica — a) Ferre suffragium vel sententiam Italice est dare il proprio voto, pronunciare la propria opinione. Faro 2. *R. R.* 2. 1. Coniunctis ædilicis, quum ego ei Q. Axius senator tribulis suffragium tulissimus, et candidato, cui studebam, vellamus esse præsto. *Cic.* 1. *de republ.* 31. Qui æqua potest esse (libertas) in istis civitatibus, in quibus verbo sunt liberi omnes? Ferunt enim suffragia, mandant imperia etc. Adde *Sueton.* *Aug.* 56.; et *Justin.* 22. 3. 6. *Cic.* *Balb.* 15. 34.

De quo sedere populus Romani sententiam non tulit. *Id.* 6. *Verr.* 47. 104. De quo vos, judices, sententiam per tabellas feretis. *Id.* *Claud.* 26. 72. Sua illum sententia, quum palam omnes latuissent, condemnatum iri. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 74. Proclamavit, se quoque in ea causa latuimus sententiam palam et juratum, quo ceteris eadem necessitas fieret. — b) Ferre legem, privilegium, rogationem est propone aliquid deliberandum dcernendumque. Dicebatur enim magistratus ferre ad populum vel ferre absolute, quum pro concione interrogabat, vellet ne huberetique aliquid fieri: id si faceret in senatu, refere dicebatur. *Cic.* 2. *Off.* 21. 73. Peruicose Philippus in tribunatu, quum legem agrariam ferret, quam tamen antiquai facile passus est. *Id.* *Sull.* 23. 65. Lex dies fuit proposita paucos, ferri excepta numquam, deposita est in senatu. Adde *eund.* *Cornel.* 1. 3. *Id.* *Sext.* 16. 37. In legem per vim latam jurare nouerat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 152. lex pœnaque lata, decretata, imposta. *Cic.* 4. *Parad.* 2. 32. Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut sibi opertum Bonæ Deæ accessisses, exsulares *Id.* *Sull.* 23. 65. Sullam illam rogationem de se nolle fieri. *Id.* *Balb.* 14. 33.; *Claud.* 51. 140. et *Brut.* 23. 89.; *Cæs.* 3. *B. C.* 1; et *Liv.* 33. 25. Ferre rogationem de aliquo, contra vel in aliquem ad populum, ad plebem. *Liv.* 4. 51. Jaceret tandem irritas sanctiones, que de suis commodis ferrentur. — *Cic.* 2. *Phil.* 43. 100. Nescis, te ipsum ad populum tulisse, ut quintus dies Cæsari tribueretur? *Id.* 2. *Fin.* 16. 54. Ut P. Scævola tribunos plebis ferret ad plebem, vellelente de ea re queri. Adde *Liv.* 33. 25. — *Cic.* *Sull.* 22. 63. Nihil de judicio ferrebat, sed pœnam ambitus auferebat. Adde *eund.* *Cæcian.* 35. 102. *Id.* 7. *Att.* 6. 2. Quum ut absentis ratio haberetur, ferrebasus. — Impersonaliter. *Liv.* 23. 14. Lato ut solet ad populum, ut equum escendere liceret. portata parte. — Ferre legem alicui apud *Cic. Dom.* 30. 81., h. e. in favorem allecujs. — Ferre ad senatum pro referre dixerunt *Ammian.* 30. 6.; et *Capitolin. Anton. Phil.* 5. — Figurate *Quintil.* 2. 13. 1. Leges studiosis dicendi ferre. — c) Ferre judicem dicitur actor, et est dare, dare, assegnare. *Cic. Rosc. com.* 15. 45. Quem ego si ferrem judicem, refugere non deberet: quum testem producam, reprehendere audebit? Adde *eund.* 2. *Orat.* 70. 285.; et V. *Klotz* ad *Cic. Oration.* vol. 1. p. 563. *Liv.* 8. 33. Provoco ad populum, eumque tibi judicem fero. Adde *eund.* 3. 57. et 3. 24. ¶ 13. Absolute, h. e. sine Accusativo, de abstractis usurpat, et est requirere, postulare, velle. *Ter. Andr.* 1. 2. 17. Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut exploreret suum. *Cic.* 1. *Fam.* 7. 6. Io hac ratione quid res, quid causa, quid tempus ferat, tu perspicies. *Id.* 1. ad *Q. fr.* 4. 5. Ad ita tempora nostra, non ut amor tuus fert, vere prescribe. *Id.* *Pis.* 2. 5. Provinciam, quod ita existimabam tempora reipublicæ ferre, in concione deposui, cosi richiedere. *Id.* 2. *leg. Agr.* 28. 77. Pallisper, si ita commodum vestrum feret, connivebo. *Ter. Adelph.* 1. 1. 28. Glanculum patres faciunt, que fert adolescentia. *Id.* *Andr.* 2. 6. 12. Dumque etas tulit. *Cic. Cluent.* 60. 168. Quum ad illud prandium crudior venisset et, ut etas illa fert, sibi tum non pepercisset, come suol fare quell' età. *Id.* 4. *Verr.* 34. 83. Prout Thermitani hominis facultates ferabant, come portarano. *Quintil.* 3. 1. 1. Ut vires nostræ tulerint. *Cic.* 3. *Fam.* 2. 6. Meæ rationes ita tulerunt. *Id.* 7. *Verr.* 40. 105. Dicit ei, se statuisse animadvertere in omnes navarios: ita sui periculi rationes ferre ac postulare. *Cic.* 1. ad *Brut.* 9. Accusasti me gravioribus verbis, quam tua consuetudo ferrebat, portava il tuo costume. Adde *eund.* *Cæcian.* 29. 85. *Ter. Andr.* 5. 1. 13. Dui res te tulit: nunc non fert. *Liv.* 3. 27. Inde conposito agmine, non itineri magis apti, quam præfio, si res ita tulisset, etc. *Quintil.* 5. 2. 3. Si res fert. *Id.* 12. *proœm.* 4. Ut res fert. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 21. Si occasio tulerit, se portera l'occasione. *Nepos Eumen.* 6. Si tulisset ita fortuna. *Ovid.* 1. *Met.* 297. Figitur in viridi, si fors tulit, anchora prato. *Sall. Jug.* 78. Cetera, ut fors tulit, alta alia, alia in tempestate vadosa. *Cic. Quintil.* 18. 57. Vereor, ne aut gravioribus utar verbis, quam natura fert, aut levioribus, quam causa postulat. *Cæs.* 3. *B. C.* 61. Prout eujsque eorum qui negotiis præterant,

aut natura aut stadium ferebat, hæc ad Pompejum omnia detulerunt. *Cic.* 6. de republ. 18. Naturam fert, ut extremitas et altera parte graviter, ex altera autem acute sonent, così poria la natura delle cose. *Id.* 5. *Verr.* 23. 57. Tamdiu peperudit in arboce socius populi Romani, quamdiu voluntas Apronii tulit. *Id.* pro leg. *Manil.* 24. 70. Si vestra voluntas feret, se vorrete, se vi piacerà. *Virg.* 6. *Æn.* 675. Sed vos, si fert ita corde voluntas, Hoc superate jugum. *Sall. Cat.* 58. Diutius in his locis esse, si matrum animus fert, frumenti atque aliarium rerum egestas prohibet. *Ovid.* 1. *Met.* 775. Si modo fert animus, gradire et scitabre ab ipso. *Ter. Heaut.* 3. 3. 11. At certe concedas hinc aliquo ab ore eorum aliquantis, multa fert libido. *Cic.* 2. *Att.* 25. 2. Nos, et opinio et spes et conjectura nostra fert, firmissima becoventalis hominum muniti sumus. *Id.* *Claud.* 16. 46. Ut mea fert opinio. *Quintil.* 4. 3. 14. Ut mea quidem fert opinio. *Id.* 9. 4. 122. Quantum mea fert opinio. — Per ellipsis, omissa Nom. res. *Curt.* 3. 3. 6. Vetera quoque omnia, ut fert, sollicitudo revocaverat. At ibi fortasse legendum ut fere sit: al. conjecterunt ut sit. *Tac.* 3. *Ann.* 15. Sociem se cujuscunq[ue] fortuna et, si ita fert, comitem exiit promittebat. *Id.* 2. *Hist.* 44. Hos certe nondum victos, et, si ita fert, honestios in acie perlitros. — Animus, mens fert sequente insuffinito. *Ovid.* 1. *Met.* 1. In nova fert animus mulatas dicere formas. *Janino mi porta a dire, ha voglia di dire. Lucan.* 1. 67. Fert animus causas tantorum expromere rerum. *Sueton. Oth.* 6. Tulerat animus post adoptionem statim estra occupare. *Stat.* 4. *Theb.* 753. nos ferro meritas excindere Thebas Mens iulit. — Hinc Part. præs.

Ferens, entis, adjective quoque occurrit cum Genitivo, et est patiens. *Tac.* 5. *Hist.* 6. Corpora subluria et ferentia laborum tollerant.

Homonymi. Ferre, si cum homonymis comparetur, et propriæ et figuratae generatiæ est et latius patet. Cum verbo portare collatum, ferre de leviori, portare de graviore onere usurpat; idem dicendum de compositis conferre et comportare, in ferre et importare. *Bajulare* est quidem portare, sed speciatum bajuli (del jachino) operam praestare vel arte factitare. *Ovid.* 10. *Met.* 470. Semina fert utero conceptaque criminis portat. *Horat.* 2. *Od.* 3. 14. Huc vina et unguenta et nimium brevis Flores amoenos ferre jube rosa. et *Cæs.* 1. *B. C.* 78. Quorum corpora erant insueta ad onera portanda. *Plaut. Asin.* 3. 3. 68. Nolo ego te, qui herus sis mibi, onus istuc mihi sustinere. — Ego bajulabo; tu, ut decet dominum, aate me ito inaas. — In verbo gerere ejusque frequentatissimo gestare speciatim ratio habetur membrorum, quibus onus geritur: præterea inter gerentem et onus interna ratio intercedit, quia gerens est rei possessor, quam gerit; contra externa tantum ratio intercedit inter onus et ferentem vel portante, hic enim est is qui simpliciter fert vel portat. *Nepos Damat.* 3. Ipse gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, sinistra copulam, quo etc. *Val. Max.* 7. 2. Ego vero, inquit (*Blas.*), bona mea mecum porto. Pectore enim illa gerebat, non humeris. — Denique vehere est equo, curru, navi et similibus ab uno in alium locum transferre: hinc inter onus et gerentem immediata, inter onus et vehentem medietas ratio intercedit, ut in scholis barbare loqui solent. *Cic.* 2. *Dīrinat.* 68. 140. Equus, in quo ego vehebar, mecum una demersus. *Quintil.* 4. 2. 47. In portum veni, navim prospexi, quanti veheret interrogavi, de pretio conueni. — Ceterum generatim hæc omnia unum idemque significant: sic *Cic.* 2. *Phil.* 41. 106. lectica ferre, *Id.* *ibid.* 24. 58. lectura portare, *Horat.* 2. *Sat.* 3. 214. lectica gestare, et *Sueton. Claud.* 28. lectica per urbem vehendi jus. Quod præcipue animadvertisendum in verbis gerere et ferre: sic *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (112). Cervæ octonis mensibus ferunt partus. et *Id.* *ibid.* 57. 72. (187). Oves gerunt partus diebus centum. Similiter *Liv.* 3. 36. Personam alienam ferre, et *Cic.* 1. *Off.* 32. 115. Personam civitatis gerere. Sic dicimus arma ferre et gerere, consulem se ferre et regem se gerere; itemque terra fruges fert et gerit. Cf. *Liv.* 38. 11. Hostes eosdem habeto, quos populus Romanus, armaque in eos fert bellumque geri-

to. Et *Apul.* 5. *Met.* Sic se gerebat ferrebatque. — NB. Discrimin, quod interest inter ferre, pati, perferre, tolerare etc., v. in v. PATIOR.

FEROCIA, æ, f. 1. (ferox) animus, effrenatus animus (lt. coraggio, valore, straordinario coraggio; Fr. courage, valeur; Hisp. corage, ardimento, valor; Gerin. il. Muth, d. Herzhaftigkeit, d. ungerügelte Muth; Angl. valour, bravery, courage).

I.) Proprie usurpetur ¶ 1. In bonam partem pro virtute. *Cato* apud *Gell.* 6. 3. Scio solle plenisque hominibus rebus secundis atque prolitis atque prosperis aniuum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. *Liv.* 9. 6. Habere Sanunes victorianum, non praedaram solum, sed etiam perpetuum: cepisse enim non Romanum; sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque. *Tac.* 2. *Hist.* 76. Si quis quid ardoris ac ferociæ mites habuit. Adde *Liv.* 37. 40.; *Sall. Cat.* 61.; *Flor.* 2. 12. 3.; *Tac. Agr.* 11. *Id.* *ibid.* 31. Virtus porro ac ferocia subiectorum ingratia imperantibus. *Id.* 4. *Hist.* 71. Ipse pugna avidus ferocia verborum militem incendebat. ¶ 2. In malam partem. *Pacuvius* apud *Non.* p. 490. 19. Merc. ferocitatem et ferociam conjunxit, quasi illa naturam, hæc actionem significet. *Cic. Harusp. resp.* 1. 1. Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatori ferociamque compressi. *Id. fragm.* apud *Non.* p. 492. 3. Merc. Qui competit ejus vim et effrenatam ferociam. *Id.* 2. *leg. Agr.* 33. 91. Ferocia intoleranda. *Ovid. Halieut.* 58. stolidæque ferocia mentis. *Vellej.* 2. 115. ingeniorum. *Tac.* 2. *Ann.* 12. Exere ferociam. *Anmian.* 14. 10. extr. Ferociae status perniciosos mitigate. *Id.* 28. 1. Ferocia genina pectori cruda adfusa.

II.) Improprie. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 10. 24. (121). Sapa infusa ferociam vini strangle. *l'asprezza o amarezza.*

Homonym. *V.* in fin. v. FEROX.

FLEROCIO, is, ivi vel ii, ire, n. 4. Part. Ferociens. — Ferocio est ferox sio, ferociam exercere: et occurrit fere translate, esser feroco, inferocire, ἀγριόπας. *Paul. Diac.* p. 92. 7. *Müll.* Ferocia apud Catonem, ferociter agit. *Quintil.* 10. 3. 10. Ferocietas equos frenis coercere. *Apul.* 9. *Met.* p. 218. Peste infectum ferocire. *Anmian.* 14. 9. Nihilo lenius ferociens. Adde *eund.* 21. 12. *Tertull.* *Apolog.* 5. Reperietis, Neronem in hanc (accusatorum) sectam ferocissime. *Gell.* 1. 11. Quam si permulti sonis mitioribus non immode ferocirent. *Id. ibid.* ad fin. Ferocietatem sevientemque orationem cohibore, *Eumen. Paneg. Const.* 7. Xeres pedicas jecit aureas in profundum, Neptunum se dictans alligare, qui flutibus ferocirent.

FEROCITAS, atis, f. 3. (serus) natura ejus, qui ferocia est, αγριότης, fiera. ¶ 1. In bonam partem ponitur pro animo seu virtute fera atque indomita. *Cic.* 1. *Off.* 26. 90. Equos ferocitatem consultantes dominitoribus tradere. *Id.* 2. *ibid.* 11. 40. Viriati Lælius ferocitatem illa repressit, ut etc. *Val. Max.* 3. 2. 7. Ferocitas gentis. *Lamprid. Alex. Sev.* 61. mentis. ¶ 2. In malam partem est indomita feritas ac saevitia. *Cic. Fatin.* 1. 2. Alicuius ferocitatem comptimere, et audaciam frangere. *Id. Dejot.* 5. 15. Culjs tante ferocitatem fuerit, ut etc. *Id. Marcell.* 6. 16. Victoria ferocitatem extimescere. *Sueton. Vitell.* 12. Gravari aliquem ob nimiam contumaciam et ferocitatem. Adde *Pacuvium* apud Non. loc. cit. in FEROCIA I. 2.

FEROCITER, adverb. Comp. Ferocius et Sup. Ferocissime 1. et 2. — Ferociter ¶ 1. In bonam partem est fortiter, strenue, magna cum virtute, con bravura e valore, coraggiosamente. *Liv.* 3. 47. Strenue et ferociter facta in bello plura memorari possunt. h. e. fortiter. *Id.* 23. 8. Cum quo ferocissime pro Romana societate adversum Punicum fedus steterat. *Sall. Jug.* 112. Ferocius decernere. *Curt.* 3. 11. 1. Ferociter in lœvum cornu hostiū inveni. ¶ 2. In malam partem est cum feritate ac saevitia, ferocemente, αγριως. *Plaut. Amph.* 1. 1. 58. Ferociter increpare. *Cic.* 2. *Phil.* 29. 72. Respondere plane ferociter. *Id. Planc.* 13. 33. Publicanorum in Q. Scævolam aspere et ferociter et libere dicta commemore. *Id.* 2. ad *Q. fr.* 13. 2. C. noster Lamia paulo ferocius exagitatus est. *Nepos Eumen.* 11. Ferocius loqui. *Liv.* 2. 53. Ferociter dictæ sententiae. *Curt.* 10. 2. extr. Ferocissime obloqui. *Tac.* 2. *Hist.* 29. Haec ferociter jactan-

do, ipsum invadunt. *Martial.* 1. 58. Arguit et vitio datur esse ferociter ausum.

**FÉROCLUS**, a, um, adject. *deminut.* a ferox, aliquantulum ferox, bravetto, ferocello. *Turpilius* apud *Non.* p. 75. 30. *Merc.* Ne me attigas, atque aufer manum: eja, quam ferocula es! *Auct. B. Afr.* 16. Quid tu, miles tiro, tam feroculus es?

**FÉROX**, ócis, adject. onu. gen. *Ferocum* pro *ferocium* in Genit. plurali. *Albinov.* 1. 275. inquit illa *ferocum* *Inxit lacrimas decidere ora genis.* — *Comp. Ferocior et Sup. Ferocissimus* sub *A.* et *B.* — Ferox est qui nimium confidit, nihil metuit, atque adeo vehemens, insolens superbusque est: a *ferus* (quo modo *atrox* ab *ater*): a quo ita quidam differre volunt, ut ferox ad morem relatur, *ferus* ad naturam, et dicatur proprie de brutis iis, que nullo saepo servant nullaque cura mansueta sunt, quamvis saeva non sint, *āpīcōs* (*It. feroce*, fero, altero; Fr. fier, hautain, emporté; Hisp. altanero, orgulloso; Germ. *wildem Antlitzes*, stürmisich; Angl. insolent, fierce, bold, headstrong). Occurrunt autem ¶ 1. In bonam partem pro fortis, animoso, strenuo, bellicoso. — a) *Absolute.* — Rare de brutis animantibus. *Virg.* 4. *Æn.* 134. ostroque insignis et auro Stat sonipes, ac freno ferox spumantia mandit. *Horat.* 4. *Od.* 4. 31. nec imbellem feros Progenerauit aquilæ columbæ. — Sæpius de hominibus, vel eorum qualitatibus. *Sall.* *Cat.* 43. Cethus semper querrebatur de ignavia sociorum: natura ferox, vehemens, manu promptus ferat: maximum bonum in reveritate putabat. Adde *eund.* *Jug.* 11. Sic *Cic.* *Vatin.* 2. 4. Nimium es vehemens ferocia natura. *Plaut. Amph.* 1. 1. 82. Vicimus vi feroces. *Cic.* 2. de republ. 20. Postquam bello subigit æquorum magnam gentem et ferocem et rebus populi Romani imminentem. *Horat.* 1. *Od.* 33. 10. ferox Latium. *Id.* 3. *ibid.* 3. 44. Roma. *Id.* 3. *ibid.* 2. 3. Partibi. *Id.* 4. *ibid.* 2. 34. Sygambri. *Id.* 1. *ibid.* 6. 3. miles. *Id.* 4. *ibid.* 9. 21. Hector. *Liv.* 1. 12. In eum hæc gloriantem, cum globo ferocissimorum juvenum Romulus impetum facit. *Tac.* 2. *Hist.* 24. Ferocissimos auxiliarium componevit. *Id.* 1. *Ann.* 2. Quum ferocissimi cecidissent. *Martial.* 14. 179. de Minerva. Dic mihi, virgo ferox, quum sit tibi cassis et hasta. Adde *Sil. It.* 9. 357. *Tac.* 4. *Ann.* 21. Vir nobilis et ferox. *Nepos Themist.* 2. Prætor a populo factus, non solum præsenti bello, sed etiam reliquo tempore ferociorum redditit civitatem. — *Sall.* *Cat.* 11. Loca amena, voluptaria facile in otio feroce militum animos molliverant. *Id. Jug.* 106. Ille animo feroci negat, se toties fusum Numidam pertimescere. *Sil. It.* 1. 191. Continuoque ferox oritur fiducia menti. *Flor.* 3. 10. 21. Ferocibus dictis ad jus pristine libertatis erexit. Cf. *Cic. fragm.* apud *Non.* p. 305. 10. *Merc.* Ferox oratio. *Mercerus* vero aliter legit. — b) Cum additis. *Horat.* 1. *Od.* 32. 6. Qui (*Atœus*) ferox bello, tamen inter arna Liberum et Musas — canebat. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 45. Sed quam Marte ferox et vincit nescius armis, Tam numquam facta pace cruxis animans. *Liv.* 38. 13. Integris viribus regionis ejus ferores ad bellandum habebat viros. *Tac.* 3. *Hist.* 69. Miles Vitellii adversus pericula ferox. — c) De vino dixit *Sil. It.* 7. 211. Ac Methynna ferox cessit Falernis. h. e. vinum Methynnum seu Lesbium austrium, generosum cessit Falernis. ¶ 2. In malam partem ponitur pro duro, inamiti, indomito, effrenato, arrogante. — a) *Absolute* vel cum addito *Ablatiivo cause.* — Rare de brutis animantibus. *Plaut. Men.* 5. 2. 109. Multa mili inopera, Apollo: nunc equos junctos jubes capere me indomitos, feroes, atque in currum incendere. *Lucret.* 5. 902. Qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra, Ore ferox acrem efflare de corpore flammam. Sic *Id.* 4. 719. Feroes leones. *Nepos Eumen.* 11. Quum præfectus custodiu quiesisset, quemadmodum (*Eumenem*) servari vellet: ut acerrimum, inquit, leonem, aut ferocissimum elephantium. *Virg.* 10. *Æn.* 711. de apro. infremuitque ferox et inhorruit armos. — Sæpius de hominibus vel hominum qualitatibus. *Plaut. Mil. glori.* 4. 8. 13. Quia tecum eram, propterea animo eram ferocior. *Id. Men.* 5. 2. 17. Ita istæ solent, dote fætæ, feroes. *Id. Mil. glori.* 4. 9. 13.; et *Titinius* apud *Non.* p. 305. 6. *Merc.* Mochus formâ ferox. *Ter. Eun.* 3. 1. 25. Eone es ferox, quia habes imperium in bellas? *Cic.*

10. *Att.* 11. 3. Indulgentis ferocem fortasse atque arrogantem et infestum facit. *Id. fragm.* apud *Non.* p. 305. 10. *Merc.* Vereor, ne ferociorem eum faciant tua tam præclaræ de eo judicia. *Id.* 4. *Fam.* 9. 3. Victoria civilis, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit. *Sall. Jug.* 94. Numide secundis rebus feroes. Cf. *Tac.* 3. *Hist.* 77. Recens victoriæ miles et super insitam pervicaciam secundis fero. *Liv.* 1. 7. Pastor nomine *Cacus*, ferox viribus. *Id.* 7. 5. Ilium juvem, stolidæ feroce viribus suis cerneret. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 3. Robore corporis stolidæ fero. *Liv.* 7. 40. Ut potuerim tres et viginti annos natus consul patribus quoque ferox esse, non solum plebi. h. e. in patres et plebem. *Horat.* 1. *Od.* 15. 13. Veneris præsidio ferox. *Id. Art. P.* 123. Sit Medea ferox invictaque. *Ovid.* 1. *Met.* 758. Ille ferox tacui. *Id. Heroid.* 15. 189. o scopulis undaque ferocior illa. *Tac.* 2. *Hist.* 63. Cunctant super tanta re Flavium Sabinum Triaria L. Vitelliū utor, ultra semi-nam ferox, terruit e periculo principis famam clementiae affectare. *Val. Flacc.* 5. 549. Ferox ardore prædæ. *Id.* 6. 615. neque parte ferox, neque cæde moratur in una Turbidus. *Flor.* 1. 2. 4. et 1. 8. 3. Ferox populus. *Id.* 2. 17. 8. Ferocissimæ gentes. *Kopisc.* *Carin.* 9. Feroes Probi morte. — *Sall.* *Cat.* 5. Agitatatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris. *Id. ibid.* 38. Quibus ætas animusque ferox erat. Sic *Horat.* 2. *Od.* 5. 13. Currit enim ferox ætas. h. e. scroces juvenæ tempus. Et *Quintil.* 2. 2. 3. Ut et teneriores annos ab injuryia sanctitas docentes custodiat, et ferociores a licentia gravitas deterreat. *Sueton. Aug.* 65. Ingenium sordidum ac ferox. *Lucan.* 5. 211. Feroes oculi. *Gell.* 1. 3. sub fin. Duas ferocissimas affectiones amoris atque odii coccere. — b) Cum Genitivo. *Ovid.* 8. *Met.* 612. decorum Spretor erat mentisque ferox Ixione natus. *Tac.* 1. *Ann.* 32. Cassius Chærea —, tum adolescens et animi ferox, inter obstantes et armatos ferro viam patefecit. Ade *Vopisc.* *Aurel.* 32. Rursus *Tac.* 1. *Hist.* 36. Ignavissimus quisque nimili verbis, lingua feroes. *Id.* 4. *Ann.* 13. Ferox scelerum. h. e. propter sceleria. — c) Sequentia Infinito. *Plaut. Asin.* 2. 4. 62. Ferox est viginti minas meas tractare sese. h. e. quia tractat, ha dell' umore, perchè etc. *Sil. It.* 11. 8. Atque odium renovare ferox in tempore Samnis. h. e. ferociter paratus.

Homonym. Inter fero et ferocem eadem intercedit ratio, quæ inter atrum et atrocem, inter toruum et trucem. Hinc *Accius* apud *Non.* p. 511. 3. Ferum feroci contundendum imperio, sævitia sævitier, ut *Mercerus* legit. *Ferus*, ut addit *Popma*, de inanimatis quoque dicitur; ferox de animatis tantum: ferox omni cultu, ferox aliquo cultu caret. — Animadvertisendum potius videtur discrimen inter feritatem et ferociam, quod resipue videtur *Non.* p. 425. 21. *Merc.* Feritas et ferocia unum idemque significant: sed feritas humanitati et cultui opponitur, ac propterea ferinos mores naturæque asperitatem significat; ferocia vero timiditatem et molitiam opponitur, ac propterea naturali denuist ejus, qui nimium confidit, nihil metuit, animo et vigore plenus. Hinc feritas cum sævitia conjungitur: sed feritas naturæ instinctu insita est et belluina; contra sævitia est sanguinis cupidio, cuius homo sibi conscius est quæque, potius quam belluina, tartarea vel infernalis dici potest. *Tac.* 1. *Hist.* 41. Ceteri crura brachiaque (*Galbae*) sœde lanuare; pleraque vulnera feritatem ei sævitia truncu jam corpori adjecta. Cf. et *Senecam* 2. *Clem.* 4. Possimus dicere, non esse banc crudelitatem (quoniam Seneca ipse desuit atrocitatem animi in exigendis paenit), sed feritatem, cui voluntati sævitia sit. — Illinc vero cum ferocia conjungitur virtus seu fortitudo: sed ferocia naturalis est et hominibus aequæ ac brutis communis; virtus seu fortitudo est moralis vis, educatione cultuque comparata et unius hominis propria. *Tac.* 14. *Ann.* 19. Nos virtute in auximis, barbari ferociam infregere. *Id.* 5. *Hist.* 11. Poscebantque pericula, pars virtute, multi ferocia et cupidine præmioru. *Id.* 2. *Ann.* 26. Qui (*Romani*) perdita classe, amisit armis, post constrata equorum virorūque corporibus litora, eadem virtute, pari ferocia, et velut aucti numero irripuerunt. Adde *eund.* *Agric.* 31,

**FERRAGO**, inis, f. 3. id, quod ferro cæditur. Ita legendum putat *Pontedera. Antiq. Gr.* et *Lat.* p. 139. locum *Varronis* 1. *R. R.* 31. 5. Legumina viridia, quod ferro cæsa, ferrago dicitur. *Gesneri* editio habet: Legumina viridia, quod ferro cæsa, ferrago dicta. *Schneiderus* in sua editione *Pontederae* conjecturam probavit, et textum ad illius mente refinuit.

**FERRAMENTARIUS**, ii, m. 2. qui ferramenta conficit. *Firmic.* 3. *Mathes.* 13. sub fin. *Æterii*, ferramentarii, statuarii.

**FERRAMENTUM**, i, n. 2. *αἰρόπιον*, quodvis instrumentum ex ferro. *Varro* 1. *R. R.* 22. 5. De ferramentorum varietate *Cato* scribit permulta, et generæ et multitudine qua sint, ut falces, palas, rastros. *Colum.* 2. *R. R.* 18. 4. Ut necubi ferramentum seneccis possit ostendere. *Id.* 3. *ibid.* 18. 4. Ferramentum bifurcum. *V.* *BIFURCUS*; et addie *eund.* 4. *ibid.* 29. 15. et 24. 21. *Martial.* in *lemmate* l. 14. *Epigr.* 36. ferramenta vocat instrumenta tonsoria. Cf. *Petron.* *Satyr.* 94. *Cic.* 3. *Cat.* 5. 10. ferramenta pro armis (sic *Sueton.* Tit. 9. Ferramenta pugnantium.) et *Liv.* 1. 40. pro securibus posuit. *Horat.* vero 1. *Ep.* 1. 86. pro fabrilibus instrumentis. Similiter *Justin.* 20. 2. 1. Metapontini quoque in templo Minervæ ferramenta, quibus Epeus, a quo conditi sunt, equum Trojanum fabricavit, ostentant. Et in re medica *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. Aliquando etiam ipsæ gingiva scarificandæ vel circumseparandæ a dentibus ferromento, quod pericharactera vocant. *Veget.* 3. *Veterin.* 32. 1. Candalia prius cauteria preparabis: deinde ferramento decarnabis sic, ne nervos tangas.

**FERRARIA**, æ, f. 1. *V. FERRARIUS*, in fin.

**FERRARIARIUS**, ii, m. 2. est qui in ferrifodinis operatur, quem nostrates vulgo dicunt canopo. *Inscript.* apud *Murat.* 972. 10., quæ est apud *Orell.* 4188. D. M. PRIMONIS FERRARIARIUS VITALIS CONVIBRNALIS.

**FERRARIUS**, a, um, adject. *di ferro, cuīpētis*, ad ferri pertinens. *Plaut. Rud.* 4. 6. 47. et *Inscript.* apud *Orell.* 4083. Ferrarius faber. *Inscript.* apud *Gruter.* 640. 2. et 4. negotiator. Sic *Trebell.* *Poll.* xxx. *Tyr.* 8. opifex. *Auct. B. Afr.* 20.; et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 51. (182). Ferraria fabrurus officinae. *Id.* 34. *ibid.* 14. 41. (144). Ferraria metallæ. *Id.* 28. *ibid.* 16. 63. (226). Ferraria aquæ. h. e. qua fabri ignita ferramenta extinguant. — Hinc

Ferrarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est ferrarius faber. *Inscript.* apud *Spon.* *Miscell.* *antiq.* p. 66. et apud *Orell.* 4066. *COLLEGITUM FERRARIORVM*. *Firmic.* 4. *Mathes.* 7. a med. *Caligarii*, coqui, ferrarii.

Ferraria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est ferrifodina. *Cæs.* 7. *B. G.* 22. Apud eos magne sunt ferrariae. Adde *Caton.* apud *Gell.* 2. 22.; et *Liv.* 34. 21.; et *Cassiod.* 3. *Variar.* 26., qui *ibid.* 25. cas ferrarias venas appellat. *Inscript.* apud *Orell.* 2341. Ferraria Norica. Adde *alios* apud *Henzen.* 6632. et 7253.

Ferraria, æ, f. 1. dicitur etiam herba, alio nomine crista gallinacea, apud *Apul. Herb.* 65.

**FERRATILIS**, e, adject. *Plaut. Most.* 1. 1. 18. genus ferrariae joculariter vocat servos ferreis compeditibus vincos.

**FERRATUS**, a, um, adject. seu potius particip. ab inusit. *ferrare*, (*V.* in fine hujs voc.) *ferrato*, *crōpōdētōz*; rero munitus. *Lucret.* 6. 551.; et *Virg.* 3. *G. 361.* Ferrata orbes rotarum. *Liv.* 1. 32. ad fin. Ferrata hasta. *Virg.* 5. *Æn.* 208. Ferrata sudes. *Id.* 11. *ibid.* 714. Ferrata calx. h. e. stimulo ferreo armata. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 61. ex *Ennio.* Ferrata postes. *Tac.* 3. *Hist.* 30.; et *Amiasa.* 21. 12. et 13. Ferrata portarum obices. h. e. repagula, travi, trave. *Stat.* 10. *Theb.* 504. portæ. *Vopisc.* *Prob.* 21. turris. *Val. Flacc.* 6. 90. Ferrata forma suum. h. e. ferrea imago. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 11. Ferratus servus. h. e. ferreis compeditibus vincitus. *Tac.* 3. *Ann.* 45. In fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes. h. e. ferris loriciis induitos. Sic *Horat.* 4. *Od.* 14. 30. Ferrata agmina. *Annian.* 25. 1. catervæ. *Clau-dian.* *Cons.* *Honor.* 6. 571. viri. *Trebell.* *Poll.* xxx. *Tyr.* 8. populus. *Rutil.* *Itiner.* 1. 365. Ferratus Mars. *Inscript.* apud *Murat.* 823. 4. c. *JU-LIVS BRITIANVS* (miles) *LEG. VI. FERRAT.* Add. alias apud *Gruter.* 43. 13.; 416. 6.; 457. 10. et ali-

bi. *Colum.* 10. *R. R.* 45. ferratum robur. *Scribon. Compos.* 146; et *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 2. Ferrate aquæ. h. e. e ferri metallis erumpentes. *Virg.* 3. *G.* 398. exercitus prohibent a matribus bædos, Primaque ferratis præfigunt ora capistris. *Servius* exponit, duris; alii ferreo aculeo armatis. *V. CAPITSTRUM.* Ceterum verbum *ferrare*, h. e. ferro munire, fuisse præcis inusitatum testatur hisce verbis *Priscian.* 8. p. 835. *Putsch.* Quid impedit nos quoque aliquid. copiæ ad opulentiam Latines con ferre eloquentia, et ad imitationem armæ et armor, armatus dicere, et ut æro, aeror, aeratus, ferro, ferror, ferratus?

**FERRÉUS**, a, um, adject. qui est ex ferro, *ctorpso*; (It. *di ferro*, *ferreo*; Fr. *de fer*, *en fer*; Hisp. *de hierro*; Germ. *eisen*, aus *Eisem* gemacht; Angl. *of iron*, *ferreous*).

1.) Proprie. *Lucret.* 1. 315. Ferreus occulte decrescit vomer in arvis. *Id.* 5. 1292. Ferreus ensis. *Cæs.* 5. *B. G.* 12. Britanni utuntur aut æro, aut taliis ferreis ad certum pondus examinatis pro numero. *Id.* 3. *ibid.* 13. Ferrei clavi. *Id.* 7. *ibid.* 73. hamii. *Id.* 1. *B. C.* 57. et 58. et 2. *ibid.* 6.; *Liv.* 36. 44. et 24. 34.; *Curt.* 4. 2. 12.; *Flor.* 2. 2. 9.; et *Lucan.* 3. 635. manus. h. e. machina bellica, de qua *V.* in *MANUS. Varro* 1. *R. R.* 22. 3. furcae. (Hæs *Cato* *R. R.* 10. absolute dicit *ferreas*). *Liv.* 30. 10.; et *Curt.* 4. 3. 34. uncus. *Virg.* 11. *Æn.* 817. muero. *Curt.* 7. 11. 13. cunei. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (21). elathri. *ferrata*. *Quintil.* 6. 3. 58. fibula. *Id.* 7. 6. 8.; et *Sueton.* *Aug.* 100. anulus. *Seneca Thysest.* 7. clausura. *Virg.* 6. *Æn.* 554. de *Inferorum sedibus*. turris. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 40. (141). Hercules. h. e. Herculis signum. *Sueton.* *Aug.* 7. litteræ, imaginæ. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 556. 18. Merc. Praegrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. Sic *Ammian.* 24. 2. med. Ferrea nimis facie omni; quia laminæ singulis membrorum lineamentis cohaerenter aptatae, sicut oportet totum hominis speciem contebant. *Id.* 19. 1. Ferreus equitatus. h. e. ferrati equites. — Poetice *Etrius* 8. *Ann.* 46. Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber, una pioggia di saette. Similiter *Virg.* 12. *Æn.* 284 ferreus imber. *Id.* 3. *ibid.* 45. Ferrea telorum seges. Eodem sensu *Sil. It.* 15. 628. ruit acer apertis Turbo equitum portis, atque omnis ferrea late Tempestas operit campos. *Virg.* 11. *Æn.* 601. tum late ferreus hastis Horret ager campique armis sublimius ardent.

II.) Improperc. ¶ 1. Ferreus dicitur, qui ferro similis est, vel ad ferrum quoniodocumque referuntur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 61. (170). Ferreus color. (Cf. *Stat.* 1. *Theb.* 104. de *Tissiphone*. sedet intus abactis Ferrea lux oculis, quallis per nubila Phœbes Atracia rubet arte labor. h. e. atra, ferruginea). *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (198). Ferrea fabrica. Parte del ferraria. — Hinc etiani *Vet. Poeta* apud *Cic.* 2. *Nat.* 63. 159. Ferrea tum vero proles exorta repente est. h. e. ferrea ætatis homines. Sic *Tibull.* 2. 3. 35. et *Sueton.* *Tib.* 59. ferrea saccula. *Flor.* 2. 19. 3. Ferrei anni et cruenti. *V. ETAS.* ¶ 2. Transfertur ad mortalem hominis characterem sive ad animalium, et ferreus dicitur qui affectibus caret humanæ naturæ propriis: hinc — a) Est durus, inhumans. *Cic. Amic.* 13. 48. Qui virtutem duram et quasi ferream esse quondam volunt: quæ quidem est quoniam multis in rebus, tum in auctoritate tenero atque tractabilis. *Id.* 7. *Ferr.* 46. 121. Quis tam fuit durus et ferreus, quis tam inhumans, qui etc? *Id.* 13. *Att.* 30. O te ferreum, qui illius periculis non moveris! *Id.* 15. *Fam.* 21. 3. Ferreus esset, si te non amarem. *Id.* 1. ad *Q. fr.* 3. 3. Quem ego ferus et ferreus e complexu dimisi meo. Cf. *Tibull.* 1. 10. 2. Quam ferus et vere ferreus ille fuit! Rursus *Cic. Amic.* 23. 87. Quis tam esset ferreus, qui eam vitam (*solitarium*) ferre posset? *Propert.* 2. 8. 12. qualia carmina feci! Illa tamen numquam ferrea dixit: amo. Adde *Tibull.* 2. 3. 2. et 3. 2. 2. *Ovid.* 14. *Met.* 721. Vincis enim, mortuorum libens: age, ferræa, gaude. Adde *eund.* *Heroid.* 17. 138. *Virg.* 2. *G.* 310. virumque Ferrea progenies. *Ammian.* 28. 1. med. A jure tamen justitiae vrebro discedens ferreus cognitor etc. — Sic *Ovid. Heroid.* 12. 183. Ferrea præcordia. *Id.* *ibid.* 13. 64. bella. *Virg.* 2. *G.* 501. ferrea jura Insanumque forum. h. e. leges, quæ nulla fleetuntur misericordia. *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 28. me Ferrea sor

vita difficileisque — premunt. — b) Item impudens. *Cic. Pis.* 26. 63. Si os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti. Cf. *Catull.* 42. 16. Quod si non aliud potest, ruborem Ferreo canis exprimamus ore. et *Sueton.* *Ner.* 2. Cui os ferreum, cor plumbum esse. ¶ 3. Item fortis, durus, validus. *Liv.* 39. 40. sub *fin.* de *Catone*. In parsimonia, in patientia laboris periculique, ferrei prope corporis animalique. *Juvenal.* 1. 30. Difficile est Satiram non scribere. Nam quis iuñæ Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teat se? *Virg.* 6. *Æn.* 623. et 2. *G.* 44. Non, mihi si lingue centum sint oraque cunctæ, Ferrea vox etc. *Licinius* poet. apud *Cic.* 1. *Fin.* 2. 5. Attilius ferreus scriptor. h. e. qui duro dicensi genero uultur. *Virg.* 10. *Æn.* 745. et 12. *ibid.* 369. Olli dura quies oculos et ferreus uret Somnus. *Homér.* Χαλκος ὁ πνευματικός. *Ocid.* 15. *Met.* 781. qui (*Superit*) rumpere quamquam Ferrea non possunt veterum decreta sororum. *Stat.* 2. *Theb.* 31. de *Cerbero*. Ferrea tergeminio dumulisset lumen sonno. h. e. atra, torva, rigida, et simul fortia et contra sompnum vigilacia.

**FERRICRÉPINUS**, a, um, adject. *Ferricrepinae insulæ* dicuntur joculariter a *Plaut.* *Asin.* 1. 1. 21. ergastula, ubi servi ferro vincit laborabant. Ibi enim assiduis compedibus catenarumque crepitus audiabatur. *V. FUSTITUDINAS.*

**FERRIFÓDINA**, æ, f. 1. ferraria, ubi ferrum foditur. Improbat hauc vocem *Varro* 8. *L. L.* 62. *Müll.* non quod sit contra analogiam, sed quod in usu non sit.

**FERRITERIUM**, ii, n. 2. locus, ubi ferrum teritur, h. e. ubi servi compedibus ferreis vinciti asservantur, ergastulum. *Plaut. Most.* 3. 2. 55. Inde in territorium, postea in ercent recta.

**FERRITERUS**, i, m. 2. adject. servus vincitus ferreis compedibus, quia ferrum terit. *Plaut. Trin.* 4. 3. 14.

**FERRITRIBAX**, æcis, adject. omni. gen. idem ac ferriterus: a ferrum et τριβα τero. *Plaut. Most.* 2. 1. 9. *V. PLAGIPATIDA.*

**FERRO**, as, etc. *V. FERRATUS* in fin.

**FERRCGINANS**, antis, particip. ab inusit. ferrugino, ferrum sapore referens. *Tertull. advers. Valent.* 15. Guttæ bituminosæ, ferruginantes et sulphurantes.

**FERRUGINEUS**, a, um, adject. ¶ 1. Est color reum habens, qualis est ferri longa rubigine exesi, qui ex rculo et nigro commixta est, quem hodie colorum castaneum vocant, di color di ruggine, ferrigno, fuscio, σιδηροσιδην; Interdum hic color diciatur thalassicus, quod nautæ et pescatores eo uti solent in mari. *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 43. Palliolum habeas ferrugineum: nam is color est thalassicus. *Lucret.* 4. 73. Vela lutea, russa, ferruginea. *Ab. leg.* ferrugina, ut metrum constet. *Virg.* 6. *Æn.* 303. de *Charonte*. Et ferruginea subveriat corpora cyma. *Id. ibid.* 410. hanc eamdem cervileam puppim vocat, quia affines bi valde colores sunt, fusi videlicet. *V. CÆRULEUS.* *Id.* 4. *G.* 183.; et *Colum.* 10. *R. R.* 305. Ferruginei hyacinthi. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 275. Ferruginea Plutonis amictus. *Stat.* 2. *Theb.* 13. ferrugineum Inserorum. *Id.* 1. *ibid.* 600. ferruginea frons strigis. *Auson.* 10. *Ep.* 62. Ferrugineum venenum. ¶ 2. Ferrugineus sapor est ferri sapor, quem aqua contrahunt ex ferri metallis erumpentes. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 8. (12). Fons ferruginei saporis. *V. Senecc loc. in FERRATUS.* — Ceterum ferrugineæ aquæ quænam slot, vide in *STERIZUSA*.

**FERRUGINUS**, a, um, adject. ferrugineus. *V. voc. prædicta.* 1.

**FERRCGO**, Inis, f. 3. rubigo ferri, λέσχιδης (It. ruggine del ferro; Fr. rouille du fer; Hisp. moho, orin; herrumbre; Gerin.- der Eisenrost; Angl. rust of iron).

1.) Proprie. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 79. (151). Il- itaque inde ferrugo incipientes lichenas sanat.

II.) Translate. ¶ 1. Ferrugo dicitur color rufus, nigroris rubedinis, similitudine coloris rubigine exesi, ipsaque res talcum colorum habens, color ferrigno, castagno, fuscio. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 10. 9. (35). Fructus grandissimus pineis nucibus, intus exiles nucleos includit, vestitos alia ferruginis tunica. *Val. Flacc.* 1. 775. multa pollens ferrugine taurus. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 93. Dolci violas fer-

rugine pingit. *Tibull.* 1. 4. 43. picea ferrugo. Prudent. 9. *Cathemer.* 78. lugubris. *Virg.* 1. *G.* 467. Sol caput obscura nitidum ferrugine texit. *Ovid.* 15. *Met.* 789. vultum ferrugine Lucifer atra Sparsum erat, et 13. *ibid.* 960. de *Glauco deo marino*. Viridis ferrugine barba. h. e. colore fusco, aut creruleo, qui marinis rebus tribuitur, ut in **FERRUGINEUS** 1. dictum est. *Virg.* 9. *Æn.* 582. Pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Ibera. h. e. purpurea ueste, vel purpureæ admodum simili. Num purpure optime color ex rubro ad nigrum accedit. Sic *Id.* 11. *ibid.* 772. peregrina ferrugine clarus et ostro. ¶ 2. Metaphorice. *Iust. Paneg.* ad *Pis.* 90. animusque mala ferrugine purus. h. e. ab invidia liber, quæ ita exest animum, ut robigo ferrum.

**FERRUM**, i, n. 2. metallum notissimum et plurimi usus, σιδηρος (It. *ferro*; Fr. *fer*; Hisp. *hierro*; Germ. *d. Eisen*; Angl. *iron*).

1.) Proprie. *Lucret.* 5. 1240. æs atque aurum ferrumque repertum est. Et simul argenti pondus plumbique potestas. *Id.* 5. 1286. Et prior æris erat, quam ferri, cognitus usus. *Id.* 1. 491. ferrum candescit in igne. *Cic.* 2. *Legg.* 18. 45. Æs atque ferrum, duelli instrumenta. *Id.* 2. *Nat. D.* 60. 151. E terra cavernis ferrum elicere, rem ad colendos agros necessariam. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 20. conclusæ hincis follibus auræ Usque laborantes, dum ferrum molliat ignis. Addc *Cæs.* 5. *B. G.* 12.; et *Virg.* 1. *G.* 57. *Ovid.* 15. *Met.* 810. Ferrum solidum. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 94. rigidum. *Curt.* 9. 8. 1. candidum. *Flor.* 3. 20. 6. recutum. *Colum.* 12. *R. R.* 5. 2. Ferri massa ignis. *Curt.* 4. 2. 13. Fornicibus ferrum, quod excidi oportebat, impone. *Val. Flacc.* 5. 145. cubilia ferri eruite. *Ammian.* 22. 8. Ferrum eruere et domare. *V. præcepte* *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 39. (188). et seqq. — *Farro* 1. *R. R.* 34. 3. Mustum quod resipit ferrum. h. e. ferri sapore habet: Itali dicunt sa di ferro, è brusco e ruvido al gusto. *V. FERRUGINEUS* 2.

II.) Improperc. ¶ 1. Per synecdochen dicitur de vomere, falce, gladio, ense aliisque hujusmodi ferris instrumentis. — a) De vomere. *Lucilius* apud *Non.* p. 401. 19. Merc. gæbas proscindere ferro. *Lucret.* 5. 1294. ferro cæpere solum proscindere terræ. *Ovid.* 7. *Met.* 119. ferro proscindere campanum. *Virg.* 1. *G.* 50. aequor ferro scindere. h. e. terram vomere. — b) De bipenni sinilibusque ad cædendas arbores instrumentis. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 186. Silvestrem flaminis et ferro mitiget agrum. h. e. ferro silvas cædat, solum scindat. Bammis ligna et herbas silvestres comburat. *Id.* 4. *Od.* 6. 9. moriaci icta ferro pinus. Cf. *Lucret.* 6. 167. cedere si quem Ancipiati videlicet ferro procyl arboris auctum. *Quintil.* 8. 3. 10. Surgentia in altum cacumina oleæ ferro coercebo. Huc referri potest et illud *Plin.* 10. *Hist. nat.* 32. 47. (91). Halcyonum nidi ferro intercidit non queat. — c) De sagittis venationi aptis. *Horat. Epod.* 5. 10. Petita ferro betula. — d) De catenis. *Seneca Hippol.* 584. vincere aliquem ferro. Cf. *Quintil.* 1. 5. 8. Ferrum, quo rotæ viciuntur. — e) De instrumentis, quibus secantur, aut crispiantur capilli. *Ovid.* 11. *Met.* 18. solitus longos ferro resecare capillos. *Id.* 1. *Art. am.* 503. ferro torque capilos. Sic *Virg.* 12. *Æn.* 10. triunes vibratos calido ferro. — f) De stilo, quo veteres in ceratis tabulis scribabant. *Ovid.* 9. *Met.* 522. Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram. — g) De chirurgorū instrumentis. *Scribon.* in epist. *Compos.* præpos. init. Siquidem verum est, antiquos herbis ac radicibus carum corporis vitalia curasse: quia etiam tunc genus mortalium inter initia non facile se ferro committerebat. — h) De sagittæ spiculo. *Ovid.* 7. *Met.* 127. et missa fugientia terga sagittæ Trajicit: extabat ferrum de pectori aduncum. — i) De spiculo bastillum. *Nepos Epam.* 9. Epaminondas, quum animadverteret mortiferum se vulnus acepsisse, simulque si ferrum, quod ex bastili in corpore remiserat, extraxisset etc. *Virg.* 1. *Æn.* 313. Bina manu lato crispanis bastilla ferro. Sic *Id.* 10. *ibid.* 479. Hic Turnus ferro præsumit robur acutus. In Pallante diu libraus jacit. — l) Sæpe pro gladio, de qua translatione *V. Quintil.* 8. 6. 20., atque adeo pro armis cuiuscumque generis, quæ interficiendo inserviant. *Quintil.* 2. 16. 6. Non fabricetur militi gladius, potest uti eodem ferro latro. *Quintil.* 8. 6. 12. Ferrum atriare. h. e. acuere.

*Justin.* 4. 9. 10. Occultato sub veste ferro. *Quintil.* 7. 6. 8. Cum ferro deprehensos. *Sueton.* *Aug.* 35. Ferro cinctus. *Virg.* 6. *Æn.* 260. Tuque iuvade viam, vaginaque eripe ferrum. Eodem sensu *Lucan.* 3. 128. detegere. *Stat.* 8. *Theb.* 140. stringere ferrum. *Sueton.* *Cat.* 12. abjicere. *Id. Domit.* 17. extorquere. *Lucan.* 1. 118. excutere alicui ferrum. *Cic.* *Cæc.* 9. 25. In aliquem cum ferro invadere. *Nepos Alcib.* 10. Ferro aggredi aliquem. *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 51. Demittere ferrum in artus. *Id.* 6. *Met.* 271. ferro per pectus adacto. *Sil. It.* 7. 826. Adigere ferrum in viscera. *Ovid.* 8. *Met.* 440. hau sit pectora ferro. *Stat.* 12. *Theb.* 745. consumere a peccore ferrum. *Cic.* 3. *Nat. D.* 33. 81. Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat. *Cæs.* 5. *B. G.* 30. Ne rejecti et relegati longe ab ceteris aut ferro aut fame intereant. *Sall. Jug.* 38. Tametsi ipsum cum exercitu fame et ferro clausum tenet. *Id. ibid.* 42. Igitur ea victoria nobilitas ex ludidine sua usa multos mortales ferro aut fuga existinxit. *Inscript.* apud *Henzen.* 7390. Q. MAECIO AVSTICO FERRO PETITO, QVI VIXIT ANN. XXXIII. M. III. ETC. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 58. Quid resert, ori virgis ferroque necari Auctoratus eas? *Cic.* 2. *Tusc.* 17. 41. Quis medicis gladiatori, quam decubuissest, ferrum recipere jussus, collum contraxit? *Sueton.* *Ner.* 12. Exhibuit ut ferrum etiam quadringentos senatores. h. e. qui gladiis depugnarent. *Flor.* 1. 12. 7. Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem inveniendum facibus armatae etc. — *m)* **Ferrum** et **ignis** junguntur ad servorum pœnas significando. *Ovid.* 3. *Met.* 607. Clauditur in tectis: et dum crudelia justæ Instrumenta necis ferrorumque ignesque parantur etc. *Propert.* 1. 1. 27. Fertiter et ferrum, sœvos patientur et ignes: Sit modo libertas, quæ velit ira, loqui. — *n)* Sæpius **ferrum** et **ignis** et interdum **ferrum** et **flammas** junguntur, ut maxima in bello vastatio significetur, mandare a ferro e fuoco, ut nos dicimus: ad rem *Liv.* 2. 10. Itaque monere, prædicere, ut potest ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant. *Cic.* 11. *Phil.* 14. 37. Huic urbri ferro ignique militantur. *Liv.* 31. 7. a med. Hostium urbes agrique ferro atque igni vastentur. Adde *eum* 3. 68. et 8. 1.; et *Sueton.* *Claud.* 21. *Ovid.* 13. *Met.* 91. Ecce ferunt Troes ferrumque ignemque Jovemque In Danaas classes. *Curt.* 3. 4. 3. Igni ferroque Ciliciam vastat. *Flor.* 1. 13. 14. Totam urbem igne, ferrò, manibus extequant. *Auct.* B. *Alex.* 60. Ferro flammæque agros consumere. Cf. *Ovid.* 13. *Met.* 91. inque meos ferrum flammæque penates Impulit. Huc pertinet et illud *Curt.* 4. 1. 18. Admiratus magitudinem animi spernentes (*regnūm*), quod alii per ignes ferrumque peterent. — *o)* Hinc ferrum et pro bello vel armis ponitur. *Ennius* 6. *Ann.* 28. Non euponantes bellum, sed belligerantes. Ferro, non auro, vitam cernamus utriusque. h. e. prælio, pugna. *Id. apud Cic.* 3. de republ. 3. Quem nemo ferro potuit superare, neque auro. *Id. apud eum* 2. *ibid.* 18. Anouvit, sese mecum decernere ferro. Sic *Cic.* 2. *Orat.* 78. 317.; *Liv.* 40. 8. extr.; *Virg.* 7. *Æn.* 525, 11. *ibid.* 218. et 12. *ibid.* 282. decernere ferro. h. e. prælio, pugna. et *Virg.* 12. *ibid.* 709. cernere ferro. *Id. ibid.* 185. Cedet Julius agris, nec post arma illa rimbello. *Æneas* referunt, ferro haec regna lacent. h. e. bello et armis. Sic *Lucan.* 7. 228. Atque omnis, Eatio quæ servit, purpura, ferro. h. e. omnes reges, qui armis subacti Romano imperio parent. *Virg.* 6. *Æn.* 553. excindere ferro membra. — *p)* 3. Metaphorice est durities mortuum. *Ovid.* 9. *Met.* 613. Nec rigidus silices soliduisse in pectora ferrum. Aut adamantis gerit, nec lac bibi ille leæna. *Id.* 7. *ibid.* 33. Tum ferrum et scopulos gestare in corde fatebor. *Id.* 1. *Trist.* 8. 42. Et rigidum ferri semina pectus habet. Cf. *eum* 14. *Met.* 711. surdior ille frœto surgesse, durior et ferro. — *Hinc ferrum* dictum est etiam de ultima mundi æstate iuxta Poetarum fabulas. *Ovid.* 1. *Met.* 127. De duro est ultima ferro. Protinus irrumpt venæ pejoris in ævum. Omne nefas: fugere pudor verumque fidesque etc. *Id.* 15. *ibid.* 260. sic ad ferrum venisti ab auro. *Sæcula.* *Horat.* *Epop.* 16. 65. Ære, dehinc ferro duravit sæcula. — *q)* Item de patientia ac duritia in malis. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 3. Ecquos tu silices, equod, carissime, ferrum. Duritiae confers, Albinovane, meæ? — *r)* 5. **Ferrum** meum in igne est proverb. apud *Senec.* *Apocoloc.* a med., h. e. mea nunc res agi-

tur. Simili sensu Itali dicunt, si legge sui mio libro.

**FERRUMEN**, inis, n. 3. σιδήρου κολλησις, σιδήρωσις, quoddam quasi gluten, junctura, qua ferrum ferro jungitur, et generatim qua etiam aliae res consolidari solent (lt. saldatura, incollatura; Fr. souduure; Hisp. soldadura; Gerin. Klett, Leim; Engl. solder, glue, cement).

I.) Proprie. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 23. 55. (176). Quod furto calcis sine ferrumine suo clementa componuntur. *Petron.* *Satyr.* 102. Nec vestem atramentum adhaersum, quod frequenter, etiam non arcessito ferrumine, infligitur. *Pompon.* *Dig.* 41. 1. 27. Quoniam partes duorum dominorum ferrumine cohaerent.

II.) Translate. ¶ 1. *Gell.* 13. 26. Esse videtur Homeri simplicior et sincerior, Virgilii autem γεωτερχωτίστας, et quodam quasi ferrumine intusso, faturior, Τάυρος δ' Ἀλφειώ, ταύρον δὲ Ποσειδίων, Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo. τό pulcher ferrum *Gell.* appellat. un. *Iaccone*, *iem-pitura*, *borra*. ¶ 2. Est etiam ferrugo, rubigo, aut color ferri. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 10. (28). Crystalla infestantur plurimis vitiis, scabro ferrumine, maculosa nube etc. Ita *Harduin.* ex MSS., alii ferrugine. Siliq. etiam ex Cod. Bamberg. *Harduin.* in lectionem tuerit.

**FERRUMINATI**, ονις, f. 3. actus ferruminandi, saldatura, συγχολητισ. *Paul.* *Dig.* 6. 1. 23. Dicit enim, si statuæ ferruminatione injunctum brachium sit, uitate id majoris partis consumi. Non idem est in eo, quod oppublatum sit, quia ferruminatione per eamdem materiam facit confusionem: plumbatura vero non idem esfecit.

**FERRUMINATUS**, a, um. *V.* voc. seq.

**FERRUMINO**, ος, ἄν, *stum*, *stum*, are, a. 1. Part. *Ferruminans*, *Ferruminatus* et *Ferruminandus*. — Ferrumino est jungo, consolido; et dicitur proprie de ferro primum, aliisque rebus, que materia sua altera alteri conglutinatur: latius vero de aliis, sellare, συγκόπτω, κολλάω. *Petron.* *Satyr.* 32. Anulus totus aureus, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 21. (182). Bitumena calcis quoque usum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris. *Id.* 34. *ibid.* 7. 39. (78). Muros domosque massis salis faciunt, ferruminantes aqua. *Id.* 34. *ibid.* 11. 24. (107). Squama decussa vi clavis, in quos panes ærei ferruminantur. *Id.* 36. *ibid.* 26. 67. (199). Vitrum sulphuri concocatum ferruminatur in lapidem. *Id.* 10. *ibid.* 33. 50. (98). Surculo super bina ova imponito, ac ferruminate alvi glutinatio. *Id.* 30. *ibid.* 6. 33. (62). Ad ferruminandas fracturas ossaque contusa. *Id.* 11. *ibid.* 37. 86. (214). Cruribus canum fracta ossa non ferruminantur. *Id.* 16. *ibid.* 36. 61. (158). Arundinis coma, ubi lignosore callo induruit, contusa et interjecta pavulum commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice. *calafata*. *Pompon.* *Dig.* 41. 1. 27. Si tuum scyphum alieno plumbu plumbaveris, aut alieno argento ferruminaveris. — Festive *Plaut.* *Mil. glor.* 4. 8. 25. Labra labellis ferruminant.

**FERTATUS**. *V.* **FESTATUS**.

**FERTILIS**, e, adject. Comp. *Fertilior* sub A. I. et II.; Sup. *Fertilissimus* sub A. I. et II. et B. — **Fertilis a ferro** (*V.* *FERO* I. 6.) est ferax, secundus, uber, fructuosus, εὐφορος (lt. fertile, abbonante, fructuoso, secondo; Fr. fertile, fécond, abundant; Hisp. fertil, fecundo, abundante; Germ. fruchtbar, traghbar, fruchtragend, -bringend; Engl. fertile, fruitful, rank, abundant, copious, rich). Occurrit A) De eo, qui per se secundus est; et B) De eo, qui fertilitate inducit.

A) De eo, qui per se secundus est.

1.) Proprie usurpatum — a) Absolute. — De regionibus et agris. *Cic. pro leg. Manil.* 6. 14. Asia tam opima est ac fertilis, ut et ubertate agrorum et varietate fructuum et magnitudine pastionis et multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. *Id.* 2. *Nat. D.* 52. 130. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates. *Horat.* 3. *Od.* 16. 31. Fertiliis Africa. *Id.* 4. *ibid.* 3. 10. Tibur. *Cic. 2. leg. Agr.* 19. 51. Agri opini et fertiles. *Id.* 1. *Divinat.* 42. 94. Agri uberrimi maximeque fertiles. *Id.* 5. *Ferr.* 51. 120. Agros latos ac fertiles deserent. *Sall. Jug.* 87. Ager fertilis et preda onustus. *Cic. 1. Off.* 15. 48.; et *Ovid.* 5. *Trist.* 12.

23. Fertiliis ager. *Lip.* 29. 25. Fertilissimus ager. *Cæs.* 6. *B. G.* 7. Regio agri fertilissima. *Id. ibid.*

24. Quæ fertilissima sunt Germania loca circum Hercyniam sylvam. *Ovid.* 1. *Art. am.* 90. Loca fertiliora. *Tibull.* 2. 1. 44. fertilis hortus. *Ovid.* 4. *Pont.* 15. 7. arvum. — De plantis, herbis et similibus. *Virg.* 4. *G.* 142. Fertilis arbos. *Id.* 2. *ibid.* 191. uva. *Horat.* 2. *Od.* 15. 7. Oliveta fertili domino. *Id. ibid.* 6. 19. Fertilis Bacchus. h. e. vinea. *Ovid.* 3. *Fast.* 240. herba. *Id. Remed.* am. 178. gramen. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (55). Millum omnium frugum fertilissimum. *Ovid.* 1. *Art. am.* 349. Fertilior seges est alienis semper in agris. Sic *Quintil.* 12. 10. 25. Uberius solum fertiliori segetem. — De aliis. *Propriet.* 4. 8. 14. Fertilis annus. *Ovid.* 5. *Fast.* 127. cornu nutritius. h. e. cornu Copiae. *Plin.* 14. *Hist. nat. procem.* (5). Fertilissimus questus. Et poete *Ovid.* *Heroid.* 9. 95. Fertilis serpens. h. e. Hydra, cui uno ex multis reciso capite, aliud statim renascetur. — b) Cum Genitivo. *Liv.* 5. 34. Fertilis boniū frugumque Galilia. *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 131. Proferre possum multos fertiles agros alios allorum fructuum. *Sall. Jug.* 17. Ager frugum fertilis. *Horat. carm. sæcul.* 29. tellus frugum pecorisque fertilis. *Id.* 2. *Sat.* 4. 31. Mare fertile tristæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (86). Insulae pahuli tantum fertiles. *Id.* 5. *ibid.* 19. 17. (75). Areæ vitri fertiles. *Id.* 6. *ibid.* 22. 24. (81). Populi aurí margaritarumque fertiliores, quain Indi. — c) Cum Ablativo. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (33). Ager a litore arboribus fertilis; iulus frugibus tantum. *Id.* 6. *ibid.* 23. 26. (98). Flumen auro fertile. Huc referri potest et illud *Sever.* *Ætn.* 553. quantis fornacibus *Ætna* Urtar, a sacro numquam non fertiles igne. — d) Cum Accusativo et præpos. ad. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 78. 80. (190). Tractus fertilis ad omnia.

II.) Translate. *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 11. Fertile pectus habes, interque Helicona colentes Ubertus nulli provenit ista seges. *Propriet.* 4. 6. 75. Ingenium potius irritat Musa poetis; Bacche, soles Phœbo fertiles esse tuo. *Plin.* 14. *Hist. nat. procem.* (3). Priscorum cura fertilior et industria felicior fuit. *Val. Max.* 8. 7. extern. 3. Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, et locum et hominem doctrinæ fertilissimum. — Huc referri potest et illud *Tibull.* 4. 1. 50. Vixerit ille senex (Nestor) quamvis, dum terna per orbem Sæcula fertilibus Titan decurreret horis. h. e. multa secum afferentes; qua significatio dixit *Horat.* *Art. P.* 175. Multa ferunt anni venientes commoda secum. Hinc apud *Tibull.* sensus est: quamvis Nestor eloquentiam suam vel maxime perficere potuit, quum tribus vixerit s. eculis. Alii tamen fertilibus horis interpretantur omnia secum afferentes; qua significatio dixit *Virg.* 9. *Ecl.* 51. Omnia fert ætas; animum quoque. At hæc interpretatio et communis hujus vocis significatio repugnat, et ipsi Tibulli carmini Messalæ laudes canentes minime congruit.

B) De eo, qui fertilitate inducit. *Ovid.* 5. *Met.* 624. Dea fertilis. h. e. Ceres. *Tibull.* 1. 8. 32. et *Val. Flacc.* 7. 608. Nilus fertilis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 8. (43). Majores fertilissimum in agro occupum domini esse dixerunt.

*Hominum.* *V.* in fin. v. **FRUCTUOSUS**.

**FERTILITAS**, atis, f. 3. (sero) εὐφορία, feracitas, ubertas, secunditas (lt. fertilita, fecondità; Fr. fertilité, fécondité; Hisp. fertilidad; Germ. die Fruchtbarkeit, Ergiebigkeit; Engl. fertility, fruitfulness, abundance, richness).

1.) Proprie. — a) Generatim de terra ac frugibus. *Cic.* 1. *Divinat.* 57. 131. Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. *Cæs.* 2. *B. G.* 4. Fertilitas loci. *Colum.* 3. *R. R.* 10. 1. Fertilitas palmits. Adde *Pallad.* 3. *R. R.* 9. 6. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (41). Frugum et vitium olearumque fertilitas. *Id.* 3. *ibid.* 20. 24. (138). Italia metallorum fertilitate nullus cedit terris. *Amnian.* 14. 8. Fertilitate rerum omnium abundant Cyprus. — b) Speciatio de secunditate prolis; et quidem — In hominibus. *Ovid.* 4. *Fast.* 201. Sepe Rhea questa est, toties secunda, nec unquam Mater, et indoluit fertilitate sua. *Poeta apud Cic.* 2. *Tusc.* 15. 36. Virginibus Lacensis magis palæstra, Europa, sol, pulvis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara. h. e. mollis luxus et delicatus cultus ornatusque corporis, quæ ex cœlia rerum ac divitilis auri, gemmarum se-

pretiosarum vestium constat. — In brutis animalibus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 66. (161). Fertilitas animalium ad generandum.

II.) Translate ponitur pro abundantia, copia. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (101). de *Protogene*. Artis ejus summa intentio, et ideo minor fertilitas. h. e. pauciora opera fecit. *Sedul.* 4. 10. dives opima fertilitate tumens.

FERTILITER, adverb. fertilmente, cum fertilitate. Occurrit tantum Comp. *Fertilius* apud *Plin.* 34. *Hist. nat.* 17. 49. (164). Dercicta metallia fertilitatis reviviscunt.

FERTOR, óris, m. 3. qui fert, vel fortasso qui fert libal. *Varro* 8. L. L. 57. *Müll.* haec vocem a fertendo derivatam, sed non esse in consuetudine affirmat. In *Gloss.* *Isid.* Fertores fert libantes. V. *SUFERTARIUS*.

FERTÓRIUS, a, um, adject. ad ferendum aptus, ut lectus, sella fertia. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. et 5. *ibid.* 1. V. *GESTATORIUS* et *PORTATORIUS*.

— Hinc

*Fertia*, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est sella fertia, gestamen. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. ante med. Adhibenda vectatio pro viribus ergo tanta fertia vel sella procurata.

FERTUM vel sericum, i, n. 2. libi opini genus: a furtus seu fercutus, bonus, apud veteres, vel a furtum, quod pluribus variisque rebus farciretur. *Pers.* 2. 48. Attamen hic exitis et opimo vivere ferto intendit. *Al. leg.* farto. Adde *Fab. Pict.* apud *Gell.* 10. 15.; *Caton.* R. R. 134. et 141.; et *Isid.* 6. 6. *Ori* 19. *Forcellinus* addit etiam *Festum* voc. Strues, quem locum inedit. *Müller* non inventi.

FERTUS, a, um, particip. ab inusit. fercio profarcio, plenus, referitus, effertus. *Vet. Poeta* apud *Cic. Orat.* 49. 163. Frugifera et ferta arva Asiae tenet.

FÉRÜLA, æ, f. 1.

I.) Proprie *canna d'India*, νάρθηξ, arbor est externa, ex genere earum, quæ corticis loco lignum forinsecus habent, ligni autem loco fungosius intus medullam, ut sambuci, vel inanem cavitatem, ut arundines. Nascitur calidis locis, atque trans maria geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera: narthecea Graeci vocant assurgentem in altitudinem; nartheçam vero semper humilem. A genibus excurrentia folia maxima, ut quæque tetræ proxima. Cetero natura eadem, quæ anetho, et fructu similis. Nulli fructicum levitas major; ob id gestatu facilior (nempe a fero dicta, non a fero, ut habeat *Isid.* 17. *Orig.* 9.) baculorum usum senectuti præbet. Hæc *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 42. (122); qui 7. *ibid.* 56. 57. (198). Ignem in serula medulla asservare, inventum Promethei suisse tradit (detulit enim in serula Prometheus ignem e calo in terras, ut est in fabulis apud *Hygin. fab.* 144. et *Servium* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 42.); et 23. *ibid.* 1. 1. (2). serulas gratissimo asinus in pabulo esse, ceteris vero jumentis præsentando veneno: qua de causa id animal Libero Patri assignari, cui et serula. Cl. F. (Op. cit. vol. 1. p. 130.) hanc exhibet synonymiam: Νάρθηξ et Νάρθηξ Theophr. 6. 12.; Νάρθηξ Dioscor. 3. 91.; et *serula* *Plin.* II. citt. sunt *serula communis* L. Sp. plant. 355. — Νάρθηξ Graecorum recentior. est *serula glauca* L. loc. cit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim dicitur de siccis et exilioribus cuiuscunq; arboris ramis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (152). Vitium surculis et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculati scaporum nodi interspiunt medullam: serulae ipsæ breves, et ad summa breviores, articulis utique duobus internodis includunt. *Virg.* 10. *Ecl.* 24. Venit et agresti capitis Silvanus honore, Floreutes serulas et grandia lilia quassans. Similiter *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (117). serulae vocat parvos ramos cornuum cervinorum. ¶ 2. Speciatim de virga, — a) Quæ cædebantur puerorum manus, aut nates a magistro in ludo litterario, bacchetta, sferza. *Martial.* 14. 80. cuius titulus *serula*. Invisæ nimium pueris, grataeque magistris, Clara Prometheus manuere ligna sunios. *Id.* 10. 62. Serulaeque tristes, sceptra paedagogorum. *Juvenal.* 1. 15. Et nos ergo manum serulae subduximus. h. e. jam in litteris aliquid proficiens; jam desitum in ludo litterario versari. abbiā mangiato il pan de' putti. *Apol.* 9. *Met.* Quam attissime sublati puero, serulae nates ejus obverberans, etc. V. *CATOMI*

DIO. — Lepide vero serulae et scutica mentionem facit *Capell.* 3. p. 49. Grammatice quoddam etiam medicamen acerimum, quod ex serulae flore caprigenique tergoris resectione conficerat, rubri coloris, exprompsit, quod monebat saucibus admovendum, quum indocta rusticata verata setidos ructus vitiosi oris exhibant. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. ad fin. Errit improbanda etiam serularum tenerarum vel tabellarum usque ad ruborem cutis ab iis probata percussio, item ustio et scarificatio facienda pubetenus atque elumbis et circa intitum veretri circulatim, quod Graeci παρπέον vocant. — b) Servos quoque in leviioribus peccatis serula, in gravioribus scutica, in gravissimis flagello cæsos suis colligitur ex *Horat.* 1. *Sat.* 3. 119. Ne scutica dignum horribili sectore flagello: Nam, ut serula cædas meritum majora subire Verbera, non vercor. *Juvenal.* 6. 479. hic frangit serulas, rubet ille flagellis, *Hic* scutica. Adde *Colum.* 10. R. R. 119.; *Sueton.* *Cat.* 20., *Claud.* 8. et *Gramm.* 9.; et *Auson.* 4. *Edyll.* 29. — c) Item jumenta ab equitantibus, aut ageribus. *Ovid.* 1. *Art. am.* 546. Quadrupedem serula dum malus urgat eques. ¶ 3. Item speciatim de canis, quarum usus erat includendis ossibus fractis, dum conseruant. *Cels.* 8. 10. n. 1. Ferula superaccommodandæ sunt; quæ fissæ compositaque ossa in sua sede contineant. Adde *Colum.* 7. R. R. 5. 18.; *Veget.* 3. *Veterin.* 47. 4.; et *Pallad.* 6. R. R. 7. 1. ¶ 4. De apum aicearibus. *Varro* 3. R. R. 16. 15. Alvos alii faciunt ex viminiis rotundos, alii et ligno ac corticibus, alii ex arbore cava, alii fistiles, alii etiam et serulis quadratos. ¶ 5. Ex *Colum.* 12. R. R. 7. 1. patet, caulem serulae et flores seu corymbos, id est umbellas, in cibum coadiunt solitos olim suis: quod confirmat *Plin.* 19. *Hist. nat.* 9. 56. (175), et 20. *ibid.* 23. 93. (280); quemadmodum et *Dioscor.* 3. 91.

FÉRULACÉUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ex serula factus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 50. (170). Versare rudibus ferreis, aut serulaeis. ¶ 2. Item ad serulam pertinens, serula similis, νάρθηξεσθε. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 9. 56. (173). Cetera sunt serulacei generis, ut stenicum, etc. *Id.* 27. *ibid.* 10. 62. (89). Herba caule serulacea.

FÉRULAGO, Inis, f. 3. frutex serula humiliator, cetera omnino similis. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 12. *Thapsia*, quam nos serulagineam dicimus. Hanc *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 42. (123). nartheçeam appellat.

FÉRULARIS, e, adject. ad serulam pertinens. *Ferularis amygdalus* apud *Gargil.* de re hort. (evidenter A. Scottio) 2. 3. est ea, cuius rux sine putamine in serula diffissae medulla conditur, atque ita adobratur, ut nata amygdalus nuces serat molliores et fragili putamine, quales esse solent Tarentinae, quas *Gargilius* *ibid.* vocat runcinias. V. RUNCINUS.

FÉRULÉUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ex serula factus. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *Alearis* tabella, aut serulea. ¶ 2. Item serulae similis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 43. 83. (226). Staminem probant veram, et vocant seruleum argumento similitudinis, quoniam laetiniose crispa. Ita *Harduin.*, quem consulte; item que *Sillig.*

FÉRUS, a, um, adject. agrestis, silvester, indomitus, oculo cultu mitigatus; cui opponitur cicur, mansuetus, domesticus: et proprie dicitur de brutis, quæ domita non sunt, quamvis seva non sint; item de plantis. Volunt esse ab *Æolico* φύρις pro Σφῆραις, licet obstet prioris syllabæ modus, qui tam sapphitæ sive in Latinis in Græcis vocibus mutatur, ἄρπιος (It. selvaggio, rozzo, indomito; Fr. sauvage, non apprivoisé, ou non cultive; Hisp. salvaje, silvestre, agreste; Germ. von Thieren wild lebend, von Pflanzen wildwachsend; Angl. savage, wild, rude, uncultivated, untamed, uncivilized).

I.) Proprie. — a) De brutis animalibus. — Cum oppositis cicur, mansuetus factus etc. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 99. Quæ vero et quam varia genera bestiarum vel cicurum, vel serarum! *Id.* *Amic.* 21. 81. Si hoc appareat in bestiis, volatibus, nantibus, agrestibus, cicuribus, seris. Sic *Varro* 3. R. R. 16. 19. Apes seræ et cicures. *Colum.* 7. R. R. 2. 4. Silvestres ac seros arietes — mercatus in agros transtulit, et mansuetos teatis ovibus aquisit. *Id.* 8. *ibid.* 10. 1. Sic enim consuecent et aquam et cibos appetere seri (turdæ), si mansuetos id facere videntur. — Cicurum *Cic.* 2. *Nat. D.* 64. 161. Immanes et seræ

belluae. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 31. 108. Fera et immanis bellua. *Nepos Datam.* 3.; *Liv.* 26. 13.; et *Amian.* 23. 6. med. Fera bestia vel bestie. *Varro* 2. R. R. 1. 5. et 2. 2. pecudes. *Virg.* 4. *Æn.* 152. capræ. *Horat.* *Epod.* 7. 12. leones. *Id.* 1. *Sat.* 5. 57. equus. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 7. 20. (60). palumbus. — b) De plantis. *Colum.* 3. R. R. 1. 2. Sed quæ (arbores) non opæ humanae gignuntur, sylvestres ac seræ sui cujusque ingenii poma vel semina gerunt: at quibus labor adhibetur, magis aptæ sunt frugibus. Sic *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (127). Ferae arbores. *Stat.* 6. *Theb.* 7. fera oliva. h. e. oleaster. *Virg.* 2. G. 36. fructus feros mollire colendo. — c) Hinc transfertur et ad ipsa loca. *Paul. Diac.* p. 86. 11. *Müll.* Ferus ager, incultus. *Varro* 1. R. R. 7. 7. In locis feris arbores plura serunt; in his, qua sunt culta, meliora. *Catull.* 63. 89. Ferarum nemora. *Virg.* 5. *Ecl.* 28. montes. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 92. silvae. — d) Item transfertur ad odorem. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 37. (76). Ferus odor et quadammodo solitudinem redolens. odor di selvatico. — Hinc

Ferus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, de quavis bestiæ dicitur, sed a Poetis. — De leone. *Catull.* 62. 85. Ferus ipse (leo Cybeles) se adhortans rapidum incitat animalum. Sin *Phœdr.* 1. 21. Asinus ut vidit ferum impune lædi etc. Adde *Ovid.* *Heroïd.* 9. 114. — De apro. *Phœdr.* 4. 3. Sonipes iratus fero. *Ovid.* 8. *Met.* 354. Ira feri mota est. Adde eumod. *ibid.* 400. et 422. — De equo. *Virg.* 2. *Æn.* 51. inque feri curvam compagibus alvum. *Id.* 5. *ibid.* 818. spumantiaque addit Frena seris. Adde *Ovid.* 6. *Met.* 77.; *Petrion.* *Satyr.* 89.; et *Auson.* ep. 24. 17. — De cervo. *Virg.* 7. *Æn.* 489. Petebatque ferum. — De serpente. *Sil. It.* 6. 268. — De bobus. *Ovid.* 1. *Fast.* 550. Traxerat aversos Cacus in antro feros. *Al. leg.* boves.

Fera, æ, (ferai pro feræ) habet more suo *Lucret.* 1. 404.) f. 1. absolute, substantivorum more, est animal non mansuetum, et naturalem feritatem habens sive sanguinum sit, sive non, bellua, bestia: V. *BELLUA*, fera, bestia. *Cic.* 2. *de repub.* 40. Immani et vastæ insidens bellua, coercet et regit belluam; quocumque vult, levi admonitu, non actu, inflectit illam feram. *Id.* 1. *Off.* 16. 50. Neque illa re longius absimus a natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem sepe dicimus, ut in equis, in leonibus; justitiam, bonitatem, æquitatem non dicimus: sunt enim rationis et orationis expertes. *Id.* 3. *ibid.* 17. 68. Ipsæ feræ nullo insequente sæpe in plagas incident. *Cres.* 6. B. G. 25. Multa in ea (*silva Hercynia*) genera ferarum nasci constat. *Id.* *ibid.* 27. Uri neque homini, neque feræ, quam conspexint, parcunt. *Horat.* *Epod.* 5. 55. Formidolose dum latent silvis feræ. *Ovid.* 15. *Met.* 83. carne feræ sedant jejuna. *Sueton.* *Ner.* 29. Feræ pelle conterunt. *Sil. It.* 13. 120. Cerva exuta feram. *Ovid.* *Heroïd.* 7. 38. te sævæ progenere feræ. (de homine crudeli, duro, inexorabilis). — *Horat.* 1. *Sat.* 3. 109. more ferarum. *Flor.* 4. 12. 48. ferarum ritus. Sic *Curt.* 6. 5. Ritu ferarum virgulta subire soliti. *Quintil.* 9. 2. 6. vita. *Id.* 12. 6. 6. catuli. *Lucret.* 5. 219. genus. *Sueton.* *Tit.* 7. omne genus ferarum. *Id.* *Aug.* 72. immanum belluarum ferarumrum membra. *Sil. It.* 10. 104. ferarum rabies. *Justin.* 44. 4. 3. lac. *Virg.* 10. *Ecl.* 52. spelea. *Ovid.* 11. *Met.* 21. agmen. *Id.* 10. *ibid.* 144. concilium. *Sueton.* *Aug.* 43. et *Ner.* 12. Ferarum confectores. Sic adjutor ad feras in *Inscript.* a B. *Borghesi Roma* exscripta n. 3. est idem atque ad bestias. M. AVRELIVS VICTOR AVGG. LIB. ADIVTOR AD FERAS SE VIVO FECIT ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM ITV AMBITY. — *Lucret.* 2. 597. Feræ montivagæ. *Ovid.* 2. *Fast.* 216. montanæ. *Id.* *Heroïd.* 11. 118. avidæ. *Id. ibid.* v. 111. rapidæ. *Id.* *ibid.* 9. 34. terribiles. *Seneca Troad.* 566. immanes. *Id.* *Herc.* *CET.* 1295. horridæ. *Stat.* 8. *Theb.* 71. rabidæ. *Amian.* 14. 2. faine monitas. *Id.* 29. 1. arenariae. *Id.* 28. 1. amphitheatrales. — *Cic.* *Rosc. Am.* 26. 71. Feris corpus objiceret. Cf. *Amian.* 14. 2.; et *Lamprid.* *Comin.* 10. Feris praedatrichis objici. *Ovid.* 2. *Fast.* 163. Feras venari. *Seneca Thyest.* 497. vestigare. *Cic.* 3. *Off.* 17. 68. excitare et agitare. *Ovid.* 2. *Fast.* 286. concitare. *Id.* 2. 498. sequi. *Justin.* 37. 2. 8. persecui. *Seneca Hippol.* 110. consequi. *Ovid.* 10. *Met.* 546. latrassere. *Id.* 3. *Art. an.* 144. petere. *Seneca Herc.*

*Et.* 752. domare. *Virg.* 1. *G.* 139. feras fallere vi-  
scō. h. e. aves. — De marina bellia dixit *Ovid.* 4.  
*Met.* 713. et 719.: de serpentinibus *Higin.* 2. *Astron.*  
14. de formica *Martial.* 6. 15. — Denique de u-  
triusque Ursae sidere dixit *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 1. Ma-  
gna minorque feræ, quarum regis altera Grajas, Al-  
ters Sidonias, utraque sicea, rates: Omnia quum  
summo positæ videatis in axe, Et maris occiduas  
non subeatis aquas etc. *V. Homonym.* in fine  
hujus vocis.

(II.) Translate. ¶ 1. Est ogrestis, silvestris, ru-  
dis, cuiusmodi ab initio hominum vita fuisse dicil-  
tut; itemque savus, durus, crudelis, immitis, bar-  
barus: valde enim affini sunt incultum esse et sa-  
vum, selvaggio, rosso, fiero, duro, crudele. *Cic.* 1.  
*Orat.* 8. 33. Homines a fera agrestique vita ad hunc  
humanum cultum civilemque deducere. Sic *Id.* 1.  
*Invent.* 2. 2. Ferus victus. *Horat.* 1. *Od.* 10. 1.  
Mercuri, facunde nepos Atlantis, Qui feros cultus  
hominum recentum Voce formasti catus. Adde e-  
und. 1. *Ep.* 1. 39.; et cf. *eund.* 1. *Sat.* 3. 99. et  
seqq. *Cic.* 1. *Legg.* 8. 24. Ipsis in hominibus nulla  
gens est neque tam mansueta, neque tam fera, quæ  
non, etiam si ignoret, qualiter habet Deum deceat,  
tamen habendum sciat. *Id.* 1. *Tusc.* 13. 30. Nulla  
gens tam fera, nemo omnium tam immanis, cuius  
mentem non imbuerit deorum opinio. *Id.* 1. *In-  
vent.* 2. 2. Ex feris et immanibus mites reddidit et  
mansuetos. *Id.* *Rosc.* *Am.* 27. 74. Hunc hominem  
ferum atque agrestem fuisse: numquam cum homi-  
ne quoquam collocutum esse. *Id.* 3. *Phil.* 9. 23.  
Cur tam subito mansuetus in senatu fuerit, qui in  
edictis tam fuisse ferus. *Ter.* *Andr.* 1. 5. 43. Adeo  
porro ingratus putas, aut inhumanius, aut  
ferum, ut etc.? *Cic.* 1. *de republ.* 37. Utor neque  
perantiquis, neque inhumanius ac feris testibus. *Ho-  
rat.* 1. *Ep.* 1. 39. Nemo adeo ferus est, ut non mi-  
tescere possit. Si modo culturæ patientem accom-  
modet aurem. *Cic.* 4. *Verr.* 21. 51. Hostis ferus et  
immanis. *Id.* 2. *de republ.* 14. Quibus rebus institu-  
tis ad humanitatem atque mansuetudinem revo-  
cavit animos hominum, studiis bellandi jam immati-  
nes ac feros. *Nepos* *Alcib.* 6. Ut nemo tam ferus  
fuerit, quin ejus casum lacrimari. *Horat.* 3. *Od.* 4.  
33. Britanni hospitibus feri. *Id.* 2. *ibid.* 12. 1. fera  
Numantia. *Id.* 4. *ibid.* 5. 27. Iberia. *Virg.* 10. *Æn.*  
12. Carthago. *Salt.* *Jug.* 80. genus hominum. *Sueton.*  
*Cæs.* 24. gentes. *Justin.* 38. 4. 15. et 44. 5. 8.  
populus. *Val.* *Flacc.* 7. 505. terrigenæ. *Annian.*  
23. 6. habitatores. *Virg.* 2. *Æn.* 326. ferus omnia  
Juppiter Argos Transtulit. *Horat.* 2. *Od.* 8. 14. fe-  
rus et Cupido Semper ardentes acuens sagittas Cote  
cruenta. *Cic.* 2. *de republ.* 23. Animus inumanus ac  
ferus. Adde *Tac.* 14. *Ann.* 3. et 34. *Ovid.* 15. *Met.*  
85. ingenium immansuetum, ferumque. *Val.* *Flacc.*  
5. 534. Fera pectora. *Lucret.* 1. 30. munera militiai.  
*Id.* *ibid.* 33. munera belli. *Ovid.* *Heroid.* 3. 123.  
bellia. *Lucret.* 2. 48. tela. *Ovid.* *Heroid.* 8. 60. en-  
sis. *Id.* 4. *Trist.* 2. 38. cædes. *Id.* 8. *Met.* 469. ar-  
dot animi. *Val.* *Flacc.* 6. 516. furor. *Id.* 7. 563.  
ferus horror Boreæ. *Ovid.* 13. *Met.* 317. feros re-  
quie lenire dolores. *Id.* 5. *Trist.* 8. 21. gaudia.  
*Id.* 4. *Pont.* 16. 31. dicta. *Val.* *Flacc.* 1. 596. et 5.  
362. murmur. *Sil.* *It.* 16. 95. clamores. *Ovid.* 13.  
*Met.* 454. sacra. *Sil.* *It.* 17. 160. somnia. *Horat.* 3.  
*Od.* 29. 40. fera diluvies quietos Irritat annes. *O-  
vid.* 1. *Trist.* 1. 42. fera hiems, fera tempora. *Val.*  
*Flacc.* 4. 584. sava. — In amatoris ferus est, qui  
in illa re ad amandum trahi potest. *Tibull.* 2. 5. 5.  
Ure, puer, queso, tua qui ferus otia liqui. *Seneca*  
*Hippol.* 272. Tentemus animam tristem et intracta-  
bilem: Meus iste labor est aggredi juvenem ferum  
ete. Adde *eund.* 415. — Cum Accusativo Græ-  
corum more. *Sil.* *It.* 5. 645. Advolat ora ferus men-  
temque Ducarius. ¶ 2. Pro feroci in bonam partem  
Prudent. 3. περὶ τοῦ 36. Sed pia cura parentis  
agit, Virgo animosa domi ut lateat, Ne sera sanguini-  
us in premium Mortis amore puella ruat. — Hinc  
Ferus, i. m. 2. et  
Fera, æ. i. 1. *F.* supra sub I. in fin.

Homonym. 1.) Inter ferum et ferocem hor sta-  
tuit Nonius p. 425. 22. Merc. discrimen; quod ferus  
severus, ferox fortè significet: verius dixisset, fer-  
um esse incultum, agrestem, non dominum, sive  
savus sit, sive non, ut dictum est; ferocem vero  
supra ferum addere vim, impetum, fortitudinem, si-  
ne timore.

II.) Ceterum fera, qua substantivorum more  
usurpat, differt a bestia, bellua et pecude. Bestia  
est genus; bellua species: bestia non modo de im-  
mani, sed etiam de parvo bruto; bellua de immani-  
tant et formidabili dicitur: in bestia feritatem,  
in bellua immanitatem spectamus: hinc quum ser-  
mo est de ludis, bestiae semper occurunt, numquam  
vero belluae. *Cic.* 5. *Tusc.* 13. 38. Natura alias be-  
stias' nantes, aquarum incolas esse voluit; alias  
volucres, caelo frui liberò; serpentes quasdam; quas-  
dam esse gradientes: earum ipsarum partim soliva-  
gas, partim congregatas; immanes alias, quasdam  
autem cœures; nonnullas abditas terra tectas.  
*Id.* 1. *Divinat.* 24. 49. Visa est bellua vasta et  
immanis. *Id.* *Pis.* 36. 89. Setcentos ad bestias  
misisti. — Item ratione habita bestiarum, pecudes  
et feræ sunt species: scilicet pecudes sunt bestiae  
cœures, contra feræ bestie silvestres, quæ venatio  
eapiuntur. *Cic.* 2. *Nat.* D. 39. 99. Quam varia  
genera bestiarum vel cœurum, vel ferarum! *Cæs.* 6. *E.* G. 25. Nulla in ea (silva Hercynia)  
genera ferarum nasci constat. *Cic.* 3. *Off.* 17.  
68. Ipsæ feræ, nullo in sequente, saepè (in plaga)  
incident. *Id.* 2. *Nat.* D. 39. 99. Qui pecudum  
pastus! quæ vita silvestrium! *Seneca Ep.* 108.  
Non credis in his pecudibus ferive, aut aqua  
mersis, illum quondam hominis animal morari?  
*Id.* 3. *Quest.* nat. 25. Noxiā aquam — et feræ  
et pecus omne devit. *Sueton.* *Ner.* 31. Cum  
multitudine pecudum ac ferarum. — Si bel-  
luis feræ opponuntur, belluae de marinis, feræ de  
terrestribus usurpantur. *Curt.* 9. 10. 10. Indi mari-  
timi — ferarum pellibus tecti, piscibus sole duratis  
et majorum quoque belluarum, quas fluctus  
ejecti, carne vescuntur. *Tac.* *Germ.* 17. Eligunt fer-  
as, et detracta velamina spargunt maculis pelli-  
busque belluarum, quas exterior oceanus — gi-  
gnit. *Sueton.* *Aug.* 72. Immanum belluarum  
ferarumque membra prægrandia. — Si homini  
opponitur, bestia et pecus opponitur intellectuali  
tautum ratione, quippe rationis vi caret; bellua ve-  
ro physica opponitur, et interdum etiam morali ra-  
tione, quippe silvestris et ferox est, sive humanita-  
tis expers. *Cic.* 2. *Nat.* D. 53. 133. Illic querat  
quispiam, cujusnam causa tantarum rerum molitus  
facta sit? — An bestiarum? Nihilo probabilius;  
deos motorum et nihil intelligentium causa tantum  
laborasse. Quorum igitur causa quis dixerit effec-  
tum esse mundum? Eorum scilicet animantium,  
quæ ratione utantur. Illi sunt illi et homines. *Id.*  
*ibid.* 11. 31. Quum homines bestiæque hoc  
calore teneantur. *Id.* 1. *Off.* 30. 103. Quantum  
natura hominis pecudibus reliquaque bestiis  
antercedat. *Id.* *leg.* belluae. *Justin.* 38. 10. Ptole-  
maeus — sagina ventris non homini, sed belluae  
similis. *Liv.* 7. 10. Volo ego illi belluae ostendere,  
quando adeo ferox præstat. — Haec tamen  
discrimina non sunt perpetua; Cicerio enim ipse bet-  
luam et feram pro quoquaque bruto animali usut-  
pat.

**FERCTA**, æ. f. 1. vulnus, ferita. *Veget.* 3. *Fe-  
terin.* 42. 2. Cataplasma imponere incipies, abluta-  
que ferutam lotio calido sovebis. *Id.* *ibid.* 48. 9.  
Cui post ferutam malagma oportet imponi. *Gesner-*  
*ius* utroque in loco legendum putat feruntam; *Schneiderus* vero ferutam vel feruera φέρουν.  
**FERVÉFACTIO**, facis, feci, factum, facere, a. 3.  
(fervere et facio). Part. *Fervefactus* in fin. — Fer-  
vefactio est fervere et bullire facio. *Cato R.* II. 156.  
Eodem addito et oleum, postea fervefactio. Per tme-  
sin divisit *Id.* *Cato ibid.* 157. Postea ferre bene  
facito: ubi feruerit, in catinum indito. *Plaut.* *Pseud.*  
3. 2. 44. Eæ ipse se patinæ fervefacti illico. *Cels.*  
4. 24. Muriam fervefacere. Adde *Apic.* 4. 2. — Hinc  
Part. præter. pass.

Fervefactus, a, um, apud *Cas.* 7. B. G. 22. Fer-  
vefacta pix. *Id.* 5. *ibid.* 42. Fervefacta jacula in  
casas jacere emperant. *Plin.* 20. *Hist.* nat. 3. 8. (16).  
Vinum curi coloecynthide fervefactum. *Solin.* 29.  
Radieis omnia fervefacta.

**FERVÉFACTUS**, a, um. *V.* voc. præced.

**FERVENS**. entis. *F.* **FERVEO**.

**FERVENTER**, adverb. Comp. *Ferventius* et Sup.  
Ferventissime. — Ferventer est cum fervore, cal-  
idamente, con calore, θερμός; sed occurrit transla-  
tio tantum. *Caelius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 8. Et de da-  
monitione ferventer locu est cœptum. *Id.* *ibid.* 6.

5. Curio ferventissime conceperitur. *Augustin.* 2. de  
Genes. ad litt. 5. Moles, quæ celerius circulari mo-  
tu agitur, utique ferventius.

**FERVÉO**, serves, fertū, servere, u. 2. Præteri-  
tum *ferbui* locum habet præcipue in compositis de-  
ferbus, conferbus. — In quibusdam personis et In-  
finito præsenti aliquando est tertia conjugationis,  
servo, servis, servi, servere, presertim apud Poet.  
*Lucilius* apud *Quintil.* 1. 6. 7. et apud *Non.*  
p. 503. 2. *Merc.* Fervit aqua et servet: servet nunc,  
servet ad annum. *Barth.* l. 56. *Adversar.* c. 9. hinc  
erit disserim inter servit et servet, quod illud  
dicatur de aqua, quæ nunc æstuat calidæque; hoc de  
aqua, que fervorem diu relinet. *Quintil.* *ibid.* vult  
tē servit esse simile non tē legit, sed tē servit.  
At fortasse *Lucilius* item illam grammaticam, ut  
trum recte diceretur servit, an servet, ita direm-  
pit, ut pronuncaret, utrumque pro diverso tempo-  
re recte dici, servil nempè pro præsenti, servet pro  
futuro ex servo, is tertia conjugationis. Ita enim  
utilit hoc verbo *Virg.* 1. *G.* 456. et 471, ut et 4.  
*Æn.* 409. et 8. *ibid.* 677. V. *Servium* ad utrumque  
locorum posteriorum. *Fervat* etiam pro ferveat di-  
cere *Pomponius* et *Accius* apud *Non.* loc. cit., et  
fervitur pro fervit dixit *Africanus* *ibid.* Sed haec  
perantiqua sunt: ait enim *Quintil.* loc. cit. Si quis  
antiquos secutus fervere brevi media syllaba dicit,  
deprehendatur vitiō loqui. — Part. *Fervens* I. et  
in fin. — *Fervere*, quod fortasse a *Sépar* caleo, quo  
modo ferus a θηρίῳ, est igni vel æstu commoveri,  
agitari, asperare, bullire, calciferi, inflammati, θέω  
(It. *bollire*, *essere infuso* o riscaldato; Fr. être  
chaud, ordent, brûlante; Esp. ser calido, ardiente,  
abrazano; Germ. *wallen*, *aufwallen*, *heiss sein*, *glühen*; Engl. to be hot, boil, rage, be in a  
fervent).

I. Proprie. — a) Forma *serveo*. *Colum.* 12. *R.*  
*R.* 19. 5. Quum aliqua jam parte mastum excoctum  
in se feruenter. *Plin.* 14. *Hist.* nat. 9. 11. (83). Fer-  
vere mustum prohibetur; sic appellant musti in vi-  
na transitum. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 54. Quæcumque im-  
mundis fervent allata popinis. h. e. sumantia obso-  
ni, ut ait *Sueton.* *Vitell.* 13. *Plin.* 32. *Hist.* nat.  
5. 18. (51). Ossiculo in aquam ferventem dejecto  
refrigerari vas, nec postea fervere, nisi exempto.  
*Pallad.* 2. *R.* R. 20. Baceas bullire facies: et ubi  
diu feruerint etc. *Stat.* 4. *Silv.* 5. 15. exemptus-  
que testa, Qua modo feruerint, *Lycæus*. *Plin.* 5.  
*Hist.* nat. 1. 1. (15). Loca inhabitabilia fervere,  
quamquam hiberno tempore, expertos. At *Sillig.*  
pro fervere rectius leg. *fervere*. — b) Forma *fer-  
vitur*. *Titinus* apud *Non.* p. 503. 5. *Merc.* Cocus ma-  
gnus abenudo, quando fervit, paula confusat trua.  
*Pomponius* apud *eund.* p. 504. 27. Facile ut ignis  
fervat, ligna instipite, far concideat. *Cato R.* R.  
157. Postea ferre bene facio (brassican): ubi fer-  
verit, in catinum indito. *Apic.* 3. 2. Facias, ut fer-  
veat (*liquamen*), quum feruerit, inferes. *Propriet.*  
2. 19. 3. Venit enim tempus, quo torridus æstuat  
aer. Incipit et sieco fervere terra *Cane*. *Gell.* 2. 29.  
Sol servit, è cocente.

II.) Translate. ¶ 1. A Poetis fervere dicuntur  
maria et similia, quum vehementer agitantur et  
murmurant. *Lucret.* 6. 42. Ille (turbo) in aquam  
subito totum se immittet, et omne excitat ingenti  
sonitu mare, fervere cogens. *Virg.* 1. *G.* 456. O-  
mnia tunc pariter vento nimbusque videbis Fervere.  
h. e. agitari, misceri, turbari. *Val.* *Flacc.* 1. 639.  
Illam (navem) huc atque illuc nunc torquens ver-  
berat Euros, Nunc stridens Zephyris auferit Notus;  
nudique fervent Äquora. *Sil.* *It.* 12. 656. Incum-  
bunt venti, crassusque, rotante Austro, nimborum  
fervet globus. *Ovid.* *Heroid.* 18. 26. Sollicitum rau-  
cis et mare fervet aquis. ¶ 2. Item a Poetis de  
loco dicuntur, que opere et turba frequentantur. *Varo*  
apud *Non.* p. 503. 22. *Merc.* Fervere pitatis va-  
starique omnia circum. *Virg.* 8. *Æn.* 676. totum-  
que instructo Marte videtes Fervere Leucaten au-  
roque effulgere fluctus. *Id.* 4. *ibid.* 407. operè o-  
mnis semita fervet. Quosque dabas genitus, quan-  
titata fervere late Prospicetus — totumque videtes  
Miceri ante oculos tantis clamoribus regunt! *Val.*  
*Flacc.* 1. 121. Fervere cuncta virum cœtu. *Martial.*  
2. 64. foras litibus omnia fervent. — Similiter *Lu-  
cret.* 2. 40. Si non forte tunc legiones per loca cam-  
pi Fervere quam videoas, belli simulacra cientes:  
Fervere quam videoas classem lateque vagari. *Sil.*

*It.* 9. 242. Cetera jam Numidis circumvolitare, vagosque Ferre datur cursus, et toto servere campo. *Ovid.* 1. *Fast.* 379. fervent examina putri De bove. ¶ 3. Refertur etiam ad vehementiores perturbatores, quibus animus incalescit agitaturque. — *a)* Forma ferveo. *Cic.* *Quinct.* 11. 38. Usque eo fervet (*al. minus recte fervit*) efferturque avaritia, ut etc. Sic *Horat.* 1. *Ep.* 1. 33. Fervet avaritia miseroque cupidine pectus. *Ovid.* 2. *Fast.* 732. Et fervent multo linguaque corque mero. *Id.* 2. *Met.* 602. animus tunida servebat ab ira. *Sil.* *It.* 15. 805. eupientem adnectere plura Ferventemque ira mortis transverbaret ense. *Id.* 17. 367. leti servebat amore. *Id.* 7. 98. fervetque secundis Fortune juvenis. *Id.* 1. 456. Sed postquam a trepidis allatum, servere partem Diversam Marte infasto. *h. e. ang.* *Val.* *Flacc.* 7. 150. Atque iterum infestas se fervere caede Lacænae Credit. *Horat.* 4. *Od.* 2. 7. Fervet immensusque rota profundo Pindarus ore. — *Ei cum Infinio.* *Claudian.* 2. *in Rufin.* 295. Sceptrunque capessere fervet. *h. e. vehementer* cupit. *Id.* B. *Gild.* 350. jam stagna secare fervet. — *b) Forma servo.* *Acius* apud *Non.* p. 503. 7. *Merc.* Hec eorū ira fervit cœcum; amentia raptor ferorū. *Ter.* *Adelph.* 4. 1. 18. Quum fervit maxime, tam placidum, quam ovem reddo. Ita legit etiam *Priscian.* 9. p. 866. *Putsch.* *Afranius* apud *Non.* p. 503. 9. Huc nunc servit animus, hoc volo. *Pomponius* apud *eum.* *ibid.* Domus hæc servit flagiti. — *c) Forma servere.* *Afranius* apud *Non.* p. 503. 25. *Merc.* Quanta vociferatione servitur! Hei misere mihi! ¶ 4. Item ad ea, quae studio diligentiaque flunt. *Firg.* 4. G. 169. Fervet opus redolentque thymo fragrantia nella. *Sil.* *It.* 6. 316. Concerta campis acies, multusque per arva servebat Mavors. *h. e. prælum.* *Flor.* 2. 15. 11. Mancino deinde consule, terra marique servebat obsidio. *Anmian.* 18. 6. Apparatus omnes apud hostes servere. — *Huc referri* potest *Fulcat.* *Sedig.* apud *Gell.* 15. 24. Dein Nævius, qui fervet, pretio in tertio est. *h. e. studio-* se passim legitur. *Al.* alter leg. — *Hinc Part.* præs. *Fervens*, entis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Ferventior* et Sup. *Ferventissimus* I. et II., et ist qui fervet, *ζέων*, *bollente*, *acceso*, *infuscato*.

I.) Proprie. *Plaut.* *Capt.* 4. 2. 67. Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus. *Cic.* 3. *Ferr.* 26. 67. Aqua denique ferventi a Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Adde *Lucret.* 6. 801.; *Plin.* 32. *Hist. nat.* 5. 18. (51); et *Prudent.* *epist.* 20. et 439. Sic *Colum.* 12. R. R. 50. 21. Bacca eluantur non ferventissima aqua, verum modice calida. Et absolute *Plin.* 30. *Hist. nat.* 4. 9. (27). Si fer- ventia os latus exsuerint. Ceterum cum addito no- minie subst. *Ces.* 5. B. G. 43. Ferventes ex fusili argilla glandes sandis et fervefacta jacula in casas jacere coepunt. *Lucret.* 1. 492. Fervens vapor. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 45. (127). cera. *Id.* 19. *ibid.* 9. 11. (81). oleum, et *Scribon.* *Compos.* 56. Oleum ferventissimum. *Veget.* 4. *Peterin.* 12. 3. Fervens sol. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 30. (90). In cinere ferventi leniter decoquunt. *Anmian.* 19. 4. Fervens *Æthiopum* plaga. *Sil.* 17. 489. sanguis. *Id.* 9. 483. ferventia cædibus arva. *h. e. sanguine.* *Ovid.* 4. *Met.* 120. vulnus, recente e caldo. *Anmian.* 21. 5. Corpus in modum foculi fervens. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (159). Ferventes hora diei. *Id.* 25. *ibid.* 8. 53. (92). Dictum fervens et acre gusto. *Pallad.* 1. R. R. 33. Ferventissimum sterquilinium. *Plaut.* *Amph.* 4. 2. 11. Quem pol ego hodie ob istæ dicta faciam ferventem flagris. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 68.; et *Sil.* *It.* 2. 199. Fervens rotta. Sic *Sil.* *It.* 1. 224. Non eales eat campo ferventior axis. *Ovid.* 3. *Met.* 571. Spumeus et fervens et ab obice senior (fluvius) ibat. *Justin.* 4. 1. 10. Estus fervens, il mare ondeggianti. Figurent *Plin.* 2. *Hist. nat.* 80. 82. (193). Sonus rancus in recurvis, resultans in duris, fervens in bonidis, gorgogliante. Ferventis auri sacrum *Martial.* dixit 10. 74. *h. e. erumenam* referant aureis nummis recenter cassis, nitidis, radiantibus instar auri igne ferventis.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Off.* 15. 16. Fortis animus et magnus in homine non perfetto, nec sapiente ferventior plerumque est. *p. impetuoso e ardente.* *Planctus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 23. 3. Ut non quidam inopeßimenterum ab illis ferventibus latronibus intercepseretur. *Horat.* 1. *Sal.* 10. 62. Quale fuit Cassi rapido ferventius anni Ingenuum. *Anmian.*

15. 3. Fervens natura. *Id.* 21. 12. Fervens impetus. *Capitolin.* *Maxim.* et *Bab.* 15. amor. *Id.* *ibid.* 1. Ferventissimum tempus. *h. e. maximum periculum.* *Horat.* 1. *Od.* 13. 4. Fervens fecit bile tumet. *Ovid.* 8. *Met.* 466. Fervens ira oculis. *Anmian.* 25. 3. Ira et dolore ferventior. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 100. luci cupidine fervens.

**FERVESCO**, is, ere, n. inchoat. 3. In omnibus *Lucretii* locis infra cit. pro *fervesco* al. leg. *fervesco*. — Part. *Fervescens* I. — *Fervesco* est incipio fervere, incominciare a riscaldarsi.

I.) Proprie. *Plaut.* *Capt.* 4. 4. 9. Possentem serie fervescere. *Lucret.* 6. 851. Terra fervescunt Sole. *Id.* *ibid.* 427. freta circum fulmina. *Id.* *ibid.* 176. ventus mobilitate sua. Adde *eum.* 6. 1162. *Cels.* 6. 10. *extr.* Passi quam dulcissimi tres heminae ad unam coquuntur; tum adjicitur thuris *P.* 1. etc. — ita rumque omnia fervescunt. Sie *Scribon.* *Compas.* 167. Medicamentum fervescit. *Vitriv.* 2. 7. Tam etiam ignis — vacuitates occupans fervescit et efficit ea suis ardentia corporibus similia. Adde *Senec.* 4. *Ques.* *nat.* 2. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 35. (107). Fervescens materia spuma. Alter *Plin.* 8. *Ep.* 1. Iter commode explicui, excepto quod quidam ex meis adversari voletudinem fervescents astibus (*cal. astibus*) contrarerunt. — Similiter *Lucret.* 3. 492. spumanti ut in aquore salso Ventorum validis fervescunt viribus unda.

II.) Translate. *Lucret.* 3. 289. Est etiam calor ille animo, quem sumit in ire, Quum fervescit et ex oculis micat artus arbor. *Cassiod.* 1. *Variar.* 32. Menierint runcii, non ad hoc volupiatum sibi exhibent certamina, ut exinde hostilis ira fervescat.

**FERVIDE**, adverb, cum fervore. *Plaut.* *Truc.* 2. 4. 1. *rnr.* Num tibi nam, amabo, janua est mordax mea, quo intrare metuas, mea voluptas? *ni.* *Fervide.* Ut tota floret! *Ita recentiores nonnulli: vulnari libri habent* *Vet* vide.

**FERVIDUS**, a, um, adject. Comp. *Ferridior* I. et II.; Sup. *Fervidissimus* I. — *Fervidus*, *Σεψμος*, *Σερρος*, est valde fervens, præcalidus (*lt. bottente, infuscato, caldo;* Fr. *échauffé, ardant, brûlant*; Disp. *calorizado, ardiente, que quema*; Germ. *glühend, brennend, brausend, erhitzt*; Angl. *hot, boiling, burning*).

I.) Proprie. *Lucret.* 5. 205. *Fervidus arder.* *Varro* apud *Non.* p. 180. 13. Et pater divum trisulcum fulmen igni fervido actum militat. *Cic.* 2. *Nat. D.* 10. 27. Quarta pars mundi tota natura fervida est. *Firg.* 3. G. 197. volat vi fervidus axis. *Horat.* 1. *Sal.* 1. 33. *Fervidus æstus.* *Id.* 1. *Od.* 9. 10. Venti æquore fervido depræliaentes. *Id.* *Epod.* 11. 14. *Fervidus* merum. *Ovid.* 3. *Trist.* 10. 72. cumulant altos fervida musta lacus. *Curt.* 3. 5. 1. Dici *fervidissimum* tempus. *Id.* 4. 7. 22. *Fervida aqua.* *Id.* 4. 3. 25. arena. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 11. 44. (113). Herba sapore ari et fervido. *Anmian.* 15. 9. *Fervidum mare.*

II.) Translate est vehemens, aer, incensus, calidus, excesso, ardente, impetuoso. — a) Absolue. *Cic.* *Brut.* 68. 211. *Fervidum quoddam et petulans et furiosum genus dicendi.* *Id.* *ibid.* 28. 108. *Appii* volubilis et paulo fervidor erat oratio. *Firg.* 12. *Zn.* 894. *Fervida dicta.* *h. e. ire plena et minarum.* *Id.* 12. *ibid.* 950. *Fervidus adverso sub pectora condit* *Fervidas.* *Id.* *ibid.* 325. subita spe fervidas ardet. *Id.* 9. *ibid.* 736. mortis fraternæ fervidus ira. *Id.* *ibid.* 295. *fervidus hasta* *Messapus* ferit. Cf. *Sil.* *It.* 1. 386. *fervidus hastam torquens.* *Horat.* *Art.* 1. 115. *Maturus senex, an adhuc florente juvena Fervidus.* *Id.* 1. *Od.* 30. 5. *Fervidus puer, hoc est Cupido.* *Zir.* 27. 33. *sub fin.* *Præproperum* ac *fervidum ingenium.* *Ovid.* 13. *Met.* 485. *Fervidus ingenio.* *Zac.* 15. *Ann.* 70. *Fervidum portus.* *Sil.* *It.* 3. 385. *Fervida bella.* *Id.* 7. 34. *consulta.* — *Fervida* cura est amoris plena. *Tibull.* 4. 12. 1. Ne tibi sim, mea lux, aque iam fervida cera. *h. e. ne æque ferventer amer a te.* — *Fervida virtus* est ardens, vivida, studiosa. *Catull.* *carm.* 64. 218. — b) Cum Genitivo. *Sil.* *It.* 17. 44. *Fervidus ingenii Massinissa et fervidus avii.* *Id.* 2. 52. *ad fin.* *Fervidus animi vir.* *Id.* *rectius leg.* *fervidi.*

**FERVESCO**, *z.* *FERVESCO* ioit.

**FERVO**, is. *F. FERVEO* init.

**FERVOR**, oris, m. 3. *Ζετης*, agitatio, æstus, calor vehemens, qualis est iozis vel solis (*lt. bollone, fervore, calore*; Fr. *chaleur, ardente*; Disp. *calor*. *ardor*).

dor; Germ. *d. Brausen, W Allen, d. Gluth*; Engl. *a violent heat, fervour, boiling, raging*.

I.) Proprie. — a) In singulari numero. *Farro* 1. *H. H.* 13. 6. *Fervor vini.* *Cic.* 2. *Nat. D.* 11. 30. *Mundi* fervor ille purior. *Id.* *Frov. cons.* 12. 31. *Fervor maris.* *Lucan.* 4. 460. contorti vorticis undæ *Tauromenitanam* vincunt fervore Charybdim. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (124). *Fervor musti.* *Id.* 31. *ibid.* 9. 45. (104). *febris.* *Id.* 37. *ibid.* 13. 76. (200). *terrabrum.* *Id.* 9. *ibid.* 60. 86. (183). *servor igneus.* *Sil.* *It.* 1. 284. medio fervore. *nel* *mezzo giorno.* *Justin.* 36. 4. *Fervor solis.* — *Fervor* dicitur etiam morbi vis, quam et impetum Latini, Itali nunc *infiammazione* appellant. *V. IMPETUS.* *Inscript.* apud *Tochon, cachets des oculi.* p. 62. *m. ΣΥΛΛΟΓΗ ΧΑΡΙΤΟΝΙ ΔΙΑΡΡΟΔΟΝ ΑΠΕΒΑΡΩΜ.* *h. e. ad impetum oculorum.* Sic in plurali *dum.* *Plin.* 15. *Hist. nat.* 4. 5. (19). *Fervores capitales, infiammazione di capo.* — b) In plurali numero. *Firg.* 3. *G.* 154. *medialis servoribus. nel magior caldo della state.* *Ovid.* 1. *Met.* 119. *Fervores siccii.* *Colum.* 4. *R. R.* 24. 3. *westivi.* *Curt.* 7. 5. 4. *terre.*

II.) Translate. ¶ 1. Sumitur pro impetu, amore, etc. — a) In singulari numero. *Cic.* *Senect.* 13. 45. *Fervor ætatis.* Cf. *Sil.* *It.* 7. 25. *fervore carcerum anni.* *Rursus Cic.* 1. *Orat.* 51. 220. *Fervor mentis.* *Horat.* 1. *Od.* 16. 22. *Me quoque pectoris Tentavit in dulci juvena Fervor.* *Claudian.* *B. Get.* 476. *Pronus nimium servor.* — b) In plurali numero. *Gell.* 20. 1. *circa med.* *Leges pro vitiorum, quibus medendum est, servoribus mutari aqua fleti.* — *De stellis.* *Vitriv.* 9. 1. 13. *Schneid.* Fortasse desiderabitur, quid ita sol faciat in his servoribus retentiones? *h. e. stellis*, ut interpretatur *Turneb.* *Adversar.* 22. c. 28.

**FERUNCULUS**, i, m. 2. idem ac *furunculus*, a servendo dictus. *Arnob.* 2. 11. *Ferunculum*, scabium, aut inhærentem spinulam sanare. Alli leg. *furunculum*: metuunt quippe ne quid peccatum sit ab insciente librario, sed *furunculum* mellus servat etymon suum, et hoc habet *Caper* de verb. *dub.* apud *Putsch.* p. 2248. *Ferunculum* a *sevore*, non *furunculum*. *F. FURUNCULUS.*

**FERURA**, *æ. V. FERUTA.*

**FESCEMNOE** vocabantur qui depellere fascinum predehantur. *Paul.* *Diac.* p. 86. 6. *Müll.* Antiqui libri leg. *fesnoe*; sed *Scalig.* leg. *fascinoe*, *h. e. fascinio.*

**FESCENNICOLA**, *æ, m. et f.* 1. qui vel quæ fescenninis versibus gaudeat. *Sidon.* *Paneg.* 10. 20. Quid si me, etsi valēam parare Carmen Fescenninicoe jobes Dionei.

**FESCENNINUS**, *a, um, adject.* ad *Fescennium* pertinens, quod fuit oppidum Etrurie ad Tiberim, de quo *V. ONOM.* — a) Ab hoc oppido ortum habuit genus quoddam carminis incompositi ac rudis, simulque obscenæ, jocosi et dictieris pleni, quod tum diebus festis relaxandi animi causa, tum præcipue in nuptiis canebatur, ut *Serrius* ad *Firg.* 7. *En.* 295. doret. *Paul.* tamen *Diaz.* aliam etiam appellationem causam ponit, nempe a *fascino*, quod fascinum putabatur arrere. Cf. vix *H. Klotz* (*Handbuch d. lat. Litt.* *Gesch.* T. 1. p. 293. n. 308.) et *G. Bernhardi* (*Grundr. d. lat. Litt.* p. 165. n. 118.) contendunt, versus *Fescenninos* non a *Fescennio* oppido nomen duxisse, sed a Græcis vocibus *βισσανος*, *βισσαιων*, Latine *fescinum*, *fascinare*; ita ut versus *fescenninus* sit idem ac versus *fescennius*, versus *fescennos* sitre *fascini*, id est orationis invictos plenus, alii tamen ex recentioribus hanc sententia minime accedunt (*V. Annal.* *Lips.* T. 38. 2. p. 120.) et priorum tuentur. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 145. *Fescennina* per hanc inventa licentia morem Versibus alternis opprobria rustics fudit. *Ter.* 7. 2. Qui (*histrio*) non sicut ante *Fescennino* versus similem, incompositum temere ac ruidem, alternis jaciebant. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. In *Fescennina* matris vernans verbis. — b) Quia versus *Fescennini* ex tempore et alterni a risoribus jaciebantur, moniti etiati ad jocos nuptiales translatum est, de quibus mentionem inject *Servius* loc. cit.: item *Catull.* 61. 124. Nec dia lacat procas *Fescennina* locutio. *Capell.* 9. p. 306. *Hymenæus Fescennini* quadam licentia personante. *V.* et *infra Fescennini* sub b. *Hujus carminis exemplum in nuptiis Horii Augusti edidit Claudianus.* — c) *Fescenni-*

ninus pes apud *Diomed.* 3. p. 475. *Putsch.* est amphimacrus, constans longa, brevi et longa, ut divites. — Hinc

*Fescennini*, *ōrum*, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt — a) *Ipsi versus Fescennini*. *Macerob.* 2. *Saturn.* 4. *Fescenninos scribere in aliquem*. — b) *Hic sepius Fescennini nuptiales dicti sunt, quoniam ad jocos nuptiales translati: V. supra sub b. Seneca 3. Controv. 21. ante med. Inter nuptiales Fescenninos in crucem generi nostri jocabantur. Plin. 15. Hist. nat. 22. 24. (86). Nuces juglandes nuptialis Fescenninorum comites. V. et loc. proxime seq.*

*Fescennina*, *ōrum*, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt *Fescennina carmina. Calpurn. Flacc. declam.* 44. *Civis ergo, nisi facies accederit et Fescennina recinerit, pater esse non poterit. Cappell.* 9. p. 310. *Fidibusque luxa Fescennina prodient. Kopp. Ita iegit. Arnob.* 4. 20. *Quod participes Fescenninorum non essent, perturbasse discordis omnia. h. e. nuptiarum. Adde Prudent.* 1. in *Symmach.* 261.

*Fescenninus*, i. m. 2. *subaudi homo*, absolute, substantivorum more et translate, est ridicularius, obscenū sermonis et dicax. *Cato apud Festum* p. 344. 1. *Mult. In coloniam ihercules scribere nolim, si trium virum sim, spatiatorem atque Fescenninum.*

*FESLĒ*, arum, I. plur. 1. antique pro *feriae*, teste *Paul. Diac.* p. 86. 7. *Milt.*

*FESNOE. V. FESCEMNOE.*

*FESSŪLUS*, a, um, adject. diminut. a *fessus*, aliquantulum *fessus*. *Apul. Averroë* 19. *Trepida in deorsum Venere, et anima fessula.*

*FEZZUS*, a, um, part. priater. *Diomed.* 1. p. 372. *Putsch.* sua originis vocem esse putat. *Priscian.* 8. p. 825. videtur tamquam *Particip.* verbi *fatiscor* agnoscere. Sans participii formam ac vim habet in illo *Phædr.* 1. 21. Qui postquam eadem *fessus* est, astutum evocat. Videtur itaque esse *fessus* pro *festus*, ab inusit. *fatiscor* pro *fatiscor*, quod maximie evincitur ex *Lucret.* loc. citand. sub II. — Itaque *fessus* est fatigatus, *καταπονός* (It. *stanco, lasso, stracco*; Fr. *fatigué, las, éprouvé, accablé*; Hisp. *fatigado, cansado, agotado*; Germ. *ermüdet, müde, schwach, matt, entkräftet, ermattet, lass*; Engl. *wearied, tired, fatigued*).

I. Proprie usurpatum de hominibus et brutis animalibus; et occurrit — a) *Cum addito Ablativo rei, qua quis *fessus* est. Sall. Jug.* 53. *Romani quoniam itinere atque opere rastrorum et prælio fessi lassique erant etc. Id. ibid.* 68. *Militis illeius magnitudine fessi. Cic. Plane.* 10. 26. *Quod tecu receptorunt, quod *fessum* inedia fluctibusque recrearunt. Justin.* 24. 7. 1. *Fessi via milites. Ovid.* 11. *Met.* 274. *fessus curaque viaque. Faro* 1. R. R. 13. 1. et 2. *ibid.* 1. 1. *Fessi opere, frigore, aut calore. Cic.* 1. *Diffral.* 44. 100. *Veientes bellis fessi. Adde Tuc.* 5. *Hist.* 16. *Justin.* 6. 6. 4. *Fessi tot bellis Greci. Id.* 2. 5. 2. *Fessus longa expeditione. Horat.* 3. *Od.* 4. 38. *Militis *fessae* cohortes. Claudian.* E. *Get.* 129. *Fessi clade. Horat.* 3. *Od.* 13. 11. *Fessi vomere tauri. Cic.* 15. *Itt.* 9. *Rides, inquies, in talibus rebus? quid faciam? plorando fessus sum. Lucret.* 2. 1036. *fessus satiate videndi. Tac.* 3. *Ann.* 63. *Fessi copia rerum. Plin.* 5. *Hist.* 17. 15. (73). *Homo vita fessus. h. e. quem vitæ lœdet. Tibull.* 1. 3. 88. *Pueri fessa sonno. Ovid.* 9. *Met.* 293. *Fessa malis. Seneca Hippol.* 247. *caris. Flor.* 2. 6. 6. *Fessi fame Saguntini. Immian.* 26. 8. *Fessus inopia.* — Eleganter refertur ad morbos et senium, quia ultraque res vires admitt. *Virg.* 2. *Æn.* 596. ubi *fessum* etate parentem Liqueris Anchisen? *Spartian. Hadrian.* 22. *Socer fessus ætate. Ovid.* 9. *Met.* 439. *Fessus annis. Lucan.* 3. 721. *senecta. Val. Flacc.* 1. 474. *ævo. Liv.* 37. 33. *Fessus morbis. Tac.* 3. *Hist.* 2. *valetudinibus. Plin.* 8. *Hist.* 1. 1. (3). *Elephantí fessi ægrituline.* — b) *Cum Abiat. et præpos. de dixit Cic. 1. Acad. (post.) 1. 1. Nisi de via *fessus* esset. — c)* *Cum Genitivo. Virg. 1. *Æn.* 181. tuum Cereris Cerialaque arma Explicant fessi rerum. h. e. navigatione, tempestate, penuria, labore. Stat.* 3. *Theb.* 395. *fessus bellicque viæque. Symmach.* 1. *Ep.* 14. (al. 21.) *ad fin.* *Fessi virium. h. e. viribus. Sit.* It. 2. 234. *Dum pavitani trepidi rerum fessi que salutis. h. e. defessi querere et sperare salutem.*

— d) *Cum Accus., Grecorum more. Sil. It.* 4. 39. *Sed Lybiæ ductor tuto foveat agmina vallo, Fessa gradum, multoque gelu torpentina nervos. — e)* *Absolute. Sall. Jug.* 71. *Forte Nabdalisa exercito corpore fessus in lecto quiescebat. Liv.* 21. 37. *Qui es fessis data triduo. Horat.* 2. *Ep.* 1. 224. *quum tibi librum Sollicito damus aut fesso. Id.* 1. *Sat.* 5. 94. *Inde Rubos fessi pervenimus. Id. ibid.* 5. 17. *Fessus viator. Id.* 3. *Od.* 29. 22. *pastor. Id.* 2. *ibid.* 4. 11. *Graji fessi scil. bello. Id. Epod.* 2. 63. *boves. Stat.* 3. *Silv.* 3. 14. *fessus senectus Longa patris. aggravato dagli anni. Ovid. Heroid.* 21. 14. *Adjuvor et nulla fessa medentis ope. h. e. ægra.* — f) *Huc referenda putamus et sequentia, quamvis figurata dicta. Liv.* 1. 25. *ad fin.* *Alter fessum vulnera, fessum cursu trahens corpus. Horat.* 2. *Od.* 7. 18. *Longa fessum militia latus Depone sub lauro mea. Lucret.* 4. 849. *fessum corpus mandare quieti. Ovid.* 3. *Hel.* 592. *Ille caput viridi fessum submissit in berba. Tibull.* 4. 4. 9. *quiunque sapores, Quicunque et cantus corpora fessa levant. Adde eund.* 4. 11. 2. *Horat. carm. sœcul.* 63. *Phœbus, Qui salutari levat arte fessos Corporis artus. h. e. ægros. Sic Ovid. Heroid.* 4. 90. *Hæc reparat vires fessaque membra novat. Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 124. *Fessaque post primos hæserunt viscera partus. h. e. exhausta. Val. Flacc.* 2. 69. *Cereris munere fessas vires restituere. Ovid.* 3. *Trist.* 3. 85. *voi mihi fessa loquendo. Adde Spartan. Hadrian.* 4. *Tac.* 14. *Ann.* 33. *Si quos imbellis sexus, aut fessa etas, vel loci deinde attinuerat. h. e. senectus. Adde eund.* 1. *Hist.* 12. 3. *ibid.* 67. et 3. *Ann.* 59.; et *Capitolin. Anton. Phil.* 2.

II.) Translate. *V. allata superius sub f. Ceterum Propert.* 3. 19. 19. *Deinde per Ionum vectus quam fessa Lebaea Sedarit placidâ vela phaseius aquâ. Virg.* 2. *Æn.* 29. *Fessa naves. Ovid.* 6. *Met.* 519. *puppies. Id.* 11. *ibid.* 393. *carinæ. Val. Flacc.* 7. 25. *Grataque jam fessis descendant flaminia remis. Ovid.* 1. *Met.* 582. *amoës in mare deducunt fessas erroribus undas. Val. Flacc.* 6. 77. *fessæque prius redire sagittæ, Arboris ad summum quam peruenire cacumen. Id.* 5. 280. *Retulerat (nor) fessis optata silentia terris. Id.* 4. 66. *Fessa cum silvis jungit. Adde eund.* 20. *Lucret.* 3. 775. *domus ætatis spatio ne fessa retusto Obruat?* Sic *Id.* 5. 308. *nonne video putrescere saxa? Non deluba deum simulacraque fessa lausei?* *Plin.* 36. *Hist.* 15. 24. (20). *Cardines fessi et turbati. Tac.* 11. *Ann.* 24. *Quum Transpadani in civitatem recepti, quum specie deductarum per orbem terræ legionum adiutii provincialium validissimis fesso imperio subventum est. Id.* 15. *ibid.* 50. *Ergo dum seclera principis, et sinead addressa imperio, diligendumque qui fessis rebus succurreret, inter se aut inter amicos jacint. h. e. afflitis. Sic Plin.* 2. *Hist.* 17. 5. (18). *Vespasianus fessis rebus sunvensis. Stat.* 2. *Silv.* 2. 48. *fessa dies. h. e. nocti proxime. Sil.* It. 14. 43. *fesso Minio turba Bellandi studio Siculis subsedit in oris.*

III. *Homonym.* *Verrius apud Diomed.* 1. p. 372. *Putsch.* *discribens statuit inter fatigatum et fessum: quod ille sit ab alio laborare compulsus, ut lassatus; hic qui ulti laborans deficit, ut lassus. Frontinus vero de Differ. vocabul.* statuit *desfatigatum de animo, fessum vero de corpore usurpari. Sed contra est, quod Manutius ad Cic. 10. Fam.* 19. *affert.*

*FESTALIA*, *tōrum vel rum*, n. plur. 2. *vel 3. registro delle feste, liber, in quo dies festi inscripti sunt. Fulgent. de pris. serm.* p. 560. 6. *Merc. Bæbius Macer,* qui festalia sacrorum scriptis, ait etc. *Al. leg. festa tāia. Cf. Vet. Scholast.* ad *Lucan.* 1. 550. *Latine festalia sacrificia. Advertitus confirmatur etiam a Gloss. Isid. Festalis dies, solemnis. V. et FESTALIA.*

*FESTALIS*, e, adject. *V. voc. præced. in fin.*

*FESTATŪS*, a, um, adject. seu potius particip. ab inusit. *festare, ad festum paratus. Fabius Pictor* apud *Gell.* 10. 15. *Diellis quotidie festatus est. Al. leg. feratus, h. e. ferti instructus: alii feriatus: alii ritum ulter.*

*FESTICÉ*, adverb. late. *V. voc. seq.*

*FESTICUS*, a, um, adject. festivus, iactus. *Farro* apud *Non.* p. 451. 33. *Merc.* Et ceteri scholastici auribus scholica dape atque ebris festiva cœperantur consurgens jejunis oculis. Ita leg.

*Riese; Mercerus vero festice; Oehlerus conjectura *παρασταλογίας injuriā.**

*FESTINĀBUNDUS*, a, um, adject. festinans. *Val. Mat.* 2. 8. n. 5. *Festinabunda manu. Augustin.* 1. *Confess.* 11. *Festinabunda mater.*

*FESTINANTER*, adverb. Comp. *Festinantis et Sup. Festinantis.* — Festinanter est celeriter, cito, velocemente, in fretta, in prescia, διὰ τρόπους. *Cic.* 5. *Fin.* 28. 77. Illud mihi a te nimium festinanter dictum videtur. *Sueton. Cal.* 43. Festinante ac rapide iter confidere. *Plin.* 17. *Hist.* nat. 11. 15. (78). Quia festinantis germinant. Alter *Plin.* 5. *Ep.* 17. 1. *Festinantis nunciare. Sueton. Aug.* 20. *Festinantis publicare. Tac.* 15. *Ann.* 3. *Festinantis agere. Colum.* 2. *R. II.* 19. 15. *Festinantis demere. Augustin.* *Ep.* 250. *sub fin.* Festinantis respondisse.

*FESTINATÉ*, adverb. festinanter. *Gloss. Placid.* edente 1. *Mai in Class. Auct.* T. 3. p. 445. Festinate, cito, adullo. — Ceterum occurrit tantum Comp. *Festinatus* apud *Immian.* 24. 6. med. Quantum (miles) interiora festinatus occupabat. *Gell.* 10. 11. *Quod non segnus, sed festinatus sit. V. voc. seq. et FESTINATO.*

*FESTINATIM*, adverb. festinanter. *Sisenna apud Non.* p. 514. 5. *Merc.* Praetor festinatio de castellis ad castra maxima milites conduct. Adde *Pompon.* *ibid.*

*FESTINATIŌ*, ônis, f. 3. *περιπονή*, properatio (It. *fretta, prescia*; Fr. *empressement, précipitation, hâte*; Hisp. *prestera, prontitud, priesa*; Germ. d. *Eile, d. Eilen*; Angl. *haste, speed, hurry, expedition, despatch*). Occurrit — a) In singulari numero. *Cic.* 3. *Phil.* 1. 2. *Mea festinatio non victoria solum avida est, sed etiam celeritatis. Id.* 12. *Fam.* 25. *Ventis remis in patriam anni festinatione properavi. Id. Rose. Am.* 34. 96. *Quid hic incredibilis cursus, quid hæc tanta celeritas festinatione significat?* *Id.* 5. *Att.* 14. *Habes epistolam plenam festinationis et pulveris. Id.* 5. *Fam.* 12. 1. *Isthoscere festinatori alicuius. Nopus præfut. extr. Plura persecuti prohibet festinatio, ut expli:em etc. Colum.* 11. *R. II.* 2. 6. *Adhibere festinationem.* *Curt.* 8. 2. *Morari alicius festinationem. Id.* 3. 8. 23. *Festinatio discurruntum. Petron. Satyr.* 80. *Conditionem præcipiti festinatione rapui. Frontin. Aquæd.* 121. *Hæc opera sollicita festinatione explicanda sunt. Quintil.* 1. 4. 22. *Ambitiosa festinatio.* Adde eund. 1. 1. 32. *Id.* 2. 1. 12. *Festinatio mea.* *Tac.* 2. *Hist.* 24. *Festinationem hostium elicere. Id.* 1. *ibid.* 67. *Avaritia ac festinatio. Flor.* 1. 18. 19. *In reparando exercitu festinatio. Sueton. Aug.* 25. *Nihil autem minus in perfecto due, quam festinationem temeritatèque convenire arbitrabatur. Id. Cœs.* 18. *Neque more, neque jure, antequam provinciæ ornarentur, profectus est. Pacataque provinciæ, pueri festinatione, non expectato successore, ad triumphum simul consulatumque decessit. Justin.* 11. 8. 2. *Magna celerritate Taurum transcedit: in qua festinatione quingenta stadia cursu fecit. Adde Popisc. Aurel.* 5. — *Speciatim pro trepidâ concursatione. Sall. apud Non.* p. 138. 3. *Merc.* Quasi pars in oppido festinatio et ingens terror erat, ne etc. Cf. eund. *Cat.* 31. et *Jug.* 66. — b) In plurali numero. *Cic.* 1. *Off.* 36. 131. *Cavendum, ne in festinationibus suscipiantur nimias celeritez.*

*FESTINATO*, adverb. festinanter. *Quintil.* 4. 2. 58. *Nihil festinato ferre videatur Milo. Justin.* 38. 10. *in fin.* *Quum equites festinato misisset. Adde Vulgal. interpr. Genes.* 43. 11. 2. *Paral.* 24. 5. et alibi saep.

*FESTINATOR*, ôris, m. 3. qui festinat. Legitur a quibusdam apud *Quintil.* 2. *Declam.* 19. *ad fin.*, ubi plures alii festinatio.

*FESTINATUS*, a, um. *V. FESTINO.*

*FESTINE*, adverb. Idem ac festinanter. *Cic.* 4. Itt. 14. *Festine odorari. Alii leg. festive. Certior est lectio apud Cassiod.* 3. *Variar.* 40. *Festine tam remedia vestra utilitatis adspeximus.*

*FESTINIS*, e, adjct. festinus. *Titinius apud Non.* p. 482. 33. *Merc.* Ilæ res me facit festinem. *Forcellinus* leg. fecit. Ceterum festinare potest et esse Conjunctionis a v. festino, cs.

*FESTINO*, as, àvi, àtum, arc, n. et a. f. Part. *Festinans* I. II. et in fin.; *Festinatus* II.; *Festinalitus* I. — Ratione habita etiui, plenique volunt esse a *festum vel festum* particip. præster. inusit. ver-

bi fero, qua celeriter movere sive accelerare significat (*P. FERO* sub I. 2.); ceterum cf. *Gell.* 16. 14. Festinare est properare, accelerare, esse in magno ut continuo motu agendi aliquid, unde confessum seu confertim, omelius (It. *affrettarsi*, aver præcia, affrettare; Fr. se hâter, se presser, s'empreser; Hisp. apresurarse, darse præsa; Germ. eilen, eilig sein; Engl. to hasten, make haste, be in a hurry).

I) Proprie est verbum neutrum; et occurrit — a) Absoluta. *Plaut.* *Aisn.* 1. 3. 5. Romigio veloque quantum poteris, festina, fuge. *Horat.* 1. *Od.* 28. 35. Quamquam festinas, non est mora longa. *Cic.* 12. *Fam.* 22. 4. Plura scripsisse, nisi tui festinarent. *Id.* 6. *Att.* 2. *extr.* Cupiebam nunc plura garris; sed lucet, urgat turba, festinat Philogenes. *Id.* 16. *Fam.* 9. 4. Solent nautes festinare quæstus sui causa. *Virg.* 2. *En.* 373. Festinate, viri: nam quæ tam sera mutantur Segnities? *Plin.* 4. *Ep.* 1. Festinatur, quantum liineris ratio permisit. *Sueton.* *Gramm.* 22. Vis tu, inquit, magister, quoties festinantem aliquem vides, abliguisse? *Tac.* 1. *Ann.* 7. At Romæ ruere in servitium consules, patres, equites: quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac festinantes. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 192. Esseda festinant, pilenta, petitoria, naves. — *Festina lente, cœsas pœdæ*, proverb. quo significatur, sedulitate quidem in rebus agendis opus esse, sed quæ tamen sit cum consilii maturitate conjuncta. Hoc Græce sæpe *Augustus* usurpabat, teste *Sueton.* *Aug.* 25. V. NATURÆ. Itali dicunt: chi va piano, va rialto. — Aliquando est satæcere oī metuū aut urgens negotium, itemque trepidare, affaccendarsi. *Plaut.* *Stich.* 5. 3. 4. Quoniam nunciatum est, istarum ventorum viros; ibi festinamus omnes, lectis sternendis studiunis quadratisque apparandis. Adde eundem. *Cas.* 4. 1. 5. Sic *Ter.* *Heaut.* 1. 1. 70. Domum revertor meos. — Adsidu: currunt servi: soccos destrabunt: video alios festino, lectos sternere, coenam apparere. *Horat.* 1. *Od.* 11. 9. Cuneta festinal manus, hue et illuc Carsita mixta pueris puellæ, ognuno ē in faccende. *Sall.* *Jug.* 66. Interim Jugurtha, postquam omessa deditio bellum incipit, parare omnia, festinare, cogere exercitum. *Id.* *ibid.* 76. Contra hæc oppidanum festinare, parare. *Id.* *Cat.* 6. At Romanum domini militiaæ intenti festinare, parare *Id.* *Jug.* 55. Igitur eo intentior ad victorianu mitem, omnibus modis festinare. Adde eundem. *ibid.* 39. *Id.* *Cat.* 42. Nucturnis consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinando, agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecabant. *Ter.* *Eun.* 4. 3. 8. Quid istuc? quid festinas? aut quem queris, Pythias? h. e. trepidas. Sic *Sall.* *piagn.* apud *Donat.* *ibid.* Festinantis in summa inopia patribus. — b) Cum Accusativo et praepos. in, ad, adversus. *Quintil.* 6. 3. 39. Contentio festinantium in provinciam. *Sueton.* *Tit.* 5. Festinare in Italiam. *Sall.* *Jug.* 69. Alii ad portas festinare. *Jurel.* *Viet.* *Illustr.* 39. Festinare ad urbem. Similiter *Cic.* 1. *Phil.* 1. 3. Ad singulare Antonii factum festinat oratio. *s' affretta di arrivare.* Cf. *Horat.* *Art.* P. 148. Semper ad eventum festinat. *Quintil.* 4. 3. 8. Judez ordine auditio, festinat ad probationem. Adde eundem. 4. 3. 10. *Sueton.* *Domin.* 16. Festinus ad corporis curiam. *Flor.* 1. 11. 15. ad relictum opus. *Ammian.* 20. 1. ocios ad prædictum. *Id.* 21. 9. volueriter ad destinata. *Trebelli.* *Poll.* *Gall.* duob. 3. ad filium capiendum. *Jurel.* *Viet.* *Illustr.* 76. aduersus Matium. — Huc referri potest et illud *Horat.* 1. *Ep.* 16. 68. Festinare in augenda re.

II.) Impropræ usurpatæ active; et occurrit — a) Cum Infinito. *Cic.* 7. *Fam.* 23. sub fin. Ut tanto opere migrare festines. *Sall.* *Jug.* 64. Ne festinaret abire: satis mature illum consulatum petiturum. *Id.* *ibid.* 68. Cum magna cura ultum iri injurias festinas. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 12. Nestor compone ritites Inter Peliden festinat et inter Atridem. *Id.* *ibid.* 2. 38. Quæ lœdunt oculum, festinas demere; si quid Est animum, differt curandi tempus in annum. *Quintil.* 9. 4. 146. Finem imponere festino. *Curt.* 6. 3. 14. videre. *Colum.* 4. *R. R.* 27. 1. emundare. *Juvenal.* 9. 126. decurrere. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 9. (30). effugere. Alter *Plin.* 10. *Ep.* 1. admoovere. *Ammian.* 16. 12. egredi. *Id.* 27. 9. superare hostes. *Id.* 31. 7. experiri postrema disciplina. — Huc pertinet et illud *Sall.* *Jug.* 81. Collidus id modo festi-

nabat, Bocchi pacem immuinere. — b) Cum Accusativo rei et est properare, fare in prescia, confracta. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 9. *En.* 401. et 4. *G.* 171. Festivum festinat diem. scil. agere, celebrare. *Sall.* *fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 12. *En.* 425. Solitas festinate. scil. dare. *Id.* *Jug.* 77. Ni id festinaret, in summo periculo suam salutem fere. *Virg.* 4. *En.* 575. Festinare fugam. *Id.* 6. *ibid.* 176. jussi Sibylæ. *Ovid.* 11. *Met.* 575.; et *Stat.* 2. *Silv.* 1. 128. vestes. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 61. penas. *Sil.* *Il.* 8. 52. pyram. *Stat.* 2. *Theb.* 478. vias. *Ammian.* 16. 10. iter. *Tac.* 14. *Ann.* 33. extr. Cædes, patibula, ignes, crucis festinare. *Id.* 4. *ibid.* 28. Festinare in se mortem. — c) Passiva. *Sall.* *Jug.* 64. Animo cupienti nihil satis festinatur. *Tac.* 2. *Hist.* 82. Ea cuncta per idoneos ministros festinabantur. *Id.* 3. *ibid.* 37. extr. Consul uno die et ante fuerat Caninius Rebilus, quum bellis civilibus præmia festinarentur. *Id.* 12. *Ann.* 25. Adoptio in Domitium auctoritate Palliant festinatur. *Id.* *Germ.* 20. Sera juvenum Venus: nec virgines festinantur. h. e. festinato desponentur. *Ammian.* 22. 12. Que festinari cernentes. — Et Part. praeter. *Ovid.* 4. *Pont.* 5. 8. Festinatum iter. *Quintil.* 6. *proœm.* 10. Festinata maturitas celerius occidit. *Sueton.* *Aug.* 69. Festinata nuptiæ. *Id.* *ibid.* 87. ies. *Lucan.* 8. 24.; et *Plin.* *Paneg.* 69. honores. *Tac.* 1. *Ann.* 52. missio. *Id.* 6. *ibid.* 44. casus. *Id.* 1. *Hist.* 90. exactio. *Id.* 2. *ibid.* 57. electus. *Id.* 4. *ibid.* 67. prælium. *Id.* *Agric.* 44. mors. *Martial.* 7. 30. Annis festinatis raptus. h. e. morte immatura. *Sil.* *Il.* 11. 193. festinata signa inovere. — d) Festinare se est properare. *Gell.* 14. 2. ante med. Virtuti exercitati, atque in patrocinii et in operis fori celebres, semperque se, circumundique distrahebantur. festinantes. — Ille Part. ptes.

*Festinans*, antis, adjective quoque occurrit. *Cic.* 6. *Att.* 4. extr. Hæc festinans scripsi in iuvente atque agmina. Adde ejusd. locum *mox* citand. In *Homonym.* *Sall.* *Jug.* 52. Dum lethas ad flumen, quo prenissus erat, festinans pergit. *Homonym.* Inter properare et festinare distinctionem assignabat *Cato* apud *Gell.* 16. 14. et *Non.* p. 411. 22. *Merc.* et *Festum* p. 234. 19. Müll. his verbis: Qui unum quid mature transit, it properat: qui multa simul incipit, neque perficit. it festinat. Ipse vero *Non.* in eo differre ait, ut properare al animum, festinare ad corpus pertinet. *Cic.* 9. *Phil.* 3. 6. At ille properans festinansque, mandata vestra confovere cupiens, in hoc constantia perseveravit. — Neutrum tamen discriben perpetuum est.

**FESTINUS**, a, um, adjct. ταχὺς; festinans. properans: vox seu poetica (It. presto, veloce; Fr. qui se hâte, prompt; Hisp. pronto, veloz, accelerated; Germ. eilend, eilig; Engl. quick, speedy). Occurrit — a) Absoluta. *Cic.* 9. *Att.* 9. Festino enim similis durcio. *Al.* *rectius leg.* Σοτερέσιον enim, simili ut rus decurso. *Virg.* 9. *En.* 488. tibi quam (vestem) noctes festina dicasque Urgebam. *Ovid.* 11. *Met.* 347. cursu festinus anhelo. *Stat.* 9. *Theb.* 716. cruda festinaque virtus. *Ammian.* 3. 2. 2. Festina celeritate. *Adde Cod.* *Theod.* 5. 16. 52. *Pal.* *Flacc.* 6. 325. festinaque tertia vitæ. h. e. immatura. Adde eundem. 2. 191., 3. 341., 6. 172., 7. 187.; et *Apul.* 2. *Met.* *Claudian.* *Nupt.* *Honor.* 325. Festina canities. *Prudent.* *Cathemer.* 11. 6. Dies festina. — Festina cohortes in fragmento *Sallustii* apud *Servium* ad citat. 9. *En.* videntur esse levis armaturæ milites. — b) Cum Genitivo. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 135. Festinus laudum. *Id.* 6. *Theb.* 75. Festinus voti.

**FESTITATULA**, a, f. 1. per syncopen pro festivitatula, diminut. a festivitas, parva festivitas. *Acim.* *Ep.* 79. Fecerunt quidem peccata mea non qualemcumque necessitatem, qua nos in die suscepimus festitatuæ nostræ corporali vestre pietatis persecuta fraudarentur. *Rectius* tamen cum cl. Quickebat legendum est festitatuæ.

**FESTIVE**, adverb. Sup. *Festivissime* 2. — Festive. — 1. Stricto sensu est hilariter, comiter, late. *Plaut.* *Pseud.* 5. 1. 9. In loco festivo sumus festive accepti. — 2. Latiori sensu est lepide, facete, jucunde, piacevolmente, con galanteria, ταχίως. *Cic.* 2. ad *Q. fr.* 16. Quamquam a te actam fabellam video esse festive. *Gell.* 9. 13. extr. Atque ibi Julianus festivissime. nolis querere. inquit. ev.

Rursus *Cic.* 3. *Orat.* 26. 101. Quare, bene et præclare quamvis nobis saepe dicatur; belle et festive nimium saepe nolo. *Id.* *Deiot.* 8. 19. Quam festive crimen contextur tronia, que in sequentibus quoque inest. 2. *Divinat.* 15. 35. Quam festive dissolvitur sci. argumentum. et 4. *Acad.* (2. pr.) 28. 92. Dialectica primo progressu festive tradit elementa loquendi.

**FESTIVITAS**, atis, f. 3. occurrit A) Stricto, et B) Latiori sensu.

A) Stricto sensu festivitas est lætitia, jucunditas, qualis festis diebus haberi solet, allegrezza, giocondità, contento.

I) Proprie. *Plaut.* *Capt.* 4. 1. 1. *Juppiter* supreme, servas me, offers mihi laudem, lucrum, ludum, jucum, festivitatem, ferias.

II.) Translate adhibetur in blandis appellationibus. *Plaut.* *Cas.* a. 1. v. 46. Mi animule, mea vita, mea festivitas. Adde eundem. *ibid.* 3. 3. 14. et *Pien.* 1. 2. 176.

B) Latiori sensu. ¶ 1. Refertur ad mores, et est urbanitas, jucunditas. *Ter.* *Eun.* 5. 9. 18. An fortunam collaudem, an mel patris festivitatem et facilitatem, piacevolezza. *Sueton.* *Cal.* 7. Infans insigni festivitas, amabilità. ¶ 2. Speciatim est urbanitas et lepor sermonis, jucunditas, gratia letitiam quamdam et facilitatem animi in verbis præ se ferens, lepidità nel parlare, galantea, gracia, gioialità, zoretoys. *Cic.* *Brut.* 48. 177. Festivitate et facelius C. Julius omnibus præstitit. *Id.* 2. *Orat.* 56. 227. Oratio lepore et festivitate condita. *Id.* 1. *ibid.* 57. 243. Dicendi vis egredia, summa festivitate et venustate conjuncta. *Id.* 9. *Fam.* 15. 2. Imago antiquæ et vernacula festivitas. *Id.* *Orat.* 52. 176. Gorgias his festivitatibus insolentius abutitor. ¶ 3. Apud sequioris ævi Scriptores ponitur pro festo die, seu pro apparatu ludiero ac leto, qui festis diebus haberi solet, festa, *Zamprid.* *Alex.* *Seu.* 63. Addita et festivitas matris nomine. *Trebelt.* *Poll.* *Gall.* duob. 3. Populum ad festivitatem et plausum vocare. *Imp.* *Honor.* et *Theodos.* *Cod.* *Theod.* 15. 5. 3. Ne festivitatem impediunt in cunctis oppidis celebrandam. *Ibid.* 6. 8. 1. Solemnis festivitates frequentare. *Imp.* *Aread.* et *Honor.* *ibid.* 6. 4. 30. Festivitates natalium principis.

**FESTIVITATULA**, a. f. *FESTITATULA*.

**FESTIVITER**, adverb. festivo more, da festa. ¶ 1. Stricto sensu est hilariter, late. *Neivius* apud *Non.* p. 510. 16. *Merc.* O domus parata polcre salmæ festiviter! ¶ 2. Latiori sensu est jocundè, lepide, urbane, lepidamente, con grazia, con gioialità. *Gell.* 1. 2. Severe simil ac festiviter sejuntur a vero Stoico, qui esset ταχώτας. et 22. Festiviter responderem.

**FESTIVO**, as, are, 1. festa agere. *Lex.* *Zat.* *Gr.* *Festivo*, ταχίως.

**FESTIVUS**, a, um, adjct. Comp. *Festivior* 2. : Sup. *Festivissimus* in omnibus paragi. — Festivus a festus propriæ est ad festorum dierem jucunditatem; certinæ, atque adeo est festus, hilaris, jucundus, latius; festis enim diebus cuncta solent latè esse et hilaria (It. festivo, da festa, allegro, giocondo; Fr. de fête, gai, amusant; Hisp. de fiesta, alegría, gozoso, chistoso; Germ. heiter, fröhlich; Engl. festive, festival, joyous, gladsome, pleasant). ¶ 1. Stricto sensu est ad festorum dierum jucunditatem pertinens, festus, jucundus. *Plaut.* *Cas.* 4. 1. 3. Nec pol ego Nemæ credo, neque ego Olympiæ, neque usquam ludos tam festivos fieri, quam hic intus sunt ludi ludificabiles. Cf. *Gell.* 18. 13. Saturnali bus aëla quadam festiva et honesta iusitabamus. *Plaut.* *Mil.* glor. 2. 1. 5. Nunc qua asseditis causa in festivo loco, comediam argumentum eloquar. Adde eundem. *Pen.* 5. 1. 9. et *ibid.* 1. 2. 95. Vim tu facinus farere lepidum et festivum et *ibid.* 3. 3. 82. Bare alicui hospitium festivum in tepido loco. *Justin.* 38. 8. 14. Festivissimum convivium. *Claudian.* 1. *Laud.* *Stich.* 3. Connubii needum festivos regia cantus Sopirat, etc. — Hinc festivum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, pro die festo. *Zamprid.* *Elagab.* 11. a. med. Ferunt multi, ab ipso reperfum, ut in vindemiarum festivo multa in dominos vocularia dicentur, nella festa delle vendemmie. ¶ 2. Aliquando refertur ad ea, quæ venust sunt et jucunda visu. *Plaut.* *Epul.* 5. 1. 17. Contempla. Epidice: usque ad unguiculæ ad capillutæ

summum (*muīter*) est festivissima. Sic *Id. Mil.* glōr. 4. 1. 12. Luculenta atque festiva femina. *Cic.* 5. *Parad.* 2. 38. Nonne igitur sunt ista festiva? Sicut: nam nos quoque oculos eruditos habemus. *Plaut. Curc.* 1. 1. 93. Ædus festivissimæ. *Plin.* 2. Ep. 17. 4. Area parvula, sed festiva. *Cic.* 2. Att. 6. Libris me detecto, quorum habeo. Antil festivam copiam. *Forcellinus* hunc locum ad superiorē paragrag. retulit, et interpretatus est *libri da divertimento*: festiva tamen librorum copia videtur esse jucunda visu. *Plaut. Mil. glōr.* 2. 6. 108. Nimirum festivam mulier præbuit operam. ¶ 3. Sæpissime dicitur de his, qui urbani ac lepidi sunt in sermone, jucundi, hilares, faceti, et latitiam festivitatemque in verbis præ se ferunt; quod signum est facilitatis comitatisque: item de dictis et facilius bujasmodi, giviale, faceto, piacevole, galante, arguto. — a) De hominibus. *Ter. Adelph.* 5. 9. 29. Ut id ostenderem, quod te isti facilem et festivum putant, id non fieri et vera vita —, sed ex assentando, indulendo et largiendo. *Cic.* 1. Att. 12. fin. Puer festivus, anagnostes noster decesserat. *Id.* 6. *Fam.* 4. 3. Pueri, quibus nihil potest esse festivius. *Id. Flacc.* 36. 91. Festivus filius. *Id.* 5. *Phil.* 5. 13. et 2. *Orat.* 68. 277. homo. Sic *Gell. præfut.* Festivissimus homo. — Similiter et in blanditiis. *Ter. Adelph.* 5. 9. 27. O pater mi festivissime! *Id. ibid.* 2. 3. 8. Festivum caput! — b) De dictis. *Cic.* 1. *Off.* 30. 108. Dulem et facetum festivique sermonis atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρων Graci nominarunt, Soeratem accepimus. *Id. Pis.* 29. 70. Poema facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutus. *Id.* 3. *Orat.* 25. 100. Festiva oratio. *Id.* 6. *Verr.* 22. 49. acreama. *Quintil.* 6. 3. 39. In his omnibus quam elegans et venusta exigit tota expositio, tum id festivissimum est, quod adjicit orator. — *Hinc*

*Festivum*, i. u. 2, *V* sub 1. in fin.

**FESTRA**, æ, f. 1. antiqui idem fuit, quod apud nos fenestra, teste *Paul. Diac.* p. 91. 5. *Müll.*; non tamen quælibet, sed ostiolum minusculum in sacro (intellige primis urbis temporibus) ut ex *Antonio Giphone docet Macrob.* 3. *Saturn.* 12. ubi et *Ennium* hac voce usum ait. Sic *Placidi Gloss.* evidēte *A. Mai* in *Class. Auct.* T. 3. p. 464. Festra in fenestram. In fragm. *Petron.* p. 872. *Burmann.* Deridet festram, Romuleamque easam. *V. FENESTRA.*

**FESTUCA**, æ, f. 1. ¶ 1. Es: herbæ, aut paleæ exile frustum, stipula, καρπος (Il. festuca, pagliuzza; Fr. fétu, tige ou brin d'herbe, tuyau de paille; Hisp. moja de paja; Germ. d. *Halm*, *Grashalm*; Engl. a stalk, straw, stem). ¶ 1. Stricto sensu. — a) Generatim. *Varro* 5. L. 1. 136. *Müll.* Homo in pratis per senisectam eundo festuras corradit. *Colum.* 8. R. R. 15. 6. Festucae surrurique in avariis passim spargendi sunt, ut colligere possint aves, quibus nidos construant. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 41. 57. (116). Gallinae, edito ovo, festucae aliquæ se et ova lustrant. *Id.* 18. *ibid.* 27. 67. (253). Quoniam herba creverit in festuca, arcere aquas. — b) Speciatim festuca liber dicitur, qui e servo in libertatem assertus fuit. Nam Romani, quos in libertatem vindicabant, eorum corporibus stipulam tenuem inserviebant, καρπος autem λεπτος εἰσβάλλοντο τοις αὐτοῖς, ut *Philarach.* in opere, de his, qui sero a numine puniuntur, tradit. Alli festuca hic intelligent virgam, per quam leviter pulsabuntur hi, quos prætor vindicta liberos esse jubebat. Hæ vero habet *Cajus* 4. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 16. Festuca autem utebantur quasi baste loco, signo quadam justi dominii; maxime enim sua esse credebat, quæ ex hostibus cepissent: unde in centunviralibus judiciis basta præponitor. *Plaut. Mil. glōr.* 4. 1. 15. Quid? ea ingenuam, an festuca lactea et serva libera est? *Pers.* 5. 174. hic hic, quem querimus, hic est. Non in festuca, hector quem jactat inceptus. ¶ 2. Est etiam hoc nomine herba, quæ et regillops dicitur, quæ inter hordeum nata, ipsum necat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 44. (155). *V. REGILOPS.*

**FESTUCARIUS**, a, um, adject. ad festuca pertinens. *Gell.* 20. 10. in fin. Conferens vim illam cœlētem et festucaiam, que verbo diceretur, non que manu fieret. h. e. vim ei facultatem vindicandi in jure. *T. cap. totum Gellii*, et voc. præced. § 1. b.

**FESTUCULA**, æ, f. 1. denival. a festuca, tendis

festuca. *Pallad.* 5. R. R. 2. Dorsa apum bibendum tangamus, illo liquore tincta festuca.

**FESTUS**, a, um, adject. Comp. *Festior* et *Sup. Festissimus* II. — Ratione habita etyma, vox coniungenda videtur cum nomine *férīcē* et fortasse etiam cum v. *fari* et *fastus*: *festus* enim stricto sensu dicitur de die, et est feriatus, sacer, solemnis, cessatione ab opere, sacrificiis, aut ludis, aut convivis, apparatus laetitia, aut his omnibus simul celebratus; latiori autem significatio de his omnibus usurpat, quæ ad festos dies referuntur vel pertinent, σόκαριπος (It. di festa, festivo; Fr. de fête, sacré, consacré; Hisp. de fiesta, consagrado; Germ. festlich, geheiligt, geweiht; Engl. festival, festive).

1) Proprie. — a) Stricto sensu de diebus. *Cic.* Pis. 22. 51. Qui (dies) quasi deorum immortalium festi atque solemnes apud omnes sunt celebrati. *Id.* 6. *Verr.* 48. 107. Syracusani festos dies anniversarios agunt. *Id.* 2. ad *Q. fr.* 1. 1. Mense decembri sub dies festos. *Id.* 6. *Verr.* 67. 151. Quoniam diem festum ludorum de fastis suis sustulissent celebrarium et sanctissimum. *Sall. Jug.* 70. Dies festus celebratusque per omnem Africam. *Justin.* 24. 3. 4. Diem festum urbi indicere in adventum aliquicis. *Nepos Timol.* 5. Ejus natalem (scil. diem) festum habuit universa Sicilia. *Ovid.* 6. *Fast.* 239. Festus dies. Addit. *Cir.* 5. *Fin.* 24. 70.; *Nepot. Dion.* 9.; *Colum.* 11. R. R. 1. 19.; *Sueton. Cœs.* 65. et *Vesp.* 2.; *Justin.* 21. 3. 2.; *Flor.* 3. 18. 8.; *Curt.* 8. 5. 9.; et *Macrobi.* 1. *Saturn.* 13. Similiter *Horat.* 4. *Od.* 6. 42.; et *Ovid.* 5. *Trist.* 5. 42. lux. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 130. tempus. Cf. *Val. Flacc.* 5. 74. et festa vulgatum nocte Lyæ Callichoron. — b) De his, quæ ad festos dies referuntur vel pertinent. *Horat.* *Epid.* 9. 1. Festae dapes. *Sil.* It. 7. 198; et *Val. Flacc.* 3. 159. mensæ. *Ovid.* 5. *Trist.* 12. 8. Festos choros agere. *Martial.* 1. 1. Festi lusus. *Plin.* 2. *Ep.* 17. a med. Perfum festis clamoribus personali. *Tac.* 12. *Ann.* 69. voces. *Claudian.* 3. *Laud. Stilich.* 20. carmen. *Virg.* 4. *Æn.* 459. templum festa fronde revinctum. Sic *Val. Flacc.* 2. 188. simulante chorus delubraque festa Fronde tegunt. *Ovid.* 10. *Met.* 598. festa corona. *Val. Flacc.* 3. 240.; et *Claudian.* IV. *Cons. Honor.* 642. tæde. *Tac.* 14. *Ann.* 13. Obvia tribus, festo cultu senatum, conjugum ac liberorum agmina etc. *Horat.* 3. *Od.* 18. 11. Festus in pratis vacat otioso Cum bove pagus. Sic *Sil.* It. 12. 732. et 11. 272. Festa urbs. *Ieta*, in festa. *Tac.* *Germ.* 40. loca. *Ovid.* 2. *Met.* 712. Palladis arcæ. *Id.* 3. *ibid.* 111. theatra. *Martial.* 3. 58. Lares. *Tac.* 3. *Ann.* 9. Dominus festa ornatus. *Id.* 2. *ibid.* 69. Adnotas hostias, sacrificalem apparatum, festam Antiochenum plebem per lictores protarbat. *Quintil.* 6. 3. 17. Festalientia. *Ovid.* 2. *Met.* 795.; et *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 1. (2). pat. *Irnoib.* 5. init. Letitias festas exercere. — c) Festus dies est aliquando blanda amantis compellatio. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 49. Mi animo, mea vita, meus festus dies. — Et letantis. *Ter. Eun.* 3. 5. 12. O festus dies dominis! amice, salve.

II) Translate est hæsus, jucundus: sed occurrit ratio admodum et apud sequoris evi scriptores. *Val. Flacc.* 2. 582. vigil simul omnia ludo festa vident, nisi forte legendum sit sausta. *Popisc. Aurel.* 1. Quibus omnia festa et fieri debere scimus et dici. *Claudian.* III. *Cons. Honor.* 3. Festori annus. *Popisc. Tacit.* 11. Festissimi dies. *Pacat. Paneg.* *Theod.* 37. Festus occursus. *Claudian.* B. C. 208. Festae aures. h. e. letæ, letis nimillis imbutæ. — Et absolute, substantivorum more, *Stat.* 2. *Silv.* 7. 9. O nimisq[ue] data festa longa summis! h. e. res letæ et prosperæ. — Inter translata referendum est et illud *Stat.* 2. *Silv.* 7. 131. Festus dolor. h. e. publicus et solemnis. — *Ritac.*

*Festum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est dies festus, festa. — a) In stag. numero. *Ovid.* 4. *Fast.* 877. Cur igitur Veneris festum Vinalia dicunt. Queritis? *Id.* 1. *ibid.* 190. Pars milii de festo ne labet ultra tuo. *Id.* 4. *Met.* 390. profanare festum. *Id.* 11. *ibid.* 95. festinum agere. — *Id.* 2. *Fast.* 217. Forte Jovi festum Phœbus solenne parabat. h. e. sacrum. — b) In plur. numero. *Ovid.* 4. *Fast.* 182. Idæa festa parentis erant. *Id.* 3. *Amor.* 13. 3. Castra sacerdotis Junoni festa parabant. *Id.* 14. *Met.* 774. Festa Palliæ. *Id.* 5. *ibid.* 3. conjugalia. *Id.* 4. *ibid.* 33. turbore festa. *Id.* 5. *ibid.* 328. rovere fe-

sta annua numinibus. *Id.* 6. *Fast.* 179. coletere. — NZ. De cogn. Rom. V. ONOM.

**FETALIA**, tōrum vel tūm, n. plur. 2. vel 3. Videntur ita fuisse appellata festa rurica post fetuum vel agnorum ortum. Hinc translate *Augustin. Serm.* 193. Dignum erat, ut non mulierculæ humanis solemnitatibus, sed angelî divinis laudibus fetalia celebrarent. Num legendum festalia?

**FETIALIS**, c, adject. Ad scriptiōnem quod attinet, *V.* voc. seq. init. — Fetialis est ad fetiales sacerdotis pertinens. *Cic.* 1. *Off.* 11. 36. Ac bellum quidem *æquitatis sanctissime* fetiali populi R. jure perscripta est. Addit. *eundem* 3. *ibid.* 29. 108.; et *Val. Max.* de nom. rat. n. 10. Jus fetiale. *Servius ad Virg.* 7. *Æn.* 895. et 10. *ibid.* 14. Jura fetalia. *Facat. Paneg.* 30. 1. Fetiale jus violare. *Liv.* 9. 11. Legatus fetialis. *Id.* *ibid.* ad fin. Fetiales ceremonia.

**FETIALIS**, is, et sæpius *Fetiales*, ium, m. 3. Ad scriptiōnem quod attinet, per t scribunt *Manut.* et *Cellar.* ex consuetudine *Græcorum*, apud quos est φετιαλης; et φετιαλης; et φετιαλης; et ex lapide, quem ipse *Manut.* affert; cui addit alium apud *Gruter.* 457. 2.: *Dausquio* placet per c ex etymologia, quam tradit *Paul. Diac.* nempe a faciendo; cui suffragari videntur lapides alii apud *Gruter.* 360. 3. et 1107. 4.: sed *Marinius Frat. Arv.* p. 708. et 714. probat ex plurimis aliis *ibid.* cit. scribendū omnino *fetialis*. Cf. et *Orelli. Inscript.* rol. 1. p. 392. et sequ. — Ratione habita etyma; heu dovet *Ignaria de Fratribus p. 7.* *Fetialis* est ab αἰξίᾳ, converso spiritu leni in digamma Εολιū, ut ab αἴλος est *feles*, ab αἴλος *filius*. *Aἴλος* autem est *damnum, injurya*, cuius persequendæ causa mittebantur *Fetiales*, nomine ex ipsa re, quam gerebant, imposito, ut triumvir capitales, monetae etc. — Ceterum *fetiales*, instituti a Numa secundum *Dionys. Nat.* 2. 72., ab Anco Martio secundum *Liv.* 1. 33. (V. *Cic.* 2. de republ. 17. ibique ab *A. Mai* adnotata) erant sacerdotes, vel legati populi Rom., quos penes rerum publice repetendarum, imperande decessiones ex finibus, belli indicendi suscipiendique, et jungendorum federum potestas erat et administratio. Hi causas armorum inferendorum examinabant, consulebatque corum collegium a regibus, aut consulibus, juste ne posset bellum iudicari, quia bellum aliquod inire, quod pluri non videbatur, magna religio erat. Id indicturi, hastam ferratam in fines hostium jaciebant; pace comparata, fœdus feribant. Quæ omnia colliguntur ex *Varron.* 5. L. L. 86. *Müll.*; *Cic.* 2. *Zegg.* 9. 21.; et *Liv.* 1. 32. 4. 30. 7. 6. et 9. 9. 5. 10. 12. 30. 43. 31. 8. et 36. 3. Similiter *Servius ad Virg.* 10. *Æn.* 14. *Fetiales*, qui faciendis præsunt federibus. — Formularum, qua *fetiales* utebantur, habes apud *Liv.* 1. 24.

**FETIFER**, fera, fērūm, adject. (fetus et fero) festificus, secundus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 3. 3. (33). Supra tergeminos nasci, inter oscenta dicitur, præterquam in Ægypto, ubi fetifer potu Nilus annis.

**FETIFICO**, us, are, n. 1. (fetus et facio). — a) Stricto sensu est fetus edere, patere, partorire. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 58. 79. (160). Columbarum pulli quinque mestres fetificant. *Id.* *ibid.* 8. 9. (22). Accipitres humi fetificant. — b) Latiori sensu apud *Solin.* 22. de piscibus occurrit, et est colunt concepiscere.

**FETIFCUS**, a, um, adject. seconde, prolifico, eugenius, secundus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 3. 3. (33). Supra tergeminos nasci, inter oscenta dicitur, præterquam in Ægypto, ubi fetifer potu Nilus annis.

**FETO**, as, are, 1. Part. *Fetans* et *Fetandus* sub B. — *Fetare* est A) Verbum neutrum; et B) Activum.

A) Neutrorum more fetare est fetus edere. De avibus ova edentibus *Colum.* 8. H. R. 15. 7. Anates circa paludes plerumque fetant. *Id.* *ibid.* 12. Gallinae silvestres in servitudo non fetant. *Vulgar. interpr.* Ps. 77. 70. Et elegit David servum suum, et sostul eum de gregibus ovium, de post fetantes accepit eum.

B) Active est idem ac secundare. *Augustin.* 1. de cons. *Evangelist.* 25. In fetandis feminis. *Id.* 5. *Civ.* D. 7. Admittendis maribus, quibus equorum fetentur armata. *Dracont.* 2. *Hexam.* 89. verbo fetante marito.

**FETOSUS** et recentiori forma

**FETUOSUS**, a, um, cui a fructus fructuosus, a

*luctus luctuosus*) adject. qui fetu abundat, secundus. *Vulgar. Interpr. Psalm.* 143. 16. Oves eorum fetosae, abundantes in egressibus suis: boves eorum crassae. *Hieronym.* 1. *advers.* *Jovinian.* 19. Liam deponem atque fetuosa. *Ab. leg.* fetuosa. *Id. in Galat.* 4. 27. Virum habuit Synagoga, et iuxta Annæ quoque prophetiam fetuosa quondam in liberis suis.

FETURA, æ, f. 1. a *fetus*, us,

1.) Proprie. ¶ 1. Est tempus, quo animal ceperit fetus gerit, usque ad partum, ut *Varro* 2. R. R. 1. 18. definit, *tempo della gravidanza*. Cf. *Capell.* 6. p. 203. In ejus (*Ollissiponis*) confino equarum fetura ventis inarantibus inolevit. la *gravidanza*. ¶ 2. Item generatio. *Varro* 2. R. R. 10. 6. Quod ad feturam humanam pertinet postrum, facile est, quod habeant in villa, etc. *Virg.* 7. Ecl. 36. Si fetura gregem supplevit. *Id.* 3. G. 62. bos fetura habili. — Et figurata *Capell.* 7. p. 241. Quæ (*heptas*) quod naturæ opera sine feturam contagione conformas, inter dicas *Triton* virginis vocabulum possedisti. — Similiter *Id.* 6. p. 202. Hispania metallorum aurique fetura predicanda.

II.) Impropius. ¶ 1. Concreto, uti ajunt, sensu ponitur de ipsa prole, sive de ipsis animalium catulis. *Ovid.* 13. *Met.* 827. Sunt, fetura minor, tepidis in ovibus agni. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 53. 74. (150). Optima gallinarum fetura ante vernum æquinoctium. ¶ 2. Item de vite. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (179). Vitis in macro, etiam vires habebit, recisa intra jugum moretur, ut omnia fetura sub eo exeat. ¶ 3. Per metaphoram de libro, qui in vulgo editur. *Plin. Hist. nat. præfat.* 1. Libros naturalis historiae, novitium Camentis Quiritium tuorum opus, natum apud me proxima fetura, etc.

FETURATUS, a, um, particip. ab inusit. *feturo*. *Tertull. advers. Valent.* 25. Semen feturatum in corpore. h. e. formatum in fetu.

FETUS, a, um, adject., seu rectius particip. ab obsoleto *feo*, de quo et de scribendis ratione *F.* voc. seq. init. Fetus propriæ est secundatus; et duo præcipue significat, scilicet A) Est fetum habens, gravidus; et B) Partu levatus.

A) Fetus est fetum habens, gravidus, ἔγνως (It. *gravid*); Fr. *pleine, enceinte*; Hisp. *preñada*; Germ. *schwanger, frächtig*; Angl. *big with young, pregnant*).

I.) Proprie. *Virg.* 3. Ecl. 83. Lenta salix fetu pecori. *Id.* 1. *ibid.* 50. Non insuetæ graves tentabunt pabula fetas. *Colum.* 7. R. R. 6. 5. Huic pecudi (scil. caprorum) nocet astus, sed magis frigus, et præcipue fetæ, quia gelidio bimis conceptum vitiat. *Id.* 8. *ibid.* 11. 5. Pavio quinque feminas desiderat: nam si unam, vel alteram fetam saepius compressit, vix dum concepta in alvo vitiat ova, nec ad partum sinu perduci. *Horat.* 3. Od. 27. 5. Feta vulpes.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de locis et plantis, et est fertilis, secundus, felix, fertile, secundo, frutifero. *Lucret.* 2. 993. Humoris guttas mater quæ terra recepit, Feta parit nitidas fruges arbustaque læta. *Cic.* 2. *Nat. D.* 62. 156. Terra fetu frugibus et varlo leguminis genere. *Ovid.* 1. *Pont.* 7. 13. regio nec pomo feta, nec ovis. *Id.* 14. *Met.* 103. loca feta palustribus ulvis. *Colum.* 3. R. R. 21. 3. Patre favente Libero fetis palmítibus. ¶ 2. Hinc per metaphoram et generatim pro pleno. *Virg.* 1. *En.* 55. loca feta furentibus Austris. *Id.* 2. *ibid.* 237. scandit fatalis machina muros Feta armis. *Sil.* 11. 17. 448. colla serpentis feta veneno. *Id.* 13. 592. feta furore Megæra. *Id.* 17. 380. feta viri bello præcordia. *Id.* 11. 203. præcordia feta ira. — Et cum addito Accusativo Græcorum more. *Sil. It.* 10. 14. fetus Gradivo mentem. eūdecç. — Et cum Genitivo pro Abilitivo. *Claudian.* B. G. 25. fetusque novales Martis. h. e. campos secundos pugnæ.

B) Est etiam partu levatus, fresco dal parto. *Varro* apud *Non.* p. 312. 12. *Merc.* Veniebant fetam amice gratulatum. Sic *Id.* 2. R. R. 10. 8. Quum in Liburniam venisses, te vidisse matres famillias eorum afferre ligna et simul pueros, quos alerent, alias singulos, alias binos, quæ ostenderent fetas nostras, quæ in coopeis jacent dies aliquot, esse ejuncidas ac contempendas. *Virg.* 8. *En.* 630.; et *Ovid.* 2. *Fast.* 412. Venit ad expositos (infrum!) lupa feta gemellos. *Ovid.* 13. *Met.* 803. feta truculentior ursa. *Colum.* 7. R. R. 3. 26. Ut neque lar-

diores et gravidas (ores), dum cunctantur, neque agiles et fetas, dum procurrunt, separari a ceteris sint.

FETUS, us, m. 4. *Fetis pro fetibus dixit Accius* apud *Non.* p. 489. 6. *Merc.* Citheron frondet virgantibus fetis. — Ratione habita etyma et scriptorius, volunt esse ab obsoleto *feo*, unde et *secundus*, *semina*, *fenus*, *felix*: scribuntque sine diphthongo; quod *Manut.*, *Cellar.* et recentioribus fere omnibus placet ex auctoritate *Varro*. apud *Gell.* 16. 12. et ex libris veteribus. *Contra Dausq.* cum *Scatig.*, *Pier.* et aliis *fetus* per se scribunt et ipsi ex antiquis MSS. etc., ut in FECUNDUS et in FENUS dictum est; duocunq; ànō tōd φοῖτα — Ceterum fetus occurrit A) Abstracte; et saepius B) Concreto, uti ajunt, sensu.

A) Abstracte fetus est ipse pariendi et gignendi actus, fetura, il parlorire, il figiare.

I.) Proprie de hominibus et brutis animantibus. *Plaut. Amph.* 1. 2. 25. Juppiter curarit, ut uno fetu feret, uno ut labore absolvat serumnas duas, ad un parto. *Cic.* 3. *Fin.* 19. 63. Quarum (bestiarum) in fetu et in educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. *Colum.* 11. R. R. 2. 38. Secundi fetus pecudes signari oportet. *Id.* 6. *ibid.* 21. 1. Quum (vaccæ) excesserunt annos decem, fetibus inutiles sunt. *Id.* 8. *ibid.* 14. 5. Parvum (anseres) singulis fetibus ova — quem partum nonnulli permittunt ipsis matribus educare, quia reliquo tempore anal vacature sunt a fetu. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 12. 14. (30). Cornix inauspicatissima fetus tempore.

II.) Translate de plantis. *Cic.* 1. *Legg.* 9. 25. Quæ frugibus atque bacis terræ fetu profunduntur. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 18. 41. (83). Periti rerum asseverant, non ferre Arabiam tantum annuo fetu (casice), quantum Nero princeps novissimo Poppææ sua die concremaverit.

B) Saepius fetus concreto, uti ajunt, sensu occurrat, et est id quod genitum est partumque, parto, pro parte, frutto, povo.

**FIDES**, ȝi, f. 5. Pœnultimam in fidei producit Ennius (ut inulti legunt) apud *Cic. Senect.* 1. 1. Ille vir haud magna cum re, sed plenū fidei. et *Lucret.* 5. 103. Nec jacere endo manus, via qua mun-

ta fidei. Adde *Paulin. Nolan. carm.* 6. 143. et carm. 15. 127. et alibi. — In Genitivo singul. fide pro fidei, eo modo quo die pro diet, facie pro facie, non caret exemplis. *Ovid. 3. Met.* 341. Prima fide vocis ratio tentamina sumpsis Cœrulea Liriope. *Id. 6. ibid.* 506. Utique fide pignus etc. Sic enim utroque loco legit *Priscian.* 7. p. 781. *Putsch.*, et defendant critici *Heins.*, *Burmann.* et ali ex MSS. alia ejusdem postea loca congregates *ibid.* 7. v. 728. et 737. etc. — *Plaut.* quoque *Aulul.* 4. 6. 1. fide pro fidei in Dative posuit, ut quidem legit *Charis.* 1. p. 53. *Putsch.*; item *Sall. Jug.* 19. sed lectio variat; et *Horat.* 1. Sat. 3. 95. — Fides (de cuius etymo *V. infra sub II. 1.* et in v. *FIDO* init.) est firma opinio ac persuasio, quia habemus de aliqua persona aut re, πίστις (It. credenza, fede, fiducia in una persona o cosa; Fr. foi, confiance, créance, croyance; Hisp. fe, confianza, creencia; Germ. d. Vertrauen, Zutrauen zu einer Person oder Sache, Glaube, Treue; Angl. faith, belief).

1. Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) Absolute, h. e. sine ulla pendente propositione. *Plaut. Asin.* 2. 4. 52. Si scias noster senex fidem non esse hunc habitam, successeat, cui omnium rerum ipsus semper credit, che non si presis fide a quello, al quale egli la prestò in ogni cosa. *Ter. Eun.* 1. 2. 117. Me miseram! forsitan hic mihi parvum habeat fidem, atque ex aliarum ingebilius me judicit. *Cic. 2. Off.* 9. 33. Fides ut habetur, duabus rebus effici potest: si existimabimus adepti conjunctam cum justitia prudentiam. Nam et iis fidem habemus, quos plus intelligere quam nos arbitramur. — Justis autem et fidis hominibus, id est bonis viris, ita fides habetur, ut nulla sit in iis fraudis injuriaque suspicio. — Harum igitur durarum ad justitiam faciendam justitia plus pollet: quippe quin ea sine prudentia satis habent auctoritatis, prudentia sine justitia nihil valeat ad faciendam fidem. *Id. 2. de repub.* 10. Quum jam plena Græcia poetarum esset, nra que fabulis haberetur fides. *Id. 5. Fam.* 20. 2. Fidem majorem tibi habui, quam pœna ipsi mihi. *Sic* *Id. 7. ibid.* 18. et 7. *Verr.* 57. 148; *Cœs.* 1. *B. G.* 19. et 41.; *Nepos Themist.* 7. et *Dion.* 5.; et *Colum.* 11. *R. R.* 3. 8. Habere fidem, prestar fide, credere. Cf. *Plaut. Pers.* 5. 2. 8. Et fidei non habui argenti. h. e. nolui ei credere argentum. *Cic. 2. Divinat.* 55. 113. Num igitur me cogis etiam fabulis credere? — auctoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commenticiis rebus adjungere, prestar fide. Eodem sensu *Id. 1. ibid.* 3. 5. Gratippus iisdem rebus fidem tribuit, reliqua divinationis genera rejectit. Sic etiam *Dig.* 17. 17. et 48. 18. 1. Athibere fidem. h. e. habere. *V. ADHIBEO.* et *Claudian.* 2. in *Eutrop.* 70. Admittere fidem, h. e. credere. *Cic. Brut.* 50. 187. Credit iis, que dicuntur, qui audit oratore; vera putat, asseruntur: fidei facit oratio, si credere. Sic *Id. 3. Cat.* 2. 4. Quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minoribus fidei faceret oratio mea. Similiter *Ve- pos Ages.* 8.; *Ovid. 6. Met.* 566.; *Sueton. Oth.* 10. et *Ner.* 7.; *Lucan.* 5. 142.; *Flor.* 1. 1. 18. et 15. 16. 6.; et *Plin. 9. Ep.* 21. Facere fidem. Et passive *Cœs. 2. B. C.* 37. Nunclabantur haec Curioni, sed aii quindiu fides fieri non poterat. non si potea fare, che si credessero. *Cic. Orat.* 31. 120. Commemoratio antiquitat̄ exemplorumque prolatione et auctoritate orationi affert et fidei credibilitā. Cf. *Virg. 10. Æn.* 792. Ferre fidem. Rursus *Cic. 1. Fin.* 21. 71. Si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est incorruptis atque integris testibus. *Id. Partit. orat.* 9. 31. Narratio est rerum explicatio et quædam quasi sedes et fundamentum constituenda fidei. *Ovid. 2. Fast.* 20. et *Plin. Paneg.* 74. Dare fidem vocibus. h. e. dictis fidei facere. Sic *Ovid. Heroid.* 21. 138. et 15. *Met.* 361.; *Liv.* 2. 24.; et *Ammian.* 16. 7. Dictis fidei addere. Alio sensu *Tac. Germ.* 3. Quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat, vel addat fidei. non vi creda, o vi creda. *Nazar. Paneg.* Constant. 15. Fidem conciliare. *Seneca Troad.* 163. Fidei alicuius rei non capere, credere appena. *Ovid. 9. Met.* 705. Res fidem habuit. fu creduta. *Id. Heroid.* 18. 119. Si qua fides vero est. *Plin. 3. Ep.* 14. Fidem peractæ mortis implevit, fini di far credere d' esser morto. *Justin.* 13. 1. 4. Mortis eius fides adfuit. *Cic. Fontej.* 7. 13. Quorum vir-

tuti, generi, rebus gestis fidem et auctoritatem in testimonio cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogavit. *Id. Rosc. Com.* 15. 44. 4. *Acad.* (2. pr.) 11. 36. et 1. *Heroid.* 10. 17.; *Cœs.* 6. *B. G.* 22.; et *Sueton. Tib.* 61. Cuiquam fidem abrogare. *Plin. Paneg.* 74. detrahere. *Tac. Germ.* 3. loc. cit. demere. *Cic. 2. Orat.* 37. 156. Illuminavit et oratoris auctoritatem et orationis fidem. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 10. Multa fidem promissa levant. *Ovid. Heroid.* 17. 40. Fidei carere. *Inscript. optime nota apud Marin.* *Inscriz. Alb.* p. 138. **FIDEM EXVEREM**, MYTAREM CERTA DVBS. *Plin. 28. Hist. nat.* 4. 13. (51). Excedit fidem impudente cura, qua etc. non si pote credere. Sic *Flor.* 1. 18. 24. **FIDEM superare**. *Plin. 34. Hist. nat.* 7. 17. (38). supra humanam fidem, ultra cogniti credere. *Seneca Ep.* 92. circa med. Hoc est extra fidem, è incredibile. *Sueton. Cœs.* 57. ultra fidem. *Tac. Agric.* 1. citra fidem. *Seneca 4. Quæst.* nat. 3. Historici quam unam aliquam rei non volunt spondere, adjiciunt: penes auctores fides erit. Sic *Plin. 17. Hist. nat.* 12. 19. (93). Fides penes auctores erit. et *Terentian.* p. 2418. *Putsch.* Spectet auctorem fides. — *Cic. Rosc. Am.* 4. 10. Opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semet impositionis est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. *Tac. 4. Ann.* 59. Major (*Sejanus*) ex eo, et quamquam seditionis suaderet, ut non sui anxius, cum fide audiebat. *Id. 1. Hist.* 1. Dignitatem nostram a Vespasiano inchontiam, a Tito auctam, a Domitiano lungen projectam non abnuerim: sed incorruptam fidem professis neque amore quisquam et sine odio dicendus est. — b) Cum peudente propositione. *Cic. 2. leg. Agr.* 8. 22. Si populo consulis, removete a suspicione attingatis cui comodi: fac fidem, te nihil, nisi populi utilitatem querere. *mostra*, prova, fa vedere. *Balbus* et *Oppius* apud *Cic. 9. Att.* 8. a. extr. Statim quæ sentimus, ad te scribemus: et tibi fidem facimus, nos ea suadere, quæ nobis videntur tua dignitati esse utilissima, faremo si, che credere, conoscerai etc. Sic *Ter. Heaut.* 3. 3. 10. Mili fides apud hunc est, nihil me istius facturum. *Sueton. Vesp.* 7. Quin viv fides esset, remullo modo successuram, a malo pena credendos etc. — c) *Est fides*, creditur, si crede. *Stat. 7. Theb.* 577. domus omnis et omnia sacris Teimpla calent: ipsumque fides intrasse Lyæum. — d) *Per fidem decipere, violare, etc.* est idem ac per fraudem et contra fidem datam; non vulgo dicimus *ingannare* alcuno sulla buona fede. *Plaut. Most.* 2. 2. 69. Per fidem deceptus sum, hospes hic me necavit. Nonnulli leg. perfide. *Ter. Phorm.* 3. 1. 5. Ne quid propter tuam fidem decepta patetur mali. *Cœs. 1. B. G.* 46. Committeamus non putabat, ut pulsis hostibus, dici posset, eus a se per fidem in colloquio circumventos. Sic *Liv.* 38. 25. Multo major pars (*Gallorum*) per fidem violati colloqui patinas morte luerunt. *Id. 1. 9.* Per fidem decipere. ¶ 2. Speciatim inter negotiatores fides est constans illa promissorum, quæ in creditis pecuniis adhibetur: unde est existimatio fidelitatis, qua facile in vicem perficiuntur contractus, et pecunia mercesque creduntur, credito. *Cic. pro leg. Manil.* 7. 19. Scimus Romanæ, solutione impedita, fidem concidisse. Sic *Cœs. 3. B. C.* 1. Quam fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniae soverentur. Rursum *Cic. 2. leg. Agr.* 3. 8. Fides de foro sublata erat. *Liv.* 6. 41. Altera (*votatione Sexti*) fidem abrogari, cum qua omnis societas humana tollitur. *Id. 6. 41.* Non contentus agrariorum legibus, fidem moliri coepit. *Sueton. Vesp.* 4. Labefacta iam fide. *Sall. Cat.* 24. Pecuniam sua aut amicorum fidei sumptum mutuam fæsulas portare. *Tac. 1. Ann.* 88. Multi afflita fide in pace, ac turbatis rebus alacres et per incerta tutissimi. — *Liv.* 23. 48. Nisi fide staret res publica, opibus non statuam. *Cic. 2. Cat.* 5. 10. Res eos jampridem, fides deflere nuper coepit. *Plaut. Epid.* 2. 2. 36. Ubi fidemque remque, seque iisque properat perdere. e credito e sostanza. Similiter res fides junguntur apud eundem. *Curc.* 4. 2. 18., *Truc.* 1. 1. 24. et *Most.* 1. 2. 64.; et *Sall. Jug.* 73. — Hinc Græca fide mercari apud *Plaut. Asin.* 1. 3. 47. est praesenti pecunia, nam Græcis ob incitam levitatem nulla habebatur fides, nisi praesentem pecuniam numerassent. ¶ 3. De inanimis quoque occurrit apud scriptores, qui post Augustum ærum florue-

tuit. *Virg.* 3. *Zen.* 69. Inde ubi prima fides pelago, placataque venti Dant maria etc. *Horat.* 3. *Od.* 16. 30. silvæ jugerum Pauperum et segetis certa fides nra. h. e. silva modica fruges ferens, quæ spem non facile inveniuntur. *Tibull.* 2. 3. 62. at tibi — Persolvat nulla semina terra fide. *Plin.* *Puneg.* 32. Non equidem reposcimus fenus: putemus esse solvendum, fallar cinque unius anni dum omnibus annis omnibusque postea sacerulis tanto magis, quia non exigimus, excusat. *Quintil.* 12. 10. 25. Quia hanc ejus terra filium Menander eludit

II. Translate (*causa pro effectu*) de his usurpatum, quæ in causa sunt, cur alii fidem habemus, h. e. credamus. ¶ 1. Generatio de hominibus; et virtus est consistens in constantia promissorum, temque, ut ait *Dionat* ad *Ter.* *Andr.* 1. 1. 7, in commendatorum fide executione, vel observantia; atque adeo in summa morum honestate ac probitate, lealtate, fedeltate, veracita, il mantenere la parola, probita scrupolosa, onesta. *Cic.* 1. *Off.* 7. 23. Fundamentum justitiae est fides, id est dictorum conventorunq[ue] constantia et veritas. Ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuiquam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sunt ducta; credamusque, quia fiat quod dictum est, appellatam filiem. *Fosso* haec derivatio non plaret: dicitur a fido, hoc a teis. Cf. *eumq[ue]* fragm. apud *Non.* p. 24. 17. *Merc.*, et 16. *Fam.* 10. extr. *Id.* *Partit.* orat. 22. 78. Justitia erga parentes pietas, creditis in rebus fides nominatur. *Piat.* *Capt.* 2. 2. 99. Nec quenquam fidelitatem, neque cui plus credit, potes mittere ad eum. nec qui magis sit servus ex sententia: neque adeo cui tuum concredat filium hodie audacius. Ne vereare, meo periculo bujus ego experiar fidem. Adie *Sueton.* *Oth.* 8. Rursus *Plaut.* *Trin.* 5. 2. 2. Neque fuit, neque erit, neque esse quemquam hominum in teria dum arbitror, cui fides fidelitasque amicorum erga equipares sumi. *Ter.* *Andr.* 1. 1. 7. Opus est fide et taciturnitate. *Nepos* *Iphicr.* 3. Bonum vero civilis (fui) fideque magna. *Ter.* *Adelph.* 3. 3. 88. Homo antiqua virtute ac fide. *Cic.* 3. *de republ.* 5. Quum ipse sis quasi unicum exemplum antiquæ probitatis et fidei. *Id.* 3. *ibid.* 17. Esse summa probitate ac fide. et *ibid.* Vir aguissimus, somnia justitia, singulari fide. *Id.* 2. *ibid.* 36. In annum posterum ducem viros alios subrogaverunt, quorum non similiter fides est, nec justitia laudata. Addie *eumq[ue]* 2. *ibid.* 14. *Id.* 1. *ibid.* 2. Unde justitia, fides, æquitas? unde pudor? *Id.* *Prov.* *cons.* 14. 35. Sit in eis tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati commendata est. Addie *eumq[ue]* 1. *de republ.* 35. *Id.* 3. *de republ.* 18. extr. Si pudor queritur, si probitas, si fides, Mancinus haec attulit: si ratio, consilium, prudentia, Pompelius antistat. *Id.* *Foncij.* 6. 13. Quanta animi æquitas, quanto pudore, quanta fide, quanta religione etc. *Contra Nepos* *Dion.* 8. Homo et callidus et ad fraudem arcutus, sine ulla religione ac fide. Rursus *Cic.* 2. *Cat.* 11. 25. Ex hac parte pudor pugnat, illine petulantia: hinc pudicitia, illine stuprum: hinc fides, illine fraudatio. *Cato* apud *Gell.* 10. 3. Ubi sororibus? ubi fides majorum? *Ennius* apud *Cic.* 1. *Off.* 8. 26. Nulla sancta societas, nec fides regni est. *Cic.* 1. *Fam.* 5. 1. Ut mesini erga te fidem et benevolentiam experire. *Cœs.* 5. *B. G.* 5. 5. Eduos præcipuo semper honore Cesar habuit pro veteri ac perpetua erga populum Romanum fide. *Id.* 2. *ibid.* 44. Bellovacos omni tempore in fide atque amicitia civitatis. *Ætua* fuisse. *collegati* et amici. *Id.* 7. *ibid.* 4. Obstestatur, ut in fide maneat. Addie *Flor.* 1. 21. 1. Sic *Id.* 1. 3. 6. Nec dia in fide Albanus. h. e. inans. *Id.* 4. 2. 17. Nisi in fide permanenter, non se reiunire exercitum. *Sueton.* *Cœs.* 4. Xutantes ac dubias civitates retinuit in fide. *Flor.* 2. 6. 3. Saguntus, vetus Hispania civitas et opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum. *Liv.* 40. 31. Sævera fide in pace Ligures esse. *Id.* 4. 27. Albano non plus animi fuit, quam fidei. *Tac.* 1. *An.* 35. At ille moriturum potius, quam fidem exueret clamitans. *Ovid.* 2. *Art. am.* 9. 50. Fides ambigua. *Tac.* 2. *An.* 75. Fluviam per discordias militum fidem, et peticulum ex singulis. Addie *eumq[ue]* 4. *ibid.* 23. et *Ammian.* 13. 5. *Tac.* 2. *An.* 93. Unde primus creditor Cæcina fides flatusse. *Id.* 3. *ibid.* 61. Nec ulla apud Vitellianos fugiti poena, et premis defectorum

versa fides. *Claudian.* *IV.* *Cons.* *Honor.* 500. E-mere fidem. *Seneca* *Troad.* 611. Alligare fidem jurare. *Nepos* *Eumen.* 1. Fides cognita. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 44. explorata. *Sil.* *It.* 13. 679. impolluta. *Ammian.* 22. 11. intemerata. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 29. certa. *Ovid.* 3. *Pont.* 7. 24. vera fide perisse. *Flor.* 1. 12. 6. Eam namque vir sanctus et sapiens veram sciebat victorian, qua salva fide et integra dignitate pareretur. *Cic.* *Rosc.* *Am.* 49. 144. Si nulla in re te fraudavit; si tibi optima fide sua omnia concessit, aconsernatur, appendit. cor *tutta la punctualita*. *Id.* 1. *Fam.* 1. in *fin.* Si eset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laborare mus *costanza*, *fermezza*. *Id.* 16. *Att.* 7. 2. Quid debet, qui consilium dat, præstare, præter fidei? *Si* *Id.* 2. *Divinat.* 37. 79. Quia (*obitus*) vetat spectare fortunam, dum præstetur fides. *Id.* 12. *Phil.* 12. 30. Suam fidem reipublicæ constantiamque præstare. Addie *eund.* *Topic.* 10. 52. et 1. *Fam.* 7. 6. *Liv.* 32. 33. Neque de pare cum fide Philippum azere, neque bella vera virtute unquam gessisse. *Horat.* *Epop.* 17. 37. jussas cum fide pœnas luam, Paratus expiare etc. *Propert.* 4. 3. 11. Hæcne marita fides? *Ovid.* *Heroid.* 17. 4. nuptæ sollicitare fidem. *Horat.* 3. *Od.* 24. 59. Quum perjurâ patris fides Consortem sorium fallat et hospitem. *Ter.* *Andr.* 1. 5. 55. Te ore pro tuam fidem, ne etc. — Hinc abstractum pro concreto. *Ammian.* 26. 6. Quia cum omnibus loqui periculosum erat et arduum, fidem paucorum elegit. h. e. paucos fidos. ¶ 2. Item generatio de rebus inaoimis; et quidem — a) Primo fides dicitur de iis, quæ sincera suol, incorrupta, et veluti legitima, ut iis credi tuto possit; ac propriae de iis etiam, quæ veracitatem præ se ferunt, autenticitat, integrat, credibilitat, veracita. *Cic.* *Arch.* 5. 9. Quæ (*tabulae*) sola et illa professione collegioque prætorum obtinunt publicarum tabularum auctoritatem. Nam quum Gabini levitas — omnem tabularum fidem resignasset etc. *Id.* *Flacc.* 9. 21. Sed fuerint incorruptæ litteræ domi: nunc vero quam habere auctoritatem et quam fidem possunt? credito. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 18. 58. Quasi vero non specie visa judicentur quæ fidem nullam habebunt, sublata veri et falsi nota non sarebber credibili. *Gell.* 1. 7. Liber spectata fidei, Tiroiana cura atque disciplina factus. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 8. 13. (62). Lapis parum distans a soniche in unguentorum fide. h. e. in unguentis in corrupte servandis. Addie *Frontin.* *Acquæd.* 123. in *fin.* Et poetice *Claudian.* 1. *Rapt.* *Pros.* 265. de *Etna*. Scit nivibus servare fidem. *Quintil.* 10. 1. 32. Neque illa Livii larta ubertas satis docebit eum, qui non speciem expositionis, sed fidem querit, la veracita. Sic *Trebull.* *Poll.* *Clad.* 10. Vera dicere fides (historica) cogit. *Ammian.* 28. 1. In dicti fide discussa. *No* *ar.* *Paneg.* Constant. 15. Fides miraculi ciaudicat. *Flor.* 1. 12. 11. Hoc tunc Yeji fuere: nunc fuisse quis meminit? quæ religione? quod vestigium? Laborat annalium fides, ut Yejos fuisse credamus. Sic *Ammian.* 23. 14. Soadere nobis laborat monumentorum veteranum fides, ut has civitates aliquando valuisse credamus. *Pucat.* *Paneg.* *Theod.* 33. Facti fides laboral. *Sueton.* *Cal.* 8. Versicolorum quoque fidem eadem haec elevant; et ea facilis, quod bi sine auctore sint. *Id.* *Clad.* 15. Dubia utrimque argumentorum fide. *Id.* *ibid.* 37. Quasi plane representaret somni fides. *Tac.* 2. *Inn.* 78. Consultus et Judaicæ victoriæ decus implesse fidem omnis videbatur. — b) Secundo nonnumquam fides dicitur id ipsum, quod fidem facit. *Petron.* *Sityr.* 97. In lance argentea indicium et fidem prefacebat. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 32. Simique fides hujus maxima vocis ego. — Hinc partem illam orationis, quæ confirmatio dicitur, in qua ponuntur, quæ ad faciem fidem pertinent, et *ποτε* dicitur ab Aristot. 4. 3. *Rhetor.* c. 34. et alibi; et fides a *Cic.* *Partit.* or. 12. 44. Quoniam in confirmatione et reprehensione diviseras orationis fidei. *Ter.* *Andr.* 5. 2. 16. Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides. h. e. vis persuadendi et faciente fidei, ægumenotia. *Justin.* 9. 2. extr. Capita peroris magna vis, auri argenteique nihil. Ea primi fides, auri inopie Scythicæ fuit, la prima prona, che fe creare, essere q[ui] Sei poveri. *Liv.* 6. 13. sub *fin.* Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit; nec bonum de plebe, sed principes quidam juventutis inventi; manifesta fides, publica ope Vol-

sos hostes adjutos, prora evidente, che etc. *Id.* 38. 51. Tribuni plebis vetera luxurie crimina — quæ ad fidem præsentium criminum retulissent etc. *Id.* 23. 52. Ad fidem deinde tam laterni rerum, effundi in vestibulo coriæ jussit annulos aureos. *Id.* 26. 24. Ubi quam Syracusas Capuamque captam, in fidem in Sicilia Italique rerum secundarum, ostensasset etc. Addie *Fopisc.* *Aurel.* 20.; et *Stat.* 2. *Theb.* 417. — c) Tertio, aliquando fides dicitur res ipsa quæ credi debet. *Ammian.* 24. 3. extr. de *palmarum* *arboribus*. Et si qua femina cuius arboris amore percusa sit ignoretur, unguento ipsius inservi truncus, et arbor alia naturaliter odoris dulcedinem concepit: bisque indicis velut coeuodi quædam proditur fides. — Hinc *mira fides!* formula admirantis, quoniam res narratur, qua supra fidem esse videtur, gran cosa! cosa maravigliosa a credersi! *Stat.* 2. *Achill.* 203., 4. *Silv.* 4. 81. et 3. *ibid.* 3. 21., etc. Sic *Id.* 1. *Silv.* 3. 29. mirabilia fides! — d) Quarto denique fides dicitur factum ipsum, quo vaticinium, omen etc. impletur, *Pademanto* di un vaticinio. *Ovid.* 3. *Met.* 519. Jamque dies aderit, jamque haud procul auguror esse, Qua novus hic veniat protes Semeleia Liber, et mox v. 526. Dicta fides sequitur; responsaque validi aguntur. Liber adest: festisque tremunt ululatibus agri. Sic *Id.* 8. *ibid.* 709. Auferat hora duos eadem: nec conjugis unquam Busta mea videam, neu sim tumultus ab illa. Vota fides sequitur: templi tutela fuere Donec vita data est etc. ¶ 3. Speciation bona fides — a) Primo contraria est dolo, collidit, fraudi, astutis: contra mala fides haec ipsa significat. *Augustin.* 2. *contra Acad.* 5. *ad fin.* Bona fides est, ex animi sententia. *African.* *Dig.* 40. 4. 20. Ut bona fide et circa fraudem tutoris id fat. *Cic.* 3. *Nat.* D. 30. 74. Inde toti iudicia de fide inala, tutela, mandati, pro socio, fiducie reliqua, quæ ex empto aut vendito aut conducto aut locato contra fidem fiunt. — b) Deinde idem est, quod æquum et bonum. Hinc *judicia bona* fidei dicuntur a *JCis*, in quibus judicii non præscrribit formula, ex qua judicet, sed potestas permittitur, ut ex bono et æquo æstimet, quantum actori restitu debet, ut *Justinian.* 4. *Institut.* tit. 1. a med. docet. Quo pertinet illud *Cic.* 3. *Off.* 17. 70. Quantus verba illa: *Uti ne propter te fidei meam tuam captus fraudatus siem etc.* Q. quidem *Sævola* pontifer maximus summam vim esse direbat in omnibus his arbitriis, in quibus adderetur ex fide bona: fideique bona nomen existimat manare latissime, idque versari in tutelis, societatis, fiducie, mandatis, rebus emptis venditis, conductis locatis etc. *Id.* 16. 66. Arbitrum illud adegit: *Quidquid sibi dare facere oportet ex fide bona.* M. Cato sententiam dicit: *Quum io vendendo rem eam sissem et noui pronunciasset, emptori dominum præstari oportere.* ¶ 4. ARBITER. Hinc fides et bona fides dici potest: quam Itali dicunt *buona coscienza*, nempe studium et amor honestatis et justitiae, quo quis peccare metuit et alterum injuria laderet: quemadmodum in iudiciis bona fidei non præscriptum legis aut prætoris iudex sequitur, sed quod sibi æquitatis ratio et conscientia dicitur. *Cic.* 6. *Att.* 1. 15. Edicto Asiatico: *Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oportet ex fide bona.* It. in coscienza. Cf. *eumq[ue]* 13. *Fam.* 72. Peto, ut memineris, te omnia, que tua fides patet, mihi cumulate receperisse. et *Plaut.* *Aulul.* 4. 10. 42. *ev.* Dic bona fide (*d[icit] in tua coscienza*): tu id aurum non surripuisti? *Lx.* *Bona.* *xv.* Neque scis, quis absuterit? *Lx.* Istuc quoque bona. — c) Tertio significat innocentiam ignorationem, quæ aliiquid sibi licet putat, quamvis re vera non licet: ut si quis rem, quam possidet, suam esse putat. Contra mala fides est in eo, qui siens rem agit injustam, v. gr. possidet alienum, *buona o mala fide*. *Ulp.* *Dig.* 6. 2. 7. § 11. Prætor ait: *Qui bona fide emit.* Non igit omnis emptio proderit, sed ea quæ bonam fidem habet. Proinde hoc sufficit, me bona fidei emptorem fuisse, quamvis noui a domino emerit. Inet ille calido consilio vendiderit; neque enim dolus venditoris nisi morebit. — Bonam autem fidem: solius emptoris continet. Et igitur Publiciana competat, hec debent concorrere, ut et bona fide quis emerit, et ei res empta eo nomine sit tradita. Ceterum ante traditionem, quamvis bona fidei quis emptor sit, expectiri Publiciana

non potest. Julian. *ibid.* 41. 5. 8. Bona fide eum poteſt esse. Caius *ibid.* 41. 1. 9. Si bona fide poſſessor fuerit. Ulp. *ibid.* 11. 7. 14. Quia bona fide poſſessor est. Pompon. *ibid.* 41. 3. 24. Ubi lex iubet uſuacionem, bona fides poſſidenti nihil prodest. Paul. *ibid.* 41. 2. 1. Per eum, quem bona fide poſſidemus, quanvis alienus sit, poſſessionem acquirimus: quod si mala fide poſſideamus, non puto etc. — d) Bona fide translate est re vera, oīnno, exaete, de vero, pienamente. Quintil. 10. 3. 23. Neque enim se bona fide in multa ſinu intendere animus totum poſt. Seneca Ep. 85. Numquam bona fide mansuecant vitia. Flor. 2. 3. 1. Argumentumque pacis et bona fide cęſſantium armorum, tunc primum post Numiam clausa fuit porta Jani. Id. 2. 1. Domita subactaque Italia, populus Romanus prope quingentesimum annum agens, quin bona fide adoleviſſet; si quod est robur, si qua juventus, tum ille vere robustus et juvenis et per orbis terrarum esse cœpit. ¶ 4. Item ponitur — a) Sæpiſime pro pollicitatione, et quidem generatim, promessa, parola, impeſno. Ennius 1. Ann. 33. Vahl. Accipe daque fidem ſedusque feri bene firmum. Cic. 2. Fin. 20. 65. Regulus, sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem, quam dederat hosti, ei patria Carthaginem revertit. Sic Id. 1. Off. 13. 39. Atque etiam, si quid singuli temporibus adducti hoſti promiserunt, est in eo ipso fides conservanda: ut primo Punico bello Regulus — ad ſuppliūm redire maluit, quam fidem hoſti datam fallere. — Jungitur plurimis Verbis, quorum præcipua, servato litterarum ordine, exhibemus. Ennius loc. cit.; et Sall. Jug. 81. accipere et dare fidem. Ammian. 27. 12. accipere. Ter. Andr. 4. 1. 19. adstringere. Neps. Eumen. 10. amittere. h. e. abſicere, perfidum esse. Id. Ages. 2. conservare. Cic. loc. cit. et Rabir. perduell. 16. 28.; et Neps Hann. 2. et Dam. 10. dare fidem alicui. dar parola, promettere. Sic Cæs. 1. B. G. 3. Hac oratione adducti inter ſidem et iuſjurandum dant. Cic. 1. Fam. 9. 12. fidem dare alicui de aliero. impegnari per un altro. Liv. 22. 23., 24. 16. a med. et 27. 5.; Plin. 2. Ep. 12. 6.; et Lucan. 9. 98. ersolvere fidem. h. e. præſtando promissa liberare: ſoddisfare all' impegnio. Sic Liv. 3. 19. Pace parata, instare tum tribuni patribus, ut P. Valerii fidem exsolverent. h. e. præſtarent, quod P. Valerius promiserat. Cic. 1. Off. 13. 39.; et Plin. 10. Ep. 97. 7. fallere. Cic. Rosc. com. 6. 16. frangere fidem, quæ continent vitam, et pupillum fraudare, et ſocium fallere, sæque perfidiosum et nefarium est. h. e. fidem violare. Ter. Adelph. 3. 4. 43. fruſtrari fidem. Cæs. 5. B. G. 6. interponere reliquias fidem, iuſjurandum poſſere. Cic. Flacc. 20. 17. liberare fidem ſuam. h. e. præſtando promissa. Sic Id. 12. Fam. 7. 2. In eo uīlium fidem meam liberas: pronisi enim et prope confirnavi te non expectasse. Id. Dom. 25. 66. manere in fide. Sall. Jug. 60.; et Liv. 4. 49. mutare fidem. mutar casacca. Ter. Phorm. 3. 2. 27. mutare cum aliquo. Cic. 5. Phil. 18. 51. obligare audebo fidem meam vobis populoque Romano. impegnare la mia fide, la mia parola. Sic Sueton. Claud. 9. obligatam arario fidem liberare. Plin. 4. Ep. 13. 10.; et alter Plin. 7. Hist. nat. 1. 1. (8). obstringere. Sueton. Tit. 9. præſtare, mantener la parola. Sall. Cat. 55.; et Propert. 4. 4. 87. prodere. h. e. frangere, violare. Flor. 4. 2. 15.; Seneca Med. 55.; et Ammian. 30. 1. rumpere. Cic. Fatin. 6. 15.; Cæs. 6. B. G. 36.; Liv. 43. 28.; Justin. 4. 4. init.; et Val. Flacc. 8. 18. ſervare in aliqua re. Plaut. Curc. 1. 2. 49. et Merc. 3. 1. 33. ſervare cum aliquo. Ter. Andr. 4. 1. 19.; et Ovid. Heroid. 10. 78. ſolvere. Cic. Rabir. perduell. 10. 28. in fide non ſtarre. Id. ibid.; et Curt. 3. 13. 15. violare fidem. — Pollicita fides est fides data. Ovid. 11. Met. 107. Pollicitamque fidem tangendo ſingula tentat. Virque ſibi credens, non alta fronde virentem. Ille detrahit virgam: virga aurea facta est. Cf. eumd. 3. Fast. 366. Pollicitam dictis Juppiter adde fidem. — Mea fide est quod Itali dicunt ſulla mia parola. Plaut. Pseud. 1. 3. 82. Fac hoc, quod te rogamus, Ballio, mea fide, ſi iſti formidas credere. Id. Capt. 2. 2. 101. Mittam equidem iſtunc eſtimatum tuā fide, ſi viſ. Cic. 13. Fam. 28. Te rogo, ut cures, ut illi ſatisfetur fide mea. Plin. 1. Ep. 14. extr. Fide mea ſpondeo, futurum, ut etc. Cf. Neps Lysand. 1. extr. Fide confirmare, ſe fore etc. — b) Inter-

dum ponitur pro persona aut re, qua pignori datur, pro pignore, preſtatione di malleveria, testimonianza, pegno. Ovid. 12. Met. 363. Armiger (Crantor) ille tu fuerat genitoris, Achille: Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amyntor. Eacide dederat pacis pignusque fidemque. h. e. Crantor Peleo obſide dedit. Lucan. 7. 726. Nunc tibi, Magne, fides quaesiti vera favoris Contigit ac fructus, averti una testimonianza, un pegno del favor che godevi, perchè tutti ti pianero. Cf. Ovid. 6. Fast. 609. Flor. 1. 2. 3. Ille (Yuma) Ancilla atque Palladium, ſecreta quædam imperii pignora, Janumque geminum, fidem pacis ac bellum. ¶ 5. Praegnante, uti ajunt, ſignificatione est data fides de ſecuritate: hinc — a) Eſt promiſſio, rei publica nomina de ſecuritate et impunitate, vitam donando, paenam remittendo, ſalvocondotto, fede pubblica, ſicurezza. — Hac ſignificatione fides publica ſepe occurrit. Cic. 3. Cat. 4. 8. Introdixi Vulturium ſine Gallis: fidem ei publicam jussu ſeuatus dedi: hortatus sum, ut ea, qua ſciret, ſine timore indicaret. Sic Sall. Cat. 47. Vulturius interrogatus — primo ſugere alia: post, ubi ſile publica dicere jussus est, onnia uti gera erant, aperit. Adde eumd. 48. Cic. 2. Att. 24. Fidei publicam poſtulare. Sall. Jug. 32. Ut L. Cassius ad Jugurtham mitteretur, eumque interpoſita fide publica Romam diceret. Cf. eumd. ibid. extr. Privatum præterea fidem ſuam interponit, quam ille non innotoris quam publicam duebat. Id. ibid. 35. Fidem ſuam magis et aquo bonoque, quam ex jure gentium Boniſcar, qui Romam fide publica venerat. — Et oniſſo adject. publica, quia facile ſubauditur. Cic. Brut. 23. 89. Lutitanus contra interpoſiti fidem interfici. Liv. 38. 33. Fide accepta ab legatis, vim abſuturam. Id. 36. 16. et 17. Oppidanii oratores veniam fidemque petentes miserunt. — b) Hinc ſaepē dicitur de patrocinio, deſuſione, tutela, protezione: qua ſignificatione fides et clientela, vel tutela junguntur. Ter. Eun. 5. 9. 9. Commandare ſe alicui in clientelam et fidem. Cf. Cic. Rosc. Am. 37. 106. Conferre ſe in fidem et clientelam alicuius. et ibid. 33. 93. Quare in cuius fide ſint et clientela. Liv. 38. 31. Quum in fidem Achæorum tutelamque Laconicæ ora castella et vicos tradidissent. — Etiam fides et potestas, vel dicio junguntur. Cic. Fonteſ. 14. 30. Frugi hominem, plenum religionis videlicet poſitum in vesta ſide ac potestate: atque ita, ut commiſſus ſit fidei, permiſſus potestati. Cæs. 2. B. G. 3. Se ſuage omnia in fidem atque potestatem populi Romani permittere. Id. 2. ibid. 13. Manus ad Cæarem tendere et vocem ſignificare ceperunt, ſeſe in ejus fidem a potestati venire. Liv. 38. 31. in fin. In fidem dicioneque populi Romani oppidum accipere. — Cic. 7. Fam. 17. In amicitiam et fidem cujuspiam ſe confeſſe. Id. 13. ibid. 19. 2. Ut Lysoneum in fidem neceſſitudine que tuam recipias. — Ceterum Ter. Hecyra. prol. 45. Se in alicuius fidem committere. Sic Cic. 1. Off. 34. 124. Ea jura ſidei ſuæ commiſſa incenſiſſe. Ter. Andr. 1. 5. 61. Bona noſtra hæc tibi permiſſo et tua mando fidei. Cic. 6. Att. 1. 5. Civitatem in Catoniſ et in ipsius Bruti ſide locatam fundatus pe diſiſſero. Id. Planc. 41. 97. Municipia, qua in fide mea ſunt. Sic Id. 13. Fam. 65. Quid ei ſocietas universa in mea fide ſt. Id. Arch. 12. 31. Accipere aliquem in fidem ſuam. Id. 1. Off. 11. 35. Nationes devictas bello in fidem recipere. Adde Cæs. 2. B. G. 15. et 4. ibid. 22.; et Neps. Theſmid. 8. Flor. 3. 22. 9. Ipsæ quoque in Romanam fidem venere urbes, Osca, Termes etc. Cæs. 4. B. G. 21. Adeat civitates, horteturque, ut populi Romani fidem ſequantur. Adde Vellej. 2. 2. 107. Neps. Cim. 4. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defit. Sueton. Cæs. 71. Studium et fides erga clientes, ne juveni quidem, defuerunt. Neps. Epam. 3. Amicorum in ſe tuendo carui facultibus; fide ad alios ſublevandos ſæpe ſic uſus est, ut etc. — c) Eſt de ope, auxilio, ajuto. Plaut. Cist. 4. 1. 11. Ph. Di, obſecro vestrām fidem! LA. Quid deos obſecras? PH. Servate nos. Adde eumd. Impf. 5. 1. 78.; Moſt. 1. 1. 74. et 2. 2. 97. Cic. Mur. 40. 86. Fidei vestrām oro atque obſecro, juſdices. Id. 3. Ferr. 9. 25. Deum atque hominum fidem implorabis. Auct. B. Afr. 26. Iſ ſe in misericordia ſuamque fidem implorantibus auxilio propter copiarum paucitatem eſſe non posſe. Sic Liv. 2.

53. 31. 7. et 37. 26.; et Sueton. Tib. 75. Hominum fidem implorare. — Hinc formulæ illæ apud Plaut. Capt. 2. 3. 58.; Men. 5. 2. 119.; Pæn. 4. 78. et alibi. Di vestrām fidem! Sic Ter. Andr. 4. 3. 1. Nihil esse proprium cuiquam? Di vestrām fidem! Adde eumd. ibid. 4. 4. 5. et Eun. 3. 1. 28. Plaut. Curc. 1. 3. 40. Tuam fidem, Venus! Id. ibid. 5. 3. 16. et Epid. 4. 2. 10.; Ter. Andr. 1. 5. 2. et 11. et Heaut. 1. 1. 9.; et Salt. Cat. 20. Pro deum atque hominum fidem! Cic. 5. Tusc. 16. 48. Pro deorum atque hominum fidem! Id. Amic. 15. 52. Pro deorum fidem atque hominum! Lit. 3. 67. Pro deum fidem! Tac. Dial. de orat. 35. Controversiae, quales, per fidem, et quia inſcribilibiter compoſite per mia ſe, jurandi formula. Adde Petron. Satyr. 100. Flor. 3. 3. 7. Prioresque Theutones sub ipsis Alpium radicibus (Marius) assequuntur, in loco, quem Aquas Sextias vocant, quo, fidem numinum prelio opprimit! Adde eumd. 1. 11. 13. ¶ 6. Fides dea habita eſt Romanis, conſtantia dictorum, ſervandi promiſſi, removendæque fraudis ac dolii præſes. Cic. 3. Off. 29. 104. Praeclarus Ennius: O Fides alma, apta pinnis et juxjurandum Jovis! Qui juſ igitur jurandum violat, eſt Fidei violat, quam in Capitolio vicinam Jovis Optimi Maximi (ut in Catoniſ oratione eſt) maiores nostri eſſe voluerunt. Adde eumd. 3. Nat. D. 18. 47., 2. ibid. 23. 61. et 31. 79., et 2. Legg. 8. 19. et 11. 28.; Plaut. Cas. prol. 2. et Aulul. 3. 6. 16. et 4. 2. 14. Ille Horat. 1. Od. 35. 21. albo panno veſtām facit. Albus pannus candorem animi fideliſ et a simulatione abhorribilis notat. Pannus vero non eſt veſtis, ſed particula veſtis ad dextram veſtām; ut colligimus ex Lit. 1. 21. Et ſoli Fidei ſolemne instituit. Ad id ſacrum Flamines bigis, curru arcuato, rebū jussit, manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere, ſignificantes fidem tutandam ſedemque ejus etiam in dextris ſacratam eſſe. V. DEXTRA. Hinc Servius ad Virg. 1. En. 292. Ei (Fidei) albo panno involuta manu ſacrificabatur, per quod ostenditur fidem debere eſſe ſecretam. Cf. Dionys. A. R. 2. 75. Ceterum Inſcript. apud Henzen. 5428. QVÆ tabula FIXA EST RUMAE IN CAPITOLIO POST AEDEM FIDRI POPULI ROMANI IN MYRO. Adde alias apud eumd. 5433. et 5088. ¶ 7. Apud Scriptores Ecclesiasticos Fides inter theologicas virtutes priuum tenet locum, et de ea Paulus in Vulgat. interpr. Hebr. 11. 1. Eſt autem fides ſperandaria ſubstantia rerum, argumentum non apparentium. Adde Tertull., Hieronym., Ambros., Augustin. paſſim.

**H o m o n y m.** Fides et fidelitas virtutes denotant, quas in nobis ipsis habemus aliisque, data occaſione, præſtamus; fiducia et ſidentia ſpem certam ac ſecuram ſignificant, quam in aliis collocamus. Fides tamen a fidelitate diſſert, ut genus a ſpecie: fides enim, ut mores, virtus eſt consistens in conſtantia promiſſorum, unde eſt exiſtimatio, qua facile invicem perſiſtunt contractus, et pecunie, merces certaque tuto creduntur; fidelitas, ut mores, eſt virtus, qua matimo amoris vinculo alicui devincti ac prope devoti, in fide eidem præſtauda conſtantē ſumus. Item fiducia et ſidentia diſſert, quia fiducia eſt habitus, ſidentia vero actus laude dignus, quo honestis in rebus, et quibus quiske tuto credere ac fidere poterit, certam ſpem collocaſſus; unde fiducia timori opponitur: contra confidentia, quemadmodum et participium confidens (aliter ac verbum confidere) fare in malam partem accipitur et eſt habitus vituperatione dignus et prudcotiae contrarius, quo quis in ſenſetips suisque viribus inconsiderate ſpem babet atque innititur: hinc Scholast. Ciuq. ad Horat. 1. Sat. 7. 3. ait: Confidens in malis, fidens in bonis: hinc etiam fiducia præ ſe fert animum, confidentia vero ſuperbiā, illa ad virtutem, hæc ad temeritatem pertinet. Denique ipsa fiducia et confidentia ab audacia et audientia in eo diſſerunt, quod ille a magna ſpē boni exitus, hæc a periculorum contemptu originem ducunt: quamquam audacia tum in bonam, tuū in malam partem: audientia vero ſempre in bonam partem accipitur; hinc Nonius p. 431. 6. Merc. Audacia et audientia hoc diſſerunt, quod audacia temeritatis eſt, audientia fortitudinis. Apud Cic. 12. Phil. 12. 30. Suam fidem rei publice conſtantiamque præſtare. et 10. Fam. 17. Illi fidelitas erga patriam non defuit. fides ad debitum muneriſ officium, fidelitas ad

communis patriæ caritatem spectat. Ceterum *Plaut.* *Trin.* 5. 2. 2. Fides fidelitasque erga amicum. *Cic.* *Amic.* 15. 52. Hæc est tyrannorum vita, in qua nulla fides (h. e. quia subditus tyranno fide re nequeunt), nulla stabilis benevolentia esse potest fiduria (h. e. quia tyrannus numquam in animum inducere potest, subditos sibi fore benevolos). *Id.* 2. *Invent.* 54. 163. Fidentia est firma animi ronfis et fortitudinis pars, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe collocavit. *Id.* 3. *Tusc.* 7. 14. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vito ponitur, dulcem verbum a confidendo, quod laudis est. *Seneca Ep.* 87. Quæ bona sunt, fiduciam faciunt; divitiae audaciam. *Juvenal.* 13. 108. Nam quum magna male superest audacia causæ, Creditur a multis fiducia. *Plin.* 6. *Ep.* 20. Assiduitate nimia facilitas, magis quam facultas; nec fiducia, sed temeritas paratur. Cf. *Auct.* *B. Alex.* 74. Vel temeritate, vel fiducia commotus. *Liv.* 25. 37. Mirabundi unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis. In malam partem *Tac.* 11. *Ann.* 26. Flagitiis manifestis subscidium ab audacia petendum. *Id.* *Germ.* 34. Nec defuit audentia Druso Germanico. et *Quintil.* 12. *procem.* 4. Velut tñtioris audentia est, tenare quibus parior venia est.

**FIDES**, is, et s̄epius plur. *num.* fides, rum, f. 3. proprie sunt chordæ, seu nervi in lyra contenti, le corde: videtur esse a op̄idæ. *Hesych.* Σφίδες, χορδαὶ μαρτυρικαὶ.

1.) Proprie. *Prudent.* 3. *Cathemer.* 81. Quæ veterum tuba, quæque lyra Flatibus inclita, vel fidibus etc.

II.) Translate. ¶ 1. Fides dicitur instrumentum, in chordis habens harmoniam, lyra, cithara, ab etymo superioris allato; male enim *Paul. Diac.* p. 89. 16. *Müll.* Fides, genus citharæ dicta, quod tantum inter se chordæ ejus, quantum inter homines fides concordet; cuius diminutivum fidicula est, strumento musicale da corda, cætra, lira, violino, liuta, xiðapa. — a) In singulari numero. *Horat.* *Epod.* 13. 9. sive Cylleena Levare doris pectora sollicitudinibus. *Ovid. Heroid.* 5. 139. Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit. h. e. Apollo. *Id. ibid.* 15. 23. Sume fidem, et pharetram: fles manifestus Apollo. *Id.* 5. *Fast.* 104. Inventor curvæ, suribus apte, fidis, h. e. Mercuri. *Id.* 11. *Met.* 167. Instrumentaque fidem gemmis et dentibus Indis sustinet a læva: tenuit manus altera plectrum. *Pers.* 6. 4. Fides Latina. *Val. Flacc.* 4. 88. Adsumpta fide. *Sidon. carm.* 16. 5. Phœbūm, et ter tornas decima cum Pallade Musas Sperne, fidis. Adde *Auson. Egidii.* 10. 443. — b) In plurali numero, in quo solum modo prosæ scriptores utuntur. *Plaut. Epid.* 3. 4. 63. Fidibus cantore. *Ter. Eun.* 1. 2. 53. scire. *Cic. Senect.* 8. 26. discere. *Id.* 9. *Fam.* 22. docere aliquem. *Id. Brut.* 54. 198. Ut enim ex nervorum sonno in fidibus, quam scienter ei pulsi sint, intelligi solet; sic etc. *Id.* 2. *Legg.* 15. 30. Illa severa Lace-dæmon nervos jussit, quod plurea quam septem haberet, in Timothei fidibus dem. *Id.* 1. *Tusc.* 2. 4. Fidibus canere præclare. *Id.* 5. *ibid.* 39. 113. Fidibus uti. *Quintil.* 1. 10. 14. Fidibus et tiblis canere. *Id.* 5. 10. 124. Vox fidibus jungenda. *Id.* 9. 2. 5. Quod in fidibus fieri videmus. *Horat.* 1. *Od.* 12. 11. de *Orpheo.* Blandum et auritas fidibus canoris Ducere querens. *Id.* 2. *Ep.* 2. 143. verba sequi fidibus modulanda Latinis. h. e. lyri:o carmine. — c) Nihil cum fidibus graculo, proverbium, quo significatur, imperito homini et a studiis ac doctrina imparato, nullum cum Musis commercium esse debere. Habet *Gell. præsat.* ad fin. ¶ 2. Est etiam nomen signi cælestis, quæ et Lyra dicitur. *Varro* 2. *R. R.* 5. 12. Hoc secundum astri exortum facio, quod Græci vocant Λύρæ, Fidem nostri. *Cic. Arat.* 381. Cedit clara Fides Cylleena, mergitur unda Delphinus. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 14. *Csl. Febr.* Fidis incipit occidere. et *ibid* sub fin. Non. Januariis Fidis exortur, et *ibid* sub fin. Non. Januariis Fidis exortur mane. Adde *Sidon. carm.* 16. 5. ubi quoque fidis habetur: quod in rectio videtur rectius: inde est enim fidicula, non fidicula.

**FIDICEN**, tunis, ni. 3. (Hæc et cano) qui fidibus canit, suonatore di strumenti da corde, x̄Sap̄at̄c.

¶ 1. Generatim pro citharista. *Cic. 9. Fam.* 22. 3.

Socratem fidibus docuit nobilis fidicen. *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 27. Et qui Mænoniam Phœcida vertit, et una Pindaricæ fidicen tu quoque, Rufe, lyrae. — Fidicinum Romanorum collegium memoratur in *Script.* apud *Henzen.* 6098. D. M. T. AVR. T. P. POMT. CLITO DEC. COLL. *fidicinum romanorum.* Cf. *alias* apud *Orell.* 2448. ¶ 2. Speciatim pro poeta lyrico. *Horat.* 4. *Od.* 3. 23. Romanæ fidicen lyrae. h. e. poeta lyricus. Sic *Id.* 1. *Ep.* 19. 33. Hunc ego, non alio dictum prius ore, Latinus Vulgavi fidicen.

**FIDICINA**, æ, f. 1. (Hæc et cano) quæ lyra canit, citharistica. *Ter. Phorm.* 1. 2. 59. et *Eun.* 3. 2. 4.; et *Plaut.* multis in locis. V. **PSALTRIA**.

**FIDICINARIUS**, ii, m. 2. idem ac fidicen. *Gloss.* *Philox.* Fidicinarius, λυροποτής.

**FIDICINUS** vel fidicinus, a, um, adj ect. ad fides et fidicinem pertinens. *Plaut. Rud. prol.* 43. Eam vidit ire a ludo fidicinum domum. *Al. leg. fidicino.*

**FIDICINO**, as, are, n. 1. fidibus cano. *Capell.* 9. p. 314. Megaris, sauum, ad ictum puiss cuiuscumque fidicinat. Idem et *Pausan.* 1. 42. 1. narrat. *Gloss.* *Philox.* Fidicino, λυρίζω.

**FIDICULÆ**. V. **FIDICINUS**.

**FIDICULÆ**, æ, f. 1. *Fidicula syncope est Prudentii 10. n̄epi ὥσθ. 481. et 550.* — Fidicola, et saepius in plurali numero fidiculæ

I.) Proprie apud sequioris ævi scriptores sunt nervi, aut chordæ tenuiores, quibus arcte constringuntur ac torquentur rei, sive in equuleo, sive extra: a similitudine fidium. Neque enim placere potest, quod *Isid.* tradit 5. *Orig.* 27., inde dictas esse, quod iis rei in equuleo torquentur, ut fides inventatur. At *A. Maius* ad *Scriptor. vel. N. Collect.* T. 5. p. xxvi. n. xviii. ex *Cod. Vatic.* hic putat legendum fidiculas pro fidiculis. *Seneca 3. Ira 3.* Apparatus illi reddendus est unus, equulei et fidiculæ et ergastula et crues. *Sueton. Tib.* 62. Ex cogitaverat etiam, ut larga meri potionē per fallaciam oneratos, repente veretrīs delligatis, fidicularum simul urinaque tormento distenderet. *Id. Cal.* 33. Exquirere fidiculis de aliquo. *Quintil. Declam.* 19. 12. Tentabam fidiculas. *Impipp. Valentian.* *Valens et Gratian. Cod. Theod.* 9. 35. 1. Fidiculas perferre,

II.) Translate. ¶ 1. Est parva cithara, piccola cetera, λυρίς. *Cic. 2. Nat. D.* 8. 22. Quid, si plantani fidiculas ferrent numerose sonantes? ¶ 2. Est etiam signum cælestis: V. LYRA. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 37.; et *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 59. (222). — NB. De nom. urbis V. **ONOM.**

**FIDICULÄRIUS**, a, um, adj ect. ad fidiculam pertinens, qui fidicularum seu chordarum more flexilis et contortus est. Translate *Fronto de eloq.* (edente iterum *A. Mai.* p. 229. Discere autem cæratinas, et soritas, et pseudomenus, verba contorta et fidicularia. *nempe* captiosa.

**FIDIS**, is. V. **FIDES**, is.

**FIDIS**, ii, m. Quia Græce Ζεῦ; Ηλιος Jupiter Fidis dicitur, quidam putant ro *Fidius* pro fido et fidi accipiendum: nam ηλιος fides est. Pleisque tamen *Fidius* vel s̄epius *Dius* *Fidius* et *Deus Fidius* est Jovis filius, quem *Sancum* vel *Sangum Sabina* lingua, Herculem Græca appellari putabant, ut *Varro* 5. L. L. 66. *Müll.* docet. *Paul. Diac.* p. 147. 8. *Müll.* Medius fidius compositum videtur, et significare Jovis filius, id est Hercules, quod Jovem Græci Δια: et nos Jovem: a fidium pro filio; quod s̄æpe ante a pro L littera utebantur — a) *Fidius* absolute legitur apud *Ovid.* 6. *Fast.* 213. Quærebam, Nonas Sancus, Fidione referrem, An tibi, Semo pater; quum mihi Sancus ait: Cuicunque ex illis dederis, ego munus babebo. Nonina trina fero: sic voluere Cures. — b) *Deus Fidius* occurrit apud *Plaut. Asin.* 1. 1. 8. Perdeum Fidium queris: jurato mibi video necesse esse eloqui, quidquid roges. *Vetus formula* apud *Varro.* 5. L. L. 52. *Müll.* Apud æden dei Fidii in delubro. *Id. apud Non.* p. 494. 30. *Merc.* Itaque domi rituis nostri, qui per deum Fidium jurare vult, prodire solet in compluvium. — c) *Medius Fidius* et copulatis vocibus *Medius fidius*, juramenti genus est, quod valet me dius *Fidius* juvet vel amet, ut mehercules, mecastor, h. e. me Hercules, me Castor juvet vel amet: nos dielmus simili sensu, co si Dio m'ayuti, così Dio mi voglia bene. Aliis illud me adverbium esse videtur, ut quod Græci *pol. Δια* dicebant, hoc est per Jovem, Latini *medius* dixerint. *Cic. 5. Fam.* 21. Unum medius Fidius te-

cum diem libentius posuerim, quam etc. *Sall. Cat.* 35. Satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi, quam mediussidius veram licet cognoscas. Adde *Cic. 1. Tusc.* 30. 74.; *Liv.* 5. 6.; *Quintil.* 5. 12. 17; *Tertull.* *Idol.* 20.; et *Servium ad Virg.* 1. *Æn.* 301. Sic *Plin.* 4. *Ep.* 3. Hominem ne Romanum tam Græce loqui? non, mediussidius, ipsas Atheos tam Atticas dixerim. — *Paul. Diac.* loc. cit. aliorum item opinionem refert, qui mediussidius idem esse putabant, ac per divi fidem: et aliorum, qui per diurni temporis, id est diei fidem. Hoc juramentum est proprium virorum, ut notat *Charis.* 1. p. 183. *Putsch.*

**FIDO**, fidis, fuis sum fidere, n. 3. vox fere poetica; sed Part. pres. occurrit etiam apud optimos auctores in prosa oratione. — *Fidebo* antique pro fidam est *Novis* apud *Non.* p. 509. 4. *Merc.* Tibi quum fidebo, fideli ero. — *Præteritum* est fuis sum, teste *Charis.* 1. p. 222. *Putsch.*, *Diomed.* 1. p. 352 et *Priscian.* 8. p. 818. — Part. *Fidens* etiam in fin., et *Fitus*. — *Fidere*, ratione habita etyma, conjungendum est cum Gr. τιθεναι, unde τιθεναι, τιθης; et significat fiduciam habere, spem ponere, confidere, διαφένει (It. fidarsi, confidarsi; Fr. se fier, se confier, avoir confiance; Hisp. star, confiar; Germ. vertrauen, sich verlassen; Engl. to trust to, rely upon, put confidence in). Occurrit — a) Cum Dativo. *Virg.* 9. *Æn.* 378. celare fugam in silvas et fidere nocti. *Id.* 11. *ibid.* 351. Fugæ fidens. *Ovid.* 15. *Met.* 827. tæda non bene fisa. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 22. qui sibi fudit, Dux regit examen. *Id.* 2. *Sat.* 2. 108. uterne Ad casus dubios fidel sibi certius? *Cic. 6. Att.* 6. 4. Puer bene sibi fidens. Adde *Liv.* 3. 62. *Tac.* 4. *Ann.* 59. Præbuitque ipsi (*Cæsar*) materiem, cur amicitia constantiæque Sejanii magis fideret. — b) Cum Ablativo. *Cic.* vertens *Arati* versus 4. *Acad.* (2. pr.) 20. 66. et 2. *Nat.* D. 41. 106. Hac (*Cynosura*) fidunt duce nocturna Phœnices in alto. *Id.* 1. *Off.* 23. 81. Hæc sunt opera magni animi et prudentia consilioque fidentis. *Virg.* 3. G. 31. Fidentemque fuga Parthus versique sagittis. *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 78. Hinc arcu fidos terruit ense Getas. *Id.* 7. *Met.* 545. fidere cursu. *Id.* 9. *ibid.* 125. Haud tamen effugies, quāvis ope fidis equina. *Nepos Lysand.* 3. Fidens pecunia. *Sueton. Aug.* 65. sobole. Apud *Nepot. Chab.* 1. alii leg. in ea victoria fidens; illi ea victoria. — Figurare *Lucan.* 8. 303. Spicula nec solo spargunt fidentis ferro; Stridula sed multo saturant tela veneno. h. e. spargunt spicula non solum munita ferro, verum etiam imbūta veneno. — c) Cum Dativo, an cum Ablativo, incertum. *Cic.* 10. *Att.* 8. 2. Dubitantem magis, quam fidentem suis rebus. *Sall. Jug.* 112. Jugurtham cupere omnia, quæ imperarentur facere, sed Mario parum fidere. *Horat.* 1. *Od.* 14. 15. Nil pictis timidus navita puppis Fidit. *Id.* 3. *ibid.* 24. 20. nec nitido fudit adultero. *Quintil.* 10. 7. 18. Nec quisquam tantum fidat ingenio, ut etc. Adde *Plin.* 4. *Ep.* 13. extr. et 8. *ibid.* 21. 4. *Val. Flacc.* 1. 118. fidens auxilia. *Id.* 6. 248. thoracibus. *Id.* 6. 260. neixibus umbra populea. *Id.* 8. 112. dictis. *Tac.* 4. *Ann.* 59. officiis. — d) Cum Infinito. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 44. fidis enim manare poetica meila Te solum. *Lucan.* 4. 615. parum fidens pedibus contingere matrem. *Id.* 5. 577. Fidus cuncta sibi cessura pericula Cæsar. *Sil. It.* 1. 432. qui carmine pollens fidebat magica ferrum crudescere lingua. — e) Absolut. *Plaut. Asin.* 3. 2. 15. Ubi fidentem fraudaveris. h. e. illum, qui fidem habebat, qui credebat. *Forcellinus* hunc locum singulari parag. distinxit. *Val. Flacc.* 4. 544. Fidere mens sed cæra nequit: quantumque propinquat Phasis et ille operum sumimus labor; hor magis angunt Proxima. — Hinc Part. pres., cuius multa superius exempla refulimus.

*Fidens*, entis, adjective quoque occursit; unde Comp. *Fidentior* et *Sup. Fidentissimus* sub a: et est qui fudit, animoso, ardito, sicuro, διαφένει. — a) Absolute. *Cic. 3. Tusc.* 7. 14. Qui fortis est, idem est fidens (quotiam confidens mala consuetudine loquendi in vito ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est), qui autem est fidens, is profecto non extimescit: discrepat enim a timido confidere. *Id.* 1. *ibid.* 46. 110. Fidens animo gradietur ad mortem. *Id.* vertens *Homeri* versus 2. *Divinat.* 30. 84. Tum Caïchas hæc est fidenti voce locutus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 21. (57). Num for-

tuit fidens non est contra feram, non ha coraggio. *Ammian.* 16. 12. Romanus fidens. *Id.* 27. 10. Fidensissimo impetu aries mota. — b) Cum Genitivo. *Virg.* 2. *En.* 61.; et *Tac.* 4. *Ann.* 59. Fidens animi. *Lucan.* 9. 373. fidens armorum.

**FIDUCIA**, *es*, *f.* 1. est opinio et spes certa, confidencia, securitas, Τρόπος. Est autem plus, quam spes, major nimis ac certior, ut patet ex *Liv.* 45. 8. Populorum easibus cognita populi Romani clementia non modo spem tibi, sed prope certam fiduciam salutis praebet. Cf. *Seneca Ep.* 16. Dicam tamen quid sentiam; jam de te spem habeo, nondum fiduciam (It. fiducia, confidenza, speranza; Fr. confiance, assurance, conviction; Hisp. confianza, presuncion, esperanza; Germ. d. Zuversicht, Sicherheit, das Vertrauen; Angl. trust, confidence, reliance, boldness, assurance, hope).

1.) Proprie. ¶ 1. Generatum occurrit — a) Absolute. *Cic. Amic.* 55. Hæc enim est tyrannorum vita, in qua nulla fides, nulla stabilis benevolentie potest esse fiducia. *Id.* 2. *Invent.* 54. 163. Fidencia est, per quam magnis et honestis rebus multum ipse animus in se fiduciam certa cum spe collocavit. Sic *Plin.* 3. *Ep.* 9. ante med. Fiduciam omnem in re aliqua reponere. *Ovid.* 11. *Met.* 130. Neve tuum fallax animum fiducia tangat, Quod soec Hippotades tibi sit. — Cum Gerond. *Quintil.* 7. 2. 30. Hanc fiduciam fuisse accusatoribus falsa objicendi. *Id.* 7. *procem.* 3. Præstandi, quod exigebaratur, fiducia. — Sequentia part. ut. *Quintil.* 3. 12. 1. Nec mihi fiducia est, ut ea sola esse contendam. — Et sequente Infinito. *Sueton.* *Oth.* 5. Per hos solleitati reliqui, nec adeo multi, haud dubia fiducia in ipso negotio plures affuturos. *Al. aliter leg.* — b) Sæpius cum Genitivo rei, in qua quis fiduciam reponit. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 12. 5. Nihil esse, quod postbac area nostræ fiducia conturbaret. *Ces.* 7. *E. G.* 19. Hoc se colle Galli fiducia loci contingant. *Id.* 2. *B. C.* 37. Nuocabantur hæc eadem Curioni; sed aliquamdui fides fieri non poterat: tantum habebat suarum rerum fiduciam. Cf. *Virg.* 9. *En.* 188. Cerois, quæ Rutulos habeat fiducia rerum. *Propert.* 3. 23. 1. Falsa est ista tuæ, mulier, fiducia formæ. Adde *Ovid.* 8. *Hes.* 434. *Quintil.* 12. 8. 8. Fiducia memorie. *Id.* 9. 2. 51. cause. *Id.* 4. 2. 113. juris. *Id.* 11. 1. 75. justitiae alicuius. *Id.* 12. 7. 3. Ex fiducia bona mentis. *Trajanus* apud *Plin.* 10. *Ep.* 82. Tibi eam fiduciam diligenter habebo, ut etc. confido tanto nella tua diligenza, che etc. *Tac.* *Agri.* 1. At plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum quam arrogantium arbitrii sunt. — c) Cum Genitivo personæ. In qua quis fiduciam habet. *Cic.* 2. *Verr.* 14. 40. Se habere hominem potentem, cuius fiducia provinciam spoliaret. *Ces.* 1. *B. C.* 20. Duceam suum Dominium, cuius spæ atque fiducia permanerent, fugi consilium capere. *Virg.* 1. *En.* 136. Tantane vos generis tenuit fiducia vestris? *Liv.* 25. 37. a. med. Mirabundi, unde tanta audacia, tanta fiducia sui victimi ac fugatis. *Justin.* 12. 16. Alexander tamam fiduciam sui militibus fecit, ut, illo præsente, nullus hostis arma, nec inermes, immixtus. h. e. attulit. *Plin.* 4. *Ep.* 29. Nihil est, quod in dextram meam fiducia mel dormias. fidandoti sopra di me. Eodem sensu fiducia tua pro fiducia tul est apud *Plaut Bacch.* 3. 3. 9. Nunc propter te tuamque pravus latus fiduciam, per la fiducia che ha in te. V. paragr. proxime sequentem. — d) Abstractione pro concreto. *Ovid.* 5. *Trist.* 6. 1. Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum. *Sil.* 2. 2. 342. spes et fiducia gentis Regulus Hectoreæ. Cf. *Tac.* 2. *Hist.* 4. Titus aucto animo ad patrem parvus suspensus provinciarum et exercitus mentibus ingenio rerum fiducia accessit. ¶ 2. Specialis fiducia ponitur pro fiducia sui. *Ter.* *Indr.* 3. 5. 6. Nam quid ego nunc dicam patrī nezaloni' velle me, modo qui sum pollicitus ducere? qui fiducia id facere audeam? con quale coraggio etc? *Ces.* 7. *E. G.* 76. Omnes alacres et fiducia pleni ad Alsiam proficiscuntur. e pieni di coraggio. *Auct. B.* *G.* 8. 10. Timorem suum sperabat fiduciam barbitis allatum. *Iac.* 34. 46. Consul ubi, quanta fiducia esset hosti sensit, nuncum ad collegam militit — ut stolidam fiduciam hosti nigeret. Adde *eundem* 30. 29. *Id.* 6. 23. Superbam fiduciam ostentare. *Phœdr.* 5. 7. insolenter arriijere. *Ovid.* *Heroid.*

17. 37. Hoc quoque enim dubito: non quod (mihi) fiducia desit, Aut etc. *Nepos Pelop.* 3. Fiducia nimis magna calamitati solet esse. *Sueton. Claud.* 25. Simplicitate eorum et fiducia motus. *Id. Galb.* 19. Prodiit tanta fiducia. *Quintil.* 5. 13. 51. Fiduciam igitur orator præ se ferat — tamquam de causa optime sentiat. *Id.* 4. 1. 19. Fiduciam — jactare. *Ammian.* 24. 1. Certiore jam spe proiectus exercitus ad fiduciam.

II.) Translate. ¶ 1. Est fidelitas, fides, fedeltà. *Plaut.* *Trin.* 1. 2. 79. Quid tu adolescentem, qui tue mandatus est fidei et fiduciae, quin eum restituas? Adde *eundem. ibid.* v. 105. ¶ 2. In re forensi fiducia est res, quæ pignori datur creditori, ea lego, ut soluta al ditem pecunia restituatur: ita dicta, quod debitor creditoris fidei quodammodo commendat pignus, donec, soluta pecunia, ad se redent, pugno, ipoteca. *Cic. Flacc.* 21. 51. Pecuniam adolescentulæ, grandi senore, fiducia tamen accepta, occupavisti. Hanc fiduciam commissam tibi dicas: tenes hostie ac possides. h. e. dicas, hoc, quod fiduciae et pignoris causa ab adolescentulo acceperas, tuum proprium factum esse, quia ille debitam pecuniam non solvit. ¶ COMMITTO in fin. — Preterea qualibet alienatio, aut venditio traditio rei, adjecta restituendi aliquando obligatione sub quibusdam conditionibus, fiducia dicitur, quia alterius fidei veluti seryanda committitur. Præcipue vero locum habuit in emancipationibus liberorum, in quibus per trinam fictionem tenditatem a patre faciam, et restitutionem ab emptore, manutinatio fieberat. Dicebatur enim pater vendere sub specie fiducia, ut ab emptore sibi restitueretur. Sed de his consulendi JCTI. *Cic.* 3. *Off.* 17. 70. Scrovia fidelis bona nomen existimat manare latissime, idque versari in turris, societalibus, fiducialis, mandatis, rebus empli, venditis, conductis, locatis. *Id. Crecin.* 3. 7. Qui per tutelam, aut societatem, aut rem mandatam, aut fiducie rationem fraudavit quemplam etc. — Fiduciam accipere dicitur is, qui quidquam sub obligatione remittenti accepit. *Cic. Topic.* 19. 42. Si tutor fidem præstare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam accepit; debet etiam procurator. — Judicia fiducie sunt, in quibus agitur de violata fide ab eo, qui sub fiduciae ratione, hoc est sub conditione restitutio, aliquid accepit. neque, quum debuit, restituit, sed scaudavit. In his sotensis erat illa formula, ut inter bonos bene agier, quam *Cic.* 3. *Off.* 15. 61., *Tonic.* 17. 65. et 7. *Fam.* 12. 2. comm. morat. Porro gravissima haec iustitia habebantur et pene capitalia. Quæ de re hac habet *Cic. Rose. corn.* 6. 16. Si qua sunt privata judicia summa existimatio, et pene dicam capitul. tria haec sunt, fiduciae, tutelæ, societatis. Æque enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere, que continet vitam; et pupillum fraudare, qui se in tubulum periret; et socium fallere, qui se in negotio conjunxit. Adde *eundem* 8. *Nat. D.* 30. 74.; et *cf. Ibid.* 5. *Orig.* 21.

Homonym. ¶ in fin. v. FIDES.

**FIDUCIALITER**, adverb. cum spe ac fiducia. *Augustin.* 9. *Confess.* 13. Fiducialiter speramus. Adde *Ambros.* *Virg. laps.* 3.; et *Fulgat. interpret.* 9. 27. Sic *Cassiod.* 8. *Variar.* 3t. a. med. Mortalium peccatis fiducialiter nidos philomela suspendit.

**FIDUCIARIS**, *a.* *um.* adject. ad fiducie contractum spectans. ¶ 1. Generatum res fiduciaria est, que alteri ex lege traditur, ut postea tradentur redditus. *Liv.* 32. 38. Eam urbem Nabidi veluti fiduciarij dare. *Hinc Ces.* 2. *E. C.* 17. operam legati vocat fiduciarij: quia legatus potestatem suam ab imperatore accipit, quam redempti ad exercitum imperatori debet cedere. V. *Herod.* ad h. 1. *Auct. B.* *Her.* 23. Fiduciarij resonum. *Curt.* 5. 9. 8. Fiduciarij imperium. ¶ 2. Specialiter apud JClos est fidem ac fiduciarij missarius. Hinc fiduciarij heros est, qui nunc fiduciarij missarius dicitur, quod hereditatem velut fiduciarij videtur accipisse, quam mox alteri traditur sit. *Jabolen.* *Dig.* 36. 1. 46. — Fiduciarij tutor apud *Cajum* 1. *Institut.* (edente iterum *Goescheno*) § 172. est, qui se tutela overi subjeicerit, ideoque legitimus tutor habetur, et non natus hunc, quoniam patronus honor prestandus est.

**FIDUCIAS**, *a.* *um.* *v.* *fid.* seq.

**FIDUCIO**, *os*, *avi*, *atum*, *are*; *a.* Part. Fidu-

catus. — Fiduciare est fiduciae contractu alliquid dare. *Inscript.* apud *Gruter.* 638. 4. M. VLPPIVS AVG. LIB. SYMPHORVS SIBI, ET VLPPIAE HELPIDI VXORI FEKIT, ET LIBERTIS LIBERATIBVSQVE, EA CONDICIONE, NE FIDUCIENT, NE VENDANT, NE ALIUS QVDO GENERE ID SEPVLCRVM ALIENARE VLLI POTESTAS SIT. Alia apud *Henzen.* 733. VALERE VOLO AB HEREDIBVS MEIS, ET NE VENEAT, NE FIDUCIAE LICEAT, NEC DE NOMINE EXIRE LICEAT. Adde aliam apud *Murat.* 794. 1. *Gloss. Philox.* Fiduciarij, utratq. *et* *tert.* *Ter-tull.* *Idiot.* 23. Sub pignoribus fiduciati. *Gloss. Philox.* Fiduciatus, utratq. *et* *tert.*

**FIDUS**, *a*, *um*, *adject.* (*fido*). Comp. *Fidior* I.; Sup. *Fidissimus* I. et II. — Fidus est is, cui fidei potest, fideli, πιστός (It. fido, fedele, fidato; Fr. fidèle, sûr, loyal, à qui l'on peut se fier; Hisp. fiel; Germ. treu, zuverlässig, redlich; Angl. faithful, trusty, to be relied on).

1.) Proprie dicitur de hominibus eorumque operibus, itemque de canibus; et occurrit — a) Absolute. *Cic. Amic.* 18. 65. Firmamentum stabilitatis constantieque est ejus, quam in amicitia quærimus: fides: nihil est enim stabile, quod insidum. — Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium et tortuosum; neque vero qui non eidem rebus moveatur naturaque consentit, aut fides aut stabilitas potest esse. *Id. ibid.* 15. 53. Tum se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, quoniam neutrī gratiam referre posset. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 24. Fidi amici. *Id.* 2. *Sat.* 1. 30. sodales. *Cic.* 14. *Fam.* 4. *eztr.* Mea Terentia, fidissima atque optima viror. Sir *Fal.* *Flacc.* 8. 419. conjux fidissimus. Adde *Horat.* 2. *Ep.* 1. 142. *Id. Horat.* 4. *Od.* 9. 40. Bonus atque fides: *justus*. *Id.* 1. *Ep.* 8. 9. me fidi. *Id. Art.* P. 133. Interpres. *Sat.* *Jug.* 71. Erat ei Numida quidam negotiorum curator, filius accepimusque et omnium consiliorum — particeps. *Liv.* 26. 32. Fidissimus cultor. *Fal. Flacc.* 8. 197. rector. *Liv.* 40. 3. Fidiora haec genera hominum fore ratus. — *Cic. Amic.* 26. 97. In qua (amicitia) nisi, ut dicitur, apertum peccus video tuuquic ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habens. Cf. *Liv.* 1. 11. Ne quid usquam fidum proditor esset. *Cic.* 2. *Off.* 8. 30. Faniliaritates habere fidis amantium nos amicorum. *Nepos Dam.* 8. Pat et amicitia fida. *Horat.* 2. *Od.* 12. 15. bene mutuus fidum peccus amabilibus. *Pat. Flacc.* 3. 716. Fida ministeria. *Id.* 5. 63. dextra. *Id.* 1. 810. manus. — *Eurip.* 6. 1221. Fida canum vis. *Id.* 5. 892. Fidum pecces canum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 63. 158. Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. — b) Cum Genitivo pro Nominativo, Crætro more. *Sueton. Ner.* 57. Premissis libertorum fidissimis Ostiam ad classem preparandam. — Et cum positivo vice superlativi. *Stat.* 2. *Theb.* 483. juvenum filios, lectissima bello Corpora collicitat pretio etc. — c) Cum Partitivo. *Liv.* 33. 28. Servos fidus domino. *Justlin.* 16. 5. 3. Ut eos (seruos) sibi fidiorum et dominis inferentes redderet. *Auct. B.* *Art.* 76. Ne fidissimos quæ rebus Thapsitas amitteret. — d) Cum Genitivo pro Dativo. *Virg.* 12. *En.* 659. Regina ut fidissima. — e) Fidus animus aliquando est filius et constans. *Liv.* 25. 15. Incundiam Thuringorum turbam, nec satis fido animo, unde pugnabat, statim, extempio in foram averterunt.

II.) Translate usurpat de rebus physicis et de abstractis apud Poetas aurei, et apud prosæ quoque auctores sequoloris avi. *Virg.* 6. *En.* 523. Fidus ensis. *Ovid.* 10. *Met.* 382. Murmura verbiq. filas nutritis ad aures Pervenisse serunt. Cf. *Virg.* 5. *En.* 547. fidam sic fator ad aurem. *Ovid.* *Ib.* 299. fida pocula. h. e. in quibus nulla virulentia suspicio. *Val. Flacc.* 5. 104. annis ante alios Trivire fidus, h. e. gratus, carnis, dilectus. *Sil.* *It.* 3. 473. Non petiti fides (flurias), patutis non pugnabis aquos. *Id.* 3. 665. Cynosara fidissima nautis. *Iac.* 15. *Ann.* 15. Qui pontem ingredi ausi sunt, validum et fidum intellectere. *Id.* 5. *Hist.* 6. Montem iantes inter ardores opacum et fidum nivibus. *Id.* 3. *Ann.* 1. Ruere ad oppidum Brandisium, quod naviganti celerrimum fidissimumque appulsi erat. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 49. 109. (261). Camelino genitali arros inundare, orientis pupulis fidissimum. h. e. fidelissimum. *Ovid.* 7. *Hes.* 192. Nox arcuans fidissima. *Clau-dian. Cons. Mall.* *Theod.* 330. fida ineunda. h. e. ignes arte fabrici, qui non exurunt. *Sil.* *It.* 1. 23. Et fidos certant obices aressere silva. *Ammian.* 21. 2. Fidum ope-

ritumentum. h. e. scutum. *Virg.* 3. *En.* 112. Fida silentia. *Id.* 2. *ibid.* 23. statio male fida carinis. *Id.* ibid. 281. spes adissima Teucrum. h. e. certissima. *Ovid.* 13. *Met.* 319. Fida sententia. *Tac.* 1. *Ann.* 52 Paucioribus Drusam et finem Illyrici motus laudavit, sed intentior et fida oratione. *Id.* 2. *Hist.* 92. Nec unquam satis fida potentia, ubi nimia est.

**Homonym.** *Plaut.* *Trin.* 4. 4. 3. ch. Qualin' amiro mea commendavi bona! ca. Probo et fideli et fido et cum magna fide. Ex hoc *Plauti* loco inter fidum et fiditem quidam non unum disserim statuant, ut fidus dicatur in maximis, fidelis in minoribus; fidus sit amicus, fidelis servus; fidus natura sit, fidelis virtute ac studio; fidus, cui filendum, fidelis, qui fidem praestat. Verum haec discriminatio vel nulla sunt, vel non servantur. Hucusque *Fortellinus*. Ceterum inter fidum et fiditem illud certe discriminis interest, quod fidus natura est; fidelis virtute ac studio: quo respicit etiam *Fronto* p. 1335. *Putsch.* bisce verbis: *Fidelis* fit, *fidus* nascitur. Hinc *fidus*, cui fidendum; *fidelis*, qui fidem praestat, etiamsi quis ei parum vel minime fit; *fidus* secundum quid; *fidelis* absolute dignus, qui laudetur. Allato *Plauti* loco adde *Liv.* 22. 22. Eo vinculo Hispaniam vir unus solerti magis, quam fidelli consilio exsolvit. Abelus erat Sagunti, nobilis Hispanus, fidus ante Poenis.

**FIDUSTA**, a fide denominata. ea, que maxime diei erant (ut a *vetus retustus*, ab *onus onustus*) *Paul. Diac.* p. 89. 15. *Mull.*

**FIGATUM**, i. n. 2. *V. FICATUM.*

**FIGLINA**, æ, et

**FIGLINUM**, i. *J. voc. seq.*

**FIGLINUS**, a, um, adject. per synopen a *figulinus*, ad figulum pertinens, figularis. *Varro* 3. *R. R.* 9. 3. Uenus obliquant figlina ereta. Adde *Plin.* 10. *Hist. nat.* 21. 25. (50). *Plin.* 10. 3. *Schneid.* Concavationes vero si ex structura factu fuerint, erunt utiliores: sia autem contignationes fuerint, *figlinum* opus subjiciatur. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (66). Zeuxis fecit et *figlina* opera. — *Integrum* *figulinus* legitur apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 11. 47. (130). In cruda olla *figulinis* operis. et *Arnob.* 6. 14. Simulacra fornacibus incocta *figulinis*. — *Figulinis* tegola eam nota consulim incipit ab anno C. C. 721. *V. Memorie dell'Instit. Archeol.* p. 178. in nota. — Hinc

*Figlina*, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est ars *figuli*. *Varro* 1. *R. R.* 2. 23. *Figlinas* etere. ¶ 2. Item officina *figuli*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (52). Pithecosa dicta a *figlinis* duliorum. *Siliq.* leg. *figulinis*. *Id.* 7. *ibid.* 56. 57. (198). *Figlinas* inventi Corœbus Atheniensis. Apud *Gud.* p. 76. 77. et 78. molte de *figlinis*, h. e. officials. *Inscriptiones veteres* leguntur. — *Integrum* *figulinus* legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 935.

*Figlinum*, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est opus *figuli*, v. gr. vas fictile. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 27. (46). Si *figlina* humidum, ruptumve reperiatur. *Id.* 34. *ibid.* 18. 50. (170). Alii eliminatum scobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec precoquatur *figlinum*.

**FIGMEN**, iwis, n. 3. *figmentum*, *simulacrum*. *Prudent.* *Apotheos.* 798. Factor utroque hominem meditas de *figmine* junctum Edificare sui similem. Adde *eumd.* *ibid.* 1035.; et *Capell.* 3. p. 49.

**FIGMENTUM**, i. n. 2. (sing.) id quod factum est, *figma*. ¶ 1. Generatim. — a) Abstracte. *Figmenta* verborum apud *Gell.* 20. 9. sunt novorum verborum formationes, qualia sunt illa *Cn. Matii*, *ibid.* columbat, venerare, etc. — b) Concreto, uti ajunt, sensu est ipsa res facta et formata, *simulacrum*. *Gell.* 5. 12. Ejusque animalis *figmentum* justa simulacrum stat. *Prudent.* 2. in *Symmach.* 215. *Figmentum anima*. *Ammian.* 22. 9. *Figmento* de cæli lasso. Adde *eumd.* 17. 4., 14. 6. et 22. 13. *Id.* 23. 6. Post direptum hoc idem *figmentum*. *Id.* 22. 16. *Figmentum signorum*. *Id.* 19. 1. *Figmentum hominum mortuorum*. *Id.* *ibid.* *Figmentum aureum* capitis strictini. *Id.* 15. 5. Ad arbitrium *figmenti*. *Id.* *ibid.* *Figmentum tentatae cupiditatis*. ¶ 2. Speciatim est *commentum*, id quod quis imaginevi vi fingit, et ausquam existit. *Lactant.* 7. 2. *Figmenta poetarum*. *Apul.* 4. *Met.* *Figmenta somniatorum*. *Ammian.* 19. 12. Per quietem deduceant se habitus tragici *figmenta* viderat. Adde *Spar-*

*tian.* *Alex. Sev.* 21. — Exempla autem, que affarent quidam lexicographi ex *Plin.* 10. *Hist. nat.* 54. 75. (153). et ex *Cic.* 2. *Orat.* 45. 188., nihil huc pertinent. Nam apud *Plin.* pro *figmentis* legendum est *similes*; apud *Cicer.* vero *pigmentis*.

**FIGO**, gis, xi, xumi, gere, a. 3. *Αγχαῖος*; pro *figrum* dictum est *figrum*, ut apud *Lucret.* 3. 4. inque tuis nunc *Fista* pedum pone pressis vestigia signis. *Al. leg.* *fita*. *Varro* 3. *R. R.* 7. 4. Sub ordines singulos tabule *fictre* ut sint bipalmes, quo columbae utantur vestibulo ac prodeant. ¶ **CONFIGO**.

**Part.** *Figens* II. 1.; *Fixus* I., II. 1. et in 6n.; *Fixurus* II. 1. — *Figere* (ejusdem etymi ac *pangere*, a Gr. *πάγνωμαι*, unde *πάγχα* fixi et *παγτός* *figrum* seu *fixum*) est immittere, adigere, affigere, *πάγνωμαι* (I. *fixare, conficcare*; Fr. *fixer, enfoncer, clucher, fixer*; Hisp. *fixar, hincar, introducir, encaxar*; Germ. *festen, an-, hineinheften, -schlagen, -fügen, befestigen*; Angl. *to fix, fasten, thrust in*).

1.) **Proprie.** — a) Generatim. *Cato R. R.* 21. *Inhribes* medias clayulis *figere*. *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 4. *Figere* palom in parietem. *Cic. 14. Phil.* 3. 6. *Dubitare*, utrum mucrones in cive, an in hoste *figantur*. *Id.* 7. *Verr.* 6. 12. *Quam* damaatis erucem servis fixeras. h. e. in terram fixeras atque adeo extuleras. *Virg.* 4. *G.* 115. feraces *Figat* humo plantas. h. e. serat, pianti. *Horat.* 3. *Od.* 24. 5. *Figere* clavos verticibus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 24. (109). cuneos. *Pers.* 5. 111. namnum in luto. *Virg.* 10. *En.* 701. cristas vertice. *Propert.* 2. 19. 2. spicula spectore. *Ovid.* 5. *Met.* 116. nueronem lœvo tempore. *Id.* 5. *Fast.* 398. Sagitta lœvo pede fixa. *Id.* 1. *Met.* 472. *Hoc* (*telum*) deus in *Nympha* fixit. *Id.* *Heroid.* 16. 362. *Figere sagittam in loco*. *Liv.* 8. 8. ruspido in terra. *Id.* 2. 65. pila in terram. *Id.* 10. 29. pila in seuta. *Virg.* 7. *En.* 457. fumantes fixi sub pectore tædas. *Ovid.* 8. *Met.* 382. Arundo fixa sub aure seri. *Tibull.* 1. 9. 38. in collo *figere* deute notas. *Cic. Arat.* 432. virus in venas per vulnera. *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 19. fixo dare vulnera cultro. *Val. Flacc.* 8. 368. *Figere aliquem sub aquis, sommerge*re. *Justin.* 38. 10. 3. caligas auro. h. e. aurum suffigere caligis. *Martial.* 14. 24. *Figat* acus tortas sustinatque comas. *Virg.* 1. *En.* 316. in frusta se cant veribusque trementi *figunt*. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 14. (57). Canes vivi in farca fixi. — b) Speciatim pro affigere, suspendere, appendere, sospenderem, attaccare. *Ovid.* 1. *Fast.* 138. luteum opus celso sub trabe *figit* hirundo. *Ennius* apud *Cic. Pis.* 19. 43. *Naufragio* expulsum, sahis fixis asperis. *Sueton. Domit.* 10.; et *Quintil.* 7. 1. 30. *Figere* aliquem cruci. *Justin.* 21. 4. 17. corpus lacerum in cruce. *Al. leg.* in cruce. — *Præcipue de armis et donis*. *Cic. 1. Divinat.* 34. 74. *Arma*, quæ sita in parietibus fuerint, ea sunt humili inventa. Sic *Id.* 2. *ibid.* 31. 67. Ea seuta, quæ fuerint subline fixa, sunt humili inventa. *Virg.* 4. *En.* 493. *arma* fixa thalamo. *Id.* 3. *ibid.* 287. clipeum postibus adversis fixo. *Id.* 12. *ibid.* 768. nautis venerabile lignum, Servati ex undis ubi *figere* dona solebant Laurenti diu. *Val. Flacc.* 1. 529. Quipplam Marti dono *figere*. In quodam *S. C.* apud *Plin.* 8. *Ep.* 6. Fixit id res ad statuum loriciatum divi Jallii. Sic *Sueton. Claud.* 17. *Figere* navalem coronam fastigio Palatinae domus jura civica. Similiter *Flor.* 3. 2. 6. *Domitius. Enobarbus et Fabius Maximus* ipsis, quibus dimicaverant locis, sareas exere turres, et desuper exornata armis hostilibus trophya fixere. Sic *Id.* 2. 17. 16. *Claudius Unimanum* pæne ad interneccium exercitus ecclit, et insignia trabeis et fascibus nostris, quæ ceperat, in montibus suis tropæa fixit. Cf. *Serevius ad Virg.* 11. *En.* 6. — Hinc *figere* *arma* dicuntur etiam milites defuncti iam bello, et gladiatores rudi dorati. *Virg.* 1. *En.* 251. Hic tamen ille urbem Patari sedesque locavit Teucorum, et genti nomen dedidit, armaque fixit Troia. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 4. *Vojanius* armis Herculis ad postem fixis, latet oblitus agro. Adde *Sil. It.* 15. 494. et 678. — c) Item speciatim *figere* *tabulas legis* vel *figere* *leges* est legem ferre, promulgare, fare legi, quia mos erat æreis tabulis incisis publice suspendere, ut legi vulgo possent. *Contra refigere* est tollere, abrogare, rescindere. *Cic. 1. Phil.* 1. 3. Ne qua tabula post Idus Martis nullius decreti Cæsaris aut beneficii figeretur. Cf. *eumd.* 3. *Cat.* 8. 19. *Id.* 12. *Phil.* 5. 12. Num *figentur* rarsus eæ tabulæ, quæ vos

decretis vestris refixis? Cf. *Ovid.* 1. *Met.* 9t. *Ponna* metusque aberant; nec verba minacia fixo ære legebantur. *Cic. 14. Att.* 12. Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani. *Virg.* 6. *En.* 822. leges fixit pretio atque refixit. — c) Poetica et figurata sunt illa *Virg.* 12. *En.* 70. *figitque* in virgine vultus, *fissa losguardo*. *Ovid.* 4. *Met.* 196. *Leucothœ* spectas; et virgine figis in una, Quos mundo debes, oculos. *Id.* 7. *ibid.* 87. in vultu lumina fixa tenet. *Id.* 13. *ibid.* 456. Inque suo vidit figentem lumina vultu. *Sil. It.* 4. 264. atque oculis optato in corpore figit. *Virg.* 1. *En.* 486. solo fixos oculos tenere. *Ovid.* 13. *Met.* 541. adversa figit modo lumina terrâ, Interdum etc. *Seneca Ep.* 11. Figere oculos in terram. Cf. *Ovid. Heroid.* 20. 205. Ut, te conspicuta, subito (si forte notasti) Restiterim fixis in tua membra genis. Et Graecorum more *Virg.* 11. *En.* 507. oculos horrenda in virgine fixus. (Sic *Id.* 6. *ibid.* 156. desitus lumina vultu.) Et *Pers.* 3. 80. *Obstipo* capite et figentes lumine terram, *ὑπαλλαγή* pro *lumina terrâ*. — Similiter *Lucret.* 4. 1172. foribus miser oscula figit. *Virg.* 1. *En.* 691. oscula dulcia figere. Adde *Val. Flacc.* 7. 254. *Sil. It.* 11. 333. oscula pedibus. — Similiter *Virg.* 6. *En.* 159. cui fidus Achates It comes, et paribus curis vestigia figit. — e) Hinc etiam illa, que apud Poetas et apud prosarios quoque sequioris ævi scriptores occurrunt, in quibus figere ponitur pro sistere, statuere. *Sil. It.* 11. 474. Placavit (*Orpheus*) plectro, et fixit revolvibile saxum. h. e. vi cantus efficit, ut *Sisyphus* saxum in montem volvere paululum desisteret. *Val. Flacc.* 7. 559. Figere gradus, fermare il passo. *Id.* 6. 116. vagus hos ibi fixerat error. h. e. posuerat, statuerat. *Juvenal.* 3. 2. sedem figere Cumis, planar abitazione, metter casa. Sie *Tac.* 13. *Ann.* 54. domus. *Ammian.* 16. 12. munimenta. *Id.* 31. 11. presidia.

II.) **Translate.** ¶ 1. *Figere* est fecire, vulnerare, trahicere, trasfiggere. *Virg.* 10. *En.* 382. Hunc intorto figit telo. *Auct.* B. *Alex.* 30. extr. *Figere* hostes telis. *Ovid.* 2. *Art. am.* 198. apros cuspidi. *Seneca Provid.* 3. cutem clavi. *Ovid.* 2. *Met.* 504. *Vulnifico* fuerat fixatus pectora telo. Sic *Virg.* 5. *En.* 544. volucri qui fixit arundine matum. *Sil. It.* 1. 305. *figitque* per arma Stanitem pro muro et militantem vana Calicum. *Tibull.* 2. 1. 71. Amor figit puellas, ferisce. *Virg.* 2. *Ecl.* 29. *Figere* cervos. *Id.* 5. *En.* 516. columbam. *Martial. Spect.* 12. suem. *Virg.* 12. *En.* 537. Olli per galera fixa stetit hasta cerebro. *Ovid.* 5. *Met.* 659. *figere* pectus. *Sueton. Domit.* 19. Spectavere ex industria ita quartundam ferarum capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua effingeret. Sic *Ovid. Heroid.* 16. 277. Hoc mihi, nam repetto, fore ut a celeste sagitta Figar, erat verax vaticinata soror. *Martial.* 1. 61. *figere* vulnus. *daruna ferita.* *Seneca Herc.* 1. 519. *figere* mortem. h. e. ligando mortem inferre. — Et metaphorâ hinc sumptâ *Virg.* 7. *En.* 291. acri fixa dolore. ¶ 2. Item est adigere, sistere, fermare, fissare: ad rem. *Cic.* 7. *Verr.* 21. 53. Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret. *Id.* 2. *Fam.* 6. 3. Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industrias, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi et locavi. *Stat.* 1. *Achill.* 380. dum repetit monitus, arcanaque iournaria figit Auribus. *inculta, imprime.* *Virg.* 3. *En.* 250. Accipite ergo animis atque bac mea figite dicta. h. e. memor pectora condite. *Juvenal.* 9. 94. Et tacitus nostras intra te fige querelas. h. e. reconde in animo tuo, ne vulgantur. *Seneca Tranquill.* anim. 15. Adeo penitus hoc se malum fitit, ut etc. h. e. invalluit, obliuit, radices egit. *Horat.* 3. *Od.* 15. 2. Tandem nequitæ fige modum tuæ, pon fine. ¶ 3. Et pro adidere. *Sil. It.* 7. 111. Est etiam, cur Flaminio mihi gloria cæso Creverit: et titulus libeat eum *figere* nostris Crudum Marte viri nomen. *Heinius* conjectit suffigere. ¶ 4. Denique, metaphorâ sumptâ a superiori paragr. II. 1. est alicuius famam lacerare. *Civ.* 1. *Nat. D.* 34. 93. Zeno non eos solum, qui tum erant, Apollodotum, Syltum, ceteros *figebat* maledictis, sed Socratem ipsum securram Atlanticum fuisse dicebat. *Id. Orat.* 26. 89. Vitabit insatiables contumelias, tantummodo adversarios figet, nec eos tamen semper. h. e. dictis et salibus feriet. — Nunc Part. præter. pass., cuius multa superius exempla retrullamus,

*Fizus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Fixior II.*; et est affixus, influxus, fito, fissus.*

I.) Proprie. *Cic. Rabir. Post.* 9. 25. Illud maneat et fixum sit, quod neque moveri, neque mutari potest. *Val. Flacc.* 8. 195. Hæc alt, ignarus fixas jam nomine rupes Stare, neque adversis ultra concurrere satis. Cf. *Sil. It.* 9. 317. Nec magis aut Libyco protrudi Dardana nisu Avertive potest pubes, aut ordine pelli Fixa suo Surra manus, quam etc. — Stellæ fixæ in caelo, quas Cic. appellat *inerrantes*, sunt de quibus *Manil.* 2. 35. Ceteraque ex variis pendente casibus astra, Æthera per summum voluerunt fixa revolvit. Similiter *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 15. Quodque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ etc. et *Val. Flacc.* 6. 441. Illius ad fremitum sparsosque per avia succos Sidera fixa pavent et avi stupet orbita Solis. *Capell.* 8. p. 290. Observa iunæ ortum, et stellam fixam simul cum ea orientem.

II.) Translate. *Cic. Sext.* 5. 13. *Gujus (integritatis) ego nuper in Macedonia vidi vestigia non presa leviter ad exigui prædicacionem temporis, sed lita ad memoriam illius provinciæ sempiternam.* *Id. Cuent.* 45. 126. Id non ita fixum esse debere, ut convelli non licet. *Id. Baib.* 28. 64. Illud fixum in animis vestris tenetore, vos de beneficio Pompeji judicatores. *Lepidus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 34. 3. Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. *Cic.* 8. *Att.* 14. 2. Seito, labare meum consilium illud, quod satis jam fixum videbatur. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 9. 27. *Decretum stabile, fixum, ratum.* *Id. ibid.* 16. 141. Ratum, fixum, firmum fuisse vis. *Id. Mur.* 30. 62. Dixisti: quippe jam fixum et statutum est. *Virg.* 4. *Æn.* 15. Si mihi non animo fixum immotumque sedetur, Ne cui me vincio vellem sociare jugali. *Sil. It.* 4. 797. Aut si, velle nefas Superos, fixumque sedetque etc. *Id.* 2. 364. et 3. 114. Fixum est hoc facere. h. e. certum est, statutum, omnino deliberatum. *Val. Flacc.* 5. 289. stat pectore fixum, Æctie sociare manus. *Id.* 8. 405. Hæc ubi fixa viris, tempus fluctusque quietos Exspectant. *Sil. It.* 9. 475. Ne speret fixas Parcarum vertere leges. *Juvenal.* 13. 239. tamen ad mores natura recurrit Damnatos, fixa et mutari nescia. *Arator.* 1. *Act. Apost.* 322. Arva tremunt concussa locis, tu fixor bæres, più saldo e ostinato: quo sensu *Virg.* quoque 2. *Æn.* 650. Talia perstabant memorans fixusque mabat.

**FIGULÄRIS**, e, adjec. ad *figulum* pertinens. *Plaut. Epid.* 3. 2. 35. Versatiō es, quam rota *figularis*. *Colum.* 8. R. R. 2. 3. et 6. *ibid.* 17. 6. *Figularis creta.* *Cels.* 1. 3. ad fin. Alvin adstringit labor, sedile, creta *figularis* corpori illata, cibus immunitus. Sic absolute *Colum.* 7. R. R. 5. 9. Deinde *figularis triti et picis liquidæ et fricti salis singulos sextarios infundunt.* *Gesner.* ita legendum putat: et sane *tritum latericum* in simili medicina est apud eum. *Colum.* 6. *ibid.* 14. 7.

**FIGULARIUS**, *xερπανες.* *Gloss. Lat. Gr.*

**FIGULATIO**, ônis, f. 3. *compositio.* *Tertull.* 4. n. 25. Animam non in utero concipi, nec cum carnis figulatione compingi.

**FIGULATOR** faber, *xερπανες.* *Gloss. Lat. Gr.*

**FIGULÄRIT**, *Figulum* (*cognomen civis R.*), et *Frimbriaturit*, *Fimbriam* imitatur, aut colit: voces sunt fictæ ab *Asinio* apud *Quintil.* 8. 3. 32., ubi tamen *Spalding.* rectius legit *Figulatus* et *Fimbriatus*.

**FIGULATUS**, a, um. *V. FIGULO*, et voc. *præced.* *FIGULINA*, æ, f. 1. et

**FIGULINUS**, a, um. *V. FIGLINUS.*

**FIGULO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. Part. *Figulatus*. — Figulare est formare, effigere in morem figuli. *Tertull. advers. Valent.* 24. Figulat ita hominem Demiurgus, et de afflato suo animalat. *Id. Exhort. cast.* Nam quum hominem figurasset. *Ahi hic leg.* figurasset. *Id. Car. Chr.* 9. Corpus hoc nostrum de limo figulatum.

**FIGULUS**, i, m. 2. (*fingo*) *xερπανες*, factor, qui ex argilla opera facit (It. *vasaio*, *figulino*; Fr. *poter*; Hisp. *ollero*; Germ. d. *Töpfer*; Angl. a *potter or worker in clay*). *Varro* 3. R. R. 15. 2. II. saginantur in dolis, quæ etiam in villis habent multi. quæ figuli faciunt multo alter atque alia, quod in lateribus eorum semitas faciunt, et cavum, ubi clibanum constituant. Adde *Colum.* 11. R. R. 1. 9.; et *Justin.* 22. 1. 2. *Seneca Ep.* 90. § 30. Auacharsis, inquit Posidonies, inventit rotam figuli, cujus circui-

tu vasa formantur. Ego nec Anacbarsia bujus rai fuisse auctorem contendō. *Plin. 35. Hist. nat.* 12. 43. (151). Dibutades Sicyonius figulus primus inventit ex argilla fingere similitudines. *Juvenal.* 10. 171. de *Alex. M.* Quom tamen a figulis in unitam intraverit urbem, Sarcophago contentus erit. h. e. Babylonem cocto latere extrectam. *Inscript. apud Murat.* 963. 2. et apud *Orell.* 4190. **FIGULVS AB IMBA.** (V. *IMBREX*) et opponitur tegulario. Sic *figulus sigillator.* V. hanc vocem. Hæc postrema cl. *Furlanetto in Append. At Labus*, in epistol. 11. Aug. 1822., atlatum ex *Murat.* lapidem ficticium putat. — In quibusdem municipiis et coloniis figulorum sicut collegium. *Inscript. proprie Spalatio in Dalmatia reperta.* A. SERVILIO V. C. PROVINCE DALMATIAR PRAESIDI CLARISSIMO INTEGREBRIMORE *collegium figulorum* b. d. — *N.B.* De cognom. Rom. V. *ONOM.*

**FIGURA**, æ, f. 1. a. *singo (fig)* est conformatio rei, forma, species, *oxypa* (It. *figura, forma, sembianza, fattezza*; Fr. *figure, forme, configuration, apparence*; Hisp. *figura, forma*; Germ. d. *geformte Gestalt*, *Figur, Form*, d. *Körper*; Angl. a *figure, form, shape, make, fashion, likeness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) De hominibus et brutis. — *Figura et forma* junguntur apud *Cic.* 5. *Fin.* 12. 35. Corporis nostri partes totaque figura et forma et statura quam apta ad naturam sit, appareat. *Id. 3. Orat.* 45. 179. Reservat nunc animum ad hominum vel etiam ceterarum animantium formam et figuram. — Etiam *formæ figura* interdum dicitur. *Lucret.* 4. 67. formai servare figuram. *Cic. 1. Nat. D.* 32. 90. Hoc dico, non ab hominibus formæ figuram venisse ad deos. — Item *conformatio* et sæpius species et *figura* junguntur. *Cic. 1. Orat.* 25. 114. Conformatio quædam et figura totius oris et corporis. *Id. 1. Nat. D.* 18. 47. Quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species humana potest esse pulchrior? — Quod si omnium animantium formam vincit hominis figura, deus autem animans est: èa figura profecto est, quæ pulcherrima sit omnium. *Id. Rosc. Am.* 22. 63. Monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie et figura, qui tantum inumanitate bestias vivit, ut etc. *Liv.* 29. 17. In hoc legato vestro nec hominis quidquam est præter figuram et speciem. *Cæs. 6. B. G.* 28. Uri sunt spes et colore et figura tauri. *Ovid 1. Met.* 436. Edidit innumeris species, partimque figuras Rettulæ antiquas, partim nova monstra creavit. — Item *figura et lineamenta, figura et habitus* junguntur. *Cic. 4. Ferr.* 36. 89. Eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delerant. *Id. ibid.* 35. 87. Signum in mulierem figuram habitumque formatum. — Ceterum *Cic. 3. Ferr.* 21. 57. Non solum numerum signorum, sed etiam magnitudinem, figuram, statum definire. Ubi *Pseudo-Aeson.* p. 174. *Bait.* figura est circa gestum situmque membrorum, status circa ornatum et habitum vestis, insignium et armorum. *Id. 3. Off.* 6. 32. Feritas bestie in figura hominis. *Id. 1. Tusc.* 16. 37. Has imagines loqui volunt; quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine fauient, laterum, pulmonum vi et figura potest. *Nepos Eu-men.* 12. Homo non tam magno corpore, quam figura venusta. *Ter. Eun.* 2. 3. 21. PA. Quid tua istæ! CN. Nova figura oris. PA. *Papa!* CN. Color verus, corpus solidum et suci plenum. *Ovid. Heroid.* 10. 133. Di facerent, ut me suinna de puppe videres: Movissem vultus mœsta figura tuos. *Id. 2. Art. am.* 143. Ergo age, fallaci timide confide figura, Quisquis es. h. e. timidus spem pone in pulchritudine tua. *Cæs. 6. B. G.* 25. Bos cervi figura. — b) De inanimis. *Cæs. 4. B. G.* 25. Figura navium. *Justin.* 15. 4. ancoræ. *Ovid. 3. Met.* 399. lapidis figuram trahere, mutantasi in sasso. *Plin. 2. Hist. nat.* 25. 22. (90). Figura doliorum *Id. 27. ibid.* 12. 98. (124). Semen nigrum, latum, ad leuiticulæ dimidia figuram. *Scribon. Compos.* 157. Figura emplastri. *Anmian.* 18. 6. Figura rotarum. *Plin. 13. Hist. nat.* 4. 9. (49). Figura rotunditatis aut proceritatis. *Id. ibid.* 22. 38. (118). Granum quadrangula figura. *Id. 3. ibid.* 16. 20. (121). Padus triquetram figuram inter Alpes atque oram maris facere præditus. *Farro* 3. L. L. 105. *Müll.* Postea ei (pani) figuræ facere instituerunt alias, dæci aliæ forme o figure. *Id. 6. ibid.* 78. *Müll.* Ut factor quum dicit *figo* figuram impunit, da figura. *Ovid. 11. Met.* 253. orientiri figuræ cen-

tum, *transformari*. *Id. 8. ibid.* 615. Di dant adiunctumque figuræ. *Id. 15. ibid.* 308. nec non et lymphæ figuræ Datque capitque novas. *Id. ibid.* 169. Utque novis fragilis signantur certæ figuræ etc. *Clau-dian.* 2. *Rapt. Pros.* 131. Te quoque flebilibus mortens, hyacinthe, figuræ. h. e. notis, litteris. ¶ 2. Speciatim figuræ dicuntur mortuorum umbras, pav-*topazia*, quas viventibus apparere putabant veteres. *Lucret.* 4. 37. eadem nobis vigilantibus obvia-mentes Terrificant atque in somnis, quæ saepe figuræ Contingunt miseri simulacra que luce carentum. *Virg.* 10. *Æn.* 641. Morte obita quales fama est volitare figuræ. Aut quæ sopitos deducunt somnia sensus. *Inscript. apud Orell.* 4817. *cum vita FVNCTVS IVNGAR TIS* (h. e. tuis) *UMBRA FIGVRIS.* ¶ 3. Item speciatim apud philosophos Epicureos dicitur de atomis. *Lucret.* 2. 385. Dicere enim possis, cœlestis fulminis ignem Sultilem magis e parvis constare figuris, Atque ideo transire foramina. Adde eum. 2. 692. et 778., 3. 191. et alibi saepe. Sic *Quintil.* 10. 2. 15. Illas figuræ Epicuri, quas e summis corporibus dicit effluere.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est roundus, ratio-species. *Cic. 3. Herenn.* 15. 25. De figura vocis satis dictum est: nunc de corporis motu dicendum videtur. h. e. de vocis conformatio et forma. *Id. 1. Invent.* 28. 41. Majus et minus ex figura negotii. sicut et statura corporis, consideratur. *Id. 3. Orat.* 35. 212. Ut figuram orationis plenioris et tenuioris et item illius mediocris ad id, quod agimus, accommodatam diligamus. h. e. stilum, genus dicendi. *Id. 2. ibid.* 23. 98. Qui (*Curio*) verborum gravitate et elegantia et copia suam quædam expressi quasi formam figuramque dicendi. *Ovid. Heroid.* 10. 81. Occurrunt animo pereundi mille figuræ. h. e. modi. *Cajus Dig.* 39. 6. 30. Mortis causa capitur, quum propter mortem aliquos capiendi occasio obvenit, exceptis his capiendi figuris. h. e. capiendis speciebus, questi casi. *Mæcian.* *ibid.* 35. 2. 30. a med. Id, quod non figura conditionis accepere jussus est. h. e. sub conditione, vel sub ratione conditionis. *Clau-dian.* 2. *Rapt. Pros.* 13. Figuram veri ducere. h. e. imaginem habere, verum imitari. ¶ 2. Speciatim apud Grammaticos significat positionem, casum, desinenzam, forma. *Varro* 9. L. L. 52. *Müll.* Nomina, quod quinque habent figuræ, habere quinque casus. *Id. ibid.* 53. *Müll.* Non debulsa ex singularibus verbis ternas vocabulorum figuræ fieri, ut *albus, alba, album.* Sic *Id. 9. ibid.* 37. et 10. 27. et 58. *Müll.* Figura verbli. *Quintil.* 1. 4. 29. Quædam verba tertia persona figura dicuntur, ut *hicet, piget.* Adde eum. 8. 2. 15. ¶ 3. Item speciatim — a) Apud Grammaticos et Rhætores figura, *oxypa*, est conformatio quædam orationis, remota a communi et primum se offerente ratione, ut *Quintil.* 9. 1. 4. definit. Duplicit autem est generis, verborum et sententiæ: illud in singulis verbis, hoc in integra sententia sit. Utriusque generis plurimas enumerat *Cic. 3. Orat.* 53. et 54. et *Orat.* 39. et 40.; et *Quintil.* 9. 2. et 3. Adde *Sueton. Rhet.* 1. et 5.; et *Quintil.* 9. 1. 4. 6. 3. 70. et 12. 5. 1. — Differt a tropo. V. *TROPUS.* — b) Aliquando apud Rhætores figura dicitur integra oratio, vel orationis bona pars, in qua aliquid describitur obliqua forma, et ex qua aliud intelligatur; unde *figuralis* controversia: nomen est factum: item *descriptio* artificiosa aliquis rei, vel ut magis placeat, vel ut plenus percipiantur, vel ut magis id conflueat, quod volumen; quo sensu cum colore nonnihil convenit. *Seneca 4. Controv.* 29. a med. Totam hac figura declaravit: non sum, inquit, vobis dicturus etc. *Id. 5. ibid.* 33. a med. Hoc genere inscriptus sæculi vitæ, egregia figura, inquinatum et infamem reum majorum criminum impunitate defendit. *Quintil.* 9. 2. 93. Quæsumus etiam est, quonodo responderi contra figuræ oportet: et quidam semper et diverso aperiendas putaverunt, sicut latentia vitæ reseinduntur. — Sunt illæ est ironie, nisi quod ironia cootratuum dicit, figura aliud. *Seneca 2. Benef.* 11. Hæc ipsa non verniliter, nec ea figura, qua quidam rejiciunt, quæ magis ad se volunt attrahere. ¶ 4. Dicitur aliquando de scismatico et dicto, *botta, motto, bottone, motteggio.* *Sueton. Iesp.* 13. Amicorum libertatem, causidicorum figuræ ac philosophorum conumaciam lenissime tulit. *Id. Domit.* 10. *Hermogenes Tarsense* (*occidit*) propter quasdam in histuria figuræ; librariis etiam, qui eam descri-

pserant, cruci fixis. *Quintil.* 9. 2. 82. Nemo se te-  
nuit, agens pro patre, quin figuras in filium faceret.

**HOMONYM.** *Figura, forma et species* in eo  
differunt, quod figura res nobis sicut mathematicalis;  
forma vero *αἰσθητικῶς* et moraliter; species deni-  
que physice: *figura ex lineamentis* constat, qua ra-  
tione in pictura per solas lineas effigies hominis di-  
gnoscitur; *forma* consistit in exteriore partium dis-  
positione, qua interiorum rei naturam prae se fert  
exprimitque (*unde formosus*); *species* autem sita  
est in rei colore, magnitudine seu statura, et simili-  
bus, que sub oculos cadunt. (Cf. *Fr. Lez.* apud  
*Herm. Em. Rat. Gr.* p. 310. *Mopsh. εἰνὶ ἐπιφύγων;*  
*σχῆμα δὲ ἐπὶ αἴρεσθαι.*) Hinc in *figurā et formā*  
ratio præcipue habetur ejus rei, in qua ipsa sunt  
cuique adhærent; in *specie* ratio habetur hominis,  
qui rem videt eisque ideam (*εἶδεν*) sibi format:  
*figura et forma* sunt aliquid reapse existens et ve-  
rum; *species* est externus rei aspectus vel apparentia,  
sæpe quidem pulchra, sed qua lamen decipi pos-  
sumus (*unde Horat. 1. Ep. 16. 45.* Introrsus tur-  
pem, speciosum pelle decora). Similiter *figurare* est  
in informi quadam materia futuri operis lineaem  
ducere; *formare* est rei partes in ordinem recte dis-  
ponere atque ita, ut intimam ipsius rei naturam de-  
ret; *speciem addere* est pulchritudinem ac venustatem  
extrinsecus addere. *Cic. 5. Fin. 12. 35.* Corporis nostri partes totaque figura et forma et sta-  
tura quam apta ad naturam sit, apparel. *Id. 3. O-  
rat. 45. 179.* Referte nunc animum ad hominam,  
vel etiam ceterorum animalium formam ac *figuram*. *Id. 1. Tusc. 16. 37.* Animorum forma in  
aliquam figuramque quærebant. *Plin. Paneg. 55.* Quin etiam leviora haec, formam principis *figuramque* non aurum melius vel argentum, quam  
favor hominum exprimat teneatque. — Aliquando  
alterum verbum alteri subjicitur, ut apud *Cic. 1. Nat. D. 32. 90.* Hoc dico, non ab hominibus for-  
mas figuram venisse ad deos. *Lucret. 4. 67.* re-  
terem formam servare figuram. *Id. 5. 731.* Or-  
done *formarum* certo certisque figuris. —  
*Cæs. 6. B. G. 28.* Uci sunt magnitudine paullo in-  
fra elephanitos; *specie et colore et figura tauri* (*species* hic est vocabulum generale ratione habita  
coloris et *figuræ*). *Id. max.* Ampliatus cornuum et  
figura et *species* multum a nostrorum boum  
cornibus differt. *Cic. 5. Tusc. 39. 114.* Quæ *specie*  
formaque pugnæ? etc. Confer etiam *eund. 1. Nat. D. 10. 26.* Quasi aer sine uia forma Deus  
esse possit, quam præsertim Deum non modo ali-  
qua, sed pulcherrima specie daret esse. *Quintil. 6. 2. 1.* Opus (*oratorum*) — judicium animos, in quem  
volumus habitum, formandi et velut transfigura-  
ndi.

**FIGURALITAS**, atis, f. 3. *figuratus* dicendi mo-  
dus. *Fulgent. de contin. Virg. ante med.* Ergo sub  
figuratalitate historia plenum hominis monstravimus  
statum.

**FIGURALITER**, adverb. *ἀρχαγράψιμως*, *figura-*  
*to. Tertull. Testim. anim. 2.; Sidon. 8. Ep. 14. a*  
*med.; et Augustin. Gen. 1. init.*

**FIGURATE**, adverb. *Comp. Figuratus.* — *Figurate* est per *figuras*, *figuratamente*. *Pseudo-A-*  
*scon. in Cic. 2. Perr. 6. 17. p. 132. Bail. Figurate*  
*dixit. Sidon. 5. Ep. 8. Figuratus quem pungere.*

**FIGURATIO**, *ōris*, f. 3. *actus figurandi*.

I.) Proprie est actus figurandi, itemque ipsa figu-  
ra et conformatio. *Vitruv. 9. 4.* Zona duodecim si-  
gnis conformata exprimit depictam a natura *figurationem*. *Plin. 11. Hist. nat. 37. 88. (217).* Nervi  
hic teretes, illæ lati, ut in unoquoque poscit *figura-*  
*tio. Apul. Dogm. Plat. 1.* Quoniam quædam Apollinis  
figuratio (h. e. ipsius Apollinis phantasma, sive ipse  
Apollo) Perictione se miscuisse, Plato natus est.  
*Hygin. Astron. præf. Sphære figuratio.*

II.) Translate. ¶ 1. Est imaginatio. *Quintil. 6.*  
*Declam. 15.* Si quisquam *figuratione* quadam in  
hac malorum conditione judicem ponat. *Id. 12.*  
*ibid. 27.* Si spei *figuratione* tardius cadit. *Id. 6.*  
*ibid. 4.* O vanæ *figurations*; et pectora hominum  
alto errore confusa! ¶ 2. Item *vocabulorum* posi-  
tio, casus, *forma*. *Gell. 17. 2. a med.* Inusitate dixit  
*diuincire*, pro diu vivere, sed ex ea *figuratione* est,  
qua dicimus *perennare*. ¶ 3. Item *figurarum usus*  
in dicendo, exornatio. *Fronto 1. ad Antonin. Aug.*  
(edente iterum *A. Mai*) *Ep. 2.* Quisquam illorum  
his *figurationibus* uteretur, que Græci schema vo-

cant? *Lactant. 1. 11. ante med.* Officium poetæ est  
in eo, ut quæ gesta sunt vere, in aliquas species ob-  
liquis *figurationibus*, cum decoro aliquo conversa,  
traducat.

**FIGURATIVUS**, a, um, adject. *figurativo*, ad *figu-*  
*ram* pertinens, *figuris* constans. *Cassiod. 9. Hist.*  
*Ecccl. 38. sub init.* Illa subtilia et *figurativa* legis  
Mosaicæ quieverunt. — Hinc

*figurativa*, æ, f. 1. *absolute, substantivorum*  
more, est ipsa figura, seu figura alicujus descriptio.  
Hinc *Hygin. (edit. ab A. Maio in Class. Auct. T.*  
*3. p. 46.) fab. 127.* in *temmate*. *Panis figurativa*.  
h. e. *figura*; etenim mox describitur ipse Pan, ejus-  
que vestes et insignia indicantur.

**FIGURATO**, adverb. *figurate*. *Tertull. 3. advers.*  
*Marcion. 14.* Licit Christo ense sermonis Dei præ-  
tingi *figurato*. *Ubi tamen alii putant figurato esse*  
*adjectiu[m]. Adde eund. aduers. Jud. 9.*

**FIGURATOR**, *ōris*, m. 3. qui *figurat* et *singit*.  
*Arnob. 6. 10.* Vobis ducibus et *figuratoribus*, luna  
femina est.

**FIGURATUS**, a, um. *V. voc. seq.*

**FIGERO**, as, ävi, åtum, are, a. 1. Part. *Figurans*  
II. 2.; *Figuratus in fin.*; *Figurandus I.* — *Figura-*  
*re* est *figuram* *formamque* *inducere, formare, effi-*  
*gere, σχηματίζειν* (It. *dar forma, formare*; Fr. *don-*  
*ner la forme, former, façonner*; Hisp. *formar, dar*  
*forma a alguna cosa*; Germ. *bilden, eine Gestalt*  
*geben, gestalten*; Angl. *to form, fashion, shape,*  
*figure*).

I.) Proprie. *Cic. Tim. 6.* Mundum ea forma *figu-*  
*rat*, qua una omnes relique forme concluduntur.  
*Seneca Ep. 65.* *Figurare* est in *habitum* *status*. *O-*  
*vid. 3. Amor. 14. 21.* Inque modos venerem mitile  
figuræ *Amor. Petron. Satyr. 102.* Barbam peregrina  
ratione *figurare*. *Colum. 4. R. R. 29. 9.* aliquid  
in speciem eunzi. *Id. ibid. 21. 1.* vineam. *Id. 9.*  
*ibid. 15. 7.* ceras. *Id. 7. ibid. 8. 7.* cuseum. *Sic Plin.*  
*16. Hist. nat. 38. 72. (181).* Ficis humor lacteus:  
hunc ad eas eos *figurandos coaguli* vis. *Id. 36. ibid.*  
*22. 45. (162).* Medullæ in ossibus in lapidis naturam  
figurantur. *Id. 8. ibid. 36. 54. (126).* *de fetibus ur-*  
*sinis.* Hi sunt candida informisque caro: hanc lam-  
bendo paupilum figurant. *Adde Pallad. 1. R. R. 34.*  
*4. et 7. ibid. 2. 3. Lamprid. Alex. Sev. 24.* *Figura-*  
*re* *nummos*. *Id. Helagab. 5. vultum.* — *Absolute*.  
*Cic. 1. Nat. D. 39. 110.* Atomi pellere se et agitari  
inter se concursu fortasse possent; *formare*, *figura-*  
*re*, *colorare*, *animare* non possent.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Lucret. 4. 550.*  
Mobilis articulat (*voices*), verborum dædala, lingua,  
Formaturaque labrorum pro parte *figurat. la lingua*  
*e la disposizione che si da alle labbra forma le pa-*  
*role. Id. 2. 412.* Musæ mele, per chordas organici  
quæ Mobilibus digitis exergescat *figurant. Horat.*  
*2. Ep. 1. 126.* Os tenerum pueri balbumque poeta  
figurat. h. e. *informat, instituit. Nazar. Paneg.*  
*Constant. 30.* O si nunc mihi facultas daretur ser-  
monis pro rerum dignitate *figurandi!* — Huc perti-  
net et illud *Prudent. Psychom. 66.* matrona sub  
umbra Legis adhuc pugnauit, dum tempora nostra  
figurat. h. e. *typus et figura* est *uostrorum temporo-*  
rum. ¶ 2. Specialiter est *imaginari, fingere, figura-*  
*rarsi. Curt. 7. 1. 36.* Utinam prudentius esset solli-  
cita pro filio, et non inane quoque species antio  
animo *figurare. Seneca 3. Controv. 17. ante med.*  
Qui in crepidine viderat Mariom, in sella *figuravit.*  
*Seneca alter 2. Ira 35. post med.* Quales ad bella  
excitanda exerant Furie, tales nobis iram *figurauit.*  
*Colum. 6. R. R. 27. 4.* Equæ assida et nimia  
cupiditate figurantes sibi ipsa *veorem. Quintil. 9.*  
*Declar. 6. extr.* *Figurare* potestis, qui tunc animus  
mihi, quæ cogitatio fuerit. *Id. 12. ibid. 7.* *Figura-*  
*re* *eres vultus, decessentem populum, iam pre-*  
*mortuas vires.* ¶ 3. Item *speciation* est *figuris rhe-*  
*thorici exornare. Quintil. 9. 1. 9.* Tam translatis  
verbis, quam propriis, *figuratur oratio. Id. 10. 1.*  
*12.* Plurima mutatione *figuramus.* — Et absolute.  
*Seneca proem. 1. 3. Controv.* *Affectus efficiat*  
movit: *figurabat egregie, preparabat suspiciose. Sic*  
*Plin. 3. Ep. 13.* *Invenire* *præclare, enunciare* ma-  
goisice, *interdum etiam barbari: disponere apte, fi-*  
*garare varie, nisi eruditis, negotuni est.* — *Hinc*  
*Part. præter. pass.*

*Figuratus*, a, um, adjective quæcumque occurrit, et  
est *coformatus, formatu*.

I.) Proprie. *Cic. 2. Nat. D. 63. 159.* Boum ipsa

terga declarant, non esse se ad onus accipendum *fi-*  
*gurata. Id. 5. Fin. 12. 34.* Ita *figuratum (hominis)*  
corpus, ut excellat alius. *Tac. Germ. 9.* *Signum in*  
modum librum *figuratum. Petron. Satyr. 39.* *Ova*  
*figurata ex farina pingui. Scribon. Compos. 46.*  
*Spongæ particula apte forcipe ad amplitudinem ei*  
*patorem narium figurata. Ammian. 29. 5.* *Aciem in*  
*rotundo habitu figuratum opponit.* — *Est etiam*  
*simpliciter figuram habens; eai opponitur liquidus*  
*et flucus, *figurato. Cels. 2. 3. a med.* Venter ei, qui*  
*a periculo tutus est, reddit (excrementa) mollia, fi-*  
*gurata. Adde eund. ibid. 8. ante med.*

II.) Translate. ¶ 1. *Generatim* est *figuris* *dicen-*  
*di exornatio. Quintil. 9. 1. 13.* *Aliam orationem es-*  
*se *ἀρχαγράψιμον*, id est *figuris* carentem, aliam*  
**σχηματίζειν*, id est *figuratam. Id. 8. 1. 1.* Verba *figurata.* *Id. 9. 2. 7.* Simplex est sic rogare: Sed vos qui tandem quibus aut venistis ab oris? *Figuratum* autem, quoties non sciscitandi gratia assuntur, sed instandi etc. *Adde eund. 9. 1. 12.*; et *Macrob. 7. Saturn. 3. Spartan. Sev. 14.* *Pleraque*  
*figurata dicere.* — *Figuræ* *controversie, σχηματί-*  
*ζεῖν*: λόγοι, sunt, in quibus tota oratione dissimila-  
tio adhæret, et causa non aperte et simpliciter,  
sed oblique agitur, et quasi furtum, ut per quam-  
dam suspicionem, quod non dicimus, intelligatur:  
quod sit, quum palam dicere vel tutum non est; vel  
non decet; vel si ea ratione major causa venustas  
ac probabilitas acquiratur. *Hujus rei exemplum volu-*  
*lunt quidam esse Aeschini et Demosthenis orationem*  
*contra et pro Ctesiphonte. Quintil. 9. 2. 63.* et  
*88., 9. 1. 14.* et 5. 10. 70. *Hieronym. Ep. 81. n. 1.*  
*Præfati enim tua ubiq[ue], ino aperte petor. Pote-*  
*ram et ego, qui sepiissime figurates controversies*  
*declinavi, aliquid de vetere artificio repetere, et*  
*tunc te more laudare. Sed absit a me, ut, quod tu te*  
*reprehendo, imiter.* ¶ 2. *Speriatim* *figurata febris*  
apud *Theod. Priscian. 2. 1. ante med.* *opponit*  
*simplici, et videtur esse ea, quæ vulgo a mediis*  
*febre larvæ appellatur.**

*Homonym. V. in fin. v. FIGURA.*

**FILAMEN**, *V. FLAMEN*, *inīs*, m. 3. sub init.

**FILANS**, antis, particip. *ab inīs* destillans. *Translate Fe-*  
*nat. Vit. S. Martin. 3. 112.* *Turgida plaga necem*  
*vomit de vulvere flans.*

**FILATIM**, adverb. *per filia, vel filorum in mo-*  
*dam. Lucret. 2. 828.* *Ut sit, ubi in parvas partes*  
*discerpitur aurum, Purpura puniceusque color clari-*  
*ssimum multo, Filatim quum distractus disperditur*  
*omnis.*

**FILECTUM**, i, n. 2. *V. FILICTEM.*

**FILEX**, icis. *V. FILIX.*

**FILLA**, æ, f. 1. *De Bat. et Ablat. pluralis numeri*  
*V. infra sub I. in fin.* — *Filia* est proles femina, *Συντόκη* (It. *figlia, figliuola*; Fr. *fille*; Hisp. *hija, muchacha, niña*; Germ. *d. Tochter; Angl. a daughter*).

I.) Proprie. *Ennius apud Rusinian. § 37.* *Tua*  
*reconcilietur uxor, mea heretur filia. Ter. Phorm.*  
*4. 3. 40.* *Filiam suam uniram locare. Id. Adelph. 3.*  
*2. 3. Herilis filia. Id. Heaut. 3. 3. 41.* *Filia* adolescentula. *Cic. 2. de republ. 18.* *Numæ Pomillii ne-*  
*pos ex filia rex a populo est Ancus Martius constitu-*  
*tus. Id. Cluent. 64. 179. Despondit ei Aliam suam.*  
*Horat. 1. Ord. 16. 1.* *O matre pulera filia pulerior.*  
*Adde Cæs. 1. B. G. 18., Nepot. Arist. 3., Hamilt.*  
*3. et Att. 19.; Virg. 7. Aen. 52.; Quintil. 3. 11. 6.*  
*et 8. 4. 22.; Justin. 1. 4. 2. et 28. 1. 1.; Flor. 1.*  
*14. 3. et alios frequenter.* — *Filiæfamilias V. in*  
*FAMILIA.* — *Cum apposito virgine occurrit apud*  
*Ter. Adelph. 3. 4. 20.; Curt. 8. 4. 25. et 4. 10. 19.*  
*et Quintil. 9. 2. 70.* *Filia virgo. Sic Cic. 2. de*  
*republ. 37.* *Quam Decimus quidam Virginius virginem filiam — in foro sua manu interemissa.* — *In*  
*Dative plurali habet filiis. Liu 38. 57.* *Hoc Grac-*  
*cho minore ex duabus filiis nuptiam fuisse con-*  
*venit. Adde Ennius apud Priscian. 7. p. 733.*  
*Putsch.; Plaut. Stich. 4. 1. 61. et Poen. 5. 3. 9.;*  
*Auct. B. Alex. 33.; Justin. 7. 3. 3.; et Fronjin. 4.*  
*Strateg. 3. 5.* — *Item filiabus, si distinctione opus*  
*sit, ut in ASINA dictum est. Inscript. apud Grati-*  
*ter. 750. 6. BENE SIT FILIIS, FILIABVS MEIS, QVI ME*  
*BENE COLVERVAT. Quamquam et ubi distinguere non*  
*est opus, filiabus usurpatum legitur. Cato apud Pri-*  
*scian. loc. cit. Dotes filiabus suis non dant. Liu. 24.*  
*26. Cum duabus filiabus virginibus. Adde Senec. 1.*

*Quæst. nat.* 17. sub fin.; et V. *Plin.* apud *Charis.* p. 103. *Putsch.*

II.) Translate. *Horat.* 1. *Od.* 14. 11. Pontica pinus, Silvae filia nobilis. Cf. *Martial.* 14. 90. Non sum crispa quidem, nec silvæ filia (*meipsa*) Mauræ. *Id.* 13. 35. Filia Pieana venio lucanica porca. *Gell.* 13. 8. Eximie hoc atque verissima Afranius poeta de gignenda comparanda Sapiencia opinatus est; quod eam filiam Usus et Memoria dixit. — Versus Afrani sunt: Usus me genuit; matre peperit Memoria: Sophiam vocant me Graji, vos Sapientiam. *Paulin.* *Nolan.* *carm.* 21. 305. posita Gallorum solo Massilia Grajum filia. h. e. cuius cives a Grajis oriundi.

**FILIALIS**, e, aject. ad filium pertinens, ut *Filialis* amor, apud *Augustin.* *serm.* 2.

**FILIASTER**, i, m. 2. privigna, figliastro. Legitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 645. 4., 681. 8. et 682. 9., apud *Murat.* 1135. 1. et 1152. 4., apud *Maff. Mus. Fer.* 319. 2. et apud *Don.* cl. 10. n. 67. Est tamen non probæ nota verbum, seu potius plebis Romanæ proprium. At melioris nota est *Inscript.* in *Giorn. Arcad.* T. 11. p. 45. m. *CLODIO SATYRO ANTONIA FORTVNATA FILIASTRO* suo bene merenti.

**FILIASTRA** vel *filiatrix*, æ, f. 1. privigna, figliastra. Vox ejusdem nota cum precedenti. *Inscript.* non multa tamen nota in *Giorn. Arcad.* T. 8. p. 147. L. *DOMITIVS ETVCHVS FECIT FILIASTRAE PISSIMAE*. *Alia* apud *Murat.* 1958. 6. *VITALIS PATRATER FILIASTRAE SYVA VICTORIAE*. *Alia* melioris nota apud *Henzen.* 6207. q. n. *CLAVDIAE SATVRNINAE FILIASTRAE FLAVI PROCVLI ET CLAVDIAE SYNTYCHES FAYSTVS VERNAS* etc.

**FILIATIO**, ònis, i. 3. *filiazione*, derivatio filii a patre. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 14. ante med. Quoniam etsi Paulus vel Petrus ad hoc pervenissent, nihil le-sus potuerat ab horum filiatione differre.

**FILICATUS**, a, um, (quod et *felicatus* legitur) particip. ab inusit. *filico*, filicis folia insculpta habens, *lavorato a fogliami*. *Cic.* 1. *Parad.* 2. 11. Minus ne gratas diis immortalibus capedines ac filicetis bimulcas facesse, quam filiculas aliorum patetas arbitramur? *Id.* 6. *Att.* 1. circa med. In filicatis lancibus et splendidissimis capistris. *V. Salmas.* ad *Solin.* p. 774. Similiter *Paul. Diaç.* p. 85. 5. *Müll.* Felicata patera dicta, quod ad felicis herbo speciem sit cælata. *V. Winkelmann.* T. 2. p. 80.

**FILICINA**, æ, f. 1. herba eadem, quæ radicibus, apud *Apul. Herb.* 83.

**FILICONES** mali et nullius usus a filice dicti. *Paul. Diaç.* p. 86. 10. *Müll.*

**FILICUTUM** vel felictum, i, n. 2. locus filice ob-situs, felceto. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 8. Locus filicis aliquis frutetis impeditus. *Pattad.* 9. *R. R.* 3. Ex-stirpare possumus carectia atque filicta.

**FILICULÆ** vel felicula, æ, f. 1. *deminut. a fili*, parva filix, herba. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 37. (58). Detrahit bilium polypodium, quanum nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digitæ minimi, acetabulis cæveroosa, cœn polyporum virri, subdulcis, in petris nascent, aut sub arboribus vetustis. Adde *Caton.* *R. R.* 158. ubi *felicula* legitur; et *Colum.* 6. *R. R.* 27. 11. Cl. *Fæc* (Op. cit. vol. 3. p. 395.) hanc exhibet synonymiam: Ηλιοτεῖδος Theophr. de Caus. 2. 23. et *Hist. plant.* 9. 14. et *Dioscor.* 4. 188.; et *Polypodium* *Plin.* loc. cit.; et *Fili-cula* *Apul. Herb.* 83. et *Marcell.* *Empir.* 30. sunt *Polypodium vulgare* L. *Spec. plant.* 1544.

**FILIETAS**, òlis, i. 3. *figliuolanza*, idem ac *filia-tio*. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 14. ante med. Ex quo apparet filietas Salvatoris nostri nullam habere com-missionem ad ceterorum filietatem.

**FILIOOLA**, æ, f. 1. *deminut. a filia*, parva filia, *figliuioletta*, Συγάπτων.

I.) Proprie. *Plaut. Cist.* 4. 1. 12. Crepundia haec sunt, quibuscum tu extulisti filiolam nostram ad necem. *Cic.* 1. *Divinat.* 46. 103. Filiolam suam Tertiam animadvertisse esse tristiculam. Adde *M. Aurel.* apud *Fronton.* ad *M. Cæs.* (edente iterum *A. Mai*) 5. *Ep.* 53.; *Juvenal.* 6. 241.; et *Sueton.* *Tib.* 53.

II.) Translate. ¶ 1. De jurisprudentia. *Cic.* *Mur.* 19. 28. Quoniam mihi videris, hanc scientiam juris, tamquam filiolam osculari tuam. ¶ 2. Dicitur per contemptum de homine imbelli ac molli.

*Id.* 1. *Att.* 14. 5. Totus ille grec Catilina, duce filii Curionis. h. e. C. Curione C. F. ¶ 3. De littoris a Cadmo Ioventis. *Auson.* *Ep.* 7. 52. Nec jam fissipedis per calamis vias. Grassatur Gnidia silex arundinis, Plingens aridula subdita pagine Cadmi filiolis atricoloribus.

**FILIOULUS**, i, m. 2. *deminut. a filius*, parvus filius, *figliuolino*, τακτον. *Cic.* 1. *Att.* 2. 1. Filiole me auctum scito, salva Terentia. Adde *Juvenal.* 6. 390. et 9. 83.

**FILIUS**, ii, n. 2. *Filius* in Vocativo pro *fili* obsoletum est. *Livius Andronicus* apud *Priscian.* 7. p. 741. *Putsch.* Pater noster, Saturni filie. — *Filius*, ratione habita etyma, *Forcellino* videbatur esse a φίλος *fiederatus*, quod a φίλος *amicus*, vel a φύλος *genus*, mutata littera ρ in i, ut sepe alias: *Frates* videtur esse a Græco ρώς *filius*, præposito digammate Φοίλος et inserta l. Ceterum est proles masculina, genitus (It. *figlio*, *figliuolo*; Fr. *sils*, *enfant*; Hisp. *hijo*, *niño*, *muchacho*; Germ. d. *Sohn*; Engl. a. son).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 13. *Müll.* Extremo acceptum me necato et filium. *J. Fähnen.* leg. *acceptam* — et *filiam*. *Ter. Adeiph.* 4. 3. 73. Quid hoc est negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse? *Id.* *Heaut.* 1. 1. 41. *Filium* unicum adolescentulum habeo. *Id.* *Phorm.* 2. 1. 23. *Phædria*, mei fratris filius. *mio nipote*. *Cic.* 3. *Nat.* D. 38. 90. Ut condemnaretur filius aut nepos, si patet aut avus delinquisset. *Id.* 2. *Fin.* 18. 58. Sex. *Pedicæus*, cui hunc nostrum reliquit, effigiem et humanitatis et probitatis sue filium. *Id.* 2. de re-publ. 19. Quum de matresfamilias Tarquinensi duo filios procreavisset. *Horat.* 3. *Od.* 27. 68. *Venus* et remisso filius arcu. h. e. *Cupido*. *Quintil.* *procœm.* 1. 6. *Filios* eniti. *Id.* 4. 2. 42. educare. Adde *Ne-pot.* *Ages.* 1. *Dion.* 2. et *Att.* 7.; *Quintil.* 11. 2. 15. et 9. 2. 85.; *Justin.* 38. 8. 13.; *Plin. Paneg.* 89.; *Flor.* 1. 14. 2. et alios frequenter. — *Cic.* *Dom.* 14. 36. Qui filii tidi loco per statem esse potuit. *Id.* *post reddit.* in *senat.* 15. 37. Frater, qui in mea pietate filius, consilii parens inventus est. *Id.* *Dom.* 14. 37. Adoptare sibi aliquem filium. et *ibid.* Aliquem filium instituere *eodem* sensu. — *Filius-familias* V. in *FAMILIA*. — Cum apposito nomine propr. *Cic. Amic.* 1. 3. Cum altero genero C. Fan-nio Marci filio. *Nepos Att.* 1. C. Marius filius. *Sulpic.* *Sev.* 2. *Dial.* 23. Antiocho filio intersecto. — In quibusdam *Inscriptionibus* optime nota sigla *F.* vel *Fil.* vel integra vox *Filius* iteratur, ut neque illæ, cuius invenio ibi feret, a patre, vel ab alio aliquo distinguetur, qui codem prænomine, nomine et cognomine prædictus esset. Hinc *Inscript.* apud *Catalanum*, *Antich.* *Firmian.* p. 39. L. *PAPIRII* C. F. *LEM.* *ADOPTAT.* F. *Alia* apud *eum*. *ibid.* L. *SCRBONIVS* L. F. *LIBO PATER*, L. *SCRIBONIVS* L. F. *LIBO FIL.* *Alia* apud *eum*. *ibid.* M. *LAEVIVS* T. L. *DIONYSIVS* hoc *MONVENTUM* FECIT M. *LAEVIVS* M. F. *PAL.* *NIGRO* filio suo. — De filio naturali V. in *NATURALIS*.

II.) Translate. ¶ 1. *Filius* interdum usurpat ad allicujus originem significandam. Sic *terræ filius* dicitur is, cuius pater genusque ignoratur, ignobilis, obscures: terra enim communis omnium parens est. *Cic.* 1. *Att.* 13. 4. Et huic *terræ filio* nescio cui committere episodiom tantis de rebus non audeo. Adde *eum*. 7. *Fam.* 9.; et *Pers.* 6. 59. — *Cette* autem *filius* dicitur, qui in lupanari a meretrici conceputus est, cella enim est meretricum cubiculum, in quo prostabant: F. *CELLA*. *Fronto* ad *Antonin.* *imp.* 12. *Abriperc* (*hereditatem*) *terræ*, ut dicitur, immo cellæ filios? ita pro tc præ ut *legendum* videtur. — *Contra celli filius* de admirabilis ac nobili viro dicitur. *Lactant.* 1. 11. ex *Mincio Fel.* *Saturnum*, quum fugatos esset a filio in Italianum venisset, Cæli filium dictum, quod soleamus eos, quorum virtutem miremur, aut repentina advenierint, de cælo cecidisse dicere: *terræ autem*, quod ignotus parentibus natos, *terræ filios* nominemus. Eadem habet *Tertull.* *Apolog.* 10. — *Fortunæ filius* dicitur, cui omnia ad votum succedunt, fortunato. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 49. Eodem sensu dicitur aliae *gallinæ filius* a *Juvenal.* 13. 141. — A pud *Catull.* *carm.* 37. 18. *Celtiberæ filius*. h. e. *incola*, *civis*, *natione* *Celtiberi*. — *Castrorum filius* appettari voluit *Caligula*, teste *Sueton.* *Cal.* 22., quia a puero in castris educatus fuerit: F. *CALI-GUIA* in *ONOM.*; quemadmodum nonnulla Augu-

storum uxores dicta fuerunt castrorum matres: V. *MATER*. ¶ 2. Aliquando et pro liberis *fili* dicuntur. *Quintil.* 9. 3. 63. Συγένεψεν jungit et di-versos sexus, ut quam marem seminamus filios di-cimus. Adde *eum*. 3. 8. 51. *Gell.* 12. 1. Quo vin-culo parentes cum filiis natura consociat. ¶ 3. Di-citur, sed raro admodum, de brutis animalibus. *Co-lum.* 6. *R. R.* 37. 4. Ejusmodi admissarius nepoti-bus magis, quam filiis, utilior est. ¶ 4. Per peri-phrasin *Plaut.* *Bacch.* 2. 3. 74. *Medicorum filius*. h. e. medicus. Alii tanen aliter omnino legunt.

**FILIX** vel *flex* vel *felix*, *icis*, f. 3. *felce*, πτεριζ.

I.) Proprie herba est, de qua ita *Plin.* 27. *Hist. nat.* 9. 55. Filicis duo genera nec florem habent, nec semina. *Pteris* Græci vocant, cujus ex una radice complures exerunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore: hanc ma-rem existinant. Alterum genus *Thelypteris* Græci vocant: est autem singularis atque non fruticosa, brevir molliorque et densior, foliis ad radicem canaliculata. Folia utiusque lateribus pinnata: radices longæ in obliquum, nigrae, etc. *Virg.* 3. *G.* 297. Glicumque manipulis *Sternere humum*. *Id.* 2. *ibid.* 189. *Filix* invisa aratris. *scil.* quia radicibus remo-ratur. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 37. Neglectis urendis filix innascitur agris. Adde *Colum.* 2. *R. R.* 2. 13.; *Pallad.* 6. *R. R.* 3. 3. et 2. *ibid.* 9. 3.; *Scribon.* *Compos.* 136. et 140.; et *Isid.* 17. *Orig.* 9. *Paulin.* *Nolan.* *carm.* 1. 1. Sume ligitur pastas dumoso in rure volucres, Quas latitans filicis sub tegmine callidus aucepis etc. Cl. *Fæc* (Op. cit. vol. 3. p. 449.) hanc exhibet synonymiam: I. Βλῆσην Nicandr. de Ther. v. 39. Βλάχην Phan. in Athen. 2.; Πτεριζ, et εἰ δι θλήχουν, et εἰ πολύριζην Dioseor. 4. 188.; *Pteris* seu *blechnon* Plin. loc. cit.; et *Avia?* Cels. apud *Colum.* 6. *R. R.* 14. 3. sunt *Polypodium* *Filix* L. Spec. plant. 1551. — II. Θλυπτεῖς, εἰ τὸν ψηφαῖς πτεριζοῦσιν Bioscor. 4. 187. et *Thelypteris* seu *nymphaea* *pteris* Plin. loc. cit. sunt *Polypodium* *Filix* *femina* L. Spec. plant. 1551.

II.) Translate de pilis circa virorum genitalia na-scentibus usurpat *Pers.* 4. 41. Non tanen ista filix ullo mansuescit aratro.

**FILUM**, i, n. 2. *Etiā filus*, i, m. usurpatum ali quando fuisse, testatur *Arnob.* 1. 59. — Quod ad etymon attinet, *Varro* 5. *L. L.* 113. *Will.* *Filum*, quod minimest *bilium*, id enim minimum est in vestimento. *Isid.* 19. *Orig.* 29. *Fila dicta*, vel quia ex pilis animalium sunt, vel quia laus filium filiis tenibus constat in modum pilorum, id est quasi filorum. Haec *Isid.* Sunt etiam qui *filum* ex *fixillum* dicunt autem, ut *velum* pro *verxillum*, quippe quo conservit et configit vestimentum. Denique re-centiores plerique, ratione habito etyma, *filum* con-jungendum putant cum *fiba* et *simbra*. — Ceterum *filum* est quod ex *lino* lanave trabeudo duratur; itemque aliud quilibet huius simile, *vīx* (It. *fit*; Fr. *fil*; Hisp. *hilo*; Germ. d. *Fäden*; Engl. a. *thread*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — a) Stricto sensu de lin. lanæ etc. *filo*. *Virg.* 6. *Æn.* 30. cæsa regens filo vestigia. *Cels.* 7. 16. *Filum* in acum conjicer. *Ovid.* 4. *Met.* 36. levi deducunt pollice *filum*. Sic *Id.* 1. *Amor.* 14. 7. pede dedugit arenae *filum*. *Martial.* 6. 3. *Fila* trahere. *Ovid.* 6. *Met.* 24. inti-pere *fila*. h. e. *telam*. *Id.* 3. *Art.* am 445. *toga* *filo* tenuissima. di drappo fino. *Id.* *ibid.* 267. pleno ve-lamina *filo*. di panno grossio. *Id.* 6. *Met.* 68. len-tum *filis* immittitur aurum. s' intesse. *Poplic.* *Aurel.* 45. Absit, ut auro *fila* pensentur. — b) De re quaque subtili et filo simili. *Ennius* apud *Non.* p. 116. 6. *Merc.* Deducunt habiles gladios *filo* graci-ento. *Lucret.* 3. 384. aranei teniua *fila*. *Ovid.* 15. *Met.* 372. solent canis frondes intertere *filis Agre-stes lineæ*. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 22. (98). *Filum* aureum commissuris omnibus politi lapidis subjetit artifer. un *fileto* d'oro. Cl. *Capitolin.* *Pertin.* 8. *Vestis aureis* *filis* insignior. *Juvenal.* 3. 286. vel breve lumen *Candela*, cujus dispenso et tempore *filum* h. e. *funiculum*. — c) A Poetis sepe dicitur de stamine vitæ, quod nere Parcas fabulantur. *Horat.* 2. *Od.* 3. 15. Dum res et ætas et sororum *Fila-trum* patiuntur atra. *Virg.* 10. *Æn.* 815. extrema que Lauso Parcae *fila* legunt. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 63. tibi nascenti Nerunt fatales fortia *fila* deæ. Adde *eum*. 6. *Fast.* 737. *Id.* *Heroid.* 12. 3. quæ dispen-

sunt fatalia filia sorores, Debuerant fuso evoluisse meos. *Id. ibid.* 15. 82. ita nascenti legem disere sores: Nec data sunt vita filia severa meæ. h. e. mores severi. *Id. 2. Met.* 653. Teque ex æterno patientem numina mortis Efficient; triplicesque deæ tua filia resolvent. *Id. 5. Trist.* 10. 45. O duram Lachesis, que tam grave sidus habent! Fila dedit vita non breviora meæ! *Martial.* 11. 36. rupta sororum filia. h. e. vita amissa. *Id. 10. 5.* Et quum supremæ filia venterint horæ. *Sil. It.* 4. 28. Grandevi senes ducentes ultima filia. *Inscript.* apud *Gruter.* 690. 5. SIC ETENIM DVXER OLM PRIMORDIA PARCAB ET NEVERE SUPER YOBIS VITALIA FILA. — d) Pendere filo vel tenui filo, h. e. in summo discrimine versari, proverb. *Ennius* apud *Macrobi.* 1. *Saturn.* 4. Hac nocte filo pendebit Etruria tota. *Ovid.* 4. *Pont.* 3. 35. Omnia sunt hominum tenui pendentes filo: Et subito casu, que valuerit, ruunt. *Val. Max.* 6. 4. 1. Quum admodum tenui filo suspensa reipublicæ salus et sociorum fide peaderet. Cf. *Ammian.* 14. 5. A principiis salute, velut a filio, pendere statum orbis terrarum. ¶ 2. Speciatim filum dicunt velamen capitii flaminis. *Paul. Diaç.* p. 23. 2. *Müll.* Apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt. *Liv.* 1. 32. Legatus capite velato filo (lana velamentum est): Audi, Juppiter, inquit, etc. *Tibull.* 1. 5. 15. ipse ego velatus filo vota novem Triviae dedi.

II.) Translate. ¶ 1. A Poetis, et a sequioris ævi scriptoribus dicitur de iis omnibus, que filii similitudinem referunt. Sic — De fidibus. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 60. Tractat inaurate consona filia lyrae, le corde. *Id. 5. Met.* 17. digitis morientibus ille retentat filia lyrae. Sic 10. *ibid.* 89. Gla sonantia movit. Adde eund. 5. *Fast.* 106.; et *Val. Flacc.* 1. 409. — De liebarum laciniis. *Ovid.* 1. *Fast.* 342. filia croci. Sic *Plin.* 21. *Hist. nat.* 5. 11. (23). Tenui filo stantibus in medio crocis. *Siliq.* vero legit pilo: V. ibi adnotata et v. *PILUS. Martial.* 11. 52. porris filo resecta suis. *Id. 13. 57.* fili oleris. *Colum.* 10. R. R. 375. asparagi corruda simillima filo. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 6. 16. (30). Foliorum exilitas usque in filia attenuata. *filamenti.* — De aliis rebus laciniiosis. *Id. 11. ibid.* 15. 15. (39). Mel thymosum non coit, et tactu præteoulo filo mittit. Et de nervis/h. e. ossium ligamentis *Veget.* 6. *Veterin.* 3. *Schneid.* A mediis naribus per caput, cervicem ac medianum spinam, usque ad imum muscarium, descendit filum duplex, quod continet pedes duodecim. *Id. 5. ibid.* 17. 4. Sed si exoram ejerit emoveritur, quod a mulomedieis dicitur filum læsasse, certior et facilius curatio. — Et de linea (ut est linea margaritarum, un filo di perle, V. *Scevolae* et *Ulpiani* loc. in *LINEA. Inscript.* apud *Henzen.* 6141. SIGN. ARG. VII. ET IMAGINE EX AVRI P. II. ET FILA II. EX CYLINDRIS N. XXXIII. AVRO GLVS. T. P. I. — De hamo piscatorio *Claudian.* de torped. 20. Emicat horror aquis, et pendula filia secutus Transit arundineos arcane frigore nodos. ¶ 2. Aliquando dicitur de figura et textura cujusque rei; itemque de hominum linearimentis, figura, fatteze. *Lucret.* 5. 573. Forma quoque hinc solis debet filumque videri, Nil adeo ut possis plus aut minus addere vera. *Id. ibid.* v. 581. omnia, que longe sencta tuemur Aera per multum, specie confusa videntur. Quam minui filum. *Id. 2. 341.* Debent nimurum non omnibus omnia prorsum Esse pari filo similique affecta figura. *Id. 4. 85.* formarum vestigia certa, Quæ vulgo volvaret subtilli prædicta filo. *Plaut. Merc.* 4. 4. 15. Satis scitum filum mulieris. *Petrion. fragm. Tragur.* 46. *Burmann.* Ingeniosus est et bono filo. h. e. bona specie, bene habitus. *Gell.* 1. 2. Mores naturasque hominum conjectione quadam, de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu scissicari. *Id. 14. 4.* Forma atque filo virginali, aspectu vehementi etc. *Apul.* 4. *Met.* Virginem filio liberali. *Ammian.* 14. sub fin. Fuit forma conspicuas bona, decente filo corporis. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 7. filia senecte. Adde *Apul.* de deo *Socrat.* *Arnob.* 6. 13. Filum capitii prostituti Cythereia in simulacra traducere. ¶ 3. Sæpe dicitur de texture verborum ac stilo, tessitura, stile. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 225. tenui deducta poemata filo. Cf. *Colum.* 10. R. R. 228. gracili conectere carinina filo. *Cic.* 3. *Orat.* 26. 103. Primum silva rerum ac sententiarum comparanda est: hæc formanda filo ipso et genero orationis, illuminanda verbis, varianda sententias. *Id. 2. ibid.* 22. 93. Omnes etiam tum retinebant il-

lum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo. *Id. 9. Fam.* 12. Oratiunculan pro Dejotaro tibi misi, quæ velim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magno opere dignam. Sed ego hospiti veteri et amiro munuscum mittere volui levidense, crasso filo. h. e. stilo tenui et nihil elaborato, ut vestes, quæ crasso filo texuntur. Nam ut *Id. sicut Orat.* 36. 124. Si tenues cause, tum etiam argumentandi tenui filum et in dicendo et in refelendo. *Id. Anic.* 7. 25. Sed aliud quoddam filum orationis tuæ.

**FILUS**, i. m. 2. *V.* voc. præced. init.

**FIMBRÍE**, arum, f. plur. 1. Singularis numeri, quo *Forcellinus* hanc vocem effert, nullum adhuc existat exemplum. — Fimbriæ, *Dúravos*, *xáortébōv*. sunt extremitates vestis, alias rei, præsertim si incisuras habeant (It. orlo, fimbria, extremity; Fr. frange, extrémité, bout, bord; Hisp. franja, ribete, galón de oro, oro; Germ. die Fasern, Fransen, d. äussersten Theile, bes. am Gewande; Engl. the border, hem, guard or welt of a garment, a fringe, flounce, the extremity). Occurrit — a) Sæpissime de vestibus. *Varro* 5. *L. L.* 79. *Müll.* Antiqui fibrum dicebant extrellum: unde in sagis extrema, fimbriæ. *Paul. Diaç.* p. 90. 4. *Müll.* ferunt eadem habet. *Cels.* 2. 6. Mors denunciatur, si quis in febre, aut acute morbo, ut in insania pulmonis dolore vel capititis, in veste floccos legit, fimbriasse diducit. Ita in secunda editione legendum *Targa* putat. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (171). Jam signa Italia: in furoris morbo risum, sapientiae vero ierititudine fimbriarum curam et stragulae vestis placentur. *Apul.* 11. *Met.* Palla ad ultimas horas noldulis fimbriarum decoriter confluctabat. Adde *Petron.* *Satyr.* 32. — b) De capillorum cincinnis. *Cic. Pis.* 11. 25. Erant illi compiti capilli, et mandantes cincinnorum fimbriæ. — NB. De cognom. Rom. *F. ONOM.*

**FIMBRIATUR. V. FIGULATURIT.**

**FIMBRIATUS**, a, um, particip. ab inusit. fundrio, fimbrias habens, lacinosus, orlato, fimbriato, confrangia, *Dúravtos*. *Sueton. Ces.* 43. Usus est lato clavo ad manus fimbriato. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 53. (92). Urtica caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. *Id. 18. ibid.* 7. 10. (53). Mili coœ granum complexæ, fimbriato capillo curvantur. *Id. 25. ibid.* 5. 21. (48). Radix cœparum modo fimbriata. *Apul.* 8. *Met.* Flagrum contortis tenuis lanosi velleris prolixè fimbriatum.

**FIMETUM**, i. n. 2. sterquilinium, quo sumus congeritur, letamatio, *xotpov*. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 9. 8. (57). Fimeta sub dio, concavo loco, et qui humorem colligat. Adde eund. 24. *ibid.* 19. 110. (171). et 10. *ibid.* 54. 75. (153).

**FIMUM**, i. m. 2. *V.* voc. seq. init.

**FIMUS**, i. m. 2. Recensor forma est sumum, i. n., quam *V.* infra sub 1. b. — Fimus quoque neutræ genere usurpsæ videtur *Seren. Sammon.* v. 605. Sive palumborum capitii sumus acre ferorum. Nisi fortasse legendum antiquorum more sumum acre. — Carere plurali numero docent *Diomed.* 1. p. 314., *Phocas.* p. 1708. et *Beda de Orthograph.* p. 2332. *Putsch.* — Fimus, *xotpōs*, sunt excrementa animalium, quibus agri sterco: videtur esse a *Donpx suffimentum*; inde etiam sumus (It. letame, sterco; Fr. fumier, engrais, excrements; Hisp. estiercol, excremento; Germ. Mist, Dinger; Engl. dung, ordure, compost).

1.) Proprie. — a) Masculino genere. *Liv.* 38. 18. Fimo bubulo pro lignis utuntur. *Virg.* 1. G. 80. arida tantum Ne saturare sumo pingui pudeat sola. *Colum.* 2. R. R. 14. 4. Asinus bene consecutum atque idoneum protinus arvo sumum reddit. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 9. 23. (78). Palumborum sumus articulorum doloribus illinitur. *Id. 28. ibid.* 17. 71. (235). Caprarum sumus sine cicatrice sanare dicitur. *Id. 30. ibid.* 9. 23. (76). Sumus pecudum. — b) In feminino genere. *Apul.* 7. *Met.* in fin. Liquida sumo strictum egesta. Ita *Elmenhorst.*, at *Oudendorp.* melius leg. liquido f. s. egesto. — c) Neutro genere. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 48. (174). Sumum asini recens cum rosare instillatur. *Id. 29. ibid.* 5. 32. (101). Prodest et sumum gallinaceum, dumtaxat rufum ex accepto impositum. Adde *Seren. Sammon.* 721. At *Silpig* neutro gen. legit etiam illa *Plinii*, que allata sunt sub a.

II.) Translate de luto. *Virg.* 5. *Æn.* 332. pronus

in ipso Conclit immundoque sumo sacroque cruce. Adeo enim. *ibid.* 358.

**FINÁLIS**, e, adjec. ¶ 1. Est ad fines pertinens, attenente ai confini, *πέριγμα*. *Papiniān.* *Dig.* 10. 1. 11. In finalibus questionibus vetera monumenta et census auctoritas sequenda est. h. e. quæ de agri in finibus instituuntur. Adde *Callistrat.* *Dig.* 47. 21. 3. et *Sidon.* 8. *Ep.* 14. *Ammian.* 15. 4. Finale libramentum. *Al. leg. fune.* *Cassiod.* 3. *Varian.* 52. Finalis contentio. ¶ 2. Item ad fines pertinens, finale, τελικός. *Macrobi.* 2. *Sorn.* *Scip.* 5. ante med. Terram dividit orizon, idest finalis circulus. *Donatus ad Ter. Eun.* 5. 5. 18. *finalem causam* vocat controversiam status finitivi. *Augustin.* 19. *Civ.* D. 4. extr. Finalis beatitudo. *Id. ibid.* 11. pat.

**FINÁLTAS**, atis, f. 3. desinencia, terminatio; occurrit enim tautum in re grammatica. *Eulyches proem.* apud *Putsch.* p. 2143. Opusculum hoc ad discernendas pertinent conjugationes duobus libellis inclusi: quorum prior observationibus instrutor generalibus, alter indicio finalitatis speciales excutit regulas. *Sennius ad Virg.* 1. *Æn.* 116. *Ibi* et ubi naturaliter breves sunt, sed ratione finalitatis plerumque producuntur in verso. Cf. *Gramm. incert.* p. 162. *Eichens.* Que participia et finalitatem solidam verborum et significacionem amiserint.

**FINDO**, findis, fidli, fissum, findere, a. 3. De Praeter. hæc habet *Priscian.* 10. p. 890. *Putsch.* Findo quoque fidi facit: licet quidam fisi putaverunt. Deinde affert exempla de diffindo. — Part. *Findens* I. 1.; *Fissus* I. 1. et II. et in fin.; *Findendis* I. 1. — Ratione habita etym. juxta *Forcellinum* findere est ab inuisit. Idem, ex quo Latinus *idem*, deinde fido cum F digammate nempe *Aolio*, unde est etiam dividio; et significat scindere, diffidere, sperire, dividere, *σχίζω* (It. fendere, spaccare; Fr. fendre, s'parer, diviser; Hisp. fender, dividir, rajear; Germ. spalten, zerspalten, zertheilen, trennen; Engl. cleave, cut, split open, sever, divide).

1.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 2. *Legg.* 3. 6. Ventum in insulam est: hor eam quasi rostro finditur Fibrenus et divisus qualiter in duas partes latera hæc alluit. *Virg.* 10. *Æn.* 295. inimicam findit rostris Hanc terram, sulcunque sibi premat ipsa carina. *Horat.* 1. *Od.* 1. 11. patrios findere sarculo agros. *Ovid.* 2. *Art. am.* 671. vomere findere terras. Cf. *Claudian.* 1. in *Eutrop.* 112. rura finduntur vomere. Et de re, quæ fieri nequit, *Ovid.* 1. *Trist.* 8. 3. findere cælum aratum. Ceterum *Propriet.* 3. 9. 35. findere mare carina. solcare londe navigando. *Id.* 3. 3. 2. Et freta gemmiferi findere classe maris. *Ovid. Heroid.* 16. 32. fretum carina. Cf. eund. 1. *Trist.* 3. 3. 105. Nos taumen Ionium non nostra findimus æquor Sponte. h. e. navigamus, solchiamo. *Sil. It.* 14. 381. alius cœrula findit. Similiter *Ovid. Heroid.* 19. 207. Spes tamen est fractis vicina pacis in undis: Tam placitas tuto pectora finde vias. fendi l'acque mutando. Et *Id.* 4. *Met.* 666. Et liquidum motis talaribus aera findit. fende faria volando. *Horat. Epod.* 13. 13. Assaraci tellus, quæ frigida parvi findunt Scamandri flumina, lubricus et Simois. h. e. interfluent, intersecan. *Virg.* 2. G. 353. biunc siti findit Canis astifer arva. *Cels.* 8. 4. ante med. de calvaria fracta. Solet etiam evenire, ut altera parte surcit ictus, et os altera fiderit. *Id.* 8. 3. extr. Potest evenire, ut ex ictu neque findatur os, neque fringatur, sed summum tamen collidatur et aspereturque. *Id.* 7. 26. n. 3. Si quando autem calculus major non videtur, nisi rupta cervice extrahi posse, findendum est. *Curt.* 8. 9. Ganges findens ripas, multas arbores cum magna soli parte exsorbet. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 45. (160). Specularis lapis finditur in quilibet tenues crustas. *Id.* 6. *ibid.* 26. 30. (120). Ubi eum (*Euphratēm*) diximus findi. *Quintil.* 11. 3. 21. Finditur etiam spiritus obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aque. Cf. *Stat.* 12. *Theb.* 2. 5. de tauri. Nunc pede torvis humum, nunc cornibus aera findit. *Id.* 3. *Silv.* 1. 155. nobilia disco findunt. *Ammian.* 16. 12. Luricæ gladiis findebantur. *Virg.* 6. *Æn.* 540. Illic lucus est, partes ubi se via findit in ambas. *Id.* 2. G. 78. enodes trunei resecantur, et alte finditur in solidum cuneis via. — Part. praeter. pass. *Lucret.* 4. 683. fissa ferrarum ungula. Sic *Sueton. Ces.* 61. Equus uugulis fissis la modum digitorum. *Virg.* 9. *Æn.* 413. Fissum lignum. *Ovid.* 4. *Met.* 65. Paries fissus tenacissima. *Id. ibid.* 585. Lingua fissa in partes duas.

*Cels.* 8. 10. Ferulæ fissæ circumpositaque ossa in sua sede contineant. *Id.* 8. 3. Quæ fractæ, fissa, forata, collisa sunt. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 27. 43. (253). Fissa radice inditur lupis. *Vat. Flacc.* 1. 479. de nave, fissaque fluctu. Vei pice vel mollii conducere vulnera cera. ¶ 2. Latiori sensu *fundi* aliquando est præ ira rumpi. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 17. Cor meum et cerebrum, Nicobule, funditur, istius hominis ubi sit mentio. *Pers.* 3. 8. turgescit vitrea bilis: Fundor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. *crepo di rabbia.* *Ovid. Medic.* fac. 39. Marsis funduntur canibus angues. si fanno crepare.

II.) Translate. *Horat.* 4. *Od.* 11. 15. Ilus tibi sunt asenda, Qui dics mensem Venetis marinae Findit Aprilem. dividit in due parti. *Prudent. Psychom.* 760. fissa voluntas Confundit variis arcana bifornia fibris. — Hinc à Part. prætr. pass., cuius multa superius exempla retulimus,

Fissum, i. n. 2. absolute, substantivorum more, est fissura, fessura, fesso. — a) Generatim. *Cels.* 7. 30. Si qua fissa in aua vetustate induruerat junque callum habent. *crepature, paryades:* fissuras aai diutinas *Scribon. Compos.* 223. vucat. *V. RHAGADES;* et addit *Cels.* 5. 20. — b) Speciatim. *fissum* *jecoris* apud haruspices est scissura et divulsura, qua jecor in duas partes, seu *λεῖσον*, dividitur, quarum unam familiarem dicebant, hostilem alteram: *V. FISSICULO* et *FAMILIARIS.* *Cic.* 1. *Divinat.* 52. 118. Non placet Stoicis, singulis jecorum fissis, aut avium cantibus interesse Deum. *Id.* 3. *Nat. D.* 6. 14. Fissum jecoris. *Id.* 1. *Divinat.* 10. 16. Quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio: quæ causa sit, nescio. *Id.* 2. *ibid.* 13. 32. Fissum familiare et vitalitate tractant.

Homonym. Ratione habita etyma *fundere* coniungit cum v. *dividere*; utrumque enim est a vidisse ab Etrusco *ido*: unde *Horat.* 4. *Od.* 11. 15. *Idus* tibi sunt agende, Qui dies mensem Venetis marinae Findit Aprilem. Sic *Id.* 1. *Ep.* 17. 49. Et mihi dividuo fundetur munere quadra. Confer et locum *Cic.* 2. *Zegg.* 3. 6. supra cit. sub I. *Nihilominus* *fundere* differt a v. *dividere*, quod *fundens* physica ratione agit; *dividens* autem mathematica: *fundens* instrumento aliquo vel manu corpus aliquod in minuta et varia frusta secat; *dividens* superficiem vel numerum in partes, quibus componuntur, dissolvit. Hinc *Horat.* 1. *Od.* 1. 11. *Findere* sarculo agros. *Ovid.* 2. *Art. am.* 671. *Findere* vomere terram. *Cato R. R.* 41. Vitem medium diffindito per medullam. (et translate *Varro* 1. *R. R.* 2. Estivo die si nos diffindere in meo insitio somno meridie, vivere non possem.). *Contra Cœs.* 3. *B. G.* 2. Vicus in duas partes flumine dividitur. *Auct. B. Afr.* 17. Dividere aliquid medium. (et translate *Horat.* 1. *Sat.* 1. 93. si hunc liberta securi Divisit medium). *Lucan.* 5. 495. Dividere aliquid ex æquo. *Cic.* 5. *Tusc.* 13. 40. Bona dividere tripartito. *Id.* *Orat.* 33. 117. Dividere et partiri genus universum in species certas. — Præterea *findere* et *diffindere* a v. *scindere* et *discindere* differt: quia *findens* rigida corpora, ut puta ligna, lapides etc. in partes secat ratione habita naturalium, quibus constant. commissurarum; *scindens* autem solida quæque corpora, h. e. non modo ligna, lapides etc., rerum etiam vestem, comam et similia, nulla ratione habita commissarum nulloque consilio laniat ac discerit. *Cic.* 1. *Divinat.* 13. 23. Fingebat Carneades, in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput existuisse Panisci. *Cf. Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 45. 160. Speciarum lapis - faciliori inulto natura finit in qualibet tenues crustas. *Contra Cic.* 1. *Divinat.* 17. 32. Cotem in comitium allatum - no vacula e-se discessam. *Id.* 5. *Fam.* 20. Hanc epistolam cur non scindvi velim, nulla causa est. *Colum.* 2. *R. R.* 17. 1. Pecora majora demergunt unguis, et alterunt scinduntque radices herbarum. — Si quando tamet hæc duo quocumque modo junguntur, verbum *scindere*, quod latius patet, præstutur. *Virg.* 1. *G.* 144. primi cuneis scindebant fissile lignum. *Id.* 6. *Æn.* 181. cuneis et fissile robur Scinditur. *Cf. Plin.* 36. *Hist. nat.* 17. 27. (131). *Sarcophagus* lapis fissili venæ scinditor.

FINGIBILIS, e, adject. qui singi potest. *Cœl. Au-*  
el. 1. *Tard.* 4. n. 104. Aurum tiuitus, vel præ-

FINGO, singis, finxi, factum, fingere, a. 3. Part. *Fingens* 1. 2.; *Factus* 1. 2. et 3. et in fin.; *Fingendus* 1. 1. et 2. — Ratiōne habita etyma, justa *Formellum* est a *çp̄yvw* stringo, premo, in solidum cogo; unde et *figitus*, qui nempe tenuem ac liquidam fere materiam compingit: justa recentiores vero (V. *Döderlein.*, *Latin. Synonym.* vol. 1. p. 160.) *singo* ab etymo *sig* vel *fic* conjugendum est cum etymo *fac* verbi *facer*. Ceterum fingere est facere, figurare, formare, fabricari, *πλάττω* (It. fare, formare, dar forma; Fr. former, façonner, donner une forme; Hisp. formar, labrar, dar forma; Germ. gestalten, bilden, formen, versetzen, machen, darstellen; Angl. to form, fashion, shape, make).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 27. 87. *Ese aliquam vim, quæ flexerit, vel, ut verbo utar, fabricata sit hominem: quals ista fabrica est?* *Id.* 1. *Orat.* 25. 115. Sunt quidam ita nature moneribus in iisdem rebus habiles, ut non nati, sed ab aliis deo fieri esse videantur. *Sall. Cat.* 1. *Quæ (pecora) natura prona atque ventri obedientia finxit.* *Cic.* 2. *ibid.* 6. 23. *Quemadmodum volueres videmus fingere et construere nidos.* Cf. *Ovid.* 1. *Fast.* 157. ignotaque prodit hirundo; Et luteum celis sub trabe singit opus. *Rursus Cic.* 1. *Off.* 44. 137. Ut apum examina non fingendorum favorum causa congregantur; sed, quoniam congregabila natura sint, singunt favos. Sic *Colum.* 9. *R. R.* 15. 7. *de apibus.* *Suum quæque plumb morem figurandi ceram singendique servant.* *Sueton. Aug.* 4. *Fingere manibus fariaam.* *Scribon. Compos.* 90. et 130. *pastillos.* *Id. ibid.* 138. *pillulas.* *Cic.* 1. *Orat.* 28. 127. Non queritur mobilitas linguae, non celeritas verborum, non denique quæ nobis non possumus singere, facies, vultus, sonus. *Ovid.* 14. *Met.* 685. *de Vertumno.* *formisque apte fingerunt in omnes.* *Colum.* 6. *R. R.* 36. 1. *Quorum (feminae et maris) si alter alteri nou est idoneus, labat etiam quod ex duabus singitur.* *Spartian. Hadrian.* 24. *Fingere inferos.* h. e. *templum inferis diis.* ¶ 2. Speciatim est manu artificiose formare, rem vera imitatione exprimere, et særissime usurpatur de sculptoribus, pictoribus similibusque artificibus. *Cic.* 6. *Verr.* 13. 30. *Cibyatae sunt fratres quidam Tlepolemus et Hiero: quorum alterum fingerere opinor e cera solitum esse, alterum esse pictorem.* *Id.* 1. *Nat. D.* 26. 71. Hoc intelligerem quale esset, si id in ceris fingeretur aut fictilibus figuris. Cf. *Justin.* 36. 4. *Ceris singendis et ære fundendu proculdoque oblectabatur.* *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (151). *Fingere similitudines ex argilla.* Et per ironiam *Cic. Pis.* 25. 59. *Ilic homullus, ex argilla et luto fictus Epicurus.* *Ovid.* 2. *Trist.* 489. *fingerere pocula de humo.* *Lamprid. Commad.* 1. *caries.* — *Cic.* 5. *Fam.* 12. 7. *Alexander ab Apelle potissimum pingi et Lysippo singi volebat. et ibid. Picta, aut facta imago. ritratto in pittura o in istatua.* *Id.* 3. *Orat.* 7. 26. *Una singendi est ars, in qua præstantes fuerunt Myro, Polycletus, Lysippus;* una est ars ratioque picturæ. *Quintil.* 5. 12. 21. *Corpora speciosissima pingendo pingendove effliscere.* *Id.* 3. 9. 9. *Nec pingere quisquam, aut fingere coepit a pedibus.* *Sueton. Ner.* 53. *Studium pingendi singendique.* Cf. *Ammian.* 24. 8. *Nec apud eos pingitur vel singitur aliud præter varias caderet et bella.* Adde *Macrobi.* 2. *Saturn.* 2. ubi *fingerere* et *pingere* ambigue dicta occurrant. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 264. *Fictus vultus in pejus. ritratto malamente.* ¶ 3. 1. tem speciatim, præcipue apud Poetas, ponitur pro componere, excolare, ornare, capillos comere etc. *Plaut. Stich.* 5. 5. 4. *Mulier bene quum lauta est, terfa, ornata, facta est; infecta est tamen.* Cf. *Orid. Remed.* am. 341. *Proderit et subito, dum se non finixerit illi.* Ad dominam celeres mane tulisse gradus. *Rursus Plaut. Truc.* 2. 2. 34. *Ficti, compositi, crisi cincinii.* *Tibull.* 1. 5. 50. *Et sibi blanditas tremula cunoponere voce.* Et manibus canas fingere velle comas. *Propert.* 3. 8. 14. *Et nitidas presso pollice fingi comas.* *Ovid.* 1. *Art. am.* 306. *Quid toties positas singis inepta comas?* Adde *Martial.* 6. 57.; et *Senec. Hippol.* 372. *Virg.* 4. *Æn.* 148. motlique fluentem. Fronde premis crinem singens atque implicat auro. Cf. *Stat.* 5. *Theb.* 228. *fingerere comas auto.* *Phœdr.* 2. 2. *Quum se putaret singi curva mulierum, Calvus repente factus est.* — Huc referri possunt et illa *Virg.* 2. *G.* 106, curvo Saturni

dento reliquam Persequitur (*ruficulus*) viem attondens flingitque putando. — Item illud *Ovid.* 5. *Fast.* 409. *Sæpe manus ægras manibus singebat amicis.* h. e. leniter tractabat, mulrebat. ¶ 4. Item dicitur de eo, qui vultu, habitu etc. ea præ se fert, quibus caret, adeoque est simulare. *Cœs.* 1. *B. G.* 39. Neque vultum singere, neque interdum lacrimas tenere putabant. *Ovid.* 4. *Met.* 317. Nec tamen ante adit, eti properabat adire. Quam se composuit, quam circumsperxit amictus, Et fixit vultum. h. e. sumpsit vultum blandum antiquum aptum. Cf. *Vat. Flacc.* 3. 506. At virgo, quinquam insidias astusque noverat. *Sentiat* et blandos quarentem singere vultus, Obsequitur tamen. Cf. *Quintil.* 11. 3. 83. Quoniam se in habitum adulatiois singunt humeri. — Signiliter *Tac.* 4. *Hist.* 4. Multo cum honore verborum *Muciano* triumphalia de bello civium data: sed in Sarmatas expeditio singebatur, si faceant le mostre di tentare una spedizione contro i *Sarmati*. et *Capitolini.* *Anton. Phil.* 14. *Fingere sagam.* — Item *Aurel. Vict. vir. illustr.* 10. de *Bruto.* *Fingere stultitiam.* Sic *Tac.* 6. *Ann.* 51. *Occultus ac subdolus singendis virtutibus.* *Justin.* 9. 8. 9. de *Philippo.* *Gratiani* singere in odio.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, metaphora sumpta a superiori paragr. 1., est formare, comparare, accomodare, componere: et occurrat — a) Cum uno tantum Accus. — *Universim.* *Plaut. Capt.* 2. 2. 54. *Fortuna humana singit arctatque ut lubet.* *Nepos Att.* 11. *Sui cuique mores singunt fortunam.* *Cic.* 2. *Orat.* 54. 219. *Natura singit hoīnae et creat imitatores et narratores facetos.* *Id. Brut.* 38. 142. *Nulla res magis penetrat in animos, eosque singit, format, dicit.* *Id.* 3. *Zegg.* 18. 40. *Actor et moderatur et singit non modo mentem ac voluntates, sed penè vultus eorum, apud quos agit.* Cf. *Sil. It.* 1. 440. *Daunum etiam, grata quo nou spectatior alter.* *Voce movere foras atque orando singere mentes.* h. e. persuadere. *Rursus Cic.* 6. *Att.* 3. 4. *Formam totius reipublicæ velim mittas, quæ mihi obviabit, ex qua me singere possim.* *Id. Orat.* 8. 24. *Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum, qui uidunt, intuentur, ad eamque, ut ad eorum arbitrium et nutum, totos se singunt et accommodant.* *Vat. Flacc.* 5. 533. *Interes quoniam bellum pugnare propinquæ Cura prior, singit placidis feræ pectora dictis.* — Sic de verbis. *Cic.* 3. *Orat.* 45. 177. *Ex (verba) nos sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus et singimus.* Cf. *eumq. Brut.* 79. 274. *Nihil tan tenerum, quam illius comprehensio verborum: nihil tan flexible, nihil quod magis ipsius arbitrio fingeretur.* *Quintil.* 9. 2. 31. *Et corpora et verba singimus.* *Huc referri potest et illud Horat.* *Art. P.* 52. *nova factaque nuper verba, formate di nuovo.* Al. leg. facta. Item illud *Cic.* 2. *Nat. D.* 59. 149. *Lingua vocem immoderata profusam singit et terminat.* — *De oratione ac præcipue de carminibus.* *Cic. Brut.* 31. 119. *Quod si omnia a philosophis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio.* *Horat.* 4. *Od.* 2. 32. *ego apis Matinæ more modo operosa parvus carmina singo.* *Id.* 2. *Ep.* 1. 227. et *Art. P.* 240. et 331. *fingerere carmina.* *Id. Art. P.* 382. *versus. Sueton. Tit.* 3. *pocmata.* *Horat.* 1. *Ep.* 15. 30. *oppobria in aliquem.* — b) *Cura altero Accus. est ad aliquid informare.* *Cic. Mur.* 29. 60. *Finit te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, — ad omnes denique virtutes magnam hominem et excelsum.* *Virg.* 2. *Æn.* 79. nec, si miserum fortuna Sinonem finit, vanum etiam mendacemque improba singet. *Horat.* 4. *Od.* 3. 12. *spissæ nemorum comæ Fingent (illum) Æoli carinæ dignum.* *Id.* 1. *Sat.* 4. 18. *Di bene fecerunt, ioppi me quodque pusilli Fixerunt animi.* *Id.* 1. *Ep.* 9. 8. *Tinui, mea ne finissæ mioora putarer Disimulator opis propria.* Cf. *Martial.* 2. 64. *Dum modo causidicum, dum te modo rhetora singis.* Et non decernis, Taure, quid esse velis etc. ¶ 2. Metaphora sumpta a super. paragr. 2., ponitur pro docere, instituere. *Ter. Heaut.* 5. 1. 25. *Sed ille quoque tuus Syrus, idem mirè fixit silium.* *Horat. Art. P.* 367. *quamvis et voce paterna Fingeris ad rectum et per te sapiis.* Cf. *eumq. 3. Od.* 6. 22. *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo et singitur artibus.* *Id.* 1. *Ep.* 2. 64. *Fingit equum tenera docile cervice magister ire viam, qua monstret eques.* ¶ 3. *Ponitur etiam pro exigitare, communisci, meditari, inente parare, struere, inventare, macchinae con-*

*la mente. Plaut. Asin. 2. 1. 2.* Argento comparando fingere fallaciam. inventare, ritrovare un inganno per procacciarsi danaro. Sic Ter. Heaut. 3. 2. 22. Aliquid reperire, fingeret fallacias. Id. Andr. 1. 3. 15. Fingunt quamdam iugis se nunc fallaciam. Adde eum. Hecut. 3. 2. 34. Id. Eun. 1. 2. 58. Fingit causas, ne det. Sic Id. Hecyr. 4. 4. 71. falsas causas ad discordiam. Cic. 2. de republ. 1. Facilius, quod est propositum, consequar, si nostram rem publicam vobis ostendero, quin si mihi aliquam, ut apud Platonem Socrates, ipse fixero. Id. 6. Fam. 6. 4. Dicerem, que ante futura dixisset, ni vererer, ne in eventis fingere videret. Adde eum. 3. Ferr. 5. 13. et Amic. 5. 18. Salt. Cat. 47. Volturcius interrogatus – primo fingere alla, dissimilare de conjuratione. Tibull. 1. 5. 19. At mibi felicem vitam, si salva fuisses. Fingebam demens, sed renuente deo. Cf. eum. ibid. n. 35. Horat. 1. Sat. 4. 84. Fingere qui non visa potest, commissa tacere Qui nequit. Quintil. 7. 4. 39. Fingunt et testamento. Lamprid. Alex. Sev. 34. Fingendo aliquid vendere. Trebell. Poll. Gall. duob. 4. Pueri fingunt per ludibria potestas. – Similiter Plaut. Capt. 2. 1. 13. At fugam fingitis. c. Nos fugianus. h. e. fugam meditamini, paratis. Sic Seneca Consol. ad Marc. 26. Nec porcicida aut singi, aut cogitari. ¶ 4. Item est imaginari, sive id mente flat, sive oratione; et occurrit – a) Cum Accusativo rei, quam quis singit. – Cum addito animo vel cogitatione, ut apud Cic. Mil. 29. 79. Fingite animis, ilberis sunt enim nostræ cogitationes, et quæ volunt, sic intuentur, ut ea cernimus, qua videmus) fingite cogitatione imaginem hujus conditionis meæ etc. Id. 3. Nat. D. 18. 47. Omnia quæ cogitatione nobis met ipsi possumus fingere. Id. Senec. 12. 41. Quod quo magis intelligi possit, singere animo jubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima. Id. 5. Tusc. 24. 68. Sumatur nobis quidam praestans vir optimis artibus, isque animo parumper et cogitatione singatur. Cf. Plin. 6. Ep. 26. Quo melius singi ne voto quidem potuit. – Sine addito. Cic. Rosc. Am. 9. 26. Homines antiqui, qui ex natura sua ceteros fingerent. Id. Mil. 2. 5. Quid nobis doobus laboriosius? quid magis exercitum dici aut singi potest? Id. Rosc. Am. 40. 116. Fungi maleficium nullum posse, quo iste sese non contaminaret. Propert. 3. 20. 17. tecum singe triumphos. Quintil. 5. 13. 42. Fingere sibi stultum adversarium. Id. 6. 2. 38. sibi res veras. Plin. Paneg. 4. Fingere et formare sibi principem. Vopisc. Prob. 1. Homerus Achillem in virtutum studio fixxit. Annian. 14. 6. Quæ finire theatra fabule. – In re oratoria aliquando fingere est proponere aliquid, quod si verum sit, aut solvat questionem, aut adjuvet: deinde id, de quo queritur, facere illi simile. Ita Quintil. 5. 10. med. Nos dicimus *fare una suppositione, supporre.* V. Quintil. infra sub b. et c.; item v. FICTIO; et cf. Ovid. 1. Trist. 2. 57. Fingite me dignum tali nece. – b) Cum Accusativo et Infinito. Lucret. 1. 1082. quoniam non omnia corpora singunt in medium oii. Adde eum. 2. 175. Cic. 4. Acad. (2 pr.) 36. 117. Finge, aliquem nunc fieri sapientem, nondum esse. Id. 3. Fam. 12. Suscipe mecas partes, et eum te esse finge, qui ego sum. Forcellinus hoc loco fingere pro simulare accepit. Ovid. Heroid. 16. 351. singe tamen, ingens consurge re bellum. Id. ibid. 4. 176. laerimas singe (subaudi te) vide meas. Quintil. 7. 1. 20. Finge nos remittere. Id. 5. 7. 15. Fingamus in praesentia scire. Adde eum. 3. 6. 100., 1. 1. 24., 6. 3. 85. et alibi sepe. – c) Passive cum Nominativo et Infinito. Quintil. 8. 5. 22. Qui naufragus singitur se suspensus. Id. 8. 2. 20. Qui suos artus morsu lacerasset, singiur in scholis supra se cubasse. – Hinc Part. præter pass., ejus et supra exempla retulimus.

Fictus, a, um, adjective quoque usurpat, et est simulatus, præter verum excogitus, falso, finto. Occurrunt – a) Sæpissime de rebus. Cic. Amic. 8. 26. In amicitia nihil fictum est, nihil simulatum, et quidquid est, id et verum est et voluntarium. Id. ibid. 18. 65. Ne quid (in amicitia) fictum sit, neve simulatum. Id. Cœc. 5. 14. Ficto officio et simulata sedulitate conjunctus. Id. Amic. 7. 24. Stantes plaudebant in re ficta, quid arbitrarentur in vera facturos fuisse? Id. 2. de republ. 15. Falsum est id totum, neque solum fictum, sed etiam imperite absurde fictum. Id. 2. Nat. D. 28. 70. Commenti-

cii et ficti dili. Id. 3. Off. 9. 39. Ficta et commenticia fabula. Cf. Phœdr. epil. 1. 2. Fictæ arte fabule. Rursus Cic. Amic. 26. 97. In rebus fictis et adumbratis. Martial. 6. 57. Capilli ficti. Horat. Art. P. 338. Ficta voluptatis causa sint proxima veris. Virg. 2. G. 45. Fictum carmen, pieno di finzioni o facciole. Ovid. 9. Met. 54.: et Ammian. 14. 5. vox. Val. Flacc. 1. 39. dicta. Quintil. 4. 1. 19. narratio. Id. 3. 8. 54. oratio personarum. Ovid. 1. Art. am. 597. ebrietas. Lucret. 4. 1188. amor. Virg. 2. En. 107. pectus. Ovid. 6. Met. 565. Fictos genitus dare. Tac. 3. Ann. 37. Petere aliquem fictis criminibus. Id. 1. ibid. 46. Canticatione ficta iudicari aliquem, conassetato prolongamento. – b) Fictus dicitur interdum etiam de personis, et est qui singit, simulatore, singitore, finto. Horat. 1. Sat. 3. 61. pro bene sano Ac non incauto fictum astutumque vocamus. Plin. 8. Ep. 18. 3. Alii fictum (eum), ingratum, immemorem loquuntur. Adde Capitolin. Anton. Phil. 29. et Ciod. Alb. 12.; et Spartan. Pe scenni. 6. – Hinc

FLAGITIÖSE, adverb. Comp. *Flagitosius* et Sup. *Flagitosissime.* — Flagitiose est turpiter, in honeste, scède, cum infamia et probro, turpemente, vergognosamente, *con infamia, βέβαυσις, αἰτησις.* Cic. 3. *Fin. 11. 38.* quis animo aquo videt eum, quem impune et flagitiose putet vivere? *Id. 2. Verr. 15. 41.* Patres conscriptos judicia male et flagitiose tueri. *Id. Divinat. in Q. Cicil. 22. 71.* Ut turpissime flagitosissimeque discedat, nihil de suis veteribus ornamentiis requiri. *Id. 2. Cat. 4. 8.* Aliorum amori flagitosissime servire. *Id. 7. Att. 15.* Somus enim flagitiose imparati quum a militibus, torn a pecunia. *Id. Fontej. 11. 24.* Legationes flagitiose obitae. *Id. 5. Fin. 31. 94.* Flagitiose desiderare al aliquo. *Arnob. 4. 22.* Flagitosius procreare liberos.

FLAGITIÖSUS, a, um, adject. Comp. *Flagitosius* et Sup. *Flagitosissimus.* — Flagitosus est flagitios contaminatus, villosus cum dedecore, turpis, feclus, infamis, impurus, *in fame, vergognoso, turpe, dissoluto, βέβαυσις, αἰτησις:* et occurrit — a) De homine. Cic. 4. *Tusc. 32. 68.* Ut turpes sunt, qui effterunt se letitia, quoniam fruuntur Veneris voluptatibus, sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concepiscunt. *Id. 4. Verr. 78. 192.* Homo flagitosissimus, libidinosissimus nequissimusque. Adde *Isid. 10. Orig. 107.* Hinc *Sall. Cut. 5.* Civitas pavilatim inmutata, ex pulcherrima possitva ac flagitosissima facta est. — b) De rebus. Cic. 2. *Fin. 28. 94.* Vitiosa et flagitiosa vita. *Id. 4. Verr. 54. 134.* Flagitiosæ libidines. *Id. Rosc. Am. 9. 24.* Bonorum emploio flagitiosa, flagitiosa possessio. *Sall. Jug. 37.* Flagitosissima fascinora facere. Cf. *Plin. 9. Ep. 13. 12.* Factum flagitosissimum. Bursus *Sall. Jug. 88.* Quoniam vita illorum præclarior, tanto horum socioria flagitiosior. *Tac. 1. Ann. 59.* Flagitiosa servitus. *Id. 6. ibid. 32. senectus. Quintil. 12. 11. 18. animus. Tac. 2. *Hist. 31.* Egregium Otto sanum, Vitellius flagitosissimum meruere. — c) Absolute. *Sall. Jug. 118.* Regem armis, quam munificentia, vice, minus flagitosum. *Tac. 3. Ann. 54.* Tot a majoribus reperta leges, tot, quas divus Augustus tuui, illæ obliuione, hæc (quod flagitosius est) contemptu abolita.*

FLAGITIUM, ii, n. 2. a flagito. Juxta. *Forcellinum* proprie est strepitus. *Plaut. Pan. 3. 2. 32.* (*V. locum infra sub II. 1.*) At sœp est aeris turpissime efflagitatio cum convicio ac tumultu. Hinc *Id. Plaut. flagitium* vocat, quoniam pueræ causa protervi juventus aliorum ostia occident et carbonibus elogia inscribunt, *Merc. 2. 3. 82.* (*V. locum infra sub II. 3.*) Et acrem molestiamque creditoris petitionem debiti, *Epid. 3. 4. 77.* (*V. locum infra sub II. 3.*) V. *Voss. Etymol.* — Speciatum est appellatio virginis de stupro, ipsumque stuprum, ut est apud *Non. p. 313. 14. Merc.* Hucusque *Forcellinus*, qui flagitium a *v. flagito* deduxit, qua postulare significat. — Ceterum flagitium a flagito atque adeo a flagro, proprie est flagrare cupiditas, maximus cupiditatis ardor, facinus summo libidinis ardore astutante patratur; atque hinc est facinus cum dedecore infamique conjunctum, præserium libidinosum, impurum, sordidum, unde certissima infamia est: ita enim *Augustin. 3. Doctr. Christ. 10.* Quod agit indomita cupiditas ad corrompendium animalium et corpus suum, flagitium vocatur: quod autem agit, ut alteri noeat, facinus dicitur. *βέβαυσις, αἰτησις* (*Il. infamia, ribaldaria, brutura, sceleraggine;* Fr. action déshonorante, ignominieuse, acte d'infamie, turpitude; Hisp. acto de deshonoro, ignominioso, acto de turpitud, infamia; Germ. die einen Menschen entehrende, leidenschaftliche Handlung, die Schändheit; Angl. a disgraceful or shameful, crime, profligacy, disoluteness, lewdness, flagitiousness).

I.) Proprie. — a) Conjungitur cum stupris et adulteriis, ut apud *Cic. 6. Verr. 32. 71.* Quæ (conivit) domesticis stupris flagitiis contaminare. *Id. 7. ibid. 10. 26.* Noctis longitudi stupris et flagitiis conterebatur. *Id. fragm. in C. Anton. apud Ascon.* Stupris se ac flagitiis contaminare. *Id. Senect. 12. 40.* Stupra vero et adulteria et omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, nisi voluntatis. — b) Item cum vitiis, sceleribus, facinoribus, ut apud

*Cic.* 1. *Tusc.* 30. 72. Qui se humanis vitiis contaminavissent et se totos libidinibus dedisset, quibus cœcati vel domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent. *Id. Prog.* Cons. 6. 14. Homo sceleribus flagitiisque contaminatissimus. *Id. Rosc. Am.* 9. 25. Intelligitur, imprudente L. Sulla scelerata hæc et flagitia fieri. *Id. 9. Att.* 10. 3. Fore, ut aliquid conveniret potius, quam aut hic tantum sceleris et illæ tantum flagitiæ admitteret. *Id. 1. Cat.* 6. 13. Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus unquam his, quod flagitium a toto corpore absuit? *Sall. Cat.* 23. Q. Curius, flagitiis atque facinoribus cooperatus. *Id. ibid.* 14. Qui alienum es grande confaverat, quo flagitium aut facinus redimeret. *Liv.* 39. 13. Nihil facinoris, nihil flagitiæ prætermittere. Cf. eundem. 39. 16. Minus tamen esset si flagitiis tantum effeminari forent; a facinoribus manus, intentem a fraudibus abstinuerint. *V. FACINUS.*

— c) Generatim. *Ter. Phorm.* 5. 2. 5. Aliquid flagitiæ confidere. *Cic. 4. Tusc.* 34. 73. Quasi vero non propter libidinem tanta flagitia faciat et dicat. *Id. ibid.* 70. Poetas ludere sinamus, quorum fabulæ in hoc flagitio (h. e. stupro) versari ipsum videmus Jovem. *Id. Pis.* 18. 42. Quos ultimam ita audires, ut erant audiendi nunquam te in tot flagitiis ingurgitasses. *Tac. 4. Ann.* 3. Hanc (*Liviam*) ut amore incensus adulterio pelebat, et postquam primi flagitiæ potitus est etc.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de aliis rebus, quæ dedecus aliqua ratione afferunt: ad rem *Tac. Germ.* 12. Proditoris et trans fugas arboribus suspendunt; ignavos et imbellies et corpore infames cœno ac palude, injecta insuper cruce, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelerata ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. *Plaut. Cas.* 5. 3. 1. Maximo ardeo flagitio. *Ter. Heaut.* 5. 4. 14. Flagitiis infamem fieri. *Id. Adelph.* 1. 2. 3. Non est flagitium, facere hæc adolescentum? non è cosa vergognosa? Sic *Id. Heaut.* 5. 1. 49. Nonne id flagitium est, te alias consilium dare, foris sapere, tibi non posse auxiliarer? *Ennius* apud *Cic. 4. Tusc.* 33. 70. Flagiti principium est, nudare inter cives corpora. *Cic. Cluent.* 46. 128. Si multis esset flagitium rei militaris admissum. *Id. Rosc. Am.* 18. 50. Qui præesse agro coledo flagitium putes, profecto illum Attilum, quem sua manu spargeoitem semen, qui missi erant, conseruant, hominem turpissimum atque in honestissimum judicares. *Id. Cic. Brut.* 61. 219. vocat flagitium, quum quis in scriptis obliuiscitur quid paulo ante posuerit. *Id. 1. Nat. D.* 24. 66. Democriti flagitia appellat, quod atomos in philosophia invenire, ex quibus mundus effectus sit: famam sit hoc immensis error et opinio ejusmodi, quæ dedecus ipsi pepererit. *Sall. Jug.* 85. Dedecorare se flagitiis. *Horat.* 3. *Od.* 5. 26. Flagitiæ adulitæ dampnum. h. e. infami captivitati, quæ adest, additur dampnum, sive pecunia perperam impensa. *Quintili.* 4. 2. 26. Multa flagitia ante actæ vitæ et gravia, que prius amovenda sunt. *Tac. 4. Ann.* 51. His partæ victoria spes et, si cedant, insignitus flagitium. *Id. ibid.* 27. Maxime infensi Goæo Lentulo, quod is ante alios natale et gloria belli firmare Drusum credebat et illa militia flagitia primus aspernari. h. e. in honestos sermones. Sic *Apul.* 6. *Mel.* Majora atque pejora flagitia comminans. h. e. verba ignominiosa. — *Joculæ* *Plaut.* *Pœn.* 3. 2. 32. co. Hæc soles fecerunt magnum flagitium modo. Ad. Quid est flagitiæ? co. Crepuerunt clare. *Plautus* ludit in ambiguo: aliquid enim ad crepitum ventris, qui et indecorus est et strepitum facit. ¶ 2. Abstractum pro concreto, flagitium hominis apud *Plaut. Cas.* 2. 1. 8. et 3. 2. 22, *Asin.* 2. 4. 67. et *Men.* 3. 2. 24. et 5. 1. 9. est homo flagitosissimus. Sic *Id. Truc.* 2. 7. 60. Scelus viri. h. e. scelerissimus. — Similiter flagitiæ stabulum ab eodem dicitur, qui flagitorum plenus est. *Truc.* 2. 7. 31. Eodemque sensu flagitiæ flagrantia. *Iud.* 3. 4. 28. ¶ 3. Causa pro effectu, flagitium per metonymiam dicitur de infamia, quæ flagitium consequitur, infamia, disonore, vergogna, scorno. *Cic. 16. Att.* 7. 4. Id erat meum factum flagitiæ plenum et decoris. *Id. 3. Off.* 22. 86. Magnum dedecus et flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute, sed sceleræ superatum. *Sall. Orat.* Macri Licinii ad pleb. ad fin. Occupavit nescio qua vos torpedo, qui non gloria movebatur, neque flagitio. *Nepos Hamile.* 1. extr. Peri-

turum se potius, quam cum tanto flagitio domum rediret. *Liv.* 25. 15. sub fin. Consules in Campanum agrum legiones ducunt ad Capuam oppugnandum, rati se ingens flagitium imperio dempturos, quod ubi tam propinquæ tertium annum imponita defectio esset. *Id. 42. 60.* Consul moveri flagitio timoris fændi. *Tac. 3. Ann.* 17. Pro Plancina cum pudore et flagitio disseruit. *Id. 2. Hist.* 12. Neque in vitoria ducus esset, neque in fuga flagitium. *Flor.* 1. 16. 11. Hic armis exutus mittere sub jugum maluit; ut nec amici forent beneficio, et post flagitium hostes magis. — Huc pertinent et illo *Pictuti*, que init. citata sunt, *Merc.* 2. 3. 71. Neque illa (*ancilla*) matrem satis honeste tuam sequi poterit comes —, quia illa forma matrem familias, flagitium sit, si sequeatur, quando incedat per vias: contemplat, sibilat, occident ostium, impleantur mæces forces elogiorum carbonibus, mithique objectent leuocinum facere —. Ego emero ancillam formam mala, ea pinsetur flagro, neque propter eam quidquam eveniet nostris soribus flagitiæ —. Facere danni malvo, quam opprobrium aut flagitium multib[us] afferri domo. et *Epid.* 3. 4. 77. f1. Fides non reddit? f2. Neque filies, neque tibias. f1. Flagitio cum majore post redditam tamen. h. e. majore cum dedecore. *Forcellinus* vero (*V. init.*) interpretatus est: efflagitatione, convicio, quo tibi usque molesta ero, usque donec redditas. ¶ 4. Pro flagitatione, h. e. acri ac vehementi postulatione, occurrit apud *Rutil. Itin.* 1. 362. Auri flagitiis ambitus ipse fuit. — NB. In illo *Lucilii* l. 29. præbent rectius multo et sine flagitio; *Non. p.* 313. 15. *Merc.* flagitium exponit periculum: quam recte, illi viderint.

Homonyma. Flagitium differt ab homonymis: et quidem

I.) Quoniam officia omnia ad tria potissimum genera redigi possunt; sunt enim officia hominis in semetipsum, in alios et in Deum: ita tria sunt verba, quæ peccata iisdem officiis contraria significant, scilicet flagitium et est ejus qui in semetipsum peccat, sanguine habet dignitatem, crimina patrando cum dedecore infamique conjuncta, praesertim libidinosa, impura, sordida; secundo scelus et est ejus qui in alios vel in hominum societatem peccat, ut ex. gr. furto, homicidio etc.; tertio denique nefas et est ejus qui in Deum vel in legem naturalem peccat, ut v. gr. sacrilegio, parricidio etc.: flagitium ab ignavia; scelus a malitia; nefas ab impietate procedit: per flagitium infamia paritur; per scelus dampnum alii infertur; per nefas religio ac natura violatur. *Cic. 9. Fam.* 3. In omni genere et scelerum et flagitorum, ubi geminata copula diversitatem indicat. *Id. 9. Att.* 10. Et tamen spes quædam me obtentabat, fore ut aliquid conveniret potius, quam aut hic (*Cæsar*) tantum sceleris, aut illæ (*Pompejus*) tantum flagitii admitteret. *Id. Mur.* 30. 62. Improbi est, etorari scelus, misereari flagitium. *Id. Rosc. Am.* 40. 118. Ubi multa avaræ, multa audacter, multa improbe, multa perfidiose facta videbis, ibi scelus quoque latere inter tot flagitia patutate. *Tac. 13. Ann.* 33. Celer — magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebant. *Id. ibid.* 47. Hactenus Nero flagitiis et sceleribus velamenta quæsivit. Præcipue animadversione dignus est locus ejusdem. *Tac. Germ.* 12. Distinctio pœnarum ex delicto: proditoris et trans fugas arboribus suspendunt; ignavos et imbellies et corpore infames cœno ac palude, injecta insuper cruce, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelerata ostendi oporteat, flagitia abscondi. *Cic. Mil.* 27. 73. Cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine.

II.) Flagitium differt etiam a facinore, ut supra in FLAGITIUM sub init. docuimus atlatis *D. Augustini* verbis *Doctr. Christ.* 3. 10. Hinc facinus, devovit, insigne factum, quum in malam partem arcipit flagitioque opponitur, pro scelere usurpator. *Cic. 1. Cat.* 6. 13. Quod facinus a manibus tuis, quod flagitium a toto corpore absuit? Cf. eundem. 3. *Fam.* 10. Commissum facinus et admissum dedecus confitebor. *Sall. Cat.* 23. Flagitiis atque facinoribus cooperatus. *Id. ibid.* 14. Alienum es —, quo flagitium aut facinus redimeret. *Liv.* 39. 13. Nihil ibi facinoris, nihil flagitiæ prætermissem. *Id. ibid.* 16. Minus tamen esset, si flagitiis tantum effeminari forent (ipsi-

rum id magna ex parte dedecus erat), a facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuerint. — Illic etiam facinus peccato et culpe oppositum pro sceleræ occurrit. *Ovid. 4. Trist.* 4. 43. Ergo ut jure damus pœnam, sic absuit omne Peccato facinus consiliumque meo. *Id. 1. ibid.* 2. 98. A culpa facinus scitis abesse mea. — Quod si quando facinus et scelus junguntur, in facinore audacia, in sceleræ malitia spectatur: ut apud *Tac. 11. Ann.* 34. Quum modo incusaret flagitia uxoris, aliquando etc., nihil aliud prolocutum Vitellium, quam: o facinus! o scelus! — Interdum tamen, quum duo hæc junguntur, facinus est scelus extraordinarium, ut apud *Cic. Sext.* 27. 59. Postea quod scelus, quod facinus patricida non edidit? et *Martial.* 11. 94. O scelus, o magnum facinus crimenque deorum!

III.) Demum delictum et peccatum sunt vocabula in hac re admodum generalia; utrumque enim et levia et gravia simul significat, alterum vero pro altero interdum usurpatum. In eo tamen differunt, quod delinquere est a recta via aberrare; peccare est tamquam transire linea, ut in *Cic. Parad.* 1. 20., vel peccatum est prære factum, ut *Id. ait 1. Acad. (post).* 10. 37. Sic *Id. 2. Invent.* 10. 35. Non esse mirum, si nunc primum deliquerit; nam necesse est, eum, qui velit peccare, aliquando primum delinquere.

FLAGITO, as, avi, atum, are, a. 1. *Flagitarius* pro flagitari occurrit apud *Plaut. Men. prol.* 46. — Part. *Flagitans* 1. a. et g.; *Flagitatus* 1. a. et 3.; *Flagitandus* 1. b. — Ratione habita etyma, hæc *Forcellinus*: Flagitare plus est, quam postulare, et significat vehementer et acriter postulare, idque interdum cum clamore et convicio: est a φλαγω loquor et serveo, h. e. cum servore loquo, quam strepitus et vehementia notionem ipsæ litteræ fl, ut et Graece φλ, indicare videntur. *Donatus* ad *Ter. Eun.* 2. 3. 90. Flagitatio a strepitu dicitur, unde flamma et flagella et flagitare, id est personare, intelligimus dicti: nam hæc omnia sine strepitu crepitare non sunt. Hucusque *Forcellinus*. Ceterum recentiores philologi intensivum flagitare rectius deducunt ab etymo flag verbi flagrare, est enim flagrantem poscere, exigere, rogare, eçariso (lt. dimandare, supplicare con ardore, con istanza o importunitate); Fr. demander avec ardeur, avec chaleur, avec instance, vivement, solliciter; Hispan. demandar, rogar con instancias, vivamente; Germ. mit Geräusch, glühend, dringend verlangen, fordern, begehr; Angl. to ask importunately, demand earnestly, solicit. Occurrit ¶ 1. Generation; et quidem — a) Cum Accusativo rei, aut persone. — Cum Accus. rei. *Cic. Planc.* 19. 48. Etiam atque etiam insto atque urgeo, insector, posco atque adeo flagito crimen. *Id. 9. Fam.* 8. Etsi monus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet nisi concitatus: tamen ego expectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut bagitom. Sic *Id. 1. Att.* 8. extr. Flagitare munusculum. *Id. Rabir.* perdwell. 3. 9. Alicuius auxilium implorare et flagitare. Adde *Sueton. Tib.* 48. *Liv.* 3. 60. Flagitare pugnam. *Nepos Dion.* 9. telium. *Tibull.* 2. 4. 14. Illa cava pretium flagitat usque manu. *Sueton. Cæs.* 70. præmia. *Id. Aug.* 42. promissum. *Id. Ner.* 21. vocem. *Id. Galb.* 12. signa. *Id. Oth.* 8. cædem. *Plin.* 9. Ep. 25. ineptias.

Et pro arcessere. Alter *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 28. (90). Siser Tiberius nobilitavit, flagitans omnibus annis ex Germania. — Huc pertinent et illa *Lucret.* 6. 9. Nam, quam vidi hic, ad victimum quæ flagitatus usus, etc. h. e. requirit, exigit. *Cic. 5. Phil.* 19. 53. Facillus apparabit ea, quæ tempus et necessitas flagitata. *Id. Quinel.* 3. 13. Tametsi causa postulat; tametsi quia postulat, non flagitat, præterito. — Et passive. *Cic. Fulin.* 11. 26. Ne ejus sceleris in te ipsum quæstio flagitaretur. *Cæs.* 1. B. C. 87. Quum stipendum ab legionibus pœne seditione facta flagitaretur. *Alii male leg.* Petrejus et Afradius, quum stipendum flagitarentur etc. *Trebell. Pet. Gall.* duob. 11. Aliud in poeta flagitatur. — Cum Accusativo personæ. *Cic. Fontej.* 1. 1. Insecto ultra atque insto accusatori; insecto, inquam, ex flagito testes. *Id. 7. Verr.* 28. 71. In tanto conventu nemo erat, quin rationem numerorumque haberet, et reliquos non desideraret soluni, sed etiam posceret ex flagitaret. *Id. 2. de republ.* 12. Populus

desiderio Romuli regem flagitare non destitit. *Id.* 9. *Fam.* 8. Metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandavi, ut rogarent. *Sueton.* *Ces.* 80. Ne populo quidem jam presenti statu lateo, sed clam palamque detrectante dominationem atque assertores flagitante. *Tac.* 3. *Ann.* 14. Offerebatque familiam reus, et ministros in tormenta flagitatus. *Id.* 1. *ibid.* 32. Eo usque flagitatus est, donec ad exitum dederetur. *Cic. Dom.* 7. 16. Flagitabar bonorum expostulatione. — Ceterum flagitare aliquem dicuntur creditores assidue et moleste, clamoribus, convicio debitum reposcentes. *Plaut. Pren.* 3. 1. 36. Neque nos quemquam flagitanus, neque nos quisquam flagitat. Et passiva *Id. Pseud.* 1. 5. 143. Si non dabis, clamore magno et nultum flagitabere. *Id. Men. prol.* 46. Illum clamoris vidi flagitarie. *παρεγνητης*. Cf. *Cic. 3. Orat.* 5. 17. Admonitum te venimus, ne flagitatum. — b) *Eum* Accusativo rei aut personae, et Ablativo personae cuius praepos. ab. *Cic. 3. Fam.* 11. 4. A te tua proxima per litteras flagitatum. *Id.* 1. *Tusc.* 15. 34. Mercede gloria flagitabat ob iis, quorum patres affecterat gloria. *Id. 1. Fin.* 5. 15. A philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. *Id. 4. Fam.* 13. circa med. Quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus a pueritia floristi, a te flagitent, tu videbis. h. e. requirant, exigant. *Ces. 1. B. G.* 71. Id ex omnibus partibus ab eo flagitabatur. *Justin.* 22. 8. Slipendia illis non a se flagitanda esse, sed ab hoste querenda. *Cic. 7. Verr.* 49. 128. Unicum miser abs te filium optimum atque innocentissimum flagitat. — c) Cum Accusativo et personae et rei. *Cic. 2. Orat.* 45. 188. Hæc sunt illa, quæ me ludens Crassus modo flagitabat. *Id. Planc.* 2. 6. Dicendum est id, quod ille me flagitat, Laterensem a Plancio dignitate esse superatum. *Ces. 1. B. G.* 16. Quotidie Cæsar Æduos frumentum, quod essent publice polliciti, flagitare. Sic *Cic. Dom.* 6. 14. Me frumentum flagitabant. *Horat.* 2. *Od.* 18. 13. nec potenter amicum Largiora flagito. *Sueton.* *Vitell.* 14. Tum feneratorum et stipulatorum publicano rumque, qui unquam se aut Romæ debitum, aut in via portiorum flagitassen, vix ulli pepercit. *Val. Flacc.* 2. 362. tunc urgat enim, tunc flagitat iras In populos Astræa Joyem. — d) Sequent ut. *Plaut. Merc.* 1. 2. 66. Flagitas ne, ut eloquar. *Cic. 5. Phil.* 11. 30. Ut primum senatus haberi potuit, semper flagitavi, ut convocaretur. *Id. 10. Fam.* 16. Flagitare senatus institutum (Cornutum) ut referret statim. *Id. Sext.* 11. 25. Flagitabatur ab his quotidie quum querelis bonorum omnium, tum etiam precipi bus senatus, ut meam causam susciparent. *Sueton.* *Tib.* 25. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem; ante omnia, ut æquarentur stipendiis pretorianis. — e) Cum Accus. et Infinito. *Sueton.* *Verr.* 44. Consensu flagitantes. a delatoriibus potius revoca canda præmia, quæ cepissent. *Id. Claud.* 15. Carnificem statim acciri flagitavit. *Plin. 34. Hist. nat.* 8. 19. (62). Populus magnis theatri clamoribus, reponi Aporyomenon, flagitavit. *Id. 35. ibid.* 10. 36. (65) Flagitavit ostendi picturam. — f) Cum Infinito et Nominat. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 60. pernæ magis ac magis hillis Flagitat (stomachus) immorsus refici. — g) Sequent Relativ. *Virg.* 2. *En.* 123. quæ sint ea numina divum, Flagitat. — h) Absolute. *Cic. 15. Fam.* 18. extr. Valebis igitur etc. Sed flagitat tabellarius. *Id. Harusp. resp.* 22. 45. Cupientem Italianum, populum Romanum desiderantem, flagitantes vos excusat. *Sueton.* *Aug.* 16. Modo pace facta, flagitante populo, ob interclusos commeatus famemque ingravescerent. ¶ 2. Speciem aliquando est postulare ad judicium, accusare, accusare. *Tac. 1. Hist.* 53. Compertum publicum pecuniam avertisse, ut peculatorum flagitari jussit. ¶ 3. Item speciatim habet nonnunquam usum in re turpi, ut flagitium, et est ardenter ad stuprum sollicitata; immo stupro contaminare, corrumperem, teste *Paul. Diac.* p. 110. 23. *Müll.* Inter cutes flagitatos dicebant antiqui mares, qui stuprum passi essent. *Cato* apud *Priscian.* 6. p. 719. *Putsch.* Interclusibus stupris flagitatus. *V. FULLO.* *Apul.* 8. *Met.* Flagitare juvenem. *V.* integrum loci in *CINÆDUS.* *Ulp. Dig.* 47. 1. 2. Si quis aacillam alienam surripuit et flagitaverit, utraque actione tenetur; nam et servi corrupti agi poterit et furti. *Iactant.* 8. 23. Pudorem extinxit, pudicitiam flagitavit. *Al. leg.* profligavit.

*Homonym.* *V.* in fin. v. *PETO.*  
FLÄGRANS, antis. *V. FLAGRO.*

FLÄGRANTER, adverb. Occurrunt tantum Comp. *Flagrantius* et Sup. *Flagrantissime*. — Flagrantem est ardenter; sed translate tantum legitur et est percipide, ardenter, vogliosamente, *φλεγμόνες*. *Fronto ad Antonin.* *Aug.* (edente iterum *A. Mai*) *Ep.* 2. Et spondeo, quanto sapientius audierit, tanto flagrantius amabit. *Tac. 1. Ann.* 3. Destinare consules, specie recusantis, flagrantissime cupiverat. *Amian.* 31. 10. Germani exarsire flagrantius. Addit. *Augustin.* 8. de *Trin.* 9. Rursus *Amian.* 30. S. Avitatis plus habendi sine honesti præiugis differentia - erundavit in hoc principe flagrantius adolescens.

FLÄGRANTIÀ, *æ*, f. l. actus flagrandi, ardor, ardore, inrendio, *φλεγμός*.

1.) Proprie. *Gell.* 17. 10. de *Etna*. Quod de natura atque flagrantia montis ejus compositum est. Addit. *Macrobi.* 5. *Saturn.* 17. *Apul.* 4. *Met.* Flagrantia solis. Sic *Capell.* 6. p. 196. Flagrantia solis aestivi. *Id. ibid.* p. 205. Flagrantia aestivis. et *Capell.* 8. p. 276. *Æstiva flagrantia*.

II.) Translate. *Plaut. Rud.* 3. 4. 28. Etiam vim opprobrias, flagitili flagrantia? h. e. omnibus pravis cupiditatebus ac flagitis flagras. *Cic. Cæl.* 20. 49. Flagrantia oculorum. h. e. amor vehemens, qui ex oculis, velut flamma, emicat. *Gell.* 12. 1. Vigor maternæ flagrantia. ardente amor materno. *Prudent.* 10. *περι της* 734. sedare omnia pectoris flagrantiam. h. e. cupiditatem, desiderium. *Arnob.* 7. 37. Denique sedasse flagrantiam lais.

FLÄGRÄTÖRES, qui flagris conducti cœidunt. Ita *Gloss.* *Placid.* edente *A. Mai* in *Class. Auct.* T. 3. p. 463. Inde corrigenda, alt. *Dac.* et cl. *Quicherat*, quæ sequuntur *Paul. Diac.* p. 89. 5. *Müll.* Flagratores dicebantur genus hominum, quod mercede flagris cœdebantur. *lege* cœdebat.

FLÄGRIFER, fera, ferum, adject. qui flagrum gestat. *Auson. Epist.* 14. 10. *Flagrifer Antomedou.*

FLÄGRIONES dicti servi, quod flagris subjecti sunt. *Afranius* apud *Non.* p. 28. 27. *Merc.*

FLÄGRITRIBA, *æ*, m. l. qui assidue vapulando flagratur. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 5. *Eo ingenio sunt flagritribæ.*

FLÄGRO, as, ävi, åtum, are, l. Part. *Flagrans* sub. *A. I.*, II. 3. et in fin.; *Flagratus* sub. *A. II.* 1. — Flagrare ab etymo flag, quod conjungendum est cum Gr. *φλεγματι* ejusdem significationis, occurrit. A) Neutrorum more est ardere, accensum esse, conflagrare (lt. ardere, essere acceso; Fr. brûler, être en feu, être enflammé; Hisp. abrasar, estar hecho en fuego, arder; Germ. brennen, tofern, glühen, glühend werden; Angl. to burn, be on fire, be inflamed).

B) Neutrorum more est ardere, accensum esse, conflagrare (lt. ardere, essere acceso; Fr. brûler, être en feu, être enflammé; Hisp. abrasar, estar hecho en fuego, arder; Germ. brennen, tofern, glühen, glühend werden; Angl. to burn, be on fire, be inflamed).

1.) Proprie. *Lucret.* 6. 1168. per inembra sacer quum diditur ignis: Intima pars hominum vero flagrabit ad ossa: Flagrabat stoma rho flammam, ut furacibus, intus. *Cic. 1. Divinat.* 32. 69. Noctu flagrantes onerarias, quas incendebant milites, videbant. *Virg. 2. En.* 685. erinemque flagrantem. Extrahere et sanctos restingere fontibus ignes. *Ovid. 6. Fast.* 439. Flagrabant sancti scleratibus ignibus ignes. Sic *Sil. It.* 1. 96. flagrant altariibus ignes. Cf. *Val. Flacc.* 1. 735. Flagrantes aras vestemque nemusque sacerdos Præcipitat. *Id. 5. 35.* geminalis flagrantia cernens Corpora cara rogat. *Sueton.* *Vitell.* 8. Nec ante in prætorium rediit, quam flagrante triclinio ex conceptu canum. *Id. in Vita Plin.* Quum flagrante Vesuvio ad explorandas propius causas Liburnica pertendisset etc. *Curt.* 7. 5. 3. Arenas vapor testivi solis accedit, quæ ubi flagrare cœperunt etc. Addit. *eum* 6. 6. 17.; et cf. *Amian.* 16. 12. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 26. (131). Fæcæ vini siccata per se flagrat. *Id. 10. ibid.* 7. 10. (28). Flocci molles et si nō oleo flagrant. *Juvenal.* 3. 138. vel qui Servavit trepidam flagrant ex æde Minoeryam. *Tac. 5. Hist.* 7. Ego inclusa quondam urbes igne cœlesti flagrante concesserunt. — Poetice. *Claudian.* 1. in *Entrop.* 252. quid enim servam mollemque pudebit? Aut quid in hoc poterit vultu flagrare ruboris? *V. in fin. Flagrans I.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro splendere, fulgere. *Ovid. 4. Met.* 347. flagrant quoque lumina Nymphæ. h. e. ardent oculi. Addit. *Lucan.* 6. 704. Nazar. *Pineg.* Constant. 14. Umbones coruscis fla-

grabant. *Coripp.* 3. 97. pœcula. *Id.* 3. 22. mella.

¶ 2. Sapientius flagrare ponitur pro æstuare, et occurrit de persona quæ cupiditate aliqua vehementer acescens est, aut de re quæ vehementer agitatur, aut de animi studio quod maxima pollet vi. — a) Gum Ablativo — De persona. *Cic. 5. Att.* 1. Non dici potest, quam flagrem desiderio urbis. *Id.* 7. *ibid.* 4. desiderio tui. *Id. 1. Orat.* 4. 14. Post auditus oratoribus Græcis incredibili quadam nostri homines dicunt studio flagraverunt. Sic *Sueton.* *Ner.* 22. Flagrare studio equorum. *Quintil.* proem. 6. Eximio litterarum amore flagrans. *Martial.* 10. 86. Flagrare amore pilæ. *Sil. It.* 5. 245. amore cœdis. *Id.* 6. 209. amore audendi. *Eumen.* *Orat.* pro restaur. schol. 16. amore civitatis. *Mamertin.* *Grat.* act. 17. et 31. amore consulatus. *Colum.* 12. *R. R.* proem. 7. æmulatione diligenter. *Sil. It.* 5. 589. dulcedine laudis. *Id.* 15. 15. flagret meliore Gradi vo. h. e. beilli fortuna meliore flagret, ad virtutem incendatur. *Cic. 6. Verr.* 34. 75. Quasi illa ipsa facie percussus esset, ita flagrare cupiditate alioque amentia ceperit. *Id. Chuent.* 5. 12. Deinde (mulier) ita flagrare ceperit amentia, sic inflammatæ ferri libidine etc. *Id. 4. Tusc.* 33. 71. *Horat.* *Epod.* 5. 81. et *Amian.* 14. 1. Flagrare amore. *Cic. 2. Orat.* 43. 190.; et *Ovid. 4. Trist.* 9. 7. odio. h. e. vehementer odisse. *Ovid. 2. Met.* 104. cupidine currus. *Justin.* 38. 1. 1. cupiditate regni. Addit. *Amian.* 18. 4. *Colum.* 6. *R. R.* 27. 4. ardore coeundi. *Sueton.* *Gramm.* 24. libidinibus in mulieres. — De rebus et animi studiis. *Cic. 7. Att.* 17. 4. Totam Italiam flagraturam bello intelligo. Sic *Id. 3. Orat.* 2. 8. Bello flagrans Italia. Cf. *Justin.* 31. 3. 10. Hispanis bello flagrantibus, ducem tantum decesse. Rursus *Cic. 6. Verr.* 32. 71. Quæ (convicta) domesticis stupris flagitissimæ flagrabant. *Seneca Thyest.* 98. Flagrat incensum siti cor. *Vellej.* 2. 130. pectus incendio. *Sil. It.* 7. 285. coris flagrantia corda. — b) Cum Accusativo apud Poetas flagrare aliquem per hellenismum est ardenter anare. *Præp.* 1. 18. 23. cœlestem flagrans amor Herculis Heben. — c) Cum Infinito. *Claudian.* 2. in *Rufin.* 433. flagrant cœdere saxis Prodigiale caput. *Stat.* 10. *Theb.* 221. flagrant comitari et jungere casus. — d) Absolute. *Cic. Cæl.* 5. 12. Flagrabit vita libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. *Sall. Cat.* 14. Uti cujusque studium ex ætate flagrabit. *Ovid. Heroid.* 16. 124. flagrat amor in pectori. *Tac.* 14. *Inn.* 39. Apud quos flagrante etiam tam libertate nondum cognita libertinorum potentia erat. — Et pro irasci. *Lucan.* 7. 384. tam morta locuti Voce ducis flagrant animi: Romanaque virtus Erigit: placuitque mori. ¶ 2. In malam partem flagrare insumiæ, invidiæ et similibus, est valde laborare. *Cic. 4. Att.* 18. 2. Consules flagrant infamia. Sic *Sueton.* *Ces.* 52. et *Tib.* 34. Flagrare infamia. Rursus *Cic. 2. Verr.* 2. 5. Quoniam e provincia re cens esset invidiæ et infamia flagraret. Sic *Sueton.* *Aug.* 27. et *Galb.* 16.; et *Plin.* 9. *Ep.* 13. 21. Flagrare invidia. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 125. rumore malo. *Flor.* 2. 18. ignominia et pudore. *Ovid. 6. Met.* 460. vitio gentis suoque. *Sall. orat.* *Philippi contra Lepid.* inopia et cupidinibus. — Et sequente *Infinito. Ascon.* in *argum.* orat. pro *C. Cornel.* p. 59. *Bail.* Comitii autem magna infamia flagraverunt vendidisse silentium magna pecunia. *V. ibid.* adnotat. a *Madv.*

B) Active pro amore accendere occurrit tantum apud *Stat.* 5. *Silv.* 2. 119. novercales ibat venator in agros Ascanius, miseransque patri flagrabit Ely sam. — Hinc Part. præs., cuius multa superioris exempla retulimus,

Flagrans, antis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Flagrantior* I. et II. 1. 2.; Sup. *Flagrantissimus* I. et II. 2., et est qui flagrat, ardens, *χρόνιος*, ardente.

1.) Proprie. *Virg. 1. G.* 331. ille flagranti Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Beicit. in e. fulmine. Sic *Sil. It.* 9. 538. dislate telo Flagranti (nil oramus) Carthaginis arcus. et *Varro Atacin.* apud *Quintil.* 1. 5. 18. Quum te flagranti dejecum fulmine Phæton. Rursus *Virg.* 9. *Æn.* 71. sociosque incendia poscit ovantes. Atque manum pinu flagranti servidus implet. *Sil. It.* 1. 362. Hæc (h. e. telum ignitum) vastæ lateri turris eetur turbine fixa, — Arma virosque simul pressit flagrante ruina. *Vellej.* 2. 48. 3. Fax flagrantior. *Amian.*

25. 2. flagrantissima. *Horat.* 3. *Od.* 13. 9. flagrantis hora Caniculae. *Solin.* 46. Soles flagrantes. *Liv.* 45. 38. Flagrantissimo estu. — Poetice. *Virg.* 12. *En.* 65. Flagrante perfusa genas, cui plurimus ignem Subjecit rubor et calefacta per ora cucurrit. h. e. rubore veluti accensas. *Horat.* 2. *Od.* 12. 35. Flagrantia oscula. *caldi bacis*: sed *Forcellinus* translate accepit et interpretatus est cupida, amore ardentia.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de colore, et ponitur pro splendido, nitente. *Virg.* 12. *En.* 167. Sidero flagrans clipeo et rælestibus armis. *Sil.* *It.* 12. 731. flagrantior ætherea lampas. h. e. sol splendidior. *Id.* 3. 117. Atque aëcis inter flagrantiaque arma. *Fal. Flacc.* 6. 668. Interdum blanda derepta morilla diva. Contrectat miserisque apta flagrantia collo. *Claudian.* 2. *Cons. I. Stilich.* 470. flagrantibus iode Cæsarium sertis - subligat. *Al. leg.* flagrantibus. *Ammian.* 15. 8. Flagrare fulgere imperatoris maritis. *Id.* 25. 4. venustate oculorum. ¶ 2. Item de animo ejusque motibus, et est cupidus, vehemens. *Cic. Fat.* 2. 3. Nec enim oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quamquam flagrantissimum, acceperam. *Id. Mur.* 31. 65. Te ipsum nunc et aumni quadam impetu concitat, et vi naturæ atque ingenii elatum, et recentibus praceptorum studiis flagrauent jam osus flectet, dies leniet, artas mitigabit. *Lucret.* 4. 1161. flagrans, odiosa, loquacula, *λαυτάδειν* fit. *Ammian.* 14. 11. Ad insidandum acer et flagrans. *Propriet.* 3. 17. 13. Thessalicu flagrans Salmonis Enipeo innaniorata. *Fal. Max.* 8. 9. extern. 4. Flagrans ingenium. *Tac. Agric.* 4. animus. *Catull.* 64. 91. Non prius ex illo flagrantia declinavit Lumen. *Cic. 4. Tusc.* 19. 44. Philosophæ principes numquam in suis studiis tactos progressus sine flagraenti cupiditate facere potuerint. *Propriet.* 1. 13. 23.; *Horat.* 1. *Od.* 25. 13.; et *Plin.* 6. Ep. 8. Flagrans amor. *Juvenal.* 13. 11. flagrantior æquo Non dehet dolor esse viri. *Apul. Dogm. Plat.* t. Ira flagrantior. *Val. Max.* 3. 2. 21. Flagrans pectus. h. e. iratum. Et poetice *Sil.* *It.* 1. 296. abrupto flagrante federe castra. h. e. irata. *Virg.* 11. *En.* 225. Hoc inter motus medio in flagrante tumulto. Cf. *Plin. Hist. nat. præf.* §. 9. Flagrantia comitia. *Tac.* 14. *Ann.* 51. Flagritia flagrantissima. *Id.* 11. *ibid.* 29. Flagrantissima gratia esse. h. e. maxime gloriosum et carum esse. — *Justinian.* Cod. 9. 13. 1. § 1. Ubi inventi fuerint in lipsa rapina et adhuc flagranti criminis comprehensi, sul fatto: in ipso crimen perpetrando, Itali una voce *infragrantii* vulgo dicunt.

*Homonym.* Flagrare et ardere unum idemque significare videntur; et sane sine ullo discrimine occurunt apud *Liv.* 33. 40. Incendio - diem noctemque audita in Tiberim versa arsere, tabernæque viennes cum magni pretii mercibus conflagraverunt. — In eo tamco different, quod ardere intioreum atque adeo latenter denotat ignis actionem, qua res in aliqua sui parte rubentes sunt atque consumuntur; at flagrare extioreum atque adeo visibiliter indicat ipsius ignis actionem, qua res fulgentibus et saepè agitalis flammis correpte comburuntur. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 106. 10. (236). Montes tæda flammando tacti flagrant adeo, ut lapides quoque ritorum ardeant. *Cic. 3. Orat.* 2. 8. Crassus non vidit flagrantem bello Italiam, non ardente invidia senatum. Cf. *Tac.* 1. *Hist.* 24. Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Mævius. h. e. non subdiderat faces, ut ardor adhuc suppressus exardesceret; sed addiderat, ut flamma jam flagrans ne extinguoretur. — His addi possunt et alii, in quibus pro ardore usurpatur *incendi*, quod idem valet. *Tac. Agric.* 4. Ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisse. Cf. *Cic. Fat.* 2. 3. Oratoriis studiis - etiam te incendi quamquam flagrantissimum acceperam. — Idem ferme discriminat, quod inter ardere et flagrare, interest etiam inter incendi et inflammari. Sic *Cic. 1. Tusc.* 19. 44. Quam corporis facibus inflammati soleamus ad omnes fere cupiditates, evque magis incendi, quod illi minorem, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus. *Id. 2. Orat.* 45. 190. Nulla mens - posse incendi, nisi inflammatu ipse ad eam et ardens accesseris.

FLÄGRUM, i. n. 2. *pacti*, lorum, scutica, flagellum ad caedendum: a flagro, quia flagris causus uritur, vel, ut alii volunt, ab etymo verbi plecto

(It. *sferza*, *staffle*; Fr. *souet*, *courroie*, *tanière*, *étrivelle*; Hisp. *latigo*, *azote*, *correa*; Germ. *d. Peitsche*; Engl. a *whip*, *scourge*, *lash*).

1.) Proprie. *Cato* apud *Gell.* 10. 3. Jussit vestimenta detrahi atque flagro cedi. *Plaut. Merc.* 2. 3. 81. Pinsere flagro aliquem. *Id. Amph.* 4. 2. 11. Quem poi ego hodie ob istar dicta faciam serventem flagris. *Id. Cas. a. 1.* u. 36. Ego te implebo flagris. *Liv.* 28. 11. Cæsaque flagro est Vestalis, cuius custodia noctis ejus fuerat. Addo *Quintil.* 6. 3. 25. *Sueton. Oth.* 2. A prima adolescentia prodigus et procas adeo, ut saepè flagris oburgaretur a patre. *Id. Claud.* 8. Flagris excitari. *Juvenal.* 5. 172. nec dura timebis Flagra pati. *Ulp. Dig.* 47. 10. 9. Servum flagris rompere. *Ammian.* 31. 8. Flagris concrepitauitibus agitari. — Videatur proprie dici de eo, quo cœduntur servi, nam *Martial.* 14. 79. *cujus lenuna Flagra*: Ludite lascivi, sed tantum ludite servi. Haec signata inibi quinque diebus erunt. *Juvenal.* 10. 109. Ad sua qui domitas deduvit flagra Quirites. h. e. in servitulum rediget: h. e. Jul. Cæsar. — Poetica sunt illa *Plaut. Asin.* 2. 2. 31. Gymnasium flagri, salveto. *Titinius* apud *Festum p.* 270. 20. *Müll.* Rediviva flagri.

II.) Translate. *Plaut. Pren.* 1. 2. 177. *de amica.* Hujus colostra, hujus dulciculus caseus, hujus jecur, hujus stadium, hujus flagrum. h. e. ardor, ignis, amor: vel flagellum, quo assida in amore vapulat et cruciatur. Recentiores plerique leg. savium.

#### FLAMÆRIUS, ii. V. FLAMMEARIUS.

FLÄMEN, m. m. 2. sacerdos apud Romanos. — a) Dieti Flamines, testibus *Varro*. 5. L. L. 84. *Müll.* et *Festo* p. 154. 27. *Müll.*, quod capite velato erant semper, et caput cinctum habebant filo, quasi flamines. Quod etymon confirmat *Inscript.* apud *Gruter.* 227. 6. DIVO AVGSTO ALBIVS ALB. F. FILIA DIVAE AVG. PROVINCIAE LVSITANIE. Cf. *Paul. Diac.* p. 155. 11. *Müll.*; et *Isid.* 5. *Orig.* 12. Alli a pileo, quem gestabant, quasi pileamines: alli a flamine, quod idem fere significat, dictos putant. De hoc ita *Servius* at *Virg.* 8. *En.* 664. Flamines in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga, desuper habens lance aliiquid: quod quum per æstus ferre non possent, filo tantum capita religare coepérunt: nam nulli penitus eos capitibus incedere, nefas fuerat. Unde a filo, quo utebantur, flamines sunt dicti, quasi flamines. Verum festis diebus, filo deposito, pilea necesse erat accipere, quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotalem cœneantiam sunt reperta (V. et *APICULUM*). Alii dicunt, quia quum sacrificarent apud Laurolavium, et eis ex tua frequenter aves abriperent, eminentia virginum eas terrena voluerunt. Exinde etiam consuetudo permanuit, ut apud Laurolavium ingentes haberentur virginæ, non breves, ut in Urbe. Haec *Servius*. V. pilei figuram cum virga eminente in numero gentis Quirietæ apud *Morell. Fam. Rom.* n. 5. — Initio tres a Numa instituti fuere, Jovis, Martis, Quirini, ut est apud *Liv.* 1. 20. Deinde ad magnum numerum crevere paullatim, adscitis variis diis ac reliquionibus: quin singulis imperatoribus suos institueris fuit, in deorum numerum relatis. Appellabantur autem cognomine ejus, cuius sacra curabant, ut *Dialis*, *Martialis*, *Quirinalis*, *Floralis*, *Vulcanalis*, etc. suberantque oras pontifici maximo. *Müller* bæc habet in adnotatis ad *Festum loc. cit.* p. 385. Quindecim Flamines memorantur a *Festo*, de quibus doce *A. Augustin.* sic: *Vide ordinem sacerdotum* (*Fest. p. 185. 19. Müll.*), et decem Flaminum nomina ponit *Varro* (5. L. L. 84. et 7. *ibid.* 45.): *Dialis*, *Martialis*, *Quirinalis*, *Vulcanalis* (Cf. *Macrob. 1. Saturn.* 12.), *Volturnalis* (V. etiam *Kalend. Cæpranic.* ad vi. Kal. Sept.), *Palatinalis*, *Furinalis*, *Floralis*, *Falacer*, *Pomonalis*. Addo *Carmentalem* ex *Cicerone in Brut.* (4. 56.), *Portunalem* ex *Festo* (ita haec *A. Augustin.* voluit conjungi apud *Festum p. 217. 14.*), *Virbialem* ex marmoreis monumentis: item dñi *Julii* et dñi *Augusti* ex eisdem et eorum temporum historia. At *Virbialis* flamen, addit *Müller*, apud *Gruter.* 445. 3. et *Mural.* 166. 6. Aricinorum est, nec magis Romæ tribui potest, quam Lanuvius ille apud *Cic. Mil.* 10. 27.: d. *Julii* autem et *Augusti* flamen, nescio an in id collegium recepti sint, quoniam flamines divorum Augustorum, numero eorum auctio, singulare collegium efficeris, monumentis ostenditur (V. *Marini*, *Att. Fat.* *Avr.* p. 386.). Itaque

tres loci etiam tum vacui sunt, in quos nec flaminem Aryalem invexerim (*Marini* p. 67.), nec flaminem ex *Gloss.* *Isid.* v. *flunctus*, qui recte in flaminem Dialem mutatus est. Hucusque *Müller*. V. in fine hujus vocis. *Cic.* 2. *Legg.* 8. 20. Divis alii alli sacerdos, omnibus pontifices, siogulis flamines sunt. *Id. 2. Phil.* 43. 110. Quem Cæsar majorem honorem consecutus erat, quam ut habet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? *Id. Mil.* 10. 27. Iter solemne Miloni esse Lanarium ad flaminem prodendum. *Liv.* 27. 8. Inaugurare flaminem. — Ceterum de Flaminum consecratione, vide *Liv.* 27. 8. de ipsorum electione in comitiis vide *Gell.* 15. 27. — Precipui qui occurunt flamines sunt sequentes. *Cic. 2. de républ.* 11.; *Liv.* 1. 20., 5. 52., 26. 23., 27. 8. et 31. 50.; *Ovid. 2. Fast.* 282.; et *Sueton. Cæs.* 1. Flamen *Dialis* (qui et *Dialis* sacerdos dicitur ubi eod. *Sueton. Domit.* 4.). *Val. Max.* 1. 1. 2. *Martialis*. *Liv.* 29. 11. et 45. 15. *Martis*. *Cic. Harusp.* resp. 6. 12.; *Liv.* 5. 40., 24. 8., 1. 21. et 33. 7. 20. et 37. 47.; *Tuc.* 1. *Ann.* 10., 5. *ibid.* 75. et 3. *ibid.* 58.; et *Val. Max.* 6. 9. 3. *Quirinalis*. — Sic divorum imperatorum flamines sequentes occurruerunt. *Sueton. Cæs.* 76. Flamen *Julius*. *Id. Tib.* 26. *Tiberii*. *Inscript.* apud *Orell.* 311. *Augusti*. *Alia* apud eund. 2219. *Neronis*. *Alia* apud eund. 2366. Flamen *Augustalis*. (ex qua, ut arguit *E. Borghesi* in *Memor. dell' Instit. T. 1.* p. 166., constat flamines ex sodalium numero selectos fuisse.) — Similiter *Inscript.* apud *Orell.* 2183. Flamen *Roma*. Item *Cic. Brut.* 14. 56. *Carmentalis*. Cf. *Lucan.* 1. 604.

FLÄMEN, m. n. 3. (flo) flatus. Vox poetica, quæ fere de ventis usurpatur, *πνεῦμα*, *sosio* di vento, *flato*, *vento*.

I.) Proprie. — a) Cum addito nomine *ventus*. — In singulari numeri. *Ennius* 17. *Ann.* 15. Aquiloque suo cum flamine contra *Varro* apud *Non.* p. 233. 33. *Merc.* Detis habenas animæ leni, Duni nos ventus flamine sudo Suavem ad patriam perdicit. *Sil.* *It.* 7. 243. sinuque Destitutus tamidos, subducto flamine, ventus. *Ovid. 1. Amor.* 6. 54. Bores, surdas flamine tundit fores. *Id.* 11. *Met.* 663. Nubilos Ægeo depredit in æquore narim Auster, et ingenti jactalam flamine solvit. — In plurali numero. *Lucret.* 1. 291. Sic ititur debent venti quæ flamina ferri. Sic *Horat.* 3. *Od.* 19. 19. cur Berecyntiae Cessant flamina tibie? Addo *Nemean.* 1. *Eel.* 16. — b) Absolute pro vento. — In singulari numero. *Virg.* 4. *En.* 241. talaria, que sublimem alis rapido pariter cum flamine portant. *Ovid. 3. Fast.* 599. Figitur ad Laurens ingenti Bamine litus *Puppis*. *Claudian.* 1. *Rayt.* *Pros.* 73. rupturus silvas sonoro flamine. — Sæpius in plurali numero. *Virg.* 5. *En.* 832. ferunt sua flamina classem. *Id.* 10. *ibid.* 97. eeu flamina prima, Quoniam de prensa tremunt silvis, et cœca volitant Murmura. *Ovid. 13. Met.* 183. flamina contraria classi. *Id.* 1. *ibid.* 263. fugant inductas flamina tubæ. *Val. Flacc.* 3. 732. Flamina conticuere: jacet sine fluctibus aquor. *Lucan.* 5. 217. Flamina raura. *Val. Flacc.* 7. 25. Descendent flamina. Addo *eund.* 2. 429., 4. 98., 5. 684. *Sil.* *It.* 9. 491. de *Eolo*. cui flamina rarer Imperio compressa tenet.

II.) Translate est afflatus, instinctus. V. *Capellæ loc. cit. in FAMEN.*

FLAMENTUM, i. n. 2. *soffio* di vento, idem ac flamen, hæc poetica, illa prosaica vox. *Fulgent.* 1. *Mythol.* præf. Egregit nautarum more, quos tempestatum flamento contractos exoptata reduces exipit ripa. *Abi male leg.* *Flagitamentum*.

FLÄMÖLUM, i. n. 2. V. FLAMMEOLUM.

FLÄMÉUM, i. n. 2. *V. FLAMMEUM.* *FLAMINA*, æ, f. 1. mulier flaminio prædicta. *Inscript.* apud *Gruter.* 459. 9. L. *PRÆSENTIO L. V. LENI. PAKTO L. ATTIO SEVERO PRAEF. COH. I. APR. C. R. EQ., IVIDICI SELECTO EX V. DEC., PR. AVXIMI, PAT. COL., AEDILI II. VIR. ANCONAE VIBIA L. F. MARCELLA FLAMINA AVGST. MARITO OMNIBVS EXEMPLIS DE SE BRENE MERITO.*

FLÄMINALIS, e, adj. qui flaminatu functus est. *Inscript.* apud *Gruter.* 325. 3. c. *VARINIO FLAMINALI PROVINCIAE BAETICAE*. *Alia* apud *eund.* 478. 2., quæ est apud *Orell.* 153. *STATVA INTER FLAMINALE VIROS POSITA*. *Alia* apud *Hencen.* 6150. c. *PAVSCLANO C. F. QVIR. MAXIMO AEDILI*. — *FLAMINALI AVG.* etc.